DICTIONARIUM, SEU LATINAE LINGUAE THESAURUS: NON SINGULAS MODO...

Robert Estienne

Digitized by Google

2° L. lat.
140/3

Ling. Latina.
Lexica.
Pg. 379.

<36625243210019 S 33
<36625243210019
Bayer. Staatsbibliothek
Digitized by Google

Q

LITERAM veteres ignorabãt, vnde LOCVNTVR, scribebãt, non LOQVVNTVR, vt testatur vetustissimi codices. itẽ OBLICVM. Nõnulli quia Q nõ literã, sed notã esse putabãt, duas in se literas continentẽ c & v, QIS, QAERET, & QID scribere instituerũt absque v, vt Velius Lõgus ait, quod alii CVIS, CVAERET, CVID scribere malebant. Vide Pierii annotationes in Virgilium, vbi scribit veteres asseueraſſe Q & c & v præſeferre. poſt enim c, vocalem v adplicitã esse parte illa quæ ad inſtar grauis accentus premitur, adcurnata: altera verò quæ acuti accentus in morem ſurrigebatur, ſubter lineam delecta, vel exlibrariorum commoditate, vel ne præcedentibus literis eſſet impedimento. Quintilian. lib. 11. cap. 20, Duras & illa ſyllabas facit. quæ ad coniũgendas demũ ſubiectas ſibi vocales eſt vtilis, aliàs ſupernacua: vt equos ac equũ ſcribimus, quum ipſæ etiam vocales duæ efficiant ſonum, qualis apud Græcos nullus eſt, ideóque ſcribi illorum literis non poteſt. Idem lib. 1. cap. 6, Et lz, quæ & ipſa quorundam nominum nota eſt: & Q, cuius ſimilis effectus ſpeciéſque, niſi quòd paulùm à noſtris obliquatur. Quaſi diceret, Inter lz A & QVA hoc ſeruandũ eſt diſcrimen, vt lz A recto ſono, QVA paulùm obliquata proferatur. Sanè qui rectè proferunt, hanc (vt ita dicam) obliquationem ſeruant in Q literæ prolatione.

Qui, cuius, cui, nominatiuo non vtimur niſi in compoſitione, vt aliqua, ſiqua.

Quam ad rem. Plaut. Epid. Quam ad rem iſtuc refert? Idem Milite, 10. 175, At ego mihi annulum dari iſtunc tuum volo. VT. quam ad rem vis?

Quam rem agis? Terent. Heaut. 5. 1. 69.

Qua cauſa. Plaut. Menæh. 11. 25, Quid de te merui, qua me cauſa perderes?

Qua de cauſa. Plin. lib. 18. cap. 7. 19, Qua de cauſa leuior illis quàm cæteris panis eſt. Cic. 1. Acad. 46, Qua de cauſa definitiones rerum probabant.

Qua gratia? Id eſt quamobrem. Plaut. Amphit. 8. 30, Amphitruo redire ad nauim melius eſt nos. A M. qua gratia? 2. Quia domi, &c. Idem Aulul. 11. 20, Quid eſt, qua gratia nos coquere hîc cœnam prohibeas nunc? Terent. Eunucho, 1. 1. 79, Ego excludor, ille recipitur: qua gratia, Niſi illum plus amas quàm me?

Qua ratione. Terent. Eunucho, 2. 3. 30, -vbi vidiſti? CH. in via. P. qua ratione amiſti? c 11. id equidem Aduenienſ mecum ſtomachabar modó. Idem Phorm. 2. 1. 68, Qua ratione inopem potius ducebat domum? G. Non ratio, verùm argentum deerat.

Qua de re, pro Quam ob rem. Cic. Qua de re Iudices vobis magnopere prouidendum eſt. Plaut. Caſin. 6. 37, -iam domuiſti animum, potius vt quid vir velit Fieri, id facias, quàm aduorſere contra? c. qua de re? s. rogas? Super ancilla Caſina, vt detur nuptum noſtro villico. Idem Rud. 14. 16, Quid eſt? qua de re nũc litigatis inter vos? T. eloquar. Idem Pœnul. 4. 94, Nimia nos ſocordia hodíe tenuit. A D. qua de re obſecro? A N. Quia iam non dudum ante lucem ad ædem Veneris venimus. Terent. And. 1. 1. 13, -ehodũ ad me. D. quid hîc voltis? quid ais? D. qua de re? s. rogas? Meum gnatum rumor eſt amare. Vbi Donatus, Negantis vim habet hæc interrogatio, qua de re. Plus eſt enim qua de re, quàm nihil.

Qua de re, aliter pro De qua re. Varro de Re ruſt. Emptor ſtipulatur illas oues qua de re agitur, ſanas rectè eſſe. Cic. in primo Rhet. Firmatur ſimilitudine eius rei qua de re agitur, ad eam rem qua de re iudicatum eſt.

Qua pro re. Plaut. Rud. 31. 11, Qua pro re argentum promiſit hic tibi? G. ſi iſtum vidulum Redegiſſem in poteſtatem eius.

¶ Qua impudẽtia eſt? Vt eſt impudẽs, vel quæ eſt eius impudentia? Cic. pro Roſc. Comœdo, 26, Quod ſi facit, qua impudentia eſt? eúmne teſtem improbabit, quem iudicem probarit?

¶ Qua, pro Qua ratione. Virg. 1. Æneid. 139, Qua facere id poſſis, noſtram nunc accipe mentem.

Prædico delectus, qua poſſit, habiturum. Cic. 6. Philip. 107.

Qua/Aduerbium loci, Per quem locum. Author Priap. Dic mihi quâ ſit iter. Plaut. Sticho, 9. 15, Poſt illa iam iſte eſt tranquillus tibi? A. Magis quàm mare quâ ambo vecti eſtis.

Perge modo, & quâ te ducit via dirige greſſũ. Virg. 1. Æne. 81. Omnes introiſſe, quâ adiri poterat in eũſũdũ. Ci. pro Cecin. 15. Ipſe in tẽplũ neſcio quâ per cuniculũ aſcẽdit. Ci. 3. Philip. 137. Licet illi vagari quâ velit. Cic. 1. de Orat. 36.

Quâ digitum proferat non habet. Cic. pro Cecin. 51.

Quâ proximũ. Tacit. lib. 15, Quâ proximũ, & cõmeatibus nõ egenũ, regionem Comagenam, &c. petiuit. Idem lib. 19, Vt quâ cuiq; proximum, omiſſa præda, prælio occurrerent. Liu. lib. 1. Decad. 3, Paſſim ſine vllius imperio, quâ cuiq; proximum eſt, in amnem ruũt. Idem lib. 5. Decad. 4, Domitius ab Arimino, quà proximum fuit, Quintius per Ligures in Boios venit.

Qua viſus erat. Saluſt. in Iugurth. Poſtremò omnia, quâ viſus erat, cõſtrata telis, armis, cadaueribus, & inter ea humus infecta ſanguine.

Eâ quâ, inter ſe relata. Liu. lib. 6. Dec. 1, Et Volſci qua modò ſimulato metu, eâ in veram fugam effuſi. Sic locus ille emendandus eſt, vt ait Rhenanus in Caſtigationibus in lib. 19. Taciti.

Quà aut quó. Ci. Attico, lib. 8. 14. 9, Qui autẽ locus erit nobis tutus, vt iam placatis vtamur fluctibus, antè quàm aliquem venerimus? Quà antẽ, aut quò nihil ſcimus. Eidem, lib. 7. 13. 1, Sin diſcedit, quò, aut quà, aut quid nobis agendum ſit, neſcio.

¶ Quâ aliquãdo ſignificat Tũ, ſiue partim. Plin. epiſt. 49. li. 3. c, Mediũ tẽpus diſtentũ impeditúmque quâ officiis maximis, quâ amicitia principum egiſſe. Plaut. Trin. 14. 36, -neque Iſtis quicquã lege ſanctũ eſt, leges mori ſeruiunt, mores autem Rapere properãt, quâ ſacrum, quâ publicum. Id eſt partim, vel iuxtà potius, aut tum ſacrum, tum prophanũ, inquit Budæus. Cic. ad Atticum, lib. 2. 14. 4, Nam gladiatorii quâ dominus, quâ aduocati, ſibilis conſciſſi. Id eſt, dominus iuxtà ac aduocati. Liuius lib. 9. ab Vrbe. 11, His inuicẽ ſermonibus quâ cibi, quâ quietis immemor nox traducta eſt. Ibidem, 36, Iuſſúmque dicere non tanquã Senatorem, ſed tanquam reum quâ infœlicis belli, quâ ignominioſæ pacis. Rurſum lib. 10. 180, Sequitur hunc annum & Conſul inſignis L. Papyrius Curſor quâ paterna gloria, quâ ſua: & bellum ingens.

Topiarium laudaui, ita omnia cõueſtiuit hedera, quâ baſim villæ, quâ intercolumnia ambulationis. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 9.

Quâ itineris, quâ de Bruto: modus eſt dicendi, pro quo inepte dicitur, *Ex parte qua itineris, vel de Bruto mentio ſit*. Cicero Attico, At quàm honeſta, quàm expedita tua conſilia, quàm euigilata tuis cogitationibus, quâ itineris, quâ nauigationis, quâ cõgreſſus ſermoniſque cum Cæſare. Eidẽ, lib. 15. 319. 7, Intelligo te diſtẽtiſſimũ eſſe, quâ de Buthrotiis, quâ de Bruto. Id eſt partim ob Bruti ludos, partim ob Buthrotios ciues; inquit Budæus.

Quâ, pro Quatenus. Paulus Iureconſ. Sed nec ille qui filium alienum poſſidet, tantum habet quanti eum patri vendere poteſt. Sed in præſentia, non quâ filius alicuius, ſed quâ homo æſtimatur. Budæus.

Quacunque/Ablatiuus à Quæcunque. Liuius 1. ab Vrbe, 10, Is Aſcanius, vbicunque, & quacunque matre genitus (certè natũ Ænea conſtat), abundante, &c. Quaſi dicat, tametſi incertum vbi, & qua matre ſit genitus, tamen, &c.

Separatur nõnunquã apud poetas per Tmeſim. Lucr. li. 6. 18, Quid faciant, & qua de cauſa cunque ferantur.

Quacunque, Aduerbium, pro Per quancunque partem. Liuius 1. ab Vrbe, 260, Vbi eo ventum eſt, quacunque incedit armata multitudo, pauorẽ ac tumultũ facit. Cic. 3. Verr. 30, Quacũque iter facit, eiuſmodi fuit, nõ vt Legatus Populi Ro. ſed vt quædam calamitas peruadere videretur. Idem Attico, lib. 14. 314. 9, Quacunque nos cõmouimus. Et 1. de Lege agraria, 45. Plin. lib. 11. cap. 14. 11, Iam quacunque iter eſt, aliubi pro aqua, aliubi pro pabulo. Sub. pendunt.

Quadantenus/pen. cor. Aduerbiũ, Vſque ad quandã partẽ, aliquantulũ. Plin. lib. 16. ca. 10. 9, Tria autẽ genera eius, latũ, & alterum lõgius, quadãtenus rubens. Idẽ lib. 37. in Procm. 1, Quæ fuerit origo gemmarum, & quibus initiis in tantum hæc admiratio exarſerit, diximus quadantenus in mentione auri.

Quadra/quadræ, Mẽſarium inſtrumentũ ex ſtanno vel argento, ſuper quod dapes ſcindũtur, ſiue apponũtur ſciſſæ: quòd qua

BIBLIOTHECA REGIA MONACENSIS.

drata forma fieri ſoleat: veluti rotunda repoſitoria, orbes dicimus. Fitque aliquãdo etiam ex pane. Virgil. 7. Æneid. 13, -patulis nec parcere quadris. Iuuenalis Sat. 5. 1, Vt bona ſumma putes, aliena vinere quadra. Horat. 1. epiſt. 18. 10, Et mihi diuiduo findetur munere quadra.

Quadram, Panis fragmentum ſiue fruſtum eſſe nonnulli dicũt: quia olim apud Romanos quadrati panes dicerẽtur. Mart. lib. 6. 75,

Quum mittis turdúmque mihi, quadrámque placentæ,
Siue femur leporis, ſiue quid his ſimile. Idem lib. 9. 95, Secta plurima quadra de placenta. Sic apud eũdem lib. 11. 28, Quadra caſei Toloſatis.

Quadragenarius/Adiect. Qui natus eſt quadraginta annos.

Quadragéni, pen. prod. Aliud adiectiuum, Idem ſignificat quod quadraginta. Colum. lib. 5. cap. 2. 4, Centies vicies duceni quadrageni ſiunt viginti octo millia & octingenti.

Quadragena millia. Cic. 3. Verr. 105, Columnas ſingulas ad impluuium ut quadragenis millibus non minus magnas locatas. Idem ad Atticum, lib. 4. 87. 2, Vt ambo ut quadragena coss. darent, ſi eſſent ipſi coss. facti. Sic Plinius lib. 8. cap. 43. 4.

Quadrageni pedes in terga. Plin. lib. 17. cap. 13. 4.

Quadragenis diebus latent. Plin. lib. 8. cap. 36. 1.

¶ Quadrageni, abſolutè aliquãdo ponitur. Suetonius de Claris Grammat. 13, Luxuriæ ita indulſit, vt ſæpius in die lauaretur: nec ſufficeret ſumptibus, quanquam ex ſchola quadragena annua caperet. Subaudi, millia nummũm, aut aliquid tale.

Quadragéſimus, penult. corr. Aliud item adiectiuum. Plin. lib. 14. cap. 20. 7, Cocti parte quadrageſima. Idem lib. 2. cap. 8. 7, Quadrageſima ſecunda Olympiade.

Quadrageſima, abſolutè dicitur, pro quarta parte. Suetonius in Caligula, cap. 40, Pro litibus atque iudiciis vbicunque conceptis, quadrageſima ſummæ, de qua litigaretur, exigebatur. Subaudi pars. Idem in Veſpaſiano, cap. 1, Publicanum quadrageſimæ in Aſia egit.

Quadragies, Aduerbium. Plin. de Viris illuſt. cap. 47, Ipſe quadragies quater accuſatus, glorioſè abſolutus. Liu. 8. bel. Maced. 244, Similius enim viri eſt, argenti quàm auri maius pondus fuiſſe: & potius quadragies, quàm ducẽties quadragies litem æſtimatam. Plin. lib. 9. cap. 55. 1, Huius villam intra quàm modicam quadragies piſcinæ vænierũt. Cic. pro Flacco, Seſtertiũm ter & quadragies.

Quadraginta, indeclinabile. Plin. lib. 2. cap. 8. 9, Signiferi autem ambitum peragit trecenis & duo de quinquagenis diebus, ab ſole nũquam abſiſtens partibus ſex atque quadraginta longius, vt Timæo placet.

Annos natus magis quadraginta, Vide **Magis** aduerbiũ.

Iugera quadraginta arui. Catull. in Mentulam, epigr. 110. 2.

Quadrangulus/pen. corr. Adiectiuũ, Quod quatuor angulos habet. Plin. lib. 13. cap. 11. 1, Intus granum quadrangula figura.

Quadrans/quadrãtis, maſc. g. Genus nummi: quod ſit quarta pars aſſis. Quadrãs erat (authore Plinio) nummulus, qui & triuncis vel triunx vocatus eſt à tribus vnciis. Vt enim ſeſterti quarta pars eſt denarii, ita quadrãs quarta pars aſſis. Iuuen. Sat. 7. 1, Nam ſi Puerio quadrans tibi nullus in arca
Oſtendatur. Hæc Budæus. Mart. lib. 1. 55, Dat Baiana mihi quadrantes ſportula centum. Liuius 3. ab Vrbe, 79, In Conſulis domum plebes quadrantes vt funere ampliore efferretur, iactaſſe fertur. Martialis lib. 3. 7,
Centum miſelli iam valete quadrantes,
Anteambulonis congiarium laſſi. Idem lib. 7. 9, Quadrantem nemo iam tibi credet, & hoc.

Quadrantem ſoluiſſe videntur ingredientes balneum. Horatius 1. Serm. ſaty. 3. 28,
-dum quadrante lauatum
Rex ibis. Iuuenalis Saty. 6. 45, Cædere Syluano porcum, quadrante lauari.

Minus locuples vno quadrante. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 19.

¶ Quadrans operæ. Colum. lib. 2. cap. 4. 7, Iugerum talis agri quatuor operis expeditur: nam commodè proſcinditur duabus, vnà iteratur, tertiatur quadrante, in liram ſtatim redigitur quadrante operæ, Id eſt quarta parte operæ.

Quadrãs pedis. Gell. lib. 3. cap. 10, Inuentũ eſſe ſub terra ſcripſit Oreſti corpus cubita longitudinis habens ſeptem, quæ faciũt pedes duodecim & quadrantem.

¶ Quadrans, genus ponderis. Plin. lib. 27, Bibitur ad dolorem vuluæ & vitia: macerari oportet in ſextariis tribus quadrãtem radicis tuſæ per noctem & diem. Et lib. 28, Ad tuſſim veterem recens decoquitur quadrantis pondere, in vini ſextariis tribus.

Quadrantãlis, & hoc quadrantãle, pen. prod. Plin. lib. 13. cap. 15. 2, de Atlantis arboribus, magnitudo ampliſſima adhuc fuit, vnius comiſſæ ex orbibus dimidiatis duobus, à rege Mauritaniæ Ptolemæo, quatuor pedum & ſemipedis per mediũ ambitum, craſſitudine quadrantali. Id eſt pedis quartæ partis.

Quadrantãrius, Adiectiuum. Cic. pro M. Cælio, 49, Niſi fortè mulier potens, quadrantaria illa permutatione familiaris facta erat balneatori. Per contemptum dictum, id eſt quæ accepto quadrãte à balneatore familiaris facta eſt, more meretricum. Sic Cæcilius Clytemneſtram quadrantariam dixiſſe videtur, apud Quintilianum lib. 8. cap. 6.

Quadrantal, quadrantãlis, pen. prod. n. g. Idem quod amphora. Feſtus, Quadrantal vocabant antiqui amphoram, quod vas pedis quadrati octo & quadraginta ſextarios capit. Plaut. Curcul. 3. 14,
Sitit hæc anus. P A. quantillum ſitit? P H. modica eſt, capit
Quadrantal. Plin. lib. 14. cap. 14. 2, Nequis vinum Græcũ, Aminæúmque octonis aſſibus æris ſingula quadrantalia venderet. Varro 1. de Re ruſt. cap. 57. 1, Quidam ipſum triticum conſpergunt, quum addant circiter in M. modium quadrãtal amurcæ. Cato cap. 57, Summa vini in homines ſingulos intra annũ quadrantalia V I I I. compeditis autem vt quicquid operis facient, pro portione addito. Vetus exẽplar legit, inter annum cum cõpeditis vti, &c. Sic cap. 10. 1. & cap. 24. Budæus ſatis multis verbis docet ſe nihil aliud potuiſſe colligere ex verbis authorum, quid ſignificaret quadrantal, quàm amphoram.

Quadrãtal, Figura eſt quæ omni ex parte quadrata ſit, quales ſunt cubi & teſſeræ, quibus in alueolo luditur. in quãcunque enim partem incubuerint, immotam habent ſtabilitatem.

Quadrarius, Adiectiuũ. vt Vas quadrariũ, hoc eſt ex quadrato lapide factum, vt contractius ſit. Cato cap. 18. 1, Torcularium ſi ædificare voles, quadrariis vaſis, vti contractiora ſient, ad hũc modum vaſa componito.

Quadratus/Vide **Quadrum.**

QVADRATVS, pen. prod. A poſtolorũ diſcipulus, Præſul Athenienſis, vnà cum Philippi filiabus, prophetico ſpiritu clarus perhibetur. Chriſtianos magnis ea tempeſtate terroribus diſperſos, ſua prudentia redintegrauit. Adriano principi Athenas venienti, librum pro noſtra religione compoſitum dicauit, valde quidem probatum, in quo ſuæ fidei rationem aſſignat, vidiſſéque plurimos in Iudæa, qui variis preſſi calamitatib⁹, liberati ſunt, ſed & mortuos quoque reuixiſſe. Ex Hieronymo & Euſebio.

Quadridens, pen. cor. om. g. Quod quatuor habet dentes. Cato cap. 10. 3, Rutra quinque, raſtros quadridentes duos.

Quadriduum/Vide **Quatriduum.**

Quadriennium/quadriennii, Spatiũ quatuor annorũ. Cic. 5. Verr. 37, Nã quũ quadriennio poſt in Siciliã veniſſem, ſic mihi affecta viſa eſt, &c. Plin. lib. 8. cap. 50. 1, Trimæ capræ min⁹ vtiliter generant, & in ſenecta, nec vltra quadriennium. Sic lib. 7. ca. 49. 3. Et lib. 14. cap. 3. 3, Intra quadrienniũ albeſcẽte vino.

Quadrifariam/ Aduerbiũ, Quadripartito, in quatuor partes. Varro, Et ea quæ ad mortales pertineãt, quadrifariam diſpertierim. Suet. in Vitellio, ca. 13, Sed vel præcipuè luxuriæ ſæuitiæque deditus, epulas trifariam ſemper, interdũ quadrifariam diſpertiebat, in ſentacula, & prandia, & cœnas, comeſſationéſq;. Liu. 4. ab Vrbe, 96, Quadrifariam diuiſo exercitu. Ibidem, lib. 2. 191, Quadrifariam enim vrbe diuiſa regionibus collibúſque, quæ habitabantur partes, tribus eas appellauit.

Quadrifidus/pen. cor. Adiectiuum, Quod in quatuor partes findi poteſt, aut fiſſum eſt. Virg. 2. Georg. 5, Quadrifidáſque ſudes, & acuto robore vallos. Hoc eſt ita robuſtæ, vt in quatuor partes diuidi poſſint. Colum. lib. 4. ca. 33. 4, Taleæ propius ſtirpem reciſæ quadrifidas plerunque, ac deinde ſecundæ taleæ eiuſdem arboris bifidas ridicas ſubminiſtrant.

Trabs quadrifida. Valer. 1. Argon. 133.

Labor quadrifidus. Claud. 5. Paneg. 53.

Quadrifores/& hoc quadrifore, pen. corr. Quod quatuor fores ſiue foramina habet. Plin. lib. 11. cap. 11. 3, Veſpæ nidos Vere faciunt ferè quadrifores.

Quadriformis/& hoc quadriforme, Quod quatuor formas habet.

Quadriga/quadrigæ, pen. prod. A quatuor equis quibus iungebatur, appellata eſt. Gel. lib. 19. cap. 8, Quadrigas Cæſar etiam ſi currus vnus, equorum quatuor iunctorum agmen vnum ſit, pluratiuo ſemper numero dicendas putat.

Apta quadrigis equa. Horat. 1. Carm. ode 16. 7.

Nec enim in quadrigis eum ſecundũ numerauerim aut tertium, qui vix è carceribus exierit. Cic. de Claris Orat. 89.

Mineruam quadrigarum inuentricem ferunt. Cic. 3. de Nat. deorum, 81.

Quaſi deſultorius in quadrigarum curriculum incurrere. Cicero pro Murena, 51.

Digitized by Google

¶Aliquando quadrigarum nomine intelligũtur etiam equi, qui quadrigas agunt. Colum.lib.3.cap.9.5, Vnde sacrorũ certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarũ semina diligenti obseruatione custodiunt, & spem futurarum victoriarũ concipiũt propagata sobole generosi armẽti. Plaut. Pœnul.4.146, Nisi ego illum iubeo quadrigis cursim ad carnuficem rapi.

Curru quadrigarum vehi.Cic.1.de Diuinat.115.

Citæ quadrigæ.Virgil.8. Æneid.119.

Insanæ quadrigæ.Claud.7.Paneg.13, -velut ordine rupto
Quum procul insanæ traherent Phaethontа quadrigæ.

Niueæ quadrigæ. Claud. de bello Get. 16, Qui captos niueis reges egere quadrigis.

Pernicissimæ quadrigæ,Vide **Pernix.**

Pomeridianæ quadrigæ.Cic.in Orat.89.

Roseæ quadrigæ.Virg.6.Æneid.107.

¶Quadrigis albis indipisci.Plaut.Asin.7.13,
Nam si huic occasioni tempus se subterduxerit,
Nũquam pol indipiscet quadrigis albis postea.Quadrigæ albæ, erant equi Veneris, qui albi erant,& citi: vt fit sensus, Etiam si currum Veneris ab alitibus vectum, & per hoc citissimæ celeritatis conscenderet, & sequi vellet iam amissam hanc occasionem,nunquam eam consequeretur.

Sed in te intuens Brute doleo,cuius in adolescẽtiam,per medias laudes quasi quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna Reip.Cic.de Clar.Orat.185.

Poeticæ quadrigæ.Cic.Q.fratri,lib.1.160.3.

Quadrigula,penult.corr. Diminutiuũ.Cic.de Fato,9. Aut Philippus hasce in capulo quadrigulas vitare monebatur:Plinius lib. 34. cap.8.13, Dextra limam tenet, læua tribus digitis quadrigulam tenuit translatam Prænestẽ.

Quadriiugus, pen.corr. Adiectiuum. vt Quadriiugi, siue quadriiuges equi, quaterni ad vnum iugum alligati. Virgilius 10. Æneid.115, -quin ecce Nyphæi
Quadriiuges in equos, aduersáque pectora tendit. Ouidius 3. Amor.eleg.2.14.

Certamen quadriiugum.Stat.6.Thebaid.74.

Currus quadriiugi. Virg.3.Georg.4.& 12.Æneid.33,Quadriiugo vehitur curru. Plin.in Paneg.35,1ã hoc ipsum,quod ingressus es,quàm mirum,lætúmque.nam priores inuehi & importari solebant:non dico quadriiugo curru, & albentibus equis, sed humeris hominum.

Quadriiuges ipsi equi dicuntur, quadrigis iuncti. Ouidius 2. Metam.34, -tritúmque relinquunt
Quadriiuges spatium:nec quo prius ordine currunt.

Niuei quadriiuges.Stat.12.Thebaid.107.

Quadrigarius,quadrigarii, Qui in Circensibus quadrigas agitabat,inquit Asconius. Varro 1.de Re rust.cap.7.12,Itaq; peritus belli alios eligit,atq; alit,& docet aliter quadrigari°,ac desultor.

Quadrigãtus,pen.prod.Adiectiuum. Plin.lib.33.cap.3.7, Nota argenti fuere bigæ atque quadrigæ,& inde bigati,quadrigatique dicti. Liu.1.bel.Pun.115,Pacti vt arma atque equos traderẽt,in capita Romana tricenis nummis quadrigatis,in socios ducenis, in seruos centenis.

Quadrigẽminus/pen.cor.Adiectiuũ, vt Quadrigemina cornicula. Plin.lib.8.cap.23,Cerastis corpore eminere cornicula sæpe quadrigẽmina: quorum motu reliquo corpore occultato solicitent ad se aues.

Quadrilibris/ & hoc quadrilibre,penult.prod.Quod est põdo quatuor librarum. Plaut.Aulul.31.2, Quadrilibrem aulam auro onustam habeo:quis me est diuitior?

Quadrimus/pen.prod.Adiectiuum,Quod habet quatuor annos.Plaut.Capt.11.102, -perdidi vnum filium
Puerum quadrimum. Liu.7.bel.Pun.101,Frusinone infantem natũ esse quadrimo parem. Plin.lib.8.cap.44.1, Ad tales partus equis neque quadrimis minores, neque decẽnibus maiores legunt. Cic.ad Tironem,lib.16,de quadrimo Catone.

Merum quadrimum.Horat.1.Carm.ode 9.1.

Quadrimulus,pen.corr.Diminutiuum. Plaut.Capt.18.4,Nam tibi quadrimulum tuus pater peculiarem paruulo puero dedit. Idem Pœnulo,1.85,
Altera quinquennis,altera autem quadrimula
Cum nutrice vnà periere.

Quadrimãtus,huius quadrimãtus,pen.prod. Ætas quatuor annorum.Plin.lib.19.cap.11.1,Sed ex his quæ sunt fortissima,nullum extra quadrimatum vtile est. Idem lib.8.cap.45.1, Id consecutus est,non ante quadrimatum ad partus vocando.

Quadrimatũ agere. Colum.lib.7.cap.9.1, Quamsalacissimos oportet esse mares, qui & annicula ætate cõmodè progenerãt, dum quadrimatum agant.

Quadringenarius/Adie.vt Quadringenariæ cohortes,Quadraginta viros continentes. Liu.7.ab Vrbe, 18,Quadringenariæ octo cohortes,lecta robora virorum scribuntur.

Quadringenti/quadringẽtæ,quadringẽta, Numerale quatee centum significans.Plin.lib.8.cap.17.5,Pompeius Magnus quadringẽtas decem misit, diuus Augustus quadringentas viginti. Cic.in Pisonem,7,Centũ propè annos legem Heliam & Fusiam tenueramus:quadringẽtos iudicium,rationémque Censoriam.

Tali quadringenti iacti.Cic.2.de Diuinat.71.

Quadringẽties,Aduerbiũ.Plin.lib.9.cap.35.14, Quæ summa quadringenties sestertiũm colligebat. Cic.4.Verr.17,ns quadringenties accepisse te arguo contra leges. Idem pro Rab. Post. 13,Sestertiũm bis millies & quadringenties ne magnopere contemneret.

Quadringẽtẽsimus,pen.corr.Adiect.Plin.lib.8.cap.6.1, Anno vrbis quadringẽtesimo septuagesimo secundo. Idem lib.15.cap. 1.1,Anno circiter quadringentesimo quadragesimo.

Quadringenus,pen.prod. & vt nonnulli legũt, quadrigenus, vel quadricenus. Liu.8.ab Vrbe,60, Vectigal quoque eis Campanus populus iussus pẽdere in singulos quotannis(fuere autem mille & sexcenti) denarios nummos quadringenos quinquagenos. Varro 1.de Re rust.cap.8.3,Vbi tricenis ac quadrigenis millibus ns admissarii aliquot vænierunt.

Quadrinus/pen.prod.Adiect.pro Quatuor,quẽadmodũ Trinus.Plin.lib.11.cap.36.2,Mutationes,& in alias figuras transitus, trinis aut quadrinis diebus. Idem lib.7.cap.50.4,Neque horis modò,sed & diebus,noctibúsque trinis,quadrinísve,etiam toto anno. Idem lib.20. cap.9.19, Discutit & foliis strumas, quadrinis diebus soluta.

Quadripartitus/pen.prod. Adiectiuũ. In quatuor partes diuisum. Plin.lib.15.cap.22.3, Nucleorúmq; illis quadripartita distinctio. Cic.3. Verr.13, Quare hæc eadẽ erit quadripartita distributio totius accusationis meæ. Sic 3.de Nat.deor.8. Varro 1.de Re rust.cap.23.1,Et quoniam habemus illa duo prima ex diuisione quadripartita, de fundo & de instrumento. Sic cap. 37.1. Et Cicero 1.Tusc.106. Quintil.lib.5,cap.14, Quadripartitam & bipartitam quoque fieri posse ratiocinationem. Legitur & quadripertitus,per e secundam vocalem.

Quadriremis/huius quadrirẽmis, pen. prod.f.g. Nauis quatuor remorũ ordines habens.Liu.4.bel.Pun.149,Præmissa quadriremis,quum intrasset fauces portus,capitur. Cic.7.Verr.68, Egreditur Centuripina quadriremi Cleomenes è portu.

Quadriuium/quadriuii, Locus publicus,quo quatuor viæ cõ currunt.Iuuen. Saty.1.7,Nónne libet medio ceras implere capaces Quadriuio. Catull.ad Cælium,54.1,
Nunc in quadriuiis,& angiportis
Glubit magnanimos Remi nepotes.

Quadro/quadras,Vide **Quadrum.**

Quadrum/ quadri,Quod rectas atque æquales lineas quatuor,& quatuor rectos angulos habet.Columella lib.8.ca.3, Perticæ dolantur in quadrum.

In quadrum sententias redigere:Hoc est,æqualiter fundere, & suo numero seruato æqualiter disponere. forma enim quadrata inquit Quintilianus, nulla est ex parte neque longior, neque breuior.Cic.in Orat.110, Quin redigeret omnes fere in quadrum numerúmque sententias. Ibidem, paulo post, 137, Si aliculus incõditi arriplas dissipatã aliquã sententiã, eámque ordine verborum paulum commutato in quadrum redigas.

Quadro,quadras,quadrare,In quadrum redigere.Horat.1.epist. 6.7, -& quæ pars quadret aceruum. Colum.lib.11.cap.2,Abies atque populus singulis operis ad vnguem quadrantur.

¶Quadrare,per translationem, pro Consentire, & ex omni parte conuenire ponitur. Tractum à lapidibus quadris,qui omnium laterum æquali proportione inter se optimè conueniunt ac consentiunt. Virg.1.Georg.56,Arboribus positis secto via limite quadret. Cicero 3.de Oratore,56,Et tamen eam cõiunctionem,sicuti versum, numerosè cadere & quadrare & perfici volumus. Idem ad Atticum,lib.13.28.3,Non sanè quadrat illum ciuẽ Olympiade ea ibi visum. Vetus codex hìc aliter legit, sed deprauatissimè.

Quoniam tibi quadrat,omnia in illis fuisse paria. Cicero de Claris Oratoribus,21.

Quadrare ad.Cic.ad Atticum,lib.4.87.5, Visum est hoc mihi ad multa quadrare.

Quadrare in.Cic.pro Cælio,56, Quod profectò nunquã hominum sermo,atque opinio cõprobasset,nisi omnia quæ cum turpitudine aliqua dicerẽtur,in istã quadrare aptè viderentur.

Summa rationũ quadrans dicitur,in qua nihil excurrit,& in qua nulla sunt reliqua:Id est quũ æqualis est súma accepti & expensi.Cic.3.Verr.65,Expensa Chrysogono seruo sestert. sexcenta millia, accepta pupillo Malleolo retulit. Quomodo ex decies

ſeſter. ſexcenta ſint facta, quomodo ſexcẽta eodem modo quadrarint, vt illa de Cnei Carbonis pecunia reliqua ſeſter. ſexcenta facta ſint, &c. vos æſtimabitis. Budæus.

Quadrâtus, pen. prod. Participiũ, ſiue Nomen. Hoc eſt, quatuor angulos habens. Liu. 6. ab Vrbe, 21, Capitoliũ quoque ſaxo quadrato ſubſtructum eſt. Plin. epiſt. 154, Manẽt adhuc pauciſſimi arcus: poſſunt & erigi quidam lapide quadrato, qui ex ſuperiori opere detractus eſt.

Quadratũ agmen. Cic. 2. Philipp. 105, Agmine quadrato cum gladiis ſequuntur ſcutati milites. Liu. 2. ab Vrbe, 16, Valerius quadrato agmine peditem ducit. Sic lib. 10. 60. Tibull. lib. 4. Ad Meſſalam, 21, Seu ſit opus quadratũ acies cõſiſtat in agmen.

Quadratis angulis palmus. Plin. lib. 17. cap. 11. 5.

Imago quadrata. Lucret. lib. 4. 48.

In quadratum pedem ſerantur. Colum. lib. 2. cap. 10. 16.

Turres quadratæ. Lucret. lib. 4. 70.

¶ Triãgula & quadrata, Cic. 2. de Diu. 134, Quũ autem in eam ipſam partem orbis venerint, in qua ſit ortus eius qui naſcatur, aut in eam quæ coniunctum aliquid habeat, aut conſentiens, ea triangula illi & quadrata nominent. De ſtellis.

Quadratum & Rotundum. Cic. 2. de Finib. 63. Horat. 1. epiſt. 2. 20, -mutat quadrata rotundis.

Dimenſio quadrati. Cic. 5. Tuſc. 89.

Forma quadrati. Cic. 1. de Nat. deorum, 35.

Efficere quadratum paribus oris. Quintil. lib. 1. cap. 10. 31.

Quadrati Boues, grãdibus membris, *Formati, & bene membrati*, quod vulgò dicunt. Colum. lib. 6. cap. 1. 2.

Quadrata compoſitio. Quintil. lib. 1. cap. 5, Quæ leuis & quadrata, ſed virilis tamen compoſitio. Id eſt æqualiter fuſa: forma enim quadrata, nulla eſt ex parte neque lõgior, neque breuior. Idem lib. 9. cap. 4, Id quod ex illis conficitur, aut ſeuerum, aut luxurioſum, aut quadratum, aut ſolutum erit.

Quadratarii, dicuntur marmorarii, qui marmora adamuſſim quadrant. Sidonius lib. 3, Quod factum ſine ab induſtria, ſeu per iniuriam, mihi magis quàm quadratario liuidus lector adſcribet. In ſacris quoque libris in quatuor Coronatorum vita ſic legitur, Dum Diocletianus omnes metallicos congregaret, inuenit Claudium, Caſtorium, Symphorianum, & Nicoſtratum mirificos in arte quadrataria. Sic Seneca epiſt. 86. Alciatus.

Quadrupes/pen. corr. quadrúpedis, pen. corr. Aliquãdo ſubſtantiuum, aliquando adiectiuum: Quod habet quatuor pedes. Terent. And. 5. 2. 14, -tu tamen
Cura adſeruandum vinctum, atque audín' quadrupedem conſtringito. Per tranſlationem dixit Terentius. Plin. lib. 10. cap. 33. 4, Vt nulla quadrupes poſſit accedere. Columella lib. 11. cap. 1, Nec minus maiora quadrupedia charactere ſignari debent. Idem lib. 2. cap. 14, Quinetiam pecus lanatum, cunctáque quadrupedia tempus idoneum eſt caſtrandi.

Nihil inter te atq; inter quadrupedẽ intereſt. Cic. in Para. 16.

Vectio quadrupedum. Cic. 2. de Nat. deor. 16, Efficimus etiam domitu noſtro quadrupedum vectiones.

Animoſos quadrupedes regere. Ouid. 1. Metam. 17.

Diſtentæ quadrupedes viridi pabulo. Quintil. lib. 1. cap. 10. 4.

Infans quadrupes. Ouid. 15. Metam. 45.

Vaſta quadrupes. Cic. 2. de Nat. deorum, 170.

Quadrúpedans, pen. corr. quadrupedãtis, Quod quatuor pedibus graditur, vt equi, & eiuſmodi. Plaut. Capt. 13. 45,
Tum piſcatores, qui præbent populo piſces fœtidos,
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti canterio. Virg. 11. Æneid. 113, -perfractáque quadrupedantum
Pectora, pectoribus rumpũt. Plin. lib. 8. cap. 45. 6, Theſſalorum gentis inuentum eſt, equo iuxtà quadrupedante cornu intorta ceruice tauros necare.

Quadrúpedãs, Adiectiuũ. vt Sonitus quadrupedãs. Virg. 8. Æneid. 110, Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.

Quadruplator/ pen. prod. quadruplatôris. Alconius, Quadruplatores, delatores erant criminum publicorum, in qua re partem de proſcriptorum bonis, quos detulerant, conſequebantur. Cic. 1. Verr. Putant fore, vti ſi paulatim hæc conſuetudo ſerpere ac prodire cœperit, per homines honeſtiſſimos, viroſque fortiſſimos, non imperitos adoleſcentulos, aut illiuſmodi quadruplatores, leges iudiciáque adminiſtrẽtur. In eũdem act. 4, Petit Næuius Turpio quidam iſtius excurſor & emiſſarius, homo omnium ex illo conuentu quadruplatorum deterrimus. In eũdem, 4. 13, Niſi fortè exiſtimatis ei quadruplatores ad fretum præſto fuiſſe. Liu. 3. ab Vrbe, 310, Clarum hac fore imagine Scaptium nomen: Populũ Rom. quadruplatoris, & interceptoris litis alienæ perſonam laturum?

Quadruplator, vt breuiter deſcribam, capitalis eſt. Author ad Herennium, lib. 2. 77.

Quádruplor, pen. corr. quadruplâris, quadruplari, Quadruplatoram exercere. Plaut. Perſa, 3. 9,
Neque quadruplari me volo: neque enim decet
Sine meo periculo abire aliena ereptum bona.

Quadruplex/ pen. corr. quadrúplicis, pen. corr. om. gen. Quod quatuor eſt modorum, ſpecierũ, vel ordinum. Plaut. Curcul. 14. 21, Quam ego pecuniam quadruplicem abs te & lenone auferam. Plin. lib. 12. cap. 11. 1, Alia arbor floret, albæ violæ ſpecie, ſed magnitudine quadruplici. Liu. 10. bel. Pun. 38, Onerariarũ quadruplicem ordinem pro muro aduerſus hoſtem oppoſuit.

Stellæ quadruplices. Cic. in Arato, 11, Præter quadruplices ſtellas in fronte locatas.

Quadrúplico, quadrúplicas, pen. cor. quadruplicare. Plaut Sticho, 7. 4, -qui me in mercimoniis
Iuuit, lucríſque quadruplicauit rem meam.

Quadruplicáto, pen. prod. Aduerbiũ. Plin. lib. 14. cap. 4. 7, Emptis quadruplicatò vineis. Idem lib. 2. cap. 17. 6, Veneris quindecim & pluribus ſubit. Rurſus Saturni & Iouis duplicatò digrediũtur. Martis etiam quadruplicatò.

Quadruplus/ pen. corr. Adiectiuum. Plaut. Trucul. 16. 48, Poſt id ego in te manum iniiciam quadruplus venefica. Vbi interpres, Quadruplus, id eſt veniemus quatuor in te irrumpentes.

Quadruplum aliquid attribuere, Hoc eſt quater id quod dicitur. Plin. lib. 7. cap. 48. 1, Cornici nouem noſtras attribuit ætates, quadruplum eius ceruis, id triplicatum coruis.

¶ Quadruplum, Pœna furis. Quintil. lib. 7. cap. 5, Quum duo fures pecuniam abſtulerunt, ſeparatim quadruplum quiſque, an duplũ debeat. Cato de Re ruſt. in Præfatione, pœnam furis, dicit eſſe dupli, his verbis, Maiores enim noſtri tic habuere, & ita in legibus poſuere, furem dupli condemnari, fœneratorem quadrupli.

¶ Dare iudicium in quadruplum. Cic. 5. Verr. 17, Nam qui in decumanos octupli iudicium ſe daturum dixit, idem habuit in edicto, ſe in aratorem in quadruplum daturum.

Quadruplò, Aduerbium. Plin. lib. 11. cap. 37. 71, Pulmo quadruplo maior bubulo. De elephantis.

Quæ, cuius, cui, Pronomen fœmininum à Quis. Interrogatiuè aliquãdo pronũtiatur. Plautus Menæh. Quæ (malùm) hæc impudentia eſt? Cicero in Verrem, Quæ (malùm) eſt iſta tua audacia, atque amentia? Idem in Philipp. Quæ (malùm) iſta volũtaria ſeruitus eſt? Liuius ab Vrbe, Quæ (malùm) ratio expertis alia experiri?

Quæ tua facilitas, & huiuſmodi, per parentheſim poſita, pro Qua tu es facilitate, humanitate, &c. præditus. Plinius epiſt. 97, Sed (quæ facilitas tua) hoc magis dabis veniã, quod ſe nõ mereri fatentur. Idem epiſt. 15, Comœdum, vel lectorem, vel lyriſtam, vel (quæ mea liberalitas) omnes. Id eſt, tantæ liberalitatis ſum, vel tanta liberalitate, ſiue tãta eſt mea liberalitas, inquit Sipontinus. Cic. ad Atticum, lib. 6. 120. 1, Spero enim (quæ tua prudentia & temperantia eſt) hercule, vt iubet me Acaſtus, confido te iam vt volumus valere. Eidẽ, lib. 7. 127. 1, Et ſi eſſet factum (quæ tua eſt humanitas) aſcripſiſſes.

Quæ tua eſt humanitas, In principio ſententiæ, hoc eſt Pro tua humanitate. Brutus ad Ciceronem, 4. 4, Quæ tua eſt humanitas, æquo animo te moueri patieris.

Quæ tua poteſtas. Cic. Antonio in Epiſt. ad Atticũ, lib. 14. 311. 4, Quare quoniam hoc à me ſic petis, vt (quæ tua poteſtas eſt) ea neges te, me inuito vſurum, puero quoque hoc à me dabis.

Quæ mea mens in ſuſcipiẽda cauſa fuit, fides in agenda: eadem veſtra in iudicanda ſit. Cic. 7. Verr. 148.

Quæ, neutrum plurale à nominatiuo ſingulari Quod. Virg. eclog. 3. 14, O quoties, & quæ nobis Galatea locuta eſt.

¶ Inter QVAE relatiuum & infinitũ. Audiui quæ dixiſti: hîc QVAE relatiuum eſt, & ſubauditur pronomen EA: vt ſit ſenſus, Audiui ea quæ dixiſti. Audiui quæ dixeris: QVAE hoc loco, infinitũ nomen eſt, nec petit quicquã ſubaudiri: eſt enim quaſi tu dicas, Audiui qualia tu dixeris: hoc eſt qualia ſint ea quæ tu dixiſti. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 6. 1, Quæ gerantur, accipies ex Pollione. Hoc eſt, Intelliges ex Pollione qualia gerantur: Id eſt qualia ſint ea quæ geruntur.

Quæcunque, Quædam, Vide Quicunque, Quidam.

Quælibet in quemuis opprobria fingere. Horat. 1. epiſt. 16. 1.
At nunc ſeminibus quia certis quæque creantur.

Quæque. Lucret. lib. 1. 34.

Quæro/ quæris, quæſiui, quæſitum, pen. prod. & per ſyncopam quæſtum, quærere. Donatus, Nõ reperitur niſi quod quæritur: nõ quæritur niſi quod præſto non ſit. Terent. Eunu. 1. 3. 3, Vbi quæram? vbi inueſtigem? quẽ perconter? quam inſiſtam viam? Idem Adelph. 3. 4. 15, Te quærebam ipſum, ſalue Demea. Sic Martialis lib. 5. 45, Quærere aliquem omnibus conclauibus.

Digitized by Google

Per compita quærere aliquem. Iuue. Saty. 9. 12.
Aditum quærere per auia. Virg. 9. Æneid. 12.
Quæritur argentum. Horat. 1. epist. 2. 9.
Argentũ quærere in fœnus, vel mutuo. Plaut. Asin. 9. 13, Dum repertiam qui quæritent argentum in fœnus. Idem Persa, 2. 5, Ita fio miser quærendo argento mutuo.
Causam quærere quamobrem. Terent. Eunucho, 5. 6. 30,
Nam iandiu aliquam causam quærebat senex,
Quamobrem insigne aliquid faceret.
Coniugium quærere. Iuue. Saty. 11. 3.
Consilium quærere. Terent. And. 4. 2. 19, Consilium quæro.
Consilium quæsisset. Catull. epigr. 59. 55.
Diuerticula quærere. Cic. 5. de Finib. 119, Quinetiam ipsi voluptarii diuerticula quærant.
Excusationem quærere. Cic. ad Atticum, lib. 12. 247. 1, Quæ si manebunt, quærenda erit excusatio ad Brutum, & vt nunc est, mansuræ videntur.
Exitum quærere. Cic. 3. Verr. 1, Tamen impudentiæ suæ pudentem exitum quæsisse videatur.
Et melius nulla quæritur arte fauor. Ouid. 1. de Põto, eleg. 9. 8.
Fidem quærere promisso, In re promissa fidem aliquã & veritatem expetere. hoc est quod vulgus dicit, *Quærere experientiam*. Plin. lib. 17. cap. 9. 5, Qui fidem promisso huic quærunt, affirmãt lapillos, qui sufferuefiant, vnà rumpi.
Finem quærere amori. Ouid. 1. de Remed. amor. 29.
Fugam quærere. Cæsar 8. bel. Gall. 83, Hostes concidunt animis, atque itineribus diuersis fugam quærunt nequicquam.
Quærere fugam ex aliquo loco. Cic. ad Atticum, lib. 7. 135. 3, De pueris in Græciam trãsportandis tum cogitabam, quum fuga ex Italia quæri videbatur.
Fugam morbi quærere. Horat. 1. epist. 6. 6.
Gloriam quærere. Cic. 1. Offic. 57, Quum verò de imperio decertatur, bellóque gloria quæritur. Id est captatur.
Gratiam quærere alicui ad vulgum dicitur res aliqua. Liuius 6. ab Vrbe, 136, Eáque ipsa affinitas haud spreta, gratiam Fabio ad vulgum quæsierat. Id est comparauerat apud vulgum.
Identidem quærere, Vide Idem.
Immortalitatem quærere ipsa morte. Cic. 2. Tuscul 30, Sed videamus Herculem ipsum, qui tum dolore frangebatur, quum immortalitatem ipsa morte quærebat.
Inimicitias quærere. Plaut. Menæh. 15. 1, Quis à me hic quærit inimicitias sibi atque ætati suæ? Idem Asin. 9. 68, Malum hercle vobis quæritis.
Inuidiam ex re aliqua alicui quærere, Conflare. Quintil. lib. 6. cap. 1. 14, Vt Demosthenes ex parte percussi corporis, ex vultu ferentis, ex habitu inuidiam Midiæ quærit.
In aliquem inuidiã quærere. Cic. pro Rabirio Posthumo, 19.
Latebram quærere periurio. Cic. 3. Offic. 144, Sed si hoc sibi sumant, nullam esse fidem quæ infideli data sit, videant ne quæratur latebra periurio.
Laudem quærere. Terent. Heaut. 1. 3. 74, Tu tibi laudẽ is quæsitum, scelus.
Liberos quærere. Plaut. Capt. 13. 110, Liberorum quærendorum causa ei credo vxor data est. Gellius lib. 4. cap. 3, Quòd iurare à Censoribus coactus erat, vxorem se liberorum quærẽdorum gratia habiturum.
Locum iniuriæ quærere. Liu. 5. ab Vrbe, 43, Proinde & vos desinite inter nostra certamina locum iniuriæ quærere.
Locum insidiis quærere. Liu. 5. bel. Maced. 11.
Locũ gratiæ apud aliquẽ quærere. Liu. 5. bel. Pun. 89, Is mutata repentè volũtate, locum gratiæ apud Pœnum quærens, &c.
Locum seditionis quærere. Liu. 3. ab Vrbe, 189.
Materiam quærere amori. Ouid. 1. de Arte, 10.
In medium quærere, In commune. Virg. 1. Georg. 26.
Moras quærere. Ouid. 11. Metam. 93.
Moram quærere supplicio. Cic. 7. Verr. 119, Illũ quòd moram supplicio quæreret, ideo clamitasse se ciuem Romanum, sed speculatorem fuisse.
Quærere aliquem ad necem. Cic. pro Sestio, 46, Vexabatur vxor mea, liberi ad necem quærebantur.
Noua quærere. Propert. lib. 1. eleg. 11. 3, Nec noua quærendo semper amicus eris.
Numẽ & auxiliũ per sacras quærere sortes. Ouid. 1. Meta. 75.
Occasionẽ quærere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 81, At hostes sine fide tẽpus atque occasionem fraudis ac doli quærunt. Liu. 4. bel. Pun. 106, Tanquam nouandi res, aliquam occasionem quærentes.
Odium alicuius quærere. Ouid. 13. Metam. 162.
Quámve malis aliã quærere coner opẽ. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 9.
Opes & amicitias quærere. Horat. de Arte, 34.
Periculum voce quærere. Ouid. 2. Metam. 113.
Quo modo aliquid fiat quærere. Terent. Heaut. 5. 4. 16,
Quæris id quod habes, parentes: quod habes non quæris, patri
Quomodo obsequare.
Animus quærit rationem. Lucret. lib. 2. 208.
Regnum quæritur armis. Lucan. lib. 1. 71.
Remediũ quærere ab aliquo. Cic. 2. Tusc. 79, Cogamúsque cõfiteri, non esse ab eo doloris remedia quærenda, qui dolorem malorum omnium maximum esse dixerit.
Remedium ad rem aliquam quærere. Cic. pro Cluentio, 19, Domo sibi quærendum remedium existimauit ad eam moram, quæ nuptiis afferebatur.
Quærere aliquid in medio. Plin. lib. 25. cap. 13. 2, Statim eam quæ asyla vocatur, in remedio quærunt.
Requiem quærit sibi. Horat. 1. epist. 7. 16.
Risus quærere sibi. Horat. 1. epist. 7. 16.
Salutem alicui malo quærere. Terẽt. Adelph. 3. 1. 2, Atque huic malo salutem quærant, auxilii nihil afferant.
Seria quæramus amoto ludo. Horat. 1. Serm. saty. 1. 6.
Sermonẽ quærere. Terent. Eun. 3. 3. 10, -iam tũ erat suspicio,
Dolo malo hæc fieri omnia: ipsa accumbere
Mecum, mihi sese dare, sermonem quærere. Id est occasionem colloquendi.
Sitim quærere, Pronocare. Cic. 5. Philipp. 177, Ipse interea decem & septem dies de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim quærẽs: hæc enim ei causa solet esse declamandi. Sic dicitur vt Sermonem quærere. Budæus.
Somnum quærere re aliqua, Conciliare, inducere. Plin. lib. 11. cap. 17. 8, Odore strobi arboris somnum ægris quærunt.
Venenum quærere alicui. Cic. pro Cluẽtio, 98, Qui quum venenum priuigno suo quæreret, manifestò sit deprehensus.
Quærebátque viã, qua se genitrice relicta Exereret. Ouid. 10. Metam. 100.
Ardua sollicitis victoria quæritur armis. Ouid. 14. Metam. 90.
Voluptatem quærere. Cicero 1. de Finib. 50, Sed quia nonnunquam eiusmodi tempora incidũt, vt labore & dolore magnam aliquam quærat voluptatem.
Quærere ad vnum exemplum, Omnes sub vno exemplo cõprehendere. Cicero in Salustium, 2. Primum igitur, quoniam omnium maiores Crispus Salustius ad vnum exemplum & regulam quærit, velim mihi respondeat, &c.
¶ Quærere, Est etiam id quod nunc dicimus, *Informationem facere*, & Legibus vindicare. Salust. in Iugurtha, Quæ nisi quæsita erũt, nisi vindicatum in noxios: quid erit reliquum, nisi vt illis qui ea fecere, obedientes viuamus? Cicero, Decernebat enim vt veteribus legibus tãtummodo extra ordinem quæreretur. Idẽ, Tulit enim de cæde quæ in Appia via facta esset, in qua Publius Clodius occisus fuit. Quid ergo tulit? nempe vt quæreretur. Quid porrò quærendum est? factúmne sit? at cõstat. A quo? at patet. Hæc Budæus.
Quærere in aliquem. Cic. pro Cluẽtio, 118. Salust. in Iugurtha, Interea Romæ Bracchus Mamilius Lenietanus Tribun' plebis rogationem ad populum promulgat, vti quæreretur in eos quorum consilio Iugurtha Senatus decretæ neglexisset.
Maiores nostri in dominũ de seruis quæri noluerũt. Cic. pro Milone, 44.
Quærere de. Cic. 2. Verr. 14, Quũ Prætores designati sortirẽtur, & M. Metello obtigisset vt is de pecuniis repetundis quæreret. Idem pro Rosc. Amer. 71, Qui vel ipse sese in cruciatum dare cuperet, dum de patris morte quæreretur. Liu. 3. bel. Maced. 48, Tum Quintius Legatos ad quærendũ de latrociniis per ciuitates misit. Idem Attico, lib. 1. 9. 3, Postea Messala cos. in Senatu de Pompeio quæsiuit, quid, &c.
De morte alicuius quærere. Cic. pro Roscio Amer. 71.
Quærere rem, Est agitare causam criminis, vt Prætor quum iudicium cogit. Cicero in Verrẽ, Non dubitabat Minutius qui Sopatrum defendebat, quin iste, quoniam cõsilium dimisisset, illo die eam rem quæsiturus non esset, quum repentè iuberetur dicere. Liuius, Proficisci ad eam coniurationem quærendam, atque opprimendam iussus.
Quærere rem tormẽtis, & per torméta. Cic. pro Cluẽtio, 140, Tormentis omnibus vehementissimis quæritur. Suetonius in Tiber. Acta res in Senatu: & quia ambigebatur, per tormenta quæsita est.
Nam quũ more maiorum de seruis in dominum, ne tormentis quidem quæri, &c. Cic. pro Deiotaro, 2.
¶ Quærere, Percontari, scisciari, petere, interrogare. Plaut. Amphit. 3. 117, Atque vt ne, qui essem, familiares quærerent. Terentius And. 1. 1. 63, -item alio die
Quærebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere.

Quæro abs te. Cicero pro Sexto Roſcio, 44, Non quæro abs te quare patrem Sex. Roſcius occiderit.

Quærere horas ab aliquo. Plin. lib. 7. cap. 53. 3.

Circa aliquem quidpiam quærere. Quintil. lib. 7. cap. 1. 38, Cur non aliquid circa patrem quærimus?

Quærere de. Cicero 4. Acad. 136, Quæſiuit de Zenone fortaſſe quid futurum eſſet. Liuius 4. ab Vrbe, 171, Quæro de te, &c. Hoc eſt abs te.

Quærere de re aliqua. Cæſar 1. bel. Gall. 285, Neruiorũ de natura moribuſq; Cæſar quũ quæreret, ſic reperiebat. Quintil. lib. 1. cap. 4. 15, Sæpe etiam quæri ſolet de tempore, de loco, quo res geſta dicitur.

Quæro ex te. Cic. in Vatiniũ, 15, Quæro illud etiã ex te quod priuatus admiſiſti. Terent. Heaut. 4. 1. 5, Neſcio, niſi vt ex ipſa quæras, vnde hunc habuerit. Cæſar 7. bel. Gal. 177, Admiratus quærit ex profugis cauſam. Cic. 5. Verr. 71, Sed quid ego ex te quæro quid defenſurus ſis potius, quàm cognoſcam ex ipſa ciuitate quid geſtum ſit? Idem Appio, lib. 3. 6. 1,

Ex re quæritur, veneficium fuerit, an cruditas. Quintil. lib. 7. cap. 3. 11.

Quærere ſecreto. Cæſar 1. bel. Gal. 69, Eadem ſecreto ab aliis quærit, reperit eſſe vera.

Eruditius aliquid quærere. Quintil. lib. 1. cap. 5. 13.

Subtiliter aliquid quærere. Quintil lib. 7. cap. 2. 41.

Verum quærere. Horat. 1. epiſt. 1. 9.

Si verum quæris. Cic. Caſſio, lib. 12. 8. 1, Spémque omnẽ in D. Bruto & Planco habemus: ſi verũ quæris, in te, & in meo Bruto, non ſolùm ad præſens perfugium, ſed, &c.

¶ Quæro quid ſit, cur, &c. Cic. 1. de Orat. 4.

Et ea res, ſi quæris, magno ei honori fuit. Cic. 3. Offic. 106.

Quærat aliquis quæ ſint mẽtiti veteres magi. Pli. li. 30. ca. 1. 4.

Forſitan quæratis qui iſte terror ſit, & quæ tãta formido, quæ tot ac tales viros impediat, quo min⁹, &c. Cic. pro Roſc. Amer. 3.

Quæret fortaſſe quiſpiã, diſpliceátne mihi legum præſidio à capite periculum propulſare. Cic. pro Cluentio, 114. Et 7. Verr. 141, Quæret aliquis fortaſſe, tantúmne, &c.

Quid quæris amplius? Cicero pro Roſc. Amerino, 86.

¶ Quærere, nonnunquam ſignificat Comparare, ſiue acquirere. Plaut. Trinum. 12. 10, Quibus ærumnis deluctaui, filio dum diuitias quæro. Idem Curcul. 8. 10,

Qui homo maturè quæſiuit pecuniam,
Niſi eã maturè parſit, maturè eſurit. Idem Pſeud. 4. 64, Qui item, vt nos, iureiurando malo quærũt rem. Terẽt. Adelphis, 5. 4. 15, Cõtriui in quærendo vitã atque ætatem meam. Idem Heaut. 1. 1. 87, Laborans, quærens, parcens, illi ſeruiẽs. Ibidem, 3. 1. 38, Poſt illa cœpit victũ vulgò quærere. Idẽ Eunucho, 2. 1. 30,

Ille vbi miſer famelicus videt me eſſe in tantum honorem,
Et tam facilè victum quærere: ibi homo cœpit me obſecrare.

Cicero pro Quintio, 7, Nec mirũ ſi is qui vocé vænalẽ habuerat, ea quæ voce quæſiuerat, magno ſibi quæſtui fore putabat.

Quærere rem honeſtè mercaturis faciendis. Cic. in Parad. 58.

Quærere multo labore. Cic. 2. de Finib. 176.

¶ Quærere, Petere. Plaut. Aulul. 5. 17, Quid ſi quiſpiã ignem quæreu Idem Moſtellaria, 13. 3, Quid illi homines quærunt apud ædes meas?

Non quæro ex his illa initia mathematicorũ. Ci. 4. Acad. 107.

¶ Quærere, Diſputare, conſulere, vel diſcutere. Cic. Pæto, lib. 9. 26. 7, Ille baro te putabat quæſiturum num vnum cælum eſſet, an innumerabilia. Idem, Nec tam quærendum eſt, dolor malúmne ſit, quàm firmandus animus ad dolorem ferendum.

Quærere de. Cic. de Oratore, In quibus ſæpe nõ de facto, ſed de iure atque æquitate quæritur. Idem Varroni, lib. 9. 2. 13, Et de moribus ac legibus quærere.

Quæritur inter medicos, cuius generis aquæ ſint vtiliſſimæ. Plin. libro 31. cap. 3. 1.

¶ Finis quærendi. Horat. 1. Serm. ſaty. 1. 19.

Procumbit quærendo iuuencum, bucula. Virg. eclog. 9. 18.

Quærens, Participiũ. Ouid. 6. Metam. 117, Verbáque quærẽti ſatis indignantia lingua Defuerant.

Mihi percunctanti, aut aliquid quærenti nunquam defuiſti. Cic. 1. de Orat. 49.

Quærendus. Seneca Here. Œtæo, 3. 8, Quoties genitor quærendus erat? Lucret. lib. 3, -hoc tamen eſt, vt
Quærendum videatur, & in diſcrimen agendum.

Quæſitus, pen. prod. Nomen ex participio: vt Artes quæſitæ, Virgilius 3. Georg. 110.

Labore dulci quæſita dicta. Lucan. lib. 2. 146.

Gloria quæſita eſt multis. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 10.

Odium quæſitum mihi. Ouid. 2. Triſt. 18.

Salus quæſita fuga. Ouid. 14. Metam. 48.

Adulatio quæſitior fuit. Tacit. lib. 3. Hoc eſt exquiſitior.

Quæſitiſſimus, pro Exquiſitiſſimo. Tacit. lib. 1, Excepere Græci quæſitiſſimis honoribus.

¶ Quæſitum, pen. prod. pro Re parta. Ouid. 7. Metam. 134, -parcum genus eſt, patiénſque laborum, Quæſitique tenax. Cic. in Parad. 58, Nam vt iis qui honeſtè rem quærunt mercaturis faciendis, operis dandis, publicis ſumendis quæſito opus eſt. Et paulo pòſt, Cui quæſito autẽ opus ſit, quis vnquam hũc voce dixerit diuitem?

¶ Quæſitum, Idem quod poſtulatũ. Ouid. 4. Metam. 159, Accipe quæſiti cauſam.

Quærito, quæritas, pen. corr. quæritare, Frequentatiuum, Inſtanter quærere. Plaut. Aulul. 5. 14, Ne cauſæ quid ſit quo te quiſquam quæritet. Idem Ciſtell. 10. 10, Sed pergam vt cœpi: quæritabo ego hîc tamen. Terẽtius Adelph. 3. 3. 9, -ſi me ſenſerit Eum quæritare, nunquam dicet carnufex. Ibidem, 2. 4. 2, Nihil video. AE. chem opportunè, teipſum quærito. Catull. in Camerium, epigr. 51. 7, Et multis langoribus peresus
Eſſem, te mihi amice quæritando.

Quæritare, propriè de iis dicitur, qui quotidie inquirẽdo, vix victum inueniunt, vt ait Donatus. Terent. And. 1. 1. 48, Lana, ac tela victum quæritans. Plaut. Qui inops & ſordidus quæritando alit familiam.

Quæſito, quæſitas, quæſitare, Aliud frequentatiuum. Plin. lib. 11. cap. 3. 1, Semper tamen authoritas vel iudicro quæſitatum fuit. Vetus codex habet quæſitarum, ſub. coronarum, vt ſit Nomen participiale. Loquitur autem de coronis.

Quæſtio, quæſtiõnis, Verbale, A quæſtũ ſupino, Actus ipſe quærendi. Plaut. Ciſtell. 7. 50, -iube domi opperirier,
Ne quæſtioni mihi ſit, ſiquid eum velim. Id eſt, ne cogar eum quærere. Idem Capt. 6. 3, Pol tibi ne quæſtioni eſſemus, cautum intelligo. Et Trinummo, 14. 5, Si abieris ab heri quæſtione, ne deſtiteris currere.

¶ Quæſtio, eſt aliquãdo dubitatio & diſceptatio. Cic. 1. de Fin. 58, In his primis naturalibus voluptas inſit, nécne, magna quæſtio eſt. Plin. lib. 7. cap. 28. 1, Fortitudo in quo maximè extiterit, immenſæ quæſtionis eſt. Cic. 4. Acad. 51, Quæſtio autem eſt appetitio cognitionis: quæſtioniſque finis, inuentio.

Diſceptatio & quæſtio. Cic. 3. de Oratore, 71, De omni re quæcunque in diſceptationem, quæſtionémque vocaretur, ſe copioſiſſimè dicturum eſſe profitetur.

Quæſtio de. Cicero 4. Academ. 106, De ſapiente loquamur, de quo (vt ſæpe iam dixi) omnis hæc quæſtio eſt. Idem 1. de Natura deo. 83, Quæritur primùm in ea quæſtione, quæ eſt de natura deorum, ſintne dii, nécne ſint.

Aſperitas quæſtionum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 17, Nuda quæſtionum committetur aſperitas.

Frigus quæſtionũ. Quintil. lib. 2. cap. 12. 4, Itaque illud quæſtionũ, & argumentorũ apud corrupta iudicia frigus euitant.

Vinculum quæſtionis. Quintil. lib. 1. cap. 4. 13.

Immenſa quæſtio, Vide **Immenſus.**

Infinitæ quæſtiones, Vide **Infinitus.**

Legitimæ quæſtiones. Quintil. lib. 3. cap. 6. 51.

Luſoria quæſtio, Vide **Ludus.**

Naturales quæſtiones. Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.

Perdifficilis & perobſcura quæſtio eſt de natura deorum. Cicero 1. de Nat. deo. 1.

¶ Adiuuare quæſtionem. Quintil. lib. 4. cap. 4. 4, Nec indicat quæſtionem, ſed adiuuat.

Afferre quæſtionem, Vide **Affero.**

Conſcribere fictam quæſtionem, Vide **Conſcribo.**

Diuidunt noſtri totam iſtam de diis immortalibus quæſtionem in partes quatuor: primùm docent eſſe deos: deinde quales ſint: tum mundum ab his adminiſtrari: poſtremò conſulere eos rebus humanis. Cic. 1. de Nat. deo. 4.

Exiſtit autem hoc loco quæſtio ſubdifficilis, nunquando, &c. Cicero de Amicitia, 59.

Habere aliquid quæſtionis dicitur res, quum dubia eſt & incerta. Cic. in Oratore, 37, Sed id nec dubium eſt: & ſiquid habet quæſtionis, hoc tamen, &c.

Habere quæſtionem de aliqua re. Cic. 5. de Finib. 19.

Indicare quæſtionem. Quintil. lib. 4. cap. 4. 4.

Ratiocinatiua, atque collectiua quæſtio oritur. Quintilian⁹ lib. 7. cap. 1. 42.

Perſoluere quæſtionem, Vide **Perſoluo.**

Variare quæſtiones. Quintil. lib. 3. cap. 10. 3, Cauſa tamen vna eſt, ſi conditio perſonarum quæſtiones variauerit.

Verſari in quæſtione dicitur res, dum de ea diſceptatur & dubitatur. Cic. pro Sylla, Quæ res in quæſtione verſetur.

¶ Quæſtionẽ intelligere debemus & torméta, & corporis do-

Digitized by Google

lorem ad eruendam veritatem, inquit Vlpianus, De iniuriis & famosis libellis, L. Iniuriarum. Idem de S.C. Silaniano, L.1, Quæstionem, inquit, sic accipimus, non tormenta tantùm, sed omnem inquisitionem, & defensionem mortis.

Facti in eculeo quæstio est, iuris in iudicio. Ci. pro Milone, 42.

¶ Abripere ad quæstionem, Vide Abripio.

Quæstioni accipere seruos. Plaut. Mostel. 1.5.43.

-imò primum volo
Quæstioni accipere seruos. TR. faciundũ ædepol censeo. Ibidem, 1.5.37. seruos pollicius est dare
Suos mihi omnes quæstioni.

Habere quæstionem de viri morte. Cic. pro Cluentio, 139.

Mortis paternæ habere quæstionẽ de seruis paternis. Cic. pro Roscio Amerino, 47, Mortis paternæ de seruis paternis quæstionem habere filio non licet.

Habere quæstionem in caput alterius de furto. Cicero pro Cluentio, 145.

Policeri in quæstionem seruos. Cic. pro Rosc. Amer. 46, O dii immortales, rem miseram & calamitosam, quod in tali crimine innocenti saluti esse solet, vt seruos in quæstionem polliceatur, id Sexto Roscio facere non licet?

Postulare quæstionẽ eius est, qui iniuriã sibi factã queritur, aut aleri, quam vindicare ad eum pertineat. Liu. lib. 1. ab Vrbe cond. Ab vrbe Senatus tumultuosè vocatus, tumultuosius consulitur: quæstionẽ postulantibus iis qui pulsati fuerant, &c. Hæc Budæus. Cic. pro Rosc. Amer. 46, Aliquoties duos seruos paternos in quæstionem ab aduersariis Sex. Roscius postulauit.

Quæstio & tormentum. Cic. pro Sylla, 58, Quæstiones nobis seruorum & tormenta accusator minitatur.

Quæstio & animaduersio. Cic. 2. de Legib. 59, Quo in genere seueritatẽ maiorũ, Senatus vetus authoritas de Bacchanalib⁹, & Consulũ exercitu adhibito, quæstio animaduersioque declarant.

¶ Quæstio etiam dicitur quam vulgò *Informationem* dicunt.

Auri Tholosani quæstio. Cic. 3. de Nat. deorum, 106.

Potentissimæ quæstiones. Quintil. lib. 4. cap. 1. 16.

¶ Quæstionẽ adhibere. Cic. 1. de Diuin. 96, Is quæstione adhibita confessus est, pateráque retulit.

Constituere quæstionem, Vide Constituo.

Constituitur quæstio de furto. Cic. pro Cluentio, 143.

Decernere quæstionem, Vide Decerno.

Exercere quæstionem inter sicarios. Cic. 1. de Finib. 85, Quum Prætor quæstionem inter sicarios exercuisset, aperte cepit pecunias ob rem iudicandam.

Aspera & vehemens quæstio exoritur de iure belli. Quintil. lib. 5. cap. 10. 79.

Facere quæstiones iuris. Quintil. lib. 5. cap. 10. 30.

Ferre quæstionem de iure, non de facto. Cic. pro Milone, 23.

Habere quæstionem. Quintil. lib. 5. cap. 4. 2.

Hoc falsum est: habita enim quæstio est. Cic. 1. de Orat. 93.

Inferenda est alia quæstio. Quintil. lib. 6. cap. 4. 15.

Instituere quæstionem. Quintil. lib. 7. cap. 2. 10.

Quæstiúncula, penult. corr. Diminutiuũ, Parua interrogatio vel dubitatio. Cic. 1. de Oratore, 51, Quid mihi nũc vos, inquit Crassus, tanquam alicui Græculo otioso & loquaci, & fortasse docto atq; erudito quæstiũculã, de qua meo arbitratu loquar, ponitis?

Minutæ quæstiunculæ, Vide Minuo.

Quæsitio, quæsitiônis, f. g. A supino quæsitum, Idem quod quæstio. Plaut. Casina, 2. 2. 16, Caue in quæsitione mihi sis. Antiquè.

Quæstor, quæstôris, masc. g. Qui comitandæ rei militari primùm creatus fuit. eum nunc thesaurariũ bellicum vocamus. Cũ Imperatorib⁹ enim Populi Romani mittebãtur Quæstores, id est, cũ Cõsulibus & Prætoribus, ad administrandã rem pecuniariã & prædam, ac manubias in rationes publicas referendas, vt videre est apud Liuium multis locis. Propterea magna esse necessitudo putabatur institutio antiquorũ Quæstori cũ Imperatore suo, cũ quo cõmunem prouinciam sortitus erat, & discrimina bellica obibat. Cic. 1. Verr. 33, Sic enim à maiorib⁹ nostris accepimus, Prætorẽ Quæstori suo, parẽtis loco esse oportere: nullam neque grauiorem, neque iustiorem causam necessitudinis posse reperiri, quàm coniunctionem sortis, quàm prouinciæ, quàm officii, quàm publicã muneris societatẽ. Asconius in Diuinationem, Hæc erat, inquit, prima Senatoris administratio, Quæstorẽ fieri, & in prouincia curã gerere publicæ pecuniæ in vsus diuersos erogãdæ. Inde Cicero in Prætura vrbana, Ne diutius teneam, inquit, pecunia attributa numerata est: profectus est Quæstor in prouinciã: venit in Galliã expectatus ad exercitum Cõsularem cũ pecunia. Hi autẽ Quæstores, lictores, & vestem & insignia quæstoria habebant: quod Cicero ostendit his verbis, Nam simul ac me Dyrrhachium attigisse audiuit Plancius, statim ad me, lictoribus dimissis, insignibus abiectis, veste mutata profectus est. Ex Budæo. Horat. 1. Serm. saty. 6. 17, -ac si Quæstor auus, pater atque meus, patruúsque fuissent.

Sortiri alicui prouinciæ Quæstores. Cic. pro Murena, 6.

Quæstores vrbani, ærariũ curabant: eiúsque pecuniæ expensas, & acceptas referre in tabulas publicas consueuerant. Pro iis nunc præfectos ratiociniorum habemus, quos *Magistros computorum* dicimus. Valerius lib. 1. cap. 3, de Lege triũphi loquens, Cæterum ne tam præclara lex cupiditate laureæ obliteraretur, legis alterius adiutorio fulta est: quã L. Marius & M. Cato Trib. pl. tulerũt. Pœnam enim Imperatoribus minatur, qui aut hostium occisorum in prælio, aut amissorum ciuium falsum numerum literis Senatui ausi essent referre. Iubétque eos, quum primùm vrbẽ intrassent, apud Quæstores vrbanos iurare de vtroq; numero verè ab iis Senatui esse scriptũ. Hi autem Quæstores signa ex ærario promebãt exeuntibus ad bellum Consulibus, aut aliis Imperatoribus. author Liuius lib. 7. Budæus.

Quæstores ærarios hodie vocare possumus eos, quos multarum, id est *emendarum receptores* vocant. Tacitus lib. 13, Cẽsuit Piso designatus Cõsul, ne multam à Tribunis dictam Quæstores ærarii in publicas tabulas ante quatuor mẽses referrent, medio tẽporis cõtradicere liceret, déquo eo Consules statuerẽt. Apud antiquos Quæstores ærarii, & qui Quæstores vrbani dicebãtur, munera multa obibant: pro quibus nunc præfectos ratiociniorum, vt diximus, & receptores multarios habemus, diuersissima nunc munera. Erat enim alia prorsus ratio apud eos ærarii administrandi, atque nunc apud nos. Pecunia enim publica vno in loco cõdita erat, quod ærarium dicebatur, quam Tribuni ærarii, quum opus erat, promebant. Nunc autẽ priuatim asseruatur, priuatimque ratio eius constat. Budæus.

Quæstor, Idem etiam significat quod Quæsitor. vide Quæsitor. Cic. 4. in Catil. 8, Iam hoc nemini dubiũ est, qui reo custodiam, Quæstori gratulationem, indici præmium decreuit: quid de tota re & causa iudicarit. Quibus verbis Quæstorem coniurationis sese vocat ob decretam sibi Cõsuli à Senatu quæstionem. Vetus tamen codex legit quæsitori.

Quæstor, penult. quæsitôris, masc. g. Is dicitur qui quæstionem habet, hoc est qui inquirendum curat de crimine, de eóque iudiciũ exercẽdũ. Hic quæsitor sedebat pro Tribunali, Iudices autẽ in subselliis, omniáqi fermè in potestate habebat. Cic. in Bruto, Itaque intelligens dicẽdi existimator, &c. videt oscitantẽ iudicem loquentem cum altero, nonnunquam circulantem, mittentem ad hõras, quæsitorem vt dimittat rogantem. Intelligit oratorem in ea causa non adesse, qui possit animis iudicũ admouere orationem, tanquã fidibus manum. Quæsitorem vocat Prætorem, in cuius erat potestate soluere consilium quum libuerat, & dare veniam abeundi, coactis iudicibus: quod interdum iudices tædio affecti postulabant, horam nõ expectantes. Idem pro Murena, Cogendi iudices inuiti, retinẽdi cõtra volũtatẽ. Et 5. Philipp. 173, Quæro igitur si Lysiades citatus iudex non respondeat, excusetúrque Areopagites esse, nec debere eodem tempore Romæ & Athenis res iudicare, accipiétne excusationem is qui quæstioni præerit? Idem in Vatinium, 16, Quæro ex te Vatini, num quis in hac ciuitate post vrbẽ conditam Tribunos plebis appellarit, ne causam diceret: nũ quis reus in tribunal sui quæsitoris ascẽderit, eúmque vi deturbarit, subsellia dissiparit, vrnas deleuerit? Ad hanc autẽ similitudinem (inquit Asconius) Virgilius Minoem iudicẽ apud inferos, tanquam Prætor sit rerũ capitaliũ, Quæsitorem appellat. Dat ei sortitionẽ, vbi vrnam nominat. dat ei electionẽ iudicũ, quum dicit, Cõciliúmque vocat. dat cognitionẽ facinorum, quũ dicit, Vitáque & crimina discit. Verba Virgilii hæc sunt, 6. Æne. 87,

Nec verò hæ sine sorte datæ, sine iudice sedes:
Quæsitor Minos vrnam mouet, ille silentum
Conciliúmque vocat, vitáque & crimina discit. Per syncopã etiã Quæstor dicitur. Hæc Budæus. Cic. pro Fonteio, 10, Quid mihi opus est sapiente iudice? quid æquo quæsitore? quid oratore nõ stulto? Sic pro Roscio Amer. 51. Et pro Cluẽtio, 41. Idẽ ad Q. fratrem, lib. 3. 19. 4, Grauis & firmus quæsitor.

Edere quæsitorem. Cic. pro Plancio, 54, Etsi quæsitor edendus fuisset, quem potius quàm tunc, &c.

Tormenta gubernat dolor, moderatur natura cuiúsque, regit quæsitor, &c. Cic. pro Sylla, 58.

Quæstoriũ, quæstorii, In castris, Quæstoris tabernaculũ erat. Liu. lib. 10, Itaque captũ quæstoriũ. Quæstóreq; ibi Pãsa occisus. Cic. pro Plancio, 80, Thessalonicã me in quæstoriúmque perduxit.

Quæstorius, Adiectiuum, Quod ad Quæstorem pertinet. Cic. ad Caniniũ, lib. 1. 16. 12, Quod ego officio quæstorio te adductũ, &c. Idẽ 5. Verr. 38, Tu in iisdẽ illis locis Legatus quæstorius oppida parata sociorum atque amicorũ diripienda ac vexanda curasti.

Persona quæstoria. Cic. pro Plancio, 81.

Quæstorius,quæstorii, masc.g. Qui Quæstor fuit:vt Vir quæstorius.Ci.13. Philip.368, Qui ædilitii:qui tribunitii:qui quæstorii: Sicinius quæstorius mortuus est.Cic.de Clar.Orat.141.

Quæstûra,quæstúræ,pen.prod.Quæstoris dignitas,sicut à Prætore prætura. Cicero Acilio,lib.13.39.2, Cuius cũ patre magna mihi fuit amicitia,iam inde à quæstura mea Siciliensi. Idem 1. Verr.7,Quæstura primus gradus honoris. Et pro Murena,15, Quæsturam vnà petiit,& fum ego factus prior.

Sed quæstura vtriusque propemodum pari momento sortis fuit.Cic.pro L.Murena,16.

Consedit nomen in quæstura,Vide **Considco.**

Consignata literis quæstura,Vide **Consigno.**

Quæstus,huius quæstus,vel quæsti,antiquè. Datiuũ & ablatiuum plurales facit quæstibus per i, teste Valla:significátque lucrũ ex nummis. Plautus Aulul.5.5,Apud nos nihil est aliud quæsti fu-ribus. Idem Pœnulo,9.13,

Istic est thesaurus stultis in lingua situs,
Vt quæstui habeãt malè loqui melioribus. Sic 5.Verr.87,Tantum de quæstu ac lucro dicam vnius agri & vnius anni.

Rem aliquam gerere sui quæstus aut commodi causa. Cicero pro Rosc.Amerino,165.

Consequi quæstum,Vide **Consequor.**

Pecuniam in quæstu relinquere. Cic.in Pisonem,68,Nónne Sestertiũm cẽties & octogies,quod,quasi vasarii nomine,in vẽditione mei capitis ascripseras,ex ærario tibi attributum Romæ in quæstu reliquisti?

¶ Quæstus,pro Actione ipsa atque artificio lucrádæ pecuniæ, teste Valla lib.3. Cic.1.Offic.108,Iam de artificiis & quæstibus, qui liberales habẽdi,qui sordidi sint,hæc fere accepimꝰ. Plaut. Rud.2.1,Omnibꝰ modis qui pauperes sũt,homines miseri viuũt, Præsertim quibus nec quæstus est, nec artem didicere vllam. Idem Asin.10.8, -is quæstus mihi est,

Lingua poscit,corpus quærit,animus orat,res monet. Terent. Eunucho,2.2.11, -imperaui egomet mihi
Omnia assentari: is quæstus nunc est multò huberrimus. Cic. pro Rosc. Amer.53, An is, qui semper ita vixerit, vt quæstum nosset nullum,fructum autem eum solum,quem labore peperisset. Quintilianus, Nam vt lingua primùm esse cœpit in quæstu,institutúmque eloquentiæ bonis malè vti. Quæstu dixit,quasi acquisitione.

Carcerarius quæstus,Vide **Carcer.**

Illiberales & sordidi quæstus mercenariorum omnium. Cic. 1.Offic 108.

Iudiciarius quæstus,Vide **Iudico.**

¶ Abducere à meretricio quæstu,Vide **Abduco.**

Callere ad quæstum,Vide **Calleo.**

Colere quæstum,Vide **Colo.**

Magnos & huberes quæstus sibi constituere.Cic.4.Ver.20.

Conterere quæstum,Vide **Contero.**

Duci quæstu & lucro emendi.Cic.5.Tusc.13.

Facere quæstum in aliqua re.Cic.Cassio,lib.15.14.2.

Furtis quæstum facere.Cic.7.Verr.110.

Maximos quæstus & prædas facere.Cic.5.Ver.99.

Habere Rempub.quæstui,turpe.Cic.1.Offic.114.

Instituere sibi quæstum,Vide **Instituo.**

Quæstuósus,pen.pro.Adiectiuum,Idem quod Lucrosus.vt Quæstuosus homo,qui quæstus & lucri auidior, vndiq; lucella quærit,vt ait Valla. Plaut.Milite,10.189, -dummodo
eam des quæ sit quæstuosa, quæ alat corpus corpore. Colum. lib.6,In rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi pecoris, eadémque quæstuosissima. Plin.lib.18.cap.5.5, Quanuis quæstuosus sit. Cic.4.Verr.31, Quàm illa res calamitosa Heraclio, quæstuosa Verri,turpis Syracusanis,miserãda omnibꝰ videbatur?

Venio iã ad sũptuosos,relinquo istũ quæstuosũ.Ci.in Para.61.

Quæstuosus & Sumptuosus ager,contraria.Cato cap.1.3,Scito idem agrum quod hominẽ:quanuis quæstuosus siet, si sumptuosus erit,relinqui non multum.

Damnum quæstuosum. Cic.ad Atticum,lib.14.305.4, Sed tamen ea ratio ædificandi initur, consiliario quidem & authore Vestorio,vt hoc damnum quæstuosum sit.

Edictum quæstuosissimũ,& huberrimum.Cic.5.Verr.18,Quũ illud edictũ repentè huberrimũ & quæstuosissimum nascitur.

Insula quæstuosa margaritis,Hoc est ex cuius margaritis magnus fit quæstus.Plin.lib.6.cap.25.1.

Mercatura quæstuosa. Cic.5.de Fin.156, Nec mercatura quæstuosa,si in maximis lucris parum aliquid damni contraxerit. Idem 5.Tuscul.115.

Ratio quæstuosissima pascendi.Colum.lib.6.in Præf.3.

Scientiam quæstuosam habere.Cic.2.Philipp.35.

¶ Quæstuosus,cũ genitiuo.Ci.2.Phil.55,Cuius domꝰ quæstuosissima est falsorũ cõmentariorũ.Id est abundãs,vnde maximus quæstũ faciat Antonius.Nam mortuo Cæsare cõmentaria eius, Antonii domũ trãslata sunt, in quibus decreta perscripta erãt. Hinc Antonius quodcunque ipsius animo collibuisset, faciebat: aliis magistratus dabat, aliis immunitates: & hæc omnia faciebat quasi à Cæsare antè decreta,& in commentaria relata.

¶ Quæstuosus,cũ ablatiuo.Curtius lib.4,Nasamones sunt gẽs Syrtica,nauigiorum spoliis quæstuosa:quippe obsident litora,& æstu destituta nauigia notis sibi vadis occupant.

Quæsticulus,quæsticuli,pen.corr. Diminutiuũ,significat paruum lucrum. Cic.1. de Diuin.51, Aut fissum iecoris cum lucello meo, aut meus quæsticulus cum cælo,terra,rerúmque natura?

Quæstuarius,Adiectiuũ,Qui quæstus gratia artẽ aliquã exercet.

Quæso/primã personã indicatiui, & quæsumus, pen.corr. plu-ralem tãtum habet: cætera exoleuerũt.Quidam quæsimus,per tertiã vocalem in secunda syllaba scribi volũt ,quod tertiæ esset cõiugationis, si integrum reperiretur,vt Légimus. Plaut.Amphit.8.120,Quæso ædepol,nũ tu etiã insanis,quũ id me interrogas? Idẽ Asin.11.146,Iube aduenire quæso. Itẽ Amphit.7.67, Sosia inquã ego ille quæso nõ me intelligis? Terẽt.Eun.3.2.13, Quæso hercle vt liceat,pace quod fiat tua. Idem And.1.2.33, Vbi vis facilius passus sim,quàm in hac re me deludier.

D.Bona verba quæso. Cic.4. Acad.113, Vide quæso etiam atque etiam,ne illarum quoque rerum pulcherrimarum,à teipso minuatur authoritas. Idem 1.de Legib.8,Quamobrem aggre dere quæsumus,& sume ad hanc rem tempus.

Quæso quid hoc est?Cic.Attico,lib.7.130.1.

Quid est,quæso Metelle iudicium corrumpere, si hoc nõ est? Cic.2.Verr.17.

Quæso quid sit mihi faciendum.Cic.Attico,lib.11.113.1,

Fac quæso,qui ego sum,esse te.Cic.Gallo,lib.7.14.2.

Reficite vos quæso Iudices per deos immortales.Ci.6.Ver.94.

Quæso deos.Terent.Adelph.2.4.11,
-ah,stultitia est istæc,non pudor,tam ob paruulam
Rem,penè ex patria.turpe dictu.deos quæso vt istæc prohibeãt. Idem And.3.2.7,Deos quæso vt sit superstes:quandoquidem ipse est ingenio bono.

Deos quæsumus consilia tua Reip.salutaria sint.Brutus Ciceroni,lib.11.3.9.

A te maximopere peto & quæso.Cic.Appio,lib.3 2.3.

Quæso à vobis. Cic. pro Archia poeta,2. Quæso à vobis vt in hac causa mihi detis hanc veniam,accõmodatam huic reo,vo bis,quemadmodũ spero,nõ molestam. Idem ad Sulpitium, lib.13.18.4, Magnopere à te quæso,vt ad eã volũtatem,siquam in illum ante has meas literas cõtulisti, quammaximus postea commendatione cumulus accedat. Et pro Roscio Amer.76.

De te quæso.Hirtius Ciceroni in Epist.ad Atticũ,lib.15.315.6, De te quæso etiam,atque etiam vide.

Quæso,quæsis,quæsi,quæsum,antiquè declinabatur: vel secũdũ Probũ,quæsiui,quæsitũ. Lucretius lib.5.147, præsenti vsus est,
Non diuûm pacem votis adit & prece quæsit
Ventorũ pauidus paces. Salust.lib.1.Hist. Curionem quæsiuit vti adulescentior,& à populi suffragiis integer ætati cõcederet.

Quæsticulus/ Quæstio/ Quæstor/ Quæstuosus/ Quæstura/Quæstus/Vide **Quæro.**

Quálibet/siue quálubet,pen.corr.Aduerbium,Vbicunque libet,vndecũque. Plaut.Mostel.10.11, Qualibet perambula ædes oppidò tanquam tuas. Quintil.lib.5.ca.13,Si vel maxima flumina in riuos diducantur,qualibet transitum præbent.

Quid vis? qualubet esse notus optas?Catul.epigr.38.1.

Qualis/& hoc quale,Relatiuum alicuius rei naturã declarans: vt Qualis pater,talis filius.Cicero de Amicitia,6,Nec sicut vulgus,sed vt eruditi solent appellare sapientem, qualem in reliqua Græcia neminem.

¶ Qualis,interrogatiuè aliquando ponitur. Plaut.Trin.15.1, Qualine amico mea cõmendaui bona? Cic.4.Aca.83,Qualis est istorum oratio,qui omnia nõ tam esse,quàm videri volunt?

¶ Qualis,Infinitè.Terent.Eunu.4.6.10, Haud metuo qualem tu me esse hominem existimes.Cic.pro Fõteio,18, Quamobrẽ quali fide,quali pietate existimatis esse eos,qui,&c.

Ac primum quãta innocentia debẽt esse imperatores? quãta deinde omnibus in rebus temperantia? quanta fide? quanta facilitate? quanto ingenio? quanta humanitate? quæ breuiter qualia sint in Cn.Pompeio cõsyderemus.Cic.pro Lege Manil.15.

Nulla gens est,quæ nõ,etiam si ignoret qualem habere deũ deceat,tamen habendum censeat.Cic.1.de Legibus,36.

Nihil interest ad beate viuendum,quali vtaris victũ.Cic.1.de Finibus,144.

Qualis corpore. Cic.1.de Nat.deo.88,Cõcedo esse deos:doce me igitur vnde sint,vbi sint, quales sint corpore, animo,vita.

Digitized by Google

Qualis & quantus. Cic. 5. Tuscul. 94, Nam de ipsius rei natura qualis & quanta sit, quæritur.

Quid, quale, quantum. Cic. 1. Tuscul. 94, Si, quid sit hoc, non vides, at quale sit, vides: si ne id quidem, at quantum sit, profectò vides.

Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse, scribere historiam? Cic. 2. de Orat. 18.

Quale, ter repetitū. Cic. 2. de Diui. 100, Ad aperta & clara veniamus, quale est de illo interfecto à caupone Megaris: quale de Simonide, &c. quale etiam de, &c.

Tale quale. Virg. 5. eclog. 9,

Tale tuum carmen nobis diuine poeta,
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo.

Vt nō tales quales antè habitæ sint, habeātur. Cic. 1. de Inu. 151.

Præbe te talem hoc tempore, qualem te iam antea præbuisti. Cic. pro Roscio Amerino, 8.

Nullus pilus omnibus rebus talis, qualis sit pilus alius. Cic. 4. Academ. 150.

Vidi quoſdā in te tales, quales tu, &c. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 93.

Siquis id ageret, vt qualis haberi vellet, talis esset. Cicero 2. Officiorum, 60.

¶ Qualis, pro Qualiter, comparationibus faciendis apta particula. Virg. 4. Georg. 103,

Qualis populea mœrens philomela sub vmbra,
Amissos queritur fœtus, &c. Et, Qualis vbi in lucem coluber mala gramina pastus. Ouid. 3. Metam. 137,
-falcata nouissima cauda est,
Qualia dimidiæ sinuantur cornua Lunæ.

Qualiscunque. Plinius de Viris illust. 76, Et potuit capere nisi aduersum Marium festinans, qualécunque pacem componere maluisset. Cic. in Pisonem, 21, Quum tamen ille, qualiscūque est, qui est ab vno te improbitate victus Gabinius, colligit ipse se vix. Idem Attico, lib. 13. ep. 5. 1, Turpe est enim nobis illum, qualiscunque est, hoc primo anno egere. Et 1. Tusc. 119, Totúmque hoc leue est, qualecunque est. Ouid. 2. Metam. 98, Qualescunque manus ad cælum & sidera tollit.

Sed homines benevolos qualescunque sunt, graue est insequi contumelia. Cic. Attico, lib. 14. ep. 12. 6.

Qualescunque summi ciuitatis viri sunt, talis est ciuitas. Cic. 3. de Legibus, 46.

Quæ qualiacunque in me sunt (me enim ipsum non pœnitet quanta sint) sed apparent in orationibus. Cic. in Orat. 171.

Scripta qualiacunque. Ouid. 1. Trist. eleg. 1. 10.

Carmina nostra qualiacunque. Ouid. 5. Trist. eleg. 12. 5.

¶ Qualis enim cunque est. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 2.

Quale tamen cunque est. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 4. 2.

Qualisquális, pen. pro. Idem quod Qualiscunque. Iurisc. in L. Rescriptum. De distract. pignor. Quia ex contractu, qualiquali obligatione à debitore interposita.

Qualilibet, pen. corr. Cic. 2. de Nat. deor. 135, Si innumerabiles venim & viginti formæ literarum, vel aureæ, vel qualeslibet, aliquò coniiciantur. Legitur & separatis dictionibus, quales libet.

Qualitas, pen. corr. qualitātis, Est secūdum quam quales dicimur, vt albedo, nigredo, aduocatio, procuratio, legatio, paternitas, filiatio, qualitates sunt, quòd secundum eas, albos, nigros, aduocatos, procuratores, legatos, patres, filios esse dicimus. Hæc Sipontinus. Cic. 1. Aca. 37, Qualitates igitur appellaui, quas ποιότητας Græci vocant, quod ipsum apud Græcos non est vulgi verbum, sed philosophorum. Ibidem, 36, Sed quod ex vtroque (id est ex materia & vi) id iam corpus, & quasi qualitatem quandam nominabant. Et 2. de Nat. deor. 135, Isti autem quemadmodum assueuerant, ex corpusculis non colore, non qualitate aliqua, quam ποιότητα Græci appellant, nō sensu præditis. Rursum 2. Acad. 41, Quæ autem moueantur, omnia interualla moueri: quæ interualla etiam infinitè diuidi possint. Et quum ita moueatur illa vis, quam qualitatem esse dicimus, & quum sic vltro citróque versetur, & materiam ipsam totam penitus commutari putant, & illa effici, quæ appellant qualia.

Qualitatum aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. Cic. 1. Acad. 39.

Cæli qualitas. Quintil. lib. 5. cap. 9. 10.

Qualitatem litoris nostri contemplemur, si vitemus scopulos, an probemus. Colum. lib. 8. cap. 17. 7.

Qualitas materiæ excipientis. Plin. lib. 2. cap. 80. 1.

Qualiter, pen. corr. Aduerb. Plin. lib. 7. ca. 50. 4, At hercule reliquis omnibus per singulas membrorum partes, qualiter nullis aliis animalibus, certis pestifer calor remeat horis, aut rigor. Idem lib. 8. cap. 48. 3, Antiquis enim torus è stramento erat, qualiter nunc etiam in castris gaudsape.

Qualtercunque, Aliud aduerbium, significat Vtcunque. Colum. lib. 11. cap. 3. 17, Potest etiā citra hanc operam fieri crispum, qualtercunque satum. Idem lib. 2. cap. 10, Et qualtercunque obruas, sustinet coloni negligentiam. De lupino.

Qualus/quali, m. g. Genus vasis vimineī, per quod vinum gutatim defluit quū calcatur vua, reliqua verò materia exire prohibetur. Virg. 2. Georg. 49, -tu spissō vimine qualos,
Colāque prælorum famosis diripe tectis. Plin. lib. 17. cap. 10. 4, Alii in qualo pedibus in profluente deculcant, &c.

¶ Qualus, In quo gallinæ ova edunt, apud Columellā lib. 8. cap. 3. 4. Idem lib. 9. cap. 15. 10, Salignea qualus, vel tenui vimine rarius contextus sacculus inuersæ metæ similis, qualis est quo vinum liquatur, obscuro loco suspenditur.

¶ Qualum, neutro genere etiam legitur. Cato cap. 11. 4, Corbulas amerinas viginti, quala sataria septem, alueos quadragita. Colum. lib. 7. cap. 3. 7, Sint quala mundissima, nequa earum valetudo, quæ præcipuè custodienda est, infestetur vligine. Quidam hîc legunt caula. Sed fortè legendum, Sint quammundissima, &c. Loquitur enim de stabulis ouium.

¶ Qualus, Cistula in qua mulieres reponebant pēsa. Horat. 4. Carm. ode 12. 1, Tibi qualum Cytheræ puer ales.

¶ Qualus, apud Apuleiū accipitur pro canistro in quo panis seruatur.

Quasillus, quasilli: & Quasillum, quasilli, Diminutiuum à Qualus. Festus, Calathos Græci, nos dicimus quasillos. Cic. in Philipp. An non inter quasilla pendet aurum? Tibullus lib. 4. eleg. 10. 1, Sit tibi cura togæ potior, pressúmque quasillum.

Quasillus, Calathus, vas ipsis lanificiis aptum. Propert. lib. 4. eleg. 7. 9, Et grauiora rependit iniquis pensa quasillis.

Quàm/Coniunctio, notæ significationis, cui eleganter in oratione præponitur TAM particula. vt Tam te diligo, quàm meipsum. Terent. Eun. 4. 4. 51, Parmenonis tam scio esse hāc technam, quàm me viuere. Cic. 2. Verr. 3, Quòd si quàm audax est ad conandum, tam esset obscurus in agendo, &c.

Nihil mihi nūc scito tam deesse, quam hominem eum, quicum omnia communicem. Cic. Attico, lib. 1. ep. 13. 1.

¶ Quàm, eleganter cōnectit duos comparatiuos. Quintil. lib. 3. cap. 1, Sitque salubrior studiis, quàm dulcior. Liu. Acrior animis atque impetu, quàm compositior vllo ordine pugna fuit. Idem 5. ab Vrbe, Triumphus ob eam vnam maximè rem clārior, quàm gratior fuit. Idem de Fabio Maximo, Non timeo Iudices ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius hæc in illum cumomere videar, quàm verius.

Comparatiuo positiuum iunxit Columella lib. vltimo, dicēs, Idcirco reddit timidiorem, quàm virilem pluribus.

Comparatiuo verbum. Cicero ad Marcellum, lib. 15. 8. 3, Maiora ergo salutē, dignitatémque meam studia, quàm erant à muliere postulanda.

¶ Quàm, pro Quantum, positiuo iungitur. Cicero, Videte quàm valde malitiæ suæ confidat. Terentius And. 1. 1. 109, Reiecit se in eum flens quàm familiariter. Cic. Trebatio, lib. 7. 15. 1, Quàm sint morosi qui amāt, vel ex hoc intelligi potest. Terentius Phorm. 5. 1. 30,
Di vostram fidem, quàm sæpe fortè temerè
Eueniunt quæ non audeas optare.

Quàm, pro Quantum positum est post negationem in priore oratione: Tam, non necessariò sequitur. Liuius 5. bel. Maced. Homo, non quàm isti sunt, gloriosus.

Quàm, cum verbis Possum, Queo, Valeo, & aliis. Terē. Heaut. 5. 1. 7, Haud faciam: nam quàm potero adiutabo senem. Plaut. Menæh. 2. 4. 4, Tam consimilis est, quàm potest.

Quàm, pro Quantum, quibusdam interpositis verbis, cuiusmodi sunt, Possum, Valeo, & synonymis, tum superlatiuis, tū positiuis additur. Superlatiuis. Salustius in Iugurtha, Quàm maximas potest, copias armat. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 19, Quare quum viderem à Cappadocia Parthorū copias auersas, non longè à finibus esse Ciliciæ, quàm potui maximis itineribus ad Amanum exercitum duxi. Cæsar in Comment. Re frumentaria quàm celerrimè potuit, comparata. Positiuis. Cic. 2. Philip. 63, Sed reliquū cursum vitæ, quàm quidem possum celeriter, perstringam. Vetus codex legit, quem quidem.

Conuinium ad multam noctem, quàm maxime, possumus, vario sermone producimus. Cic. de Senect. 43.

Aues nidos construūt, eósque quàm possunt mollissimè substernunt. Cic. 1. de Nat. deor. 195.

¶ Quàm, Optantis cum affectu particula, & frequentius cum verbis Volo aut Cupio iungitur. Terēt. Heaut. 1. 2. 11, Quàm vellem Menedemum inuitatum, vt nobiscum esset hodie amplius. Idem Adelph. Quàm vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari. Vbi Donatus, Quàm vellem, præcipuè dicimus in his quæ non videmus fieri. Cic. 3. de Finib. 15, Quàm vellem, in-

quit,vt te ad Stoicos inclinauisses.

Quàm,pro Quantum, interrogatiuum. Terent.Eunuch.2.1.44, Quàm hoc munus grátum Thaidi arbitrare esse?

O rem difficilem,planéque perditam/quàm nihil prætermittis in consilio dando/quàm nihil tamen, quod tibi ipsi placeat, explicas!Cic.Attico,lib.9.17.2. Terent.And.1.1.100,Quàm timeo quorsum euadat!

Quàm molliter.Virg.10.eclog.7, -ô nihil tum quàm molliter ossa quiescant.

Quàm,cum indicatiuo.Cicero in Verrem,Incredibile est autem,quàm multa & quàm præclara fuerunt.

Quàm, cum Volo,pro eo quod vulgo dicitur *Tantum quantum*. Terentius Hecyra,4. 4.12,Dum ne reducam,turbent porrò quàm velint. Cic.pro Cælio,50,Quàm velit sit potens. Ibidem,54,Quàm volèt in conuiuiis faceti. Et 4.Verr.71,Quàm volent multi dicent.

¶ Quàm,pro Quanto,comparatiuo datur:quod raro vsu venit.Virg.7.Æneid.158,

Tam magis illa fremens,& tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ. Quintilianus libro 1, Quàm in his quoque libris erunt omnia compositiora,& quàm nos poterimus elaborata. Plautus Pœnu.4.116, Quàm magis aspecto, tam magis est nimbata. Idē Menæh. 3.19,Quàm magis extendas,tanto astringant arctius. Et Trinum.15.16, -quàm magis
Specto,minus placet mihi hæc hominis facies.

Quàm,cum superlatiuo.Cato,Quàm acerbissima olea erit & oleum facies,tam oleum optimum erit.Quàm citissimè conficies,tam maximè expediet. Salust.in Iugurtha, Itaque quàm quisque pessimè fecit,tam maximè tutus est.

Quàm,tam,superlatiuo.Plaut.Merc.4.11,Quàm maximè resisto,tam res in periculo vertitur. Terent.Heaut.5.2.44,
-nanque adolescens quàm minima in spe situs erit,
Tam maximè patris pacem in leges conficiet suas. Ouidius 1. Amor.eleg.8.6,Tam fœlix esses,quàm formosissima, vellem.

¶ Quàm, pro Valde, elegantissimè superlatiuo datur, & aliquando positiuo.

Superlatiuo.Terent.And.5.1.16,Quibus id maximè vtile est, illum esse quàm deterrimum. Idem Heaut.1.3.117,Eadémque vt esset apud te ob hoc quàm gratissima. Brutus Ciceroni,lib. 11.13.11,Sed tamen nihil de diligentia remittere debetis,daréque operam,vt quàm paratissimi ab exercitu reliquisque rebus,&c. Cic.de Amicitia,42,Alienis nimis implicari,molestũ esse:commodissimum esse, quàm laxissimas habere habenas amicitiæ. Idem Tironi,lib.16.21.17,Sed peto à te vt quàm celerrimè mihi librarius mittatur. Et 2.de Nat.deor.3, Geram tibi morem, & agã quàm brevissimè potero. Sic in Topicis,11,Ea quàm subtilissimè persequamur. Et pro Roscio Amerino,11,Quàm recentissimum. Item 4.Verr.1,Quàm integerrimis viribus.

Quàm proximè hostem,& ad hostem.Cic.10.Philipp.287,Operámque det, vt cum suis copiis quàm proximè Italiam sit. Liu.1.ab Vrbe,93,Is ducit exercitum quàm proximè ad hostem potest. Cic.Attico,lib.6.16.5, Officium meum putaui,exercitum habere quàm proximè hostem.

Quàm maturrimè.Tacit.lib.15, Vt templum Diuo quàm maturrimè publica pecunia poneretur.

Quàm maturrimum.Tacit.lib.12, Amplecti Britannicum,robur ætatis quàm maturrimum precari.

Positiuo.vt Quàm longe,Quàm multa,Quàm celeriter. Terent.Eunucho,2.3.43,Cõtinuò accurrit ad me quàm longè quidem. Cælius Ciceroni, lib.8.15.4, Peream si minima causa est properandi istò mihi,quòd te videre, & omnia intima conferre discupio.habeo autem quàm multa. Cic.3.de Nat.deor.74, Soles ipsi quàm multi à theologis proferuntur! Idem 3.Tusc. 140,Atqui stirpes sũt ægritudinis quàm multæ,quàm amaræ! Et Attico,lib.7.134.3,Suam in Senatu operam,authoritatémque quàm magni æstimat! Plin.libro 5.epist. Quàm multũ interest quod à quoquam fiat! Cicero Attico, Itaque quàm seuerè M.Curtius nos accusat! Et alibi,Scribit ad me quàm honorificè de restitutione Sexti Clodii. Quintilianus lib. 12. cap. vltimo, Quàm multa, imò pene omnia tradidit Varro. Cæsar, Quàm magnum numerum iumentorum atque hominum intercipiunt. Idem de bello Gallico,Vt quàm celerem atque instabilem motum haberet. Plinius lib. 33, Nisi vt quàm multi eas conserui inferrẽt. Cic.de Amicitia,51,Quàm multa enim quæ nostra causa nunquam faceremus, facimus causa amicorum. Virgil.2.eclog.4,Quàm diues pecoris niuei,quàm lactis abundans. Liu.6.bel.Pun.72,Quàm forti animo,&c.

Quàm facilè accipiter colũbã consequitur,Virg.11.Ænei.145. Liberis dare operã quàm honestè dicitur.Cic.Pæto,lib.9.21.9.

Suos valdè quàm paucos habet. Brutus Ciceroni,lib.11.13.7.

¶ Quinto die quàm,Id est postquam,& sic de aliis. Colu.lib. 8.cap.8,Quinto die quàm sustuleris,condire oportebit. Idem lib.11.cap.13.1,Deinde quum bis mustum defœcauerit, quod intra quartum diem,quàm de lacu sublatum est, diligẽter manibus expurgatur. Ibidem,cap.38,Post nonum diem quàm id factum est. Plin.lib.8.cap.41,Si quadragesimo die quàm sit natus,castretur morsu cauda. Quintil.libro 1.cap.10,Intra biennũ quàm,&c. Liuius,Ipse ita instituit operi,vt die XLV quàm ex syluis materia detracta esset, naues in aquam deductæ sint. Curtius lib.4,Tyrus septimo mense quàm oppugnari cœpta erat,capta est.

Tabellarii venerunt post diem XL & sextum, quàm à nobis discesserant.Cic.Tironi,lib.16.21.1.

Postero die quàm illa erant acta,Catulus venit. Cicero 2.de Oratore,7.

Triduo proximo quàm.Plin.lib.8.cap.42.11,Terram attingere ore triduo proximo quàm sit genitus,negant posse.

Ego autem non commemini,antè quàm natus sum,me miserum.Cic.1.Tusc.11.

Seculis multis antè gymnasia inuẽta sunt, quàm in iis philosophi garrire cœperunt.Cic.2.de Orat.11.

Numa sapientiam constitutæ ciuitatis duobus propè seculis antè cognouit,quàm,&c.Cic.2.de Orat.84.

¶ Tandiu,quàm.Plin.epist.16.lib.3,Si tandiu, tantáque concordia vixerit tecum,quàm ego cum Pæto, volo. Cic.de Claris Orat.3,Vixitque tandiu,quàm licuit in ciuitate bene beatéque viuere.

¶ Quàm longa.Virg.4.Æneid.39,Nunc hyemem inter se luxu,quàm longa fouere. Vbi Seruius,Quàm longa, Id est,Nunc hyemem inter se luxu fouere,inquantum longa est hyems.Tecit talem & 8.Æneid.17,figuramvt
Tybris ea fluuium,quàm longa est,nocte tumentem Leniit.

¶ Quàm,geminatum.Terent.Phorm.2.3.61,Potius quàm lites fecter,aut quàm te audiam.Vbi Donatus,Bis posuit QVAM. quod genus figuræ primo *τῦ μᾶλλον* contrarium est.

Te igitur imitabor,quàm multa,quàm paucis. Cic.Bruto,lib. 11.14.1.

¶ Quàm,pro Plus quàm. Columella lib.1.cap.8, Ferramenta duplicia quàm numerus seruorum exigit refecta & reposita custodiat.Budæus.

¶ Nihil libentius quàm. Cic. pro Cluentio,111, Quod si fieri posse existimasset,&c.nihil fecisset libentius,quàm omnẽ illam acerbitatẽ proscriptionis suæ, quæstus in veteres iudices,in hãc vnam quæstionem contulisset.

Non mehercule quicquam libentius facio, quàm scribo ad te.Cassius Ciceroni,lib.15.19.1.

¶ Quàm pro.Curtius lib.5,Ne aurium quidẽ vsus supererat, syluas quatiente vento, qui cõcutientibus ramis maiorẽ quàm pro flatu sonum ædebat. Idem lib. 3,Equitum peditúmque propemodum innumerabilis turba,maiorem quàm pro numero speciem gerens. Idem lib.4,Consedit deinde in regia sella multò excelsiore quàm pro habitu corporis.

¶ Quàm quantum.Cic.3.de Oratore,9, Vt maius quiddam de L.Crasso,quàm quantum à nobis exprimetur,suspicentur. Et paulo inferius,11,Plus multo etiã viditsse videntur,quàm quantum ingeniorum nostrorum acies intueri potest.

Sexies tantum,quàm quantum satum sit, ablatum esse. Cic. 5.Verr.83.

Hic maiorem pecuniam Prætori pollicetur,quàm quantam tu dedisti.Cic.4.Verr.49.

¶ Quàm quoad. Cic.pro Domo sua,106, Id speraſti Rẽpub. diutius, quàm quoad mecum expulsa careret his mœnibus,esse laturam?

¶ Quàm quód. Cic.ad Atticum,lib.11.21.5, Sed ex omnibus, nihil magis tamen desyderatur,quàm quòd in Africam nõ ierim.Quàm quòd, sub.id,vt sit:Nihil magis desyderatur,quàm id,quòd scilicet non ierim in Africam. Ibidem,9,Tantum dicam,nihil mihi gratius esse,quàm quòd eam diligis.

¶ Quàm quomodo.Cic.3.de Orat.103, Quòd si quis erit qui ductus opinione vulgi aut Antonium iuniorem, aut Crassum pleniorẽ fuisse putet,quàm quomodo à nobis vterq; inducẽ est.

Multa præclara in eo viro cognoui,sed nihil est admirabilius quàm quomodo ille mortem M.filii tulit.Cic.de Senectute,11.

¶ Quàm vt.Cic.3.de Orat.13,Hoc est altius, quàm vt nos humi strati suspicere possimus.

Plerunque dolor vehemẽtior, quàm vt causa sit cur feratur. Cic.5.Tusc.165.

Quàm vt,pro Aliter quàm vt.Suet.in Galba, cap.8,In secessu plurimum vixit,nec ad gestãdum quidem vnquam iter ingres-

ſut,quàm vt ſecũ veliculo proximo decies ꝟ s in auro efferret.

¶ Contrà facis,quàm pollicitus es.Cic.1.de Legib.19.

Factum eſt enim culpa, contrà quàm tu mecum egerat. Cic. Q.fratri,lib.1.1.4.

Socrus generi contrà quàm fas erat amore capta. Cicero pro Cluentio,9.

¶ Diuerſum quàm.Quintil.lib.1.cap.8.1, Pranſus quoque & potus,diuerſum valent quàm indicant.

¶ Multiplex quàm.Liuius,Quicquid hinc aut illinc communis Mars belli aufert,multiplex quàm pro numero damnũ eſt.

¶ Nulla æquè quàm prædictæ falſuræ pabula.Colu.li.8.ca.17

¶ Quàm minimè multi. Cic. 3.Verr.51, Quo quàm minimè multi ex illis de iſtius nefario ſcelere audire poſſent.

¶ Quàm facetè, Quàm venuſtè,Arridẽtis particula. Plautus Aſin.11.35, Vt aſſimulabat Sauriã me eſſe quàm facetè? Terẽ. Eunucho,3.1.4, -quàm venuſte!

Quod dedit principium aduenienti.

¶ Quàm citó.Terent.Eunuch.1.1.98,Labaſcit victus vno verbo quàm citó. Idem Heaut.1.3.134,Sed quàm cito ſunt conſecutæ mulieres.

¶ Quàm dudum,Aduerbium interrogandi.Plaut.Aſin.9.43, -hem optimè:quàm dudum tu aduenisti?

Non hercle te præuideram. Idem Sticho,9.23,

-quid tu:quàm dudum in portum huc venis?

P.Longiſſimé. Idem,Quàm dudum è foro aduenisti domum?P.non ita dudũ. Terent.Eunuc.4.4.30, -venit Chærea. P H.Fratérne?D O.ita.P H.quando?D O.hodie.P H.quàm dudum? D O.modó. Nonnulli Quamdûdum iungunt,pen.prod.

¶ Quàm extemplò,ſic dicitur,vt Quàm mox,apud Plautum, Nunc dicito quàm extemplò hoc erit factum.

¶ Quámlibet,pen.corr.pro Quantum libet.Plinius,Impudica mulier quamlibet facinus audet. Idem lib.36.cap.21.4, Faciliore multò natura finditur in quamlibet tenues craſtas.

Quamlibet parum.Quintil.lib.1.cap.1.13,Nam certè quamlibet parum ſit, quod contulerit ætas prior,&c.

¶ Quàm mox,Interrogationum cum venuſtate. Plau.Moſtel. 9.28, -eia maſtigia,

Nunquid ad merendam iſtic ero? quid nunc? quàm mox? Idem Sticho,9.28,Quàm mox cocta eſt cœna:impranſus ego ſũ. s. abi intrò ad me,& lauа. Et Rud. 10.11, Sed quàm mox coctum eſt prandium? Sic Aſin.9.43,Quàm mox mihi operam das? Item Bacchid.17.6,

-quid ſit?quàm mox nauigo

In Epheſum,vt aurum repetam? Terent.Eunuc.4.7.18,Quàm mox irruimus?

Quàm mox, aliquando non interrogat, & ſignificat Quàm citò, vel ſtatim.Plaut.Caſin.17.15,

-quid mihi ſeruo opus eſt tam nequam?

Quid nunc?quàm mox recreas me. Terent.Adelph.5.6.1,

Hera ego hinc ad hos prouiſam,quàm mox virginem

Accerſant. Idem Phorm.1.3.9,

At non quotidiana cura hæc angeret animum.P H.audio.

P.Dum expecto quàm mox veniat qui adimat hanc mihi conſuetudinem. Cic.pro Roſcio Comœdo,1, Expecto quàm mox Chærea hac oratione vtatur. Liuius ab Vrbe condita, Intenti quàm mox ſignum daretur. Cicero pro Roſcio Comœdo,16, Quid expectas, quàm mox ego Luſcium & Manilium dicã ordine eſſe Senatores,ætate grandes natu?

¶ Quamobrem,Vnica dictio,quibuſdam etiam tres, quã ob rem? interrogantis particula, & rationem alicuius rei petentis. Terent.And.5.1.11,

-ſublimem hunc intrò rape,quantum potes.

D R.Quem?S.Davom.D.quamobrem? Idem Phor.3.3.17,Contemplamini me.A.quamobrem? Idem And.4.4.6,

-ex ara hinc ſume verbenas tibi,

Atque eas ſubſterne.M.quamobrem id tute non facis? Plaut. Sticho, 4.55, Ipſe egomet quamobrem non auctionem prædicem? Cic.1.de Fin.14,Quamobrem tandem,inquit,non ſatisfacit?

Quamobrem,interdum non interrogat, atque idem ſignificat quod Quapropter,vel Quam ob cauſam.Terent.And.1.3.8, -dictum ac factum,inuenerit

Aliquã cauſam quãobrem eiiciat oppidó. Idem Eunu.5.6.31, Nam iandiu aliquam cauſam quærebat ſenex,

Quamobrem inſigne aliquid faceret. Plaut. Sticho,3.15, Quũ mihi,quamobrem faciam,meruiſſe arbitror. Idem Capt.11.11, Quid negotii quãobrem ſuccenſes mihi? Cic.Appio Pulchro, lib.3.10.1,Multáq; mihi veniebãt in mentẽ,quãobrẽ iſtũ laborẽ tibi etiam honori putarem fore. Idem pro Cecinna,69,Deinde nihil rationis affers quamobrem,ſi libertas adimi nullo modo poſſit,ciuitas poſſit. Et 4.Verr.79,Quid tandem habuit argumenti aut rationis res,quamobrem in eo potiſſimũ Sthenianum præmium poneretur? Sic 4. Verr. 140, Multa ſigna dederat, quamobrem reſponſurus non videretur, mentio de lege nulla fiebat. Ibidem,1.24, Cognoſcet ex me Pop. Rom.quid ſit quamobrem quum Equeſter ordo iudicaret,&c. Et 6,Quãobrem verò ſe confidat aliquid perficere poſſe hoc Glabrione Prætore,& hoc conſilio,intelligere non poſſum.

Quamobrem vt maxima de re æquo animo deliberanti, ita mihi des conſilium velim.Cic.Attico,lib.8.147.11.

Illud eſt quamobrem,quod,&c. Cic.6.Verr.119,Verum illud eſt quãobrẽ hæc cõmemorarim,quòd exiſtimare vos volo,&c.

Quamobrem quoniam mihi nullum ſcribendi argumẽtum relictum eſt,vtar,&c. Cic.Curioni,lib.2.3.4.

Quamobrem quãquam.Cic.Planco,li.10.10.1, Quamobrem quanquam in vno prælio omnis fortuna Reip.diſceptat,&c.tamen ipſa fama,&c.

Quas ob res.Cic.3.Philipp.150, Quas ob res quòd Trib.pleb. verba fecerunt,vt Senatus Cal.Ian. tutò haberi, ſententiæque de ſumma Reip.liberè dici poſſint,de ea re ita cenſeo,&c. Lucretius lib.1.31,

Quas ob res vbi viderimus nil poſſe creari De nihilo,&c.

¶ Quàm penè.Terentius Heaut.4.6.10,Quàm penè tua me perdidit proteruitas.Hoc eſt,quàm parum abſuit quin,&c.

¶ Quàm plures,A nõnullis negatur eſſe Latinum:aliis cõtrà probantibus id ex locis ſequentibus: quod an ſit æquum,docti viderint.Plau.Sticho,4.44,Sed curioſi ſũt hic quàm plures mali. Idem Caſina,Quàm plura ſunt mihi quæ velim. Gellius lib.1.cap.7,Videbatur quàm pluribus. Plin.lib.17.cap.9,Cuius ex vna radice quàm plures exeunt filices. Vetus codex habet complures. Cæſar lib.1.de bello Ciuili,190, Hæ permanſerunt aquæ dies quàm plures. Idem lib.2, Hæc atque eiuſmodi generis quàm plura. Cic.libro 5.Tuſc.Abacóſque quàm plures ornauit argento,auróque.

Quamplurimo vendere. Cic.5. Verr.35, Quæro ſi ipſe excogitare nõ poterat quemadmodum quamplurimo vẽderet, &c.

Quamplurimus. Cato de Re ruſt.Quamplurimã braſſicam ederit,tam citiſſimum ſanus fiet.Illiterati dicunt,Quanto plus, aut quanto magis ederis ex braſſica,tanto citius ſanus fies.

¶ Quàm pridẽ,Quãto tẽpore antè,Interrogantis particula. Plautus Sticho,5.40,Quàm pridem non ediſti? Terent.Eunucho,3.3.11,

Vbi friget,huc euaſit,quàm pridem pater

Mihi & mater mortui eſſent.dico,iandiu. Cic.pro Q. Roſcio, 4, Illud vero quod ad rem vehementer pertinet, quæro,quàm pridem hoc nomen Fanni,in aduerſaria retuliſti?Nonnulli iungunt Quampridem,pen.prod.

¶ Quãprimũ,pen.pro.vna dictio,Valde citó. Plau.Capt.7.38, Vt eum redimat,& remittat huc noſtrũm amborum vicem. P.Meminero.AT.at quamprimum. Idem Moſtel.3.39, Ea mihi aduentu ſuo quamprimum grandinem, imbrémque attulit. Idem Truc.17.70, Cæterum vxorem quamprimũ poteſt adduci ex ædibus? Terent.Adelph.1.4.18,

-obſecro hercle hominem iſtum impuriſſimum

Quamprimum abſolutote. Cic.1.Tuſcul.185,Hoc ei muneris pro ſua miſſione dediſſe ſcribitur,docuiſſe regem non naſci,hominí longè optimum eſſe: proximũ autem quamprimum mori. Idem Cælio,lib.3.18.5, Gratiſſimum mihi feceris, ſi ad me in Ciliciam quamprimum veneris.

Perferre literas ad aliquem quãprimũ, Cic.Curioni,lib.2.5.2.

Quandiu/Aduerbium temporis,Quanto tempore. Plin.in Paneg.139,Obtulerat illis Senatus cognomen Auguſtarum: quod certatim deprecatæ ſunt:quandiu appellationem Patris patriæ tu recuſaſſes. Cic.7.Verr.88,Homo quandiu vixit,domui ſuæ, non ſolùm poſt mortem tota Sicilia clarus & nobilis.

Tandiu,quãdiu.Cic.Attico,lib.9.171.3, Ego tandiu requieſco, quandiu ad te ſcribo.

Quandiu,interrogatiuè.Plaut.Capt.18.3,Quandiu id factum eſt?s.T.hic annus incipit viceſimus. Cic.in Somnio Scip.13,Ipſi autem qui de vobis loquuntur,quandiu loquentur:Vetus exemplar legit, Quàm loquentur diu? Idem pro Roſcio Amerino, 54,Hæc tu Eruci tot & tanta ſi nactus eſſes in reo,quandiu diceres:quo te modo iactares?

Quando/Aduerbium temporis,ſignificat Quo tempore: & accipitur in prima.

Vtinam tunc eſſem natus,quãdo Romani,&c.non eſſem paſſus,&c.Cic.2.Offic.111.

Interrogatiuè aliquando ponitur.Terent.Heaut.2.2.9,Iã aderunt.C L I N.quando iſtuc erit? Cic.in Piſonem,39,Quando hoc bellum aut hic ordo,aut populus ſuſceperat?

Infinitè aliquando. Plaut. Amph. 3. 113, Ita vestipellem se facit quando lubet. Idem Bacch. 4. 46, Veniat quando volet. Cic. ad Varronem, li. 9. 1. 1, Ex his literis quas Atticus à te missas mihi legit, quid ageres, & vbi esses, cognoui: quando autem te visuri essemus, nihil sanè ex eisdem literis potui suspicari.

¶ Quandò pro Siquidem, vel quoniam positum, coniunctio est causalis, habétque accentum in vltima. Plautus Amphit. 4. 111, Quandò imago est huius in me, certum est hominem eludere. Ibidem, 10. 12,

Faciendum est mihi illud, fieri quod illæc postulat, &c.

Quandò ego quod feci factum, id Amphitruoni obfuit. Virg. 1. Æneid. 54, -quandò hæc te cura remordet. Ibidē, 6. 10, -affiata est numine quandó. Terent. Adel. 5. 3. 16, Quādò ego tuū non curo, ne cura meum. Idem Eunuc. 1. 2. 116, Meus fac sis postremò animus, quandò ego sum tuus. Et And. 4. 6. 10, Vt quimus, aiunt, quandò vt volumus non licet. Plaut. Rud. 24. 10,

-quæso respondē senex,
Tuus hic seruus est? D. meus est. T. hem istuc optimè quādò tuus est. Idem Curc. 15. 30, Quandò vir bonus es, respondē quod rogo. Liu. 4. bel. Maced. 135, Bene vertat, inquit, obsideamus Lacedæmonem, quandò ita placet. Cic. Rufo, lib. 5. 10. 18, Quandò te id video desyderare, &c. Quædā exemplaria legunt, Quū te id, &c. Idē Plāco, li. 10. 11. 15, Quā quādò cōplexus es & tenes.

Quādo gentiū, Id est Quādo, absolutè, ea forma qua Vbi locorū, & Nusquam gentium. Plaut. Amph. 15. 60, -quis te misit Furcifer? S. qui me rogat. A. quando gentium? S. dudum.

Quandocunque / Aduerb. Id est Quocúque tempore. Colum. lib. 1. ca. 10. 13, Quandocunque in vsus prompserimus, integram lentem reperiemus. Liu. 1. ab Vrbe, 155, Manſit certè solenne, vt quandocunque idem prodigium nuntiaretur, feriæ per nouem dies agerentur. Plin. lib. 29. cap. 1. 14, Quandocunque ista gens suas literas dabit, omnia corrumpet. De Græcis.

Quandoque / Aduerbium temporis, Aliquo tempore. Horat. in Arte, 73, -quādoque bonus dormitat Homerus. Cic. Leptæ, lib. 6. 19. 5, Ego me Asturæ diutius arbitror commoraturum, quoad ille quandoque veniat. Suet. in Tiberio, Tādem quasi coactus recepit imperium: nec tamen aliter quàm vt depositurum se quandoque spem faceret.

Quandoquidem / pen. cor. Coniūctio causalis, pro Siquidem, vel quoniam. Terent. Hecyra, 3. 5. 41,

Illique exopto, vt reliquam vitam exigat
Cum eo viro, me qui sit fortunatior:
Quandoquidē illā à me distrahit necessitas. Idē Heaut. 5. 5. 20, Quid istuc quādoquidē ducēda est, egomet habeo propemodū Quam volo. Plaut. Merc. 4. 57,
-obsecro hercle, oróque vt istuc quid siet
Actūtum indices, quandoquidem mihi supplicandum seruolo Video meo. Ibidem, 12. 33, Perge, excrucia carnifex, quandoquidē occœpisti semel. Cic. 4. Verr. 6, Vrbes ac sedes suas relinquerēt, quādoquidē iā antè istius iniuris exagitati reliquissēt.

Quandoquidem tu istos oratores, inquit, tantopere laudas, vellem, &c. Cic. de Claris Orat. 84.

Quandoquidem honestum ipsa virtus est. Cic. 5. de Fin. 118.

Dicite, quādoquidē in molli cōsedimus herba. Virg. 4. eclo. 11.

¶ Quandoquidem, Quia. Terēt. And. 3. 1. 7, Deos quæso, vt sit superstes: quandoquidem ipse est ingenio bono. Idem Eunu. 2. 3. 81, Quandoquidem illarum neque quisquam te nouit, neq; scit qui sies. Cic. 1. Philipp. 100, Quandoquidem hæ quondam orationes Campani & Leontini in Populi Ro. patrimonio gian diferæ & fructuosæ ferebantur. Plin. lib. 7. cap. 49. 1, Rara autem esse dicunt longiora tempora, quandoquidem momentis horarum insignibus, lunæ, dierúmve septem atque 1 x, &c.

Quanquam / Coniunctio causalis idem significās quod Tametsi. Virgil. 2. Æneid. 3, Quanquam animus meminisse horret. Plaut. Pseud. 17. 11, Atque ædepol, quāquam nequam homo es, rectè mones. Idem Trucul. 19. 16, -cedo,
Quanquam parum est. Et Pœnulo, 7. 33,
-quanquam sumus pauperculi,
Est domi quod edimus. Terent. Adelph. 2. 1. 51, Id quoque possum ferre, si modò reddat, quanquam iniurium est.

Quanquam particulam, aliquando subsequitur alia particula TAMEN, & eleganter. Terent. Heaut. 1. 1. 1,

Quanquam hæc inter nos nuper notitia admodum est,
Inde adeò quòd agrum in proximo hic mercatus es, &c.
Tamen vel virtus tua, &c. Colu. lib. 3. cap. 2, Sed de hac sententia quanquam & ipse paulo antè id censuerim, quid tamen arcanius iudicem, suo loco mox dicam. Cic. in Partit. 70, Quanquam vterque, tamen, &c. Idem pro Roscio Amerino, 33, Innocens est quispiam: veruntamen quanquam abest à culpa, suspicione tamen non caret. Idem 5. Tusc. 136, Omniáque iucunda, quanquam sensu corporis iudicentur, ad animum referri tamen. Et 1. Offic. 13, Ea quanquam pertinent ad finem bonorum, tamen id minus apparet. Virg. 2. Æneid. 107,

Hic Priamus, quanquam in media iam nocte tenetur,
Non tamen abstinuit, nec voci iræque pepercit.

Quanquam, veruntamen. Terent. Eunucho, 1. 2. 92,

Quanquam illam cupio abducere, atque hac re arbitror
Id fieri posse maximè, veruntamen
Potius quàm te inimicum habeam, faciam vt iusseris.

Quanquam, cum interrogatione, & sine interrogatione, venustatem quandam habet corrigentis seipsum. Cic. 2. de Orat. 107, Quamobrem hoc vos doceo, Sulpiti, &c. quanquam te quidem quid hoc doceam: qui, &c. Idem 3. de Nat. deor. 55, Homerus apud inferos conuenīri facit ab Vlysse: &c. quanquam quem potissimum Herculem colamus, scire sanè velim.

In integro res nobis erit, quanquam qui cum loquor: cum vno, &c. Cic. Cassio, lib. 15. 16. 7.

¶ Quāquam, subiunctiuo additum. Quintil. In Præfat. lib. 1, Quanquam sint qui dissentiant. Ibidem, cap. 11, Quanquam id Pollioni placeat. Cic. 1. de Orat. 1, Quanquam ita se rem habere arbitrarentur. Idem 1. de Orat. 11, Quanquam vis oratoris, professióque ipsa bene dicendi hoc suscipere ac polliceri videatur. Alii legunt videtur.

Quantus / quanta, quantum, Modò relatiuum, modò indefinitum, modò interrogatiuum est, referturque ad numerū & pondus & mensuram, inquit Sipontinus. Plaut. Amph. 4. 145, Obsecro hercle quantus & quam validus est. Idem Amph. 3. 106, Quàm liber harum rerum inultarum siet,
Quantúsque amator, quum quid complacitum est semel. Terent. Heaut. 2. 3. 9, Væ misero mihi quanta de spe decidi. Idem Eunucho, 5. 4. 3, Quantam, & quàm veram laudem capiet. Cicero 2. de Legibus, 17, Quum intelligant quàm multa firmentur iureiurando, quantæ salutis sint fœderum religiones. Idē pro Sylla, 57, Quantas audacies, quàm incredibiles furores. Et 1. Tusc. 136, Is propagatione vitæ, quot, quantas, quàm incredibiles hausit calamitates?

Quanta pecunia. Cic. pro Sestio, 18, Fœdus fecerunt cum Tribuno pleb. palàm, vt ab eo prouincias acciperent quas ipsi vellent: exercitum & pecuniam quantam vellent. Idem pro Cluentio, 70, Sed quid ego hæc pluribus, quasi de re obscura disputo: quū ipsa pecunia, quæ Staleno data est, numero ac summa sua, non modo quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat.

Quanti & quàm multi mortales. Salust. ad Cæsarem de Rep. ordinanda, Sed ob easdem causas immane dictu est quanti & quàm multi mortales postea ad Pompeium discesserint.

Quantis animis ierit in Quintium Lucullus. Salust. in oratione Marci Trib. pleb. ad plebē, Lucullus superiore anno quantis animis ierit in L. Quintium, vidistis.

Quantus homo in dicendo. Cic. 3. de Orat. 18, Qualis oratoris & quanti hominis in dicendo putas esse historiam scribere?

Parit ova quanta anseres. Plin. lib. 8. cap. 15. 1. De crocodilo.

Quanta potest maxima. Suetonius in Nerone, cap. 7, Próque Rostris quanta posset maxima miseratione veniam præteritorum precaretur. Liu. 7. bel. Maced. 151, Meritò ergo & diis immortalibus, quantus maximus poterat, habitus est honos. Cic. de Amicitia, 64, Nisi quod tanta est inter eos, quanta maxima potest esse, morum studiorúmque distantia.

Quanta mea paupertas est. Terentius Phorm. 5. 8. 10,

Heus heus, quanta hæc mea paupertas est, tamen
Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mihi esset fides.

Quāta mea sapiētia. Plaut. Stic. 3. 62, -quāta mea sapiētia est,
E malis multis, malū quod minimū est, id minimū est malum.

Tantus & quantus. Cic. ad Atticum, lib. 7. 111. 4, Videre mihi videor tantam dimicationem, &c. quanta nunquā fuit. Idem ad Brutum. 3. 3, Nā tantæ multitudinis, quantam capit vrbs nostra, cōcursus est ad me factus. Et Cassio, li. 12. 7. 2, Dixi de te quæ potui, tanta contentione quantum forum est. Item pro Rabirio Posthumo, 21, Tantum ex eius bonis, quanta summa litiū fuisset, populus recepisset.

Quantum, Tam. Liu. 9. ab Vrbe, Profectio Q. Fabii trans Ciminiam syluam quantum Romæ terrorem fecerat, tam lætam famam in Samnium ad hostes tulerat.

¶ Quanti, genitiuus, verbis pretii solet addi. Plau. Epid. 5. 107, Quanti emi potest minimo? Terentius Eunucho, 5. 6. 14, Emit? peri hercle. quanti? T. viginti minis. Idē Adelph. 5. 9. 20, Ob eam rem? D. ob eam. postremò à me argentum, quanti est sumito. Id est, quanto pretio valet, inquit Donatus. Colum. lib. 3. cap. 3, Quanti constare iugerum vinearum prædiximus. Cicero 4. Academ. 115, Quanti libertas ista æstimanda est, non

mihi neceſſe eſſe quod tibi eſt?
Pluris Senatus æſtimaſſet quàm quanti eſſet annona. Cicero 5.Verr.165.
Quanti conductum erit, aut locatum. Cato cap.144.2.
Sed quanti quanti bene emitur quod neceſſe eſt. Cic. Attico, lib.12.24.3.
Quanti eſt negotii? ironicè, pro Minimi eſt negotii. Plau. Trucul.2.39, -iube auferri intrò hæc ad me.
Ecquid auditis? ecquæ tam imperat ſuis? O. nolo auferant:
Deiccam iube. O. impudens mecaſtor, quanti eſt negotii?
Quanti eſt ſapere. Terent. Eunuc. 4.7.21, -di veſtram fidem,
Quanti eſt ſapere: nũquam accedo, quin abs te abeam doctior.
Quanti eſt ad famam. Cic. pro Murena, 36, Hoc quanti putas eſſe ad famam hominum, ac voluntatem?
Quanti fueris. Plaut. Capt. 4.42,
Ego poſtquam gnatus tuus potitus eſt hoſtium,
Expertus quanti fuerit, nunc deſydero.
Quanti penderes. Terent. Heaut. 2.1.103, Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes.
Quanti ſit homo. Cic. Q. fratri, lib. 1.1.13, Noli ſpectare quanti homo ſit: parui enim pretii eſt qui iam nihil ſit.
Quanti faciam, quanti ſim apud: pro Quanto in pretio & æſtimatione. Cic. Cæcin. lib. 2.15.15, An dubitas, quum ſcias quanti cum illum, tum verò Tullium meam faciam? Idem Trebatio, libro 7.10.1, Vide quanti apud me ſis.
Quanti veheret, interrogauit. Quintil. lib. 4. cap. 2.
Quanti dimiſerit. Cic. 7. Verr. 88, In qua docet, quot à ciuitate ſua nautas acceperit, quot, & quanti quenque dimiſerit. Id eſt quanta pecunia accepta.

Quantum, Aduerbium temporis vel quantitatis.

Quantum, tantum. Quintil. in Proœm. lib. 4. 4, Vt quantum nobis expectationis adiecit, tantum ingenii aſpiret.
Et quantum vertice ad auras Ætherias, tantum, &c. Virgil. 4. Æneid. 89.
¶ Quantum animis erroris ineſt? Ouid. 2. Faſt. 158.
Quantum peditum. Tacit. lib. 20, Fortiſſimus quiſque è Batauis, quantum peditum erat, fundũtur. Idem in vita Agricolæ, Quantum enim tranſiſſe militum, ſi ſeſe Britanni numerent?
¶ Quantum, ſubintellecto TANTVM. Terent. Phorm. 1.2.3, -accipe, hem.
Lectum eſt, conueniet numerus quantũ debui. Idem Heaut. 3.3.31, -quid illum porrò credis facturum Chreme,
Niſi eum quantum di dant tibi opis, ſeruas, caſtigas, mones?
Et And. 3.2.4,
Quod iuſſi ei dare bibere, & quantum imperaui, Date.
¶ Quantum ad porticus. Plin. epiſt. 216, Quantum ad porticus, nihil interim occurrit quod videatur iſtunc eſſe repetendum. Hoc eſt, Quod autem attinet ad porticus.
Quantum attinet ad antiquos noſtros, ante, &c. Varro 1. de Re ruſt. cap. 10.2.
¶ Quantum eſt adhibere hominem amicum, vbi quid geras? Plaut. Perſa, 16.46. Hoc eſt quàm confert & præſtat.
¶ Quantum, Quàm multum. Plaut. Amphit. 4.200,
-ſanè aduenîſſe familiares dicito.
M. Neſcio quantum tu familiaris ſis: niſi actũtum hinc abis,
Familiaris accipiêre faxo haud familiariter.
¶ Quantum aſſequi potui. Cic. pro Cluentio, 39, Sic ad omnia confugi, quantum ego aſſequi potui, remedia, ac perfugia cauſarum, vt, &c.
Quantum hunc audiui facere verborum. Plaut. Mil. 9.13,
Metuo illæc mihi res ne malo magno ſuat,
Quantum hunc audiui facere verborum ſenem.
Quantum coniectura auguramur. Cic. ad Atticum, lib. 1.14.1, Etenim quantũ coniectura auguramur, ſi erit nebulo iſte cum his Dynaſtis in gratia.
Quantum ego opinione auguror. Cic. pro Murena, 59.
Quantum exiſtimare poſſum. Cic. pro Roſcio Amer. 21, Tres ſunt res, quantum ego exiſtimare poſſum, quæ obſtent hoc tempore Sexto Roſcio.
Quãtum ego intelligere poſſum. Terẽt. Heaut. 5.2.31, Et quantum intelligere poſſum. e 2. quidẽ. nõ aberit longius. Cic. Appio, lib. 5.8.1, Etſi, quantum ex literis tuis intelligere potui, videbam te hanc epiſtolam, quum ad vrbem eſſes, eſſe lecturum.
Quantum illa ætas capit. Quintil. lib. 2. cap. 4 13.
Quantum ex ipſa re coniecturam facio. Terent. Heaut. 2.3.15, Nam & vita eſt eadem, & animus te erga idem ac fuit:
Quantum ex ipſa re coniecturam fecimus.
Quãtum è vultu eius intelligo. Cic. 3. de Legib. 54, Nec enim mihi placet, nec Attico noſtro, quantum è vultu eius intelligo.
Quantum intelligo. Terent. And. 4.5.17, Ab Andria eſt ancilla hæc, quantum intelligo. Ibidem, 1.3.2,
Enimuero Dane, nihil loci eſt ſegnitiæ, neque ſocordiæ,
Quantum intellexi modò ſenis ſententiam de nuptiis.
Quantum ego ſentio. Cic. 4. Acad. 15.
Quantum ſuſpicor. Terent. Eunucho, 1.1.61,
-ſed ego quantum ſuſpicor,
Ad virginem animum adiecit,
Quantum ex tuto poterat. Liuius 6. bel. Pun. 190, Daſius Annibali amicus, Blactius, quantum ex tuto poterat, rem Romanam fouebat.
Quantum proximè coniectura poteſt. Liuius 5. bel. Pun. 116, Simul altitudinem muri, quantum proximè coniectura poterat, permenſus.
Quãtum ego illum vidi, nonnihil timeo miſera. Terent. Eunucho, 4.1.1. Id eſt, Quantum intelligere potui ex illius geſtibus.
Quantum in me erit. Cicero ad Q. fratrem, lib. 1.1.54, Neque te patiar (quantum in me erit) cum exceptione laudari. Idem pro Archia, 1, Huic profectò ipſi, quantum eſt ſitum in nobis, & opem & ſalutem ferre debemus. Id eſt, Quantum per nos fieri poteſt. Sæpius tamen per eclipſin dicimus, Quantum in me eſt. Liuius 2. ab Vrbe, 186, Quam exercitus odio conſulis, quantum in ſe fuit, prodebat. Cic. Attico, lib. 5.89.1, Illud probe ne paterẽtur, quantum eſſet in ipſo, prorogari nobis prouincias.
¶ Quantum importunitatis habent. Velut per parenthęſin dictũ. Saluſtius in Iugurtha, Nam & illos, quantum importunitatis habent, parum eſt impune malè feciſſe, niſi deinde faciundi licentia eripiatur.
¶ Quantum, pro Sicut. Suet. in Veſp. cap. 4, Id de Imperatore Romano, quantum euentu poſtea prædictum patuit, ludæi ad ſe trahentes rebellarunt.
¶ Quãtũ poteſt, Id eſt Celerrimè, vt ait Donatus. Plau. Bacc. 5.113, At ego huc ad illũ, vt cõuentã, quãtum poteſt. Idem Merc, 3.2.5, Caſtor verò iſtuc eo quantum poteſt. Terent. Eunucho, 5.1.20, Comprehendi iube quantum poteſt. Idem Phor. 5.8.3, Quantum poteſt, nunc conueniendus Phormio eſt,
-Priuſquam, &c.
Quantum potero. Plautus Aulul. 5.41, Pòſt idem domum me rurſum quantũ potero, tantum recipiam. Teren. Phor. 4.3.69, Quantum potes me certiorem inquit face. Cic. 1. de Finib. 65, Quantum enim potero minuam contentiones.
¶ Quantum maximum potuit. Plin. epiſt. 65. b, Dedit enim mihi quantum maximum potuit, daturus amplius ſi potuiſſet.
Quantum plurimum. Columella lib. 12. cap. 21, Exploratum habeat quantum plurimum ſalſæ aquæ vinum quod fecerit, ſine offenſa guſtus pati poſſit.
¶ Quantum queo, Quod vulgus dicit *Tantum quantum*. Terentius Eunuc. 5.2.5,
-vbi vidi, ego me in pedes, quantum queo,
In angiportum quoddam deſertum. Deeſt in hoc loquendi genere, citò, aut velociter: vt ſit, Quantũ citò queo. Sic declarandum, Quantum poſſum, & quantũ potes. Terent. And. 5.2.10, Sublimem hunc intrò rape, quantum potes. Id eſt, quàm citò poteris. quaſi dicat, celerrimè. Ibidem, 5.3.46, Et is mihi perſuadet, nuptias quantum queam, vt maturem.

Quantò, Aduerbium, comparatiuo iungitur: eique reſpondet TANTO. Terentius Heaut. 3.1.15,
Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis
De filio ægritudo: & quanto diutius
Abeſt, magis cupio tanto, & magis deſydero. Idem Eunuc. 5.9.23, Perii, quanto minus ſpei eſt, tanto magis amo.
Quanto magis. Virg. 4, Georg. 83,
Sed quanto ille magis formas ſe vertet in omnes,
Tanto, &c.
Quãto, abſque particula TANTO. Plaut. Aſin. 11.2, Ah quanto amplius valerem, ſi hîc maneres. Terentius. Eunucho, 4.5.4,
-vah, quanto nunc formoſior
Videre mihi, quàm dudum! Idem Heaut. 4.1.32,
-nunc hoc te obſecro,
Quanto tuus eſt animus natu grauior, ignoſcentior,
Vt mex ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidi. Idẽ Eun. 3.3.1,
Profectò, quanto magis magiſque cogito,
Nimirum dabit hæc Thais mihi magnum malum. Ibidem, 3.1.65, -cæterum
Idem hoc tute melius quanto inueniſſes Thraſo! Idem And. 2.1.8, Ah, quanto ſatius eſt, te id dare operam,
Quæ iſtum amorem ex animo amoueas tuo! Cicero 1. Academ. 16, Quanto magis philoſophi delectabunt, ſi vt illi Æſchylum, &c.
Quanto plus delectationis habiturus eſt, quàm ex illis ineruditis voluptatibus. Quintil. lib. 1. cap. 12. 13.

Quantópere.pen.corr.Aduerbium pro Quàm valde.Cic.3.Tusc. 10,Quanquam de vniuersa philosophia quantopere expetenda esset & colenda,satis,vt arbitror,dictum est in Hortensio. Idem pro Tontio,15,Recordamini Iudices,quàtopere laborare soleatis,non modò quid dicatis pro testimonio. Et 5.Verr.174,Perspicere vos certò scio,Siculis quantopere hoc expediat.

Neque enim tantopere desyderabam, &c. quantopere delector,&c.Cic.1.de Orat.79.

Dici enim non potest quantopere gaudeant. Cic.Attico,lib. 14.304.3.

Quantusquantus,Adiectiuum,Id est Quantuscunque.Terentius Adelph.3.3.40,Tu quantusquantus, nihil nisi sapientia es. Hoc est,Totus sapientia es.

Quantuscunque,Aliud adiectiuum, Idem, Id est Quàm magnus est,vel tantus quantus est.Cic.pro Corn.Balbo,45, Quæ neque inuidiosa est, & quantacunque est, eiusmodi est, vt conseruata magis,quàm corrupta esse videatur. Idem 1.de Orat.67,Atqui ego is qui sum,quantuscunque sum,adiudicãdus omnibus auditis oratoribus sine vlla dubitatione sic statuo & iudico,neminem,&c. Et 5.Philipp.180,Quorum ipsorum bona,quãtacunque erant,statim suis comitibus,compotoribusque descripsit.

Quantuncunque, Aduerbium, Tantum quantum. Cic.3.de Fin. 54,Nec rursus in malis,quantuncunque eo addideris,in suo genere manebit. Ibidem,lib.1.17,Quantuncunque possim.

Quantúlibet,pen.corr.Idem:vel significat Vnum quantum tibi capere licet,non omne,vt Quantumlibet spatium,non omnem quantitatem spatii, sed vnam quam tibi capere libet. Plin.lib. 10.cap.6.11,Suppurationes quantaslibet sanat,fractæ incoctum fabæ,atque ita in cibo sumptum. Idem lib.8.cap.16.10,Vulneratus obseruatione mira percussorem nouit, & in quantalibet multitudine appetit. De leone. Ibidem, cap.13.2, Persequitur interfectorem,vnúmque eum in quãtolibet populi agmine notitia quadam infestat. Colum.lib.8.cap.17.10,Quæ quantalibet hyemis sæuitia mare sine fluctu transmittat.

Seruus erat quidã quãtolibet ordine dignus. Ouid.6.Fast.134.

Quantusvis,Adiectiuum,Idem.Liu.6.bel.Pun.121,Tum sitam super portum satis amplum quantævis classi.De Carthagine.

Sed tamen esto tam quantouis oris honore. Lucret.lib.4.136. Ibidem, 4.183, -quantouis impete euntem.

Quantiuis pretii homo.Donatus,Ad magnitudinem refertur Quantiuis,non ad paruitatem pretii.Plau.Persa,16.75,Nomen atque omen quantiuis est pretii. Idem Epid.9.50, Næ tu graphicum habes seruum,& quantiuis pretii. Terent.And.5.2.15, Quum facrem videas,videtur esse quantiuis pretii.

Quantumvis,Aduerbium.Plaut.Mil.5.98,

Quantumvis prolationum,dum modò nunc prima via
Inducamus,vera vt esse credat quæ mentibimur.

Quantumvis rusticus.Horat.1.epist.1.8.

Quántulus,pen.cor.Diminutiuum à Quantus. Plaut.Trucul.12.5, -sine quantulo mihi opere nunc persuaderi potest, vt ego hisce Suffringam talos. Cic.4. Acad.145, Quantulus nobis videtur? De sole. Idem 1.de Legib.76,Id autem quantulum est?

Misit coniectori quantulum visum est de argento. Cicero 2. de Diuinat.199.

Etenim quãtulum interest vtrum in Massici radices, an in Italiam allóve deducaminis?Cic.2.de Lege agrar.68.

Vt ne plus nos assequamur,quàm quantulum tu in dicendo assecutus es.Cic.1.de Orat.66.

Quántulum,pen.corr. Aduerbium. Cic.5.Verr.3, Nos qui tam & quid facere, & quãtulum iudicare possemus,ostendimus. Ibidem,1.31,Nam ex illa pecunia magnã partem ad se vertit,mulieri reddidit quantulum visum est. Horat.2.Serm.saty.3.15, Quantulum enim summæ curtabit quisque dierum.

Quantuluscunque, Adiectiuum diminutiuũ à Quantuscunque, significat Quamminimum, vel Quàm parum tibi videbitur. Colum.lib.1.cap.11.6,Nam si nox inuesit,quantulocunque humore, prius quàm obruatur, corrumpitur. Cic. ad Atticum, lib.6.110.3,Procura,quantulacunque est, Precianam hæreditatem. Idem 1.de Oratore,65, Sed de hac mea quantulacunque est facultate quæritis. Plin.libro 16.cap.24.1, Superior pars omnium lanuginem quantulancunque habet,quæ in aliis gentium lana est. Martialis lib.11.15,

Hæredes nolite breuem sepelire Colonum,
Nam terra est illi quantulacunque grauis.

Pars ego sum census quantulacunque tui. Ouid.4.de Ponto, eleg.15.3.

Vnque tuo iaceas quantulacunque toro.Ouid.3.de Arte,53.

Quantulumcunque videbitur.Cic.4.Ver.131,Sed tamen quicquid erit in his libellis,quãtulumcunque videbitur esse,hoc quidem certè manifestum erit.

Quantulumcunque dicere.Cic.in Orat.57,Ieiunas igitur huius multiplicis, & æquabiliter in omnia genera fusæ orationis aureis ciuitatis accepimus,eásque nos primi,quicũque eramus, & quantulumcunque dicebamus, ad huius generis dicendi, audiendi incredibilia studia conuertimus.

Quantulum id cunque est.Cic.1.de Orat.54.

Quantillus,Adiectiuum,diminutiuum à Quantulus.Plaut.Capt. 4.90,Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet. Idem Pseu.20.87,Quantillo argenti te conduxit Pseudolus?

Quantillùm,Aduerbium.Plaut.Curcul.3.13,

Sitit hæc anus.? A.quantillùm sitit? B.modica est,capit Quadrantal.

Quántitas,pen.corr.quantitâtis, Id quo quantum quid esse dicitur,aut iudicatur.Plin.lib.17.cap.24.4, Laborant & fame & cruditate,quæ fiunt humoris quantitate.

Quanuis/Coniũctio aduersatiua. Cic.Attico,li.12.ep.4,Quanuis prudens ad cogitandum sis,sicut es: tamen nisi magnæ curæ tibi esset,vt ego cõsequerer id quod magnopere vellem,&c. Colu.lib.2.cap.9,Quãuis de mensura minus authoribus conuenit, hanc tamen videri commodissimam magister vsus docuit. Quintil.lib.9.cap.4,Quanuis enim iuncta sit,tamen soluta videri debet oratio.

Etsi quanuis non,&c.certè,&c.Cic.Att.lib.16.334.3, Etsi quanuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti.

Quanuis licet.Cic.3.de Legibus,35,At duo Gracchi fuerunt.& præter eos, quanuis enumeres multos licet, quum deni creantur,nullos in omnia memoria reperies,&c.

Quãuis ille fœlix sit,sicut est,tamẽ,&c.Cic.pro Ros.Amer.13.

¶ Quanuis,pro Quantumuis.Plaut.Trinum.8.116,

-quid verbis opus est?quanuis
Malam rem quæras,illic reperias. Idem Bacchidibus,5.104,Abeo licebit,quanuis subitò sumere. Cic.ad Cælium,libro 2.15.6, Quanuis paruis Italiæ latebris contentus essem. Idem pro Roscio Amerino,26, Quasi verò mihi difficile sit, quanuis multos nominatim proferre. Salustius in Catilin.Nanque antea pleraque nobilitas inuidia æstuabat, & quasi pollui Consulatum credebat,si eum quanuis egregius nouus homo adeptus foret.

Quanuis increpitent socii.Vir.3.Æneid.91.

Quanuis callidè facere. Cic.4.Verr.93,Inuestigare,adire,appellare,corrumpere,quiduis facere in eiusmodi rebus, quanuis callidè,quanuis audacter,quanuis impudenter.

Quapropter/ Aduerbium interrogandi, responsionem quærens cur quid ita factum sit.Plaut.Mostel.4.51,

Inscita ecastor tu qdẽ es.PHILE.quapropter?quæ istuc cures, Vt te ille amet. Idem Asin.12.40,

Vt vestræ fortunæ meis præcedunt Litane longè,
Qui hodie nunquã ad vesperũ viuam.1.1. quapropter quæso? A 2.Quia ego hanc amo. Terent.And.1.1.136,
-magis id adeò,mihi vt inconmodet,
Quàm vt obsequatur gnato.1 0.quapropter? 2 1.rogas?
Mala mens,malus animus. Idem Heaut.1.1.14,
-cane faxis,non est opus pater.
c 11.Quapropter? c 2. quia enim incertum est etiam quid se faciat,modò venit.

Sed quid est quapropter nobis malum miniteminis? Plautus Bacchidibus.

Quapropter,Infinitè positum.Plaut.Pseud.7.83,

-animum aduorte nunciam
Quapropter expertam amoris gnati te habuerim.

¶ Quapropter,Quamobrem.Terent.Adelph.3.2.44,

-non est vtile hanc illi dari:
Quapropter quoquo pacto celato est opus. Cic.4. Verr.119, Quapropter nihil est quod metuas nequid mecum fingam. Ibidem,5.90, Quapropter,quoniam me Leontina ciuitas atque legatio propter eam,quam dixi,causam defecit,&c.

Quaquã/Aduerbium.Plautus Epid.14.9,Quaqua tangit,omne amburit.Hoc est quancunque partem attingit.

Quaqua versus,vel quaqua versum,Idẽ, Per quencũqi locũ. Cæsar in Comment.Legatos quaqua versum dimittere.

Quaque versus. Cic.9.Philipp.267,Circúmque eam statuam locum gladiatoribus,Indíque liberos,posteróque eius,quaque versus pedes quinque habere:quòd hic ob Rempublicam mortem obierit.Legitur & quaqua.

Quare/Aduerbium interrogandi, notam significationem habens.Plaut.Merc.19.42, -hunc pater
Olim à se exturlit Rhodũ D.quare? E.quoniã amaret. Teren. And.5.4.6,
-itáne huc paratus aduenis? CH.quarers.rogas?
Túne impunè hoc facias? Cic.1. de Oratore,36, Nanque illud

quare Scævola negasti?

Quare, Infinitè positum. Cicero pro Lege Manilia, 34, Quare quum & bellū necessarium sit, vt negligi non possit. Cn. Magnus ad Domitium, in Epist. ad Atticum, lib. 8. 161. 2, Miror quid causæ fuerit quare consilium mutaris. Cicero pro Roscio Amerino, 13, Quæramus quæ tanta vitia fuerint in vnico filio quare is patri displiceret. Idem 1. Offic. 100, Vtendum est excusatione, &c. quare id quod feceris, necesse fuerit: nec aliter facere potueris.

¶ Quare, in principio orationis, pro Quamobrem. Cicero pro Quintio, 6, Quare quòd socium tibi cum velles adiungere, nihil erat. Idem Seruilio, li. 13. 72. 3, Quare sic tibi eum commendo, vt, &c. Et ad Q. fratrem, Quare quoniam, &c. Item Cecinnæ, lib. 6. 6. 15, Quare quum, &c.

Quare agite ô tectis iuuenes succedite nostris. Virg. 1. Æn. 117.

¶ Quare, pro Vt. Plancus ad Ciceronem, libro 10. 21. 1, Omnia feci quare Lepido coniuncto ad Remp. defendendam minore solicitudine vestra perditis resisterem.

QVARI, Galliæ Narbonensis populi, inter Salyos & Vocontios, vt author est Strabo lib. 4.

Quartus/ Adiectiuum numerale, proximum à tertio significans. Liu. 4. bel. Pun. 108. Eúsque vbi quartæ vigiliæ signum cecinisset, ad eum locum scalas iussit ferre.

Quartus pater, pro Abauo. Virg. 10. Æneid. 114, Pilumnúsque illi quartus pater.

Hora quarta. Virg. 3. Georg. 66.

Quartùm, Aduerb pro Quartò. vt Quartùm Consul. Liu. 3. ab Vrbe, 181, T. Quintio quartùm Consule.

Quartò, Similiter aduerbium, Quartò Consul, & Quartùm Consul inter se differunt. nam Quartò, locum designat, & tres antè factos. Quartùm verò significat tempus, & ter antè factum. Sipontinus, ex Gellio lib. 10. cap. 1.

Quartusdécimus, pen. corr. Adiectiuum: vt Quartadecima luna. Plin. lib. 1. cap. 59. 1.

Quartadecimani paulum dubitauerant. Tacit. lib. 1. Hoc est quartædecimæ legionis milites.

Quartânus, pen. prod. Aliud adiectiuum. vt Quartana febris, quæ quarto quoque die nouam accessionem habet & ingraueſcit ac sæuit. Cicero ad Tironem, libro 16. 10. 1, Sed quum in quartanã conuersa vis est morbi (sic enim scribit Curius) spero te diligentia adhibita etiam firmiorem fore. Idem Attico, libro 8. 150. 3, Modò enim audiui quartanam à te discessisse: moriar, si magis gauderem, si id mihi accidisset. Eidem, lib. 7. 111. 2, Etsi alteram quartanam Pamphilus tuus mihi dixit decessisse, & alteram leuiorem accedere. Et 3. de Natura deorum, 33, Vide, quæso, si omnis motus, omniáque quæ certis temporibus ordinem suum conseruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem febres & quartanas diuinas esse dicendum sit, quarũ reuersione & motu quid potest esse constantius?

Febri quartana liberari. Plin. lib. 7. cap. 50. 1.

Quartanas excutere, Hoc est sanare, vel iugulare quod quidã dicunt. Plin. lib. 10. ca. 6. 10, Quartanas quoque excutere potum caput vnum cum laserpitii obolo.

Frigida quartana. Horat. 1. Serm. sat. 3. 58.

¶ Quartani, Quartæ legionis milites. Tacit. lib. 10, Dein mutati in pœnitentiam primani, quartaniquè, & duodeuicesimani Voculam sequuntur.

Quartarius, quartarii. Quartarium apud Catonẽ sic congii quartam partem significare existimo, vt tertiarium tertiam, & sextarium sextam: Amurcæ (inquit ille cap. 95,) in vas æneum indito congios duos: postea igne leui coquito: rudicula agitato crebrò, vsqueadeo dum fiat tam crassum quàm mel. Postea sumito bituminis tertiarium, & sulphuris quartarium: conterito in mortario per se vtrunque. Colum. libro 11. cap. 5. 1, In sextarios duodequinquaginta fermenti libra, fici aridæ pondo quadrãtem, salis sextarium: hæc subterito, & subtrita cũ quartario mellis aceto diluito. Quartarium in mensura pro quadrante congii intelligo, vt in pondere pro quadrãte libræ. Quartarium autem dicimus, non quartam partem alicuius maioris mensuræ, vt Latini vocauerunt: sed vas quod quatuor mensuras caperet, id est quaternas cheopinas: sic tertiarium, quod tres. Hæc Budæus. Liu. 5. ab Vrbe, 210, Cui vniuersi selibras farris, & quartarios vini ad ædes eius, quæ in arce erant, contulerunt.

¶ Quartarius, inquit Perottus, Mulio mercenarius, quòd quartam partem quæstus accipiat.

Quasi/ Aduerbium similitudinis, significat Ita vt. Plautus Stich. 9. 33,

Fuit olim, quasi ego sum, senex, & ei filiæ duæ erant,
Quasi nunc meæ sunt: eæ erant duobus nuptæ fratribus,
Quasi nunc sunt meæ vobis. Idem Aulul. 11. 6,
Nam qui amanti hero seruitutem seruit, quasi ego seruio,
Si, &c. Et Pseud. 14. 50, -illuc sis vide,
Non prorsus, verùm ex transuerso cedit, quasi cancer solet. Item Mil. 18. 10, Quasi regem audiri eum aiunt. Et Truc. 8. 19,
-propter militem Babylonienſem,
Qui quasi vxorem sibi me habebat anno vno dum hîc fuit.
Rursum Pseud. 3. 37, -quasi solstitialis herba paulisper sui,
Repentè exortus sum, repentinò occidi. Cic. 4. Verr. 135, Repentè aspicimus lituras eiusmodi, quasi quædã vulnera tabularum recentia. Idem 4. Acad. 75, Sed prius potestis totius eorum rationis quasi fundamenta cognoscere. Terent. Adelph. 4. 7. 21, Ita vita est hominum quasi quum ludas tesseris. Vbi Donatus, Rectum erat, si diceret, Ita vita est hominum quemadmodum tesseris ludere, aut quemadmodum ludus est tesserarum.

¶ Quasi, simulationem dicit. Plaut. Amph. 4. 46, Verùm quasi affuerim, tamẽ simulabo, atque audita eloquar. Hoc est, quẽadmodum vel tanquam si. Idem Trucul. 11. 21,
Pallida est, vt peperit puerum. eloquar quasi nesciam. iubeo
Vos saluere. Terentius And. 3. 1. 19, Quid credas? quasi non tibi renuntiata sint hæc sic fore. Idem Adelph. 3. 1. 3, Iam nunc times, quasi nunquam adfueris, nunquam tute pepereris? Et And. 3. 3. 13, -ah, ne me obsecra,
Quasi hoc te orando, à me impetrare oporteat. Ibidem, 2. 5. 6,
-Pamphile,
D. Quasi de improuiso respice ad eum. r. hem pater. Ibidem, 5. 2. 9, Quasi ego quàm dudum rogem? Cic. 1. de Fin. 11, Quasi me pudeat, inquit, istorum, aut non possim quemadmodum ea dicantur ostendere. Idem 7. Verr. 101, Quasi ego excitare filiũ eius ab inferis possem. Plaut. Pœnulo, 8. 13, Sed ita assimulatore quasi ego sim peregrinus.

Quasi tu dicas. Plaut. Pseud. 9. 41, Quasi tu dicas me te velle argento circunducere. Id est Verba tua eò tendunt, vt dicas, &c.

Quasi verò. Plaut. Amphit. 3 89,
Quid admirati estis? quasi verò nouum
Nunc proferatur, louem facere histrioniam. Terent. Eunu. 4. 4. 18, Tace obsecro: quasi verò paulũ interfiet. Cic. Appio Pulchro, lib. 3. 7. 5, Nõ poterã (credo) ante hyemem: sic enim scribis: quasi verò ad cognoscendũ ego ad illos, non illi ad me venire debuerint. Idem 3. Verr. 24, Quibus illam reiectionem proditionémque Cõsulis sui gratam sperat fore: quasi vero id cupiditate defendendæ nobilitatis, aut studio partiũ fecerit. Sic 1. de Finib. 28. Et pro Roscio Amer. 18. Et 1. de Orat. 54.

Quasi vti. Plaut. Merc. 3. 90, Qui olim à puero parulo mihi pædagogus fuerat, quasi vti mihi foret custos.

¶ Quasi, pro Penè vel feré. Suet. in Caligula, ca. 58, Nono Calend. Februarii, hora quasi septima cunctatus an ad prandium surgeret. Cic. 4. Acad. 145, Quãculus nobis videtur mihi quidem quasi pedalis. De sole loquitur. Terent. Heaut. Quasi talenta ad quindecim coegi. Cic. 4. Acad. 75, Deinde illa exponunt duo quæ quasi contineant omnem hanc quæstionem.

¶ Quasi, Ita. Cic. pro Quintio, 5, Qui quasi sua res, aut honos agatur, ita diligẽter Sex. Næuii studio & cupiditati morẽ gerũt.

Quasillus/ Vide **Qualus.**

Quasso/ quassas, **Quatefacio**/ Vide **Quatio.**

Quatenus/ pen. corr. Coniunctio, significat Quantum, siue ad quem finem. Cic. de Amicitia, 34, Quamobrem id primum videamus, si placet, quatenus amor in amicitia progredi debeat. Idem 1. Tusc. 173, Magna culpa Pelopis, qui nõ erudierit filium, nec docuerit quatenus esset quodque curandum. Et 1. de Orat. 143, Itaque soli qui memoria vigent, sciunt quid & quatetenus, & quomodo dicturi sunt. Itẽ in Orat. 40, In omnibúsque rebus videndum est quatenus: etsi enim suus cuique modus est, tamen magis offendit nimium, quàm parum. Idem 1. de Ora. 131, Quatenus autẽ sint ridicula tractãda oratori, perquàm diligenter videndum est. Sic 14. Philipp. 394, Quibus auspiciis istos fasces augur acciperẽ? quatenus haberem? cui traderẽ? Idem 1. Offic. 189, Animaduertendum est etiã quatenus sermo delectationẽ habeat: & vt incipiendi ratio fuerit, ita sit desinẽdi modus. Ibidem, 3. 18, Vulgus quid absit à perfecto nõ ferè intelligit: quatenus autẽ intelligit, nihil putat præterfluxum. Idẽ ad Lentulum, lib. 1. 2. 4, Postulatum est vt Bibuli sententia diuideretur. quatenus de religione dicebat, Bibulo assensum est. Liuius ab Vrbe condita, Italiæ, nisi quatenus vallum castrorum cingit, nihil relinqueretis Pœno. Ibidẽ, Vt quatenus tutò possent, Italiam spectatum irent. Idem 1. ab Vrbe, 142, Violatis lictoribus, fascibus fractis, è foro in curiam cõpelluntur, incerti quatenus Volero exerceret victoriã. Cic. 5. de Finib. 41, Quum autem processit paulũ, & quatenus quicquid se attingat, ad séque pertineat, perspicere cœpit: tum sensim incipit progredi, seséque agnoscere. Idem ad Sulpitium, lib. 4. 4. 1, Sed accipio

triduũ fuit, rediit Quintii Consulis in vrbem fecit.

Quatridui nauigatio. Plin.lib.6.cap.22.6, Proximũ esse Indiæ promõtorium, quod vocetur Calaicum, quatridui nauigatione. Idem lib.6.cap.28.21, Totum sinum quatridui nauigatione in longitudinem taxauit.

Quatridui iter. Lentulus Senatui, lib.12.15.28, Nũtiatum esse quatridui iter à Laodicea absuisse.

Quatriduo, vt Quatriduo ante. Cicero ad Brutum, 3.2, Triduo verò aut quatriduo ante hanc rem pulcherrimam, timore quodam perculsa ciuitas tota ad te se cum coniugibus & liberis effundebat.

Quatriduo quo. Cic. pro Rosc. Amerino, 63, Mors Sex. Roscii quatriduo quo is occisus est, Chrysogono nuntiatur. Ibidẽ, 11, Quatriduo quo hæc gesta sunt.

Quatuor/vel quattuor, Nomen numerale, indeclinabile.

En quattuor arat. Virg. 5. eclog. 13.

Quatuórdecim, pen. corr. Ex quatuor & decem compositum. Asinius Pollio ad Ciceronem, lib. 10. 32. 4, Herennium Gallũ histrionem summo ludorum die, anulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit. Tot enim fecerat ordines equestris loci. Plin. lib. 8. cap. 36. 3, Præter quatuordecim dies. Sic lib. 2. ca. 14. 1, Intra quatuordecim partes solis, semper occultã esse. De Luna.

Quatuordecies, Aduerbium: Apud Plinium lib. 3. cap. 7. 1, Quatuordecies centena.

Quatuórviri, pen. corr. vt Triumviri. Cicero in quadam epistola. & in L. 1. de Origine iurit.

Quatuorvirãtus, pe. prod. Ipsa quatuorvirorum dignitas. Asinius ad Ciceronem, lib. 10. 32. 4, Quatuorviratum sibi protogauit.

QVE

Que/absque diphthongo, coniunctio enclitica, & adiectio syllabica, quæ nonnisi in compositione reperitur: & modò copulatiua est, vt Vir. 1. Æn. 1, Arma virúmque cano. Et eclog. 10. 4, Pérq; muesalum, pérque horrida castra secuta est.

Causatiua, pro Quoniam. Cic. 1. Offic. 34, Non nobis solũ nati sumus: ortúsque nostri partem patria vendicat, partẽ amici.

Expletiua, quãdo ornatus tãtum causã ponitur. Propert. li. 3. eleg. 1. 6, Deiphobúmq; Helenúmq; & Polydamãtas in armis.

Que, pro Id est. Plautus, Rudis est, nescitque quid expediat.

Que, Explanationem quandam præcedentium infert. Virg. 1. Æneid. 7, —manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæque iniuria formæ: Quasi, nempe iniuria spretæ formæ: vel, id est iniuria spretæ formæ. Grammatici epexegesim vocant.

Que cõiunctio, duo mẽbra coniungens. Cic. Curioni, li. 1, Sed tibi & gratulor: &, vt sempiternæ laudi sit iste Tribunat⁹, exopto: teque hortor, vt omnia gubernes & moderẽre prudentia tua.

Que, pro Etiam. Apul. Idque ei seriò colloquenti non crederem: id est, etiam seriò loquenti.

Que, sæpe repetitum legitur apud Ciceronem, 1. de Natura deor. 111, Ex quo videlicet quid, ex quibúsque rebus efficiatur: idque ratione concludimus: singuláq; res definimus: circúscriptéque complectimur.

¶ Que, pro An. Horat. 2. Serm. sat. 7. 12,
Quid refert vri virgis, ferróque necari?
Authoratus eas, an rarpi clausus in arca? Pro eo quod est, Quid refert vri virgis, an ferro necari? Quasi dicat, nihil hoc ab illo differt.

Quẽs/Datiu⁹ vel ablatiu⁹ à quis. Cato ca. 11. 2, Cola quas florẽ demãt tria. Virg. 1. Æn. 19, Quas ante ora patrũ Troiæ sub mœnibus altis Contigit oppetere. Vbi Seruius, Ab eo quod est à QVIS, in bus mittit: ab eo quod est à QVO, in is mittit. Sed à tertia declinatione in vsu sunt datiuus & ablatiuus plurales. Valerius Probus (inquit Pierius) QVIS iambũ esse dicit, passimq; datiuo & ablatiuo casu pro iambo accipi debere: atq; ita aliquot habent marmora.

Quemadmodum/pen. corr. Aduerbium similitudinis. Compositum ex quem, & ad, & modũ: quæ tres particulæ in vnum iunctæ, idem significant quod Ad quem modũ, vel ad eũ modum quem, &c. Cic. de Amicit. 15, Pergratum mihi feceris, spero item Scæuolæ, si quemadmodum soles de cæteris rebus, quum ex te quærũtur, sic de amicitia disputaris quid sentias. Ibidẽ, 51, Vt quemadmodũ in se quisque, sic in amicum sit animatus.

Quemadmodum, aliquãdo interrogatiuè ponitur, pro Quo pacto. Plautus Persa, 1. 37, —tu tibi me facere potis es
Sempiternum. 1. quemadmodũ? T. vt des mihi nummos sexcentos. Idem Merc. 7. 13, —si dico vt res est,
Atque illã mihi me emisse indico, quẽ admodũ me existumet,
Atque illam continuò abstrahat, trãs mare hinc vxorem asporter? Plin. epist. 85, Quemadmodum magis approbare tibi possum, quantopere mirer epigrammata tua Græca, quàm quòd quædã æmulari Latinè, & exprimere tentauit? Cic. 7. Ver. 54, Quemadmodum est asseruatus?

Aliquando N A M interponitur, & dicitur Quemnam ad modum. Plaut. Bacchid. 4. 13,
Qui scire possum? c. nullus plus. r. quemnam ad modum? c. Quia si illa inuenta est, &c.

Quemadmodum, positiũ vbi vsitatius poni consueuit v T. Cicero ad Terentiam, libr. 14. 2. 4, Nam id me P. Valerius homo officiosissimus scripsit, id quod maximo cum fletu legi, quemadmodum à Vesta ad Tabulam Valeriam ducta esset. Idem 4. Acad. 40, Excogitat inquam quemadmodum mẽse illo legitimo comitia haberentur. Sic 5. Ver. 46. Et 4. Acad. 183.

Quemadmodum spero, Quemadmodum dicere audiui, per parenthesim dicta. Cicero ad Lẽtulum, lib. 1. 2. 10, Nos in Senatu (quemadmodum spero) dignitatem nostrã, vt potestis in tanta hominum perfidia & iniquitate reũnebimus. Idem 5. Ver. 119, Peperci homini amico, & (quemadmodũ ipsum dicere audiui) necessario.

Quentiam/pro Potentiã, veteres aliquando scripsere. Sipont.

Queo/quis, quiui, quitum, quire, Posse. Terentius And. 4 1. 30, Nec te quiuit hodie cogere, illã vt duceres. Salustius, Sed neque pretio neque gratia impelli quiuit. Idem in Iugurtha, Neque diutius Numidæ resistere quiuissent, ni peditet cum equitibus permixti, &c. Dictum queo, quasi qui eo. Cicero ad Terentiam, lib. 14. 1. 10, Non queo reliqua scribere, tanta vis lachrymarum est. Horat. 2. Serm. satyr. 7. 19, liber sum, dic age, non quis. Id est nequis, nõ potes. Vide Non aduerbium.

Antiqui, nequeunt, Pro non eunt, dicebant.

Quæ tuis careat sacris Non queat dare præsides
Terra finibus. Catul. epigr. 56. 15.

Quit. Lucretius libro 3. 130,
Mobilitate mali non quit sentire dolorem.

Quisse. Lucretius libro 5. 286, Disperüsse, neque in fructum conuertere quisse.

¶ Queor. Lucret. lib. 1. 211, Dum veniant alix, ac suppleri summa queatur.

Quitus, Adiectiuũ à queor dixit Terẽtius in Hecyra, 4. 1. 58, Nam quum compressa est gnata, forma in tenebris nosci non quita est. Sed antiquè, vt ait Donatus. Gell. lib. 10. cap. 1, Sæuitia ista pœnæ contemni non quita est.

Quercus/huius quercus, ablatiuo plurali quércubus, Arbor nota. Cic. 1. de Legib. 3, Quercus glandifera. Festus, Quercus dicitur quòd id genus arboris graue sit, ac durum: tum etiam in ingentem euadat amplitudinem.

Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus Ingentes tendat ramos. Virg. 3. Georg. 67.

Aeria. Virg. 3. Æneid. 117. Annosa. Virg. 4. Æneid. 88.
Auritæ quercus, Vide Auritus in Auris.
Decidua. Ouid. 8. Metam. 153. Dura. Virg. eclog. 4. 7.
Fatidica quercus. Seneca Herc. Œtæo, 11. 11.
Geminæ quercus consurgunt, Vide Consurgo.
Glandifera quercus. Ouid. 12. Metam. 66.
Ingens quercus. Virg. 11. Æneid. 1.
Rigidæ quercus motant cacumina. Virg. 6. eclog. 6.
Sacra. Virg. 7. eclog. 3. Sublimis. Lucan. lib. 1. 28.
Torta quercu redimitus tempora. Virg. 1. Georg. 70.

Quernus, Adiect. Quod est ex quercu. Virg. 1. Georg. 61, Sed tamẽ & quernas glandes. Plin. lib. 3. cap. 5. 5, Querno folio assimilata. Idem lib. 16. cap. 5. 1, Alia fageæ glandi figura, alia quernæ.
Corona querna. Ouid. 1. Fast. 113.
Stipes quernus. Ouid. 4. Fast. 67.
Vimen quernum. Virg. 11. Æneid. 13.

Quérneus, pen. corr. Aliud item adiectiuum, Idem, Colum. lib. 6. cap. 3. 7, Probatur maximè vlmea frons, pòst fraxinea, & ab hac populnea, vltimæ sunt ilignea & quernea & laurea. Idem lib. 9. cap. 1. 5, Quernæ glandis & ilignæ. Sic Cato cap. 5. 5.

Querceus, Aliud similiter adiectiuum, Idem. Seruius, Querceam coronam accipiebant qui in bello ciuem seruassent.

Quércicus, pen. corr. Similiter adiectiuum, Idem. Suet. in Caligula, cap. 19, Primo die phalerato equo, insignisque quercica corona & cetra & gladio, aureáque chlamyde.

Querculânus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 16. cap. 10. 1, Vbi lucus fageus fuit, porta querculana. Legitur & querquetulana.

Quercẽtum, quercẽti vel Querquẽtum, querquẽti, pen. prod. Locus vbi consitæ sunt quercus. Varro 1. de Re rust. cap. 16. 6, Si enim ad limitem quercetum habet, non possis rectè secundum eam syluam serere oleam.

Querceta Gargani laborant. Horat. 2. Carm. ode 9. 2.

Quércerus, Adiectiuum, vel quérquerus, pen. corr. Quod est frigidum cũ tremore: à Græco κρύος. vt Febris quercera. Lucilius, Iactas me vt febris quercera. Et alibi, Querquera consequitur febris, capitisque dolores. Plautus, Is mihi erat bilis querqueratus. Hæc Festus. Gellius lib. vlt. cap. 1, An tu fortè morbũ appellari hîc putas ægrotationem cum febri rabida & quercera? Querceram enim grauem & magnam quidam putant dici.

Querela/Vide Queror.

Queror/quereris. pen. cor. questus sum, queri, A quæ & res, inquit Sipontinus, cõponitur, & significat Lamentari. nam lamẽtando, quæ res sit. qua nos angat, explicamus. Ideo autem sine diphthõgo scribitur, & corripit primam, vt à quæror differat, quod est passiuum huius verbi quæro. Absolutè aliquando ponitur. Cæsar 1. bel. Gall 65, Multò etiam grauius, quòd sit destituturus, queritur. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 9. 25. Quid multa? questus est grauiter. Cæsar 8. bel. Gall. 11, Bituriges ad eum legatos mittunt, auxilium petitum contra Carnutes, quos intulisse bellum sibi querebantur.

Aues queruntur in syluis. Horat. Epod. 2. 6.

Bubo visa sæpe queri ferali carmine. Virg. 4. Æneid. 93.

Ore queri. Horat. Epod. 5. 3.

Carmine queri. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 1.

Dulce queruntur aues. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 1.

¶ Queror, cũ accusatiuo. Plaut. Asin. 10. 12, Verùm ego meas queror fortunas, quum eo, quem amo prohibeor. Cicero de Amicit. lib. 62, Quorum plerique aut querũtur semper aliquid, aut etiam exprobrant. Cæsar 1. bel. Gall. Abditi in tabernaculis, aut suum fatũ querebantur, aut cum familiaribus suis cõmune periculum miserabantur. Quintil. lib. 11. cap. 1, Illic maior æstus, vbi quis pudenda queritur, vt stuprũ propriè in maribus, aut os profanatum. Cicero ad Atticum, libro 5. 95. 1, Romæ acceperam literas, Milonem meum queri per literas iniuriam meam.

Ibat vt Oceano quereretur facta mariti. Ouid. 5. Fast. 47.

Queri cum aliquo, vel secum. Cic. 4. Acad. 144, Neque tam quereretur cũ deo quòd parum longè, quàm quòd falsum videret. Idem ad Atticũ, lib. 6. 114. 13, Mirificè conturbatum vidi puerum, lachrymans mecum est questus. Eidem, li. 10. 104. 3, Facilè patior quod scribit, secum Tullium & Seruium questos esse, quia non idem sibi, quod mihi remisisset.

Queror de. Sallustius, Sæpe de luxuria, de auaritia nostrorum ciuium questus est. Plinius epist. 90. lib. 6, Nunquam sum magis de occupationib⁹ meis questus, quæ me nõ sunt passæ, aut, &c. Idem epist. 134, Non possum tamẽ de mora queri, quum mihi contigerit quod erat auspicatissimum. Cæsar 4. bel. Gal. 489. Licere, si velint, in Vbiorum finibus considere: quorum sint legati apud se, & de Suenorum iniuriis querantur.

Queri alicui multa de. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 9. 11, Multa de mea sententia questus est Cæsari. Vetus exemplar habet Cæsar. Idem 3. Verr. 111, Is mihi etiam queritur, quòd à nobis 1x Solis diebus prima actio sui iudicii transacta sit.

Queri super re aliqua. Horat. 1. epist. 2. 5,

-quereris super hoc etiam, quòd
Expectata tibi non mittam carmina mendax.

Queri apud, quòd. Plin. de Viris illust. 15, Quo cognito, apud populum questus quòd de se tale aliquid timuissent.

Querebatur se, tum quum illa videre cœpisset, extingui. Cicero 3. Tuscul. 117.

Querens, Participium: vt

Multa querens. Virg. 4. Georg. 65.

Fidibus querens. Horat. 2. Carm. ode 13. 5,

Æoliis fidibus querentem Sappho.

Questus, Aliud participium. Ouid. ad Liuiam, 34, Oráque nequic quam per modò questa fluunt.

Esse deos Erebi crudeles questus, in altam Se recipit Rhodopen. Ouid. 10. Metam. 16.

Questus, huius questus, masc. gen. Ablatiuo plurali questibus, vel vt quidam volunt, questibus, Ipse querẽdi actus. Virg. 4. Æneid. 111, Tantos illa suo rumpebat pectore questus. Idem 4. Georg. 103, -& mœstis latè loca questibus implet. Cic. 1. de Finib. 151, Quòd eiulatu, questu, gemitu, &c. Ex poeta. Et pro Quintio, 63, Qui denique questus, qui mœror dignus inueniri, &c.

Acerbus questus. Valer. 5. Argon. 115.

Aniles questus. Ouid. 9. Metam. 56.

Creber questus. Tacit. lib. 3, Drusus Illyricos ad exercitus profectus est, erectis omnium animis petendæ è Pisone vltionis, & crebro questu, quòd vagus, &c.

Fictus questus. Catul. epigr. 57. 8.

Flebilis questus. Claud. 1. in Ruffinum, 16.

Mœsti questus. Silius lib. 13. 51.

Secreti questus. Tacit. lib. 3, In quam optimi cuiusque secreti questus magis ardescebant.

¶ Questibus absumptis tristem iam soluere nodum Cœperat. Stat. 11. Thebaid. 119.

Vanis questibus iras agere. Senec. Thyeste, 3. 1.

Flebiles questus ciere. Senec. Thebaid. 2. 14.

Edere questus. Ouid. 4. Metam. 118.

Effundere questus pectore. Virgil. 5. Æneid. 156.

Effundi in questus. Tacit. lib. 1, At patres, quibus vnus metus si intelligere viderentur, in questus, lachrymas, vota effundi. Id est effundebantur.

Tristes questus exaudire. Senec. Octauia, 1. 3.

Sic dura suos patientia questus Exonerat. Lucan. li. 9. 177.

Inanes questus fundere. Claud. 1. de raptu Proser. 52.

Implere cælum questibus. Virgil. 9. Æneid. 97.

Et mœstis latè loca questibus implet. Virgil. 4. Georg. 103.

Opprimere questus. Senec. Troade, 6. 21.

Parcere questibus. Senec. Herc. Œtæo, 16. 6.

Rumpere questus pectore. Virg. 4. Æneid. 111.

Inexpleto questu rumpere pectora. Stat. lib. 3. Sylu. 3. 1.

Satiari questu. Claud. 1. in Ruffinũ, 40, Nunquam diues eris, nunquam satiabere questu.

Sedare questus. Senec. Herc. Œtæo, 14. 16.

Seponere questus. Senec. Hippol. 4. 10.

Tunc questus tenuere suos. Lucan. lib. 2. 4.

Et tacitos muto voluunt in pectore questus. Lucan. lib. 1. 57.

Quéritor, pen. corr. queritâris, queritâri, Frequentatiuum. Tacitus lib. 16, in fine, Igitur flentes, queritantésque qui aderant, facessere propere iubet Thrasea. Liuius lib. 9. de bello Maced. Ne vox queritantis audiretur. Fortasse pro quiritantis. Apud Tacitum queritantes omninò legi debet. Budæus.

Querêla, querélæ, pen. prod. Querimonia. Cic. de Senect. 6, Sæpe enim interfui querelis meorum æqualium. Idem 3. de Fin. 7, Etsi quod sæpe diximus, & quidẽ cum aliqua querela, non Græcorum modò, sed etiam eorum qui se Græcos magis quàm nostros haberi volunt. Idem ad Brutum, lib. 11 11. 6, Sed tamen prouidendum sit nequa iusta querela esse possit.

Plena querelarum epistola. Cicero ad Q. fratrem, lib. 3. 24. 1.

Querela temporum. Cicero ad Cælium, li. 2. 15. 2, Quid enim in illis fuit præter querelam temporum?

Querelæ cum. Cic. pro Deiotaro, Quanquam cui sunt inauditæ cum Deiotaro querelæ tuæ?

Rustica iudicio nostra querela tuo. Ouid. epist. 16. 3.

In querelis mens, Vide In præpositionem.

Chordarúmque sonos fieri, dulceisq; querelas. Lucr. lib. 4. 118. Et lib. 5. 178, Inde minutatim dulceis didicêre querelas.

Falsa enim est querela, &c. Quintil. lib. 1. cap. 1. 1.

Fœminææ querelæ. Stat. 10. Thebaid. 113.

Grauissima querela. Cic. pro Marcello, 11.

Inertes querelæ, Vide Inero.

Infestæ querelæ. Lucret. lib. 6. 4.

Inueterata querela, Vide Inuetero.

Nam nisi iusta tua est, iusta querela mea est. Ouid. 4. de Põto, elegia 3. 5.

Mœstæ querelæ. Ouid. 3. Metam. 48.

Molles querelæ. Horat. 1. Carm. ode 9. 4.

Supplices querelæ. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 15.

¶ Abruptæ querelæ, Vide Abrumpo.

Abscindere querelas, Vide Abscindo.

Adhibere querelas, Vide Adhibeo.

Assurgere haud iustis querelis. Virg. 10. Æneid. 19.

Audire miseras querelas. Ouid. 2. Metam. 69.

Et veterem in limo ranæ cecinêre querelam. Virg. 1. Geor. 76.

Compescere querelas. Lucret. lib. 3. 194.

Complere querelis nemus. Lucret. lib. 2. 72.

Querelæ quas illi deplorare solebant. Cic. de Senect.

Effundunt iustas in numina sæua querelas. Lucan. lib. 2. 9.

Expleta est annis ista querela tuis. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 2.

Multas expromam mente querelas. Catul. Argon. epig. 59. 45.

Figere querelas intra se. Iuuen. Satyr. 9. 10, Et tacitus nostras intra te fige querelas.

Habere querelam dicitur res aliqua. Cic. ad Trebonium, libro 10. 18. 1, Vt vestrum illud diuinũ in Remp. beneficium nonnullam habeat querelam.

Iácere querelas ore, Vide Iacio.

Incendere querelis. Virg. 4. Æneid. 71, Desine, méque tuis incendere, téque querelis.

Et non ingratis incessit turba querelis. Lucan. lib. 5. 137.

Geminis incusat fata querelis. Stat. 1. Achill. 88.

Inserere querelas suas, Vide Insero.

Interponere querelas. Vide **Interpono.**
Veteres querelas mitto. Stat. 11. Thebaid. 60.
Párere querelas. Senec. Medea, 1. 40.
Proferre querelas extremis medullis. Catul. Argonaut. 59. 39.
Tandem vt vox mœstas potuit proferre querelas. Lucanus libro 5. 113.
Rabidis querelis pulsare iniustos. Stat. 5. Syl. 1. 5.
Et nostri memorem sepulchro Scalpe querelam. Horatius 3. Carm. ode 11. 10.
Sistere querelas. Ouid. 7. Metam. 145.
Eorum enim est hæc querela qui sibi chari sunt. Cicero 5. de Finibus, 50.
Querela est de. Ci. pro Sestio, 54, His de tot, tantisque iniuriis in socios, &c. Consulum querela esse debuit.
Liquidam tollunt lugubri voce querelam. Lucret. lib. 4. 111.
Tolle querelas. Horat. 1. epist. 11. 1.

Querimonia, querimonix, Querela, Lamentatio. Columella, Quosdam etiã prædictas querimonias, velut ratione certa mitigantes. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 5. 6, Eo metu iniecto repente tua, mea querimonia omnium discessimus.
Versibus impariter iunctis querimonia primùm,
Post etiã inclusa est voti sententia compos. Horat. in Arte, 16.
Cum querimonia, Vide **Cum** præpositionem.
Quotidiana querimonia popinã. Cic. 1. Vere. 5.
Malis querimoniis diuulsus. Horat. 1. Carm. ode 13. 4.
Querimonias vltro citróque iactare, Vide Iacto in **Iacio.**
Querimoniam habere de re aliqua. Cic. 7. Verr. 58, Vt si me in ea querimonia quam sum habiturus de istius crudelitate, & de ciuium Romanorum indignissima morte, non modò vires, verum etiam vita deficiat.

Querulus, pen. cor. Adiectiuum. Qui cóqueritur, siue qui querelis plenus est. Mart. lib. 2. 16, Quod querulum spirat, quod acerbum Nœuia tussit. Idem lib. 4. 44, Missa nec à querulo mappa cliente fuit. Idem lib. 1. 46, Procul horridus Liburnus, & querulus cliens.
Caput querulum. Senec. Thyeste, 2. 11.
Et nunquam queruli causa doloris abest. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 7.
Sub verbum querulas impulit aura fores. Ouid. 3. Fast. 119.
Murmure querulo referens questus. Senec. Herc. Œtæo, 3. 7.
Sono querulo referre aliquid. Propert. lib. 3. eleg. 6. 4.
Vlularus queruli. Ouid. epist. 5. 15.
¶ Querulus, Canor' aliquãdo dicitur à poetis. Virg. li. 3. Geor. 66, Et cantu querulæ rumpent arbusta cicadæ. Seruius, Querulæ cicadæ, canoræ. Horat. 3. Car. ode 7. 6, Sub cãtu querulæ despice tibix. Sic apud Columellam lib. 10. 2, Querula rana.
Chordæ querulæ. Ouid. 5. Metam. 68, Calliope querulas prætentat pollice chordas.
Addita da querulo volucrum medicamina nido. Ouidius de Medicam. faciei, 16.

Queribundus, Aliud adiectiuum, Lamentabilis. Cicero pro Sylla, 12. De supplicio P. Lentuli, de carcere, magna & queribunda voce dicebat.
Senectus queribunda. Silius lib. 13. 118.

Querquedula/querquédulæ, pen. corr. Anis semper in aquis natans. Varr. 3. de Re rust. cap. 3. 2, Altera species eorum quæ nõ sunt contenta terra solùm, sed etiam aquam requirũt, vt sunt anseres, querquedulæ, anates. Vulgus nostrum corruptè *cercedulam* vocat.

Querquerus/querquera, querquerum, aliàs Quercerus, Vide **Quercus.**

Querulus/Vide **Quercus.**

QVI

Qui/cuius, cui, Pronomen relatiuum. Plaut. Trucul. 11. 2, Qui amat, nequit quin nihili sit. Terent. Heaut. 4. 3. 6, Audistin' obsecro? 1. quidni, qui vsque vnà affuerim? Plaut. Bacchid. 10. 66, Heu literas minutas. 1. qui quidem videat parùm.
¶ Qui, interrogatiuum, pro Quis. Plaut. Amphi. 4. 1, Qui me alter est audacior homo? aut qui cõfidentior? Terent. Phorm. 5. 8. 18, Nam qui erit rumor populi, inquit, si id feceris? Liu. lib. 3. ab Vrbe condita, Qui finis discordiarũ? Cicero, Qui deus appellandus est? Idẽ, Qui locus? Idẽ, Qui concursus ex oppidis finitimis vndique? Plautus Aululatia, 11. 1, Qui vocatus TE, Strobilus. Cicero pro Domo sua, 21, Qui tantus fuit labor? quæ simultas?
¶ Qui, pro Nempe qui, vtpote quippe est quia. Cic. Attico, lib. 5. 96. 1, Actio malumus iter facere pedibus, qui incõmodissimè nauigassemus. Virg. 1. Æneid. 73,
Quisquis es, haud credo inuisus cælestibus, auras
Vitales carpis, Tyriam qui aduneris vrbem. Cic. pro Roscio Amerino, 31, Domum suam istum non ferè quisquam vocabat: nec mirũ, qui neque in vrbe viueret, neque rure vocaturus esset. Idem Act. 5, Pueri autem Sisennæ credo qui audiuissent quæ in istum testimonia essent dicta, de isto nusquam oculos deiicere, ab argento digitum non discedere. Id est credo quia audiuerant. Idem pro Cluentio, Nam vt hæc ad me causa delata est, qui leges eas ad quas adlubemur, & in quib' versamur nosse deberent, dixi. Habito statim, &c. Terent. Adelph. 1. 3. 8,
-illius opera Syre nunc viuo: festiuum caput,
Qui omnia sibi pòst putarit esse præ meo commodo. Ibidem, 2. 4. 4,
-omitte verò tristitiam tuam.
c. Ego illam hercle verò omitto, qui quidem te habeã fratrem.
¶ Qui, pro Qualis. Cicero 1. de Diuinat. 93, Xenophon Socraticus qui vir & quantus? Et contra Antonii, Qui vir & quantus fuisset? Sic in Orat. 104, Et è poeticisne numerit, an ex alio genere quodam. & si è poeticis: quis eorum sit, aut qui. Terent. Adelph. 3. 7. 5, Nescis qui vir siet. Budæus.
Fac quæso qui ego sum, esse te. Cic. Gallo, lib. 7. 14. 1.
¶ Talem igitur te esse oportet, qui primum te defungas, &c. Cicero Planco, lib. 10. 6. 6.
Siqui, qui pauci sunt. Cicero Lentulo, libro 12. 3, Regis causa, siqui sunt qui velint, qui pauci sunt, omnes rem ad Pompeium deferri volunt.
¶ Nisi qui (vt scis) Parthicus casus accesserit. Cicero Attico, libro 7. 144. 4.
¶ Quibus ipsis, siue Quibus in ipsis. Quintil. li. 1, Nec tamẽ ii quibus discere ipsis non contigit, minorem curam docendi liberos habeant. Cic. de Senect. 4, Quibus enim nihil opis est in ipsis ad bene, beatéq; viuendum, eis omnis grauis est ætas. Idẽ de Amicit. 67, Digni autem sunt amicitia, quibus in ipsis inest causa cur diligantur.
¶ Quem te appellẽ? Cic. 13. Philip. 360, O Spartace: quẽ enim te potius appellem, cuius propter, &c. Ibidem, 11. 238, Quem Scato cum salutasset, Quem te appellem, inquit? At ille, Voluntate hospitem, necessitate hostem.
¶ Qui, relatiuũ ab antecedẽte diserepans. Gellius lib. 1, ca. 14, Memoratis multis magnisq; rebꝰ, quæ bene ac benevolè post redditam pacem Samnitibus fecisset, &c.
¶ Qui, pro Vt. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 3. 2, Me quidẽ etsi nemini concedo qui maiorem ex pernicie & peste Reipub. molestiam traxerit, tamen multa iam consolantur. Idem ad Cælium, lib. 2. 15. 3, Illud miror te adduci potuisse, qui me penitus nosse deberes, vt existimares me tam improuidum, qui ab excitata fortuna ad inclinatam & propè iacẽtem descisserem: aut tam inconstantem, vt, &c.
¶ Qui, Aduerbium, pro Quemadmodũ, vel quomodo, venustè ponitur. Terent. And. 1. 1. 36, Facite, fingite, inuenite, efficite qui detur tibi. Idem Eunucho, 5. 3. 2,
Quid, quid venire in mentem nunc possit mihi,
Quidnã, qui referam illi sacrilego gratiam? Idẽ Phor. 1. 1. 80,
Ad iudices veniemus, qui fuerit pater,
Quæ mater, qui cognata tibi sit, omnia hæc
Confingam. Cic. 4. Acad. 49, Qui poterit esse sapientia? Idẽ pro Cecinna, 5, Qui igitur conuenit, quæ causa fuerit, &c.
Qui vocare? Plau. Amph. 4. 118. Et apud Terentiũ Adel. 5. 6. 3.
¶ Qui, Quamobrem. Terent. And. 5. 4. 52,
Dano istuc dedam iam negotii. 5. non potest.
1. Qui? 5. quia habet aliud magis ex sese. Donatus.
¶ Qui, Vnde, vel quomodo. Terent. Hecyra, 4. 1. 39,
-nónne ea dissimulare nos
Magis humanum est, quàm dare operam, id scire qui nos oderit? Idem Phorm. 1. 3. 54,
Quem amicum tuum ais fuisse istum, explana mihi,
Et qui cognatum me sibi esse diceret. Terẽt. And. 3. 1. 11, Nam qui istæc tibi incidit suspectio? Idem Hecy. 2. 3. 6, Nec qui hoc mihi eueniat, scio. Ibidem, 3. 1. 54,
Aliquid tulisse comminiscentur mali,
Capiti, atque ætati illorum, morbus qui auctus siet. Hæc Donatus. Cic. 1. de Finib. 19, Deinde qui fit vt ego nesciam, sciant omnes quicunque Epicurei esse voluerunt?
¶ Qui, Vtinam. Terentius Phorm. 1. 2. 71,
-est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens: qui illum di omnes perdiunt.
D. Quid is fecit? & hoc consilium quod dicam dedit. Vbi Donatus, Qui illum? Qui, vtinam est: vt Lucilius lib. 2. Satyr. Qui te Momentane malum iam cætera perdat. Aut, qui hoc consilium quod dicam, dedit. Item, Qui aut expletiuum est, aut pronomen, quo incipiens Phormionem describere, cohorruit cõsideratione eius, & in hanc vocem, quasi confusus erupit. Hoc autem certum genus est parentheseos.

Qui,pro Vt.Terent.in Prologo Andriæ,6,
Nam in prologis scribundis operam abutitur:
Non qui argumentum narret,sed qui maleuoli
Veteris poetæ maledictis respondeat. Donatus.
Qui,Quare,cur.Terent.Adelph.5.3.14,
Cur emis amicam Mitio:num qui minus
Mihi idem ius æquũ est esse,quàm mecum est tibi? Vbi Donatus,Aut NVM,aut QVI abũdat. Et est ordo, Qui minus æquũ est esse idẽ ius mihi,&c. Qui ergo,quare,vel cur significat.Hactenus Donatus. Cic.lib.5.Tusc.155,Qui enim beatior Epicurus quòd in patria viuebat, quàm Metrodorus quòd Athenis? Hic non ineptè posset capi pro Quomodo. Plaut.Curcul.2.40,
-malè istis eueniat. PH.Quî?
Qui minus eadem histrioni sit lex quæ summo viro? Id est, cur non,aut cur minus.Plaut.Amph.3.76. Cic.pro Cælio,51, Quî minus enim Licinius comprehendi potuit, quum se retraxit ne pyxidem traderet,quàm si non retraxisset? Idẽ ad Atticum,li.16.epi.10,Qui minus autem ego istic rectè esse possim quàm est Marcellus?
Quî,Quomodo, qua re,qua ratione. Terent.Adelph.4.5.75, Si frater aut sodalis esset,qui magis morem gereret? Cic. Qui fieri poterat?Donatus.
Quidum?Quare igitur?Plautus Amph.1.4.11,
Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia. A. quidum? M.Quia senecta ætate à me mendicas malũ. Et paulò post,16, Bacchanal te exercuisse oportuit senex. A.quidum? M.Quando tu me tuum seruum censes. Idem Pseud.10.18,Hic homo meus est. S. quidum? B. quia præda hæc, mea est. Terentius Eunucho,2.1.41,At nunquid aliud? P. quidum? G. quia tristis es.
Quia/Coniunctio causalis.Terent.Heaut.3.1.100,
An eò sit quia in re nostra,aut gaudio
Sumus præpediti nimio,aut ægritudine? Ibidem,4.5.38,
Et ego hoc,quia dudum tu tantopere iusserat,
Eò cœpi. Et in Eun.1.1.41, -quidum? G.quia tristis es. Cic.1.Tuscul.68,Quod ex eo sciri potest,quia corpora nostra terreno principiorũ genere confecta,ardore animi concalescunt. Idẽ Seruio,libro 13.71.1,Quia non est obscura tua in me benevolentia,sic fit vt,&c.
Infœlix operis summa, quia ponere totum Nesciat.Horat.in Arte,7.
Sed quia natura mutari non potest, idcirco veræ amicitiæ sempiternæ sunt. Cic.de Amicit.31.
Quia,bis repetitũ sequente subiũctiuo vel indicatiuo.Quintil.lib. 11.cap. 11, Non quia prodesse vnquam satis sit, sed quia decet hoc quoq; prospicere,nequid petius quàm fecerit, faciat.
Quia,pro Quòd,subiunctiuo.Cic.de Amicit.14,Sed tamẽ recordatione nostræ amicitiæ sic fruor, vt beatè vixisse videar, quia cum Scipione vixerim. Idem 1.de Finib.50, Neque porrò quisquam est qui dolorem ipsum quia dolor sit,amet.
Quia & quód.Quintil.lib.1.cap.4,Danda est tamẽ omnibus aliqua remissio,non solùm quia nulla res est,quæ perferre possit continuum laborem, sed quòd studium, discendi voluntate quæ cogi non potest,constat.
Quia,eo.Salust.in Catil.Sed quia multis & magnis tempestatibus vos cognoui fortes,fidósque mihi,eo animus ausus est maximum atque pulcherrimum facinus incipere.
Quippe quia.Terentius Heaut.3.1.27,
Eho quæso,laudas qui heros fallunt? C. in loco
Ego verò laudo. S.rectè sanè. C. quippe quia
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.
Quia enim.Plautus Trucul.16.19,
Nõ ego nũc intrò ad vos mittar? A.qd,nũ miles magis? P.quia
Enim plus dedi. A. plus enim es intromissus quam dabas. Idẽ Curcul.8.78,
Quid mirare? L.V.quia enim in cauea si forent
Conclusi itidem vt pulli gallinacei,
Ita non potuere vno anno circumirier. Item Amphit.8.31,
Qui tibi istuc in mentem venit? S. quia enim serò aduenimus.
Et Casina, 9.31, Quid tu id curas? C H. quia enim metuo ne in aqua summa natet.
Quianam,pen.cor.Interrogatiuum,pro Quare,vel cur,vt annotat Festus.Plaut.Trucul.4.33,
Nimis otiosum arbitror hominem esse te. D. quia
Nam arbitrare? A. quia tuo vestimento & cibo alienis
Rebus curas. Virg.5.Æneid.3, Heu quianam tanti cinxerunt æthera nymbi? Idem 10.Æneid.1,
Cælicolæ magni quianam sententia vobis
Versa retro? Legitur & quænam.
Quiane, Significat certè,reuera.Virgil.4.Æneid.203,
-quiane auxilio iuuat ante leuatos.
Et bene apud memores veteris stat gratia facti.
Quicquam/cuiusquam,Id est aliquid.Plau.Menæh.14.15,Neque quod voluit agere,quicquam licitum est, ita me attinuit. Idem Trin.3.7, Neque quicquam hîc vile nunc est, nisi mores mali. Terent.And.5.2.12,Si quicquam mẽtium inuenies,occidito. Cicero 4.Acad.12, Nec quicquam aliud videndum est nobis quos Populus Romanus hoc in gradu collocauit,&c. Liuius 6.bel.Pun.77, Quos neque quid facerẽt, neque quid dicerent,quicquam vnquam pensi fuisset.
Quicque/vel quidque.Quintil.li.3.cap.11,Non vt quicque primum dicendum,ita primum cogitandum est. Idem libro 7. cap.2, Pro reo plerunque grauissimum quicque primum mouendum est. Cicero 3.de Natura deorum, 81, Vestri autem non modò hæc non refellunt,verumetiam confirmant,interpretando quorsum quicque pertineat. Ad Herenniũ,lib.1.15, Si vt quicque primum gestum erit,ita primum exponamus.
Primum quicque videamus.Cic.3.de Nat.deorum,9.
Quicquid/Substãtiuum,infinitè capitur,nunquã refert.Plautus Amphit.8.119, Quicquid id est, iam ex Naucrate cognato cognoscam meo. Cic.pro Roscio Amerino,73, Quicquid maleficii,sceleris,cædis erit,proprium id Rosciorum esse debebit. Terent.Heaut.1.1.31,Ne lachryma:atque istuc quicquid est,fac me vt sciam. Plaut.Menæh.17.15, -sed quicquid est Iam sciam,atque eccam eam ipsam ante ædes. Quintil.lib.1. capite De orthographia,Frigidiora his alia: vt quicquid quartã haberet,ne interrogare bis videremur.Et quotidie,non cotidie: vt sit, quot diebus. Verum hæc iam inter ipsas ineptias euanuerunt.
Quicquid delirant reges,plectuntur Achiui.Horat.1.epist.1.5.
Quicquid est.pro Quicquid sit,vel quicquid eueniat. Plaut. Curcul.15.16,Quicquid est,ipse ibit potius. Idẽ Trucul.5.40. Sed fores,quicquid est futurum,feriam. Item Mil.6.40,Hercle quicquid est, mussitabo potius, quàm inteream malè. Et Persa,2.48,Quicquid erit, recipe te ad me. Idem Merc.17.17, Magnum est quicquid quæritat. Cic.1. Verr.20, Aut enim id mihi satis est,quod est de me opinionis,quicquid est.
Quicqd id est,timeo Danaos & dona ferẽteis.Virg.1.Æn.10.
Quicquid sapit.Plaut.Pœn.18.28,Nunc hinc sapit,hinc sentit:quicquid sapit,meo amore sapit.
Quicquid pauxillulum.Plaut.Trucul.19.47,
-da tu mihi de tuis deliciis summis
Quicquid pauxillulum.
Quicum,pro Cum quo. QVI enim,ablatiuus est.Plaut.Amph. 3.99, -natus Argus ex Argo patre,
Quicum Alcumena est nupta Electri filia. Idẽ Trin.13.57,Ridiculè rogitas, quicum vnà cibum capere soleo. Terent.Heaut. 1.2.4,Quicũ loquitur filius? Idem Eunu.4.6.21, Imò hoc cogitato,quicum res tibi est,peregrinus est. Cic. Seruio Sulpitio, lib.41.5, Nemo est omniũ,quicũ potius mihi, quàm tecum,cõmunicandum putem. Idẽ 7.Verr.106,Non vt quisque maximè est quicum tibi aliquid sit,ita tui huiusce modi criminis maximè eum pudet? Et 1.Offic.57,Quid ad hanc mansuetudinẽ addi potest,cum quicum bellum geras, tam molli nomine appellari? Itẽ ad Brutum,lib.11.21.2,Qui neminem prætermiserit quicum loqui potuerit,cui non eadem ista dixerit.
Quicunque/quæcunque,quodcunque. Cic.1.de Lege agra.55, Vt quibuscunque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum vnà tuerer. Quintil.lib.19.cap.4, Ex iis quæ suprà posui,apparet moloſſum quoque clausulæ conuenire,dum habeat ex quocunque pede ante se breuem. Idẽ lib.10.cap.1, Ciceronem cuicunque eorum fortiter opposuerim. Plin.lib.8.ca.55. 3,Redditque semper quencunque proximè attingit.
Quicunque is est,ei me profiteor inimicum. Asinius Ciceroni,lib.14.ep.9.
Quicũque,geminatum.Cic.1.de Orat.17,Quicquid erit quacunque ex arte quocunque de genere,&c. Idem ad Q.fratrẽ, lib.1.2.6, Quoscunque de te queri audiui, quacunque potui ratione placaui.
¶Quicunque,interpositis dictionibus. vt Qui testamentum tradet tibi cunque legendum:Horat.2.Serm.saty.5.11.
Quem criminosis cũque voles modum Pones Iambis. Horatius 1.Carm.ode 16.1.
Quæ me cunque vocant terræ.Virg.1.Æneid.13.
¶Quodcunque militum contrahere poteritis,cõtrahatis.Cic. ad Atticum,lib.8.16.5.
Quodcunque hoc regni.Virg.1.Æneid.17.
¶Omnia quæcũq;.Cic.2.de Orat.15,Nõ omnia quæcunq; loquimur,mihi videtur ad artẽ & ad præcepta esse reuocãda. Idẽ 3.de Leg.agra.3,Omnia quæcũque ille fecisset,essẽt rata. Et de

Fato,64,Sin omnibus quæcunque fiunt,verisimile est causam antecedere. Idem 1.de Orat.4, Omnia quæcunque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda.

Quicunque,pro Qualiscunque.Cicero de Oratore,Quicunque in dicendo sumus. Plin.lib.31.cap.9.8, Sed quicunque sal acopis additur.Id est,omnis generis,siue nativus,siue factitius. Hæc Budæus. Cic.pro Rab.Posthumo,13,Quæcũque mens illa fuit,Gabinii fuit. Idem 1.de Oratore,38,Illam ipsam quancunque assequi potuerit in dicendo mediocritatem. Ibidem, Illa ipsa facultate,quãcunque habet,&c. Idem in Oratore,57, Eásque nos primi,quicúque eramus, & quantulúcunque dicebamus,ad huius generis dicendi, audiendi incredibilia studia conuertimus. Idem pro Sestio,129,Ego voco vos in omni fortuna,quæcunque erit oblata,complectar. Et pro Milone,73, Quencunque casum fortuna dederit. Et pro Cælio.Quæcunque in Equite Romano dignitas esse possit,quæ certè potest esse maxima,eam semper in M.Cælio habitam esse summam.

Quid/ Nomẽ substantiuũ,interrogat,aut infinitè capitur, nũquam refert,vt Quid causæ? Terẽt.And.3.4.21, Quid causæ est, quin hinc in pistrinum recta proficiscar via? Cicero 5.Tuscul. 47,Quid est causæ,quin si Zenonis rationi consentaneum sit, satis magnam vim in virtute esse ad beatè viuẽdum, liceat idẽ Peripateticis dicere?

Quid facerent miseri aut quid recusarent?Cic.5.Verr.67.

Quid te futurum?pro Quid de te.Cic.4.Verr.110,Vtrum tibi Siculos publicè,priuatimq; amicos, an inimicos existimari vis? si inimicos,quid te futurum est? Idem pro Plancio,5,Quod si præterea honore dignus nemo,quidnam tot optimis & ornatissimis ciuibus est futurum?

Quid ætatis.Plautus Merc.6.19, Quid ego tibi ætatis videor? Id est,cuius ætatis,siue quot annos natus tibi videor? Idem Persa,8.5,Ego scio quid sis ætatis. Sic dicimus, Id ætatis homo.

Quid animi.Plaut.Merc.7.128, -quid scio
Quid sit ei animi,vænirẽne eam velit,an non velit?

Quid captiuorum.Plaut.Epid.5.27,Tum captiuorũ quid ducunt secum?

Quid sui consilii sit,ostendit.Cæsar 1.bel.Gall.85.

Quid hominis,Cuiusmodi, aut cuius formæ ac naturæ homo.Plaut.Pœnul.1.91,
Vosmet nunc facite coniecturam exterũm,
Quid id sit hominis,cui Lyco nomẽ siet. Terent.Heaut.4.8. 7,Quæso,quid tu hominis es? Idẽ Eunucho,3.4.8, Quid hoc hominis?qui hic ornatus est? Plaut.Amphit.7.19,Quid sit hoc hominis? Cicero 4.Verr.93,Exponam vobis breuiter quid hominis sit.

Quid gentium. Plinius libro 17.cap.24.1,Infestantur & arbores morbis:quid enim gentium caret his malis:Hoc est,quæ natio,quæ gens,qui populi?Vetus autem codex habet,Quid enim genitum caret,&c.

Quid gaudii.Terentius And.5.5.7,Quid istuc gaudii est? Hoc est,quid sibi vult gaudium istud?

Quid mulieris.Terentius Hecyra,4.4.21,
-sed quid mulieris
Vxorem habes?aut quibus moratam moribus?

Quid militum, aut nautarum per triennium dederunt? Cic. 6.Verr.131. Hoc est,quot, vel quot.

Quid rei huius sit.Plaut.Aulul.30.71,Ibo intrò,vt quid huius sit rei,sciam.Id est,Quid de hac re futurum sit.

Quid hoc rei est?pro Quæ res,vel Quidnam est?Liu.1.ab Vrbe,210,Quid hoc,inquit,Tarquini,rei est?qua tu audacia,&c.

Quid rei est tibi cum illa?Terent.Eunuc.4.7.34,Quis tu homo es?quid tibi vis?quid cum illa rei tibi est?

Quid sententiæ.Terent.Phorm.2.4.4,Quid de hac re dicat, quidve sit sententiæ.Hoc est,quid de hac re sentiat,

Quid signi.Plautus Amphit.4.267,
-signi dic quid est?
M.Cum quadrigis sol exoriens.

Quid verbi.Plaut.Pseud.9.16,
-imò verò ego eius sum Subbalio.
H.Quid istuc verbi est?Hoc est,Quid sibi volũt hæc verba? Terentius Phorm.1.1.19,
-cœna dubia apponitur?
S. Quid istud verbi est?P.vbi tu dubites,quid sumas potissimũ.

Quid viri.Plaut.Pœnulo,14.34, -apage,
Nescio quid viri sis.

¶Quid,pro Aliquid.Terent.Hecyra,5.4.24,Dic mihi,harum rerum nunquid dixti iam patri? Idem And.1.1.14,Si tibi quid feci,aut facio,quod placet Simo.

Quid rerum portant.Terent.Heaut.1.3.6, Non oportuit relictas,portant quid rerum.

Quid rerum,pro Quod negotium,vel quam rẽ.Plaut.Aulu. 4.15,Ne me obseruare possis,quid rerum geram.

¶Ad quid,Vide Ad præpositionem.

¶Quid?admirativè dictum à respondente quid factum sit. Terentius And.1.1.61,
-eho quid Pamphilus?quid?symbolum
Dedit,cœnauit.

¶Quid,Ob quid,propter quid.Terẽt.And.1.4.7,Sed quidnã Pamphilum exanimatũ video?vereor quid siet. Idem Adelp. 3.3.50, -atque iratum admodum.
D.Quid autem? S. adortus iurgio fratrem apud forum
De psaltria istac.

Quid,pro Quamobrem.Virg.1.Aneid.150,Quid tantum Oceano properent se tingere soles.

¶Quid sit,quòd,&c.Ci.2.Verr.14,Quid sit quòd P.Septimio Senatore damnato Q.Hortensio Prætore de pecuniis repetundis,lis æstimata est eo nomine quòd ille ob rem iudicãdam pecuniam accepisset:quòd,&c.

¶Quid ego nesciam factum,Terent. Heaut.3.1.18, Scin' esse factum vt dicore.quid ego nesciã?Id est,Cur ego nesciam? vel, quid,id est quãrẽ,quasi dicat, de qua re mihi loqueris, quam me scire oporteret?

¶Quid est quod.Terent.Eunucho,5.6.8, Quid est quod trepidas? satisne saluæ? Ibidem, 3.5.11, Quid est quod lætus sis? quid tibi vis? Plaut.Curcul.4.11, -quid est quod Palinurũ vocas? Cic.4.Verr.34, Quid est quod tu alios accuses? Id est, Quid est in causa,quid est quamobrem,vel propter quod.

Quid est cur.Cic.1.de Finib.13,Hanc ego quum teneam sententiam,quid est cur verear ne ad eam non possim accommodare Torquatos nostros?

Quid est quamobrem.Cic.pro Cluentio,105,Quid est quam obrem quisquam nostrum Censorias subscriptiones omnes fixas & in perpetuum ratas putet esse oportere?

¶Quid,quid?Emphasis.Terent.Eunucho,3.1.51,
-quid,quid aliud volui dicere?
Hem, curate istam diligenter virginem. Vbi Donatus, Quid, quid aliud volui dicere?pro,quid aliud? Ibidem,5.3.1.
Quid,quid venire in mentem nunc possit mihi, Quidnam?
Quid,quid præterea,quid aliud. Cic.pro Cecin.18,Quid testes quid aiũt? P.Vetilius propinquus Ebutii,se Ebutio cum armatis seruis venisse aduocatum. Quid præterea?fuisse complures armatos.Quid aliud?minatum esse Ebutium Cecinnæ.

¶Quid? senem quoad expectatis vestrum? Terẽt.Phorm.1.2. 97. Donatus, Animaduerte QVID secundum morem quotidianum tum dici, quum fit trãsitus à mentione alterius rei ad alteram. Idem Phorm.5.3.18, -age fiat quid.illa filia
Amici nostri, quid futurum est? In hoc genere loquẽdi accipitur QVID, quasi pro AVTEM: vt sit sensus,Senem autem vestrũ quoad expectatis:Et,Illa autẽ amici nostri filia,quid futurũ est? Cic.in Partit.1. Quid orationis, quot sunt partes? Hoc est, Orationis autem quot sunt partes? Ibidem,3, Quid quæstio, quasnam habet partes?

¶Quid,Contenendi aduerbium,siue interiectio,vel potius ironicè ac iocosè dictum. Cic.ad Marium, lib.7.1.7, Nosti enim reliquos ludos. quid? ne id quidem lepõris habuerunt quod solent mediocres ludi.

Quid? tu me hoc tibi mandasse existimas,vt,&c. Cicero Cælio,lib.2.7.1.

¶Quid est,si non hoc cõtumelia est?Terent.And.1.5.1. Cic. 2.Verr.17, Quid est quæso Metelle iudicium corrumpere,si hoc non est? Ibidem,5.59, Quid est aliud,capere & conciliare pecunias, in quo te lex tenet, si hoc non est vi atque imperio cogere inuitos lucrum dare alteri,hoc est pecuniam dare?

¶Quid pater,viuitne? hoc est,Quid de patre? Plaut.Capt.6. 31. Et paulò pòst,31,Quid diuitiæ,suntne optumæ?

Quid,qui pecuniæ cupiditate,qui voluptatum libidine ferantur, quorumque ita perturbãtur animi, vt non multum absint ab insania,quod insipientibus contingit, omnibus his nullane est adhibenda curatio? Cic.3.Tuscul.7.

¶Quid ergo,siue igitur est? Cic.pro Roscio Amer.11,De hisce omnibus rebus me dicere oportere intelligo. Quid igitur est? non eodem modo de omnib' ideo quòd prima illa res ad meũ officium pertinet: duas autem reliquas vobis Populus Romanus imposuit. Ibidem,31, Vident omnes qua de causa huic inimicus veniat:sciunt huiusce pecunia te adductum esse.Quid ergo est? ita tamen quæstus te cupidum esse oportebat, vt horum existimationem & legem Memmiam putares aliquid valere oportere.

¶Quid amplius vultis? Cicero pro Roscio Amer. 19, Patrem meum,quum proscriptus non esset,iugulastis: occisum in pro-

ſcriptorum numerum retuliſtis, me domo mea per vim expuliſtis, patrimonium meum poſſideris. Quid vultis amplius?

¶ Quid mecum eſt tibi? quod vulgò dicitur, *Quid ego habeo ad faciendum tecum?* Plaut. Curcul. 5.10,

-quid mecum eſt tibi,
Aut tecum? Cic. pro Cluentio, 137, Quid huic cum Habito? nihil. Idem pro Quintio, 31, Quid mihi, inquit, cum iſta ſanctimonia & ſumma diligentia?

Quid Antonio cum, &c. Cic. 10. Philipp. 176, Cum Illyrico verò, & cum Vatinii legionibus quid erat Antonio? Id eſt, quid ad eum pertinebant? Budæus.

¶ Quid, quòd. Modus dicendi quum quis interrogatur. verbi gratia, Quid, quòd me etiam occidere vult? quod quidam ineptè dicunt, *Quid tibi videtur, ad quid dicis? etiam me occidere vult.* Plautus Pœnulo, 9.65, Iámne itis? c. quid, quòd vobis mandaui hoſpites? Cic. 4. Acad. 168, Quid, quòd eadem illa ars quaſi Penelope telam texens, tollit ad extremum ſuperiora: vtrum ea veſtra, aut noſtra culpa eſt? Ibidem, 4.51, Quid, quòd ſi iſta vera ſunt, ratio omnis tollitur? Idem 3. Offic. 117, Quid, quòd Theſeus exegit promiſſum à Neptuno? Item de Senect. 75, Quid, quòd ſapientiſſimus quiſque animo æquiſſimo moritur? Et pro Lege Manilia, 7, Quid, quòd ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur? Sic 2. de Oratore, 100, Quid, quòd dixiſti, inquit, Craſſe, ſi hic hodie apud te maneremus, te morè nobis eſſe geſturum, nihilne ad fidē tuā putas pertinere?

Quid, quòd. ſæpius repetitum. Cic. 1. de Nat. deor. 149, Quid, quòd eiuſdem hominis in meum alix, alix in tuū? Quid, quòd earum rerum quæ nunquam omnino fuerant, neque eſſe potuerāt, vt Scyllæ, vt Chimeræ? Quid, quòd hominum, locorum, vrbium earum quas nunquam vidimus? Quid, quòd ſimul ac mihi collibitum eſt, præſto eſt imago? Quid, quòd etiam ad dormientem veniunt inuocatæ?

Quid, quum ipſe Antiochus diſſentit quibuſdam in rebus, ab his quos amat Stoicis, nónne indicat non poſſe illa probanda eſſe ſapienti? Cic. 4. Acad. 240.

¶ Quid illi fiet? Quid illi faciam? Quid illi factum eſt? Vetuſta locutio, pro eo quod quidam admirantes, vel accepta aliqua calamitate, aut iactura, dicunt, Quid de illo fiet? quid de illo faciā? quid de illo factum eſt? Plaut. Merc. Sed quid nunc illi fiet? Idē Moſtel. Quid mihi fiet tertio, qui ſolus facio facinora immortalia? Idem Bacchid. Quid mihi fiet poſtea? Cic. ad Terētiam, lib. 14. 1. 10, Etſi nos premet eadem fortuna, quid puero miſero fiet? Idem 1. de Lege agrar. 73, Quæro, ſi, qui velint vendere, non fuerint, quid pecunia fiet? Item 4. Acad. 191, Quid fiet artibus? quibus? hiſne, &c.

¶ Quid faceret? Cic. 3. Offic. 78, Stomachari Cannius: ſed quid faceret? nondum, &c.

Quid faceret aliud? pro eo quod ineptè quidam dicūt, *Quid poterat aliud facere?* Cicero de Oratore, Valerius quotidie cantabat, erat enim ſcenicus: quid faceret aliud?

¶ Quid ſciam? Terent. And. 4.5.52,
Eho inepta, neſcis quid ſit actum? M. quid ſciam?
D. Hic ſocer eſt. Niſi legendum eſt, Qui ſciam, Id eſt quomodo, aut vnde ſciam. aut videtur eſſe quid ſciam, pro cur ſciam: tanquam ſi dicat, Quid mea id ſcire refert? Vel quid, id eſt quam rem. quaſi dicat, De cuius rei ignorantia mihi loqueris? Sic & illud ſuprà. Quid ego neſciam factum?

¶ Quid ſi, Venuſta locutio, pro eo quod quis dicat, Quid futurum eſt, ſi. vel rectúmne fuerit ſi. vel, quid dicas, aut cenſes ſi. Plaut. Aſin. 11.130, Quid ſi optaro? L. r. euenict. Terent. Phor. 2.4.35, Satín' ſic eſt? G. non. A. quid ſi ſic? G. propemodum. A. quid ſi ſic? G. ſat eſt. Idem Heaut. 4.1.9, Quid ſi hoc ſic incipiā nunc? nihil eſt. quid ſi ſic? tantundem egero. Et Eunucho, 5.1.36, Quid ſi hoc quiſpiam voluit deus? Ibidem, 2.3.77, Quid ſi nunc tute fortunatus fiās? C. 11. quare Parmeno? Horat. 2. Serm. ſatyra 7.9,
-quid ſi me ſtultior ipſe
Quingētis empto drachmis deperderis? Hoc eſt, quid dices, quid reſpondebis, ſi tu inueniris ſtultior meipſo?

¶ Quid tibi videtur? adéon' ad eū? Terent. And. 2.1.17. Plautus Moſtel. 1.1.1, Quid tibi viſum eſt hoc mercimonii?

¶ Quid vis tibi? aut quid quæris? Terent. Heaut. 2.1.9.

¶ Quid eó? pro Ad quid? Plaut. Pſeud. 5.98,
-verum extra portam Metiam curredum eſt prius.
C. Quid eó? P. Ianios inde accerſam duo cum tintinabulis. Terentius Hecyra, 5.3.11,
-properè curre ad Pamphilum.
P. Quid eó? D. dic me orare vt veniat.

¶ Quid verbis opus eſt? Reticentiæ forma, pro eo quod quis dicat, Quid cupis præterea? quid multa? Plaut. Amphit. 4.191,
-tam conſimilis eſt, atque ego:
Sura, pes, ſtatura, tonſus, oculi, naſum, labra,
Malæ, mentum, barba, collum, totus. quid verbis opus eſt?
Sic tergum cicatricoſum, nihil hoc ſimuli eſt ſimilius. Terent. Eunucho, 4.1.4,
Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita vt fit, vbi quid in animo eſt moleſtiæ,
Aliam rem ex alia cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem. quid opus eſt verbis? dum hæc puto,
Præterii imprudens villam. Idem Phorm. 1.1.15,
Cœpi aduorſari primò: quid verbis opus eſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas perdidi.

¶ Quid multa? Cicero 3. Officio. 77, Grauatè ille primò. quid multa? impetrat. Idem Attico, libro 1.8.7, Quid multa? vereor ne hæc iniecta à bonis, defenſa ab improbis, magnorum Reip. malorum cauſa ſit.

Quid multa verba? Plaut. Pœnulo, 6.36. Et apud Terentium Eunucho, 5.5.10,
-primam dices ſcio, ſi videris.
Quid multa verba? amare cœpi.

Quid multis moror? Terent. And. 1.1.87,
Hæc ego putabam eſſe omnia humani ingenii,
Manſuetique animi officia. quid multis moror?
Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo.

¶ Quid dicam? Cic. 1. de Nat. deor. 139, Quid multitudinem, ſuauitatémque piſcium dicam? Feſtinantis ſunt verba, & exaggerantis. Budæus.

¶ Quid ita? Vna pars orationis, inquit Donatus, pro Quamobrem. Plaut. Epid. 2.10, -minus
Iam furtificus ſum, quàm antehac. E. quid ita? T. quid ita? rapio propalám. Idem Aulul. 6.25.
Volo te vxorem domum ducere. M. hen óccidi. E. quid ita? M. Quia, &c. Terent. And. 2.1.14,
Si id facis, hodie poſtremùm me vides. P. quid ita? C. hei mihi,
Vereor dicere.

Quid ita? quia, &c. Cicero pro Roſcio Amer. 20, Eſtne hoc illi dicto atque facto Fimbriæ non ſimillimum? Accuſatis Sext. Roſcium. Quid ita? quia de manibus veſtris effugit, quia ſe occidi paſſus non eſt. Idem 1. de Nat. deorum, 137, Quàm moleſtum eſt vno digito plus habere. quid ita? quia nec ſpeciem, nec vſum quinque deſyderant. Terent. Eunucho, 4.4.58,
Thais iam aderit. P. T. quid ita? D. quia quum inde abeo, iam tú
incœperat
Turba inter eos.

Quid ita non? Terent. Phorm. 4.1.2, Addúxtin' tecum filiā? E. non. D. quid ita non?

Quid ita tantum? Terent. Eunucho, 5.5.17, -qua audacia
Tantum facinus audet? P. quid ita tantum? P. A. an non hoc maximum eſt? &c.

¶ Quid tibi huc? Plaut. Bacchid. 2.6. Terentius Heaut. 3.1.7, -C. Syre. S. hem. C. Quid tu iſtic? S. rectè, equidem te, &c.

¶ Quid mea refert? Terentius Phorm. 4.5.11, Quid tua (malùm) id refert? C. magni Demipho.

Quid noſtra? pro Quid nobis confert? quid nos iuuat? Brutus ad Atticum in Epiſt. ad Brutum, 17.8, Quid enim noſtra victū eſſe Antonium, ſi victus eſt vt alii vacaret, quod ille obtinuit?

Quid intereſt, vtrum Prætor imperet, vique cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere? an huiuſmodi iudicium det, &c. Cic. 4. Verr. 19.

¶ Quid tum? Terent. Eunucho, 2.3.47,
Scin' quid ego te volebam? dic. cras eſt mihi
Iudicium. quid tum? vt diligenter nunties
Patri, aduocatus mane mihi eſſe vt meminerit. Idem Heaut. 3.3.41, -huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuū.
C. Quid tum? S. ea mortua eſt. Cic. 5. Tuſcul. 15, At multantur bonis exules. Quid tum? Parúmne multa de tollerāda paupertate dicuntur?

Quid tum ſi fuſcus Amynthas? Virg. eclog. 10.8.

Quid tum poſtea? Plaut. Aſin. 7.68,
Meminiſti aſinos Arcadicos mercatori Pelleo
Noſtrum vendere arrienſem? LY. memini: quid tum poſtea?
L. E. Hem ergo is argentum huc remiſit. Terent. Adel. 4.5.15,
Neque enim diu huc commigrarunt. AE. quid tum poſtea?
M. Virgo eſt cum patre. Idem Hecyra, 4.1.37,
Audiſti ex aliquo fortaſſe, qui vidiſſe eum diceret
Exeuntem, aut introeuntem ad amicam: quid tum poſtea,
Si modeſtè ac rarò hoc fecit? Vbi Donatus, Idiotiſmus, quo tétemnimus crimina leuiora.

¶ Quid deinde? Terent. Dicam. quid deinde? Hoc eſt, quid poſtea? ſubaudi dicam.

¶Quid,pro In quo.Cic.de Amicit.30, Quid enim Africanus indigens meiminimè hercle. Quintilianus,Quid tibi tãtum malum feci quod offendi?

¶Quid istic?Aduerbium est ἀγρὲ concedentis,inquit Donatus.Terent.Eunucho,1.3.96,

Quid istic?si certum est facere,facias:verùm ne pòst conferas
Culpam in me.

¶Quid nunc agimus?Consiliũ quærentis est,inquit Donat°. Terent.Eunuc.4.7.41, Quid nunc agimus? G. quin redeamus.

¶Quid quæris?Ornatè dictum, pro Quid vis præterea?Quid plura?Quid vis dicam?Cic.Attico,lib.1.9.10,Quid quæris?nunc vt ad priuata redeam? Eidem,libro 7.118.4,Quid quæris?etsi mihi,crebrò *fortissimi viri* occurrebat,tamen leuabar cura,virũ fortem & peritum,& plurimum authoritate valentem audiẽs, *de pacis* de pacis simulatæ periculis differẽtẽ. Item lib.10.105. 16,Quid quæris?atque iubebat.Est enim suspicio illa domestici mali & sermonis Lucriani. Horat.lib.1.epist.10.1,

Quid quæris?vino & regno,simul ista reliqui,
Quæ vos ad cælum effertis rumore secundo.

¶Quid cẽses eos esse facturos,qui omnino virtutẽ à bonorũ fine segregauerũt,Epicurũ,Hieronymũ,&c. Cic.4.de Finib.81.

Quid cum illis agas,qui neque ius, neque bonũ atque æquũ sciunt?Terent.Heaut.4.1.19. Cic.pro Cecinna,11,Quid huic tu homini facias?nónne concedas interdum vt excusatione summæ stultitiæ,summæ improbitatis odium deprecetur?

Quid facias?vt homo est, ita morem geras. Terentius Adelphis,3.3.76.

¶Quid aliud nisi.Cic.1.Tuscul.117, Num quid aliud agimus, quũ,&c.quũ à negotio omni seuocamus animum?quid,inquã, tum agimus,nisi animum ad seipsum aduocamus?

¶Quid dicã,vel Quid loquar.pro Mitto,& Nõ dico, Præterea.venusta loquẽdi forma,quũ aliquid nos tacere simulamus, quod tamen exprimimus. Cic.1.de Nat.deor.193, Quid dicam quantus amor sit bestiarũ in educandis custodiẽdisque iis quæ procreauerunt? Iuuenalis,Quid dicam,quantum,&c. Cic.2. de Nat.deor.191,Quid loquar quanta ratio in bestiis appareat?

¶Quid,aliquando in oratione vacat.Cic.ad Seruium,lib.4.1. 10, Trebatio mãdaui vt si quid tu eum velles ad me mittere,ne recusaret:idq; vt facias velim. Idem Quinto Philippo,lib.14. 74.4, Nisi quid existimas in ea re violari existimationẽ tuam. Budæus.

¶Quid,pro Quid fecit.Cic.Patruus,inquit,meus cum Saturnino fuit.Quid pater?quicum?quid vicini, propinqui,&c.

¶Quid est factũ?Varro,Quid funus?quod funus?quid est factum?Id est quid est quod accidit?

¶Quid enim?Ci.1.de Fin.147,Quid enim?summus dolor plures dies manere non potest?Vide ne etiam menses. Vt τί γάρ apud Græcos interrogationi congruit. Budæus.

Quid enim aliud.Liuius,Quid enim aliud quàm admonendi essetis,vt morem traditum à maioribus seruaretis?

Quid enim censes?si L.Mummius videret,&c.Vtrũ putaret, &c.Cic.in Parad.48.

Quid enim,ad amicósne confugiam?Cic.Lucceio,lib.5.15.3.

Quidam/quædam,quoddam vel quiddam,cuiusdam. Personam certam dicit,& singulare potius signum est, quàm particulare. Plin.epist.154,Quidam ex meis aduersam valetudinem feruentissimis æstibus contraxerunt. Terent.Eun.3.2.30,

Neque pugnas narrat,neque cicatrices suas
Ostentat,neque tibi obstat,quod quidam facit.

Quidam ex.Cic.pro Cluentio,141,Quidam ex aduocatis,homo & honoribus populi ornatus, & summa virtute præditus dixit.

Quidam de collegis.Cic.Bruto,lib.11.21.9.

Certus quidam.Cic.1.de Orat.90, Quæ si iudicarentur certis quibusdam verbis,non nouis nuptiis fieri cum superiore diuortium. Idem 3.de Orat.15,Quare quum sit quædam certa vox Romani generis,vrbisque propria. Ibidem,1.131,Quod si ille astrictus certa quadam numerorum moderatione & pedũ,&c.

Cuiusdam modi.Ci.4.de Finib.41,Sumus igitur homines:ex animo constamus & corpore: quæ sunt cuiusdam modi.Id est, non cuiuslibet. Ibidẽ,li.5.63,Iam verò animus nõesse solùm, sed etiam cuiusdam modi debet esse, vt omnes partes habeat incolumes,& de virtutibus nulla desit.

Magni cuiusdã hominis.Q.Cic.de Prouinc.Consul.36,Quod magni cuiusdam hominis & persapientis videtur. Idem 1.de Orat.164. Crassi quidem responsum excellentis cuiusdã est ingenii,ac singularis.

Quiddam diuinum,quiddã portenti simile:pro Nescio quid vel quidnis.Cic.1.Acad.48,Vt in his quiddam diuinum esse diceret. Idẽ 3.de Legib.33,Ego enim fateor in ista ipsa potestate inesse quiddam mali. Et 1.de Orat.164,Cui quiddam portenti simile esse visum est.Alia exemplaria legũt,Cui quidẽ. Ibidem,3.40,Vt philosophi tanquam in superum mare Ioniũ defluerent,Græcum quiddam,& portuosum. Ibidem,1.9, Sed nimirum maius est hoc quiddam,quàm homines opinantur.

Quidem/Aduerbium affirmandi,id est certè. Duobus autem tribúsve modis in oratione accipi solet,Vno, ad distinguendas res.vt, Ego quidem scribo,tu verò legis,ille autem dormit. In quo modo his duabus tantùm dictionibus iungitur VERO, & AVTEM. Altero, quasi per acceptionem eius quod affirmes. Quintil.in Infami, Torquebis quidem filium,sed fatebitur mater. Cic.3.Offic.30,Atqui hoc loco philosophi quidam, minimè malí illi quidem,sed non satis acuti,&c. Et sequũtur istæ dictiones,verum, veruntamen, sed tamen,at,attamen, cæterum. Idem Bruto,15.11,Suspicor illud tibi mirũ probari,quod ab tuis familiaribus,optimis illis quidem viris,sed in Rep.rudibus non probatur. Idem 2.Philip.76,Multa & lauta supellex, & magnifica multis locis, non illa quidem luxuriosi hominis, sed tamen abundantis. Ibidem,5.189,Vt superiora omittam, quæ sunt maxima illa quidem,sed adhuc hominum magis indiciis,quàm publicè laudata.Vide Vallam lib.1.cap.15.

Tertio modo,Quum nulla sequitur ex prædictis coniunctionibus,vt apud Ciceronem de Amicit.8,Aut enim nemo (quod quidem magis credo)aut si quisquam,ille sapiens fuit.

Tu quidem,vt Ille quidem:sequente semper aduersatiua coniunctione.Cic.pro Plancio,43,Fortius tu quidem quàm nõnulli defuncti honoribus,sed apertius quàm,&c.

Non tu quidem,sed.Cic.1.Philip.105, Collegam quidẽ de cælo detraxisti:effecistique non tu quidem etiam nunc,vt sit similis tui:sed certè vt dissimilis esset sui. Idẽ pro Murena,59,Hos ad magistros si qua te fortuna Cato cum ista natura detulisset, non tu quidẽ vir melior esses,nec fortior, nec tẽperantior,nec iustior(neque enim esse potes) sed paulo ad lenitatẽ propẽsior.

Vos quidem.Cic.Attico,li.8.153.4, Num igitur peccamus?minimè vos quidem,sed tamen signa conturbantur quibus voluntas à simulatione distingui potest.

Ille quidẽ.Cic.de Clar.Orat.59, Q.Mutius enucleatè ille quidem,& politè,vt solebat,dixit,nequaquam autẽ ea vi atque copia,quam genus illud causæ postulabat. Idem 1.in Catill.31, Essent illi quidem desperandi:sed tamen essent ferendi.

Id quidem ago,& tacitus Lycida mecum ipse voluto. Virgil. eclog.9.7.

Ea quidem,vt Illa quidẽ.Cic.ad Atticum,lib.10.103.1,Quæ de fratre meo scribis,sunt ea quidem parũ firma,sed habent nihil *vrsar.* Alii legunt equidem.

Minus quidem,non tamen. Cic.6.Philip.124,Minus quidem illa seuerè,quàm decuit,non tamen omnino dissolutè.

Nunc quidem. Cic.1.Verr.10, Hanc habent arcem socii, minus munitam aliquanto nunc quidem quàm antea:veruntamen si qua reliqua illis spes est,ea tota posita in lege est.

¶Fugitur etiã dictioni NE, sed interiecta semper vna dictione: & hoc,quum aliquid vehementer negare cupiẽtes,id quod minus quoque est, negamus. Vt cupientes negare nos aliquem Romæ pulsasse, nos Romæ fuisse negemus. Tune illum Romæ pulsasti? Ne fui quidem Romæ. Interdũ vna tantum pars negatur: & altera negata intelligitur,vt in exemplo prædicto.Interdum vtraque exprimuntur.vt, Non solum homines non times,sed ne deum quidem.

Ne,vel nec quidem.Ci.Plãco,li.10.25,Quapropter in priuatis rebus,nullũ neque officiũ, neque studiũ meum desyderabis: ne in publicis quidẽ, si quid erit in quo me interesse necesse sit, vnquam deero,ne cum periculo quidem meo,dignitati tuæ.

¶Et quidem,vel Ac quidem,pro Atque etiã. Cic.de Clar.Orat.63,Nobis verò,inquit Atticus,& vehementer quidem. Sub. placet. Brutus ad Ciceronem in Epist.ad Brutũ,6.5,Rogo te,& quidem valde rogo. Cic.Attico,lib.1.34.1, Tantum doleo, ac mirificè quidem.

Et quidem,pro Et certè.Cic.1.de Diui.139,Post Solstitium Canicula exoritur,& quidem aliquot diebus. Idem 11.Philip.195, Cruciatus est à Dolabella Trebonius,& quidem à Carthaginiẽsibus Regulus.

¶Quidẽ certè. Plaut.Amph.4.163,Hic quidem certè quæ illic sunt res gestæ,memorat memoriter. Cic.ad Lentulum,lib. 1.9.45, Illud quidem certè nostrum consilium iure laudandum est,quod meos ciues & à me conseruatos,&c. Idẽ ad Plantum, lib.4.14.11,Studio quidem certè rei,famæ,saluti tuæ præsto futurum. Et ad Qu.fratrem,lib.1,Aliud hoc tempore de Rep. nihil loquebantur: agebatur quidem certè nihil. Sic de Clar. Orat.153. Et 4.Acad.181. Et pro Quintio,2,Qui vt summa haberem cætera,temporis quidem certè vix satis habui.

Quidem hercle certò,vel certé.Terent.Phorm.2.3.11,Nã tua quidẽ hercle certò vita hæc expetẽda, optandáque eſt. Idem And.1.2.12,Mea quidem hercle certè in dubio eſt vita.

Quidem profectó.Cic.ad Atticum,lib.6.116.1,Nunc quidem profectò Romæ es. Et ad Q.fratrẽ,li.1.1.44,Nunc quidẽ profecto. Et ad Atticum libro 10.195.14,Hoc quidem eſt verum profectó.

Quidnam/Interrogatiuum.Terent.Phorm.1.4.6,Quidnã ille commotus venit? Idem Eunucho,5.8.6,Hunc ego nũquam videram: & iam hic quidnam properans proſilit? Cic.3.Tuſc. 95,Quidnam dici poteſt quamobrem,&c.

Quidnam,ſine interrogatione, pro Quid. Terent. Eunuc.5. 4.1,Reuiſo quidnam Chærea hic rerum gerat. Cic.Attico,lib. 14.318.6,Quæris vt ſuſcipiam cogitationem,quidnã iſtis agendum putem.

Quidni/Confirmandi aduerbium,Cur non?Terent.Eun.2.3.36, Patris cognatum atque æqualem Archidemidem

Noſtin'? r. quidni? Idem Heaut.4.3.12,Nam quo ore appellabo patrẽ? tenes quid dicã.1.quidni? Idẽ Eunuc.3.1.28, -papæ, Ingularas hominem.quid ille? T. mutus illico. C. quidni eſſet? Plaut.Pſeud.14.15, Quidni ego te contemnam ſtratiotícus homo qui cluear? Cic.2.Offic.111,Laudat Africanum Panætius, quòd fuerit abſtinens.quidni laudet?ſed in illo alia maiora.

Quid ego ni?Plaut.Amphit.4.180,Tu negas me eſſe? M.quid ego ni negem,qui egomet ſciam?pro Quidni ego negem.

Quidpiam/cuiuſpiam,Aliquantulum. Terent.And.2.6.7, Num illi moleſtæ quidpiam hæ ſunt nuptiæ? Quidam ſcribũt Quippiam.

Quidque/cuiuſque. Colu.li.12.ca.7,Tum ſuo quidque vaſe cõditur. Cic.6 Ver.31,Ede mihi ſcriptũ quid argenti in prouincia Sicilia pararis,vnde quidq; aut quãti emeris. Quintil.li.2.ca.2. Qui in ſua quidque arte optime faciant.Vide **Quicque.**

Quidquid/Vide **Quicquid.**

Quidum/Vide **Qui.**

Quies/quiẽtis,penul.prod.Subſtantiuum,fœm.gen.Ceſſatio à quocúque opere:vnde etiam pro ſomno ſumitur.

Poteſt facere genitiuum quietis, & quiei quintæ declinationis.Vnde & requies,requiem & requietem accuſatiuum facit.

In quiete,& ſecundum quietem. Saluſt.li.1. Hiſt.Et in quiete nomine hiſtrionis vix ſanè Burbuleum appellabat. Cic.1.de Diuin.78,Quæ ei ſecũdum quietem viſa ſunt. Ibidem,94,Ei viſum in quiete egregia facie iuuenem,&c. Silius lib.13.11, -medios inter ſomnos,altámque quietem.

Cura quietis.Ouid.3.Metam.88.

¶ Quies,Requies,tranquillitas, laxamẽtum,otium, vacatio, ceſſatio,remiſſio,finis.

Quies & trãquillitas.Cic.1.de Oratore,3. Qui locus quietis & tranquillitatis pleniſſimus fore videbatur. Idem pro Deiotaro,17,Omnem trãquillitatem & quietem ſenectutis acceptam refert clementiæ tuæ.

Mors,laborum aut miſeriarum quies.Cic. 4.in Catil.79.

Nec eũ labor ad quietẽ reuocauit. Cic.pro Lege Manil.18.

Quies & remiſſio.Cic.pro Cælio,31,Quem non quies,nõ remiſſio,non æqualitũ ſtudia,non ludi, non conuiuia delectarẽt.

Animi quies.Ouid.4.de Ponto,eleg.2.19.

Omnibus vna quies operum.Virg.4.Georg.37.

¶ Quies doctrinarum,Quieta literarum vacatio. Plin.lib.18. cap.18.14,Qui paupertatem & quietem doctrinarũ ei ſciebant in primis cordi eſſe.

¶ Quies,Pax. Plinius li.15.ca.30.5,Ipſa laurus pacifera, vt quã prætendi etiam inter armatos hoſtes quietis ſit indicium.

¶ Quies,Tranquillitas,ſerenitas aeris vel clementia. Virg.1. Georgic.69.

Si non tanta quies iret frigúſque caloremque
Inter,& excipere cæli indulgentia terras.

¶ Quies,Otium.Virgil.9.Æneid.36,

Aut pugnam,aut aliquid iandudum inuadere magnum
Mens agitat mihi:nec placida contenta quiete eſt.Seruius.

Vobis parta quies,nullũ maris æquor arandũ.Virg.3.Æn.99.

Portus æterna placidus quiete.Senec.Agamemn.7.1.

¶ Quies & Vigilia,opponũtur.Quintil.li.7.ca.3. Refert enim conuiuũ præceſſerit an triſtitia,labor an otiũ,vigilia an quies.

Aduerſa quies.Silius lib.15.152.

Amica quies,Vide **Amicus.**

Blanda quies.Stat.2.Sylu.2.28.

Dura quies,Mors.Virg.10.Æneid.149.

Olli dura quies oculos,& ferreus vrget
Somnus,in æternam clauduntur lumina noctem.

Fremebunda quies.Stat.5.Thebaid.49.

-quis nam ſtrepitus:quæ murmura noctis?

Cur fremebunda quies?

Grata quies.Horat.1.epiſt.18.2.

Impacata quies.Claud.1.in Ruffinum,15.

Imperioſa quies.Claud.8. Paneg.48.

-peragit tranquilla poteſtas
Quod violenta nequit:mandataque fortius vrget
Imperioſa quies.

Infeſta miſeris quies.Lucret.lib.5.197.

Inſidioſa quies.Stat.1.Sylu.4.11.

Mira quies pelagi.Stat.2.Sylu.2.6.

Modica quies,Vide **Modus.**

Nocturna quies.Senec.Hippol.2.4.

Obſcura quies.Senec. Hippol.11.1.

Opaca quies.Stat.10.Thebaid.18. Idem 3.Sylu.5.4.

Præſaga quies.Stat.10.Thebaid.64.

Secura quies,& neſcia fallere vita.Virg.2.Georg.94.

Segnis quies.Silius lib.3.34.

Summa quies.Lucret.lib.2.65.

Tranquilla quies.Lucan.lib.1.52.

Tremefacta quies.Stat.1.Achilleid.52.

Et nunquam turbata quies.Stat.3.Sylu.5.18.

Veſana quies.Lucan.lib.7.155.

¶ Quietes,Cubilia.Lucret.lib.1.82,

Nanque canes vt montiuagæ perſæpe feræ,
Naribus inueniunt intectas fronde quietes.

¶ Abrupta quies,Vide **Abrumpo.**

Capere quietem,Vide **Capio.**

Procubuit,ſeràmq; dedit per mẽbra quietẽ. Virg.8.Æne.6.

Cura non dat quietem membris.Virg.10.Æneid 43.

Dare parua tempora quieti.Ouid.3.Amor.eleg.5.2.

Datur hora quieti.Virg.5.Æneid.169.

Imus ad quietem integri, cui Onuſti cibo, opponitur. Cic.1. de Diu.107,Quæ quidẽ multo plura euenirent,ſi ad quietẽ integri iremus:nunc onuſti cibo & vino,perturbata & cõfuſa cernimus. De ſomniis.

Excutitur terrore quies.Ouid.4.Faſt.184.

Expellere quietem.Silius lib.15.108. Ouid.8.Meta.167,

Vt verò eſt expulſa quies,fuit ardor edendi.

Fugit pigra quies,inérſque ſomnus.Stat.lib.1.Sylu.6.19.

Impetrare ſtudiis quietem.Quintil.in Proœm.lib.1.1.

Placidam quietem per membra irrigat.Virg.1.Æneid.140.

Irrorat quietem oculis ſomnus.Silius lib.10.71.

Vix primos inopina quies laxauerat artus.Virg.5.Æneid.171.

Placidâ laxarant membra quiete. Virg.5.Æneid.167. & 9.48.

Dulci quiete membra leuare.Ouid.1.de Remed.amor.42.

Mandare corpus quieti.Lucret.lib.4.171.

Mitigare febrem quiete & abſtinentia. Quintil.lib.2.ca.17.7.

Pati quietem.Claud.2.in Ruffinum,2,

-neque enim patiuntur ſæua quietem Crimina. Saluſt.in Iugurtha,Ac multi vulneribus acceptis neque fugere poſſe,neque quietem pati:niti modò,ac ſtatim concidere.

Ac velut in ſomnis oculos vbi liquida preſſit Nocte quies. Virg.11.Æneid.182.

Dulcis & alta quies preſſit iacentem.Virg.6.Æneid.105.

Reddere ſe quieti.Seneca Hippol.4.3.

Reuineri quiete.Quintil.lib.1.cap.3.5.

Rupta quies populis.Lucan.lib.1.48.

Vina quies ſequitur.Ouid.1.Faſt.61.

Sopitus quiete.Lucret.lib.3.111.

E molli quiete ſuſcitare.Catull.epigr.75.1.

Tradere ſe quieti,Quieſcere.Cic.1.de Diuin.108,At qui ſalubri & moderato cultu atq; victu quieti ſe tradiderit,ea parte,&c.

Turbare quietem alicuius.Propert.lib.1.eleg.3.4.

¶ Quietes in plurali. Saluſt. Nanq; animus impurus diis hominibuſque infeſtus,neque vigiliis,neque quietibus ſedari poterat. Cic.2.Offic.145,loco vti illo quidem licet,ſed ſicut ſomno & quietibus cæteris.

Quieſco,quieſcis,quiẽui,quiẽtũ,pen.pro.**quieſcere,** In otio eſſe, vacare à labore,cura,officio,negotio.vnde etiam pro Dormire ſumitur. Cic.pro Roſc.Amer.29,Propterea quòd qui tantum facinus commiſerunt,non modò ſine cura quieſcere, ſed ne ſpirare quidẽ ſine metu poſſunt. Idem 6.Verr.17,Eò quum venio,Prætor quieſcebat. Virg.10.eclog.7,

-ô mihi tũ quàm molliter oſſa quieſcant,
Veſtra meos olim ſi fiſtula dicat amores.

Inſœlix, tota quicunq; quieſcere nocte Suſtinet.Ouid.2.Amorum,elegia 9.8.

Bene placidéque quieſcas.Tibull.lib.2.eleg.4.10.

Pulueris exigui iactu compreſſa quieſcent.Virg.4.Georg.18. De certaminibus apum.

Placidáque ibi demum morte quieuit. Virg. 9. Æneid. 90.
Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam. Virg. 5. Æn. 75.
Conticuit tandem, factóque hic fine quieuit. Virg. 4. Æn. 144.
¶ Quiescere dicitur, qui non est insolens & inquietus. Terent. in Prologo And. 12,
Deinde vt quiscant porrò moneo, & desinant
Maledicere. Liu. 10. bel. Pun. 61, Nec quieuisse, donec ipsa manibus suis nefaria sibi arma aduersus hospitem atque amicum induerit.
Quiescere, Abstinere, & supersedere. Cic. pro Plancio, 74, An si vnquam in me vitæ cupiditas fuisset, ego mense Decembri mei Consulatus omnium parricidarum tela commossem, quæ si viginti quiessem dies, in aliorum iugulum Consulum recidissent? Gellius lib. 1. cap. 28, Statuere atque edicere quiescebant. Id est, abstinebant, & supersedebant.
¶ Quiescas, vel quiesce: Hoc est sine, vel desine. Terent. And. 3. 4. 19, -corrigere mihi gnatum porrò enitere.
D. Faciam hercle sedulò. 1. potes nunc, dū animus irritatus est.
D. Quiescas. Idem Heaut. 4. 3. 12, -ô Iuppiter. 1. quiesce.
C. Antiphila mea nubet mihi. 1. sicine mihi interloqueret? Plaut. Mostel. 16. 51, Quin tu si sapis, quiesce hanc rem modò petere. Cic. 3. Verr. 95, Iste Rabonium quiescere iubet, & simul ei nónullam spem societatis ostendit.
Quiesce tu, cuius pater cubito se emungere solebat. Author ad Herenn. lib. 4. 339.
Quiescere per aliquem. Cic. Planco, lib. 10. 1. 1, Et absui profiscens in Græciam, & postea quàm de meo cursu Reipub. sum voce reuocatus, nunquam per M. Antonium quietus fui. Quasi dicat, semper aduersatus est mihi, & persequutus est me.
¶ Alta quierunt Æquora. Virgil. 7. Æneid. 2.
Æquora sæua quierant. Virgil. 4. Æneid. 105.
Arma quierunt. Silius lib. 7. 51.
Bella quierunt. Ouid. ad Pisonem, 6.
Postquam collapsi cineres, & flamma quieuit. Virgilius 6. Æneid. 46.
Mens & corpus sopita quiescunt. Lucret. li. 3. 188.
Pascitur in vitiis liuor, post fata quiescit. Ouid. 1. Amo. ele. 15. 8
Opus quieuit tuis humeris. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 11.
Potentia in hoc solo genere quiescit. Cic. pro Cecinna, 52.
Voces hominum quiescebant. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 6.
¶ Quiescas cætera: actiuum. Plaut. Milit. 11. 53,
-potin' vt hominem
Mihi des: quiescas cætera. Quasi dicat, Ne de cæteris sis solicitus, Sine ea. Idem, Quiesce istam rem: ego certè videro.
Quiesce hunc tumultum qui est ante ostium. Plaut. Mostel.
¶ Quiescere, Permittere, sinere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 118. 8, Aut si per Trib. pleb. non patiatur, tamen quiescat rem adduci ad interregnum.
¶ Quieści, Impersonale. Terent. And. 4. 2. 8, Quibus quidem quàm facilè poterat quiesci, si hic esset.

Quiētus, pen. prod. Participium, siue Nomen ex participio. Plautus Amphit. 4. 17.
Noctésque diésque assiduò satis superque est
Quo facto aut dicto adest opus, quietus ne sis.
Quietus esto. Terent. Phorm. 4. 5. 1, Quietus esto inquam: ego curabo, nequid verborum duint. Vbi Donatus, Quietus, securus: ab eo quod præcedit, id quod sequitur.
Quietus esto de. Plautus Curc. 10. 6, Meminero: de isto quietus esto.
Quietum aliquem reddere, Efficere vt quietè & securè viuat. Terentius Eunucho, 2. 2. 46,
Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam,
Ne sursum, deorsum cursites, néve vsque ad lucem vigiles.
¶ Æquor quietius. Horat. Epod. 10. 3.
Aer quietus. Virgil. 5. Æneid. 44, -mox aere lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neque commouet alas
Amnes quietos irritat diluuies. Horat. 3. Carm. ode 29. 9.
Animus quietus. Virg. 1. Æneid. 61, -in primis regina quietū
Accipit in Teucros animū, mentéque benignā. Ou. 4. Fast. 131.
Solutus & quietus animus. Cicero pro Rosc. Comœdo, 15, Hoc ego loco, soluto & quieto sum animo: & quorsum recidat respōsum tuum, non magnopere laboro.
Quieto animo viuere. Cicero 1. Tusc. 3, Nā qui id quod vitari non potest, metuit, is viuere animo quieto nullo modo potest.
Annus quietus. Liuius 1. ab Vrbe, 79, Bellum indictum, tacitè inducīæ quietum annum tenuere.
Cælestium dies quieti. Cic. 2. de Legib. 86.
Larus ensē quieto Secerum. Stat. 1. Syl. 1. 9.
Exilium quietus oro. Ouid. 2. Trist. 115.
Gentes agitare quietas. Virgil. 10. Æneid. 15.
Homo quietissimus. Cicero 6. Verr. 36, Primò mirum omnibus videri Diodorum reum hominem quietissimum, &c. Ibidem 4. 115, Homines quietissimi.
Inane quietum. Lucret. lib. 1. 48.
Mente quieta consistere. Cic. 2. de Diuinat. 111.
Nox quieta. Valer. 6. Argon. 31.
Officio quieto fungi. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 4.
Ossa quieta precor tuta requiescite in vrna. Ouidius 3. Amorum, eleg. 8. 14.
Pax quieta. Senec. Thyeste, 7. 5.
Regnum quietum. Horat. 1. Carm. ode 12. 7.
Quieta Respublica, & Turbata, contraria. Cic. 2. in Catil. 39.
Sedes quietæ. Virgil. 1. Æneid. 41.
Sermo quietus & remissus. Cic. de Senect. 15.
Somni quieti. Senec. Herc. furente, 10. 3.
Traducere vitam quietam & otiosam. Cic. de Senect. 74.
Vrbs quieta, & immunis belli. Virgil. 12. Æneid. 111.

Quietūrus, pen. prod. Participiū. Cic. 2. de Orat. 117, Videmur enim quieturi fuisse, nisi essemus lacessiti.

Quiētè, pen. prod. Aduerbium. Cic. 1. de Finib. 80, Qua qui vtantur, beneuolentiam sibi conciliant: & (quod aptissimum est ad quietè viuendum) charitatem. Idem de Senectute, 11, Quietè, & pure, & eleganter actæ ætatis placida ac lenis senectus.
Quietissimè se recipere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 87, Nostri complu ribus interfectis, quinque omnino suorum amissis, quietissimè se receperunt.

Quilibet/pen. corr. cuiúlibet, Vnus quem tibi capere libet. Horatius 1. Ser. saty. 2. 26, Ilia & Ægeria est, do nomē quodlibet illi. Id est, quodcunque placet, non tamen omne nomen. Idem in Arte, 2, -pictoribus atque poetis
Quidlibet audēdi semper fuit æqua potestas. Ouid. 1. de Arte, 89, Pollicitis diues quilibet esse potest. Sueton. in Tiberio, Nū cessauit efflagitare aliquē cuiuslibet ordinis custodē factis atque dictis suis. Iust. in. de Hæred. instit. Si plures conditiones in institutionibus scriptæ sunt, si quidem coniunctim, vt puta si illud & illud factum fuerit, omnibus parendum. Si separatim, veluti si illud aut illud factum erit, cuilibet conditioni obtemperare satis est. Quintilianus lib. 5. cap. 10, Periculosum & cū cura intuendum genus, quia si in præponendo vnum quodlibet omiserimus, &c. Cic. pro Rosc. Amer. 5, Si aut causa criminis, aut facti suspicio, aut quælibet denique vel minima res reperietur. Idem 4. Acad. 138, Ad vos nūc refero quem sequar: modò nequis illud tam ineruditum absurdúmque respōdeat, quemlibet modo aliquem.
Indutus quilibet. Horat. 1. epist. 28. 6.
Garrire quidlibet. Horat. 1. Serm. saty. 9. 3.
Arti cuilibet idoneus. Horat. 1. epist. 2. 2.
Quibuslibet temporibus egregius Senatus. Liu. 2. ab Vrbe, 115.
Quolibet modo. Plin. lib. 11. ca. 54. 2, Minui quod grauat, quolibet modo vtilius.
¶ Quidlibet, pro Vili & obscuro, aut etiā imperito. Plin. lib. 7. ca. 28. 4, Bis ab Annibale captus: neque enim cum quolibet hoste res fuit.
Peritus & Quilibet, veluti contraria. Cic. 2. de Diuin. 109, Apud maiores adhibebatur peritus, nunc quilibet.

Quimatus/huius quimátus, pen. pro. vt Bimatus, & trimatus: hoc est tempus vel spatium quinque annorum. Plin. lib. 8. cap. 45. 3, Vita fœminis x v annis longissima, maribus x x: robur in quimatu. De bobus.

Quin/ Aduerbiū, varia significat, variúsque est eius vsus, vt docet Donatus in Terentium.
Quin, Quòd non. Terent. Heaut. 1. 1. 16,
Nunquam tam mane egredior, neque tam vesperi
Domum reuertor, quin te in fundo conspicer. Fodere. Idem Adelphis, 5. 4. 2,
Nunquam ita quisquam bene subducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vsus semper aliquid adportet noui. Plaut. Amphit. 4. 85, Nec recedit loco quin statim rem gerat.
Quin, pro Quòd. Cic. Nō dubito quin eo sis animo, quo ego essem si quid tu me rogares. Teren. And. 1. 1. 1, Non dubiū est quin vxorem nolit filius.
Non dubitare quin. Cic. pro Domo sua, 54, Non quòd dubitaret quin ab isto nihil legibus, nihil religionibus, nihil iure esset actum. Idē ad Atticum, lib. 5. 98. 5, Non enim dubitabat Zeno quin ab Areopagitis inuito Memmio impetrari nō p̄. Tet. Eidem, lib. 6. 115. 5, Non dubitabat quin ei crederemus. Idem pro Sylla, 3, Non dubitasse quin innocentem P. Syllam defenderet. Idē Cn. Magno in Epist. ad Atticū, lib. 8. 117. 4, Sin omnia in vnū locū contrahenda sunt, non dubito quin ad te statim veniam.
Nihil, vel parum abest quin. Cic. ad Atticum, lib. 11. 113. 5, Pror-

ſus nihil abeſt quin ſim miſerrimus. Idem in Orat.138, Abeſſe non poteſt quin eiuſdē hominis ſit, probos improbare qui improbos probet. Idem ad Atticū,lib.9.180.10, Aberit non longè quin hoc à me deceṁi velit.

Facere non poſſum quin.Cic.ad Atticum,lib.11.245.1, Tamen facere nō poſſum quin cotidie ad te mittā. Idem pro QVIN dixit VT NON, vt ad Atticum,lib.8.166.1, Vt ad te nihil dē literarum,facere non poſſum. Et 2.de Lege agrar.11, Neque enim vllo modo facere poſſum, vt cum,&c.non & in hoc magiſtratu, & in omni vita eſſem popularis.

Non poſſum quin exclamem. Cic.2. de Orat.11. Ibidem,36, De muliebris rebus non poterit, quin dicat hoc onere ſuſcepto, recuſare.

Nemo eſſet quin hoc ſe audiſſe liquidò diceret. Cic.5. Verr. 116. Cecinna Ciceroni, lib. 6.7.3. Nemo noſtrū eſt quin vota victoriæ ſuæ fecerit.

Nullum intermiſi diem quin,&c. Cic.ad Atticum,lib.7.134.1. Vt nequis à me dies intermittatur, quin dem ad te literas. Cicero ad Atticum,lib.8.160.2.

Nego vllam gemmā aut margaritam fuiſſe, &c. quin quæſierit,inſpexerit,abſtulerit. Cic.6.Verr.1.

Dies ferè nullus eſt quin hic Satyrus domum meam vētitet Cic.ad Atticum,lib.1.1.7.

Cauſæ nihil eſſet, quin ſecus iudicaret. Cic.pro Quintio,17.

¶ Quin,admirationē. Terent.Adelph.2.3.9, -feſtiuum caput, Quin omnia ſibi poſt putarit eſſe præ meo commodo? Legendum eſt qui,ſine liquida.

¶ Quin,Certè,profectò. Plaut.Amphit.8.71,
-at pol quin certa res
Hanc eſt obiurgare. Ibidem,141, Ædepol quin facto eſt opus. Idem Menæch.9.68, Hercle quin tu rectè dicis.

¶ Quin,Corripiendi vel imperandi vim habet. Terent.Phor. 3.2.1, Dorio audi obſecro.D. non audio.P. parumper. D. quin omitte me. Idem And.1.6.18, Quidnā eſt. D. puerile eſt.S. quid eſt.D. nihil.S. quin dic quid eſt.

Quin age, ſiquid habes. Virg.eclog.3.11. Et 4.Georg.65.

¶ Quin,Cur non,interrogatiuè ſumitur. Terent.Phor.1.4.35, Quid conterimus operā fruſtra? quin abeā? Cic.in Somnio,9, Quin tu aſpicias ad te venientem Paulum patrem? Ibidē,10, Quid moror in terris? quin huc ad vos venire propero? Idem Trebatio, lib.7.8.4, Quin tu vrges occaſionem iſtam? Et pro Rabirio perduel.reo,11, Quin continetis vocem iudicem ſtultitiæ veſtræ? Item Attico,lib.4.86.1, Quin tu huc aduolas,& inuiſis illius noſtræ Reipub.germanæ.

Quin potius pacē æternam, pactóſque hymenæos Exercemus. Virgil.4. Æneid.10.

¶ Quin ergo. Saluſt.in Iugurtha, Quin ergo,quod iuuat,quod charum æſtumant,id ſemper faciant,ament,potent.

¶ Quin,Etiam. Terent.Heaut.3.3.11,
Syre,pudet me.S. credo:neque id iniuria:
Quin mihi moleſtum eſt.

¶ Quin,Imó. Terent.Heaut.4.3.13,
Quid dicam:quam cauſam afferam? S. quin nolo mentiare:
Apertè ita vt res ſeſe habet,narrato. Idem Eunuc.2.1.6,
Ego quoque vnà pereo,quod mihi eſt charius:
Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. P. minimè? quin effectum dabo. Ibidem,5.2.63,
Non faciam Pythias. P. non pol credo Chærea,
Niſi ſi commiſſum non erit. C. quin Pythias
Tu me ſeruato. Idem Heaut.4.4.15,
Mane mane,quò mittis iſtanc quæſo?
Iube maneat. B A. abi.S. quin eſt paratum argentum. B A. quin ego maneo. Idem Eunuc.4.7.41, Quid nunc agimus? C. quin redeamus. Plaut.Menæh.15.13,
Neque pol te defrudandi cauſa poſco:quin tibi dico,
Vxorem reſciniſſe.

¶ Quin,Quin imò. Terent.Adelph.4.2.5,
Syre.S.quid aut.C me quæritis.verum.C. perii.S.quin tu animo bono es. Virgilius 1.Æneid.57, -quin aſpera Iuno,
Quæ mare nunc,terraſque metu,cælumque fatigat,
Contilia in melius referet. Plaut.Cap.19.20,
-adduxtin' illum huius captiuum filium?
P H. Quin inquam intus hic eſt.

Quin potius. Plaut.Caſina,3.10,
Quin potius quod legatum eſt tibi negotium,
Id cures,atque vrbanis rebus te abſtines? Plin.epiſt.57.b, Quin potius illud adnota,quæ putaueris corrigenda.

¶ Quin,Quamobrem. Plaut.Epid.10.19, -hic non eſt locus: Quin tu aliũm quæras,cui centones farcias. Terent. And.1.1. 18,Sed mihi moleſtum eſt:nam iſtæc commemoratio,

Quaſi exprobratio eſt immemoris beneficī.
Quin tu vno verbo dic:quid eſt,quòd me velis.

¶ Quin,Quare non,vel vt non. Terent. Adelph.1.2.39, Nunquid vis quin abeam? Plaut.Ciſtel.2.108, Nunquid me vis mater,intrò quin eam? Donatus.

¶ Quin,Qui non,quæ non. Terent.Hecyra,2.1.43,
Et merito adeò: nam veſtrarum nulla eſt,quin gnatum velit
Ducere vxorem. Plaut. Bacchid.5.101, Nullus eſt Epheſi, quin ſciat. Idem Amphit.17.1, Neque vlla eſt confidentia iā in corde quin amiſerim. Quintil.lib.7. cap.1, Quis tam imperitus, quis tam procul à literis,quin ſic incipiat? Cic.7.Verr.46, Hic mihi etiam audebit mentionē facere Mamertinæ laudationis: in qua quàm multa ſint vulnera, quis eſt veſtrum Iudices quin intelligat? Ibidē, 57, Tamen in tanto conuentu nemo erat quin rationem numerumque haberet. Rurſus ibidem,109, Nemo Libyæ fuit quin viderit,nemo in Sicilia quin audierit.

¶ Quin,Quin etiam,inſuper,præter id. Plaut.Aulul.9.33,
Famem hercle vtendam ſi roges,nunquam dabit:
Quin ipſi pridem tonſor vngues dempſerat,
Collegit,omnia abſtulit præſegmina.

¶ Quin,Quominus. Terent.Eunuc.5.2.3,
Apud Antiphonem vterque,mater & pater,
Quaſi dedita opera domi erant,vt nullo modo
Introire poſſem,quin viderent me. Idem Hecyra,1.1.51,
Vſque illud viſum eſt Pamphilo nouitiquam graue,
Donec iam in ipſis nuptiis,poſtquam videt
Paratas,nec moram vllam,quin ducat, dari. Cic. Non idcirco cauſas Iſocrates non defendit quin id vtile eſſe & honeſtum exiſtimaret.

¶ Quin taces? Correptio eſt ſilentium præcipientis, & timorem alicui adimentis,id eſt Eſto ſecurus.nā tacere, ſecuri eſt. Terēt.And.1.3.15, -vide quò me inducas.D.quin taces? P.Dicā.

Quinarius/Adiectiuum, dicitur quod quinque complectitur. Plin.lib.31.cap.6.2, Fiſtulas denūm pedum longitudinis eſſe, legitimum eſt. Et ſi quinariæ erunt,ſexagena pondo pendere.

Quinarius argenteus, quinque libris æris, id eſt aſſibus quinque valebat,hoc eſt denarii dimidium. Budæus.

Quincentum/pro Quingentum dixere veteres, authore Feſto.

Quincunx/quincuncis, Subſtantiuum,m.ge. Quinque vncīæ.
Vncia remota de quincunce. Horat.de Arte,66.

¶ In quincuncē arbores diſpoſitæ cur dicātur, facilè ex Quintiliano intelligimus, apud quem hæc verba,lib.8.cap.3,legūtur, Nulluſne ergo etiam fructiferis adhibendus decor? quis negat? nam & in ordinem certāq; interualla redigā eas arbores. Quid enim illo quincunce ſpecioſius, qui in quācunque partem ſpectaueris,rectus eſt? Sed protinus in id quoque prodeſt, vt terræ ſuccum æqualiter trahant. Cic.de Senectute,55, Quum admiraretur Lyſander & proceritates arborum, & directos in quincuncem ordines,& humum ſubactam, atque puram,& ſuauitatem odorum qui afflarentur è floribus, tum eum dixiſſe mirari ſe non modò diligentiam,ſed etiam ſolertiā eius. Colum.lib. 3.ca.15.1, Hæc in quincuncem vinearum metatio expeditiſſima ratione conficitur. Fortaſſe autē antiqui ſic quincuncem appellauerunt exactam plantarum metationem: vt decuſſem,exactam ſpatii diuiſionem. Hactenus Budæus. Cæſar 7.bel.Gall. 191, Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem diſpoſitis ſtrobes trium in altitudinē pedum ſodiebantur. Colum.lib.3.cap. 13.3, Nonnulli tamē omnem vitem per denos pedes in quincūcem diſponunt. Varro 1.de Re ruſt.cap.7.1, In quincuncem prope ſint ordines atque interualla modica. Bayſius, Arborum ordines dicuntur in quincuncē digeſti,quando ſecundi ordinis arbores paribus interuallis ſic diſponūtur, vt figuram quincuncialem ſeruare ad inuicem videantur.

¶ Quincunx,menſuræ genus paulum ſupra dimidiam heminam continens. Mart.lib.1.111,
Heſterna tibi nocte diximus
Quincunces puto poſt decem peractos. Idem lib.2.1,
Te conuiua leget miſto quincunce,ſed antè
Incipiat poſitus quàm tepuiſſe calix.

¶ Quincunces vſuræ, ſunt quoties ex centum nummis(vt exempli gratia ſit) quinque nummos vſuræ nomine percipimus. Sic Semiſſes vſuræ, trientes, beſſes,& huiuſmodi.

Modeſto quincunce nutrire nummos. Perſius Saty.5.15,
Quid petit vt numi,quos hic quincunce modeſto
Nutneras,peragant auidos ſudare deuncis?

Quincunciālis,& hoc quincunciāle,penul.prod. vt Quincuntialis herba,quæ minor eſt ſemipede,& ſeptenūm ferme digitorum. Plin. lib.27. cap.11.5, Inter omnes herbas lithoſpermo nihil eſt mirabilius: Aliqui ægonychon vocant, alii dioſpyron: alii hercleos. Herba quincuncialis ferè, foliis duplo maioribus quàm

rutæ. Et paulò pòst, Iacére eam, atque humi serpere authores tradunt. Budæus.

Quincuplex/pen.corr.quincúplicis,pen.cor.om.g. vt Duplex dicitur.Mart.lib.14.4,Cæde iuuencorũ domini calet area fœlix,
Quincuplici cæra quum datur almus honor. Quincuplices cæras vocat tabellas in quibus res amatoriæ scribebantur. Ab eodem triplices dicuntur.Sipontinus.

Quindecim/pen.corr.Numerale nomen indeclinabile.Plaut. Pseud.5.111,Et iam quindecim habeo minas.
Virorum quindecim preces.Horat.in Carm.seculari,14.

Quindécies,Aduerb.Quindecim vicibus.Cic.4.Verr.43,At illa ille v. millia hæreditaria, accessit ipsius antiqua illis quindecies pecunia. Plin.lib.7.cap.48.6, Hæc quidem etiam enixa quindecies. Mart.li.7.9,Dicere quindecies poterã,quid pertinet ad ter

Quindecimvir,nomen magistratus apud Romanos.Plin.lib.7.ca.43.5,Q.Metellus in ea oratione quam habuit supremis laudibus patris sui L.Metelli, Pontificis,bis Consulis, Dictatoris,Magistri equitum,Quindecimviri agris dandis,&c. Idem lib.18.cap.1.3, Cuius sacri precationẽ, qua solet præire Quindecimvirũ collegii magister,siquis legat,profectò vim carminum fateatur.

Quindènus,pen.prod.Adiectiuum, Idem significat quod quindecim.Liu.5.bel.Maced.157, Quindena ingera agri data in singulos pedites sunt,&c. Quidam legunt,quina dena.

Quinetiam/Coniunctio copulatiua, qua nectimus quæ coniuncta significare volumus.Plau.Capt.6.40,
Quid tu ais? tenáxne pater est eiusmi. imò ædepol pertinax: Quinetiã vt magis noscas, genio vbi suo quando sacrificat,&c. Cic.de Amicitia,53,Quoniam enim modo quisquam amicus esse poterit, cui se putabit inimicũ esse posse? quinetiã necesse erit cupere & optare vt quamsæpissime peccet amicus. Ibidẽ,73, Quinetiam si quis asperitate ea est & immanitate naturæ, congressus vt hominũ fugiat atque oderit. Sic 5.de Fin.55. Item 1. Acad.37.& 6.Verr.91. Et Attico,lib.5.93.1,Eoque magis,quòd ei gratũ esse id videbã. Quinetiã à me petierit, vt secum,& apud se essem quotidie.Vetustiora exemplaria legunt,Qui etiam.
Quinetiam cæli regionẽ in cortice signant.Virg.1.Georg.54.
Quinetiam insuper.Terent.Eunucho,4.3.3.
Quinetiam insuper scelus postquam ludificatus est virginem, Vestem omnem miserè discidit.

Quingenti/quingentæ,quingenta: vt Quingenti milites: hoc est,quinquies centum. Cicero ad Atticum, lib.16.335.1,Nec mirum,quingentos denarios dat. Eidem,lib.4.71.8,Tusculanam villam quingentis millibus, Formianum iis ducentis quinquaginta millibus.
Quingentis empto drachmis deprẽderis.Horat.1.Ser.sat.7.9.
Hinc quoque quingentos in se Mezentius armat. Virgilius 10.Æneid.41.

Quingentésimus,pen.corr.Adiectiuum.Plin.lib.15.cap.1.1, Anno vrbis quingentesimo quinto.

Quingenties,Aduerbium. Cic.4.Verr.65, Ob eam rem iis quingenties Veneri Erycinæ de Sthenii bonis exacturum. Plin.lib. 6.cap.23.11,Digna res,nullo anno Imperii nostri minus iis quingenties exhauriente India,& merces remittente,quæ apud nos centuplicato væneant.

Quingéni,quingénæ,quingêna,pe.prod. Idem quod quingenti. Cic.ad Atticum, lib.4.84.7, Apud eum iis quingena deposuerunt,vt qui à Catone damnatus esset,id perderet. Colum.lib. 5.cap.1.9,Horum pars dimidia quingeni.
Quingeni,pro Singulis quingenti.Sueton. in Cæsare,cap.38, Populo præter frumenti denos modios, ac totidẽm olei libras, trecenos quoque nummos quos pollicitus olim erat, viritim diuisit:& hoc amplius,centenos pro mora.Annuam etiam habitationem Romæ vsque ad bina millia nummũm,in Italia non vltra quingenos sestertios remisit.

Quingenárius,Adiect.Plin.lib.33.cap.11.6,Dispẽsator Hispaniæ Citerioris quingenariam lancem habuit, cui fabricandæ officina prius exædificata fuerat.Id est pondo quingentarum librarum.

Quinimo/pe.prod.Coniunctio, pro Imò verò,vel Imò etiam. Plaut. Cistell.5.39, Itaque Ops opulenta illius auia.M. quinimò mater quidem. Plin.epist.60.2,Filius decessit eximia pulchritudine,pari verecundia,& parentibus non minus ob alia charus quàm quòd filius erat.huic illa ita funus parauit, ita duxit exequias,vt ignoraret maritus. quinimò & quoties cubiculum eius intraret,viuere filium, atque etiam commodiorem esse simulabat. Idem epist.74.5, Præualuit sententia Cepionis. quinimò consurgenti ei ad censendum acclamatum est quod solet residentibus. Cic.ad Atticum, lib.1.8.5, Eius autem Collega & in me perhonorificus,& patrium studiosus ac defensor bonarum. quinimò leuiter inter se dissident: sed vereor ne hoc quod infectum est, serpat longius. Vetus codex legit,quin nũc leuiter.

Quinquaginta,indeclinabile.

Quinquágies,Aduerbium.Colum.lib.5.cap.1.9,Has duas summas in se multiplicato, quinquagies centeni fiunt quinque millia. Plin.lib. 7.cap.15.1,Idem signis collatis quinquagies dimicauit.
Quinquagies bis centena,quindecim,&c. Plin.lib.2.ca.108.1.
Quinquagies centena millia.Plin.lib.2.cap.108.3.

Quinquagẽnus, pen.prod.Adiectiuum,Idem quod quinquaginta. Plinius lib.3.cap.36.3, Viuunt quinquagenis annis, quidam & centenis. Idem lib. 9.cap.36.3, Quinquagenis diebus viuũt saliua sua. Et libro 15. cap.14.3, Iuba author est quinquagenũm cubitorum altitudine in Arabia esse eas. Cic.5.Verr.57, In singulos iis quinquagenis millibus damnari mauultis?

Quinquagésies,Aduerbium.Plautus Menæch.24.100,Vix credo to ta auctione capi & quinquagesies.Id est quinquaginta francos. Alii legendum putant quinquagies.

Quinquagenárius,Adiectiuum,Quod quinquaginta continet.Cato cap.13.1,Vrnam quinquagenariam vnam,sextarium olearium vnum. Sic cap.10.1.
Quinquagenarius grex,Hoc est quinquaginta capitum. Varro 2.de Re rust.cap.10.9,Ad equarũ gregem quinquagenarium bini homines.

Quinquagésimus,pen.corr.Aliud adiectiuum.
Quinquagesimas exigere, ea forma qua & Decumas exigere dicitur.Cic.5.Verr.05, Ab omnibus enim ternæ præterea quinquagesimæ exigebantur.
Quinquagesima liba,pro religione quadam apud veteres offerebantur.Martial.lib.10.24,
Natales mihi Martiæ Calendæ,
Lux formosior omnibus Calendis,
Qua mittunt mihi munus & puellæ
Quinquagesima liba,septimámque
Vestris addimus hanc focis acerram.

Quinquatria/Quinquatriorum,n.g.Ab eo quod Quinquatre, in singulari, sicut Bacchanale & Vulcanale.Festa erãt quæ quinque diebus Palladi fiebant. vt Ouidius lib.3. Fast.162, Scribitur ita appellata, quoniam quinque diebus post Idus celebrabantur. nam dies post Idus,ater erat. Inde Quinquatria,quasi quinque ab atro die.Primo die fiebant sacrificia:tribus sequentibus gladiatores in theatro certabant:quinto die erat lustratio.Vnde ait,
Vna dies media est,& fiunt sacra Mineruæ,
Nomina quæ à iunctis quinque diebus habent.
Sanguine prima vacat:nec fas concurrere ferro:
Causa,quòd est illo nata Minerua die.
Altera,tréque super strata celebrantur arena.
Ensibus exertis bellica læta dea est. Sunt qui dicant hunc diem munusculorum quoque esse, quo tempore matronæ inter se inuicẽ munera missitabant, & cœnas seruis apponebãt, vt viri Saturnalibus. Plaut.Milite,10.97,
-da quod dem Quinquatribus,
Percantatrici,collectrici,ariolæ,atq; aruspicæ. Iuue.Saty.10.11,
Eloquium ac famam Demosthenis,aut Ciceronis
Incipit optare,& totis Quinquatribus optat,
Quisquis adhuc vno partam colit asse Mineruam.
Festa Quinquatria.Horat.1.epist.1.40.
¶ Quinquatria, Quinquatrioru, Quinquatrib⁹ & Quinquatriis,tã tertiæ ꝙ secũdæ declinationis,sicut cætera festorũ nomina. Diomedes verò Quinquatræ in prima declinatione protulit. Cic.ad Atticũ,lib.9.181.18,Venit etiã ad me Matrius Quinquatribus. Idem ad Cornificium,lib.12.25.1,Quinquatrib⁹ frequenti Senatu causam tuam egi non inuita Minerua.

Quinquatrus etiam dicitur, sicut Triatrus,Sexatrus,Septimatrus, decimatrus. Iũgitúrque hæc particula ATRVS,nihil significãs, supplementi causa. Varro lib.1.de Ling.Lat.Quinquatrum diẽ vnum festum dicit, sic appellatum, quod erat post diem quintũ Idus Martii:sicut Sexatrus à Tusculanis vocatur dies post diem sextum,& septimatrus post diem septimum.
Dies vocata Quinquatrus. Ouid.6.Fast.139,
-superest mihi discere,dixi,
Cur sit Quinquatrus illa vocata dies.

Quinquátrus,huius Quinquátrus,penul.pro.pro ipsis Quinquátriis, antiquè. Cic.ad Atticũ,lib.9.181.1,Fuit enim pridie Quinquatrus egregia tempestas, qua ego illum vsum puto. Idem Cælio,libro 2.11.1, Ita tumultuosæ cõciones,ita molestæ Quinquatrus afferebantur. Plin.lib.18.cap.14.9,Verelinum,& auenam, & papaueri atque vti nunc etiam Transpadani seruant, vsque in Quinquatrus,fabam:siliginem Nouembri mense: far Septembri extremo vsque in Idus Octobris.
Minores Quinquatrus. Ouid.6.Fast.131,
Et iam Quinquatrus iubeor narrare minores. Hæc erant mensis Ianio.

Quinque, Nomen numerale.

Quinque ter implebat vinas, Quindecim. Ouid. 8. Metam. 151.

Quinquefolium, herba, à numero foliorum nomen habens, vnde etiam Græcis pentaphyllon dicitur. Plin. lib. 25. cap. 6. 2, Foliis per interualla quinquefolii, aut cannabis, per ambitū incisis quinquepartito. Ibidem, cap. 9. 7, Quinquefolium nulli ignotum est, quum etiam fraga gignendo commendetur. Græci vocant pentapetes, siue chamæzelon, siue pentaphyllon. Quum effoditur, rubram habet radicem. Hæc inarescens nigrescit, & angulosa fit. Nomen à numero foliorum habet: & ipsa herba incipit & desinit cum vite.

Quinquelibrālis, & hoc quinquelibrāle, pen. prod. Pondo quinque librarum. Colum. lib. 3. cap. 15. 4, Dispositis lapidibus paucis, qui singuli non excedant quinquelibrale pondus.

Quinquemestris, & hoc quinquemestre, Quinque menses natū. Varro 1. de Re rust. cap. 7. 9, Quinquemestribus pullis factis, quū redacti sunt in stabulum, obiiciendum, &c. Plin. lib. 8. cap. 48. 7, Castrari agnos nisi quinquemestres, præmaturum existimāt. Idem lib. 10. ca. 58. 2, Ipsi deinde pulli quinquemestres fœtificāt.

Quinquennis, & hoc quinquenne, Quinque annos natus. Plaut. Pœnulo, 1. 85, -duæ fuere filiæ,
Altera quinquennis, altera autem quadrimula. Plin. libro 17. cap. 11. 2, In arbustum quinquennes sub vrbe transferunt. Colum. lib. 7. cap. 6. 3, Caper quinquennis parum idoneus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 1, In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est.

Quinquēnes oleas est, & syluestria corna. Horat. 1. Ser. sat. 2. 11.
Vinum quinquenne. Horat. 1. Ser. sat. 8. 10.

Quinquennālis, & hoc quinquennāle, pen. prod. Quod fit singulis quinque annis. Cicero 3. de Oratore, 69, Ex quibus Helæus Hippias, quum Olympiam venisset, maxima illa quinquennali celebritate ludorum gloriatus est, &c.

Quinquennales ludi. Plin. lib. 4. cap. 5. 7.

Quinquennalis magistratus, Qui quinque annis cōtinuis geritur. Liu. 4. ab Vrbe, 101, Alios magistratus annuos esse: quinquennalem Censuram grauem esse.

Quinquennalia vota. Liu. 1. bel. Maced. 34, Vouit in eadē verba eo 1. præcūte maximo Pontifice: quibus ante quinquennalia vota suscipi solita erant: præter quàm quòd tanta pecunia quantam tum, quum solueretur, Senatus censuisset.

Quinquennium, quinquennii, Spatium quinque annorum. Cic. 3. de Legib. 12, Bini sunto, magistratum quinquennium habento. De Censoribus. Idem 5. Ver. 181, P. Seruilius quinquennium exercitui quum præesset, &c.

Duo quinquennia, Decem anni. Ouid. 11. Metam. 117.

In quinquennio, Vide In præpositionem.

Quinquepartitus, pen. prod. Adiect. Quod in quinque partes diuisum est. Cic. 1. de Inuent. 75, Quinquepartitam igitur hoc pacto putant esse argumentationem. Legitur etiam Quinquepertitā.

Quinquepartito, pen. prod. Aduerb. num. Plin. lib. 15. cap. 6. 3, Foliis per interualla quinquefolii, aut cannabis, per ambitum incisis quinquepartitò, nigris & ipsis, plumosisque.

Quinqueremis, huius quinqueremis, pe. prod. Nauis quinque remorum ordines habens. Plin. de Viris illust. 37, Rhegium regressus, quinqueremem hostium copiis pedestribus cepit, phalangem in Siciliā traduxit. Liu. 5. Decad. lib. 1. 30, Dc equites & decem quinqueremes naues si deducere ex naualibus veller. Sic 1. bel. Pun. 59. Cic. 1. de Oratore, 85, Illa verò deridenda arrogātia est, in minoribus nauigiis rudem esse se confiteri, quinqueremes autē, aut etiā maiores gubernare didicisse. Sic 6. Ver. 91, Certos homines in quinqueremi misisse, qui eos dētes reportarent. Idem 1. de Diuinat. 119.

Quinquevir, pen. corr. Quinquēviri, dicitur vt Triumvir. Cic. 4. Acad. 147, Nescio an ne Quinquevirum quidem quēquam, nisi sapientem. Idem 2. pro Lege agraria, 31, Toties legibus Agrariis curatores cōstituti sunt, Triumviri, Quinqueviri, Decemviri. Sic ad Atticum, lib. 2, 12. 5.

Scriba ex Quinqi viro coruū deludet hiātē. Hora. 1. Ser. sat. 5. 11.

Quinquevirātus, huius Quinquevirātus, pe. prod. Officiū vel magistratus Quinquevirorum. Cic. ad Atticum, li. 9. 17. 3, Repudiari se totum magis etiam quàm olim in Quinqueviratu putabit. Vetus codex legit, x x viratu. Idem de Prouinciis Consul. 33, Me ille vt Quinqueviratum acciperem, rogauit.

Quinquies, Aduerb. Quinqi vicibus. Cic. 3. Verr. 64, Quum ad us x x d quinquies redegisse cōstaret, vt Romā rediit, nullā literam pupillo, nullam matri eius, nullā tutoribus reddidit. Ibidem, 5. 193, Reperietis quinquies tāto Iudices, amplius istū, quàm quantum ei in cellam sumere licitum sit, ciuitatibus imperasse. Idē 11. Philipp. 297, At hic me defendente quinquies absolutus est.

Quinquies millies. Plin. lib. 2. cap. 23. 1.

Quinus, Adiectiuum. Cicero 5. Ver. 94, Nam quum à multis quaterna, etiam quina exigerentur, &c. Ibidem, 148, In medimna singula video ex literis publicis tibi Halesinos iis quinos denos dedisse. Plaut. Pseud. 5. 110, Quater quinis minis.

Quina millia peditum. Liu. 8. ab Vrbe, 42.

Quini deni. Curtius lib. 8, Menses in quinos denos descripserunt dies. De sapientibus Indorum.

Quini viceni nummi. Liu. 2. bel. Pun. 111.

Quinas hic capiti mercedes exigit. Horat. 1. Serm. saty. 2. 3.

Quintanus, & **Quintana** porta, Vide Qvintvs.

Qvintilianvs, pen. prod. rhetor, ortus in Hispania, in ciuitate Calaguritana, vt Eusebio placet. Ipse Quintilianus Hispanos prouinciales suos vocat. Eum dicunt Romam cum Galba venisse, breuique tempore postea in familiaritatem Domitiani principis venientem eius nepotes erudisse. Id quod ipse testatur in Proœmio lib. 4. Ludum Romæ aperuit, primúsque è fisco salarium tulit. Scripsit declamationes, quas quidam Quintiliani alterius declamatoris dicunt esse, cuius Seneca in sexto Declamationum libro meminit. Laurentius Valla, cum in præceptis Ciceroni præferebat, stylóque eius & doctrinæ magnopere adhærebat. Meminit huius Martialis lib. 2. 90,

Quintiliane vagæ moderator summe iuuentæ,
Gloria Romanæ Quintiliane togæ. Plinius quoq; eius discipulus li. 2. epist. 14, ad Maximum, Ita certè ex Quintiliano præceptore meo audisse memini. Sic libro 6. epist. 6, ad Fundanū. Idem lib. 6. epistola tertia à fine, testatur se quinquaginta millia nummūm dedisse dono nupturæ Quintiliani filiæ.

Quintilis/ huius Quintilis, pe. prod. Quintilis mensis ideò dictus est, quòd quintus in ordine esset, sed postea in honorē Iulii Cæsaris Dictatoris, M. Antonio M. filio Cōsule legem ferente, Iulius appellatus est, inquit Suetonius. Cic. Attico, lib. 14. 304. 5, Volo mense Quintili in Græciam.

Qvintilivs, vt scribit Eusebius, Cremonensis fuit, Virgilii olim & Horatii familiaris, qui obiit ante Virgilii obitū annis sex. Huius meminit Horatius cum alibi, tum 1. Carm. ode 24, vbi ipsius mortem deplorat.

Quintus/ quinta, quintum, Adiectiuum à Quinque. Liu. 1. bel. Maced. 25, Non quinto inde mense, quemadmodum ab Sagunto Annibal, sed quinto inde die quàm ab Corintho soluerit naues, in Italiam perueniet.

Quintusdécimus dies. Plin. lib. 9. cap. 51. 6.

Quintùm, Aduerbium: vt Quintùm Consul, tempus designat, & quater antè factum. Liu. 7. bel. Pun. 31, Declarati Consules Q. Fabius Maximus quintùm, Q. Flauius Flaccus iiii. Idem 6. ab Vrbe, 183, Fama recens belli Gallici allata perpulit ciuitatem vt M. Furius Dictator quintùm diceretur.

Quintānus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 17. ca. 12. 2, Semper verò quintanis semitari, hoc est vt quinto quoq; palo singulæ iugo paginæ includantur. De limitatione vinearum loquitur.

Qvintvs, & Quintius cognomina antiquis magno in vsu. Vnde Quintia prata trās Tyberim, à Quintio Cincinnato. Quintana porta, in castris post Prætorium, vbi vænalium rerum forum solet esse. Et Quinti por, seruile nomē apud veteres. Liu. 5. Decade, 1. 8, Prætorio delecto, direptis quæ ibi fuerūt, ad Quæstorium forum, Quintanámque hostes peruenerunt. Suet. in Nerone, cap. 16, Tabernulas etiā effringere & expilare, Quintana domi constituta, vbi partæ, & ad licitationem diuidendæ prædæ pretium assumeretur.

Quintiorum familia Romæ multiplex: ex ea enim Cincinnati, Flaminii, Crispini, Marcii, diuersis temporibus claruere. Volater.

Quinuo/ Vide **Quinque**.

Quippe/ rationis reddituæ aduerbiū, nempe quo rationem eius quod præcessit, reddimus. Quintil. lib. 2. cap. 2, Quippe id est homini naturale. Plaut. Epid. 7. 13,
Qui tibi lubet mihi malè loqui? 1. quippe tu mihi
Aliquid aliqua aliquo modo alicunde ab aliquibus blatis. Terent. Heaut. 2. 4. 9,
Nā expedit bonas esse vobis: nos quibuscum est res, non sinūt: Quippe forma impulsi nostra nos amatores colunt. Cic. 1. de Finib. 31, Sol Democrito magnus videtur, quippe homini erudito, in geometriáque perfecto.

Dixisti quippe, iam fixum & statutum est. Cic. pro Mur. 57.
Monet me quippe lumen curiæ. Cic. pro Milone, 25.

¶ Quippe, pro Certè. Plaut. Aulul. 5. 3.
Redi nunc iam intrò, atque intus serua: 1. quippe nil
Ego intus seruem. Cic. pro Cecinna, 40, Rectè igitur diceres te restituisse: quippe. quid enim facilius est quàm probari iis qui Latinè sciant? &c.

¶ Quippe quū. Cic. 2. Offic. 47, Harum igitur duarum ad fidē faciendam iustitia plus pollet: quippe quum ea sine prudentia

satis habeat authoritatis. Plin.lib.7.cap.51.2,Quippe quū Censorius Cato ad filium de validis quoque obseruationē vt ex oraculo aliquo prodiderit, senilem iuuentam præmaturæ mortis esse signum.

Quippe etenim.Lucret.lib.2.159,

Quippe etenim multo prodiuius exorientur
Candida de pullo,&c. Idē lib.3.90, Quippe etenim corpus,&c.

Quippe etiam festis quædā exercere diebus.Virg.1.Georg.54.

Quippe qui,Vt qui,nempe qui,vel nempe quum.Plaut.Truc. 3.35, -ea nimia est ratio:quippe qui certè scio,
Æris plus scortorum esse iam, quàm ponderum. Idem Amphit.3.11,Scibat facturos,quippe qui intellexerat
Vereri vos se & metuere. Et Persa,18.17,
Videor vidisse hîc forma persimilem tui,
Eadem statura.s. quippe qui frater siet. Colum.lib.11,de cappari, Quippe quæ res etiā in desertis agris citra rustici operam conualescit. Plaut.Amphit.8.111,
An & id tu scis?A2.quippe quæ exte audiui,vt vrbem maximā Expugnauisset. Cic.pro Rosc.Amer.31,Conuiuia cū patre non inibat,quippe qui ne in oppidum quidem nisi perrarò veniret. Idem 1.de Finib.10,Non semper,inquam:nam interdum nimis etiam nouit: quippe qui testificetur, ne intelligere quidem se posse vbi sit. Sic Liuius 2.ab Vrbe,157.

Quippe quas.Plaut.Epid.8.31,

Si quidem ad eum deueniam,vt sibi datum esse argentum dicat
Pro fidicina, argenti minas se habere quinquaginta,
Quippe ego quas nudiustertius meis manibus numerauī
Pro illa tua amica,quam pater suam filiam esse retur:
Ibi leno caput suum sceleratum imprudens alligabit.

Quippe quia.Terent.Heaut.3.2.17,

Ego verò laudo.s.rectè sanè.c. quippe quia
Magnarum sæpe id remedium ægritudinum est.

Quippe quòd.Cicero Lentulo,l.b.1.9.21,Vbi de mea sententia quæstus est Cæsar: quippe quòd etiam Rauennæ Crassum antè vidisset.Legitur & quippe qui.

Quippe quoniam.Plin.lib.26.cap.10.7,Insanabilis non est credendus: quippe quoniam & sponte desinit, & in plurbus cura. De podagræ morbo.

Quippe vbi.Virgil.1.Georg.101,

Quippe vbi fas versum atque nefas tot bella per orbem,
Tam multæ scelerum facies. Plin.lib.9.ca.3.1, Quippe vbi locustæ quaterna cubita impleant.

¶Quippe,in principio clausulæ.Ci.pro Murena,67,Quippe, inquit,tu mihi summum imperium,summam authoritatem,tu gubernacula Reipub. petas fouendis hominum sensibus, & deliniendis animis,& adhibendis voluptatibus?

Quippini, Cur non, antiquè. Plautus Menæh.10.45, Ad me face vt efferatur.s.itán'censes?MED.quippini? Ibidem,24.51,Esne tu Syracusanus?MEN.certò.MES. quid tu?MEN.quippini?

QVIRINVS,penul.prod.(inquit Seruius)Romulus dictus est,vel quòd hasta vrebatur,quæ Sabinorum lingua curis dicitur:hasta enim id est curis,telum longum est,vnde & securis,quasi semicuris.Vel quòd Græcè κύριος rex dicitur. Constat autem Græcos fuisse Romanos, vel propter generis nobilitatē. Mars enim quum sæuit,Gradiuus dicitur:quum tranquillus,Quirinus. Denique in Vrbe duo eius templa sunt:vnū Quirini intra Vrbem, quasi custodis & tranquilli. aliud in Appia via,extra vrbē,prope portam,quasi bellatoris,vel Gradini. Hæc Seruius enarrans illud Virgilii 1.Æneidos,60,

Cana fides,& Vesta,Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt,&c. Ouidius item lib.2.Fastorum,96,
Proxima lux vacua est:at tertia dicta Quirino:
Qui tenet hoc nomen,Romulus antè fuit.
Siue quòd hasta quiris priscis est dicta Sabinis,
Bellicus à telo venit in astra deus.
Siue suo regi nomen posuere Quirites:
Seu quia Romanis iunxerat ille Cures.
Genitor vrbis Quirinus.Ouid.15.Metam.173.
Victor Quirinus.Virgil.3.Georg.61.
Armifer Quirinus.Silius lib.16.16.
Iliacus Quirinus. Silius lib.13.53.
Magnus Quirinus.Ouid.4.Fast.163.
Quirinus Martigena.Ouid.2.Fast.40.
Trabeatus Quirinus,Ouid.14.Metam.166.
Collis Quirini.Ouid.4.Fast.75.

Quirinālis, & hoc Quirināle, pe.prod. Quirinalis collis dictus est Romæ,quòd in eo Quirini templum erat:siue quòd in eū commigrauerint Sabini à Curibus venientes. Quirinalis porta etiā Romæ dicta,quòd eâ in collem Quirinalē iretur:vel quòd proximè eam esset Quirini sacellum.

Ingum Quirinale.Ouid.6.Fast.44,

Hunc igitur veteres donarunt æde Sabini,
Ínque Quirinali constituere iugo.

Lituus Quirinalis,Qualem Quirinus habuit.Virgil.7.Æn.38.

Quirinalia, Quirinaliorum, Dies quo sacra Quirino fiebant. Cicero ad Q. fratrem, lib.2.15.3, Comitialibus diebus, qui Quirinalia sequuntur,Appius,&c.

Quirites,penult.prod.Romani dicuntur à Quirino,id est Romulo, vrbis Romæ conditore:vel à Curibus, Sabinorum vrbe. Author Seruius enarrans illud Virgilii 7. Æneid.142,

-postquam in partem data Roma Sabinis,
Vnà ingens Amiterna cohors, priscique Quirites. Cicero pro Cecinna,70, Qui enim potest iure Quiritum liber esse is,qui in numero Quiritum non est?

Bellicosi Quirites.Horat.3.Carm.ode 5.11.

Mobiles Quirites.Horat.1.Carm.ode 1.1.

¶Et quāquam hoc nomen Quirites, quidam tantum pluraliter declinari velint, apud poetas tamen reperimus Quiritem, à Quiris Quiritis,vel Quirites Quiritis, vel hic & hæc Quiritis. In genitiuo plurali Quiritium, & Quiritū per syncopam. Persius Satyra 5.8,

-heu steriles veri quibus vna Quiritem
Vertigo facit. Ouid.1.Amor.eleg.7.6,An si pulsassem minimū de plebe Quiritem Plecterer?

Quirito, quiritas, pen.prod.quiritare:& Quirītor,quiritāris,quiritāri, Clamare, Romanos commouere, & Quiritum auxilium inuocare.Varr.Quiritare,Quirites ciere. Nonius, Quiritare, est clamare: tractum ab his qui Quirites inuocant. Lucil. lib. 11.Satyr.Concursus veluti aurarius,claréque quiritans. Budæus, Quiritari, deos hominésque implorare. Liu.9.bel. Maced.31, Occulebat vim, quòd præ vlulatibus, tympanorumque & cymbalorum strepitu nulla vox quiritantium inter stupra & cædes exaudiri poterat. Asinius Pollio ad Ciceronem, libro 10.31.8, Quum quidem pransus nudis pedibus, tunica soluta, manibus ad tergum reiectis inambularet, & illi misero quiritanti, c.R. natus sum: responderet,Abi nunc,fidem populi implora.

Quiritari, Exclamare. Quintil.lib.3.cap.8.41, Si modò est sanus,non quiritet,sed quàm maximè potest,ciuili &humano ingressu mereri assensum deliberantis velit.

Quiritari, Conqueri. Plin.lib.9.cap.17.7, Quæ reputatio aufert transuersum animum ad contemplationem eorum qui in conquestione luxus coquos emi singulos pluris, quàm equos quiritabant.

Quiritatio,Verbale.Liu.3.bel.Maced.42, Fuga comitum & quiritatio facta,& tumultus tota vrbe discurrētiū factus cū luminib°.

Quiritātus,huius quiritātus,pen.prod. Clamor vrbanorum,lubilatus rusticorum,vt ostendit Valla ex authoritate Varronis.

Quiritatus infantium.Plin.epist.106.d.lib.6,Audires vlulatus fœminarum,infantium quiritatus,clamores virorum.

Quirritare/Vocem edere verris. Author Philomelæ,11,Quirritat verres,tardus rudit,oncat asellus.

Quis/cuius,Interrogatiuè aut infinitè ponitur,nunquam relatiuè. Terent. And.5.3.1, Quis me vult? perii, pater est. Cic.5. Verr.191, Quis obstet? Ibidem,7.93, Iam hoc quis tum fuit Syracusis,qui nō audierit? Virg.10.eclog.6,Et quis erit modus, inquit? amor non talia curat.

Quis clarior in Græcia Themistocle? quis potētior? qui quū, &c. Cic.de Amicit.40.

¶Quis,fœminino genere,pro Quæ. Plaut.Epid.11.4,Quis istæc,quā tu osculum mihi ferre iubes? r.tua filia. Idem Aulul. Dic mihi si audes,quis ea est quam vis ducere vxorem?

¶Infinitè, apud Plinū Iuniorem, Tum mihi nescio quis in aurem insusurrauit.

Quis omnīū.Salust.in Iugurtha,At contrà,quis est omnium his moribus,qui non diuitiis & sumptibus,nō probitate neque industria cum maioribus suis contendat?

¶Quis,de duobus etiam dictū.Liu.9.bel.Maced.non ita procul à fine,de Perseo & Demetrio Philippi filiis loquens, Et Philippus(inquit)ipse vix sui arbitrii fore quem hæredem regni relinqueret credens,sibi quoque grauiorem esse quàm vellet,minorem filium censebat.

Quis, & vter. Quintil.lib.7.cap.5, Ex duobus vter dignior,ex pluribus quis dignissimus.

¶Quis,pro Qualis. Plaut.Amphit.14.30, Eho dic mihi,quis videor? Terent.And.4.2.19, Quis videor? c.miser æquè atque ego. Cic.ad Curionem, lib.1, Cui scribam video. Hoc est, Video qualis sit is ad quem scribo. In hoc loco dativus CVI, non à QVIS declinatur. Terentius Andria,Ego quid narres,nescio. Hoc est,Nescio quale id sit,quod narras.

Quis ego sum,aut quæ in me est facultās?Cic.de Amicit.16.

¶Quæs,pro Quib⁹,in datiuo vel ablatiuo.Plaut.Amph.3.44, Nam quid ego memorem,&c.quæs benefactis meus pater Deûm,regnator, architectus omnibus. Horat.1.Serm.ſatyr.1. 16, Quæs humana ſibi doluit natura negatis. Plin.lib.12. cap. 1.2,Mille præterea ſunt vſus earum, ſine quæs vita degi nõ poſſit.De arboribus. Virgil.1.Æneid.10,

Quæs ante ora patrum Troiæ ſub mœnibus altis
Contigit oppetere.

Quæſcum,pro Cum quibus. Plaut.Capt.19.6,Aut anates, aut coturnices dantur,queſcum luſitent.

E quæs,pro Ex quibus.Colum.lib.1.cap.1.6,Athenæ verò ſcriptorum frequentiam pepererunt,è quæs probatiſſimi authores Chereas,Ariſtandros,&c.

In quæs,pro In quibus.Gellius lib.3.cap.11,Alii Homerũ quàm Heſiodum natu maiorem fuiſſe ſcripſerunt, in quæs Philochorus & Xenophanes:alii minorem,in quæs L.Accius poeta.

¶Quem ad finem ſeſe effrænata iactabit audacia? Cic.1. in Catil.1.Id eſt quouſque.

Quis quiſquam.Plaut.Aulul.173,Quis me Athenis nunc magis quiſquam eſt homo,cui dii ſint propitii?

Quiſnam/Interrogatiuum eſt.Terent.And.5.6.1,Quiſnam homo eſt?ego ſum.ô Pamphile. Cic.6.Ver.71,Quiſnã igitur per deos immortales tuebitur P.Scipionis memoriã mortuũquis monumenta atque indicia virtutis,ſi tu ea relinquis ac deſeris?

Quiſnam igitur liber?Horat.2. Serm.ſatyr.7.17.

Infinitum aliquando.Plin.lib. 11.ca.37.14,Delphini quonam modo audiant, mirum. Gellius lib.9.cap.2, Tum Herodes interrogat quiſnam eſſet.

Quiſpiam/cuiuſpiam, Aliquis. Cicero pro Quintio, 17, Pecuniam ſi cuipiam fortuna ademit. Idem 1.Offic.47, Vt ſi conſtitueris te cuipiam aduocatum in rem præſentem eſſe venturum. Idem 3.de Nat.deor.114,Nec ſi vredo aut grando quidpiam nocuit,id Ioui animaduertendum fuit.

Abſoluere quempiam alteri.Vide **Abſoluo.**

Abrogare quempiam,Vide **Abrogo.**

¶Quiſpiã,pro Quidã.Gellius lib.3.cap.1, Erat tum nobiſcum in eodem ambulacro homo quiſpiam ſanè doctus. Et lib.1.ca. 21, Tum quiſpiam ex iis qui eodem in numero Græcas res eruditi erant. Et paulo pòſt,Tum quiſpiam ex iis qui ſe ad literas memoriáſque veteres dediderat.

Quiſputas/pen.corr.Idem ſignificat quod Quiſnam.

Quiſquam/cuiuſquam, Aliquẽ, ſiue vnumquemlibet ſignificat. Negatiuè,interrogatiuè,& ſubiunctiuè ponitur.

Negatiuè.Virgilius 1.Georg.91,

-non illa quiſquam me nocte per altum
Ire, neque à terra moneat conuellere funem. Cic. ad Lentulum,lib.1.1.4,Nam quum in ſermone quotidiano,tum in Senatu palàm ſic egit cauſam tuã,vt neque eloquentia maiore quiſquã, nec grauitate, nec ſtudio, nec contentione agere potuerit. Id eſt vt nemo agere potuerit maiore eloquentia,nec grauitate.

Non ferè quiſquam, Vide **Non** aduerbium.

¶Interrogat ferè ſemper,& cũ indignatione.Cic.pro Cluentio,21,Eſt quiſquam qui quum hæc cognouerit, ſuſpicari poſſit Oppianicum iudicio oppreſſum, & circunuentum eſſe innocentem? Idem 1.Verr.11, In huiuſmodi re quiſquam tam impudens reperietur,qui ad alienam cauſam inuitis iis, quorum negotium eſt,accedere aut aſpirare audeat? Ibidem,3.100, Quid enim quiſquam ad meam pecuniam me inuito aſpirat? Idem pro Lege Manilia,31,Et quiſquam dubitabit quid virtute profecturus ſit , qui tantum authoritate profecerit? Et pro Domo ſua,86,Hanc deam quiſquam violare audeat? Idem in Philip. Ab hoc igitur quiſquam bellum timet? Virgilius 1. Æneid.11, -& quiſquam numen Iunonis adoret?

¶Subiunctiuè. Terent.in Prol.Eunuc.Si quiſquã eſt qui placere ſe ſtudeat bonis Quam plurimis. Cic.Attico,Quòd ſi non modo tu,ſed quiſquam alius fuiſſet. Idem,Sociis multò fidelioribus vtimur,quàm quiſquam vſus eſſet.

¶Quiſquam,pro Quinis.Cicero ad Terentiã,lib.14.7.4, Niſi vos fortiores cognoſſem,quàm quenquam virum.Pro quenuis virum.

¶Quiſquã, pro collectiuo poſitum. Plautus, Neque noſtrum quiſquam genſimus quum peperit.

¶Quiſquã,fœmininé.Terent.Eunuc.2.3.81, Quandoquidem illarum neque quiſquam te nouit, neque ſcit qui ſies. Ibidẽ, 4.4.11, -hanc oculis ſuis
Noſtrarum nunquam quiſquam vidit Phædria.

¶Quiſquam gentium.Terent.Hecyra,3.1.13, -an quiſquam gentium eſt æque miſer? Ex emendato exemplari legendũ,An quiſquam vſquam gentium.

Quiſquam vnus. Liuius 2.ab Vrbe,42, Nec quiſquam vnus malis artibus poſtea tam popularis eſſet, quàm tum bene imperando,vniuerſus Senatus fuit. Ibidẽ,Quia nondũ in quenquam vnum ſæuiebatur. Ibidem,Quum multi magis fremerent,quàm quiſquam vnus recuſare auderet. Idem de bello Macedonico , Non modò quenquam vnum elicuit ad ſuadendum,ſed ne fremitum quidem mouit.

Quiſquam omnium . Cic.4. Verr.81, An hoc dubitabit quiſquã omnium,quin is vænalem in Sicilia iuriſdictionẽ habuerit?

Quiſque/cuiuſque,Vniuerſale pronomen.Vnico verbo contentum eſt. Virgilius 6. Æneid.149, Quiſque ſuos patimur manes. Plautus Pſeud.13.93, -atque ita ſuauiter conditam
Vt quiſque quicquid conditum guſtauerit,
Ipſos ſibi faciam vt digitos prærodat ſuos. Cic.2.de Nat.deor. 81,Cæteræ naturæ ſuis ſeminibus quæque gignuntur. Idem in Saluſt. 10,Elogium Appii Claudii & L.Piſonis integerrimorũ virorum,quo vſus eſt quiſque eorum,pro lege,&c.

Quiſque homo. Plautus Merc.14.51, Suam quiſq; homo rem meminit.

Cuique,cuique.Cic.3. Philipp.141, Diuina verò opportunitas vt quæ cuique apta eſſet,ea cuique obueniret.De prouinciis.

Quid quenque cuique præſtare oporteret.Cic.3.Offic.93.

Ego quid ad te tuorũ quiſque neceſſariorum ſcribat, neſcio. Cic.Lentulo,lib.1.9.106.

¶Quiſque, ſuperlatiuis, vel his quæ horum ſimilem habent naturam iungitur:qualia ſunt ex numeralibus nomina ordinalia,cum ſuo interrogatiuo vel infinito Quotus:vel poſitiuis his, quæ ſuperlatiua publico vſu non recipiunt: vel duobus pronominibus ſui & ſuus:vel obliquis relatiuisſubſtantiæ ferè iuctum inuenias. Hæc ex Valla.

Superlatiuis,vt Doctiſſimus quiſque.Aliquãdo in diuerſo caſu à ſuperlatiuo,vt Maximo quiſque animo.Cicero 1.Acad.19,Certè enim recentiſſima quæque ſunt correcta & emendata maximè. Idem 1. Tuſcul.120, Sed neſcio quo modo doctiſſimus quiſque contemnit.

Ordinalibus. Plaut.Pſeud.15.17, Nã in foro vix decumusquiſque eſt qui ipſus ſeſe nouerit. Idem Merc.3. 66, Neque niſi quinto quoque anno poſſe tum viſere vrbem.

Cum QVOTVS.Quotus quiſque,id eſt Nullus vel rarus.Cic. 2.Tuſc.17,Quotus enim quiſque philoſophorum inuenitur qui ita ſit moratus? Idem 1.de Diuinat.77, Quota enim quæque res euenit prædicta ab iſtis? Et pro Flacco,80, Quotus enim quiſque eſt,&c. qui optimi & ampliſſimi cuiuſque hominis atque ordinis authoritatem magni putet?

Superlatiuis carẽtibus,Strenuus quiſque,Singularis quiſque, Principalis quiſque.

Cum SVI & SVVS. Terent.in Prolog.Adelph.21,

Quorum opera in bello,in otio,in negotio,
Suo quiſque tempore vſus eſt,ſine ſuperbia. Cic.5.de Fin.45, Sua cuiuſque animantis natura eſt. Et paulo pòſt,Et ſua cuiq; propria,& ad id apta, quod cuiuſque natura deſyderat. Idem de Optimo genere Orat.141,In cæteris ſuus eſt cuiuſque certus ſonus. Item de Amicit.50, Amicitiarũ ſua cuique permanet ſtabilis & certa poſſeſſio.

Pictores & poetæ ſuũ quiſque opus à vulgo conſyderari vult. Cic.1.Offic.105.

Ex quo quia ſuum cuiuſque ſit, eorũ quæ natura fuerunt cõmunia,quod cuique obtigit,id quiſque teneat.Cic.1.Offic.33.

Obliquis relatiui ſubſtantiæ. Quintil.Cui quodque loco ſit aptiſſimum.

Rarò abſolutis aliis,vel comparatiuis. Suet.in Othone,cap.2, Ferebatur & vagari noctibus ſolitus,atque inualidum quenque obuiorum vel potulentum corripere, ac diſtento ſago impoſitum in ſublime iactare. Tacitus,Trepidatione vulgi inualidus quiſque obtritus. Quintil.lib.1.cap.3,Erit etiam eo obſcurior, quo quiſque deterior.

¶Pro ſe quiſque. Cic.3.Verr.47,Pro ſe quiſque,vt in quoque erat authoritatis plurimum,ad populum loquebatur. Idẽ 1.de Lege agraria,16, Huic pro ſe quiſq; noſtrum mederi,atque hoc omnes ſanare velle debemus.

¶Quòq; ablatiuus,priore longa.Cic.4.Ver.97, Quinto quôque anno Sicilia tota cenſetur. Idẽ pro Rabirio Poſthumo,11, Modò vobis inſpectantibus in iudicio Gabinii tertio quôq; verbo excitabantur.

Quid quôque loco quadret.Quintil.lib.9.cap.4,Præcipuum tamen in hoc opus eſt, quid quôque loco verborum maximè quadret.

¶Quæque,pro Vnaquæque,Cic.de Senect.14,Earum,ſi placet, cauſarum quantum quæque valeat, quantúmque inſita ſit, vnaquæque videamus.

¶Quiſque,de duobus.Quintil.libro 7.cap.5,Quum duo ſures

pecuniam abſtulerunt, ſeparatim quadruplum quiſque an duplum debeat.

¶ Quiſque, cum comparatiuo. Quintil.lib.9.cap.4, Sed quo quique pedes ſunt temporibus pleniores, longiſque ſyllabis magis ſtabiles, hoc grauiorem faciunt orationem, breues celerem ac mobilem.

Quiſquiliæ/quiſquiliarum, pluraliter tantum, Purgamenta terrarum, & quicquid ex arboribus minutis ſurculorum, foliorúmque & florum cadit, velut quicquid cadit, inquit Feſtus. Ob id Cæcilius quiſquilias volantes dicit.

Quiſquilias, homines nihili vocat Cicero ad Atticum, lib.1.17. 11, Si iudicium eſt, triginta homines Pop. Romani leuiſſimos ac nequiſſimos nummulis acceptis, ius & fas omne delere: & quod omnes non modò homines, verumetiam pecudes factum eſſe ſciant, id Caluum, & Plancum, & Spongiam, & exteras huiſmodi quiſquilias ſtatuere nunquam eſſe factum. Idem pro Seſtio, 81, Omitto iam Numerium, Serranum, Ælium, quiſquilias ſeditionis Clodianæ.

Quiſquilium/quiſquilii, vocant exiguum fruticem ilicis producentem coccum: quod granum eſt ad tingendas veſtes gratiſſimum. Plin.lib.16.cap.8.1, Omnes tamen has eius dotes ilex ſolo prouocat cocco. Granum hoc, primóque ceu ſcapus fruticis paruæ aquifoliæ ilicis: quiſquilium vocant, penſionem alteram tributi pauperibus Hiſpaniæ donat. Vetus codex legit cuſculiú.

Hinc natum eſſe putatur, vt veſtis coccina, literis per imperitiam interceptis *ſquillata* vulgò hodie dicatur, pro quiſquiliata vel cuſculata.

Quiſquis/cuiuſcuius, ſignificat Quicunque. Duo verba petit, quia per relatiuum declaratur. Plaut. Pſeud.10.34, Quiſquis es adoleſcens, operam ſac compendi quærere. Idem Ciſtel.10.13, -ille nunc lætus eſt
Quiſquis eſt qui illam habet. Et Sticho, 14.4, Quiſquis prætereat, comeſſatum volo vocari. Liu.5.Decad.lib.1.19, Ná &, ne ſtirpem domi relinquerent, liberos ſuos quibuſquibus in eam conditionem vt manumitterentur, mancipio dabant, &c.

Quiſquis eſt ille, ſi modò eſt aliquis. Cic.de Clar.Orat.138.

Quiſquis, pro Quiſque. Cic.1.Offic.90, Colendum autem eſſe ita quéque maximè, vt quiſquis his virtutibus erit ornatus. Ex vetuſto codice legitur, Vt quiſque maxime virtutibus his leuioribus erit ornatus.

Quiuis/quæuis, quodvis vel quidvis, cuiuſvis, Vnus è multis, ſed indifferenter: hic vel ille. Terent.Adelph.2.3.1, Abs quiuis homine, quum eſt opus, beneficium accipere gaudeas. Hoc eſt, ab hoc ſiue ab illo, indifferenter. Cicero pro Quintio, 16, Vtrunque quiuis intelligere potuiſſet. Idem 7.Verr.14, Hæc quũ maximè ſumma hominum frequentia teſtificaretur, vt quiuis intelligere poſſet, eum, &c.

Non quiuis vnus è populo. Cic.de Clar.Orat.178.

Quæuis temporibus, pro Quibuſuis. Cato ca.17, Quæuis anni temporibus legere poſſis, item quæuis anni temporibus matura eſt & tempeſtiua. Legitur & quidvis.

Quidvis potius quám. Cic.pro Cluentio, 76, Vis illa fuit, & vt ſæpe iam dixi, ruina quædam atque tempeſtas, & quidvis potius quàm iudicium, aut diſceptatio, aut quæſtio.

Quidvis perpeti malle, quám. Cic.5.Ver.37, Tanta vis erat iniuriarum, vt homines quidvis perpeti, quàm non de iſtius prauitate & iniuriis deplorare, & conqueri mallent.

Quodvis. Cic.de Opt.gen.Orat. Poematum ſuũm quodvis eſt diuerſum à cæteris.

Vt luculentus ſus cum quouis volutari. Cic.in Saluſtiam, 1.

Q V O

Quò/Aduerbium interrogandi ad locum. Plaut. Amphit.4.187, Quò ambulas tu, qui Vulcanũ in cornu concluſum geris? Virg. 1.Æneid.75, Quóue tenetis iter? Cic.ad Torquatum, lib.6.2.8, Tu velim ſcribas ad me quid agas, & vbi futurus ſis, vt aut quò ſcribam, aut quò veniam, ſcire poſſim.

Quò abis? Donatus, Quò abis? ſic Virgilius 10.Æneid.130, Quò fugis Æneas? Ibidem, 74, Quò fugitis ſocii? Sic enim loquitur, qui vult oſtendere conditionem locorum, in qua peruerſo modo alius petatur, alius linquatur. Terent. Phorm.1.4.40,
Sed quis hic eſt ſenex, quem video in vltima platea? A. ipſus eſt.
Non poſſum adeſſe. G. ah, quid agis, quò abis Antipho? mane,
Mane inquam. A. egomet me noui, & peccatum meum.
Vobis commendo Phanium, & vitam meam. Idem Hecyra, 3. 5.45, -quò abis? mane,
Mane inquam: quò abis?

Quò te agis? Donatus, Admonitio diſcedentis. nam à quo diſcedere deſyderamus, admonemus eum quà vadat, aut quò eat. Terentius And.4.1.25,
Proinde hinc vos amoliminimam mihi impedimento eſtis.
1. Ego hanc viſam. D. quid tu? quò hinc te agis?
Quò non? Terent. Adelph.4.6.4,
Perreptaui vſque omne oppidum, ad portam, ad lacum:
Quò non? Id eſt, Non eſt locus vllus quem non adierim.

Quò, pro Vnde. Terent. Adelp.1.1.36, Illuc quæſo redi quò cæpiſti Æſchine. Vbi Donatus, Figurate: rectum enim erat, vnde cœpiſti. Niſi fortè, QVO pronomen eſt modò accipiendum, vt ſit A quo.

Quò gentium fugiam? Plaut. Rud. 19.43, Nõ hercle, quò hinc nunc gentium aufugiam, ſcio.

Quo/coniunctio, varia ſignificat.

Quo, Quare, inquit Donatus. Terẽt. And.1.5.18, -forma bona
Memini videre: quo æquior ſum Pamphilo,
Si ſe illam in ſomnis, quàm illum amplecti maluit.

Quo, vt. Cic.2.de Oratore, 5, Quo etiam feci libentius, vt cum ſermonem quem illi quódam inter ſe de his rebus habuiſſent, mandarem literis.

¶ Quo, Quòd, quoniã, ex quo, aut qua re. Terent. And.4.1.31,
Nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres.
1. Imò etiam, quo tu minus ſcis æruumnas meas,
Hæ nuptiæ non apparabantur mihi. Idem Eunuch.1.2.16,
Non pol quo quenquam plus amem, aut plus diligam
Eo feci. Cic.6.Verr.56, Nam rex id celatum voluerat, non quo quicquam metueret aut ſuſpicaretur, ſed vt ne multi, &c. Terentius Adelph.4.5.46, -audiut omnia,
Et ſcio: nã te amo: quo magis quæ agis, curæ ſunt mihi. Plin. libro 11.cap. 4.1, Quo magis mirum eſt, quòd eidem credimus. Cicero 1. Off.c.40, Quo magis cauendum eſt nequid in eo genere peccetur.

Non quo libenter malè audiam, &c. ſed quia, &c. Cicero 2.de Oratore, 168.

Quo minus mirum eſt, ſi audientium intentio lãgueſcat. Plinius epiſt.19.lib.2. Cic.pro Quintio, 2, Nam quo minus ingenio poſſum, ſubſidio mihi diligentiam comparaui.

Interpellent me, quo minus honoratus ſim, dum ne interpellent quo minus Reſp. à me commodè adminiſtrari poſſit. Cicero Bruto, lib.11.10.3.

Quo minus familiaris ſum, hoc ſum ad inueſtigandum curioſior. Cic. Figulo, lib.4.13.15.

Quo minus, interrogatiuũ. Cic.1.de Finib.89, Neque enim ciuitas in ſeditione poteſt eſſe beata, nec in diſcordia dominorũ domus: quo minus animus à ſe ipſe diſſidens, ſecúmque diſcordans, guſtare partem vllam liquidæ voluptatis & liberæ poteſt?

¶ Quo, pro Vt. Plin. Iunior, Neq; enim id feci, quo tibi moleſtus eſſem. Terent. Heaut.3.2.31,
Iocóne an ſerio illæc dicat, neſcio:
Niſi mihi quidem addit animum, quo libeat magis.

¶ Eo, quo. Cic.pro Quintio, 3, Non eo dico C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides & conſtantia, aut quo, &c.

Quo, eo. Cic.pro Quintio, 2, Quæ quo plura ſunt C. Aquili, eo te & hos qui tibi in conſilio adſunt, meliori mente noſtra verba audire oportebit. Quintilianus libro 3.cap.7.9, Quo minores opes fuerunt, eo maiorem benefactis gloriã parit. De Fortuna.

Quo, hoc. Quintil.lib.2. cap.2.3, Nam quo ſæpius monuerit, hoc rarius caſtigabit. De officiis præceptoris.

Quo plus prodeſt, hoc præſtãtior. Cic.4 Acad.4, Sed quo plus in negotiis gerẽdis res quàm verba profunt, hoc erat memoria illa præſtantior.

Quo maximè, ita maximé. Cic.4.Verr.17, Quo quiſq; te maximè cognatione, affinitate, neceſſitudine aliqua attingebat, ita maximè manus tua putabatur.

¶ Quò, Ad quid, in quem vſum. Horat.1.epiſt.5.3, Quò mihi fortuna, ſi non conceditur vti?

Quò tibi tantum opus fuerit, id quæro. Cic.4.Verr.133.

Martis verò ſignũ quo mihi pacis author? Cic.Gallo, li.7.14.7.

Quâ autem & quò, nihil ſcimus. Cic.Attico, lib.8.14.7.9.

Quoad/Id eſt quandiu, vt ait Donatus. Terent. Phor.1.2.98, Senem quoad expectatis veſtrum? Cic.de Amicitia, 1, Ego autem à patre ita eram deductus ad Scæuolam, ſumpta virili toga, vt quoad poſſem, & liceret, à ſenis latere nũquam diſcederem. Idẽ 1.Offic.3, Tandiu autem velle debebis, quoad te quantũ proficias, non pœnitebit. Et Trebatio, libro 7.17.5, Itaque quoad opinatus ſum me in prouinciã exiturum, quæ ad te vltrò obtulerim, meminiſſe ea credo.

¶ Quoad, Quouſq;. Saluſt. Dummodo putetis vos tutos eſſe, quoad reliqua multitudo aduenerit. Cæſar 5.bel.Gall.66, Neque finem inſequendi fecerunt, quoad ſubſidio confiſi equites, præcipites hoſtes egerunt.

Videte nũc quoad fecerit iter apertius quàm antea. Cic.1.de Lege agraria, 1.

Ego me ducem in ciuili bello, quoad de pace ageretur, nolui esse. Cic. Attico, lib. 7. 144. 1.

Quoad vixit. Suetonius de Claris Grammat. 10, Qui eum admodum pauperem decessisse tradit, & liberalitate sua, quoad vixit, sustentatum.

Quoad tibi æquum & rectum videbitur. Cic. Bruto, lib. 13. 15. 3.

¶ Nihil differt ita loqui, Quoad viuam, & Quoad moriar: hæc enim quanuis contraria esse videantur, idem tamen significãt: quoniam duo tempora, quum inter se opposita sunt, atque ita cohærentia vt alterius finis cum alterius initio misceatur, non refert vtrum per extremitatem prioris, an per initium sequentis locus ipse confinis demonstretur. Sipontinus.

¶ Quoad, Quantitatem rerum aliquando denotat. Cicero 1. de Lege agrar. 6, Audite vos qui amplissimo populi, Senatúsque iudicio exercitus habuistis, & bella gessistis, quoad quenque peruenit, peruenerit ex præda, ex manubiis, ex auro coronario. Id est quantum.

¶ Quoad, pro Quantum, ferè cum verbo Possum.

Quoad potuit, restitit. Cic. de Senect. 10.

Quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis. Cic. pro Archia, 1.

Quoad munus officii exequi & tueri possis. Cic. de Senect. 65.

Quoad per me licitum est, pro Quãtum potui & licuit. Cic. 7. Verr. 61, Denique domi tuæ piratæ, à quo tempore capti sunt, quoad per me licitum est, fuerunt.

Quoad potest. Cic. ad Atticum, libro 5. 100. 4, Deinde exhauri mea mandata: maximéque, quoad potest, de illo domestico scrupulum quem non ignoras. Vetus exemplar habet, siquid potest. Idem 7. Verr. 138, Tulit hæc ciuitas quoad potuit, quoad necesse fuit, regiam istam vestram dominationem in iudiciis, & in omni Repub. tulit.

Quoad eius fieri potest, hic IVS parcicon est. Author ad Herennium, lib. 1. 1, Oratoris officium est de iis rebus posse dicere, quæ res ad vsum ciuilem moribus & legibus constitutæ sunt, cũ assensione auditorum, quoad eius fieri poterit. Idem, Elaboro, quoad eius facere possum, vt consilia hostium intelligam. Cic. ad Atticum, lib. 11. 110. 6, Tu tamen velim ne intermittas, quoad eius facere poteris, scribere ad me. Cato ca. 31, Sursum vorsum, quoad eius facere poteris, facito vti dicas.

Quoad eius potest. Liu. 9. bel. Mace. Id eos vt prohiberet, quoad eius fine bello posset, Prætori mandatum est.

¶ Quoadusqi. Actius, Nihil te impedio, quoadusqi rẽ peragas

¶ Quoad sciunxit Gellius libro 1. cap. 15, Vlyssem Homerus virum sapiẽti facundia præditum, vocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore, quo scilicet non ad sonum magis, habitumque vocis, quàm ex sententiarum penitus conceptarum altitudine pertineret.

Quoarare/ vide **Coarare.**

Quocirca/ Coniunctio rationalis, Id est quamobrem, Itaque. Cic. de Senect. 5, Quocirca si sapientiam meam admirari soletis, quæ vtinam digna esset opinione vestra, nostróque cognomine, in hoc sumus sapiẽtes, &c. Ibidem, 37, Quod quo magis intelligi posset, fingere animo aliquem iubebat tanta incitatum voluptate corporis, quanta percipi posset maxima, nemini censebat fore dubium, quin tandiu dum ita gauderet, nihil agitare mente, nihil ratione, nihil cogitatione consequi posset: quocirca nihil esse tam detestabile, tamque pestiferum, quàm voluptatem. Sic 4. Acad. 61. Et Varro 1. de Re rust. cap. 1. 11.

Quocirca bene apud maiores nostros Senatus decreuit, &c. Cic. 1. de Diuinat. 151.

Quocum/ ablatiuus à Quicum. Cic. 1. de Legib. 81, Ergo assentiris Antiocho familiari meo: magistro enim non audeo dicere, quocum vixi.

Quocunque/ ablatiuus à Quicunque. Plinius libro 17. cap. 12. 9, Quocunque hæc modo se habeant, vis earum est spissare, ac refrigerare.

Sed quocunque tempore mihi potestas tui præsentis fuerit. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 93.

Quocunque, Aduerb. Plin. lib. 5. ca. 27. 8, Numerosis nominibus & nouis quacũque incedit insignis. Vetus exẽplar legit quacũque.

Eleganter interponitur dictio, inter quo & cũque, per eam figuram quæ Tmesis dicitur. Cice. 2. Tusc. 12, Vt enim heri feci, sic nunc rationem, quo ea me cunque ducet, sequar.

Quod/ cuius, Adiectiuum: vt Quod pomum. Interrogatiuum, & relatiuum est. Plaut. Quod facinus ausi tantum? Idem, Nec mihi quod facinus conscirem, inueni.

¶ Quod aliquando appellatiui vicem obtinet, Id est rem multis communem significat. Plautus Amphit. 3. 47,

Sed mos nunquam illi fuit patri meo,
Vt exprobraret quod bonus faceret boni. Idẽ Epi. 13. 44, Quod boni est, id tacitus taceas tute tecum, & gaudeas. Cic. Attico, Ego ad P. Lupum & C. Coponium Prætores misi, vt se vobis cõiungerent, & militum quod haberent, ad vos deducerent.

Quod biremium. Tacit. lib. 11, Complet & quod biremium, quæque simplici ordine agebantur.

Quod castrorum. Tacit. lib. 1, Et quod proxime castrorum syncerum erat.

Quod floris, quod roboris in iuuentute erat, amiserãt. Liuius lib. 7. belli Maced.

Quod militum. Tacit. li. 18, Et à Flauio Sabino præfecto vrbis quod erat in vrbe militum sacramento Vitellii adactum.

¶ Quod, relatiuum, aliquando dissentit à suo antecedẽte. Cicero, Omnes tenues atque humiles, quæ maxima in populo multitudo est, sibi præsidium paratum putant. Salust. in Catilinã, Est locus in carcere, quod Tullianum appellatur.

¶ Quod, Absolutum. pro Quæ res. Terent. Eunucho, 3. 1. 55, Par pari referto, quod eam mordeat.

¶ Quod, Propter quod, vel Itaque. Terent. Hecyra, 2. 3. 3, Nam (ita me ament di) quod me accusat nunc vir, sum extra noxiã. Vbi Donatus, Deest IN EO, vt sit, In eo quod me accusat nũc vir, sum extra noxiã. An QVOD, propter quod? Hactenus Donatus. Videtur hoc loco QVOD coniunctio esse, pro Quantũ pertinet ad. Idem And. 1. 5. 54, Quod ego per hãc te dexteram oro, & geniam tuum.

Quod, Propter quod, aliter. Plaut. Epid. Animum aduorte: vt quod ego ad te venio, intelligas. Id est, vt intelligas propter quod ad te venio.

¶ Quod, pro Quare. vt, Quod te oro. qui modus est Latini sermonis quo vtebantur quum aliquid timentes narrabant, ac deinde ne quid tale eueniret, obsecrabant: & perinde est quasi, Quare te oro. Terent. Hecyra, 3. 2. 3,

Male metuo ne Philumenæ magis morbus aggraueſcat:
Quod te Æsculapi, & te Salus, nequid huius sit, oro. Horat. 1. epist. 17. 18, -pol me miserum patrone vocares,
Si velles, inquit, verum mihi dicere nomen.
Quod te per genium, dextrámque, deósque penates
Obsecro, & obtestor, vitæ me redde priori. Quidam volunt hîc QVOD esse coniunctionem.

¶ Quod, pro Quæ plurali, inquit Donatus. Terẽt. Eunu. 1. 1. 19, Et quod nunc tute tecum iratus cõgitas,
Egone illam, quæ illum, quæ me?

¶ Quod attinet ad. Plau. Tri. 2. 63, -verũ quod ad vẽtrẽ attinet, Non hercle hoc longe. Terent. Adel. 3. 1. 9, Quando vitiũ oblatum est virgini, quod ad illum attinet potissimũ. Cic. pro Roscio Amer. 54, Qui omnes (quod ad me attinet) vellem viuerẽt. Idẽ 4. Ver. 10, Tamen vobis alio loco, vt se tota res habeat, quod ad eam ciuitatem attinet, demonstrabitur.

¶ Quod, Aliquãdo tantum accipitur pro quadam continuatione, siue connexione, quoties VTINAM adiunctum habet. Cic. Terentiæ, lib. 14. 4. 1, Quum aut scribo ad vos, aut vestra lego, conficior lachrymis, sic vt ferre non possim: quod vtinã minus vitæ cupidi fuissemus, certe nihil, aut non multum in vita mali vidissemus. Terent. Phorm. 1. 3. 5,

-rogitas, qui tam audacis facinoris mihi conscius sis?
Quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset. Quasi atquevtinam. vel, vtinam autem fuissem. &, atque vtinã. vel, vtinam autem ne incidisset.

¶ Quod, In quo. Terent. And. 4. 4. 17, -sed siquid sit
Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides, quàm ego, Manebo.

¶ Quod, pro Qui, authore Donato. Terent. Eunuc. 1. 1. 5, Ego quoque vnã perco, quod mihi est charius. Id est qui mihi charior sum. Et apud Plautum Asin. 13. 12,
Alienum hominem intromittat neminem,
Quod illa aut amicum aut patronum nominet. Plin. lib. 18. cap. vlt. 15, de tempestatum præsagiis, Nube grauida candicante, quod vocant tempestatem albam, grando imminebit.

¶ Quod absque molestia fiat, Quod commodè facere possis, Pace quod fiat tua, &c. Modi sunt loquendi, honoris præfatiũculam quandam & humanitatis signum denotantes. Cic. Sulpitio, lib. 13. 24. 3, Quare pergratum mihi feceris, si eum in amicitiam tuam receperis, atque eum, quod absque molestia fiat, siqua in re opus ei fuerit, iuueris. Idem Terentiæ, lib. 14. 5. 5, Tu velim, quod cõmodo valetudinis tuæ fiat, quamlongissimè poteris, obuiam nobis properes. Et Attico, lib. 14. 14. 4, Et velim cures epistolam, quam ad eum misi, reddendã, & ipse, quod cõmodo tuo fiat, cum eo colloquere. Eidem, lib. 1. 3. 6, Quæ tibi mandaui, & quæ tu intelliges conueniri nostro Tusculano, velim, vt scribis, cures, quod sine molestia tua facere poteris. Idẽ Lentulo, lib. 1. 1. 7, Decernit vt regem reducas, quod commo-

do tuo fiat,vt te obtinente Achaiam,conficiant. Idem ad Atticum,lib.1.2.1,Nunc verò sentio,quod cõmodo tuo facere poteris,veniat ad id tempus,quod scribis.

Quod bene vertat,Modus bene precandi. Liu.1.ab Vrbe,120, Cõtrà Tullus Metium benignè alloquitur.quod bene vertat,castra Albanos Romanis castris iungere iubet. Ibidem,72,Tum interrex,concione aduocata, Quod bonum, faustum, felixque sit,inquit, Quirites,regem create.

Quod inter nos liceat dicere.Cic.ad Atticum,lib.2.19.1,Serapionis librum ad me misisti,ex quo quidẽ ego(quod inter nos liceat dicere)millesimã partem vix intelligo.Vulgus dicit,*Quod ego nolim alii dicere vel duo.*

¶Non nouisti me? quod quidem veniat in mentem. Hoc est,quod meminerim. Plaut.Epid.13.31. Plin.lib.11.cap 14.4, Nec tamen ab vllo (quod equidem sciam) Latino arborum earum tradita est facies. Idem lib.13.cap.1.2, Primum, quòd equidem inueniam,&c.

¶Quod satis est,pro Quãtũ satis est.Hor.2.Ser.sat.7.1,-amicũ Manopium domino,& frugi,quod sit satis. Id est,tantum frugi quantum sufficiat.

¶Sum quod ille, Id est, talis sum, qualis ille: sum illi similis. Horat.1.Serm.saty.7.8,

Tu,quam sis quod ego,& fortassis nequior,vltro
Insectere:Sensus est,Quum sis id quod ego sum,id est,similiter vitiosus vt egoitu me vltro insecteris?

¶Quod,pro Quicquid. Cic.pro Domo sua,86,Ornamẽtorũ quod superfuit in fanis & communib' locis, tota è Græcia, &c. sanè frugaliter domum suam deportauit. Budæus.

¶Quod nunquam ferè. Cic.pro Milone,22, Nullis Græcis comitibus,vt solebat:sine vxore,quod nunquam ferè.

¶Quod ad quos.Cic.ad Atticum,lib.11.21.5,Siquid erit quod ad quos scribendum meo nomine putes, velim,vt soles,facias.

¶Quod quum ita est,ex edicto bona possessa non sunt.Cic. pro Quintio,44.

¶Quod superest,Mod' est loquendi quod etiã dicitur,Quod reliquum est,quod restat,Hoc est,cæterum.Virg.1.Georg.70,
Quod superest,quæcunque premes virgulta per agros,
Sparge fimo pingui. Vbi Seruius, Quod superest, non quod deest,sed quod sequitur. Idem 11.Æneid.5.
Maxima res effecta viri,timor omnis abesto:
Quod superest,hæc sunt spolia,& de rege superbo
Primitiæ. Vbi Seruius,Quod superest,id est de reliquo: & est absoluta elocutio. Cic.ad Atticum,lib.9.19.6,Quod superest, scribe quæso quàm accuratissime.

¶Quod contrà,pro Econtrario veró. Cic.de Amicit.76, Peccasse enim se non anguntur,obiurgari molestè ferũt quod cõtrà oportebat, delicto dolere,obiurgatione gaudere. Budæus.

¶Quod idem,pro Id quod. Cicero de Aruſp.respõs.11,Quod idem in iudicio capitis durum atque iniquum est. Idem 3.Philipp.141, Quod idem fecit L.Philippus, vir auo, patre, maioribusque suis dignissimus. Budæus.

Quod idem, pro Quod ipsum,quod etiam,id quod. Cic.pro Domo sua,56,Senatus quidem,cuius est grauissimum iudicium de iure legum , quotiescunque de me consultus est, toties eam nullam esse iudicauit. Quod idem tu Lentule vidisti in ea lege, quam de me tulisti. Et 1.de Nat.deorum,77, Quod idem faciunt stellæ superiores. Idem de Claris Orat.23, Quod idem fecisse Gorgiam, &c. Et in Oratore, Quod idem verbum in sententiarum etiam ornamenta transfertur. Budæus.

¶Quod vnum.Cic.ad Atticum,libro 14.3.18.6, Nunc autem videmur habituri ducem: quod vnum municipia,bonique desyderant.

¶Quod,pro *ætiri* vel *ætitet*,siue quatenus,aliquando quãtum.Terent.Phorm.1.2.81,
-omnia hæc
Cõfingam,quod erit mihi bonum atque commodum. Plautus Menæch.Non ædepol ego te, quod sciam,vnquam ante hũc diem vidi.Id est,quantum. Terẽtius Adelph.4.5.7, Tũne has pepulisti foras?&c.At. non equidẽ istas, quod sciam. Ibidem, 59, Prodidisti & te,& illam miseram, & gnatum,quod quidem in te fuit.Pro quantũ in te situm fuit. Quintil.lib.1.capite de Orthographia,Ego, quod consuetudo obtinuerit, scribendum quicque iudico, quo modo sonat. Pro Quoad, vel Quatenus. Alii legunt Nisi quod. Plaut.Bacchid.11.11,
Ipse quod in se fuit, accuratum habuit quod posset mali
Facere in me.

¶Quod,Cur,quamobrem. Virgil.3.eclog.10,Si ad vitulã spectes, nihil est quod pocula laudes. Cic.ad Terentiam, lib.14. 11.2,In viam quod te des hoc tẽpore,nihil est. Idẽ pro Rosc. Amerino,1, Credo ego vos mirari,quid sit quòd quum is, &c. ego potissimum surrexerim. Plautus Aulul.7.26,Iam ad te reuertor:nam est quod visam domum. Cic.de Prouinc.Cõs.10, Sed quid est quod in hac causa maximè homines admirẽtur,& reprehendant meum consilium? Ibidẽ,13,Quare siqui hominem non diligunt, nihil est quod eum de prouincia deuocent.

¶Quod,pro Vt,inquit Donatus.Terent.Phorm.5.9.63,
Vin' primùm hodie facere quod ego gaudeam Nautistrata,
Et quod tuo viro oculi doleant? Cic.10.Philipp.170,Cur nunquam tam frequens Senatus fuit, quod vnus aliquis tuam sententiam secutus sit? Vetus tamen codex legit Vt vnus.

Quòd,Coniunctio, Quia significat,& indicatiuo aliquãdo,frequentius tamen subiunctiuo iungitur. Indicatiuo. Cic. Attico, lib.1.2.2, Quòd ad me scribis de Hermathena, per mihi gratum est,& ornamẽtum Academiæ proprium meæ: quòd & Hermes cõmune omniũ,& Minerua singulare est eius gymnasii. Idẽ, Vtinã illum diem videam,quũ tibi agam gratias, quòd me viuere coegisti. Idem,Quod non tam interfuit mea(neq; enim illæ res,&c.)quàm Reip. quòd erant quidam improbi qui contentionem fore aliquam mihi cum Pompeio ex illarum rerum dissensione arbitrarentur. Idem, Senatusconsulta duo facta sunt odiosa, quòd in Consulem facta putantur Catone & Domitio postulante. Subiunctiuo. Cicero Attico, Et accersam, sed prohibebo, quòd intelligam multo magis interesse tua, te agere quod agendum esset hoc tempore, quàm mea, te adesse comitiis. Idem, Mihi quòd defendissem, leuiter succensuit. Plin.lib.8.cap. 16.6, Vitam iis longam docet argumento, quòd plerique denibus defecti reperiãtur. Valer.lib.4.cap.de Abstin. Præclare secum existimãs, quòd ex illa victoria alii pecuniam, ipse gloriam occupasset.

¶Quòd,Sed,verùm,atquo modo ferè cum Si vel Nisi iungitur.Teren.Phor.1.3.19, Quòd si tibi res sit cum eo lenone quicum mihi. Idem.Quòd ni fuissem incogitans. Virgilius 1. Georg.31,Quòd nisi & assiduis terram insectabere rastris. Terentius And.5.4.25,Quòd si quiessem,nihil euenisset mali. Cic. pro Murena, 3, Quòd si in his rebus repetendis, quæ mancipi sunt,is periculum iudicii præstare debet,qui se nexu obligauit, profectò,&c. Ibidem,3,Quòd si è portu soluẽtibus,ii qui iam in portum ex alto inuehũtur, præcipere summo studio solent. Hoc est,Si vero.

Quòd quum,pro Sed quum. Cic.pro Cælio,61, Quòd quum huius vobis adolescẽtiam proposueritis, constituitote vobis ante oculos huius etiam miseri senectutem. Idem 5.de Finibus, 11, Quòd quum accidisset vt alterum nec opinato videremus, surrexit statim. Budæus.

Quòd quia,pro Sed quia,verùm quando.Cic.1.de Finib.103, Quòd quia nullo modo sine amicitia firmã & perpetuam iucunditatem vitæ tenere possumus: nec verò ipsam amicitiam tueri,nisi ipsi æquè amicos vt nosipsos diligamus:idcirco & hoc ipsum efficitur in amicitia.Budæus.

Quòd quoniam.In præfatione secundi Rhetoricorum,Quòd quoniam nobis voluntas accidit vt artem dicendi perscriberemus. Vbi principium est sententiæ,pro Quando verò nobis, vel,Quum verò nobis.Budæus.

¶Quod,pro *ŏri*.vt,Scio quòd scribis,vel scribat. Plin.epist.5. lib.3,Quòd lectitas,mihi pergratum est.

¶Quod,Aliquando præcedentis verbi significationem determinat. Plinius ad Seruianum, Gaudeo & gratulor quòd Fusco Salinatori filiam tuam destinasti. Cic.in Salust.Credo quòd non omnes tui similes incolumes in hac vrbe vixissent. Plin. epist.92,Tertius hic dies est quòd audiui. Cic.pro Quintio,2, Illud quoq; nobis accedit incommodum,quòd M.Iunius, &c. hoc tempore abest.

¶Quod,pro Quantum ad illud. Terent.Eunuch.4.7.15.Sanè quòd tibi nunc vir videatur esse,hic nebulo magnus est. Idem in Prolog.Adelph.15,
Nam quòd isti dicunt malevoli,homines nobiles
Eum adiutare,assiduéque vnà scribere,
Quod illi,&c. Idem Adelphis,5.9.19,Vt id ostenderem,quòd te isti facilem & festiuum putant, id non fieri ex vera vita. Plautus Epid.11.56,Filium tuum quòd redimere se ait,id neutiquam placet.

Quodammodo,pen.corr.Aduerbiũ id significans,Quod barbarè dicitur *Aliqualiter*, & aliàs Latinè Aliquo pacto.Cic.de Amicit.17, Quippe quũ propter virtutẽ & probitatem eos etiam quos nunquã vidimus,quodammodo diligamus, Ibidem,63. Quamobrem vt hi qui superiores sunt, submittere se debẽt in amicitia,sic quodammodo inferiores extollere. Idẽ ad Sulpitiũ,lib.13.27.1,Literas ad te à M.Lepido Cõsule,nũ quæ te aliquid iuberẽt,sed quod modo quasi cõmẽdatitias sumpsimus.
Quasi quodammodo.Cic.1.de Orat.131.

Quodcunque, cuiuscunque, à Quicunque. Virgil. 1. Æneid. 16,
Cuncta equidem tibi rex, fuerit quodcunque, fatebor. Cic. 3. de Legib. 9, Quodcunque Senatus decreuerit, agunto.

Quodcunqi, Aliquādo nomen appellatiuum est: vt Quodcūque militum, pro Quoscunque milites. Cic. Attico, lib. 8. 161. 5, Vos hortor, vt quodcunque militum contrahere poteritis, contrahatis. Idem Rufo, lib. 5. 19. 4, Officii, quòd te mecū quodcunque cepissem consilii, polliceris fore. Columel. lib. 1. cap. 5, Quodcunque rubiginis aut spurcitiæ resedit, siccare.

Quodpiam, à Quispiam. vt Quodpiam oppidū, pro quoddā, apud Ciceronem in Verrem.

Aliquod quodpiam membrum. Cic. 3. Tusc. 31.

Quo minus, pen. corr. Id est, vt non. Terent. And. 4. 2. 17,
Si poterit fieri vt ne pater per me stetisse credat,
Quominus hæ fierent nuptiæ, volo. Cic. 1. de Orat. 56, Nullis vt terminis circūscribat ius suum, quominus liceat vagari quò velit. Idē Lētulo, lib. 1. 4. 4, Nemo est qui nesciat, quominus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum. Cæsar 4. bel. Gall. 546, Quæ ex eo loco millib⁹ passuum octo vento tenebantur quominus in eundem portum peruenire possent.

Nihil desyderamus quominus Epirum ipsam possidere videamur. Cic. Attico, lib. 1. 19. 4.

Illud nō perficies quomin⁹ tua causa velim. Cic. Lēt. li. 1. 7. 18.

Abstinere quominus, Vide **Abstineo**.

Aduersari quominus, Vide **Aduersor**.

Quo'modo, pen. corr. Aduerbium id est Qua ratione, Quidam volunt esse ablatiui casus & separatim legendum.

Interrogatiuè aliquādo ponitur. Plaut. Aulul. 4. 8, Quomodo tibi res se habet? Idem Amphit. 8. 104, Primulo diluculo abiisti ad legiones. A M. quomodo? Idem Milite, 8. 50, -sed quomodo Dissimulabat? Cic. 5. Verr. 98, Etiámne si plus edidisset, quàm quantum natum esset? Etiam. Quomodo? Magistratus ex ipsius edicto exigere debebant.

Quomodo, Quare. Plaut. Sticho, 4. 97,
Illa quidem nullum sacrificabit. C. quomodo?
Quid igitur me volt?

Admiratiuè aliquando. Cic. de Amicitia, 8, Aut enim nemo (quod quidem magis credo) aut si quisquam, ille sapiens fuit. Quomodo (vt alia omittam) mortem filii tulit?

Infinitè vt plurimum. Terent. Heaut. 5. 3. 2,
Ydq; adeò miror, quomodo tam ineptū quicquā potuerit tibi
Venire in mentem, mi vir. Cato ca. 2, Vbi cognouit, quomodo fundus cultus fiet.

Locut⁹ sū cū Cincio quomodo se res habet. Cic. Q. frat. li. 2. 6. 1.

Si Resp. tibi narrare posset quomodo sese haberet, non facilius, &c. Cic. Appio, lib. 3. 3. 1.

Ita me fecistis Consulem, quomodo pauci in hac ciuitate facti sunt. Cic. 3. de Lege agrar. 19.

Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptum appellent, non reperies. Cic. 1. de Orat. 11.

¶ Quomodo, pro Quoquomodo. Cic. 1. de Orat. 76, Verū hoc (vt dixi) nihil ad me. Illud ad me, ac multo etiam magis ad vos Cotta noster & Sulpiti, quomodo nunc se istorum artes habent, pertimescenda est multitudo causarum: est enim infinita.

Quomodo potuissem, te cōuenissem, si, &c. Cic. Rufo, li. 5. 10. 1.

¶ Quomodo, pro Vt. Cic. ad Atticum, lib. 13. 161. 5, Nam quomodo nūc est, pedem vbi ponat in suo non habet. Eidem, lib. 10. 197. 13, Cuius quidem mirificā virtus: quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domesticas tricas. De Tullia ipsius Ciceronis vxore. Budæus.

Quomodocunque, pro Quoquo pacto. Plaut. Pœnul. 7. 33,
Sed tamen quomodocunque, quanquam sumus pauperculi,
Est domi quod edim⁹. Cic. ad Terētiā, lib. 14. 14. 3, Quomodocūque nunc res se habet, modò vt hæc nobis loca tenere liceat. Vetus exemplar habet quomodo quidem. Idē 5. de Finib. 52, Hoc quum in amicitiis, quū in officiis, quū in virtutib⁹ dicitur, quomodocūq; dicitur, intelligi tamē quicquid dicatur potest.

Quomodonam. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 16. 14, Quomodonam mi frater de nostris versibus Cæsar?

Quonam, Aduerbium ad locum. Plaut. Trinum. 14. 69,
-eamus intrò, sequere. s. quò tu te agis? c. quonam, nisi
Domum? Cic. Attico, li. 8. 147. 7, Eum si nunc sequor, quonam? Quonam, ablatiuus à Quinam: iungitur ablatiuo MODO, éstq; tanquam vna dictio vice aduerbii posita. Cic. 2. de Finibus, 10, Quonam, inquit, modo? Quia, &c.

Infinitè. Cic. 4. de Finib. 113, Admirantes quæramus ab vtroque quonam modo vitam agere possimus.

Quondam, Aduerbium tēporis, Præteritum tempus aliquando notat, pro Olim vel Aliquando. Plaut. True. 8. 21,
-num tibi sordere videor?
D. Non mihi quidem: verùm tempestas, memini, quondā fuit
Quum inter nos sorderemus alteri. Cicero, Fuit ista quòdam in hac Rep. virtus. Idē ad Cælium, lib. 2. 15. 5, Nosti enim non modò stomachi mei, cuius tu similem quondam habebas, sed etiam oculorum in hominum insolētium indignitate fastidiū. Liuius 1. ab Vrbe, 109, Omnia onera quæ communia quondam fuerint, inclinasse in primores ciuitatis.

Consuetudo mea qua quōdā solit⁹ sum vti. Cic. 1. de Orat. 67.

¶ Aliquando futurum. Virgil. -quondam tua dicere facta
Tempus erit.

¶ Præsens nonnunquā. Virgil. 2. Æneid. 74, Quondam etiam victis redit in præcordia virtus.

¶ Quondam, Semper. Virgil. 3. Georg. 19, Vt quondam in stipulis magnus sine viribus ignis. Seruius in 2. Æneid. 63.

Quoniam, Coniunctio causalis. Terent. And. 1. 5. 15,
-ea quoniam nemini obtrudi potest,
Itur ad me. Idē Eun. 2. 2. 6, Quid istuc ornati est inquā? quoniā miser quod habui perdidi. Ci. pro Plācio, 66, Quoniā tu ita vis, nimium me gratum esse cōcedam. Serui⁹ Ciceroni, lib. 4. 5. 15, Tamen ei moriendum fuit, quoniam homo nata erat. Cic. 3. Tusc. 13, Qui fortis est, idem est fidens, quoniam confidens mala consuetudine in vitio ponitur.

¶ Quamobrē quoniā mihi nullū scribendi argumētū relictū est, vtar ea clausula, &c. Cic. Curioni, lib. 2. 5. Et pro Flacco, 54, Quamobrem quoniā quod crimen esse voluisti, id totum vides in laudem esse conuersum, &c. Sic 3. Philipp. 144, Quapropter quoniam res in discrimen adducta est, vtrum ille pœnas Reip. luat, an nos seruiamus: aliquando per deos immortales, &c.

¶ Quoniam, aliquando significat Postquā, authoribus Festo & Donato. Plautus Asin. 11. 21, Quid nunc, quoniam ambo, vt est lubitum, nos delusistis, datisne argentum? Idem Aulul. Quoniā is moritur, ita auido ingenio fuit. Terent. And. 2. 1. 6, Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri quod vis non potest, velis id Quod possis.

¶ Quoniam & Ideirco, veluti relatiua sunt. Propert. lib. 1,
An quoniam agrestem detraxit ab ore figuram
Iuppiter, ideirco facta superba dea est?

¶ Quoniā quidē, pro Quādoquidem. Cic. pro Sexto Rosc. 18, Quoniā quidē suscepi, non deest. Idem ad Atticū, lib. 2. 16. 4, Quoniam quidem ea quæ nos scribimus, &c. te etiā delectant. Item pro Flacco, 53, Quoniā quidē furtū nostrū quod reprehēdis, &c.

Quoniam quidē, secundo loco. Colum. lib. 5. cap. 5. 15, Nos autem præcipimus easdē virgas, quū à matre fuerint præcisæ, sicubi demortuis vitibus ordines vacent, aut si nouellam quis vineā instituere velit, pro viuiradice ponere: quoniā quidem partes sarmentorum, quæ fuerant obrutæ, satis multas habent radices, quæ depositæ scrobibus confestim comprehendant.

¶ Quanqnā quoniā, &c. Idem Roscius, &c. Cic. 1. de Orat. 132.

¶ Quoniam, pro Quod, vel quia. Plin. lib. 13. cap. 1. 26, Quo certè vocabulo satis constitit dedere prisci quoniam & in materiis cariem fumus erodit.

Quopiam, Aduerbium ad locum. Terent. Eunucho, 3. 1. 9,
Iturāne Thais quopiam? ET THA. hem Parmeno,
Bene feci⁹ti, hodie itura.

Quoquam, Aduerbium ad locum. Cato ca. 71, Boues ne pedes subterant, prius quàm in viam quoquam agas. Cic. 4. Ver. 37, O Verrea præclara, quoquam si accessisti, quò non attuleris tecum istum diem?

Quoque, Coniunctio. pro Etiam, similiter. Terēt. Eunuc. 2. 2. 10,
Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque.
Idem And. 4. 4. 13, -ego quoque hinc ab dextera
Venire me assimulabo. Idē Hecyra, 3. 5. 53, Ecce autem tu quoque proterue iracundus es. Et And. 2. 6. 24,
-& quod dicendum hīc fiet,
Tu quoque perparcè nimiū: nō laudo. Cic. pro Rabirio Posthumo, 21, Si per eū reductus insidioſe rediſſem, me scilicet maximè, sed proximè illū quoque fefelliſſem. Virg. eclog. 9. 7,
-me quoque dicunt Vatem pastores.

Quoq; enim. Liu. 10. bel. Pu. 1, P. Sēpron⁹ (ei quoq; enim Procōsuli imperiū in animū prorogabatur) P. Licinio succederet.

Quoque etiam. Plaut. Amphit. 8. 83, Tún' heri hunc salutauisti A L. & te quoque etiam Sosia. Terent. Hecyra, 1. 1. 35, Nam non sunt solæ arbitratæ hæc ego quoque etiā credidi. Et paulò ante, 7, Ego pol quoque etiam timida sum, quum venit mihi in mentem quæ sim.

Quoque certè. Curtius lib. 8, Puero quoque certe postea ex ea vicunque genito, Alexandro fuit nomen.

Quoque, cum particula &. Plin. lib. 8. cap. 16. 15, Sunt verò & fortuita eorum quoque clementiæ exempla. De leonibus.

Quoq; in fine sentētiæ, venustatē habet in oratione. Quintil.

lib.8.cap.6,Nam sit lóga & inexpedita vt in quæstionibus eam iudices timilé agmini tondem lixas habenti, quot mulites quoque. Idem lib.5.cap.4,Perdidisset gratiam simplicis atque inaffectati coloris,perdidisset fidem quoque.

Quoquo,Aduerbium ad locum,In quancunque partem. Cic. 2.de Diuinat.56, Ita quoquò sese verterint Stoici,iaceat necesse est omnis eorum solertia.

Quoquò gentium. Plautus Merc.II.17, Ménsque mihi illam quærere,quoquò hinc abducta est gentium.

Quoquo,ablatiuus: vt Quoquo tempore fuerit,Id est quocúque. Cic.ad Atticum,lib.9.17.5,Confido igitur aduentum nostrum illi quoquo tempore fuerit,vt scribis,ἀσμένιστι fore.

Quoquo cõsilio fecit,fecit certè suo. Ci.pro Rab.perd.reo,13. Hic ager quoquo pretio coemptus sit,tamen ingenti pecunia vobis inducetur.Cic.1.de Lege agrar.71.

¶ **Quoquomodo**.Plaut.Menæh.17.67, -quid nocui
Tibi,aut adeò isti, quæ mihi molesta est quoquomodo? Id est omnib° modis,omnino. Plin.epist.94,Eia tu,quũ proximè res agétur,quoquomodo ad iudicandũ veni.Id est,omnino. Cic. ad Q.fratrẽ,lib.1.2.13, Tu quoquomodo,quoniã Ephesi est,hominẽ inuestiges velim:summáq; diligentia vel tecum deducas.

Fuit aliquis casus quem tulimus, quoquomodo ferédus fuit. Cic.6.Philipp.17.

Quoquomodo ea res huic quidem cecidit.Cic.ad Atticũ,lib. 8.14.7.10. Et 7.Verr.30,Tu quum esses Prætor renũtiatus quoquomodo.Id est quomodocunque,siue vtcunque. Idẽ ad Acilium,lib. 13.38.2, Quoquomodo autem se res habet, peto à te, vt honoris mei causa eum expedias. Et ad Terétiam, lib. 14. 4.6, Sin,vt ego metuo,transactum est: quoquomodo potes,ad me fac venias. Plinius lib.7.cap.54,Sepultus intelligitur quoquomodo conditus.

Quoquomodo de me meritus est.Cic.pro Milone,71.

Quoquomodo,tamen. Cic.4.Verr.50,Quoquomodo se in ea quæstione præbebat,tamẽ in consilio habebat homines honestos è conuentu Syracusano. Idem 7.Verr.70, Quoquomodo sese res habebat,pugnare tamen se velle clamabant.

¶ **Quoquopacto**.Terent.Adelph.3.2.44, -tum si maximè
Fateatur,quum amet aliam,non est vnle hanc illi dari.
Quapropter quoquopacto celato est opus. Idem Eunucho,5. 9.53,Mirum,ni illoc homine quoquopacto opus est.

¶ **Quoquouersum**,siue Quoquouersus, Aduerbiũ ad locum, Id est versus quencunque locum. Cæsar in Comment.Eius imperio classem quoquouersum dimittũt. Ibidem,Rates duplices quoquouersum pedibus triginta è regione solis collocabat. Cato cap.15,Parietes villæ si locet in pedes centumid est pedes denos quoquouersum. Idem cap.43, Perticis saligneis viridibus quoquouersus collatis consternito. Idem cap.19,Scnupedem quoquouersum in suculam sena foramina indito. Cæsar 2.bel.Ciuil.28,Patebat hæc quoquouersus pedes x x x. Colu. libro 1. cap. 5.1, In plano pedes interualli quoquouersus octo. Sic lib.5.cap.3. Cæsar 7.bel.Gall.50,Hoc spatio à Boia quoquouersus,quo pabulandi causa adire posse videantur.

Quorsum, Aduerbiũ ad locũ,Versus quẽ locũ:cum interrogatione,& sine interrogatione aliquando ponitur. Terent.Eunu. 2.3.13,Ego nescio hercle neq; vnde eam, neque quorsum eam.

Quorsum,Ad quã rem. Terent.Eun.1.1.75, Aut ego nescièbã quorsum tu ires? Hoc est, quid tuis verbis velles? quò tenderes? Idẽ And.1.1.100,Quàm timeo quorsum euadas! Id est,ad quẽ finem perueniat oratio tua. Ibidem,1.5.29, Misera timeo,hoc INCERTVM quorsum accidat. Id est Vereor ne illud incertum,quod dixit Pãphilus,malè vertat nobis, & in nostrã perniciem cõuertatur. Idẽ Hecy.1.1.118,Nisi sanè curæ est,quorsum euenturum hoc fiet. Plautus Pseud.4.81,Tenes quorsum hæc tendant,quæ loquor? Cic.pro Rosc.Comœdo,15,Quorsum récidat responsum tuum non magnopere laboro.

Quorsum istuc? Quod vulgò dicitur *Ad quod propositum*? Terét. Adelph.1.1.20, Quorsum istuc? M. quia tu Demea hæc malè iudicas. Idem And.1.1.14,Quorsumnam istuc? D.ego me continuò ad Chremem. Cic.de Amicitia,39,Quorsum hæc? quia sine sociis nemo quicquam tale conatur. Idem 2.de Legibus,13, Quorsum istuc? Et 1.Tuscul.93, Quorsum igitur hæc spectat oratio? Item Post reditũ,ad Quirites,3, Quorsum igitur hæc disputatio? quorsum? vt intelligere possitis,neminem,&c.

Verebar quorsum id casurum esset. Cicero Attico,lib.3.66.1. Terent.And.II.4, -& heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet.

Vnde mihi lapidem? quorsum est opus? Horat.2.Ser.saty.7.14.

Quorsum hæc tãdem? hoc est,Ad quid tãdem hæc dicis? Horatius 1.Serm.saty.7.5,
Non dices hodie quorsum hæc tam putida tandem
Furcifer? Legitur &,Putida tendant.

Quorsum tandem,aut cur ista quæris? Cic.1.de Legibus,5.

Quorsus,Idẽ. Cic.de Claris Orat.161,Quorsus inquam istuc? non enim intelligo. Idem Attico,lib.1.16.1,Nunc repentè tanto in odio est omnibus,vt quorsus eruptura sit,horreamus. Plinius Iunior epist.94.2, Iterum dices,Quorsus hæc? Debuit ei pecuniam Valerius Varrus.

Quot,Nomen numerale.Plaut.Sticho.4.59,
Quot adeò cœnæ,quas desleui,mortuæ!
Quot potiones mulsi? quot autem prãdia! Admiratiuè dictum. Et apud Terentium in Hecyra,Quot commodas res attuli? quot autem ademi curas!

Tot,quot.Terent.Phorm.1.4.14, -verùm ita est,
Quot homines, tot sententiæ. Hæc eadem verba habet Cicero lib.1.de Finibus,14.

Quot homines,tot causæ.Cic.2.de Orat.76.

Quot,quantæ,quàm incredibiles calamitates.Cic.1.Tusc.156.

Quot sunt 5.totidem quot ego & tu sumus. Plaut.Rud.14.6. Cic.in Orat.30,Quot orationũ genera,&c.totidẽ orationis sunt.

Quot modis.Terent.And.1.5.11,
Prò deûm atque hominum fidem,nullóne ego
Chremetis pacto affinitatem effugere potero? quot modis
Contemptus,spretus: facta,transacta omnia.

Quot annos nata? Plaut.Cistell.10.99,Quot annos nata dicitur? septendecim. Idem Menæh.14.57,
Quot eras annos natus quum te pater à patria auehit?
MEN.Septuennis.

Quotannis,Singulis annis. Plautus Epid.5.46, Quid istæ quæ quotannis nomina inueniũt nouas? Cic.4.Verr.91,Quòd omnes Siculi ex censu quotannis tributa conferunt? Sic 1.de Finibus,161. Columel.lib.5.cap.9.10,Omnis deinde soboles quæ ex vno stirpe nata est,quotannis extirpanda est.

Quotennis,Id est quot annorum. Habet enim antecedentia nomina numeralia,vel composita ex numeralibus & annovt anniculus,biennis,triennis.vt Tu es biennis,quotennis ille. Hæc Calepinus,sed sine teste.

Quotenus,pe.pro. Relatiuũ diuisiuũ,significat Vsq; ad quem numerum. Ad bini,terni,quaterni refertur.Sic docet Prisciã°. Cic.ad Att.lib.12.150.1,-ls,opinor, ita partes fecit in ripa nescio quotenorum iugerũ, vt certa pretia cõstituerct,quæ mihi nota nõ sunt. Alii tamen dicunt nihil aliud significare quàm quot.

Quotidie,Aduerbium,Singulis diebus.Plautus Aulul.3.23,
-ea mihi quotidie
Aut thure,aut vino,aut aliquo semper supplicat. Terẽt.Heaut. 3.1.14,Nam mihi quidem quotidie augescit magis
De filio ægritudo. Idem Heaut.1.1.50,
Quotidie accusabam,Hem tibine hæc diutius
Licere speras facere me viuo patre? Cic.3.Verr.92,Quo maximarũ rerũ frequẽtissimæ quotidie aduocationes fiũt. Idẽ 4.de Finib.107,Alter valet pl° quotidie,alter videt,&c. Sic 6.Ver.67. Quintil.lib.1.cap.De orthographia,Frigidiora his aliavt quicquid c quartã haberet, ne interrogare bis videremur. Et quotidie,non cotidie : vt sit,quot diebus.Verùm hæc iã inter ipsas ineptias euanuerunt.

Quotidie, vel potius in singulos dies, breuiores ad te literas mitto.Cic.Attico,lib.5.94.1.

Quotidiãnus,pen.prod.Adiectiuum, Quod quotidie fit. Plautus Merc.7.57, Quæque habeat quotidianum familiæ coctum cibum. Idem Trinum.13.92, -pax idem nomen mihi
Hoc quotidianum est. Cicero 2.de Diuinat.91,Quia sunt hæc quotidiana,angues non item.

Quotidianũ magis quàm vsitatũ. Brutus Ciceroni,16.1,Audire aliquid de te,non solùm vsitatũ,sed etiã quotidianum est.

Cœnam quotidianam alicui apponere. Plin.lib.9.cap.35.17.

Culpa quotidiana.Catul.ad Mallium,63.28.

Cura quotidiana.Terentius Phorm.1.3.8.

Epistolæ quotidianæ odiosæ.Cic.Attico,lib.8.166.1.

Febris quotidiana.Terent.Hecyra,3.2.11.

Formæ quotidianæ,Id est vulgares & vsitatæ.Terẽ.Eun.1.3.6,
O faciem pulchram! deleo omnes dehinc ex animo mulieres:
Tædet harũ quotidianarum formarum. Vbi Donatus,Quotidianarum,hoc est Leuium & vsitatarũ.Est quippe contrarium, Noua figura oris.

Opera quotidiana & peruagata.Cic.3.de Orat.104.

Querimonia quotidiana.Cic.1.Verr.5. & 3.92.

Res quotidiana.Plinius lib.3.cap.5.6,Tam propinqua origo nunc quotidianæ rei est.

Sermo quotidianus,Qui quotidie habetur.Cic.ad Lentulum, lib.1.1.4, Nam quum in sermone quotidiano, tum in Senatu palàm sic egit causam,vt,&c. Idem 3.Verr.92,Nam quid ego de quotidiano sermone querimoniáque Pop. Roma. loquar? Quintil.lib.2.cap.4.7.

Sermo quotidianus & familiaris. Cic.pro Cecinna,38, Sermo hercle & familiaris & quotidianus non cohærebit, si verba inter nos aucupabimur.

Sumptus quotidiani. Terent.Heaut.4.5.7.

Verba quotidiana. Cic.ad Papyrium,lib.9.21.3, Epistolas verò quotidianis verbis texere solemus. Id est in quibus quotidiano sermone vtimur.

Victus quotidianus. Cic.pro Rosc.Amerino,46.

Vitæ quotidianæ expressa imago. Cic.pro Rosc.Amerino,27, Etenim hæc cõficta arbitror à poetis esse, vt effictos nostros mores in alienis personis, expressamque imaginem nostram vitæ quotidianæ viderem ut.

Vita quotidiana, assidua, & vrbana. Cic.in Pisonem,50.

Quoties, Aduerbium numerale, hoc est Quot vicibus. Plaut. Curc.14.11, -dixi equidem tibi vnde ad me hic peruenerit: Quoties dicendum est? Idem Amph.7.61, Quis istic Sosia est? S. ego inquam, quoties dicendum est? Ibidem,14.35,

-quis homo? M. quoties vis dictum? Amplutruo
Herus meus. molestus ne sies. Terent.Hecyra,1.1.3,
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi,
Quàm sanctè: vt facilè posset credere,
Nunquam illa viua ductarum vxorẽ domũ. Cic.4.Verr.102,
Verùm quoties, & quot nominib⁹ à Syracusanis statuas auferes?

Quoties mihi certorũ hominũ potestas erit? Cic.Lẽt.lib.1.7.3.

Apud veteres, quotiens per N scriptum fuisse testatur Pierius his verbis, In omnibus codicibus antiquis quos euoluerim, QVOTIENS per NS scriptum obseruaui. Quibus astipulatur Caper Grámaticus, vbi dicit, Sine N scribenda sunt millies, centies, decies. Totiens & quotiens quum scribũtur, per N scribenda sunt. In cuius sententiam Victorinus etiam descendit, dum ait, Aduerbia verò cum N scribenda sunt, Totiens, Quotiens.

Quoties iam, quoties iam tibi exorta est sica ista de manib⁹? Cicero 1.in Catil.11.

Quotiescunque. Plaut.Capt.3.29, -quæ ædes lamentariæ
Mihi sunt: quas quotiescũque cõspicio, fleo. Idem Trucul.6.27,
Quid tu hoc occurras in vrbem, quotiescunque aduenis. Cic.pro Cluentio,39, Quotiescũque dico, toties mihi videor in iudicium venire. Idem 3.Tusc.142, Cætera, quotiescũq; voletis, & hoc loco & aliis parata vobis erunt. Idẽ ad Cecinnã,lib.6.5.1.

Quotquot, compositum à quot. Catull.de Acme, epigr.39.1,
Adeste hendecasyllabi, quot estis
Omnes vndique, quotquot estis omnes.

Quotquot eunt dies, Singulis diebus. Horat.1.Carm.ode 14.1.

Si duæ leges, si plures, aut quotquot erunt. Cic.1.de Inuẽt.119.

Quotuplus, pen.corr. Ad mensuram vel ad põdus refertur. vt, Meus ager reddit decuplum, quotuplum non reddit tuus.

Quotuplex, Quot iugerum.

Quotus, quota, quotum, Relatiuum ordinale, quo significatur cuius numeri, siue in quo numero aut ordine. Vt, Sum primus in ciuitate, quotus es in tua.

Quotus, simpliciter interrogat, & numerum petit. Cic.5.Verr.189, Quotus erit iste denarius, qui non sit deferendus? Horat.1.Serm.saty.6.9, Hora quota est? Ouid.7.Metam.106, Et quota pars illa rerum periere mearum?

At fuit fama. quotus quisq; istam potest effugere in tam maledica ciuitate? Cic.pro Cælio,19.

Quotus, sine interrogatione. Horatius 1.epist.1.7, Scire velim chartis pretium quotus arroget annus. Mart.lib.14.117,
Dic quotus es, quanti cupias cœnare: nec vllum
Addideris verbũ, cœna parata tibi est. Horat.1.epist.5.6, Tu quotus esse velis rescribe. Plaut. Pseud. 15.7, Quotas ædes dixerit, id ego admodum incertò scio.

Nequãdo perturbatione ordinis impediamur, quo seci⁹ quoto quoq; loco libebit, possimus. Author ad Herenniũ,lib.3.24.

Quota pars, id est minima pars. Ouid.1.de Ponto, eleg.10.5, Qui quota terroris pars solet esse mei? Idem ad Corinam, lib.2.Amorum, eleg.11.2, Ex tot in Atridis pars quota laudis erat? Martialis lib.1.18, Cæsaris hæc nostri pars est quota? Quasi diceret, minima.

Quotuscunque. Tibul.lib.2.eleg.7.11, Mouerit è cunctis pars quotacunque deos.

Quotusquisque, Nomen numerale, per interrogationem profertur: vt, Quotusquisque est qui teneat artem numerorum? Quasi dicat, nullus aut rarus. Cicero 5.de Finibus,53, Quis est enim, aut quotusquisque, cui mors quum appropinquet,
Non refugiat timido sanguis, atq; exalbescat metu? Ex poeta. Idẽ 2.Tusc.16, Quotusquisq; philosophorũ inuenitur, qui sit ita moratus? Vetus codex habet Quotus enim quisque. Item 2.de Diuinatione, 77, Quota enim quæque res euenit prædicta ab istis? Et 3.de Oratore,108, Quotus enim quisque est qui teneat artem numerorum, atque modorum? Idem pro L.Flacco,80, Quotus enim quisque est qui-hanc in Rep.sectam sequatur? Sic ad Atticum,lib.1.8.1.

Quoto cuique lorica est? quis equum habet? Curtius lib.9.

Quouis, Aduerbium ad locum.

Quouis gentium. Terent.Heaut.5.1.55,
Imò abeat potius multo quouis gentium,
Quàm hîc per flagitium ad inopiam redigat patrem.

Quouiscunque loco potes hunc finire libellum. Mart. lib.14.1.

Quousque, Id est quãdiu, vel vsque ad quod tempus: & ponitur interrogatiuè. Plaut. Asin.3.29, Nam quousque? I. vsque ad mortem volo. Cicero pro Cn.Plancio,61,
Atque etiam clamitas Laterensis, Quousque ista dicis? Nihil in Cyprio profecisti. Idẽ 1.de Nat.deo.155, Quousq; ludis?

Quousque tandem, primo loco positum, & quasi ex abrupto prolatum. Cic.1.in Catilinam,1, Quousq; tandem abutêre Catilina patientia nostra? Quandiu, &c. Liuius ab Vrbe condita, Quousque tandem ignorabimus vires nostras?

Quousque, cui respondet Quoad. Cic.ad Atticũ,lib.15.319.19, Quousque inquies? quoad erit integrum.

Quum, vel **Quum**, vel **Quom**, scribebãt veteres, quando aduerbium tẽporis erat. Victorin⁹ in orthographiæ præceptis admonet sic esse scribẽdũ quũ est aduerbiũ tẽporis. Eius hæc sunt verba, CVM autem, si fuerit aduerbium tẽporis, per Q & V, siue vnũ, siue duo scribatis, vt Quum primùm, & Quum facerẽ. Hactenus Victorinus. Scripserunt veteres & QVOM, per O ante M. Plaut.Amph.Grauidã ego illã reliqui quom abeo. Terent.in Prologo Andriæ,1, Poeta quom primùm animũ ad scribẽdum appulit. Cic.de Amic.1, Quom sæpe multa, tum memini, &c. sub.narraret. Quintil.lib.1.c.2. De orthographia, Illa quoq; seruata est à multis differentia: vt AD, quum esset præpositio, D literam: quum autem coniunctio, T acciperet. Item CVM, si tempus significaret, per QVOM: si comitem, per CVM: si verò causam, per Q. ac duas sequentes VV, scriberetur.

Quum, pro Quo, authore Donato. Terent.And.1.1.115, Prope adest, quum alieno more viuendum est mihi.

R

CONSONANS litera, liquida, quam pro S litera sæpissime posuerũt veteres. nã quod illi Valesii, Fusii, & multa alia dixerunt, nunc Valerii, Furii dicim⁹, teste Quintiliano lib.1.cap.4. In cõpositione, si sequatur L, vt plurimũ in ipsum L cõuertitur, vt pro Perluceo, dicimus Pelluceo.

Rabies, rabiẽi, f.g. & Rábia, rábiæ, apud antiquos, Morbus canum, quum veluti furore quodam acti, huc atq; illuc rapiuntur, nec vllum quietis locum inueniunt.

Alii rabiem quasi rauiem dici putãt, à raucitate vocis, quam rabiosi habent simílem latratui canis. Plin.lib.29.cap.5.2, Multò tamen vtilissimè iecur eius qui in rabie momorderit, datur.

Canum rabies. Ouid.14.Metam.14.

Rabies, transfertur & ad homines. Cic.in Salust.5, Quòd ista inusitata rabie petulanter in vxorem meã inuasisti. Idem 3.Tusc.107, Hecubã autẽ putant propter animi acerbitatẽ quandam & rabiem fingi in canem esse conuersam. Ibidem,4.83, Neque eos existimet sine rabie quicquam fortiter facere posse.

Edendi rabies ex longo collecta fatigat. Virgil.9.Æneid.13.

Rabies, Furor. Horat.in Arte,16, Archilochum proprio rabies armauit Iambo. Quoniã qui Iambicis vtebantur, furore quodam correpti primùm videbãtur: vel quòd proprii sint Iambi furoribus explicandis, vnde tragœdiis primùm in vsu fuerunt.

Scelerum rabies. Lucan.lib.5.53, -liceat discedere Cæsar
A rabie scelerum.

Noti, siue Austri rabies. Horat.1.Car.ode 3.3.

Ciuica rabies, Id est ciuium. Horat.3.Carm.ode 14.14.

Horrenda rabies. Horat.2.Serm.saty.3.65.

Horrenda rabies ferarum. Silius lib.16.21.

Improba ventris rabies. Virg.2.Æneid.71.

Inuen. 1.libr. Claud. in Ruffinum. 12.
Prompta in furorem rabies. Lucan. lib. 7. 49.
Rema. la rabies. Stat. 11. Thebaid. 6.
Sæua rabies ventorum. Ouid. 5. Metam. 1.
¶ Addere rabiem in fines Italûm. Silius lib. 1. 14.
Dolor rabiem collegerat. Ouid. 9. Metam. 43.
Colligit os rabiem. Ouid. 1. Metam. 48.
Dissimulare rabiem & minas. Stat. 1. Achill. 7.
Cæci rabiem comprimere. Virg. 5. Æneid. 161.
Effundit cunctam rabiem, iraruúmq. procellas. Silius lib. 11. 4.
Ventorum rabies exasperat fretum. Ouid. 5. Metam. 1.
Inflammantur rabie equi, Vide Inflammo.
Lenitat & rabiem canis, & mométa leonis. Horat. 1. epist. 10. 4.
Parare rabiem alicui. Horat. 1. Carm. ode 15. 3.
Placata cruore rabies. Stat. 10. Thebaid. 57.
Tracta quieuit rabies. Claud. de bello Getico, 87.
Indomitam properat rabiem sedare. Horat. Epod. 12. 2.
Sedare rabiem. Silius lib. 13. 69.
Iraruni rabiem seruat frons. Silius lib. 13. 148.
Sparget intentam rabiem draconis. Senec. Herc. Œtæo, 11. 4.
Stimulatus vt furenti rabie vagus anim⁹. Catul. de Berec. 58. 1.
Corda tument rabie fera. Virg. 6. Æneid. 10.
Hinc canibus blandis rabies venit. Virg. 3. Georg. 120.
Iocus in rabiem apertam vertitur. Horat. 2. epist. 1. 30.

Rabiósus, pen. prod. Adiectiuum, Rabie correptus. Plaut. Capt. 11. 16, Hic homo rabiosus habitus est in Aulide. Plin. lib. 29. cap. 5. 2, Est limus saliuæ sub lingua rabiosi canis.
Canis rabiosa. Horat. 1. epist. 1. 15.
Fortitudo rabiosa. Cic. 4. Tusc. 77, Vide ne fortitudo minimè sit rabiosa, sitque iracundia tota leuitatis.
Iurgia rabiosa fori clamosi. Senec. Herc. furen. 3. 3.
Signi rabiosi tépora, Dies caniculares. Horat. 1. Serm. saty. 6. 16.

Rabiósulus, penul. cor. Adiectiuum, diminutiuum. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 16. 1, Primas illas rabiosulas sat fatuas dedisti.

Rabióse, pen. prod. Aduerbium. Cic. 4. Tuscul. 75, Atque hi collocuti inter se prius quàm manum consererent, leniter & quietè: nihil ne in ipsa quidem pugna iracundè, rabioséve fecerunt. De Aiace & Hectore.

Rábidus, pen. corr. Adiect. Qui rabiem habet. Plin. lib. 29. cap. 5. 1, In canis rabidi morsu tuetur à pauore aquæ, capitis canini cinis illitus vulneri. Idem lib. 8. cap. 9. 1, Domantur autem elephanti rabidi fame & verberibus.
Rabidú & incitatum agere aliquem. Catul. de Berecynthia, epigr. 58. 19, Alios age incitatos, alios age rabidos.
Animi rabidi furor. Catull. de Berecynthia, epigr. 58. 3.
Aspectu rabido circunspectare. Author ad Herennium, lib. 1. 19.
Canes rabidi. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 5.
Certamen rabidum. Silius lib. 16. 82.
Corpus rabidum. Cic. in Arato, 13, Ver toto spirans rabido de corpore flammam.
Dens rabidus, Rabie plenus. Mart. lib. 1. 18,
Sæua ferum rabido lacerauit dente leonem.
Res noua, non vllis cognita temporibus.
Dolor rabidus. Stat. 6. Thebaid. 17.
Fames rabida. Virg. 6. Æneid. 85.
Ferarum rabidarum more. Stat. 8. Thebaid. 15.
Flatus rabidi. Stat. 2. Sylu. 2. 24.
Ingenium rabidum. Claud. 1. in Ruffinum, 11.
Ira rabida. Ouid. 7. Metam. 85.
Miles rabidus. Silius lib. 13. 51.
Mores rabidos compescere. Ouid. 3. de Arte, 100.
Murmur rabidum. Valer. 4. Argon. 48.
Os rabidum. Virg. 6. Æneid. 16.
Tigres rabidæ. Virg. 2. Georg. 50.
Voces rabidæ. Claud. 1. in Ruffinum, 9.

Rábide, pen. corr. Aduerbium. Cic. 5. Tuscul. 24, Quid verò illum quem libidinibus inflámatum & furentem videmus, omnia rabidè appetentem cum inexplebili cupiditate, &c.

Rabere, Verbum dictum à Rabie, Nimia ira & quasi rabie agi. Varro, Quid est quod blateras? quid rabis? quid vis? Cæcilius Hypobolymæo, Aft rabia rabere se ait. Ex Nonio.

RABIRIVS, Eques Romanus, perduellionis, id est Iræ maiestatis accusatus à T. Labieno Tribunoplebis, quòd Saturnii virum scelerati & hostem patriæ in tumultu occiderit, defensus à Cicerone, cuius extat oratio, quæ inscribitur pro C. Rabirio, perduellionis reo.
Rabirius, poeta quidam temporibus Ouidii, vt ipse Ouidius testatur 4. de Pón. eleg. 16. 1, Quum foret & Marsus, magnique Rabirius oris. Magni oris vocat, id est magniloquum.

Rábo, rabonis, fœm. gen. pro Arrabone, cæsum apud Plautum

Truculent. 14. 13, -sequere
Intrò me amabò mea voluptas. S. tene hoc tibi, rabonẽ habeto,
Vt mecum hac nocte sies. A. peri, rabonem quam esse dicam
Hanc beluam? quin tu arrabonem dicis? S. ita facio lucri,
Vt Prænestinis conia est ciconia.

Rábula, rábulæ, pen. cor. m. g. A rabie, vt quidã volũt: & à raul, id est raucitate dicitur: vt is sit rabula, qui in negotiis agẽdis acer est & rabiosus: quique in multis intẽtus est negotiis, paratúsque ad radẽdum quid, auferẽdúmque. Hæc Festus. Vnde & pro aduocato & causarum patrono accipi solet. Vel dicitur à radendis auribus. Nam vt à fando fabula, à nando nabula, à stando stabula, à pascendo pabula, ita à radendo rabula. Nec alia ratione rabulas in foro dictos puto, quàm quòd radant, id est offendãt aures: &, vt ait Quintilian⁹, nimia verbositate feriãt. Quinul. lib. 12. cap. 9, Super omnia, perit illa, quæ plurimum oratori & authoritatis & fidei affert, modestia, si à viro bono in rabulam latratorémque cõuertitur. Cic. in Orat. 17, Non enim declamatorem aliquem de ludo, aut rabulam de foro, sed doctissimũ & perfectissimum quærimus. Idem, Quasi rabulæ qui sibi diserti nó vidẽtur, nisi omnia tumultu & vociferatione cõcusserint. Et 1. de Oratore, 100, Nõ enim causidicũ nescio quẽ, neq; proclamatorẽ aut rabulã, hoc sermone nostro cõquirimus, &c.

Racemus, racémi, penult. prod. m. g. Pars botryonis, siue potius ipse botryon, qui & botrys Græcis, & nostris botrus, hoc est integer vuæ racemus. est enim illa testa vuarũ plurima grana continens. Virgilius 2. Georg. 21,
Non ego te mensis & dijs accepta secundis
Transierim Rhodia, & tumidis bumaste racemis.
Extentis racemis tumet vua. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 9.
Fulgentes sole racemi. Silius lib. 7. 41.
Prima mihi variat liuẽtib⁹ vua racemis. Propert. li. 4. eleg. 2. 3.
Liuidi racemi. Horat. 2. Carm. ode 5. 3, -iam tibi liuidos
Distinguet Autumnus racemos
Purpureo varius colore.
Passi racemi. Virg. 4. Georg. 54.
Turpes racemos fert vua. Virg. 2. Georg. 11.
Variis racemis vua. Ouid. 3. Metam. 97.
¶ Racemus non solùm de vite, sed etiã de aliis plãtis dicitur. Plin. lib. 16. cap. 34. 3, de hedera, Aliis densus acinus, & grãdior, racemis in orbem circumactis. Ibidem, Cuius est minor acinus, & sparsior racemus.

Racém.fer. penult. corr. Adiectiuum: vt
Vuæ racemiferæ. Ouid. 3. Metam. 154.
Bacchus racemifer. Ouid. 15. Metam. 83.
Capilli racemiferi. Ouid. 6. Fast. 97, Bacche racemiferos edera redimite capillos.

Racemósus, pen. corr. Similiter adiectiuum, Racemis plenum. Plinius, Hederæ modo racemosa est.

Racemátus, pen. prod. Aliud adiectiuum, Quod racemos habet. Plin. lib. 18. cap. 7. 5, de panico, Paruis racemato paniculis.

Racemarius, racemarii, Malleolus ex quo pampini pullulant vel steriles, vel certe minus feraces. Colum. lib. 3. cap. 18. 4, Nec dubium quin gemmæ cacumini proximæ quæ sunt infœcundæ, in eo relinquantur, ex quibus pampini pullulant vel steriles, vel certe minus feraces, quos rustici vocant racemarios.

Racemátio, racemationis, Denominatiuũ, Racemorũ vindemia, vt quando à vindemiatoribus racemi rari prætereũtur: sicut in messibus peractis, quod supereſt, spicilegiũ dicitur.

Racha, Interiectio & vox incondita, irati animi commotionem significans. Quidã sine aspiratione scribũt & dicunt Chaldaicã esse vocem, quæ hominem nequam & nullius frugi significet.

RACILIVS, Tribunusplebis, qui de Clodianis facinoribus est questus in Senatu, vt scribit Cicero in Epist. ad Q. fratrem.

RADAGASVS, Gothorum rex, qui floruit Arcadii & Honorii Cæsarum temporibus, dicitur habuisse in exercitu sub signis, supra ducenta bellatorum millia. Author Paulus Diaconus.

RADAMANTHVS, Vide RHADAMANTHVS.

Radicitus, **Radico**, **Radicula**, Vide **Radix**.

Radius, radii, masc. gen. Splendor à sole micans. Varro, O summe sol, qui totam hanc mundi compagem, tuis radiis illustras. Plin. lib. 2. cap. 15. 1, Postea radiorũ eius contactu tegũtur. Cic. 5. de Finib. 115, Ita enim paruæ & exiguæ sunt istæ accessiones bonorum, vt quemadmodũ stellæ in radio solis, sic istæ in virtutum splendore ne cernantur quidem.
Solis radii. Lucret. li. 1. 30, Nõ radii solis, neq; lucida tela diei.
Lumen radiorum. Lucret. lib. 2. 24.
Verbera radiorum. Lucret. lib. 5. 222,
Inde cibum coquere, ac flammæ mollire vapore
Sol docuit: quoniam miteſcere multa videbant
Verberibus radiorum atque æstu victa per agros.

Vires radiorum.Ouid.4.Metam.50.
¶Ardentes radii.Lucret.lib.6.173.
Coruſcis radiis inſigne iubar.Ouid.1.Metam.155.
Micantes radii.Ouid.2.Metam.8.
Tabifici radii.Lucret.lib.6.146, -albas decedere ningues
Tabificis ſubigit radiis ſol omnia luſtrans.
¶Nubes ardens radiis & auro,Id eſt inquit Seruius,radiis aureis.Virg.7.Æneid.29.
Calere radiis.Ouid.2.Metamor.35,Tum primùm radiis gelidi caluêre Triones.
Erumpunt radii.Virg.1.Georg.89.
Frigora excludunt radios.Stat.1.Sylu.2.31.
Ingruentes ſolis radios ſenuit luna,Vide **Ingruo.**
Nubes interrumpunt radios lucis.Lucret.lib.5.58.
Titan retexit orbem radiis.Virg.4.Æneid.14.
Mare rubeſcebat radiis.Virg.7.Æneid.5.
Matutinis radiis ſubdita iuga.Ouid.1.Metam.13.
Acutis radiis vallatus ſol.Ouid.epiſt.4.31.
¶Radius,Fulgor oculorum.Plinius,Cuius ex oculis radii nocte micantes cernuntur. Gellius lib.5.cap.16,Stoici cauſas eſſe videndi dicũt radiorũ ex oculis in ea quæ videri queunt emiſſionem,aeriſque ſimul intentionem.
¶Radius,Virga qua Geometræ lineas indicãt. Virg.3.eclo.9,
Deſcripſit radio totum qui gentibus orbem. Inuenta autem eſt hæc ars tempore quo Nilus plus æquo creſcens, cõfudit terminos poſſeſſionum. Ad quos innouandos adhibiti ſunt philoſophi,qui lineis diuiſerunt agros. Seruius.
Deſcribere radio cæli meatus.Virg.6.Æneid.170,
-cælique meatus
Deſcribent radio,& ſurgentia ſidera dicent.
¶A` puluere & radio aliquẽ excitare.Cic.5.Tuſc.91,Ex eadem vrbe humilẽ homunculum à puluere & radio excitabo,qui multis pòſt annis fuit,Archimedem.
Radius ferreus. Plin.lib.10.ca.42.1,de pſittaco,Hæc quum loqui diſcit,ferreo verberatur radio.
¶Radius,Texturis inſtrumentum,quo telæ annectũtur.Virg.9.Æneid.96, Excuſſi manibus radii,revolutáque penſa. Ouid.6.Metam.27, -vtque Cytoriaco radium de monte tenebat,
Ter quater Idmoniæ frontem percuſſit Arachnes.
Acutus radius,Vide **Acuo.**
Attriti manu radii.Claud.3.de raptu Proſerp.33.
¶Radii quoque rotarum dicũtur, vt apud Virgiliũ 1.Georg.89,Hinc radios triuêre rotis. Plin.lib.16.cap.40.6,Sed lignum nõ aliò penè quàm ad radios rotarum vtile. Virg.6.Æn.114,
Saxum ingens volunt alii,radiiſque rotarum
Diſtricti pendent. Ouid.2.Metam.21.de curru Solis,
Aureus axis erat,temo aureus,aurea ſummæ
Curuatura rotæ,radiorum argenteus ordo.
¶Radius,Inſtrumentum quo raduntur menſuræ,alias hoſtorium dicitur. Plautus,Di deæque omnes tantam nobis lætitiã, tot gaudia ſine radio cumulent.
¶Radii,Oliuæ oblongæ.Virg.2.Georg.18,
Nec pingues vnam in faciem naſcuntur oliuæ
Orchites,& radii, & amara pauſia bacca. Columel.lib.5.cap.8.3, Orchis quoque & radius melius ad eſcam quàm in liquorem ſtringitur.
¶Radius eſt paſtinacæ piſci pro telo. Plinius lib.9.cap. 41.3, Paſtinaca latrocinatur ex occulto, tranſeuntes radio(quod telum eſt ei)figens.
Radiolus.pen.corr.Diminutiuũ,Parua olea oblonga. Colum.lib. 12.ca.47.1, Album pauſeam,vel orchitem,vel radiolum,vel regiam dum contundes,primùm quanque,ne decoloretur,in frigidam muriam demerge.
Radio rádias,radiare,Radios emittere,fulgere,& conſpicuum eſſe. Columella lib.10.27,
Nec tam nubifugo Borea Latonia Phœbe
Purpureo radiat vultu. Idem lib.7.cap.12.4, Probatur canis nigris vel glaucis oculis,aeri lumine radiantibus. Mart.lib.8. 45,Vera minus flauo radiant electra metallo. Ouid.2.Meta.1, Argenti biſores radiabant lumine valuæ.
Nec rũdis infeſtis miles radiabat in armis. Propertius lib. 4. eleg.1.6.
Ocelli Radiant vt ſidus.Ouid.3.Amor.eleg.3.2.
Radior,radiaris: vt Scuta radiantur auro. Ouid.4.de Ponto,eleg. 4.21,Scuta ſed & galeæ gemmis radientur,& auro.
Radians,Participium.Virgil.6.Æneid.114,Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu.
Aquarius radians. Cic.in Arato, 10, Stellas ſub pedibus ſtatas radiantis Aquari.
Aſtra radiantia.Ouid.9.Metam.55.
Aurum radians.Ouid.4.Metam.118.
Galeæ radiantis nitor ab auro.Ouid.13.Metam.21.
Lumina radiantia ſolis.Ouid.1.Triſt.65.
Lunæ radiantis imago.Virg.8.Æneid.5.
Sidera radiantia.Ouid.7.Metam.66.
Templa radiantia multo auro.Ouid.3.de Arte,91.
Toga radiante decorus.Claud.4.Paneg.75.
Radiãtus,pen.prod.Participium:vt
Radiatus ſol.Cic.4.Academ.118,Solis autem magnitudo(ipſe enim hic radiatus me intueri videtur)admonet,&c.
Radiatus ſtellæ modo. Plin.libro 27.cap.5.4,Cauliculus foliis oblongis duobus aut tribus, in cacumine capitula ſtellæ modo radiata.
Orbis flammeus radiatus.Cic.1.de Diuinat.81.
Radiata rota.Varro 3.de Re ruſt.ca.5.15,In inſula eſt columnella,in qua intus axis,qui pro mẽſa ſuſtinet rotam radiatam, ita vt ad extremũ vbi orbile ſolet eſſe acutũ,tabula cauata ſit.
Splendor radiatus.Silius lib.7.29.
Radiatio,Verbale.Plin.lib.36.cap.5.21,Et Hecate Epheſi in templo Dianæ poſt ædem, in cuius contemplationem admonent æditui parcere oculis,tanta marmoris radiatio eſt.
Radioſus,penult.prod.Adiectiuum, Quod multos emittit radios.
Plautus Sticho,6.41,
Poſtquam me miſiſti ad portum,cum lucu ſimul
Commodum radioſus eſſe ſol ſuperabat ex mari.
Radix,radicis,penul.prod,fœm.gen.Dicta eſt quòd ſæpe effoſſa parumper terra raditur,vt arbor melius fruticeſcat.Cicero 5.de Finibus,57, Videamus ea quæ terra gignit,corticibus & radicibus validè ſeruari.
O celli radicis,Vide Ocellus in **Oculus**
Vltima radix linguæ.Ouid.6.Metam.112.
¶Radices mõtis,pro Inferiori parte.Cæſar 1.bel.Ciui.161,Ab infimis radicibus mõtis,intermiſſis circiter paſſibus quadringẽtis,caſtra facere conſtituit. Idem 7.bel.Gall.147,Erat è regione oppidi collis ſub ipſis radicib⁹ mõtis egregiè munitus. Plinius lib.9.cap.18.2,Duo lacus Italiæ in radicibus Alpium.
Imæ radices montis,Vide **Imus.**
In radice Palatii, Id eſt in ima parte Palatii. Cic.Antequàm iret in exilium, 15, Cuius templum à Romulo victis Sabinis in Palatii radice cũ Victoria eſt collocatũ. De Iouis Statoris tẽplo.
¶Altæ radices.Quintil.lib.1.cap.1.21.
Arborea radix Ouid.8.Metam.76.
Bibulæ radicis fibræ.Ouid.14.Metam.117.
Bulboſa radix,Vide **Bulbus,**
Carnoſa radix,Vide **Caro.**
Cauernoſa radix,Vide **Cauerna.**
Lata radice arbor,Vide **Latus** adiectiuum.
Latens radix in locis aſperis.Horat.Epod.5.15.
Lenta radix.Ouidius 11.Metam.16.
Limoſa radix,Vide **Limus.**
Nocens radix.Ouid.14.Metam.11.
Nudis radicibus arbores,Vide **Nudus.**
Oleagina radix,Vide Oleaginus in **Olea.**
Oleaginea radix,Vide Oleagineus in **Olea.**
Reuulſa radix.Claud.2.in Eutrop.6, -radice reuulſa
Vitarit inſtabilem rurſus Symplegada nauis.
Vtilis radix medendi.Ouid.epiſt.5.30.
Vulſæ radices.Virgil.3.Æneid.130.
¶Abeunt ſurſum radices,pro Surſum tendũt,Vide **Abeo.**
Affigere radicem terræ.Virg.2.Georg.64.
Agere radices.Cic.2.Offic.61,Vera gloria radices agit, atque etiam propagatur.
Capere radices,Vide **Capio.**
Conterere radicem in puluerem,Vide **Contero.**
Defixum radicibus.Cic.4.Philip.161,Virtus eſt vna altiſſimis defixa radicibus,quæ nunquam vlla vi labefactari poteſt.
Eruta radicibus pinus.Virg.5.Æneid.90.
Fibras radicum euellere.Cic.3.Tuſcul.22, Nos autem audeamus non ſolùm ramos amputare miſeriarum, ſed etiam radicum fibras euellere.
Imis ab radicibus expulſa ſeges.Virg.1.Georg.64.
Figere radices.Ouid.2.Metam.117,Pluma erat, inque cutem radices fixerat imas.
Malum habiturum fundamentũ & radices altiores.Brutus ad Atticũ in Epiſt.ad Brutũ,17.4 Cic.ad Atticũ,lib.10.203.4,Nã ſuas radices habent,quas tamen euellerem profectò,ſi liceret.
Inflectere radices in nodum,Vide **Inflecto.**
Mittere radicem,Vide **Mitto.**
Niſi radicibus.Cic.pro Cælio,10,Niſi tot vitiorum tanta immanitas quibuſdam facilitatis & patitiæ tradicibus niteretur.

Niti aliis radicibus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.
Pullulat ab radice sylua. Virg. 2. Georg. 4.
Ruptis radicibus vellitur arbor solo. Virg. 3. Æneid. 6.

Radícula, radiculæ, pen. corr. Diminutiuum. Colum. lib. 3. cap. 15. 5. Idémq; Pœnus author probat vinacea permista stercori deposita seminibus in scrobem vires mouere, quòd illa prouocét, & eliciant nouas radiculas. Sic Plinius lib. 10. cap. 9. 5. Laseris radicula. Cic. 2. de Diuin. 101, Tum secúdum quietem visus ei dicitur draco, is quem mater Olympias alebat, radiculâ ore ferre.

Radicula, Herba succum habens lauandis lanis commoditissimum. Plin. li. 19. ca. 3, At quæ vocatur radicula, lauándis demum lanis succũ habet: mirum quátum cõferens candori mollitiéq;. Et paulo pòst, Struthion Græci vocant, floret æstate, grata aspectu, verùm sine odore, spinosa, & caule lanuginoso: semẽ ei nullum, radix magna quæ conciditur ad quem dictum est vsum. Hactenus Plinius. Hãc à Latinis lanariam herbã appellari Dioscorides contendit. Quinetiam radiculæ nomen ad raphanum transfertur, quam, radicem vocat Dioscorides.

Radíco, radícas, penul. prod. radicare, Radicem facere, seu capere, vel emittere. Plin. lib. 18. ca. 7. 3, Frumẽta multis radicãtur fibris.

Radicare in fruticem. Plin. lib. 13. cap. 4 8, Strata in sõlo humido tota radicatur, sed in frutices, non in arborem.

Radicari in rectum. Plin. lib. 19. cap. 6. 1, Scilla autem, & bulbi, & cæpe, & allium, nonnisi in rectum radicantur.

Radicâtus, pen. prod. Participium. Colum. de Arboribus, cap. 20. 3, Arbores aut radicata semina Autumno serito.

Radicósus. penult. prod. Adiectiuum, Quod multas radices habet. Plin. lib. 16. ca. 34. 6, Omnium ederarũ generi radicosa brachia.

Radícitus. pen. cor. Aduerbium, A' radice, vel vsq; ad radicẽ. Cato cap. 50, Herbásque malas omnes radicitus effodito. Plin. lib. 11. cap. 11. 1, Eruitur post Æquinoctiũ vermũ radicitus. Varro 1. de Re rust. cap. 3. 5, Rosa etiam conciditur radicitus in virgas palmares. Plin. lib. 18. cap. 26. 11, Herbas malas radicitus erui.

Nonacrias atq; ille tulit radicit' altas Fagos. Catul. Arg. 59. 58.
Huic stuct' vino radicit' abstulit vngues. Propert. li. 3. eleg. 7. 11.

¶ Radicitus, per translationem ponitur pro Omnino. Plautus Mostel. 15. 61, Nam omnia malefacta vestra reperi radicitus: Non radicitus quidem hercle, verùm etiam eradicitus. Cic. 2. de Finib. 47, An potest cupiditas finiri: tollẽda est atque extrahenda radicitus. Idem pro Domo sua, 17, Vidéne me nõ radicitus euellere omnes actiones tuas?

Excutere opinionem radicitus. Cic. 2. Tusc. 181.

Rado, radis, rasi, rasum, rádere, Complanare, incidere, extirpare, mundare. Colum. lib. 8, Si tamen nequid radatur.

Tigna læuia radere. Lucret. lib. 5. 156.

Radere caput, & genas. Suet. in Caligula, cap. 5, Regulos quosdam barbã posuisse, & vxorũ capita rasisse ad indiciũ maximi luctus. Hoc est radẽda curasse. Plin. lib. 11. ca. 37. 5, Infra oculos malæ homini tãtum, quas prisci genas vocabãt, x i i Tabularũ interdicto radi à fœminis eas vetantes. Cic. 2. de Legib. 93, Mulieres genas ne radunto. Alii legunt, carpito. Plin. lib. 7. ca. 59, Primus omnium radi quotidie instituit Africanus.

Radere guttur. Iuuenalis Saty. 6. 11,
-nam Sergiolus iam radere guttur Cœperat.

Radit coruus terram. Plaut. Aulul. 23. 1, Simul radebat pedibus terram, & voce crocitabat sua. De coruo.

Arenas radere. Propert. lib. 3. eleg. 3. 5.
Arua radit imbribus Eurus. Horat. Epod. 16. 11.
Radit iter liquidũ, celeres neq; cõmouet alas. Virg. 5. Æn. 44.
Proxima Circææ raduntur littora terræ. Virg. 7. Æneid. 3.
Saxa raduntur impresso vomere. Silius lib. 8. 78.

¶ Aures radere. Quintil. lib. 3. cap. 1. 3, Quorũ ne ieiuna, atque arida traditio auerteret animos, & aures præsertim tam delicatas raderet, verebamur.

¶ Nomen Pisonis radendum fastis censuit. Tacitus lib. 3. De Aurelio Cotta.

Radens, Participium. Lucret. lib. 6. 14, -quàm de latere ire
Diuerso motu radentes corporis tractum. De nubibus.

Arua radens adhæret humo serpens. Stat. 5. Thebaid. 106.
Flumina radentia ripas. Lucret. lib. 5. 51.

Rasus, Aliud participium. Plautus Pseud. 1. 13, Is risu & ventre raso vigilabit seduló.

Tabellæ rasæ. Ouid. 1. de Arte, 88.
Tum læues calamos, & rasæ hastilia virgæ. Virg. 1. Georg. 72.
Terra rasa squamis serpentis. Ouid. 3. Metam. 15.
Liber rasus lima. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 4. 4.
Litera rasa in extremo margine. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 5.

Rásito, rásitas, penult. corr. rasitare, Frequentatiuum, Sæpe radere. Gellius lib. 3. cap. 4, Cõperimus autem cæteros quoq; in eisdem temporibus nobiles viros barbam in eiusmodi ætate rasitauisse.

Rasor, rasóris, m. g. Qui radit. Et per translationem fidicines, qui videntur chordas ictu radere.

Rasúra, rasúræ, pen. prod. Ipse radendi actus. Columel. lib. 4. cap. 29. 7, Calamus autem non amplius tribus digitis debet allæuari æqualiter ex ea parte qua raditur, vt sit læuis, eáque rasura ita deducitur, vt, &c.

Rasamentum probat Calepinus ex Columella libro 4. cap. 29. 13, vbi sic legimus, de terebra Gallica, Quippe non scobem, sed ramenta facit.

Rásilis, & hoc rásile, pen. corr. Quasi rasum, nihil extantis aut redundantis plenitudinis habens, inquit Valla lib. 1. Plin. lib. 17. cap. 23. 7, Nuper repertũ, draconem serere iuxta arborẽ: ita appellatum palmitem emeritum, pluribúsq; induratũ annis. Húc præcisum quammaxima amplitudine tribus partibus longitudinis deraso cortice quatenus obruatur, vnde & rasilẽ vocãt, deprimere sulco, reliqua parte ad arborẽ erecta, ocyssimũ in vite.

Rasilis huic summã mordebat fibula vestem. Ouid. 8. Met. 64.
Foris rasilis. Catull. in Epithal. 56. 34.
Transfer omine cum bono
Limen aureolos pedes,
Rasilémque subi forem.

Hasta rasilis. Silius lib. 4. 36.

¶ Rasile, Quasi rasibile. Virgil. 2. Georg. 90, -& torno rasile buxum. Valla lib. 1.

Rádula, rádulæ, pen. corr. Instrumentum ferreum, quo doliorum veterum pix liquata primùm vel in sole, vel lápade ardéti educitur, vt deinde iterum picentur ad futuram vindemiam: à radendo dictũ. Colum. lib. 12. cap. 18. 4, Nam ea quæ demersa sunt, ferreis lampadibus ardétibus calefiunt: & quum picem in fundum distillauit, sublata lápade rutabulo ligneo & ferrea curuata radula ducitur quod distillauit, aut quod in lateribus hæsit.

Radulánus, pen. pro. Adiectiuum. Radulana pix, dicta quæ radula educitur è doliis. Plin. lib. 14. cap. 19. 2, Radulana pice ac resina condire musta.

Rágades, pen. corr. fœm. gen. & ragadia, Fissuræ sunt & rimæ inter sedis vitia annumeratæ, quas Plinius scissuras vocat: Celsus ani fissa. Hoc ipsum & in labris, & in vulua fœminea accidit. ῥαγάδες Græci vocant.

Raia, raiæ, Genus piscis plani & carulaginei. Plin. lib. 9. cap. 41. 5, Simili modo squatina & rhombus abditi pinnas exteras mouent specie vermiculorum: itémque quæ vocatur raia. Hermolaus dicit Græcè vocari, à rubi similitudine, qui batos Græcis dicitur, quoniam in tergo hamos habeat aculeatos, quos etiam habet pastinaca, sed præterea radium in cauda perniciosissimum & venenosissimũ. Est & alia maior raia quæ Latinis læuiraia, Græcis liobatos dicitur, quòd vncos non habeat: mucosa etiam hæc appellatur quibusdam.

Ralla, rallæ. Genus vestis à raritate. Nam rarum, diminutiuum facit rallum, authore Nonio. Plaut. Epid. 5. 46,
Quid istæ, quæ quotannis nomina inueniunt nouæ
Tunicam rallam, tunicam spissam, &c.

Ramale, Vide **Ramus**.

Ramentum, ramenti, Tenuis cuiusque rei particula, à radendo, quasi rasura. Vnde Ramenta auri, Ramẽta argenti, lignorum & cæterarum rerũ dicimus, quæ ex sectione earum rerum decidunt: sed & Ramenta fluminum dicuntur, minutulæ arenæ partes. Plin. lib. 33. cap. 4. 1, Apud nos tribus modis fluminũ ramentis aurum inuenitur, nec vllũ absolutius est cursu ipso, tritúque perpolitum. Plautus Bacchid. 15. 31, Patri omne cum ramento reddidi. Subaudi aurum. Ibidem, 9. 15,
Verùm, quàm vlla vnquam de mea pecunia
Ramẽta fiat plumea propẽsior, Malim, &c. Colu. lib. 4. ca. 29. 13, Quippe non scobem, sed ramenta facit. De terebra Gallica.

Ramex, rámicis, penult. corr. masc. gene. Genus herniæ. Ramices has species sub se continent, Porocelam: quæ est quum ex abscessu aliquo circa scrotum materia subduruit. Sarcocelã, quum in ipso scroto cõcreuit caro. Cirsocelam, quum venæ intumuerunt, tunicis testiũ integris, vel in ipso scroto, vel quũ bubonocela dicitur in inguine. Hæc Hermolaus in Glossematis. Plin. lib. 20. cap. 13. 15, Testium verò epiphoris cum ramis laureæ teneris, adeò peculiari in visceribus his effectu, vt syluestri ruta, cũ axungia veteri illitos ramices sanari prodant. Idem. Merc. 4. 17, Tua causa rupi ramices, laudandum sputo sanguinẽ. Idem Pœnul. 7. 37, Tua causa nemo nostrum est suos rupturus ramices. Plin. lib. 30. cap. 15. 2, Ramices infantiũ lacertæ viridis admotæ dormientibus morsu emendantur. De ramice vide Celsum lib. 7. cap. 21.

Ramicósus, pen. prod. Adiectiuum, Qui ramice laborat. Plin. lib. 30. cap. 15. 2, Ramicosis cochlearum cinis cum thure ex oui albi succo illitas per dies x x x, medetur.

RAMNETES,pen.prod.Tertia pars fuêre Populi Romani temporibus Romuli:de quibus plura vide in dictione LVCERES. Propertius lib.4.eleg.1.7.

Hinc Titienſ,Ramneſque viri,Luceréſque coloni,
Quattuor hinc albos Romulus egit equos. Alii Rhamnetes ſcribunt.

Ramnenſes,Idem qui & Ramnetes. Liuius lib.1.ab Vrbe,63,Eodem tempore & centuriæ tres equitum conſcriptæ ſunt, Ramnenſes ab Romulo,ab Tito Tatio Titienſes appellati. Lucerum nominis & originis cauſa incerta eſt.

Ramus,rami,m.g.Eſt id in arbore(inquit Theophraſtus)quod à caudice fiſſum,multiplexque ſpargitur:vnde ramos nonnulli nodos appellauêre, ſúntque veluti quædam ipſarum arborum brachia. Vnde Virgilius 2.Georg.60, Tum fortes latè ramos,& brachia tendens. Cic.3.de Oratore,98, Quid in arboribus in quibus non truncus,non rami,non folia,&c.

Inſignis ramis oliuæ.Virg.6.Æneid.161.
Vmbra ingens ramorum.Virg.2.Georg.98.
¶Alti rami.Lucret.lib.1.141.
Aureus ramus.Ouid.7.Metam.56.Vide **Aurum**.
Bifurcus.Ouid.11.Meta.89. Ingens.Virg.3.Georg.67.
Cæcus,Vide **Caecus**. Laureus,Vide **Laurus**.
Fortis.Virg.2.Georg.60. Lentus.Virg.4.Georg.111.
Fragilis.Virg.8.eclog.8. Longus.Ouid.2.Metam.71.
Frodens.Virg.7.Æneid.17. Mutilatus.Ouid.de Nuce,8.
Nudi rami,Sine frondibus.Lucan.lib.1.18.
Pandi rami pondere Autumni.Ouid.14.Metam.131.
Patuli rami,Vide **Patulus**.
Iucúdior quàm lecta de pinguiſſimis Oliua ramis arborum.Horat.Epod.2.11.
Teneri rami.Ouid.2.Metam.76.
Virides rami.Ouid.11.Metam.5.
¶Teneros ramos abrumpit manibus.Ouid.2.Metam.72.
Ramus ramum adoptat,Vide **Adopto**.
Inutiléſque falce ramos amputans.Horat.Epod.2.7.
Vites apprehendunt ramos.Quintil.lib.1.cap.2.18.
Fluentes ramos compeſcere. Virg.2.Georg.74.
Iam fragiles poterã à terra cõtingere ramos. Virg.8.eclog.8.
Deciſis ramis quercus.Virg.11.Æneid.2.
Defringere ramum arboris.Cic.pro Cecinna,45,Qui prætereuntes ramum defringerent arboris.
Denudat foliis ramos & cortice truncos.Cic.in Arato,14.
Corpus ſub ramis arboris deponere.Virg.7.Æneid.22.
Rami latè diffunduntur.Cæſar 6.bel.Gall.94,Eſt bos cerui figura,cuius à media fróte inter aures vnum cornu exiſtit excelſius, magiſque directum his quæ nobis nota ſunt cornibus : ab eius ſummo,ſicut palmæ ramíque latè diffunduntur.
Ramis arborem diffundit Deus. Colu.lib.3.cap.10,Truncum deinde ſuperpoſuit velut quandã ſtaturam corporis & habitus: mox ramis diffudit quaſi brachiis.
Direpti rami arbore.Ouid.11.Metam.6.
Neq; in vacuũ poterunt ſe extendere rami.Virg.2.Georg.58.
Figere ramos humo.Ouid.2.Faſt.130.
Flectitur obſequio curuat° ab arbore ram°.Oui.2.de Arte,36.
Summi rami frondeſcunt.Lucret.lib.1.217.
Nõ vlla ramos ſylua pomiferos habet.Senec.Herc.furen.9.17.
Dum rami pondere nutant.Ouid.2.de Arte,53.
Nunc auis in ramo tecta laréq; parat.Ouid.3.Faſt.49.
Percuſſi ventis rami.Senec.Hippol.3.41.
Fugiente pomo nudus ſtetit ramus.Senec.Thyeſte,2.13.
Turgeſcit in arbore ramus. Ouidius 3.Triſt.eleg.12.3.
¶Ramus in radice arborũ dicitur,quod in herbarum radicibus capillamẽtum.Colum.lib.5.cap.10,Quum ad ſcrobis ſõlum radix peruenit,duritia humi coercita recuruatur, & ex ſummo duũm ramorum ambas radices emittit.De nuce.
¶Amputare ramos miſeriarum,Vide **Amputo**.

Rámulus,pen.cor.Diminut.Colu.lib.5.cap.5.10,Nam in brachiatis plerunque fit vt aut crure, aut cornib° boum,ramuli vitium defringantur. Varro libr.1.de Re ruſt.cap.55.2, Sæpe enim ita percuſſa olea ſecum defert de ramulo partem. Cic.1.de Diuin.100, Quum autem ille reſpondiſſet, in agro ambulanti ramulum addúctum,vt remiſſus eſſet,in oculum ſuum recidiſſe, &c.
Floridi ramuli.Catull.epigr.56.5.
Nitidiſſimus ramulus,Vide **Viteo**.

Ramúſculus,pen.corr. Aliud diminutiuum. Plin.lib.20.cap.25.8, E viridi ferula ramuſculus,vtilis eſt ad omnia ea vitia.

Ramôſus,pen.prod.Adiectiuum,Ramos habens multos.Plin.lib.8.cap.34.1,Cornua ramoſa,vngula biſida, vellus magnitudine vrſorum. Idem lib.13.cap.5.2, Nam quæ durum, acutum,ſpinoſum habet,oxycedros vocatur,ramoſa & nodis infeſta.

Arbor ramoſa.Lucret.lib.5.211.
Cerui ramoſa colubris.Ouid.9.Metam.15.De Hydra Lernæa.
Cornua ramoſa cerui.Virg.7.eclog.6.
Syluani domus ramoſa.Propert.lib.4.eleg.4.1.
Garrula ramoſa proſpexit ab ilice perdix.Ouid.8.Metam.48.
Stipes ramoſus.Ouid.3.Faſt.151.

Ramulôſus,pen.pro. Adiectiuum à Ramulus.Plin.lib.16.cap.24.4.Ramuloſa folia vlmo & cytiſo.

Ramâle,ramâlis,penult.prod.neut.gen. Ramus inutilis ex arbore deciſus. Ouid.8.Metamorph.130, Multifidáſque faces, ramaliáque arida tecto. Perſius Satyra 1.10,Vt ramale vetus vegrandi ſubere coctum.
Veteris ramalia fagi.Perſ.Saty.5.6.

Rameus,Adiectiuum,Quod ex ramo eſt.Virg.lib.4.Georg.61,
-& ramea coſtis
Subiiciunt fragmenta,thymum,caſiáſque recentes.

Rana,ranæ,Animal paluſtre notiſſimum, quum tamen etiam in rubis & mari inueniantur ranæ,quæ Græcis βάτραχοι appellantur.Ranarum aliæ ſunt terreſtres,licet in aquis dulcibus degunt:aliæ marinæ.Ex terreſtribus quædam in vepribus tantùm viuunt,& rubetæ appellantur,authore Plinio lib.32.cap.5.Aliæ inter arúdines,fruticéſque verſantur. Eſt & rana arborẽ ſcandens,& ex ea vociferans,ob id à calamis calamita. Plin.lib.10.ca.29.4,Quum Theophraſtus tradat innoctitias eſſe in Cyrenaica vocales ranas. Cic.1.de Nat.deor.186,Ranæ autem marinæ dicuntur obruere ſeſe arena ſolere.
Et veterem in limo ranæ cecinêre querelã. Virg.1.Georg.76.
Loquaces. Virg.3.Georg.87. Turpes.Horat.Epod.5.4.
Paluſtres. Hora.1.Ser.ſat.5.3. Virides.Ouid.15.Metam.76.
¶Rana,Morbus bobus peculiaris.Colum.lib.6.cap.8.2,Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguæ,quas ranas vocant veterinarii.

Ranúnculus,ranúnculi,pen.corr.Diminutiuum.
Ranunculos per iocum vocat Cicero Vlubrenſes qui ſibi obloquerentur,eo quòd clamarẽt tanquam ranæ, quæ præſertim inſtante veſpere,totas paludes coaxationibus implent: ad Trebatium lib.7.18.3,Nam Vlubris honoris mei cauſa vim maximam ranunculorum ſe commoſſe conſtabat.
¶Ranúculus,herba: de qua ſic Plinius lib.25.cap.13.25,Ranúculum vocamus, quẽ Græci batrachion. Genera eius quatuor, Vnum pinguioribus quàm coriandri foliis , & ad latitudinem maluæ accedentibus, colore liuido, caule albo,gracili, & radice alba. Naſcitur in limitibus humidis & opacis.Alterum folioſius,pluribus foliorum inciſuris, altis caulibus. Tertium minimum eſt,grani odore,flore aureo.Quartũ ſimile huic,flore luteo.Omnibus vis cauſtica,ſi cruda folia imponantur, puſtuláſque vt ignis faciunt.

Ranco,rancæi,verbum fictitium,à voce tigridum. Author Philomelæ,10,Tigrides indomitæ rancant,rugiúntque leones.

Rancens, Participium à verbo ranceo,quod nõ eſt in vſu: aut Nomen ex participio, Idem quod rancidus. Lucret. lib.3.148, Vnde cadauera rancẽti nunc viſcere vermes. Expirant.

Rancor,rancôris,m.g. Putor quidam atque odoris grauitas quæ ex vetuſtate & putredine ac corruptione naſcitur. Palladius in Rebus ruſticis,Receptacula olei ſemper ſint munda, ne nouos ſapores veteri rancore infecta corrumpant.

Ráncidus,pen.corr.Adiectiuum,Quod eſt rancore putidum.Horatius lib.1.Serm.ſatyra 2.18,
Rancidum aprum antiqui laudabant,non quia naſus
Illis nullus erat,ſed,credo,hac mente quòd hoſpes
Tardius aduenies vitiatum commodius,quàm
Integrum edax dominus conſumeret.
¶Rancidus,pro Inſuaui aliquando ponitur.
Rancidus aſpectus. Plin.lib.21.cap.21.15, Quorundam ex his facilè noſcuntur venena,diluto rubore,rancido aſpectu,liuido intus colore.

Ráncide,pen.corr. Aduerbium.Gellius lib.18.cap.8,In collocãdis verbis immodicè faciunt & rancidé.

Rancidulus,pen.corr. Adiectiuum.Diminutiuũ.Iuue.Saty.11.14,
-non tamen his illa vnquam opſonia fiunt
Rancidula. Mart.lib.7.33,Qui ſic rancidulo loquatur ore.

Rapa,Vide **Rapum**.

Rapacitas,Rapaciter,Rapax,Vide **Rapio**.

Ra'phanus,hâius ráphani,pen.corr.m.g.Genus radicis notæ. Plin.lib.19.ca.5.11,Cortice & cartilagine conſtant raphani:mulíſque eorum cortex craſſior etiam quàm quibuſdam arborũ. Amaritudo plurima illi eſt,& pro craſſitudine corticis. Cætera quoque aliquãdo lignoſa.Et vis mira colligẽdi ſpíritũ,laxãdiq; ructũ.Ob id cibus illiberalis, vtique ſi proximè olus mãdatum ſi verò cum oliuis drupis, rarior ructus ſit ,minúſque fœtidus.

Catul.ad Aurelium,15.4,Percurrent raphanique, mugilésque.

Aliud raphani genus agreſte,de quo Plinius libro 20.cap.4.2,Eſt & ſatiui vſus in Italia,& armoratiam vocant ſatiuam.Satiui verò decocti mane poti ad ternos cyathos,comminuunt & eiiciunt calculos.

Raphánínus,pen.corr.Adiectiuum:vt Raphaninum oleum.Plin.lib.13.cap.4.16,Raphaninum phthiriaſes longa valetudine contractas tollit,ſcabritiáſque cutis in facie emendat.

Raphanitis,huius raphanitis,pen.prod.fœm.ge.Genus iteos herbæ.Plin.lib.21.cap.7.6,de iri,Illyrica quoq; duorum generũ eſt.

Raphanitis à ſimilitudine, quæ & melior: rhizotomos ſubruſſa.Optima,quæ ſternutamenta tactu mouet.Caulem habet cubitalem & rectum.Floret diuerſi coloris ſpecie,ſicut arcus cæleſtis,vnde & nomen.

Rapicium,Vide Rapicia in **Rapum**.

Rapio,rapis,rápui,raptum,rápere,Per vim,aut cum feſtinãtia, ſiue cũ furore trahere,euellere,auferre.Plaut. Aſin.16.18, Quin tu illum iubes ancillas rapere ſublimẽ domum? Terent.And.5.1.20,Sublimem hũc intrò rape quantum potes. Liu.1.ab Vrbe, 66,Sublimem raptum procella. Virg.4.Georg.101, Quid faceret quò ſe rapta bis coniuge ferret? Ibidẽ,1.Geor.41,Atq; illũ in præceps prono rapit alueus amni. Terent.Adelp.3.2.11,Cæterus ruerem,agerem,raperem,tunderem,proſternerem.

Campum rapit acrior ſonipes.Stat.5.Thebaid.1.

Venti rapuere carinas.Lucanus lib.3.10.

Ad cognitionem rerum rapere.Cic.1.de Diuinat.181, Rarum eſt quoddã genus eorum qui ſe à corpore auocent,& ad diuinarum rerum cognitionem cura omni ſtudióque rapiantur.

De complexu parentũ ad mortẽ rapere. Cic.7.Verr.108, Sed etiã nauiũ præfectos ſine vlla cauſa de complexu parentũ ſuorum, hoſpitúmque tuorũ,ad mortem,cruciatúmq; rapuiſti.

In crucem rapere.Cic.7.Verr.131,Ille quiſquis erat, quem tu in crucem rapiebas,qui tibi eſſet ignotus.

Cupiditate,auiditate,& ſimilibus rapi.Cic.3.Ver.44,Iſte qui vnà cupiditate raperetur, totum illius poſtulatum, cauſámque neglexit. Idem 1.Offic.54,Et ob eandem cauſam,fidem & admirationem habet,quòd eas res ſpernit & negligit,ad quas plerique inflammati auiditate rapiuntur.

Cupiditate cæca prædæ ac rapinarum rapi.Cic.in Piſonẽ,45.

Equi rapiunt currum per auia.Ouid.2.Metam.41.

Aliquem ad ſuam diſciplinam rapere, Attrahere & impellere ad diſciplinæ ſuæ cognitionẽ.Cic.4.Acad.204,Neque verò tu ſolus,ſed me ad ſuam diſciplinam quiſque rapiet.

In errorem rapi. Cic.1.de Legib. 70, Nos opinionibus vulgi rapimur in errorem,nec vera cernimus.

Fatis rapi.Ouid.1.de Ponto,eleg.1.7.

In fomite flammam rapere.Virgil.1.Æneid.36.

Flammæ rogales rapuere te.Ouid.3.Amor.eleg.8.9.

Fortuna rapit iuuenes.Ouid.ad Liuiam,75,

Fortuna arbitriis tempus diſpenſat vbique,
Illa rapit iuuenes,ſuſtulit illa ſenes.

Aliquẽ in fraudem rapere.Cic.1.de Inuent.146,Eam cauſam putare quæ homines audaces in fraudem rapere ſoleat.

Fugam rapere.Valer.5.Argonaut.55.

Ὁρμή,quæ hominem huc & illuc rapit.Cic.1.Offic.142.

Rapit huc,rapit impetus illuc.Stat.11.Thebaid.159.

Rapi ad id quod bonum videtur.Cic.4.Tuſcul.10.

Inops mentis rapitur.Ouid.4.Faſt.91,

Mentis inops rapitur,vt quas audire ſolemus
Threicias ſuſis Mœnadas ire comis.

Imperium rapere.Tacitus lib.19,Quatiunt arma rapturi imperium,ni ducantur.

Aliquẽ in inuidiã rapere,Inuiſum eſſe.Cic.4. Acad.117, Sed quũ rapior in inuidiã,ecẽne per vos neſcire quod neſcio? Idẽ 3.pro Lege agra.5,Quid ergo ait Marianus Tribu.pleb.qui nos Syllanos in inuidiam rapit? Id eſt in nos odium concitat.

Inuitum rapere aliquem.Ouid.7.Metam.143.

Aliquem in ius rapere,quod & Trahere,& Vocare dicitur. Plautus Pœnul.19.56,

Rapiamus in ius.r.minimé.ac.quapropter?r.quia
Iniuriarum multo inducí ſatius eſt. Idem Aſin.9.31,Nam vidi hunc ipſum adducere,& rapere in ius Exærambum. Horatius 1.Serm.ſatyra 9.16.

Quũ rapies in iura malis ridentẽ alienis.Horat.2.Ser.ſat.3.15.

Rapiunt ſibi quiſque laborem.Silius lib.13.38.

Limis rapere.Sub.oculis.Horat.2.Serm.ſaty.5.11,

Sic tamen vt limis rapias,quid prima ſecundo
Cera velit verſu.Id eſt,obliquis oculis raptim legas.

De luce rapi.Statius 8.Thebaid.21,

Crimine non vllo ſubeo noua fata,nec alma
Sic merui de luce rapi.

Rapit me in mœrorem ſtultitia mea. Plaut.Ciſtel.1.41, Quid dicam,niſi ſtultitia mea me in mœrorem rapit?

Ad mortẽ rapi.Cic.1.in Catil.10,Nónne hunc in vincula duci,nó ad mortẽ rapi,non ſummo ſupplicio mactari imperabis?

Nauem aliquam ad Italiam rapere.Cic.pro Lege Manilia.13, Ab eodem imperatore claſſem magnam & ornatam,quæ ducibus Sertorianis ad Italiam ſtudio inflammato raperetur, ſuperatam eſſe atque depreſſam.

Ocellos alicuius rapere. Ouid.1. Amor.eleg.19.4,Tu quoque quæ noſtros rapuiſti nuper ocellos.

Oculis in fraudem rapi.Cicero de Aruſpic.reſpon.36, Quare miſerior es quum in omnem fraudem raperis oculis, quam ſi omnino oculos non haberes.

In odium aliquem rapere.Author ad Herennium,lib.1.7.

Oſcula rapere.Tibul.lib.1.el.3.4.11.

In partéſque rapit varias.Virgil.4.Æneid.57.

In peiorem partem rapere .Terent.in Prologo Adelph.3,
Poſtquam poeta ſenſit ſcripturam ſuam
Ab iniquis obſeruari,& aduerſarios
Rapere in peiorem partem quam æquum eſt ſumus. Vbi Donatus, Rapere in peiorem partem,id eſt vitio dare,vituperare.

Tractus rapitur pauore equi.Silius lib.4.52.

I,pedes quò te rapiunt,& auræ.Horat.3.Carm.ode 11.10.

Rapere ad pœnam.Cic.pro Flacco,4,Rapitur ad pœnam qui indicia communis exitii cepit.

Præcipitem rapere aliquem.Ouid.3.Metam.139.

Atque illum in præceps prono rapit alueus amne.Virgilius 1. Georgicorum,41.

Rapere aliquem ad Prætorem. Plaut.Aulul.30.30, Iam quidẽ ad Prætorem hercle te rapiam,& tibi ſcribam dicam.

Alicũde ſe rapere ocyus.Horat.1.Ser.ſat.7.14, -ocyus hinc te
Ni rapis,accedes opera agro nona Sabino.

Rapere ſe aliquò.Ouid.in Fragmento,6,de vacca,
Vtque procul vidit carpentes pabula tauros,
(Carpebant tauri pabula læta procul)
Illuc ſe rapuit,gregibúſque immiſcuit illis.

Rapere ſe ad.Cic.13.Philipp.356,Inde ſe quo furore, quo ardore,ad vrbem,id eſt ad cædem optimi cuiuſque rapiebat?

Rapere ad ſe. Cic.1.de Nat.deorum,191, Quum autẽ in locis ſemen inſedit,rapit omnem ferè cibum ad ſeſe, eóque ſeptum fingit animal. Idem 1.Offic.16, Quum enim vtilitas ad ſe rapere, honeſtas contrà reuocare ad ſe videtur, ſit vt diſtrahatur in deliberando animus.

Ad ſe conuertere & rapere.Cic.1.Offic.55.

Senſu & coniectura rapi.Cic.de Aruſp.reſp.50.

Virgines ad ſtuprũ rapere. Liu.6.bel.Pun.70, Nec dirui,incendíque patriam videbo,nec rapi ad ſtuprum matres Campanas,virginéſque,& ingenuos pueros.

In ſublime rapere.Plin.lib.35.cap.10.41,Eſt in eodem Capitolio alia quã Plancus imperator poſuerat,victoria,quadrigam in ſublime rapiens.

Ad ſupplicium rapi,quod & Trahi dicitur.Cic.3.Verr.4,Rapiunt cũ ad ſupplicíũ dii patrii,quòd iſte inuentus eſt qui, &c.

Ad tortorem rapi.Cic.5.Tuſcul.19.

Viam rapere aliquò. Silius lib.8.36, Hue rapies germana viã, tutóſque receptus.

Virginẽ rapere,Eſt ei vim inferre,& violare.Plin.lib.15.cap.19.1,Propter raptas virgines.

Vis rapuit,rapiétque genteis.Horat.1.Carm.ode 13.4.

Prælia rapuerunt vrbes.Claud.1.in Eutropium,114.

Vultus alicuius rapere.Ouid.3.Amor.eleg.5.6,
Nondum Troia fuit luſtris obſeſſa duobus,
Quum rapuit vultus Xanthe Nereа tuos.

¶ Rapſere,antiquũ verbũ,pro Rapere.Cic.1.de Legib.36, Sacrũ.ſacróve cõmendatũ qui clepſerit rapſeritque,parricida eſto.

¶ Spes rapiendi & prædãdi occæcat animos.Cic.4.Philip.158.

Rapiens,Participium.Horat.3. Carm.ode 3.11, Omne ſacrum rapiente dextra.

Flamma rapiente curſum ocyor.Senec.Hippol.6.1.

Ventus rapiens incendia.Lucan.lib.3.101.

Rapiẽdus,Aliud parti.vt Pignora rapiẽda manu.Ouid.6.Faſt.90,
Pignora virgineis fatalia tollite flammis:
Non ea ſunt voto,ſed rapienda manu.

Ad arces rapiendas tendit.Lucan.lib.6.1.

Raptus,Similiter participium: vt Raptus à diis Ganymedes. Cic.1. Tuſcul.100.

Sublime raptus. Tacit.lib.10,Singuli,pluréſve boſtium ſublime rapti,verſo pondere intra caſtra effundebantur.

Amore cæco raptus furit.Ouid.1.Faſt.153.

Auribus raptis populata tempora.Virg.6.Æneid.100.
Fortuna rapta ex oculis.Liu.3.bel.Pun.33,Inde Opuntem rediit,deos hominésque accusans,quòd tantæ rei fortunam ex oculis propè raptam amisisset.
Lingua rapta.Ouid.6.Metam.117.
Nuptiæ raptæ.Cic.3.Tuscul.44, Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus,Pelope natus, qui quòdam à socero Œnomao rege Hippodamiam raptis nactus est nuptiis?
Occasio rapta.Liu.7.bel.Pun.102,Propiórq; excusanti transitionem vt necessariam,quàm glorianti eam velut primam occasionem raptam.
Aut raptas ad littora vertere prædas.Virgil.1.Æneid.107.
Tecta rapta.Ouid.3.Trist.eleg.10.4,
Tantáque commoti vis est Aquilonis,vt altas
Æquet humo turres,tectáque rapta ferat.
Virginitas rapta.Ouid.8.Metam.171,de filia Erisichthonis,
Eripe me domino,qui raptæ præmia nobis Virginitatis habet.
Raptum,Substantiuum,Res rapta.Liuius 7.ab Vrbe,114,Quos rapto viuere necessitas cogeret. Martial.lib.7.46,
Viue velut rapto,fugitiuáque gaudia carpe,
Perdiderit nullam vita reuersa diem.
Potiri rapto.Virgil.4.Æneid.44.
Viuere rapto.Quintil.lib.3.cap.7.17. Ouid.11.Metam.59.
Viuere de rapto.Ouid.5.Trist.eleg.11.4.
Viuitur ex rapto.Ouid.1.Metam.30.
Raptus,huius raptus,Ipse rapiendi actus. Cic.6. Verr.65, Locus vt ipse raptum illum virginis quem iam à pueris accepimus,declarare videatur. Idem 4.Tuscul.116, Quis aut de Ganymedis raptu dubitat quid poetæ velint? Ouid.3.Metam.145,
-Inoo lacerata est altera raptu. Claudian. 1.de raptu Proserp.
3,It Venus,& raptus metitur corde futuros.
Raptûra,raptúræ,pen.prod.Idem.Plin.lib.11.cap.14.5,Quum verò raptura incidit,quàm vigilans & paratus ad cursum? Castigatum exemplar habet captura.Hoc est præda.De aranea.
Raptor,raptôris.Verbale.Plaut.Epid.5.111, -raptor hostium Gloriosus. Idé Trin.5.13,Raptores panis & peni. Col.lib.7.ca.11.8,Quú & lupi repellere insidias,& raptoré ferú cõsequi fugienté,prædámq; excutere atq; auferre debeat. Virg.1.Æne.71.
Audax raptor.Horat.3.Carm.ode 20.1.
Rapo,rapônis,m.g.Idem quod raptor. Pomponius, Ne vos conturbent auri argentique rapones.Vide Nonium.
Raptûrus,pen.prod.Particip.Lucan.lib.3.20, -nanq; ignibus atris
Creditur vt captæ rapturus mœnia Romæ.
Rapto,raptas,raptare,Frequenter rapere.Plaut.Amphit.1.7,
Turbas vxori ciet Amphitruo:atque inuicem
Raptant pro mœchis. Virg.1.Æneid.98,Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros. Et 3.Georg.59,
Sed me Parnasi deserta per auia dulcis
Raptat amor. Cic.pro Sestio,128,Fortunæ vexatæ,dissipati liberi,raptata coniunx. Sic pro Domo sua,47. Tacitus lib.11,
Igitur raptare inter se,immittere latronum globos,&c.
In crimina raptare aliquem.Propertius lib.3.eleg.11.6,
Nam quid ego heroas,quid raptem in crimina diuos?
Iuppiter infamat sèque suámque domum.
Captus raptatur manu.Statius 9.Thebaid.33.
Quadriiugo curru raptari.Cic.1.Tuscul.168.
Equorum arbitrio raptatur.Ouid.1.Metam.47.
Raptâtus,pen.prod.Participium. vt Ilgis raptatus.Virg.1.Æne.55.
Rapax,rapácis,pen.prod.om.g. Auidus.& rapinis semper intentus.Plaut.Persa,12.6,Procax,rapax,trahax. Suetonius, Inopia rapax,metu sœuus. Salust.in Ciceronem,3, Rapacissimæ manus. Columel.lib.8.cap.17.7,Rapax lupus.
Olim furunculus,nunc rapax.Cic.in Pisonem,51.
Falces rapaces.Lucretius lib.5.130.
Fata rapacia.Seneca Hercule Œteo,1.1.
Fluuii rapaces.Virgil.3.Georg.29.
Ignis rapax.Ouid.8.Metam.169.
Mors rapax.Tibullus lib.1.eleg.3.13.
Torrens rapax.Seneca Thebaid.1.15.
Ventus rapax.Valerius 4.Argonaut.111.
Vndis rapacibus committere se.Ouid.8.Metam.111.
Idémque Thalle turbida rapacior procella.Catullus ad Thallum,epigr.11.1.
Nihil est enim appetẽtius similium sui,nihil rapacius quàm natura.Cic.de Amicitia,46.
Rapácitas,pen.corr.rapacitâtis,fœ.g.Colum.lib.1.cap.7.4,Nisi si maxima vel negligentia serui,vel rapacitas interuenit. Martialis lib.11.49,Diræ filius est rapacitatis.
Quis in rapacitate auariorr?Cic.pro Cælio,9.De Catilina.
Rápidus,pen.corr.Adiectiuum,Id est velox, Ab eorum,qui rapiunt,celeritate.Cic.1.de Nat.deorum,153,Has inter veluti rapido quum gurgite flumen,&c.Ex Arato. Plin.lib.16.cap.39.5,Tãtum tempestuitas etiam in rapida celeritate pollet.
Corripiunt,rapidíque rotarũ turbine portant.Lucret.lib.1.59.
Æquor rapidum.Valer.4.Argonaut.54.
Æstus rapidus.Virgil.eclog.2.1.
Alæ rapidæ.Claudianus 3.de raptu Proserp.51.
Amnis rapidus.Virgil.6.Æneid.110.
Et rapidos tranant amnes.Lucret.lib.1.3.
Arma rapida.Silius lib.5.10.
Aura rapida velocius.Ouidius 3.Metamor.41.
Bella rapida.Claudianus 1.Panegyr.36.
Canes rapidi.Lucretius libro 5.179.
Clamores rapidi.Statius 5.Thebaid.10.
Currus rapidus.Virgil.11.Æneid.96.
Cursus rapidus.Virgil.5.Æneid.59.
Decursus rapidus.Virgilius 11.Æneid.105.
Equi rapidi.Ouidius epist.9.6.
Feræ rapidæ.Ouidius epist.11.13.
Flamen rapidum.Virgilius 4.Æneid.48.
Flamma rapida.Ouidius 1.Metamorph.15.
Flumen rapidum.Horatius 1.Serm.satyra 3.49.
Ignis rapidus.Virgilius 4.Georgic.53.
Iræ rapidæ.Statius 3.Thebaid.19.
Lapsus rapidi fluminum.Horatius 1.Carm.ode 12.2.
Leones rapidi.Horatius de Arte,80.
Lupa rapida.Ouidius 3.de Arte,2.
Mare rapidum.Tibullus lib.1.eleg.1.9.
Oratio rapida.Concitata.Cicero 1.de Finibus,5,Quum enim fertur quasi torrens oratio,quanuis multa cuiusque modi rapiat,nihil tamen teneas,nihil apprehendas, nusquam orationem rapidam coerceat.
Passus rapidi.Virgilius 7.Æneid.31.
Rotis rapidis insistere.Virgilius 3.Georg.23.
Sol rapidus.Virgilius 1.Georg.85.
Torrens rapidus.Virgil.2.Æneid.60.
Turbo rapidus.Lucretius lib.1.55.
Venti rapidi.Virgil.6.Æneid.15.
Volucris rapidissima.Ouid.1.Metam.144.
Vortex rapidus.Virgilius 1.Æneid.25.
Rápide,penul.corr.Aduerbiũ. Cic.1.de Legib.11, Rapidéq; dilapsus citò in vnum confluit.De Fibreno fluuio.
Ferri rapidé.Cic.in Orat.71,Quod quum rapide fertur,sustineri nullo pacto potest. De argumẽto quod vocatur ῥαθυμία.
Rapiditas,pen.cor.rapiditâtis.Cæsar 1.bel.Ciuil.131,Tum etiã rapiditate fluminis ad transeundum impedirẽtur. Idem 4.bel.Gall.511, Etsi summa faciendi difficultas pontis proponebatur, propter latitudinem,rapiditatem,altitudinémque fluminis.
Raptim,Aduerbium,Velociter,citò,quasi rapto tempore,non accepto. Plin.lib.17.cap.14.1,Semine raptim auium fame deuorato. Liu.3.ab Vrbe,99,Fabius omissis omnibus,prædã ex castris raptim Antium cõuehit. Idé 8.bel.Pun.73,Vt ante lucẽ viri equíque quũ raptim prãsi essent,&c. Vetustiora exemplaria omittunt hæc verba, quũ raptim. Cic.ad Atticũ,lib.1.15.6, Et raptim in eã sententiã pedarii cucurrerũt. Cæsar 1.bel.Ciuil.16,Iis de causis aguntur omnia raptim atq; turbatè. Lucret.lib.3.104, -& plani raptim petit æquora campi.
Iste se raptim domũ suã contulit.Author ad Heren.lib.4.233.
Imperia raptim mutata.Silius lib.7.5.
Raptim scribere.Cic.ad Atticum,lib.1.14.1,Subitò quum mihi dixisset Cæcilius Quæstor puerum se Romam mittere, hæc scripsi raptim.
Raptio,huius raptiônis,Verbale,Ad personam refertur.Terentius Adelph.3.3.1, Disperii, Ctesiphonem audiui filium vnà fuisse in raptione cum Æschino.
Rapina,rapinæ,pe.prod.Ad rem refertur.Cic.1.Verr.1, Quas res luxuries in flagitiis,crudelitas in suppliciis, auaritia in rapinis, superbia in cõtumeliis efficere potuisset. Cæsar 1.bel.Gall.60, Satis habebat in præsentia hostem rapinis populationibúsque prohibere. Cic.5.Verr.41,Cæterúsque decumanos,procuratores istius quæstus,& ministros rapinarum dico fuisse.
Spes prædæ ac rapinarum.Cassius Ciceroni,lib.11.11.8.
Auida rapina.Ouid.1.Trist.eleg.10.7.
Ingens rapina.Stat.10.Thebaid.164.
Inuidiosa rapina.Ouid.1. Amor.eleg.8.11, Certior è multis, nec tam inuidiosa rapina est.
¶ Rapina,Pro loco vbi rapum seritur.Vide **Rapum**.
Rapum,rapi,Radicis,eiscariæ generis. Plin.lib.18.cap.13.4, Genera eorum Græci duo prima fecere,masculinũ,fœminínúmque,& ea serendi modo ex eodem semine.Densiore enim satu

maſculeſcere, item in terra difficili. Semen præſtatius quo ſubtilius. Species verò omnium tres. Aut enim in latitudinem fundi, aut in rotunditatem globari. Teniam ſpeciem ſylueſtrem appellauere, in longitudinem radice procurrente, raphani ſimilitudine, & folio anguloſo ſcabróque, ſucco acri: qui circa meſſem exceptus oculos purgat, medetur caligini admiſto lacte mulierum. Martialis lib.13.16,

Hæc tibi brumali gaudentia frigore rapa

Quæ damus, in cælo Romulus eſſe ſolet. Varro de Re ruſt. lib.1.cap.11, Nam ex ſemine braſſicæ ſato naſci aiunt rapa: & contra ex raporum, braſſicam. Columel.lib.2.cap.10.18, Rapa campis & locis humidis lætantur.

Rapa, rapæ, Idem. Columella lib.11.cap. vltimo, non ita procul à fine, Napus & rapa duas ſationes habent, & eandem culturam quam Raphanus. Paulo pôſt, Rapæ ſemina Hyginus putat poſt trituram iacentibus adhuc in area paleis inſpergi debere.

Lutoſa rapa, Vide Lutum.

Rápulum, rápuli, pen.corr. Diminutiuum. Horat.2.Serm.ſaty.8,

In primis Lucanus aper leni fuit Auſtro
Captus, vt aiebat cœnæ pater, acria circum
Rapula. Ibidem, ſaty.2.9, -quum rapula plenus
Atque acidas mauult inulas.

Rapúnculus, rapúnculi, pen.corr.m.g. Aliud diminutiuum, Radicula, quæ comeditur in acetariis.

Rapicia, rapiciorum, ſiue Rapacia, rapaciorum, Raporum frondes, quas homines decoctas in cibum ſumunt. Plin.lib.18. cap.13, Quadrupedes & fronde eorum gaudent: & homini non minor rapiciorum ſuis horis gratia, quàm cymarum, &c. Cato cap.35, Rapinam & coles rapicii vnde fiant, & raphanum in loco ſtercorato bene, aut in loco craſſo ſerito.

Rapina, rapinæ, Vbi ſeminatur rapum. Columella lib.11.cap.2.53, Nam & napinæ, itémque rapinæ ſiccaneis locis per hos dies ſiunt. Sic Cato cap.35.

Rarus, Adiect. Propriè dicitur quod non eſt denſum: vt Rari capilli. Virg.4.Æne.16, Retia rara, plagæ, & lato venabula ferro.

¶ Rarum, Quod non vbique reperitur, vnde etiam pro præſtanti ſumitur. Cic.de Amicitia,67, Rarum genus (& quidem omnia præclara rara) nec quicquam difficilius quàm reperire quod ſit omni ex parte in ſuo genere perfectum. Plin.in Paneg.102, Sed in principe rarum ac propè inſolitum eſt, vt ſe putet obligatũ. Virgil.4.Georg.16, Hic rarũ tamen in dumis olus.

Rarum & Vulgare, contraria. Cic.in Topicis,36.

Solitárium & rarum. Cic.1.de Inuent.96, Oportet antè animaduertere, ne quum aliter multa ſint iudicata, ſolitariũ aliquod, aut rarum iudicatum afferatur.

Rarus in potu, Qui rarò potat. Plin.lib.8.cap.16.5. de leonibus, Mares raros in potu, veſci alternis diebus.

Rarum dictu, eſſe aliquid cui profit negligentia. Plin.lib.18. cap.16.1. Sic lib.9.cap.17.2, Rarus inuentu.

Rarum eſt enim vt ſe quiſque vereatur. Quintil.lib.10.cap. vltimo. Plin.lib.25.cap.6.6, Qui etiam ſecat, rarum eſt vt non vulneret ſeſe.

Iuuenum rariſſimus. Stat.4.Sylu.8.7.

Facie rarus. Ouid.14. Metam.67. de Nympha canente, Rara quidem facie, ſed rarior arte canendi. Quæ locutio propter ablationem eſt annotanda.

¶ Acies rarior. Tacit.lib.19, Gradum inferunt, quaſi recentibus auxiliis aucti, rariore iam Vitellianorum acie.

Aer rarus. Lucretius lib.2.12.

Animalia rara. Virgilius ecloga 6.8.

Audentia rara. Tacitus de Germanis, Rara & priuata cuiuſq; audentia apud Cattos in conſenſum verit.

Coniux rariſſima. Statius 5.Sylu.1.3, Nos tibi laudati iuuenis rariſſima coniux, &c.

Cribrum rarum. Ouidius 11.Metam.88,

-vtve liquor rari ſub pondera cribri Manat.

Fides rara. Horat.1.Carm.ode 35.4.

Frutices rari apparent in vertice. Ouid.epiſt.12.5.

Gratia fratrum rara eſt. Ouid.1.Metam.30.

Lachryma rara. Horat.4.Carm.ode 2.7.

Lanugo rara. Plin.lib.8.cap.37.3. Contracto ore, pedibúſq; ac parte omni inferiore, qua raram & innocuam habent lanuginem, conuoluuntur in formam pilæ, &c.

Raras tuas quidé, ſed ſuaues accipio literas. Ci. Cælio, li.2.12.1.

Locus rarus & anguſtus. Cic.in Somnio Scip.21, Vides habitari in terra raris & anguſtis in locis.

Racemi rari. Virgil.ecloga 5.1.

Retia rara. Virgil.4.Æneid.16.

Salus rara. Plin.lib.7.cap.4.2, Si verò vtriuſque ſexus editi ſint gemini, rariorem vtrique ſalutem.

Teſtis raris habitata mapalia. Virgil.3.Georg.68.

Textum tenue atque rarum. Quintil.lib.9.cap.4, Neque illud in Lyſia dicendi textum tenue atque rarum lætioribus numeris corrumpendum erat.

Turba rariſſima. Ouidius 2.de Arte,57, Sunt tamen & doctæ rariſſima turba puellæ.

Vmbra rara. Virgil.ecloga 7.11, Et quæ vos rara viridis tegit arbutus vmbra.

Vocibus raris hiſco. Virgil.3.Æneid.65.

Rarè, rarius, rariſſimè, Aduerbium, Non denſè neque ſpiſſé. Columel.lib.2.cap.9.4, Nam niſi rarè conſeritur, vanam & minutam ſpicam facit. Plinius lib.17. cap.17.6, Cæteræ rarius tondentur. Hoc eſt infrequentius.

Rarius facere. Cic.ad Lentulum, lib.1.7.1, Quod ſi rarius fiet quàm tu expectabis, id erit cauſæ, quòd non eius generis meæ literæ ſunt, vt eas audeam temerè committere.

Rarò, Aliud aduerbium, Inſolenter, Non ſæpe, Minus ſæpe. Cicero pro Roſcio Amer.11, In hoc tanto, tam atroci, tam ſingulari malefício, quod ita rarò extitit, vt ſiquando auditum ſit, portenti ac prodigii ſimile numeretur. Horatius 3.Carm.ode 2.7,

Rarò antecedentem ſceleſtum
Deſeruit pede pœna claudo.

Inſolenter & raró. Cic.1.de Inuent.59, Deinde natura eius euenire vulgò ſoleat, an inſolenter ac raró.

Ráritas, pen.corr. raritâtis, f.g. Plin.lib.2. cap.18.2, Nanque modò multitudo conferta ineſt circa dimidios orbes lunæ, placida nocte leniter illuſtrante eas: modò raritas. Hic confertam multitudinem oppoſuit raritati. Ibidem, cap.17.2, Raritatem autem occultam eorum eſſe rationem, ideóque non ſicut exortus ſupradictos defectúſque, & multa alia noſci.

Mirabilis raritate, Vide Mirabilis in Mirus.

Raritas arborum. Plinius lib.11.cap.27.1, Cicadæ non naſcuntur in raritate arborum. Id eſt vbi raræ ſunt arbores, & non denſè conſitæ.

Raritas in pulmonibus, Laxitas, mollities ſpongioſa. Cic.2.de Nat.deor.105, In pulmonibus autè ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo ad hauriendum ſpiritum aptiſſima.

Raritûdo, pen.prod. raritúdinis, Idem quod raritas. Colum.de Arboribus, cap.3.6, Et mediocri raritudine optima eſt vitis terra.

Rarenter, Aduerbium, Idem quod raró. Gellius lib.11.cap.15, A rarus nó dicitur rarè, ſed alii raró dicunt, alii raréter. Cato cap. 103. Dato rarenter bibere. Pomponius Ergaſtulo, Longè ab vrbe villicari, quò herus rarenter venit, non villicari eſt, ſed dominari, mea ſententia.

Raro, raras, rarare, Rarú facere. Cuius cõpoſita ſũt diſraro, & interraro, quod eſt in medio rarũ facio, quo Columella lib.4.vtitur.

Rarefacio, rarefacis, pen.cor. rarefacere, Idem. Colum.lib.3.ca.9.1, Hoc autem facilè contingit, ſi prius rarefeceris eas partes quas ſupra ramũ ſecaturus es, fœno aut ſtramentis texeris. Ex vetuſto codice legendũ, ſi prius varam feceris, & eam partẽ quam, &c. Lucret.lib.6.175, Et rarefecit calido miſcente vapore.

Rarefio, pen.prod. Rarus fio. Lucret.lib.1.131,

Nil prodeſſet enim calidum denſerier ignem,
Nec rarefieri, ſi partes ignis, &c.

Rarefactum. Lucret.lib.3.90, -conquaſſatum ex aliqua re,
Ac rarefactum.

Rareſco, rareſcis, rarẽſcere, Significat rarum fieri, ſiue deficere. Columella lib.3.cap.16.3, Negligentia cultorum magna pars deperit, ac interim ſeminum cætera quæ virent, rareſcunt. Idem lib.5.cap.6, non procul à fine, Vetuſtate rareſcit. Virg.3.Æn.81,

Aſt vbi digreſſum Siculæ te admouerit oræ
Ventus, & anguſti rareſcent clauſtra Pelori. Vbi Seruius, Rareſcent ideo, quia venientibus de Ionio propter curuaturam litorum clauſæ videntur anguſtiæ, quæ paulatim propinquantibus aperiri videntur.

Colles paulatim rareſcunt. Tacitus de Germanis.

Miles rareſcit. Silius lib.17.86,

Rareſcit multo laxatus vulnere miles,
Atque aperit patulas proſtrato corpore latè Inter tela vias.

Nubila rareſcunt pluuiis. Stat.1.Sylu.1.38.

Sonitus rareſcit arenæ. Propert.lib.3.eleg.15.7.

Tenebræ profundæ rareſcunt. Stat.11.Thebaid.15.

Phocis, & Aoniæ iaculis rareſcitis vmbræ. Stat.2.Achill.85.

Vmbræ rareſcentes. Stat.1.Thebaid.68.

Rarípilus, pen.corr. Adiectiuum, Quod habet raros pilos. Colum. in Præfat.lib.1.11, Et idipſum aliter curatur mutilum, & raripilum, aliter cornutum, & ſeroſum, quale eſt in Sicilia.

Raſis, vt ait Columella lib.11.cap.2.5, genus eſt crudæ picisque quanto eſt vetuſtior, tanto melior habetur. nam longo tempore durior facta, quum eſt contuſa, in puluerem redigitur, &

his medicaminibus admiſcetur.

Raſilis, Raſito, Vide **Rado.**

Raſtrum, raſtri, Quod in plurali hi raſtri, & hæc raſtra dicimus: inſtrumentum ruſticum ad glebas confringendas: dictũ quòd terram radat, & fodiendo conculcet. Terent. Heaut. 1.1.36,

-iſtos raſtros interea tamen
Depone, ne labora. Ibidem, 5.1.58, Menedeme, mihi illæc verò ad raſtros res redit. Columel. lib. 3. cap. 11, Parum quod ſupereſt, inferioris ſõli raſtris licet effodere. Idem libro 2. cap. 10. 14, Subactum ſõlum pluribus iterationibus aratri vel raſtri, largóque ſtercore ſatiatum poſtulant.

Arua obnoxia raſtris. Virgilius 2. Georgic. 88.

Intacta raſtro tellus. Ouid. 1. Metam. 21.

Graues raſtri. Ouid. 11. Metam. 8. Virgil. 1. Georg. 100. Terentius Heaut. 1.1.40.

Quadridens raſtrum. Cato cap. 10. 3, Rutra quinque, raſtros quadridentes duos, falces fœnariat tres.

Tenaces raſtri. Virgil. 2. Georg. 85.

Vulnera raſtrorum fert tellus. Ouid. 2. Metam. 58.

Frangere glebas raſtris. Virgil. 1. Georg. 19.

Aſſiduis terram inſectabere raſtris. Virgil. 1. Georg. 31.

Humus patitur raſtros. Virgil. ecloga 4. 9.

Rimari terram raſtris. Virgil. 3. Georg. 107.

Raſtellum, Diminutiuum. Varro 1. de Re ruſtica, cap. 49, Tum de pratis, inquit, ſtipulam raſtellis eradi, atque addere fœniſicix cumulum. Quo facto ſicilienda prata, id eſt falcibus conſectanda quæ fœniſecæ præterierunt, ac quaſi herba tuberoſum reliquerunt campum. Columella lib. 2. cap. 13. 5, Medica obruitur non aratro, ſed ligneis raſtellis.

Raſtellis & ſtabularii vtũtur. Iiſdémq; terram effodiunt. Sueton. in Nerone, Tubáque ſigno dato primus raſtello humum effõdit, & corbulæ congeſtam humeris extulit.

Rattarius, Vide **Ratio.**

RATIASTVM, Authore Ptolemæo lib. 2. ca. 7, Lemouicum vrbs, vulgò Limoges.

Ratifico, Vide Ratus participium, in **Reor.**

Ratio, rationis, f. g, A ſupino Ratum. Eſt illa vis animi qua à cæteris animalibus homo diſungitur, iiſque præpollet atque imperat. Cic. 1. Offic. Quam ſimilitudinem natura, ratióque ab oculis ad animum transferens, multo etiam magis, &c. Ibidem, Duplex eſt enim vis animorum atq; naturæ. Vna pars in appetitu poſita eſt, quæ eſt ὁρμὴ Græcè, quæ hominẽ huc & illuc rapit. Altera in ratione, quæ docet & explanat quid faciendum fugiendúmque. Ita fit vt ratio præſit, appetitus verò obtemperet. Idem 1. de Legib. 17, Quúmq; omnia quæ rationẽ habent, præſtent iis quæ ſint rationis expertia, &c. Item 3. de Nat. deo. 67, Sic haud ſcio an melius fuerit, humano generi motũ iſtũ celeré cogitationis, acumẽ, ſolertiam, quam rationẽ vocamus, quoniam peſtifera ſint multis, admodum paucis ſalutaria, non dari omnino, quàm tam munificè, & tam largè dari.

Ratio quaſi quædam lux, luméque vitæ. Cic. 4. Acad. 51.

Nam ſimul ac ratio tua cœpit vociferari Naturam rerum, &c. Lucretius lib. 3.

Omni ratione valentior. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 6, Rurſus amor patriæ ratione valentior omni.

Homines rationis egentes. Ouid. 15. Metam. 31.

Expers rationis, & Vtens ratione, contraria. Cic. in Topic. 36.

Particeps rationis, Quod rationale dicimus. Cic. 1. Offic. 19, Homo autem quoniam rationis eſt particeps, conſequentia cernit, cauſas rerum videt, earúmque progreſſus & quaſi anteceſſiones non ignorat, ſimilitudines comparat, rebúſque præſentibus adiungit atque annectit futurat.

¶ Abſtruſa ratio, Vide **Abſtrudo.**

Auens ratio. Lucre. lib. 3. 53. Naturalis ratio. Lucr. lib. 6. 153.

Omnia peruerſa præpoſtera ſunt ratione. Lucret. lib. 4. 168.

Sagax ratio. Lucretius libro 2. 16.

Scrupoſa ratio. Lucretius libro 4. 107.

¶ Abſtrahere à ratione, Vide **Abſtraho.**

Carere ratione. Seneca Troade, 10. 9.

Bona ratio conflixit cum perdita. Cic. 2. in Catilinam, 44.

Vſum rationis demere alicui. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 6. 10, Sed pauor attonito rationis demerat vſum.

Animi ratione exoluere aliquid. Lucret. lib. 2. 77.

Expuere ex animo rationem. Lucret. lib. 2. 128.

Inire impia elementa rationis. Lucret. lib. 1. 17.

Labi à vera ratione. Lucret. lib. 2. 36.

Obtendere rationem turpitudini. Vide **Obtendo.**

Orta ratio ab ſenſu falſo an valeat. Lucret. lib. 4. 99.

Tentat enim dubiã mentẽ rationis egeſtas. Lucret. lib. 5. 144.

Somnia, quæ vitæ rationes vertere poſſint. Lucret. lib. 1. 11.

Vincere furorem ratione. Ouid. 7. Metam. 2.

¶ Ratio, pro Reſpectu & cura. Cicero Planco, lib. 10. 2. 4, Peto à te, vt mei rationẽ habere velis, & ſalutis & dignitatis meæ. Sic dicimus, Habenda eſt ratio honoris, ratio rei familiaris. Idem 2. Offic. 03, Habenda autem eſt ratio rei familiaris: quam quidem delabi ſinere, flagitioſum eſt. Vide **Habeo** rationem.

Ratio prior. Id eſt potior reſpectus. Quintilianus lib. 1, Et morum quidem in his haud dubiè prior ratio eſt: rectè tamen etiam loquantur. Hoc eſt, in his, morum potius, quàm ſermonis habenda eſt ratio.

Domeſticæ rationes. Quintil. lib. 1. cap. 12. 6.

Familiares rationes. Tacitus lib. 5.

Ventoſa ratio vani fauoris. Claudianus de bello Getico, 23.

Lunaris ratio, Vide Lunaris in **Luna.**

Rationem commodi ducere. Cic. ad Trebatium, lib. 7. 17. 4, Ego ſi mei commodi rationem ducerem, te mecum eſſe maximè vellem. Idem pro Seſtio, 17, Eos autem qui dicerent dignitati eſſe ſeruiendum, Reipub. conſulendum, officii rationem in omni vita, non commodi ducendam, &c.

Habere rationem officii in ſocios. Cic. 4. Verr. 109.

Quapropter bene cum ſuperis de rebus habenda Eſt ratio. Lucretius lib. 1. 26.

Habenda authoritatis ratio. Quintil. lib. 6. cap. 1. 26.

Habere rationem ſi. Cic. 7. Verr. 51, Neque illud rationis habuiſti, ſi forte expergefacere te poſſes.

Ratio ſua habeatur, pro Sui. Liuius 4. ab Vrbe, Principes plebis ea comitia malebant, quibus non haberetur ratio ſua, quàm quibus vt indigni præterirentur. Forte legendum ſui.

Rationem habere cum aliquo, quod vulgus dicit *Habere ad ſaciendum.* Cic. de Senectute, 46, Habent enim rationem cum terra, quæ nunquam recuſat imperium. Id eſt negotium. Idem Attico, lib. 1. 10. 4, Cum omnibus Muſis rationem habere cogito. Vide **Habeo.**

Omnes quibuſcũ ratio mihi aut eſt, aut fuit. Cic. pro Quin. 50.

Populari ratione alicui ſe anteponere. Cic. pro Domo ſua, 69.

Quæ ratio tibi cum illo intercedit? Vide **Intercedo.**

Laborioſiſſima vitæ ratio. Cic. pro Lege Manilia, 50.

Varia & commutabilis vitæ ratio. Cic. pro Milone, 51.

¶ Ratio, Cauſa. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 13, Quum autem ad Cybiſtra propter rationem belli quinque dies eſſem moratus. Cæſar 8. bel. Gall. 11, Quantum hybernorum opportunitas, bellique ratio poſtulabat.

Non eſt ratio. Cic. 1. Verr. 16, Minari denique diuiſoribus ratio non erat, propterea quòd eos intelligere videbam, me hoc iudicio diſtrictum, atque obligatum futurum.

Nulla eſt ratio, amittere eiuſmodi occaſionẽ. Ci. pro. Cecin. 11

Rationis eſt. Columel. lib. 3. ca. 5. 2, Tenuiſſimo ſolo vitiarium facere minimè rationis eſt, quoniam, &c.

Ratio parua. Terent. Eunuc. 3. 5. 27, Num parua cauſa aut parua ratio eſt traditus ſum mulieri.

Potens ratio. Iuuen. Sat. 14. 4.

Operta ratio, Obſcura, difficilis. Ouid. 3. Faſt. 153, Fœmina cur præſtet, non eſt rationis opertæ.

Sordidiſſima & inquinatiſſima ratio, Vide **Inquino.**

¶ Quid habuit argumẽti aut rationis res, &c. Cic. 4. Verr. 79, Vidi argenteum Cupidinem cum lampade, quid tandem habuit argumenti aut rationis rei, quamobrem in eo potiſſimum Sthenianum præmium poneretur?

¶ Ratio, Modus, via & forma, moi, conſuetudo. Saluſtius, At ego vobis (inquit) ſi modò vultis eſſe viri, rationem oſtendam, qua tanta iſta fugiatis. Cic. ad Atticũ, lib. 6. 111. 4, Tantùmodo diſſimilitudo meæ rationis offendit hominẽ. Id eſt vix qua ſequor in adminiſtranda prouincia.

Ratio dicendi. Cic. in Partit. 1, Studeo mi pater Latinè ex te audire ea quæ mihi tu de ratione dicendi Græcè tradidiſti.

Aſſumpta tamen à dialecticis argumentãdi ratione. Quintil. lib. 2. cap. 4. 29.

Artificialis ratio. Quintil. lib. 6. cap. 4. 4.

Fuſa latius ratio. Quintil. lib. 3. cap. 6. 49.

Inſolita ratio dicendi. Vide **Inſolitus.**

Alia ratione. Cic. pro Quintio, 11, Negat ſe alia ratiõe facturũ.

Multis rationibus prouiſum. Cic. 1. Verr. 17, Verri ne noceri poſſit, multis rationibus eſſe prouiſum.

Nulla ratione, Vide **Nullus.**

Pari ratione. Lucret. lib. 6. 181, Quam tetigit flammã, tedámque pari ratione.

¶ In rationem eandem, Vide in præpoſitione **In.**

Duæ epiſtolæ in eandẽ rationẽ ſcriptæ. Cic. Attico, lib. 1. 7. 1.

¶ Ad rationem, Id eſt comparatione. Cic. de Claris Orat. 24, Et Græciæ quidem oratorum partus, atque fontes vides ad no-

ſtrorum annalium rationem veteres, ad ipſorũ ſanè recentes. Et infra, Ad noſtrorum temporum rationem vetus. Budæus.

¶ Ratio, interdum Conſilium, & propoſitum ſignificat. Cic. 4. Verr. 7, Fecerunt etiam, vt me, cuius fidem, continentiámq; cognouerant, propè de vitæ meæ ſtatu, dolore, ac lachrymis deducerent, vt ego iſtum accuſarem, à quo mea longiſſimè ratio, voluntáſque abhorrebat. Idem act. 1, Mea quidem ratio cum in rebus præteritis eſt cognita, tum in reliquis explorata atq; proviſa eſt. Et ad Trebatium, lib. 7. 17. 6, Poſteaquam mea mutata ratio eſt. Id eſt conſilium, res, propoſitum, ſtatus, quem vulgò *meam cauſam* dicimus. Sic ad Atticum, lib. 1. 14. 5, Vnam rationẽ non reiiciebam, vt ager hac aduentitia pecunia emeretur, quæ ex nouis veſtigalibus per quinquennium reciperetur. Huic toti rationi agrariæ Senatus aduerſabatur.

Ratio & conſilium. Cic. 2. Verr. 21, Nunc quoniã pugnare contra me inſtituiſti, non tã ex tua natura, quàm ex iſtius tempore, & cauſa, malitioſæ neceſſe eſt iſtiuſmodi rationi aliquo conſilio obſiſtere. Tua ratio eſt vt ſecundum binos ludos mihi reſpõdere incipias: mea, vt ante primos ludos cõperendinẽ. ita fiet vt tua iſta ratio exiſtimetur aſtuta, meũ hoc conſiliũ neceſſariũ.

Ratio ſic mea eſt. Terent. Adelph. 2. 1. 43, Mea eſt ſic ratio, & ſic animum induco meum.

Veſtram nequeo mirari ſatis rationem. Terent. Adelp. 3. 3. 21. Cic. 10. Philipp. 281, Quæ (malùm) eſt iſta ratio, ſemper optimis cauſis, veteranorum nomen opponere?

¶ Adduci rationibus, Vide **Adduco.**

Adhibere rationem, Vide **Adhibeo.**

Afferre rationem, Vide **Affero.**

Admittere rationem. Iuuenal. Satyra 1. 3, Si libet, & placidi rationem admittitis, edam.

Afferre rationem quamobrem, &c. Cic. pro Cecinna, 69.

Agitare rationes, Vide Agito in **Ago.**

Augere rem bonis & honeſtis rationibus. Cicero pro Rabirio Poſthumo, 13.

Capere rationem oculis, Vide **Oculus.**

Cognoſcere rationem facti. Quintil. lib. 4. cap. 2. 15.

Colligere rationem & rationes, Vide **Colligo.**

Confligere ratione, Vide **Confligo.**

Conſulere rationibus, Vide **Conſulo.**

Dicere rationem. Plautus Trucul. 4. 54,

-quid iſtuc? A. rationem dicam, quia qui
Alterum incuſat probri, ipſum ſe intueri oportet.

Corámque contra iſtam rationem meam dicam. Cicero Curioni, lib. 2. 2. 4.

Dicere bona ratione. Plautus Milite, 10. 121,

Nimis ratione bona, nimiúmque aptè tu multa vides:
Et tibi ſunt gemini, & tergemini, ſi te bene habes, ſũmi.

Dictare rationem. Plautus Amphit. 2. 36,

-ad aquam præbendam adueni domum
Decumo pòſt menſe, vt rationem te dictare intelligo.

Diſputare rationibus conquiſitis, Vide **Conquiro.**

Dare rationem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 55, Alias cauſas, aliam, atque aliam rationem dabo.

Dare rationem ſuarum fabricarum. Plautus Milite, 10. 176,

-dari iſtanc rationem volo.
P A. At ego mihi annulũ dari iſtunc tuũ volo. P E. quã ad rẽ vis?
P A. Quando habebo igitur, rationem mearum fabricarũ dabo.
P E. Vtere, accipe. P A. accipe à me rurſum rationem doli
Quam inſtitui.

Certa ratio remedii dabatur. Lucret. lib. 6. 1147.

Duci aliqua ratione. Lucret. lib. 4. 1120.

Exacta ratio. Horatius 1. Serm. ſatyra 4. 8,

Nec ſibi cœnarum, quiuis temerè arroget artem,
Ni prius exacta tenui ratione ſaporum.

Exponere rationem ſuam alicui. Lucretius lib. 1. 193.

Ad rationem antiquæ religionis exquirere facta alicuius. Cic. 6. Ver. 9, Noli iſto modo agere cum Verre, noli eius facta ad antiquæ religionis rationem exquirere.

Facere ratione, Vide **Facio.**

Facere aliquid certum ratione. Terent. Eunuc. 1. 1. 17,

-incerta hæc ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas,
Quàm ſi des operam vt cum ratione inſanias.

Mala ratione facere rem. Horat. 2. Serm. ſaty. 6. 1.

Celeri ratione fieri. Lucret. lib. 3. 37.

Vt videant, qua quidque geratur cũ ratione. Lucret. lib. 2. 54.

Rationes iacent, Vide **Jaceo.**

Improba naulgii ratio tũ cæca iacebat. Lucret. lib. 5. 101.

Incumbere toto animo & ſtudio omni in aliquam rationem. Cicero Quinto fratri, lib. 2. 1. 40.

Inire rationem, Inuenire modum. Terentius Heauton. 4. 2. 7, Quid agam? aut quid comminiſcar? ratio de integro ineunda eſt mihi. Vide **Ineo**, inis.

Inire rationem de, quomodo, vt, vtrum, &c. Vide **Ineo**, inis.

Ratione aliquid inire. Terent. Phorm. 1. 2. 30,

Hæc quam ratione ineas quàm ſint ſuauia, & quàm cara ſint:
Ea qui præbet, non tu hunc habeas plane præſentem deum?

Inſtituere rationem operis, Vide **Inſtituo.**

Certa ratione inſanire. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 54.

Inuenire rationem cur, Vide **Inuenio.**

Vaga & mutabili ratione labũtur ſidera. Cic. de Vniuerſ. 46.

Limat ratio. Quintil. libro 2. cap. 4. 6, Multum inde decoquent anni: multum ratio limabit.

Pendent rationes ex coniecturis, Vide **Pendeo.**

Et ſapere, & doctis rationem reddere dictis. Lucret. lib. 2. 197.

Perfacilè exemplo rationem reddere poſſis. Lucret. lib. 2. 153.

Repetere altius rationem. Quintil. lib. 6. cap. 2. 2, Nunc altius omnis rei repetenda ratio eſt.

Scrutari aliquid ratione. Quintil. lib. 5. cap. 10. 16.

Certa quadam ratione non ſeruat. Cic. Caninio, lib. 2. 16. 4.

Ratione bene ſubducta eſſe ad vitam. Terent. Adelph. 5. 4. 1,

Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apportet noui. Vbi Donatus, Bene ſubducta ratione, bene diſpoſita, bene computata. Ducere enim, eſt digitis computare: ſed ducere, eſt apud alium & palàm ſubducere, apud ſeipſum & ſemet.

Subiicere & ſupponere rationem. Cic. 2. de Inuent. 173.

Timere aut cupere aliquid ratione. Iuuenalis Satyra 10. 1.

Tractare rem aliquã ratione modóque. Horat. 2. Ser. ſaty. 3. 54.

Videre rationem opinionis ſuæ. Quintil. lib. 2. cap. 15. 12, Sed illi rationem opinionis ſuæ viderint.

¶ Ratio, Supputatio aliquãdo dicitur, vel calculus, ſiue expenſa. Plaut. Aulul. Supputatur ratio cum argentario. Idem Amphitry. Et vt res rationẽſque veſtrorum omnium bene expedire voltis. Plin. lib. 11. ca. 14. 1, Schœnus patet Eratoſthenis ratione, ſtadia x L. Colum. lib. 1. cap. 3. 7, Ne maiorẽ agrum quàm ratio calculorum patiatur, emere velit. Idem lib. 3. cap. 3. 10, Atq; is calculus quem poſuimus. Græcini rationem continet.

¶ Caſtrenſis ratio, Vide **Caſtrum.**

Longæ rationes. Horatius de Arte, 66,

Romani pueri longis rationibus aſſem
Diſcunt in partes centum diducere.

Numaria ratio, Vide **Numus.**

Sumptuariæ rationes. Cic. Attico. lib. 13. 195. 1.

¶ Accipere rationem, Vide **Accipio.**

Accipere rationes à colono. Cic. pro Cecinna, 68.

Non compãret ratio argenti, Vide **Comparco.**

Componere rationes. Tacit. lib. 5, Séxque mẽſes dati, quis ſecundum iuſſa legis, rationes familiares quiſq; componerent.

Computare rationem. Columel. lib. 5. cap. 1, Impoſito calculo, perfecti operis rationem computant.

Conferre rationem, Vide **Confero.**

Conficere rationem, vt Tabulas conficere. Cic. 7. Ver. 116, Cedo rationem carceris, quæ diligentiſſimè conficitur quo quiſque die datus in cuſtodiam, quo mortuus, quo necatus ſit.

Conficere rationes in ordinem, Vide **Conficio.**

Confingere rationes. Vide **Confingo.**

Ratio conſtat, Vide **Conſto.**

Pergami non multum auri ratio conſtat. Cic. pro Flacco, 54.

Cõuenit inter eos ratio accepti & expẽſi, Vide **Conuenio.**

Exponere facti ſui rationem alicui. Cic. de Aruſp. reſpon. 2.

Habeo rationẽ quid à Pop. Romano acceperim. Cic. 7. Ver. 19.

Inducere pecuniam in rationem, Vide **Induco.**

Inferre rationibus. Suet. in Cæſare, Seruitia recẽtiora immẽſo pretio, & cuius etiã ipſum puderet, ſic vt vetaret rationib⁹ inferri. Id eſt nolebat in rationario perſcribi eam ſummã quam impenderat in emptione ſeruorum. Budæus. Vide **Infero.**

Inferre rationes falſas. Cic. pro Flacco, 15.

Facti ſui rationem alicui probare. Cic. pro Murena, 2.

Putare rationes cum aliquo. Cic. Attico, lib. 4. 80. 1.

Reddere rationem, Vide **Reddo.**

Reddere rationem de factis aliorum. Cic. 4. Verr. 10.

Semper ita viuamus, vt rationem nobis reddendam arbitremur. Cic. 4. Verr. 19.

Referre rationes. Cic. 3. Verr. 14.

Rationes ad ærarium & Quæſtores & Imperatores exercituũ ex prouinciis decedentes referre dicebantur, pro eo quod nunc *Computum reddere* dicunt. Cic. in Piſonem, 48, Rationem ad ærarium retuli continuò Cæſar, ſicut lex tua iubebat: meque alia vlla in re legi tuæ parui. Quas rationes ſi cognoris, intelliges

némini plus quàm mihi,literas profuiſſe.Budæus.

Rationem vitæ & magiſtratus geſti repoſcere vocat Cicero,1. Verr.15.itẽ Edere & exponere quod in magiſtratu quiſq; geſſerit:quod nunc Iuriſperiti, nullo antiqui iuris exemplo, *Iudicari* dicunt.Budæus.

Rationibus referre,eſt Inter recepta computare,hoc eſt *Receptum facere*,vt vulgus loquitur.Tranquillus in Veſpaſiano,& Vlpianus in L.de Adminiſt.rer.ad ciuit.perti.Budæus.

Ad veritatem rationem reuocare.Cic.3.Offic.111.

¶ Rationes Galliæ procurare.Plin.lib.7.ca.16.9,In filio Cornelii Taciti Equitis Romani Belgicæ Galliæ rationes procurãtis.

¶ Ratio,pro eo quod recentiores quantitatem dicunt.Cato de Re ruſtica,Ad villam quum venies,videto, vaſa, torcula,& dolia multáne ſient.vbi non erunt,ſcito pro ratione fructuũ eſſe. Id eſt ſecundum quantitatem.

Pro ratione pecuniæ liberius eſt Brutus tractatus,quàm Põpeius.Cic.Attico,lib.6.11.47.

Ad rationem loci & temporis.Plin.epiſt.61.2.

Ratiúncula,pen.corr.Diminutiuum.Cic.2.Tuſcul.51,Concludunt ratiunculis Stoici,cur non ſit malum: quaſi de verbo,non de re laboretur. Sic 4.Tuſcul.64.

Suggerere ratiunculas.Cic.3.de Natura deorum,107.

¶ Ratiuncula,Supputatio.Plaut.Capt.4.89,

Ibo intrò,atque intus ſubducam ratiunculam,
Quantillũ argenti mihi apud trapezitã ſiet. Terent. Phorm. 2.1.2, -erat ei de ratiúncula
Iam pridem apud me reliquum pauxillulum
Nummorum:id vt conficerem:confeci,affero.

Rationâlis,& hoc rationále,pen.prod. Siue Rationábilis,& hoc rationábile,pen.cor.Idem ſignificant,Quod ratione vtitur.Quintilianus lib.7.cap.4,Falſa eſt finitio, ſi dicas, Equus eſt animal rationale.Nã equus eſt animal,ſed irrationabile. Idẽ lib.8.ca.6,Secantur hæc in pluresvt à rationali ad rationale. Et lib.5. cap.11,Nec ſi mutis finis voluptas,rationabilibus quoque.

Cauſa rationalis.Author ad Herennium,lib.2.41,In cauſa rationali primum quæretur,ecquid,&c.

¶ Rationales,& procuratores Cæſaris iidẽ erant,vt ait Lampridius in Alexand.teſte Budæo.

Rationárius, Adiectiuum.vt Rationarius codex, in quo rationes rerum geſtarũ cõtinentur,quod vulgus *Regiſtrum* vocat. Sueton Auguſto,cap.28,Rurſus tædio diuturnæ valetudinis,quã etiã magiſtratib° ac Senatu domũ accitis,rationariũ imperii tradidit.

¶ Rationarius, ſubſtantiuum, Qui rationarium conficit, vel qui rationibus præeſt.Marcellinus,Quidam ex mercatore opulento rationarius apparitor.

Ratiócinor,pen.cor.ratiocinâris,ratiocinári, Ratione colligere & deprehendere, vel etiam *computare* quod dicitur. Plautus Stich. 3.17,Principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor. Cic.1. Tuſcul.8, At nos metiendi ratiocinandiq; vtilitate, huius artis terminauimus modum.

Cuius illi conatus,vt ille ratiocinabatur,nec ſi cuperent,reprimere poſſent.Cic.pro Milone,24.

De pecunia ratiocinari. Cic.2. de Inuent.108, De pecunia ratiocinari ſordidum eſt,quum de gratia referenda deliberetur.

Ratiocinâtor,pen.prod.ratiocinatõris,m.g.Calculator.Colu.lib.3. cap.3.9,Vt diligens ratiocinator poſito calculo videt id genus agricolationis maximè rei familiari conducere. Cic.ad Atticũ, lib.1.7.6,Libertum ego habeo ſanè nequam hominem, lũlarẽ dico ratiocinatorem,& clientem tuum.

Ratiocinatores officiorum.Cic.1.Offic.86,Et cõſuetudo, exercitatióque capienda, vt boni ratiocinatores officiorũ eſſe poſſimus: & addendo,deducendóq; videre quæ reliqui ſumma fiat.

Ratiocinatio,Verbale.Cic.2.de Inuent.133,Ratiocinatio autem,eſt diligens & conſyderata faciendi aliquid,aut non faciendi excogitatio.Ea dicitur tum interfuiſſe,quum aliquid faciendum,aut non faciendum certa de cauſa vitaſſe, aut ſecutus eſſe animus videtur.vt ſi amicitiæ quid cauſa factum dicetur,&c.

Ratiocinatiuus,pen.prod.Adiect. Quod ad ratiocinationẽ pertinet.vt Ratiocinatiuum genus orationis. Cic.1.de Inuent.25.

Ratiocinatiua atq; collectiua quæſtio orietur.Quint.li.7.ca.2.

Status ratiocinatiuus.Quintil.lib.3.cap.6.31, Et ratiocinatiuus ſtatus,id eſt ſyllogiſmus.

Ratiocinium,Ipſe ratiocinandi actus.Colum.lib.5.ca.1.8, Hæc nõ aliena, nec procul à ratiocinio, quod tradituri ſumus, breuiter præfari oportuit.

Rátis,huius ratis,f.g.vel Rates,ratis,ſecundum Probum:Nauigium temerè factum & inconditum,vt trabes connexæ,& ſine fabrica compactæ,quæ nauigii vicem præbent.

Ratis & nauis. Cic.7.Verr.4, Quum aut nauibus aut ratibus conarentur accedere.

Stirpea ratis.Plau.Aul.2.1.9,Quaſi pueri quinare diſcunt,ſtirpea inducitur ratis.

¶ Ratis,abuſiuè vſurpatur pro Naue.Virg.1.Æneid.10,Diſſecitque rates. Cic.ad Atticum,lib.9.184.1,Circumuallatum eſſe Pompeium,ratibus etiam exitus portus teneri. Plin.lib.7.cap. 56.16,Antè ratibus nauigabatur,inuẽtis in mari rubro inter inſulas à rege Erythra.

¶ Tanquã ratis in mari immenſo noſtra vehitur oratio. Cic. 2.Tuſcul.116.

¶ Ratis dicta nauis longa propter remos:quòd hi quũ per aquam ſublati ſub dextra & ſiniſtra,duas partes efficere videntur,rates: vnde hoc tranſlatum,illic vbi plures mali aut aſſeres. Varro de Lingua Latina,lib.6.

Rates duplices.Cæſar 1.bel.Ciuil.100, Rates duplices quoquò verſus pedum triginta e regione molis collocabat.

¶ Caux rates.Ouidius epiſt.17.1.

Celſa ratis. Valerius 5.Argonaut.2.

Ceratæ rates.Ouidius epiſt.5.9.

Excelſæ rates.Silius lib.17.116.

Fractarum ratium ſubita ruina.Lucanus lib.3.115.

Frugiferæ rates.Claud.de bello Gildonico,11.

Inſana ratis.Valer.1.Argonaut.112, -da mergere Graios,
Inſanámque ratem.

Intrepida ratis.Seneca Œdipo,11.2.

Laceræ ratis naufraga membra.Ouidius 1.de Arte, 83.

Laceræ ratis fracta membra.Ouidius in Ibin,56.

Opitergina ratis.Quintil.lib.3.cap.8.16,Denique non fecerũt Saguntini,nec in rate Opitergina circunuenti.

Pronæ rates.Ouid.14.Metam.110,Fértque rates pronas, medióque ſub æquore mergit.

Quaſſatæ rates.Virgil.4.Æneid.11.

Turbata ratis.Claudianus 7.Paneg.13,

Nulla relicta foret Romani nominis vmbra,
Ni pater ille tuus iamiam ruitura ſubiſſet
Pondera,turbatámque ratem,certáque leuaſſet
Naufragium commune manu.

Veliuolæ rates.Ouid.4.de Ponto,eleg.5.9.

Victrices rates.Claud.de Nuptiis Honorii & Mariæ,36.

¶ Armare rates.Virgil.10.Æneid.33.

Committere ratem vento.Ouid.3.Faſt.116.

Fragilem ratem committere pelago.Horat.1.Carm.ode 3.3.

Credita eſt vento ratis.Senec.Agamemn.6.11.

Nondum credenda periclis ratis.Stat.4.Syl.4.10.

Dédere fluctibus ratem.Senec.Agamemn.3.8.

Flectere ratem.Ouid.epiſt.10.8.

Frænare ratem.Senec.Medea,1.1, -quæque domitorem freti
Tiphyn nouam frænare docuiſti ratem.

Auſter implicuit rates.Stat.11.Thebaid.104.

Aura impulerat ratem.Ouid.15.Metam.140.

Mergere ratem in ima.Ouid.11.Metam.111.

Merſa ratis.Iuuen.Saty.14.30.

Nauigare ratibus,Vide Nauigo in **Nauis**.

Carinas ponere ratibus.Virg.2.Georg.89.

Prouecta ratis fertur in altum.Senec.Octauia,6.9.

Læta recurrit ratis.Valer.1.Argon.35.

Quaſſas rates reficere.Horat.1.Carm.ode 1.4.

Regere ratem in vndis nocturnis.Virg.5.Æneid.174.

Dubiam ratem regere.Ouid.1.de Arte,111.

Mare repletum euerſis ratibus.Senec.Agamemn.13.11.

Submerſis ratib° ſaturata Charybdis.Ouid.2.Amor.eleg.16.5.

Soluere ratem.Ouid.epiſt.21.43.

Solue ratem,Venus orta mari mare præſtat eunti:
Aura dabit curſum,tu modò ſolue ratem.

Subigere ratem conto.Virg.6.Æneid.61.

Temperare ratem.Ouid.13.Metam.64,
-quantóque ratem qui temperat,anteit
Remigis officium,quanto eſt dux milite maior.

Altum tenuere rates.Virg.5.Æneid.39.

Tentare Thetin ratibus.Virg.eclog.4.7.

Tranſnare rates vidit.Stat.1.Achil.91.

Parua rate vectus.Ouid.1.Metam.65.

Celeri rate vectus.Catull.de Berecynthia,58.1.

Vexare rates.Virg.eclog.6.16,

Quid loquar aut Scyllam Niſi,quam fama ſecuta eſt
Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates,& gurgite in alto
Ah timidos nautas canibus laceraſſe marinis.

Ratiarius,ratiarii,maſc.ge.dicitur vt Nauicularius,nõ opifex,ſed negotiator. Paulus de Pignorat.act.L.Qui ratiario crediderat, quũ ad diẽ pecunia nõ ſolueretur,ratẽ in flumine ſua authori-

tate detinuit: posteáque flumen creuit, & ratê abstulit. Budæus.

RATVMENNA, Auriga fuit, qui quum in ludis Circensibus excussus fuisset, equi eius cum corona & palma in Capitoliũ peruenerunt, sedémque ter lustrarunt. Ex quo factum est, vt porta per quam intrauerant, Ratumenna diceretur.

Ratus, Vide **Reor**.

Raucus, Adiectiuum. Qui nimio clamore vel ob aliã causam, vocem habet compressam & impeditã. Virgil. 11. Æneid. 91, Dant sonitum rauci per saxa silentia cygni. Raucos cygnos vocat, non quidem canoros, sed alarum concussione inter volandum, raucum per aera sonum efficientes, qualis est tubarum. Talis enim auditur cygnorum volantium sonus, qualis tubarum clangor.

Raucus, pro Fesso & defatigato: vt Rauca fama. Cic. ad Varronẽ, lib. 9. 2. 11, Te verò nolo, nisi ipse rumor iam raucus erit factus, ad Baias venire. Id est, nisi quum ipse rumor iam defecerit. Budæus.

Sonare raucum quiddam. Ouid. 3. de Arte. 58,
Illa sonat raucum quiddam, atque inamabile ridet,
Vt rudit à scabra turpis asella mola.
¶ Æris rauci canor. Virgil. 4. Georg. 15.
Aquis raucis feruet mare. Ouid. epist. 17. 6.
Aquilo raucus. Martialis lib. 1. 46,
At quum December canus, & Bruma impotens
Aquilone rauco mugiet.
Bombus raucus. Lucretius lib. 4. 111.
Bubones rauci. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 4.
Chartæ rauæ. Martialis lib. 8. 61,
Quum modò distulerint rauæ vadimonia chartæ,
Et Floralitias lasset arena feras.
Cicadis raucis resonant arbusta. Virgilius ecloga 2. 3.
Concentus rauci. Statius 6. Thebaid. 46.
Cornices rauæ. Lucretius libro 6. 151.
Cornua rauca sonant. Claud. 2. in Ruffinum, 12.
Fragor raucus. Claud. 2. in Eutropium, 33.
Fremitus raucus. Valerius 2. Argonaut. 61.
Garrulitas rauca. Ouidius 5. Metam. 130.
Guttur raucum. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 5.
Littus raucum. Statius 5. Thebaid. 59.
Mugitus raucos edere. Ouid. 14. Metam. 81.
Murmur raucum. Virgil. 1. Georg. 11.
Ora rauca. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 11.

Orator raucus. Cic. 1. de Oratore, 135, Itaque nos raucos sæpe attentissimè audiri video.

Palumbes rauæ. Virgil. ecloga 1. 11.
Pectus raucum. Seneca Agamemn. 7. 19.
Postes rauci. Propertius lib. 4. eleg. 9. 5.
Querela longa raucus. Propert. lib. 1. eleg. 15. 8.
Rui rauci. Claudianus 5. Paneg. 44.
Sono rauco dedêre mugitum. Ouid. 1. Fast. 112.
Stridor raucus. Ouidius 8. Metamor. 58.
Tympana rauca. Ouidius in Ibin, 91.
Vallis rauca sonat. Statius 4. Thebaid. 160.
Vnda rauca. Ouid. 11. Meta. 157. Vox rauca. Oui. 6. Met. 76.

Rauciſonus, pen. corr. Adiectiuum. Lucret. lib. 2. 115, Concaua rauciſonóque minantur cornua cantu. Catullus Argonaut. 59. 53, Multi rauciſonis efflabant cornua bombis.

Rãucitas, pen. corr. raucitãtis, Vocis obtusitas. Plin. lib. 11. cap. 51. 4, Elephas per nares tubarum raucitati similem elidit sonum. Idem lib. 20. cap. 6. 8, Compescit & distillationes cum lacte coctũ, vel tritum, permistúmve caseo molli, quo genere & raucitatem extenuat. Sic lib. 22. cap. 23. 9, In tussi, vua, follis veteri suffusione, hydropicis, raucitatibus.

Raucio, raucis, rausi, rausum, raucire, Raucum esse.

Rauceo, rauces, raucui, raucêre, Idem. A quo **Rauceſco**, rauceſcis.

Raudus, vel Rodus, significat (inquit Festus) rem rudem & imperfectam. nam saxum quoque raudum appellant poetæ. Æs raudum veteribus dictum. Vnde in vẽditionibus mancupi, scriptum erat, Rauduſculo libram ferito.

RAVDVSCVLA, Porta Romæ appellata est, à Raudo, id est ære, quòd ærata sit.

RAVENNA, Vrbs in octaua regione Italiæ, Sabinorum oppidũ, in ora litoris Adriatici, olim tota ligneis compacta ædificiis, aquis diffusa, pontibúsque ac lembis peragrata. à Thessalis cõdita perhibetur. Alii post excisam Troiam, alii post confusa hominum labia in Babylone constructam fabulantur. Et quum à mari fiunt inundationes, non mediocrem accipit partem cœni palustris. De hac Silius libro 8, Lenta paludoso proscindunt stagna Rauennæ. Hinc ortus est Cassiodorus Senator, qui multa eruditissimè scripsit. Hanc vrbem vetustam esse, res ab Ostrogotis gestæ commemorãt, qui eam regiam posuere. Liuius author est, ab Augusto muris cinctam fuisse, quos Valentinianus imperator postea ampliauit, eiúsque archiepiscopo duodecim ciuitatum episcopos subiecit, Arimini, Cæsenæ, Fori Liuii, Fori Cornelii, Fauentiæ Briucii, Bononiæ, Mutinæ, Rhegii, Parmæ, & Placentiæ, quæ ciuitates deinceps sub Exarchatu fuere. Et Alaricus subinde eam magnificauit. sic Theodoricus, qui in ea octo & triginta annis regni sedem habuit.

Rauennas, huius Rauennãtis, pen. prod. om. ge. Rauennæ incola, aut ad Rauennam pertinens. Martialis lib. 3. 51, Mehúsque ranæ garriant Rauennates.

Rauſo, huius rauis, fœm. gen. Rauedo vocatur, quæ fit aut nimia siccitate propter clamorẽ, aut nimio humore ad vocis locum fluente, ex quibus vox homini plerũque negatur. Plautus Aulularia, 10. 10,
Hucine detrusisti me ad senem parcissimum,
Vbi siquid poscamus, ad rauim poscamus prius
Quàm quicquã detur? Id est Improbè, sæpius, clamosè, adeò vt vox etiam toties vociferanti rauescat, inquit Erasmus. Idem Cistell. Expurgabo hercle omnia ad raucam rauim.

Raus, Adiectiuum, veteres dixerunt Obtusum. vnde Raua vox, Obtusa, & parum sonora. Raus color, Obtusus, id est mistus niger cum fuluo, color inter flauum & cæsium. Cic. 4. Acad. 189, Quia nobismetipsis modò cæruleum videbatur, mane rauum. Legitur hic in nostris exemplaribus Hauum. Varro 1. de Re rustica, cap. 9. 3, Facie debent esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigricantibus, aut rauis. Quidam legunt Glaucis. Ibidem, cap. 12. 3, Cornibus pronis ad rostrum, rauis oculis.

Lupa raua. Horat. 3. Carm. ode 17. 1.

Rãuidus, pen. corr. Aliud adiectiuum. vt Rauidi oculi, Nigro & fuluo misti, qui color est inter flauum & cæsium. Colu. lib. 8. ca. 2. 7, de gallinaceis quos habere oportet, Sublimes, sanguineáq; nec obliquæ cristæ: rauidi vel nigricantes oculi.

Rauilix dicuntur, qui rauos oculos habent, quemadmodum qui cæsii cæsilix. Festus.

Rauiſcellus, Similiter adiectiuum, à Rauo. Plaut. Quia inquit hæc mulier, & ille rauiscellus qui venit? Legitur & rauistellus.

RAVRACI, Galliæ Belgicæ populi, vt scribit Cæsar in Commentariis, & Plinius lib. 4. cap. 17. Plinio Raurici dicũtur lib. 2. cap. 9: quos nunc Basilienses esse coniectura est.

R E

Re, Præpositio, à Retro per apocopen facta videtur. Vnde Respicio, retrò aspicio. Reuertor, retrouertor. & non nisi composita reperitur.

Re cum Rursum, vt Rursum restituere, Rursum repetere. Plin. lib. 8. cap. 22. 1, Homines in lupos verti, rursúmque restitui sibi. Ibidem, cap. 32. 3, Quum prope ventum est, rursus fugæ præsidia repetentes.

Re cũ Iterum. Plin. lib. 2. epist. 14, Iterũ clamor, Iterũ reticuit.

¶ Re, ablatiuus à res. Vide suo loco. Cic. pro Milone, 9, Cũ diceret Senatum non quod sentiret, sed quod ego vellem, re decernere. Id est exitu. Vetus codex non habet RE.

Reædificare, Rursum vel denuo ædificare.

Reædificare meritum, pro Refarcire. Ci. ad Atticũ, lib. 6. 111. 4, Cæsarem in merito reædificando diligentiorem fore.

Reapſe, significat Reipsa. Pacuuius, Si non est ingratum reapse quod feci. Plaut. Rud. 5. 2,
Nimio pol hominum fortunæ minus miseræ memorantur,
Quàm reapse experiũdo iis datur acerbum. Cic. 1. de Diuin. 138, Formæ quæ reapse nullæ sunt, speciem autẽ offerunt. Idẽ 5. de Finib. 47, Quod idem reapse primum est.

REATE, huius Reãtis, pe. prod. n. g. oppidum Sabinorum, Italiæ vmbilicus. vnde Reatini Populi. Plin. lib. 3. cap. 12. Varro 1. de Re rust. cap. 6. 1, Ego, inquit, de asinis potissimum dicã qui sum Reatinus, vbi optimi & maximi fiunt. Silius lib. 8. 81,
-magnáque Reate dicatum Cælicolũm matri.

Reatus, pe. prod. huius reãtus, reatui, m. g. Status & cõditio reorum, hoc est habitus demissus, pannosus, squalidus, & misericordiæ aucupator. Vnde reorũ sordes, sordidatique rei dicebantur. Iurisconsultus, Si diutino tẽpore aliquis in reatu fuerit, aliquatenus pœna eius subleuãda erit. Id est, In eũ mitius animaduertendum qui diu sordidatus fuerit: id quod euenire solet, aut iudicum cõsilio in diẽ longiorẽ iudicium reiicientium: aut pro re nata, si quia de causa planè nõ liquebat, reus sæpius ampliatus est. Pars enim pœnæ esse visa est, longa tẽporis intercapedo in cõspicua calamitate & miseranda. Paulus Iurisconsl. Fraudis autẽ causa adoptio facta videtur, etiã si nõ in reatu, sed in desperatione rerũ per conscientiã metu imminentis accusatoris quis adoptet. Idẽ in tractatu De bonis eorũ qui ante sent. mort. sibi cõsci. cap. vlt. Ita demũ bona eius qui in reatu morte sibi conscierit, fisco vendicanda sunt, si eius criminis reus fue-

rit, vt si damnaretur, morte, aut deportatione afficiendus esset. Hodie in reatu sunt, qui vel carcere detenti, squalore, & illuuie conficiuntur: aut qui honoris causa, custodiæ suæ, aut apparitorum cõmissi, aut vadimonio, aut vadibus obstricti sunt, aut expromissoribus. Iustinus lib. 4. Histor. Reuocato igitur ad reatum Alcibiade, duo prælia secunda Niceas & Lamachus fecerunt. Ad reatum, inquit, id est ad causam dicendam. Budæus.

Errore autem nimio miro hæc opinio inter Iurisperitos, alicósq; inualuit, vt reatus pro crimine exaudiatur. Budæ⁹. Quintil. lib. 8. cap. 3, Nam & quæ vetera nunc sunt, fuerunt olim noua, & quædam in vsu perquàm recentia. Messala primus reatũ, munerarium Augustus primus dixerunt. Martial. lib. 1. 24,

Si det iniqua tibi tristem fortuna reatum,
Squallidus hærebo, pallidiórque reo.

Rebar, Vide **Reor**, reris.

Rebello, rebellas, rebellare, Ex re & bello, bellat, cõpositũ, significat Repugnare, & quasi bellãdo aut certando contrà venire & contendere. Cæsar 8. bel. Gall. 54, Si tali ratione diuersis in locis plures rebellare cœpissent. Liu. 3. ab Vrbe, 28, Tertio die, quũ ira Romanos illos quum toties rebellassent, conscientia culpæ, ac desperatio irritaret, mora dimicandi nulla est facta. Ibidẽ, lib. 8. 76, Quia cum Latinis rebellare noluissent. Ouidius 13. Metam. 115, -quum Sol duodena peregit
Signa, parentali morituræ morte rebellant. Lucanus lib. 3. 74, -nisi qui vinci potuere rebellent.

¶ Rebellare vulnera seu alia vitia dicuntur, quando semel curata repullulant. Plin. lib. 25. cap. 13. 27, Nostri herbarii strumeã vocant, quoniam medetur strumis & panis, parte in fumo suspensa. Creduntque ea rursus fata rebellare quæ curauerit vitia: quo scelere & plantagine vruntur.

Rebellat humor. Plinius lib. 13. cap. 11. 6, Minus sorbet politura charta, magis splendet. Rebellat sæpe humor incuriosè datus, primóque malleo deprehenditur, aut etiam odore, quum fuerit indiligentior.

Rebellãtor, & Rebellátrix, pen. prod. Qui vel quæ rebellat. Liuius 10. bel. Maced. 144, Dictu quàm re facilius sit, prouinciam ingenio ferocem rebellatricem confecisse. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 10, Téque rebellatrix tandem Germania magni
Triste caput pedibus supposuisse ducis.

Rebellis, & hoc rebelle, Adiect. vt Hãmæ rebelles. Stat. 1. Theba. 7.

Rebellio, rebelliõnis. Ipse rebellandi actus. Cæsar 3. bel. Gall. 89, Rebellio facta post obsidionem. Sic Liuius 4. ab Vrbe, 110. Et lib. 8. 74. Item 4. bel. Maced. 68.

Cœptare rebellionem. Tacit. lib. 3, Eodem anno Galliarũ ciuitates rebellionem cœptauere.

Rebellium, rebellii, Idem. Liu. 5. Decade, lib. 2. 76, Qui deditis contra ius & fas bellum intulisset, & pacatos ad rebelliũ incitasset.

Rebito, rébitas, pe. corr. rebitãre, à re, & ito frequentatiuo verbi Eo, is, compositum, Reuerti significat, & redire. Interpositum est autem b, tantùm euphoniæ causa. Plaut. Capt. 7. 20,
Ac si nõ rebitas huc, vt viginti minas Dẽ prote. Ibidẽ, 12. 89,
At vnum hoc te quæso, si huc rebitet & Philocrate,
Vt mihi eius facias conueniundi copiam. Antiquum.

Reboo, reboas, reboare, Ex re, & boare. Virgil. 3. Georg. 45, -reboant syluæq; & magnus Olympus. Id est resonant, remugiũt. Est autem Græcum verbum. Nam apud Latinos nullum verbũ est quod ante o finalem, habeat o, excepto inchoo: quod tamẽ maiores aliter scribebant, aspirationem interponentes duabus vocalibus, & dicebant incoho. Seruius.

Laqueata citharis reboant. Lucretius lib. 2. 6.
Syluæ reboant. Virgil. 3. Georg. 45.
Tympana reboant. Catullus de Hercynth. 58. 5.

¶ Reboare, cũ accusatiuo. Silius lib. 3. 89, de Hercule,
-mœsto clamore ciebat
Pyrenen: scopuliq; omnes, ac lustra ferarũ Pyrenen reboãt.

Recalcitro, recálcitras, pen. corr. recalcitrãre. Idem quod Calcitro. Horat. 2. Serm. saty. 1. 4, -nisi dextro tempore Flacci
Verba per attentam non ibunt Cæsaris aurem:
Cui malè si palpêre, recalcitrat vndique tutus.

Recalco, recalcas, recalcare, Rursum calcare. Colum. lib. 2. cap. 2. 15, Si velis serobibus egestam humum recondere, & recalcare, quum aliquo quasi fermento abundauerit.

Recaleo, recales, pen. corr. recálui, recalêre, Idem quod simplex Caleo. Virgil. 12. Æneid. 7, -vix vrbe tuemur
Spes Italas, recalent nostro Tyberina fluenta Sanguine.

Recalesco, recalescis, recalescere, Rursus calescere. Cic. 2. de Natura deorum, 39, Quod nostris quoque corporibus contingit, quum motu atque exercitatione recalescunt. Ouid. 2. de Rem. amor. 47, Quid iuuat admonitu tepidam recalescere mentem?

Recalfacio, recálfacis, pen. corr. recalfeci, pen. prod. recalfactum,

recalfacere, Rursus calidum facere. Ouid. 8. Metam. 89,
-calidúmq; prioris Cæde recalfecit consorti sanguine telum.

Recaluaster, recaluastri, Qui fronte caluus est, non toto corpore, quasi recaluatulus, quod est diminutiuum. Valla lib. 1. cap. 5.

Recaluus, Adiectiuum, Idem. Plaut. Rud. 9. 12, -ecquem
Recaluom ac silonem senem statutum, ventriosum, &c.

Recandeo, recandes, recándui, recandêre, Idem quod simplex Candeo. Ouid. 4. Metam. 106,
Séque super Pontum nullo tardata timore
Mittit, onúsq; suũ: percussa recãduit vnda. Id est Cãdida & alba facta est propter spumã, quã concitatum mare emittere solet.
Ira recanduit. Ouid. 3. Metam. 141.

Recandẽs, recandentis, Valde candens significat. Plin. lib. 37. cap. 9. 17, Sed esse aliquas scabrit lateribus & angulis inæqualibus dicunt, in sole aperto proiectas, radios in se recandentes discurrere. Vetus exemplar legit candentes.

Recano, récanis, pen. corr. recinui, recentum, recánere, Iterum canere. Plin. lib. 10. cap. 33. 9, Adeóque vincit libido etiam fœtus charitatem, vt illa furtim & in occulto incubans, quũ sensit fœminã aucupis accedẽtẽ ad marẽ, recanat, reuocétq;. De perdice.

Recanto, recantas, recantare, Est rem incantatam alio carmine liberare. Plinius lib. 28. cap. 2. 10, Non pauci etiam serpentes ipsos recantari credunt.

Recantare, Iterum cantare. Martialis lib. 1. 85, Nusquam Græcula quod recantat Echo.

Recantãtus, pen. prod. Participium: vt Obprobria recantata. Horatius 1. Carm. ode 16. 6, -nunc ego mitibus
Mutare quæro tristia, dum mihi
Fias recantatis amica
Obprobriis, animúmque reddas. Recantatis, Id est meliore carmine deletis. Recantantur autem obprobria, quum mutato carmine laudibus corriguntur, ait Acron. Porphyrio vero, Recantari probra dicuntur, quum contraria probris carmina fiunt in eum cui maledixerimus.

Curæ recantatæ. Ouid. 1. de Remed. amor. 51, Nulla recantatas deponent pectora curas.

Recedo, recédis, pen. prod. recessi, recessum, recédere, Quasi retro cedere. Plin. lib. 3. cap. 13, Recedens à mari 11 passuum.

Recedere ab. Plau. Cap. 11. 20, Proin tu ab istoc procul recedas.

Accedere ad aliquem, & Recedere ab aliquo, contraria. Cic. pro Plancio, 11.

Ab hoste recedere. Ouid. 3. de Pónto, ele. 1. 30, Tu pete nil aliud sæuo nisi ab hoste recedã. Intelligit à Getis, apud quos exul erat.

Ex acie recedere, Vide **Acies**.

Longius recedere. Virg. 4. Georg. 39.

Recede illuc. Plaut. Rud. 19. 7, Iube dum recedere istos ambo illuc modo.

¶ Domus recessit. Virg. 2. Æneid. 60,
Et magis atque magis (quanquam secreta parentis
Anchisæ domus, arboribúsq; obtecta recessit.) Id est, inquit Seruius, à frequentia se remouit. & est speciosa translatio, quoties rei mobilis ad immobilem, vel econtra transfertur officium.

Flammæ recedunt. Virg. 2. Æneid. 117.

Turpiter victa Venus sæpe recessit. Ouid. 1. de Remedio, 40.

¶ Recedere ab armis, pro Cessare, & desistere. Cic. pro Rosc. Amer. 75. Posteaquam ab armis recesserũt. in summo otio, rediens à cœna Romæ occisus est. Pro eodem, 9, Posteaquã victoria constituta est, ab armisque recessimus.

A causa alicuius paululũ recedere. Cic. Post reditũ in Senatu, 5, Qua strage nõnulli permoti magistratꝰ, partim metu mortis, partim desperatione Reip. paululum à mea causa recesserunt.

Recedere à conditione, à persona, à statu. Est quod Immutare conditionem, personam, statum dicimus.

Recedere ab vsitata cõsuetudine. Cic. pro Quintio, 45. Vsque dũ inueniretur, qua ratiõe res ab vsitata cõsuetudine recederet.

Sic vt mater amas, sic nunquã corde recedit Nata tuo. Stat. 3. Syl. 5. 11.

Recedere à lege. Cic. 4. Verr. 30, Sin illud dices, te Heraclii voluntate ab lege recessisse: ipse te impedies.

Procul à natura recedere. Quintil. lib. 2. cap. 10. 9.

¶ Recedere ab oculis, Mori. Plin. epist. 15. e, Viuit enim, viuétque semper, atq; etiam latius in memoria hominum & sermone versabitur, postquam ab oculis recessit.

Recedere ab officio, Non facere officiũ. Cic. 3. Offi. 14, Quam si sequemur in cõparatione rerũ, ab officio nũquã recedemus.

Nullo dolore cogi vt ab officio recedatur. Ad Herenn. 3. 96.

Auius à vera longè ratione recedit. Lucret. lib. 2. 46.

Recedere à sententiis alicuius, pro Illas taxare. Cic. Attico, lib. 12. 24. 2. Si à sententiis eius dictis, si ab omni voluntate consiliisque, quæ de Rep. habuit, recedam, &c.

Recessit dictio à significatione. Cic. 1. Off. 57, Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, &c. quanquam id nomẽ durius iam effecit vetustas: à peregrino enim recessit, & propriè in eo qui arma contrà ferret, remansit.

De statu dignitatis recedere. Cic. Attico, lib. 1. 15. 3, Nam neque de statu nobis nostræ dignitatis est recedendum, neque, &c.

A vita recedere, Mori. Cic. 4. Tusc. 61, Quippe qui ob eam causam à vita recesserit. Plin. lib. 19. cap. 1. 6, Qui quæ inter initia scripsit, illo mox recedente a vita, ad sua placita mutauit.

Vita recessit patrio corpore, Id est Mortuus est pater. Plautus Merc. 3. 73, Postquam recessit vita patrio corpore.

A vitio recedere. Plinius epist. 182, A quo vitio tu longè recessisti scio.

¶ Recedere, pro Reuerti. Salustius in Iugurtha, Albinus Aulo fratre in castris Proprætore relicto, Romam recessit.

In otia tuta recedere. Horat. 1. Serm. Saty. 1. 6.

Dilapsus calor, atque in vẽtos vita recessit. Virg. 4. Æneid. 141.

¶ Recedo, pro Discedo. Cic. Attico, libro 2. 18. 3, Tu si literas ad Sicyonios habes, aduola in Formianum, vnde nos pridie Non. Mart. recedere cogitamus.

In auras tenues recedere. Virg. 2. Æneid. 159.

De medio recedere. Cic. pro Roscio Amerino, 66, Recede de medio, per alium transigam.

Quid furis: aut quónã nostri tibi cura recessit? Virg. 2. Æn. 119.

Ille, vt opes fractæ Teucrũ, & fortuna recessit. Virg. 3. Æneid. 11.

¶ Recedere, pro Diminui. Plin. epist. 6. lib. 3, Recessit venter.

Rarescunt tenebræ, tantum de luce recessit. Stat. 11. Theb. 15.

¶ Recedere, pro Distungi. Celsus lib. 8. cap. 7, Sed in aliis quidem ossibus ex toto sæpe fragmentum à fragmento recedit: ma xillæ verò semper ossa etiam vexata aliqua parte cohærent.

Membra cæsa recesserunt à cute. Ouid. 6. Fast. 142.

Antè recessisset caput hoc cervice cruenta, Quàm tu, &c. Ouid. epist. 15. 31.

Illa etiam siquando in tergũ pulsa recessit. Virg. 11. Æneid. 131.

¶ Recedere, Remotum esse. Curtius lib. 4, Maritimam tamen oram & pleraque longius etiam à mari recedentia rex eius insu læ Strato possidebat. Iterum lib. eodem, Opportuna explicandis copiis regio erat, æquabilis & vasta planities, ne stirpes quidem & brevia virgulta operiunt solum: libéque prospectus oculorum, etiam quæ procul recessere, permittitur.

Recẽdens, pen. prod. Participium, vt Anni venientes & recedentes. Horat. de Arte, 36.

Rursus recedens hospes. Valer. 7. Argon. 14.

Recessũrus, pen. prod. aliud participium. Ouid. in Ibin, 48,

Jámque recessuræ viridi de stipite factas

Admorunt oculis vsque sub ora faces. Eumenides intelligit.

Recessus, huius recessus, Ipse recedendi actus. Cic. 2. de Nat. deor. 48, Bestiis autem sensum & morum dedit, & cum quodam appetitu accessum ad res salutares, à pestiferis recessum.

Tacitus recessus. Stat. 1. Sylu. 2. 55.

Accessus & Recessus lunæ, cõtraria. Cic. 3. de Orat. 98, Luna accessu & recessu suo Solis lumen accipiat. Idẽ 2. de Diuinat. 50, Quid de fretis aut de marinis æstibus plura dicam, quorum accessus & recessus, Lunæ motu gubernantur.

¶ Recessus in oculo, pro Cauitate, siue profunditate quam vocant. Plin. li. 8. cap. 33. 1, Oculi in recessu cauo, tenui discrimine, prægrandes, & corpori concolores.

Recessus colliũ. Mart. lib. 1. 170, Lati collibus eminent recessus.

Solitudo & recessus. Cic. Attico, lib. 11. 144. 6, Mihi solitudo & recessus prouincia est.

In recessu, & Fronte, contraria. Quintil. lib. 1, de Grammatica, Plus habet in recessu, quàm fronte promittit.

Anguloſi recessus, Vide **Angulus.**

Apricus recessus, Vide **Apricus.**

Longis recessibus ingens spelunca. Ouid. 1. Fast. 111.

Magni recessus & amœni. Curtius lib. 7, Diuersoria regionis illius magnos recessus habent, amœnosque nemoribus manu cõsitis. Ea præcipuè regum satraparúmque voluptas erat.

Marmoreo superi sedere recessu. Ouid. 1. Metam. 36.

Seducti recessus. Ouid. 13. Metam. 191,

Aut vbi lassata est, seductos nacta recessus

Gurgitis, incluſa sua membra refrigerat vnda.

Tenebroso recessu carceris obtecta. Claud. 3. de raptu Pros. 17.

Oris recessus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 10, Quum vox quasi in recessu oris auditur.

Latebræ & recessus in animis hominum. Cic. pro Marcello, 13, Quum in animis hominum tantæ latebræ sint, & tanti recessus. Plin. epist. 3. lib. 3, Vita hominum altos recessus, magnásq; latebras habet. Id est, reconditissima arcana. Budæus.

Vmbra aliqua aut recessus. Cic. 3. de Orat. 56, Sed habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus, vmbram aliquã aut recessum, quo magis id quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur.

Recessim, Aduerb. Retrò cedendo. Plaut. Amphit. 17. 60, Ego cunas recessim rursum prorsum trahere. Idem Casin. 10. 7, Recessim cedam ad parietem, imitabor nepam.

Recello/recellis, recéllui, recéllere, Reducere, &, vt ait Festus, reclinare. Apuleius lib. 10, de Asino, Illa enim quoties ei parcẽs nares recellebam accedens, toties nisu rabido & spinam prehendẽs ad eã appliciore nexu inhærebat. Liu. 4. bel. Pun. 156, Ferrea manus quæ iniecta proræ esset, graníque libraméto plumbi recelleret ad solum: suspensa prora nauim in puppim stare bat. Id est, deprimeret, inquit Budæus.

Recens/recentis, om. gen. Nouum, quod nuper accidit. Terent. Adelph. 3. 2. 14, Vt iram hanc in eos euomam omnem, dum ægritudo hæc est recens. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 19, Commemorarem non solùm veterum, sed horum etiam recentium vel duum, vel comitum tuorum grauissimos casus.

Recens nouus. Cic. Bruto, lib. 11. 11. 4, Quocirca Seguliũ negligamus qui res nouas quærit: non quo veterem comederit (nullam enim habuit) sed hanc ipsam recentem nouam deuorauit.

Recens & Inueteratus, contraria. Cicero de Senect. 66, Omnis conglutinatio recens, ægrè: inueterata facilè diuellitur. Idem 4. Tusc. 60, Aliter ferat inueterata, aliter recentia.

Recens, & Lassus, contraria. Curtius libro 3, Timere ne non virtute hostium, sed lassitudine sua vincerentur. Persas recẽtes inde successuros, si laxius stare potuissent. Hinc dicũtur equi recentes Ouidio 2. Metam. 13. vt paulo pòst videbis adnotatum.

Pullus à partu recens. Varro 2. de Re rust. cap. 8. 2, Pullum asininum à partu recentem subiiciunt equæ.

Dido recens à vulnere. Virg. 6. Æneid. 90.

Recens, ab. Cic. 3. de Nat. deor. 15, Et quos Homerus qui recens ab illorum ætate fuit, sepultos dicit Lacedæmone.

Recens è prouincia. Cic. 2. Verr. 4, Quum è prouincia recens esset, inuidiáque & infamia non recenti, sed vetere ac diuturna flagraret.

¶ Recentior, recentissimus. Cic. 2. de Fin. 131, Horum recentiorum nunquam dictum ab ipso vllo quod sciam.

Alius alio recentior est in dolore. Author ad Heren. lib. 2. 42.

Recentiores ex authoribus. Plin. lib. 11. cap. 17. 3.

¶ Animæ recentes. Ouid. 8. Metam. 98,

Vos modò fraterni manes, animæque recentes

Officium sentite meum.

Cædes recens. Virg. 2. Æneid. 144.

Locus tepidus recenti cæde. Virg. 9. Æneid. 91.

Candore recenti sol irrigat cælum. Lucret. lib. 5. 57.

Causa recens accessit ad iras. Ouid. 3. Metam. 15.

Crimen recens. Ouid. epist. 9. 11.

Cura recens. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 7.

Dolor recens. Quintil. lib. 6. cap. 1. 11.

Equi recentes, Non lassi, vel à lassitudine recreati. Ouidius 2. Metam. 13, Ardua prima via est, & qua vix mane recentes

Enituntur equi.

Exemplum recens. Claud. 2. in Eutropium, 110,

-quis enim tanto terrore recentis

Exempli, paribus sese committeret ausis?

Factum recens. Ouid. 1. Metam. 34.

Fama recens. Plin. lib. 10. cap. 43. 4, Necnon & recens fama Crateri Mocerotis cognomine, &c.

Flores recentes carpere. Horat. 3. Carm. ode 17. 9.

Flumios recentes pro Aqua statim hausta dixit Virgilius lib. 3. Georg. 61, -inbeo frondentia capris

Arbuta sufficere, & flumios præbere recentes. Seruius.

Folio velata recenti. Ouid. 3. Fast. 19.

Homines recentes, Nuper nati. Horat. 1. Carm. ode 10. 1.

Laudes recentes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 18.

Lectus recẽs, Hoc est delectus recens. Tacit. lib. 10, Tutor Treuirorum copias recenti Vangionum, Caracatium, Tribocorum lectu auctas, veterano pedite, atque equite firmauit.

Literæ recentissimæ. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 1, Recẽtissimas à Cybistris meas literas habere ais ad x Cal. Oct. datas.

Malum recens. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 11.

Maritus recens. Plin. epist. 176. b, Modò designatus Ædilis, recens maritus, recens pater, &c. Plautus Nouum dixit.

Memoria recentiore. Cic. 2. de Nat. deo. 8, Et recentiore memoria iidem Tyndaridæ Persen victum nuntiauerunt. Id est, haud ita multò antè. Idem pro Sylla, 33.

Metu recenti trepidat mens. Horat. 2. Carm. ode 19. 1.

Negotio recenti. Cic. 3. Ver. 71, Datam quidem esse tum inter omnes recenti negotio facilè constabat.

Pede recenti recurrere. Plaut. Trinum. 14.8,
Postquam thermopotalli gutturem, recipe te,
Et recurre pede recenti.

Incolere recentia prata rinis. Virg. 6. Æneid. 135.

Re recenti, Id est eo tempore quo res contigit, quod etiam E re nata dicitur. Cic. 7. Verr. 60, An recenti re Syracusis apud nostros, inspectante Sicilia penè tota, securi ferire? Curtius lib. 7, Re quoque recenti quum magis posset liquere.

Rore recenti geminantes herbæ. Lucret. lib. 1. 64.

Seditio recens. Ouid. 12. Metam. 13.

Recés hominum sermo, & Vetustas annalium, contraria. Cic. pro Murena, 14, Itaque non ex sermone hominum recenti, sed ex annalium vetustate cruenda est memoria nobilitatis tuæ.

Tempore recenti illo tu omnia, &c. Cic. ad Brutum.

Vestigia recentia. Cic. 5. Verr. 67, Præsertim quum in lectulo Decumanæ mulieris vestigia viderent recentia, quibus illum inflammari ad persequendum intelligebant:

Vires recentes. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 13.

Vmbræ recentes, Quarum corpora nuper erant mortua. Ouid. 10. Metam. 10, de Orpheo,

Eurydicénque vocant. vmbras erat illa recentes
Inter, & incessit passu de vulnere tardo.

Recens, Aduerbium est aliquando, idem quod Recenter significans. Plautus, Qui recens ex agro venerat. Virgilius 3. Georg. 31, Sole recens orto. Liuius 8. bel. Maced. 74, Nolite existimare beluas tantum recens captas feritatem illam syluestrem primò seruare, deinde, &c. Plin. lib. 18. cap. 11. 3, Quam recentissimè sterco rato solo.

Recens condita Roma, Hoc est nuper. Suet. in Tiberio Cæsare, cap. 1, Inde Romam recèns conditam, cum magna clientum manu commigrauit.

Recentes Româ venerunt. Cic. Attico, libro 16. 334. 1, Rhegyni quidam illustres homines eò venerunt Româ sanè recentes.

Recens natus, apud Plautum in Cistel. 3. 17.

Recens dies. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 2,
Ecce recens dies parto per vulnera censu
Præfertur nobis sanguine factus eques.

Recenter, Aduerbium, cuius nullum exemplum reperi.

Recétor, recétaris, recétari, Renouari, & denuo recés fieri. Matius, Iamiam albicasset Phœbus, & recentatur,
Commune lumen hominibus & voluptas. Nonius.

Recenseo/recénses, recénsui, recensum, recensére, Recognoscere, summam totius populi colligere. Liuius, Inter hæc recénset exercitum, militem instruit. Idem 1. ab Vrbe, 65, Quò ad exercitum recensendum, concionè in campo ad Capræ paludem haberet.

Captiuos recénsere. Liu. 6. bel. Pu. 131, Deinde acceptis nominibus ciuitatum, recénsuit captiuos: quot cuiusque populi essent.

Numerum recensere. Virg. 4. Georg. 88.

Numerum porcorum recensere. Colum. lib. 7. cap. 9. 8, Nam contegi nó debet, vt à superiore parte custos numerum porcorum recenseat.

Vellera ad numerum pecoris recensere. Colum. lib. 12. cap. 3. 8, Tonsoris vellerum quoque interesse, & lanas etiam diligenter percipere, & vellera ad numerum pecoris recensere.

¶ Recénsere, Narrare. Cic. Attico, li. 16. 331. 3, Obitus enim recensés multa, quæ vellem. Vetus exemplar legit, Obitus enim recessis multa.

Facta fortia recensere. Ouid. epist. 9. 21.

Dinumera fastos, nec parua exempla recense. Stat. 4. Syl. 1. 5.

Recensus, Particip. à Recenseo, recenses, secundæ coniugationis. Suet. in Vesp. cap. 9, Amplissimos ordines, & exhaustos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia purgauit, supplenitque recensó Senatu & equite, submotis indignissimis, & honestissimo quoque Italicorum ac prouincialium allecto.

Recensus, huius recensus, Ipse recensendi actus, ac recognitio. Sueton. in Cæsare Dictatore, cap. 41, Recensum populi, nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit.

Recensio, recensiónis, Idem. Cic. pro Milone, 55, Eum qui ædem Nympharum incendit, vt memoriam publicæ recensionis tabulis publicis impressam extingueret. Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 41, Ne qui noui cœtus recensionis causa moueri quandoque posset.

Recensitus, pen. prod. Participium, à Recénsio, recénsis, quartæ coniugationis verbo antiquo, vt docet Georgius Valla. Idem quod Recénsus, siue recognitus. Suet. in Iulio Cæsare, cap. 41, Ac ne qui noui cœtus recensionis causa moueri possent, instituit, quotánis in demortuorum locum ex his qui recensiti non essent, subsortitio à Prætore fieret. Claud. in Eutropium, lib. 2, Prisca recensitis euoluite secula fastis.

Recepto/Vide Recipio.

Recessim/Aduerbium, Vide Recedo.

Rechedipna/Erant vestes peregrinæ, quibus in gymnasiis vtebátur. Iuuen. sat. 3. 7, Rusticus ille tu⁹ sumit rechedipna Quirine.

Récido/réc. dis, récidi, pen. cor. recásum, pen. prod. Recidere, Ex re & cado compositum, Retro siue iterum cadere. Iungitur præpositionibus A D vel I N. Cic. 1. de Nat. deor. 96, Quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris.

¶ Reccido, c geminato productionis gratia interdú dixerunt poetæ. Lucret. lib. 1. 171,

At neque reccidere ad nihilum res posse, neque autem
Crescere de nihilo, testor res antè probatas. Idem lib. 5. 57,
Haud igitur cessat gigni de rebus, & in res
Reccidere assiduè: quoniá fluere omnia cóstat. Propert. lib. 4. el. 9. 4, Reccidit inq; suos mésa supina pedes. Legitur & Decidit.

¶ Recidere in caput. Curti⁹ lib. 9, Critobolus inter medicos artis eximiæ, sed in tanto periculo territus, amouere metuebat, ne in ipsius caput parum prosperæ curationis recideret euentus.

Incassum recidit omnis impensa. Colum. lib. 4. ca. 3. 4, Quod nisi fecerimus, omnis impensa incassum recidat.

Eò recidit, Quorsum recidat. Liu. 4. ab Vrbe, 7, Ne id Iupiter Opt. Max. sineret, regiæ maiestatis imperium eò recidere. Cic. pro Roscio Comœdo, 15, Et quorsum recidat responsum tuum, non magnopere laboro.

Recidit ad paucas familias attenuata bellis ciuitas. Plin. lib. 5. cap. 1. 1.

In fortunam recidere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 18.

Tela in iugulum Consulum recidissent. Cic. pro Plancio, 74.

Ad luctú recidérút ex lætitia. Cic. pro Sylla, 69, Quàm citò illa omnia ex lætitia & voluptate ad luctú & lachrymas recidérunt?

Ad ludibrium recidit. Curtius lib. 9, Quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium recidisse verebatur.

Hoc in memoriam recidit. Cic. 13. Philipp. 317, Ignorans quæcunque falsò diceret in sanctissimum adolescentem, ea verè recidere in memoriam pueritiæ suæ.

In grauiorem morbum recidere. Liu. 4. bel. Pun. 130.

Ad nihilum recidere. Cic. 7. Philip. 134, Hunc tuum tantum apparatum, támque præclarum ne ad nihilum recidere patiare.

Idem in Ora. 137, Vidésne vt ordine verborum paulùm commutato iisdem verbis stante sententia ad nihilum omnia recidát, quum sint ex aptis dissolutæ? Sic Attico, lib. 4. 8. 18.

Ramulus adductus vt remissus esset, in oculum suum recidit. Cic. 1. de Diuinat. 100.

Ad paucos recidit ars musica. Terent. in Prologo Hecyræ, 47, Nolite sinere per vos artem musicam
Recidere ad paucos.

In te recident hæ cóntumeliæ. Plaut. Menæh. 11. 53, Omnes in te istæc recident contumeliæ. Brutus ad Atticum in Epistolis ad Brutum, 17. 1, Vt se maledictis non abstineat, iis quidem quæ in ipsum dépliciter recidút. Liu. 6. bel. Maced. 118, Ætolorú prava cósilia, atque in ipsorum caput semper recidéntia accusauit.

In tenebras recidere. Cic. ad Brutum, 16. 11, Nónne hoc est in easdem tenebras recidisse?

Recasúrus, pen. prod. Participium. Cic. ad Atticum, lib. 4. 8. 18, Id ego puto, vt multa eiusdem, ad nihil recasúrum.

Recidíuus, pen. prod. Adiectiuú, quod post casú renascitur. Virg. 4. Æneid. 69, Et recidiua manu posuissem Pergama victis. Id est quæ recidérút, quasi Didoni se purgans Æneas, Si mihi inquit licuisset, ruinas Troiæ protinus instaurassem: nó tot, tantisque laboribus ac periculis condere nouam quæsissem. Seruius Recidiua post casum restituta interpretatur. Idẽ lib. 7. Æn. 165, Quin idem Veneri partus suus, & Paris alter,
Funestæque iterum recidiua in Pergama tedæ. Et lib. 10. 11.

Recidiuæ febres. Plin. lib. 30. cap. 11. 10, Quo genere & recidiuas frequenter abigi affirmant.

Recido/recídis, recídi, recísum, pen. prod. recídere, Ex re & cædo compositum, Incidere. Vnde Recísos ramos dicimus. Cato cap. 2. 3, Viam publicam muniri, vepres recidi. Mart. lib. 1. 115, Quã primum lógas Phœbe recide comas. Plin. lib. 10. cap. 55. 1, Vngues palumbium citra perniciem recíduntur.

Barbam recidere falce. Ouid. 13. Metam. 165.

Vulnus ense recidendum est. Ouid. 1. Metam. 39.

Ornamenta ambitiosa recidere. Horat. de Aue, 91.

Culpa recíditur supplicio. Horat. 3. Carm. ode 24. 7.

Recísus, pen. prod. Participium. Plin. lib. 16. ca. 34. 4, Itaque quum trunco inarui recísa, etiam lætius fruticat.

Ab omni parte recísum. Ouid. 3. Fast. 76.

Caput recísum est. Ouid. 9. Metam. 15.

Recísæ columnæ. Horat. 2. Car. ode 18. 1, Nõ trabes Hymettiæ
Premunt columnas vltima recísas Africa.

Fustes recísi. Horat. 3. Carm. ode 6. 9.

Vultus à cerute recisus. Lucan. lib. 2. 15.

Nationes partim recisæ, partim repressæ. Cic. de Prouinc. Consul. 15. Nationes eas quæ numero hominum ac multitudine ipsa poterant in prouincias nostras redundare, ita ab eodē esse partim recisas, partim repressas.

Coloni ense recisi, Interfecti. Lucan. lib. 2. 59.

-vidit Fortuna colonos
Præneſtina ſuos cunctos ſimul enſe receſſos.

Vitia recisa à stirpe. Claud. 1. in Ruffinum, 12.

Recisûrus, pen. prod. Participium. Horat. 1. Serm. sat. 3. 15.

-quum dicas esse pares res
Furta latrociniis, & magnis parua, mineris
Falce recisurum simili te.

Recisio, Verbale. Plin. lib. 21. cap. 4. 7, Omnis autē recisione atque vstione proficit.

Recisamentum, recisamenti, Paruum frustum & quasi ramētū ex re aliqua recisum. Plin. lib. 33. cap. 11. 5, Ocyssimè verò coronarium æruginem contrahit recisamētis in acetū additis. De ære.

Recingo/recingis, recinxi, recinctū, recingere, Idē quod Discingere: quemadmodum Reuincio, & multa alia, significationem habent suis simplicibus contrariam. Plin. lib. 17. cap. 18. 6, Priuatim autem contra erucas ambiri arbores singulas à muliere incitati mensis nudis pedibus recincta. Sub. multi iubent. Hoc est discincta, & vestem recinctam habente, vt menses fluant super humo. Ouid. 4. Metam. 101, -ad inania magni
Regna redit Ditis, sumptúmque recingitur anguē. Id est iterum deponit anguem, quo se antea velut cingulo præcinxerat. Idem, ibidem, lib. 5. 119,
Accessi, primúmque pedis vestigia tinxi.
Poplite deinde tenus, neque eo contenta, recingor,
Molliáque impono salci velamina curuæ.

Recinctus, Participium. vt Vestis recincta. Virg. 4. Æneid. 104,
Vnum exuta padem vinclis in veste recincta
Testatur moritura deos.

Tunica recincta. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 2.

Cassáque fallaci zona recincta manu. Ouid. epist. 2. 14.

Reciniium/recinii, siue Recinus, Vestis antiquissima quadrata, vt ait Varro, cuius mediam partem retro incidebant, vnde Reciniati nuncupati. Seruius in primum Comment. Æneid. Recinus dicitur, ab eo quòd post tergum recinitur.

Recino/récinis, pen. corr. recinui, recētum, recinere, Rursus canere. Cic. de Claris Orat. 88, Illud est maius quod in vocibus nostrorum oratorū recinit quiddam & resonat vrbanius. Horat. 2. epist. 1. 11, -hæc recinunt iuuenes dictata, senésque.

Nomen alicuius recinere. Horat. 1. Carm. ode 22. 1,
-cuius recinet iocosa Nomen imago.

Parræ recinentis omen. Horat. 3. Carm. ode 27. 1.

Recipio/récipis, pen. corr. recépi, pen. pro. receptum, recipere, Ex re & capio, Rursum capere significat. Liuius libro 9, Recipiūt arma quæ per pactionem tradiderunt. Plin. de Viris illust. 61, Apud Contrebiam oppidum cohortes loco pulsas redire, & locū recipere iussit.

Frænum recepit equus. Horat. 1. epist. 10. 3.

Anhelitum recipere. Plaut. Epid. 5. 12, -animo malè est,
Recipiam anhelitum. Idem Merc. 2. 16,
-priusquam recipias anhelitum,
Vno verbo eloquere vbi ego sum.

Animam recipere. Quintil. in Proœm. lib. 6. 11, Animam recipere, auramque communem haurire amplius potui.

Animum recipere. Terent. Adelph. 3. 2. 16,
-quid festinas mi Geta?
Animum recipe. Liu. 2. ab Vrb. 87, Recipit extemplò animum pedestris acies, postquam, &c.

Animum vultúmque recipere. Ouid. 4. Fast. 113.

Recipere animum vel animos à vel ex pauore. Liu. 2. ab Vrbe, 111, Mox vt respirandi superior locus spatium dedit, recipiendique à pauore tanto animum, &c. Idem 1. bel. Pun. 21.

Mentem recipere. Virg. 11. Æneid. 180.

Ossa receperunt frigus. Ouid. 11. Metam. 84.

¶ Recipere vrbē aliquā, Recuperare. Cic. de Senect. 10, Tarētū verò qua vigilātia, quo cōsilio recepit? quum quidē me audiēte Salinatori qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti, atque ita dicenti, Mea opera Q. Fabi Tarētum recepisti: Certè, inquit ridens, nam nisi tu amisisses, nūquam recepissem. Cæsar 1. bel. Ciuil. 48, Curio omnium summa voluntate Tignium recipit.

Res amissas recipere. Liu. 3. ab Vrbe, 167, Ibi nō sociorum, sicut in Algido res, sed suas Romanus populationibus agrorum amissas recepit.

¶ Pœnas ab aliquo recipere. Virg. 4. Æne. 131, Vlta virū, pœnas inimico à fratre recepi. Bene recepi, inquit Seruius, quasi debitas.

¶ Recipere se in aliquem locum, pro Cōferre se, & proficisci. Cic. Attico, lib. 1. 15. 1, Me Romam recepissem. Terent. Phorm. 2. 4. 11, Percunctatum ibo ad portum quoad se recipiat. Cic. pro Lege Manil. 17, Nam quum se in regnum recepisset suum, non fuit eo contentus quod ei præter spem acciderat.

Recipere se ad aliquem fuga. Cæsar 1. bel. Gall. 41, Item Allobroges qui trans Rhodanum vicos, possessionésque habebant, fuga se ad Cæsarem recipiunt.

Recipe te ad me. Plaut. Persa, 2. 43.

Recipere se ad cœnam ad aliquē, Ire ad cœnam. Plaut. Capt. 13. 62, Hic homo ad cœnam recipit se ad me.

Ad diē se recipere. Ci. 3. Of. 50, Qui quū ad diē se recepissent, &c.

Recipe te ad dominum domum. Plaut. Trinum. 14. 1.

Domum se recipere. Plautus Capt. Inde me continuò recipiā rursum domum. Idem Amphit. 3. 13, -dummodo
Laude parta domum recipiat se, ferā, &c. Terēt. Phorm. 5. 4. 7,
Neque me domum nunc reciperem, ni mihi effet spes ostensa.

Recipio tempore me domo. Cic. Attico, lib. 11. 24. 4.

Gressum recipere ad limina. Virg. 11. Æneid. 6.

Ex loco aliquo se recipere. Plau. Aulul. 28. 10, -inde ex eo loco
Video recipere se senem. Cic. 6. Verr. 19, Et quum ex his se locis reciperent, eodem deferrentur.

Ex opere se recipere. Plaut. Menæh. 18. 7,
Lumbi sedendo, oculi spectando dolent,
Manendo medicum dum se ex opere recipiat.

In portū se recipere. Cic. 5. de Fin. 16, Ex quo tantus error consequitur, vt quem in portum se recipiant, scire non possint.

In montem sese recipere. Cæsar 1. bel. Gall. 99, Id conspicati Helueti qui in montem sese receperant, rursus instare, & prælium redintegrare cœperunt.

Sub murum se recipere. Cæsar 2. bel. Ciuil. 55, Illi sub murum se recipiunt.

Se recipere ab vndis. Virg. 4. Georg. 81.

Ab Actio quum Samum insulam in hyberna se recepisset. Sueton. in Augusto Cæsare, cap. 17.

¶ Ad frugē se recipere. Cic. pro Cælio, 10, Sed qui totam adolescentiam voluptatibus dedidissent, emersisse aliquādo, & sese ad frugem bonam, vt dicitur, recepisse.

Ad ingenium suum se recipere. Plaut. Asin. 6. 7, Atque ad ingenium vetus versutum te recipis tuum?

¶ Recipere se, pro Ad se redire, & animū ac vires resumere. Ci. in Sōnio, 16, Quæ quū intuerer stupens, vt me recepi, Quis hic, inquā, quis est qui cōplet aures meas tātus & tam dulcis sonus?

¶ Recipere se in principem. Plin. in Paneg. 118, Fortasse imperator in Senatu ad reuerētiam eius componebatur, cæterùm egressus, statim se recipiebat in principem.

¶ Recipere, Capere vel accipere: vt Recipere in custodiā. Plautus Rud. 17. 50, -in custodiam nos vt tuam
Recipias & tutēre. Et apud Plinium in Pan. 151, Recipere in tutelā.

Recipere epistolas. Cic. ad Atticum, lib. 11. 52. 3, A te heri duas epistolas recepi, alteram pridie datam Hilaro, alteram eodem die à tabellario.

Recipere sinu. Cic. de Vniuers. 59, Ita orientur animātes, quos & viuos alatis, & consumptos sinu recipiatis.

Recipere in se omnia. Cic. 4. Acad. 112, Plato ex materia in se omnia recipiēte, mundū esse factum censet à deo sempiternū.

Recipere in aures, Audire. Plaut. Cistel. 5. 34, Nō ædepol istæc tua dicta nunc in aures recipio.

Recipere animis consilia alicuius. Liu. 2. bel. Pun. 163, Et mali nec mea verba auribus vestris, nec consilia animis reciperetis.

Austeritatem recipere dicūtur vina. Plin. lib. 14. ca. 2. 4, Vina primò dulcia austeritatē annis recipiunt, & rubra fiunt. In vetusto exemplari legitur accipiunt.

Casū recipere res aliqua dicitur. Cæsar 3. bel. Ciuil. 103, Quæ res tamen fortasse aliquē receperet casum, ne imperatorias sibi partes sumpsisse videretur.

Non recipit cunctationē hæc res. Liu. 9. bel. Pun. 113, Itaq; iā satis omnibus instructis, apparatisque, & re iam nō vltra recipiēte cūctationē, in animo sibi esse, Lilybæum classe traducta.

Recipere domum custodiendam. Liu. 9. bel. Maced. 103, Et neque ipsi domum recipere custodiendū audebant, nec cuiquam vni custodiam eius satis credebant.

Detrimentum recipere. Cæsar 3. bel. Ciuil. 34, Tantis detrimēntis receptis, Octauius desperata oppugnatione oppidi, Dyrrhachium sese ad Pompeium recepit.

Recipere ignē dicitur lignum, & similia. Plin. lib. 14. ca. 20. 8. Fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat.

Incrementū recipere. Colum. lib. 5. cap. 6. 12, Si vinus exiguū incrementum recipit.

Sonum recipiunt aures. Cic. 2. de Nat. deo. 111, Et aures quum

ſonum recipere debeant, qui natura in ſublime ferantur, rectè in altis corporum partibus collocatæ ſunt.

¶ Recipere aliquem, Admittere, accipere, honoris vel beneficii aut humanitatis cauſa ſuſcipere. Cic. 3. Off. 63, Cyrſilũ quendam ſuadentem vt in vrbe manerent, Xerxémque reciperent, lapidibus obruerunt.

Recipere hoſpites. Cic. 3. Verr. 44, Quum ſuæ partes eſſent hoſpitum recipiendorum.

Recipere hoſpitem in domum. Cic. 1. Offic. 194, Sic in domo clari hominis, in quam & hoſpites multi recipiendi ſunt, & admittenda hominum cuiuſque generis multitudo.

Recipere aliquem menſa, lare, tecto, &c. Liuius 6. bel. Pun. 131, Qui victus acie exceſſiſſet, eum nequis vrbe, tecto, menſa, lare reciperet. Id eſt, nequis daret ei quod comederet. Cic. 4. Verr. 17. Idem pro Cluentio, 136, Quem propter animi importunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, &c.

Recipere adytis ſuis. Colu. li. 1. in Præf. 15, An Latiæ Muſæ non ſolos adytis ſuis Accium & Virgilium recepere, ſed eorũ & proximis, & procul à ſecundis ſacras conceſſere ſedes?

Recipere ciuitate. Cic. pro Corn. Balbo, 15, Vbi eſt igitur exceptum fœdere Gaditano, nequem Populus Ro. Gaditanum recipiat ciuitate?

Recipere in ſedẽ, & Recipere dorſo dicitur equus hominem. Plin. lib. 8. ca. 41, 1, Neminem hic alium quàm Alexandrum, regio inſtratus ornatu recepit in ſedem, alios paſſim reiiciens. De equo Alexãdri. Idem de equo Cæſaris, lib. 8. cap. 42. 1, Nec Cæſaris Dictatoris quenquam aliũ recepiſſe dorſo, equus traditur.

Hoſpitio recipere aliquem. Ouid. 5. Metam. 132.

Neu recipi portis, aut duci in mœnia poſſint. Virg. 2. Æne. 38.

Tectis ac ſedibus ſuis aliquẽ recipere. Cic. 2. de Leg. agrar. 89.

Vrbe virum vidi, tectóque animóque recepi. Ouid. epiſt. 6. 11.

Aliquem animo & thalamo recipere. Ouid. 1. de Arte, 82.

Ad ſeſe aliquem recipere. Virg. 1. Æneid. 105.

In eandem nauem recipere. Cic. 3. de Nat. deor. 119, Nõ iniuria ſibi illud accidere, qui illum in eandem nauem recepiſſent.

In ſecundam aciem recipere aliquem, Vide Acies.

In ornithona recipere aliquem, Vide Ornithon.

In amicitiam recipere. Cic. Attico, libro 2. 35. 1, Numeſtium ex literis tuis ſtudioſè ſcriptis libenter in amicitiam recepi. Idem in Catil. 93.

In cælum recipi. Ouid. 2. Metam. 106,

Sideráque in cælum ſtupri mercede recepta Pellite.

In deditionẽ recipere. Cæſar 3. bel. Gall. 437, Legatos ad Craſſum mittunt, ſéque in deditionem vt recipiat, petunt.

Recipi ad deos. Liu. 4. ab Vrbe, 70, Romuli conditoris ab diis orti, recepti ad deos, inſignia atque imperium habẽt, non, &c.

Aliquem in familiaritatem recipere. Cic. 1. Philipp. 85, Si eundem nequam hominem, audacémque cognouerat, hunc in familiaritatem libentiſſimè recipiebat. Idem Q. fratri, lib. 1. 2. 7, Obſtiti eius ſermoni, & hominem in familiaritatem recepi.

Ciuitatem in fidem recipere. Plin. lib. 7. cap. 26. 3, Oppidis, caſtellis M. D. XXX V III in fidem receptis. Cæſar 2. bel. Gall. 284, Cæſar honoris Diuitiaci cauſa atque Heduorum, ſeſe eas in fidem recepturum & conſeruaturum dixit. Ibidem, libro 8. 98. Et lib. 4. 545. Cic. 1. Offic. 54, Tum ii qui armis poſitis ad imperatorum fidem confugiunt, quanuis murum aries percuſſerit, recipiendi ſunt. Et paulo antè, Vt ii qui ciuitates aut nationes deuictas bello in fidem recepiſſent, earum patroni eſſent more maiorum. Sic Attico, lib. 15. 328. 3.

In fidem ſuam recipere aliquem. Cic. Seruilio, lib. 13. 70. 6, Vt igitur eum recipias in fidem, habeáſque in numero tuorum, te vehementer etiam atque etiam rogo.

In fidem & neceſſitudinem recipere. Cic. Sulpitio, lib. 13. 10. 5, Sed eò vehementius à te contendimus, vt Lyſonem in fidẽ, neceſſitudinémque tuam recipias.

In gratiam recipere. Cic. pro Rab. Poſthumo, 11, Quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam ſummo ſtudio defenderim, hunc afflictum violare non debeo.

¶ Recipere ſeruum (inquit Vlpianus, De ſeruo corrupto, L. 1.) refugium abſcondendi cauſa ſeruo præſtare, vel in ſuo agro, vel in alieno loco, ædificióve.

¶ Recipere, Excipere ad vſum ſuũ, & reſeruare: quod fit quũ quis venditis cæteris, ſibi quippiam reſeruat. Plaut. Trin. 4. 116,

-vbi nunc adoleſcens habet ſc. poſticulum
Hoc recepit quum ædes vendidit. Nonius, Recipere, eſt exceptum facere. Budæus, Recipere, antiquum verbum iuris. Cato Voconiam legem ſuadens, verbis hiſce vſus eſſe dicitur, Principio nobis mulier, quum magnam dotem attulit, tamen magnã pecuniam recipit: quam in viri poteſtate non committit, eam pecuniam mutuam dat viro. poſtea vbi irata facta eſt, ſeruum receptitium ſectari atque flagitare virum iubet. Gellius libro 17. ca. 6, Quando mulier, inquit, dotem marito dabat, tum quæ ex ſuis bonis retinebat, neque ad virum tranſmittebat, ea recipere dicebatur: ſicuti nunc quoque in venditionibus quæ excipiuntur, neque væneunt. Receptitius ergo ſeruus mulieris eſt proprius, quem cum pecunia reliqua mulier receperat, neque dixerat doti, ſed retinuerat.

¶ Recipere, In tutum reducere, liberare. Virg. 6. Æneid. 13,

-mediúque ex hoſte recepi.

In tutum recipi. Liu. 2. ab Vrbe, 81, Ictúſque ab latere, concurſu ſuorum receptus in tutum eſt.

Aliquem in periculo recipere. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 9. 1, Nõ puto repudiabis in honore, quem in periculo recepiſti.

¶ Nomen abſentis recipere. Cicero 4. Verr. 71, Et hac actione quàm voletis multi dicent, & qui ex iſto ipſo audierint viri primarii noſtri ordinis, & alii qui interfuerint quum abſentis nomen reciperetur. Id eſt, inter reos reciperetur, inquit Budæus.

¶ Recipere corpore telum. Virg. 9. Æneid. 70,

-totum qui cominus enſem
Condidit aſſurgenti, & multa morte recepit. Hoc eſt, eduxit, inquit Seruius. vt -haſtámque receptat
Oſſibus hærentem. Cic. pro Roſcio Amerino, 10, Aiunt hominem (vt erat furioſus) reſpondiſſe, quòd non totum telum corpore recepiſſet.

¶ Recipere, Facienda ſuſcipere, & cum obligatione promittere. Cic. Craſſo, lib. 5. 8. 13, Quæ tibi promitto ac recipio, ſanctiſſimè eſſe obſeruaturum. Terent. Phorm. 5. 8. 9, An verebamini ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel? Cicero 1. de Oratore, 87, Nam quum ædes L. Fuſio venderet, in mancipio lumina vti tum eſſent ita recepit. Id eſt, præſtaturum promiſit, inquit Budæus. De M. Bucculeio. Cic. Attico, lib. 11. 24. 1, Quemcúque appellaris, nemo negabit, ſed Septimiũ vide & Lænatẽ & Statilium. Tribus enim opus eſt: ſed mihi Lænas totũ receperat. Ibidem, 24. 2, Sed cura vt excuſer morbi cauſa in dies ſingulos. Lænas hoc receperat.

Recipere ad ſe, In ſuã fidẽ & periculũ accipere. Plau. Mil. 5. 74,

Tu te vnus ſi hoc recipere ad te dicis, confidentia eſt
Nos inimicos profligare poſſe. Ter. dico, & recipio
Ad me. Terent. Heaut. 5. 5. 11, -ad me recipio, Faciet.

Recipere in ſe, Cic. ad Brutũ, lib. 13. 11. 8, Sed tamen ſeparatim promitto, in méque recipio, fore eum tibi & voluptati & vſui.

Tibi ſpondeo, In méque recipio. Cic. Sulpitio, lib. 13. 18. 6.

Recipere cauſam capitis. Cic. poſt Reditũ, ad Quirites, 8, Sed veriti ſunt, ne gratiæ cauſa facere viderẽtur, quòd alter mihi affinis erat, alterius cauſam capitis receperã. Id eſt defendendam ſuſceperam. Idem 4. Verr. 1, Recepi enim cauſam Siciliæ. Et pro Roſcio Amer. 1, Cauſam S. Roſcii reciperem, &c.

De aliquo fidem recipere. Cic. Attico, lib. 1. 37. 1.

Recipere mandatum. Cic. pro Roſc. Amer. 66, Quid recipis mandatum, ſi aut neglecturus, aut ad tuum commodum conuerſurus es? Sic ad Atticum, lib. 1. 9. 11.

Receptum officium perſoluere. Cic. 7. Verr. 143, Quum & Populo Romano ſatiſfactum, & receptũ officium Siculis neceſſariis meis erit perſolutum.

Recipere onus aliquod. Cic. in Orat. 19, Volo enim mihi tecũ commune eſſe crimen, vt ſi ſuſtinere tantam quæſtionem non potuero, iniuſti oneris impoſiti tua culpa ſit, mea recepti.

¶ Recipere, Promittere. Cecinna Ciceroni, li. 6. 7. 13, Sed tamẽ ego filio dixerã, librũ tibi legeret & auferret: aut ea conditione daret, ſi reciperes te correcturũ. Cæſar 3. bel. Ciuil. 66, Poſtulabat Cæſar vt Legatos ſibi ad Pompeiũ ſine periculo mittere liceret, idq; ipſi fore reciperẽt. Sic Plãcus ad Ciceronẽ, lib. 10. 9. 2.

Thermus omnia ſe facturum recepit. Cic. Attico, lib. 5. 100. 3.

Recipere alicui. Cic. ad Atticum, lib. 5. 95. 3, Vt ego ei corã dixeram, mihíque ille receperat. Idem ad Memmium, lib. 13. 3. 2. Velim ita tractes, vt mihi coràm recepiſti.

¶ Inter recipere, & ſuſcipere. Recipimus partem, Suſcipimus totum, vt ait Aſconius in Diuinationẽ. Cicero, Ego in hoc iudicio mihi Siculorum cauſam receptam, Populi Romani ſuſceptam eſſe arbitror. Idem 2. de Oratore, 57, In quo eſt illa quidem magna offenſio, vel negligentiæ ſuſceptis rebus, vel perfidiæ receptis.

Recipere & Reſpuere, contraria. Quintil. lib. 6. cap. 5, Faciunt hoc media quoq;, vt remedia perinde perſeuerẽt adhibere, vel deſinant, vt illa recipi vel reſpui vident.

¶ Recipere, Approbare. Quintil. lib. 8, de Metonymia loquẽs, Ex eo quod continetur, vſus recepit bene moratas vrbes, & poculum epotum, ſeculum fœlix. Budæus.

Cognoſcere & recipere. Cic. 1. Tuſc. 5, Seròigitur à noſtris poetæ vel cogniti vel recepti. Plin. lib. 15. cap. 4. 9, Quartum genus

molle, lanuginosum, pinguiu cæteris, cãdidi seminis, in maritimis nascentibus hoc recepere medici.

Recipi in cibum, vel in mensas, dicitur herba, vel auis, quum recipitur pro cibo. Plin. lib. 11. cap. 8. 1, Omnes eiusdem effectus, caule & radice in cibos Græcorum receptis vtroque modo, siue coquere libeat, siue vesci. Ibidem, cap. 12. 18, Scolymon quoque in cibos recipit Orientes. Et lib. 10. ca. 16. 1, Africæ nouissimæ sunt peregrinarii auium in mẽsas receptæ propter ingratum virus.

Recipere in mores, Obseruatione quadã, nõ legibus cõfirmare. Quintil. lib. 5. cap. 10. 10, de argumẽtis, Præterea quæ legibus cauta sunt, quæ persuasione etiam si non omnium hominum, eius tamen ciuitatis aut gentis in qua res agitur, in mores recepta sunt: vt pleraque in iure nõ legibus, sed moribus constant.

¶ Receptum est, Impersonale, pro Approbatum est, vt ait Budæus. Plin. lib. 18. cap. 2. 13, Quin & absentes tinnitu auriũ præsentire sermones de se, receptũ est. Quintil. lib. 1. cap. 3. 8, Cæditerò discentes quãquam & receptum sit, & Chrysippus nõ improbet, minime velim.

Ratione falsa receptum est. Lucret. lib. 1. 77.

Receptus, Participium. Recepti in ciuitatem dicũtur, qui cum suffragio ciues sunt effecti, vt apud Liuium sæpe legitur. Et Receptus mos est, quem sponte ciuitas alienum asciuit.

Ex facili nullóque vrgente receptus. Lucan. lib. 4. 10.

Cælo receptus. Quintil. lib. 3. ca. 7. 4, Quòd ipsum quoque cælo receptum temporis eius homines non dubitauerint.

Sede cælesti receptus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 11.

Amans receptus tota nocte. Propert. lib. 2. eleg. 15. 6.

Ensis receptus pectore. Senec. Thyeste, 8. 14.

Fruges receptæ. Virg. 1. Æneid. 37, -frugésque receptas

Et torrere parant flammis, & frangere saxo. Receptas, id est liberatas, inquit Seruius, vt Mediúque ex hoste recepit.

Persuasio publicè recepta. Quintil. lib. 3. cap. 7. 16.

Preces receptæ. Stat. 4. Syl. 1. 1.

Somnus receptus parte oculorum. Ouid. 1. Metam. 138.

Verba aure recepta. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 3.

Receptum, Substantiuum. Cic. 2. Philipp. 86, Promissum & receptũ interuerit, ad sẽque transtulit.

Promisso ac recepto suo satisfacere. Cic. 7. Verr. 108, Satis est factum Siculis, satis officio ac necessitudini iudicis, satis promisso nostro ac recepto.

Receptus, huius receptus, Ipse recipiendi se actus. Liu. 8. ab Vrbe, 96, Breuitate ipsa loci, facilique receptu in tam propinqua castra, haud ægrè militem à multa cæde est tutatus.

Receptui canere, Est tuba è prælio exercitum reuocare. Cic. 11. Philipp. 314, Quis enim reuocante, & receptui canente Senatu properet dimicare? Vide Canto.

Per translationem, pro Discedere & abire. Plin. epist. 45. d, Hãc ego vitam voto & cogitatione præsumo, ingressurus quidissimè, vt primùm ratio ætatis receptui canere permiserit. Cic. 3. Tusc. 59, Vetat igitur ratio intueri molestias, abstrahit ab acerbis cogitationibus hebetem aciem ad miserias cõtemplandas: à quibus quum cecinit receptui, impellit rursum & incitat ad conspiciendas, totáque mẽte contrectandas varias voluptates.

Receptui signum dare. Liu. 2. ab Vrbe, 265, Admirationem deinde auxit, signo receptui dato, adeò tranquilla serenitas, &c.

Receptui signum, aut reuocationem à bello audire. Cicero 13. Philipp. 354.

¶ Receptus, Locus in quo se turbò recipit exercitus, & sine periculo hostẽ expectare potest. Virg. 11. Æneid. 106, Planities ignota iacet, tutique receptus.

Habere aliquẽ receptũ. Plancus Ciceroni, lib. 10. 11. 5, Animaduerti nullum alium receptum Antonium, reliquiásque quæ cũ eo essent, habere, nisi in his partibus.

Amittere receptum. Cic. Attico, lib. 8. 165. 4, Neque ex omnibus oppidis contrahere copias expedit, ne receptum amittam.

Receptio, Verbale, fœ. g. Plaut. Asin. 16. 70, Quid tibi huc receptio ad te est meum virum? Id est Quare recipis ad te virum meum?

Receptor, Aliud verbale, Qui latrones, eorúmque surrepta recipit, occultátq; Vulgus *receptatorem* appellat. Cic. pro Milone, 37, Sustinuisset hoc crimẽ primũ ipse ille latronũ occultator & receptor locus, dũ neque multa solitudo indicasset, neque cæca nox ostẽdisset Milonẽ. Metius Iurisc̃ons. tit. De receptatoribus, Pessimũ, inquit, genus est receptatorũ, sine quib⁹ latere nemo diu potest.

Receptrix, Verbale fœm. Cic. 6. Ver. 131, Fuisse Messanam omnium istius furtorum ac prædarum receptricem. Ibidem, 14, Tu inquam, tua Messana, tuorum aditrix scelerum, libidinum testis, prædarum ac furtorum receptrix. Et ibidem, 7. 115.

Receptitius, Adiect. Quod reseruatur. Vnde Receptitius seruus appellatus est nuptæ mulieris proprius, quem scilicet quum dotẽ marito daret, sibi reseruauit. Quoties enim mulier in dãda viro dote, aliqua ex suis bonis retinet, nec ea ad virũ trãsmittit, recipere ea dicitur. Vide Recipere, pro Excipere ad vsum suum. 9

Recepto, receptas, receptare, Frequentatiuum. Terẽt. Heaut. 5. 1. 15, Ibi tuæ stultitiæ semper erit præsidium Clitipho,

Victus, vestitus, quò in tecto te receptes. Idẽ Hecy. 5. 1. 17, Meum receptas filiũ ad te Pamphilũ. Liu. 5. ab Vrbe, 56, Neglectũ Anxuri præsidiũ vagationibus militũ, & Volscos mercatores vulgo receptando, proditis repentè portarũ custodibus, oppressum est.

Animam receptare. Lucret. lib. 3. 102, -& omnes

Paulatim redit in sensus, animámque receptat.

Sinu suo cuncta receptat natura. Lucan. lib. 7. 165.

Receptáculũ, receptáculi, pen. cor. Cõfugiũ. Ci. 7. Ver. 48, Illud tibi oppidũ receptaculũ prædæ. Cæs. 7. bel. Gall. 51, Præterea oppida incẽdi oportere, quæ nõ munitione & loci natura, ab õni sint periculo tuta, neu suis sint ad detrectãdã militiam receptacula.

Receptaculũ omniũ purgamentorũ vrbis. Liu. 1. ab Vrb. 144.

Nisi illud & rei frumentariæ subsidium, & receptaculum classibus nostris pateret. Cic. 4. Verr. 3.

Receptaculum animi corpus. Cic. 1. Tusc. 82, Nam corpus quidem quasi vas est, aut aliquod animi receptaculum.

Mors æternum nihil sentienti receptaculum. Cic. 5. Tusc. 165.

Recíprocus/pen. cor. Adiect. Dicitur quod eò redit vnde prodiit. Spiritus reciprocatur quum rursum resorbetur. Et vnda à litore excussa, rursus litus alluẽs, reciprocari dicitur. Et horæ reciprocãtur, quum expleto legitimo cursu, rursum ad pristinum ordinem redeunt. Haud aliter pronomina reciproca ad id vnde prodierant reuocantur. Hæc Erasmus. Varro de Lingua Lat. libro tertio, à recipiendo deriuat reciprocum, qui esse asserit, id quod aliunde profectum, redit eò vnde profectum est.

Motus reciproci. Senec. Herc. fur. 12. 31.

Reciprocus amnis, Refluus. Plin. lib. 9. cap. 57. 2, Cauernásque faciat sibi in terra, atque in iis viuat, etiam reciprocis amnibus siccato litore. Idem lib. 5. cap. 4. 4, Tertius sinus diuiditur in geminos, duarum Syrtiũ vadoso ac reciproco mari diros. Et lib. 31. cap. 2. 1, Opifice natura ne in illis quidem cessante, & per vndas, fluctúsque, ac reciprocos æstus, amniúmque rapidos cursus improbas exercente vires.

Tethys reciproca. Silius lib. 3. 13.

Reciproco, reciprocas, pe. cor. reciprocare, Repetere, reflectere, remittere, retrogredi. Liuius 1. bel. Pun. 130, Quum iam spiritum intercluderet, nec reciprocare animam sineret, auersi à vento parumper consedere. Gellius, In eam fistulam per quam spiritus reciprocatur. Cic. 1. de Diuin. 16, Siquidẽ ista sic reciprocãtur, vt si diuinatio sit, dii sint: & si dii sint, sit diuinatio. Idẽ 3. de Nat. deor. 31, Quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocãdo putas fieri posse constantius? Liu. 8. bel. Pun. 160, Quinqueremem satis credens deprehensam rapido in freto in aduersum æstum reciprocari non posse. Plin. lib. 9. ca. 5. 1, Tiberio principe contra Lugdunensis prouinciæ litus in insula simul trecẽtas amplius belluas reciprocãs desticuit Oceanus, &c.

Reciprocare cœpit mare, magno tractu aquis in suũ fretũ recurrẽtibus, reddebátque terras paulo antè profundo salo mersas. Curtius lib. 9.

Reciprocare manu telum. Gellius lib. 9. cap. 50. 2, Gratia dimicandi ingredientis, & manu telum reciprocans incedebat.

Reciprocatio. Verbale, Retrogressio. Plin. lib. 8. cap. 51, Quũ circũactum angustiæ non caperent, nec reciprocationem longitudo in exilitate cæca. Idem lib. 9. cap. 8. 10, Innumera vis mugilũ statotempore, angustis faucibus stagni in mare erumpit, obseruata æstus reciprocatione. Idem lib. 11. cap. 24. 4, Lógitudo filii à culmine, ac rursus à terra per illud ipsum velox reciprocatio.

Recisamentum/Vide Recido, pen. prod.

Récito/récitas, pe. cor. recitare, Ex re & cito, citas, cõpositũ, Scripturã clara voce, vt alii audiãt, intelligántq; legere. Plau. Pseu. 3. 47, Recita modò: ex tabellis iam faxo scies

Quàm subitò argento mihi vsus inuẽto fiet. Idẽ Bacch. 20. 70, Vbi iubet, recita: aurium operam tibi trado. Cic. 4. Verr. 14, Quid ego nunc hic Sext. Pompeii Chlori testimoniũ recitem?

Recitare identidem, Vide Idem.

Carmen recitare. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 8.

Edictum recitare. Cic. pro Quintio, 16.

Literas recitare. Cic. ad Plancum, lib. 10. 11. 2, Cane enim putes vllas literas vnquã graviores, quàm tuas in Senatu esse recitatas. Cæsar 1. bel. Ciuil. 1, Literis à Fabio C. Cæsaris Cõsulibus redditis, ægrè ab iis impetratum est summa Trib. pleb. contentione vt in Senatu recitarentur.

Scripta recitant in medio foro. Horat. 1. Serm. saty. 4. 15.

Recitare de vel ex. Cic. pro Cluẽtio, 106, Cui loco respõdere posse vix videor, quod elogiũ recitasti de testamẽto Cn. Egnatii patris. Idem 5. Verr. 10, Da quæso scribæ, recites ex codice. Recita

edictum de profeſſione. Ibidem,75, Cognoſcite renuntiationem ex literis. recita ex literis publicis.

De tabulis publicis recitare.Cic.pro Flacco,31.

¶ Recitatus hæres teſtamento,i actus,pronuntiatus,ſcriptus. Cic.pro Cecinna,40,Teſtamento ſi recitatus hæres eſſet pupillus Cornelius,&c. Plin.lib.7.cap.51.4, Apertóque teſtamento recitatum hæredem minorem funeri inſtituiſſe.

Recitare Senatum,aut Senatorem.Cic.pro Domo ſua,66,Patrem tuum,&c.L.Philippus Cenſor annunculum ſuum præteriit in recitando Senatu. Ibidem,Cotta homo Cenſorius in Senatu iuratus dixit,ſe,ſi Cenſor tum eſſet, quum ego aberam, meo loco Senatorem recitaturum fuiſſe.

¶ Recitare,Memoriter enũtiare. Quintil.Declamat.6,At iſta legem recitat.De mulierecæca. Plinius epiſt.137.2,Quo magis miror,quòd ſcribis fuiſſe quoſdam qui reprehenderent, quòd orationes omnino recitarem. Celſus lib.3.cap.18, Quinetiam recitare,ſiqua meminerunt,cogendi ſunt.De phreneticis.

Recitatio,Verbale.Cic.pro Cluentio,115, Craſſus tum ita Brutum vlus eſt,vt illum recitationis ſuæ pœniteret.

Literarum recitatio.Cic.pro Domo ſua,18.

Recitâtor,pen.prod.Aliud verbale maſc.Cic.2.de Inuent.111,Neque enim vos ſcripti ſui recitatores, ſed voluntatis interpretes fore putauit. Idem proCluentio,111,Quum Brutus duobus recitatoribus conſtitutis,ex duabus eius orationibus capita alterna inter ſe contraria recitanda curaſſet,&c. Ibidem, Tres & ipſe excitauit recitatores cum ſingulis libellis.

Acerbus recitator.Horat.de Arte,96.

Reclamo/reclámas,pen.pro.reclamare,Clamore aduerſari,nõ acquieſcere,repugnare,refragari.Cic.pro Lege Manil.44, Propterea quòd iſtis reclamantibus vos vnum illum ex omnibus delegiſtis,quem bello prædonum præponeretis. Idem Lentulo,lib.1.2.6,Eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum eſt. Plin.epiſt.190.c,Vbi cœpi crimen attingere,reum deſtinare,adhuc tamen ſine nomine,vndique mihi reclamari. Cic.6. Verr.36,Reclamat Sicilia tota, propter cælati argenti cupiditatem,reos fieri rerum capitalium. Ibidem,67,Res agitur in Senatu,vehemẽter ab omnib⁹ reclamatur. Sic Attico,lib.2.19.3.

Ager canenti domino reclamat,Reſpondet ad vocem.Stat.4. Syl.5.4, -vnique ſiquando canenti
Mutus ager domino reclamat.

Feruet iter gemitu, & plangoribus arua reclamant. Statius 3. Theb.d.24.

Æquora ſcopulis illiſa,reclamant.Virg.2.Georg.53.

Theatra tota reclamant. Cic.3.de Orat.108, At in his ſi paulũ modò offenſum eſt,vt aut contractione breuius fieret, aut productione longius,theatra tota reclamant.

Reclamo tibi pro reo, Id eſt Reprobo cum clamore quæ in reum dicis.Plin.epiſt.3.lib.9.

¶ Reclamari,Paſſiuum,pro Obiici. Quintil.lib.11.cap.1,Nũc de iis dicendum, quæ mihi quaſi conſpiratione quadam vulgi reclamari videntur.

Ab vniuerſo Senatu reclamatum eſt.Cic.pro Domo ſua,8.

Reclamatio,Verbale.Cicero 4.Philipp. 155, Præclara & luculenta reclamatione veſtra factum pulcherrimum Martialium comprobauiſtis.

Reclámito,reclámitas,pen.cor.reclamitare,Frequentatiuum.Cic. pro Roſcio Amerino,38,Magna eſt enim vis humanitatis, multum valet communio ſanguinis,reclamitat iſtiuſmodi ſuſpicionibus ipſa natura.

Reclino/reclinas,pen.prod.reclinare, Ad aliquid flexum eſſe, incuruari & reflecti. Cæſar 6.bel. Gall.96, His ſunt arbores pro cubilibus, ad eas ſe applicant:atque ita paulum modò reclinatæ quietem capiunt. Cic.in Arato,45,At Cepheus caput atque humerus,palmáſque reclinat.

Reclinâtus,pen.prod.Participium.Horat.2.Carm.ode 3.2,
Seu te in remoto gramine per dies
Feſtos reclinatum bearis
Interiore nota Falerni.

Recliuis/& hoc recliue,pen.prod.Idem quod Accliuis,propendens,prominens.Martialis lib.9.95,
Sic in gramine floreo recliuis,
Quà gemmantibus hinc & inde riuis
Curua c.ulus excitatur vnda.

Cubili recliuis.Stat.1.Sylu.2.33, Tunc ipſam ſolo recliuem aſſata cubili.

Pectus recliue.Senec.Here.Œtæo,13.8.

Recliuis in ſinu iuuenis.Ouid.10.Met.111,In'que ſinu iuuenis poſita ceruice recliuis Sic ait. De Venere in ſinu Adonidis recumbente.

Recliuis,& neſcio ſimilis.Tacit.lib.13.

Recludo/reclûdis,pen.prod.recluſi,reclûſum, pen.prod.recludere,Aperire.Plaut.Moſtell.13.5,Heus reclude,heus Tranio etiã aperi? Idem Rud.10.80,Hens ecquis in villa eſt? ecquis reclusit?ecquis prodit? Et Capt.15.10,Cellas refregit omnes intus,recluſitque armarium. Virg.8.Æneid.49,
Infernas reſeret ſedes,& regna recludat
Pallida. Idem lib.9.85, -ſimul enſe recluſo
Ibat in Euryalum.

Artus recludere.Silius lib.1.25,
Hoſtia mactatur diuæ,raptimque recludit
Spirantes artus poſcens reſponſa ſacerdos.

Cælum luce æſtiua recludere.Virg.4.Georg.11,
Quod ſupereſt,vbi pulſam hyemem Sol aureus egit
Sub terras,cælúmque æſtiua luce recluſit.

Enſem recludere.Virg.4.Æneid.129.

Iugulum recludere,Aperire.Ouid.7.Meta.58, -ſtricto Medea recludit Enſe ſenis iugulum. Scilicet vt ſuccos infunderet, quibus Æſon ſenex exceptis iuuentuti reſtitueretur.

Occulta recludere,Prodere.Stat.1.Achill.101.

Operta recludere.Horat.1.epiſt.5.4.

Ora fontana recludere,Fonti dare curſum.Ouid.1.Faſt.53,
Oráque,qua pollens ope ſum,fontana recluſi,
Súmque repentinas eiaculatus aquas.

Portas recludere.Propert.lib.3.eleg.19.5.

Tellus recluditur dente vnco.Virg.2.Georg.85.

Tellure recludere theſauros.Virg.1.Æneid.73.

Recluděs,Particip.vt Virtus recludęs cælũ.Horat.3.Carm.ode 2.5.

Recluſus,pe.pro. Particip.Apert⁹.vt Fores recluſæ.Ouid.7.Met.131.

Domo recluſa vigilare.Horat.2.epiſt.1.21.

Recogito/recógitas,pen.cor.recogitare,Iterum atque iterum cogitare.Plaut.Capt.2.51,Homunculi quanti ſunt quum recogito? Idem Sticho,5.28, Sed tandem quum recogito, quî potuit ſcire,hæc ſcire me? Cic.Q.fratri, lib.2.6.2, Sic tu mihi videris in Sardinia de forma Minutiana & nominibus Pompeianis in otio recogitaſſe. Colum.lib.1.in Præf.12,Quæ quum animaduerterã ſæpe mecum retractans ac recogitans,quàm turpi conſenſu deſerta exoleuerit diſciplina ruris.

Recognoſco/recognoſcis,recognóui,pe.pro.recógnitũ,pe.cor. recognóſcere,Æſtimare ſignificat,& conſyderare,tractaréque, inquit Budæus: In memoriam reuocare,vel etiam agnoſcere. Brutus Ciceroni,16.1,Verba tua recognoſce, & aude negare ſeruientis aduerſus regem iſtas eſſe preces. Idem ad Atticũ,lib. 8.15B.1,Tuas literas libenter legi: recognoui enim tuam priſtinam virtutem etiam in ſalute cõmuni. Item 4.Verr.12,Quũ iſtius in Quæſtura furem & furtum recognoſceret.

Aliquem penitus recognoſcere. Cic.pro Deiotaro,2, Perturbat me C.Cæſar etiam illud interdum: quod tamen, quum te penitus recognoui,timere deſino.

Amorem alicuius erga ſe in literis recognoſcere. Caſſius Ciceroni,lib.12.11.1.

Dona recognoſcere.Virg.8.Æneid.145,Dona recognoſcit populorum,aptátque ſuperbis Poſtibus.

Plura recognoſcere.Ouid.4.Faſt.84,Plura recognoſces,pauca docendus eris.

Sacra recognoſces annalibus eruta priſcis.Ouid.1.Faſt.2.

Vetera recognoſcere.Ci.in Saluſt.1,Quòd nullũ vos ſciatis nouũ crimẽ in Saluſtiũ audituros,ſed omnia vetera recognituros.

Recognoſcere ex.Ci.3.Ver.11,Quæ qualis fuerit,aut meminiſtis,aut ex eo quẽ ſui ſimillimũ produxit,recognoſcere poteſtis.

Reminiſcendo recognoſcere.Cic.1.Tuſcul.90, Bene interroganti reſpondentem, declarare ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere.

Recognoſcere cũ aliquo. Cic.in Catil.5, Recognoſce mecum tandẽ illam ſuperiorẽ noctemiam intelliges multo me vigilare acrius ad ſalutẽ,quàm te ad pernicie Reip. Idem 6.Verr. 94,Et manet etiam,ac tacitus facta mecum ſua recognoſcit.

Recognoſci ab omnibus,Cognoſci,vel Iterum cognoſci. Cic. 7.Verr.58,Alii quum à multis ciuibus Romanis recognoſcerẽtur,ab omnibus defenderentur,ſecuri feriebantur.

¶ Recognoſcere,Opus cõpoſitũ emẽdãdi aut limandi,aut reprehẽdẽdi cauſa reuidere,inquit Sipõtin⁹.Cic.3.de Leg.53,Quãobrẽ quoniã nõ recognoſcimus nunc leges R.P.ſed aut repetimus ereptas,aut nouas ſcribim⁹. Idẽ 4.Ver.137,Hæc omnia ſumma cura & diligẽtia recognita & collata,& ab hominib⁹ honeſtiſſimis obſignata ſunt. Et in Vatinium,3,Cornelio eiuſmodi nihil obiectũ eſt,cuiceem legiſſe dicebatur: defendebatur teſtibus Collegis ſuis nõ recitandi cauſa legiſſe,ſed recognoſcendi.

Decretũ recognoſcere, Retractãdi,vel emẽdãdi cauſa cognoſcere & videre.Cic.pro Cornelio Balb.8,Nos Cn.Põpeii decretũ,iudiciũ de conſilii ſententia pronuntiatum recognoſcemus

Et 4.Verr.20, Quum hos ſibi quæſtus conſtituiſſet magnos, atque vberes ex his cauſis, quas ipſe inſtituerat in conſilio, hoc eſt cum ſua cohorte recognoſcere. Vetus codex legit cognoſcere.

¶ Explorare & recognoſcere. Colu.lib.1.ca.8, Panis, potioniſq; bonitatem guſtu ſuo exploret: veſtem, manicas, pedumque tegmina recognoſcat. Id eſt recéſeat, vel repertorium faciat, inquit Budæus. Curtius lib.5, Poſtremo die ſupellectilem Darii & omnem pecuniam recognouit.

¶ Recognoſcere equitum turmas, pro Recenſere. Suet.in Octau.Auguſt.cap.37, Curam operum publicorum, viarum & aquarum aluei Tyberis, frumenti populo diuidèdi, Præfecturam vrbis, Triumuiratum legendi Senatus, & alterum recognoſcendi turmas equitum, quotieſcunque opus eſſet Cenſores creari, deſitos longo interuallo creauit. Ibidem, cap.38, Equitum turmas frequenter recognouit. Idem in Calig.ca.16, Equites Romanos ſeuerè curioſéque, nec ſine moderatione recognouit, pa lã adépto equo qui⁹ aut probri aliquid, aut ignominiæ ineſſet.

Recognitio, Verbale, Ipſe cognoſcendi actus. Plin.lib.11.cap.30, Et quoniam ex diuerſo conuchũt altera alterius ignara, certi dies ad recognitionem mutuam nundinis dantur. De formicis.

Recognitio eorum quæ in familia ſunt. Colum.lib.11.ca.1.19, Quare tam veſtem ſeruitiorum, quàm vt dixi, ferramenta, bis debebit ſingulis menſibus recenſere: nam frequens recognitio nec impunitatis ſpem, nec peccandi locum præbet.

Recognitio ſcelerum ſuorum. Cic.6.Ver.99, Qui tandé iſtius animus eſt nunc in recognitione ſcelerum ſuorum, quum ego ipſe in commemoratione eorum non ſolùm commouear, verumetiam corpore perhorreſcam?

Recolligo/recólligis, pen.cor. recollégi. pen.pro. recollectum, recolligere, In vnum colligere. Colu.lib.8.cap.5, Confeſtim circumire oportebit cubilia, vt quæ mota ſunt oua, recolliguntur. Plin.epiſt.190.lib.9, ad Quadratum, Poſtea actionem meam vtcunque potui, recollegi, addidi multa.

Sparſos ignes recolligit. Lucan.lib.1.31.

Annos primos recolligere. Ouid.7.Metam.44.

Recolligere animum alicuius, qui eſt in alterũ offenſior. Cic. Attico, lib.1.3.5, Quòd ſcribis, etiam ſi cuius animus in te eſſet offenſior, à me recolligi oportere: quid dicas, neque id neglexi, ſed eſt miro quodam modo affectus. Id eſt, corrigi, renocari ab ira, inquit interpres.

Recolligere ſe dicitur æger. Plin.lib.10.cap.5.5, Heraclides contra argentum viuum dedit, & Veneri ſubinde offenſanti, ægriſque ſe recolligentibus.

Recolligere ſe à longa valetudine, Reſumere & recipere vires. Plin.lib.23.ca.7.7, Recolligébus ſe à lõga valetudine vtiliſſimæ.

Recolligere vires longa ægritudine. Plin.lib.24.cap.6.6, Qui longa ægritudine non recolligunt vires.

Recolo/récolis, pe.corr. recolui, recultũ, recolere, Rurſum colere. Tacit.lib.3, Quo tũ exẽplo Lepidus, quãquam pecuniæ modicus, auitum decus recoluit. Hoc eſt reſtituit, renouauit. Idem lib.17, Et recens ab exilio reuerſos nobileis adoleſcentulos auitis ac paternis ſacerdotiis in ſolatiũ recoluit. Hoc eſt rurſus coluit, decorauit, honorauit.

¶ Recolere, Repetere, meditari, & mente tractare. Diomedes, Supereſt vt ſingula recolendo, memoria tenus mandentur, ne fruſtra cum tẽpore euaneſcant. Cic.pro Archia, 10, Quantũ alii tribuunt tẽpeſtiuis conuiuiis, quantum denique alex, quantum pilæ: tantũ egomet mihi ad hæc ſtudia recolenda ſumpſero. Plautus Trinum.5.25, -hæc ego quum ago cum
Meo animo, & recolo, vbi qui eget, quàm pretii ſit parui. Idẽ Merc.10.3, Certũ eſt antiqua recolã. Cic.13.Philip.381, Quæ ſi tecũ ipſe recolis, æquiore animo, & maiore cõſolatione moriere.

Studio recolere. Virg.6.Æneid.136,
Incluſas animas, ſuperũmque ad lumen ituras
Luſtrabat ſtudio recolens.

Intermiſſa recolere. Liu.9.bel.Mace.89, Vectigalia regni non fructibus tantũ agrorũ, portoriiſq; maritimis auxit, ſed metalla etiã & cætera intermiſſa recoluit, & noua multis locis inſtituit.

Artes inter ſe recolere, Exercere. Cic.1.de Orat.2, Neque verò nobis cupiẽtib⁹ atque optãtib⁹ fructus otii datus eſt ad eas artes quibus à pueris dediti fuimus, celebrãdas, intérq; nos recolẽdas.

Ingenia recolere. Plin.epiſt.129. b, Vt enim terræ variis mutatiſque ſeminibus, ita ingenia noſtra nunc hac nunc illac meditatione recoluntur. Id eſt, poliuntur, renouantur.

Reculus, Participium. vt Humus reculta. Ouid.6.Metam.130,
Triptolemo, partimque rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo, partim poſt tempora longa reculæ.

Recomminiſco/recomminiſceris, pe.corr. recomminiſci, Reducere in memoriam. Plaut.Trin.13.67, Literis recomminiſcar.

Recompoſitus/pen.cor. Participium, Idem quod Rurſus compoſitus. Ouid.1.Amorum, eleg.7.14, Pone recompoſitas in ſtatione comas.

Reconcilio/reconcilias, reconciliare, In gratiã reſtituere. Plin. in Paneg.133, O verè principis, atque etiam Cõſulis, reconciliare æmulas ciuitates. Liu.5.bel.Maced.69, Non mouit modò talis oratio regem, ſed etiã recõciliauit Annibali. Cic.Attico, libro 6.118.1, Cicero Q.filius pie ſanè, me quidem certè multum hortante, ſed currẽtem animum patris ſui, ſorori tuæ reconciliauit.

Alienare & Reconciliare, contraria. Cic.de Prouinc.Conſ.17, Tum pater Philippe, nónne vno tempore cum ſuis inimiciſſimis in gratiam rediit, quibus cum omnibus eadem Reſpub. reconciliauit quæ alienarat?

Exiſtimationem recõciliare, pro eo quod eſt Recuperare. Cic. 2.Verr.2, In quo reconciliare exiſtimationem iudiciorum amiſſam poſſetis.

Animos populi ſibi reconciliare. Liu.1.ab Vrbe.114, Et quoniã recta conſilia haud bene euenerant, prauis reconciliare popularium animos cœpit. Ibidem, lib.2.177, Vt alio munere ſibi reconciliaret ciuium animos, iubere proſiculo frumento pecuniã acceptam retribui populo.

Veterem gratiam reconciliare. Cic.Attico, lib.1.7.1, Eò accedebat hortator aſſiduus Saluſtius, vt agerem quàm diligentiſſimè cum Luceio de veſtra vetere gratia reconciliãda.

Gratiam cum aliquo reconciliare. Curtius lib.10, Et qui in vrbe erant, aut reconciliandam gratiam cum Perdica, aut armis certandum eſſe cenſebant.

Recõciliare filium domum, Hoc eſt, tantum efficere vt reducatur filius domum. Plaut.Capt.1.33,
Nihil pretio parſit, filio dum parceret,
Reconciliare vt facilius poſſet domum.

In gratiam reconciliari. Cic.pro Domo ſua, 99, Inimici in gratiam reconciliabantur.

Reduxit, reconciliat, reſtituit in gratiam. Cic.de Prouinc.Conſul.18, Hic me meus animus in Remp.priſtinus cum C. Cæſare, reduxit, reconciliat, reſtituit in gratiam.

In libertatem reconciliare. Plaut.Capt.11.46, Si huius hunc reconciliaſſo in libertatem filium.

Conciliantur noui, Reconciliantur antiqui, Inquit Feſtus.

Reconciliãtus, pen.prod. Participium. Cic. Lentulo, lib.1.1.3, Videbatur enim reconciliata nobis voluntas Senatus eſſe.

Fructus libertatis reconciliatus. Cic. Ante quàm iret in exil.1, Etſi maiores veſtri, eos imperatores qui militũ virtute, hoſtium fregerunt furorem, iucundiſſimo fructu libertatis reconciliato, non ſolùm ſtatuis dignos putauerunt, &c.

Recõciliata & Nũquã imminuta gratia, cõtraria. Cic.Q.Metello, lib.5.1.13, Quod ſcribis de recõciliata noſtra gratia, nõ intelligo cur reconciliatam eſſe dicas, quæ nunquã imminuta eſt.

Reconciliatio, Verbale. Cic.pro Cluentio, 81, Irridebatur hæc illius reconciliatio, & perſona viri boni ſuſcepta.

Reconciliatio gratiæ, vel cõcordiæ. Cic.in Catil.69, At illæ tamẽ omnes diſſenſiones, quarum nulla exitium Reip. quæſiit, eiuſmodi fuerunt, vt non reconciliatione concordiæ, ſed internicione ciuium diiudicatæ ſint. Idem ad Atticum, lib.9.179.1, Vt ſimul Romam venerit, agat de reconciliatione gratiæ ſuæ & Pompeii. Liu.10.bel.Maced. Quos cõiunxit ſuffragiis Pop. Rom. hos etiam recõciliatione gratiæ coniungi à nobis ſinatis.

Gratiarum reconciliationes. Cic. Poſt reditum, ad Quir.10.

Reconciliãtor, pen.prod. Verbale. Liuius 5.bel.Maced.172, Phaneas reconciliatore pacis & diſceptatore de iis, quæ in controuerſia cum Pop.Rom.eſſent, vtendum potius Antiocho cenſebat, quàm duce belli.

Reconcinno/reconcinnas, reconcinnare, Denuo vel rurſum concinnare, hoc eſt Expolire. Plaut.Menæch.9.67,
.ad phrygionem vt referam,
Vt reconcinnetur. Cic.ad Q.fratrem, lib.1.10.4, Tribus locis ædificatæ reliqua reconcinno. Cæſar 1.belli Ciuil.61, Diuturni laboris detrimentũ ſolertia & virtute militũ bene reconcinnatur. Varro 3.de Re ruſt.cap.16.30, Hoc faciundũ ſecundũ aluos, vt reconcinnatæ ad ſuum quæque opus & domicilium redeant.

Recondo/recondis, recóndidi, recónditum, pen.cor. recóndere. Reponere, contegere. Cic.1.de Nat.deo.155, Hoc caput hîc paulum ſeſe ſubitóque recondit. Ex Arato. Plin.lib.7.cap.55.8, Flammæ vi è rogo electus, recõdi propter ardorẽ nũ potuiſſet. Columella lib.7.cap.9, Plurima glans vel ciſternis in aquam, vel fumo tabulatis recondenda eſt. Quintil.lib.10.cap.3, Illic opes velut ſanctiori quodam ærario reconditæ.

Caput ſtrato recondere. Ouid.11.Metam.130.

Recondere gladiũ in vaginã. Cic.2.de Inuẽt.131, Gladiũ propè oppoſitum è vagina eduxit, & illũ alterũ occidit, nummos abſtulit, gladium cruẽtum in vaginam recondidit. Idẽ 1.in Catil.1.

Gladium lateri recondere. Ouid. 12. Metam. 97.

Nummos aurúmque recondere. Horat. 1. Serm. sat. 5. 22.

Oculos erigere, & Recondere, opposita. Ouid. 4. Metam. 30.

Ad nomen Thisbes oculos in morte grauatos
Pyramus erexit, visáque recondidit illa.

Opes recondere. Ouid. 1. de Arte, 116.

In aliquem locum se recondere. Quintil. lib. 10. cap. 3, Demosthenes se in locum, ex quo nulla exaudiri vox, nihilque prospici posset, recondebat.

Interius recondere venerem. Virg. 3. Georg. 28.

Mes aliqua sic recódit, è quibus memoria oritur. Ci. 4. Aca. 59.

Multi præterea, quos fama obscura recondit. Virg. 5. Æneid. 61.

Recónditus, pe. corr. Participiú, siue Nomẽ ex participio. Plin. lib. 10. ca. 33. 7, Merops vocatur, genitores suos reconditos pascens.

Clausum & reconditum. Cic. 6. Verr. 37, Statuerunt se nihil tã clausum, neque tam reconditum posse habere, quod non istius cupiditati apertissimum promptissimúmque esset.

Quod exlari oportebat, habebant sepositum ac reconditum. Cic. 6. Verr. 19.

Ægyptus recondita. Cic. pro Leg. agrar. 49, Quid Alexandria, cunctáque Ægyptus: vt occultè latet: vt recondita est?

Angulus reconditus ac derelictus. Cic. 5. Ver. 168, Angulũ mihi aliquem eligas prouinciæ reconditum ac derelictum.

Studia quæ recondita in artibus versantur. Cic. 1. de Orat. 5.

Prome reconditum Cæcubum. Horat. 3. Carm. ode 28. 1.

Literæ reconditæ. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. 11, Multæ erãt & reconditæ literæ. Idem de Claris Orat. 144, Erant in eo plurimæ literæ, nec ex vulgares, sed interiores quædã & recóditæ.

Mores reconditi. Cic. 1. de Legib. 39, Tum specimen ita formauit oris, vt in ea penitus reconditos mores effingeret.

Natura recondita. Cic. pro Quintio, 40, Vixit enim semper incultè atque horridè: natura tristi ac recondita fuit: non ad solarium, non in campo, non in conuiuiis versatus est.

Saltus reconditi. Catul. epig. 31. 3.

Reconditiòra. Cic. 4. Acad. 10, A me enim ea quæ in promptu erant, dicta sunt: à Lucullo autem reconditiora desydero. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 10, Ad has literas statim mihi referi be: tuorúmque aliquem mitte, siquid reconditum magis erit.

Reconflo: / reconflãris, reconflari, Rursus conflari. Lucret. lib. 4. 187, Vnde reconflari sensus per mẽbra repentè Possit? Hoc est resuscitari.

Recoquo / récoquis, pen. corr. recoxi, recoctum, recóquere, Iterum coquere. Martialis lib. 11. 46,

Altera non deerunt tenui versata fauilla,
Et Velabrensi massa recocta foco.

¶ Recoquere, per translationẽ, Rursus polire & formare, tanquam ea quæ iterum coquuntur, vt meliora fiant. Quintil. lib. 12. cap. 6, de Cicerone, Quum iam clarum meruisset inter patronos, qui tunc erant, nomen, in Asiam nauigauit: séque & aliis sine dubio eloquentiæ ac sapientiæ magistris, sed præcipuè tamen Apollonio Moloni, quem Romæ quoque audierat, reformandum ac velut recoquendum dedit. Cic. de Senectute, 75, Quò quidem me proficiscentem haud sanè quis facilè retraxerit, néve tanquam Peliam recoxerit.

Spicula recoxit. Lucan. lib. 7. 30.

Recoctus, Participium. vt Passum recoctum. Stat. 4. Syl. 9. 8, Vel passum Pythiis suis recoctum.

Senex recoctus. Catull. epig. 50. 1,

Sed non omnia displicere vellem
Tito & Suffecio scui recocto.

Scriba recoctus. Horat. 2. Serm. sat. 5. 11, -plerunque recoctus
Scriba ex Quinque viro corum deludet hiantem. Recocti dicuntur scribæ, qui sæpius pro Consulibus ad prouincias missi, exercitatiores facti sunt ex ipsa frequentia & ipso vsu. Acron.

Recordor / recordãris, recordãtus sum, recordári, Rursus in cor reuocare, vel iterum rem cordi dare, hoc est in mentem reuocare, reminisci. Cic. 1. Tuscul. 90, Ex quo effici vult Socrates, vt discere nihil aliud sit, quàm recordari. Horat. 2. epist. 1. 19, Quocirca mecum loquor hæc, tacitúsque recordor.

Inde recordati Teucros à sanguine Teuci
Ducere principium. Ouid. 13. Metam. 153.

Recordor huius rei. Cicero pro Plancio, 56, Huius meriti in me recorder.

Recordor hanc rem. Plaut. Menæch. 2. 1. 5,

-cui cor est modestè situm,

Recordetur id. Cic. de Senect. 11, Vt pedestres nauálésque pugnas, vt bella à se gesta, triumphósque recordétur. Idem 1. pro Lege agraria, 73, Est operæpretium diligentiam maiorum recordari. Et 5. Verr. 6, Is non tibi plus etiam, quàm inimicus esse debeat, quum tua verbera, quum secures, quum cruces ad ciuiũ Rom. supplicia fixas recordetur? Ibidem, 3. 85, Nisi vos illud vellem recordari.

Si rite audita recordor. Virg. 3. Æneid. 12.

Benefacta priora recordari. Catul. epig. 71. 1.

Recordari cum animo suo vitam alicuius. Cic. pro Cluentio, 55, Atque hæc Iudices, quæ verè dicuntur à nobis, facilius credetis, si cum animis vestris longo interuallo recordari C. Staleni vitam & naturam volueritis.

Recordari de. Cic. pro Plãcio, 84, Quoniam istis vestris lachrymis de illis recordor, quas, &c. Idem 1. Tuscul. 11, Tu si meliore memoria es, velim scire ecquid de te recordere. Ibidem, 5. 11, Multáque de M. Attilio, Q. Cepione, Aquilio recordatur.

Recordatur quantum. Cic. pro Murena, 65, Tamẽ admonitus reipsa recordor quantum, &c. Idem 6. Verr. 114, Hinc colligere potestis, si recordari volueritis, quanta religione fuerit, eadem specie atque forma signum illud, &c.

Vt recordor, per parenthesin. Cic. Attico, lib. 13. 164. 1, Et (vt recordor) vna, &c.

Recordanda & cogitãda. Cicero pro Sylla, Mihi ne ad ea quidem quæ pro salute omnium gessi recordãda & cogitãda quicquam relinquitur temporis.

Recordans, Participium. Cic. Attico, lib. 4. 86. 1, O nauigationem amandam, quam me hercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis.

Recordatio, Verbale, Reminiscentia. Cicero ad Lentulum, libro 1. 6. 1, Facilè secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum. Idem ad Atticum, libro 11. 241. 9, Dum recordationes fugio, quæ quasi morsu quodam dolorem efficiunt, refugio à te admonendo.

Conscientia bene actæ vitæ, multorúmque benefactorum recordatio iucundissima est. Cic. de Senect. 9.

Vltimi temporis recordatione & proximi memoria. Cic. de Prouinc. Consul. 36.

Acerba sanè recordatio veterem animi curam molestiámque renouauit. Cic. 3. de Orat. 1.

Assidua recordatio, Vide **Assiduus**.

Doloris præteriti secura recordatio. Cic. Luceio, lib. 5. 12. 16.

Veteris memoriæ nõ satis explicata recordatio. Ci. 1. de Ora. 3.

Recrastino / recrástinas, pen. cor. recrastinare, Idem quod Procrastinare, & in diem crastinum differre. Colum. lib. 2. cap. 21. 1, Propter quæ recrastinari non debet, sed æqualiter flauentibus iam satis antequam ex toto grana indurescant, quum rubicúndum colorem traxerunt, messis facienda est. Plin. lib. 17. cap. 14. 13, Recrastinare minimè vtile.

Recreo / récreas, recreare, Iterum creare. Cic. 2. de Nat. deor. 15, Atqui & nostrorum augurum, & Etruscorum, & aruspicum disciplinam P. Scipione, C. Figulo coss. res ipsa probauit, quos quum T. Gracchus cos. iterum recrearet, primus rogatorum, vt eos retulit, ibidem est repentè mortuus.

¶ Recreare, per trãslationem, pro Instaurare. & quasi nouũ facere. Plinius, Sic enim defecta longis ægritudinibus corpora recreantur. Hoc est restaurantur & reficiuntur. Idem lib. 11. cap. 1. 2, Ex arboribus recreãs membra olei liquor, viréque potus vini. Idem lib. 21. cap. 14. 4, Viribus recreandis, ore, stomachóque mulcendo, &c.

Recreari & confirmari. Cic. 7. Verr. 140, Posteaquam iste recreari & confirmari visus est, lex statim promulgata est.

Recreari & restimi. Cic. pro Roscio Amerino, 81, Tum verò in isto bello nõ recreatus, neque restitutus, sed subactus, oppressúsque Populus Rom. est.

Recreor eius nomine. Cic. in Somnio Scip. 2, Cuius ego nomine ipse recreor.

Afflictos bonorum animos recreare. Cic. Attico, lib. 1. 11. 13.

Arbor, æstiua recreatur aura. Horat. 1. Carm. ode 11. 4.

Vento leni recreare humerum. Horat. 3. Carm. ode 20. 3.

Amicorum literis recreari. Cic. ad Tironem, lib. 16. 6. 1.

Recreari & sustentari literis. Cic. ad Atticum, lib. 4. 79. 4.

Cõspect' vester reficit & recreat mẽtẽ meã. Cic. pro Plãcio, 1.

Recreatus è morbo. Cic. post reditum, ad Quirites, 3, Sed tanquã bona valetudo iucundior est eis qui è graui morbo recreati sunt, quàm qui nunquam ægro corpore fuerunt, &c.

Aliquem fugientem excipere, diffidentem confirmare, afflictum erigere, perditum recreare. Cic. pro Lege Manilia, 15.

Afflictã & perditã prouinciã erigere & recreare. Ci. 5. Ver. 182.

Colligere & recreare se. Cic. 1. Tusc. 92, Sed quum se collegit atque recreauit, tum agnoscit illa reminiscendo.

Ex magno timore se recreare. Cic. 3. in Catil. 13.

Recreatur veritas debilitata. Ci. pro Quintio, 2, Vt multis incõmodis veritas debilitata, tãdẽ æquitate taliũ virorũ recreetur.

Vitam recreare. Lucret. lib. 6. 1.

Recreare vocẽ.Cic.ad Atticũ,lib.2.38.1,Et quũ recreandæ vocis causa necesse esset mihi ambulare,hæc dicta ui ambulans.

Diruta ac penè deserta vrbes per aliquem recreatæ. Cicero Q. fratri,lib.1.1.36.

Ex vulnere recreatus.Cic.1.de Inuent.136.

Recrepo/ récrepas,pen.cor.recrepâre.Catul.58.6,Leue tympanum remugit,caua cymbala recrepant.Id est crepitum reddũt.

Recresco/ recrescis,recréui,pen.pro.recréscere.Rursum crescere.Plin.lib.11.cap.37.82,Cartilago rupta non succrescit.Nec præcisa ossa recrescunt. Idem lib.9.cap.45.3, Et ex relictis radicibus recrescere. Liu.6. bel. Pun. 219, Vos modò milites fauete nomini Scipionum, soboli imperatorum vestrorum, velut accisis recrescenti stirpibus.

Terra aucta recrescit.Lucret.lib.5.55,Ergo terra tibi libatur,& aucta recrescit.

Luna quater latuit,toto quater orbe recreuit. Ouid.epist.2.1.

Recrementum, recrementi, Idipsum quod recreuit: hoc est veluti purgamentum & retrimẽtum alicuius rei. Plin.lib.18.cap.16.2,Farrago ex recrementis farris prædensa seritur. Celsus lib. 5,Vlcera illinenda sunt aut plumbi recremento, aut cerussa. Id est scoria.

Recrudesco/recrudescis,recrúdui,recrudéscere,Renouari.Tractum à vulneribus,quæ agitatione nimia,vel malè purgata,interdum peiora & crudeliora, id est cruda & noua fiunt. Cic.ad Sulpitium,lib 4.6.4,Nunc autem hoc tam graui vulnere,etiam illa,quæ conualuisse videbantur,recrudescunt.

Recrudescere dicitur morbus qui denuo repetit. Curtius lib. 7,non procul ab initio,Recruduit sopor' dolor.Hoc est sopit'.

Nefas recrudescit.Senec.Thebaid.1.47.

Recrudescit seditio.Liuius 6.ab Vrbe,79,Recrudescente Manliana seditione.

Recruduit pugna. Liu. 10.ab Vrbe, 90, Ibi interuentu Gellii, cohortiumque Sabellarum,paulisper recruduit pugna.

Recta. Recte/Rectio/Rector/Rectus/Vide **Rego.**

Recubo/récubas,pen. corr.recúbui,recúbitum,pen.corr.recubâre,Quiescere,iacêre. Plaut.Curcul.1.76,Anus hic recubâre solet custos ianitrix. Virgil.eclog.1.1, Tityre,tu patulæ recubans sub tegmine fagi. Idẽ 6. Æne.84, -recubás immanis in antro. Cic.1.de Diuin.121,Eum primo perterritũ somnio surexisse:deinquũ se collegisset,idque visum pro nihilo habẽdum esse duxisset,recubuisse.Hoc est rursus cubuisse.

Sub qua nunc recubas arbore,virga fuit.Ouid.2.de Arte,69.

Toro Tyrio recubare.Tibul.lib.2.eleg.1.16.

¶ Recubare & considere.Colum.lib.7.cap.3.14,Neque ab his longius recedat,nec aut recubet,aut considat.

Récubans,pen.corr. Participium. Cic.3.de Orat.36, Sed in hortulis quiescet suis, vbi vult,vbi etiam recubans molliter & delicatè nos auocat à Rustris,&c.

Solo recubans. Virg.3. Æneid.79.

Recudo,recûdis recúdi,recúsum,pen.prod.recúdere,Denuo cudere.Varro,Vt hi solent qui vetera metalla recudunt.

Recula,Vide **Reo.**

Recumbo,recumbis,recúbui,recúbitum,penul.corr.recúmbere,Sedere ad mensam. Plinius epist.87.b.lib.4, Cœnabat Nerua cum paucis,Velento proximus, atque etiam in sinu recumbebat. Idem epist. 100, Recumbebat mecum vir egregius Fidus Rufinus,super eum nunciceps ipsius. Mart.lib.2.19,

Debet Aricino conuiua recumbere cliuo,
Quem tua fœlicem Zole cœna facit.

¶ Recúbere,pro Recubare,& iacêre.Plin.lib.17.ca.12.11,Adeò non recumbat in eo,nec delicatè se spargat. Cic.2.de Oratore, 158,Vt M. Lepidus quum cæteris in campo exercentibus in herba ipsa recubuisset,Vellem hoc esse,inquit,laborare.

Humo recumbere.Ouid.epist.14.10.

Ceruix collapsa in humeros recumbit.Virg.9. Æneid.87.

Ipsa sibi est oneri ceruix,humerúq; recúbit.Ouid.10.Meta.39.

Onus recumbit in partes proclinatas.Ouid.1.Trist.17.

Recumbunt iugera.Mart.lib.1.170,

Tulli iugera panca Martialis,
Hortis Hesperidum beatiora,
Longo Ianiculi iugo recumbunt.

Recúbitus,huius recúbitus,pen.corr. Ipse recumbendi & residendi actus.Plin.lib.24.cap.13.5,Itémque baculum ex ea factum,in quoduis animal emissum, etiam si citrà ceciderit defectu mittentis,ipsum per sese recubitu propius adlabi.

Recupero,recúperas,pen.corr.recuperare,A recipio deriuatur, vt ait Sipontinus: & significat Rem amissam rursus acquirere. Plaut.Capt.1.4,

Pater captiuos commercatur alios,
Tantum studens vt natum recuperet. Cæsar 3. bel. Ciuil.356,
Quo confecto,ille suam dignitatem,& nos nostram libertatem recuperabimus. Cic.4. Verr.60, Scipio qui hoc dignum Pop. Rom.arbitraretur, bello confecto socios sua per nostram victoriam recuperare. Sic apud Liuium 1. ab Vrbe,197,Recuperare imperium.

Cõsumpta replere,& erepta recuperare. Cic.pro Murena,47.

Iudicio suum recuperare.Cic.5.Verr.58,Ille autem vnde oblatum est,iudicio suum recuperare nullo modo potest.

Gloriã recuperare.Tacit.lib.19,Vbi recuperare gloriã possent.

Veterem belli gloriam recuperare.Cæsar 7.bel.Gall.5.

Ius suum recuperare.Cicero ad Atticum,lib.15.317.5.

Aliquã honestatis suæ partẽ recuperare. Cic. pro Cluẽtio,94.

Libertatem recuperare. Corn. Tacit.lib.2, At tunc Arminius equo conlustrans cuncta, vt quosque aduectus erat, recuperatã libertatẽ, trucidatas legiones, spolia adhuc & tela Romanis directa in manib' multorũ ostẽtabat. In aliquib' exẽplaribus legimus reciperatã,per tertiam vocalẽ. Cæsar 3.bel.Ciuil.356.

Somnum recuperare. Sueton.in Augusto, cap.78, In lectum inde transgressus, non amplius quum plurimum quàm septenas horas dormiebat,ac ne eas quidem continuas,sed vt in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. Si interruptum somnum recuperare nõ posset,lectoribus aut fabulatoribus accersitis,resumebat producebátque vltra primam sæpe lucem.

Vires recuperare. Tacit.lib.19, Et recuperatis cibo somnóque viribus,confectum algore,&c.

Recuperare aliquem per. Cic.ad Q. fratrem,libro 1.1.15,Sed tanto dolore Æsopus est affectus propter filii scelus & audaciã, vt nihil ei gratius facere possis, quàm si illum per te recuperarit. Idem ad Sulpitium,lib.13, Ego si hominem per te recuperaro,summo me beneficio affectum arbitrabor.

Recuperare se,&c. Cic.ad Terentiam,libro 14.1.7,Quem ego diem si videro,& si in vestrum complexum venero,ac si & vos & meipsum recuperaro.

Respub. se adhuc tantummodo vlta est, nondum recuperauit.Cic.2.Philip.109.

Recuperatio,Verbale,Ipse recuperandi actus.Cic.10. Philipp.184, Ita præclara est recuperatio libertatis,vt ne mors quidem sit in repetẽda libertate fugiẽda. Festus,Recuperatio est,vt ait Gallus Ælius, quum inter populum & regem, nationésque & ciuitates peregrinas lex cõuenit,quo modo per recuperationẽ reddantur res,recuperentúrque, res priuatas inter se persequãtur.

Recuperátor, pen.prod.recuperatóris, Dicebatur ille cui Prætor iurisdictionem mandabat priuatarum causarum, qui Delegati iudices postea appellari cœpti sunt à recẽtiorib', vt ait Budæus. Plaut.Bacch.5.36,Postquam quidem Prætor recuperatores dedit. Quintilianus, Etenim recuperatoris non ea sola vis est, quæ ad corpus nostrum,vitámque peruenit: sed etiam multo maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animũ perterritum,loco,spe & statu certo dimouet. Plaut.Rud.19.1,

Quis me est mortalium miserior,qui viuat alter hodie,
Quem modo damnauit ad recuperatores Pseusidippus? Liu. 5. Decade,lib.3.7, Cum M.Titinio primũ,qui Pr.A.Manlio, M. Iunio cos.s.in citeriore Hispania fuerat, recuperatores sumpserunt. Cic.pro Flacco,18,Inimicus M. Cælius, quòd quum in re manifesta putasset nefas esse publicanum iudicare contra publicanum, sublatus erat è numero recuperatorum, tamẽ tenuit se,&c. Idem 5.Verr.11,De conuentu nullum vnquam iudicem,neque recuperatorẽ dedit. Idem pro Cecinna,45,Nõ enim reperies quenquam iudicem,aut recuperatorem,qui tanquam si arma militis inspiciunda sint, ita probet armatũ. Et 1.Verr.30, Iudicium dat statim si pateret eam se, & sua Veneris esse dixisse.Iudicant recuperatores id quod necesse erat: neque enim erat dubium quin illa dixisset.

Recuperatórius, Adiectiuum, Quod ad recuperatorem pertinet. Cic.2.de Inuent.165,Nõ enim oportet in recuperatorio iudicio eius maleficii,de quo inter sicarios quæritur,præiudiciũ fieri.

Recupio/récupis,pen.corr.recupíui,recupítum, pen.prod. recúpere,Valde cupere.Plaut.Capt.13.87, Quin ita faciam,vt recúpias facere sumptum,etsi ego vetem.

Recuro/recúras,pe.prod.recurare,Diligẽter curare. Plin.li.13. ca.11.2, Quæ nõ esset ita recurata,in suo mãsit amphitheatrica.

Ocymo se recurare.Catull.epigr.41.3,
Hic me grauedo frigida,& frequens tussis
Quassauit, vsquedum in sinum tuum fugi,
Et me recurau ocymóque & vrtica.

Recurro/recurris,recurri,recursum,recúrrere, Rursum currere.Plaut.Amph.7.111,Iam ego recurro huc,tu hunc interea hic tene. Terent. Adelph.4.1.10, Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret,sat scio. Cic.ad Terentiam,lib.14.3.8,Despondeo quoque ita imperaui,statim vt recurreret.

Recurrere curſum. Plaut. Ciſt. 7, 51, Ego ad anũ recurro curſũ.

Recurrere ad. Cic. ad Atticũ, lib. 2. 26. 1, Quare quãquam iam teipſum expecto, tamen iſti puero quem ad me ſtatim iuſſi recurrere, da ponderoſam aliquam epiſtolam. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 13. 3, Recurri ad meas copiolas. Mart. lib. 2. 14, Totus ad Europes tepidæ buxeta recurrit.

Recurrere in. Liu. 4. ab Vrbe, 137, Alios recurrentes in arcem, alios palãtes in agris cæſos. Cic. ad Atticum, lib. 13. 195 3, Equidem Cal. in Tuſculanum recurram.

Recurrere eodem. Colum. lib. 8. cap. 14. 5, Vnaquæque recurrit eodem, vbi primò peperit.

Ad eam rationem recurrunt. Quintil. lib. 1. cap. 6. 9.

In contrarium recurrere. Quintil. lib. 5. cap. 9. 4, Quædam in contrarium non recurrunt. De ſignis.

Aqua verſa recurret ad fontem. Ouid. epiſt. 5. 6.

Et metuit, nequa verſa recurrat hyems. Ouid. 2. Faſt. 171.

Luna recurrit. Tibul. lib. 2. eleg. 4. 4.

Ad initia recurrere Luna dicitur, quum renouatur. Cic. 2. de Nat. deorum, 71, Lunæ ſpecies mutatur tum creſcendo, tum defectionibus ad initia recurrendo.

Opus inceptum ſæpe recurrit. Ouid. 3. de Arte, 71.

Recurrens, Participium: vt Sol recurrens. Virg. 7. Æneid. 20.

Anni recurrentes. Horat. 2. epiſt. 1. 30.

Recurſus, huius recurſus, Ipſe recurrẽdi actus. Plin. lib. 16. cap. 15. 3, Natales pomorum recurſus annuos verſicolori nuntio promittunt. Liu. 6. bel. Pun. 114, Vt ſubeunti ſæpe ad mœnia vrbis recurſus pateret. Plin. lib. 5. cap. 29. 6, Lydia autẽ perfuſa flexuoſi amnis Mæandri recurſibus. Sic lib 36. cap. 15. 2.

Curſus & recurſus aduerſis ſpatiis inire. Virg. 5. Æneid. 117.

Celeres recurſus ſpondere. Ouid. 6. Metam. 90.

Inſperati recurſus. Claud. 1. in Ruffin. 67, -acerrima nullo
Ordine mobilitas, inſperatique recurſus.

Dant fata recurſum. Ouid. epiſt. 6. 11,
Abſtrahor Hypſipyle: ſi dent modò fata recurſum,
Vir tuus hinc abeo, vir tibi ſemper ero.

Recurſo, recurſas, recurſare, Frequentatiuum. Plaut. Moſtel. 8. 56, -redderetur: nunc abi.

D. Quid ego huc recurſem? aut operam ſumam, aut conteram? Virg. 4. Æneid. 1,
-multúſque recurſat Gentis honos.

Huc & huc recurſare. Senec. Medea, 6. 2.

Cura ſub noctem recurſat. Virg. 1. Æneid. 134.

Cura dies noctéſque recurſans. Stat. 1. Thebaid. 63.

Recurſuus/Adiectiuum, Idem quod curuus: niſi ipſa præpoſitio aliquid augeat. Colum. lib. 3. cap. 18. 2, Quidquid recurſuum & ſurſum verſus ſpectans, demerſum eſt, quum tempeſtiuum eximitur, in modum hami repugnat obluctãti foſſori. Idem lib. 9. cap. 33. 1, Ad planſum apertis, ad buccinam recurſis.

Æra recurſa, Hami. Ouid. 1. de Remed. amor. 41.

Cornu recurſuum. Ouid. 3. Amor. eleg. 12. 4.

Haſta recurſa. Ouid. 2. Faſt. 141.

Pedes recurſi. Ouid. 2. Faſt. 51.

Puppis recurſa. Ouid. 8. Metam. 19.

Roſtrum recurſuum. Claud. 2. in Eutropium, 46.

Tectum recurſuum. Ouid. epiſt. 10. 25.

Recurno, recurnas, recurnare. Columel. lib. 5. cap. 10. 9, Quum ad ſcrobis ſõlum radix peruenit, duritia humi coercita recurnatur, & ex ſummo duũm ramorum ambas radices emittit. De arboribus pomiferis.

Horrentéſque ſitu gladios in ſæua recurnant Vulnera. Statius 3. Thebaid. 117.

Aquas recurnare in caput. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 2,
Illa Magas artes, Æaéque carmina nouit,
Vnque caput liquidas arte recurnat aquas.

Recurnatus, pen. prod. Partic. Quod recurnũ factũ eſt. Colum. lib. 3. cap. 18. 1, Prætorto capite & recurnato ſemen. Celſus lib. 5, Id ſpecillo protrahendũ eſt, aut hamulo retuſo, parum recurnato.

Vndis recurnatis ludit Mæander. Ouid. 2. Metam. 30.

Recuſo/recuſas, penult. prod. recuſare, Renuere. Plinius de Viris illuſt. 44, Imperatoris nomen à militibus, & à Senatu triumphum recuſauit oblatum. Tractum ab his qui ad cauſam actitandam aſciti onus reiiciunt. Cæſar 3. bel. Gall. 439, Qui eo interfecto ſuus ſe amicitiæ denouiſſet, mori recuſaret. Cicero 4. Ver. 4, Quãdo id quod imperaretur, recuſauit? Ibidem, 6. 76, Quum recuſaret, vehemẽter minatur. Et 5. 67, Quid facerent miſeri? aut quid recuſarent? Virg. 2. Georg. 11, Et quid quæque ferat regio, & quid quæque recuſet.

Vires recuſant ferre rem illam. Horat. 2. epiſt. 1. 53.

Cedo equidẽ, nec nate tibi comes ire recuſo. Virg. 9. Æn. 141.

Longè recuſare. Virg. 5. Æneid. 82.

Deprecari & recuſare. Cic. 7. Verr. 110, Seruilius & recuſare & deprecari.

Amicitiam alicuius recuſare. Cæſar 1. bel. Gall. 190, Non minus libẽter recuſaturum Populi Rom. amicitiam, quàm appetierit.

Arma recuſare. Virg. 5. Æneid. 84.

Iuſſa recuſare. Virg. 5. Æneid. 150.

Munus recuſare legationis. Cæſar. 1. bel. Ciuil. 132.

Periculum recuſare. Cæſar 7. bel. Gall. 70, Quos quum ſic animo paratos videret, vt nullũ pro ſua laude periculum recuſarẽt.

Sortem recuſare. Cæſar 8. bel. Gall. 4, Non eſſe alicui ciuitati ſortem incommodi recuſandam, ſi tali mora reliquæ poſſent ſe vendicare in libertatem.

Verbera recuſare. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 8.

Recuſabant animo vetera omnia. Tacit. lib. 18.

Leones vincla recuſantes. Virg. 7. Æneid. 4.

Filius vxorem grãdi cũ dote recuſat. Horat. 1. Serm. ſaty. 4. 10.

Recuſare de. Cic. 3. Verr. 4, Sin abſoluitur, deſinemus nos de iudiciis trãſferendis recuſare. Cæſar 1. bel. Gall. 189, Sin pacem malint, iniquum eſſe de ſtipendio recuſare, quod ſua voluntate ad id tempus dependerint.

Non recuſo quin, pro Non abnuo, non inficias eo. Cicero pro Marcello, 14, Non fuit recuſandum in tanto ciuili bello, tantóque animorum ardore & armorum, quin quaſſata Reſpub. quicũque belli euentus fuiſſet, multa perderet & ornamẽta dignitatis & præſidia ſtabilitatis ſuæ. Id eſt, negari nõ potuit. Idem ad Atticum, lib. 2. 16. 7, Neque recuſas quin non modò, ſi opus ſit, ſed etiam ſi velim, accurras. Cæſar 4. bel. Gall. 485, Germanos neque priores Populo Rom. bellum inferre, neque tamen recuſare, ſi laceſſantur, quin armis contendant.

Non poſſumus quin alii à nobis diſſentiant, recuſare. Cic. 4. Acad. 14.

Non recuſo quominus. Cic. 1. de Finib 11, Nec vero, vt noſter Lucilius, recuſabo quominus omnes mea legãt. Idem in quadam epiſt. Neque iam quominus ſeriamus, recuſamus. Idem pro Cluentio, 115, Habitus ne hoc quidem vnquã recuſauit, quominus vel ea lege rationem vitæ ſuæ redderet.

¶ Recuſare, pro Reiicere iudicem. Cic. pro Flacco, 75, Populũ Rom. diſceptatorem non modò non recuſo, ſed etiam depoſco.

Recuſare, pro Accuſationem depellere. Cic. de Clar. Orat. 45, Tum igitur Galba recuſans pro ſeſe. Iudæus.

¶ Recuſãtur, Paſſiuũ. Liu. 1. ab Vrbe, 97, Cũ Trigeminis agũt reges, vt pro ſua quiſque patria dimicent ferro: ibi imperiũ lore, vnde victoria fuerit: nihil recuſatur: tẽpus & locus cõuenit.

Recuſans, pen. prod. Participium. Cic. 4. Verr. 90, Itaque ſit omnibus recuſantibus & implorantibus.

Rogatus & recuſans hoc feci. Cic. in Orat. 19.

Recuſatio, verbale, Ipſe recuſandi actus. Cæſar 3. bel. Ciuil. 384, Quod vbi ſine recuſatione fecerunt, &c. Idem 1. de Oratore, 15, Nam hæc ipſa recuſatio diſputationis, diſputatio quædã fuit mihi quidem periucunda.

¶ Recuſatio, pro Defenſione. Cic. 2. de Legibus, 67, Pœna verò violatæ religionis, iuſtam recuſationem non habet. Idem 1. de Inuent. 130, Aliud accuſatio aut recuſatio conficere debet. Et pro Cluentio, 117, Neque hæc tua recuſatio confeſſio ſit captæ pecuniæ, ſed laboris, ſed periculi non legitimi declinatio. Item 2. de Oratore, 198, Adimere, inquit, omnem recuſationem Craſſo volui.

Recuſſuo/Participium. Virg. 2. Æneid. 11, -vteróque recuſſo
Inſonuere cauæ gemitúmque dedere cauernæ. Recuſſo pro cõcuſſo, inquit Seruius, præpoſitio pro præpoſitione.

Æquor recuſſum. Valer. 6. Argon. 34, -penitúſque recuſſo
Æquore Cyaneas Minyæ timuere relictas.

Recutitus/ pen. prod. Adiectiuum, Curtatus, & cui reſecta eſt cutis glandem tegens. Quo nomine dicti ſunt Iudæi, à verendorum cute ſumma reciſa. Martialis lib. 7. 19,
Nec recutitorum fugis inguina Iudæorum:
Nec te Sarmatico tranſit Alanus equo.

¶ Recutitus, Ruptus & exulceratus. Mart. lib. 9. 59, Nec ruptæ recutita colla mulæ.

Redabſoluo/redabſoluis, redabſolui, redabſolũtum, pen. prod. redabſoluere, Idem quod Abſoluere, vel ſoluere. Plaut. Curc. 8. 83, Sequere hac, te redabſoluam qua aduenisti gratia. Componitur ex re. & abſoluo, d litera interpoſita.

Redambulo/redãmbulas, penult. corr. redambulare, Reuerti. Plautus Cap. 13. 131, Cura quàm oprimè potes. r r. bene ambula, & redambula.

Redamo/rédamas, pen. cor. redamare, In amore reſpondere, Contrà, vel ſimiliter, ſine me amantem amare. Cic. de Amicitia, 45, Quid enim tam abſurdum, quàm delectari multis inanibus rebus: vt honore, vt gloria, vt ædificio, vt veſtitu, cultúque cor-

poris:animo autem virtute prædito,eo qui vel amare,vel(vt ita dicam)redamare possit,non admodum delectari?

Redandruo/redandruas,redándruare, Antiquum,dicitur in Saliorum exultationibus,quam Præsul ampiruauit,quod est motus edidit,ei referuntur inuicem iidem motus. Nonius,Redándruare,Redire. Lucilius lib 9.Saty.vt vulgus redandruet inde. Pacuuius Chryse,Græcos nihil mediocriter redandruare.

Redardesco/redardescis,redardéscere, Iterũ ardescere, recandescere.Ouid.1.de Remed.amor 68,

Sic nisi vitaris quicquid renocabit amorem,
Flamma redardescet,quæ modò nulla fuit.

Redarguo/redárguis,redárgui, redargũtum,pen.prod. redargúere,Accusare cum reprehensione.Cic.1.Tuscul.8,Philosophia nascatur Latinis quidem literis ex his temporibus,eámque nos adiuuemus,nósque ipsos redargui refellique patiamur. Idem 3.de Nat.deorum,118,Improborum igitur prosperitates,secundæque res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim omnem deorum,ac potestatem. Idem 1.de Finib. 73, Quos nisi redarguimus,omnis virtus, omne decus, omnis vera laus deserenda est. Vetus codex habet arguimus. Item 3. Verr.17, Si cum qui posterius dixit, opus est redargui, accusatoris causa, vt vis ageretur,constitutum est.

Poterat autem impunè, quis enim redargueret? Cicero 1. de Finibus,89.

Redargue me si mentior.Cic.pro Cluentio,49.

Inconstantiam alicuius redarguere.Cic.pro Domo sua,17.

Verba alicuius redarguere armis.Virg.11.Æneid.138.

Redauspico/redáuspicas,pen.corr.redauspicare: & Redáuspicor,redauspicáris,redauspicári,Incipere significat, & denuo auspicium sumere vel auspicari.Plautus Capt.11.109,

Exauspicaui ex vinculis,nunc intelligo
Redauspicandum hunc esse in catenas denuo. Id est,Cœpi ego illum è catenis eximere, nunc quoque volo vt rursus in catenas redeat.

Reddo/reddis,réddidi,rédditum, penult.corr.réddere, Propriè est ablatum vel acceptum restituere.Terent.Adelph.1.4.16,

-reddetur,ne time.

s A. At vt omne reddat. s. omne reddet. Idem Phor.1.1.6, Si quis quid reddit,magna habéda est gratia. Cic.2.Verr.9,Idem iste Prætor monumẽta antiquissima partim regum locupletissimorum,quæ illi ornamẽto vrbibus esse voluerunt, partim etiam nostrorum imperatorum, quæ victores ciuitatibus Siculis aut dederunt,aut redd.derunt,spoliauit,nudauitque omnia.

Mutuari aliquid ab aliquo, & ei vicissim reddere aliquid aliud.Cic.de Fato,5.

Reddere,pro Dare.Celsus Iurisconsul.De Verb.signif.L.Verbũ, Reddédi (inquit) verbum,quanquam significatum habet retro dandi,recipit tamen & per se dãdi significationem.

¶ Reddere,Facere:vt Reddo te certiorem.&,Tu me reddidisti probum virum.

¶ Reddere,Reponere.Plaut.Mostel.3.10, -tempestas venit,
Confringit tegulas, imbricésque.ibi dominus indiligens
Reddere alias ne volt.

¶ Reddere,pro Referre,siue recẽsere.Plin.in Præf.11,Tria nõ amplius,vt opinor, absolutè quæ traduntur inscripta,ille fecit, quæ suis locis reddã. Plin.Iunior epist.9.lib.3, Succurrit quod præterieram,& quidẽ serò:sed quáquam præposterè, reddetur.

Perge Pomponi de Cæsare, & redde quæ restant. Cicero de Claris Orat.139.

¶ Aliquem sibi ipsi reddere. Cic. Post redit.in Senatu,1, Qui denique nosmetipsos nobis reddidistis.

¶ Aliquẽ reddere,pro Referre,æquare,repræsentare.Plin.epist. 139.c,Tãtæ fœminæ matrem rursus videor amittere,quam hæc vt reddit ac refert nobis,sic,&c.

Clodius omnes Catilinas reddidit.Cic.Attico,lib.4.71.5.

¶ Vt charitas liberorũ,amiciores Reip.parentes redderet.Cic. Bruto,11.3.

Anhelitũ reddere,Respirare. Plin.lib.9.cap.7.1, Nec piscium branchias habentes,anhelitũ réddere, ac per vices recipere existimant.Id est,emittere.

Animam reddere,Respirare. Cic.1.de Nat.deorum,103, Excipiátque animã, eam quæ ducta sit spiritu,eandémqi à pulmonibus respiret, ac reddat. Plin.lib.11.cap.37.58, Sub corde pulmo est,spirandique officina,attrahens ac reddens animam.

Animã reddere,Mori,expirare.vt Animas dulces reddunt ad præsepia.Virg.3.Georg.99.

Et prius hanc animam vacuas reddemus in auras. Ouid.1.de Ponto,eleg.11.2.

Animã tandem post fera tristẽ vulnera reddidit.Taci.lib.14.

Animum reddere.Terent.And.2.1.35,
Nuptias effugere ego istas malo,quàm tu adipiscier.

c.Reddidisti animum.

Animum reddere, pro Reconciliari alicui,intelligi videtur debere apud Horatium 1.Carm.ode 16.6, -dum mihi
Fias recantatis amica
Opprobriis, animúmqi reddas. Hoc est spem mihi redintegrãdi amoris facias.Acron. Ibidem,ode 19.1,
Mater sæua Cupidinum,
Thebanæque iubet me Semeles puer,
Et lasciua licentia
Finitis animũ reddere amoribus. Id est redire ad amores,animúmque meum eò conuertere. Acron, Iam desertis & alienis ab animo,denuo iisdem incitari.

Beneficium reddere,Referre.Plaut.Persa,22.13,

-improbus est homo,qui beneficium
Scit sumere,& reddere nescit. Terent. Phorm.1.2.21,Pro maleficio si beneficium summum nolunt reddere. Ibidem,3.3.5, Quin quum opus est, beneficiũ rursum ei experimur redderet Quintil.lib.7.cap.5, In paupere gratior liberalitas, quàm in diuite: dante beneficium,quàm reddente. Cic.1. Offic.73, Nam quum duo genera liberalitatis sint, vnum dandi beneficii,alterum reddendi:demus nécne,in nostra potestate est.

Causas reddere.Horat.1.Ser.saty.4.14, -sapiẽs vitatu,quidq; petitu Sit melius,causas reddet tibi.

Clamorem reddere.Liu.5.ab Vrbe,172, Non modò non tentato certamine,sed nec clamore quidem reddito, integri intrácique fugerunt.

Colorem reddere.Plin.lib.27.cap.12.21,Eadem trita vini colorem reddit,ad crocum inclinantem.

Colori reddere.Plin.lib.20.cap.11.3,Si foueantur semine decocto,sugillata reddit colori.

Commotum reddere.Terent.And.5.2.23,
Si quicquam mentitum inueries,occidito. s. nihil audio,
Ego iam te commotum reddam. Vbi Donatus, Commotum, citum,celerem.

Conciliatum reddere animũ alicuius.Cic.Attico,lib.14.311.4, Puero quoque hoc à me dabis si tibi videbitur, vt animum eius conciliatum reddas. Vetustiora exemplaria hæc verba (vt animum eius conciliatum reddas)omittunt.

Se cõuiuio reddere.Liu.3.bel.Pun.39, Et quo minus res suspecta esset,se ipse conuiuio reddidit.

Crepitũ reddere.Plin.lib.17.cap.11.6,Onopordon si comederint asini,crepitus reddere dicuntur.Hoc est pedere.

Data reddere nolunt.Ouid.1.de Arte,87.

Delibutum gaudio reddere,Vide **Delibutus.**

Depositum reddere. Cic. 1. Offic. 45, Vt reddere depositum, etiámne furioso? Idem 3.de Finib.90,Erit autẽ etiam inchoatum, vt si iustè depositum reddere in rectè factis sit, in officiis ponatur depositum reddere. Ouid.1.de Arte,114.

Dictata reddere magistro.Horat.1.epist.19.3,
Sic iterat voces,& verba cadentia tollit,
Vt puerum sæuo credas dictata magistro Reddere.

Dictum ac factum reddere.Terent.Heaut.4.5.12,
Vidére egisse iam nescio quid cum sene.
s.De illo quod dudum? dictum ac factum reddidi.

Dubia omnia reddere.Cic.4.Acad.149,Etsi vna fefellerit similitudo,dubia omnia reddiderit.

Eloquentiam alicuius eloquentiorem reddere.Quintil.lib.1. ca.1.5, Et Lælii filia reddidisse in eloquendo paternam eloquentiam eloquẽtiorem dicitur. Id est,dicitur ita retulisse paternam eloquentiam,vt etiam elegantius patre loqueretur.

Epistolam reddere. Cic.Attico,lib.1.15.1, Cincius noster eam mihi abs te epistolam reddidit,quam tu Idib.Feb.dederas.

Epulis reddere sese.Silius lib.11.74.

Excrementa reddere. Plinius lib.9.cap.43.1, Ora ei in radice esse traduntur excrementa,per summa tenui fistula reddi. Sic lib.18.cap.8.18.

Exemplum ac effigiem virtutis alicuius reddere,Repræsentare.Liuius 6.bel.Pun.119,Ita ingenii,fidei, virtutisque exẽplum ac effigiem vobis reddã, vt reuixisse, aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat.

Exequias reddere,Soluere.Ouid.ad Liuiam,44,Ast pedes exequias reddit,equéque duci.

Exercitatum te reddam,Vide **Exercitor.**

Quas hominum reddũt facies,qualésque colores? Lucretius lib.6.163.

Farinam reddere dicuntur quæ molantur.Plin.lib.18.ca.9.1, Nam quæ sicca molantur,plus farinæ reddunt.

Ferociorem & impotentiorem aliquem reddere. Cicero Marcello,lib.4.9.9.

Ferro reddere vitam. Cic.7.Verr.71, Et quod reliquum vitæ viriúmque fames fecerat,id ferro potiſſimum reddere volebãt. Id eſt,reliquum vitæ pugnando finire.

Fimum reddere,pro Cacare. Plin.lib.8.cap.15.3, Quapropter fuga ſibi auxiliari,reddentem ea fimum interdum & trium ingerum longitudine.

Brachia reddunt geſtus.Ouid.6.Metam.61.

Gratiam reddere. Columel.lib.4.cap.3.5, Experto mihi crede Syluine,bene poſitam vineam,bonique generis,& bono cultore,nunquam non cũ magno fœnore gratiã reddidiſſe. Ouid. 2.Metam.113, -pro quo mihi gratia talis Redditur. Tacit. lib.1,Reddendámque gratiam in acie faterentur.

Gratia redditur nobis magno cum fœnore.Ouidius 3.de Ponto,eleg.1.16.

Vxores grauidas reddere.Lucret.lib.4.149.

Suũ cuiq; honorẽ & gradũ reddere.Ci.pro Roſc.Amerino,81.

Humorem reddere,pro Meiere. Plin.lib.11.cap.26.3,Stelliones excitatæ quum ſubuolant,humorem reddunt.

Imaginem reddere. Plin.lib.11.cap.37.24, Adeóque iis abſoluta vis ſpeculi,vt tam parua pupilla totam imaginem reddat hominis. Sic lib.37.cap.5.3, Quorũ verò corpus extenſum eſt, eadem qua ſpecula ratione ſupini imagines rerum reddunt.

Reddita veris imaginibus.Plin.lib.35.cap.7.4.

Impendium reddere vſque ad aſſem,Vide As aſſem.

Impetratum reddere aliquid alicui,Id eſt impetrare.Plautus Epid.2.46,

Mandauit,ab lenone vt fidicina,quam amabat,ſibi
Emeretur.id ei egò impetratum reddidi.

Incerta omnia reddere. Cic.4.Acad.157, Itaque non metuit ne confundere omnia videatur,& incerta reddere.

Infectum reddere.Horat.3.Carm.ode 29.10, -neque
Diffinget,infectúmque reddet
Quod fugiens ſemel hora vexit.

Arte multa inſignem reddere aliquem.Virg.5.Æneid.141.

Iura reddere.Ouidius 1.Faſt.51,Nullus erat iuſtis reddere iura labor. Idem 4.de Ponto,eleg.9.9.

Iura reddere foro. Stat.1.Syl.4.10, Reddere iura foro,nec proturbare Curules.

Ius vel iudicium reddere populo.Terent.Phorm.2.3.57,

At tu,qui ſapiens es,magiſtratus adi,
Iudicium de eadem cauſa iterum vt reddant tibi. Plin.de Viris illuſt.72, Ædilis iuri reddendo magis quàm muneri edendo ſtuduit. Plin.maior lib.19.cap.1.8,Lartio Licinio Prætorio viro iura reddenti in Hiſpania. Cæſar 7.bel.Gall.302, Pro quibus meritis ciuitatem eius immunem eſſe iuſſerat, iura,legéſq; reddiderat. Liu.8.bel.Pun.116, Et iura reddere in principiis ſinebant,& ſignum ab eis petebant. Sic Cæſar 6.bel.Gall.33.Vide Judicium & Jus.

Labori ſe reddere.Claud.8.Paneg.18.

Latinè reddere, Vertere.Cicero 1.de Oratore,73, Vt quum ea quæ legerim Græcè,Latinè redderem, non ſolùm optimis verbis vterer,&c.

Literas reddere. Cæſar 1.bel.Ciuil.1,Literis à Fabio C.Cæſaris Conſulibus redditis, ægrè ab iis impetratum eſt,&c. Cicero ad Brutum,1.1, Scripta & obſignata iam epiſtola, literæ mihi redditæ ſunt à te.

Lucem reddere. Horat.4.Carm.ode 5.1,ad Auguſtum,Lucem redde tuæ dux bone patriæ.

Ludos reddere,Vide Ludus.

Meliorem aliquem reddere.Cic.Attico,lib.2.15.16.

Merces reddita mihi.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.8.

O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria eſt potiſſimùm reddita.Cic.14.Philip.405.

Motus genitales reddere. Lucret.lib.2.46.

Nitorem reddere. Plin.lib.18.cap.8.21,Ex aqua verò morbos omnes, quorum natura ſerpit in facie,tollit,nitorémque reddit.

Nomẽ reddere. Plinius lib.7.cap.21.1,Huic & nomẽ M. Varro reddidit Straboniem vocatum. Ibidem,cap.14.1, Omnibus in exercitu ſuo militibus nomina reddidit.

Reddere aliquẽ nomine,Habere idẽ nomen.Virg.6.Æne.154.

Odorem reddere,pro Odorem emittere,ſiue ſpirare.Plin.lib. 36.cap.23.4,Si teratur in ea hodiérnaque ſalua pollice,odorem croci,ſaporémque reddere traditur. Idem lib.21.cap.21.1, Folia trita odorem cucumeris reddunt.

Onera ciborum reddere,Vide Onus.

Operam reddere.Plaut.Epid.1.11, -te volo
Percontari,operam da,opera redditur tibi. Idem Aſin.3.31,
Di tibi dent quæcunque optes.D.redde operam mihi,
Propterea quòd me neſcientem feceris. Idem Menæch.14.90,
Opera redditur,quando quid tibi erit ſubreptum domo.

Operas reddere.Cic.ad Tironem,lib.16.11.4,Tu Muſis noſtris para vt operas reddas.Id eſt,abſoluas penſum.

Otioſum aliquem reddere. Cic.Pæto,lib.9.15.7,Mathonem & Pollionem inimicos habet Fabius:quid multa?non me hercule tam perſcribere poſſum, quàm mihi gratum feceris,ſi otioſum Fabium reddideris.

Paria reddere in vtranq; partẽ.Cic.3.de Finib.20,Qui omnia ſic exæquauerũt,vt in vtranque partẽ ita paria redderẽt, nulla ſelectione vterentur eius,virtutem ipſam ſuſtulerũt.Hîc Cicero exponit quid ſit paria reddere, quum ait,omnia exæquauerũt.

Perfectum reddere aliquid,Perficere.Plaut.Aſin.3.110.

Pœnas reddere,Vide Pœna.

Pœnæ reddere aliquem. Plin.epiſt.175, Reddendúmque pœnæ,quam fractis vinculis euaſit.

Pondo reddere.Plin.lib.18.cap.7.18,Modio tritici panis pondo triginta reddit.

Promiſſa reddere alicui.Virg.5.Æneid.78.

Quies nulla reddita eſt corporibus.Lucret.lib.2.20.

Quieti ſe reddere.Senec.Hippol.4.3.

Rationẽ reddere. Plaut.Aulul.4.6, Tibi ego rationẽ reddam ſtimulorũ ſeges? Plin.lib.13.cap.13.1, Ille ita rationẽ reddebat.

Ratio reddenda eſt.Lucret.lib.5.14.

Rationẽ reddere actî, vel ſuæ vitæ. Cic.3.de Fin.82, Eſt enim aliquid in his rebus probabile, & quidem ita vt eius ratio reddi poſſit: ergo vt etiam probabiliter acti ratio reddi poſſit. Idem 1.Verr.15, Nihil eſt enim quod minus ferendum ſit, quàm rationem ab altero vitæ repoſcere cum qui non poſſit ſuæ reddere. Sic pro Quintio,7.

Sententiæ ſuæ rationem reddere.Cic.1.Tuſcul.60.

Rationem reddere cur. Cic.4.Acad.189,Vt etiam ſi poſſis rationem reddere cur id eueniat,tamen,&c.

Rationem reddere quare. Quintil.lib.7.cap.2, Rationem debet reddere eius,quare occiderit.

Reſponſa reddere.Virg.3.Georg.99,Nec reſponſa poteſt conſultus reddere vates.

Rurſus reddere.Horat.1.Serm.ſaty.3.15, -æquum eſt
Peccatis veniam poſcentem,reddere rurſus.

Sanguinem reddere. Plin.epiſt.114.b,Deinde dum per continuos dies nimis imperat voci, veteris infirmitatis ruſticula admonitus,rurſus ſanguinem reddidit. Hoc eſt reiecit,euomuit.

Saporẽ reddere.Plin.li.19.ca.11.4,Panax piperis saporẽ reddit.

Segniorem reddere ad. Cic.1.de Finib.53,Nec ſegniorem ad reſpondendum reddidiſti.

Sepulchro corpus reddere.Virg.2.Æneid.109.

Omnem locum, quò adis, exilii ſimillimum reddis. Cic.pro Domo ſua,56.

Solatia reddita confuſæ menti.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.1.

Sonum reddere,pro Facere & excitare. Plin.lib.11.cap.51.2,Sonum enim attritu & interiore aura, non anima reddi. Idem lib.16.cap.35.1,Admota auribus leuem ſonum reddit.

Sonitum reddere. Cic.2.Tuſcul.153,Quo ſonitu reddito arridens,Propino,inquit,hoc pulchro Critiæ,qui in eum fuerat teterrimus.

Sonitum plangoris reddere.Ouid.3.Metam.100. De Echo.

Spiritum reddere alicui. Liuius 8.bel. Pun.179, Vt aut (ſi ita videatur) reddant ſpiritum P. Scipioni ab eodem illo acceptũ: aut ſeruati bis vni debitam vitam pro eo in perpetuum denoueant,Id eſt, pro Scipione fundant, quibus vt ne funderetur, defendit Scipio.

Reddita eſt ei tum à maioribus ſtatua pro vita.Cicero 9.Philippic.159.

Stridorem reddit ianua.Ouid.11.Metam.111.

Titulum reddere meritis.Ouid.13.Metam.75.

Tranſactum reddere aliquid,Tranſigere.Plaut.Capt.6.95.

Vacuũ ſe reddere alicui.Cic.ad Atticũ,lib.11.17.4,Sed quæſo confice,& te vacuum redde nobis.Sub.ab omni ſolicitudine.

Reddere verbum pro verbo:Hoc intelligitur interpretãdo, id eſt Vertẽdo de vna lingua in aliam.Cic.de Opt.gen.Orat.148.

Vicem reddere meritis. Ouid.1.Amor.eleg.6.5.

Vim alicuius herbæ reddere,Saporis vires referre guſtu.Plin. lib.21.cap.18.7,Eſt & per ſe Indica herba, quæ cyperis vocatur, gingiberis effigie:commanducata croci vim reddit.

Vitæ me redde priori.Horat.1.epiſt.7.19.

Vitam reddere pro aliquo. Ouid.10.Metam.41, Atque vtinã pro te vitam,tecúmque liceret Reddere.

Vitam reddere pro Repub.Cic.pro Cn.Plancio,73, Nam qui pro Rep.vitam reddiderunt,licet me deſipere dicatis, nũquam me hercule eos mortem potius, quàm immortalitatẽ aſſequutos putaui.Id eſt,mortui ſunt.

Vocem humanam reddere. Plin.lib.10.ca.42.1, Super omnia

humanas voces reddunt pſittaci.

Audire, & reddere voces, Humaniter loqui, inquit Seruius. Virgil.1.Æneid.83.

Vota reddere. Cic.1.de Legib.37, Cautè vota reddunto. Pœna violati iuris eſto.

Vrinam reddere. Plin.lib.8.cap.41.11, Scythæ per bella fœminis vti malunt: quoniam vrinam curſu non impedito reddunt. Ibidem cap.16.5, Vrinam mares erure ſublato reddere vt canes. Sic lib.36.cap.26.6.

Vicem reddere. Plin.epiſt.9.lib.1, Vicem reddam, ſi repoſces.

Vicem alterius reddere, Aliter. Plin.lib.2.cap.8.7, Contrà ab Occaſu refulgens, nuncupatur Veſper, vt prorogans lucem, vicémque Lunæ reddens.

¶ Reddere aliquid ſine ſcripto, Recitare. Cic.de Claris Orat. 167, Primùm memoria tanta, quanta in viro cognouiſſe me arbitror, vt quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet, quibus excogitauiſſet.

¶ Reddere aliquem inter, Referre & connumerare. Quintil. lib.10.cap.1, Xenophon non excidit mihi, ſed inter philoſophos reddendus eſt.

¶ Reddit ager, Id eſt fructũ affert. Varro 3.de Re ruſt.cap.3, Vt x x eo anno reddiderit ea pars villæ bis tantum quantum tuus fundus reddit. Idem, Agrum enim minus denarium reddere, villam plus vicena. Plaut.Trinum.3.98, vbi Stasimus de agro ſuo conqueritur, - poſt id frumenti quãdo albi meſſis maxuma eſt, Tribus tantis illi minus reddit, quàm obſeueris. Terẽt.Phorm. 4.3.75, Fructum quem Lemni vxoris reddunt prædia.

Redditus, pen.cor. Participium: vt Redditæ literæ.

Redditũrus, pen.prod. Aliud participium. Catul.de Acme, 39.5.

Et negat mihi veſtra reddituram
Pugillaria, ſi pati poteſſis.

Redditio, Verbale. Quintil.lib.3.cap.3. Redditio illa rem vtranque comparat.

Redemptor/Vide **Redimo.**

Redeo/redis, rediui, & frequentius rèdii, réditum, pen.corr. redire, Retroire, ſiue reuerti. Terent. An.1.1.119, Redeo inde iratus atque ægrè ferens. Virgil.9.eclog.4, Tityre, dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas.

Redire actutum. Plaut.Pſeud.7.149.

Redire rurſum. Terent.Eunu.4.1.6, Quũ ſenſi, redeo rurſum.

Redire retrorſum. Plin.lib.9.cap.31.3, Cancri in pauore etiam retrorſum pari velocitate redeunt. Lucret.lib.4.69.

Inde domum redeunt ſub prima crepuſcula mœſti. Ouidius 5.Faſt.91.

Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat. Virgilius eclog.1.7.

Maturè redire. Horat.1.epiſt.7.20.

Tardius redire. Ouid.10.Metam.134.

Redire à foro. Plaut.Aulul.8.6.

Redire è ſuburbano. Plin.lib.8.cap.40.3.

Redire ad. Plaut. Amphit. 8.30, Redire ad nauim melius eſt. Terent.Heaut.1.3.37, Ad lanam redit.

Itque reditque viam toties. Virg.6.Æneid.15.

Redit victor ſeu victus. Cic.ad Atticum, lib.10.101.5, Et dubita ſi potes, quin ille, ſeu victꝰ ſeu victor redierit, cædẽ facturus ſit.

Redire pedibus. Cic.3.Verr. Plaut.Menæch.1.47, Nũc in Epidamnum pedibus redeundum eſt mihi.

Pedibus inuitis redit. Propert.lib.1.eleg.16.4.

¶ Quid ſi redeo ad illos qui aiunt, Quid ſi nunc cælum ruat? Terentius Heaut.4.3.41.

Atque (vt ad me redeã) meminiſtis, Q. Maximo fratre Scipionis, & C. Licinii Craſſi videbatur Mãcino c o n s. quàm popularis lex de ſacerdotiis. Cic.de Amic.79. Id eſt, Vt redeã ad propoſitũ.

Sed redeamus illuc vnde diuertimus. Cicero ad Cornificium, lib.11.15.10.

Illuc quæſo redi quo cœpiſti. Terent.Adelph.1.1.36.

Illuc, vnde abii, redeo. Horat.1.Serm.ſaty.1.11.

¶ Redire in amicitiam alicuius. Liu.5.bel.Pun.90, Perſuaſiſſe vt redirent in amicitiam Romanorum.

Redeunt amores vel cum odio depoſiti. Plin.lib.14.cap.17.11.

Redit mihi animus. Terent.Hecyra, 3.2.11, -dis habeo gratias: Hem iſtoc verbo animus mihi redit.

Animi rediere viris. Valer.3.Argon.94.

Redit animo hæc res, Id eſt, In memoriã redit. Plin.epiſt.176.b, Tantũ redit animo ille latus clauus in penatibus meis ſumptus: redeũt illa prima, illa poſtrema ſuffragia mea, illi ſermones, illæ conſultationes.

Ad animum alicuius redire. Quintil. lib.7.cap.2.36, Quare redeundum eſt ruſtico ad animum legumlatoris.

Aut redit à nobis Aurora, diémque reducit. Virg.1. Georg.50.

Color Vere redit oſſibus. Virg.3.Georg.55.

Carbaſa redierunt aduerſo vento. Ouid.epiſt.15.10.

Ad cibos viribꝰ cõſeruãdis idoneos redeũt. Quintil. li.1.ca.10.5.

Redit color. Plin.lib.13.cap.25.5, Reſtinctis colore ſuo redeũte.

Color rediit in ora. Ouid.3.de Arte, 145.

In concordiam redire. Plaut.Amph.11.7, Sed age reſponde, iam vos rediſtis in concordiam?

In cõſpectum redire. Cic.7. Verr.113, Nunquã te in horũ cõſpectũ rediturum, nunquã in forũ Populi Rom.venturum, &c.

In deditionẽ redire. Liu.8.bel. Pun.61, Ea ſine certamine tota gens in deditionem Populi Rom.rediit.

In ditionem redire. Sueton.in Claudio Cæſare, cap.25, Quum quidam ægra & affecta mancipia in inſulam Æſculapii tædio medendi exponeret, liberos eſſe ſanxit, nec redire in ditionem domini, ſi conualuiſſent.

In familiam redire. Quintil. lib.5. cap.6. 68, In adoptionem dato redire in familiam licet.

In fidem alicuius redire. Liu.5.bel.Pun.1, Conſentini & Thurini in fidem Pop.Rom.redierunt.

Gramina iam redeunt campis. Horat.4.Carm.ode 7.1.

In gratiam cum aliquo redire. Cic. ad Lentulum, lib.1.9.81, Vt cum Craſſo redirem in gratiam. Plaut. Amph.10.59, Iræ interueniunt, redeunt rurſum in gratiam. Ibidem, 15.61, Vbi cum vxore domi rediſti in gratiam. Terent. Phor.5.9.40, Redeat ſanè in gratiam, iam ſupplicii ſatis eſt mihi. Cic. de Senect.51, Et quoniam hæc quidem deſyderant, in gratiam iam cum voluptate redeamus. Idem ad Q. fratrem, lib.2.14.3, Sed non faciam vt illum offendam, ne imploret fidem Iouis Hoſpitalis: Graios omnes cõuocet, per quos mecum in gratiam rediit. Sic 6.Verr.131. Et pro Cluentio, 69.

In gratiam redire cum libris. Cic. ad Varronem, lib.9.1.3, Scito enim me, poſteaquam in vrbem venerim, rediiſſe cum veteribus amicis, id eſt cum libris noſtris in gratiam.

Redit ad te hæreditas. Terent. Hecyra, 1.2.97, Ad hos redibat lege hæreditas. Idem Adel.1.2.28, Iámne enumeraſti quod ad te rediturum putes?

Ad ineptias redire. Cic.2.Tuſcul.51, Ad ineptias redis: illud enim quod me angebat, non eximis.

Ad ingenium redire. Terẽt. Adelp.1.1.46, Si ſperat fore clàm rurſum ad ingenium redit. Idem Hecyra, 1.1.38.

Redit agricolis labor actus in orbem. Virg.1.Georg.81.

In memoriam redire, Reminiſci. Terent. Phorm.5.3.19, Non temerè dico, redi mecum in memoriam. Id eſt, memineris vt ego. Cic. de Senect.19, His enim ipſis legendis redeo in memoriam mortuorum. Idem 3.Verr.84, Nã quæſo redite in memoriam Iudices, quæ libido iſtius in iure dicendo fuerit. Et 1.de Inuent.107, Ita ſimul & in memoriam redibit auditor, & putabit nihil eſſe præterea quod debeat deſyderare. Idem pro Quintio, 33, Diſcedens in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus ſit.

Menti ſingula redeunt, Id eſt reminiſcor ſingula. Valer. 8. Argonaut.42,

Hoc erat infœlix (redeunt nam ſingula menti)
Quod nullæ tenata dapes, non vlla inuabant Tempora, &c.
Mens rediit. Ouid.14.Metam.101.

In metum redire. Plin.epiſt.164, Quanquam vereor ne poſt gratulationem quoque in metum redeas: atque ita gaudeas periculo liberatam, vt ſimul quòd periclitata ſit, perhorreſcas.

In mores patrios redire. Liuius 9.bel.Pun.9, Vt ab omni imperio externo ſoluta in perpetuum Hiſpania, in patrios rediret mores, ritúſque.

Redit mos. Liu.2. ab Vrbe, 184, Redibátque non ſua ſponte plebi mos detrectandi militiam, ſed, &c.

Ad nilum redeunt res funditus omnes. Lucret.lib.1.151.

Nihil ad me redit ex his. Cic.1.de Finib.115, Quid autẽ eſt amare, è quo nomen amicitiæ ductum eſt, niſi velle bonis aliquem affici quammaximis, etiam ſi ad ſe ex his nihil redeat? Id eſt, Nullum ex his percipiat commodum?

Redire in ordines, dicuntur milites. Liu.5.bel.Maced.16, Obſtabant duces, haſtilibus cædentes terga trepidãtium, & redire in ordines cogentes. Idem 3.ab.Vrbe, 118, Tribunis militum imperauit vt ſarcinas in vnum conici iubeant, militémque armis vallóque redire in ordines ſuos.

Vt ad pauca redeã, Vt in pauca cõferam. Teren. Phor.4.3.43, Vt ad pauca redeam, ac mittam illius ineptias. Hoc eſt, vt breuibus agam. Idem Hecyra, 1.2.60, Vt ad pauca redeã, vxorem deducit domum.

Ad præcedentia redire. Cic.de Amic.81, Quãobrem ad illam primam redeamus, eámque ipſam concludamus aliquando.

Ad propoſitum redire. Cic.1.Tuſc.37, Vtrum igitur inter hos

ſententias diiudicare malumus, an ad propoſitum redire?
Ad pugnam redire. Virg. 5. Æneid. 91.
Rabies eadem redit. Lucret. lib. 4. 225.
Ad rationem redire. Quintil. lib. 6. cap. 1. 21.
Ad rem redire. Plaut. Menæh. 17. 65, Iam verò Menæhme ſatis iocatus, nunc ad rem age redi. Terent. Heaut. 2. 3. 78,
-quas, malùm, ambages mihi
Narrare occipitis? IN. Syre verũ hic dicit: mitte, ad rem redi.
Cic. 1. de Finib. 100, Sed ad rem redeamus, de omnibus dici neceſſe eſt. Idem ad Atticũ, lib. 1. 15. 8, Nunc (vt ad rem redeã) &c.
Sed vt ad rem redeam, legionem Martiam & quartam negãt, qui illas norunt, vlla conditione ad te poſſe perduci. Cicero ad Brutum, lib. 11. 14 5.
Redit res in eum locum. Terent. Adelph. 2. 4. 9.
Sed hoc mihi dolet, nos penè ſerò ſciſſe, & penè in eum locum
Rediſſe, vt ſi omnes cuperent, nihil tibi poſſent auxiliarier.
Idem Heaut. 2. 3. 118, -ſcilicet
Facturum me eſſe, in eum iam res rediit locum, Vt ſit neceſſe.
Adeò res rediit. Terent. Phorm. 1. 2. 5,
Præſertim vt nunc ſunt mores: adeò res rediit,
Siquis quid reddit, magna habenda eſt gratia. Vbi Donatus, Figuratè, pro Ita vt loqueris, adeò res rediit dixit. Et propriè res rediiſſe dicitur, quũ aliquid peius expectatione cõtigit. Idem Heaut. Adeóne rem rediiſſe, vt periculum etiam fame mihi ſit? Idem Phorm. 1. 3. 1,
Adeón' rem rediiſſe, vt qui mihi conſultum optimè velit eſſe
Phædria, patrẽ extimeſcam, vbi in mẽtem eius aduenti venit?
Redit mihi res ad reſtim, ſiue ad raſtros, Prouerbium, de re deſperata. Terent. Pherm. 4. 4. 5,
-opera tua
Ad reſtim mihi quidẽ res redit planiſſimé. Idem Heaut. 5. 1. 58,
Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus
Menedeme, mihi illæ verè ad raſtros res redit.
In ſaporem redire. Plin. lib. 11. cap. 42. 3, Caſeos redire in muſteũ ſaporem, aceto & thymo maceratos, certum eſt. Hoc eſt, recipere eaſdem ſaporis vires quas muſtum, vel muſteum, Id eſt recentem & nouum.
Sæpe in magiſtrum ſcelera rediere ſua. Senec. Thyeſte, 4. 28.
Ad ſe redire, Animum recipere, animam colligere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 13. 11, Et id quod animum induxerat, paulliſper non tenuit, ſed citò ad ſe rediit. Terent. And. 3 5. 16, Sed paulum ſine ad me vt redeam. Idem Adelph. 5. 3. 8, Tãdem reprime iracundiam, atque ad te redi.
Ad ſe redeunt diſcuſſis terroribus. Lucret. lib. 4. 122.
Ad ſe, & ad mores ſuos redire, Priſtinos mores reſumere. Cic. 2. Verr. 31, Sed repente è veſtigio ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo factus eſt Verres: redit ad ſe atq; ad mores ſuos.
Primordia redeunt in antiquas ſedes. Lucret. lib. 6. 175.
Redire in rectam ſemitam, ſiue in viam. Plautus Caſina, 11. 33, Nunc pol ego demùm in rectam redii ſemitam. Terent. And. 1. 1. 19, Dehinc poſtulo, ſiue æquũ eſt, te oro Daue, vt redeat iam in viam. Cic. 11. Philipp. 311, Quod ſi eſt erratum r. c. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in viam: optimus eſt portus pœnitenti, mutatio conſilii.
Ad ſomnum res redit. Lucret. lib. 3. 186.
In veram rediit ſpeciem, ſolitúmque nitorẽ. Ouid. 4. Metam. 47. De Apolline qui in fœminam mutatus fuerat.
In antiquum ſtatum redire. Liu. 3. ab Vrbe, 36, Sic res Romana in antiquum ſtatum rediit, ſecundæque belli res extemplò vrbanos motus excitauerunt.
Redit ad tẽ ſumma imperii. Cæſar 1. bel. Ciuil. 13, Séq; alterũ fore Syllã inter ſuos gloriatur, ad quem ſumma imperii redeat.
Tumultus redeũt in corda. Claud. de bello Get. 43, -quũ læta periclis Metior, atque illi redeunt in corda tumultus.
Ad ſuum veſtitũ redire. Cic. pro Seſtio, 25, Erat igitur in luctu Senatus: ſqualebat ciuitas publico conſilio veſte mutata, nullũ erat Italiæ municipium, nulla colonia, nulla præfectura, nulla Romæ ſocietas vectigalium, nullum collegiũ aut concilium, aut omnino aliquod commune conſilium, quod tum non honorificentiſſimè de mea ſalute decreuiſſet: quũ ſubitò edicunt duo coss. vt ad ſuum veſtitum Senatores redirent. Id eſt, depoſita luctus veſte, Senatoriam ſuam acciperent.
Redire viam, & Inire viam apud Iuriſconſultos. Cic. pro Murena, 13, Prætor interea, ne pulchrum ſe ac beatũ putaret, atq; ipſe aliquid ſua ſpõte loqueretur, ei quoque carmen compoſitum eſt, cum cæteris rebus abſurdũ, tum verò nullo vſui, vtriſq; ſuperſtitibus præſentibus, iſtã viam dico, Inite viã. Præſto aderat ſapiens ille, qui inire viam doceret. Redite viam. eodem duce redibant.
Vires rediere mihi. Valer. 4. Argon. 135.

Quõdam etiã victis redit in præcordia virtus. Virg. 2. Æne. 74.
Vultus ardore remiſſo rediit. Stat. 8. Thebaid. 204.
¶ Redire, Prouenire. vnde fit Réditus, pen. cor. Prouẽtus. Plin. lib. 14. cap. 4. 7, Ac nequis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idẽ Cato denos culeos redire ex iugeribus ſcripſit. Varro 1. de Re ruſt. cap. 44, Quare obſeruabis quantum in ea regione conſuetudo erit ſerendi: vt tantum facias quantum valet regio, ac genus terræ. vt ex eodem ſemine aliubi cum decimo redeat, aliubi cũ quintodecimo: vt in Hetruria, & locis aliquot in Italia. In Sybaritano dicunt etiã cum cẽteſimo redire ſolitum.
¶ Reditur, pen. prod. Imperſonale. Plaut. Rud. 25. 78,
Non probare pernegando mihi potes, niſi pars datur,
Aut ad arbitrũ reditur, aut ſequeſtro ponitur. Liu. 3. ab Vrbe, 21, Romam reditũ eſt, ruſtitiũ remiſſum eſt. Cic. 3. de Legib. 17, Sed iã ſi placet, de prouinciis diſcedatur, in vrbémq; redeatur.
Rediés, redeũtis, Particip. vt Annus rediẽs. Horat. 3. Carm. ode 8. 2.
Lunæ redeuntis cornua. Ouid. 10. Metam. 95.
Reditũrus, pen. prod. Aliud participiũ. Cic. Attico, lib. 13. 167. 3, Ad quos dies redituru ſim, ad te ſcribam. Ouid. 4. de Põto, eleg. 5. 9, Fluminaque in fontes curſu reditura ſupino.
Dies non reditura. Propert. lib. 2. eleg. 16. 5.
Vela reditura tenebat Eurus. Ouid. 7. Metam. 135.
Réditus, pen. corr. m. g. ſubſtãtiũ, Reuerſio. Cic. de Amicit. 11, Idẽ dicebat ſæpe animos hominũ eſſe diuinos, iiſque, quum è corporibus exceſſiſſent, reditum ad cœlum patẽre.
Aditus & Reditus, opponuntur. Cic. pro Cluẽtio, 94, Sic hominibus ignominia notatis, neque ad honorem aditus, neque in curiam reditus eſſet.
Itus & Reditus, opponũtur. Cic. Attico, lib. 15. 314. 3, Quis porrò noſter itus, redit⁹, vultus, inceſſus inter iſtos?
Profectio & Reditus, cõtraria. Cic. de Clar. Ora. 110, Inter profectionem & reditum L. Syllæ.
Ad meum reditum, Vide Ad præpoſitionem.
¶ Dulces reditus abſcindere. Horat. Epod. 16. 7, Hæc, & quæ poterunt reditus abſcindere dulces. Id eſt impedire quo minus reuertamur.
Aperire reditum, Vide Aperio.
Arcere reditu, Vide Arceo.
Ceſſare ex reditu, Vide Ceſſo.
Conficere reditum, Vide Conficio.
Excuſare reditus. Ouid. epiſt. 13. 13.
Ferre reditum, Redire. Catul. de Coma Berenicis, 61. 7,
Atque ibi pro cunctis, pro dulci coniuge, diuis
Non ſine taurino ſanguine pollicita es,
Si reditum tetuliſſet is.
Ferre reditum in nemora. Catull. de Berecynth. 58. 16.
Morari reditus. Horat. 3. Carm. ode 5. 11,
Dimouit obſtantes propinquos
Et populum reditus morantem.
Parare reditum ſibi. Horat. 1. epiſt. 2. 5, Dum ſibi, dum ſociis reditum parat. De Vlyſſe.
Patent reditus populo. Ouidius 1. Faſt. 56, Vt pateant populo reditus ad bella profecto.
Perimere reditum, Vide Perimo.
Maturum reditum pollicitus. Horat. 4. Carm. ode 5. 1.
Inanes reditus ſibi promittere. Ouid. 11. Metam. 116.
Referre reditum. Catull. de Berecynth. 58. 10,
Animo æſtuãte rurſus reditũ ad vada retulit. Alii legũt tetulit.
Ad reditum referare, Vide Ad præpoſitionem.
Rupẽre reditum Parcæ. Horat. Epod. 14. 3,
Te manet Aſſaraci tellus, quam frigida parui
Findunt Scamandri flumina, lubricus & Simois:
Vnde tibi reditum certo ſubtegmine Parcæ
Rupẽre, nec mater domum cærula te reuehet.
Non erit emiſſo reditus tibi. Horat. 1. epiſt. 11. 1.
Solis anfractus, reditúſque. Cic. de Somnio Scip. 7.
Reditus in gratiã. Cic. ad Appium Pulchrũ, lib. 3. 50. 31, Quid illa tãdem popularia reditus illuſtris in gratiam, in quo ne per imprudentiam quidem errari poteſt ſine ſuſpicione perfidiæ. Eidem ibidẽ, 27. Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 10, Põpeius à me valde contendit de reditu in gratiam: ſed adhuc nihil proficit.
Gratiæ reditus. Cic. de Aruſp. reſp. 49, Quid exiſtimatis eum, ſi reditus ei gratiæ patuerit, eſſe facturum?
¶ Reditus, Prouentus, eo quòd ſingulis annis redeat. Ouidius 2. de Ponto, eleg. 3. 4,
At reditus iam quiſque ſuos amat, & ſibi quid ſit
Vtile ſollicitis cõputat articulis. Plin. lib. 17. cap. 1. 8, Maiore ſingularum reditu, quàm erat apud antiquos prædiorum.
Reditio, reditiõnis, Verbale, Actus ipſe redeũdi. Cic. Ver. 10, Quo in negotio induſtriã meã celeritas reditionis, diligẽtiã multitu

do literarum, & teſtium declaratis. Cæſ.1.bel. Gal.19, Vt domum reditionis ſpe ſublata, paratiores ad omnia pericula ſubeunda eſſent.

Rēditus, rēditas.penul.corr.reditare, Frequentatiuum, Statim, ſiue continuò redire. Plaut. Capt.7.19, Nunc ita conuenit inter me atque hunc Tyndare,
Vt te æſtimatum in Aulidem mittam ad patrem:
Ac ſi non reditas huc, &c. Exemplaria quæ legimus, rebitas hoc loco legunt.

Rēdhibeo, rēdhibes, pen.corr. redhibui, redhibitū, pen.corr. redhibēre. Ex re & habeo cōpoſitum, d interpoſita, cauſa melioris ſoni. Eſt (inquit Vlpianus De ædilitio edicto, L. Redhibere) facere vt rurſus habeat vēditor quod habuerat: quia id reddēdo tenebat, ideirco redhibitio eſt appellata, quaſi redditio. Feſtus, Redhiberi dicitur, id quod redditū eſt, improbatúmque. Plaut. Moſtell.10.13, -ſi malè emptæ forent,
Nobis iſtas redhibere haud placeret. Idem Merc.7.77, Quid ſi igitur reddatur illi vnde empta eſt, d.minimè gētium. c. Dixit ſe redhibere, ſi non placeat. De vēditore loquitur. Id eſt pretiū reſtituere, re reddita ſcilicet. Idem Menæch. Saluū tibi, vt mihi dediſti, redhibeo marſupiū, Id eſt reſtituo, reddo. Vlpianus in L. Pēponius, De acquir. vel amitt. poſſ. Præterea quæritur, ſiquis hominē vēditori redhibuerit, an acceſſione vti poſſit vēditio ex perſona eius. Cic.3.Offic.113, In mancipio vēdendo dicendáne vitia, nū ea quæ niſi dixeris, redhibeatur mancipium?

Redhibitio, Verbale. Quintil.lib.8.cap.3, An nō pudeat certā creditā pecuniā periodis poſtulare, aut circa ſtillicidia aſſici, aut in mancipii redhibitione ſudare? Hoc eſt in agēdo tāta vti vehemētia, vt ſudoré emittas. Eſt autē redhibitio actionis nomē, quæ & redhibitoria actio vocatur. Ea verò actio cōtra eū intētatur, qui quid corruptivitio cōmutauerit ſiue vēdiderit, vt cogatur & reſtituere pretiū, & retrò quod tradiderat accipere: hoc eſt enim redhibere, vt ex titulo De ædilitio edicto colligi poteſt. Hæc interpret.

Rēdigo, rēdigis, pen.cor. redēgi, pen.prod. redactum, redigere. Ex re & ago compoſitum, a in i converſa, & d interpoſita: Eſt vi quadam vel induſtria ducere ad aliquid vel aliquò. & ſemper accuſatiuum poſtulat cum præpoſitione, multiſque accommodatur actibus, & in vtranque partem ſumi ſolet.

¶ Redigere bona alicui': Accumulare, in vnū reducere. Cic.4. Verr.31, Syracuſani, qui præfuerāt his Heraclii bonis verbo redigendis, re diſpertiēdis, reddebāt eorū negotiorum rationem in Senatu. Idē pro L. Flacco, 69, Quid ſi iſta omnis pecunia huic adoleſcentulo L. Flacco reddita eſſet, ſi petita, ſi redacta? Plinius epiſt.9.lib.3, Seſtertiū quadragies redegi. Cic.1. Verr.31, Deinde bona vendit, pecuniam redigit. Sic Plautus Perſa, 9.23.

Redigere penes aliquem copiam frumenti. Cic.5. Verr.146, Quum omnis frumēti copia decumarum nomine penes iſtum eſſet redacta.

Pecuniam ex bonis patris in prædæ diſſipatione redigere. Cic.13.Philip.350.

Quæſtum totum ad ſe redigere. Cic.de Aruſp. reſp.39, Vnde vt rediit, quæſtum illum maximè fœcundum, vberémque campeſtrem, totum ad ſe ita redegit, vt homo popularis fraudaret improbiſſimè populum.

¶ Redact' eò, & In id loci redact', Hoc eſt eò deueni, ac perductus ſū. Terēt.Eun.4.4.23, Eò redigis me, vt quid egerim, egomet neſciam. Idem Phorm.5.8.86, -in id redactus ſum loci,
Vt quid agā cum illo, neſciam prorſus. Idem Eun.1.1.7, -hem Quò redactus ſum! omnes noti me atque amici deſerunt.

¶ Redigere ad æqualitatem. Plin. lib.30.cap.13.2, Carnéſque excreſcentes, ad æqualitatem redigit.

In ærarium redigere. Liu.4.ab Vrbe, 131, Venditum ſub haſta eos in ærarium redigere Quæſtores iuſſit.

Ad aſſem redigere. Plin.lib.18.cap.3.6, Farris pretium in trinis nundinis ad aſſem redegit.

In concordiam redigere. Plaut. Amphit.5.13,
-denique Alcumenam Iuppiter
Rediget antiquam in concordiam coniugis.

In deditionem imperii redigere, Cogere vt ſe dedant. Cic.4. Philipp.161, Potentiſſimos reges, bellicoſiſſimas gentes in deditionem huius imperii redegerunt. Cæſar 3.bel.Gall.350, Certior factus eſt, omnes eas ciuitates in deditionem poteſtatémq; Populi Romani eſſe redactas. Liuius 6. bel. Pun.113, Et ciuitates omnes quæ defecerant, in deditionem redegit.

In ditionē ſuā redigere. Cic.pro Corn. Balbo, 18, Quos Gaditanis adiutoribus armis ſubegimus, atq; in ditionem noſtrā redegimus. Plin.lib.9.cap.35.10, Alexandria in ditionem redacta.

In gratiam redigere aliquos. Terent. Phorm.5.8.73, Ego redigam vos in gratiam.

Sub imperiū Romanū redigere. Cæſar 5.belli Gall.113, Ardere Galliam tot cōmunibus acceptis, ſub Populi Romani imperium redactam, ſuperiori gloria rei militaris extincta.

Ad interitum redigere. Lucret.lib.5.175.

Ad vanū & irritū victoriā redigere, Irritā victoriā facere. Liu. 6.bel.Pun.188, Eo plus ab L. Marcio tumultuario duce ad vanū & irritum victoriam redactam eſſe, indignationis præbebant.

In iura ſua redigere. Ouid.3.Faſt.13,
Sæpe domum veniunt prædonum ſanguine lætī,
Et redigunt actos in ſua iura boues.

Ad ſex libros redigere. Varro 1.de Re ruſt.cap.1.9, Hoſce ipſos vtiliter ad ſex libros redegit Diophanes in Bithynia.

Ad vltimam maciem redigere. Colum.lib.4.cap.3.4, Nouella verò dum adoleſcit, niſi omnia iuſta perceperit, ad vltimam redigitur maciem, & ſic intabeſcit, vt nullis deinceps impenſis recreari poſſit.

In antiqua mala redigere. Liu.3.ab Vrbe, 40, Nō illum Conſulare imperium, ſed Tribuniciam poteſtatem inuiſam, intolerandámque facere: quam pacatam, reconciliatámque Patribus de integro in antiqua redigi mala.

In memoriam redigere, Id eſt reducere. Terēt.Phorm.1.5.36, Ego me negotiū, qui ais, redige in memoriam. Cic.2.Philipp. 41, Quī autem tibi venit in mentem, redigere in memoriā noſtram, te domi Publii Lentuli eſſe educatum? Idem ad Lentulum, lib.1.9.15, Quid egiſſet ſæpiſſimè de actis Cæſaris cum ipſo meo fratre, quidq; ſibi is de me recepiſſet, in memoriā redegit.

Ad miſeriam redigere aliquem. Plaut. Amphit. 14.15, Ad id te redigam miſeriarum, vt ſemper ſis miſer. Idem Pœnul.14. 86, Profectò ad incitas lenonem rediget, ſi has abduxerit. Id eſt adiget ad ſuſpendium. Terent.Heaut.5.1.56, Quàm hic per flagitium ad inopiam redigat patrem.

Ad neceſſitatem redigere. Quintil. libro 8.cap.6, Sic frequentiſſimè aſpera & dura & diſſoluta & hians oratio, ſi ad neceſſitatem ordinis ſui verba redigantur.

Ad nihilum redigi. Lucret. lib.1.161, Ne res ad nihilum redigantur funditus omnes.

Ad numerum duorum redigi. Ouid.6.Metam.40.

Ad onus minimum redigere. Ouid.14.Metam.30.

In ordinem redigere, Vide Ordo.

In ordinem aliquem authorem redigere. Quintil. lib.1.cap. 4.3, Sed authores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero.

Ad paucos redigere. Cic.pro Marcello, 6, Nobiliſſimámque familiā iā ad paucos redactā, penè ab interitu vindicaſti. Plaut. Rud.13.65, Heu ſum redactus ad hanc vſque vnam tunicam.

Ad, vel in peregrinitatem redigere. Suet.in Claudio, cap.16, Splendidū virū, Græciáque prouinciæ principē, verùm Latini ſermonis ignarū, nō modo albo iudicū eraſit, ſed etiā in peregrinitatē redegit. Sic Vlpianus De in ius vocādo, Sed ſi per pœnā deportationis ad peregrinitatē redactus ſit patronus, putat Pomponius eum amiſiſſe honorem. Vide Peregrinus.

In poteſtatē, vel in ſeruitū redigere, Sibi ſubditū & ſeruū facere. Plin.de Viris illuſt.8, Gabios per Sextū filiū ſimulato trāſfugio in poteſtatē redegit. Plau. Aulul.6.41, Nihil moror quæ in ſeruitutē ſumptibus rediguntur viros. Liu.4.bel. Maced.67, Eos deducto exercitu Cōſul ſine memorādo prælio in poteſtatē redegit. Cic.3.Offic.104, Si ſe Cōſulem feciſſent, breui tēpore aut viuū aut mortuū Iugurtham ſe in poteſtatem Pop. Rom. redacturum. Idē 4.Verr.11, Quo edicto omnia iudicia redegerat in ſuā poteſtatem. Sic pro Cluentio, 111. Cæſar 2.bel. Gall.282, Qui dicerent Hæduos à Cæſare in ſeruitutē redactos.

In prouinciam redigere. Cæſar 1.bel. Gall.198, Quibus Populus Romanus ignouiſſet, neque in prouinciā redegiſſet, neque ſtipendium impoſuiſſet, &c.

Rem ad priſtinam belli rationem redigere. Cæſar 1.bel.Ciuili.285, Spem præſentis deditionis ſuſtulit, mentéſque militum conuertit, & rem ad priſtinam belli rationem redegit.

In ſeruitutem redigere. Vide Redigere in poteſtatem.

In ſpeciem redigere. Plin.lib.14.ca.4.10, Durántque adhuc vina ducentis fere annis, iam in ſpeciē redacta mellis aſperi.

In tranquillum redigere. Liu.3.ab Vrbe, 169, Rep. in tranquillum redacta.

In turbam ſordidiſſimā redigere. Senec.de Benef.li.3.ca.15.

In vnum redigere. Cic.5.Philipp.172, Quibus rebus ſanctā pecuniā vna in domo coacerua ta eſt, vt ſi hoc genus in vnū redigatur, non ſit pecunia Populo Ro. defutura. Plin.lib.30.cap. 1.2, Sola artium tres alias imperioſiſſimas humanæ mentis cōplexa, in vnam ſe redegit.

¶ Redigere, pro Agere, ſiue ducere. Liuius 6.bel.Pun.63, Hi ſupra ĽXX. comprehenſi, & cum tranſfugis nouis multati virgis, manibuſque præciſis Capuam rediguntur.

In vrbem redigere, Reducere. Plin. de Viris illust. 23, Vinctum eũ eiſdem pueris in vrbẽ redigendum & verberandũ tradidit.

Hoſtẽ in caſtra redigere, Vi agere. Liu. 1. bel. Pun. 33, Hoſtémque in ruinas muri expellũt, inde impeditum, trepidantémque exturbant: poſtremò fuſum, fugatúmque in caſtra redigunt.

Redimio/redimis, pen. corr. redimiui, redimitum, penul. prod. redimíre, Ex re & emio, d interpoſita, cõpoſitum, & e in i mutata, ſignificat Ornare, coronare, circundare. Claud. de raptu Proſerpinæ, lib. 2. 20,

Non ſic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hyems, quum tramite flexo
Semita diſcretis interuiret humida nimbis. Ibidem, lib. 3. 50,
-mediis inuenimus aruis
Exanimen Cyanem. cerui× redimita iacebat. Mart. lib. 8. 65,
Hic lauro redimita comas, & candida vultu
Roma ſalutauit voce, manúque ducem. Ibidem, 70,
Pieriam tenui frontem redimire corona

Contentus, famæ nec dare vela ſuæ. Cic. 3. Tuſc. 73, Incendes odores, & ſertis redimiri iubebis & roſa. Virgilius 1. Georg. 70, Quàm Cereri torta redimitus tempora quercu. Cic. in Somnio, 21, Cernis autem terram eandem, quaſi quibuſdam redimitam & circundatam cingulis.

Coronis redimire caput. Lucret. lib. 5. 181.

Intonſáſque comas viridi redimita corona. Silius lib. 16. 105.

Iam mea votiua puppis redimita corona. Ouidius 3. Amor. eleg. 10. 6.

Crinem redimere corymbis. Stat. 1. Sylu. 5. 4.

Frons redimita corymbis. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 9.

Auſus es hirſutos mitra redimire capillos. Ouid. epiſt. 9. 13.

Frondibus redimita capillos. Ouid. 1. Faſt. 142.

Loca redunita ſ luis. Catull. de Berecynthia, 58. 1.

Vittis, & ſacra redimitus tempora lauro. Virg. 3. Æneid. 17.

Redimiculum, redimiculi, pen. corr. Ornamentum capitis mulierum, & vittarum teniæ pẽdentes à poſteriore parte mitræ. Iuuenalis Satyr. 2. 9,

accipient te
Paulatim, qui longa domi redimicula ſumunt
Frontibus, & toto poſuere monilia collo. Plaut. Trucul. 3. 31,
-ſed quid iſtic, cui rei item aſſimulare retulit? r. vt
Eſſet aliquid ſi aquæ vſque eſt & redimiculum, reuerſionem vt ad me faceret Denuo. Cic. 5. Verr. 64, Hæc ciuitas mulieri redimiculũ præbeat, hæc in collum, hæc in crines. Virg. 9. Æneid. 123, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ.

Aurea redimicula demere collo. Ouid. 4. Faſt. 17.

Redimicula longa. Iuuc. Saty. 2. 9.

Auferre collo redimicula. Ouid epiſt. 9. 15.

Aureæ leues baccæ, redimicula pectore pẽdent. Ouid. 10. Meta. 53.

Redimo/redimis, pen. corr. redémi, pen. prod. redẽptum, redimere, Ex re & emo, d interpoſita, euphoniæ cauſa, compoſitum: pro ſimplici accipitur. Plaut. Menæch. 15. 6, Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam. Cic. 1. Offic. 209, Qui merces redimunt, vt ſtatim vendant. Codices vulgati habent, Qui mercantur à mercatoribus quod ſtatim vendant.

Paululo redimere, Vide **Paululum.**

Domum redimere. Cic. 13. Philip. 350, Eámque non minoris, quàm emit Antonius, redimet: redimet inquam Cn. Pompeii domum filius.

Hoſtias redimere. Cic. 2. de Inuent. 193.

Redimere ſibi amicos. Cic. 5. Verr. 118, Aduẽtu L. Metelli Prætoris quum omnes eius comites iſte ſibi ſuo illo pãchreſto medicamento amicos redemiſſet. Cæſar 1. bel. Gall. 196, Quorum omniũ gratiam atque amicitiam eius morte redimere poſſet.

Pacem redimere re aliqua. Cæſar 1. bel. Gall. 149, Hedui queſtum quòd Harudes, qui nuper in Galliam tranſportati eſſent, fines eorum popularentur: ſeſe ne obſidibus quidem datis pacem Arioviſti redimere potuiſſe. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 1. 1. 51, Æquo animo parte aliqua ſuorum fructuum pacem ſibi ſempiternam redimat, atque otium.

Voluntates militũ largitione redimere. Cæſar 1. bel. Ciuil. 153, Quo facto duas res conſequutus eſt, quòd pignore animos centurionum deuinxit, & largitione militum voluntates redemit.

Redimere pretio ſepeliẽdi poteſtatem. Cic. 7. Verr. 93.

Auro redimere ius ſepulchri. Ouid. 13. Metam. 95.

¶ Qui ab hoſtibus capti ſunt, vel alicui pœnæ obnoxii, ſoluto pretio redimuntur. Item qui iniuſtè vexantur, ſi per ſolutionem pecuniæ liberati fuerint, redemiſſe vexationem dicuntur. Plaut. Aſin. 11. 83, Redime iſtoc beneficio te ab hoc, & tibi eme hunc iſto argento. Terent. Eunucho, 1. 1. 29,

Quid agas niſi vt te redimas captum quàm queas
Minimo: ſi nequeas paululo, at quanti queas. Curtius, Sed medici quoque graniores morbos aſperis remediis curanti & gubernator ſi naufragium timet, iactura quicquid ſeruari poteſt, redimit.

Redimere captos. Cic. 2. Offic. 80, Liberales autem qui ſuis facultatibus aut captos à prædonib⁹ redimũt, aut æs alienũ ſuſcipiũt amicorũ. Ibidem, 91, Atque hæc benignitas etiam Reip. eſt vtilis, redimi è ſeruitute captos, locupletari tenuiores.

Vt corpus redimas, ferrũ patieris & ignes. Ouid. 1. de Remedio amoris, 46.

Redimere præteritam culpam. Cic. ad Senatum, lib. 10. 8. 2, Nõ enim præteritã culpam videri volo redemiſſe. Ille præteritam culpam redimere dicitur, qui aliquo egregio facto compenſat.

Acerbitatem à Repub. ſuis priuatis & domeſticis incommodis redimere. Cic. Cælio, lib. 2. 15. 13.

Redimere pretio virgarum metum. Cic. 7. Verr. 91, Metũ virgarum nauarchus nobiliſſimæ ciuitatis pretio redemit.

Vt ſua per noſtrã redimat periuria pœnã. Ouid. 3. Amor. ele. 3. 5.

Morte mortem redimere. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 21.

¶ Redimere dicitur qui pretio accepto aliquid faciẽdũ ſuſcipit, quod & Conducere dicimus. Cic. 3. Verr. 100, Si pupillo opus reſtituí, mihi præda de manibus eripitur. Ibidem 11, Etenim qua ſtultitia fuiſſem, ſiquam diem qui iſtum eripiendum redemerunt, in cautione viderunt, quum ita caverent, ſi poſt Calendas Ianuarias in conſilium ſiretur, in eam diem ego quum potuiſſem vitare, incidiſſem: Redemerunt (inquit) id eſt, qui ſuſceperunt procurationem corrumpendorum iudicum, & conduxerunt corrumpendum iudicium. Budæus.

Conducere & Redimere, pro eodem. Vlpianus, Quare etſi lanã cõduxerit vſuarius expediẽdam, poterit etiã per vſuarias ancillas opus perficere. Idémq; ſi veſtimẽta texẽda redemerit, vel inſulã vel nauem fabricandã: poterit ad hoc operis vti vſuarius.

Redimere vectigalia. Cicero 5. Verr. 67, Ne fortè ab nocturno ſuo quæſtu animum ad vectigalia redimenda tranſferret.

Redimere opus faciendum. Cic. 5. Verr. 13, Eundémque te memini Cenſorias quoque leges in ſartis tectis exigendis tollere & commutare, ne is redimeret cuia res eſſet.

Redimendus, Participium. Ouid. epiſt. 3. 8, Si tibi ab Atrida pretio redimenda fuiſſem.

Redemptus, Aliud participium. Virg. 9. Æneid. 43,

Sit qui me raptum pugna, pretióve redemptũ Mandet humo.
Mercede capitis redemptus. Ouid. 1. Amorum, eleg. 8. 13.

Redemptio, redemptiõnis, Verbale: vt Iudicii redemptio. Cicero 1. Verr. 11, Vt primùm è prouincia rediit, eſt redemptio huius iudicii facta grandi pecunia.

Temeritas redẽptionis. Cic. de Prouinc. Cõſ. 9, Itaque r. c. videris nõ temeritate redẽptionis, aut negotii gerẽdi inſcitia, ſed auaritia, ſuperbia, &c. penè afflictos iã atq; euerſos publicanos.

¶ Redẽptio, Quod pro liberatione datur. Plin. de Viris illuſt. 55, Illis facilè victis, Inter captiuas vxor regis Ortiagontis Centurioni cuidam in cuſtodiam data, à quo vi ſtuprata de iniuria tacuit. Et poſt, impetrata redemptione, marito adulterum Centurionem interficiendum tradidit.

Redemptor, redemptõris, Vectigalium emptor.

Feſtinat calidus mulis, gerulíſque redẽptor. Horat. 2. epiſt. 2. 15.

¶ Redemptor, Qui certo pretio conducit vniuerſum aliquod opus faciẽdum. Cic. 2. de Diuin. 70, At eodem tempore ſignum Iouis collocabatur, quo coniuratio indicabatur: & tu ſcilicet manus numine deorum id factum, quàm caſu arbitrari: & redemptor qui columnam illam de Cotta & de Torquato cõduxerat faciendam, non inertia aut inopia tardior fuit, ſed à dijs immortalibus ad iſtam rem reſeruatus eſt. Idem ad Q. fratrẽ, lib. 2. 8. 3, Redemptori tuo dimidium pecuniæ curaui.

¶ Redẽptores (inquit Feſtus) propriè atque antiqua cõſuetudine dicebãtur, qui quũ ad faciendũ aut præbendum cõduxerant, effecerántque, tum demũ pecunias accipiebant. Nã antiquitus emere pro accipere ponebatur. At ii nunc dicuntur redemptores qui quid conduxere præbendum, vtendúmque.

Redempto, redemptas, redemptare, Frequentatiuum. A quo

Redẽmptito, redẽmptitas, pen. corr. redemptitare. Plautus. Redemptitauere ad vnum captos. Cato apud Feſtum, Lege facta benefactis non redemptitauere.

Redintegro/redintegras, redintegrũ, pen. corr. Ex re & integer cõpoſitũ. Rurſus integrũ & renouatũ ſignificat. Liu. 8. ab Vrbe, 161, Tũc Papyrĩ⁹ redintegra ira ſpoliari Magiſtrũ equitũ, ac virgas & ſecures expediri iuſſit. Verus exẽplar habet redintegrata.

Redintegro, redintegras, pen. cor. redintegrare, Rurſus inchoare, inſtaurare, ſiue innouare & integrũ facere. Plin. in Paneg. 104, Hominiſne iſtud ingenium eſt, hominis poteſtas, renouare gaudia, redintegrare lætitiam, nullámque requiẽ gratulationis dare? Componitur à re, & integro, integras, d interpoſita, euphoniæ cauſa.

Acies redintegrata, Vide Acies.

Animũ redintegrare, Inſtaurare, reſumere. Cæſar 1. bel. Gall. 311, Huius aduentu ſpe illata militibus, ac redintegrato animo, quum pro ſe quiſque in conſpectu imperatoris, etiam in extremis ſuis rebus operam nauare cuperet, paulùm hoſtium impetus tardatus eſt.

Bellum redintegrare, Redintegrare prælium. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 9. 3, Ne bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi coniuncto. Liuius 1. ab Vrbe, 55, Romani, Sabinique in media conualle duorum montium redintegrant prælium. Cæſar 1. belli Gall. 99, Rurſus inſtare, & prælium redintegrare cœperãt.

Iram redintegrare, Vide Redintegro.

Memoriam redintegrare. Liuius 3. ab Vrbe, 135, Redintegrata extemplò eſt omnibus memoria fœdiſſimæ poteſtatis.

Pacem redintegrare. Liuius 1. ab Vrbe, 61, Pace redintegrata Romani nouam in fœmina virtutem nouo genere honoris ſtatua Equeſtri donauere.

Redintegrari ſeditionem. Tacit. lib. 1, Horum aduentu redintegratur ſeditio.

Spem victoriæ redintegrare. Cæſar 7. bel. Gall. 104, Quum in omnibus conſumpta iam reliqua parte noſtri pugnaretur, ſempérque hoſtibus ſpes victoriæ redintegraretur.

Vires redintegrare. Cæſar 3. bel. Gall. 453, Noſtri redintegratis viribus, quod plerunque in ſpe victoriæ accidere ſolet, acriùs impugnare cœperunt.

¶ Redintegro, aliud quàm Renouo. Author ad Herennium, lib. 1. 85, Vt renouetur, non redintegretur oratio.

Redintegratio, Verbale, Renouatio. Terent. And. 3. 3. 24, Amantiũ iræ, amoris redintegratio eſt. Cic. Antè quàm iret in exilium, 5, Nam quid ego improborum facta renouem oratione, vt redintegratione illius coniurationis animos vulnerem veſtros?

Redipiſco/redipiſceris, penul. corr. redeptus ſum, redipiſci, Aſſequi. Plautus Trinummo, 14. 15,

-inter eóſne homines condalium te
Redipiſci poſtulas quorum eorum vnus ſurripuit currenti,
Curſori ſolum?

Redimunt/pro Redeunt ſcripſerunt veteres. Feſtus.

Rediuia/rediuiæ, Morbus eſt quum cutis extra vngues ſe ſoluit, quia rediuire, ſoluere eſt: inquit Feſtus. Græcè παρωνυχία dicitur. Plinius lib. 29. cap. 2. 3, Lana ſuccida rediuias ſanat ex aqua frigida. Peritiores dicũt Reduuia per quintam vocalem. Cic. pro Roſ. Amer. 76, Intelligo me ante tempus Iudices hæc ſcrutari, & propemodum errare, qui quum capiti Sext. Roſcii mederi debeam, reduuiam curem. Plin. lib. 18. cap. 4. 8, Melius è percuſſi auribus profuntrita & reduuias ſanari.

Rediuius/rediui, Vermiculus, ſeu animalculum quoddã quod infixo ſemper ſanguini capite viuit, cui vni ex omnibus, cibi exitus non eſt, ſed vſq; adeò intumeſcit ſatietate, vt ipſo alimento moriatur. Hoc Græci ἀρίστευα vocant, Latini rediuium à rediuiendo, id eſt ſoluẽdo, quòd carnem animalium ſuctu reſoluat. Colum. lib. 6. ca. 1. 4, Ventri quoque & ſub femina manũ ſubiicere conuenit, ne ad eiuſmodi tactum poſtmodum pauẽſcant, & vt rediuli, qui plerunque ſeminibus inhærẽt, eximantur. Alia exemplaria habent ricini. Vide Plinium lib. 11. cap. 34. Ricinus aliàs dicitur.

Rediuiuus/pen. prod. Adiectiuum, Quod ex vetuſto renouatur. Iuuenalis Satyra 6. 57,

Prodiga non ſentit pereuntem fœmina cenſum,
Ac velut exhauſta rediuiuus pullulet arca
Nummus, & è pleno ſemper tollatur aceruo,
Non vnquam reputat quanti ſibi gaudia cõſtent. Cic. 3. Verr. 104, Vtrum exiſtimatis minus operis eſſe, vnam columnam efficere ab integro nouam, nullo lapide rediuiuo, an quatuor illas reponere? Et paulo pòſt, REDIVIVA SIBI HABETO. Quaſi quicquam rediuini ex opere illo tolleretur: ac non totum opus ex rediuiuis conſtitueretur.

Bella rediuiua. Silius lib. 10. 51,

Vmbráne Auſoniæ rediuiua in bella retractant
Poſt obitum dextras?

Gens rediuiua. Silius lib. 1. 22.

Redoleo/rédoles, pen. corr. redólui vel redoléui, redólitum vel redolétum, redolére, Multum olere. Virg. 4. Georg. 54, Fernet opus, redoléntque thymo fragrantia mella.

Antiquitatem redolet, Per tranſlationem. Cic. de Clar. Orat. 41, Sed neſcio quomodo huius quem conſtat eloquentia præſtitiſſe, exiliores orationes ſunt, & redolentes magis antiquitatem, quàm aut Lælii, aut Scipionis, aut etiam ipſius Catonis.

Nihil igitur illa vicinitas redoleti Cic. pro Cælio, 37.

Fœtorem redolet. Colum. lib. 12. cap. 18. 2, Cella quoque vinaria omni ſtercore liberanda, & bonis odoribus ſuffiẽda, nequem redoleat fœtorem, acorémve.

Sermonẽ eius redolet. Cic. pro Seſtio. 18, Et quòd ita domus ipſa fumabat, vt multa eius ſermonis indicia redoleret.

Situm redoler. Plin. lib. 12. cap. 12. 1, Frutex eſt grani & craſſa radice ſitum redolente.

Solitudinẽ redolere. Plin. lib. 12. cap. 17. 5, Synceri ladani odor debet eſſe ferus, & quodammodo ſolitudinem redolent.

Vinũ redolere. Cic. 1. Philipp. 74, Is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus, gremium ſuum & totũ tribunal implenit.

Virus redolere. Plin. lib. 11. cap. 12. 1.

Rédolens, penul. corr. Participium, vt

Mella redolentia thymi flore. Ouid. 15. Metam. 16.

Mãla redolentia. Ouid. 8. Metam. 136, Prunáque & in patulis redolentia mala caniſtris.

Redono/redónas, pe. pro. redonare, Reddere. Hor. 2. Car. ode 7. 1,

Quis te redonauit Quiritem
Dis patriis, Italóque cælo?

Inuiſum nepotem Marti redonabo. Horat. 3. Carm. ode 1. 7.

Redordior/redordíris, pen. prod. redorſus ſum, redordiri, Retexere: Quod orſum eſt & textum, ſtatim explicare, & diſſoluere. Vulgus Gallicum vocat *deſourdir*, vel *deſourdre*. Quod bombyces ordiuntur, nos redordimur: deinde rurſum teximus, & pannũ conficimus. Plin. lib. 7. cap. 17. 5, Vnde geminus fœminis noſtris labor, redordiendi fila, rurſúmque texendi. Et lib. 11. cap. 22. 1, Prima eas redordiri, rurſúſque texere inuenit.

Redormio/redormis, redormiui, redormitum, redormíre, pen. prod. Rurſum dormire. Plin. epiſt. 13. b, Vehiculum aſcendo, ibi quoque idem, quod ambulans, aut iacens: durat intentio, mutatione ipſa refecta. Paulum redormio: dein ambulo, mox orationem Græcam Latinámve clarè & intentè, non tam vocis cauſa, quàm ſtomachi lego.

Redormitio, redormitiõnis, Verbale, Actus ipſe redormiendi. Plin. lib. 10. ca. 75. 3, In redormitione vana eſſe viſa, propè conuenit.

Redoſtio/redoſtis, redoſtiui, redoſtitum, redoſtíre, pen. prod. antiquum, Gratiam referre. Næuius in Lupo, Vel veniens regẽ ſalutat, iube Albanum millium comitem, ſenem, ſapientem contrà redoſtis menulus. Et Accius in Amphitryone, Cedò ecquid te redoſtitum, quum meaſſem obiectet facilius? Hæc Feſtus.

Redoſtit, Rediit, inquit Nonius. Accius in Amphytrione, Quid hic redoſtit viam?

Reduco, redũcis, pen. pro. reduxi, reductum, reducere, Retroducere, retrahere. Plaut. Amphit. 4. 54,

-ſe exercitum extemplò domum
Reduxturum. Iuſtinus lib. 1, Reliquas copias rex ipſe reducere in regnum parat. Suet. in Caligula, ca. 17, Equitem Romanum obiectum ſeris quum ſe innocentem proclamaſſet, reduxit: abſciſſáque lingua rurſus induxit. Liu. 3. bel. Pun. 14, Scotuſam copias reduxit.

E conuiuio reducere. Cic. 7. Verr. 73, Curritur ad Prætorium, quò iſtum è conuiuio illo præclaro reduxerant paulo antè mulieres cum cantu atque ſymphonia.

Domum reducere. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 1. 10. 2, Craſſum cos. ex Senatu domum reduxi.

Reducere ad. Cic. 3. Offic. 115, Hunc Fabritius reducendum curauit ad Pyrrhum. Idem 1. Acad. 3, Satis eum longo interuallo ad ſuam villam reduximus.

Veſper vbi è paſtu vitulos ad tecta reducit. Virg. 4. Geor. 87.

In viam reducere. Plautus Pſeud. 10. 1, Suo reduxit viatico me vſque ex errore in viam.

¶ Dum mox frondoſa reducitur æſtas. Virg. 3. Georg. 62.

Amicitiam errantem reducere. Plin. in Paneg. 140, Nam quæ poterat eſſe inter eos amicitia, quorum ſibi alii domini, alii ſerui videbantur? Tu hanc pulſam & errantem reduxiſti.

Amorem ſcelerum reduxit. Lucan. lib. 4. 49.

¶ Animũ alicuius ad miſericordiã reducere. Terẽ. And. 3. 3. 18,

Prius quàm harum ſcelera & lachrymæ confictæ dolis,
Reducant animum ægrotum ad miſericordiam,
Vxorem demus.

¶ Ad colorẽ reducere. Plin. lib. 17. cap. 11. 7, Cauſtica vi exulcerat cicatrices, & ad colorem reducit.

Ad vitæ cœcilium reducere. Senec. de Benef. lib. 3. ca. 9, Et quod deſyderabat volentem ſequi ad vitæ concilium reduxiſſe.

In priſtinã cõcordiã diſtractos reducere. Balbus Ciceroni in Epi. ad Atticum. lib. 8. 168. 1, Obſecro te Cicero, ſuſcipe curã & cogitationẽ digniſſimã tuæ virtutis, vt Cæſarem & Pompeiũ perfidia hominum diſtractos, rurſus in priſtinam concordiam reducas.

Aura reducit diem. Virg. 1. Georg. 50.

Ad diuitias reducere. Plaut. Ciſtell. 7. 18,

Ego te reduco & reuoco ad diuitias, vbi
Tu iam locẽre in luculentam familiam.

Vari, & multipliciter ad etymum verba reducere. Quintil. lib.1.cap.6.20, Iam illa minora, in quibus maximè ſtudioſi eius rei fatigantur, qui verba paulum declinata, variè & multipliciter ad etymum reducunt.

Exemplũ reducere, libertatem, morẽ. Plin.epiſt.94.lib.4, Falleris: nam vel inſtituere, vel reducere eiuſmodi exemplum, nõ niſi ſeueri: inſtitutum, reductúmve exercere, etiá leuiſſimi poſſunt. Idem in Paneg.130, Hæc nempe intentio tua, vt libertatem reuoces ac reducas. Idem epiſt.190, Quòd intermiſſum iam diu morem in publicum conſulendi, ſuſceptis propriis ſimultatibus, reduxiſſem.

Exules reducere. Cic.7.Verr.10, Vincti ſoluũtur, exules reducantur. Idem ad Caſſium, libro 11.1.5, Pecuniæ magnæ diſtribuuntur, exules reducuntur, Senatuſconſulta falſa referuntur.

Febrim reducere. Horat.2.Serm.ſaty.3.59.

In gratiam reducere. Terent.And.5.4.46, Ianudum reduxit me ipſa in gratiam. Cicero de Prouinc. Conſul.10, Cur igitur expectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? Quintil.lib.5.cap.11.16, Siquidem & Menenius Agrippa plebem cum patribus in gratiam traditur reduxiſſe.

In gratiam cum aliquo reduci. Cic.pro Rab.Poſthumo,12.

Aurora reducit lucem, inuecta croceis rotis. Ouid.3.Meta.30.

Fortuna iterum reduxit luctus. Claud.1.in Eutropium,111.

Ad maciem reducere obeſum corpus. Plin.lib.14.cap.8.3, Corpus obeſum leuant onere, ſenſim ad maciem reducentes.

In memoriam reducere, quod & Reuocare dicitur. Plin.epiſt. 54.2, Præterea veritus ſum ne vos feſtis diebus confunderem, ſi in memoriam grauiſſimi luctus reduxiſſem. Cic.1.de Inuent. 110, Et reducere in memoriam quibus rationibus vnamquãque partem confirmaris.

A morte aliquem reducere. Virgil.4.Æneid.75.

Paſſus reducere, Retrocedere. Valer.5.Argon.75,

-paulúmque reductis
Paſſibus inſolito ſtupuit duce.

Ad planum reducere cicatrices. Plin.lib.20.cap.9.13.

Collectáſque fugat nubes, ſolémque reducit. Virg.1.Æne.30.

Somnum reducere. Horat.3.Carm.ode 1.5.

Spem mentibus anxiis reducere. Horat.3.Carm.ode 21.4.

Ad ſalutem reducere aliquem medicina. Cicc. Poſt reditum, ad Quirites,11.

¶ Reducere, Liberare, & ſine periculo recipere. Apuleius, Méque oppidò in arcem reduco.

¶ Reducere, Reconciliare. Virgil.2.Æneid.36, -numénque reducant. Seruius.

¶ Reducere, Attenuare. Sene.de Benef.lib.1.ca.14, Nemo hæc ita interpretetur, tãquam reducam liberalitatem, & frænis actioribus repetimam.

¶ Redduco, duplici d propter carmẽ, apud Lucretiũ lib.4.121,

-vocéſque repentè
Mittunt, & crebras reducunt naribus auras.

Reducens, Participium: vt Sinum nitidum reducens. Catul.in Camerium, epige.51.3.

Reductus, Aliud particip. vt Reductus in gratiã. Ci.pro Cluẽtio,81.

Poſſum excitare multos reductos teſtes liberalitatis tuæ. Cic. pro Rabir.Poſthumo,19.

Reductus de exilio. Cic.ad Atticum,lib.9.187.3.

Producta & reducta. Cic.5.de Finib.155, Hæc igitur quum ego tot nominibus à Stoicis appellata, partim nouis & commentitiis, vt iſta, producta & reducta: partim idem ſignificãtibus, &c.

Virtus eſt medium vitiorum vtrinque reductum. Id eſt remotum. Horat.1.epiſt.19.1.

¶ Reductus ſinus, Replicabilis. Virgil.1.Æneid.18, -inque ſinus ſcindit ſeſe vnda reductos. Seruius.

Vallis reducta. Virgil.6.Æneid.141,

Interea videt Æneas in valle reducta
Secluſum nemus. Horat.1.Car.ode 17.4. Hoc eſt ſecreta. Acron.

Reductio, Verbale. Cic. ad Lentulum, lib.1.7.11, Quoniam Senatuſcõſultum nullum exeat, quo reductio regis Alexandrini ibi adempta ſit.

Reductor, Aliud verbale maſcul. Liuius 2.ab Vrbe,144, Reductori plebis Romanæ in vrbem, ſumptus funeri defuit.

Redux, réducis, pen.corr.om.g. Qui à periculis in tutum, ab exilio ſiue captiuitate reducitur in patriam. Cic.pro Milone,78, Quid me reducem eſſe voluiſti: an vt ſpectante me expellerentur hi, per quos eſſem reſtitutus? Virgilius 1.Æneid.79,

Nanque tibi reduces ſocios, claſſémque relatam Nuntio.

Liu.7.ab Vrbe,171, Nec vos digni eſtis, quos cum tãta gloria in caſtra reduces ſilentiũ ac nox tegat: hic lucẽ quieti opperiamur.

Reducẽ facere. Terẽt.Hecyra,5.4.11, Egóne qui ab Orco mortuũ me reducem in lucẽ fecerim? Idẽ Heaut.2.4.18, Ergo mea Antiphila tu nunc ſola reducem me in patriam facis. Plaut. Capt.2.45, Reducémque faciet liberum in patriam ad patrem.

Gratari aliquem reducem. Virgil.5.Æneid.8,

-non immemor ille parentum
Gratatur reduces.

Carina redux. Ouid.epiſt.6.1.

¶ Reduces, pro Redeũtibus, ſimpliciter. Plin.li.8.ca.5.3, Initur antè biennio, quinis (vt ferunt) cuiuſque anni diebus, nec amplius: ſexto, perfunduntur amne, non antè reduces ad agmen.

Reduces chorex. Martial.lib.10.70,

Nunc Conſul, Prætórve tenet, reducéſque chorex:
Auditur toto ſæpe poeta die.

Reduʃcero, redúlcerat, pe.cor. redulcerare, Ab vlcere ſit. vt Cutis redulceratur, hoc eſt Rurſus vlcerоſa ſit: vel etiá Plaga redulceratur, hoc eſt Redintegratur. Colum.lib.7.ca.5.7, Tepefactúmque medicamentum linitur ſcabræ parti, quæ prius aſpera teſta vel pumice defricata redulceratur. Nempe vt facilius medicamentum penetret.

Reduncus, Adiectiuum, contrarium eſt Aduncо. Plin.libro 11. cap.37.5, Aliis adunca, aliis reduncа.

Roſtrum reduncum. Ouid.12.Metam.113,

Viribus vſus anis, pennis, roſtróque reduncо,
Hamatiſque viri laniauerat vnguibus ora.

Redundo, redundas, redundáre, pen.prod. Ex re & vnda compoſitum, ſignificat Superabundãre. Cic.3.Verr.70, Hinc illæ extraordinariæ pecuniæ, quas nullo duce, tamẽ aliqua ex particula inueſtigamus, redundarunt. Idẽ 2.pro Lege agraria,18, Plerique autem hoc perficiunt, vt tantum maioribus eorum debitũ eſſe videatur, vnde etiam quod poſteris ſolueretur, redũdaret.

Si lacus Albanus redundaſſet, iſque in mare fluxiſſet, Romã perituram. Cic.2.de Diuinat.104.

Gutture fac pleno ſumpta redũdet aqua. Ouid.2.de Reme.18.

Redundat pituita. Cic.4.Tuſcul.34.

Redundare ſanguine. Cic.pro Lege Manilia,21, Teſtis eſt Africa, quæ magnis oppreſſa hoſtium copiis, eorũ ipſorum ſanguine redundauit. Sic 5.Verr.161, An quod ſorum Siracuſanũ Nauarchorum ſanguine redundauit?

Heſterna cœna redundare. Plin.in Paneg.107, Non alii marcidi ſomno, heſternáque cœna redundantes, comitiorum ſuorũ nuntios opperiebantur.

Omnibus ornamẽtis redundare. Ci.ad Appiũ, lib.3.10.15, Præſertim quũ tu omnibus vel ornamentis, vel præſidiis redũdares.

Eloquio redundare. Claud.5.Paneg.30, Pieriis pollent ſtudiis, multóque redundant Eloquio.

Vno digito redũdare. Cic.1.de Nat.deorum,137, Tuus autem deus non digito vno redundat, ſed capite, collo, ceruicibus, lateribus, alno, tergo, poplitibus, manibus, pedibus, feminibus, cruribus. Id eſt plus habet, & ſuperuacaneum, vt ipſe Cicero ibidem dicit.

Non complere verbis quod propoſueris, & Redundare, contraria. Cic.in Partit.11, Numeros aures ipſæ metiuntur, ne aut compleas verbis quod propoſueris, aut redundes.

Nihil prætermittatur, cui opponitur Nihil redundet. Cic.in Orat.63, Nulla neque prætermittatur, neque redundet.

Deeſſe & Redundare, contraria. Cic.3.de Ora.10, Neq; in Antonio defuit hic ornatus orationis, neque in Craſſo redũdauit.

Sera redundauit veteris vindicta libelli. Ouid.2.Triſt.109.

Oratio redundat. Cic.5.de Fini 14, Critolaus imitari antiquos voluit, & quidem eſt grauitate proximus, & redundat oratio.

Redundat ex. Cic.5.Verr.85, Quibus quod tum aut remiſſum, aut relictum ſit, id fuiſſe tantum, quãtum ex eo, quo iſtius auaritia contenta fuit, redundarit.

Redundare de. Cic.5.Verr.131, Neceſſe eſt quod redundaret de veſtro frumẽtario quæſtu, ad illum potiſſimum, per quem agebatis, defluxiſſe.

Vitia redundant ad amicos. Cic.de Amic.65, Erumpunt ſæpe vitia amicorum tum in ipſos amicos, tum in alienos, quorũ tamen ad amicos redundet infamia.

Redundat ad. Plin.in Paneg.105, Omniũ quidem beneficiorum, quæ merentibus tribuuntur, non ad ipſos gaudiũ magis, quàm ad ſimiles redundat. Cic.pro Ligario,5, Quòd laudem adoleſcentis propinqui etiam exiſtimo ad meum aliquem fructum redundare. Id eſt Referri, & pertinere, inquit Budæus.

Redundat in. Plautus, Hoc facimus in tuum redundabit caput. Cic.in Catil.11, Certè verendum mihi non erat, nequid, hoc parricida ciuium interfecto, inuidiæ mihi in poſteritatem redundaret.

In annum redundare. Cic.pro Murena,77, Sed quid tandem fiet, ſi hæc elapſa de manibus noſtris, in eũ annũ qui conſequitur, redundarint?

In genus authoris miseri fortuna redundat. Ouidius 3. Trist. eleg. 1. 15.

Si scelus est, in me commissi pœna redundet. Ouid. 6. Fast. 01.

Redundans, Participium, siue Nomẽ ex participio: vt Redundans homo. Cicero de Fato, 11, Inter locorũ naturas quantum interſit videmus, alios esse salubres, alios pestilẽtes, in aliis pituitosos, & quasi redundantes: in aliis exiccatos & aridos.

Is redundantes nos & superfluentes iuuentũ quadam dicendi impunitate & licentia repressit. Cic. de Claris Orat. 175.

Redundátus, pe. prod. Aliud particip. Ouid. 6. Fast. 81, Amne redundatis fossa madebat aquis. Idem 3. Trist. eleg. 10. 11.

Redundatio, Verbale. Plin. lib. 11. cap. 37. 15, Certe nulli sine redundatione eius, cruitur oculus. Idẽ lib. 7. cap. 6. 1, Fastidium in cibis, redundatio stomachi, indices sunt hominis inchoati. Id est nausea, vel quæ fluctuatio dicitur.

Redundantia, redũdantiæ, quam Superfluitatem appellamus. Cicero in Oratore, 58, Ipsa enim illa pro Roscio iuuenilis redundantia, multa habet attenuata, quædam etiam paulo hilariora.

Reduuiæ / Vide **Rediuia.**

Refello / refellis, refelli, refellere, Ex re & fallere, Quod dictũ est, arguendo falsum ostendere, inquit Donatus. Terent. Phorm. 1. 2. 82, -omnia hæc
Confingam, quod erit mihi bonum atque commodum.
Quum tu horum nihil refelles, vincam scilicet. Id est, quum factum non negabis. Vbi Donatus, Refelles, refutabis, redargues. Cicero libro 1. Tuscul. 9, Et refellere sine pertinacia, & refelli sine iracundia parati sumus. Idem ad Atticum, lib. 11. 16. 1, Dicitat se à me apud Cæsarem oppugnari: quod refellit Cæsar ipse. Virgilius 4. Æneid. 76, -neque te teneo, neque dicta refello.

Fortunam refellere. Stat. 1. Syl. 1. 16, -qui pectore magno,
Spémque, metúmque domas, vitio sublimior omni
Exemptus fatis: indignantémque refellis Fortunam.

Sensus non possunt refelli. Lucret. lib. 4. 98.

Refello & Approbo, contraria. Quintil. lib. 7. cap. 4, Maximus vsus in approbando, refellẽdóque sine propriorũ ac differentiũ.

Ex re ipsa refellere. Quintil. libro 5. ca. 13. 3, Patronus ex re ipsa refellit.

Refellere aliquem, Alicuius sententiam oppugnare. Cicero 4. Acad. 31, Socrates autem de se ipse detrahẽs in disputatione plus tribuebat eis quos volebat refellere. Ibidem, 1. 13.

Ita enim viuunt quidam, vt eorum vitã refellatur oratio. Cicero 2. de Finib. 130.

Refellere dicta alicuius. Cicero 4. de Finib. 118, Vt audias me quæ à te dicta sunt refellentem. Virgil. 4. Æneid. 76.

Mendacium alicuius refellere & coarguere. Cic. pro Ligario, 9.

Opprobria non possunt refelli. Ouid. 1. Metam. 155.

Refellere testimonia, & testes, & tabulas dicebãt veteres, quod *Contradicere & reprehendere* dicimus. Cic. pro Flacco, 17, Nam aut oratio testium refelli solet, aut vita lædi. qua disputatione orationẽ refellam eius qui dicit, Dedimus: nihil amplius in hominem dicendum est. Tranquillus in Augusto, cap. 56, Testem se in iudiciis & interrogari & refelli æquissimo animo patiebatur. Dicitur & Eleuare, apud Quintilianum. Budæus.

Refercio / refercis, refersi, refertum, refercire, Ex re & farcio compositum, significat Implere. Cic. de Senect. 51, Semper enim boni, assiduique domini referta cella vinaria, olearia, & penaria est, villáque tota locuples est.

Complere & refercire. Cic. pro Sestio, 65, Meministis tum Iudices corporibus ciuium Tyberim compleri, cloacas referciri, &c.

Referserunt omnia libris. Cic. 2. Tusc. 9. Et pro Corn. Balbo, Quòd eis rebus vrbem Italiámque referserunt.

Refercire in. Cicero 1. de Oratore, 77, Sed hoc nobis illa Scævola & perfice, vt Crassus hæc quæ coarctauit, & perangustè refersit in oratione sua, dilatet nobis atque explicet.

Superstitione vitam hominum refercire. Cic. 1. de Nat. deorũ, 90, Poetæ hominum vitam superstitione omni referserunt.

Refercire hominum aures sermonibus. Cicero pro Rab. Posthumo, 15, Tum subinuisum apud maleuolos Posthumi nomen propter opinionem pecuniæ nescio quam, æstatem vnam complures aures refersit istis sermonibus.

Refertus, Participium, siue Nomen ex participio, vt Refertæ suauitate literæ; Hoc est Omni officio plenæ. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 2. 16. 1, Accepi tuas literas datas Placentiæ. Deinde alteras postridie datas Blandenoniæ, cum Cæsaris literis refertis omni officio, diligentia, suauitate.

Plenus ac refertus. Cic. 1. Acad. 15, Sed vtriq; Platonis hubertate completi, certam quandam disciplinæ formulam composuerunt, & eam quidem plenam ac refertam.

Locuples ac refertus. Cicero 5. Ver. 59, Cum prouincia tam locuplete ac referta, non modò rem, sed non spem quidem vllam reliquam cuiquam feceris.

Refertus ærarium. Cicero 5. Verr. 176, Tum refertius erit ærarium Pop. Romani quàm vnquam fuit.

Domus referta, Plena, diues. Senec. Medea, 17. 11.

Locuples & referta domus. Cic. 1. de Orat. 78.

Refertissimus, quod & Cõfertissimus dicitur. Cicero ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 61, Quare quoniam eiusmodi theatrum totius Asiæ virtutibus est datum, celebritate refertissimum, magnitudine amplissimum, &c.

¶ Genitiuo aliquando iungitur. Gellius, 1. libri multæ variæque historiæ refertum composuit. Cic. pro Fonteio, 1, Referta Gallia negotiatorum est, plena ciuium Romanorum. Idẽ pro Lege Manil. 11, Quis nauigauit, qui non se, aut mortis, aut seruitutis periculo committeret, cum aut hyeme, aut referto prædonũ mari nauigaretur? Idẽ pro Plancio, 70, Quò quis venissem, cognoui id quod audieram, refertam esse Græciam sceleratissimorum hominũ ac nefariorum. Et ad Atticum, lib. 8. 15. 4, Itsi propediem video bonorum, id est lautorum & locupletum vrbem refertam fore. Sic Plinius libro 5. cap. 1. 14, Saltus referti elephantorum, ferarúmque.

Mare refertum prædonum. Cic. pro Rab. Posthumo, 11.

¶ Ablatiuo frequẽtius. Cic. ad Atticum, lib. 5. 16. 1, Parthi Euphraten transierunt, duce Pacchoro Orodis Parthorum regis filio cunctis referto copiis. Idem 3. Verr. 67. Domus erat meretricio conuentu, sed Prætoria turba referta. Ibidem. 6. 36, Primus annus erat prouinciæ: non vt in Sthenio, iam refertus pecunia. Et 7. 51, Referta piratarum præda nauis.

Puppis referta diuitiis. Claud. 4. Paneg. 17.

Refero / réferis, penul. corr. referre, Repercutere. Plaut. Asin. 7. 118, Quæso æquo animo patitor. 2 1. patitor, te item quum ego referiam. Terent. Adelph. 4. 2. 20.
-quia miseram mulierem, & me seruolam
Qui referire non audebam, vicit, hui perfortiter!

Phœbus refertur imagine speculi oppositi. Ouid. 4. Meta. 70,
Non aliter quàm quum puro nitidissimus orbe
Oppositi speculi referitur imagine Phœbus.

Refero, pen. corr. refers, rétuli, pen. corr. relâtum, pen. prod. & metri causa rétuli, rellatum, referre, Reportare, quasi retrò ferre. Quintilianus, Ad patrem arma non retulit. Tacit. Quum ex agris segetes domum referrent.

Humeris suis pecunias alicui referre. Cic. Attico, li. 6. 113. 8, Itaqi sine vlla ignominia suis humeris pecunias populis retulerũt.

Sub tectum referre. Colum. lib. 11. cap. 3. 41, Cæterùm frigoribus ac tempestatibus sub tectum referat.

Pateram referre, pro Restituere. Cic. 1. de Diuinat. 96, Is pateram retulit.

¶ Ad aliquem referre, In cõsultationem illius ponere, vt ait Valla lib. 3. Plaut. Curcul. 6. 4, Tute ipse, siquid somniasti, ad me refers. Cic. 1. de Diuinat. 61, Ex eo euenit, vt & Tarquinius augure Attio Nauio vteretur, & populus de suis rebus ad eum referret.

Ad Senatum de re aliqua Consules referre, & ii quibus Senatum cogere licebat, dicebantur, quum rem in Senatu agitandã decernendámque proponebant, rogantes Senatorũ sententias. Cic. 2. in Catil. 45, Reliquis autẽ de rebus constituendis, maturãdis, agendis, iam ad Senatũ referemus, quem vocari videtis. Idẽ ad Atticum, lib. 3. 65. 6, Et quare octo Trib. plebis ad Senatum de me referre non dubitarint. Et 2. Verr. 28, Qui Cn. Pompeio viro fortissimo & clarissimo de Tribunali potestate referente, quum esset sententiam rogatus, &c. Virg. 3. Æneid. 11,
Delectos populi ad proceres, primúmque parentem
Monstra deum refero. Et ne dubitares de sensu sermonis, more suo aperuit, subiungens,
-& quæ sit sententia posco. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 1. 7 Cæsar adhuc mihi iniuriã facit: de meis supplicationibus & rebus gestis Dalmaticis adhuc non refert. Cic. in Pisonem, 21, An tum eratis Consules, quum quacũque de re verbum facere cœperatis, referre ad Senatum, cunctus ordo reclamabat: ostendebátque nihil esse vos acturos, nisi prius de me retulissetis? Ex Budæo.

Rem omnem ad Patres Conscriptos retuli. Cic. 1. in Catil. 34.

De rebus obscuris & incertis ad Apollinem censeo referendũ. Cic. 1. de Diuin. 199. Idem ibidem, 60, Quum vicini omnes ad eum de rebus suis referrent, erat in magno nomine & gloria.

Consulere se, & ad se referre. Cic. pro Quintio, 30, Sed ne ipse quidem te consuluisti, sed ne ipse quidem ad te retulisti.

¶ Ad aliquid referre. Quintil. lib. 3. ca. 11. 18, Theodori scholia (vt dixi) omnia refert ad capita.

¶ Ad seipsũ aliquid referre, Id est Perpẽdere, & quasi de suo facto, alienũ metiri. Cic. pro Deiotaro, 3, Quæ quoniã angustio-

ra parietes faciũt, actióque causæ maximè debilitatur loco: tuũ est Cæsar, qui pro multis sæpe dixisti, quid núc mihi animi sit, ad teipsum referre.

¶ Acceptum referre salutem suam benevolentiæ alicuius, pro Fateri accepisse. Vide **Accipio**. Cic. ad Atticum, lib. 11. 209. 3. Te etiam atque etiam oro, vt me totum tuendum suscipias: vt si il salui erunt, quibuscum sum, vnà cum iis possim incolumis esse, salutémque meam benevolentiæ tuæ acceptam referre.

Acceptum refero versibus esse nocens. Ouid. 2. Trist. 2.

In acceptum referre. Cic. 3. Verr. 106, Posteaquam reus factus est, primò negabat opus in acceptum referre posse. Referre in acceptum, inquit Budæus, est scribere opus esse præbitũ & probatum, quod Prætoris munus erat in sartis tectis.

In acta referri. Iuuenal. Saty. 1. 14, Fient ista palàm, cupient & in acta referri.

In ærarios referre, Vide Ærarius adiectiuum in **Aes/æris**.

In album referre. Liu. 1. ab Vrbe, 139, Omnia ea ex commentariis regis Pontificem maximum in album relata proponere in publico iubet. Vide **Albus**.

Aliquem ore referre, Id est ore simile esse. Virg. 4. Æneid. 66,

-siquis mihi parvulus aula
Luderet Æneas, qui te tantùm ore referret,
Non equidem omnino capta aut deserta viderer.

Animum referre ad rem aliquam. Ci. pro Rosc. Amer. 17, Age nunc, refer animum tis ad veritatem, & consydera. Idem 11. Philipp. 306, Tamẽ rerum natura cogit te necessariò referre animum aliquando ad Dolabellam persequendum, & partem aliquam in Asiam & Syriam deriuatæ curæ & cogitationis tuæ.

Sed licet à paruis animum ad maiora referre. Ouid. 3. de Arte amandi, 99.

Animum ad mala sua referre. Ouid. 1. de Remedio amor. 33.

Animum & oculos ad aliquem referre. Cic. pro Rosc. Ame. 17.

Æneam animo nóxque dièsque refert. Ouid. epist. 7. 5.

In apertum referre opus. Cic. in Parad. 6.

Ad arbitrium alicuius referre. Cicero 5. Tuscul. 117, Omnia ad suum arbitrium referre, suis stare iudiciis.

Ad vos nunc refero quem sequar. Cic. 4. Acad. 138.

Aspectum referre in curiam. Cic. de Prouinciis Consul. 31, Qui si ex illa iactatione, cursúque populari, bene gesta Repub. retulerunt aspectum in curiam, atque huic amplissimæ dignitati commendati esse volunt, non modò non repellendi sunt, verumetiam expetendi.

In censum aliquid referre. Liu. 9. bel. Maced. 181, Ornamenta & vestem muliebrem & vehicula quæ pluris quàm quindecim millium æris essent, in censum referre viatores iussi. Vide Census in **Censeo**.

In codicem referre. Cic. pro Sylla, 33, Tibi meo familiari & contubernali prius etiam ædituri fuerint indicium scribæ mei, si voluisses, quàm in codicem retulerint?

Colorem paternum referre. Columel. lib. 7. cap. 2. 5, Ex his rursus quicquid cõceptum est, maternam mollitiem, paternum & auitum retulit colorem.

In commentarium referre. Ci. ad Atticum, lib. 7. 113. 10, Quod ipse in Tusculano me referre in commentarium mea manu voluit. Sic 3. Tuscul. 91.

Ad conscientiam referre omnia. Plin. epist. 11. b, Ornat hæc magnitudo animi, quæ nihil ad ostentationem, omnia ad conscientiam refert: rectéque facti non ex populi sermone mercedem, sed ex facto petit.

Consilia referre aliquó. Cic. 1. de Finib. 19, Quid vltimum, quòd sint omnia benè viuendi, rectéque faciendi consilia referenda?

Consilia in melius referre. Virgil. 1. Æneid. 57.

Consuetudinem repetere atque referre. Cic. 1. Verr. 37, Neque enim magis animos hominum nocentium res vnquã vlla commouit, quàm hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita atq; relata. Id est in vsum restituta, quæ desita & antiquata fuisset. Ibidem, 3. 10, Ego meum studium in Rempub. tam illo tempore ostendi, quum longo interuallo veterem consuetudinem retuli.

Referre ad aliquem omnes curas, Id est illũ solum curare, de eo solo solicitum esse. Cic. ad Brutum, 18. 1, Rogatus sum à prudentissimæ & diligentissima fœmina matre tua, cuius omnes curæ ad te referũtur, & in te consumũtur, vt veniré ad se ad VIII Cal. Sext.

Dexteram ad oscula referre. Plin. lib. 28. cap. 2, 15, In adorando dexteram ad oscula referimus, totúmque corpus circũagimus.

In deterius referre. Tacit. lib. 13, Nec defuere qui in deterius referrent.

In deos cælum & terrã refert Heraclides. Cic. 1. de Nat. deo. 50.

Diem referre dicitur Sol. Virgil. 1. Georg. 91, At si quum referétque diem, condéque relatum.

Ensem vaginæ referre. Silius lib. 7. 103.

Eodem referri, Reportari. Cic. 1. Tuscul. 194, Si enim reflantibus ventis reiiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur necesse est.

Epistolam referre. Cic. ad Atticum, lib. 4. 80. 3, Statim vt sit qui à te mihi epistolam referat.

Expensum referre, Vide Expensum in **Expendo**.

Facta referre quæ mandata sunt. Plaut. Capt. 7. 86, Satin' habes mandata quæ sunt, facta si refero?

Figuras proauorum referre. Lucret. lib. 4. 145.

Ad finem aliquem referre omnia. Cic. 4. Acad. 133, Nempe fines constituendi sunt, ad quos & bonorum & malorum summa referatur.

Fructum diligentiæ referre alicui. Cic. 3. Verr. 13, Quum in eo vestra mihi dignitas fructum diligentiæ referret, id sum assecutus vt, &c. Id est Reciperem à vestra dignitate fructum ob diligentiam meam.

Gradum referre, quod & Pedem referre dicitur. Liu. 3. ab Vrbe, 301, Nuntius deinde & vincentibus Romanis animos auxit, & referentes gradũ perculit Æquos. Ibidem, lib. 1. 60, Et quum velut inter pugnæ fugæque consilium trepidante equitatu pedes quoque referret gradum, plenis repétè portis effusi hostes. Idem, Interfectum rati, gradum retulerunt. Idem, Nisi referentibus gradum, Consul metum excussisset, &c.

Rettulit ille gradus. Ouid. 2. Fast. 101.

Gratiam referre: Est facto. vt si tu à me subleuat' aut pecunia, aut patrocinio, aut manu, alióve subsidio, vicissim me aliquo modo subleuaueris: gratias retulisti, reddidistique, vt ait Valla libro 5. Plaut. Asin. 5. 11,

Solus solitudine ego te, atque abegestate abstuli:
Solus si ductem, referre gratiam nunquam potes. Idem Mostella. 4. 57, Nunquam ego illi possum gratiam referre vt meritus est de me. Et Mercat. 14. 39. -Ipsero ego mihi quoque
Tempus tale euenturum, vt tibi gratiam referam parem. Liu. 7. bel. Maced. 149, Satiatus tandem cõplexu filii, Renuntiate (inquit) gratias regi me agere: referre gratiã aliam nunc nó posse, quàm vt suadeam non antè in aciem descẽdat, quàm in castra me rediisse audierit. Cic. in Salustium, Nam quòd ista inusitata rabie petulãter in vxorem & in filiam meam inuasisti, quæ facilius mulieres se à viris abstinuerunt, quàm tu vir à viris: satis doctè ac peritè fecisti. Non enim me sperasti mutuam tibi gratiam relaturum, vt vicissim tuos compellarem. Referre gratiam hoc loco, etiam verbo dicitur. Cic. 1. Offic. 101, Nimirum enim inops ille si bonus est vir, etiam si referre gratiam nó potest, habere certe potest. Terent. Eunucho, 5. 3. 2,

Quid, quid venire in mentem nunc posset mihi,
Quidnam, qui referam illi sacrilego gratiam? Ibidem, 2. 3. 93, -illis crucibus, &c.

Nũc referam gratiã atque eas itidem fallã, vt ab illis fallimur. Seipsum exponit Terentius. Vbi Donatus, Referam gratiam, non eas, inquit, lacessam: sed quod iustum est, vicem reddam.

Gratia referenda est emeritis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 13.

Gratia referatur factis. Ouid. 5. Trist. eleg. 5. 10.

Gratiam referre in aliquo, Vide **In** præpositionem.

Gratiam plenius referre. Quintil. lib. 1. ca. 16. 11, Eo quidẽ magis, quòd nulla in parte plenius labor gratiam refert.

Bonam, vel præclaram gratiã referre. Cic. ad Atticũ, lib. 2. 24. 1, Vt sciat hic noster Ierosolymitarius traductor ad plebem, quã bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit, quarum expecto diuinam ἀπάντησιν. Idem in Catil. 10, Præclaram verò Pop. Rom. referri gratiam, qui te hominem per te cognitũ, nulla commendatione maiorum, &c. Ironia est.

Gratias referre, Idem. Plaut. Amphit. 4. 18,

Næ illi ædepol, si merito meo referre studeant gratias,
Aliquẽ hominẽ allegent, qui mihi aduenienti os oscillet probé.

Honorem officii referre. Ouid. 2. Metam. 57.

Reiicere iudices, & Referre, contraria. Cic. pro Plancio, 33, An verò nuper clarissimi ciues nomen editi iudicis non tulerunt, quum ex CXXV iudicibus principibus Equestris ordinis, quinque & LXX reus reiiceret, L referret?

In selectos iudices referre. Cic. pro Cluentio, 96, Deinde Prætores vrbani, qui iurati debent optimum quenque in selectos iudices referre.

Laudem referre familiæ alicuius, Desitam & antiquatam in dignitatem restituere, siue reuocare. Cic. pro Flacco, 1, Cum L. Flaccus veterem Valeriæ gentis in liberãda patria laudem propè quingentesimo anno Reip. retulisset?

In libellum referre. Cic. 1. Philipp. 14, Nisi fortè siquid memoriæ causa retulit in libellum, id numerabitur in actis.

In literas publicas referri.Cic.6. Verr.118,Nam turpitudinem ſummam eſſe arbitrantur referri in literas publicas, pretio adductam ciuitatem.

Mandata referre ad aliquem.Cæſar 5.bel.Ciuil.110,Hæc ad eũ mandata Clodius refert.

Mandata referre alicui.Virgil.7. Æneid.54.

Manubias referre.Cic.1.pro Lege agrar.64,Is excipitur vnus ne manubias referre debeat.

Manum ad poplitem referre.Plin.lib.28.cap.4.5,Saliua ſciunt dextra manu ad dextrum poplitem relata,læua ad ſiniſtrum.

Referre in melius,Id eſt conuertere.Virgil.11.Æneid.85,

Multa dies, variúſque labor mutabilis æui
Rettulit in melius.

Ad memoriam vetuſtatis referre omnia. Cic.7. Verr. 67, Atque hæc omnia ad memoriam vetuſtatis,non ad contumeliam ciuitatis referri volo.Id eſt, accipiantur in eam partem vt dicta ſint quo vetuſtas reducatur in memoriam, non vt ciuitati quicquam exprobretur.

Morẽ referre,Reuocare,& quaſi rurſus ferre.Virgil.5.Æn.110,

Hunc morem,hos curſus,atque hæc certamina primus
Aſcanius,longam muris quum cingeret Albam,
Rettulit.

Mores patris referre,Id eſt Exprimere,& imitari.Plin.epiſt.111. c,Amiſit enim filiam,quæ non minus mores eius, quàm os vultumque referebat: totumque patrem mira ſimilitudine exſcripſerat. Idem epiſt.67.2,Erat puer acris ingenii, ſed ambiguis qui tamen poſſet recta ſectari,ſi patrem non referret.

Inter nefaſtos referre diem.Plin.de Viris illuſt.14,Dies quo id factum,inter nefaſtos relatus.

In Nouocomenſes retulit,Id eſt adſcripſit. Cic.ad Atticũ,lib. 13.46.1,Quem Cæſar meo beneficio in Nouocomenſes retulit.

Referre numerum,Numerare.Virgil.eclog.6.17,

Cogere donec oues ſtabulis,numerúmque referre Iuſſit.

In numeros referre. Plin. epiſt.51. b, Neque enim adhuc nomen in numero relatum eſt. Id eſt, tuum nomen nondum relatum eſt in ordinem Tribunorum:erat enim integrum,alium ſubrogare. Cic.de Claris Orat.71,Referre in oratorum numerum. Idem 4.Acad.17, Etiam P.Africanum referre in eũdem numerum ſolent.

In numerum deorũ referre,Id eſt adſcribere.Suet.Ea in deorum numerum retulit.

Omnia referre ad vnum,Id eſt In vnum omnia cõferre.Cic. Si ad vnum omnia referenda ſunt, digniſſimum eſſe Pompeium. De re intelligitur,non de oratione.Valla lib.3.cap.38.

Referre oculos ad aliquem,vel ad terram.Plin.epiſt.116,Quũ tamen finita poſtulatione Nigrini,Conſules ad me oculos retuliſſent, Scietis,inquam, conſtare nobis ſilentii noſtri rationem, quum veros legatos prouinciæ audieritis. Cic.pro Quintio,17, Quum autẽ ad te C.Aquili oculos animúmque retuli, quo maiore conatu ſtudióque aguntur, eo leuiora infirmioráque exiſtũt. Idem in Somnio Scipionis,10,Hæc ego admirans,referebam tamen oculos ad terram identidem.

Ora & oculos in aliquem referre.Virgil.11.Æneid.131.

Opem referre.Cic.1.de Diuinat.118,Ciues referte opem,& reſtinguite.Ex poeta. Idem 3.de Legib.63,Vt ſibi eos quos in auſpicio eſſe iuſſerit, cæſique partes ſibi definitas eſſe traditas, & quibus ſæpe referre opem poſſit.Id eſt, auxilio eſſe.

Os referre in ſe.Ouid.1.Metam.61.

Rettulit ora ad iuuenem,Aſpexit iuuenem.Valer.7.Argo.16.

Par referre.Terent.Adelph.1.1.48,Ille quem beneficio adiungat,ex animo facit,ſtudet par referre.Vbi Donatus, Par referre, id eſt benefacere.

Pedẽ referre,Quod ineptè dicitur *Retrahere ſe*. Virg.10.Æne. 159,Ille pedẽ referẽs,& inutilis,inque ligatus Cedebat. Cæſ.1. bel.Ciuil.171,Pedẽ ferre,& loco excedere,nõ turpe exiſtimarẽt. Idem 4.bel.Gall.557, Et inuſitato genere tormentorum permoti Barbari conſiterunt, ac paulum modò pedem retulerunt. Ibidem,libro 1.98, Tandem vulneribus defeſſi, & pedem referre, & quòd mons ſuberat circiter mille paſſuum, eò ſe recipere cœperunt. Liu.3.ab Vrbe,96, Inde ſignum obſeruare iuſſit, vt pariter & ſocii rem inciperent,referrentque pedem, ſi receptui cecinisſet. Galba ad Ciceronem,lib.10.30.10,Cornu ſiniſterius quod erat infirmius,vbi Martiæ legionis duæ cohortes erant,& cohors Prætoria, pedem referre cœperunt. Plaut.Merc.24.50, Eutyche hanc volo prius rem agi, quàm meum intrò referre pedem. Ouid.15.Metam.118. Et epiſt.15.18.

Iámque pedẽ referens caſus euaſerat omnes.Virg.4.Geor.97.

Quàm molliſſimè pedem referre. Quintil.lib.6. cap.4.15, Et inſtare proficientibus, & ab iis quæ non adiuuant, quàm molliſſimè pedem oportet referre.

Rettulit ad me pedem.Plau.Epid.10.3,Incertus ſumne,an ad me rettulit pedem.

Referunt me pedes in locum aliquem.Cic. ad Atticum,lib.15. 319.2,Itaque me referunt pedes in Tuſculanum.

Primas referre ad aliquem.Cic.1.de Nat.deorum,13, Offendi eum ſedentem in exhedra,& cum C.Velleio Senatore diſputantem, ad quem tum Epicurei primas ex noſtris hominibus referebant.Vetus exemplar habet deferebant.

Quæſtum maiorem referre.Columella libro 1.cap.3.9, Maiores quæſtus antiquis retulere,quàm nũc nobis præbent ampliſſima vernacla.

Rationes referre , pro eo quod vulgò *Computum reddere* dicunt. Cæſ.2.bel.Ciui.85,Relatis ad eum publicis rationibus cum fide,quod penes eum eſt pecunix,tradit. Cic.3.Verr.16, Vt hoc pacto rationem referre liceret,eo Syllanus repentè factus eſt.

Rationes referre ad ærarium,Vide Ærarium in Ærario/ æris.

Referre rationibus, & in rationes, Eſt rationibus adſcribere, hoc eſt *Impenſam vel receptam facere*, vt vulgus loquitur. Tranquillus in Veſpaſiano,cap.12,Expugnatus autem à quadã,quaſi amore ſui deperiret,quum perductæ pro concubitu eſſet.quadraginta donaſſet, admonẽte diſpenſatore quemadmodũ ſummã rationibus referri vellet,Veſpaſiano, inquit,adamato. Dicitur & Referre in rationes, vt Referre in publicas literas,quod Iuuenalis Referre in acta dixit.hoc eſt *regiſtrare*. Budæus.

Referunt hæc ad rem.Plaut.Perſa,16.44.

-homo ſtultus es pueriliter.
D.Quid ita?T.quia enim te ex puella prius pertentari volo,
Quæ ad rem referunt.Id eſt pertinent.

Repulſam referre,quod & Ferre repulſam ſimpliciter dicitur, & Pati repulſam,hoc eſt Repelli,reiici.Cic.1. Offic.193,Hic ſummi & clariſſimi viri filius in domum multiplicatam non repulſam ſolùm retulit,ſed ignominiam etiam & calamitatem.

Reſponſum referre,quod & Reddere dicitur:ſiue quod reſpõſum eſt referre & recenſere. Cicero ad Atticum,lib.6.111.9, Deiotarus etiam mihi narrauit ſe ad eum legatos miſiſſe de re Bruti: eos ſibi reſponſum retuliſſe,illum non habere. Cæſar 1.bel. Gal.140,His reſponſis ad Cæſarem relatis,iterum ad eum Cæſar legatos cum his mandatis mittit. Sic Liuius 10.bel.Pun.16.

In,vel inter reos referre,opponitur ei quod dicitur Ex reis eximere.Cic.pro Roſc.Amer.16,Vt hic potius viuat in reos,quàm occiſus in proſcriptos referretur. Idẽ 2.Philipp.70, Abſentem credo in reos relatum,rem indicta cauſa iudicatam.

Abſentem aliquem referre in reos.Cic 7.Verr.85.

Salutem alicui referre,pro Reſalutare. Cic.ad Atticum,lib.16. 33.7,Atticam noſtram cupio ſuauiari, ita mihi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa.Referes igitur ei plurimam ſalutem.

In pelus ruere,ac retro ſublapſa referri.Virg.1.Georg.40.

Saporem ſalis referre. Virg.3.Georg.80.

Se referre,pro Redire domum.Virg.4.Georg.36,

At feſſæ multa referunt ſe nocte minores,
Crura thymo plenæ.

Domum ſe referre,Redire. Horat.1.Serm.ſaty.6.13,

-inde domum me
Ad porri & ciceris refero,laganique catinum.

Romam iterum ſe referre.Cic.pro Flacco,39.

Ab æſtu ſe referre.Ouid.14.Metam.11,

Grata quies Scyllæ,quò ſe referebat ab æſtu
Et maris,& cæli.

Se in gregem ſuum veterem referre. Cic.ad Atticum, lib.6. 111.19,Ac velim te in tuum veterem gregem retuliſſes.

Se ad ordinem referre. Cic.4. Acad.111, Quod quoniam à te probatur,vt poſteà tecum agam: iam enim referam me ad ordinem.Id eſt, Ordine omnia agam vt cœperam.

Se ad ſtudia referre,ad philoſophiam.Cic.1.Tuſc.1,Retuli me Brute,te hortante maximè, ad ea ſtudia, quæ retẽta animo,remiſſa temporibus, longo interuallo intermiſſa reuocaui. Idẽ 1.Offic.5, Quum autem Reſp.in qua omnis mea cura, cogitatio,opera poni ſolebat,&c. exiſtimaui honeſtiſſimè poſſe deponi,ſi me ad philoſophiam retuliſſem.Id eſt recepiſſem.

Senium parentis referre. Colum.lib.7. cap.3.14, Tum etiam quod ex veteri materia naſcitur, plerunque congeneratum parentis ſenium refert. Hoc eſt reddit,imitatur.

Similitudinem referre. Plin.lib.11.ca.8.1,Radicem eius alterutrius ſexus ſimilitudinem referre.

Sonum eundem referre in cadendo,Cic.in Orat.11.

Spem referre.Cic.pro Roſc.Amer.65,Pro re certa ſpem falſam domum retulerunt. Hoc eſt reportarunt.

In ſpem ſibi aliquid referre,Plaut.Epid.8.3,

-hoc quidem iam periit,
Niſi quid tibi hinc in ſpem referas.

Referre ad vnam ſummã.Cic.4.de Finib.65, Introduci enim virtus nullo modo poteſt, niſi omnia quæ leget,quæq; reiiciet, vnam referantur ad ſummam.Id eſt,conferantur in vnum.

In tabulas,ſiue tabellas referre. Cic.7.Verr.80, Iſte in tabellas refert,obſignat ſignis amicorum prouidens homo. Idem pro Flacco,15,Quàm verò facile falſas rationes inferre, & in tabulas quodcunque commodum eſt, referre ſoleant ex Cn. Pompeii literis ad Hypſeum.

In tectum referre.Varro 3.de Re ruſt.cap.6.3,Præterea oua emit, ac ſupponit gallinis:ex quibus ex his excuſſos pullos refert in id tectum in quo pauones habet.

Retulit me ventus ad vel in Italiam.Cic. Cornificio, lib.12.15.9. Et ad Brutum,15.8.

Vicem referre,Rependere.Ouid.1.de Arte,75.

Victoriã.Liu.4.ab Vrbe,77,Nec incruentam victoriã retulit.

Theatrum Aſiæ ita reſonans, vt vſque Romam ſignificationes,vocéſque referantur.Cic.Q.fratri,lib.1.1.65.

¶Referre omnia ad voluptatem, vel ad ventrem, & ſimilia, Eſt omnia propter voluptatem facere,videlicet vt quis aliquando poſſit voluptate frui:id eſt ſummam fœlicitatem in ea re cõſtituere.Cicero de Amicitia,30, Ab iis qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt,longè diſſentimus. Idem ad Papyrium,lib.9.24.9,Nec id ad voluptatem refero,ſed ad communitatem vitæ,atque victus.

¶Referre, Reddere.Virgilius libro 8.Æneid.111,

O mihi præteritos referat ſi Iuppiter annos
Qualis eram. Plaut.Curcul.Ni argentum referas.

¶Referre, Narrare,Indicare.Virgilius 2.Æneid.110,

-referes ergo hæc,& nuntius ibis
Pelidæ genitori. Cic. Bruto, At illa retulit, quæſiuitque quidnam mihi videretur. Ouid.2.Metam.110,Acta deæ refero.

Ordine referre.Ouid.9.Metam.1.

Horreſco referens.Virgil.2.Æneid.41.

Acta memoranda referre.Ouid.13.Metam.101.

Dicta referre.Ouid.2.Metam.131, -nec mutua noſtris
Dicta refers? Ino enim in vaccam verſa,patris interrogationibus reſpondere non poterat.

Facta referre.Horat.1.epiſt.1.17.

Palàm facta referre.Ouid.3.Amor.eleg.13.2.

Magna facta referre.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.18.

Pauca referre.Virgil.4.Æneid.67.

Pugnas referre,Recenſere.Ouid.11.Metam.31.

In ordine referre verſus.Virgil.7.eclog.4.

Vera referre.Ouid.3.Metam.131.

Tum ſenior tales referebat pectore voces. Virgil.5.Æneid.81.

Referre voce.Virgil.1.Æneid.20,Talia voce refert. Vbi Seruius, Pleonaſmos eſt,qui fit quoties adduntur ſuperfluæ: vt 4.Æneid.71, -vocémque his auribus hauſi.

Ad aures alicuius referre aliquid.Ouid.4.Triſt.eleg.9.13,

Hîc ego,finitimis quanuis circunſonor armis:
Triſtia,quo poſſum carmine,fata leuo.

Quod,quanuis nemo eſt cuius referatur ad aures,
Sic tamen abſumo,decipióque diem. Virgil.3.eclog.15,

O quoties,& quæ nobis Galatea locuta eſt!
Partem aliquam venti diuûm referatis ad aures. Id eſt vtinam referatis.

Refertur,pro Narratur. Plin.lib.7.cap.41, Vna fœminarum in omni æuo Lampido Lacedæmonia refertur.

¶Referre,pro Reſpondere.Cic.pro Cecinna,61,Ego enim tibi refero,ſi nõ ſum ex eolocodeiectus,&c. Id eſt reſpondeo. Idẽ pro Quintio,14,Quid autem à nobis refertur?

¶Referre, Renocare.Senec.de Benef.lib.1.ca.14,Quare ſiquis exiſtimat nos,quum iſta præcipimus,benignitatis fines introrſus referre, & illi minus laxum limitem aperire, næ perperam monitiones noſtras exaudit.

Refert,prima prod.Imperſonale, Vtile eſt ſignificat, & genitiuo iungitur. Saluſtius in Iugurtha, Faciendum aliquid quod illorum magis,quàm ſua retuliſſe videretur.

¶Cũ genitiuis pretii frequentiſſimè conſtruitur,Magni,parui.Cicero P. Seruilio, lib.13.69.4, Sperare tamen videor Cæſari Collegæ noſtro fore curæ, & eſſe: vt habeamus aliquam Remp. cuius conſiliis magni referebat te intereſſe. Teren.Phorm.4.3.41, -parui retulit
Non ſuſcepiſſe: inuenta eſt quæ dotem petat. Cicero 1.Tuſc.115,Et ipſi animi,magni refert quali in corpore locati ſint. Idẽ ad Atticum,lib.14.199.1,Magni refert quid hic velit. Et ad Q. fratrẽ, lib.1.1.29, Parui refert abs te ipſo ius dici æqualiter & diligẽter,niſi,&c. Idem pro Leg.Manil.11,Illud primũ parui refert,vos publicanis amiſſa vectigalia poſtea victoria recuperare.

Magni refert.Lucret.lib.1.168,

Atque eadem magni refert primordia ſæpe
Cum quibus,& quali poſitura contineantur.

Permagni referre eadem primordia ſæpe. Lucret.lib.1.186.

¶Cũ ablatiuis his,Mea, tua,ſua, noſtra,veſtra. Plaut.Curcul.8.16, -nam quid id refert mea
An aula quaſſa cum cinere effoſſus fiet:Hoc eſt,Non magnopere laboro. Idem Perſa,15.70, Mea quidem iſtuc nihil refert, tua refero gratia. Et Amphit.8.108,Tua iſtuc refert ſi curaueris. Hoc eſt, Tuo fiet commodo. Sic Merc.12.65, Quid tua refert, qui cum iſtac venerit, dum iſtuc? Item Perſa, 15.29, Hæ quid ad me? 1.imò ad te attinent,& tua refert. Terentius Hecyra,4.3.12, -verum id tua refert nihil, vtrum illæ fecerint, Quando hæc abierit. Idẽ Phor.4.5.11,Quid tua(malùm)id refert? Cic.ad Brutum,2.5, De me poſſum idem quod Plautinus pater in Trinummo,Mihi quidem ætas acta fermè eſt:tua iſtuc refert maximé.

Nihil mea refert vtrum tu,&c. Cic.in Piſonem,30.

Nõ adſcripſi id quod tua nihil referebat.Ci.Rufo,lib.5.20.18.

¶Aliquando his aduerbiis iungitur,Multum,plus,plurimum, parum,paulum, pauxillum, nihil, aliquid,& ſimilibus. Plin.ad Pompeium Falconem, 13, Plurimum refert quid eſſe Tribunatum putes. Martial.lib.9.104,
Multum,crede mihi,refert,à fonte bibatur,
Quæ fluit,an pigro quæ ſtupet vnda lacu. Plin.li.7.ca.28.5, Etenim plurimum refert in quæ cuiuſque virtus tempora inciderit. Quintilianus lib.9.ca.4,Plurimum refert compoſitionis,quæ quibus anteponas. Cicero 5.de Finib.155,Tantum refert quàm magna dicam.

¶Refert,cũ infinitiuo. Cicero de Claris Oratoribus,57,Neque enim refert videre quid dicendũ ſit,niſi,&c. Plaut.Curc.11.14, -quid refert me feciſſe regibus
Vt mihi obedirent,ſi me hodie hic vmbraticus deriſerit? Idem Epid.3.30,Quid retulit mihi tãtopere te mandare,& mittere ad me epiſtolas? Terẽt.And.3.1.16, Interminatus ſum ne faceres? num veritus? quid retulit? Vbi Donatus, Retulit,profuit,vel interfuit. Cælius Ciceroni,li.8.10.3,Cantè præſcribas,ne aut veli ficatus alicui dicaris: aut aliquid, quod referret ſcire,reticuiſſe.

Magnopere. Cic. pro Cælio,45, At quibus ſeruis? refert enim magnopere idipſum.

¶Refert,Ad rem pertinet. Plin.lib.14.cap.6.10, Quibus exẽplis,niſi fallor,manifeſtum eſt,patriam,ſolúmque referre, non vuam.Id eſt ad vini præſtantiam maximè pertinet, eligere ſolum & regionem. Idem lib.16.ca.30.3,de arboribus cædendis, Infinitum refert lunaris ratio, nec niſi à viceſima in triceſimã cædi volunt. Hæc Budæus. Varro 1.de Re ruſt.cap.8.1, Refert inquam quod genus vineæ ſit,quòd ſunt multæ ſpecies eius.

Plurimum referre.Plin.lib.21.cap.11.3,Diximus & terram referre plurimum.

Refert in ea re. Cic.2.de Diuin.148,Fac in puero referre ex qua affectione cæli primum ſpiritum duxerit.

Aues paſcantur,néene,quid refert? Cic.2.de Diuin.110.

Non multum refert an villatici corporibus graues, & parum veloces ſint.Colum.lib.8,de canibus loquens.

Nihil refert.Plaut.Rud. Quomodo habeas,nihil id refert,iure,ánne iniuria?

Sed refert quomodo adhibeatur.Cic.3.Tuſc.134.

Nec terræ tantum natura circa has refert. Plin.lib.16.ca.33.4. Id eſt ad rem non tantum pertinet.

Adcóne eſt fundata leuiter fides, vt vbi ſim, quàm qui ſim magis referat? Liu.lib.1.

¶Refert, Neceſſe eſt. Saluſtius, Quare vanum quidem hoc conſilium eſt,ſi periculũ ex illis timuit,ſi in tanto omnium metu ſolus non timet, eo magis refert me mihi atque nobis timere. Virgil.lib.2.Georg.21, -neque enim numero comprendere refert.

Relãtum,relátu,pen.prod.Supinum à refero. Plin.lib.32.ca.11.21, Præter hæc purgamenta aliqua relatu indigna, & algis potius annumeranda,quàm animalibus.

Digna relatu. Ouid.4.Metamorph.159,
-quoniam ſcitaris digna relatu,
Accipe quæſiti cauſam.

Fœdum relatu. Ouid.9.Metam.34.

Horrenda relatu res.Ouid.15.Metam.60.

Relãtus,pen.prod.Participium.Cic.2.de Nat.deor.117,Sed duros, & quaſi corneolos habent introitus,multiſque cũ flexibus,quòd his naturis relatus amplificatur ſonus. De auribus.

Cauſa relata mea eſt.Ouid.3.Faſt.96.

Relãtus,relátus,relatui,Verbale. Tacit.lib.17,Neque enim relatu virtutum in comparatione Othonis opus eſt.

Relatio,Aliud verbale,Ipſe referendi actus.Cic.in Piſo.10,Nã re-

latio illa salutaris & diligens fuerat Consulis animadversio quidem & iudiciũ, Senatus. Vetustum exemplar legit delatio. Idẽ 3. de Oratore, 115. Plin epist. 190. h, Et relationem quidem de eo Cæsar ad Senatum non remisit. Hic propositionem criminis & rei apud Senatum significat.

Meritorũ relatio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 9, Nõnunquam contingit relatio meritorium.

Relator, pen. prod. Verbale masc. Balbus ad Ciceronẽ in Epist. ad Atticum, lib. 8. 168. 3, Incipiam sperare, etiã consilio Senatus authore te, illo relatore, Pompeium & Cæsarem coniungi posse.

Refibulare/pro Fibula liberare & soluere. Martialis lib. 9. 28.

Referueo/referues, referbui, referuêre, Valde feruere. Plin. lib. 16. cap. 11. 4, Item terebinthinam in sartagine referuenti.

Referuens crimen. Cic. pro Rosc. Comœdo, 9, Nónne vt ignis in aquam coniectus cõtinuò restinguitur, & refrigeratur: sic referuens falsum crimẽ in puriſſimam & castissimam vitam collatum, statim concidit & extinguitur.

¶ Referuere, aliquando contrarium significat. Cic. de Claris Orat. 175, Nam & contentio nimia vocis reciderat, & quasi reſerbuerat oratio. Hoc est, refrixerat.

Referuesco, referuescis, referuescere, Idem quod referuere. Plaut. Capt. 15. 9, Coquum percontabatur, possémne ferí aulæ referuescere. Cic. 1. de Diuinat. 84, Ex his Mercurium ex patera quam dextera manu teneret, sanguinẽ visum esse fundere: qui quum terram attigisset, referuescere videretur, sic vt tota domus sanguine redundaret.

Reficio/réfeci, pen. corr. refeci, pen. prod. refectum, reficere, Instaurare, renouare, quod corruptum erat, in statum pristinum instaurare. Verbo ité reficiendi tegere, substruere, farcire, ædificare, & aduehere, apportaréque ea quæ ad eandem rem opus sunt, continentur. Hæc Vlpianus, De ruis, L. prima. Cic. 1. de Diuinat. 8, Quinetiam memoria nostra templum Iunonis Sospitæ, L. Iulius, qui cum P. Rutilio Consul fuit, de Senatus sententia refecit. Plin. epist. 116, Aruspicum monitu reficienda est mihi ædes Cereris in prædiis, in melius & in maius. Cæs. 4. belli Gall. 572, Omnia deerant, quæ ad reficiendas naues vsui sunt.

Ædes reficere quæ vitium fecerunt. Cic. in Topic. 8.

Rates quassas reficere. Horat. 1. Carm. ode 1. 4.

Puppes laceras refeci. Ouid. epist. 2. 9.

Templa ædésque labantes reficere. Horatius 3. Carm. ode 6. 1. Sueton. in Claudio Cæsare, cap. 15. ad finem.

Reficere aliquid ex pecunia alicuius. Cic. 3. Verr. 100, Locatur id opus, quod ex mea pecunia reficiatur.

¶ Reficitur ei tantũ ex suis possessionibus. Cic. 5. Verr. 99, Primò dominus ignarus incommodi sui gaudeat, villicóque delectetur, quòd tanto sibi plus mercedis ex fundo refectũ sit. Idẽ in Parad. 57, Hoc proposito nunquam eris dines, antè quàm tibi ex tuis possessionibus tantum reficiatur, vt eo tueri sex legiones & magna equitum ac peditum auxilia possis. Id est redeat.

¶ Reficere Tribunos, & alios magistratus, pro Recreare & iterum creare. Cicero de Amici. Papyrius legem ferebat de Tribunis reficiendis. Liu. 2. ab Vrbe, Plebs Volernem Tribunum reficit. Ibidem, circa finem, Refecti decimùm iidem Tribuni. Ibidem, lib. 3. 62, Nec cætera modò Tribuni tranquillè peregere, sed refecti quoque in sequẽtem annum, ne voce quidem incommoda, nedum vt vlla vis fieret, &c. Ibidem, lib. 4. 249, Hic refectus cõtinuato honore, tum ob alias virtutes, tum ob recẽtem fauorem vnica moderatione partum.

Salutem communem reficere. Cic. pro Sestio, 11.

Reficere tribum. Cic. pro Plácio, 35, Neque hoc liberis nostris intenlicendum est, ne obseruent tribules suos, ne deligant, ne reficere necessariis suis suam tribum possint.

¶ Reficere, Recreare, delectare, & animũ oblectare. Plin. Quũ reficiendi animi gratia id fecisset. Idem epist. 101. d, Neque enim terras tibi, sed formam aliquam ad eximiam pulchritudinem pictã videberis cernere: ea varietate, ea descriptione, quocunque inciderint oculi, reficientur. Idem in Paneg. 119, Adhæc tam assiduus in Tribunali, vt labore refici ac reparari videretur. Cicero ad Gallum, lib. 7. 17. 7, Ego hîc cogito commorari, quoad me reficiam: nam & vires & corpus amisi. Hîc pro Restaurare sumitur, & vires recipere.

Refectus sum quum tua lego, Plin. epist. 68. b, Ita certè sum refectus ipse quum Græca epigrãmata tua, quum Iambos proximè legerem.

Cõsilium Cn. Pompeii me recreat, & reficit. Cic. pro Milone, 1.

Reficere exercitũ ex labore & inopia, Cibo & potu reparare, atque etiam quiete, ne labore victus deficiat. Cæsar 7. bel. Gall. 118, Summámque ibi copiam frumenti & reliqui cõmeatus nactus, exercitum ex labore atque inopia refecit. Idem 1. bel. Ciuil. 141, Cæsar in campis exercitum reficit, ne defectum præliis obiiciat. Sic 3. bel. Gall. 370.

Aurora refecit teneras herbas. Ouid. 3. Fast. 143.

Reficere se ab imbecillitate. Plin. lib. 16. cap. 11. 4, Reficientibus se ab imbecillitate vtilissima.

Reficere se ex caloribus, Post multos calores defessas vires & animum recipere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 1, Ego ex magnis caloribus (non enim meminimus maiores) in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci Iudorum diebus.

Reficere se ad audiendum. Cic. 6. Verr. 94, Ad ea autem quæ dicturus sum, reficite vos quæso Iudices per deos immortales.

Reficere vires cibo, Reparare. Liuius 7. bel. Maced. 98, Quum in alto, vbi substiterant, cibo reficerent vires, contemplatus Ludamus hostes, &c.

Vultum reficere. Cic. Attico, lib. 12. 241. 3.

Refici dicitur qui conualescit. Plin. epist. 164, Quanquam vereor ne post gratulationem quoque in metum redeat, atque ita gaudeas periculo liberatã, vt simul quòd periclitata sit, perhorrescas. iam lularis, iam sibi, iam mihi reddita, incipit refici, transmissúmque discrimen conualescendo remetiri.

Arte Æmonia refectus Thelephus, Sanatus. Stat. 1. Sylu. 4. 13.

Opibus curisque amici refectus. Horat. 2. epist. 1. 28,

Hic vbi cognatorum opibus, curisque refectus,
Expulit helleboro morbum, bilémque meraco, &c.

Furus refecti. Virgil. 3. Georg. 103, -furisque refecti
Ardebant. Quia languentia corpora in vires quodammodo excitat furor, & facit ea in exitium conualescere. Seruius.

Refectus, Participium. Liu. 1. ab Vrbe, 114, Id hodie pubbcè quoque semper refectum manet. Cic. Attico, lib. 16. 333. 1, Sed tamẽ idem ἀπαράγραπτα nisi ad te retractius, & quidé ἀρχαιότερα ipsum crebrò locis inculcatum & refectum. Ouid. 4. Fast. 111,

Non secus in deluit, quàm si modò rapta fuisset,
Mœsta parent, longa vixque refecta mora est.

Refectus, huius refectus, Ipsa refectio. Plinius lib. 18. cap. 7. 24, Panem ex hordeo antiquis vsitatũ vita damnauit, quadrupedúmque tradidit refectibus.

Refectio, Verbale, Ipse reficiendi & restaurandi actus. Columella libro 12. cap. 3. 8, Cæteráque, si refectionem desyderant, fabris cõcinnanda tradantur.

Quies & refectio. Quintil. lib. 10. ca. 3, Tempora ab ipsa rerum natura ad quietẽ, refectionémque nobis data, in acerrimum laborem conuertimus.

Dicitur etiam ciborum refectio. Celsus lib. 4. cap. 6, Si in refectione quoque manserit tussis, intermittere oportebit vno die.

Refector, refectôris, Verbale, m. g. Suet. in Vespasiano Cæs. cap. 18, Item colossi refectorem insigni congiario magnáque mercede donauit.

Refacio, refacis, antiquum, apud Plautum legitur in Trucul. 18. 23, Nam refacere si velim, non est locus.

Refigo/refigis, pen. pro. refixi, refixũ, refigere, Rursus, siue valde figere. Colum. lib. 4, Nam siue prope truncum defigitur palus, pedali tamen spatio refigendus est. Virg. lib. 4. Georg. 41,

-aulásque & cerea regna refigunt. Id est figunt, inquit Seruius.

¶ Refigere, Aliquando contrarium significat: nempe Quod fixũ est educere. Inde Refigere tabulas, & leges, id est Rescindere. Cic. 12. Philipp. 317, Immunitates ab eo, ciuitates, sacerdotia, regna vænierunt: num figentur rursus hæ tabulæ, quas vos decretis vestris refixistis? Ibidem, 13. 345, Acta Antonii rescidistis, leges refixistis per vim. Leges enim in tabulis æneis incisæ erãt. Horatius 1. Carm. ode 28. 3,

-quanuis clypeo Troiana refixo
Tempora testatus. Pythagoras enim in templo clypeum fixum muro columnæ, detraxit, dicés se illum illic fixisse olim cum anima sua habitaret in Euphorbo, tempore belli Troiani.

Æra refigere. Cic. Cassio, li. 12. 1. 7, Cuius æra refigere debebamus, eius etiam chirographa defendimus. Horat. 1. epist. 19. 11, Sub duce qui templis Parthorum signa refixit.

Leges figere & refigere. Virg. 6. Æneid. 115, -fixit leges pretio, atque refixit. De Theseo.

Sidera refixa cælo. Virg. 5. Æneid. 106.

Reflagito/reflágitas, pe. cor. reflagitáre, Iterum flagitare. Catull. de Acme, epigr. 30. 3, Persequamur eam, & reflagitemus.

Reflecto/reflectis, reflexi, reflexum, reflectere, Retro flectere. Plinius lib. 11. cap. 50. 2, Canum degeneres caudam sub alnum reflectunt.

Aciem reflectere. Seneca Herc. furente, 8. 3, Aciem oculorum intelligit.

Caput leuiter reflectens. Catull. de Acme, epig. 42. 2.

Colla mollia reflectunt. Virg. 11. Æneid. 115.

Oculos reflectere. Ouid. 7. Metam. 69.

Pedem reflexit inde. Catull. Argon. epigr. 49. 23.

Visus reflectere. Valer.5.Argon.91,
-odere tamen, visúsque reflectunt.

Auis reflectitur in longos vngues. Ouid.5.Metam.110, In'que caput crescit, longósque reflectitur vngues. De ascalapho in bubonem verso.

¶ Reflectere, per translationem, pro Renocare.

Renocare & reflectere. Cic. pro Sylla, 34, Fero ego te Torquate laudandum, fero: & nonnunquam animum incitatum ad vlciscendam orationem tuam renoco ipse & reflecto.

Reprimere atque reflectere. Terent. Adelph.3.2.9,
Quē neque fides, neque iusiurandum, neque illam misericordia repressit, neque reflexit.

Incitare & Reflectere, cōtraria. Cic.1.de Oratore, 18, Quæ nisi qui naturas hominum, vimque omnem humanitatis, causásque eas quibus mentes aut incitantur aut reflectuntur, penitus perspexerit, dicendo quod volet, perficere non poterit.

Animum reflexi. Virgil.1.Æneid.149, Nec prius amissam respexi, animúmque reflexi.

Reflexus, Participium: vt Cervix reflexa. Stat.1.Achilleid.77.

Telum reflexum rotabat obliquo marte. Silius lib.16.11.

Reflexum & Rectum, cōtraria. Plinius lib.11.ca.37.38, Masculis reflexi, fœminis recti atque prouī. De dentibus elephantorū.

Reflo/reflas, reflare, Retro, vel contrà spirare. Cic.1.Tuscul.194, Si enim reflātibus vētis reiiciemur, tamen eodem paulo tardius referamur necesse est. Idem 1.Offic.16, Nam & quum prospero flatu eius vtimur, ad exitus peruehimur optatos: & quum reflauit, affligimur. Idem ad Atticum, lib.6.118.1, Inde quamprimum Athenas, etsi Etesiæ valde reflarint.

¶ Reflor, passiuum. Lucret.lib.4.190,
Interiorem etiam partem spirantibus aer
Verberat hic idem quum ducitur, atque reflatur.

Reflātus, huius reflātus, pe.prod. masc.g. Ipse reflandi actus. Plin. lib.9.ca.6, Quorum vnum mergi vidimus reflatu beluæ expletum vnda. Cicero ad Atticum, lib.12.ep.1.4, Hic rumor est T. Marcum periisse naufragio, Asinium delatum viuum in manus militum. 1. nauis delatas in Vticam reflatu hoc.

Refloreo/reflóres, pen.prod. reflórui, reflorēre, siue Reflorēsco, reflorescis, reflorēscere, Rursum florere. Plin.lib.18.cap.16.6, Secatur incipiens florere, & quoties refloruit, &c. Idem libro 19, cap.8.19, Cuius natura in carnariis reflorescens sæpius dicta est. Iuuenta reflorescente ibat ouans. Silius lib.15.146.

Refluo/réfluis, refluxi, refluxum, refluēre, Rursum fluere. Plinius libro 2.cap.97.2, Nec vnquam eodem tempore quo pridie refluit. Virgil.9.Æneid.7,
Ceu septem surgens sedatis amnibus altus
Per tacitum Ganges, aut pingui flumine Nilus
Quum refluit campis, & iam se condidit alueo.
Vndis refluentibus stridet mare. Virgil.4.Georg.53.

Réfluus, Adiectiuum: vt Refluum mare, Quod refluit. Plin.lib.2.cap.97.9, Et Pontus semper extra meat in Propontidem, introrsus in Pontum nunquam refluo mari. Ouid.7.Metam.54.

Gurges refluus. Stat.5.Sylu.1.19.

Refocillo/refocillas, refocillare, Idem quod focillare, Recreare, reparare, instaurare. Plin.epist.58.b, Ipse paucis diebus ægrè refocillatus, nō sine vltionis solatio decessit, ita viuus vindicatus, vt occisi solent. Verbū ex focillo, quod calefacio significat, cōpositū: quod ex focillo diminutiuo huius nominis foc⁹ deriuatur.

Lugentē efficacibus remediis refocillare. Sene. de Benefic.lib.3.cap.9.

Refodio/réfodis, pen.corr. refódi, pen.prod. refossum, refódere, Contrariam habet significationē suo primitiuo: significat enim Extra terrā educere, fodiendo eruere. Plin.lib.15.cap.18.5, Quæ mitiore cælo refossæ cum arbore, atque in lucē remissæ, nouos soles recipiunt. Idem lib.2.cap.63.7, Si vlli essent inferi, iam profectò illos auaritiæ atque luxuriæ cuniculi refodissent. Columel.lib.3.cap.11.3, Refossas omnes radices in summum regeri atque cōburi. Et lib.4.ca.32, Sed illud de integro réfodi debet.

Reformīdo/reformidas, pe.prod. reformidare, Idem quod simplex formidare, siue valde formidare. Cæsar 1.bel.Ciuil.130, Neque se reformidare quod in Senatu paulo antè Pompeius dixisset, ad quos legati mitterentur. Cic.3.de Finib.11, Quippe qui ne reprehensionem quidem vulgi inanem reformidans, in ipsa curia soleret legere sæpe. De Catone. Idem pro Cecinna, 61, Istum locum fugis & reformidas. Et in Oratore, 139, Tum illos existimabo non desperatione reformidauisse genus hoc, sed iudicio refugisse. Vet⁹ exēplar habet formidauisse. Sic 7.Ver.55.

Amicitiæ crimen reformidare. Cic. pro Cælio, 10.

Frondes reformidāt ferrū. Virg.2.Geo.74. Quintil.li.1.ca.4.

Humus reformidat vulnus. Ouid.1.Fast.133.

Lumina reformidāt insuetum solē. Ouid.3.de Ponto ele.4.10.

Membra saucia reformidāt tactum. Ouid.1.de Pōto, eleg.7.3.

Mens reformidat tempus illud. Ouid.3.Trist.eleg.6.6.

Reformidatio, Verbale. Cic.in Partit.7, In suasione autem aut spē, aut reformidationem deliberantis.

Reformo/reformas, reformare, In priorē vel meliorē formam redigere. Plin.in Paneg.85, Omnia r.c. quæ de aliis principibus à me aut dicūtur, aut dicta sunt, eò pertinent, vt ostendā quàm longa consuetudine corruptos deprauatósque mores principatus parens noster reformet & corrigat. Ouid.11.Metam.51,
Nec te decipiat centum mentita figuras:
Sed preme quicquid erit, dum quod fuit antè reformet.

¶ Reformare, & velut recoquere. Quintil.lib.11.ca.6, De Cicerone, Qui postquā egit pro Sestio, tamen Apollonio Moloni, quē Romæ quoque audierat, Rhodi rursus reformandū ac velut recoquendum se dedit. Legitur rursus formandum.

¶ Reformare, pro ea significatione in qua vulgus vtitur, hoc est Cōstituere denuo. Hermogenes Iurisc. De publicanis & vectigalibus, L. Vectigalia, Vectigalia sine imperatorū præcepto, neque præfidi, neque curatori, neque curiæ constituere, neque præcedētia reformare, & his vel addere vel diminuere licet. Budæ⁹.

Reformātor, pen.prod. reformatōris, Verbale. Plin.epist.165.lib.8, ad Minicianum, Multorúmque qui aliqua componunt, portus, sinus, præmium, omnium exemplum: ipsarum denique literarum iam senescentium reductor ac reformator.

Refoueo/réfoues, pen.corr. refóui, refōtum, pen.prod. refouēre, Rursum fouere, siue nutrire. Colum.lib.2.ca.2.6, Licet, enim maiorem fructum percipere, si frequenti, & tempestiua & modica stercoratione terra refoueatur.

Complexibus refouet artus. Lucan.lib.8.14.

Corpus refouēntque fouēntque. Ouid.8.Metam.108.

Membra refouere quiete. Silius lib.3.119.

Inungere ac refouere oculos. Plin.lib.8.cap.27.3, Idē hyberna latebra visu obscurato, marathro herba sese affricans, oculos inungit ac refouet. Hoc est quod vulgus dicit *fomentat*.

Absumptas vites refouere stercore. Colum.lib.2.cap.14.3, Vna præsens medicina est, vt stercore adiuues, & absumptas vites hoc velut pabulo refoueas.

Vires dat refouētque deus. Stat.6.Thebaid.105.

¶ Refouere, per translationem. Plin.in Paneg.117, Siquid vsquā stirpis antiquæ, siquid residuæ claritatis, hoc amplexatur, & refouet, & in vsum Reip.promit. Ibidem, 19, Quàm speciosum est enim quòd disciplinā castrorum lapsam extinctámque refouisti, depulso prioris seculi malo, inertia & contumacia.

Ignes tepidos refouerat. Ouid.1.Amor.eleg.19.3.

Refractarius/Vide **Refringo**.

Refræno/refrǣnas, pen.prod. refrænare, A frēno deductū verbum, significat Valde frēnare, cohibere, coercere: vt Refrænare libidines. Cic. in Parad.40. Et pro Lege agraria, 59, O libidinem refrænandam!

Refrænare atq; coercere. Cic.2.de Diuin.7, His præsertim moribus atque temporib⁹, quibus ita prolapsa est, vt omnium opibus refrænanda ac coercenda sit.

Licentiam indomitam refrænare. Horat.3.Carm.ode 24.6.

Voluptas refrænat morsus, Id est mitigat. Lucret.libro 4.119, Blandáque refrænat morsus admista voluptas.

A' gloria refrænare, cui Incitare opponitur. Cic. pro Cælio, 60, Etenim semper magno ingenio adolescētes refrænandi potius à gloria, quàm incitandi fuerunt.

A' reditu refrænare. Cic.11. Philipp.191, Alteri se Brutus obiecit, impetumq; furentis, atque omnia diuexare & diripere cupientis, vitæ suæ periculo colligauit, à progressu arcuit, à reditu refrænauit.

Aquas refrænare. Ouidius epist.6.18, Illa refrænat aquas, obliquáque flumina sistit. De Medea.

Refrænātus, pen.prod. Participiū: vt Religione refrænatus. Lucret.libro 5.13.

Refrago/, pe.pr. refragāris, refragári, Resistere, repugnare. Plin. epist.63.b, Proinde hoc te non moueat, si cætera nō refragātur, quæ velim quàm diligentissimè examines. Plin.lib.19.cap.8.4, Quidam eunuchió, quoniam hæc maximè refragetur veneri.

¶ Refragari, Repugnare, sed propriè verbis. Cic.11.Philip.304, Etsi quis potest refragari non modò non petenti, verumetiam recusāti? Idem pro Murena, 44, Sed tota illa lex accusationem tuam, si haberes nocētem reum, fortasse armasset: petitioni verò refragata est.

Refragatur illi ingenium. Quintil.lib.10.ca.6, Eò tamen perueniunt, vt is cui non refragetur ingenium, acri studio adiutus, tantum consequatur, vt ea etiam quæ cogitarit, quæque scripserit, atque edidicerit, in dicendo fidem seruent.

¶ Refragare, Suffragari. Sisenna lib.11, Multi populi, plurimæ

tionis Dictaturam omnibus animis & studiis refragauere. Id est suffragati sunt. Author est Nonius.

Refrico/refricas,pen.corr.refricare,Rursum,vel valde fricare. Cato cap.87,Id in linteum nouum indito, exprimito eremorē in patinam nouam,aut in mortarium:id omne ita facito,& refricato denuo.

¶ Refricare,Renouare. Tractum à vulneribus,quæ plerúq; fricando renouantur.Cic.ad Sestium,lib.5.17.9, Sinautem omnia quæ sentio,perscripserim,ne refricem meu literis desyderium ac dolorem tuum. Idē 3.de Lege agrar.103, Neque apud vos antè feci mētionem, ne aut refricare obductam iam Reip. cicatricem viderer, aut aliquid alienissimo tempore nouæ dissensionis commouere.

Nec hæc quæ refricant,hīc me magis angunt.Cic.Attico,libro 12.epist.7.

Refricare vulnera.Cic.Attico,lib.5.epist.3, Appii vulnera non refrico,sed apparent,nec occuli possunt.

Animū memoria refricat cinis patriæ.Cic.pro Sylla,15, Quū cinis patriæ versari ante oculos, atque animū memoria refricare cœperat,&c.

¶ Refricare,neutrum.Cicero ad Atticum,li.10.epist.1, Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meam.

Refrigeo/refriges,pen.pr.refrixi,sine supino,refrigêre: vel potius Refrigesco,refrigescis,refrigescere, Frigidum fieri.Cato ca. 105,Vbi iam vinum refrixerit,in dolium quadragenariū infundito. Plin.lib.11.cap.37.79,Concretus adeps & quum refrixit. Idem lib.23.cap.7.5,Ob id Autumno insalubres, quomā sudantia huius cibi opera,corpora refrigescūt.Vetus codex legit perfrigescunt. Colum.libro 1.cap.1.15,Vt boues inhibeat,vt colla eorum refrigescant,quæ celeriter conflagrant,nisi assiduè refrigerentur:& ex eo tumor,ac deinde vlcera inuadunt. Idem libro 11.cap.11.

Refrixit cor.Ouidius 11.Metam.85,

-paruo cor vulnere læsum
Corpore cum toto post tela educta refrixit.

¶ Refrigescit res, per translationem.Cic.Q.fratri,lib.3.14.6, Sed tota res & timetur & refrigescit. Idem ad Cassiū,li.15.17. 4, Cæsarē putabant molestè laturum, verentem ne hasta refrixisset. Idem ad Dolabellam,lib.9.10.7,Ego cætera qui animo æquo fero, vnū vereor ne hasta Cæsaris refrixerit. Quintil, lib.10.cap.3,Calor ille cogitationis scribendi mora refrixit.

Refrixerit res,pro Refrigescit: vt ait Donatus.Terent. Adelphis,2.2.14, Nihil est,refrixerit res. Id est,Tacent de hac re,nulla amplius mentio fit. Cic.Q.fratri,libro 2.10.6,Nam quod de Pompeio Caninius agit, sanè quàm refrixit.

Non refrixit amor.Pli.epist.94.2.lib.6,Māsit hīc postea,nec refrixit iudicio,sed inualuit.

Refrigero,refrigeras,pen.corr.refrigerâre. Frigus inducere, rem calidam frigidam facere. Cic.de Senect.53, Vbi enim potest illa ætas,aut æquè calescere,vel apricatione melius,vel igni,aut vicissim vmbris aquisve refrigerari salubrius? Colum.lib.1, Atque ita rursus in sole siccata,& mox refrigerata recondimr.

Refrigerare æstum.Plin.lib.10.cap.7.5, Peculiares earum vires partim iam dictæ sunt,somnum faciendi, venerémque inhibendi,æstum refrigerandi.

Refrigerare piscinas.Varr.3.de Re rust.ca.17.9,In Baiano autem tanta ardebat cura,vt architecto permiserit, vt suam pecuniam consumeret,dūmodo perduceret specus è piscinis in mare,obiectaculo quo æstus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire ac redire rursus in mare posset,ac refrigerare piscinas.

Refrigerare thermas.Martialis li.5.81, Neronianas is refrigerat thermas.

Refrigerate & extinguere.Cic.1.de Nat.deor.34,Refrigerato autem & extincto calore,occidimur ipsi & extinguimur.

Refrigerare & incendere, contraria. Cic.1.de Nat.deor.177, Quarum tantus est concentus ex dissimillimis motibus, vt quū summa Saturni refrigeret,media Martis incendat. De stellis.

Frigus refrigerat aliquem.Vatinius ad Ciceronem,lib.5.10.1, Et eo minus quòd me frigus Dalmaticū,quod illinc electi,etiā hīc refrigerauit.

Membra refrigerat vnda.Ouid,13.Metam.191.

¶ Refrigerato sermone.Cic.Appio Pulch.li.3.8.1,Refrigerato iam leuissimo sermone hominum prouincialium.

Defessa ac refrigerata accusatio.Ciceru 2.Verr.10,Ita defessa ac refrigerata accusatione rem integram ad M.Metellum Prætorem esse venturam.

Refrigerare testem,Ad frigus redigere,Id est attonitum reddere & perturbare,& penè explodere. Quinctilianus De testib' interrogandis,lib.5.cap.7.18,Testis, inquit, breui interlocutione patroni refutandus est:aut aliquo,si contingat,vrbanè dicto refrigerandus.Budæus.

Refrigerâtus,pen.prod.Participium. Plin.lib.12.cap.15.1, Myrrha melior radice refrigerata.

Refrigeratus,Refocillatus,Suetonius in Claud.Cæs.cap.41,Et quum primùm frequenti auditorio commisisset, ægrè perlegit,refrigeratus sæpe à semetipso.

Ardens & Refrigeratus,contraria.Cic.1.de Nat.deo.37,Quæ si mundus est deus, quoniam mundi partes sunt,dei membra partim ardentia,partim refrigerata dicenda sunt.

Amor inuentionis refrigeratur. Quintilianus Tryphoni,2, Dabam iis otium, vt refrigerato inuentionis amore, diligentius repetitos tanquam lector perpenderem.

Refrigeratio,Verbale.Plin.lib.20.cap.12.3, Item lethargicis & inflammatis refrigerationi esse. Idem lib.34.cap.13.1, Additur & in emplastra,quibus lenis quæritur refrigeratio & siccatio. Colum.lib.11.cap.1.14,Qui quum sit vnā profectus,vmbras arborum,fonticulorúmque amœnitatem, vel aurę refrigerationem captauit. Cic.de Senect.43,Et refrigeratio æstate,& vicissim aut sol,aut ignis hybernus.

Refrigerâtor,& refrigerátrix.pen.prod.Verbalia.Plin.lib.19.ca. 8.4,Est quidem natura omnibus refrigeratrix.

Refrigeratorius,adiectiuum.vt Vis refrigeratoria.Pli.lib.11.cap. 12.11, Refrigeratoriam tamen vim esse conuenit nigro, & hac causa imponendum cum polenta. Idem lib.25.cap.13.8,Semini & foliis refrigeratoria vis.

Refrima/Faba dicitur,vt ait Cincius quoque,quæ ad sacrificiū referri solet domum ex segete causa auspicii,quasi reuocēt fruges,vt domum datantes teuirtito ad rem diuinam faciendam. Ælius dubitat an ea sit quæ prolata in segetem, domum referatur:an quæ refringatur,quod est teratur: sed opinionē Cincii adiuuat,quòd in sacrificiis publicis quū puls fabata diis datur,nominatur refrina. Hæc Festus. Plin.lib.18.ca.12.2,Nanq; fabā vtique è frugibus referre mos est auspicii causa, quæ ideo refrina appellatur.

Refringo,refringis,refrēgi,pen.pro.refractū,refringere,Rumpendo aperire. Plautus Capt.15.10,Cellas refregit omnes intus. Plin. epist.34.2, Enotuerunt quidā tui versus,& inuito te claustra tua refregerūt. Sic Cæsar 1.bel.Gal.348,Refringere portas.

Refringere carcerem. Liuius 4.bel.Maced.169, Comparauerat homines qui pluribus simul locis vrbis nocte incendia facerent, vt in consternata nocturno tumultu ciuitate refringi carcer posset.

Aditus refringere.Valer.1.Argon.110.

Domos refringere.Valer.8.Argon.65.

Discordia refregit hostes.Horat.1.Serm.saty.4.13.

Syluas refringens pectore.Stat.4.Thebaid.28.

Refringit virgulta pede vago.Catull.de Berecynt.8.18.

Refringere & hebetare vnguium mucronem. Plin.lib.8.cap. 15.3,Mirum, pardos,pantheras,leones,& similia,condito in corporis vaginas vnguium mucrone, ne refringatur hebetetúrque, ingredi.

¶ Refringere vim fortunæ, per translationē. Liu.5.ab Vrbe, 166,Adeò occæcat animos fortuna, vbi vim suam ingruentem refringi non vult.

Claustra nobilitatis refringere.Ci.pro Murena,15,Quum verò ego tāto internallo claustra ista nobilitatis refregissem, vt aditus ad Consulatum posthac, sicut apud maiores nostros fuit, non magis nobilitati quàm virtuti pateret.

Gloriam alicuius refringere. Cic. pro Milone,4, Nunquam existimaui spem vllam esse habituros Milonis inimicos, ad eius non salutem modò extinguendam,sed etiam gloriam per tales viros refringendam.

Opes alicuius refringere.Propert.lib.3.eleg.5.9, -& Teutonicas Roma refringat opes.

Refractus,Participium:vt Aquilo refractus.Stat.4.Syl.4.1.

Refractis pudoris claustris.Plin.epist.38.b,Nunc refractis pudoris & reuerentiæ claustris,omnia patent omnibus.

Refractārius,Adiectiuum,A refringo, quasi repercutiens tactum & reluctans: Significat contumacem,& nimis in sua sententia tenacem,authore Seneca.

Refractariolus,pen.corr. Adiectiuum diminutiuum. Cic.Attico, lib.1.16.5,Fuit enim mihi commodum, quòd in eis orationibus quæ Philippicæ nominātur,enituerat ciuis ille tuus Demosthenes,& quòd se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, vt πολιτικῶς τε καὶ πατριωτικῶς videretur curare, vt meæ quoque essent orationes,quæ Consulares nominarentur.

Refugio/refugis, pen.corr.refūgi,pen.prod.refúgitum, refúgere,Retro fugere. Plin.lib.9,Venantes refugere (nempe pisces

ipſos)in ſuas cauernas. Gellius,Poſtea quũ prælio victus in vltima regione refugiſſet. Plinius de Viris illuſt.7.b, Qua re audita Seruius, dum ad curiã properat, iuſſu Tarquinii gradibus deiectus,& domũ refugiens,interfectus eſt. Cæſar 8.bel.Gal.117, Magnæ fœlicitatis eſſe arbitrabatur,neminem ex cæde refugiſſe.

Trepidúſque repente refugit.Virg.2.Æneid.76.

Ad vrbem refugere. Liuius 3.bel.Pun.118.

Ad aliquem refugere.Cic.pro Deiotaro,11,Nóne quum eſſet productus teſtis,& quum tecum fuiſſet,refugit ad legatos?

A mari refugere. Colum.lib.1.cap.5. 4, Nam præſtat à mari lógo potius interuallo,quàm breui refugiſſe: quia media ſunt ſpatia grauioris halitus.

Refugere ex.Cic.7.Verr.79,Qui ex illo numero reliqui Syracuſas claſſe amiſſa refugerant.

In ſecundam aciem refugere, Vide Acies.

Refugit Romam.Liu.5.ab Vrbe,175.

A peſtiferis & nocentibus refugere .Cic.1.de Nat.deorũ,179, Quinetiam à canibus bralicis,ſi propter ſati ſint, vt à peſtiferis & nocentibus refugere dicuntur.De vitibus.

Refugere à conſuetudine. Cicero ad Atticũ,lib.1.1.9,Et poſtea prorſus ab inſtituta noſtra paucorum dierum conſuetudine longè refugit.

Ad planctus refugit.Stat.5.Syla.1.6.

¶Refugiunt memoriam noſtrã iſta, Id eſt non meminimus iſtorum.Colum.lib.11.cap.50.7,Et ſiqua ſunt alia quæ nũc memoriam noſtram refugiunt.

¶Refugere,Deuitare,valde fugere.Plin.de Claris Grammat. 23,Qui cum in turba oſculum ſibi ingerentem,quanquam refugiens deuitare non poſſet,Vis tu,inquit,magiſter quoties feſtinantem aliquem vides,abligurire? Colum.lib.3,Vdque adeò plurimi dubitant, vt multi refugiant & refurmident talem poſitionem ruris.

Procul hæc fortuna refugit. Ouid.ad Piſonem,26.

Mors ipſa refugit viram.Lucan.lib.1.15.

Animus refugit,cáque reformidat dicere,quæ,&c.Cicero 14. Philip.390.

Refugere inuidiam muneris,Munus recuſare propter maleuolam inuidorum calumniam. Senec.de Beneficiis.lib.2.cap.16, Quum ille cui donabatur, ſeipſum menſus tanti muneris inuidiam refugiſſet.

Iugia vicina refugit.Horat.2.epiſt.2.55.

Periculum refugere ac deprecari.Aſinius Ciceroni,li.10.31.9.

Refugere tela. Cicero pro Cecinna,16, Et iam ingrediens intra finem eius loci quem oleæ terminabant, impetum armati Antiochi,cæterorúmque tela atque incurſus refugit.

Omnem Venerem refugerat Orpheus.Ouid.10.Metam.16.

¶Refugere, Recuſare.Cic.pro Roſc.Comœdo, 16, Quem ego ſi ferrem iudicem, refugere non deberet: quum teſtem producam,reprehendere audebit? Cic.7.Verr.31,Quum ad te Valentini veniſſent, & pro his homo diſertus & nobilis M. Marius loqueretur,vt negotium ſuſciperes:vt quum penes te Prætorium imperium ac nomen eſſet, ad illam paruam manum extinguẽdam,ducem te,principémque præberes:nó modò id refugiſti,ſed,&c.

Refugere ab admonendo. Cic.Attico,lib.11.14.9, Dum recordationes fugio,quæ quaſi morſu quodam doloré efficiunt, refugio à te admonendo.

Refugere à dicendo,Cic.2.de Orat.6,Pudore à dicendo & timiditate ingenua quadam refugiſti.

Réfuga,réfugæ,pen.cor.com.gen. Qui aliorum dominium refugit. Vlpianus in L. Aut damnum, De pœnis, Quique refugæ ex opere metalli in metallum dánantur. Marcellus,De re militari,in Lege Milites agrum, Quia cuſtodiæ refugæ, non deſertor militiæ eſt.

Vmbra refuga.Valer.4.Argon.9.

Réfugus. Tacitus libro 13, Quibus iuſſerat, vt inſtãtibus cominus reſiſterent,refugos non ſequerentur.Hoc eſt refugientes.

Réfugus, Adiectiuum, Quod eſt reclive aut reiectum. Sidonius, Capitis apex rotundus, in patulum à planitie frontis verticem exſaries retroa criſpatur.

Mare refugum.Stat.11.Thebaid.117.

Capilli refugi à fronte, Hoc eſt reflexi, & velut refugientes, quales ſunt criſpi Maurorum capilli.Lucan.lib.10.17.

Refugium,refugii, Locus ad quem confugimus. Cicero 1.Off.37, Regum,populorum,nationum portus erat,& refugiũ Senatus: Sueton.in Tiberio,Ne refugium in tali fraude cuiquam eſſet.

Refulgeo/refulges,refulſi,refulſũ,refulgẽre,Valde fulgere. Plinius lib.11.cap.18.3,Nunc pennarum hiatu refulgẽtes. Liu.3. ab Vrbe.50,Vbi triarii conſurrexerunt,integri refulgentibus armis,nouo ex improuiſo exorta acies. Sic lib.7.49.

Clara in luce refulſit.Virg.1.Æneid.119.

Roſea ceruice refulſit.Virg.1.Æneid.81.

Humus refulſit luce purpurea.Ouid.6.Faſt.51.

Refulgens ab Occaſu Lucifer.Plin.lib.2.cap.8.7.

Longè refulget nubes.Virg.8.Æneid.115.

Sol refulget in liquida aqua.Ouid.2.de Arte,145.

Refulget radiis aduerſa.Virg.lib.9.Æneid.17.

Refulgere ſuſpectu.Plin.lib.9.cap.38.4, Color ſanguinis concreti,nigricans aſpectu,idémque ſuſpectu refulgens.

Vmbris refulgere. Plinius lib.37. cap.5.8, Eoſdem in ſole lucebetari,vmbris refulgere,& longius quàm cæteros nitẽre.

Fama ſplendida refulget.Propert.lib.3.eleg.20.2.

Refundo/refundis,refudi,refuſum,pen.prod.refúndere, Idem ſignificat quod fundere. Plin.lib.2.cap.101,Glacié refundat,cũctáque humifico ſpiritu laxet.De luna.Refundat,id eſt regelet, reſoluat,liquefaciat. Cic.2.de Nat.deorum,176,Quibus altæ, renouatæque ſtellæ,atque omnis æther refundunt eadẽ,& rurſum trahunt indidem.Refundunt,hoc eſt remittunt, reliciunt, rurſus fundunt,régerunt.

Vrna refudit aquas.Propert.lib.2.eleg.27.10.

Æquor refundit in æquor.Ouid.11.Metam.98,Egerit hic fluctus,æquórque refundit in æquor.

Vnda refunditur.Stat.9.Thebaid.93.

Refuſus,penul.prod.Participium:vt Refuſum mare,Redundans. Plin.lib.36.cap.16.2,Non niſi refuſo mari harenas fatetur.

Oceanus refuſus.Virg.7.Æneid.45. Vide Oceanus.

Ponto ſonat vnda refuſo.Virg.2.Georg.53. Hoc eſt retro fuſo, & molibus oppoſitis repulſo.

Stagna refuſa vadis.Virg.1.Æneid.26. Id eſt effuſa.

Valles refuſæ.Silius lib.17.13.

Refuſe, penul.prod.refuſius,refuſiſſimè,Aduerbium,Redundanter. Colum.lib.4.ca.1.3, Nam ſemper in plano refuſius egeſta humus tumidior eſt,quàm gradus ſoli crudi.

Refuto/refútas,pen.prod.refutare,A futo frequentatiuo verbi Fuo,fui,quo vſus eſt Plautus Amphi.11.1,Nec quiſquã tam audax ſuat homo,qui obuiã obſiſtat mihi. Futare,inquit Feſtus, arguere eſt.vnde cófutare & refutare,id eſt redarguere, ſiue nõ ita eſſe oſtendere,reprehendere. Cicero Dolabellæ,lib.9.11.4, Quòd ſcribis pretia te mea cauſa non ſuſtinere, nõ tam id laboro vt ſiqui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio,quod certe intelligitur, me à te amari. Idem in Vatinii teſtem,Nemo enim horum te ita refutandũ vt grauem aduerſarium: aut ita rogandum vt religioſum teſtem arbitrabatur. Plin.epiſt.33.b,Cõcipere animo potes quàm ſimus fatigati,quibus toties agendum,toties altercandum,tam multi teſtes interrogandi, ſubleuandi, refutandi. Cic.7.Verr.106,Sin alia dices quæ à me dicta ſunt,non refutabis.

Manifeſta refutant id.Lucret.lib.2.174.

Res vera refutat id.Lucret.lib.2.50.

Teſtes refutare. Cic. pro Fontelo.1, Plus ego in hac cauſa laboris & operæ conſumo in poſcendis teſtibus,quàm cæteri defenſores in refutandis.

Teſtibus refutare.Cic.2.de Orat.2, Quos tũ vt pueri,refutare domeſticis teſtibus, patre, & C. Aculeone propinquo noſtro & L.Cicerone patruo ſolebamus. Idem pro Flacco,6,Quibus igitur teſtibus ego hoſce poſſum refutare, niſi vobis?

Refutare & re & verbis. Cic.pro Lege Manilia, 36, Obſoleuit iam iſta oratio,re multo magis quàm verbis refutata.

Refutare bello. Cic.de Prouinc.Cõſul.15, Semper illas nationes noſtri imperatores refutãdas potius bello, quàm lacessendas putauerunt.

Refutare ac reiicere. Cic.1.Tuſcul.95, In primiſque refutetur ac reiiciatur Philoœteus ille clamor.

Oratione ferocẽ refutando plebem.Liu.2.ab Vrbe,219.

Conatum alicuius refutare, Reprimere aut verbis,aut etiã facto.Cic.de Aruſp.reſp.6,Vt aut concedente,aut etiam adiuuãte Milone,eius conatum refutabo.

Aſpernari & refutare, Complecti & augere,contraria.Cic.pro Rab.Poſth.17,Quam quidem vos Iudices,in nouogenere bonitatem,inuſitatam claris ac præpotentibus viris,non modò non aſpernari ac refutare, ſed complecti etiam & augere debetis.

Refutãtus,huius refutãtus,pen.prod.Verbale:vt

Ancipiti refutatu conuincere falſum.Lucret.lib.3.106.

Refutatio,Verbale,Actus ipſe refutandi.Cic.in Topicis,49,Refutatio autẽ accuſationis,in qua eſt depulſio criminis, quæ Græcè στάσις dicitur, Latinè appelletur ſtatus, in quo primum inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio.

Firma refutatio. Quintil.lib.5.cap.10.40.

Regalíolus,regaliola,pen.cor.maſc.gen.Auis,quam Plinius

lib.10, ſcribit appellari regem auium in Italia, propter diſſidia & bella quæ ſunt inter eam & aquilam. Alii putant galgulum, quæ auis Græcè dicitur Icteros, à colore. Sueton. in Iulio Cæſare, ca.81, Pridie autem eaſdem Idus, anem regaliolum cũ laureo ramulo Pompeianæ curiæ ſe inferentem, volucres varii generis proximo nemore profectæ ibidem diſcerpſerunt.

Regalis/& hoc regale, Vide **Rego**.

Rẽgelo/régelas, pen.cor. regelare. Cõtrarium eſt ſuo ſimplici, Gelu reſoluere. Colum.lib.1.cap.5.7, Quantóque fuerit ædificii ſolum pronius orienti, tanto & æſtate liberius capere perflat⁹, & hyemis procellis min⁹ infeſtari, & matutino regelari orta poterit, vt concreti rores liqueſcant. Idẽ lib.2.cap.16, Alter quod aſſiduis humorib⁹ rigens hoc adhibito regelatur. Idẽ lib.10.8,

Poſt vbi Typhææ torpentia frigora brumæ
Candidus aprica Zephyrus regelauerit aura.

Regenero, régeneras, regenerare, Iterum ſiue rurſum generare. Plin.lib.12.ca.1.8, Platani ſatæ regenerauere vitium. Idem libro 7.cap. 11.2, Signa quædam, næuóſque & cicatrices etiam regenerari.

¶ Regenero, Idem etiã ſignificat quod Repræſento, ſeu naturam & mores refero. Plin.lib.14. ca.12.7, de Tiberii imperatoris & Druſi bibacitate verba faciens: Nec alio magis Druſus Cæſar regenerаſſe patrem Tiberium ferebatur.

Regermino/regérminas, pen.corr. regerminare, Iterũ germinare. Plin.lib.16.cap.33.3, Et in Ænaria ſuctiſa regerminat.

Regerminatio, Verbale. Plin.lib.17.ca.20.5, Regerminatione cædua, vel ſalice lætior.

Rẽgero/régeris, pen.cor. regeſſi, regeſtum, regérere, Retro portare, reducere, reiicere. Plin.lib.2.cap.9.5, In coitu quidem non cerni, quoniam hauſtum omnem lucis auerſa illò regerat, vnde acceperit. De Luna. Colum.lib.2. cap.10.10, Deinde quum ad alteram partem arex peruenerint, in acerui culmos regerant.

Contagia regerere. Plin.lib.28.cap.4.3, Deſpuimus comitiales morbos: hoc eſt contagia regerimus. Poſtea autem ſeipſum explicat: quum ait, Simili modo & faſcinationes repercutimus.

¶ Crimen alicui regerere, Id eſt in aliquem reiicere. Senec. Hippol.5.27.

Inuidiam regerere in aliquem. Quintil.lib.11.cap.1, Quod tamen ita emendauit vt neceſſitatem id faciendi oſtenderet, inuidiámque omnem in eum regereret qui hoc ſe coegiſſet.

Alicui regerere alterum, pro Obiicere, vel opponere. Caſſius ad Ciceronem, lib.15.19.2, Pro quo tibi proxima epiſtola tot ruſticos Stoicos regeram, vt Catium Athenis natum eſſe dicas.

¶ Regerere, In librũ referre quæ audiẽdo excepimus. Quintil.lib.2.cap.12, Vnde fit, vt diſſoluta & ex diuerſis congeſta oratio, cohærere non poſſit, ſimiliſque ſit commẽtariis puerorum, in quos ea quæ aliis declamantibus laudata ſunt, regerunt. Legunt nonnulli redigunt. Idem libro 3.cap.8, Sunt enim velut res regeſtæ in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat ſchola. Budæus. De rhetoricis Ciceronis.

Regeſtus, Participium: vt

Tellus regeſta. Ouid.11.Metam.38,
Indiciúmque ſuæ vocis, tellure regeſta
Obruit, & ſcrobibus tacitus diſcedit opertis.

Regeſtum, regeſti, Latinè dici poteſt, quod vulgò *regiſtrum* vocamus, teſte Budæo.

Regeſtũ, ſiue Regeſta terra, Eſt terra ex ſulco egeſta, vt ait Budæus. Colum.lib.4.cap.1, Vt ſit inferior tenera ſubiacens terra, quæ non arceat, nec duritia ſua repellat nouas irrepentes radiculas. Iſtud quidem cõtingere poteſt, etiam ſi ager bipalio moueatur, & deprimantur ſemina in regeſto, quod eſt fermentatum, plus dipondio ſemiſſe. Et lib.3.ca.13.7, Quum à ſuperiore parte in inferiorem detrahitur humus, vix iuſtum paſtinationi præbet regeſtum. Idem lib.11.cap.3.8, Poteſt tamen etiam in ſicciſſimis locis opus cuſtodiri, ſi depreſſius paſtinetur ſolum, etiúſque abundè eſt gradum effodere tribus pedibus, vt in quatuor conſurgat regeſtum.

Regia/regiæ, Vide **Rego**.

Regigno/ regignis, regignere, Iterum gignere. Hinc paſſiuum Regignor, apud Lucretiũ li.5.49, -quapropter maxima mũdi
Quum videam membra, ac partes conſumpta regigni.

Regilla/regillæ, Veſtis quæ & baſilica, & trabea dicitur, quoniã ea reges vterentur, auro & purpura intexta. Plaut. Epid.5.40, An regillam induculam, an mendiculam?

Regimen/**Regina**/**Regio**/Vide **Rego**.

Regiſtrum/Legitur apud Flauium Vopiſcum in Probo. Vſus, inquit, etiam ex regiſtris ſcribarum porticus porphyreticæ.

Rego/regis, rexi, rectum, régere, Gubernare: quaſi rẽ populi agere. Virg.4.eclog.4, Pacatumq; reget patriis virtutibus orbẽ.

Regere & moderari. Cic.in Somnio, 29, Siquidẽ deus eſt qui viget, qui ſentit, qui meminit, qui prouidet, qui tam regit & moderatur, & mouet id corpus, cui præpoſitus eſt, quàm hunc mundum princeps ille Deus.

Lapis regit arua certis finibus. Tibull.lib.1.eleg.3.9.

Animum regere. Horat. 1.epiſt.2.13,

Ira furor breuis eſt: animum rege, qui niſi paret Imperat.

Animos dictis regere. Virg.1.Æneid.31.

Bella regere. Silius lib.7.9.

Conſilio rem aliquam regere. Terent. Eunuch.1.1.13,

Here, quæ res in ſe neque conſilium, neque modum
Habet vllum, eam conſilio regere non potes.

Curſus regere. Virg.6.Æneid.70.

Diſciplina regere. Cic.ad Atticum, li.10.1e6.5, Hoc autem vitium puto te exiſtimare non noſtra indulgentia, ſed à natura profectum, quem tamen nos diſciplina regimus.

Lunáque nocturnos alta regebat equos. Ouidius 1.Triſt.elegia 3.6.

Fines regere. Cic.1.de Legib. 84. Idem pro Murena, 19, Ille exercitatus eſt in propagandis finibus, tu in regendis.

Habenas regere. Ouid.1.Faſtorum, 5.

Imperium regere. Virg.1.Æneid.69.

Res imperio regere. Lucret.lib.5.117.

Italiam imperiis grauidam regere. Virg.4.Æneid.46.

Ingenium alicuius regere Plaut. Bacchid.8.90, Vt illius animum, atque ingenium regas.

Iter rexit lino Theſeus. Propert.lib.2.eleg.15.2.

Mentem ſuam regere. Ouid.ad Piſonem, 11.

Mores regere ſuo exemplo. Ouid.15.Metam.167.

Verſare ſuam naturam & regere ad tẽpus. Cic.pro Cælio, 9.

Opes regere. Ouid. 14.Metam.155.

Ora equi regere. Ouid.8.Metam.8.

Imperio populos regere. Virg.6.Æneid.171.

-O, qui res hominũmque deũmque
Æternis regis imperiis. Virg.1.Æneid.47.

Ratem regere arte. Ouid.1.Triſt.eleg.3.13.

Rates gubernacula regunt, Hoc eſt dirigunt. Plin.lib.12.cap. 19.2, Vehunt per maria vaſta ratibus, quas neque gubernacula regant, neque remi trahant.

Remo reguntur rates. Ouid.1.de Arte, 1.

Rempublicam regere. Cic.1.Offi.130, Illud autem eſt iudicandum maximas geri res & maximi animi ab iis qui Reſpub. regunt: quòd earum adminiſtratio latiſſimè pateat. Idem 4.Acad.125, Qui claros viros à ſe inſtructos dicant Rempublicam ſæpe rexiſſe.

Semetipſum regere. Cic.Plancio, lib.4.14.3.

Senatum conſiliis regere. Quintil.lib.1. cap.16.11, Nam vt omittam defendere amicos, regere conſiliis Senatum, &c.

Vrbes regere in longa pace. Virg.7. Æneid.10.

Vrbes conſiliis regere. Quintil.in Prooem.lib.1.8.

Regendus, Participium. Senec.Octau.8.1, Regenda magis eſt ſeruida adoleſcentia.

Iuuenem ſuſcipere regendum. Cic.ad Atticum, lib.10.196.2, Vellem ſuſcepiſſes iuuenem regendum.

Régito, régitas, pen.corr. regitare, Frequẽtatiuum. Varro 1.de Reruſt.cap.57.3, Granaria in agro quidam ſublimia faciunt, vt in Hiſpania citeriore, & in Apulia: ita vt nõ ſolùm à lateribus per feneſtras, ſed etiam ſubtus à ſolo ventus regitare poſſit. Vetus exemplar habet regelare.

Rectus, Participium.

Rectus ad ingenium bonum. Plau. Bacchid.8.8, Nam abſque te eſſet, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum.

Rectus, rectior, rectiſſimus, Nomen ex participio.

Rectus, Qui ſtat & erectus eſt.

¶ Rectus, Qui nullã in partem inflectitur, cuius contrarium eſt Obliquus. Plin.lib.11.cap.19.3, Recto curſu.

Acies recta oculorum, Vide **Acies**.

Cœna recta, Vide **Cœna**.

Ius rectæ cœnæ habere, Id eſt *lucrum ad cœnam*, inquit Budæus. Vide **Sportula**.

Conſcientia recta. Cic.ad Atticum, lib.13.177.1, In omni vita ſua quenque à recta conſcientia tranſuerſum vnguem non oportet diſcedere.

Conſilium rectum. Terent. Heaut.2.3.86, Etſi conſilium, quod cepi, rectum eſſe & tutum ſcio. Idem And.1.1.11, Quum valemus, recta conſilia ægrotis damus.

Ipſe ego te ripis & recto flumine dicam. Virg.8.Æneid.11.

Indoles recta. Senec.Hippol.10.4.

Ingenia recta. Senec.Hippol.11.4.

Lux recta aut obliqua. Lucret.lib.2.160.

More recto ſeruat munia vitæ. Horat.1.epiſt.2.17.

Ore recto voces emittere foras. Lucret. lib. 4. 111.
Platea recta, Via recta. Terent. Adelph. 4. 2. 44,
-vbi eas præterieris,
Ad sinistram hac recta platea. Plaut. Cistel. 5. 58, Sed quis hic est, qui recta platea cursum huc contendit suũ? Terent. Phormione, 2. 1. 80, -eo
Recta via quidẽ illuc. Cic. 1. in Catil. 17, Recta perge in exiliũ.
Truncus rectus. Ouid. 2. Metam. 165.
Tunica recta dicebatur, quæ ita contexta erat, vt veluti rigens staret. Vel quæ astantibus ab imo in altum texebatur. Hac tyrones & nouæ nuptæ induebãtur. Hanc parentes liberis suis conficiendam curabant, ominis causa. Ex Festo.
Via recta rem narrare, Narrare rem vt est, nihil mentiri. Terent. Heaut. 4. 3. 28,
Et scilicet iam me hoc voles, patrem exorare vt celet
Senem vestrum. s. imò vt recta via rem narret ordine.
Via recta animi. Propert. lib. 3. eleg. 5. 2.
Rationem rectæ, honestæque vitæ (vt quidam putauerunt) ad philosophos relegandam non concesserim. Quintil. in Proœmio, lib. 1. 8.
Longa trabe rectior. Ouid. 3. Metam. 16.
Rectissimus in dicẽdo. Cic. 1. de Orat. 165, Ego mehercule, inquit, Antoni, semper is fui qui de te oratore sic prædicarẽ, vnũ te in dicendo videri rectissimum.

Rectum, Substantiuum, n. gen. vt Curuo dignoscere rectum. Horat. 1. epist. 1. 9. Hoc est quid sit vitium, quid virtus. Porphyrio.
Non agere iter in rectum. Ouid. 2. Metam. 144,
Inde reuertentes deus aspicit ales, itérque
Non agit in rectum, sed in orbem curuat eundem. Id est non rectà pergit.
¶ Rectum est. Cic. Attico, lib. 6. 120. 5, Sanseium sine meis literis ad te venire vix rectum erat.
Videre rectum. Horat. 1. epist. 1. 13.
Rectum in oratione, & Prauũ, contraria. Cic. 1. Acad. 28, Tertia de differẽdo, & quid verũ, & quid falsum, quid rectũ in oratione, prauúmve, quid consentiens, quid repugnet iudicando.
¶ Amor recti. Stat. 5. Sylu. 3. 50.
Conscia mens recti. Virg. 1. Æneid. 111.
Capessere recta. Horatius 1. Serm. satyr. 7. 1,
-pars multa natat, modò recta capessens,
Interdum prauis obnoxia.
Colere rectum. Ouidius 1. Metam. 19, -quæ vindice nullo
Sponte sua, sine lege fidem, rectúmque colebat.
Defendere rectum, Vide Defendo.
Præponere rectum vtilibus. Claud. 1. Paneg. 11.
Animi rectum seruare. Horat. 1. Serm. sat. 3. 40,
Tu quum pro vitula statuis dulcem Aulide natam
Ante aras, spargísque mola caput improbe salsa,
Rectum animi seruas?
Quidve ad amicitias, vsus, rectúmne trahat nos. Horatius 2. Serm. satyr. 6. 15.

Rectà, Aduerbiũ. Plaut. Pseud. 10. 30, Heus vbi estis vos? 8. hic quidẽ ad me rectà habet rectam viam. Idẽ Milit. 8. 48, Introrũpam rectà in ædes. Terent. Eunuch. 1. 2. 7, Cur non rectà introibas? Plin. Quam domum rectà proficisceretur. Cic. 5. de Finibus, 165, Sed tempus est, si videtur, & rectà quidem ad me. Idem 7. Verr. 115, Si rectà iter esse Romam, Verri se præsto adue nienti futurum. Et ad Atticum, libro 4. 74. 4, Tu de via rectà in hortos.
E naui rectà ad me venit. Cic. Attico, li. 6. 119. 1.

Rectè, Aduerbium, Id est bene. Cic. 4. Acad. 174, Rectè concluſit, teneo: sin vitiosè, minam Diogenes reddet.
Rectè augurari de me, bene enim tibi cognitus sum. Cicero Attico, lib. 9. 189. 1.
Rectè an secus, nihil ad nos. Cic. in Pisonem, 54.
Rectè, Non obliquè. Cic. 1. de Finib. 30, Sine aliæ declinabũt, aliæ suo nutu rectè ferentur.
Rectè & Obliquè, opposita. Cic. 1. de Finib. 30, Hoc erit quasi prouincias atomis dare, quæ rectè, quæ obliquè ferantur.
¶ Rectè, in responsione. Terent. Hecyra, 3. 1. 19,
Quid tu igitur lachrymas aut quid es tã tristis? P. A. rectè mater.
s. Quid fuit tumulti? Vbi Donatus, Rectè mater, Sic dicim⁹ quũ sine iniuria interrogantis aliquid reticemus.
¶ Rectè, pro Nihil, authore Donato. Terent. Eunucho, 1. 3. 49,
Dum hæc dicit, abiit hora: rogo nunquid velit.
Rectè inquit, abeo.
¶ Rectè, pro Sic est, etiam. Terent. Adel. 3. 3. 79,
Nunquid vis? D. mentem vobis meliorem dari.
s. Tu rus hinc abis? D. rectè.
¶ Rectè facitis, Gratiarũ actio est, interprete Donato. Terẽt. Eunucho, 5. 9. 54,
Mirũ ni illoc homine quoquo pacto opus est. c. idem arbitror. c. Rectè facitis.
¶ Rectè párere, Id est non monstrum párere, inquit Donatus. Terent. Hecyra, 4. 1. 17, -sed demiror
Quid sit, quamobrẽ tãtopere hunc omnes nos celare volueris
Partum: præsertim quũ & rectè, & tempore suo pepererit.
¶ Rectè, pro Iustè. Terent. And. 5. 4. 55, -vinctus est.
r. Pater, non rectè vinctus est. Idem Adelph. 5. 8. 19, Pro patre huic est, bonus est, noster est: rectè datur. Et And. 4. 5. 17, Rectè ego semper fugi has nuptias.
Lata rectè, & Vitio lata, cõtraria. Cic. de Aruſp. resp. 45, Augures interrogabat, quæ ita lata essent recténe lata essent: illi vitio lata esse dicebant.
Rectè abuti. Quintil. lib. 5. cap. 10. 5, Potest videri hoc nomine rectè abusus.
Tabernaculum rectè captum. Cic. 1. de Diuin. 114.
¶ Rectè, Responsio ad Quid fit? Terent. Adelph. 5. 5. 3,
Quis homo? ó Syre noster, salue: quid fit? quid agitur?
s. Rectè. D. optimè est.
¶ Rectè, Tutó. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 14. 1, Si ille Romam modestè venturus, rectè in præsentia domi esse potestis.
¶ Non rectè dicere alicui, pro Maledicere. Plaut. Pseud. 19. 23,
Malum & scelestum & periurum alebat esse me.
s. Pol haud mentitus est. D. ego haud iratus fui,
Nam quanti refert ei nec rectè dicere,
Qui rectè nihil faciat, quíque inficias non eat?
Rectè dicis. Terent. Adelph. 4. 3. 18,
Quapropter teipsum purgare ipsis coràm placabilius est.
M. Et rectè, & verum dicis. Plaut. Capt. 17. 7,
Rectè & vera loquere: sed neque tu verè neque rectè adhuc
Fecisti vnquam.
Rectè admones. Cic. 6. Verr. 5, Sed earũ artificem quemnam? rectè admones, Polycletum esse dicebant.
Rectè dare literas. Cic. Lentulo, li. 1. 7. 3, Quoties mihi certorũ hominũ potestas erit, quibus rectè dem: non prætermittam. Id est, quibus tutò & citra periculum dare possim literas.
Rectè dare fundum. Cic. Attico, li. 13. 197. 1, Vt ipse ei Puteolis fundum rectè mancipio dare posset.
Rectè esse alicui, pro Rectè valere. Cic. ad Atticum, De Attica pergratum mihi fecisti, quòd curasti antè scirem ei rectè esse, quàm non bellè fuisse. Idem de Claris Orat. 185, Quæ si rectè esset, salute Reip. sin secus, interitu ipso testimonium meorum de Repub. consiliorum darẽt. Id est si omnia bene & commodè cederent. Budæus.
Rectè esse alicubi, pro Sine reprehensione manere. Cicero ad Atticũ, lib. 16. 339. 10, Qui minus antè ego istic rectè esse possim, quàm est Marcellus?
Apud matrem rectè est. Cic. Attico, lib. 1. 4. 3.
Est rectè, pro Satis est. Terẽt. Heaut. 1. 1. 16, Tum quod dem ei, rectè est: nam nihil esse mihi, religio est dicere.
Facere alicui rectè. Plautus Aulul. 10. 11,
-stultus & sine gratia es,
Tibi rectè facere: quando quod facias perit.
Factum rectè, & peccatũ. Cic. 1. Acad. 53, Sic inter rectè factum atque peccatum, officium & contra officiũ, media locabat quædam: rectè sola, &c.
Ferre molestias rectè, Id est patiẽter. Terẽ. Eu. 1. 1. 33, -si sapis,
Neque præterquam quas ipse amor molestias
Habet, addas: & illas quas habet, rectè feras.
Meministi rectè. Plaut. Pseud. 10. 49, Phœnicium esse dixit? 11. rectè meministi. Terent. Heaut. 5. 2. 43, -sat rectè hoc mihi
In mentem venit.
Ministrare rectè. Horat. 2. Serm. saty. 8. 14, -vt omnes
Præcincti rectè pueri, comptique ministrent.
Olere rectè, Bene olere. Plau. Mostel. 4. 116, Quia ecastor mulier rectè olet, vbi nihil olet.
Oneratus rectè. Plaut. Bacchid. 5. 114, Ille est oneratus rectè, & plus iusto secum vehit.
Otia ponere rectè. Horat. 2. Serm. saty. 7. 13.
Sperare rectè. Cic. ad Atticum, lib. 13. 274. 1, Attica nostra quid agat scire cupio, etsi tuæ literæ (sed iam minus veteres sunt) rectè sperare iubent.
Valere rectè. Plaut. Bacch. 4. 14, Quia si illa inuenta est quam amas, viuit, rectè valet. Horat. 1. epist. 17. 5.
Viuere rectè. Horat. 1. epist. 6. 6.
¶ Epicurus circuitione quadam deos tollens rectè, non dubitat diuinationem tollere. Cic. 1. de Diuina. 59. Hoc est apertè, nõ dissimulanter, nec per circuitionem.
¶ Rectius, Comparatiuum, Rectius cœnauerim⁹. Plau. Merc.

16.61,Eadem licebit mox cœnare rectius.
Rectius rem meminisse.Plaut.Epid.11.16.
Rectius rem tenere.Plaut.Amphit.3.110.
Rectius valere.Plaut.Trinum.4.9.
Perspicere rectius.Lucret.lib.1.31.

Rectio,Verbale,Actus ipse regendi.Cic.5.de Finib.18,Quum autē tertia pars bene viuendi præcepta quæreret, ea quoque est ab isdem, non solùm ad priuatæ vitæ rationem, sed etiam ad Reramp.rectionem relata.Sic libro 4.100.

Rector,& Rectrix,Qui vel quæ regit.Cic.4.de Finib.18,Iustitiam etiam quam cognitum habeas quod sit summi rectoris ac domini numen. Idem 1.de Nat.deor.131, Intelligere inesse aliquem non solùm habitatorem in hac cœlesti ac diuina domo, sed etiā rectorem & moderatorē, & tanquam architectum tāti operis,tantique muneris. Colum.lib.3.cap.10.8,Videmus hominibus inspiratam velum aurigam, rectricémque membrorum animam. Plin.libro 37.cap.13.3,Italia rectrix parénsque mundi altera.
Maiestas rectoris.Silius lib.15.81.
Iuppiter diuûm maximus rector.Virg.8.Æneid.115.
Iuuenum rectores.Virg.9.Æneid.35.
Olympi rector.Ouid.9.Metam.101.
Pelagi rector.Ouid.1.Metam.67.
Centum populorum rector.Ouid.7.Metam.67.
Regum rector maximus.Senec.Troade,10.14.
Superûm rector.Ouid.1.Metam.134.

Régimen,pen.cor.regiminis,Ipsa rectio.Liu.3.ab Vrbe,137,Regimen totius magistratus penes Appiū erat,fauore plebis.Plin.li.7.cap.16.3,Vocis,sermonisque regimen primores tenēt dentes.
In quo consiliū vitæ,regiménque locatū est. Lucret.lib.3.19,
Cruentum regimen manu tractare, Regere in Tyrannide. Stat.11.Thebaid.152.
Lentum regimen.Senec.Agamem.6.8.

Régula,régulæ,pen.cor.Norma qua lineæ diriguntur,quasi mēsuram regens.Colum.lib.3.cap.13.10,Nam duas regulas eius latitudinis qua pastinator sulcum facturus est,in speciem Græcæ litere x decussauimus:atque ita mediæ parti, qua regulæ committuntur,antiquam illam ciconiam insiximus.
Regula & Norma quid differant, Vide Norma.
Regula philosophiæ.Cic.4.Acad.56,Hæc enim esse regulā totius philosophiæ,constitutionē veri,falsi,cogniti,incogniti.
Habere regulam qua vera & falsa iudicentur. Cic. de Claris Orat.78.
Mediocritatis regula.Cic.1.Offic.86,In his autem ipsis mediocritatis regula optima est.
Norma,regula,& præscriptio naturæ.Cic.4.Acad.154, Fontē omniū bonorū in corpore esse:hanc normā,hanc regulā,hanc præscriptionē esse naturæ: à qua qui aberrauisset, eū nunquā quid in vita sequeretur,habiturū. Plin.Iunior lib.9,ad Lupercum,Sed Demosthenes ipse ille norma oratoris & regula.
Omnium vna regula est,quam cupio tibi esse notissimā,&c. Cic.3.Offic.107.
Exemplū & regula.Cic.in Salust.1, Primum igitur quoniam omniū maiores Crisp.Salustius ad vnū exēplū & regulā quærit.
Aberrare à regula & præscriptione vitæ,Vide Aberro.
Ad regulam loqui. Quintil.lib.9.cap.4, Neque enim loquuti sunt ad hanc regulam & diligentiam primi homines.
Dirigere ad regulam.Cic.de Opt.gen.Orat.153,Quorum ego orationes si,vt spero,ita expressero,&c.erit regula,ad quā eorū dirigantur orationes qui Atticè volunt dicere. Idem 1.de Fin.57,Seruata illa, quæ quasi delapsa de cælo est ad cognitionem omnium,regula,ad quam omnia iudicia rerum dirigentur.
Regula peccatis quæ pœnas irroget æquas. Horatius 1.Serm. satyr.3.24.
¶Regula,Baculus quo aliquid rectū tenetur.Colum.lib.6.ca.19.1,Vbi possunt etiā numelli fabricari,vt inserto capite descendentibus per foramina regulis,ceruix teneatur. Ibidē,ca.16.1,Deinde prius quàm ferrū admoueas, duabus angustis ligneis regulis(veluti forcipibus)apprehendere testium neruos,&c.
Prima regula in fabrica. Lucret.lib.4.105.
¶Regula,Instrumentū,eundē vsum præbens in factura olei quem fiscus.Vide Fiscus loco suo.Colum.lib.12.cap.50.9,Aut regulis,si cōsuetudo erit regionis,aut certè nouis fiscis sampsæ exprimi. Ibidem, cap.51.1, Suspensa mola oliuam frangito, eámque vel in regulas,vel in nouos fiscos adiicito,subiectámque præla sic premito:ne vasa intorqueas: sed tantum ipsius præli pondere,quantulumcunque exprimi patiaris.

Regul.âris.pe.prod.Adiectiuum,Quod secūdum regulam est,vel quod in regulam trahi potest.
Regulare æs,quod obsequitur malleis, & quasi in vtranque partem regi potest,quod etiam ab aliis ductile appellatur. Plinius libro 34.cap.8.43,In Cypro coronarium æs & regulare est, vtrunque ductile.

Rex,regis,Qui regnum possidet & regit.Cic.2.Offic.58,Mihi quidem non apud Medos solùm,vt ait Herodotus,sed etiam apud maiores nostros iustitiæ fruēdæ causa videntur olim bene morati reges constituti. Idem 3.de Finibus,113,Rectius enim appellabitur rex quàm Tarquinius,qui nec se,nec suos regere potuit. Idem pro Rabirio Postūo.18,Regū autem hæc sunt imperia,Animaduerte,& dicto parere:& præter rogitatum si quæram:& illæ minæ, Si te secundo lumine hic offendero, moriere. Terent.Phorm.Regem me esse oportuit.
Triumphi regum.Ouid.1.Amor.eleg.15.7.
Cælicolūm rex.Virg.3.Æneid.4.
Deorum rex.Horat.4.Carm.ode 4.1.
Pater diuū,& rex hominū,Iuppiter.Vir.1.Æn.14. Et li.10.1.
Rex fluuiorum,Eridanus.Virg.1.Georg.96.
Magnus rex Olympi.Virg.5.Æneid.107.
Ingentis nominis rex,Vide Ingens.
Rex regum.Horat.1.epist.1.11.
Æquæuus rex.Virg.1.Æneid.113.
Fortissimus gentis Sidoniæ rex.Silius lib.8.41.
Indomitus rex.Lucan.lib.1.116.
Infernus rex.Virg.6.Æneid.11.
Magni reges.Horat.1.Serm. sat.3.9,
-hæc magnos formula reges
Excepto sapiente tenet.
Minantes reges.Horat.1.Carm.ode 11.3.
Nemorensis rex,Vide Nemus.
Purpureus rex. Ouid.7.Metamorph.11.
Semidei reges.Stat.2.Achilleid.73.
Superbus rex.Virg.11.Æneid.3. Lucret.lib.5.146.
Timendi reges.Horat.3.Carm.ode 1.1.
Tremendus rex. Virgil.4.Georg.94.
¶Pauperies abacta epulis regum.Horat.2.Serm.saty.2.9.
Colere reges non regna.Senec.Herc.Œtæo,5.7.
Constituere regem populis,Vide Constituo.
Atauis editus regibus.Horat.1.Carm.ode 1.1.
Reges expugnant,capiuntur,præda miscent.Lucr.lib.4.104.
Imminent duo reges toti Asiæ,Vide Imminco.
Imponere regem alicui regioni,Vide Impono.
Inducere regem in regnum,Vide Induco.
Interceptus mortalitate rex,Vide Intercipio.
Imperia regum pati.Seneca Herc.furen.6.13.
Pati famulum & regem, Id est infimam & summam conditionem.Senec.Herc.Œtæo,3.11.
Instaurati animi regis succurrere tectis.Virg.1.Æneid.91.
Regibus hic mos est,vbi equos mercantur,opertos
Inspiciunt. Horat.1.Serm.saty.2.18.
Populus latè rex.Virg.1.Æneid.5,
Hinc populum latè regem,belloque superbum
Venturum excidio Libyæ.
¶Rex(ait Donatus)aliàs regnatorē, aliàs dominū, aliàs diuitē significat. Sed nūc rationem habet nominis ad aliquid dicti,ad significandum parasitum. Vt enim parasitus regis est,& libertus patroni:sic econtrario rex parasiti est, & patronus liberti. Hæc ille in illud Terentii in Phorm.2.1.24, Imò enim nemo,satis pro merito gratiā regi refert. Huc spectare videtur illud Columellæ in Præfa.lib.1.7, An honestius duxerim mercenarii salutatoris mendacissimū aucupium circumuolitantis limina potentiorum,somnúmque regis sui rumoribus augurantis; neque enim roganti quid agatur intus,respondere serui dignantur.
¶Rex,Potentior: & is quem nobis veluti in patronum eligimus quem sequamur.Mart.lib.1.18,Qui rex est,regem Maxime non habeat.
¶Rex,Diues. Horat.1.Carm.ode 14.3, -siue reges
Siue inopes erimus coloni.
¶Reges ærarii, Qui præsunt ærario. Cic.1.de Lege agrar.19, Atque ego à primo capite legis vsque extremum reperio Quirites,nihil aliud cogitatum,nihil aliud susceptum,nihil aliud actum,nisi vti decem reges ærarii,vectigalium prouinciarum omnium,totius Reipublicæ,regnorum,liberorum,populorum, orbis denique terrarum domini constituerentur, legis Agrariæ simulatione atque nomine.
Rex sacrorū. Cic.de Arusp.respōsis,10,L.Claudius rex sacrorū. Plin.lib.11.ca.37.56,L.Posthumio Albino rege sacrorū post centesimam vicesimam tertiam Olympiadem,quū rex Pyrrhus ex Italia discessisset,cor in extis aruspices respicere cœperunt.

Regina,reginæ,pen.prod.Regis vxor. Cic.ad Atticum,lib.14.305.1,Reginæ fuga mihi non molesta.

Socia regni, regina. Cic. Antequam iret in exil. 15, Téque particeps connubii, socia regni, regina Iuno.

Regina deûm, Iuno. Virg. 1. Æneid. 3.

¶ Regina, Domina. Plaut. Truc. 10. 51, Sed reginæ domi suæ fuêre ambæ.

Pecunia regina. Horat. 1. epist. 6. 8.

Omnium regina rerum oratio. Cic. 1. de Orat. 101.

Syderum regina bicornis Luna. Horat. in Carm. secul. 7.

¶ Regina, Quæ provinciæ alicui præest & eam regit: quêadmodum Dido apud Carthaginienses, & Cleopatra in Ponto.

¶ Reginæ, Diuites, inquit Donatus. Terent. Eunucho, 1. 1. 88, -eunuchum porrò dixti velle te.

Quia solæ vruntur his reginæ: repperi.

Régulus, réguli. pen. cor. m. g. Diminutiuũ, quasi paruus rex, non quòd paruæ staturæ, sed quòd alicuius vrbis aut oppidi dominus sit: qui generali vocabulo dominus aut princeps dicitur. Quanuis propriè reguli sint filii aut nepotes regum. Plin. li. 18. cap. 3. 11, Vt quum reguli Africæ bibliothecas donaret. Liu. 1. bel. Pun. 6, Is plura consilio quàm vi gerens, auspiciis regulorũ magis, conciliandisque per amicitiam principum nouis gentibus, quàm bello aut armis, rem Carthaginiensem auxit.

¶ Regulus, Auis minima, à quibusdam regaliolus dicta: alio nomine trochilus: vt Plinius lib. 10. cap. 74, docet. Et ab Aristotele τριόβιον, quasi rex & præses auium dicitur.

¶ Regulus, Serpentis genus est, quem Græci basiliscũ dicunt.

Régius, Adiectiuum, Quod est regis: siue quod rege dignum est. Cic. 3. Offic. 49, Erat autem regius pastor. De Gyge.

Bellum regium. Cic. pro L. Manilia, 35, Aut cur non ducibus diis immortalibus eidem, cui cætera summa cum salute Reip. commissa sunt, hoc quoque bellum regium cõmittimus? Tibul. lib. 4. eleg. 14. 1.

Ales regia, Aquila. Ouid. 4. Metam. 75.

Acceptus apparatu regio. Cic. de Somn. Scipionis, 3.

Chartæ regiæ. Catul. ad Varum, 19. 1.

Conditio regia. Cicero ad Atticũ, lib. 11. ep. 8. 3, Balbi regia conditio est delegandi.

Coniux regia. Virg. 1. Æneid. 157.

Consuetudo regia. Cic. 5. Verr. 64.

Dona regia. Virg. 1. Æneid. 141.

Honos regius. Virg. 7. Æneid. 163, -vt regius ostro
Velet honos læues humeros.

Regium imperium pati. Senec. Medea, 4. 3. & Hippol. 4. 15.

Insigne regium. Tacit. lib. 5, Sutena patrio more Tiridaten insigni regio cinxit.

Iuuenis regius. Ouid. 1. Fast. 153.

Moles regiæ. Horat. 2. Carm. ode 15. 1.

Morbus regius, qui & arquatus. Plin. lib. 22. ca. 24. 3, Varro regium cognominatum morbum arquatum tradit, quoniã multo curetur. Horat. in Arte, 41, Aut mala quê scabies, aut morbus regius vrget. Aliàs aurigo dicitur hic morbus. Celsus lib. 3. cap. 24, Æque notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant.

Interfecto enim rege, regios omnes nutus tuemur. Cic. Cassio, lib. 12. 1. 4.

Olea regia. Colum. lib. 5. cap. 8. 1.

Ornatus regius. Cic. 1. Tusc. 189, Codrũ qui se in medios hostes imi sit hostes famulari veste, ne posset agnosci si esset ornatu regio.

Parens regia. Ouid. 13. Metam. 97.

Potestas regia. Cic. 1. Philipp. 2.

Principatus regius. Cic. 3. de Fin. 80, Sed eos qui in aliquo honore sunt, quorum ordo proximè accedit vt secundus sit ad regium principatum.

Progenies regia. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 1.

Puer regius. Virg. 1. Æneid. 134.

Pyra regia, apud Columellã lib. 5. cap. 10. 11. Et lib. 12. ca. 10. 3.

Sanguis regius. Horat. 3. Carm. ode 17. 13.

Virgo regia. Ouid. 2. Metam. 174.

Vrbs regia. Pli. li. 12. ca. 1. 4, Dionysius prior Siciliæ tyrannus regiam in vrbe transtulit platanos. Vetus exẽplar habet Regium.

Ciuitatem regiam Ægyptios inuenisse, populare Atticos scribit Plinius lib. 7. cap. 56.

Regia, regiæ, Domicilium & aula regis. Liu. lib. 1, Eo tẽpore in regia prodigium visu euentúque mirabile fuit omen. Iustinus, In regiam se recipit. Cic. 3. de Fin. 80, Vt enim, inquit, nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatẽ. Idẽ Attico, li. 10. 194. 2, Visum te aiunt in regia, nec reprehẽdo.

Regia Solis erat sublimibus alta columnis. Ouid. 1. Metam. 1.

Iampridem nobis cæli te regia Cæsar Inuidet. Virgilius 1. Georg. 101.

Aurea regia cæli. Virg. 7. Æneid. 41.

Celsa regia Priami. Ouid. epist. 17.

Opulenta regia. Catul. Argon. epigr. 59. 9.

Hic fuit antiqui regia parua Numæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 6.

Festáque confusa resonabat regia turba. Ouid. 12. Metam. 43.

Contingere regiam affinitate. Vide Contingo.

Regiè, Aduerbiũ, Vt decet regem, vel vt solet rex. Cic. 1. in Catil. 12, Si in hũc animaduertissem, crudeliter & regiè factum esse dicerent. Correctius exemplar habet, Non egregiè factum.

Regiè statuere. Cic. 5. Verr. 55, Nunc vt hoc tempore ea quæ regiè seu potius tyrannicè statuit in aratores Apronius, prætermittam.

Politum regiè ædificium. Varr. 1. de Re rustica, cap. 2. 9, Fundi enim eius propter culturam iucundiore spectaculo sunt multis, quàm regiè polita ædificia aliorum.

Regificus, pen. corr. Adiectiuum: vt

Paratus regificus. Valer. 2. Argon. 131, Stant gemmis auróque tori, mensæque paratu Regifico.

Regificè, pen. cor. Aduerbium. Cicero 3. Tusc. 77,

Vidi ego te, astante ope Barbarica
Tectis cælatis, laqueatis,
Auro, ebore, instructam regificè. Ex poeta.

Regificè extructis celebrant conuiuia mensis. Silius lib. 11. 55.

Regâlis, & hoc regâle, pen. prod. Ad excellentiam & eminentiam pertinet, & significat Dignum rege. Ci. de Senect. 54, Nihil el. tã regale videri, quàm studium agri colendi. Idem 1. de Diuinat. 148, Vt enim sapere, sic diuinare regale ducebãt. vt testis est nostra ciuitas, in qua & reges augures, & postea priuati eodem sacerdotio præditi Remp. religionum authoritate rexerunt.

Animus regalis. Liu. 7. bel. Pun. Tum Scipio silentio per præconem facto, sibi maximum nomen Imperatoris esse dixit, &c.

Regalem animum in se esse.

Arma regalia. Propert. lib. 4. eleg. 4. 5.

Armentum regale. Ouid. 1. Metam. 169.

Atria regalia. Ouid. 5. Metam. 1.

Aula regalis. Senec. Troade, 8. 8. Claud. 1. in Rufinum, 13.

Carmen regale. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 16. 1.

Cultus regales. Horat. 4. Carm. ode 9. 3.

Diuitiæ regales. Horat. 1. epist. 12. 1.

Domus regalis. Ouid. 1. Metam. 35.

Epulæ regales. Ouid. 6. Metam. 98.

Gaza regali splendida domus. Catull. Argon. epig. 59. 10.

Genus ciuitatis regale. Cic. 3. de Legib. 13.

Imago regalis Iouis. Ouid. 6. Metam. 15.

Impendia regalia. Plin. lib. 36. cap. 15. 10.

Luxus regalis. Virg. 1. Æneid. 119.

Mensæ regales. Virg. 1. Æneid. 139.

Nomen regale. Cic. pro Lege Manilia, 17.

A Senatu regali nomine dignus existimatus Deiotarus. Cic. de Aruspic. respons. 16.

Ornatus regalis. Cic. 1. de Finib. 110.

Potestas regalis. Cic. de Arusp. resp. 50.

Sceptrum regale. Ouid. 5. Metam. 85.

Et dedimus tragicis scriptũ regale cothurnis. Ouid. 2. Trist. 110.

Sententia regalis. Cic. 1. Offic. 61, Regalis sanè, & digna Æacidarum genere sententia.

Solium regale. Liu. 1. ab Vrbe, 105, Dii te penates patriique, & patris imago, & domus regia, & in domo regale solium, & nomen Tarquinium creat, vocatque regem. Ouid. 6. Fast. 71.

Tecta regalia. Ouid. 6. Metam. 113.

Virgo regalis. Ouid. 1. de Arte, 140.

Regáliter, pen. corr. Aduerbium, Idem quod regiè. Ouid. 2. Metam. 80, -precibúsque minas regaliter addit.

Régio, regiônis, f. g. Dicta à rego, quòd prius quàm prouinciæ fierent, regiones sub regibus erant, atque ab his regebantur.

Regio & ora. Cic. pro Sestio, 55, Quæ regio, oræve terrarũ erat latior, in qua nó, &c. Idẽ pro L. Manilia, 37, Quæ tam parua insula fuit, quæ nõ portus suos & agros, & aliquam partem regionis atque oræ maritimæ, per se ipsa defenderet?

Certa regio loci. Lucret. lib. 2. 53.

Terræ regio. Ci. 1. de Nat. deo. 36, Atqui terræ maximas regiones inhabitabiles atq; incultas videm⁹. Id est fines & terminos.

Aprica regio, Vide Apricus.

Deserta siti regio. Virg. 4. Æneid. 9.

Montosa regio, Vide Montosus in Mons.

Ignota regio. Ouid. 2. Metam. 41, -per auras
Ignotæ regionis eunt. De equis Phaethontis.

Cultu vacantes regiones, Vide Colo.

¶ Apprehendere regionem, Vide Apprehendo.

Attingere regionem, Vide Attingo.

Defendere regiones suas & fines. Cic. in Orat. 79.

Obire pedibus regiones, Vide Obeo.
Peragrare mente regiones, Vide Peragro.
Euryale infœlix qua te regione reliquit? Virg.9.Æneid.70.
¶ Regiones cæli quatuor, Ortus, Occasus, Meridies, Septentrio. Ortus & Occasus, mobilia ac varia sunt: Meridies & Septentrio perpetuo statu permanent. oritur quippe sol non itidē semper, sed aut æquinoctialis oriens dicitur, aut solstitialis, aut brumalis. Idem non in eundem semper occidit locum: sed occasus eius similiter fit aut æquinoctialis, aut brumalis. Ab his quatuor regionibus, quatuor venti flare dicuntur, qui sunt Eurus, Auster, Fauonius, Aquilo. Cicero 2.de Natura deor.72, Sed etiam regio, quæ tum est Aquilonaris, tū Australis. De regione Lunæ.
Lituo Romulus regiones direxit, tum quum vrbem cōdidit. Cic.1.de Diuin.18.
Ara locata sub media cæli regione. Cic.in Arato,11.
Australis regio, Vide Auster.
Vespertina regio. Horat.1.Serm.satyr.4.6.
Arctis regionibus exire. Lucret.lib.6.25.
¶ Regio, inquit Budæus, vulgò *quarterium* dicitur, apud Ciceronem pro Plancio,18. qui etiam tractum vocat, Totus ille tractus celeberrimus Venefranus, Alifranus: tota denique nostra illa aspera & montuosa & fidelis & simplex & fautrix suorum regio, &c.
Vtarum regio. Virg.1.Æneid.148. nanque auia cursu
Dum sequor, & nota excedo regione viarum.
Recta regione vix declinare. Lucret.lib.2.50.
Regiones, Maiores vrbis partes appellari postea cœptæ à similitudine earum regionum, in quas orbis diuiditur. Quatuor autem fuerunt antiquitus vrbis Romæ regiones: è quibus prima regio Suburrana: secunda, Exquilina: tertia, Colina: quarta, Palatina.
Natura & regio prouinciæ, Hoc est natura partis & regionis eius prouinciæ quam incolis, vel cui præficeris. Cic. Lētulo, lib. 1.7.10, Iam esse naturam & regionem prouinciæ tuæ, vt, &c.
¶ Regiones vineæ, Fines & limites. Cic.2.de Nat.deor.13, An Attili Nauii lituus ille, quo ad inuestigandum suem regiones vineæ terminauit, contemnendus est?
¶ Regionibus officii sese continere. Cic.2.de Lege agrar.94, Singularis homo priuatus, nisi magna sapientia præditus, vix facilè sese regionib officiis, magnis in fortunis & copiis cōtinet.
Modicæ regiones orationis. Cic.2.de Orat.37, Sed ita vt sit circunscripta modicis regionibus.
Regionibus circunscriptum vitæ spatiū, Id est finibus & terminis, vt ait Budæus. Cic.pro Archia,21, Si nihil animus præsentiret in posterum, &, si quibus regionibus vitæ spatium circunscriptum est, eisdē omnes cogitationes terminaret suas.
Regiones & fines eloquentiæ. Cic.in Orat.79, de Iuris scientia loquens, Ea verò, inquit, repugnante eloquentia vix suas regiones finesque defenderet.
¶ Regio, pro Orbita & linea. Cic.7.Verr.138, De omnibus nobis si quis tantulum de recta regione deflexerit: non illa tacita existimatio, quam antea contemnere solebatis, sed vehemens ac liberum Pop.Rom.iudicium cōsequetur. Ibidem,141, Hæc eadem est nostræ rationis regio & via, horum nos hominū sectam atque instituta persequimur. Inde E regione idem pro Rectis linels accipit. Budæus.
E regione, tanquam aduerbium ponitur in oratione, pro In conspectu, quasi rectis lineis. Vide E præpositionem. Cæsar 7.bel.Gall.140, Quem vterque vtrique esset exercitui in cōspectu, ferēque è regione castris castra poneret. Cic.4.Acad.119, Nónne etiam dicitis esse è regione nobis è contraria parte terræ, qui aduersis vestigiis stent contra nostra vestigia, quos Antipodas vocatis?
Regionātim, pen.prod. Aduerbium, Per singulas vrbis regiones, hoc est *quarterios* quos vulgus vocat. Suet.in Cæs.cap.39, Ludos etiam regionatim vrbe tota & quidem per omnium linguarū histriones. Liuius 10.bel. Macedon.104, Mutarunt suffragia, regionatimque generibus hominum, causisq; & quæstibus tribus descripserunt.
Regnum, regni, Regio quæ à rege possidetur. Cicero ad Cassium, lib.12.4, Nam vt adhuc quidem actum est, non regno, sed rege liberati videmur.
Regnum regionibus continetur. Cic.1.de Lege agrar.45, Nullum enim regnum fuit vnquā, quod non si minus iure aliquo, at regionibus tamen certis contineretur.
Regnum etiam dici potest quicquid à quoquam possidetur. Cic.1. de Orat.21, Nisi hic in tuo regno essemus, non tulissem. Id est, in Tusculano. Plaut.Merc.21.12, Ibi quidem si regnū detur non est cupita ciuitas.
¶ Regnū, pro Dominatu, siue dominatione. Plaut.Pseud.3.23, Sub Veneris regno vapulo, non sub Iouis.
Aut dominatus, aut regnum. Cic.de Aruſp.resp.50.
Regnum ac ditio. Cic.6.Verr.53, Nationēsque quæ in eorum regno ac ditione sunt.
Custos regni pernigil canis. Senec.Herc.fur.9.30.
Euersor regnorum Priami Achilles. Virg.11.Æneid.109.
Fructus regni feritas. Silius lib.1.50.
Nouitas regni. Virg.1.Æneid.114.
¶ Adusta regna, Zona torrida. Senec.Herc.fur.4.7.
Alterna. Stat.1. Thebaid.1.
Barbara. Horat.1.epist.1.51.
Cælestia. Ouid.1.Metam.11.
Continua, Vide Continuo.
Turentia regna. Silius lib.3.99.
Huberrima regna. Virg.3.Æneid.11.
Humida regna. Virg.4.Georg.73.
Dissona regna, Linguis diuersis vtētia. Valer.5.Argonaut.111.
Famosa. Lucan.lib.7.56.
Iamque domum mirans genitricis, & humida regna. Intelligit regna Cyrenes Nymphæ sub aquis.
Ignobile regnum. Horat.1.Serm.sat.6.1.
Inamabile regnum Plutonis. Ouid.14.Metam.118.
Inamœna regna Plutonis. Ouid.10.Metam.3.
Inferna regna. Senec.Herc.furen.11.
Infœlix regnum Erebi. Stat.8.Thebaid.5.
Inhospita regna. Ouid.11.Metam.57.
Iniusta regna. Valer.2.Argon.111.
Inuia viuis regna. Virg.6.Æneid.31. Orcum intelligit.
Lacerum regnum. Claud.2.Paneg.41.
Lamentabile regnum. Virg.2.Æneid.2.
Lata regna. Virg.4.Æneid.40. Ouid.epist.2.13.
Liberale regnum, Munificum, Vide Liber adiectiuum.
Magni regni potentia. Ouid.6.Metam.31.
Nobile regnum. Ouid.epist.16.17.
Opulenta regna. Seneca Thebaid.1.11.
Pallida regna Ditis. Lucan.lib.1.91.
Piceum regnum Ditis. Claud.3.de raptu Proser.18.
Potentia regna. Ouid.1.Amor.eleg.1.5.
Stabile regnum. Seneca Herc.furente,6.2.
Tristia regna, Inferorum regna. Horat.3.Carm.ode 4.20.
Trux regnum. Seneca Herc.furen.9.22.
Vasti regni silentia. Ouid.10.Metam.6.
Viduata regna lumine, Orcus. Silius lib.3.122.
Vndosa regna, Naiadum. Silius lib.5.5.
¶ Abuti regno & licentia ad omnia, Vide Abutor.
Affectare regnū. Ouid.1.Metam.31, Affectasse ferunt regnum cæleste gigantes. Quintil.lib.5.cap.9.8.
Appetere regnum. Cic.pro Milone,53, Incidere in suspicionē regni appetendi. Idē pro Domo sua,78, M.Manlius quum ab ascensu Capitolii Gallorum impetum repulisset, non fuit contentus beneficii sui gloria, regnum appetisse est iudicatus. Idem de Senect.51, C.Ser.Ahala Sp. Melium regnum appetentem & occupare volentem interemit.
Capessere regna. Virg.8.Æneid.101.
Concutere regna Iouis. Senec.Medea,10.8.
Vultis & his mecum pariter considere regnis? Virg.1.Æn.116.
Contribuere in regna, Vide Contribuo.
Decernere regnum, Vide Decerno.
Deducere aliquem ex regno, Vide Deduco.
Deferre regnum alicui. Cic.2.Philip.90, Ad Lupercalia C.Cæsari Dictatori perpetuo M. Antonium Cōsulem populi iussu regnum detulisse, Cæsarem vti noluisse.
Superis regnis lonem detrudere, Id est Cælo. Virg.6.Æn.121.
Diuiditur ferro regnum. Lucan.lib.1.21.
Dare & Adimere regna, contraria. Cic.pro Milone,54.
Dominari regno capaci. Senec.Herc.furen.9.9.
Fœdant mea regna suis ruinis. Silius lib.15.106.
Indefessa regna pectore gerere. Ouidius 2.Amor.elegia 9.11, Indefessa meo pectore regna gere. Verba sunt ad Cupidinem.
Regna superba gerere. Tibul.lib.1.eleg.9.16,
Tunc flebis quum me vinctum puer alter habebit,
Et geret in gremio regna superba tuo.
Habere regna, Regnare. Virg.1.Æneid.70,
-sed regna Tyri germanus habebat Pygmalion.
Gnosius hæc Rhadamantus habet durissima regna. Virg.6. Æneid.114.
Impendere regnum. Ouid.6.Metam.95,
Impetus est illi comitum corrumpere curam,
Nutricisque fidem, necnon ingentibus ipsam
Sollicitare datis, totūmque impendere regnum.
Inducere regem in regnum, Vide Induco.
Instituere regnum, Vide Instituo.

Insurgere regnis alicuius.Ouid.9.Metam.90.
Intercipere regnum,Vide Intercipio.
Inuadere regnum aliquod.Ouid.3.Fast.111.
Locare aliquem in parte regni.Virg.4.Æneid.75.
Occupare regnũ.Cic.5.Philipp.175,Neque ii,qui regibus exactis regnum occupare voluerunt. Idem pro Sylla,20,Si quæris qui sint Romæ regnum occupare conati.
Optare locum regno,Vide Opto.
Permittere regnum alicui.Horat.1.Serm.saty.3.25.
Permittere regnum alicui in aliquos.Horat.4.Car.ode 4.1,

Qualem ministrum fulminis alitem
Cui rex deorum regnum in aues vagas Permisit.

Pollutum regnum sanguine.Silius lib.1.5.
Possidere regna.Senec.Herc.fur.9.3.
Prodere regna alicuius.Ouid.7.Metam.8.
Pulsata gemino mari regna Pelopis.Senec.Herc.furen.13.6.
Pulsi regnis.Virg.7.Æneid.44.
Regere regnum.Ouid.11.Metam.55,

-hîc regnum sine vi,sine cæde regebat
Lucifero genitore satus.

Resurgunt regna.Virg.1.Æneid.41, -illic fas regna resurgere Troiæ.
Sancire regnum.Tacit.lib.11,Regnũ ab Antonio Herodi datum victor Augustus sanxit.
Sortiri regna vini.Horat.1.Car.ode 4.4, Nec regna vini sortiere talis.Hoc,inquit Acron,ad magisteriorũ cõuiuia pertinet.
Sub regno esse.Cic.Attico,lib.7.117.4, Nisi eos timere putas, ne sub regno sint,qui id nunquam,dummodo otiosi essent,recusarunt.
Tenere regna.Lucret.lib.5.217.
Iniusta regna tenere.Ouid.5.Metam.56.
Torpent regna.Virgil.1.Georg.25,Nec torpere graui passus sua regna veterno.
Ad auxilium trahere septem regna.Senec.Thebaid.12.
Viget regnum consiliis.Virg.1.Æneid.18.
¶ Regnum,In quo quis eminet, vt in eo regnare videatur. Cic.Attico,lib.1.13,Aquiliũ non arbitrabamur, qui denegat & inuasit morbũ,& illud suũ regnũ iudiciale opposuit. Idem pro Sylla,14,Quod tandem Torquate regnũ:Consulatus credo mei. Et 1.Verr.11, Hæc dominatio,regnúmque iudiciorum. Item ad Atticum, lib.14.314.1, Post in Cumana & Puteolana regna renauigare.

Regno,regnas,regnare,Regnũ possidere& administrare.Priscia. Rex solũ quod à regendo nascitur, peperit ex se aliud verbum quod est regno. Ci.Senatui,li.15.1.19,Illũ cohortatus sum vt in vita sua cõseruanda primùm regnare disceret:à quibus perisse ipsi sibi insidias paratas,in eo vteretur iure regio. Liu.1.ab Vrbe,12, Mãsit Syluius postea omnibus cognomẽ,qui Albæ regnauerunt. Cic.pro Lege Manil.4, Sed ab illo tempore annũ iam tertium & vicesimum regnat,& ita regnat,&c. Idem pro Milone,33,Quum idem in Clodio non dubitandum, qui se, interfecto Milone,regnaturum putaret.
Si iudicas,cognosce:si regnas,iube.Senec.Medea,4.4.
Meditatus est regnare,Vide Meditor.
Impotenter regnare,Vide Impotens.
Latius regnare.Horat.2.Carm.ode 2.1.
In otio regnare.Senec.Herc.furen.7.1.
Cælo regnare.Horat.3.Carm.ode 5.1.
Mundo vacuo regnare.Senec.Herc.furen.1.14.
Regnare alicui oppido. Cic.in Verr. Timarchidem in Sicilia omnibus oppidis per triennium scitote regnasse.
Per vrbes Graias regnare.Virg.3.Æneid.59.
Regnare in.Cic.Bruto,lib.11.16.7, Quum equitum centurias tenes,in quis regnas.
Ardor edendi regnat per fauces & viscera.Ouid.8.Metam.168.
Ebrietas geminata libidine regnat.Ouid.11.Metam.45.
In hoc vno regnat oratio.Cic.in Orat.70.
¶ Regnare.pro In authoritate esse.Cic.ad Gallum, lib.7.15.2, Olim quum regnare existimabamur, non tam ab vllis, quàm hoc tempore obseruor à familiarissimis Cæsaris omnibus,præter istum.
¶ Regnatur,pen.prod.Impersonale.Virg.1.Æne.56,Hîc iam tercentum totos regnabitur annos
Gente sub Hectorea. Silius lib.3.110, Hinc Cytherea tuis longo regnabitur æuo.
Regnatum est. Liuius 1.ab Vrbe,69, Quia post Tatii mortem ab sua parte non erat regnatum.
¶ Regnor,regnaris,Passiuum:vt
Gentes regnantur.Tacit.lib.17,Neque enim hîc vt in cæteris gentibus quæ regnantur,certa dominorũ domus,& cæteri ser-

ui. De oratione Galbæ Cæsaris ad Pisonem. Idem de Germanis,Trans Lygios Gothones regnatur,paulò tã addictius,quàm cæteræ Germanorum gentes,nondum tamẽ supra libertatem.
Regnata fœminis gens.Plin.lib.6.cap.20.6,Ab iis gens Pandæ sola Indorũ regnata fœminis. Id est quibus imperauerunt fœminæ.
Terra regnata Philippo.Ouid.4.de Ponto,eleg.15.3.
Cupido dira regnandi.Virg.1.Georg.7.
Accipere Albam regnandam.Virg.6.Æneid.154.

Regnâtus,pen.prod.Participium.Horat.1.Carm.ode 6.3,

-& regnata petam Laconi
Rura Phalanto.

Regnâtor,pe.prod.Verbale,Qui regnat.Plaut.Regnator deũm, architectus omnibus Iuppiter. Virg.4.Æneid.54.
Agrestium populorum regnator.Horat.3.Carm.ode 30.5.
Olympi superi regnator.Virg.1.Æneid.156.
Regnator agelli,Pro possessore.Mart.lib.10.61,
Quisquis eris nostri post me regnator agelli,
Manibus exiguis annua iusta dato.

Regnâtrix,pen.prod.Verbale,fœm.gen.vt Domus regnatrix.Tacitus lib.1.

REGIVM Lepidi, Galliæ Cisalpinæ oppidum, àquo Regiensis. Author Plinius lib.3.cap.15. Est & Rhegiũ aliud, cum aspiratione,promõtorium Siciliæ.Vide suo loco.

Reglutino, reglútinas, penult.corr. reglutinare, contrarium suo simplici Glutinare.
Reglutinare aliquid ab vnguibus.Catull.ad Thallum,21.2,

Remitte pallium mihi meum quod inuolasti,
Sudariúmque Setabum,catagraphósque thynos
Inepte,quæ palàm habere soles tanquam anita:
Quæ nunc tuis ab vnguibus reglutina & remitte.

Reglutinôsus,pen.pro. Adiect.Valde glutinosum significat.Plin. lib.11.cap.15.1,Sequens probatio vt sit odoratum ex dulci acre, reglutinosum,perlucidum.Vetus exemplar habet glutinosum.

Regredior,regrédieris,pen.corr.regressus sum,régredi,pe.corr. Retro gradi,reuerti. Plaut.Aulul.4.7,

Illuc regredere ab ostio: illuc sis,vide vt
Incedit. Cic.ad Atticum,li.8.163.4,Quamobrem nolito commoueri si audieris me regredi,si fortè Cæsar ad me veniet.
Regredi & Progredi,cõtraria.Cic.1.Offic.50,Cũ vtrisq; separatim locutũ ne cupidè quid agerent,nec appeterent,atque vt regredi quàm progredi mallẽt. Idẽ 3.Verr.76, An in eum annũ progredi nemo poterit edicto,quo Prætor alius futurus est:in illum quo alius Prætor fuit,regredietur? Liu.10.ab Vrbe,95, Pars stare,incerti vtrum progredi,an regredi in castra tutius foret.
Ad formãdos animos,statuẽdásq; vitæ leges regressi,partẽ qdẽ potiorẽ(si diuidi posset)retinuerunt.Quintil.in Proœ.li.1.11.
In memoriam regredi.Plaut.Capt.19.16,

Nunc ædepol demum in memoriam regredior audisse me
Quasi per nebulam.

Regressus,huius regressus, Ipse regrediendi actus.Liu.4.bel.Pun. 111, Neque locus pœnitendi, aut regressus ab ira relictus esset. Tacit.libro 1, Et Drusus non expectato legatorum regressu,quia præsentia satis consyderat,in vrbem rediit.
Progressus & Regressus,contraria. Cic.1.de Nat.deo.73,Nihil enim errat quod in omni æternitate conseruat progressus & regressus,reliquósque motus constantes & ratos.

Regula,Regulus,Vide Rego.

REGVLVS Attilius,de quo Gellius lib.6.cap.4,sic scribit,Eundem Regulũ Tubero in historiis rediisse Carthaginẽ, nouisque exẽplorum modis excruciatũ à Pœnis dicit.In atras (inquit) & profundas tenebras cum claudebant, ac diu pòst, vbi erat visus sol ardentissimus,repentè educebant,& aduersus ictus solis oppositum continebant, atque intendere in cælum oculos cogebant. Palpebras quoque eius,ne conniuere posset,sursum ac deorsum diductas insuebant. Tuditanus autem,somno diu prohibitum, atque ita vita prinatum refert.Idque vbi Romæ cognitum est, nobilissimos Pœnorũ captiuos,liberis Reguli à Senatu deditos,& ab iis in armario muricib⁹ præfixo destitutos, eadémq; insomnia cruciatos interisse. Hactenus Tubero apud Gellium. Cic.in Pisonem,33, M. Regulus, quem Carthaginienses resectis palpebris,illigatum in machina,vigilando necauerunt. Plin.de Viris illustribus, Marcus Attilius Regulus Consul, fusis Salentinis triumphauit,primúsque Romanorum ducum in Africam classem traiecit: quassatas, duce Hamilcare naueis lõgas treis & sexaginta accepit:oppida ducenta, & hominum ducenta millia cepit.Absente eo,coniugi eius & liberis ob paupertatem sumptus publicè dati.Mox arte Xantippi Lacedæmonii mercenarii militis captus,in carcerem missus,legatus de permutandis captiuis Romam missus,dato iureiurando, vt si non impetrasset,

in domum redirettin Senatu conditionem diſſuaſit.reiectiſque ... coniuge & liberis,Carthaginem regreſſus: vbi in aream lignearn conlectus,clauis introrſum adactis,vigilijs ac dolore punitus eſt.Vide Valerium Maximum,lib.4.cap.4.

Mens prouida Reguli.Horat.3.Carm.ode 5.

Reguſto,reguſtas,reguſtare,Iterum guſtare.Cic.ad Atticũ, lib. 4.Sō.1. Nam Veſtorio dandi ſunt dies,& ille Latinus ἀπεριπόλητος ex interuallo reguſtandus. Eidem,libro 13.ep2.1,Sed crebrò reguſto tuas literas:in his acquieſco,tamen expecto nonas.

Laudationem alicuius reguſtare. Id eſt orationem ſcriptã de laude.Cic.Attico,lib.13.ep6.1,Et velim M.Varronis & Ollii mittas laudationem.Ollii vtique: nam illã legi: volo tamen reguſtare.

Reiicio,reiicis,pen.corr.reiecì,pen.prod.reiectum,reiicere,Retro iacere.Virgil.11. Æneid.114, Reiiciunt parmas, & equos ad mœnia vertunt. Cæſar 1.bell.Gall.100,Suiſque imperauit ne quod omnino telum in hoſtem reiicerent. Hoc eſt viciſſim iacerent,retorquerent. Ouid.1.Amor.eleg.4.7,Reiice libatos illius ore cibos.

E gremio reiicere aliquid.Ouid.1.Triſt.eleg.1.14.

Amictum reiecit ex humeris.Virgil.5.Æneid.84.

Lictores togulis acceptis ſagula reiecerunt.Cic.in Piſonẽ,43.

Veſtem de corpore reiicere.Ouid.9.Metam.7.

Reiicere ex humeris veſtem.Ouid.2.Metam.115.

Reiectis ad tergum manibus. Pollio ad Ciceronem, lib.10.ep. 7,Quum quidem pranſus nudis pedibus, tunica ſoluta, manibus ad tergum reiectis inambularet.

Reiicere ſe in aliquem.Terent.And.1.1.109,Reiecit ſe in eum flens quàm familiariter!

Hoſtem ab aliquo loco reiicere.Cic.Cælio,lib.2.ep.6.

Reiicitur in publicum ianua.Plin.lib.36.cap. 15.11, Vt domus eorũ fores extrà aperirentur,& ianua in publicum reiiceretur.

Reiici à vento ad,vel in.Cic.ad Atticum, lib.16.ep4.1, Quum à Leucopetra profectus ſtadia circiter trecenta proceſſiſſem,reiectus ſum Auſtro vehementi ad eandem Leucopetrã. Eidem, lib.3.ep8.3,Vento reiectus ab illo in Macedoniam.

¶ Reiicere,Repellere.Virg.ecloga 3.19,Tityre,paſcentes à flumine reiice capellas.

¶ Reiicere,Refutare,abiicere,& pro vili habere. Apuleius,Me verò tanquam inutilem reiecerunt. Terent.Phorm.4.5.5,Nam ſi altera illa magis inſtabit,forſitan nos reiciat. Idem in Prologo Phorm.19,

Ille ad famem hunc ab ſtudio ſtuduit reiicere:
Hic reſpondere voluit,non lacesſere.

Spernere & reiicere.Cic.1.de Finib.7.

Aliquid à ſe reiicere & aſpernari.Cic.pro Roſc.Amerino,91.

Refutetur ac reiiciatur clamor.Cic.2.Tuſcul.95.

Deligere bona,& Reiicere,contraria.Cic.1.de Legib.90.

¶ Reiicere iudices, Aliquando pro eligere & accipere iudices. Cic.5.Verr.12,Quid Prætor iubet Recuperatores reiicere Decurias? ſcribamus quas Decurias de cohorte mea reiicies, inquit. Reiecti enim,electi dicuntur,inquit Aſconius. Ibidem,58,Recuperatores reiice,quod aduerſus edictum feceris. Et 116,Præterea conuentus honeſtus Syracuſis,multi Equites Rom.viri primarii,ex qua copia Recuperatores reiici oporteret. Alibi pro iniquum dicere,& alium ſubſortiri cupere, vt ibidem,79, Sic habuiſti ſtatutum cum animo ac deliberatum,omnes qui habitarent in Sicilia,aut qui Siciliam te Prætore attigiſſent,iudices reiicere.Hoc ipſe in eadem iniquum eluare appellat.Cur autem vtranque ſignificationem habeat, ex loco eiuſdem orationis, 119,intelligi poteſt, Apronio permittis vt quos velit de cohorte ſumat Recuperatores. Indignum,vni potius ex iniquis ſumẽdi, quàm vtriſque ex æquis reiiciendi fieri poteſtatem. Qui enim reiicit,is quaſi electos ſumit.Budæus.

¶ Reiicere,pro Remittere & differre.Cic.ad Plancũ, lib.10.16. 4,Tu quanquam conſilio non eges,vel abundas potius, tamen hoc animo eſſe debes,vt nihil huc reiicias:néve in rebus tã ſubitis,támque anguſtis à Senatu conſilium petendum putes. Idẽ ad Q. fratrẽ,lib.2.ep.6,Habes acta vnius diei:reliqua, vt arbitror, in menſem Ianu.reiicientur. Sic ad Brutum,14.2,Quanquam aliquoties ei ſcripſeram ſacerdotum comitia mea ſumma contentione in alterum annum eſſe reiecta. Et 5.Verr.48, Mitto inquam hæc omnia:atque in aliud dicendi tempus reiicio. Idem ad Sextium, lib.5.ep.4, Omnino res tota in menſem Ianuarium reiecta erat,ſed facilè obtinebatur.

In menſem Quintilem reiecti ſumus.Cic.Attico,lib.1.ep.1.

Reiicere aliquem ad librũ,Remittere.Cic.ad Atticũ,lib.9.ep. 9,Sed ne his eadem legas,ad ipſam te epiſtolam reiicio.

¶ Reiicere cauſam ad Senatum,pro Referre ad Senatũ, quod vulgus dicit *Remittere*.Cic.ad Atticum,lib.2.ep.7,Ait ſe de conſilii ſententia rem ad Senatum reiecíſſe. Liu.3.ab Vrbe,58,Summam pecuniæ quantam æquum eſſet promitti veniebat in dubium,id ad Senatum reiicitur. Idem 6.bel.Pun.76,Itaq; Appius Romam ad Senatum arbitrium eius rei totum reiiciebat. Idem 9.bel.Maced.17,De ea re conſultationem integram Senatus ad nouos magiſtratus reiecit.

¶ Reiicere ſanguinem.Plin.lib.8.epiſt.1,ad Septitium,Encolpius quidem lector ille ſeria noſtra,ille deliciæ, exaſperatis faucibus puluere ſanguinem reiecit. Idem lib.5,ad Paulinum,Hic dum intentè, inſtanterq; pronuntiat,ſanguinem reiicit. Paulo pòſt Reddidit dixit.

Reiectus,Participium:vt Reiectus iudex.Cic.1.Verr.11,Vt primùm è prouincia rediit, redemptio eſt huius iudicii facta grandi pecunia,manſit in conditione atque pacto vſque ad eum finem, dum iudices reiecti ſunt.

Reiectus capillus circum caput.Hoc eſt proiectus. Terent.Heauton.1.2.3.50,Capillus paſſus,prolixus,circum caput
Reiectus negligenter.

Os reiectũ terræ quemadmodũ obtegatur.Cic.2.de Legib. 56.

Minæ reiectæ retrorſum.Horat.4.Carm.ode 8.4.

Milo de rheda penula reiecta reſiluit.Cic.pro Milone,11.

Præda reiecta.Horat.2.Serm.ſaty.3.14.

Reiectũrus,pen.prod. Aliud participium.Ouid.9.Metam.103,
Ergo ego quæ fueram non reiectura petentem, Ipſa petam?

Reiectio,Verbale,Ipſe reiiciendi actus.

Selectio & Reiectio,contraria. Cic.3.de Finib.31, Deinceps vt ea teneat quæ ſecundum naturam ſint, pellátq; contraria,quæ inuenta ſelectione,& item reiectione ſequuntur.

Reiectio ciuitatis.Cic.pro Corn.Balbo,11,Quòd ſi ciui Romano licet eſſe Gaditanum ſiue exilio, ſiue poſtliminio, ſiue reiectione huius ciuitatis,&c.

Reiectio iudicum, cui Selectio contrarium eſt. Cic.1.Verr.11, Poſtea quã reiectio iudicum facta eſt,quòd & in ſortitione,iſtius ſpem fortuna Pop.Romani,& in reiiciendis iudicibus,mea diligentia iſtorum impudentiam vicerat,renuntiata eſt tota conductio. Idem ad Atticum,lib.1.ep.5,Nam vt reiectio facta eſt clamoribus maximis, quum accuſator tanquam cenſor bonus, homines nequiſſimos reiiceret,&c.

Reiectio ſanguinis, pro Fluxu. Plin.lib.25.cap. 13.10, Et folia ſunt vtilia, vel ſi ſanguine gingiuæ putreſcant, vel ſanguinis ſit reiectio. Idem libro 23. cap.8.5, Item tuſſi, & ſanguinis reiectioni prodeſt.

¶ Reiectio,Vomitus.Plinius,Et vernatio vtilis erat,ſi poſtquã ſorpta fuerat,ſtatim reiectio ſequatur.

Reiectus,huius reiectus,m.g.Idem quod vomitio.Celſus, Et reiectus cibi non erit inutilis,ſi raro fiat.

Reiecto,reiectas,Frequentatiuum. Lucret.lib.2.66, -clamorẽque montes Iãi reiectant voces ad ſydera mundi.

Reiectaneus,Adiectiuũ.Reiectanea à philoſophis dicuntur mala vt morbus,dolor, &c.quòd ab omnibus reiiciãtur,vel reiici debeant.Cic.4.de Finib.116,Illa autem,morbum,egeſtatem,dolorem,non appello mala,ſed ſi libet,reiectanea.

Reiiculus,pen.corr.Aliud adiectiuum.Reiiculæ oues,dicũtur quæ propter ætatem vel morbum reiiciantur. Varro 2. de Re ruſt. cap.1. 24, Scire oportet in grege, quot reiiculæ ſint alienandæ. Ibidem,Reiiculæ ſoboles. Idem lib.2.cap.5.16,Item,vt reliquis gregibus pecuariis delectus quotannis habendus,& reiiculæ reiiciundæ,quòd locũ occupant earum quæ ferre poſſunt fructus. Cato cap.2.4,Vendat boues vetulos, armenta reiicula,oues reiiculas,lanam,pelles.

Reiteratio,Verbale à verbo Reitero, reiteras,reiterare, de quo nullũ exemplũ reperi,repetitionẽ ſignificat.Quintil.lib.11.ca.1, Sulã qua excideriit,retractãtur,vt crebra reiteratione firmẽtur.

Relabor,pen.prod.reláberis,pen.corr.relapſus ſum,relábi,Verbum deponens, Iterum labi ſignificat.Ouid.epiſt.21.19, Huc ades,inquẽ ſinus formoſe relábere noſtros.

In præcepta alicuius relabi.Horat.1.epiſt.1.4,Nunc in Ariſtippi furtim præcepta relabor.

Relanguco,relanguis,relangui, relanguêre:ſiue Relangueſco, relánguéſcis,relanguéſcere, Valde languére. Ouid.6.Metam.59, Impoſito fratri moribunda relanguit ore.

Relanguit.Cic.ad Atticum,lib.13.ep20.8,Quòd autem ille relanguiſſe ſe dicit,ego ei tuis literis lectis ἀπόπληκτος ſignificaui me non fore.

Relangueſcit animus.Claud.lib.1, -vix ille pepercit,
Erubuitque preces,animúſque relanguit atrox. Cæſar 1.bel. Gall.286,Nihil pati vini,reliquarúmq; rerum ad luxuriam pertinentium inferri:quòd his rebus relãgueſcere animos, eorúmque remitti virtutem exiſtimarent. Liu.5.bel.Maced.173, Vt tædio,& impetus relangueſcat regis,& Romani tempus ad cõparandum habeant.

Relatio, Relator, Relatus, Vide **Refero.**

Relaxus, Adiect. Valde laxum & solutum significat. Colum. lib. 11. cap. 3. 38, Relaxa humo plenioris crassitudinis fiat radix.

Relaxo, relaxas, relaxare, Laxum facere, aperire, liberare, dissoluere. Cic. de Senect. 73, Ex quo intelligitur quales futuri sint, quum se planè corporis vinculis relaxauerint.

Vincla tunicarum relaxat. Ouid. 2. Fast. 65.

Agmina deturbat gladio, campúmq; relaxat. Silius lib. 7. 144.

Densa relaxare, & laxa densare. Virgil. 1. Georg. 84.

Ora fontibus relaxare. Ouid. 1. Metam. 57.

Pelagus relaxans fontes Oceani. Silius lib. 3. 11.

Calor relaxat cæca spiramenta. Virg. 1. Georg. 18.

Aluum astringere, & Relaxare, contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 104, Aluus tum astringitur, tum relaxatur.

Relaxare & Astringere, contraria. Cic. ad Atticum, lib. 10. 196. 2, Pater enim nimis indulgens, quicquid ego astrinxi, relaxat.

Dat interualla & relaxat dolor. Cic. 2. de Finib. 151, Si longus, leuis: dat enim interualla & relaxat.

Relaxantur insani. Cic. 4. Acad. 96, Quod idem contingit insanis, vt & incipientes furere, sentiant, & dicant aliquid quod non sit, id videri sibi: & quū relaxentur, sentiant, atq; illa dicāt Alcmeonis, Sed mihi neutiquā cor consentit cum oculorū aspectu.

Relaxare animum, & Relaxari animis, Recreari. Cic. 1. Offic. 171, Atque etiam quū relaxare animos, & dare se iucunditati volent, caueant intemperantiam, meminerintque verecundiæ. Idem 2. Philip. 58, Veruntamen homines quamuis in turbidis rebus sint, tamen si modò homines sunt, interdum animis relaxantur. Sic de Claris Orat. 10, Relaxa modò paulum animum: aut sanè, si potes, libera.

Mentem relaxare. Seneca Hippol. 4. 18.

Relaxatus somno animus, Hoc est Resolutus sopore. Cic. 2. de Diuin. 150, Hæc me Peripateticorū ratio magis mouebat, &c. qui censent esse in mentibus hominum tanquam oraculū aliquod, ex quo futura præsentiant, si aut furore diuino incitatus animus, aut somno relaxatus solutè moueatur ac liberè.

Relaxare se occupatione. Cic. Attico, lib. 16. 340. 1, Cum sorore ages attentius, si te occupatione ista relaxaris. Id est, remiseris occupationē istam: planè te illa exolueris, & omnino reliqueris.

A' nimia necessitate aliquid faciēdi se relaxare. Ci. in Ora. 102.

Relaxatio, Verbale. Cic. ad Gallū, lib. 7. 17. 4, Sed visa est mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipsa fortasse iā senescentis morbi remissio profuisse. Idem 2. de Oratore, 13, Verùm otii fructus est, non contentio animi, sed relaxatio.

Relego, relégas, pen. prod. relegare, Separare, semouere. Virgil. 3. Georg. 43, Atque ideo tauros procul atque in sola relegant Pascua. Cic. 3. Offic. 151, Criminabatur etiam quod Titum filiū qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegasset, & ruri habitare iussisset. Plinius de Viris illust. 28, Titus Manlius Torquatus, ob ingenii & linguæ tarditatem à patre rus relegatus, quum audisset ei dictam diem à Pomponio Trib. plebis, nocte vrbem petiit. Cæsar 5. bel. Gal. 117, Ne reiecti & longè relegati ab exteris, aut ferro aut fame intereant. Cic. pro Roscio Amerino. 14, Hunc in prædia rustica relegarat. Colum. in Præfat. libri primi, 11, E turba pedisequorum lecticariorúmque defectissimum annis & viribus in agrum relegat.

Relegare, Remittere. Plinius lib. 7. cap. 1. 3, Nec tamen ego in plerisque eorum obstringam fidem meam, potiúsque ad autho res relegabo, qui dubiis reddentur omnibus.

¶ Relegare, In exilium mittere. Plin. epist. 5. b, Is tunc in exilio erat, à Domitiano relegatus. Idem epist. 35. h, Assenserunt Consules designati, Martianū in quinquennium relegant. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 1, Narro tibi, planè relegatus mihi videor postquam in Formiano sum. Ouidius 2. Trist. 40, Vnde precor supplex vt nos in tuta releges.

In concione aliquem relegare. Cic. pro Sestio, 21, L. Lamiam, qui cum me ipsum pro summa familiaritate quæ mihi cum fratre, cū patre eius erat, vnicè diligebat: tum pro Repub. vel mortem oppetere cupiebat: in concione relegauit: edixítque vt ab vrbe abesset millia passuum ducenta.

Verba alicuius relegare. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 1,

Perlege, nec mecum pariter mea verba relega:
Vrbi licet vestra versibus esse meis.

Relegari in exiliū. Liu. 5. bel. Pun. 30, Nemo eorū relegatus in exilium est. Ibidem, lib. 6. 11, Relegatus prope in exilium.

Relegātus, pen. prod. Participiū. vt Ambitio relegata. Horat. 1. Ser. saty. 10. 17, Ambitione relegata te dicere possum Pollio. Hoc est semota.

Relegatus, In exilium missus. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 13. 8,

-sed me iam Care niuali Sexta relegatū bruma sub axe videt.

Idem 5. Trist. eleg. 11. 5,

Ipse relegati, non exulis vtitur in me

Nomine, tuta suo iudice causa mea est.

Nō sæua terris gens relegata vltimis. Cic. 2. Tusc. 33. Ex poeta.

Relegatio, relegationis, Verbale, Est exterminatio, quū quis exire fines patriæ iubetur: quod Cicero Sedib⁹ expellere interpretatur. Liu. 3. ab Vrbe, 46, Exilio & relegatiōe ciuiū vlciscētes Tribunos.

Relegatio ac supplicium. Cic. pro Roscio Amer. 14, Tot prædia, tam pulchra, tam fructuosa Sex. Roscius filio suo relegationis ac supplicii gratia colenda ac tuenda tradiderat?

Relegatio atque amandatio. Cic. pro Roscio Amerino, 15, Taménne hæc attenta vita & rusticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

Ieiuna & bella relegatio. Cic. ad Atticū, lib. 2. 12. 4, Hæc ieiuna ac bella relegatio datur ei cuius Tribunatus ad istorū tempora reseruatur. Emendatiores codices legunt, Hæc ieiuna tabellarii legatio, &c.

Relego, rélegis, pen. cor. relégi, pe. prod. relectū, relégere. Rursus legere. Cic. 1. de Nat. deor. 104, Qui autē omnia quæ ad cultum deorū pertinerēt, diligéter pertractarēt, & tanquā relegerēt, sunt dicti religiosi ex relegendo, vt elegantes ex eligendo. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 3,

Quum relego, scripsisse pudet: nam plurima cerno,
Me quoque qui feci iudice, digna lini. Martialis lib. 2. 6,

Hæc sunt quæ relegente me solebas
Raptim scribere, sed Vitellianis.

Scripta relegere, & Scripta relecta. Ouid. 2. de Remed. amo. 65.

Pecuniam Idibus relegere, Recolligere. Horat. Epod. 2. 14,

Iamiam futurus rusticus
Omne mrelegit Idibus pecuniam,
Quærit Calendis ponere. Tanquam enim eum, inquit Acron, pro fœnoris lucro iam receptæ pecuniæ pœniteret, ita recollectā Idibus, Calendis properat commodare.

Iter relegere, Redire per eandem viam. Stat. 1. Achill. 5.

Littora errata retrorsum relegens. Virgil. 3. Æneid. 139.

Sæpe relegendo feci plura. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 3.

Relenteſco, relenteſcis, relentéſcere, Iterum lentescere. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 16, Néve relentescat sæpe repulsus amor.

Releuo, releuas, pen. corr. releuare, Rursum leuare.

E terra corpus releuare. Ouid. 9. Metam. 64.

Humeros paternos releuare. Ouid. 4. Fast. 34.

¶ Per translationem ad multa alia transfertur. vt

Æstus releuare. Ouid. 3. de Arte, 139.

Aliquē releuare, Excusare, & quasi noxæ eximere. Cic. Attico, lib. 3. 10. 4, Hæc eo scripsi, vt potⁱ releuares me, quod facis, quàm aut castigatione, aut obiurgatione dignum putares.

Animum releuare alicui, Hoc est suscitare & erigere. Terent. Adelphis, 4. 5. 11,

Nam & illi animum iam releuabis, quæ dolore ac miseria
Tabescit.

Casus alicuius releuare. Ouid. 5. Trist. eleg. 4. 9.

Casum cōmunem releuare. Cic. ad Q. fratrē, lib. 1. 4. 4, Si releuare potes cōmunē casū miserīcordia hominū: scilicet incredibi le quiddā assequēris. Vetus exēplar legit, A se leuare potest, &c.

Famem copia nulla releuat. Ouid. 11. Metam. 26.

Releuare labores, Minuere. Plin. in Paneg. 31, Itaque perinde summis, atque infimis charus, sic imperatorem commilitonémque miscueras, vt studium omnium laborémque, & tanquam actor intenderes, & tanquam particeps, sociúsque releuares.

Laborem longum requie releuare. Ouid. 15. Metam. 4.

Et releuant multo pectora sicca mero. Ouid. 3. Fast. 61.

Cibi satietas atque fastidium releuatur. Cic. 1. de Inuent. 37, Cibi satietas atque fastidium aut subamara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur.

Sitim releuare. Ouid. 6. Metam. 71.

¶ Releuari molestiis, item cura & metu, Liberari. Cic. 2. de Diuin. 10, Quod quū accidisset nostræ Reip. tū pristinis orbati muneribus, hæc studia renouare cœpimus, vt animus molestiis potissimum releuaretur, & prodessemus ciuibus nostris. Vetus codex habet, Vt & animus molestiis hac potissimum re leuaretur. Idem in Catil. 23, Videbimur fortasse ad breue quoddam tempⁱ cura & metu esse releuati.

Dolore releuari. Ouid. 9. Metam. 136.

Nō est in medico semper releuetur vt æger. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 4.

Releuātus, pen. prod. Participium. vt Mens releuata cura. Ouidius 1. Trist. eleg. 10. 3.

Relicinus, pen. prod. Antiquum vocabulum, Significat in occiput refugiente capillamento recrispum. Nomen (vt quidam putant) à Recello deductū, quod significat Retraho, reuibro, reclino, & cæsim reduco. Et quoniam ad cranium capillitium retorquetur, inde relicinus, velut recellinⁱ crinis appellatⁱ, euphoniæ

cauſa. Apuleius lib.1. Florid. Laudauit ſeſe quòd erat & coma relicinus,& barba ſqualidus,& pectore hirſutus. Et Relicina frõs dicitur,vt idem paulo pòſt,& tabulis & torcumatis idem vigor acerrimi bellatoris,idem ingenium maximi bellatoris, eadem forma viridis iuuentæ, eadem gratia relicinæ frontis cerneretur. Idem etiam frontem relicinã in Alexandro magno fuiſſe laudat,quæ ſcilicet lata,aperta,ſpectabilis,& à capillorũ tegmẽto libera viſeretur.Alii deduci putant à participio relictus:vt ſit frons relicina,capillitio denudata,& velut relicta.

Religio, religiõnis, fœm.ge. Eſt,vt ait Cicero 1.de Innent.141, quæ ſuperioris cuiuſdam naturæ (quam diuinam vocant) curam, cæremoniámque affert. Ibidem, 1.170, Religionem, eam,quæ in metu & cæremonia deorum ſit,appellant. Plinius de Viris illuſt.3,Vt populum ferum religio molliret,ſacra plurima inſtituit. Cic.pro Flacco.54,Sua cuique ciuitati religio eſt, noſtra nobis.Stantibus Ieroſolymis pacatiſq; Iudæis,tamen iſtorum religio ſacrorum à ſplendore huius imperii, grauitate nominis noſtri,maiorum inſtitutis abhorrebat.

Religio quid à ſuperſtitione differat, quæ ſequuntur, palàm faciunt.Cicero 1.de Natura deorum,103,Non enim(inquit)philoſophi tantùm, verumetiam maiores noſtri ſuperſtitionem à religione ſeparauerunt.Nam qui totos dies precabantur & immolabant, vt ſibi ſui liberi ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati: quod nomen patuit poſtea latius.Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent,diligenter pertractarent,& tanquam relegerent: ſunt dicti religioſi ex relegando,vt eligẽtes ex eligendo,tanquam à deligendo diligentes,ex intelligendo intelligentes. His enim in verbis omnibus ineſt vis legendi eadem quæ in religioſo.Ita factũ eſt in ſuperſtitioſo & religioſo:alterum vitii nomen,alterum laudis. Ibidem.libro 1.161,de atheis quibuſdam loquens, id eſt qui deos eſſe nullos affirmabant,atque adeò omnem vim diuinam tollebant:Horum enim ſententiæ(inquit)non modò ſuperſtitionem tollunt,in qua ineſt timor inanis deorum, ſed etiam religionem : quæ deorum cultu pio continetur.Cuius dicti meminit Auguſtinus lib.4. de Ciuitate. Quintil.lib.8.cap.3,Vt à diligenti,inquit,curioſus: & à religione ſuperſtitio diſtat. Auguſtinus libro 6. de Ciuitate, Quale autem illud eſt,quod Varro religioſum à ſuperſtitioſo ea diſtinctione diſcernit,vt à ſuperſtitioſo dicat timeri deos: à religioſo autem tantùm vereri,vt parentes:non vt hoſtes timeri?

Pietas,ſanctitas,religio,quæ omnia purè & caſtè deorum numini tribuenda ſunt.Cic.1.de Natura deorum,5.

Religio eſt iuſtitia erga deos.Cic.in Partit.41.

Superſtitio imitatur religionem.Cic.in Partit.43.

Diuũm religio,Id eſt religio erga deos.Lucretius lib.6.257.

Cæleſtes religiones.Tacit.lib.1,Cæterùm ſepultura more perfecta,templa & cæleſtes religiones decernuntur.

Priſca religione ſacer receſſus.Ouid.10.Metam.138.

Ætheris alti religio.Virgil.12.Æneid.57,

Fontéſque,fluuióſque voco,quæque ætheris alti
Religio,& quæ cæruleo ſunt numina Ponto.

Nondum diuinæ religionis, non humani officii ratio colebatur.Cic.1.de Inuent.3.

Labefacta cadit religio.Claud.1.in Ruffinum.3.

Colere religionem.Cic.pro Plãcio,65,Qui ſancti,qui religionum colentes, niſi qui meritam diis immortalibus gratiam iuſtis honoribus & memori mente perſoluunt?

Summa religione,cæremoniáque conficere ſacra Cereris.Cicero pro Cornelio Balbo,44.

Omnium religione conſecrata,Vide **Conſecro.**

Eripere religionem è domo Pontificis.Cicero pro Domo ſua, 80, Publiúſne Clodius qui ex Pontificis Maximi domo religionem eripuit,is in meam intulit?

Expiare ſolennes religiones ſupplicio alicuius.Cic.pro Mil.54.

Manere in religione.Virgil.3.Æneid.81.

Suſcipere cultum deorum,& puram religionem.Cicero 1.de Legibus.40. Et pro Domo ſua.82, Equidem ſic accepi Pontifices,in religionibus ſuſcipiendis caput eſſe interpretari,quæ voluntas deorum immortalium eſſe videatur. Idem in Piſonẽ, 46,Religionibus enim ſuſceptis impeditur.

Gentes pro ſuis religionibus bella ſuſcipiunt Cic.pro Font.17.

Antiqua ſub religione tueri populum.Virgil.2.Æneid.38.

Venire in religionem res aliqua dicitur. Cicero 1. de Natura deorum,15,Gracchus quũ comitia nihilominus peregiſſet rémque illam in religionem populo veniſſe ſentiret, rem ad Senatum retulit.

¶ Religio,eſt Latinè loquentibus,id quod vulgò *Debitum officii*,hoc eſt iuſtam muneris functionẽ appellant.Cic.7.Ver.29,Vt ego quos adhuc mihi magiſtratus Pop.Romanus mandauit.ſic eos accepi, vt me omniũ officiorũ obſtringi religione arbitrarer. Ibidẽ,5.2,Nam qui ſibi hoc ſumpſit,vt corrigat mores aliorum,ac peccata reprehẽdat: quis huic ignoſcat,ſiqua in re ipſe ab religione officii declinarit? Budæus.

¶ Religio.Eſt anxia cura.Plinius in epiſtolis,libro 4,ad Cornelium Tacitum,Si parentibus ſolis ius præceptoris conducendi relinquatur,iiſdémq; religio rectè iudicandi neceſſitate collationis addatur.Id eſt,ſolicita,& anxia cura probos præceptores idoneóſque deligendi liberis ſuis.Budæus.

Adhibere religionem,Vide **Adhibeo.**

Oratio nimia religione attenuata.Cic.de Claris Orat.155.

¶ Religio,Conſcientiæ ſcrupulus.Cic.de Aruſpic.reſponſis,9, Quæ tanta religio eſt,qua non in noſtris dubitationibus,atque in maximis ſuperſtitionibus vnius P. Scruilii ac Marci Luculli reſponſo ac verbo liberemur?Id eſt,vt nũc loquimur,Qui tãtus conſcientiæ ſcrupulus?Hæc Budæus. Terent.And.5.4.39,

At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè habet. P.dignus es
Cum tua religione,odio.nodum in ſcirpo quæris. Ibidem,4.4.9. -quamobrem id tute non facis?
D.Quia ſi fortè opus ſit ad herum iurandum mihi
Non apposuiſſe,vt liquido poſſim.M.intellego.

Noua nunc religio in te iſtæc inceſſit,credo?

Arcti nodi religionum.Lucret.lib.4.1, -& arctis
Religionum animum nodis exoluere pergo.

Liber religione animus,Vide **Liber** adiectiuum.

Afferre religionem,Vide **Affero.**

Cepit quoſdam religio,Vide **Capio.**

Conſtringi religione.Curtius lib.6, Se verò fidem in parricidio dediſſe conſtanter abnuit: nec vlla religione,vt ſcelus tegat, poſſe conſtringi.

Religio eſt mihi,pro eo quod vulgò dicunt *Facio conſcientiam*. Plaut.Curcul.7.71,Vocat ad cœnam: religio fuit,denegare nolui.Verba ſunt paraſiti, ſignificantis ſe (vt vulgi verbis loquar) conſcientiam feciſſe,ſi homo ipſe paraſitus ad cœnam vocatus non iret.Hæc Budæus. Terent.Heaut.1.1.16,

Mea eſt potens,procax,magnifica,ſumptuoſa,nobilis:
Tum quod dẽ ei,rectè eſt: nã nihil eſſe mihi religio eſt dicere.

Apud Suetonium in Auguſto,c2.6,Hunc introire, niſi neceſſariò & caſtè,religio eſt.Id eſt nefas,non licet. Liuius 5.ab Vrbe,181, Optimum ducunt condita in doliolis ſacello proximo ædibus flaminis Quirinalis,vbi nunc deſpui religio eſt,defodere.

Religio mihi non eſt quo minus hoc faciam:Quod vulgus dicit, *Non ſatio conſcientiam faciendi hoc*. Cicero 3. in Catilinã,60,Vt quæ religio C. Mario clariſſimo viro non fuerat, quum minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, Prætorem occideret,ea nos religione in priuato P.Lentulo puniendo liberaremur.

Eximere religionem.Liu.lib.4,Quum ibi quoque religio obſtaret ne poſſet niſi à Conſule dici Dictator,augures cõſulti,eam religionem exemere.Id eſt ſcrupulum hunc leuarunt,& vanum metum ademerunt.Budæus.

Exoluere religione,Vide **Exoluo.**

Habere religioni,pro Vereri,& auerſari.Cic.1.Offic.71,Nec tamen vt hoc fugiendum eſt,ita habendum eſt religioni,nocentem aliquando & nefarium defendere impiúmque. Idem de Diuin.lib.1.130,Nec eam rem habuit religioni,obiecto ſigno,vt peritis videbatur,ne commigeret prælium.Budæus.

Impediri religione,Vide **Impedio.**

Inceſſit dein religio.Tacit.lib.3. Vide Inceſſo in **Incedo.**

Incutere religionem,Vide **Incutio.**

Inducere religionem, Id eſt anxietates & formidines impendentes,quaſique aduentantis iræ diuinæ. Cic.1.Philipp.9, Vt inexpiabiles religiones in Remp.inducerentur

Infixa animis religio,Vide **Infigo.**

Iniicere religionem alicuius rei,Vide **Iniicio.**

Mederi religioni,Vide **Medeor.**

Obligare religiõe vel obſtringere dicebãt veteres,pro eo quod dicimus Cõſcientiæ metũ incutere.Cic.1.Philipp.28,Obſtrinxiſti Populũ Romanũ religione,augur auguri,Conſul Cõſuli obnuntiaſti.Id eſt, de cælo ſeruaſſe te dixiſti ne populus eo die comitia haberet.& vitiũ obueniſſe dixiſti(verba ſunt auguralia)vt comitia diſturbares, & populum adalligares, & nõ rareris hac obnuntiatione.Verebantur enim Romani aliquid agere vetantibus auſpiciis, ne malè cederet, ſi contra deorum monita agerent.Budæus.Vide **Obligo** & **Obſtringo.**

Offerre religionem, Vide **Offero.**

Graui ſub religione oppreſſa vita.Lucret.lib.1.13.

Ciuitatem religione ſoluere.Cic.pro Cecinna,71.

Tangi religione. Liuius 1.ab Vrbe, 198, Religione tactus hoſpes,qui omnia, vt prodigio reſponderet euentus, cuperet rite

facta,ex templo descendit ad Tyberim.

Vertere in religionem. Liuius lib.6. bel.Pun. 51, Instructis vtrinque exercitibus in eius pugnæ casum, in qua vrbs Roma victori præmium esset,imber ingēs grandine mistus,ita vtranque actem turbauit, vt vix armis retentis in castra sese receperint. Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestas diremit. vbi recepissent se in castra,mira serenitas cū tranquillitate oriebatur.In religionem ea res apud Pœnos versa est. Id est, Pœni interpretati sunt id diis non placere, vt pro vrbe Roma capienda cōfligerent,vel vt vrbs Roma armis oppugnaretur.Budæus.

¶Religio,quam vulgò *Conscientiam reclam* dicunt.Cic.pro Cecinna,20,Splendor Equestris ordinis, decus atque ornamentum iudiciorum,exemplar antiquæ religionis.Budæus.

¶Religio,Fides.Cic.pro Flacco,7, de testibus, Itaque videte quo vultu,qua confidentia dicant: tum intelligetis qua religione dicant.Budæus.

Testimoniorum religionem & fidem nūquam ista natio coluit.Cicero pro Flacco,7.

¶Religio,Metus,& solicitudo, inquit Seruius.Virgil.8.Æne. 70,Iam tum religio pauidos terrebat agrestes Dira loci.

Refrænatus religione.Lucretius lib.5.23.

Numinum religiones. Tacitus lib.3. Magna eius diei species fuit,quo Senatus maiorum beneficia,sociorum pacta,regum etiam,qui ante vim Romanam valuerant, decreta, ipsorumque numinum religiones introspexit.

Religiōsus,pen.prod. Adiectiuum. Cicero 2. de Natura deorum, 104,Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent,diligenter retractarent,& tanquam relegerent,sunt dicti religiosi,ex relegendo. Plautus Asina.13.37,

Deam sibi inuocet,quam lubebit propitiam,
Deum nullum.si magis religiosa fuerit,
Tibi dicat,tu pro illa ores vt sit propitius. Gellius ex Nigidio Figulo, Quocirca religiosus is appellabatur,qui nimia & superstitiosa religione sese alligauerat: eáque res vitio assignabatur. Sed præter ista quæ Nigidius dicit,alio quodam diuerticulo significationis,religiosus pro casto atque obseruanti, cohibentique sese certis legibus,finibúsque,dici cœptus.Simili autem modo illa quoque vocabula ab eadem profecta origine,diuersum significare videntur,religiosi dies,& religiosa delubra.Religiosi enim dies dicuntur tristi omine infames, impeditique, in quibus & res diuinas facere,& rem quampiam nouā exordiri temperandum est: quos multitudo imperitorum prauè & perperā nefastos appellant. Itaque M. Cicero in libro epistolarum 9,ad Atticum,173.3,Maiores,inquit,nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnæ, quàm vrbis captæ, quòd hoc malū ex illo.Itaque alter religiosus etiam nūc dies,alter in vulgus ignotus. Idem tamen M.T. in Oratione de accusatore constituendo,religiosa delubra dicit, non ominosa nec tristia, sed maiestatis venerationíque plena.Massurius autem Sabinus in commentariis quos de indigenis composuit,Religiosum,inquit,est quod propter sanctitatem aliquam remotum ac sepositū à nobis est.Verbum à relinquendo dictum, tanquam cæremoniæ à carendo. Hactenus Gellius lib.4.cap.9.

Religiosus & Impius,contraria,Vide Impius.

Iustus,integer,religiosus,timidus,perferens iniuriarum. Cic. 2.de Oratore,98.

Ita non religiosus,vt.Cic.1.de Finibus, 38, Atqui reperiemus asotos ita non religiosos vt edant de patella.

Atticorum aures teretes & religiosæ.Cic.in Orat.15.

Dedicatio est religiosa.Cic.pro Domo sua,95.

Religiosum delubrum,Vide paulo antè ex Gellio. Plin.lib. 6.cap.29.3,Delubrum Ammonis est ibi religiosum,& toto tractu sacella. Cic.6.Verr.84, Herculis templū est apud Agrigētinos, non longè à foro,sanè sanctum apud illos & religiosum.

Religiosi dies,Vide paulo antè ex Gellio.Cic.ad Qu.fratrem, lib.2.8.3,Dies erant duo,qui post Latinas habentur religiosi.

Facere aliquam domum religiosam.Cic.de Aruspic.resp. 19.

Limina religiosa deorum.Virgil.2.Æneid.74.

Res religiosissimæ,& Nefas,contraria.Cic.2.de Inuent. 111.

Religiosum est quod iurati legibus iudicauerunt.Cicero 1.de Inuentione,64.

Religiosum est id facere, Vulgus dicit *Faciendum est conscientia.* Liuius 2.ab Vrbe,19, Quem campi fructum quia religiosum erat consumere, defectam cum stramento segetem magna vis hominum simul immissa corbibus fudēre in Tyberim.

Religiosum habere.Plin. lib.28.cap.4.3,Næuos in facie tondere,religiosum habent etiam nunc multi.

¶Religiosus,Fidelis.Cic.pro Cecinna,19, Huic ego testi gratias agam quòd & in re misericordem se præbuit,& testimonio religiosum.Ita Budæus. Rursum Cicero lib.4.de Finib.99,Religiosissimus testis. Et pro Fonteio,17,Ab iisdē gentibus sanctis,& in testimonio religiosis obsessum Capitolium est.

¶Religiosus,aliquando pro Superstitioso ponitur. Terentius Heaut.4.1.37, -vt stultæ & miseræ omnes sumus Religiosæ.

Religiosè,pen.prod.Aduerbiū, Id est solicitè & accuratè, inquit Budæus. Colum.lib.3.cap.10.6,Nihil curiosè,nihil religiosè administrant. Plin.lib.epist.162.8,Nulla enim studia tanti sunt, vt amicitiæ officium deseratur, quod religiosissimè custodiendum,studia ipsa præcipiunt.

Religiosissimè colere templum aliquod.Cic.1. de Inuent.111, Templum Iunonis, quod religiosissimè colebant, egregiis picturis locupletare voluerunt. Sic 3.de Natura deorum,65.

Religiosè testimonium dicere, Fideliter. Cic. pro Cælio.44, Vtrum temeraria,procax,irata mulier finxisse crimen: an grauis, sapiens, moderatúsque vir religiosè testimonium dixisse videatur.

¶Religiosè,pro Subtimidè & verecundè.Cic.ad Sulpitiū,lib. 13.18.6, Faciámq; id quod debent facere hi qui religiosè & sine ambitione commendant.

Religo,réligas,pen.corr.religare,Ligare significat, aut fortius ligare.Colum.lib.2,Diutiúsque perennat quæ firmis truncorum & idoneis locis religata est.

Classem religauit ab aggere.Virgil.7.Æneid.22.

Funiculus à puppi religatus.Cic.2.de Inuent.136.

Ab humeris religatus funis.Plin.lib.9.cap.46,Funem illi religatum ab humeris eius trahunt.

Religatus ad.Cicero 1.Tuscul.168, Trahit Hectorem ad currū religatum Achilles. Columel.lib.11.cap.44.2,In arborem torquent,ne pluuiis mālā rumpantur,& hiantia dispereant,eáque ad maiores ramos religant. Sic lib.6. cap.2.3, Religare ad stipites. Et Cæsar 3.bel.Ciuil.56.

Religare in.Plin.lib.2.cap.65.5, Religetur in mali cacumine.

Funem religare in querno stipite.Ouid.4.Fast.67.

Catena religari.Ouidius epist.10.18.

Classem religauit litore,Alligauit.Ouid.13.Metam.89.

Robora catenis religare.Lucanus lib.2.134.

Religare lineo funiculo.Colum.lib.7.cap.10.3.

Religatus quadrigis. Plin.de Viris illust. 4, Iussu ipsius quadrigis religatus,ac in diuersa distractus est.

¶Religare religionib⁹ bona alicui⁹,pro Cōsecrare alicui deo. Cic pro Domo sua,94, Vidimus hoc idem Cn.Lentulo Censori Tribunum plebis facere.nūquid igitur is bona Lentuli religionibus religauit? Sed quid ego cæteros? tu inquam capite velato,concione aduocata,foculo posito,bona tui Gabinii,cui regna omnia Syrorum,Arabum,Persārúmq; donaras,consecrasti. Hac postrema dictione declarauit seipsum Cicero,vt & plurimis & apertissimis sequentibus.

Religātus,pen.prod.Participium.Horat.4.Carm.ode 11.1,
-est hederæ vis Multa,qua crines religata fulges.

Nodo religatus brachia.Tibull.lib.1.eleg.8.1,
Ipsa Venus Magico religatum brachia nodo
Perdocuit multis non sine verberibus.

Si prudentia extrinsecus religata pendeat.Cic.3.Tusc.65.

Somno religata agmina.Claud.4.Paneg.95.

Religatio,religatiōnis,Verbale,Ipse religādi actus.Cic.de Senect. 49,Et ipsa natura delectat,adminiculorum ordines,capitū cōiugatio,religatio,propagatio vitium sarmentorúmque.

Relino,rélinis,pen.corr.reléui & relini,pen.prod.rélitum,penult.cor.relinere,Quod obturatum erat aperire.Terent.Heaut. 3.1.51,Releui dolia omnia,omnes seriæ. Plautus Sticho,14.38, Nolo ego nos pro summo biberet: nulli relerimus postea. Pro releuerimus. Id est, nulli deinceps vinum deprompserimus: Cicero ad Atticum,lib.1.8.2, Quotus enim quisque est qui epistolam paulò grauiorem ferre possit, nisi eam per lectionem releuerit?

Sedem augustam thesauris relinere.Virg.4.Georg.46,
Si quando sedem augustam seruatáque mella
Thesaurit relines.Id est repositionibus,inquit Seruius,ac si diceret apothecis.De apum alueariis.

Relinquo,relinquis,reliqui,pen.prod.relictum,relinquere,Notæ significationis. Plaut.Mostell.4.45,Reliquit, deseruitqi me. Cæsar 5.bel. Gall.36, In litore molli atque aperto deligatas ad anchoras relinquebat.

Relinquere ab se. Plaut.Trucul. Vbi illa obsecro est quæ me hic reliquit ab se? abiisti?

Prætereo ac relinquo.Cic.5.Verr.87.

¶Relinquere, Est aliquid pro suo alicui dimittere seu legare. Plautus Aulul.3.13,
Agri reliquit ei non magnum modum,

Quo cum labore magno & miserè viueret. Terent.Phorm.1.3.46,At si talentûm rem reliquisset decem,primus esses,&c.

¶Relinquere aliquem,pro Nolle iuuare.Cic.ad Silliũ, lib.13.65.5,Tantum à te petimus vt agas eam rem,ne relinquas hominem innocentem ad alicuius tui dissimilis quæstum.

Aculeos relinquere in animis auditorum,Vide Aculeus.

Æs alienum relinquere.Cic.pro Quintio,49,Propterea quòd C.frater aliquantum æris alieni reliquerat.Id est,mortuus fuerat non persoluto ære alieno.

Sublimis,cupidúsque, & amata relinquere pernix. Horatius in Arte,34.

Amicitiam relinquere.Cic.1.de Finib.116,Sed quid ages tandem,si vtilitas ab amicitia(vt fit sæpe)defecerit,relinquine?

Animam relinquam potius,quàm illas deseram. Id est, Moriar potius,siue mori me malim.Terent.Adelph.3.4.51.

Relinquit eã animus, pro Deficit,siue concidit animo.Plaut. Milit.10.37. Et in Menæch.17.4.Reliquêre vires.

Arraboni relinquere.Terent.Heaut.3.3.41,

-reliquit filiam adolescentulam:
Ea relicta huic arraboni est pro illo argento.Id est in pignus.

Certatio relinquitur mihi cum aliquo.Cic.1.de Finibus,73,Ita cæterorum sententiis semotis relinquitur nó mihi cum Torquato,sed cum virtute certatio.

Comites in valle reliquit.Ouid.3.de Arte,144.

In commentariis relinquere.Plin.lib.19.cap.4.26,Vt Cæcilius in commentariis reliquit.Sub.scriptum.

Curionem quondam concio reliquit.Cic.de Claris Orat.100.

Confectum relinquere.Cic.ad Atticum,lib.5.93.3,Illud tamen non desinam,dum adesse putabo,de Cæsaris nomine rogare,vt confectum relinquas.

Consolationem alicui relinquere. Cic.ad Trebonium, lib.15.21.2,Vt vnam mihi consolationem relinquas.

Consuetudinem relinquere.Cic.1. Acad.16, Illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus, & nulla affirmatione adhibita,consuetudinem disserendi reliquerunt.

Direptioni vrbem relinquere.Cicero ad Sulpitium, lib.4.1.8, Vrbem sine legibus,sine iudiciis,sine iure,sine fide relictam direptioni & incendiis.

Diis votisque relinquere.Ouid.1.Metam.38, -vt acta
Præcipiti pinus Borea,cui cuncta remisit
Ira nec suus rector,quam dis,votisque reliquit.

Dominos relinquens,vt famuli solent.Catul.de Berecyn.58.11.

Dubitationem relinquere apud aliquem.Cic.ad Trebonium, lib.15.11.3,Nullam enim apud me reliquisti dubitationem,quãtum me amaris.

In egestate relinquere. Cic.3.Verr.53, Nemo iam Dolabella, neque tui, neque tuorum liberûm quos tu miseros in egestate, atque in solitudine reliquisti,misereri potest.

Excusationem relinquere ad aliquem. Cic.ad Atticum,lib.9. 173.7,Etsi Ciceroni meo togam puram quum dare Arpini vellem,hanc eram ipsam excusationem relicturus ad Cæsarem.

A febre quartana relinqui.Cic.Attico,lib.8.150.3.

Gaudia relinquere.Ouid.epist.16.41.

Hæredem testamento relinquere.Cic.pro Quintio,8, Hæredẽ testamento reliquit hunc P.Quintium.

Incertam relinquere aliquam, & vulnere mentis turbatam. Virgil.12.Æneid.31.

Incepta fila relinquit.Ouid.6.Metam.7.

Infecta sacra relinquunt.Ouid.6.Metam.41.

Ita relinquitur,vt.Cic.2.de Diuin.11,Ita relinquitur,vt ea fortuita diuinari possint,quæ nulla nec arte, nec sapientia prouideri possunt.

Limen relinquere.Virgil.5.Æneid.64.

Locum admonitionibus relinquere. Cic. ad Lentulum,lib.1. 1.4,Sed planè nec precibus nostris, nec admonitionibus reliquit locum. Id est,Nec se orari,nec se admoneri finit:adeò præstat omnem diligentiam in tuo negotio.

Locum subtilitati nullum relinquere.Plinius lib.35.cap.10.17, Tertio colore lineas secuit,nullam relinquens amplius subtilitati locum.

Locũ vituperãdi relinquere.Cic.ad Q. frat.li.1.2.1,Necui iniquo relinqueremus vituperãdi locũ.Id est,daremus ansam,&c.

Lucem relinquere.Virgil.4.Æneid.91.

Maturè relinquere aliquid.Horat.1.epist.1.10.

In medio relinquere.Cic.pro Cælio,37,Hîc ego iam rem desiniam: mulierem nullam nominabo, tantum in medio relinquam. Sic Gellius lib.6.cap.14.

Memoriam alicuius rei relinquere.Cicero 2.Offic.80,Prodigi qui epulis & visceratiõnibus, & gladiatorum muneribus, ludorum, venationúmq; apparatu pecunias profundunt in eas res, quarũ memoriã aut breuem,aut nullã omnino sunt relicturi.

Acrem sui memoriam relinquunt. Tacitus lib.15, De asperis facetiis.

Monimentum æternum audaciæ suæ relinquere in sermone hominum.Cicero 3.Verr.91,Quo maximarum rerum frequentissimæ quotidie aduocationes fiunt:in eo loco,in sermone hominum,audaciæ suæ monimentum æternum relinquere?Subaudi,Ausum esse.

Negotia longa relinquere.Horat.3.Carm.ode 5.11.

De tanto patrimonio nihil relinquere. Cicero pro Roscio Amerino,14.

Obsessionẽ relinquere alicuius oppidi. Pollio ad Ciceronẽ,li. 10.33.12,Antonium turpiter Mutinæ obsessionem reliquisse.

In opinione alicuius relinquere.Cic. 1.Verr.9,Verùm non id mihi sumo Iudices,& hoc non modò in oratione mea non pono, sed ne in opinione cuiusquam relinquo, me omnibus patronis esse præpositum.

Inceptum dextra reliquit opus.Ouid.1.de Arte,16.

Pauor ossa reliquit.Virgil.3. Æneid.11.

Filio meo satis amplum patrimonium in memoria nominis mei relinquam.Cic.ad Cælium,lib.2.15.14.

Pecuniam in quæstu.Cic.pro Lege Manilia,16,Quid hûc hominem,magnum aut amplum de Repub.cogitare,qui pecuniã ex ærario depromptam ad bellum administrandum, aut propter cupiditatem prouinciæ magistratibus diuiserit,aut propter auaritiam Romæ in quæstu reliquerit?

Præsidium relinquere castris.Cæsar 1.bel. Gall.118, Postridie eius diei Cæsar præsidium vtriusque castris,quod satis esse visum est,reliquit.

Scriptum relinquere. Cicero de Claris Oratoribus, 37, Atque vtinam extarent illa carmina,quæ multis seclis ante suam ætatem in epulis esse cantitata à singulis conuiuis de clarorum virorum laudibus,in Originibus scriptum reliquit Cato. Plinius lib.33.ca.2.6,Iunius certè, qui ab amicitia eius Gracchanus appellatus est,scriptum reliquit his verbis. Sic libro 7.cap.43.5. Id est scripsit.

Spem relinquere.Cic.2.Tuscul.61,Quam (nisi quid dicis)prætermittamus,& hanc totam spem immortalitatis relinquamus. Idem ad Quin.fratrem,lib.1.4.2,Perspicis profectò & quænam nobis spes salutis relinquatur. Sic Cæsar 1.bel.Gal.110, Nequa spes in fuga relinqueretur.

In spe aliorum relinquere.Cic.1.Verr.15, In quo quid enim, aut quid efficere possim,malo in aliorum spe,quàm in oratione mea relinquere.

Studium rei alicuius.Cic.4.Academ.15,Neque nos studium exquirendi defatigati relinquemus.

In suspenso relinquere.Plin.epist.148,Existimabã necessariò ergo rem totam,dum te consulerem,in suspenso relinqui.

Suspicionem alicui relinquere.Suet.in Cæsare cap.86, Suspitionẽ Cæsar quibusdã suorum reliquit,neq; voluisse se diutius viuere,neq; curasse:quòd valetudine minus prospera vteretur.

Ardet abire fuga, dulcésq; relinquere terras. Virg.4.Æn.56.

Testamento relinquere.Cic.3.Offic.115,Quum ei testamento sestertiũm millies relinquatur.

Verbum relinquere in ambiguo.Lucret.lib.4.219.

Verba imperfecta reliquit.Ouid.epist.13.3.

Vestigium amoris.Plin.lib.36.cap.5.11, Atque in eo quoque simile amoris vestigium reliquit.

Vitam relinquere.Virgil.4.Georg.110. Tacit.lib.4, Relinquendæ vitæ certus.

Vita reliquit eum.Lucret.lib.5.13.

¶Mihi ne vt dubitem quidem relinquitur.Cic.4.Acad.115.

¶Relinquitur,pro Restat,siue reliquum est.Cic.ad Atticum, Relinquitur,vt si vincimur in Hispania,quiescamus.

¶Relinquendo. Ouid.3.Trist.eleg.13.1,

Inque relinquendo,quod idem fecere sodales,
Tu quoque dixisses tristia in vrbe vale.

Relictus,Participium.vt Relictus custos.Terent.Eunuch.1.1.55,

-eho numnam tu hîc relictus custos,
Nequis forte intermuntius clàm à milite ad istam curriret?
Omnibus relictis mihi frequentẽ operam dedistis,Hoc est præter alios,vel præ aliis omnibus. Plautus Cistell.2.5. Et apud Terentium,Heaut.4.7.11,
Mihi nunc relictis omnibus,inueniendus est
Aliquis,labore inuenta mea cui dem bona. Et in Eunucho,1. 2.86, -relictis rebus omnibus, Quæsiui.

Relictus sum mihi.Plin.epist.113, Ab his quæ auocant abductus,& liber,& mihi relictus,non oculos animo,sed animum oculis sequor.

Solus,inops,expes,letho,panæq; relictus.Ouid.14.Metam.44.

Attu,oro,ſolare inopẽ,& ſuccurre relictæ.Virgil.9. Æneid.58.

Relictus ab omni honeſtate,Inhoneſtus.Cic.pro Rab. perdu. reo,17, Nemo eſt inquã inuentus tam profligatus, tã perditus, tam ab omni non modò honeſtate,ſed etiã ſimulatione honeſtatis relictus,qui ſe in Capitolio fuiſſe cũ Saturnino fateretur.

Quid faciat multum cæli poſt terga relictum.Ouid.1.Metam. 38.De Phaethonte.

¶ Relictum æs alienum.Cic.pro Quintio,8, Quum æris alieni aliquantulum eſſet relictum.

Diſſimilémque animum ſubiit,ætate relicta.Ouid.7.Metam. 59.De Æſone ſene priſtinæ iuuentuti reſtituto.

Relictum cuique arbitrium intelligendi.Plin.lib.6.cap.19.14.

Curſus relictos iterare.Horat.1.Carm.ode 34.1.

Fides relicta.Ouid.3.de Arte,91.

Ioci relicti.Horat.1.Carm.ode 1.8.

Siqua mei tamẽ eſt in te pia cura relicti.Oui.1.Amo.ele.16.10.

Officiis omnibus relictis.Horat.1.epiſt.2.14.

Poſtes à tergo relicti.Virgil.2.Æneid.91.

Inſequitur Salius: ſpatio poſt deinde relicto Tertius Euryalus.Virgil.5.Æneid.65.

Inuidiam placare paras virtute relicta.Horat.1.Serm.ſaty.3.3.

Vita tantũmodo relicta eſt mihi.Ouid.4.de Ponto,ele.16.10.

Repetere relicta.Horat.1.epiſt.7.10.

Relictio,Verbale.Cic.6.Verr.Quibus illam relictionem proditionémq; Conſulis,&c. Idẽ ad Atticũ,lib.16.334.7,Quòd effugiſſem duas maximas vituperationes.Vnam,quam itinere faciendo me intelligebam ſuſcipere deſperationis ac relictionis Reip. Aliqui legunt religionis.

Réliquus,pen.cor.Adiectiuum,Quod ſupereſt. Cæſar lib.1.Comment.Demonſtrant ſibi præter agri ſolũ nihil eſſe reliqui. Cic. Curio,lib.7.31.1,Reliquũ eſt vt officiis certemus inter nos. Terent.Eunuch.5.6.16, -nunquid eſt
Aliud mali,damnive quod non dixeris,
Reliquum? Idem Adelph.3.1.48, -hoc reliquum eſt,
Si inficias ibit,teſtis mecum eſt annulus.

Perge reliqua,Vide Pergo.

Reliqua dies.Cic.pro P.Seſtio,O reliquas omnes dies,noctéſque eas, quibus iſte à me non recedens Theſſalonicam me, in Quæſtoriúmque perduxit.

Qualis in reliqua Græcia.Cic.de Amic.6,Nec ſicut vulgus,ſed vt eruditi ſolent appellare ſapientem, qualem in reliqua Græcia neminem.

Erant mihi oppida complura etiam reliqua,quæ adire vellẽ. Cic.4.Verr.46.

Operam reliquam dare.Plautus Trucul.2.13,
Nunquam ab amatore ſuo poſtulat id quod datum eſt,
Sed reliquã dat operã,ne ſit reliquũ poſcendo,atq; auferendo.

Spes reliqua.Terent.Eunu.1.1.9,Itáne parati te,vt ſpes nulla reliqua in te ſiet tibi? Cic.ad Brutum,lib.11.5.6,Spem reliquam nullam video ſalutis. Idem ad Atticum,lib.3.53.2,In Tribun. pleb.deſign.reliqua ſpes eſt.

Tempus reliquum.Cic.3.Verr.10,Menſes mihi tres quum eripuiſſetis,ad agendum maximè appoſitos,reliquum omne tempus huius anni me vobis remiſſurum putaſtis.

In reliquum tempus ſancit.Cic.1.de Lege agraria,7.

Spe reliquæ tranquillitatis,luctus fugere,Id eſt futuræ.Cicero pro Seſtio,61.

Reliquum vitæ.Cic.7.Verr.71, Et quod reliquũ vitæ viriúmque fames fecerat,id ferro potiſſimum reddere volebat.

Reliqua vaticinationis breui cõfecta ſunt.Cic.1.de Diuin.110.

Reliqui nihil fecit. Cic.5. Verr.95, Et quibus nihil non modò de fructu,ſed ne de bonis quidem ſuis reliqui fecit.Id eſt,omnia abſumpſit.

Reliqui nihil eſt ei.Cic.5.Verr.171,Nam quid eſſe reliqui poterat ei,qui per hanc iniuriam non modò frumentum omne amittere, ſed etiam omne inſtrumentum vendere cogeretur? Idem 1.de Fini.47,Etenim quoniam detractis de homine ſenſibus,reliqui nihil eſt.

De reliquo velim tibi perſuadeas,&c.Cic.ad Cornificium,lib. 12.29.14. Idem ad Toranium,lib.6.10.4,De reliquo,vt te ſæpe per literas hortatus ſum,ita velim tibi perſuadeas,te in hac cauſa,&c. Idem 1.de Oratore,50, Quoniam id quod difficillimũ nobis videbatur,vt omnino de his rebus Craſſe loquerẽre,aſſecuti ſumus: de reliquo iam noſtra culpa fuerit,ſi te,niſi omnia quæ percunctati erimus explicaris,dimiſerimus.

Reliquum eſt,vt de me id ſcribam,quod te ex tuorum literis & ſpero,& malo cognoſcere.Cic.in quadam epiſt.

In reliquum.Quintil.lib.4.cap.5,Propoſitis enim probationibus,omnis in reliquum gratia nouitatis præcipitur.

Præter te neminẽ habeo reliquũ,in quo,&c.Ci.Pæto,li.9.15.6.

Reliquos facere,pro Relinquere:vt Miſſos facere.Cic.in Verrem,Quos belli calamitas reliquos fecerat. Idẽ 5.Verr.83,Duarum mihi ciuitatum reliquos feci agros,&c.Budæus.

¶ Reliqui,pluraliter.Cic.4.Acad.10,Sunt enim multi,qui omnino Græcas non ament literas, plures qui philoſophiam,reliqui qui etiam ſi hæc non improbent:tamen,&c.

¶ Reliqua, pluraliter.vt Reliquorũ ratio, Hoc eſt debitorum ab aliquo.Cic.ad Atticum,lib.16.333.5,Maximè autem me angit ratio reliquorum meorum: quæ quanquam explicata ſunt,tamen quòd & Dolabellæ nomen in iis eſt, & attributione nomina ignota,conturbor.Id eſt,quanquam ſint ſoluendo qui mihi debent,vel non ſit controuerſa perſecutio. Idem ad eundem, lib.16.339.3,Me res familiaris mouet.rem dico? imò verò exiſtimatio.quum enim tanta reliqua ſint,ne Terentiæ quidem adhuc quod ſolum expeditum eſt.Terentiam dico. ſcis nos pridẽ iam conſtituiſſe Montani nomine Seſt.x x i i diſſoluere.Reliqua autem intelligi poſſunt quæ ipſe debebat, & quæ ei debebantur. Plautus Ciſtel.4.40,
Hunc quod reliquum reſtat,volo perſoluere,
Vt expungatur nomen,nequid debeant. Plin.epiſt.114.lib.9, ad Paulinũ,Nam priore luſtro,quanquam poſt magnas remiſſiones,reliqua creuerunt.Inde pleriſque nulla iam cura minuendi æris alieni,quòd deſperant poſſe perſolui.Rapiunt etiam, conſumúntque,quod natum eſt: vt qui iam putent ſe non ſibi parcere.Occurrendum ergo augeſcentibus vitiis,& medendum eſt: medendi vna ratio,ſi non nummo,ſed partibus locem. Idem epiſt.19. lib.3, Reliqua colonorum minuit ad tempus. Id eſt,debita contracta colonis.Budæus.

Reliqua cõtrahere.Paulus De adminiſtratione tutorum L.L. Titius,Curator C.Seii tempore curæ fundum Cornelianum locauit Sempronio,qui Sempronius reliqua contraxit.

Réliquor.pen.corr. reliquâris, reliquâri, Deponens, Æs alienum ex reliquis rationũ contrahere. Paulus De adminiſtratione tutorũ,L.L.Titius,Paulus reſpondit, nõ ex eo quòd adultus eum qui prædia eius coluit, procuratorem habere voluit: debitum quod ex conditione reliquatus eſt,agnouiſſe eum videri. Vlpianus de Muneribus & honoribus,L. Reſcripto, Eos demum debitores Reip.accipere debemus,qui ex adminiſtratione Reipub.reliquantur.Budæus.

Reliquâtor,pen.prod.reliquatôris,Verbale, Qui reliqua contraxit:Qui integrũ non ſoluit,ſed partẽ æris alieni ſeruat ſibi.Scæuola,De ſolutionibus & liberat.L.Creditor,Valerius L.Titii ſeruus ſcripſit, Accepi à Mario Marino ex ſumma maiore tot aureos.Quæro an hæc ſumma in proximum annũ ei accepta ferri debeat,quum ſuperioris anni ſit reliquator? Budæus.

Reliquiæ,reliquiarũ, pluraliter tantũ: Tametſi ſingulariter apud Plautũ legatur in Milite,3.54,At pedites tibi reliquia erãt,ſi viuerẽt.tamẽ frequentius idẽ etiam author plurali vſus eſt:vt in Perſa,3.21,Nunc huc intrò ibo,viſam heſternas reliquias
Qui euenerint. Idem Curcul.8.18.

Nihil reliquiarum extat.Lucret.lib.1.118.

Reddere omnes animæ reliquias.Lucret.lib.3.134.

Cibi reliquiæ.Cic.2.de Nat.deo.107,Cibi reliquiæ depellũtur tum aſtringentibus ſe inteſtinis,tum relaxantibus.

Cœnæ vel prandii reliquiæ. Cic.ad Caſſium,lib.12.4.1, Vellẽ Idibus Martiis me ad cœnam inuitaſſes:reliquiarum nihil fuiſſet. Plaut.Menæch.10.15,Reliquiarũ ſpes animũ obiectat meũ.

Coniurationis reliquiæ.Cic.in Parad.34,Et reliquiæ cõiurationis à Catilinæ furiis ad tuum ſcelus furorémque conuerſæ.

Exercitus reliquiæ. Liuius,Reliquias duorum exercituũ cum cura colligerent.

Febrium reliquiæ. Celſus lib.3.cap.4,Etiam manentibus reliquiis febrium.

Reliquias flagitiorum colligere.Cic.4.Verr.94,de Timarchide,Non ſolùm nummos ſiqui iſti exciderant, tollere ſolebat, ex quibus pecuniam maximam fecit:ſed etiam voluptatũ,flagitiorúmque iſtius ipſe reliquias colligebat.

Reliquiæ huius generis.Terentius Adelphis,3.3.90,
Quàm gaudeo vbi etiam huius generis reliquias
Reſtare video!

Motus vitalis reliquiæ.Lucret.lib.1.191.

Reliquias vitæ mẽbris ex omnibus auſert.Lucret.lib.6.166.

Lacerare reliquias vitæ alicuius & diſtrahere,Vide Lacer.

Reliquias perſequi.Cic.de Senect.17,de Carthaginis euerſione loquens,Quam palmam vtinam dii immortales Scipio tibi reſeruent,& aui reliquias perſequare.Id eſt,ſuperioris Africani præſcriptum ſequare,& peragas incœptum.Budæus.

¶ Reliquiæ,pro Cineribus.Modeſtinus in L.Quidã.De cond. inſtit.Quidam teſtamento ſuo hæredẽ ſcripſerat tali conditione,ſi reliquias eius in mare proiiciat. Plinius ad Traianum,

de reliquiis ſepultorũ transferendis epiſtolam ſcripſit. Budæus.

Legere reliquias,& legere oſſa apud Suetonium in Auguſto. Idem in Caligula cap.3,de Germanico loquens,Cæſarum clade Variana,veteres ac diſperſas reliquias vno tumulo humaturus, colligere ſua manu,& comportare primus aggreſſus eſt. Idem in Domitiano,cap.8,Monimentum,quod libertus eius è lapidibus templo Capitolini Iouis deſtinatis filio conſtruxerat, diruit per milites: oſſáque & reliquias quæ inerant,mari merſit.

Receptæ reliquiæ ex ardente Troia.Virgil.7.Æneid.49.

Colere reliquias ſuorum.Virgil.4.Æneid.69.

Reluceo, reluces,pen.prod.reluxi,reluc**ē**re,Valde lucere.Virgil. 2.Æne.63, -Sigæa igni freta lata relucent. Cic.1.de Nat.deor. 154.Huic non vna modo caput ornans ſtella relucet.Ex poeta. Liuius 10.bel. Pun.21, Relucentem flammã primò vigiles Carthaginienſium,deinde excitati alii nocturno tumultu quũ conſpexiſſent,&c. Ibidem,lib.1.75, Relucens flamma. Plin.lib. 16.cap.8.3,In ſummis arboribus naſcens,nocte relucẽs. Sic lib. 9.cap.17,Tranquillis noctibus relucet.

Dies reluxit exeo.Tacit.lib.10.

Barba reluxit flammis.Virgil.11.Æneid.60.

Focus reluxit viuo torre.Valer.3.Argonaut.13.

Veſtis fulgore reluxit.Ouid.11.Metam.114.

Reluo,réluis,rélui,relúere,Eſt,inquit Feſtus,reſoluere,repignerare.Cæcil.in Carmine,Vt aurum,vt veſtẽ quod matris fuit reluat,quod vina ipſi oppoſuit pignori. à Luo, luis,compoſitum, quod eſt perſoluo. Plautus,Repignerat,reluit,vendit.

Reluctor,reluctáris,reluctári,Repugnare.reniti ſiue obniti.

Dracones reluctantes.Horat.4.Carm.ode 4.3.

Hoſtis reluctans.Ouid.2.Amor.eleg.9.3.

Ore reluctanti it equus.Ouid.3.Amor.eleg.4.3.

Reluctãtus.pen.prod.Participium.Claud.1.de raptu Proſerp.9,

Penè reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupiſſent elementa fidem.

Remaledico, remaledicis, penult.prod.remaledixi, remaledictum,remaledicere,Maledictum maledicto retaliare.Suetonius in Veſpaſiano, cap. 9, de iurgio quodam Senatoris Equitiſque Romani ita pronuntiauit:Non oportere maledici Senatoribus: remaledici,ciuile fáſque eſſe.

Remáncipo, remáncipas,pen.cor.remancipare,pro Mancipatam rem reddere,& iterum mancipare,hoc eſt redhibere.Boethius,Fiduciam inquit accepiſſe dicitur, cuicunq; res aliqua ea lege mancipatur,vt mancipanti aliquando remanciper.

Remancipatam Gallus Ælius eſſe ait quæ mancipata ſit ab eo cui in manum conuenerit.Feſtus.

Remando,remandis,remandi,remãſum,remándere,pen.corr. Ruminare,rurſus mandere.Plin.lib.10.cap.73.2, Pontici mures ſimili modo remandunt. Quintil.lib.11. cap.2, Deuoret initio tædium illud,& ſcripta,& lecta ſæpius reuoluendi,& quaſi eundem cibum remandendi.

Remáneo,rémanes,pen.corr.remanſi,remanſum, remanẽre, Retro manere,perſiſtere.Iuſtinus lib.2,Interea rex velut ſpectator pugnæ,cum parte nauium in litore remanet. Cic.1.Tuſcul.41,Expone igitur,niſi moleſtum eſt, primum ſi potes, animos remanere poſt mortem. Cæſar 3.bel.Ciuil.110,An non audiſtis ex iis qui per cauſam valetudinis remanſerunt, cohortes eſſe Brunduſii factas?

Recedere ab aliquo,& Remanere in aliquo,contraria. Cic.1. Offic.57,A peregrino enim receſſit,& propriè in eo qui contra ferret arma,remanſit.De verbo HOSTIS loquitur,quod peregrinum olim ſignificabat.

Cubito remanete preſſo.Horat.1.Carm.ode 17.2.

Amicus remanens in duris rebus.Ouid.1.Triſt.eleg.8.5.

Cauſa iniuriæ remanet.Cic.1.Ver.31, Quid ſi ne iniuriæ quidem quæ tibi ab illo facta ſit,cauſa remanet?

Effigies remanſit non cognoſcenda.Ouid.9.Metam.53.

At manet in vita.cui mens animúſq; remãſit.Lucret.lib.3.82.

Incolumi remanent res corpore.Lucret.lib.1.50.

Veſtigia antiqui officii in illo remanent.Cic.pro Roſ.Am.16.

Remanſio,remanſiõnis,Verbale,Manſio.Cic.ad Qu.fratrem,lib. 3.17.3,Primùm tuam remanſionem etiam atque etiam probo. Idem pro Ligario.3, Profectio certè animum tuum non debet offendere.non igitur remanſio multò minus.

Remano,remánas,pen.prod.remanare,Repetere,inquit Feſtus. Ennius lib.5, -deſerunt riuos,campóſque remanant.

Remanare,Refluere.Lucret. lib.5.54, Percolatur enim virus, retróque remanat Materies humoris. Budæus.

Remeculi,Nauigiorũ genera,quibus Lemnii vtebantur.Sipõt.

Remedium,remedii,à Medeor,mederis,Id quod medendi causa alicui morbo adhibetur.Terent.Heaut.3.1.28, -quippe quia Magnarum ſæpe id remedium ægritudinum eſt. Idem And. 3.1.10,Quod remedium nunc huic malo inueniam? Plin.lib. 18.cap. 179, Vulgò verò ſi dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant,remedium eſt amurca pura. Cic.3.Verr.101,Quod eſt igitur remedium?

Ratio certa remedii.Lucret.lib.6.1247,Nec ratio remedi communis certa dabatur.Remedi,pro remedii.

Aere remedium.Cic.pro Cluẽtio,53,Actoribus ſaluti ſuæ remediis ſubueniendum putauit.De Scamandro.

Aſpera remedia. Quintil.lib.2.cap.4.9.

Lene remedium.Liuius 2.ab Vrbe,101,Seruilius lenibus remediis aptior,concitatos animos flecti, quàm frangi putabat cum tutius,tum facilius eſſe.

Remedium & alleuamentũ.Cic.pro Sylla.50,In aduerſis fortunis ſine vllo remedio atque alleuamento permanere.

Incommodorum remedia.Cic.Lucceio.lib.5.11.13.

Remedium vnum incommodis.Cic.1.Verr.5,Quum hoc vnũ his tot incommodis remedium eſſe arbitrarer,vt homines idonei atque integri cauſam Reipub.legúmque ſuſciperent.

Remedium contra. Plin.lib. 10.cap.54.2, Remedium contra tonitrum,clauus ferreus ſub ſtramine ouorum poſitus.

Adlubere remedium,Vide **Adhibeo**.

Cedere remediis,Vide **Cedo**.

Comparare remedium ad.Cic.7.Verr.21, Primum temporibus hybernis, ad magnitudinem frigorum, & ad tempeſtatum vim ac fluminum præclarum ſibi hoc remedium comparat.

Habere remediũ,& vti remedio.Cic.2.de Nat.deor.180,Auditũ eſt pantheras,quæ in Barbaria venenata carne caperẽtur,remediũ quoddã habere,quo quum eſſent vſæ,non morerentur.

Inuenire remedium alicui rei.Cic.13.Philip.363,Veneficũ audes appellare eum virum qui tuis veneficiis remedia inuenit?

Lenire molli & leui manu remedia aſpera. Quintil. lib.2.ca. 4.9,Iucũdus ergo tũ maximè debet eſſe præceptor,vt remedia, quæ alioqui natura ſunt aſpera,molli manu, & leui leniantur.

Pati remedium.Liuius 2.ab Vrbe,6,in Præfat.Donec ad hæc tempora, quibus nec vitia noſtra, nec remedia pati poſſumus, peruentum eſt.

Quærere remedium.Liu.2.ab Vrbe,187,Nec huic tam peſtilenti exemplo remedia vlla ab imperatore quæſita ſunt. Cic.5. Verr.110,Non inquam,perpetere hẽre,vt homines iniuriæ tuæ remedium morte ac ſuſpendio quærerent.

Quærere remedium ad aliquam rem.Cic.pro Cluentio,19.

Reperire remediũ.Cæſar 3.bel.Ciuil.100, Quibus reb' noſtri vſu docti hæc reperiebant remedia,vt alio loco ignes facerent.

Remendo,remendas,remendare.pro Rurſus mendam tollere, probat Calepinus ex Columella lib.3.cap.17, Quidam flagellũ totum ſicut erat matri detractum erediderunt ſationi conueniẽ: idque per gemmas quinas, vel etiam ſenas partiti complures tale oleaſter remendauerũt, quod ego minimè probo. Vbi legendum talcolas terræ mandauerunt.

Remeo,rémeas,pe.corr.remeare,Retro meare,redire,reuerti. Plaut.Epid.13.55,Remeabo intrò,vt accurẽtur aduenientes hoſpites. Idem Aſin.5.75,Remeato audacter,mercedẽ ſi eris natus. Mart.lib.1.99, Gaudia non remeant,ſed fugitiua volant. Horat.1.Serm.ſaty.6.14, -nam ſi natura ſuberet
Ærumnis annis æquum remeare peractum.

Remeare ad.Liu.9.ab Vrb.79, Niſi præſidio Samnitium interfecto,aut tradito,ne ad ſe remearent. Virg.2.Æneid.20, Si patrios vnquam remeaſſem victor ad Argos.

Remeare ex.Varro 3.de Re ruſt.cap.5.6,Idémq; faciunt,quũ ex Italia trans mare remeant. Tacit.lib.15, Ad eum diem ex Campania remeauerat.

Vrbem remeare.Virg.11.Æneid.159.

Remeat aer.Cic.1.de Nat.deor.177,Neque remearet aer,cuius ortus aqua omni exhauſta eſſe non poſſet.

Remeat peſtifer calor.Plin.lib.7.ca.50.4,At hercule reliquis omnibus per ſingulas membrorum partes, qualiter nullis aliis animalibus,certis peſtifer calor remeat horis aut rigor.

Dies remeat.Tibull.lib.1.eleg.4.6.

Rémeans,Participium.Tacit.lib.1,Caium remeantem Armenia, & vulnere inualidum, mors fato propera, vel nouercæ Liuiæ dolus abſtulit.

Remetior,remetíris,pen.prod.remenſus ſum,remetíri, Rurſũ metiri. Aliquãdo etiã reddere.Plin.epiſt.164, Iã mihi reddita incipit refici,tranſmiſſúmq; diſcrimen cõualeſcendo remetiri. Mart.lib.6.89,Ille fide ſumma teſtæ ſua vina remenſus.

Aſtra ſeruata remetior.Virg.5.Æneid.5.

Iter remenſus.Stat.3.Thebaid.65.

Mari remenſo ire.Virg.3.Æneid.19.

Remetiri pelagus.Virg.2.Æneid.37,

Arma,deóſque parant comites pelagóque remenſo

Improuiſi aderunt.

Remer, Vide **Remus**.

Remigero, remigeras, remigerare, Reuerti. Plautus Perſa, 1.3, Crumenam hanc emere aut facere, vt remigeret domum. Antiquè pro Remigrare.

Remigium, **Remigo**, Vide **Remus**.

Remigro, rémigras, pen. cor. remigrare, Iterũ migrare, reuerti. Cic. 1. Tuſcul. 193, In noſtram domum remigremus. Idem 1. Acad. 19, Remigrare in domum veterem è noua. Liuius 8. belli Punici, 59, Magna tamen pars authoritate c o n s. compulſa in agros remigrauit.

In locum remigrant. Lucret. lib. 1. 194.

Romam tibi remigrandum eſt. Cic. Pæto, lib. 9, 18. 7.

Atque ei ne integrum quidem erat vt ad inſtitiam remigraret. Cicero 5. Tuſcul. 88.

Remigrare, ad alia tranſlatum. Plautus Pœnulo, 2. 46, Ad argumentum nunc viciſſatim volo remigrare. Idem Epid. 1. 40, Remigrat animus nunc demum mihi.

Remiſſum, inquit Feſtus, Repãdũ dicitur, à remi ſimilitudine.

Reminiſcor, reminiſceris, pen. corr. reminiſci, Recordari: quod ſit quũ ea quæ mens tenuit, repetuntur, inquit Varro, quaſi iterum rem in mentem reuocare. Iungitur autem aliquando genitiuo, aliquando etiam accuſatiuo.

Genitiuo. Cæſar 1. bel. Gal. 50, Sin bello perſequi perſeueraret, reminiſceretur & veteris incommodi Populi Rom. & priſtinæ virtutis Heluetiorum. Cic. ad Atticum, lib. 4. 7. 1. 7, Reminiſcebantur enim Calendarum Ianu.

Accuſatiuo. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 15, Ea potius reminiſcere, quæ digna tua perſona ſunt. Gellius lib. 10. cap. 25, Nauium autem quas reminiſci tum potuimus, appellationes hæ ſunt, Cic. Antequàm iret in exilium, In noſtro euentu aliorum reminiſcentes caſus.

Animo reminiſci aliquem. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 7, Nam modò vos animo dulces reminiſcor amici.

Actus miſeros reminiſcitur. Stat. 12. Thebaid. 79.

Tempus illud reminiſcitur mœrens. Ouid. 5. Triſt. eleg. 5. 7.

Reminiſci & recordari. Cic. de Senect. 71, Magnóque eſſe argumento homines ſcire pleraque antè quàm nati ſint: quòd ſi pueri quum artes difficiles diſcunt, ita celeriter res innumerabiles arripiant, vt eas non tum primum accipere videantur, ſed reminiſci & recordari.

Reminiſci de. Cic. pro Ligario, 22, Quoniã hoc eſt animi, quoniã etiã ingenii tui, te aliquid de huius Quæſtoris officio cogitãtẽ, etiã de aliis quibuſdã Quæſtoribus reminiſcẽtem recordari.

Reminiſcendo recognoſcere. Cic. 1. Tuſc. 90, Declarare ſe non tum illa diſcere, ſed reminiſcendo recognoſcere.

Remiſceo, remiſces, remiſcui, remiſcẽre, Idem quo ſimplex Miſceo. Horat. in Arte, 31, Atq; ita mentitur, ſic veris falſa remiſcet.

Remitto, remittis, remiſi, pen. prod. remiſſum, remittere, Retro mittere, vt ait Sipontinus. Plautus, Munera accipit frequens, remittit nunquam.

Dona remittunt non leuiora datis. Ouid. 13. Metam. 151.

Remittere, primo loco: & Mittere, ſecundo. Cic. Tironi, lib. 16. 1. 2, Volebam ad te Marionem remittere, quem quum meliuſcule tibi eſſet, ad me mitteres.

Ablatiuo pretii aliquando iungitur. Curtius lib. 4, Captiuos ſi placet reddi, honeſtius dono dabimus, quàm pretio remittemus.

¶ Remittere, Rurſus mittere, Reddere. Colum. lib. 1. cap. 6, non procul à fine, Et cadẽ euentilata mundiora ſunt, lapilliſq; careẽt & glebulis, quas per triturã ferè terrena remittit area. Plin. lib. 9. cap. 18. 2, Iis aquam acceptam ore remittunt.

¶ Remittere, Concedere, condonare, dimittere, ignoſcere, datiuo conſtruitur. Cic. 5. Verr. 188, Verùm hoc quoque vobis remitto, negligite præterita ſi vultis. Idem de Diuinatione, Nã illi multò mihi hoc facilius remiſiſſent, ſi iſtum non noſſent, aut ſi iſte apud eos Quæſtor fuiſſet. Item ad Atticum, lib. 10. 194. 3, Facilè patior quod ſcribit, ſecum Tullum & Seruium queſtos eſſe, quia non idem ſibi quod mihi remiſiſſet.

Remitto & condono. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 5, Meã animaduerſionem & ſupplicium quo vſurus eram in eum quẽ ceſſem, remitto tibi & condono.

¶ Remitto, pro Mitto, ſino, concedo. Ouid. 11. Metam. 76, Sed mora damnoſa eſt, nec res dubitare remittit.

Remittere alicui aliquid, Concedere. Cicero 4. Academ. 190, Sed tibi aut concedendum eſt ita eſſe, quod minimè vis: aut memoriam mihi remittas oportet, & facile eſſe ei locum, etiam ſi comprehenſio, perceptióque nulla ſit. Id eſt, Concedas mihi memoriam eſſe.

Vrgere, & nihil remittere. Cicero 4. de Finib. 114, Ita ne hoc modo paria quidẽ peccata ſunt. Vrgent tamẽ, & nihil remittũt.

¶ Remittere, Demittere: cui contrarium eſt Erigere. Plinius libro 8. cap. 32. 3, Quum erexere aures, acerrimi auditus: quum remiſere, ſurdi.

¶ Remittere, Ceſſare. Terent. And. 5. 1. 8, Nam ſi cogites, remittas iam me onerare iniuriis.

¶ Remittere ædes quas emeris. Plaut. Moſtel. 10. 11, -ſenex Ipſe ante oſtiũ eccũ opperitur: ſed mœſtus eſt vendidiſſe has ſe. TE. Quid tandem? TR. orat vt ſuadeam Philolacheti vt iſtas remittat ſibi.

Remittere annum alicui. Plinius epiſtola 136, Ille me in Tribunatu liberorum iure præceſſit, ego illum in Prætura ſum conſecutus, quum mihi Cæſar annum remiſerit. Idem epiſtola 155, Rurſus ergo iis qui ſoluerant, eius quod ſoluerant, decimam remiſi.

Animum remittere, Delectare, inquit Nonius: cui contrariũ eſt Intendere. Cic. in Hortenſio, Quæro enim non quibus intendã animum rebus, ſed quibus relaxẽ, ac remittam. Liu. 7. bel. Pun. 171, Occupato rege apparatu ludorum, & per dies feſtos licentius quàm inter belli tempora remittente animum.

Remittere animum à Liuius 9. bel. Maced. 89, Nunquam tamen remiſit animum à colligẽdis in pace viribus, quibus quan docunque data fortuna eſſet, ad bellum ueteretur. Id eſt, nunquam ceſſauit colligere vires, &c.

Remittere & contrahere animos dicitur cautus. Cic. 1. de Legibus, 61, Nanque & incitat languentes, & languere facit excitatos: & tum remittit animos, tum contrahit.

Ardorem pugnæ remittere. Liuius 5. bel. Macedon. 14, Et qui ſuperſint, partim labore, partim metu remiſiſſe ardorem pugnæ. Hoc eſt minuiſſe.

Beneficium remittere. Cæſar 2. belli Ciuilis, 141, Equidem me Cæſaris militem dici volui, vos me imperatoris nomine appellauiſtis. cuius ſi vos pœnitet, veſtrum vobis beneficium remitto: mihi meum reſtituite nomen, ne ad contumeliam honorem dediſſe videamini. Vulgò *Quittare* dicimus.

Integrámque cauſam ad Senatum remittit. Tacit. lib. 3.

Contentionem remittere. Cæſar 2. bel. Ciuil. 56, Sed vt ſuperioris temporis contentionem noſtri omnẽ remiſerant, ita proximi diei caſu admoniti, omnia ad defenſionem parauerant.

Culpam remittens. Valer. 3. Argonaut. 81. Id eſt condonans.

Curas remittens. Statius 4. Syluæ. 6. 1.

Curam animi remittere. Cic. 6. Ver. 110, Quũ diutius in eo negotio, curáque fueram, vt requieſcerem, curámque animi remitterem, ad Carpinatii præclaras tabulas reuertebar.

De ſupplicio remittere. Cic. 7. Verr. 131, Aliquid de ſumo ſupplicio remitteres. Id eſt, minueres ſupplicium.

De ſuo remittere. Cic. pro Rab. Poſth. 19, Neq; enim fuit Gabinii, remittere tantũ de ſuo, nec regis imponere tantũ pati ſuis.

De cuſtodia remittere, Negligentiorẽ fieri. Colum. lib. 1. cap. 8, ad finem, Nunquid abſentia ſua de diſciplina & cuſtodia remiſerit: num aliqua vitis, num arbor, num fruges abſint.

De voluntate nihil remittere. Brutus Attico in Epiſt. ad Brutum, 17. 10, Sed perſuade tibi de voluntate mea nihil eſſe remiſſum, de iudicio largiter. Id eſt, nihil mutaui voluntatem meam.

Debitũ remittere. Cic. Attico, lib. 13. 28. 4, Ne exiſtimes eos, qui non debita conſectari ſoleant, quod debeatur remiſſuros.

Remittere ex. Pli. epiſt. 194, Vis tu remittere aliquid ex rugis?

Ex virtute priſtina remittere aliquid. Cæſar 3. belli Ciuil. 111, Non ex priſtina virtute aliquid remittendum putauerunt.

Ex pecunia remittere. Cic. 5. Verr. 70, In illo reprehenditur, quòd ex ea pecunia remiſerit, quam ipſe quæſierat.

Fila incœpta remiſit. Ouid. 2. Faſt. 151.

Frena remittere equo, Laxare. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 14.

Frænos remittere dolori, per tranſlationem. Plin. epiſt. 104. b. lib. 5, Sed quid ego indulgeo doloris? cui ſi frænos remittas, nulla materia non ſumma eſt.

Furor ille ſe remiſit. Ouid. epiſt. 4. 11.

Habenas adducere & Remittere, contraria. Cic. de Amici. 42, Horam remittere de ſuis legitimis horis, Prætermittere, præterire. Cic. 3. Verr. 16, Hic tu fortaſſe eris diligens, nequam ego horam de meis legitimis horis remittam.

Hyems ſe remittit Vere. Tibull. lib. 3. eleg. 5. 1.

Remittere adoleſcentiæ alicuius, remittere lachrymis. Plin. epiſt. 198, Remitte aliquid adoleſcentiæ ipſi, remitte lachrymis; remitte indulgentiæ: ne torſeris illum, ne torſeris etiam te.

Imbres remiſerunt. Liu. lib. 10. bel. Maced. Vbi primùm remiſerunt imbres. Hoc eſt ceſſarunt, vel minores fuerunt.

Inimicitias ſuas remittere Reip. Liu. 9. bel. Maced. 16, Eiuſdem collegii alterum è duobus Trib. pleb. ſuas inimicitias remiſiſſe Reip. alterum alienas & mandatas exercuiſſe.

Interceſſionẽ remittere, Ceſſare ab interceſſione. Liu. 8. bel.

Macedo.140,Remittentibus ergo his interceſſionem,omnes tribus,vti rogaſſet,iuſſerunt.

Iracundiam remittere. Cic.8. Philipp.146, Quotidie aliquid iracundiæ remittebat.

Iras remittere.Virg.4.Georg.108.

Ius alicui remittere. Mart.lib.1.96,Cauimus,& domini ius omne remiſimus ægro.

Labores remittere,Ceſſare à laboribus,ſiue minus & parcius laborare.Mart.lib.10.81,

Parce precor laſſo,vanóſque remitte labores,
Qui tibi non proſunt,& mihi Galle nocent.

Legem remittere. Curtius lib.6,Interim equites,nobiliſſimus quiſq;,& ii maximè qui Parmenionem propinqua cognatione contingebãt,poſteaquam Philotam torqueri fama vulgauerat, legem Macedonum veriti, qua cautum erat, vt propinqui eorum qui regi inſidiati erant,cum ipſis necarentur,alii ſe interficiunt, alii in deuios montes vaſtáſque ſolitudines fugiunt, ingenti per tota caſtra terrore diffuſo, donec rex tumultu cognito, legem ſe ſupplicio coniunctis ſontium remittere edixit.

Librum remittere dicitur arbor,quãdo librum ſua ſponte relinquit. Columel.lib.11. cap.2. 18.Poſſúntque ſi iam librum remittunt,inſeri oleæ,vel emplaſtrari.

Mãdata remittere.Cæſar 1.bel.Ciuil.41,Illi deliberata reſpõdent,ſcriptáque ad eum mandata per eos remittunt.

Memoriam remittere. Cæſar 6.bel.Gall.59,Quod ferè pleriſque accidit,vt præſidio literarum diligentiam in perdiſcẽdo ac memoriam remittant. Id eſt,memoriam non curent, & negligant meminiſſe.

Multam remittere,Vide Multam dicere in Dico.

Neruos remittere,& Intendere,contraria.Plin.lib.16.cap.10. 4,Superioris radix in lacte ouis colonicæ data,neruos intendit, eadem ex aqua remittit.

Nomen remittere. Tacitus lib. 10, Vim principis complecti, nomen remittere.

Numeros in cantu remittere. Cic.1.de Leg.16, Quemadmodum Roſc. familiaris tuus in ſenectute numeros in cãtu remiſerat.Vbi quidam corruptè legunt cecinerat.

Nuntium remittere,Plaut.Capt.7.15, -gratiam habeo tibi,
Quum copiam iſtam mihi & poteſtatem facis,
Vt ego ad parentes hunc remittam nuntium.

Nuntiũ remittere vxori,Repudiare vxorẽ.Vide Nuntio. Cicero in Topicis,9, Si mulier quum fuiſſet nupta cum eo cui connubii ius nõ eſſet,nũtium remiſit,quoniã qui nati ſunt,patrem non ſequuntur,&c. Idem ad Atticũ,lib.1.8.6, Vxori Cæſarem nuntium remiſiſſe. Sic lib.1.de Oratore,90.

Officium alicui remittere.Plin.epiſt.143,Etenim quum à me vt frater diligatur, nó debet ab eo quem ego parentis loco obſeruo,exigere officium quod parenti ſuo remiſiſſet. Id eſt condonaſſet.

Opera remittere. Liuius 10.bel.Pun.11,Nec Scipio vllo tempore hyemis, belli opera remiſerat, quæ multa ſimul vndique eum circunſtabant.

Opinionẽ remittere. Cic.pro Cluentio,3,Deinde ſiquam opinionem iam veſtris mentibus cõprehendiſtis:ſi eam ratio conuellet,ſi ratio labefactabit,ſi denique veritas extorquebit,ne repugnetis,cámq; animis veſtris aut libentibus aut æquis remittatis.Id eſt,diſcedatis ab ea.

Pœnam remittere. Liu.10.bel.Maced.41, Iſte enim eſt, cuius beneficio pœnam tibi Senatus remiſit. Ouid.1.de Arte,59.

Repudium remittere,Repudiare.Plaut.Aulul.30.69,
Nam tua gnata peperit decumo menſe poſt,numerum cape:
Eo repudium remiſit anunculus cauſa mea. Terẽt.Phor.5.8.36,
Nam non eſt æquum me propter vos decipi:
Quum ego veſtri honoris cauſa repudium alteri
Remiſerim,quæ tantundem dotis dabat.

Sonum vocis intendere & Remittere,cõtraria.Cic.in Orat.31.

Remittant ſpiritus,cõprimant animos ſuos, ſedent arrogantiam.Cic.pro Flacco,41.

Non remittere tẽpus,Non ceſſare.Terent.Heaut.1.1.18,Nullum remittis tempus,neque te reſpicis.

Aſpera verba remittere alicui,Id eſt nõ acrius obiurgare aliquem.Ouid.3.de Ponto,eleg.6.1,
Vera facis,ſed ſera mex conuitia culpæ.

Aſpera confeſſo verba remitte reo.

Vincula ſæua remittere.Ouid.1.de Arte,59.

Voluntate remittere. Liu.lib.5.bel.Maced.4,Multa homines, ne bellare neceſſe ſit, voluntate remittere, quæ bello, & armis cogi non poſſunt.

Vultum remittere.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.13,
Quúmque ſerenus erit,vultúſque remiſerit illos
Qui ſecum terras imperiúmque mouent.

Lege remiſſum,Conceſſum lege.Ouid.3.de Arte,111.

Thyades membra remiſſæ.Senec.Œdipo,5.8.

Remiſſus,Participium,ſiue Nomẽ ex participio,Laxus,negligẽs.

Triſtis & Remiſſus,contraria. Cic.pro Cælio,9,Cum triſtibus ſeuerè,cum remiſſis iucũdè: cũ ſenibus grauiter,cum iuuẽtute comiter:cũ facinoroſis audacter,cũ libidinoſis luxurioſè viuere.

Remiſſus & Acris,contraria.Cic.3.de Fin.3,Itaque quãquam in eo ſermone,qui cum Torquato eſt habitus, non remiſſi fuimus:tamen hæc acrior eſt cum Stoicis parata contentio.

Remiſſiorem eſſe, & ſummo iure contendere. Cicero ad Atticum,lib.16.339.1,Ego,ſi me non improbiſſimè Dolabella tractaſſet,dubitaſſem fortaſſe,vtrum remiſſior eſſem, an ſummo iure contenderem.

In vlciſcendo remiſſior.Cic.Poſt reditum,ad Quirites,19.

Remiſſus animo.Cæſar 2.bel.Ciuil.32,Noſtris languẽtib⁹ atq; animo remiſſis ſubitò meridiano tẽpore quũ alius diſceſſiſſet, alius ex diutino labore in ipſis operibus quieti ſe dediſſet,&c.

Mente remiſſus.Claud.1.Paneg.19, -quis cernere curis
Te vacuum potuinquis tota mente remiſſum?

Remiſſior æſtimatio.Cic.5.Verr.184,Remiſſior aliquãto eius fuit æſtimatio,quàm annona.

Ambage remiſſa. Ouid.epiſt.7.30,Hos populos potius in dotem ambage remiſſa Accipe.

Remiſſus animus. Cic.1.de Diuinat.106, Hæc ſcilicet in imbecillo,remiſſóque animo multa omnibus modis confuſa & variata verſantur.

Leni animo & remiſſo eſſe. Cic.1.de Orat.205.

Contentum & remiſſum corpus. Cic.1.Tuſc.94,Vt onera contentis corporibus facilius ferantur,remiſſis opprimunt,&c.

Digitos inter remiſſos cecidere pocula. Propert.li.4.eleg.9.5.

Remiſſius dicendi genus. Cic.pro Seſtio,99,Facit enim iudicet,veſter iſte in me animorum oculorúmque cõuitus, vt mihi iam licere putem remiſſiore vti genere dicendi.

Remiſſius frigus. Cæſar 5.bel.Gall.50, Loca ſunt temperatiora,quàm in Gallia remiſſioribus frigoribus.

Opus remiſſum,Humile & non magnæ artis, aut magni laboris.Ouid.2.Triſt.109,

Ne tamen omne meum credas opus eſſe remiſſum,
Sæpe dedi noſtræ grandia vela ratí.

Pectus remiſſum.Senec.Herc.furente,4.

Ramus quũ remiſſ⁹ eſſet,in oculũ recidit. Cic.1.de Diui.100.

Sanguis è pulmone remiſſus.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.4.

Remiſſa temporibus ſtudia.Cic.1.Tuſc.1.

Remiſſa,remiſſæ,fœm.g.Remiſſio.Cyprianus lib.3.epiſt.14,Omnia peccata remittentur filiis hominũ,& blaſphemiæ.Qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctum,non habet remiſſam, ſed reus eſt æterni peccati.

Remiſſio,remiſſiõnis, Verbale, Ipſe remittendi actus.Plin.epiſt. 68,Ego tamen te vel magis in remiſſionibus miror.nam ſeueritatem iſtam pari iucunditate condire, ſummæque grauitati tantum comitatis adiungere,nó minus difficile,quàm magnũ eſt. Sic apud Ciceronem 4.in Catil.86,Remiſſio pœnæ.

Remiſſio,Relaxatio & diſſolutio.Cic.Metello,lib.5.2.16,Si humanitas appellanda eſt in acerbiſſima iniuria remiſſio animi ac diſſolutio.

Quies & remiſſio.Cic.pro Cælio,31,Quem nõ quies, non remiſſio,non æqualiũ ſtudia,non ludi,nõ conuiuia delectarent.

Dãda tamẽ eſt omnibus aliqua remiſſio.Quintil.lib.1.ca.3.5.

Non inutilis laborum remiſſio.Quintil.lib.3.cap.8.20.

Remiſſio morbi ſeneſcẽtis.Cic.ad Gallum,lib.7.27.4,Sed viſa eſt mihi vel loci mutatio,vel animi etiam relaxatio,vel ipſa fortaſſe iam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe.

Remiſſio animorum.Cic.ad Pætum,lib.9.14.9,Nec id ad voluptatem refero,ſed ad communitatem vitæ atque victus,remiſſionémq; animorum,quæ maximè efficitur ſermone familiari qui eſt in conuiuiis dulciſſimus.

Remiſſio & moderatio vocis.Cic.de Claris Orat.174.

Contentio vocis,& Remiſſio,contraria.Cic.1.de Orat.136.

Remiſſio & contractio ſuperciliorum.Cic.1.Offic.103,Ex oculorum obtutu,ex eleuatione,aut ſuperciliorum remiſſione,aut contractione.

¶ Remiſſiones. Tacit. in vita Agricolæ, Iam verò tempora curarum remiſſionúmque diuiſa.

Remiſſè,Aduerbium, Leniter vel laxè. Saluſtius, Pauca timide, remiſſéque loquutus abſceſſit.

Remiſſè,Lentè,& veluti remiſſo,id eſt laxato animo. Cic.3. de Orat.17,Quis vnquam res præter hunc tragicas penè comicè,triſtes remiſſè,ſeueras hilarè, forenſes ſcenica propè venuſtate tractarit?

Remissè differere,& Nemosè, cõtraria. Cic.3.Offic.144, Itaque neruosius qui ista dixerunt, solum audent malum dicere id quod turpe sit: qui autem remissius, hi tamen non dubitant summum malum dicere.

Remissius agere. Cic.1.de Fin.1.Quidam autem non id tam reprehendũt, si remissius agatur: sed tantum studium, támque multam operam in eo ponendam non arbitrantur.

Agere versum leniter, remissè, non actuosè. Cic.3.de Orat.57.

Remissè, leniter, vrbanè agere cum aliquo. cui opponitur Grauiter, seuerè, prisce. Cic. pro Cælio,14.

Remissè & Vehemẽter, cõtraria. Cic.6.Verr.67, Quum iste nihilo remissius atq; etiam multo vehementius instaret quotidie.

Remissárius, Adiect. vt Remissarij vectis in fucula torcularis, qui frequẽter remittitur: vel qui ad remissionẽ factus est. Cato cap. 19.2, Vectes lõgissimos pedum decem & octo, secundos pedum sexdecim, tertios pedũ quindecim, remissarios pedũ duodecim.

Remolíor, remolíris, penult. prod. remoliri, De suo loco pellere. Ouid.5.Metam.71,

Sæpe remoliri luctatur pondera terræ,
Oppidáque & magnos deuoluere corpore mõtes. De Typhoeo.

Arma remolitur. Silius lib.1.8, -iterũ instaurata capessens
Arma remolitur.

Remolítus, pen.prod. Participiũ: vt Orbis remolitus. Senec.Here. furen.6.34, -nec orbe si remolito queat
Ad supera victor numina Alcides vehi.

Remóllio, remollis, remolliui, remollítum, remollíre, pen.prod. Valde, vel rursus mollire. Colum.lib.1.cap.11.7, Nihil itaq; amplius in iteratione, quàm remolliri terra debet æqualiter.

Artus tactos remollit Salmacis. Ouid.4.Metam.58.

Remollítus, penult. prod. Participium. Sueton.in Augusto,cap. 79, Vultu erat vel in sermone, vel tacitus, adeò tranquillo serenóque, vt quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eo se inhibitum ac remollitum, quominus vt destinarat.in transitu Alpium per simulationem colloquii propius admissus, in præcipitium propelleret.

Remolléfco, remollescis, remollescere, Molle fieri. Cæs.4.bel.Gall. 471, Vinum ad se importari non sinunt, quòd ea re ad laborẽ ferendum remollescere homines, atque effœminari arbitrãtur.

Cera remollescit sole. Ouid.10.Metam.57.

¶ Remollescere, per translationem, Mitem & placatum fieri. Ouid.1.Metam.77, -precibus si numina iustis
Victa remolléscunt, si flectitur ira deorum.

Remora, Vide **Remoror**.

Rémoror, pen.corr. remorâris, remorári, Retardare. A' remora pisce, vt ait Donatus. Terent.And.4.4.18, -sed siquid est
Quod mea opera opus sit vobis, aut tu plus vides,
Manebo: nequod vestrũ remorer cõmodum. Plaut.Asin.9.7, Cur non veniisti vt iusseram in tonstrinam? 1.hic me remoratus est. Terent.Eunucho,2.3.10, Vt illum di, deæque senium perdant, qui me hodie remoratus est.

Ituros remorari. Ouid.11.Metam.44.

Verba puellæ me remorantur. Propert.lib.1.eleg.6.1.

Remorari aliquẽ à re aliqua. Cic.1.in Catil.2, Num vnũ diẽ postea L.Saturninum Trib.pl. & C.Seruilium mors à Reip.pœna remorata est?

Remorari gradum. Plaut.Persa,3.2,5, Sed aperiuntur ædes: remorandus est gradus. Id est, Sistendus est mihi gradus.

Iter remorari. Ouid.11.Metam.47.

Spes alicuius remorari. Cic.ad Atticũ, lib.3.14.1, Et scito te mihi iis epistolis potius, & meæ spes solitum esse remorari.

Remorari, sine casu. Liuius 7.bel.Maced.187, In deteriore sua fortuna pacem faciet rex, quia serius facit, quàm facere potuit. si nunc remoratus fuerit, sciat regum maiestatem difficilius ab summo fastigio ad mediũ detrahi, quàm à mediis ad ima præcipitari. Vetus codex habet moratus. Plaut.Casina,19.7, Nam quid illæc nunc tam diu intus remoratur, quasi ob industriam?

Non diu remoratus es. Catull.in Epithal.Mallii,56.40.

Remorátus, pen.prod. Participium: vt
Calamitas remorata lõgius serpit. Cic.Anteq.iret in exiliũ,9.

Rémorans, penul.corr. Aliud participium. Ouid.6.Fast.155, Et fugiunt fræno non remorante dies.

Rémora, remoræ, pen.corr. Retardatio dicitur. Lucil. Quæ vox ex te resonans meo gradu remoram facit? Plaut.Trinum.3.12, Quæ in rebus multis obstant, odiosæque sunt, remorámque faciunt rei priuatæ & publicæ.

Remora, Animal aquatile, admodum breue: Græcis echeneis dicitur. A' remorando nomen trahens, quòd nauem, cui adnixum sit, remoretur. Plin.lib.32.cap.1.1, Tamen omnia hæc paritérque eodem impellentia vnus ac paruus admodum pisciculus echenecis appellatus in se tenet. Ruant venti licet, & sæuiant procellæ, imperat furori, viréque tantas compescit, & cogit stare nauigia: quod non vincula vlla, non anchoræ pondere irrevocabili iactæ. Et paulo pòst, E nostris quidam Latinis remoram appellauêre eum.

Remorbéscere, In morbum recidere, inquit Festus. Verbum antiquum.

Remórdeo, remordes, remordi, remorsum, remordêre, Mordere eum à quo quis est morsus.

Remordere, Cruciare, solicitare. Virgil.1.Æneid.54. -quando hæc te cura remordet. Liu.8.ab Vrbe,14, Sin autem tãdem libertatis desyderium remordet animos: si fœdus est, &c.

Cura remordet me. Claudian.de bello Getico,61.

Præteritisq; admissa malis peccata remordẽt. Lucret.li.3.168.

Animus cõscius sibi remordet. Lucret.lib.4.119.

Remorsúrus, pen.prod. Participium. Horat.Epod.6.1,
Quin hue inanes, si potes, vertis minas,
Et me remorsurum petis?

Rémores, penul.corr. Aues in auspicio dicantur, quæ aliquid remorari compellunt. Festus.

Remóueo, rémoues, penult.corr. remóui, remótum, pen.prod. remouêre, Amouere, abducere, auferre. Cic.ad Tironem, lib. 16.11.6, Accepimus conditiones, sed ita vt remoueat præsidia ex his locis quæ occupauit. Plaut.Milite,10.165,
Aufer hinc illam offam penitam, probus hic conger frigidus:
Remoue, abi, aufer.

Remouere aliquem à legibus, Deiicere eum à spe legum ferendarum. Cic.ad Q.fratrem, lib.2.10.6, Hunc igitur Catonem Lentulus à legibus remouit.

Remouere aliquem à Rep. Cæsar 3.bel.Ciuil.84, Senatúsque Cælium ab Rep. remouendum censuit.

Remouere ab oculis, & Occultare, Idẽ. Cic.1.Offic.177, Quæ enim natura occultauit, eadem omnes qui sana mente sunt, remouent ab oculis.

Remouere de medio, Clàm auferre. Cic.pro Roscio Amerino,14, Multa palàm domũ suam auferebat, plura clàm de medio remouebat. Idem 4.Verrin.118, Clamabo literas remotas esse de medio.

Ex vrbe me remoui in montes. Horat.2.Serm.saty.6.4.

A' vulgo & scena in secreta se remouere. Horat.2.Ser.sat.2.15.

Causas desidiæ remouere. Ouid.3.Trist.eleg.7.7.

A' se remouere inuidiam. Ouid.11.Metam.116.

Manus remouere ex oculis. Ouid.9.Metam.79.

Ministerio sceleris me remoui. Ouid.3.Metam.119,
Obstupui, capiáque aliquis moderamina dixi:
Méque ministerio sceleríque, artísque remoui.

Metum remouere. Liu.lib.1.ab Vrbe,9, Hunc tu, inquit, Luci Tarquini remoue metum.

Moram remouere. Plaut.Sticho,5.34, Fores facite vt pateant, remouete moram. Hoc est Festinate, accelerate.

Nubem animi remouit ipse dolor. Ouid.1.Trist.eleg.3.3.

Oculos remouere. Cic.pro Corn.Balbo,7, Fuisse iudicem ex illis Equitibus Ro. grauissimis viris neminem quin remoueret oculos, & se totum auerteret.

Operam suam remouere à populari cœtu. Cic.4.Academ.11, Quòd si quum fungi munere debeamus, non modò operã nostram nũquam à populari cœtu remouemus, sed ne literã quidem vllam facimus nisi forensem, &c.

Pudorem remouere. Ouid.8.Metam.41.

¶ Se remouere ab aliquo, pro Alienare. Cic.ad Atticũ, lib.4. 77.5, Quid sit quòd se à me remouit, si modò remouit, ignoro.

Remouere se à negotiis publicis, Extricare se. Cic.1.Offic.99, Multi autem & sunt & fuerunt, qui eam quam dico tranquillitatem expetentes, à negotiis publicis se remouerũt. Id est Abdicauerunt se muneribus publicis.

Ab amicitia alicuius se remouere. Cic.de Amicitia,66.

A' suspicione alicuius commodi se remouere. Cic.1. de Lege agraria,35.

Remouere se arte sua, Non eam exercere amplius. Cicero in Orat.3.Sed ne opifices quidem se artibus suis remouerũt, quæ aut Ialysi (quem Rhodi vidimus) non potuerunt, aut Coæ Veneris pulchritudinem imitari.

Cura remouens soporem. Ouid.6.Metam.99.

Suspicionẽ remouere. Cic.5.Verr.116. Tũ iste homo innocẽs, qui illã suspicionem leuare, atque ab se remouere cuperet, &c.

Vim procul hinc remoue. Ouid.1.Amor.eleg.14.6.

¶ Remouisse, pro Remouisse. Lucr.lib.3.14, -falso terrore coacti
Effugisse volunt longè, longéque remosse.

A' vulgo remorant se in secreta, Id est remouerant, secesserant. Horat.2.Serm.saty.1.15. Syncope est. Silius lib.11.35,
-hi sunt qui iura dedere

Terrore expulſo,Sidicinâque bella remorunt.

Remôtus,pen.prod. Participium,ſiue Nomen ex participio, Qui longius abeſt. Cic.7.Verr.66,Remoto atque ablegato viro,non liberius quàm ante,&c.

Remotum procul.Cic.5.Verr.71,Etiámne hæc tam parua ciuitas,tam procul à manibus tuis atque à conſpectu remota?

Procul vrbe remotus.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.15.

Longa regione remotus.Ouid.3.Triſt.eleg.4.15.

Longè remotus homo ab ambitione,Vide **Longus**.

A culpa remotus,Qui caret culpa.Cic.pro Murena,67.

A cupiditate remotus. Cic.3.Verr.75, Quis tam remotus fuit à cupiditate? Et ad Brutum,lib.13.11.9.

Remotus homo à dialecticis, Id eſt alienus,nõ exercitatus in dialecticis. Cic.ad Atticum,lib.14.308.4, Hæc conſcripſi x Cal. accubans apud Veſtorium hominem remotum à dialecticis,in arithmeticis ſatis exercitatum.

Ab iniuriis remotiſſimus. Cic.4.Verr.115, Homines quietiſſimi, qui maximè ab iniuriis noſtrorum magiſtratuũ remotiſſimi,conſueuerant eſſe præſidio fœderis,&c.

Remot° ab inani laude. Cic.Catoni,lib.15.4.38,Si quiſquam fuit vnquam remotus ab inani laude,& ſermonibus vulgi,ego profectò is ſum.

Procul remotus ab oratoris officio.Cic.1.de Inuent.12.

A pudore remotus longiſſimè.Cic.1.de Lege agrar.41.

A religione remotus. Cice.pro Fonteio,10,Igitur teſtibus Iudices non credere cupidis,& iratis,& coniuratis, & ab religione remotis,non ſolùm poteſtis,ſed etiam debetis.

A' ſenſibus remotum.Lucret.lib.5.30,

Tenuis enim natura deûm,longéque remota
Senſibus à noſtris,animi vix mente videtur.

A ſuſpicione minimi errati remotiſſimus.Cic.6.Verr.36.

Vitio ab omni remotus.Horat.de Arte,78.

Ambage remota verum abdidit.Ouid.5.Faſt.68.

Antrum remotius.Ouid.6.Faſt.15.

Arbitris remotis. Liu.1.ab Vrbe,157,Dicit eſſe quæ ſecreto agere de Rep. velit arbitris remotis, &c. Ibidem,lib.7.18. Et 10.bel.Pun.67.

Cuſtos remotus.Horat.de Arte,33.

Delectu remoto. Cic.4.de Fin.111, Officia autem tollebantur delectu omni & diſcrimine remoto.

Fœmina à viris remotiſſima, Nõ dedita libidini. Colum.lib. 11.cap.1.2,Nam in primis conſyderandũ erit an à vino,ab eſcis, à ſuperſtitionibus,à ſomno,à viris remotiſſima ſit.

Ioco remoto tibi hæc amiciſſimo animo præcipio.Cicero ad Trebatium,lib.7.11.6. Quod & Amoto ioco dicitur.

Locus arbitris remotus.Cic.7.Verr.64.

Mẽſæ remotæ. Virg.1.Æneid.44,Poſtquam exempta fames epulis,menſæque remotæ.

Nimbi remoti.Horat.4.Carm.ode 4.2.

Pietas remota.Lucan.lib.6.31.

A memoria remota res. Cic.1.de Inuent.1, Quum autem res ab noſtra memoria propter vetuſtatem remotas ex literarum monumentis repetere inſtituo,&c.

Remota res à Lentulo.Cic.ad Q.fratrem,lib.2.6.5,Sine dubio res à Lentulo remota videtur eſſe.

Sermo à ſtrepitu forenſi remotiſſimus.Cic.in Orat.17.

Remotio,Verbale,Ipſe remouendi actus. Cic.1.de Inuent.11,Eius partes ſunt quatuor, conceſſio,remotio criminis, relatio criminis,comparatio.

Criminis remotio apud Rhetores quid. Cic.1.de Inuent.186, Remotio criminis eſt,quum eius intentio facti, quod ab aduerſario infertur,in alium,aut in aliud dimouetur.

Remugio,remúgis,pen.prod. remuglui vel remúgii,remuglum,pen.prod.remugíre, Reſonare. Virg.3.Georg.9,Et vox aſſenſu nemorum ingeminata remugit.

Cælum remugit.Virg.9.Æneid.101,

At tuba terribilem ſonitum procul ære canoro
Increpuit:ſequitur clamor,cælúmque remugit.

Mons totus circum remugit.Virg.11.Æneid.186.

Nemus remugit ventis.Horat.3.Carm.ode 10.1.

Nemus remugit bellatore.Stat.12.Thebaid.121.

Sinus Ionius remugiens Noto.Horat.Epod.10.4.

Tympanum remugit.Catull.de Berecynthia,epigr.58.6.

Vox remugit aſſenſu nemorum ingeminata.Virg.3.Georg.9.

Antro remugit Sibylla.Virg.6.Æneid.20.

Ad mea verba remugis. Ouid.1.Metam.131.Verba Inachi ad filiam mutatam in vaccam.Hoc eſt mugitum reddis,nõ verba.

Inſanis vlulatibus remugit.Stat.12.Thebaid.55.

Remulceo,remulces,remulcêre.Virg.11.Æneid.163,

Continuò in montes ſeſe anius abdidit altos
Occiſo paſtore lupus,magnóque iuuenco,
Conſcius audacis facti,caudámque remulcens
Subiecit pauitantem vtero,ſyluáſque petiuit.

Corda ſtimulata remulcere.Stat.8.Thebaid.19.

Minas remulcere.Stat.8.Thebaid.19.

Remulco,Ablatiuus eſt, quum ſcaphæ remis magna nauis trahitur,ait Feſtus.Cæſar 3.bel.Ciuil.155,Ad Oricum venit,ſubmiſſámque nauim remulco, maliſque contendens funibus reduxit. Ibidem, lib.1.100, Poſtquam relictam in litore nauem conſpexit, hanc remulco abſtraxit. Liu.5.bel.Pun.171, Itaque Marcellus nocte nauim onerariam cum armatis remulco quadriremis,tralu ad Acradinam intſit. Plaut.Bacchid.

Interea è portu noſtra nauis ſoluitur.

Vbi portu exim°,homines remulco ſequi. Liu.7.bel.Mace.93, Cõtéplat°Eudam°hoſtes,claudas,mutilâſq; naues aperis nauib° remulco trahẽtes,viginti paulò ampli° integras abſcedẽtes, &c.

Remulco, remulcas, remulcare, Græcis dicitur ὑμουλκεῖν. Latinis minus in vſu.Propriè eſt remigando è ſcapha grádiore nauim trahere, quod aliquándo non ſolùm neceſſitatis gratia fit,ſed vt nauis quietius agatur.Hinc remulcare aliquando dicimus,molli ac leni tractu ad progreſſum mulcere: vt ait Nonius. Siſenna lib.2,Siqua celeriter ſolui poterat, in altum remulcando trahitur.Et à remulcendo fit.

Remu'nero,remúnerat,pen.corr.remunerare: & Remúneror, remunerâris,remunerári, Deponens, Retribuere,compenſare, beneficium reddere,mutuam gratiam referre.Hoc eſt munere aliquo,munus aliud compenſare. Liu.1.ab Vrbe,56,Tum Mutius quaſi remunerans meritum. Plin.epiſt.165, Remuneranda eſt igitur probitas eorum, vt iam non ſciant hoc quod inſpecturus es,ex mea voluntate,ſaluis,quæ habent priuilegiis,eſſe facturum. Cic.Poſt reditũ in Senatu,16, Quibus autem officiis T.Annii beneficia remunerabor? Idem ad Atticum,lib. 8.145.6,Tu ſi tibi eadem cauſa eſt,me remunerare ſanè velim. Sic ad L.Paulum,lib.15.13.4.

Officio aliquem remunerare.Q.Cic.de Petit.Conſul.15.

Remunerare præmio. Cæſar 1.bel.Gall.196,Quod ſi diſceſſiſſet,ac liberam poſſeſſionem Galliæ ſibi tradidiſſet,magno ſe illum præmio remuneraturum.

Remunerari aliquem munere.Cic.ad Varronem,lib.9.8.3,Vt poſſem te remunerari quàm ſimillimo munere.

Suppliciis his te remunerabor.Catull.ad Caluum,epig.14.4.

Ad remunerandum nihil ſuppetit præter voluntatem.Cicero L.Paulo,lib.15.13.4.

Remuneratio,remuneratiõnis,Verbale. Cic.de Amicitia,46,Nihil eſt enim remuneratione benevolentiæ, nihil viciſſitudine ſtudiorum officiorúmque iucundius. Idem 2.Offic.101,A quo enim expeditior & celerior remuneratio fore videtur,in eũ ferè eſt voluntas noſtra propenſior.

Benevolentiæ remuneratio.Cic.pro Domo ſua,13.

Remu'rmuro,remúrmuras,pen.corr. remurmurare, Contra murmurare.Stat.5.Sylu.1.31,

Qualiter alta comam ſyluarum gloria pinus
Seu Iouis igne malo,ſeu iam radice ſoluta
Deficit,& nulli ſpoliata remurmurat aurę.

REMVS, filius Martis & Iliæ, à fratre Romulo interemptus, vt ſcribit Liuius.Poſt cuius mortem, nam conſtat peſtilentiam: vnde conſulta oracula dixerunt, placandos eſſe manes fratris extincti: ob quam rem ſella curulis cum ſceptro & corona, & cæteris regni inſignibus ſemper iuxta ſanctẽ aliquid Romulum ponebatur, vt pariter imperare videretur: vnde eſt illud Virgilii 1.Æneid.60, -Remo cum fratre Quirinus
Iura dabunt.Hæc Seruius. Tibull.lib.2.eleg.5.5,

Romulus æternæ nondum firmauerat orbis
Mœnia,conſorti non habitanda Remo.

Remus,remi,m.g.Inſtrumentum quo naues aguntur. Virgil. 5.Æneid.31, -quam deinde Cloanthus
Conſequitur melior remis,ſed pondere pinus
Tarda tenet. Cic.7.Verr.57, Quàm multos eſſe oporteret,ex ipſo nauigio quod erat factũ ſex remorũ numero,conliciebãt.

Remi breues.Iuuen.Saty.15.13.

Lenti remi.Senec.Hippol.3.7.

Inflexus remus.Cic.4.Acad.39, Neqi verò hoc loco expectãdum eſt,dum de remo inflexo, aut de collo columbæ reſpondeam.Id eſt cur in aqua inflexus videatur.

Validi remi.Valer.2.Argon.63.

Adiicere vela remis.Ouid.2.de Remed.amor.79,

Admotum fretum remis.Ouid.6.Metam.103,

Vt ſimul impoſita eſt pictæ Philomela carinæ,
Admotúmque fretum remis,tellúſque repulſa eſt.

Aptare remos.Virg.5.Æneid.151.

Verrimus & proni certantibus æquora remis.Virg.3.Æn.134.
Minutis remis confisa cymba.Propert.lib.1.eleg.11.2.
Ordine terno consurgunt remi.Virg.5.Æneid.24.
Contorsit remum in hostem.Lucan.lib.3.134.
Conuulsum remis deliscit æquor.Virg.5.Æneid.19.
Ad remum dare aliquem,Vide in præpositione Ad.
Ducere remos.Ouid.1.Meta.60, -cymba sedet alter adunca,
Et ducit remos illic,vbi nuper ararat.
Franguntur remi.Virg.1.Æneid.11.
Impellere remos.Virg.4.Æneid.119.
Nauim remis impellere,Id est remigare.Cic.4.Tusc.16.
Properantibus remis impellit æquora.Ouid.3.Metam.131.
Incumbere remis.Ouid.2.de Arte,147.
Validis incumbere remis.Virg.5.Æneid.3.
Lentos incuruans gurgite remos.Catull.Argon.59.37.
Inhibere remos,Vide Inhibeo.
Graubus incunt certamina remis.Virg.5.Æneid.23.
¶Alarum remis insistere. Ouid.5.Meta.111, Posse super fluctus alarum insistere remis Optastis.Id est posse volare.
Insurgere remis.Virg.3.Æneid.41. Et lib.5.37.
Intenta remis brachia.Virg.5.Æneid.18.
Lentandus remus in vnda.Virg.3.Æneid.77.
Obsistunt remis freta.Ouid.epist.13.1.
Agili remo peragit freta.Ouid.epist.21.13.
In verbere remorum perstant.Ouid.3.Metam.133.
Agmine remorum celeri petit maria.Virg.5.Æneid.43.
Freta pulsata remis resonant.Senec.Octauia,6.9.
Reducere remum ad pectora.Ouid.11.Metam.93, -reducunt
Ordinibus geminis ad fortia pectora remos,
Æqualique ictu scindunt freta.
Rates reguntur remo.Ouid.1.de Arte,1.
Sollicitare freta remis.Virg.2.Georg.101.
Stringere remos.Virg.1.Æneid.111.
Quassatam ventis liceat subducere classem,
Et syluis aptare trabes,& stringere remos.
Subducere remos.Ouid.11.Metam.98,
Sponte tamen properant:alii subducere remos,
Pars munire latus,pars ventis vela negare.
Torsit aquas remis.Ouid.5.Fast.129.
Verrunt vada remis.Virg.6.Æneid.64.
Demissi remi verrebant freta.Ouid.3.Amor.eleg.7.9.
¶Remis ventisque. Virgil. 3. Æneid. 113, Luxuam cuncta cohors remis,ventisque petiuit.
¶Ventis remisq;, Idē quod Remis ac velis,hoc est citissimē, prouerbialis est locutio. Cic.ad Cornificium,lib.12.25.8,Atq; inde ventis remisque in patriā omni festinatione properaui.Vetus codex legit ventis remis.
A remo ad tribunal,Vide A vel Ab præpositiones.
Corporis remos, pro brachiis natantis dixit Ouidius epist.17.44,Quum patietur hyems,remis ego corporis vtar.

Rémigo,rémigas,pen.corr.remigare,Remis nauigare.Cic.lib.4.Tusc.15,Vtrū igitur mauis: statimne nos vela facere,an quasi è portu egredientes,paululū remigare? Idē ad Atticū,lib.13.278.2, Non enim sustinēt,sed alio modo remigāt. Plin.lib.31.cap.1.3, Tenuit & nostra memoria Caii principis ab Astura Antiū remigantis. Liu.6.ab Vrbe,18,Qui nō remigasset Romā. Claud. 1.de raptu Proserp.34, -missamque Pado qui remigat alnum.

Remigatio,Verbale.Cic.ad Atticum,lib.13.278.3,Inhibitio autem remigum motum habet, & vehementiorē quidem remigationis nauem conuertentis ad puppim.

Remex,rémigis,pen.corr.m.g.Qui remos agit,& remigādi mini sterio mācipat° est.Plaut.Merc.14.5, -sed coquos quasi in mari Solitus est hortator remiges hortarier. Curtius,Remex militis officia turbabat. Cic.2.de Diuin.169, Quid,inquies,remex ille de classe Coponii,nónne ea prædixit quæ facta sūt? Ibidē lib. 1.119, Eúmque dixisse remigem quēdam è quinqueremi Rhodiorum vaticinatū. Cæs.3.bel.Gall.381, Naues interim longas ædificari in flumine Ligeri, quod influit in Oceanum,remiges ex prouincia instituí, nautas, gubernatorésque cōparari iubet. Proper.li.2.ele.28.3,lā licet & Strygia sedeat sub arūdine remex.
Ictus remigis.Ouid.3.Amor.eleg.5.1,ad amnem,
Nec tibi sunt pontes,nec quæ sine remigis ictu
Conacis traiecto cymba rudente vehat.
Officium remigis.Ouid.13.Metam.74.
Classis infirma propter dimissionem propugnatorū & remigum.Cic.7.Verr.169.
Opem remigis addere velo.Ouid.1.de Arte,74.
Acri remige velocem agit pristin.Virg.5.Æneid.24.
Remige iter carpere.Ouid.1.Trist.eleg.9.1.
Imperare remiges.Cic.1.de Orat.13.

Extructi remigis ordo quater surgens.Lucan.lib.3.166.

Remigium,remigii, Ipsa remorum agitatio & remigatio. Virgilius lib.1.Georg.41,
Non aliter,quàm qui aduersō vix flumine lembum
Remigiis subigit.
Vitiosum remigium.Horat.1.epist.6.13.
Aptæ remigio aquæ.Ouid.1.de Arte,26.
Nudum remigio latus nauis.Horat.1.Carm.ode 14.1.
Aptat remigio biremes.Virg.8.Æneid.16.
Findere aquas remigio.Ouid.3.Fast.118.
¶Remigiū,ad quos transferetur,quoniā alis veluti remis quibusdam ad diffindendum aerem vtuntur,Virgilius 1.Æneid.61, -volat ille per aera magnum
Remigio alarum.
Pennarum remigium.Lucret.lib.6.149.
¶Remigium,Remigū multitudo.Virg.3.Æneid.95,Remigiū supplet,socios simul instruit armis. Cic.5.Tuscul.161,Quæ pugna,quæ acies,quod remigium,qui motus hominum,&c.

Rēn,renis,m.g.Renes sunt qui lūbis summis coxis inhærēt. ἀπὸ τῦ ῥέειν,fluere,quòd riui spermatis ab his oriātur.Plau.Curc.5.11, Sed quid tibi est? c.lien necat,renes dolent,
Pulmones distrahuntur.
Humores qui ex renibus vesicáque profunduntur. Id est vrina.Cic.2.de Nat.deor.106.
Laborare è renibus.Cic.1.Tusc.101,Nam quum ex renibus laboraret,ipso in eiulatu clamitabat falsa esse illa quæ,&c.
Tentantur renes morbo acuto. Horatius 2. Serm. satyra 3.33.
Idem 1.Epist.6.6.

Renanciscor,renancisceris,renanciscī.Reprehendere.Festus.

Renarro,renarras,renarrare,Idē quod narrare.Vir.3.Æn.144, Sic pater Æneas intentis omnibus,vnus
Fata renarrabat diuūm,cursúsque docebat.
Facta renarrare.Ouid.5.Metam.127. Ibidem,6.64,Vtque fit, à facto propiore priora renarrant.

Renascor,renásceris,pen.corr.renātus sum,renasci, Iterum nasci.Plin.lib.11.cap.29.1, Deinde ad Canis ortū obire, & aliàs renasci. Ibidem,cap.37.41, Equus septimo anno dentes omnes habet & renatos & immutabiles. Liu.6.bel.Pun.210, Vt reuixisse,aut renatum sibi quisque Scipionem imperatorem dicat. Cic.1.Tuscul.85,Nam principium extinctum,nec ipsum ab alio renascetur,nec à se aliud creabit. Ouid.15.Metam.55,
Sic vbi terreno Lycus est epotus hiatu,
Existit procul hinc,alióque renascitur orbe.
Ardor occultus renascitur sub corde.Stat.2.Achill.63.
Renascitur malum. Cic.ad Brutum,4.4, Neu semper primi cuiusque mali excidendi causa sit,vt aliud renascatur illo peius.

Renascēs,Participiū:vt Renascēs annus,pro Primo Vere. Plin.li. 16.cap.25.2,Flos est pleni Veris indicium,& anni renascentis.

Renātus,pen.prod.Aliud participium:vt Flumen rursus renatum nouo fonte.Lucan.lib.3.53.
Dies renatus.Senec.Troade,1.2.
Renatum bellum.Cic.ad Brutum,14.3, Renatum enim bellum est,idque non paruo scelere Lepidi.
Renata vrbs.Liu.6.ab Vrbe,1,Clariora deinceps,certioráque ab secunda origine,velut ab stirpib° lætius feraciúsque renatæ vrbis,gesta domi,militiæque exponentur.

Renauigo,renáuigas,pen.corr.renauigare, A nauigatione redire.Cic.ad Atticum,lib.14.314.1, Pòst in Puteolana & Cumana regna renauigare. Plin.lib.6.cap.25.16,Ex India renauigāmense Ægyptio Tybi incipiente.

Renauo,renauas,renauare:vt
Renauare operam.Cic.Attico,lib.1.9.11,Renauabo operam. In emendatioribus exemplaribus legitur Renouabo.

Renideo, renides,pen.prod.renidui,renidere,Resplēdere.Stat. 10. Thebaid.130, Emicat effigies,& sparsa oricalca renident.
Horatius 2.Carm.ode 18.1,
Non ebur,neque aureum
Mea renidet in domo lacunar. Hoc est fulget.Porphyrio. Liu. 5.bel.Maced.189, Homo, nō quàm isti sunt gloriosus,renidens condimentis,ait varietatem illam,& speciem ferinæ carnis ex mansueto sue factam.

Renidens,pe.prod.Participiū,Resplēdēs:vt Domus auro renidēs. Lucret.lib.2.6,Nec domus argento fulgens,auróque renidens.
Falsum vultu renidēs. Tacit.li.4,Enimuero Tiberius torus, aut falsum renidens vultu,seu loqueretur,seu taceret.
Ære renidenti fluctuat tellus.Virg.2.Georg.57.
Lares renidentes.Horat.Epod.2.15.Hoc est splendētes,aut vultu,aut garrulitate.Acron.
Os renidens.Ouid.8.Metam.40, -puer Icarus vna
Stabat,& ignarus sua se tractare pericla,

Ore renidẽti modò quasi vaga monerat anta Captabat plumas.
Renidesco,renidescis,renidéscere,Inchoatiuum. Lucret.lib.2.66,
Fulgur ibi ad cælum se tollit:totáque circùm
Ære renidescit tellus.
Reniteo,réniter,pe.cor.renítui,renitêre,Valde nitere.Plin.lib. 37.cap.6.8,Arabicæ excellũt candore circuli prælucido atq; nõ gratili,neq; in recessu gemmæ aut in deiectu renitente,sed in ipsis vmbonibus nitente, præterea substrato nigerrimi coloris.
Renitor,pe.pro.reníteris,pe.cor.rensus vel renixus sum,reníti, Contra,vel aduersum niti.Liu.5.ab Vrbe,117,Quum illi renitẽtes pactos dicerent sese,negat eam pactionem ratam esse. Plinius lib.2.cap.82.1,Postéque alterno pulsu renitentes.
Renixus, huius renixus, Verbale,Ipse renitendi actus. Celsus.lib.5. cap.28,de fistuli,Si magis id renititur,ad os ventũ est. Et paulo pòst, At cartilago vbi subhæsit, ipsa sedes docet,peruentúmque esse ad eam ex renixu patet.
Reno,renas,rensi,renâre,Iterũ nare,aut natãdo redire.Ouid. ad Liuiam,87,Nullâq; per Stygias vmbra renauit aquas. Horatius Epod.16.5, -simul imis saxa renarint Vadis leuata.
Renodo,renódas,pen.prod.renodare,In nodum constringere. Horat. Epod.11.6, Aut teretis pueri longam renodãtis comam. Valer.5.Argon.76,Téque renodatam pharetris,ac pace fruẽtẽ.
Renouo,rénouas,pen.corr.renouare,Notæ significationis.
Vetera renouare. Cicero 1.Academ. 10, Imò verò & istam,& totam veterem Academiã aqua absorptam diu, renouari à te, nisi molestum est,velim.
Ager renouatur aratro.Ouid.5.Trist.eleg.13.5.
Amores veteres renouam° desyderio. Catul.ad Caluum,91.1.
Animũ renouare.Cæsar,At cohortes suis ex terrore firmatis, rursúsq; renouatis animis, legionarios conuersis equitibus,&c.
Animum à satietate, vel à fatigatione renouat. Quintil.lib. 6.cap.3.1.De risu.
Animum alicui° renouare,& reuocare ad. Cic.2.de Orat.109, Animos Equitum Rom.apud quos tum iudices causa agebatur, ad Q.Cæpionis odiũ,à quo erãt ipsi propter iudicia abalienati, renouabã,atque reuocabã. Idem 2.de Inuent.155,Animus aut renouatur ad ea quæ restãt,aut omnib° iam dictis excitatur.
Annos renouauerat Titan. Tibull.lib.4.ad Mœcenatem,123.
Aratrum renouans terram.Ouid.4.Trist.eleg.5.10.
Aruum renouauerat taurus.Ouid.15.Metam.25.
Bellum renouare. Cæsar 3.bel. Gall. 359, Id aliquot de causis acciderat vt subitò Galli belli renouandi legionisque opprimẽdæ consilium caperent. Cic.Marcello,lib.4.7.7.
Campus renouatur aratris.Ouid.1.Amor.eleg.3.1.
Casus omnes renouare.Virg.1.Æneid.150.
Commendationẽ.Cic.Trebatio,lib.7.18.3,Multa mihi crede, assequêre: ego enim renouabo commẽdationem,sed tempore.
Consilia belli.Cæs.3. bel. Gall.1, Complures eodem tempore ciuitates renouare belli consilia conclamabantur.
Desyderium.Cic.Post reditum,ad Quirites,6,Frater erat vnus qui suo squalore vestros oculos inflecteret : qui suo fletu desyderium mei,memoriámque renouaret
Dictum renouare,pro Iterum dicere.Cic.2.pro Lege agra.37, Hîc quoniam video vos hominis dignitate,& contumelia legis esse commotos,renouabo illud quod initio dixi, regnum comparari,libertatem vestram hac lege funditus tolli.
Dolorem .Virg.1.Æneid.1.
Fœdus. Liu.8. ab Vrbe,60, Cum Laurentibus renouari fœdus iussum,renouatúrque ex eo quotannis post diem decimum Latinarum. Sic lib.1.58,Fœdus inter Romam Laniniúmque vrbes renouatum est.
Honores.Cic.Q.fratri,lib.2.14.2.
Hospitium.Cicero pro Deiotaro,5,Tu vetus hospitium renouare voluisti.
Humum.Mart.lib.2.74,
Nam duo de tenera puerilia corpora turba,
Sanguineam rastris quæ renouabat humum.
Institutum referre ac renouare. Cic.1.Verr. 37, Hoc institui, atque adeò institutum referri atque renouari molestè ferunt.
Legendo renouare. Cic.1.Acad.17, Hæc inclusa habebam, & ne obsolescerent,renouabam quum licebat,legendo.
Luctus renouabantur acerbi.Tibull.lib.2.eleg.7.9.
Memoriã.Cic.pro Murena,14,Et vt Scaurus,memoriã propè intermortuã generis sui,virtute renouare. Et in Verrẽ,Itaque Cæsaris munere Deciorũ quidẽ multo interuallo per hũc præclarũ virũ memoria renouata est. Idem Post red.ad Quir.6, Qui suo fletu desyderiũ mei,memoriámque renouaret. Idem lib.1.de Inuen.113,Vt memoria,non oratio,renouata videatur.
Militiã.Cic.7.Verr.27, Renouabitur prima illa militia,quum iste è foro abduci,non vt ipse prædicat,perduci solebat.
Operam renouare.Cic.Attico,lib.1.9.11.
Nouis opibus se renouare.Cic.pro Murena,32,Tãtum tamen consilio atque authoritate valuit,vt se,rege Armeniorũ adiuncto,nouis opibus copiisque renouarit.
Orationem.Cic.1.de Inuent.111.
Prælium.Cæsar 3.bel.Gall.434.Hi nostros disiectos adorti,prælium renouauerunt. Liu.2.ab Vrbe,105,Conglobati ad Prætorium redeunt,& sua sponte prælium ipsi renouant.
Recordatione, vel commemorando rem aliquam renouare. Cic.1.de Fin.87, Stulti autem malorum memoria torquentur, sapientes bona præterita grata recordatione renouata delectãt. Idem pro Quintio,46, Tametsi nolo eam rem commemorando renouare.
Scelus pristinum in aliquem renouare. Cic.1.Verr.7, Quum in Cneum Dolabellam scelus suum illud pristinum renouauit, & instauravit Quæstorium.
Societatẽ renouare. Liu.4.bel.Pun.15, Qui quum sese ad renouandam societatem,quæ cum auo fuisset:veniisse dicerẽt:per ludibrium auditi, dimissique sunt. Cic.Cornificio.lib.12.27.1, Quòd societatem Reip. conseruandæ tibi mecum à patre acceptam renouas, gratum est.
Studia renouare.Cic.1.de Diuinat.10,Quod quum accidisset nostræ Reip. tum pristinis orbati muneribus,hæc studia renouare cœpimus, vt & animus molestus hac potissimũ re leuaretur,& prodessemus ciuibus nostris qua re cunque possemus.
Vulnera alicuius renouare.Ouid.2.Trist.41.
¶ Renouare à. Quintil. lib.6.cap.4, A' satietate vel à fatigatione renouat.Hoc est,recreat vel instaurat.
Renouãtus,pen.prod.Participium.Quintil.lib.1.cap.3.6,Itaque & virium plus afferũt ad discendũ renouati ac recẽtes. De pueris.
Ager renouatus.Ouid.1.Metam.13,
Mox etiam fruges tellus inarata ferebat,
Nec renouatus ager grauidis canebat aristis.
Lucifer renouatus vnda Oceani.Silius lib.7.119.
Senecta renouata in florem redit.Ouid.7.Metam.43.
Altæ & renouatæ stellæ.Cic.2.de Nat.deorum,176.
Templum Honoris à M.Marcello renouatum. Cic.2. de Nat. deorum,87.
Renouatio,Verbale,Ipse renouãdi act°.Cic.ad Atticũ,lib.6.111.11, Cõfecerã vt soluerẽt centesimis sexennii ductis,cũ renouatione singulorũ annorũ. Idẽ de Clar.Orat.135, Vsurpatione & renouatione doctrinæ. Et 2.de Nat.deo.177,A' quo rursũ animãte, ac deo renouatio mundi fieret,atque idem ornatus oriretur.
Renouatio timoris.Cic.Bruto,lib.11.18.5,Tam recenti gratulatione,quam tuo nomine ad omnia deorum templa fecimus, renouatio timoris magnam molestiam afferebat.
Renouãmen,pen.prod.renouáminis,Idem. Ouid.8. Metam.148, Forma semel mota est,& in hoc renouamine mansit.
Renouello,renouellas,renouellare. Rursus nouellem facere.Colu. de Arboribus,cap.6.1, Eiusmodi itaque vinea si non aridos in corpore habet truncos.& flecti potest, factis sulcis optimè sternitur,atque ita renouellatur.
Renumero, renúmeras,pen.corr.renumerare, Reddere quod antè nobis numeratum fuerat,vt aurum,dotem,&c. Terent. Hecyra,3.4.41,Sin alio est animo,renumeret dotem hoc,eat.
Renuntio,renuntias,renũtiare.Referre quid actum sit,aut velit aliquis: quemadmodum nuntios referre dicimus, de his ad quæ missi sunt.Cæsar lib.1.Comment.Qualis esset natura mõtis,& qualis esset in circuitu ascensus, qui cognoscerent, misit. Renuntiatum est facilem esse. Idem 3.bel.Gall.450, Equites circumitis hostium castris,Crasso renuntiarunt.non eadem esse diligentia ab Decumana porta castra munita, facilémque aditum habere. Ibidem.lib.7.19,Legatíque nostris renuntiant, se Biturigum perfidiam veritos reuertisse. Cic.5.Verr.113,Fremebat tota prouincia : nemo id tibi renuntiabat! Idem pro Cluentio,114, Nam hoc persæpe dixisti,tibi sic renuntiari, me habere in animo causam hanc præsidio legis defendere. Cic. ad Q.fratrem, de Gabinio loquens, qui dicebat se triumphum velle postulare,Ipso decimo die, quo ipsum oportebat hostiarũ numerum & militum renuntiare,in re hæsit.
Posteaquam mihi renuntiatum est de obitu Tullix filiæ tuæ. Seruius Ciceroni,lib.4.5.1.
Renuntiare ad Senatũ acta.Cic.5.Ver.62,Qua de re Agyrinẽses magistratus, & Quinqueprimi,quos tui quæstus causa euocas, acta & imperia tua domum ad Senatum suum renũtiauerunt:quorum renuntiatio legibus illorum literis publicis mandata est. Idem 4.Verr.117,Quum hoc cõsilio statuas Centuripini publicè sustulissent,audit Metellus,graniter ferre:euocat ad se Centuripinum magistratum,& Decẽprimos:nisi restituissent statuas,vehemẽter iis minatur.illi ad Senatum renuntiant:sta-

tuæ quæ iſtius cauſæ nihil prodeſſent,reponuntur.

¶ Renuntiare,Deferre arcanũ,vel rem nouam narrare. Cic. pro Cluentio,114, Quiſnam tibi hoc renuntiauit?quis tam improbus fuit?cui ego autem narraui? Budæus.

Vt nobis renuntiatur.Cic.pro Cluentio,131.

¶ Renuntiare,Apertè nũtiare,ſignificare.Terent.And.3.2.19, Quaſi non tibi renũtiata ſint hæc ſic fore. Et paulò poſt,28, Id ego iam nunc tibi renuntio here futurum,vt ſis ſciens, Ne tu mihi hoc poſterius dicas, Dani factum conſilio, aut dolis. Plaut.Merc.17.2,Rus abiiſſe aiebant,nunc domum renuntio. Idem Bacchid.2.49, Téque ad patrem eſſe mortuum renuntiem. Cic.2.Verr.12,Renuntio,inquit,tibi,te hodiernis comitiis eſſe abſolutum.

Renuntiare alicui de re aliqua.Plautus Menæh.9.61,

-hunc metuebam,ne mea
Vxori renuntiaret de palla.

Renũtiare ad patrẽ dixit Plaut° Bacch.2.49. & Menæh.24.69.

¶ Renuntiare amicitiam,redemptionem,repudium,Denuntiare amicitiam diſciſſam, teſtari ſe non eſſe redemptorem, & repudiare vxorem. Sueton.in Cæſ.Caligula, cap.3, Ac ne tunc quidem vltra progreſſus,quàm vt & amicitiam,ei more maiorum renuntiaret. Tacit.lib.2,Componit epiſtolas,quis amicitiam ei renuntiabat. Plaut.Aulul.30.53,Is me nunc renuntiare repudium iuſſit tibi. Terent.Phorm.4.3.71,

-illis repudium renuntiet,
Hanc ducat. Cic.3.Verr.99, Itaque renuntiat Rabonius illam deciſionem tutoribus. accurrũt tamen ad tempus tutores,digitum tollit Iunius patruus.Id eſt,ſignificat ſe eſſe redemptorem.

Renuntiare alicui hoſpitium dicebatur is quem cõtracti hoſpitii pœnitebat,ne hoſpitii ius violaret.Cic.4.Ver.62,Itaq; iſte vehemẽter Sthenio infenſus, hoſpitium ei renũtiat,domo eius emigrat.Id eſt,denũtiat ſe nolle ampli° hoſpitari in domo eius. Liu.5.bel.Pun.101, Si parũ publicis fœderib° ruptis dirempta,ſimul & priuata iura eſſe putet,Badium Campanum T. Quintio Criſpino Romano palam omnibus duobus exercitibus audientibus,renuntiare hoſpitium:nihil ſibi cum eo conſociatum.

Societatem alicui renuntiare. Liu.lib.8.bel.Maced.Decreuerunt renuntiandam ſocietatem Achæis.

¶ Renuntiare. pro Nuntium remittere, & ſalutem vltimùm dicere. Quintil. lib.10.cap.7.1, Mea quidem ſententia,ciuilibus officiis renuntiabit.

Stoicis renuntiare. Cic.1.de Orat.118,Pedem nemo in illo iudicio ſupplioſit,credo ne Stoicis renuntiaretur.

Vitæ renũtiare. Suet.in Sergio Galba,cap.11,Acceſſit ad tãta diſcrimina mors Vindicis, qua maximè cõſternatus,deſtitutóque ſimilis,non multum abfuit quin vitæ renuntiaret.

¶ Renuntiatur Conſul, Tribunus, aliúſve magiſtratus, Id eſt declaratur factus Conſul,Tribunus,&c.

Conſulem renuntiare aliquem. Cic.1. de Orat.144. Liu.ab Vrbe,Nec me cõtra Senatuſcõſultũ Conſulem renũtiari patiar. Aſinius Pollio Ciceroni, lib.10.31.4, Comitia biẽnii biduo habuit,hoc eſt renũtiauit quos ei viſum eſt. Ci.pro Lege Man.1, Nã quũ propter dilationẽ comitiorũ ter Prætor primus cẽturiis cũctis renũtiat° ſum,facilè intellexi,&c. Idẽ 6.Ver.40,Quod us x x x millia diuiſoribus vt Prætor renuntiarẽre,dediſti.

Renũtiatur in trib° illis ſacerdotibus.Cic.4.Verr.88,de ſacerdotibus Iouis,Qnũ ſuffragiis tres ex trib° generibus creati ſunt, res reuocatur ad ſortem. Perfecerat iſte imperio,vt pro ſuffragio Theomnaſtus familiaris ſuus in tribus illis renuntiaretur.

Renũtiatio,Verbale,Actus ipſe renũtiandi,Relatio. Cic.5.Vſr.75, Cæſio renuntiat ſe dediſſe: cognoſcite renuntiationẽ ex literis.

Renuntiatio,Teſtimonii genus, quod *rapportum* vulgò dicũt: cuiuſmodi ædere ſolẽt architecti & magiſtri vniuſcuiuſq; opificii,quũ op° eſt:qui propterea publicè ſacramẽto adigũtur. Bud.

Renuntiatio dici debet, quod nunc *proceſſum verbalem* dicunt, qualis eſt viatorũ,& eorũ qui edicta, aut ſententias exequũtur.

Renuntiatio etiam dicitur id quod *ceſſionem* vocamus.

Suffragiorum renuntiatio.Cic.pro Plancio,11.

Renũtius,renuntii,m.g.Qui aliquid iterum nuntiat. Plaut.Trin. 5.13,Cantrices,ciſtellatrices,nuntii,renuntii.

Reniuo,rénuis,rénui,renũtũ,pe.pro.renũere,Reſpuere,& quaſi ſigno alicui oſtendere aliquid ſibi diſplicere.Mart.lib.2.14,

Nam thermis iterum cunctis,iterúmque lauatur,
Omnia quum fecit,ſed renuente deo.
Nullum conuiuium renuere.Cic.pro Cælio,10.
Fato renuente nouas furores.Silius lib.10.10.
Oculo renuente negaui.Ouid.epiſt.16.18.
Quibus ſuperciliis renuentes, huic decem millium crimini? Cic.pro Rabirio Poſthumo,11.

Renũtus, huius renũtus,pen.prod.m.g. Plin.epiſt.7.2, Nam ego quoque ſimili nutu ac renutu reſpondere voto tuo poſſum.

Reor,reris,ratus ſum,reri,Exiſtimare, opinari. Plautus Amphit. Quid?me non rere expectatum? Ouid.7.Metam.171, Sum ratus eſſe feram,telúmque volatile miſi. Cic.3.de Nat. deo.10, Rebãtur enim fore,vt exercitus imperatorẽ equo incitato ſe in hoſtem immittentem perſequeretur,id quod euẽnit. Idem ad Atticum,li.7.113.13, Et tamen Dionyſius noſter,qui eſt nobiſcũ, Nicias Cous non rebatur oppidum eſſe Pyræea. Et 2.Offic.61, Quòd ſiqui ſimulatione & inani oſtentatione,& ficto non modò ſermone,ſed etiam vultu ſtabilem ſe gloriam conſequi poſſe rentur,vehementer errant. Item 3.de Orat.46,Quem quidem antea natura rebar ita dicere, vt mihi non ſolùm orator ſummus, ſed etiam ſapientiſſimus homo viderẽre. Sic 1.Academ. 40,Eorúmq; quatuor quæ ſuprà dixi,diſſimile Ariſtoteles quiddam rebatur. Saluſtius in Catil. Optimum factu ratus,in tali re fortunam belli tentare. Lucret.lib.1.31,

Quorum operum cauſas nulla ratione videre
Poſſunt,ac fieri diuino numine rentur.

Illos in quibus eas virtutes eſſe remur, à natura ipſa diligere cogimur.Cic.2.Offic.45.

Quod minimè reris.Virg.6.Æneid.10.

Ducebam animo,rebárque. Virg.6.Æneid.138, Sic equidem ducebam animo,rebárque futurum.

Tum reſtitutas fratribus rebor meis Animas.Senec.Herc. furente,20.

Ratus, rata, ratum, Participium, Significat idem quod Puto, imaginor. Priſcianus, Reor quoque ratus facit participium, vt puto,differentiæ cauſa:quia Ritus aliud ſignificat, & Retus pro Reatus dicebãt,quomodo Saucius pro Sauciatus,Laſſus pro Laſſatus. Plautus Amph.Victis hoſtibus quos nemo ſuperari poſſe ratus eſt. Idem Aſin.16.6,

Ah ſceleſta ego,præter alios meum virum fui rata
Siccum,frugi,continentem,amantem vxoris maxumé. Feſtus, Ratus ſum ſignificat putaui: ſed aliquando pro firmo certóque ponitur ratus.

Abundè ratus,pro Satis ratus.Tacit.lib.18,Ipſe abundè ratus, ſi præſentibus frueretur.

Obſidionem flagitii ratus. Tacitus libro 3, Et illam obſidionem flagitii ratus,&c.

¶ Ratum,Firmum,cõſtans,certum,fixum.Terent.Hecyra, Ne quod egiſſem,eſſet ratum.

Certus & ratus.Cic.2.de Nat.deor.140,Qui quum tam certos cæli motus,tam ratos aſtrorum ordines,támque inter ſe omnia connexa & apta viderit. Idem 5.Tuſcul.98,Quorum vagi motus,rata tamen & certa ſui curſus ſpatia definiant.

Conſtans & ratum.Cic.2.de Nat.deorum,73.Nihil enim errat quod in omni æternitate conſeruat progreſſus & regreſſus,reliquóſque motus conſtantes & ratos.

Ratum & immutabile.Cic.2.de Nat.deo.138,Aſtrorũ in omni æternitate rati & immutabiles curſus.

Iuſſum,ratum atque firmum.Cic.pro Cecinna,69,Si populus iuſſerit me tuum, aut item te meum ſeruum eſſe,id iuſſum,ratum atque firmum futurum?

Verum illud certum,comprehenſum, perceptum,ratum, firmum,fixum fuiſſe vis. Cic.4.Acad.155.

Ratum & Irritum,contraria.Cic.de Prouinciis Conſul.38,Cuius Tribunatus ſi ratus eſt,nihil eſt quod irritum ex actis Cæſaris poſſit eſſe.

Ruptum & Ratum,contraria.Cic.1.de Orat.84,Teſtamẽtum ruptum aut ratum.

¶ Dicta rata.Ouid.2.Faſt.98.

Fides rata.Ouid.3.Triſt.eleg.10.8,

Vix equidem credar,ſed quum ſint præmia falſi
Nulla,ratam teſtis debet habere fidem.
Leges natura ratæ.Senec.Œdipo,11.6.
Opus ratum.Ouid.in Ibin,16,Quæq; ratum triplici pollice nectis opus.

¶ Ratum habere aliquid,Approbare,confirmare.Cic.pro Roſcio Comœdo,2,Quis hoc frater fratri,quis parens filio tribuit, vt quodcunque retuliſſet,id ratum haberet?

Iudicium habere ratum,& Reſcindere iudicium.cõtraria. Cicero in Partit.69.

Ratum habere aliquid,pro Comperto & conſtituto. Cic.1.de Nat.deor.16,Id habent ratum quod ab eo quem probant,iudicatum vident.De Pythagoreis.

Ratum facere,quod vulgus *Ratificare* dicit.Ci.1.de Diuin.143, Quid enim habet aruſpex,cur pulmo inciſus etiam in bonis extis dirimat tempus,& proferat diem? Quid augur, cur à dextra coruus,à ſiniſtra cornix faciat ratum?Subaudi augurium.

Ratum mihi eſt:hoc eſt,Probo vel approbo. Cic.ad Gallum, lib.7.24.3,Attamen iſta ipſa quæ te emiſſe ſcribis,nõ ſolùm rata mihi erunt,ſed etiam grata.

Rato tẽpore. Cic.1.de Diuin.28, Si enim nihil fieri poteſt,nihil accidere,nihil euenire, niſi quod ab omni æternitate certũ fuerit eſſe futurum rato tempore,quæ poteſt eſſe fortuna?

Pro rata,ſiue Pro rata parte, quod vulgus noſtrum *Ad æquipollentiam*,& etiam Pro rata dicit,Latinam vocem vſurpans. Vlpianus in L.In his verò,de Soluti.Si verò ſumma vſurarum debitarum non eadem ſit, æqualiter ad vtráque cauſam proficit, non pro rata. Idem ibidem,Siquis ita cauerit debitori in ſortem & in vſuras eius ſe acciperecentum pro rata & ſortis & vſurarum decedat. Liu.5.Decad.lib.5.181,Pediti in ſingulos dati centeni,duplex centurioni, triplex equiti: tantum pediti datorum fuiſſe credunt,& pro rata aliis,ſi aut non refragati honori eius fuiſſent, aut benignè hac ipſa ſumma nuntiata acclamaſſent. Cæſar 1.bel.Gall.Quadraginta iugera in ſingulos proponit,& pro rata parte centurionibus euocatiſque. Cic.1.Tuſcul.150, Omnia iſta perinde vt cuiq; data ſunt pro rata parte à vita,longa aut breuia dicuntur.

Pro rata portione,Vide Ad præſens in præpoſitione **Ad**.

Ratæ preces,Id eſt exauditæ.Ouid.1.Faſt.539. Budæus.

Ratifico,ratificas,pen.corr.ratificare, Approbare,quod actum eſt confirmare.Veteres Ratare pro Ratificare dicebant:vnde eſt Iritare contrarium.Sipontinus.

Repágulum,repáguli,penul.cor.quod & Repáges dicitur fœminino genere, Obex dici poteſt, ex re & pago compoſitum. Feſtus, Repagula ſunt,vt Verrius ait, quæ pacfaciendi gratia ita figuntur, vt ex contrario oppagantur, vt Cicero 6.Verr.84, Poſtea conuulſis repagulis,effractiſque valuis,demoliri ſignum, ac vectibus labefactare conantur. quæ poetæ interdum repáges appellant. Hactenus Feſtus. Ouid.5.Metam.24,

Raptáque de dextro robuſta repagula poſte
Oſſibus illiſit. Plin.lib.16.cap.42.2,Firmiſſima ad tectũ abies. Eadem valuarum repagulis, & ad quæcunque libeat interſtina opera aptiſſima. Plautus Ciſtel.8.18, Occludite ædes peſſulis, repagulis.

Portæ repagula ceciderunt.Ouid.14.Metam.157.

Conuellere repagula,Vide **Conuello**.

Laxare repagula.Lucan.lib.1.60.

Perfringere repagula iuris,Vide **Perfringo**.

Pedibúſque repagula pulſant.Ouid.2.Metam.31.

Robuſta repagula rapta de poſte.Ouid.5.Metam.24.

Recludere iram repagulis. Cic. de Nat. deorum,Illa tamen verſa mẽte mihi hodie tradidit repagula,quibus ego iram omnem recludam.

Repandus,Adiectiuũ,Quod eſt recuruum & ſinuoſum,quódque retrorſum patet. Plin. lib.14.cap.21.3, Ad hæc pertinet pectoroſa ceruicis repandæ oſtentatio. Idem lib.9.cap. 8.3, Pro voce gemitus humano ſimulis, dorſum repandum. De delphinis. Cic.1.de Nat.deorum,111,Quam tu núquam ne in ſomnis quidem vides,niſi cum pelle caprina,cum haſta,cum ſcutulo,cum calceolis repandis. Ouid.3.Metamorph.136,de nautis Tyrrhenis qui in delphines mutabantur.

Alter ad intortos cupiens dare brachia funes,
Brachia non habuit:truncóque repandus in vndas
Corpore deſiluit,falcata nouiſſima cauda eſt.

Repango,repágis,repégi & repãxi,repactum,repángere,Idem quod Pangere.Colum.lib.de Arboribus,cap.21.1, In quo ſcrobe deſtinaueris nucem ſerere, terram minutã in modũ ſemipedis ponito,ibíque ſemen ferulæ repangito. Idem lib.5.cap.10.9.

Reparco,reparcis,reparſi,reparſum,repárcere,Idem quod Parcere.Plaut.Trucul.8.19, -vtinam à principio
Rei item parſiſſem meæ,vt nunc reparcis ſaluis.Antiquum eſt.

Repáro,réparas,pe.cor.reparare, Inſtaurare,& in ſtatũ priſtinum redigere,quaſi rurſus parare.Plin.epiſt.191,Sed quæ ſũt vetuſtate ſublapſa,reparẽtur in melius. Plaut.Moſtel.3.50, -&vt In vſum boni,& in ſpeciem populo ſint,ſibíque & materiem Reparant.

Perdere & Reparare,contraria. Cic.5.Verr.171, Quibus iniuriis grauiſſimis tamen illud erat miſerũ ſolatiũ,quod id perdere videbatur,quod alio Prætore,eodẽ ex agro reparare poſſet.

Reparare quod amiſeris.Plinius epiſt.94.b.lib.6,Grauis eſt ei vel minima iactura:quia reparare quod amiſeris,grauius eſt.

Amiſſas res reparare.Horat.2.Serm.ſaty.5.1.

Exercitum reparare.Plaut.Capt.4.51,

Nullúmne interea nactus,qui poſſet tibi
Remiſſum quem dixti,reparare exercitum?

Reparare bellum. Liu.10.bel.Pun.17, Et ad Syphacem legati miſſi,ſumma ope & ipſum reparantem bellum.

Requies reparat vires.Ouid.epiſt.4.18.

Reparari labore,ac refici.Plin.in Paneg.130.

Reparãtor,pen.prod.Verbale. Stat.4.Sylu.1.3,Ipſe etiam immẽſi reparator maximus æui Attollit vultus,&c.

Reparatio, Verbale. Saluſtius in Iugurtha, Sed ſanè fuerit regni reparatio,plebi ſua iura reſtituere.

Reparábilis,& hoc reparábile.pen.corr. Adiectiuum:vt Damnum reparabile.Ouid.1.Amor.eleg.14.11.

Pudicitia nulla arte reparabilis.Ouid.1.epiſt.5.21.

Repaſtino,repáſtinas,pen.corr.repaſtinare. Repaſtinari dicebant veteres vineas quæ refodiebãtur. Colu.lib.3.ca.18.1, Paſtinum vocãt agricolæ ferramẽtũ bifurcũ,quo ſemina pãguntur: vnde etiã repaſtinatæ dictæ fuêre vineæ veteres,quæ refodiebãtur.hæc enim propria appellatio reſtibilis vineti erat: nũc antiquitatis imprudẽs conſuetudo, quicquid emoti ſõli vineis præparatur,repaſtinatũ vocat. Feſtus,Repaſtinari is ager dicitur, Vt Verrius exiſtimat,cuius natura mutatur fodiẽdo, quum aut ſylueſter excolatur, aut lapis molitur frangendo,vt fiat paſcui, vel pecorib⁹ herba,vel hominibus ſatione. Cato in ea quam ſcribit de ſuis virtutibus contra Thermum,Ego iam à principio in parſimonia,atque in duritia,atque induſtria omnem adoleſcentiam meam abſtinui agro colẽdo,ſaxis Sabinis ſilicibus repaſtinandis,atque conſerendis.Hactenus Feſtus. Columel.lib.4.cap.32.1, Quum deinde cultus conſenuit, repaſtinandum eſt. Idem lib.2. cap. 15.6, Æſtiuis deinde menſibus non aliter ac ſi repaſtines,totũ ſterquilinium raſtris permiſceri oportet. Plin. lib.13.cap.13.1, Hemina veruſtiſſimus author Annaliũ, quarto eorum libro prodidit,Cn. Terentium ſcribam agrum ſuum in Ianiculo repaſtinãtem offendiſſe arcam,in qua Numa qui Romæ regnauit ſitus fuiſſet.

Repaſtinatio,Verbale.Columella lib.2.cap.2.10, Iunci & graminis pernicies,repaſtinatio eſt. Cic.de Senect.49,Quid agri foſſiones repaſtinationéſque proferam?

Repecto, repectis, repexi vel repexui,repexum,repectere, Rurſum pectere. Vnde

Repexus,Participium.Claudianus 5.Paneg.1,

Sparge diem meliore coma:crinémque repexi
Blandius elato ſurgent temone iugales.

Coma repexa modó.Ouid.3.de Arte,31.

Repédo,répedas,pen.corr.repedare, Pedem retrahere,recedere,inquit Feſtus,ſiue reuerti.Lucilius lib.26,Rediſſe ac repedaſſe, vt Roma vitet gladiatoribus. Idémque,Sanctum ego à Metello Romam repedabam munere. Pacuuius,Paulum repedagnate à veſtibulo gradum. Cic.3.de Legib.15, Domũ cũ laude repedandum,Correctius exemplar legit redeunto.

Repello,repellis,répuli,pen.cor.repulſum,repéllere,Retro pellere quod ingruit, reiicere, propellere ſiue propulſare. Plautus Bacchid.20.43,

Conſilxi,atque hominem repuli. Idem Ciſtell.2.31,
Neque hanc ſuperbiæ cauſa repuli ad meretricium
Quæſtum. Et Caſin.22.12,Repulit mihi manũ. Item Bacch. 14.18,Meis dictis malis his foribus repuli,reiecí hominem. Cic. 6.Verr.84,Qui primò quum obſiſtere ac defendere conarentur malè multati clauis,ac fuſtibus repellantur.

Armis repellere,fugare, & auertere aliquem. Cicero pro Cecinna,14.

Repellere à vel ab.Cic.Poſt reditum in Senatu,15, Tu meum generum propinquum tuum,tu affinem tuam,meam filiã ſuperbiſſimis &crudeliſſimis verbis à genibus tuis repuliſti. Idẽ pro Domo ſua, Homines audaces ab eius templi aditu, atque aſcenſu repuliſti?

Bellum repellere.Cic.de Prouinc.Conſul.25,Bellum Gallicum 2.c.C.Cæſare imperatore geſtum eſt:antea tantummodo repulſum.ſemper illas nationes noſtri Imperatores refutãdas potius bello,quam laceſſendas putauerunt.

Cauſam repellere.Cic.3.de Finib.3, Nec enim qui defendunt eam,verſuti ſunt in differendo:nec qui contrà dicunt, cauſam difficilem repellunt.

Vt ſeueritas adhibeatur,cõtumelia repellatur.Cic.1.Offic.91.

Dolorem à ſe repellere.Cic.1.de Finib.45, Dolorem aſpernari vt ſummum malum,& quantum poſſit à ſe repellere. Ibidem,lib.4.35.

Factnus repellere.Ouid.15.Metam.156.

Arte humili reppulit famem.Ouid.4.de Ponto,eleg.3.8.

Fraus conceſſa eſt repellere fraudem.Ouid.3.de Arte,98.

Ver repellit hyemem.Ouid.10.Metam.33.

Impetum ægrè repellere.Cic.de Prouinc.Conſul.5.

Validos cute reppulit ictus.Ouid.3.Metam.13.

Iugũ ſeruitutis repellere à corpore ſuo.Cic.Anteq. iret in exilium,1,Sit is veſtris animis acceptiſſim⁹,qui à veſtro corpore iugum acerbiſſimum repulit ſeruitutis.

Nefas reppulit ille.Ouid.1.Faſt.18.

Preces alicuius repellere.Ouid.14.Metam.75.

Sãguinem repellere, pro Depellere vel extrahere. Plin.lib.18. cap.16.7, Dari non ad ſatietatem debet, ne repellere ſanguinem neceſſe ſit. Hoc eſt expellere. Medica enim, inquit Columella, multum ſanguinem animalibus creat.

Seruitutẽ à ciuib⁹ repellere. Cic.ad Brutũ,14.5, Tibi perſuade non te Idibus Martiis, quibus ſeruitutem à tuis ciuibus repuliſti, plus profuiſſe patriæ, quàm ſi maturè veneris, profuturum.

Tellurem haſta repellere. Ouid.2.Metam.158, Fugit, & impreſſa tellurem reppulit haſta.

Verba faſtidita repellere. Ouid.4.de Ponto, eleg.1.4.

Vim vi repellere. Cic. pro Seſtio, 31, Non verebar nequis aut vim vi repulſam reprehenderet, aut, &c.

Vim repellere, & Inferre vim, contraria. Cic. pro Milone, 38.

Repellere ab impediẽdo & lædẽdo. Cic.de Petit. Cõſulatus, 36.

Repellere & excludere. Cic.1.de Orat.24, Multi erãt præterea præclari in philoſophia & nobiles, à quib⁹ omnib⁹ vna penè repelli voce Oratorem à gubernaculis ciuitatum, excludi ab omni doctrina, rerúmque maiorum ſcientia, &c. videbam.

Quum te à Conſulatu repuli. Cic.1.in Catil.19.

Repulſus, Participium: vt

Repulſus foribus, pro A foribꝰ, apud Horatiũ,2.Serm.ſat.7.18. Ouid.8.Metam.17, -multas tamen ardor habebat
Iungere ſe vati, multæ doluere repulſæ.

A vera ratione repulſum. Lucret.li.6.154, Quod procul à vera quàm ſit ratione repulſum Percipe.

Æra repulſa toties. Tibull.lib.1.eleg.3.5.

Æra repulſa ſonant. Tibull.lib.1.eleg.8.5. Hoc eſt frequenter pulſata ſeu percuſſa.

Amor ſæpe repulſus. Ouid.1.Amor.eleg.3.16.

Hoſtis repulſus. Ouid.6.Faſt.79.

Noxa repulſa effugiat meis ſtabulis. Ouid.4.Faſt.151.

Tellus repulſa eſt. Ouid.6.Metam.103, Admotúmque fretum remis, telluſſque repulſa eſt.

Telũ repulſũ ære. Virg.2.Æn.109, -telúmq; Imbelle ſine ictu
Conieci, rauco quod protinus ære repulſum,
Et ſummo clypei nequicquam vmbone pependit.

Repulſus, huius repulſus, Ipſe repellẽdi actus. Plin.lib.34.cap.8.16, Cerúmq; vnà ita veſtigiis ſuſpendit, vt linum ſubter pedes tra hatur alterno morſu digitis calcéq; retinentibus ſolum, ita vertebrato dẽte vtriſque in partibus, vt à repulſu per vices reſiliat. Idem lib.11.cap.37.37, Vipera prægnans veneno impreſſo, dentium repulſu virus fundit in morſus.

Repulſus ſcopulorum. Cic.1.de Diuinat.11.

Rauci repulſus vmbonum. Claud.de bello Gildon.87.

Repulſus, pro Repercuſſu. Plin.lib.8.cap.45.4, de aſinis, Repulſu durioris materiæ clauditatẽ ilico affert. Lucret.lib.4.11, -tamen aſſiduo, crebríſque repulſu
Reiectæ reddunt ſpeculorum ex æquore viſum.

Repulſa, repulſæ, Reiectio ab honore vel magiſtratu. Dicim⁹ autẽ Accipere repulſam, & Ferre repulſam. Plin.de Viris illuſt.56, Lucius Paulus Æmylius, filius eiꝰ qui apud Cannas cecidit, primo Cõſulatu, quẽ poſt repulſas adeptus erat, de Liguribus triũphauit. Idẽ epiſt.92.b, In ſumma: ſi datur Naſoni quod petit, illius honor: ſi negatur, mea repulſa eſt. Cic.ad Atticum, lib.5.107.3, Quòd ſcribis, libẽter repulſam tuliſſe eum qui cum ſororis tuæ ſuæ patruo certaret, hoc magni amoris ſignũ. Idẽ 4.Tuſc.60, Ægrè tuliſſe P. Rutilium fratris repulſam Conſulatus, ſcriptum apud Fannium eſt. Plin.lib.7. cap.34, Idem in toga candida bis repulſa notatus à populo. Cic. pro Plancio,41, C.Marius duabus Ædilitatis acceptis repulſis ſepties Conſul eſt factus.

Grauior mihi morte repulſa eſt. Ouid.epiſt.19.33.

Offenſiones & repulſas quaſi quandam ignominiam & infamiam timere. Cic.1.Offic.102.

Rara repulſa. Ouid.2.Amor.eleg.19.2,
Speremus pariter, pariter metnamos amantes,
Et faciat voto rara repulſa locum.

Sordida repulſa. Horat.3.Carm.ode 2.4,
Virtus repulſæ neſcia ſordidæ
Intaminatis fulget honoribus.

Triſtes repulſæ. Claud.4.Paneg.73.

Turpis repulſa. Horat.1.epiſt.1.9.

¶ Afferre repulſam, Vide Affero.

Sine repulſa aſſequi magiſtratum. Cic.in Piſonem,1.

Ferre repulſam. Cic.2.de Orat.155.

Ferre repulſam & præteriri. Cic 11.Philipp.303.

Pati repulſam. Ouid.2.Metam.20, -nullam patiere repulſam.

Confuſus pudore repulſæ. Ouid.3.Triſt.eleg.1.17.

Dolore repulſæ creſcit amor. Ouid.3.Metam.79.

Repulſo, repulſas, repulſãre, Frequentatiuum: vnde

Repulſans, Participium. Lucret.lib.4.117, -ita colles collibus ipſis
Verba repulſantes iterabant dicta referri.

Rependo, rependis, rependi, repenſum. repẽndere, Retribuere, compenſare. Virgilius 1.Æneid.49, -fatis contraria fata rependens. Plautus Pſeud.4.56, Sine modò, rependam ego cuncta ob hæc hercle vna opera.

Rependere argento. Plin.lib.12.cap.25.5, de opobalſamo, Alexandro Magno res ibi gerente, toto die æſtiuo vnam concham impleri iuſſũ erat. Omni verò fœcunditate è maiori horto congios ſenos, minore ſingulos, cum duplo rependebatur argento.

Ingenio formæ damna rependo meæ. Ouid.epiſt.11.7.

Dona rependere alicui. Stat.9.Thebaid.131.

Gratia nulla rependatur facto. Ouid.1.Metam.139.

Pœnas ſceleribus rependere. Senec.Œdipo, 14.7.

Præmia digna rependere. Stat.9.Thebaid.10.

Pretium rependere pro officiis. Ouid.2.Amor.eleg.8.5.

Vices rependere. Propert.lib.4.eleg.4.11.

Vota alicui rependere pro re aliqua. Stat.3.Sylu.5.51.

Repenſus, Participium: vt Repenſum aurum pro capite alicuius, & Repenſum auro caput, Idem. Cicero 1.de Oratore, 150, Vt noſter Sæuola Septimuleio illi Anagnino, cui pro C. Gracchi capite erat aurum repenſum, roganti, vt ſe in Aſiam præfectum duceret, Quid tibi vis, inquit, inſane? tanta, &c. Plin.lib. 3.ca.3.9, Quum Septimuleius C. Gracchi familiaris auro repenſum caput eius exciſum ad Opimium tulerit.

Repenſũrus, pen.prod. Aliud participium: vt
Magna repenſurus. Silius lib.17.117.

Repenſo, repenſas, repenſare, Frequentatiuum. Colum.lib.3.cap. 2.9, Id tamen incommodum repenſant vuarum multitudine.

Repens, priore corr. rẽpentis, Subitus & repentinus. Tacitus lib. 5, Quid repens, aut vetuſtate obſcurum?

Repens aduẽtus hoſtiũ, & Expectatus, cõtraria. Cic.3.Tuſc.83, Quanquam hoſtium repens aduentus magis aliquãdo contur bat quàm expectat⁹: & maris ſubita tempeſtas, quàm antè prouiſa, terret nauigantes vehementius.

Bellum repens. Liuius libro 10. ab Vrbe, Siquod repens bellum oriatur.

Cauſa repens. Tacit.lib.15, Acceſſerat repens cauſa.

Clamor repens. Silius lib.3.45.

Clamor repens per mœnia tollitur. Claud.de bel.Get.93.

Cogitatio repens. Tacit.lib.17, Sed ſceleris cogitatio incerta an repens.

Conſternatio repent. Curtius lib.10, Quid hæc repens cõſternatio, & tam procax atque effuſa licentia denuntiat?

Cura repens. Cic.3.Tuſcul.52, Ne me imparatum cura lacera ret repens. Ex poeta.

Defectio repens Lucanorum. Liu.8.ab Vrbe, 142,

Diſcordia repens. Virg.12.Æneid.63.

Repẽs fama allata. Liu.6.ab Vrbe, 183, Fama repẽs belli Galli ci allata perpulit ciuitatẽ vt M. Furiꝰ dictator quintũ diceretur.

Repentes lachrymas fuderunt ſimulacra. Tibul.li.1.eleg.6.8.

Metus repens. Senec.Troade, 6.4,

Perfidia repẽs. Tacit.lib.10, Quum accurſu tot prouinciarum extingui repens perfidia potuerit.

Ciuitatẽ eo tempore repens religio inuaſerat. Liu.9.bel.Pun.

Sonus repens. Senec.Medea, 12.19.

Terror repens. Liu.1.bel.Pun.108, Mirari ſe quinam pectora ſemper impauida repens terror inuaſerit.

Tumultus repens. Liu.1.ab Vrbe, 59, Tumultuſque repens ex agris in vrbem illatus pronuntio fuit. Tacit.lib.18, Atqi illum ſupremas iam curas agentem repens tumultus auertit.

Vox repens. Valer.1.Argon.19.

Repentè, Aduerbiũ, Subitò, ſtatim. Plaut.Mil.20.21, -animo malè Factum eſt huic repentè miſeræ. Idẽ Amph.8.8, Atque is repẽtè abiit à me. Cic.ad Dolabellam, lib.9.12.1, Gratulor Baiis noſtris, ſiquidẽ vt ſcribis, ſalubres repentè factæ ſunt. Idẽ 4.Ver. 130, Repentè aſpicimus lituras eiuſmodi, quaſi quædã vulnera tabularũ recentia. Idẽ 6.Verr.84, Repentè nocte intẽpeſta ſeruorum armatorũ fit concurſus. Ibidẽ 4.45, Repẽte cæpit dicere, ſe omnia Verris cauſa velle. Et 2.Verr.11. & Liu.1.ab Vrb.

Senſim & Repentè, contraria. Cic.1.Offic.169, Amicitias quæ minus delectent & minus probentur, magis decere cenſent ſapientes ſenſim diſſuere, quàm repentè præcidere.

Repentè præter ſpem dixit. Cic.Sulpitio.lib.4.4.9.

Repentè & è veſtigio. Cic.1.Verr.31, Sed repẽte, è veſtigio ex homine, tanquam aliquo Circæo poculo, factus eſt verres.

Repentè tanquam ſomnio. Cic.in Saluſtium.

Modò egens, repentè diues. Cic.2.Philipp.76.

Ruere omnia viſa repentè. Virg.8.Æneid.105.

Lapſa repentè turris. Virg.2.Æneid.05.

De repente, Vide De præpoſitionem.

Repentinus,pen prod. Adiectiuum, Res subita, & à nemine prouisa seu de qua nemo cogitauerat. Terent. And.5.4.36,
-vix sum apud me,ita animus commotus est metu,
Spe, gaudio,mirando hoc tanto,tam repentino bono. Cicero ad Dolabellam,lib.9.15.1,Oppressus est enim bello repentino.

Exspectatus & repentinus.Cic.1.de Orat.114.

Aquas repentinas eiaculatus est.Ouid.1.Fast.54.

Exoritur peculiare edictum repentinum.Cic.5.Verr.28.

Exitus repentinus & informis.Tacit.lib.5.

Fragor repentinus.Claud.5.Paneg.42.

Homines repentini. Cicero de Claris Oratoribus,130, Eodem tempore C.& L.Cæpasii fratres fuerũt,qui multa opera ignoti homines & repentini, Quæstores celeriter facti sunt oppidano quodam & incondito genere dicendi.

Mala repentina.Cic.3.Tusc.93.

Mors repentina.Cic.1.de Diuin.113.

Motu repentino accidẽtia, & Quæ meditata inferuntur,contraria.Cic.1.Offic.40,Leuiora sunt ea quæ repẽtino aliquo motu accidunt,quàm ea quæ meditata & præparata inferuntur.

Nuntius repentinus.Cic.7.Verr.85,Veniunt Syracusas parentes propinquique miserorum adolescentiũ, hoc repentino calamitatis suæ commoti nuntio.

Tumultus repentini.Ouid.5.Metam.1.

Repentino,pen.prod.Aduerbium. Plaut.Pseud.3.37,Repentè exortus sum, repentinò occidi. Cic. pro Quintio,8, Moritur in Gallia Quintius quum adesset Næuius,& repentinò.

Repercutio/repércutis,pen.cor.repercussi,repercussum,repercutere, Percutiẽtem ferire.Plin.epist.95.b, An vt flumina,quæ in mari deferuntur,aduersantibus ventis,obuióque æstu retorquẽtur: ita est aliquid, quod huius sonus excursum per momẽta repercutiat?

Repercussus sol.Virgil.8. Æneid.5.
Sicut aquæ tremulum labris vbi lumen ahenis
Sole repercusso,aut radiantis imagine Lunæ,
Omnia pernolitat latè loca. Vbi Seruius, repercusso, aut vacat R E:aut bene repercussum,quia primò aquam ferit,inde postea tẽdit ad tecta. Ouid.2.Metam.11, -positáq; ex ordine gẽmæ
Clara repercusso reddebant lumina Phœbo.

Imaginis repercussæ vmbra.Ouid.3.Metam.87.

Repercussæ clamoribꝰ valles.Liu.1.bel.Pun.111.Equi maximè infestum agmen faciebant,qui & clamoribus dissonis,quos nemora etiã,repercussáque valles augebant,territi trepidabant.

Repercutere alicuius dicta. Quintil.lib.6.cap.3.16,Aliena aut reprehẽdimus,aut refutamus, aut elenamus,aut repercutimus, aut eludimus.Id est refellimus.

Repercutere fascinationes, Discutere.Plin.lib.28.cap.4.3,Hominum verò in primis ieiunam salivam contra serpentes præsidio esse, docuimus. Sed & alios efficaces eius vsus recognoscat vita. Despuimus comitiales morbos,hoc est cõtagia regerimus. Simili modo & fascinationes repercutimus, dextræque claudicatis occurrsum.Id est,medemur fascinationibus.

Repercussus,Participium.Plin.lib.17.cap.21.1,Quum verò cõcreti ademẽre transitum,repercussa erumpit.

Repercussus,huius repercussus, Verbale, Ipse repercutiendi actus. Plin. epist.181, Nec in flumen, sed in ipsum mare emittere, repercussus maris seruabit,& reprimet quicquid è lacu veniet.

Repercussus solis,quæ vulgò *Reuerberatio* dicitur.Plin.lib.5.ca.5.1, Aut solis repercussu accenso. Idem lib.6. cap.13.17, Aut(vt alii)solis repercussu talem reddi colorem existimantes.

Repercussus ventorũ. Plin.lib.5.cap.9.11, Causas huius incrementi varias prodidere, sed maximè probabiles, Etesiarum eo tẽpore ex aduerso flantiũ repercussum, vltro in ora acto mari.

Reperio/réperis,pen.corr.réperi, vel poeticè,répperi,repertũ, reperire,Est casu offendere nó quæsitũ aliquid.Plaut.Aul.31.10, Reperi.1.quid reperistis.non quod pueri clamitant
In faba se reperisse. Ouid.lib.1.Metam.131, -tu non inuenta reperta es.

Reperire,nó est aliquãdo fortunæ.Plaut.Cistell.1.9,Requirẽs seruus reperit quam proiecerat. Terent. Phorm.1.4.15, Sed vbi Antiphonem reperiam:aut qua quærere institam via?

Reperiri dicitur aliquis,aut res aliqua, quũ palàm & cõperta nobis est.Ci.4.Verr.30,Deinde cæteras dicas omnes illo foro M. Posthumius Quæstor sortitus est: hãc solã tu illo cõuentu reperiêre sortitus. Idẽ pro Quintio.13,Tamẽ in ista populatione & proscriptione bonorũ, improbissimꝰ reperiebare. Idem de Claris Orat.61,Iidem traducti à disputãdo ad dicendũ,inopes reperiãtur. Idẽ ad Brutũ,15.10,Facilius in timore benigni,quàm in victoria grati esse reperimur. Idẽ pro Flacco,73,Tũ hoc vel maximè moliuntur, vt vestræ mẽtes, vestra iudicia, vestræ sententiæ optimo cuique infestissimæ atque inimicissimæ reperiãtur.

Repertus es ingratus. Plaut.Persa,13.61. Id est palàm visus & compertus es esse ingratus.

Aditum sibi reperire,Vide aditus in **Adeo**.

Auxiliũ alicui rei reperire.Cæsar 3.belli Gal.410,Quum ei rei nullum reperiretur auxiliũ,fuga salutem petere contendebant.

Causam reperire,Inuenire rationem quapropter aliquid fieri aut minus fieri debeat.Cæsar 1.bel.Gall.117, Quum ex captiuis quæreret Cæsar quamobrem Ariouistus prælio non decertaret,hanc reperiebat causam. Sub.fuisse. Terent. Phorm.1.1.4, Quid mihi dicent? aut quam causam reperient? Idem Eunuc. 3.3.6,Vbi veni,causam vt ibi manerem,repperi.

Reperio causas cur. Cic.de Senect.14, Etenim quũ cũplector animo,quatuor causas reperio cur senectus misera videatur.

Consilium reperire. Plaut.Epid.5.80,Si nõ placebit,reperitote rectius.Sub.consilium. Terent.Phorm.1.4.1, Nullus es Geta,nisi aliquod iam tibi consilium celere repéreris.

Exitum reperire. Cicero 1.de Nat. deor.148, Nec vos exitum reperitis,réque tota vacillat & claudicat.

Gloriam armis reperire.Terent.Heaut.1.1.60, -atque ibi
Simul rem,& gloriam armis belli repperi.

Malefacta vestra repperi radicitus.Plaut.Mostell.15.61.

Medicinam reperire alicui rei.Cicero 1.Verr.30,Profectò nulla vnquam medicina his tot incommodis reperietur.

Negotium repperi in hac re.Plaut.Rud.11.15,
In proferunda repperi negotium:
Siquidem mihi vltro his aggerunda etiam est aqua. Idem Merc.15.38,Nimium negotii repperi,enimuero hæreo.

Aliquid noui reperire.Cic.4.Acad.32,Posteaquam Archesilas Zenoni,vt putatur obtrectans,nihil noui reperienti,sed emendanti superiores immutationes verborum,&c.

Occasionem reperire.Plaut.Pseud.17.9,
-occasionem repperisti verbero,
Vbi perconteris me insidis hostilibus. Cæsar 3.bel.Gall.314, Sicut semper depoposcimus, animo sumus ad dimicandum parati,non facilè occasionem postea reperiemus.

Periclum suum reperire.Ouid.8.Metam.67.

Rationes bellãdi reperire. Cæsar 3.bel.Ciuil.199,In nouo genere belli nouæ ab vtrisque bellandi rationes reperiebantur.

Viam reperire.Cic.ad Atticum,lib.1.31.5,Quòd si in eam me partem incitarem, prôfectò iam aliquam reperirem resistendi viam. Idem 5.Verr.90,Mihimet inuenda ratio & via reperiẽda est,qua,&c. Virg.5.Æneid.161. -gemerẽtque repleti
Amnes,nec reperire viam,atque euoluere posset
In mare se Xanthus.

¶ Reperire parentes. Terent. And.4.6.11, Quid Glycerium? iam hic suos parentes repperit?

¶ Hoc non secus reperies.Plaut.Capt.11.94.

¶ Non reperiebã quẽadmodum posset iungi sententia duorũ tam diuersa censentium.Plin.epist.167.9. Cic.de Clar.Ora.5, Quibus armis quemadmodum vterentur,non reperiebant.

Quid ad hæc repérerit? soluam? inquis.Cic.ad Att.li.7.113.15.

Reperire quamobrem.Teren.Adelph.4.5.1,Ego in hac re nihil reperio,quamobrem lauder tantopere.

¶ Reperibitur,pe.co.In futuro aliquãdo dixit Plaut? in Fpi.3.49.

¶ Reperio eum venisse Tarentum. Cic.de Senectu.58, Quem Tarentum venisse L.Æmylio,Appio Claudio c o s s. reperio.

Non reperitur vllo vestigio. Cic. pro Cluentio, 81, Cluentii nummus nullius iudici datus vllo vestigio reperitur.

Reperitur de quodã.Plin.lib.10.cap.54.3,Scitum de quodam potore reperitur,Syracusis tandiu potare solitũ,donec cooperta terra fœtum ederent ova.

Reperiam multos,vel potius innumerabiles,nõ tam,&c.Cic. 2.de Finibus,50.

¶ Reperio. Ex re & pario componitur: vt repertum sit quasi repartum,& in lucem proditum.

¶ Reperirier.pro Reperiri Lucret.lib.4.98,
Nam maiore fide debet reperirier illud,
Sponte sua veris quod possit vincere falsa.

Repertus,Participium:vt Labore reperta carmina.Lucret.li.3.86.

Diuina antiqua reperta.Lucret.lib.1.5.

Diuitiis repertis incumbere.Virg.6.Æneid.111.

Obscura reperta Gratorum.Lucret.lib.1.28.

Repertitius,Adiectiuum, Quod repertum est. Sallust.in Ciceronem,2,Repertitius,accitus,& paulo,ante insitus huic vrbi ciuis.

Repertor,Verbale,Qui reperit.Plin.lib.28.cap.8.31, Est crocodilo cognatio quædam amnis eiusdem,geminique victus cum hippopotamo,repertore detrahendi sanguis. Ouid.3.Fast.153,
Melle pater fruitur,libóque infusa calenti
Iure repertori candida mella damus.

Doctrinarum repertores.Lucret.lib.3.111.

Legum repertores. Quintil. lib. 2. cap. 16. 6.

Opis medicæ repertor Phœbus. Ouid. 1. de Remedio, 16.

Mirandus repertor pœnæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 11.

Tormentorum repertor. Claud. 1. in Eutropium, 33.

Vitis repertor, Bacchus. Ouid. 2. Fast. 66.

Repertorium quid sit, declarat Vlpianus De administratione & periculo tutorum, L. Tutor, his verbis, Tutor qui repertorium non fecit, quod vulgò inuentarium appellatur, dolo fecisse videtur, nisi fortè aliqua necessaria & iustissima causa allegari possit cur id factum non sit.

Re'peto/répetis, pen. corr. repetíui vel repétii, repetítum, pen. prod. repétere, Propriè restituendum petere. Author ad Herennium, lib. 2, Id quod argentario obtuleris expensum, à socio eius rectè repetere possis. Terent. Eunuc. 4. 6. 11, Hâc tibi dono do, neqi repeto pro illa abs te quicquâ pretii. Plaut. Bacchid. 1. 7, -quàm mox nauigo
In Ephesum, vt aurú repetam ab Theotimo domum? Terét. Phorm. 4. 4. 14, -cæterùm
Quam argentum repetent, nostra causa scilicet
In neruum potius ibit. Cic. 7. Verr. 98, Repetere res suas. Et Liu. 1. ab Vrbe, 89.

Dare & repetere. Cic. 1. Tusc. 148, At ea quidẽ dedit vsurâ vitæ, tãquam pecuniæ nulla præstituta die. Quid est igitur quod querare, si repetit quum vult?

Beneficium repetere. Senec. de Benefic. lib. 3. cap. 15, Qui dat beneficia, deos imitatur: qui repetit, fœneratores.

Bona sua repetere ac persequi lite atq; iudicio. Cic. 5. Verr. 26.

Fructum repetere, Dictum de rebus ad animũ pertinentibus. Cicero pro Archia, 1, Earum rerũ omnium vel in primis hic A. Licinius fructum à me repetere propè suo iure debet. Hoc dixit Cicero post commemoratum ingenium suum, & dicendi exercitationẽ, & optimas artes. Est autẽ metaphora à villico, à quo dominus villæ rationem fructuum solet exigere.

Officii præmium & fructum repetere. Cicero Antequam iret in exilium, 1.

Gratiã pro beneficio repetere. Liu. 1. ab Vrbe, 107, His muliebribus instinctus furiis Tarquinius, circumire & prehẽsare minorum maximè gentium patres, admonere paterni beneficii, ac pro eo gratiam repetere.

In seruitutẽ vrbes repetere. Liu. 4. bel. Maced. 113, Si sibi Antiochus pulchrum esse censet, quas vrbes proauus belli iure habuerit auus patérque nunquam vsurpauerint, pro suis eas repetere in seruitutem.

Ius repetere. Liu. 7. bel. Pun. 44, Vetustũ ius sacerdotii repetebat. Cic. 1. Verr. 9, Ecquid authoritatis apud vos in suo iure repetundo socii Populi Rom. supplices vestri habere debeant.

Pœnas ab aliquo repetere. Cic. 7. Verr. 118, Etenim verebatur ne Populus Rom. ab isto eas pœnas vi repetisse videretur, quas veritus esset, ne istis legibus & vestro iudicio nõ esset persoluturus. Idẽ in Oratione Antè quàm iret in exiliũ, 11, Etenim si à me, vt isti existimant, Lentuli mortui sordes, si Catilinæ notissimus furor, si amentia Cethegi, si luxuries ac stupra Cassii pœnas repetunt. Et pro Rosc. Amerino, 40.

¶ Repetere, Reuocare. Plaut. Trucul. 17. 69, Bene agis mecum, filium istinc tute melius est repetere. Terent. And. 1. 5. 14, -hem Repudiatus repetor.

¶ Repetere, Sæpius petere. Cic. Cæsari repetenti negare non potui. Idem pro Plancio, 81, Quid me aspectas: quid mea promissa repetis: quid meam fidem imploras?

¶ Repetere, Iterare. Colum. lib. 4. cap. 28. 1, Postea licet eãdem pãpinationem repetere. Liu. 5. ab Vrbe, 134, Quum perequitaret aciem promissa repetens, tantum iniecit ardoris, vt non vltra sustinuerint impetum Æqui.

Audita repetens. Ouid. epist. 19. 38.

Sermonem de re aliqua repetere. Plin. lib. 33. cap. 1. 10, Illud quoque obiter indicari conuenit, quoniam de annulis sermonem repetimus.

Somnum repetere. Cic. Attico, lib. 13. epo. 1, Deinde somno repetito simul cum sole experrectus sum.

Verba repetere. Ouid. epist. 19. 1.

¶ Repetere reum. Paulus Iureconsul. Quòd si libelli inscriptione legitimè ordinati non fuerint: rei nomen aboletur: & ex integro repetendi reum potestas fiet.

¶ Repetere, Reuerti: vt Repetere castra. Liuius 1. bel Maced. 76, Omissa præda quæ in manibus erat, castra repetiuere. Idẽ 6. ab Vrbe, 92, Terga passim dabat, atque effuso cursu castra repetebat. Ibidem, lib. 1. 61, Quippe vera fuga qui simulantes paulò antè secuti erant, oppidum repetebant.

Domum repetere. Ouid. 5. Metam. 41.

Tauri repetunt præsepia. Virg. eclog. 7. 8.

Vrbem repetere. Virg. 1. Æneid. 150.

Iter repetere. Ouid. 3. de Arte, 149.

Repetere in Africã. Liuius 5. bel. Pun. 158, Missíque nũtiis Heracleã, qui onerarias naues retro in Africam repetere iuberent.

¶ Repetere solita ministeria, Redire ad cõsuetum opus. Plin. epist. 100. 6, Mox redditis viribus priorem lasciuiam & solita ministeria repetisse.

Opus propositum repetere. Ouid. 3. Metam. 31.

Relicta repetere, Redire ad intermissa negotia. Horatius 1. epist. 7. 10.

Studia repetere. Cic. de Fam. 7, Sed ita me audies, &c. vt longo interuallo hæc studia repetentem. Idem in Verrem, Comitis factis eadem illa vetera consilia pecunia maiore repetuntur. Id est, renouantur. Budæus.

¶ Repetere, Petere. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 8,
Nec vagus ignotis repetens compendia terris
Presserat extrema nauita merce ratem.

¶ Repetere, Est retrorsum petere: vt quũ Altè repetitã oratiõnem dicimus. Cic. 3. de Oratore, 51, Quorsum igitur hæc spectat, inquit, tam longa, & tã altè repetita oratio? Altè repetita, pro A principiis rerum exorsa dixit: quod ipsum interdũ vitiosum est. Ibidem, Repetam, & non ab incunabulis nostræ veteris puerilisque doctrinæ quendam ordinem præceptorum. Budæus.

Repetita longius interrogatio, apud Quintilianũ, lib. 5, At in eo (inquit) qui verũ inuitus dicturus est, prima fœlicitas interrogantis est, extorquere quod is noluerit. Hoc autem nõ aliter fieri potest, quàm longius interrogatione repetita. Respondebit enim quæ nocere causæ non arbitrabitur. Item patronus quoque altius & vnde nihil suspecti sit, repetita percunctatione priora sequẽtibus applicando, eò sæpe perduxit homines, vt inuitis quod profit, extorqueat. Vulgo dicimus, Lógissimè rẽ quærere, vel longissime vestigare. Hæc Budæus.

Altius repetere. Cic. pro Cluẽtio, 51, Repetam paulo altius Iudices, & omnia quæ in diuturna obscuritate latuerunt, sic aperiam, vt ea cernere oculis videamini.

Altius omnis rei repetenda ratio est. Quintil. lib. 6. cap. 2. 2.

Altè & à capite repetere. Cic. 1. de Legibus, 16, Altè verò, & vt oportet, à capite frater repetis quod quærimus.

Ab origine prima repetés expediã omnẽ famã. Vir. 4. Geo. 58.

Ab vltimis, vel Ab vltima ãtiquitate repetere. Cic. 1. de Diuin. 3, Principio Assyrii, vt ab vltimis authoritatẽ repetã. Idem 1. de Finib. 100, Quod quàm magnum sit, fictæ veterum fabulæ declarant: in quibus tam multis támque variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria reperiuntur.

Ab vltimo aliquid repetere, Id est ab initio. Author ad Herẽnium, lib. 1. 14.

Ex literarum monumentis res repetere. Cic. 1. de Inuent. 1, Quum autem res ab nostra memoria propter vetustatẽ remotas, ex literarum monumentis repetere instituo, &c.

Repetere longè principia. Cic. 1. de Legib. 41, Dii immortales quàm tu longè iuris principia repetis!

Altius ordiri, & memoriam repetere. Cic. 6. Verr. 94, De quo si paulo altius ordiar, ac repetere memoriam religionis videbor, ignoscite.

Memoriam alicuius temporis repetere. Cic. pro Deiotaro, 13.

Res repetere supra annos duos. Liuius 1. ab Vrbe, in Præfat. 3, Res est præterea & immensi operis, vt quæ supra septingentesimum annum repetatur.

Repetita cõsuetudo & institutũ dicitur, hoc est Longo interuallo relata, id est, vt clarius dicam, A lõgissimis retrorsum tẽporibus petita. Cic. 1. Verr. 37, Neque enim magis animos hominum nocentium res vnquam vlla commouit, quàm hæc maiorum consuetudo longo interuallo repetita atque relata. Hæc Budæus. Suetonius de Claris Rhet. 1, Cn. Pompeium quidam historici tradiderunt, sub ipsum ciuile bellum, quo facilius C. Curioni promptissimo iuueni causam Cæsaris defendenti contraderet, repetisse declamandi consuetudinem.

¶ Repetita die, Locutio à Iurisconsultis vsurpata pro eo quod *cautidatam* appellant. Vlpianus De fide instrumentorũ, Repetita quidẽ die cautionem interponi non debuisse. Id est, die retrorsus ementita. Vbi dies pro tempore intelligi debet, quũ fœminino genere sit positũ, vt in illa locutione, Annua, bima, trima die. Idem Ad exhibendum, L. Iulianus, §. Quantum, Proinde si post litem contestatam vsucaptum exhibeat, non videtur exhibuisse: quũ petitor intentionẽ litis perdiderit. Et ideo absolui eum oportere, nisi paratus sit repetita die intentionẽ suscipere: ita vt fructus secundum legem æstimentur. Idem De dãno infecto, Videamus si cautio ei offeratur postquã missus est in possessionẽ, an prius decedere debeat, quàm si ei caueatur, etiam de eo damno quod ei contigerit postea quã missus est in possessionem: quod quidem magis probatur: repetita igitur die caueãdum erit. Id est referenda retrorsus cautio & in præteritũ.

huic opponitur Prolata die, In titulo De edendo. Ex Budæo.

¶ Repetere, pro Recordari. Sueton. de Claris Grammatic. 4.6, Me quidem adolescentulo, repeto quendam Principem nomine alternis dieb⁹ declamare, alternis disputare. Subauditur memoriâ. Plin. epist. 5. lib. 3, Repeto me correptum ab eo cur ambularem. Liu. 6. bel. Pun. 66, Age contrà, quæ illi infestè in nos fecerint repetite.

Repetere memoriâ. Cic. ad Titium, lib. 5. 16. 4, Euentis aliorum memoria repetêdis nihil accidisse noui nobis cogitemus. Idẽ 1. de Oratore, 1, Cogitanti mihi sæpenumero, & memoria veteres repetenti, perbeau fuisse Quinte frater, illi videri solent, qui, &c. Colum. lib. 1. cap. 1. 19, Syderum casus & occasus memoria repetat, ne imbribus ventisque imminentibus opera inchoet, laborémque frustretur.

Inde vsque repetens. Cic. pro Archia, 1, Nam quoad longissimè potest mens mea respicere spatium præteriti temporis, & pueritiæ memoriam recordari vltimam, inde vsque repetens hunc video, &c.

Repetere vsque à. Cic. 1. de Oratore, 45, Tum etiam exemplorum copia nitebatur: nam primùm quasi dedita opera, neminem scriptorem artis, ne mediocriter quidem disertum fuisse dicebat, quum repeteret vsque à Corace nescio quo, &c.

¶ Repetere, pro eo quod Galli *regreter* dicunt. Cic. 4. Acad. 16, Primùm mihi videmini, quum veteres physicos nominatis, facere idem quod seditiosi ciues solent quum aliquos ex antiquis claros viros proferùt, quos dicant fuisse populares, vt eorum ipsi similes esse videantur. Repetit iam P. Valerium, qui exactis regibus primo anno Consul fuit: commemorant reliquos, qui leges populares, &c. Repetunt & commemorant videtur eodem sensu dixisse.

Repetendus, Participium: vt Terra nunquam repetenda. Ouid. 12. Metam. 201.

Vulnera repetenda. Silius lib. 6. 64, Nec repetenda dabat lethali vulnera dextra.

Repetitus, penul. prod. Aliud participium. vt Repetita alte oratio. Cic. 3. de Oratore, 51.

Per arma repetit⁹. Ouid. epist. 15. 69, Tot prius abductis, ecquæ est repetita per armis?

Clades repetita. Claud. de bello Getico, 57.

Diuinatio est ab omni æternitate repetita. Cic. 1. de Diuin. 50.

Exordia repetita. Silius lib. 7. 28.

Loci ex intima quæstionum naturalium subtilitate repetiti. Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.

Repetita memoria. Cic. in Parad. 34, Esset iuris & æquitatis (quæ vincula sunt ciuitatis) repetita memoria.

Repetita possessio per interdictum. Cic. pro Cecinna, 7.

Repetito somno. Cic. ad Atticum, lib. 13. 190. 1, Deinde quum somno repetito simul cũ sole experrectus essem, datur mihi epistola à sororis tuæ filio.

Semiremoqi nonat repetitũ stipite vulnus. Ouid. 12. Meta. 58.

Repetitor, pen. prod. Verbale: vt Ademptæ nuptæ repetitor. Ouid. epist. 8. 4.

Repetitio, Aliud verbale, Ipse repetêdi act⁹. Ci. 3. de Orat. 114, Et eiusdẽ verbi crebra tũ à primo repetitio, tũ in extremũ cõuersio.

Repetitio apud rhetores quid. Author ad Herenn. lib. 4. 161, Repetitio est quum continenter ab vno atque eodem verbo in rebus similibus & diuersis principia sumuntur.

Repetundarum, repetundis, hos duos tantum casus habet. Repetundarum, vel de repetundis pecuniis à prouincialibus accusatur is, qui præses prouinciæ alienas pecunias aut vi, aut dolo expilauit. Vnde Marcellus Iureconsul. lib. 48. Digestorum, Lex Iulia repetundarũ pertinet ad eas pecunias quas quis in magistratu, potestate, curatione, legatione, vel alio officio, munere, ministerióve acceperit. Sed postea latè patuit, vt hoc nomine omnia quibus diuitiæ cõstant, cõtineantur, vt vasa pretiosa, vestes, frumentum, nauigia, vt etiã siquis populus alteri populo iniuriam fecerit, aut captiuorum, aut incendii, aut prædæ, qui iniuriã repeteret, diceretur agere repetundarũ rerum. Ergo quũ repetũtur quæ sunt ablata, tunc repetundarũ rerum agitur, vel de repetundis. Hæc ferè omnia ex Marcello, Ad legem Iuliã repetundarum. Plinius epistola 31. li. Assenserunt Consules delignati, omnes etiã Cõsulares vsque ad Pompeium Collegã illic & septuaginta millia, quæ acceperat Marius, ærario inferenda: & Martianum in quinquẽnium relegandũ: Mariũ repetũdarũ pœnæ, quam iam passus esset, censuit relinquendam. Cic. 1. Offic. 111, Nondum cẽtum & decem anni sunt, quũ de pecuniis repetũdis à L. Pisone lata est lex. Valla, Repetũdarũ, & de pecuniis repetundis, nõ habet alios casus: & dubitari potest participiũ mne sit, sine nomen, an gerũdium. Verres accusatus est repetundarum, vel de pecuniis repetundis. Quũ dico repetundarum, subintelligo pecuniarum: quo nomine pecuniæ & omnia quibus diuitiæ cõstant, contineri dicimus. Et paulo pòst, Mutatur autem e in u: repetendarum enim erat dicẽdum. Sed tertia cõiugatio præter cæteras hoc iuris habet, vt literã hanc immutare possit. Hoc autẽ siue participiũ, sine nomẽ, sine gerundiũ à tertia cõiugatione natũ, mutauit e in u, vel ob hoc laltè vt differret ab illo quod dicitur ad res repetendas. vt, Sunt missi legati ad res repetendas, quo significatur aut principi aut populo eripta esse vel pecorũ, vel hominũ, vel locorum, aut terrarum, aprorúmque corpora.

Crimina repetundarum. Tacit. lib. 4, Nec dubiè repetundarum criminibus hærebant.

Ferre legem de pecuniis repetundis. Cic. 6. Verr. 50.

Insimulari repetũdarum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 11, Aut qui repetundarum insimulabitur, nonne anteactam vitam, &c.

Postulare aliquem repetũdis. Tacit. lib. 4. Et Ancharius Priscus Cæsium Cordũ Proconsulem Cretæ postulauerat repetũdis.

Ab aliquo rationem repetere de pecuniis repetundis. Cic. pro Cluentio, 83.

Teneri lege pecuniarum repetundarũ. Cic. pro Cluent. 117.

Repetitius/Vide **Reptitius** in Repo.

Repigñero/repigneras, pen corr. repignerare, Pignus recipere soluto pretio. Vlpian. tit. Commodati, L. Nunc videndum, Non repigneras vt mihi reddas.

Replaudo, replaudis, replaudere. Replaudere frõtẽ, est, percutiẽdo frontẽ capillos retinere: quod assolet in luctu. Cæl. lib 7. ca. 13.

Repleo/reples, replẽs, repletum. penul. prod. replẽre, Implere. Plau. Pœn. 9. 88, Ibi te replebo vsque vnguentorũ è Zeugmatis.

Corpora replere tosta carne. Ouid. 11. Metam. 31.

Mors replerat delubra corporibus exanimis. Lucret. lib. 6. 156.

Dolia replere. Propert. lib. 2. eleg. 1. 14.

Exhaustas domos replere. Cic. de Prouinc. Cons. 3.

Fossa repletur humo. Ouid. 4. Fast. 166.

Lacte repletur fœmina quæ peperit. Lucret. lib. 5. 163.

Littora voce replet. Ouid. 1. Metam. 68.

Locum replere rumore. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 4. 4.

Gemitu nemora ac mõtes syluáq; replebat. Lucret. lib. 5. 199.

Gemitu tectum omne replebat. Virg. 2. Æneid. 136.

Fama replebat populos multiplici sermone. Virg. 4. Æneid. 38.

Replẽ⁹, pe. pro. Particip. vt Repleta sylua insula. Plin. li. 11. ca. 10. 1, Eruditione repletus. Sueton. in Augusto, cap. 89, Deinde etiã eruditione varia repletus, Speraret philosophi, Eliorúmque ex⁹ Dionysii & Nicanoris contubernium iniit.

Referto foro, repletisq; omnibus templis. Cic. pro L. Man. 30.

Terrore trepido repletus. Lucret. lib. 5. 9.

Cornu repletum pomis & flore. Ouid. 9. Metam. 18.

Pietate repletum genus. Lucret. lib. 1. 134.

Mare repletum ratibus euersis. Seneca Agamemn. 13. 11.

Vox repleta. Stat. 1. Thebaid. 115, -atque illi voce repleta
Intercepta natat prærupto in sanguine lingua.

Replico/replicas, penul. cor. replicare, Contrarium est sui simplicis Plico. Plautus, Replica tricam, atque extende.

¶ Replicari in rugas, pro Plicari. Plin. lib. 17. cap. 14. 8.

Replicare ad. Cato cap. 4. 2, Eos surculos facito sint lõgi binos pedes, eos in terram demittito, replicatóque ad vitis caput.

Replicata cervix. Plinius lib. 34. cap. 8. 30, Menæclum vitulus genu premitur, replicata cervice.

Replicatum intus. Plin. lib. 9. cap. 35. 1, Margine in mucronem emisso, intus replicato, foris effuso. De pectinibus & murice. Seneca de Benefic. lib. 1. cap. 4, Cuius acumen nimis tenue retunditur, & in se replicatur.

¶ Replicare, per translationem, pro Rursus explicare, dicere. Plin. Quum sæpius ille replicasset, tandem persuasit.

Replicare memoriam annalium vel temporũ. Cic. pro Sylla, 10, Si quæris qui sint Romæ regnum occupare conati, vt ne replices annalium memoriam, ex domesticis imaginibus inuenies. Id est euoluas annales. Idem 3. de Legib. 46, Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum, qualescunque summi ciuitatis viri fuerint, talem ciuitatem fuisse.

Replicans tẽpus, Explicans, proferens, ostendens, patefaciens, quod vulgus *deplicans* dicit. Cicero 1. de Diuin. 106, Non enim illa quæ futura sunt, subitò existunt: sed est quasi rudentis explicatio, sic traductio temporis nihil noui efficientis, & primum quicque replicantis.

¶ Replicare, pro Inuertere. Plin. lib. 8. cap. 17. 3. de angue mẽbranam exuente, Exuit autem à capite primum, nec celerius quàm vno die ac nocte, replicãs, vt extra fiat membranæ quod fuerat intus.

Replicus, Participium. vt Tunicæ replicæ. Stat. 4. Sylu. 9. 6.

Replicatio, replicatiõnis. Verbale. Cic. 1. de Natura deor. 48, Modò alium quendam præficit mundo, eique eas partes tribuit, vt re-

plicatione quadam mundi motum regat.

Est & replicatio verbū Iurisconsultis frequēs, ad eas alligationes pertinens quæ intentionem sustētant aduersum exceptionis iniquitatem. De qua tractatus est lib. 4. Instit. Iustiniani.

Replumbo/ replumbas, replumbare, Dissoluere. Iureconsul. ff. De auro & argento leg. Emblemata vasis & lapidibus inclusa replumbari posse significat.

Repo/ repis, repsi, reptum, répere, Propriè dicitur de animalib°, quæ pēdibus & ventre gradiuntur, vt sunt vermes: quamuis & ea quæ paruos pedes habent, repere dicantur, vt sunt lacertæ, & similia. Plaut. Amphit. 15. 17, Cū Veneris filia angues repsisse tellus Epirotica vidit.

Vulpecula per rimam repserat in cumeram. Horat. 1. epist. 7. 6.

In purpuris repere. Quintil. lib. 2. cap. 2. 6, Quid non adultus concupiscet, qui in purpuris repit? De pueris.

Per iter longum replere. Lucan. lib. 5. 92. Horat. 1. Serm. saty. 5. 5, Millia tum pransi tria repsimus.

¶ Repere etiam radices dicuntur. Colum. lib. 8, Spatium autem radicibus qua repant, lapides præbent.

Repit in altitudinem vinea. Columel. de Arboribus, cap. 16. 1, Terno verò ad vnam virgam redigito, paucisque gemmas relinquito, ne antequam inualuerit, in altitudinem repat.

Repēs, repētis, Participium: vt Repēs humi. Plin. lib. 16. cap. 34. 7.

Animantis reptus ius. Lucret. lib. 3. 79.

Sermones repentes. Horat. 1. epist. 1. 51.

Repens, pro Celeri & subito, Vide **Repens**/ paulo antè, alphabetico ordine.

Reptitius, Adiectiuum. Salust. in Ciceronem, 1, Vbi M. Tullius leges, iudicia Populi Romani defendit, atq; in hoc ordine ita moderatur, quasi vnus reliquus ex familia viri clarissimi Scipionis Africani, ac non reptitius, accitus, ac paulo antè insitus huic vrbi ciuis. Reptitius, Id est qui velut clanculū irrepsit in hāc vrbē nouus homo. Sūt qui legāt repetitius, quàm rectè, ipsi viderint.

Repto, reptas, reptare, Frequentatiuū, Sæpe, seu continuè repere.

Pecudes reptant in colli tondentes pabula. Lucret. lib. 2. 64.

Per vada reptabat pronus. Claud. 2. in Eutropium, 89.

Qualis maternis Helene iam digna palæstris
Inter Amyclæos reptabat candida fratres. Stat. 4. Sylu. 8. 6.

Solo nostro reptasti. Stat. 1. Sylu. 3. 55.

¶ Reptare, per translationē, dicimus eum qui segniter & quasi testudineo passu incedit, quales sunt qui in hortis aut vineis spatiantur. Horatius 1. epist. 4. 1, An tacitum syluas inter reptare salubres. Plin. epist. vltima, lib. 1, Scholasticis porrò dominis, vt hic est, sufficit abundè tantū soli, vt releuare caput, reficere oculos, reptare per limitem, vna semita terras, omnésque viticulas suas nosse, & numerare arbusculas possint.

Sine cruribus & pennis reptare. Plin. lib. 11. ca. 19. 1, Sbusequēti anno exitu Veris emittunt paruas, nigrantes, & sine cruribus pennisque reptantes.

Reptare, cum accusatiuo. Tacit. lib. 4, Et adhuc reptabat Africam Tacfarinas.

Reptant caput. Plaut. Merc. 28. 9, Iacent benevolentes odiosi, humum mordent, caput reptant, Fremunt, perstrepúntque.

Niue effosa reptans. Stat. 1. Achilleid. 96.

Reptātus, pen. prod. Participium.

Ager reptatus. Stat. 5. Thebaid. 117.

Reptātus, huius reptātus, pen. prod. Ipse reptandi actus. Plin. lib. 14. cap. 1. 4. Alix impropo reptatu atria media complentes.

Réptilis, & hoc réptile, pen. corr. Quicquid repit.

Repolio/ répolis, pen. corr. repolíui, repolítum, pen. prod. repolíre, Rursus polire. Colum. lib. 2. cap. 21. 5, Sin protinus vsui destinantur (nēpe fruméta) nihil attinet repoliri: satisque est in vmbra refrigerari, & ita granario inferri.

Repollescere/ pro Repullulescere, probāt quidam ex Columella lib. 4. cap. 24. 4, Plurimarum stirpium natura sic se commodat, vt circa cicatricem nouellis frondibus repollescant. Vbi legendum repullulescant.

Repono/, repónis, pen. prod. repósui, repósitum, pen. corr. reponere, Rursus ponere. Cic. 3. Verr. 103, Omnes illæ columnæ, quas de albatas videtis, machina apposita, nulla impensa deiectæ eisdémq; lapidib° repositæ sunt. Virg. 3. Æne. 47, -atrisq; reponim° Gnē. Id est, rursus adhibem° ignē, & sacrificem°. Liu. 1. ab Vrbe, 155, Rursus velut ministerio diuinitus missa, capiti aptè reponit. Quintil. lib. 6. cap. 4, Afer venustè Manlium Suram multum in agendo discursantem, silentem, manus iactantem, rogam deficientem & reponentem, non agere dixit, sed satagere. Cicero 4. Verr. 36, At verò præclarum diem reposuisti Verrea vt ageret.

Insigne regium quod ille de suo capite abiecerat, reposuit. Cic. pro Sestio, 49.

Grues in tergo prænolantium capita reponunt. Cic. 2. de Nat. deorum, 188.

In libris aliquem reponere pro alio. Cic. Attico, lib. 11. 136. 3.

Ligna largè reponere super foco. Horat. 1. Carm. ode 9. 1.

Pocula reponere. Virg. 4. Georg. 76, Pars epulis onerant mensas, & plena reponunt Pocula.

Vina reponite mensis. Virg. 7. Æneid. 17.

¶ Reponere, Aggerare. Virg. 3. Georg. 106,

-atqui non Massica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repostæ. Id est abundantes aut variæ, vt ait Seruius.

¶ Reponere, Recondere, collocare. Virg. 1. Æneid. 6,

-manet alta mente repostum
Iudicium Paridis, spretæque iniuria formæ.

Cōdere ac reponere fruct°. Cic. 2. de Nat. deor. 154, Neq; enim serēdi, neque colēdi, neque tempestiuè demetēdi percipiēdique fructus, neque condendi ac reponendi vlla peccandi scientia est.

Alimenta in hyemem reponere. Quintil. lib. 2. cap. 16. 9.

Tecto reponunt aceruum farris. Virg. 4. Æneid. 81.

Seorsum reponere. Colum. lib. 9. cap. 15. 11, Atque id secundæ notæ mel defluit, & ab diligentioribus seorsum reponitur.

Prouisa antè reponere. Virg. 1. Georg. 34.

Hyemi reponere aliquid, Reseruare in hyemē. Virg. 3. Geor. 81.

¶ Reponere omnia in aliquo. Liuius 8. ab Vrbe, 149, Seu ferox adolescens indignitate accēsus, quòd omnia in Dictatore viderentur reposita esse. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 14. 17, Intelligere debes in te repositam esse Remp. Id est, In te fixam, & ex te pēdēre, in te spem habere. Idem pro Rabirio perduel. reo, 14, Qui in salute Reip salutem suam repositam esse arbitrabātur.

Nec vera virtus quum semel excidit,
Curat reponi deteriorib°, Horat. 3. Carm. ode 5. 6. Id est restitui.

¶ Reponere, Reddere quod ablatum est. Cic. ad Atticū, lib. 13. 169. 3, Catullo & Lucullo alibi reponemus ita tamē si tu hoc probas. déque eo mihi rescribas velim. Budæus.

¶ Reponere alicui, pro Vicissim obiicere, quasi replicare, recriminari. Cic. ad Lentulū, lib. 1. 9. 70, Cur autem laudarim, peto à te vt id à me, néve in hoc reo, néve in aliis requiras, ne tibi idem reponam quum veneris: tametsi possum vel absenti. Id est, ne te vicissim rogem, ne tibi idem obiiciam. Budæus.

¶ Semper ego auditor tantum? nunquámne reponam? Iuue. Sat. 1. 1. Id est semper ero auditor, & núquam scribam, aut mea opera recitabo?

¶ Reponere, Renocare, reprimere, cohibere. Statius,

-quoues iam torta reponam
Fulmina, quàm rarus terris hic imperet ignis.

¶ Animas lætis sedibus reponere. Horat. 1. Carm. ode 10. 4.

Animū suū omniáq; sua in aliquē reponere. Valer. 5. Arg. 78,

Aut tu prima doce fandi tempúsque modúmque.
Nam mihi sollicito deus, ignaróque locorum
Te dedit: in te animos, atque omnia nostra repono.

Capillum reponere. Quintil. lib. 8. cap. 1, Quæ si toto corpore valet vngues polire, & capillum reponere non existimat ad curam suam pertinere.

Cervicem reponere, pro Reprimere, contrahere. Quintil. lib. 4. cap. 1, de narratione, Hic potissimum & vocem flectunt, & cervicem reponunt, & brachium in latus iactant, totóque & rerum & verborum & compositionis genere lasciuiunt.

Causam reponere in mansuetudine iudicum. Cic. pro Sylla, 69, Vestræ iam sunt partes Iudices: in vestra mansuetudine atque humanitate causam totam repono.

In causa eadem reponere aliquem. Cic. 10. Philipp. 180, Nam si quatuor exercitus de quibus dixi, propterea laudantur, quòd pro Populi Rom. libertate arma ceperunt, quid est cur M. Iruti exercitus non in eadem causa reponatur?

Cœnam reponere, Dare cœnam ei qui prior dederat. Martia. lib. 2. 37, Vilus si pudor est, repone cœnam. Vel potius, Repone cœnam, Id est refer quæ sustulisti è mensa. Dixerat enim,

Quicquid ponitur, hinc & inde verris,
Mammas suminis, imbricémque porci. Paulo pòst,
Hæc quum condita sunt madente mappa,
Traduntur puero domum ferenda:
Nos accumbimus otiosa turba. Deinde subdis,
Vilus si pudor est, repone cœnam:
Cras te Cæciliane non vocaui.

In coronamēta reponere, pro Inter herbas quib° coronæ fiūt. Plin. lib. 22. cap. 2. 3. In macro solo aut iuxta semitas colligitur Vere, & in coronamenta reponitur.

In deos reponere aliquem, pro Inter deos collocare. Cic. 1. de Nat. deor. 56, Quo quid absurdius, quàm aut res sordidas atque deformes deorū honore afficere: aut homines iā morte deletos

reponere in deos, quorum omnis cultus esset futurus inl uctus
Donata reponere. Horat. 1. epist. 7. 8.

¶ Fabulas & scripta sua reponere poetæ dicuntur, quũ secundò hæc in scena apponunt, id est quum rursus recitant. Solebat enim (vt Porphyrio meminit) qui ludis apud veteres præerant, scriptores quum primùm in scenam prodirent, benignè excipere: vt si fortè non rectè egissent, iterum ad scribendum audientium benignitate allicerentur: propterea inquit Horatius in Arte, 39, Fabula quæ posci vult & spectata reponi. Id est, primò & secundò in scena recitari. Ibidem, 25,

Aut famam sequere, aut sibi conuenientia finge
Scriptor. honoratum si forte reponis Achillem. Hoc est, si fabulam semel de Achille positam, rursus ponere in animo est, id est talem esse vt rursus poni possit.

Fiduciam suam reponere in aliquo. Plin. epist. 53. lib. 3, ad Minutianum, Nunquam sibi tantum caliginis, tantum perturbationis offusum, quàm quum ea præcepta & extorta defensioni suæ cemeret, in quibus omnẽ fiduciam reponebat. Sic epist. 9. lib. 3, Repono in iis fiduciam.

In gradũ reponi. Quintil. lib. 5. cap. 7. 8, Sic fit, vt aut constent sibi: aut si quid titubauerint, opportuna rursus eius, à quo producti sunt interrogatione velut in gradũ reponãtur. De testib⁹.

In gremio reponere aliquid. Liu. 6. bel. Punici, 79, Et Fului⁹ id ita esse ratus, acceptas literas neque resolutas quum in gremio reposuisset, præconi imperauit vt lictorem lege agere iuberet.
Lachrymas reponere. Stat. 5. Sylu. 5. 10.

Loco suo reponere omnia. Cic. 3. Verr. 104, Quid erat quod res cinderet, quam suo quẽque loco lapidem reponeret? Colum. lib. 11. cap. 3. 3, Et quando, & cui dedisset, & quum recepisset, vt quidque suo loco reponeret.

In locum alicuius reponi. Brutus ad Ciceronem, 16. 7, Scilicet vt illo prolubito, rogaremus alterum qui se in eius locum reponi pateretur.

In medium quæsita reponunt. Virg. 4. Georg. 31.
Membra reponunt stratis. Virg. 4. Æneid. 79.

Mentem reponere, Reddere animum. Valer. 7. Argon. 49,

Quære malis nostris requiem, mentémque repone:
Redde diem, &c.

In numero aliquem reponere. Cic. de Optimo genere Oratorũ, 149, Tamen hunc in numero non repono. Idem 5. Verr. 181, Qui tanta authoritate fuit, tantis rebus gestis, vt in illo antiquorum & clarissimorum hominum, de quibus antea dixi, numero reponatur, &c. Sic 1. de Oratore, 30, Reponere in numero eloquentium.

In numero deorum reponere. Cic. pro Sestio, 115, Quos equidem in deorum immortalium cœtu ac numero repono. Sic 2. de Nat. deorum, 78.

In numerũ fabularum reponere aliquid. Cic. 1. de Inuent. 56.

Nummos reponere, Reddere, restituere. Plaut. Persa, 2. 38,

-des mihi nummos sexcentos, quos
Pro capite illius pendam, quos continuò reponam tibi. Plin. epist. 155. b, Præterea quum reputarem quosdam ex debito aliquantum, quosdam aliquid, quosdam nihil reposuisse, nequaquam verum arbitrabar, quos non æquasset fides solutionis, hos benignitate remissionis æquari.

Odium reponere. Tacit. in vita Agricolæ, Optimum in præsentia statuit reponere odiũ, donec impetus famæ & fauor exercitus languesceret.

Mens reponit onus. Catull. ad Sirmionem, 19. 2.

In ordinem aliquorum reponere. Colum. lib. 9. capit. 1, Primo deinde crepusculo transferat, & reponat in ordinem reliquorum alueorum.

Remum reponere, Cessare à remigando. Plautus Asin. 10. 16,

Quin pol si reposui remum, sola ego in casteria
Vbi quiesco, omnis familiæ causa consistit tibi.

In sceptra reponere aliquẽ. Virg. 1. Æne. 51, Hic pietatis honos: sic nos in sceptra reponit?

Sensibus imis reponere. Virg. eclog. 3. 11.

In silentio reponere rectè facta alterius. Plin. epist. 8. c, Nam cum ipsi honestati, tum aliquanto magis gloriæ eius, prædicationique inuidemus: atque ea demũ rectè facta minus detorquemus & carpimus, quæ in obscuritate & silentio reponuntur.

Spem suam in aliquo reponere. Liu. 1. ab Vrbe, 115, Eò accedebat, vt in charitate ciuium nihil spei reponenti metu regnũ tutandum esset. Ibidem, libro 2. 163. Et Cic. 5. Philip. 194, Magnã spem in eius virtute, authoritate, fœlicitate reponere, otii, pacis, concordiæ, libertatis. Sic Cæsar 1. bel. Ciuil. 175.

Spem sui in seipso reponere. Cic. 5. Tusc. 51.

In optima spe repositus puer. Antonius Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib. 14. 310. 1, Et voles P. Claudium in optima spe puerum repositum, existimare, nõ te insectatum esse, quum potueris amicos paternos.

Spẽ vnicã senectutis in aliquo reponere. Quintil. in Proœm. libri 6. 3.

In suis aliquem reponere, pro Inter amicos. Antonius Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib. 10. 158. 3, Sic enim volo te tibi persuadere, mihi neminem esse charioré te, excepto Cæsare meo, méque illud vnà iudicare, Cæsarem maximè in suis M. Ciceronem reponere.

In thesauris reposita pecunia. Liu. 1. bel. Maced. 49, Pecuniáque ex bonis noxiorum in thesauris repositæ.

In vetustatẽ reponere aliquid. Colum. lib. 12. cap. 44. 7, Omne autem pomum quod in vetustatem reponitur, cũ pediculis suis legendum est. Hoc est vt diu seruetur.

In vicem alicuius rei aliud reponere. Columel. lib. 4. cap. 16. 2, Alia summouẽda, quæ vel cariosa, vel iusto leuiora sunt: eorúmque in vicem idonea reponenda.

Vitæ suæ partem in vita alterius reponere. Cicero ad Q. fratrem, libro 1. 3. 3, Sed testor omnes deos, me hac vna voce à morte esse reuocatum, quòd omnes in mea vita partem aliquam tuæ vitæ repositam esse dicebant.

Repósitus, pen. cor. Participium. vt Repositi & frigidi cibi, Quintiliano lib. 2, Necesse est iis, quum eadem pluribus iudicijs dicũt, fastidium vt moueant, vt repositi & frigidi cibi. Hoc est rursum appositi mensæ.

Tellure repositi, Sepulti. Virg. 6. Æneid. 131.

Epulæ repostæ. Virg. 3. Georg. 106, -atqui non Massica Bacchi
Munera, non illis epulæ nocuere repostæ.

Terras tentare repostas. Virg. 3. Æneid. 73, -& cuncti suaserũt numine diui Italiam petere, & terras tentare repostas. Id est longè positas. Seruius.

Repositorium, repositorij, Id quod super antiquorũ mẽsa reponebatur ad fercula collocãda, quæ subinde vna cũ ipso repositorio adferebãtur & auferebantur. vel dictum fortassis quòd super eo fercula & mensæ reponerentur. Plin. lib. 28. cap. 2. 15, Bibente cõuiua mensam vel repositorium tolli, inauspicatissimum iudicatur. Idem lib. 9. cap. 11, Testudinum putamina secare in lamnas, lectósq; & repositoria his vestire, Carbilius Pollio instituit.

Repono/reponis, reponere, Notæ significationis. Virgilius 1. Georg. 55, -aut atræ massam picis vrbe reportat.

Reportare dorso vel collo. Col. li. 7. ca. 1. 4, Qui pleraq; vtẽsilia & vehere in vrbẽ, & reportare dorso vel collo potest cõmodẽ.

Reportare humeris suis exulem Italia. Salust. in Catil.

Ad aures alicuius reportare aliquid, Nũtiare. Virg. 7. Æne. 34,

Quum procul e curru, longæui regis ad aures
Nuntius ingentes ignota in veste reportat Aduenisse viros.

Frigidissimè reportare. Quintil. lib. 6. cap. 1. 30, Tum ille alioqui vir facundus, inopinatæ rei casu obmutuit, & infantem suã frigidissimè reportauit.

Beneuolentiam reportare de prouincia. Cic. ad Atticũ, lib. 6. 111. 15, Si nihil aliud de hac prouincia, nisi illius beneuolentiam reportassem, mihi id satis esse. Vetus exẽplar legit deportassem.

Commodatum reportare. Cic. 6. Verr. 5, Vt illis benignis vsus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum.

Adytis hæc tristia dicta reportat. Virg. 2. Æneid. 25.

Exercitum reportare Britannia. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 18. Cæsar 5. bel. Gall. 84, Iis deductis quòd & captiuorum magnũ numerum habebat, & nõnullæ tempestate deperierant naues, duobus commeatibus exercitus reportare cõstituit. Sic Liuius 5. bel. Pun. 14. Et 8. bel. Maced. 185.

Gaudia mente reportare. Stat. lib. 1. Sylu. 3. 3.

Gloriam reportare ex Proconsulatu. Plin. epist. 51. 2, Ex Proconsulatu Asiæ gloriam reportauerat: maculam veteris industriæ laudabili otio ablouerat.

Laudem ex hostibus reportare. Cic. 3. de Legibus, 15, Nihil enim præter laudem bonis atque innocentibus, neque ex hostibus, neque à sociis reportandum.

Mandata reportare. Propert. lib. 3. eleg. 6. 8.

Pedem reportat ex hoste. Virg. 11. Æneid. 153.

Prædas ac manubias reportare ad Decemuiros. Cic. pro Lege agraria, 64, Nam si est æquum prædas ac manubias suas imperatores, non in monimenta deorum immortalium, neque in vrbis ornamenta conferre, sed ad Decemuiros tanquam ad dominos reportare, nihil appetit sibi præcipuè Pompeius, nihil.

Victoriã reportare ab aliquo rege. Cic. pro Lege Manilia, 4, Etenim adhuc ita vestri cum illo rege contenderunt imperatores, vt ab illo insignia victoriæ, non victoriam reportarent.

Equis & curru reportatus. Cic. Post reditum in Senatu, 15.

Reposco/reposcis, reposcere, reposci, repostũ. pe. cor. repóscere, Ab aliquo petere quod nobis debet, vel quod à nobis accepit. Plaut.

Aulul.30.33,
Aulam auri,inquam,te repoſco,quam tu confeſſus mihi
Te abſtuliſſe. Virgil.7.Æneid.112,-Parthóſq; repoſcere ſigna.
Terent.Adelphis,1.1.52, -nam ambos curare,propemodum
Repoſcere illum eſt,quem dediſti. Plaut.Menæh.15.16,
-dediſti eam dono mihi:
Eandem nunc repoſcis.

Repoſcere,duobus accuſatiuis iungitur,vt in exemplis præcedentibus,& apud Plautum rurſus in Curcul.13.16,Quam virginem me repoſcis? Cic.6.Verr.100,Seſe à ſuis ciuibus hæc habere mandata,vt ad Verrem adirent,& eum ſimulacrum Cereris & Victoriæ repoſcerent.

Repoſcere aliquid ab.Plaut.Trucul.17.72, At ego abhac puerum repoſcam,ne mox inficias eat. Cic.Poſt reditum in Senatu,8, Quorũ alter à me Catilinam amatorem ſuum multis audientibus,alter Cethegum conſobrinum repoſcebat.

Datum auxilium repoſcere. Liu.3.ab Vrbe,98, Adeò & recens erat Tuſculanorum meritum, & ſimilitudo ipſa periculi repoſcere datum auxilium videbatur.

Fœdus repoſcite flammis.Virg.11.Æneid.115.

Clamore magno fratrem repoſcit.Silius lib.17.93.

Pacta repoſcere.Stat.11.Thebaid.114.

Pœnas repoſcere.Virg.6.Æneid.106, -dii talia Graiis
Inſtaurate,pio ſi pœnas ore repoſco.

Pœnas repoſcere ab aliquo.Catull.ad Licinium,47.4.

Promiſſa ſua repoſci videt.Virg.12.Æneid.1.

Rationem repoſcere.Cæſar 5.bel.Gall.116,Illi ſapiẽt:& ſi grauius quid acciderit,abs te rationem repoſcent.

Rationem vitæ repoſcere ab altero.Cic.5.Verr.2,Legem enim ſibiipſi indicunt innocentiæ,continentiæ,virtutúmque omniũ, qui ab altero rationem vitæ repoſcunt. Ibidem,1.15, Nihil eſt enim quod minus ferendum ſit,quàm rationem ab altero vitæ repoſcere eum,qui non poſſit ſuæ reddere.

Vos rationem repoſcitis quid Achæi Lacedæmoniis bello victis fecerimus?Liu.9.bel.Maced.155.

Vicem repoſcere.Mart.lib.8.35, Captet forſitan,aut vicem repoſcat.

¶ Repoſco,pro Poſco.Lucret.lib.6.185,Quo magis attẽtas aures,animúmque repoſco.

Ad pœnas repoſcere aliquem.Virg.1.Æneid.28.

Aliquem ad ſuppliciũ repoſcere. Virgil.8.Æneid.100,Regem ad ſupplicium præſenti Marte repoſcunt.

Propenſiores ad benemerendum, quàm ad repoſcendum.Cicero de Amicitia,31.

Repoſitorium/Vide **Repono**.

Repotia/repotiorum, plur.num.dicta ſunt quòd poſtridie nuptiarum apud nouum maritũ fiunt,nẽpe cœna & cõpotationes, quia quaſi reficitur potatio.Hoc Feſtus. Horat.2.Ser.ſat.2.11,
Cuius odorem olei nequeas perferre,licebit
Ille repotia,natales,aliaſve dierum
Feſtos albatus celebret. Vbi Porphyrio, Repotia dicebatur dies poſt nuptias. Acrõ verõ,Repotia,inquit, dicuntur ſeptimus dies quo noua ſolet nupta redire ad parẽtes ſuos. Hic pro feſtis dieb⁹. Gellius lib.1.ca.24, Nuptiis autẽ & repotiis ita millies eſſe.

Repræſento/repræſentas,repræſentare, Velut præſens aliquid oſtendere vel offerre oculis. Plinius epiſtol. 139.c, Aſtruitur his, quũ Senatui, Populóque Romano liberalitatis gratior repræſentari nulla materia poſſet,quàm ſi abſtinentiſſimi fideliſſimique cuſtodis principalium opum facultates adiuuare cõtigiſſet. Idem epiſt. 105, Altera epiſtola nuntiãs, multa te nunc dictare, nunc ſcribere,quibus nos tibi repræſentes.

Repræſentare ab aliquo,Vide **A** vel **Ab** præpoſitiones.

Repræſentare aliquid animo, In memoriam reuocare.Curtius lib.3,Domitæque nuper Bœotiæ, & vrbis in ea nobiliſſimæ ad ſolum dirutæ ſpecies repræſentabatur animis.

Faciem veri maris repræſentare. Columel.lib.8.ca.17,Nõ erit alienum per ſtagni ſpatia diſponere,& quantum cõminiſci valet hominis ingenium,repræſentare faciem veri maris,vt clauſi quàm minimè cuſtodiam ſentiant. Hoc eſt,facere vt ſtagnum quamproximè accedat ad ſimilitudinem maris.

Imaginem ſceleris repræſentare, Hoc eſt Tanquam præſens oſtendere.Quintil.lib.6.cap.1.25,Veſtis tamen illa ſanguine madens,ita repræſentauit imaginẽ ſceleris,vt non occiſus eſſe Cæſar,ſed tum maximè occidi videretur.

Iram deorum repræſentare.Liuius 8.ab Vrbe,14,Nam & vera eſſe,& aptè ad repræſentandam iram deũm ficta, poſſunt.Id eſt ad oſtendendam.

Libertatem ciuitatis morte ſua repræſentare.Cic.2.Philip.112, Quinetiã corpus libẽter obtulerim, ſi repræſentari morte mea libertas ciuitatis poteſt.Id eſt dari nunc,& ſtatim.

Memoriam repræſentare. Cic.pro Seſtio, Erat eodem tempore Senatus in ædeConcordiæ,quod ipſum templum repræſentabat memoriam Conſulatus mei.

Se repræſentare. Colum.lib.1.ca.8.7,Nulla eſt autẽ maior vel nequiſſimi hominis cuſtodia,quàm operis exactio,vt iuſta reddãtur,vt villicus ſemper ſe repræſentet. Idem lib.11. cap.1.13, Itaq; nõ ægrè conſequetur, ſi ſemper ſe repræſentauerit. Id eſt præſentem ſe oſtenderit,inquit Budæus,neque diſceſſerit.

Spectaculũ repræſentare,pro Rurſus exhibere.Sueton.in Caligula,cap.58, Ac niſi princeps gregis algere ſe diceret,redire ac repræſentare ſpectaculum voluit.

Torméta repræſentare.Suet.in Claudio Cæſare,cap.34,Tormenta quæſtionum, pœnáſque parricidarum repræſentabat, exigebátque corám.

Virtutem & mores alicuius repræſentare. Horat.1. epiſt.10.3.

¶ Repræſentare, pro Accelerare,Properè ædere. Cic.ad Atticũ,lib.16.331.4, Mihi quidẽ videtur iſtorũ animi incendi etiam ad repræſentandã improbitatẽ ſuam. Curtius lib.9, Cœperat eſſe præceps ad repræſentanda ſupplicia,idem ad deteriora credẽda. Idẽ Repræſentare conſiliũ dixit pro Ante tẽpus exequi, libro 5,Feſtinaſſe ergo ſe,dũ præmium haberet in manibus:repræſentaſſe cõſilium. Sic apud Quintilianum libro 10.cap.7, Innumerabiles incidunt ſubitæ neceſſitates,vel apud magiſtratus,vel repræſentatis iudiciis continuò agendi.Budæus.

¶ Repræſentare pretiũ rei emptæ,eſt Præſenti pecunia ſolue re,non autem ante diem ſoluere.Cic.ad Atticũ,lib.11.244.5,Reliquæ pecuniæ vel vſuram Silio pendemus, dum à Faberio,vel ab aliquo qui Faberio debet, repræſentabimus. Hæc Budæus. Sueton.in Auguſto cap.vltimo,Legauit Populo Rom.quadringenties,tribubus tricies quinquies ſeſtertiũ:Prætorianis militibus ſingula millia nũmorum: cohortibus vrbanis quingenos, legionariis tricenos nũmos:quam ſummã repræſentari iuſſit.

Diem promiſſorum repræſentare,Id eſt præſtare promiſſum. Cic.ad Tironem, lib.16.14.4, Conſerua te mihi: dies promiſſorum adeſt,quem etiam repræſentabo,ſi aduenerit.

Legata repræſentare. Suet. in Caligula,cap.16,Legata ex teſtamento Tiberii,quanquã abolito,ſed & Liuiæ Auguſtæ,quod Tiberius ſuppreſſerat, cum fide ac ſine calumnia repræſentata perſoluit.

Mercedem repræſentare. Sueton.in Claudio Cæſare,cap.18, Poſitis ante ſe cũ pecunia ſiſcis,ad ſubueniẽdũ hortatus eſt,repræſentãs pro opera dignã cuique mercedem. Hoc eſt exhibẽs.

Repræſentatio,Verbale, Ipſe repræſentandi actus. Plin.lib.9.ca.6.1, Hoc ſcire orcas, infeſtam his beluam, & cuius imago nulla repræſentatione exprimi poſſit alia,quàm carnis immẽſæ dẽtibus truculentæ.

Repræſentatio,pro Ipſa pecuniarum ſolutione.Cic.ad Atticum,lib.11.142.4,Si enim Faberianum vẽderem, explicare vel repræſentatione non dubitarem. Idem ad Tironẽ,lib.16.24.3, De attributione conficies:de repræſentatione videbis.

Concludere repræſentatione.Cic.Attico,lib.13.234.4,Nomẽ Dolabellæ iam expeditum videtur, vt etiam repræſentatione concludam.

Reprehendo/reprehendis,reprehendi,reprehẽſum,reprehẽdere,vel per ſyncopam reprendere,Retrahere,quaſi retro prehendere,& corripere. Plau.Pſeud.5.10,Reprehende hominem, adſequere. Idem Trinum.9.11, celeri gradu
Eunt vterque:ille reprehendit hunc priore pallio. Propertius li.3.eleg.19.2,Quàm poſſit noſtros quiſquã reprehẽdere curſus.

Pergrauiter reprehendere,Vide **Pergrauiter**.

Reprehendere manu.Liuius,Adeò turbari erant dextræ alæ equites peditéſque,vt quoſdam Conſul Cato manu ipſe reprehenderit,verteritque in hoſtem. Cic.4.Academ.151,Reuocat virtus,vel potius reprehendit manu,pecudum illos motus eſſe dicit,hominem iungit Deo.

Reprehendi fugitiui dicuntur,Id eſt retrahi è fuga. Curtius lib.4,Reprehenſóſque ex fuga Perſas,pugnaturos,quia fugere non poſſent. Sueton. in Caligula,cap.45, Obſides quoſdam abductos è literario ludo,clámque præmiſſos, deſerto repentè conſulto cum equitatu inſequutus, veluti profugos, ac reprehenſos,in catenis reduxit. Budæus.

Verba elapſa reprendere.Ouid.epiſt.11.11.

¶ Reprehendere,Arguere,increpare.Terent.Adelph.4.4.14, Senſi illicoid illas ſuſpicari, ſed me reprehendi tamen,
Nequid de fratre garrulæ illi dicerem, ac fieret palám. Cic.4. Acad.117, Nam ſi minimis rebus pertinacia reprehenditur, calumnia etiã coercetur. Ibidem,185, Licet enim hæc quiuis arbitratu ſuo reprehẽdat,quòd negemus rem,&c. Idem ad Brutum, 10.1, Nihil vt in Cæſare reprehenderes, nonnulla in Hircio. Lucret.lib.4.99, -an poterunt oculos aures reprendere?

Et paulo pòſt, Nec porrò poterunt ipſi reprendere ſeſe.

Reprehendere & exagitare aliquem. Cic. in Orat. 14.

Diſceſſum alicuius reprehendere & ſubaccuſare. Cicero pro Plancio, 69.

Iuſtius reprehendi. Horat. 2. Serm. ſaty. 4. 18.

Studia aliena reprehendere. Horat. 1. epiſt. 19. 8.

Factum alicuius reprehendere. Ouid. epiſt. 19. 10.

In aliquo vitio reprehendi. Cic. In Paniſt. 71.

Reprehenſio, Verbale. Cic. 1. de Finib. 41, Quamobrem differentium inter ſe reprehenſiones non ſunt vituperãdæ. Sic 5. Ver. 189. Et ad Thermum, l. bro 2. 17. 6, Præſertim quum ſine cuiuſquã reprehẽſione Quæſtoris legatis, Quæſtorẽ poſſis anteferre.

Leuis reprehenſio, Vide Leuis.

Non indigna laude reprehenſio. Quintil. l. b. 3. cap. 11. 15.

A reprehenſione abeſſe, Vide Abeſſe. Plancus Ciceroni, lib. 10. 23. 1.

Capere reprehenſionem. Quintilianus lib. 5. cap. 7. 1, Si reprehenſionem non capit ipſa perſona, infamare ſignatores licet. De teſtibus.

Fugere reprehenſionem. Cic. Attico, lib. 12. 19 4 2.

Incurrere in varias reprehenſiones, Vide Incurro. Cic. 1. de Finibus, 1.

Vereri reprehẽſionẽ doctorũ atque prudẽtium. Ci. in Orat. 1.

Reprehenſor, reprehenſõris, Aliud verbale. Cic. 2. de Nat. deorum, 30, Nam vt profluens amnis, aut vix, aut nullo modo, concluſa autem aqua facilè corrumpitur: ſic orationis flumine reprehenſoris vitia diluuntur.

Delicti reprehenſor. Ouid. epiſt. 16. 44.

Reprehenſor, pro Emendatore & correctore. Cic. pro Plancio, 5, Nam ſi ita eſſet, quod patres apud maiores noſtros tenere non potuerunt, vt reprehenſores eſſent comitiorum, id haberẽt Iudices, vel quod multo etiam minus eſt ferendum, &c. Idem de Opt. gen. Orat. 150, Duo genera reprehenſorum.

Reprehenſo, reprehẽſas, reprehenſare, Frequentatiuum. Liu. 2. ab Vrbe, 43, Reprehẽſans ſingulos, obſiſtẽs, obteſtánſq; deũm & hominũ fidem, teſtabatur, nequicquã deſerto præſidio eos fugere.

Reprimo/réprimis, pen corr. repreſſi, repreſſum, reprimere, Cõtinere, cohibere. Plaut. Caſina, 11. 16, -tace,

Ita me di bene ament, vt ego vix reprimo
Labra ob iſtanc rem, quin te deoſculer voluptas mea. Idẽ Milite, 6. 15, -paratum eſt dupliciter, ni reprimas tuum
Stultiloquiũ. Ibidem, 10. 58, Vix reprimor quin te manere iubeam. Terent. Adelph. 5. 3. 8,
Tandem reprime iracundiam, atque ad te redi.

D. Repreſſi, rediit mitto maledicta omnia. Cic. 1. de Legib. 71, Reprimã iam me, nec inſequar longius, eóque minus, quo plus pœnarum habeo quàm petiui.

Coercere & reprimere. Cic. 1. de Finib. 4, Difficilem quandam temperantiam poſtulant in eo, quod ſemel iam miſſum coerceri, reprimique non poteſt.

Hæc Reip. peſtis pauliſper reprimi, non in perpetuum cõprimi poteſt. Cic. 1. in Catil. 11.

Bella naſcentia repreſſit. Claud. de bello Getico, 81.

Conatus hominum reprimere. Cic. 4. Verr. 45.

Conſuetudinem peccandi reprimere. Cic. 4. Verr. 37.

Curſum reprimere. Cæſar 3. bel. Ciuil. 36. Vſu periti, ac ſuperioribus pugnis exercitati, ſua ſponte curſum repreſſerunt, & ad medium ferè ſpatium conſtiterunt.

Dextram reprimere. Virg. 11. Æneid. 188, -ſtetit acer in armis
Æneas volueus oculos, dextrámque repreſſit.

Enſem reprimere. Stat. 11. Thebaid. 62, -ſic iurgia paulum
Diſtulit, atque enſem, quem iam dabat ira, repreſſit.

Famam, ſiue ſermones reprimere. Cicero 11. Philipp. 307, Hanc quæſo pro tua ſingulari ſapientia reprime famam, atque effice ne id quod non curas, cupere videare. Idem ad Appium, lib. 3. 8. 18, Hos ego ſermones, quòd & multi ſunt, & tuam exiſtimationem, vt ego ſentio, non offendunt, laceſſiui nunquam, ſed non valde repreſſi.

Ferocitatem alicuius reprimere. Cic. 2. Offic. 57.

Fletu reprimi nequid ſcribamus. Cic. ad Atticum, lib. 11. 23. 4.

Fluuium redundantem reprimere. Cic. 1. de Diuin. 104.

Furorem exultantem reprimere. Cic. pro Seſtio, 82.

Gemitum virtute reprimere. Ouid. 9 Metam. 33.

Impetum populi reprimere. Cic. 3. de Legib. 40.

Iram repreſſit pudore. Ouid. 1. Meta. 151. Terent. Adel. 5. 3. 8.

Itinera reprimere. Cic. ad Atticũ, lib. 10. 100. 1, Dubitauit noſtrum nemo quin Cæſar itinera repreſſiſſet.

Obiurgationem ſuſceptam reprimere. Cic. ad Atticum, lib. 4. 36. 7, Nunc reprimam ſuſceptam obiurgationem.

Repreſſit pedem retro. Virgil. 2. Æneid. 76.

Continere ſe & reprimere à. Cic. 7. Verr. 59, Fit in eo gemitus omnium & clamor, quũ tamen à præſenti ſupplicio tuo ſe continuit Populus Rom. & repreſſit, & ſalutis tuæ rationem iudicum ſeueritati reſeruauit.

Repreſſus, Participium. Cic. pro Lege Manil. 8, Tamen impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt ac retardatos.

Repreſſor, repreſſõris, Verbale. Cic. pro Seſtio, 117, Extinctorem domeſtici latrocinii, repreſſorẽ cædis quotidianæ, defenſorem templorum atque tectorum, &c.

Reprobo/réprobas, pen. corr. reprobare, Improbare, reiicere, Notæ ſignificationis. Cicero 4. Acad. 135, Qui quũ Zenonis fuiſſet auditor reprobauit ea quæ ille verbis, Nihil eſſe bonum, niſi virtutem. Legendum exiſtimo, Re probauit, diſiunctim.

Aſciſcere & Reprobare, contraria. Cic. 1. de Fin. 33, Confirmat autem illud vel maximè, quòd ipſa natura, vt ait ille, aſciſcat & reprobet, id eſt voluptatem & dolorem.

Repromitto/repromittis, repromiſi, pen. prod. repromiſſum, repromittere, Spondere ſtipulanti. Plaut. Aſin. 9. 48,
Verùm iſtuc argentum tamen mihi ſi vis denumerare,
Repromittam iſtoc nomine ſolutam rem futuram. Id eſt, ſtipulatione à te facta me obſtringam. Cic. de Claris Orat. 9, Non mehercule, inquit, tibi repromittere iſtuc quidẽ auſus ſim: nam nunc qui negat, video flagitatorem, non illũ quidem tibi moleſtum, ſed aſſiduum tamen & acrem fore. Plin. de Viris illuſt. 2. b, Illa petiit, quod illi in ſiniſtris manibus gerebant, videlicet annulos, armillas: quibus doloſè repromiſſis, Sabinos in arcem perduxit. Ibidem, 11, Senatum adiit, & veniam tranſfugiendi petiit, necẽ regis repromittens. Cic. Poſt reditum, ad Quirites, 19, In referẽda antẽ gratia hoc vobis repromitto, ſempérq; præſtabo: &c. Idẽ pro Q. Roſcio, 12, Repromittis tu abhinc triennũ Roſcio: quid recita iſtam reſtipulationem clarius. Budæus.

Repromittere differt à Satisdare, inquit Budæus, vt ex exemplo ſequenti Pauli Iureconſ. patet, De operis noui nuntiatione, L. Non ſolum, Si quum iure poſſem te prohibere, nunciauero tibi opus nouum, non aliàs ædificandi ius habebis, quàm ſi ſatisfecederis. Quòd ſi nuntiauero tibi nequid contra leges in loco publico facias, repromittere debebis: quoniam de eo opere, alieno iure contendo, non meo: & tanquam alieni iuris petitor, repromiſſione contentus eſſe debeo.

Repromittere, pro ſimplici Promittere. Sueton. in Claudio Cæſare, cap. 20, Fucinum aggreſſus eſt, non minus compendii ſpe, quàm gloriæ: quum quidam priuato ſumptu emiſſuros ſe repromitterent, ſi ſibi ſiccati agri concederentur. Idem in Othone, cap. 4.

Repromiſſio, repromiſſiõnis, Verbale, Ipſe repromittendi actus. Cicero pro Roſcio Comœdo, 31, Roſcius, qui ex iuris peritorum cõſilio & auctoritate reſtipularetur à Fannio diligẽter, vt quod is exegiſſet à Flauio, dimidiam partem ſibi diſſolueret, ſi quidem ſine cautione & repromiſſione, nihilominus id Fannius ſo cietati, hoc eſt Roſcio debebat.

Reptile/Repto/Vide Repo.

Repubeſco/repubeſcis, repubẽſcere, Rurſum pubeſcere, iuuenem fieri, *reiuuenẽſcere*, quod vulgò dicitur. Columella lib. 1. cap. 1. 4, Non ergo eſt exiguarum cauſarum frugum terræ vetuſtas, ſi modo quum ſemel inuaſit ſenectus, regreſſum nõ habeat: nec reuireſcere, nec repubeſcere poteſt.

Repudium/repudii, propriè dicitur recuſatio ea qua vir vxorẽ à ſe reiicit ob rẽ aliquã pudendã. Plin. lib. 7. ca. 36. 5, M. Lepidus Apuleiæ vxoris charitate poſt repudiũ obiit. Quintil. lib. 7. cap. 5, Simpliciores illæ quæſtiones iniuſti repudii. Caius De diuortiis, L. Diuortiũ, In repudiis, id eſt renũtiationib' cõprobata ſũt hæc verba, Res tuas tibi habeto. Itẽ hæc, Tuas res tibi agito.

Repudiũ Verrius ait dictũ quod ſit ob rem pudendã. Feſtus.

Repudium alicui remittere. Terent. Phorm. 5. 8. 35,
Quum ego veſtri honoris cauſa repudium alteri
Remiſerim, quæ tantundem dotis dabat. Dicitur & Mittere repudium. Vide pòſt in Repudio.

Repudium renuntiare, Idem. Plaut. Anlul. 32, Sᵛ
Is me nunc renuntiare repudium iuſſit tibi.

2. Repudium, rebus paratis, atque exornatis nuptiis/ Terent. Phorm. 4. 3. 71, Iam accipiet, illis repudium renuntiet.

Repudio, repudias, repudiare, Matrimoniũ dirimere, & quaſi ob rem pudendã aliquã vxorẽ repellere. Suet. in Cæſare, ca. 1, Neq; vt repudiaret illã cõpelli à Dictatore Sylla vllo modo potuit.

Repudiat etiam maritum vxor. Quintil. lib. 7. cap. 9, Sæpe ſecubanti amatorium dedit, repudiauit. Vlpianus De diuortiis, Iulianus lib. 8. Digeſtorum, quærit an furioſa repudium mittere, vel repudiari poſſit: & ſcribit furioſum repudiari poſſe.

¶ Repudiare, Nõ accipere, recuſare, reſpuere, aſpernari. Plau. Merc. 11. 30, Repudia iſtos comites. Terent. And. 4. 4. 12, Repu-

dio consilium quod primum intenderam. Idem Adel.5.4.4, Et quæ tibi putaris prima, in experiũdo repudies. Plaut. Rud. 2.0.45, Non sum hospes, repudio hospitium tuum. Terẽt.And. 1.5.15, -quot modis
Contemptus, spretus, facta, transacta omnia: hem
Repudiatus repetor. Cic.5.Verr.148, Sed ab iis quos repudias, exigis tantum pecuniæ, quantum, &c.

Repudiare & Recipere, contraria. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5.9.1, Nõ puto repudiabis in honore, quem in periculo recepisti.

Repudiare & Assumere, contraria. Cic. in Orat. 111.

Beneficium repudiare. Cic.2.de Finib. 12, Nam Metrodorum non putant ipsum professum: sed quum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse.

Conditionem repudiare æquissimam. Cic. pro Quintio, 16.

Gratiam alicuius repudiare. Cæsar 1.bel.Gall.162, Sibi quidem persuaderi, cognitis suis postulatis, atq; æquitate cõditionis perspecta, eũ neque suam, neque Pop. Rom. gratiã repudiaturum.

Iracundia omnibus in rebus repudianda est. Cic.1.Offic.116.

Repudiare cõmaciter morẽ patrium, Vide Contumax.

Obsecrationem alicuius repudiare & aspernari. Cic. pro Fonteio, 31, Cauete ne periculosum, superbumque sit, eius vos obsecrationem repudiare, cuius preces si dii aspernarentur, hæc salua esse non putent.

Hoc non repudio. Cic. ad Atticum, lib.2.34.8, Honestior hæc declinatio periculi, sed ego hoc non repudio.

Voluntatem alicuius repudiare. Cicero 3. Verr. 68, Eorum ego voluntatem omniũ repudiauì: non modò proditori, sed ne perfugæ quidem locus in meis castris cuiquam fuit.

Repudiata alicuius authoritas: Hoc est neglecta & violata. Cic. 3. Verr. 109.

Funditus repudiare aliquid. Cic. in Orat. 115.

Repudiatus, pro repulso in comitiis. Cic. pro Plancio, 40, Nũquam enim nobilitas, præsertim integra atque innocens, Populo Rom. supplex repudiata fuit.

Repudiatio, Verbale. Cic. pro Murena, 7, Sin autem inertiam fuga laboris & desidiam, repudiatio supplicum superbiam, amicorum neglectio improbitatem coarguit, &c. Idem ad Atticum, lib. 11.16.3, Sed mihi simulatio pro repudiatione fuerit.

Repudiõsus, pen. prod. Adiect. vt Repudiosæ nuptiæ. Plaut. Persa, 10.56, -necessitate me mala vt fiam facis:
Verum videto, me vbi voles nuptum dare,
Ne hæc fama faciat repudiosas nuptias. Id est, vt nemo velit me habere in vxorem propter hanc famam.

Repuerãsco/repuerascis, repuerãscere, Quasi in puerilẽ ætatẽ reuerti, & in contẽptum ferè semper sumitur. Plaut. Merc. 6.15, Senex quom extemplo est, iam nec sentit, nec sapit,
Aiũt solere eũ rursũ repuerascere. De senibus ferè sæpe dicitur, quum desipere vitio ætatis incipiũt. Cic. de Senect. 76, Et siquis deus largiatur vt ex hac ætate repuerascam, & in cunis vagiam, valde recusem. Vetus exemplar legit Repueriscam. Idem 1. de Oratore, 13, Quum is diceret socerum suum Lælium sæpe ferè cũ Scipione solitũ rusticari, eósque incredibiliter repuerascere esse solitos, quũ rus ex vrbe, tanquã ex vinculis euolauissent.

Repugno/repũgnas, repugnare, Resistere, contradicere, refragari, obsistere. Cic. de Amicitia, 77, Cum autem omniũ rerum simulatio est vitiosa (tollit enim iudicium veri, idque adulterat) tum amicitiæ repugnat maximè. Idem pro A. Cecinna, 35, Hoc si ita statuetis, non modò non erit cur depugnare quisquã posthac possessionis causa velit, sed ne illud quidem, cur repugnare.

Non pugnare, sed repugnare. Cn. Magnus Domitio in Epist. ad Atticum, lib.8.16.3.

Oppugnare & repugnare alicui. Cic. Metello, lib.5.1.28, Quare non ego oppugnaui fratrem tuum, sed fratri tuo repugnaui.

Dictis & factis repugnare & resistere crudelitati. Cic. pro Rabirio perduellionis reo, 10.

Repugnare & Cõcedere, cõtraria. Cic. ad Lentulum, lib.1.1.6, Consules neque concedebant, neque valde repugnabant.

Nimium [illegible]gnare. Ouid.1.de Arte, 26.

Repugnare alicui rei. Cic.3.Tusc.43, His autẽ perturbationibꝰ, quas in vita hominũ stultitia quasi quasdã furias immittit atq; incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est.

Amori fordo repugnare. Ouid.10.Metam.64.

Fatis repugnare. Ouid.1.Metam.11.

In vna parte repugnare. Ouid.15.Metam.171.

Repugnant hæc inter se. Cic.3.Tusc.111.

Resistere & repugnare cõtra veritatem. Cic. pro Rosc. Comœdo, 30, Hoc quum sentit Saturius esse apertum, resistere & repugnare contra veritatem non audet.

Repugnare circa. Quintil. in Proœm. lib.8, Circa quæ si is qui instituitur, nõ repugnarit, primũ ad cætera habiturus est cursũ.

Repugnãs, Participium. Plin. lib.8.cap.16.13, Ita vt deuinciatur nõ repugnans.

Aduersans & repugnans natura. Cic.3.Offic.103.

Cede repugnanti. Ouid.1.de Arte, 40.

Repugnantia, repugnantiæ. Cic.2.Philipp.43, Sed qui tantarum rerum repugnãtiam non videas, nihil profectò sapis. Idem in Topicis, 16. Et 3.Offic.20, Quocirca nec id quod verè honestum est, fas est cũ vtilis repugnantia comparari. Sic ibidem, 43, Panætius induxit eã, quæ videretur, non quæ esset repugnãtiam.

Repugnax, repugnãcis, pen. prod. Qui obsistit & reluctatur. Cic.1. de Oratore, 47, Quibus dicere Carneades solebat, ingeniũ tuum Crasse vehementer admirans, me sibi perfacilem in audiendo, te repugnacem in disputando esse visum. Vetus exemplar legit perpugnacem.

Repugnanter, Aduerbiũ, cui contrarium est Patiẽter. Cic. de Amicitia, 76, Vt igitur & monere & moneri, proprium est veræ amicitiæ: & alterum liberè facere, non asperè: alterũ patienter accipere, non repugnanter: sic habendum est nullã in amicitiis pestem esse maiorem, quàm adulationẽ, blanditias, assentationẽ.

Repullulo, repúllulas, pe. cor. repullulare, Iterũ pullulare. Plin. lib 16.ca.10.8, Larix vltis radicibꝰ nõ repullulat, picea repullulat.

Repullulare è radicibus. Plin. lib.16.cap.44.7.

Repullulasco, repullulascis, repullulascere, Rursum pullulascere, & nouos pullos emittere: & de arbonbus ac plantis ferè semper dicitur. Colum. lib.4.cap.22.4, Quoniam ferè plurimarum stirpium natura sic se commodat, vt iuxta cicatricem nouellis frondibus repullulascant. Ibidem, cap.24.4, Nam præstat ex vulnere sobolem repullulascentem vellere, quàm nodosam & scabram plagam relinquere.

Repulsa/Vide Repello.

Repumicare/videtur à pumice deduci, vt sit quasi pumice expolire. Vnde

Repumicatio, Verbale, in arboribus dicitur, quando gemmæ hirsutæ propter frigus, expoliuntur ipso Vere. Plin. lib.17.cap.16.2, de remediis arborum, Item succo emisso quibusdam veluti detractio sanguinis circumrasi corticis, vitium extenuatio, & domitura palmitum. Gemmas si frigus retorridas hirsutásque fecerit, repumicatio, & quædam politura.

Repungo/repungis, repũpugi, pen. corr. & repunxi, repunctũ, repũngere, Vicissim pũgere. Cic. Lẽtulo, lib.1.9.75, Quoniámq; illi haberent suũ Publiũ, darent mihi ipsi aliũ Publium, in quo possem illorum animos mediocriter lacessitus leniter repũgere.

Repurgo/repurgas, repurgare, Idem quod purgare, vel diligenter emundare. Plin. lib.19. cap.10.1, Enecatur cyminum ab imo dorso, nisi repurgetur.

Humum repurgare. Ouid. de Nuce, 14.

Repurgare nomas. Plin. lib.23. cap.4.3, Tosti autem & cum melle triti, nomas repurgant, carbunculos rumpunt.

Cælum repurgatum. Ouid.5.Metam.19.

Reputo/réputas, pen. corr. reputare, Diligenter putare.

¶ Reputare, per translationem, pro Multum ac diu cogitare, considerare, secum voluere. Plaut. Amphit. 4.20, Non reputat laboris quid sit. Terent. Eunu. 3.5.44, Dum hæc mecum reputo, accersitur lauatũ interea virgo. Idem And. 2.6.11, Etenim eam secum rem recta reputabit via. Sallustius, Quum sententias nonnullorum ipse mecum reputo. Liu. lib.1, Qui sis, non vnde natus sis, reputa. Idem 10.bel.Pun.55, Instituit deinde reputare secum ipse, quemadmodum promissi fidem præstaret. Cicero ad Lentulum, lib.1.9.17, Tamen non reputans quid ille vellet. Idem 1.de Nat.deor.178, Hunc horum nihil vnquam reputauisse certò scio.

Tecum ipse reputa furores Sidonios. Silius lib.17.71.

Non facile est reputare, vtrum, &c. Cic. in Sallustium, 8.

¶ Reputare, Cõputare, Cõpẽsare. Vlpian⁹ in L.1.§.Præterea. ff.de Contr.tut.actione, Ité sumptus litis tutor reputabit, & viatica, si ex officio necesse habuit aliquò exire vel proficisci.

Reputatio, Verbale, Ipse reputandi actus & consideratio. Plinius lib.10.cap.37.3, Harum volatus in reputationem cæterarũ quoque volucrum nos impellit. Gellius lib.11.ca.5, Per incrementa ætatis exorta è seminibus suis ratio est, & vtendi consilii reputatio, & honesti contemplatio.

Requiesco/requiẽs vel requiẽtis, réquiem vel requiẽtem, Ablatiuo réquie vel requiẽte, Ipse quiescendi actus. Cic. de Senect. 48, Vt mex senectutis requietem, oblectamẽtumque noscatis.

Labori requies hæc erat. Ouid.7.Metam.165.

Requietis intervalla. Cicero 1.de Finibus, 76, Et ad dolores ita paratus est, vt memineris maximos morte finiri, parvos multa habere interualla requietis.

In amicitia Scipionis, requies plena oblectationis mihi fuit. Cicero de Amicitia, 85.

Requies ſpatiúmque. Virg. 4. Æneid. 87, Tempus inane peto, requiem ſpatiúmque furori.

Tantum temporis quantum ad animi & corporis requiem conceditur. Cic. pro Archia, 9.

Bellorum requies, Id eſt à bellis. Stat. 3. Theb. 59.

Doloris feri requies. Ouid. 1. de Arte, 98.

Oblectatio animi, requiéſque curarum. Cic. 2 Offic. 7.

Medicina & requies curæ. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 14.

Laborum certa requies. Virg. 3. Æneid. 79.

Laboris grata requies. Ouid. ad Liuiam, 62.

Mali nulla requies erat. Lucret. lib. 6. 137.

Pugnæ requiem ſperabant. Virg. 11. Æneid. 49.

Sera requies meæ ſenectæ. Virg. 9. Æneid. 97,

Hunc ego te Euryale aſpicio? túne illa ſenectæ
Sera meæ requies?

¶ Alterna requies. Ouid. epi. 4. 18, Quod caret alterna requie durabile non eſt.

Mœſta requies. Stat. 8. Theb. 31, -data fœdere parvo
Mœſta viris requies, & nox auctura timores.

Tutior requies. Ouid. 8. Metam. 111.

¶ Attulit pugna requiem multorum dierum. Ouid. 10. Met. 29.

Dare requiem ab opere. Colum. lib. 6. cap. 14.

Dare voce requiem & modum. Ouid. 3. Metam. 124.

Habere requietem. Cic. Attico, lib. 1. 13. 1, Ita ſum ab hominibus deſtitutus, vt tantum requietis habeam, quàtum cum vxore & filiola & mellito Cicerone conſumitur.

Negare requiem. Ouid. 10. Metam. 17.

Exiguúmque petit requiem. Ouid. 4. Metam. 116.

Poſcunt requiem ſocii. Ouid. epiſt. 7. 35.

Requietè quærere. Cic. 5. de Fin. 98, Itaque ſi aut requietè natura non quæreret, aut eam poſſet alia quadã ratione cõſequi.

Requiem ex occupationibus quærere. Lucceius Ciceroni, lib. 5. 14. 3, Vel animo defatigato tuo qui nunc requiẽ quærat ex magnis occupationibus.

Requieſco, requieſcis, requiéui, requiétum, pen. prod. requiéſcere, Dormire. Virgil. 1. eclog. 16,

Hîc tamen hæc mecum poteris requieſcere nocte
Fronde ſuper viridi. Cic. pro Roſc. Amer. 60, Nullam partem noctis requieſceret.

Lecto requieſcere. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 9.

Humo requieſcere. Ouid. 10. Metam. 111.

Somno molli requieſcere. Catull. ad Mallium, 65. 1.

Noctes longas requieſcere. Tibul. lib. 3. eleg. 7. 5, Quàm vellem tecum longas requieſcere noctes.

¶ Requieſcere, pro Conquieſcere, vel quietè accipere, & tranquillè vivere, ſine vllo animi aut corporis impedimento.

Requieſcere, & curam animi leuare. Cic. 6. Verr. 110, Quum diutius in eo negotio curáqi fueram, vt requieſcerem, curámqi animi remitterẽ, ad Carpinatii præclaras tabulas reuertebar.

A malis requieſcere. Cic. 1. Tuſc. 173, Vbi remiſſa humana vita corpus requieſcat à malis. Ex Ennio.

A turba rerum requieſcere. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 6.

In ſella requieſcere. Cic. 1. de Diuin. 168, Quum virgo ſtaret, & Cæcilia in ſella ſederet, neque diu vlla vox extitiſſet, puellã defatigatam petiſſe à matertera vt ſibi concederet pauliſper, vt in eius ſella requieſceret.

In ſpe alicuius adoleſcẽtis requieſcere. Cic. pro Cælio, 63, Qui hoc vnico filio nititur, in huius ſpe requieſcit. Hoc eſt, Ex ſpe futuræ illius probitatis, quietem ſibi pollicetur.

In miſeriis requieſcere. Cic. Attico, lib. 8. 166. 1, Et ſimul (crede mihi) requieſco paulum in his miſeriis, quũ quaſi tecũ loquor.

In ſermone alicuius requieſcere. Cic. 2. de Orat. 19, Sed tamen defeſſus in labore atque itinere diſputationis meæ, requieſcam in Cæſaris ſermone, táquã in aliquo peropportuno diuerſorio.

In lectione Poetarũ requieſcere. Quintil. lib. 10. ca. 1, In hac lectione Cicero requieſcendum putat. De lectione Poetarum.

Non requieſcere conſilio cuiuſquam. Cic. Attico, lib. 1. 13. 4, Non ſunt permoleſti, ſed tamen inſident & vrgent, & nullius amantis conſilio aut ſermone requieſcunt.

Arua requieſcunt mutatis fœtibus. Virg. 1. Georg. 17.

Aures requierant omnibus. Catull. de Ario, 79. 2.

Cum tot ſyderibus cæſum requieuit in illo. Ouid. 4. Meta. 133.

Pectora requierunt. Stat. 11. Theb. 103, Vix ibi ſedatis requierunt pectora curis.

¶ Requieſcere, Quietum facere, ſiue retardare, cum accuſatiuo, teſte Seruio. Virg. eclo. 8. 1, Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

Requiẽtus, pen. pro. Adiectiuum, Qui requieuit. Saluſtius, Paulũ ſum requietis militibus.

Ager requietus. Ouid. 1. de Arte, 71, Da requiẽ, requietus ager bene credita reddit. Id eſt ager qui aliquantulum requieuit.

Requietum aruum. Colum. lib. 2. ca. 9. 3, Atque illa vicibus annorum requietum, agitatúmque alternis, & quàm lætiſſimum volunt aruum.

Lac requietum. Colum. lib. 7. cap. 8. 1, Requietum vel miſtum lac celeriter acorem concipit.

Requietior. Colum. lib. 2. cap. 1. 5, Neque enim idcirco rudis & modo ex ſylueſtri habitu in aruum tranſducta fœcũdior haberi terra debet, quòd ſit requietior & iunior.

Requiro/requiris, pen. prod. requiſiui, requiſitum, pen. pro. requirere, Sæpius vel rurſũ quærere. Terẽt. Phor. 2. 1. 79, Abi Phædria, eũ require, atque adduce huc. Idem Adelp. 3. 4. 65, Ibo, ac requiram fratrem, vt in eum hæc euomam. Plaut. Ciſt. 10 63, Sed quid quæritas? 11. veſtigium hîc requiro, quà aufugit mihi Quædam. Cic. 5. de Fin. 14, Tu autem quum ipſe tantum librorum habeas, quos hîc tandem requiris? Idem 6. Verr. 115, Etenim ille requiſiſſe dicitur etiam Archimedem. De Marcello.

Aliquem vocibus, vel ſermone requirere. Plin. epiſt. 16. 6. d, Alii parentes, alii liberos, alii coniuges vocibus requirebant, vocibus noſcitabant: hi ſuum caſum, illi ſuorum miſerabantur. Virg. 1. Æneid. 45, Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt.

Oculis requirere aliquid. Curtius lib. 4, Sed vt aperuere ſe cĩpi alto obrui ſabulo, haud ſecus quàm profundũ æquor ingreſſi, terram oculis requirebant.

Animo & oculis aliquem requirere. Ouid. 4. Metam. 16.

¶ Requirere ab aliquo, Quærere ab aliquo, interrogare aliquem. Plin. epiſt. 137. 2, A quibus libenter requiſierim, cur concedant (ſi concedant tamen) hiſtoriam debere recitari, &c. Cic. Attico, lib. 12. 25. 2, Siquis requirit à te cur Romæ non ſim: quia diſceſſus eſt. Idem 1. Acad. 5, Illud autẽ mihi ante hoc tempus nunquam in mentem venit à te requirere. Item pro Roſcio Amerino, Cur tanti fuerit ſocium fraudare, cauſam requiro. Sic 1. de Diuinat. 188, Illud etiam requiro, cur ſi Deus iſta viſa nobis prouidendi cauſa dat, &c.

Requirere ex. Cic. pro Cælio, 53, Ex quibus requirã, quonammodo latuerint. Ibidem, 38, Sed ex te ipſa requiro, quoniam & crimen, &c.

Requiſiuit rex, quis ſupremum diem Athenis obiiſſet. Plin. lib. 7. cap. 19. 3.

Illud quoque requiſiui, qua ratione ex tot creditoribus nemo neque tum idem fecerit, neque nunc contradicat. Cicero pro Quintio, 59.

Studioſè requirere. Ouid. 1. de Arte, 19.

Cauſam requirere. Ouid. 13. Metam. 199.

Cauſas requirit inſcius. Virg. 6. Æneid. 42.

Domum alicuius requirere. Cic. 6. Verr. 7.

¶ Requirere, Poſtulare, flagitare, depoſcere. Cic. pro Lege Manilia, 3, Quibus amiſſis, & pacis ornamentã, & ſubſidia belli requiretis. De vectigalibus.

Requirere & flagitare. Cic. 6. Verr. 70, Abs te officium tuum debitum generi & nomini requiro & flagito.

Requirere auxiliũ. Cic. 7. Verr. 135, Omnes hoc loco ciues Ro. & qui adſunt, & qui vbicunque ſunt, veſtram ſeueritatem deſyderant, veſtram fidem implorant, veſtrum auxilium requirunt.

Diuitias requirere. Tibull. lib. 1. eleg. 1. 9.

¶ Requiri, pro Neceſſarium eſſe: & Requirere, pro Opus habere. Cic. pro Lege Manilia, 45, In hoc bello Aſiatico, & regio, nõ ſolùm militaris illa virtus, quæ eſt in Cn. Pompeio ſingularis, ſed aliæ quoque virtutes animi multæ & magnæ requiruntur. Idẽ 1. de Finib. 93, Virtutẽ autẽ nixam hoc honeſto, nullã requirere voluptatẽ, atque ad beatè viuẽdum ſeipſa eſſe cõtentam.

¶ Requirere, pro Deſyderare quod non adeſt. Cic. in Parad. 8, In quo equidem continentiſſimorum hominũ maiorum noſtrorum ſæpe requiro prudentiam. Hoc eſt, Nõ videntur mihi admodum prudentes. Idem ad Cecinnam, lib. 6. 6. 1, Vereor ne literarũ á me officium requiras. Nam ſuprà dixerat, Vereor ne deſyderes officium meum.

In aliquo maiorem prudentiam requirere. Cic. in Parad. 8.

¶ Requirere, pro Deſyderio rei amiſſæ teneri vel præteritæ, vel abſentis, vel eã poſcere. Cic. de Senect. 19, Denique iſto bono vtare dum adſit: quum abſit, ne requiras: niſi fortè adoleſcentes, pueritiam: paulam ætate progreſſi adoleſcentiam debeant requirere.

¶ Requiſitum eſt. Cic. 4. Acad. 137, Poſt requiſitum etiam, niſi eiuſmodi eſſet viſum verum, quale falſum.

Requiſita naturæ dixit Saluſtius per periphraſin, vt notat Quintilianus lib. 8. cap. 6.

Requirito, requiritas, requiritare, Frequentatiuum. Plaut. Moſtel. 14. 11, Quid tu otioſus res nouas requiritas?

Res/rei, fœ. ge. Generalem habet ſignificationẽ. Nam, vt Paulus

Iureconsulti inquit, siue corporalia siue incorporalia comprehendit. Corporales res sunt, quæ verè tangi possunt, vt homo, vestis: incorporales sunt, quæ tangi non possunt, qualia sunt ista quæ in iure consistunt, sicut hæreditas.

Abdita rerum. Horat. in Arte, 10.
Caput & fons rerum. Horat. 1. epist. 18. 9.
Causas rerum cognoscere. Virg. 2. Georg. 98.
Concordia rerum discors. Horat. 1. epist. 12. 4.
Creatrix rerum natura. Lucret. lib. 1. 123. Et lib. 5. 273, Ipsa fuit rerum primum natura creatrix.
Desyderium rerum. Lucret. lib. 3. 185.
Tempus edax rerum. Ouid. 15. Metam. 47.
Fama rerum incredibilis. Virg. 3. Æneid. 59.
Mole sub ingenti rerum fundamina ponit. Ouid. 15. Meta. 87.
Versus inopes rerum. Horat. in Arte, 65.
Inscitia rerum. Horat. 1. epist. 3. 7.
Maiestas rerum. Lucret. lib. 5. 1.
In rerum natura. Cic. 4. Acad. 148, Negas tantam similitudinem in rerum natura esse. Sic 1. 41.
Natura rerum. Lucret. lib. 1. 5.
Nouatrix rerum natura. Ouid. 15. Metam. 51.
Opifex rerum. Ouid. 1. Metam. 17.
Animus rerum prudens. Horat. 4. Carm. ode 9. 7.
Prudentia rerum. Virg. 1. Georg. 84.
Sepulchrum commune rerum, terra. Lucret. lib. 5. 51.
Trepidus rerum. Virg. 11. Æneid. 118.
Turbine rerum miserarum attonitus. Ouid. 7. Metam. 115.
Aqua rerum vilissima. Horat. 1. Serm. sat. 5. 18.

¶ Absurda res, Vide **Absurdus.**

Acerba res. Lucret. lib. 4. 133.
Angustæ res, Exiguæ, non magni momenti. Virg. 3. Georg. 58, & angustis hunc addere rebus honorem.
Ad faciendam fidem res appositæ. Quintil. lib. 5. cap. 8. 1.
Arcana. Ouid. 4. Met. 45.
Ardua, Vide **Arduus.**
Bona, Vide **Bonus.**
Certa, Vide **Certus.**
Communis. Horat. 2. Serm. sat. 6. 3.
Confessa, Vide **Confiteor.**
Contorta, Vide **Contorqueo.**
Corporea. Lucret. lib. 2. 38.
Credula res amor est. Ouid. epist. 6. 5.
Declamatoria res. Quintil. lib. 4. cap. 2. 90.
Diuina res. Cic. Attico, lib. 4. 85. 5, Senex ad rem diuinam dicit se velle discedere.
Facilis res. Lucret. lib. 2. 205.
Furtiua res. Quintil. lib. 5. cap. 13. 39.
Relatu horrenda res. Ouid. 15. Metam. 60.
Non illiberalis ad cognoscendum res, Vide **Illiberalis.**
Immoderata res est Cupido. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 7.
Implicata res controuersiis, Vide **Implico.**
Incognita res turbat animos. Virg. 1. Æneid. 104.
Infirma & nugatoria res ad probandum, Vide **Infirmus.**
Ingeniosa res est. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 13.
Inquisita & comperta res, Vide **Inquiro.**
Insolitam rem apportare auribus, Referre aliquid inauditum antea. Lucret. lib. 5. 21.
Inuidiosa res, Vide **Inuideo.**
Inuolutæ & occultæ res, Vide **Inuoluo.**
Ludicra res. Horat. 1. epist. 1. 37.
Manifestæ res, Vide **Manifestus.**
Manifestas contra res & veras repugnare. Lucret. lib. 5. 71.
Manifestaria res est, Vide **Manifestus.**
Medicatissima res, Vide **Medico**, medicas.
Missiles res, Vide Missilis in **Mitto.**
Molesta & odiosa res. Quintil. lib. 5. cap. 13. 29.
Nec opinata, Vide **Nec.**
Negotiosa, Vide **Negotium.**
Nouæ res, Vide **Nouus.**
Res certe nouæ, & ante hunc diem inaudita, Vide **Inaudio.**
Nudæ atque inornatæ res. Quintil. lib. 2. cap. 4. 3.
Otiosa res, Vide Otiosus in **Otium.**
Res est non parua. Virg. 5. eclog. 11.
Pensitata res, Vide **Pensio.**
Ridicula & iocosa res. Catull. ad Catonem, 83. 1.
Suaues res. Horat. 1. Serm. sat. 8. 19.
Testata res, Vide **Testor.**

¶ Abducere à re aliqua ad aliam, Vide **Abduco.**

In rem aliquam abire, Vide **Abeo.**
Abrumpere ex re aliqua, Vide **Abrumpo.**
Abstinere rebus vrbanis, Vide **Abstineo.**
Abesse rei videtur, Vide **Absum.**
Abundare in re aliqua, Vide **Abundo.**
Accedere alicui rei, Vide **Accedo.**
Accipere ab aliquo rem aliquam, Vide **Accipio.**

Accommodare in rem aliquam, Vide **Accommodo.**
Acquiescere alicui rei, Vide **Acquiesco.**
Addere nomina rebus. Ouid. 5. Metam. 105.
Agere res aliquas, Vide **Ago.**
Cedit illi res, Vide **Cedo.**
Cogitare rem aliam ex alia, Vide **Cogito.**
Conferre rem in pauca, Vide **Confero.**
Consolatur me hæc res, Vide **Consolor.**
Rei capitalis damnatus, Vide **Damno.**
Deducere rem aliquò. Horat. 1. Serm. sat. 1. 5.
Res eò deducta est, Vide **Deduco.**
Rem aliquam in diuersas partes deducere, Vide **Deduco.**
Exasperare rem verbis. Quintil. lib. 4. cap. 2. 54.
Exponere rem verbis. Lucret. lib. 1. 170.
Facere rem diuinam alicui deo. Cic. 3. de Nat. deorum, 63.
Iactare rem sermonibus, Vide Iacto in **Jacio.**
Imperitare rem æquam. Horat. 1. Serm. sat. 3. 48.
Increbuit res prouerbio, Vide **Increbresco.**
Chaos rebus inducere. Seneca Agamemn. 6.
Honestis rebus animum intendere. Horat. 1. epist. 2. 8.
Magnis de rebus loqui. Lucret. lib. 4. 105.
Notare res nominibus nouis, Vide **Nota.**
Insigni aliqua & nota re notare quippiam, Vide **Insignio.**
Ordine rem pando. Virg. 3. Æneid. 36.
Redde rationem rei. Lucret. lib. 6. 184.
Rem ad manus reuocare, Vide **Manus.**
Apertas res secernere à dubiis. Lucret. lib. 4. 95.
Summa sequar fastigia rerum. Virg. 1. Æneid. 70.
Tentare rem. Horat. 1. epist. 1. 51. nec meus audet
Rem tentare pudor quam vires ferre recusent.

¶ Res, Negotium, causa ipsa. Terentius Adelph. 2. 1. 31, Omitte ista, atque ad rem redi. Ibidem, 5. 3. 10, Rem ipsam putemus: dictum inter nos hoc fuit. Vbi Donatus, Res, causa litis. Plautus Capt. 17. 6, Si eris verax, rem tuam facies ex mala meliusculam. Terent. Hecyra, 3. 5. 18, Omnem rem scio, vt sit gesta. Idem Heauton. 1. 1. 23,
Chreme, tantúmne est ab re tua otii tibi,
Aliena vt cures, eáque quæ ad te nihil attinent? Hoc est, Præter familiaria negotia tua, éstne tantum tibi otii vt, &c.
Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video,
Riualis seruum: salua res est, nimirum hîc homines frigent.
Integra res, Vide **Integer.**
Paruula res, Vide **Paruus.**
In inuidia res est, Vide **Inuideo.**
Accingi ad rem aliquam, Vide **Accingo.**
Aut agitur res in scenis, aut acta refertur. Horat. in Arte, 37.
Agere rem quasi alienam. Quintil. lib. 6. cap. 1. 27.
Agitare res, Vide **Agito.**
Res tua agitur. Cic. 5. Verr. 95, Quòd si res tua non ageretur, à te potius postularent, ne amplius, &c.
Attinet ad rem. Horat. 1. Serm. saty. 1. 6.
Tanti sceleris res nemini fuit credenda. Cic. pro Cælio, 41.
In rem præsentem ire, Vide **In** præpositionem.
Malè rem gerere. Horat. 2. Serm. satyra 3. 15.
In rebus gerendis acer, Vide **Acer** adiectiuum.
A rebus gerendis abstrahere, Vide **Abstraho.**
Gerendis rebus minus apta. Ouid. 1. de Arte, 84.
In eam rem si quid habebo, Vide **In** præpositionem.
In re incipiunda, Vide **In** præpositionem.
Nihil interest ad rem, Vide **Interest.**
Nihil neque ante rem, neque præter rem locuti sumus. Author ad Herennium, lib. 4. 136.
Ministrare res umidè gelidéque. Horat. in Arte, 35.
Monet res, Vide **Moneo.**
Mouentur res magnæ, Vide **Moueo.**
Natus rebus agendis. Horat. in Arte, 16.
Noui rem omnem, Vide **Nosco.**
Salua res est. Terent. Eunucho, 2. 1. 37.

¶ Bellica res. Horat. 4. Carm. ode 3. 2.

Militaris res diuinitus constituta, Vide **Constituo.**
Rei militaris scientia. Cic. pro Lege Manilia, 19.
Rem militarem discere, Vide **Miles.**
Res naualis siue nautica. Cic. 7. Verr. 34. Vide **Nauis.**
Numaria res, Vide **Numus.**
Pastoria res, Vide **Pastor.**
Pecuniaria res, Vide **Pecunia.**

¶ Res ipsa, Vide **Ipse.**

In re ipsa, Vide **In** præpositionem.
Ex re ipsa. Quintil. lib. 5. cap. 13, Accusator dat testem, patronus ex re ipsa refellit.

Ex re ipſa natus, Id eſt extemporalis. Quintil. lib. 4. ca. 5, Pleraque grauiora, ſi inuenta ſubitò, nec domo allata, ſed inter dicendum è re ipſa nata videantur.

E re nata, Id eſt occaſione, vt ait Donatus. Terent. Adelph. 3. 1. 8, E re nata melius fieri haud potuit, quàm factum eſt.

Conſulere ex re. Tacit. lib. 1, Nullis ſatis certis mandatis ex re conſulturum. Hoc eſt, prout occaſio tulerit.

Pro re pauca loquar. Virg. 4. Æneid. 68.

Pro re nata, Pro euentu rei & occaſione. Cic. Attico, lib. 7. 118. 1, Animaduerteram poſſe pro re nata, te nó incommodè ad me in Albanum venire. Eidem, lib. 14. 304. 1, Antonii colloquium cum heroibus noſtris pro re nata non incommodum.

Cum re præſenti deliberare, Vide Cum præpoſitionem.

Ob rem, Vide Ob præpoſitionem.

¶ Ab re, Vide A & Ab præpoſitiones.

Ab re, Id eſt Ab euentu. Liu. 1. ab Vrbe, 71, Id ab re (quod núc quoque tenet nomen) interregnum appellatum.

¶ Res, Veritas. Terent. Adelph. 4. 7. 11,

Quid nunc futurum eſt? id enim quod res ipſa ferat,
Illinc huc transferetur virgo. Et paulo pòſt,
-ſi non re ipſa tibi iſtuc dolet,
Simulare certe eſt hominis. Item Hecyra, 5. 1. 7,
Hæc res hic agitur, Pamphilo me facere vt redeat vxor,
Oportet. Vbi Donatus, Aut ſic intelligendum eſt, quaſi dicat, Hoc agebamus quum tu aduenires, aut cum aſſeueratione pronuntiandum eſt, vt ſit RES, veritas! quaſi dicat, Hic non verba ſunt, ſed res agitur.

Res ipſa atque veritas. Cic. pro Roſcio Amer. 25, Vides Eruci quantum diſtet argumentatio tua à re ipſa atque à veritate.

Res ipſa indicat, Vide Indico/indicas.

Res ipſa loquitur, Vide Loquor.

¶ Verba ad rem conferre. Terent. Eunucho, 4. 6. 4,

Vſque adeò ego illius ferre poſſum ineptias, & magnificaverba,
Verba dum ſint: verùm enim ſi ad rem conferêtur, vapulabit.
Vbi Donatus, Verba ad rem contulit, hoc eſt Agere quod dicebat, aggreſſus eſt. Idem And. 5. 1. 5, Vt beneficium verbis initũ dudũ, nunc re comprobes. Et Heaut. 4. 1. 23, Non ſimulare mortem verbis, re ipſa ſpem vitæ dare.

Re iuuare. Terent. Heaut. 1. 1. 34, -crede inquam mihi,
Aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero. Plaut. Epid. 3. 19, Is amicus qui in re dubia, re iuuat, vbi re eſt opus.

Dictu quàm re facilius. Liu. 1. bel. Maced. Id dictu quàm re, vt pleraque, facilius.

¶ Res, Vtilitas. Terent. Hecy. 2. 1. 27, Ita di deæque faxint, ſi in rem eſt Bacchidis. Idem And. 3. 3. 15, Si in rẽ eſt vtrique vt fiãt, accerſi iube. Plaut. Menæch. 16. 37, -tecum ſimul
Vt veniat huc ad me, ita rem illi eſſe dicito. Terent. Phorm. 2. 4. 9, Ego quæ in rem tuam ſint, ea velim facias.

In rem noſtram eſt, Vide In præpoſitionem.

In re mea eſt, Vide In præpoſitionem.

Cogitatè rem ſuam tractare, Vide Cogito.

In rem ſuam aliquid conuertere. Cic. pro Roſcio Amer. 68.

¶ Res, aliquando relatiuum eſt, referens præcedentia, Terẽt. Phorm. 2. 1. 41,
Si eſt patruus, culpam vt Antipho in ſe admiſerit,
Ex qua re minus rei foret, aut famæ temperans. Vbi Donatus, RES ad CVLPAM relatum.

¶ Alicui rei eſſe. Terent. Adelph. 3. 3. 4,
Id miſero reſtat mihi mali, ſi illum poteſt,
Qui alicui rei eſt, etiam eum ad nequitiam abducere. Vbi Donatus, Rectè: de hoc enim ſuprà dixit, 2. 1. 15, -non fratrem videt
Rei dare operam, ruri eſſe parcum ac ſobrium?

¶ Res eſt mihi cum illo. Teren. Phorm. 1. 3. 19, Quòd ſi tibi res ſit cum eo lenone, quocum mihi eſt, tũ ſentias. Cic. Sulpitio, lib. 13. 27. 7, Siqui difficiliores erunt, vt rem ſine controuerſia cõfici nolint, ſi eos, quando cum Senatore res eſt, Romam reieceris. Idem 2. de Diuin. 164. Et 7. Verr. 144. Sic 4. Acad. 100, Si enim mihi cum Peripatetico res eſſet, qui, &c.

Habere rem cum aliquo, Id eſt conſuetudinem, amorem. Terentius Eunucho, 1. 2. 39, Ego cum illo quocum vno rem habebam tum hoſpite.

¶ Res, Hæreditas. Terent. Phorm. 2. 3. 46, At ſi talentũm rem reliquiſſet decem. Donatus.

¶ Res, Patrimonium. Terent. Adelph. 5. 3. 44,
-at enim metuas ne ab re ſint tamen
Omiſſiores paulò. Id eſt, negligant curare rem domeſticam. Idẽ Adelph. 5. 3. 23, Tu illos duos olim pro re tollebas tua. Vbi Donatus, Pro re, Pro patrimonii tui qualitate.

¶ Res, Pecunia, & etiam fortunæ bona. Terent. Eunuc. 1. 1. 51, Eius frater aliquantum ad rem eſt auidior. Idem Adel. 5. 3. 48,
Solum vnum hoc vitium affert ſeneſtus hominibus,
Attentiores ſumus ad rem omnes, quàm ſat eſt. Plaut. Sticho, 9. 17, Amicos res inuenit. Cic. 1. in Catil. 31, Res eos iampridem, fides deficere nuper cœpit.

Res & aurum. Lucret. lib. 5. 1124, Poſterius res inuenta eſt, aurúmque repertum.

Acciſæ res, Vide Accido/pen. prod.

Ampla res domi. Iuuenalis Saty. 12. 1.

Arctis in rebus abſit pudor. Valer. 5. Argon. 65.

Anita res & patria, Vide Anitus in Anus.

Cibaria re copioſus, Vide Copia.

Contemptæ rei dominus ſplẽdidior. Horat. 3. Carm. ode 16. 6.

Contracta res, Vide Contraho.

Curæ neſcio quid ſemper abeſt rei. Horat. 3. Carm. ode 14. 13.

Familiaris res. Saluſt. in Catil. Etenim quis mortalium, cui virile ingeniũ eſt, tolerare poteſt, illis diuitias ſuperare, quas profundunt in extruendo mari, & montibus coæquandis: nobis rẽ familiarem, etiam ad neceſſaria deeſſe?

Res familiaris' miniſtra & famula corporis. Cic. 1. Tuſc. 117.

Familiaris res mea. Cic. 2. de Orat. 54.

Frumentaria res. Cic. Attico, lib. 8. 145. 3. Tacit. lib. 15.

Modica res. Iuuenalis Saty. 13. 15.

Mouentes res, pro Mobilibus, Vide Moueo.

Paruis rebus alta præſtatur quies. Seneca Thyeſte, 5. 14.

Paupera res, apud Plautum, Vide Pauper.

Res pauperculæ, modicæ & modeſtæ, Vide Modus.

Pecuaria res, Vide Pecuarius in Pecus.

Præclara filius in re ſublatus malè alitur. Hora. 1. Ser. ſat. 5. 10.

Res ſalua & Perdita, contraria. Terent. Eunucho, 2. 2. 26,
-coqui, fartores, piſcatores, iucupes,
Quibus & re ſalua & perdita profueram, & profum ſæpe.

¶ Ampliare rem. Horat. 1. Serm. ſat. 4. 7.

Amplificare rem familiarem, Vide Amplifico.

Augere rem, Locupletari. Cic. pro Rab. Poſth. 1, Ita vt in augẽda re, non auaritiæ prædam, ſed inſtrumentũ bonitati quærere videretur. Horat. 1. epiſt. 7. 14.

Comminuti re familiari, Vide Comminuo.

Conficere rem, Vide Conficio.

Confringere rem, Vide Confringo.

Corrumpere rem familiarem, Vide Corrumpo.

Curare rebus alienis ſuo veſtimento & cibo. Plaut. Truc. 4. 25.

Facere rem, Lucrari. Terent. Adelph. 1. 1. 11, Nunquam rem facies: abi, neſcis inescare homines. Ex Donato. Hora. 1. epiſt. 7. 14.

Habere rem, Non inopem eſſe. Cic. 2. Offic. 108, Illud malè dixit, non eſſe in ciuitate duo M. hominum qui rem haberent.

Intercipere res alicuius. Ouid. 9. Metamorph. 15,
-tibi Neſſe biformis
Dicimus, exaudi, nec res intercipe noſtras.

Copia rerum merſat membra. Lucret. lib. 5. 101.

Res vbi magna nitet domino ſene. Horat. 1. Serm. ſat. 5. 3.

Multæ tibi tum officient res. Horat. 1. Serm. ſaty. 2. 10.

Res ſanguine partæ. Ouid. 1. epiſt. 19.

Patriam rem perdere. Horat. 1. Serm. ſaty. 4. 15.

Quærere rem honeſtè mercaturis faciendis. Cic. in Parad. 58.

Præclaram ingrata ſtringat malus inguine rem. Horatius 1. Serm. ſaty. 2. 2.

Vir haud magna cum re. Cic. de Senect. 1, Licet enim verſibus eiſdem mihi affari te Attice, quibus affatur Flaminium ille vir haud magna cum re, ſed fidei plenus.

¶ Res, Status, cõditio. vt Res publica, Res priuata, Res familiaris, Res vxoria. Cicero, Id enim rebus noſtris minimè conducebat. Id eſt, ſtatui noſtro. Saluſtius, At nobis eſt domi inopia, foris æs alienum, mala res, ſpes multo aſperior. Virg. 6. Æne. 171, Hic rem Romanã magno turbante tumultu, Siſtet eques. Vbi Seruius, Rem Romanam, Statũ Reip. Idem 1. Georg. 100, -non res Romanæ, perituráque regna.

Tueri armis res Italas. Horat. 2. epiſt. 1. 1.

Forenſis res. Quintil. lib. 4. cap. 2. 90.

Reuocare ſe ad curam rei domeſticæ, rei forenſis, Reipublicæ. Cic. pro Cælio, 33.

In re præſenti, Vide In præpoſitionem.

Res priuatæ, Id eſt bona priuatorum. Cic. Attico, lib. 9. 175. 8.

Priuatæ ac domeſticæ res. Quintil. lib. 2. cap. 11. 4.

Adminiſtrare rem familiarem, Vide Adminiſtro.

Obire rem priuatam vel publicam, Vide Obeo.

Ordinare publicas res. Horat. 1. Carm. ode 12.

Conficere rem ſuam non minus ſtrenuè quàm publicam. Cicero Poſt reditum in Senatu. 8.

Inuiſere res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis. Cic. 1. de Orat. 119.

¶Res,Imperium.Virgil.3.Æneid.1,
Poſtquam res Aſiæ,Priamique euertere gentem
Immeritam viſum ſuperis. Ibidem,11,Res Agamemnonias,victriciáque arma ſecutus. Seruius.
Diſſociabilis res.Taci.invita Agric.De principatu ac libertate.
Adepta rerum,Vide Adipiſcor.
Domina rerum Roma.Ouid.15.Metam.90.
Caput rerum.Tacit.lib.1.
Cuſtos rerum Cæſar.Horat.4.Carm.ode 15.4.
Imperia rerum.Horat.2.Serm.ſat.7.15.
Origo rerum & molitio,Vide Origo.
Pulcherrima rerum Roma.Virg.2.Georg.107.
Poteſtas ſumma rerum.Virg.10.Æneid.20.
¶Rem,vel res gerere,pro Pugnare apud Iuriſconſultos,& alios.Liuius,Mallétq; aduerſus ſingulos ſeparatim,quàm aduerſus duos ſimul rẽ gerere. Idem,Vt coniunctis exercitibus communi conſilio rẽ gereret. Plin.lib.2.cap.67.3,In Arabico ſinu res gerente C.Cæſare Auguſti filio,ſigna nauium ex Hiſpanienſibus naufragiis ſeruntur agnita.Id eſt belligerãte. Idem lib.5,Scipione Æmyliano res in Africa gerẽte,Polybius annalium cõditor ab eo accepta claſſe,ſcrutãdi orbis illius gratia circumuectus eſt. Idem lib.12.cap.14.3,Res in Arabia geſſimus,& Romana arma in magnam partem eius penetrauere.Vide Gero.
Bene geſtæ res.Virg.9.Æneid.32.
Maxima res effecta.Virg.11.Æneid.3.
Res Romana,pro Acie.Liuius,Sed res Romana erat ſuperior. Et ſic ſæpe. Budæus.
Nauales res. Tacitus lib.15, Nec multò poſt cladem rei nauali accipitur.
Rem bellicam adminiſtrare.Cic.2.de Diuin.116.
Euentus rerum.Lucan.lib.5.176.
¶Abſciſſa res erat,Vide Abſcindo.
Tunc res immenſo placuit ſtatura labore.Lucan.lib.3.77.
Dare rem in caſum.Tacit.lib.12, Rem in caſum dare, prælióque experiri ſtatuit.
Rem de manibus emittere,Vide Manus.
Rebus ſuis diffidere.Liu.1.ab Vrbe,7, Inde Turnus Rutulíque diffiſi rebus,ad florentes Hetruſcorum opes,Mezentiúmque eorum regem confugiunt.
Feſſi rerum.Virg.1.Æneid.37, -cerealiáque arma
Expediunt feſſi rerum.
Inclinationes rerum & temporum,Vide Inclino.
Forma rerum.Ouid.1.de Ponto,ele.11.4, Scilicet is ſtatus eſt, ea rerum forma mearum.
Summæ rerum conſulere.Ouid.4.Metam.60.
¶Aduerſæ res,Vide Aduerto.
Afflictæ res.Vir.1.Æn.91, -hic primũ Æneas ſperare ſalutẽ
Auſus,& afflictis melius confidere rebus.
Anguſtæ res.Horat.2.Carm.ode 10.5, Rebus anguſtis animoſus,atque Fortis appare.
Dubiis rebus non deficere.Virg.6.Æneid.40.
Dura res.Virg.1.Æneid.113,Res dura,& regni nouitas me talia cogunt.
Duris vrgens in rebus egeſtas.Virg.1.Georg.30.
Egenis in rebus.Virg.6.Æneid.19,
-quum tu ſupplex in rebus egenis,
Quas gentes Italûm,aut quas non oraueris vrbes?
Extremæ res.Tacit.lib.17.
Feſſis rebus ferre finem.Virg.3.Æneid.19.
Fluxæ res.Silius lib.7.4, -qui regna iterum labentia Troiæ,
Et fluxas Latii res,maiorúmque labores:
Qui Carmentis opes,& regna Euandria ſernat.
Fractæ res.Virg.4.Georg.48.
Humanæ res. Virg.10.Æneid.30, -humanis quæ ſit fiducia rebus Admonet.
Inclinata,Vide Inclino. Infracta,Vide Infringo.
Iucundæ res.Horat.2.Serm.ſat.6.20.
Secundæ res.Virg.9.Æneid.61.
Secundis rebus merſus,Vide Mergo.
¶Rem miſeram,Aduerbium dolentis.Cic.Attico,lib.7.143.1, Rẽ miſeram malas cauſæ ſemper obtinuit,in optima concidit.
O rem lugubrem! Vide Lugeo.
¶Res,Modus.Plautus Rud.13.86, Iam repperi rem,quo pacto nec fur,nec ſocius ſies.
¶Res,Experientia.Terent.Adelph.5.4.1,
Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res,ætas,vſus ſemper aliquid apportet noui. Donatus.
¶Re vera,Duæ dictiones ſũt,aut vnica Reuera,vice aduerbii. Plin.epiſt.119.lib.6,ad Romanum,Sin id ſuperbius poſui,re vera,vt inter meas pulchram: nam mihi ſatis eſt certare mecum.

Cic.pro Quintio,4,Deinde habet aduerſarium P.Quintius verbo Sex. Næuium,re vera huiuſce ætatis homines diſſertiſſimos. Idem pro Cluẽtio,41,Verbo ille reus erat:re quidem vera,& periculo, & tota accuſatione Oppianicus. Et pro Roſcio Amer. 73,Qui recuſet,cum profectò tametſi verbo non audeat,tamen re ipſa de maleficio ſuo confiteri. Sic 3.Offic.99,At ſi dares hãc vim M.Craſſo vt digitorum percuſſione hæres poſſet ſcriptus eſſe,qui re vera non eſſet hæres, in foro (mihi crede) ſaltaret. Rurſum 1.Verr.27, Quam quum poſcebat, verbo illam poſcere videbatur,re vera iudicia poſcebat. Item pro Rab.Poſth.17. Et pro Corn.Balbo,5. Iterum pro Domo ſua,56.
Nomine,& Reuera,contraria.Cicero tertio Verr.7,Quòd iſte M.Marcelli,& P.Africani monimẽta, quæ nomine illorum,reuera Pop.Romani,& erant,& habebantur.
Verbo & ſimulatione,& Reuera,contraria.Cic.5.Verr.114.
Re vera,quod vulgus dicit De facto.Horat.1.Serm.ſat.7.20, Prælia rubrica picta,aut carbone:velut ſi Re vera pugnent.
¶Reſpublica,reipublicæ,pen.corr.ex duobus integris compoſita dictio,quam nonnulli diſiungunt,Res populi dicitur,& negotium publicum.
Sed neceſſe eſt,charitatem eam præſtare,qua R.P.nomen vniuerſæ ciuitatis eſt: pro qua mori,& cui nos totos dẽdere,& in qua noſtra omnia ponere, & quaſi conſecrare debemus. Cic.2. de Legibus,9.
Conuerſiones Rerumpublicarum.Cic.2.de Diuin.10,Id enim ipſum à Platone,philoſophiáque didiceram,naturales eſſe quaſdam conuerſiones Rerumpublicarum,vt ex tum à principibus tenerentur,tum à populis,aliquando à ſingulis.
Ægra Reſp.Vide Aeger. Caſtrata,Vide Caſtro.
Beata.Vide Beatus. Cõmutabilis.Vide Commuto
Conſtituta,Vide Conſtituo.
Nuda à magiſtratibus Reſp.Vide Nudus.
Inclinata Reſp.Vide Inclino.
Summa Reſp.& municipalis. Cic.3.de Legib.53, Vtinam, inquit,M. Cicero,iſto animo atque virtute in ſumma Repub. nobiſcum verſari,quàm in municipali maluiſſes.
¶A Repub.aliquem abducere,Vide Abduco.
Accedere ad Rempub.Vide Accedo.
Accipere Rempub.Vide Accipio.
Accommodare ſe ad Rempub.Vide Accommodo.
Adire ad Rempub.Vide Adeo.
Eo cẽſu nullæ ciuitatis Reſp.potuit adminiſtrari.Ci.4.Ver.96.
Ædificare Remp.Vide Ædifico.
Amplificare Remp.Vide Amplifico,
Arrodere Remp.Vide Arrodo,
Attingere Rempublicam. Cic.Lentulo,lib.1.9.64,Atque hãc quidem ille cauſam ſibi ait nõ attingẽdæ Reip.fuiſſe,quòd quũ offendiſſet populũ Athenienſem propè iã deſipiẽtẽ ſenectute,&c.
Capeſſere Remp.Vide Capeſſo in Capio.
Cedere de Rep.Vide Cedo.
Celebrare Remp.Vide Celebro.
Cẽſere è Rep. Tacit.lib.3,Cæteris forſitan in rebus r.e.magis expediat me coràm interrogari,& dicere,quid è Rep.cẽſeã.
Conferre ſe ad Remp.Vide Confero.
Conflictare Rempublicam. Tacit.lib.5,Plura per ſcelera Rẽpublicam conflictauiſſet.
Conſultare Reipublicæ,Vide Conſulto.
Continere Rempublicam,Vide Continco.
Cruentare Remp.vulneribus,Vide Cruento.
Facere contra Rempublicam.Cic.Q.fratri,lib.2.5.4.
Habere Rempub. Cic.Bruto,15. 15, Hoc bello victores quam Rempub.ſimus habituri,neſcio,victis certè nulla vnquam erit. Idem 1.Offic.53,In quo ſi mihi obtemperatum eſſet,ſi nõ optimam,at aliquam Remp.quæ nunc nulla eſt haberemus.
Labeſactare & euertere Remp.Vide Labeo.
Lugere Remp.Vide Lugeo.
Mederi Reipublicæ,Vide Medeor.
Benè mereri de Rep. Cic.Planco,lib.10.5.6, Nec quicquã ex omnibus rebus humanis eſt præclarius aut præſtantius, quàm de Republica bene mereri.
Pendet Reſp.è Bruto,Vide Pendeo.
Trahere Rempublicã funditus.Tacit.lib.3, Hanc r.e.curam ſuſtinet princeps:hæc omiſſa,funditus Rempub.trahet.
Reſalũto,reſalútas,pe.prod.reſalutare,Salutãtẽ ſalutare.Plau. Pſeud.11.19,Dic vtrũ ſpẽme an matrẽ te reſalutẽ Pſeudole? Ci. 2.Philip.104.Sed tũ nimis inter omnes cõſtabat,neminẽ eſſe reſalutatũ. Mart.li.4.39,Securus nullũ reſalutas,deſpicis omnes.
Reſarcio,reſarcis,reſarſi,reſartũ,reſarcire,Inſtaurare,& quaſi nouam formam inducere. Suet.in Claud. Cæſ.cap.6, Quod decretum abolitum eſt excuſante Tiberio imbecillitate eius,ac

damnum liberalitate ſua reſarturum pollicẽte. Terent.Adel. 1.1.41,Fores effregit,reſtituentur diſcidit
Veſtẽ reſarcietur. Hæc eadem verba habet Cicero pro Cælio,19.
Damna reſarcire.Cic.Lẽtulo,lib.1.9.15,In meis damnis ex authoritate Senatus reſarciendis eam voluntatem quam expectaram,præſtiterunt.
Quæſtum reſarcire.Colum.lib.11.cap.1.14, Nec mox in tantum exuberat,vt & iacturam capitis amiſſi reſtituat,& quæſtum reſarciat. Eadem hæc verba leguntur lib.1.cap.8.10.

Reſarrio/reſarris,reſarriui,reſarritum,reſarrire,pen.prod.Rurſum ſarrire.Plin.lib.18.ca.10.3, Quum hyeme prægelida capitæ ſegetes eſſent,reſeuerunt,reſarrientes campos.

Reſcindo/reſcindis,réſcidi,pen.corr.reſciſſum,reſcindere,Tollere,auferre,deſtruere.Cæſar 1.bel.Gall.26, Pontem qui erat ad Geneuam,iubet reſcindi. Virgil.1.Georg.56,Et coniuratos cælum reſcindere fratres.
Locum aliquem reſcindere,Cic.1.de Lege agrar.19.
Vias reſcindere.Senec.Theb.1.46,
Vtinam quidem reſcindere haſ quirem vias,
Manibúſque adactis omne quo voces meant,
Aditúſque verbis tramite anguſto patet,
Eruere poſſem nata.
Reſcindere,ad omnia quæ reſecari & ſcindi poſſunt aut ferro, aut alio quouis inſtrumento,pertinet. Colum.lib.1.cap.14.1,Et quod falx reliquerit,priùs quàm inareſcat, vomis reſcindat,atque obruat:id enim cedit pro ſtercore. Virg.3.Georg.91,
Non tamen vlla magis præſens fortuna laborum eſt,
Quàm ſiquis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris occultum vitium,vimitque regẽdo. Id eſt,aperire. Plin. epiſt.147.lib.7,ad Suram,Ex quo coniectari poteſt,quia reis moris eſt ſubmittere capillũ, reſciſſos meorũ capillos depoſiti quod imminebat periculi ſignum fuiſſe. Alia exemplaria habent reciſos. Idem epiſt.139.lib.7,ad Priſcum,Sic auferet ferum,mẽque & nouo pariter,& reſciſſo vulnere adiciet.
Pectora ferro reſcindere.Stat.11.Thebaid.101.
Terram reſcindere, quod & Proſcindere dictum eſt.Colum. lib.2.cap.2 19.Et ideo minoribus aratris moliuntur,qui non valent alte perfoſſam noualium terram reſcindere.
Vitem reſcindere.Colum.lib.4.cap.19.5,Inſeritur autem viti vel reſciſſa,vel integra perforata terebra.
¶ Reſcindere,pro Abolere,ſiue abrogare accipitur,per tranſlationem.Terent.Phorm.1.4.16,
Mihi non videtur quod ſit factum legibus, Reſcindi poſſe.
Acta alicuius reſcindere.Cic.13.Philipp.345, Acta Antonii reſciſiſſis,leges refixiſtis per vim.
Beneficium reſcindere.Senec.de Benef.lib.3.cap.15,An perinde erit ac ſi gratiam retulerim , quia beneficium ſuum ipſe inſequenti iniuria reſcidit?
Concilia reſcindere.Cic.2.de Legib.51, Quid enim maius eſt, ſi de iure quærimus, quàm poſſe à ſummis imperijs & ſummis poteſtatibus comitatus tollere, & concilia vel inſtituta dimittere,vel habita reſcindere?
Crimina reſcindere.Ouid.3.Triſt.eleg.11.13.
Damnationem reſcindere,Cic.4.Verr.75.
Iniurias reſcindere & irritas facere.Ci.4.Ver.44,Fecerat hæc egregiè primo aduentu Metellus, vt omnes illius iniurias,quas modo poſſet,reſcinderet,& irritas faceret.
Iudicia reſcindere, ſiue rem iudicatam. Cic.pro Cluentio,47. Et 7.Verr.16. Item 4.Verr.48.
Iud.cium reſcindere,& Ratum habere,contraria.Cic.in Partit.47,Negat enim probari oportere,eos qui leges ſcripſerunt, ratum habere iudicium,ſi totum corruptum ſit:ſi vnus accuſator corruptus ſit, reſcindere nititur æquitate.
Iuſſa Iouis reſcindere.Ouid.1.Metam.136.
Luctus reſcindere.Ouid.11.Metam.110.
Pactiones reſcindere.Cic.de Prouinciis Conſ.8,Pactiones ſine vlla iniuria factas reſcidit.
Voluntatem mortui reſcindere. Cic.3. Verr.78, Solus enim tu inuentus es cui non ſatis fuerit corrigere voluntates viuorum, niſi etiam reſcinderes mortuorum.

Reſciſſus,Participium.vt
Palatum reſciſſum.Lucan.lib.4.67,Reſciſſúque nocent ſuſpiria duro palato.
Gloria reſciſſa cunctis.Claud.de bello Getico,119.
Fac mea reſciſſo pectora nuda ſinu.Propert.lib.3.eleg.8.2.

Reſcio/reſcis,reſciui,reſcitum,reſcire,pen.prod. Factũ aliquod occultius,aut inopinatũ,inſperatúmque cognoſcere: vel potius rem poſtquam geſta eſt ſcire,quam neſciebas quum gereretur. Sic enim interpretatur Valla carpens Gellium, libro 6.cap.15. Plaut.Menæch.1.5,Vxor reſciuit rem omnem, vt factum eſt ordine. Terent.Adelph.5.3.5, Reſciuit omnem rem. Idem Hecyra,4.1.53,
Nam vt hic laturus hoc ſit,ſi ipſam rem,vt fiet,reſciuerit,
Non ædepol clam me eſt quum hoc quod leuius eſt,tam animo tracundo tulit. Cic.3.Offic.111,Quæritur etiam,ſi ſapiens adulterinos nummos acceperit imprudens pro bonis,quum id reſcierit,ſoluturúſne ſit eos,ſicut debeat,pro bonis: Cæſar 1.bel.Gal. 107,Quod vbi Cæſar reſciuit,quorum per fines ierant,&c. Ouid.2.Metam.85,Aut ſi reſcieris. Cælius Ciceroni, lib.8.11.5,Id poſtquam reſciit,exarſit. Horat.2.epiſt.1.46, -ſimulatque
Carmina reſcieris nos fingere.
Furtum reſcire.Ouid.2.Metam.85.

Reſciſco,reſciſcis,reſciſcere,Idem.Plaut.Merc.15.21,Cuia ea ſit ego ſitio reſciſcam tamen. Terent.Hecy.5.4.17, Omnia omnes vbi reſciſcunt hi,quos par fuerat reſciſcere, Sciunt

Reſcribo/reſcribis,pen.pro.reſcripſi, reſcriptũ,reſcribere,Rurſus ſcribere, vel alterius ſcripto reſpondere.Ouid.1.epiſt.1.1, Nil mihi reſcribas,attamen ipſe veni. Sueton.in Iulio Cæſare,ca. 56, Lxiſumáque reſcripturum,& correcturum fuiſſe. Cic.pro Tonteio,7,Nunc ex nobis quid de iis rebus Fonteius ad legatos ſuos ſcripſerit,quid ad eum illi reſcripſerint,cognoſcite.
Manu trepida reſcribere.Ouid 2.Amor.eleg.1.1.
Cui rei fugerat me reſcribere. Ci.Attico,li.5.99.5,Noſtra autẽ negotia(quoniam Romæ commoraris)amabo te explica,cui rei fugerat me reſcribere.
Alicui reſcribere ad.Brutus ad Antonium,lib.11.1.7.Reſcribas nobis ad omnia,rogamus. Idem ad Ciceronem, lib.11.10.10, Ad has literas ſtatim mihi reſcribe.
Ad omnia quæ quæruntur reſcribere. Cic.Lentulo,lib.1.9.4.
Reſcribere de.Cic.Attico,libro 1.10.4,Tu tamen de Curtio ad me reſcribe certius.
Epiſtolæ alicuius reſcribere.Cicero ad Atticum,Quàm vereor nequid fuerit ἐπιλάθηρον in iis quas non accepi,quibus reſcribi vis. Idem lib.7.111.11,Vni tuæ diſertiſſimæ epiſtolæ non reſcripſi.Id eſt,Non reſpondi.
¶ Reſcribere,pro Econtrario ſcribere. Quintil.libro 10.cap.5, Melius hoc quàm reſcribere veteribus orationibus.
¶ Argentum alicui reſcribere. Terent.Phorm.5.8.18,
Sed tranſi ſodes ad forum,atque illud mihi
Argentum iube tuiſum reſcribi Phormio. Vbi Donatus, Reſcribi,reddi, ſeu per menſæ ſcripturam dari. Quoniam ad numerationem pecuniæ antecedit ſcriptura, reſcribere dicebant pro renumerare Horat.1.Serm.ſaty.3.16, Dictantis quod tu nunquam reſcribere poſſis.

Reſcriptum, reſcripti, ſignificare videtur id genus epiſtolæ quas imperatores, aut ſummi Põtifices conſulentibus eos reſpõdent: cuiuſmodi ſunt quas decretales vocant.Vlpianus in L.1.De appellationibus, Quæſitum eſt an aduerſus reſcriptum principis prouocari poſſit: ſi forte Præſes prouinciæ,vel quis alius conſuluerit,& ad conſultationẽ eius fuerit reſcriptũ. Idem De ſepul. violato,Sic enim reſcripto imperatoris Antonini cauetur. Idẽ ibidem,Generaliã enim ſunt reſcripta:& oportet ſtatuta imperialia in omni loco valere.
Immite reſcriptũ. Tacit.li.5,Immiti reſcripto venas reſoluit.

Reſeco/réſecat,pen.corr,reſecui,reſectum,reſecare, Reſcindere,de aliquo excindere.Colum.de Arboribus,cap.6.1, Veterem vineam, ſi in ſummo radices habebit, reſecare nolito : alioqui etiam nouella vinea, quæ ex reſectione enata fuerit, viminutilem habebit. Idem lib.6.cap.14.4,Vel ſi antè quàm tumor diſcutiatur,in ſuppurationem conuertitur, optimum eſt ignea lamina conuertionem reſecare,& quicquid vitioſi eſt,inurere.
Alas reſecare.Ouid.1.de Remedio amo.61.
Ferro reſecare capillos.Ouid.11.Metam.37.
Linguã reſecare.Cic.1.de Diuj.144,Ut quorũ linguæ ſic inhærerẽt,vt loqui nõ poſſent,hæ ſcalpello reſectæ liberarentur?
Palpebras reſecare.Ci.in Piſo.33,Quẽ Carthaginienſes reſectis palpebris,illigatũ in machina vigilando necauerũt.De Regulo.
Vngues reſecare,apud Valerium.
Ad viuũ reſecare,Vide Ad præpoſitionẽ. Colu.lib.6.ca.12.1.
¶ Reſecare,per tranſlationẽ.Cic.4.Tuſcul.70,Hæc tamen ita diſputant,vt reſecanda eſſe fateantur:nemini penitus dicant nec poſſe nec opus eſſe. Idẽ 1.in Catil.33,Quæ ſanari poterũt,quacunque ratione ſanabo:quæ reſecanda erunt,nõ patiar ad perniciem ciuitatis manare.
Libidinẽ reſecare. Cic ad Atticũ,lib.1.13.5,In qua ego nactus (vt mihi videbar) locũ reſecãdæ libidinis & coercẽdæ inuẽtutis, vehemens fui. Sic 5.Verr.179,Reſecare audacias ac libidines.

Reſecandus,Participium.vt Seges falce reſecãda.Ouid.1.epiſt.11.

Reſectus,Aliud participium:vt Barba reſecta.Ouid.1.Faſt.104.
Barba reſecta.Ouid.4.Triſt.eleg.9.11.

Lingua enſe reſecta.Ouid.in Ibin,89.

¶ Reſecatior.Apuleius de deo Socratis,Sic enim fermè aſſolet apud prudẽtes viros eſſe in operibus iudicatio reſecatior,in rebus ſubitariis venia prolixior.

Reſectio,Verbale,Ipſe reſecandi actus.Vide paulo antè in primo exemplo,in verbo Reſeco.

Reſegmẽ,reſégminis,n.g.Quod ex aliquo reſecatur:vt Reſegmina vnguium.Plin.lib.28.cap.1.5,Nec pauci apud Græcos,ſingulorum viſcerum membrorúmque etiam ſapores dixere, omnia perſecuti vſque ad reſegmina vnguium. Idem lib.18.cap.7.15, Ex homine ſiquidem reſegmina vnguium è pedibus manibúſque cera permiſta,&c.

Reſex,réſecis,pen.corr. Cuſtos dicitur in vitibus,Vide Cuſtos. Dicitur & præſidiarius palmes & ſubſidiarius. Colu.lib.3.cap.10.13,Nam cõfiteor pampinarios quoque quum è duro prorepſerint,tempore anni ſequentis acquirere fœcunditatem,&ideo in reſecẽ ſubmitti vt progenerare poſſit.Verùm eiuſmodi partum comperimus,nó tam ipſius reſecis,quàm materni eſſe muneris.Pampinum reſecem vocat Columella, qui reſectus, reciſúſque melius prouenit,ſitque fructuoſior. Idem lib.4.ca.7.2, de pampinatione, Atque ideo ſi iam caulibus duris falcem adhibere neceſſe eſt,ii paulum ab ipſa matre recidendi,& velut reſeces relinquendi ſunt ii, qui caloris iniuriam excipiunt eatenus,qua naſcuntur à latere palmitis. Ibidem,ca.21,vocat cuſtodem & præſidiarium.Dicitur & ſubſidiarius,ibidem,cap.14. Sic lib.5.cap.5,Pro materiis longioribus pollices quaternũm aut quinũm gemmarum relinquuntur, pro cuſtodibus autẽ bigẽmes reſeces fiũt. Ibidẽ,Iacenti viti breuiores materiæ ſúmitti debẽt, reſeces quoq; anguſtius in modũ furunculorũ relinqui.

Reſecro/réſecras,pen.cor.reſecrare,Eſt aut eaſdem preces iterare,aut contrarias facere.Plaut.Aulul.17.4, -nunc te obſecro, Fac mentionem cum auunculo mater mea, Reſecróque mater quod dudum obſecrauerã. Idẽ Perſa,2.49, -ego item ſedulò, Siquid erit,ſaxo iam vt ſcias.T.obſecro te,reſecróque, Operam da hanc mihi fidelem. Feſtus,Reſecrare,ſoluere religione, vtique quum reus populum comitiis orauerat per deos vt eo periculo liberaretur, iubebat magiſtratus eum reſecrare.

Reſeda/pen.prod.Herba,de qua Plinius lib.27.cap.11.24, ſic inquit, Circa Ariminum nota eſt herba, quam reſedam vocant. Diſcutit collectiones inflammationéſque omnes. Qui curãt ea, addunt hæc verba:Reſeda morbos reſeda,ſciſne ſciſne quis hic pullos egeritiradices nec caput,nec pedes habeant.Hæc ter dicunt,totieſque deſpuunt.

Reſedo/reſédas,pen.pro.reſedare,Idem quod ſimplex Sedo ſignificat.Vide Reſeda.

Reſequor/pe.corr.reſéqueris,reſecũtus ſum,réſequi,Sequi.Ouid.8.Metam.174,

Illa dei munus bene cedere ſenſit,& à ſe
Se quæri gaudens,his eſt reſecuta rogantem. Id eſt ſic reſpõdit interroganti.

Reſero/réſeras,pen.cor.reſerare,Aperire.Cic.1.Offic.79, Quãobrem nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eam benignitas aperire non poſſit:nec ita reſeranda, vt pateat omnibus.

Claudere & Reſerare,contraria. Plin.lib.10.ca.21.3,Hi magiſtratus noſtros quotidie regunt, domóſque ipſis ſuas claudunt aut reſerant.

Fores reſerare.Ouid.10.Metam.77.

Mœnia reſerare.Ouid.8.Metam.13.

Vrbem reſerare,& pandere portas.Virg.11.Æneid.117.

Reſerare Italiam exteris gentibus.Cic.7.Philipp.118,Vt conditiones ferret, leges imponeret, reſerare nos exteris gentibus Italiam iuberet?

Vt reſeret pelagus,ſpargátq; per æquora bellũ.Luca.lib.2.135.

Annum longum reſerare.Ouid.4.de Ponto,eleg.4.5.

Oracula reſerabo auguſtæ mentis.Ouid.15.Metam.19.

Secreta reſerant.Valer.1.Argon.88.

Reſerãtus,pe.pro.Particip.vt Ianua reſerata patet. Ouid.2.Faſt.92.

Carcere reſerato patent poſtes.Ouid.3.Amor.eleg.2.16.

Pectore reſerato egérere dapes.Ouid.6.Metam.133.

Reſero/réſeris,pen.cor.reſéui,pen.pro.réſatũ,pen.cor.reſérere,Rurſus ſerere,ſeu rurſus plãtare.Plin.lib.18.ca.20.3,Nã quum hyeme prægelida captæ ſegetes eſſẽt,reſeuerũt, reſarriẽtes campos menſe Martio. Colum.lib.3.cap.21.2,Nã de vinetis quæ lõgo vſu exoleuerant,inter omnes authores conſtitit peſſima eſſe ſi reſerere velimus:quòd & inferius ſolum pluribus radicibus ſit impeditum,ac velut irretitum,& adhuc non amiſerit virus.

Reſeruo/reſeruas,reſeruare,Retro ſeruare,vel in futurum ſeruare. Plin.epiſt.21, Quibus ex cauſis & à diuo patre tuo petieram,vt illum in ampliſſimum ordinem promouereſ:ſed hoc votum meum bonitati tuæ reſeruatum eſt.

Vſum loquendi populo conceſſi, ſcientiam mihi reſeruaui. Cic.in Oratore,91.

Rem totam vobis integram reſeruaui.Cic.Bruto,lib.11.11.9.

Quæſita reſeruare.Ouid.7.Metam.134.

Iudici reſeruare.Cic.7.Verr.59, Quum tamen à præſenti ſupplicio tuo ſe continuit Populus Rom. & repreſſit, & ſalutis tuæ rationem iudicum ſeueritati reſeruauit.

Præſenti ſermoni reſeruentur cætera.Cic.Q.fratri,lib.2.9.1.

Supplicia reſeruare alicui.Stat.8.Theb.15, -ſiquãdo neſãda Huc aderit coniux,illi funeſta reſeruo Supplicia.

Ad aliam rem reſeruare aliquem.Cic.pro Roſc.Amer.89.

Reſeruabo in congreſſum noſtrum.Cic.Attico,lib.1.15.6,Mihi verò vt inuideant piſcinarii noſtri, aut ſcribam ad te aliàs, aut in congreſſum noſtrum reſeruabo.

Pœnas in diem reſeruare. Cic.pro Cælio,46, Prò dii immortales cur interdum in hominum ſceleribus maximis aut conniuetis,aut præſentis fraudis pœnas in diem reſeruatis?

Ad extremũ reſeruare.Cæſar 3.bel.Gall.365,Maiori tamẽ parti placuit,hoc reſeruato ad extremũ conſilio, interim rei euentum experiri,& caſtra defendere.

Ad maiora reſeruare ſe.Virgil.4.Æneid.74,Nam quid diſſimulo?aut quæ me ad maiora reſeruo?

Ad meliora reſeruare ſeſe.Silius lib.10.11,Euaſit Varro,ac ſeſe ad meliora reſeruat.

Ad pœnam,vel ad periculum reſeruare.Cic.7.Verr.94,Quos (vt mihi videtur)ab illorum innocentium pœna,fortuna ad hãc cauſam reſeruauit. Cæſar 1.bel.Ciuil.5,Timere Cæſarem abreptis ab eo duabus legionibus, ne ad eius periculum reſeruare & retinere eas ad vrbem Pompeius videretur.

Quartam partem agri in pratum reſeruare.Cato cap.29.

Ad ſpem aliquam reſeruare.Cic.3.Verr.29, Ad quam ſpem,tã perfidioſum,tam importunum animal reſeruetis?

Ad tẽpora dubia reſeruare.Cic.pro Fonteio,17,Nónne & hominem ipſum ad dubia Reip.tempora reſeruandum,& cæteros ſtudio laudis ac virtutis inflammandos putatis?

In aliud tempus reſeruare.Cic.3.de Nat.deorum.14.Quare & mundus vniuerſus,& ſol,& luna,& ſtellæ ſenſum ac mentẽ habẽrent,in idem tempus reſeruabo. Idem 1.Verr.11,Fructú iſtũ laudis,qui ex perpetua oratione percipi potuit,in alia tempora reſeruemus. Sic Cæſar 3.bel. Ciuil.131.

Reſeo/Vide Reſideo.

Reſideo/réſides,pen.corr.reſẽdi,pen.prod.reſidẽre, pen.prod. Quieſcere,ſedere, ſine motu ac firmum ſtare. Virg.7.Æneid.6, Quum venti poſuere,omniſque repentè reſedit Flatus.

Reſidere,deinde ſpatiari.Cic.pro Roſcio Amerino,36.

In rupe reſidere.Virg.5.Æneid.36.

In ſolio reſidere.Ouid.6.Faſt.123.

Aſelli tergo reſidere.Ouid.3.Faſt.150.

Humo reſidere.Ouid.3.Faſt.3. Et 3.de Arte,139.

Saxo reſedit paſtor.Ouid.4.Triſt.eleg.1.3.

Monte reſidere.Ouid.5.Metam.73.

Reſidere in clunes dicuntur quædã animalia.Plin.lib.8.cap.37.2,Similiter reſident in clunes,& binis pedibus gradiuntur.

Reſidet acies hoc campo,Vide Acies pro exercitu.

Reſidere in odiis,pro Odio haberi,Plaut.Trucul.1.5, -me hercle in odiis reſident Mores priſtini,ad regendum vt celeri lingua vtamini.

In corpore mortui nullus reſidet ſenſus.Cic.1.Tuſc.167.

Siquid reſidet in te amoris erga me.Cic.Antonio,lib.5.5.8.

Reſidet in nutu authoritas.Cic.de Senect.57,Quorum non in ſententia ſolùm,ſed etiam in nutu reſidebat authoritas.

Reſidet eius rei in te culpa.Brutus Ciceroni,16.5, Cuius culpa non magis in te reſidet,quàm in omnibus aliis. Idem ad Atticum,lib.1.12.4,Atque huius incommodi culpa vbi reſideat,facilius poſſum exiſtimare,quàm ſcribere.

Culpa in nobis reſedit.Lucret.lib.5.286.

Reſidet periculũ.Cic.in Caul.13,Videbimur fortaſſe ad breue quoddã tẽpus cura,& metu eſſe releuati:periculum autẽ reſidebit, & erit incluſum penitus in venis, atque in viſceribus Reip.

O miſera vitæ ratio quæ tandiu reſides in voluptate! Cicero Ante quàm iret in exilium,19.

Reſidet ſpes in.Cicero ad Caſſium,lib.12.3. 6,Etiam nunc reſidet ſpes in virtute tua.

Reſidet reliquis ſpes.Cic.Ante quàm iret in exilium,5,Quomodo ſpes ſalutis reliquis reſidebit, quum ciuibus præcluſa ſit expectatio incolumitatis?

Res geſtæ in quibus nulla poteſt reſidere inertiæ ſuſpicio.Cic. Q.fratri,lib.1.1.41.

Reſident iræ, Reſidet tumor. Liuius 2.ab Vrbe,111, Tandem

quum iræ resedissent,&c. Id est quieuissent. Cic.3.Tusc.46, Non inerant in his quæ tibi casus inuexerat,& quidem inueterato malo,quum tumor animi resedisset.

Residet horũ rectis ac sedibus bellũ. Cic.pro Domo sua,49. Resideamus,si placet.Cic.3.de Finib.14.Hoc est sedeamus.

¶ Resídere esuriales ferias.Plau.Capt.3.8,Ita venter, gutturque resident esuriales ferias.Id est,otiantur,aguntque ferias esurítione plenissimas.

¶ Resídeor,Passiuum.Cic.1.de Legib.86,Nec verò tam Denicales,quæ à nece appellatæ sunt,quia residentur mortui,quàm cæterorũ cælestium quieti dies,Ferix nõ minarentur, nisi maiores eoꝝ qui ex hac vita migrassent, in deorum numero esse voluissent.

Résidens,penul.corr.Participium,Post factũ aliquod sedens, quiescens.Plin.lib.34.cap.14.3,Aristonides artifex quum exprimere vellet Athamantis furorem, Learchum filium præcipitare volentis,& præcipitato illo residẽtis pœnitentiã,&c. Hoc est, quum vellet exprimere furorem Athamantis,& eiusdem residentis pœnitentiam post præcipitatum filium. Nisi quis fortè malit cum Bayfio legere,renitentis:vt intelligatur Athamas,statim præcipitato filio pœnitentia ductus, renisus, quasi factum ipsum reuocare vellet. Antiquũ exemplar manu scriptũ quod apud Budæum vidimus,sic legit,Quum exprimere vellet Athamãtis furorẽ, Learcho filio præcipitato residentis pœnitentiã. Alia exẽplaria sic habent, Quum exprimere vellet Athamantis furorem Learcho filio præcipitato residentẽ, pœnitẽtiámq; ferrum & æs miscuit: vt rubigine eius per nitorem æris relucẽte,exprimeretur verecundiæ rubor.

Vertice residens.Silius lib.7.74.

In vertice residens:Silius lib.5.41.

Reses,résidis,pen.corr.om.gen.Qui remanet otiosus à labore, seu opere quod exercere solebat.Liu.2.ab Vrbe,136,Timere patres residem in vrbe plebẽ, incerti manere eam , an abire mallent. Idem 3.bel. Pun.73,Ratus deinde prodita colloquia esse, metúque resides factos, partem militum in castra remittit. Idem 6.ab Vrbe,87, Eum residem intra vallũ tempus terere.

Viros resides in arma mouere.Virg.6.Æneid.163.

Reses aqua. Varro 3.de re rust. cap.17.7, Piscinas eius despiciebat,quòd æstuaria idonea nõ haberet, ac in residem aquam & locis pestilentibus habitarent pisces eius.

Curas resides soluere.Valer.8.Argon.44.

Reses animus,Piger. Virg.1. Æneí.146, Iampridem resides animos,desuetáq; corda. Vbi Seruius,Resides,pigros,& ad amãdum inertes.

Resíduus, Adiectiuũ, Quod resídet & supereſt, siue reliquũ est. Liu.3.bel.Maced.129, Omnibus residuis pecuniis exactis,tributo priuatis remisso,&c. Plancus Ciceroni,li.10.11.10, Cupio mehercules,nullam residuã solicitudinẽ esse. Idem ad Lẽtulum, li.1.9.78,Sed quũ inclusum illud odiũ multarũ eius in me iniuriarũ,quod ego effudisse me omne arbitrabar,residuum tamen insciẽte me fuisset:omne repẽte apparuit.Residuum fuisset,Id est In animo meo latẽs remãsisset,restitisset,& quasi resedisset.

Quid relatum,quid residuum sit.Cic.2.de Leg.agrar.63.

Residua & vetus simultas. Liu.9.bel. Pun.188.Et siue ex residua & vetere simultate, siue intempestiua iactatione seueritatis inflatus,&c.

Residuus,pro Relictus.Sueton.in Augusto,cap.73,Instrumẽti eius & supellectilis parsimonia apparet etiã nunc residuis lectis, atque mensis:quorum pleraque vix priuatæ elegantiæ sint.

Resído,resídis,penul.prod.resẽdi,pen.prod. resídere, pen.corr. Motum significat.Plinius epistol.190. lib.9,ad Quadratum,Nouissimè Cõsul,Secundè, sentẽtiæ loco dicet,siquid volueris.Permiseris,inquã,quod vsq; adhuc omnibus permisisti.Resído:agũtur alia interea. Idẽ epist.87,lib.4.ad Sempronium,Nã Viennenſiũ vitia inter ipsos residũt,nostra latè vagantur.Plin.auun culus li.18.cap.9.16,Datur & phthisicis vnciatim cum vini veteris hemina decocta, donec tres vnciæ è toto residant. Id est,supersint & remaneant,residuæ sint.

Si montes resedissent,amnes exaruissent.Cic.in Pisonem,64.

Retro residere.Lucret.lib.2.57,

Cuius ad arbitrium quoque copia materiai
Cogitur interdum flecti per membra,per artus,
Et proiecta refræna tur,retróque resídit.

Corda ex ira residunt.Virg.6.Æneid.81.

Omnia quæ cõmouerat,pace & otio resedérũt.Cic.in Salu 6.

Resigno,Resignas,resignare,Quod signatum erat,aperire,relaxare,patefacere:vt resignare literas.Plaut.Trinum.Iam si obsignatas nõ feret,dici hoc potest apud portitorẽ eas res resignatas tibi,inspectásque esse. Cic.ad Atticũ,lib.11.ep.4.Quas si putabis illi ipsi vtile esse reddi,reddes:nil me lædet. nam quod resignatæ sunt,habet,opinor,eius signum Pomponia.

Testamenta resignare.Horat.1. epist.7.2, -& opella forensis Adducit febres,& testamenta resignat.

¶ Resignare,Perfectè signare. Colum.lib.de Arboribus, cap. 20.1, Prius quàm arbusculas trãsferas,rubrica resignato, vt hisdem quibus antè steterunt constituas eas. Qui locus ex cast.gato exemplari sic legitur, Rubrica,vel alia qualibet re signato,vt iisdem ventis quibus antè steterunt,constituas eas.

¶ Resignare,Claudere. Virgil.4.Æneid.49, Dat somnos,adimitq;,& lumina morte resignat.

Fata venientia resignare.Ouid.6.Fast.107.

¶ Resignare, pro Referibere dicebant antiqui, sicuti Subsignare,pro Subscribere: & Resignatũ æs dicebatur militi,quum ob delictum iussu Tribuni militum, ne stipendium ei daretur, in tabulas referebatur.Festus.

¶ Resignare,Reddere, vt aiunt Acron & Porphyrio: quod fit quũ in libris datorum & acceptorum, pecuniã quam acceptam signauimus, redditam demonstramus. Horat.3. Carm. ode 29.11, -siceleres quatit
Pennas,resigno quæ dedit.De Fortuna. Idem 1.epist.7.7,
Hæc ego si compellar imagine,cuncta resigno.

¶ Resignare,pro Dissoluere,perimere, abrogare. Cic.pro Archia,6,Nam quũ Appii tabulæ negligentius asseruatæ dicerentur,Gabinii,quãdiu incolumis fuit,leuitas,post damnationem, calamitas,omnem tabularum fidem resignasset:Metellus homo sanctissimus, modestissimúsque omnium tanta diligentia fuit, vt ad Lentulum Prætorem & ad iudices venerit,& vnius nominis litura se commotum esse dixerit.Budæus.

Periuria resignare.Silius lib.17.86, -irrumpit mole ruinæ Ausonius globus,& periuria Graia resignat.

Resílio,résilis,pen.cor.resílui, resíliui vel resílii, resultum,resílire,In contrarium agi,rebellare,inquit Sipontinus. Plin.Quãdoq; resilit vulnus,& curare scalpello oportet. Lucret.lib.4.73, Omnia quandoquidẽ cogit natura referri,
Ac resilire ab rebus ad æquos reddita flexus.

Grando resilit à culmine tecti.Ouid.11.Metam.96.

In spatium breue resilire.Ouid.3.Metam.136,
At Libys obstantes dum vult obuertere remos,
In spatium resilire manus breue vidit,& illas
Iam nõ esse manus,iam pinnas posse vocari. Resilire dixit pro Retrahi,seu potius contrahi.

¶ Resilire dicitur mãma quando sterilescit:quasi retro saliat, siue intrò lac ipsum quod in mamma est. Plin.lib.11.cap.40.1, Detracto mamma alumno suo sterilescit ilico,ac resilit.

¶ Resilire,Non hærere,nõ conuenire. Cicero pro Roscio Amerino,48, Vbi scopulum offendis eiusmodi, vt non modò ab hoc crimen resilire videas,verùm omnem suspicionem in vosmetipsos recidere intelligas.

Resulto,resultas,resultare,Frequẽtatiuũ,Sæpe resilire, inqt Fest'. Resultãt colles.Virg.5.Æn.30, -pulsati colles clamore resultãt. Idẽ lib.8,Consonat omne nemus strepitu,colléſque resultant.

Imago vocis resultat,Id est echo. Virg.4.Georg.10.

Oranti vox & iuga longa resultant.Stat.1.Thebaid.143.

Resultant tecta vocibus. Plin.in Paneg.Inde resultãtia vocibus tecta,nihilque tantis clamoribus clausum.

Resultans sonus. Plin.lib.11.ca.19.1, Inimica apibus echo est, resultanti sono,qui pauidas alterno pulsat ictu.

Resímus/pen.prod.Adiectiuũ,Ex re & simus cõpositum,Qui sursumuersus reductas habet nares.Colum.lib.6.cap.1.3, Naribus resimis,patulísque. Varro 2.de Re rust.ca.9.3,Labris subnigris,aut rubicundis,neque resimis superioribus,neque pẽdulis subtus. Plin.lib.8.ca.15.7,Rostro resimo,cauda & dentibus aprorum aduncis,&c. Celsus lib.4,Renes verò diuersi: qui lõbis subimis coxis inhærent:à parte earum resimi, ab altera rotundi, qui & venosi sunt, & ventriculos habent. Idem lib.8, Lamina ferrea est,ænea,firma:paulum resima.Id est panda.

Resína/resínæ,pen.prod.Humor ex arboribus defluens, in iisdémque residens.Plin.lib.16.cap.10.3,Pinus fert minimum resínæ,interdum & nucibus ipsis,&c. Plaut.Merc.4.18,Resinam ex melle Ægyptiam vorato,saluum feceris.

Resina terebinthina.Colum.lib.11.ca.10.3,Et sæpe apud Celsum,lib.6.cap.9. Plin.lib.13.cap.1.31, Resina conditæ frigidis stomachis vtilia existimantur. Hoc est quæ resina condita sint, vt vinum resinatum,& huiusmodi.

Resinaceus,Adiectiuum, Quod resinam refert.Plinius lib.14.ca. 11.11,Alterum sterile, alterum cui & caulis & semen resinaceũ, quod canchrys vocatur.

Resinatus, Aliud adiectiuum, Quod est resina illitum.Iuuenalis Sat.y.8.11,-quid resinata iuuentus?

Resinatum vinum,Cui resina admista est. Plin.lib.23.ca.1.31,

Nouitium resinatum nulli conducit. Martialis lib.3.35, Resinata bibis vina, Falerna fugis. Apud Celsum lib.2.cap.24, inter res stomacho idoneas numeratur.

Resinósus, pe.pro.Adiect. Quod resina abúdat. Pli.li.15.ca.7.7, Est enim pinguissima & resinosissima. Idē lib.24.ca.7.1, Spissarū vulsiuima medicinæ est brutta, quentū pinguissima & resinosissima vtraſq; præbet vtilitates: obid magis rutila quàm cæteræ.

Resipio/resipis, pen.cor. resipiui & resipui, resipere, Ex re, & sapio compositum, Idem significat quod Valde oleo, vel redoleo. Vnde dicimus Resipit picem. Plin.lib.14.cap.2.8, Iam inuenta vitis perse in vino picem resipiens.

Resipisco, resipiscis, resipui, resipiscere, Est (vt ait Valla libro 5.) ad priorem mentis statum vel ad meliorem mentem redire.

Plaut.Mil.20.24, -malo ne interueneris quæso
Dum resipiscit. Terentius And.4.2.15, Resipisco.r.nō Apollinis magis verū, atq; hoc responsum est. Idem Heaut.4.8.3, Multò omnium nunc me fortunatissimum
Factum puto esse gnate, quum te intellego
Resipisse. Cic.pro Sestio, 69, An quòd, quum esset ablatus, primúmque resipuisset, non te referri iussit? Idem ad Atticum, lib. 4.74.2, Vix aliquando te authore resipui. Liuius 6.bel. Maced.52, Vt tunc salutem experti regiā vanitatem resipiscerēt. Propert.lib.3.eleg.14.4,
Nunc demum vatto fessi resipiscimus æstu,
Vulnera & ad sanum nunc coiere mea.
Resipiscunt ægroti, quasi respirantes à defectione vel animi deliquio. Suet.in Tiberio, cap.73, Quum extractum sibi deficienti annulum mox resipiscens requisisset.

Resisto/resistis, réstiti, réstitum, pen.corr. resistere, Quod vernacula lingua dicimus *soy arrester*. Plaut.Trucul.16.40, Dicam adesse, ni occupata est.o.resiste:hem frustra sit. Liuius 1.ab Vrbe, Restitêre Romani, tanquam cæsti voce iussi.

Restitit ad nostras fessa labore fores. Ouid.5.Fast.47.
Ad fores thalami resistere. Ouid.1.de Arte, 141.
Resistere in re aliqua. Cic.4.de Finib.81, Quod bonum sit, id esse optabile: quod optabile, id esse expetendū: quod expetendum, laudabile: deinde reliqui gradus: sed ego in hoc resisto.
In voce media resistere. Virg.4.Æneid.16, Incipit effari, mediáque in voce resistit.
Nihil est iā vnde nos reficiamus, aut vbi lapsi resistamus. Cic. pro Murena, 76.
Resistere, Permanere. Liu.6.bel.Maced. Bebius restitit ad Pelineum oppugnandum.
¶ Resistere, Aduersari, Repugnare. Cæsar 2.bel.Gall.308, Quū diuersis locis legiones aliæ aliæ in parte hostibus resisterent. Ibidem, lib.4.486, Quòd Germanorū consuetudo hæc sit à maioribus tradita, quicunque bellum inferant, resistere, neque deprecari. Cicero 5.Verr.28, Q.Septitio, honestissimo homine, equitéque Ro. resistente Apronio, & affirmante se plus decima non daturum, exoritur peculiare edictum repentinum, &c.
Resistere & peruincere. Cic.Attico, lib.2.16.15.
Age, restitero Peripatetici.s. Cic.4.Acad.104.
Robur restitit amori. Lucan.lib.2.77.
Resistere armis. Cic.2.Tusc.58.
Malo resistere. Ouid.1.Metamor.58, Siqua domus mansit, potuitque resistere tanto Indeiecta malo.
Resistere alicui clamore hominum. Cicero 3.Verr.111, Cui nisi ego vi populi & hominū clamore, atq; cōuitio restitissem, &c.
Arbor resistit ventis. Ouid.2.de Arte, 131.
Serò resistimus ei, quem per annos decem aluimus cōtra nos. Cic. Attico, lib.7.115.4.
Resistere immobilem. Plin.lib.12.cap.9.3, Arbores mari aduenientes fluctibus pulsatæ, resistunt immobiles.
Resistere cōtra. Colum.lib.1.cap.5, Præstructa valēter resistēt contra ea quæ postmodum superposita incumbent.
Resistere & repugnare cōtra veritatē. Cic.pro Ros. Posth.10.
Contumaciter resistere, Vide **Contumax**.
Fortiter resistere dolori. Cic.Sestio, lib.5.17.7.
Obstinatè resistere, Vide **Obstirmo**.
Paulisper resistere, Vide Paulisper in **Parum**.
Resistere dicitur venenatis pabulis herba aliqua. Plin. lib.8. cap.17, Ceruus herba cinare venenatis pabulis resistit.
¶ Resistēs oratio. Quintil.lib.11.cap.2, Inde interruptus actionis impetus, & resistens ac salebrosa oratio. Hoc est intersistēs, non perpetuo tenore fluens, sed interdum subsistens & hærēs.
Species resistentes, Vide **Adæro**, adærat.
¶ Resistitur, pen.cor. Impersonale. Plin.lib.16.cap.13.6, Resistitur vox taminiæ succo, aut veratro, cum oleo perunctis corporibus. Cæsar 1.bel.Ciuil.12, Omnibus his resistitur, omnibúsque oratio eo.s. Scipionis, Catonis opponitur. Liu.3.ab Vrbe, 51, Tamen legi resistebatur.

Resoluo, resolui, resolui, resolūtum, pen.prod. resóluere, Quod ligatum erat dissoluere. Ouid.1.Metamorph.77, Et velate caput, cinctáque resoluite vestes. Plin.in Paneg.112, At nunc tua dextera, tuisque promissis freti, & innixi, obsepta diutina seruitute ora reseramus, frænatámq; tot malis linguā resoluimus. Plin. maior, lib.8.cap.12.1, Resoluunt illi nodos manu.
Vincire & Resoluere, cōtraria. Colum.lib.12.ca.1.19, Nec siquē dominus, aut ipse vinxerit, sine iussu patrisfamiliās resoluat.
Ab amplexu resolui. Ouid.epist.12.14.
Nexos artus resoluere. Virg.4.Æneid.139.
Artus & animam resoluere. Virg.4.Æneid.139.
Bella resoluere. Silius lib.8.55.
Alicui clypeum resoluere. Ouid.Epist.13.30.
Crines resoluere. Liu.4.bel.Pun.117, Resolutis crinibus, miserabilique alio habitu, & ad ea addidit preces.
Arida nec vinclis crura resolue tuis. Ouid.3.de Arte, 55.
Curas resoluere. Virg.1.Georg.61.
Fauces resoluere in verba, Aperire fauces ad loquēdum. Ouid. 2.Metam.57, Vix equidem fauces hæc ipsa in verba resoluo, (Pressérat ora vapor) tostos en aspice crines.
Fila resoluere. Ouid.2.Met.131, -triplicésq; deæ tua fila resolue.
Frondes resoluere. Silius lib.7.31.
Gleba se resoluit Zephyro. Virg.1.Georg.9.
Humum resoluere, Mollire, subigere. Columel.lib.2.cap.2.3, Ex his nihil non melius resoluta humo, quàm densa prouenit. Ibidem, 4, Neque enim aliud est colere, quàm resoluere & fermentare terram.
Iugulum ferro resoluere. Ouid.6.Metam.119.
Iura sacrata resoluere. Virg.2.Æneid.31.
Ense latus resoluere. Ouid.ad Pisonem, 19.
Literas resoluere. Liu.6.bel.Pun.79, Acceptas literas, neque resolutas quum in gremio reposuisset, &c.
Nebulæ ventis ac sole resoluuntur. Ouid.14.Metam.80.
Ora sono resoluere. Ouid.13.Metam.25.
Vesta faue, tibi nunc operata resolaimus ora. Ouid.6.Fast.50.
Tenebras resoluere. Virg.8.Æneid.119.
Tristitiam animi resoluere. Plin.lib.14.cap.6.3, Inuenio potu modico tristitiam animi resolui, largiore contrahi.
Poplites summittuntur, virésque resoluunt. Lucret.lib.4.193.
Vittas capitis resoluere. Virg.3.Æneid.74.
Vocem atque ora resoluere. Virg.3.Æneid.92.
Vulnera resoluere. Stat.5.Sylu.5.17.
Vulnera resolui. Quintil.li.6.ca.1.14, Et vestes sanguine perfusas videmus, & vulnera resolui, ac verberata corpora nudari.
¶ Resoluere in puluere, Reducere. Colum.lib.11.ca.1.45, Quū omnis gleba in vineis refringitur & resoluitur in puluerē. Pli. lib.33.cap.12.8, Sed esse falsum, aduſtúmque amaritudine apparet, quoniam resolutum in puluerem est.
Resoluere in tabem margaritas. Plin.lib.9.ca.35.17, Aceti asperitas, víque in tabem margaritas resoluit.
¶ Resoluere, pro Numerare pecunias creditoribus, aut aliis quibus promisimus. Plaut.Epid.8.16, Nam leno omne argentū abstulit pro fidicina: ego resolui. Idem Mena.h.20.30, Ego perdormisco, si resolui argentum cui debeo. Cic.14 Philipp.410, Senatum quæ sit antea pollicitus legionibus, exercitibusque nostris, ea summo studio Reip. recuperata resoluturum.
¶ Resoluere, Refellere. Quintil.lib.5.ca.13, Resoluere ex parte diuersa dicta, difficile erit.

Resolūtus, pen.prod. Participiū: vt Comas resoluta puella. Tibullus lib.1.eleg.3.7.
Quiete resolutus. Ouid.9.Metam.95.
Amore resolutus, Liber ab amore. Tibull.lib.1.eleg.9.17.
Brachia resoluta somno. Ouid.1.Fast.75.
Corpore resoluto neci similis. Ouid.7.Metam.66.
Corpora fluxa & resoluta. Colum.lib.1.ca.1.15, Nā sic inuenū corpora fluxa & resoluta sūt, vt nihil mors mutatura videatur.
Gaudia resoluta. Silius lib.11.61.
Ira resoluta frænis legum. Lucan.lib.2.30.
Dat gemitum patiens resoluto pōdere moles. Silius lib.3.130.
Tellus resoluta rarescit in aquas. Ouid.15.Metam.49.
Vincla resoluta. Silius lib.3.94.

Resono/resonas, pen.corr. resonare, Contra sonantem sonare. Virg.eclog.1.2, Formosam resonare doces Amaryllida syluas.
Æther clamoribus resonat. Virg.5.Æneid.46.
Æther resonat latratibus. Ouid.3.Metam.47.
Gloria virenti resonat tanquam imago gloriæ. Cic.3.Tusc.6.
¶ Resonare, Sonū reddere. Colum.lib.12.cap.2.3, Ex eiusmodi vocum concordia nō solum ipsis canentibus amicum quiddā & dulce resonat, verūetiā spectātes audiēsque lætissima voluptate permulcentur. Cic.1.Tusc.133, Qui quum conjectus in carcerem, triginta iussu tyrannorum venenum vt sitiens obduxis-

ſet,reliquũ ſic è poculo eiecit vt id reſonaret.Quo ſonitu reddito arridens,Propino,inquit,hoc,&c.

Cornua,quæ ad neruos reſonãt in cantibus.Cicero 2.de Natura deor.114.

Cantu aſſiduo reſonare.Virg.7.Æneid.3.

Ore ſuperbo reſonare.Silius lib.3.50.

Arbuſta reſonant cicadis.Virg.2.eclog.3.

Auia tum reſonant auibus virgulta canoris.Virg.2.Geor.66.

Spectacula plauſu reſonant.Ouid.10.Metam.133.

Acutum reſonant vmbræ.Horat.1.Serm.ſat.8.9.

Triſte reſonant vmbræ.Horat.1.Serm.ſat.8.9.

Recinere & reſonare,per tranſlationẽ.Cic.de Claris Orat.88, Illud eſt maius, quòd in vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat vrbanius.

In fidibus teſtudine reſonatur,aut cornu.Cicero 2.de Natura deorum,117.

Réſonans,pen.corr. Participium: vt Saxa reſonantia.Virgilius 3. Æneid.87.

Carmina reſonantia chordis Romanis.Ouid.ad Piſonẽ,49.

Theatrum reſonãs.Cic.ad Q.fratrem,lib.1.1.63, Quare quoniam eiuſmodi theatrum totius Aſiæ virtutibus eſt datum celebritate refertiſſimum,magnitudine ampliſſimũ,iudicio eruditiſſimum,natura autem ita reſonãs, vt vſque Romam ſignificationes vocéſque referantur.

Vnda reſonante tunditur littus.Catul.ad Furium,11.1.

Réſonus,pen.corr. Adiectiuum: vt

Voces reſonæ.Ouid.3.Metam.100.

Ictus reſoni.Valer.1.Argon.114.

Reſorbeo/reſorbes,reſorbui & reſorpſi,reſorptũ,reſorbêre,Rursum ſorbere. Plin.lib.4.epiſt. vltima, An quæ Oceano natura, fonti quoquequáq; ille ratione aut impellitur, aut reſorbetur, hac modicus hic humor,vicibus alternis ſupprimitur vel egeritur. Plinius libro 29.cap.6.17, Qua in mentione ſignificandũ eſt,pauones ſimum ſuum reſorbere tradi, inuidẽtes hominum vtilitatibus.

Vomere & Reſorbere,contraria.Ouid.epiſt.11.15,Quæque vomit totidem fluctus,totidémque reſorbet.

Reſorbere quæ euomimus.Plin.lib.9.cap.43, Hamo deuorato omnia interanea euomunt,donec hamũ egerant,deinde reſorbent.

Lachrymas reſorbere.Stat.5.Thebaid.131.

Pontus ſaxa reuoluta reſorbet.Virg.11.Æneid.115.

Vocem reſorbere. Plin.lib.18. cap.35.10, Si verò carptim vocem reſorbebunt,ventoſum imbrem ſignificant.De cornis.

Reſpecto/& **Reſpectus**/vide **Reſpicio.**

Reſpergo/reſpergis,reſperſi,reſperſum,reſpérgere,Circum circa ſpargere.Liu.1.ab Vrbe,54,Hinc patres,hinc viros orãtes,ne ſe ſanguine nefando ſoceri,generique reſpergerent. Colum. lib.1,Deinde quum prædictum tectorium inaruit,rurſus amurca reſpergitur. Plin.lib.14.ca.12.1,Numæ regis Poſthumia lex eſt,Vino rogũ ne reſpergito. Sic Cic.7.Verr.79,Quum Prætoris nequiſſimi ineruiſſimiq; oculos prædonũ remi reſpergerẽt.

Sanguine reſpergere dextram.Catul.Argon.59.46.

Mero reſpergere tergora.Colum.lib.6.cap.2.5.

Reſperſus,Participium: vt Reſperſæ matris cruore virgines. Liu. 4.bel.Pun.110.

Iuuenis reſperſus cæde fraterna.Catul.Argon.59.36.

Puluere reſperſus.Stat.8.Thebaid.2.

Manus reſperſæ ſanguine.Cic.pro Roſc.Amer.41.

Menſa reſperſa cruore.Liu.9.bel.Maced.181.

Comæ reſperſæ ſanguine.Ouid.3.Faſt.91.

Reſperſus,huius reſperſus,Ipſe reſpergendi actus. Plin.lib.10.ca. 3.5,Hæc cauſa eſt gregatim auibus natãdi:quia plures ſimul nõ infeſtantur,reſperſu pennarum hoſtem obcæcantes.

Reſperſio,Verbale,Idem.Cic.2.de Diuin.71,Habes & reſperſionẽ pigmentorum,& roſtrum ſuis,& alia permulta.

Reſpicio/réſpicis,pen.corr.reſpexi,reſpectum,reſpicere,Retro aſpicere,ſiue flexis in terrã oculis aſpicere,vt ait Eraſmus. Terent.Eunuch.2.3.50,

-quum hæc reſpicio ad virginem,
Illa ſeſe interea commodum hæc aduorterat
In hanc noſtram platêam. Cic.1.de Diuin.88,Tum ei ducem illum præcepiſſe ne reſpiceret.

Reſpicit Æneas ſubitó.Virg.6.Æneid.106.

Inſtantem tergo Cloanthum reſpicit.Virg.5.Æneid.34.

Tellus reſpicitur.Ouid.2.Amor.eleg.11.5,

Serò reſpicitur tellus,vbi ſune ſoluto
Currit in immenſum panda carina ſolum.
Tam longè retro reſpicere non poſſunt.Cic.5.Tuſc.9.

A tergo reſpicere.Virg.8.Æneid.140.

Reſpicere ad.Plaut.Truculent.6.2,Ego ſum,reſpice ad me. Terent.Phorm.5.1.13, -quis hic loquitur?
c. Sophrona. 5. & meum nomen nominat?
c.Reſpice ad me. Idem And.1.5.6,Quaſi de ímproniſo reſpice ad eum. Quintilianus libro 11.cap.2, Ad libellum reſpicere vitioſum. Cicero 1.de Diuin.111, Et noctu ad oppidum reſpicientes,flagrantes onerarias quas incenderant milites,quia ſequi noluerant,videbatis.

Ad aliquid reſpicere.Senec.de Benefic.lib.3.cap.2, Quicquid frequens cogitatio exercet ac renouat,memoriæ núquam ſubducitur,quæ nihil perd.it,niſi ad quod ſæpe nõ reſpexit. Quintilianus lib.1.cap.12.5,Et quum Latinis ſtudebimus literis,nõ reſpiciamus ad Græcas.

Mala ſua reſpicere,Conſyderare.Lucret.lib.4.133.

Vitæ exemplar reſpicere.Horat.in Arte,64.

¶Reſpicere aliquem,pro Iuuare.Terent.And.5.6.11,Age,me in tuis ſecundis rebus reſpice. Idem Adelph.5.8.9,

Párere iam diu per annos hæc non poteſt:
Nec qui eam reſpiciat,quiſquam eſt,ſola eſt. Cic.ad Cælium, lib.2.15.15, Vt reſpiciam generũ meum adoleſcẽtem optimum, mihique chariſſimum.

Lucina reſpexit domũ nullo vlulata dolore. Stat.3.Theb.31.

Rempub. reſpicere. Cicero ad Brutum, 14.3, Quod ipſum,ſi Remp.cui ſuſceptus es,reſpicis,tibi iam iámque faciendum eſt. Plancus ad Ciceronem,lib.10.11.11,Omniáque ei obſequia polliceor,ſi modò Remp.reſpicere volet.

Reſpicit nos deus,Id eſt,cuſtodit,vel diligit.Plautus Bacchid. 14.13,Tace modò, deus reſpiciet nos aliquis. Terent.Phorm. 5.3.34, Di nos reſpiciunt: gnatam inueni nuptam cum tuo filio. Idem Hecyra,5.2.6,Nec pol iſtæ metuunt deos,neque has reſpicere deos opinor. Idẽ And.4.1.18,Et me & te imprudens,niſi quid di reſpiciunt,perdidi. Cicero ad Atticum,lib.1.11.11, Niſi quis nos deus reſpexerit. Eidem,lib.7.111.4, Niſi idem deus, qui nos melius quàm optare auderemus,Parthico bello liberauit,reſpexerit Rempublicam.

Pietas reſpicit labores humanos.Virg.5.Æneid.138.

Cauere alicui,& reſpicere eum.Cic.5.Verr.10.

Reſpicere Cæſarẽ,Iuuare,fauere,vel obſequi.Cæſar 1.bel.Ciuil.1,L.Lentulus Conſul Senatui,Reique publicæ ſe nõ defuturum pollicetur, ſi audacter ac fortiter ſententias dicere velint: ſin Cæſarem reſpiciant,atque gratiam ſequantur,ſe ſibi conſilium capturum.

¶Se reſpicere,pro Sui rationem habere.Plaut.Pſeud.9.10,Nõ ſoles reſpicere te,quum dicas iniuſtè alteri?

Se reſpicere,Sibi proſpicere,vel rebus ſuis conſulere. Terẽtius Heaut.1.1.18, Nullum remittis tempus,neque te reſpicis. Ibidem,5.1.46, -non tute cohibes? non te reſpicis?
Non tibi exempli ſatis ſum? Plancus ad Ciceronem,lib.10.24, 18, Quòd ſi aut Cæſar ſe reſpexerit, aut Africanæ legiones celeriter venerint,ſecuros vos ab hac parte reddemus. Cic.2.de Finib.117, Ne tum quidem te reſpicies, & cogitabis ſibi quenque natum eſſe & ſuis voluptatibus?

Ætatẽ ſuã reſpicere, Proſpicere ætati ſuæ. Terẽt.Phor.1.3.87, Si concordabis cum illa,habebis quæ tuam
Senectutem oblectet: reſpice ætatem tuam.

Homo aptiſſimus ad iocãdum miniméque reſpiciens patriã. Cic.1.de Nat.deorum,65.

¶Reſpicere, Retrorſum aſpicere & in præteritum.Cic.pro Archia,Nam quoad longiſſimè poteſt mẽs mea reſpicere ſpatium præteriti temporis,& pueritiæ memoriam recordari,&c.

Reſpiciens,Participium. Ouid.4.Triſt.elegia 3.11,Reſpiciens oculis pignora chara meis.

Reſpiciendus,Aliud participiũ. Ouid.1.Amor.eleg.8.8,Quantum quiſque ferat,reſpiciendus erit.

Reſpectus,huius reſpectus,m.g.Reſpectio ipſa, & oculorum coniectus.Plaut. Et me reſpectu terruit.

Reſpectus,Id quod reſpicitur. Cic.1.de Diui.110,Dixiſſe remigem quendã ex quinqueremi Rhodiorũ vaticinatum,madefactum iri minus triginta dieb⁹ Græciã ſanguine,rapinas Dirrhachii,& conſcenſionem in naues cum fuga, fugiẽtibus miſerabilem reſpectum incendiorũ fore. Id eſt horrẽdum ſpectaculum.

¶Reſpectus, Ratio qua ad aliquid agendum mouemur. Plinius,Neque eo reſpectu commotus diſceſſerat. Martial.lib.11. 43,Sit pudor,& tãdem veri reſpectus & æqui. Cic.ad Brutum, Meus quidem animus in acie eſt,neque reſpectum vllum quærit,niſi me vtilitas ciuitatis fortè conuerterit.

Reſpectum habere ad aliquem. Cicero 5. Philipp.199, Itaque quum reſpectum ad Senatum, & ad bonos nõ haberet: eam ſibi viã ipſe patefecit ad opes ſuas amplificandas,quã virtus liberi populi ferre non poſſet. Liu.1.ab Vrbe,115,Sed factione,reſpe-

R E S

cúque rerum priuatarum quæ ſemper offecêre, officiéntque publicis conſiliis, Appius vicit.

Abſcindere rerum omnium reſpectum, Vide **Abſcindo.**

Reſpectu mei. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 10.

Reſpectu cupiũt hîc tamen eſſe ſui. Ouid. 4. de Pôto, eleg. 9. 10.

Reſpecto, reſpectas, reſpectare, Frequẽtatiuũ. Plaut. Caſina, 23. 10, -quoniam reſpecto identidem, ne ſenex

Illecebram ſtupri. Idem Menæh. 4. 49, Ne te vxor ſequatur, reſpectas identidem. Terent. Adel. 1. 1. 3, Quid reſpectas? nihil pericli eſt. Cic. pro Plãcio, 35, Ne par ab his munus in ſua petitione reſpectent. Lucret. lib. 5. 195,

Sed taciti reſpectabant, ſomnóque ſepulti,
Dum roſea face Sol inferret lumina cælo. Catull. ad Furium, 11. 5, Nec meum reſpectet, vt antè, amorem.

Lumine obliquo reſpectare aliquem. Stat. 3. Thebaid. 76.

Siqua pios reſpectant numina. Virg. 1. Æneid. 111.

Reſpiro/reſpiras, pen. prod. reſpirare, Recipere anhelitũ. Plautus Perſa, 11. 11, Sine reſpirare me, tibi vt reſpondeam. Terent. Heaut. 2. 2. 11, -ô Clitipho,

Timeo. C L I T. reſpira. Plaut. Epid. 5. 11,

Mane, ſine reſpirẽ quæſo. P. imò acquieſce. E. animo malè eſt, Recipiam anhelitum. Cic. 4. de Finib. 105, Quis enim ignorat, ſi plures ex alto emergere velint, propius fore eos quidẽ ad reſpirandum, qui ad ſummam aquam iam appropinquent? Idẽ pro Roſc. Amerino, 13, Quum tot tantiſque negotiis diſtentus ſit, vt reſpirare liberè non poſſit. Sic 1. de Finib. 83.

A re aliqua reſpirare. Quintil. libro 1. ca. 8. 8, Nam præcipuè quidem apud Ciceronem, frequẽter tamen apud Aſinium etiã, & cæteros, qui ſunt proximi, vidimus, Ennii, Arcii, Pacuuli, Lucillii, Terentii, Cæcilii, & aliorum inſeri verſus: ſumma non eruditionis modò gratia, ſed etiam iucunditatis, quum poeticis voluptatibus aures à ſe renſi aſperitate reſpirent.

A metu reſpirare. Cic. pro Cluentio, 158.

Reſpirat ciuitas, quum in priſtinum ſtatum redit. Cic. Anlo Torquato, lib. 6. 2. 4, Si armis aut conditione poſitis, aut defatigatione abiectis, aut victoria detractis, ciuitas reſpirauerit, & dignitate tua frui tibi, & fortuna vti licebit.

Reſpirare & reddere animam. Cic. 1. de Nat. deor. 103, Eáque ad pulmones vſque pertineat, excipiátque animam, eam, quæ ducta ſit ſpiritu, eandémque à pulmonibus reſpiret & reddat.

Reſpiraro, ſi te videro. Cicero ad Atticum, lib. 2. 39. 9, Item atque eo ſi poteſt actius te rogo, vt planè ad nos aduoles: reſpiraro, ſi te videro.

Reſpiraui, liberatus ſum. Cic. pro Milone, 36.

Reſpirat cupiditas. Cic. pro Quintio, 30, Si mehercule hæc tecũ duo verba feciſſes, Quid agor reſpirâſſet cupiditas atque auaritia paululum.

¶ Reſpiro, Efflo, aut emitto odorem aliquẽ. Stat. 1. Sylu. 2. 16, -inde malignum

Aera reſpirat pelago circunflua Neſſis.

Reſpiratio, Verbale. Cic. de Vniuerſitate, 25, Neque erant anima circunfuſa extrema mundi, vt reſpirationem requireret. Plin. lib. 9. cap. 7. 5, Quis enim ſine reſpiratione ſomno locus?

Reſpiratio aquarum, pro euaporatione quam vocant. Cic. 1. de Nat. deorum, 40, Ipſe enim oritur ex reſpiratione aquarum. earum enim quaſi vapor quidam aer habendus eſt. De aere.

¶ Mora & reſpiratio in oratione. Cic. in Oratore, 19, Diſtincta alios, & interpũcta interualla, morã, reſpirationéſque delectãt.

Reſpirâtus, huius reſpirátus, pen. prod. Cic. 1. de Natura deor. 105, In pulmonibus autem ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpongiis mollitudo, ad hauriendum ſpiritum aptiſſima: qui tum ſe contrahunt aſpirantes, tum in reſpiratu dilatant, vt frequenter ducatur cibus animalis, quo maximè aluntur animantes.

Reſpirâmen, pen. prod. reſpirâminis, neut. g. pro Halitu, ſeu meatu ſpiritus. Ouid. 2. Metam. 166, Vitaléſque vias, & reſpiramina clauſit. Ibidem, 11. 19,

Elidunt fauces, & reſpiramen, itérque Eripiunt animæ.

Reſplendeo, reſplendes, reſplendui, reſplendêre, Idem quod Splendere. Cic. 1. de Fin. 41, Adſint etiam formoſi pueri qui miniſtrent, reſplendeat iis veſtis, argentum, vel Corinthium, orichalcum, locus ipſe, ædificium.

Reſpondeo/reſpondes, reſpondi, reſponſum, reſpondêre, Notæ ſignificationis. Plaut. Trin. 13. 79, Si appellaſſes, reſpondiſſet nomine. Idem Amphit. 4. 60, Reſpondent, bello & ſe, & ſuos tutari poſſe. Terent. Adelph. 2. 1. 16, Reſponde.

Non canimus ſurdis, reſpõdent omnia ſyluæ. Virg. 10. eclo. 2.

Reſponde quod rogo. Plaut. Pſeud. 15. 12.

Acutè reſpondere, Vide **Acuo.**

Benignè reſpondere. Horat. 1. epiſt. 7. 13.

Incautè reſpondere. Quintil. lib. 5. cap. 11. 12.

Memoriter reſpondere, Vide **Memoriter.**

Pariter & æqualiter reſpondere, Vide **Pariter.**

Paratiſſimè reſpondere, Vide **Paro.**

Propalam aliquid reſpondere. Tacitus lib. 11.

Pudicè reſpondere. Quintil. lib. 5. cap. 11. 13.

Venuſtè reſpondere. Quintil. lib. 5. cap. 7. 11, Quia multa contra patronos venuſtè teſtis ſæpe reſpondet.

Corde ſedato reſpondere. Virg. 11. Æneid. 4.

Reſpondere ad. Plinius, Quum ad eos breuiſſimè reſpondiſſem. Cic. 7. Verr. 115, Quid ad hæc cogitas reſpõdere? Ibidem, 1. 15, Si enim mihi hodie reſpondere ad hæc quæ dico, potueris. Quintil. lib. 6. cap. 1. 4.

Ad ea quæ quæſita ſunt reſpondere. Cic. 1. Philipp. 1.

Ad voluntatem alicuius reſpondere. Cæſar 4. belli Gall. 481, Quorum eos ex veſtigio pœnitere neceſſe eſt, quum incertis rumoribus ſe ruiant, & plerique ad voluntatem eorum ficta reſpondeant.

Ad rogatum reſpondere, ſiue ad interrogata. Cic. pro L. Flacco, 7, Nunquam nobis ad rogatum reſpondent, ſemper accuſatori plus quàm ad rogatum. Liuius 3. ab Vrbe, 14, Introducti à Conſulibus ad Senatũ ita reſponderunt ad interrogata. Cæſar 1. bel Gal. 136, Arioniſt' ad poſtulata Cæſaris pauca reſpõdit.

Videat quid de illis reſpondeat, quos, &c. Cic. 3. Verr. 7.

Reſpondere aliquid in vtranque partem. Cic. 4. Acad. 187, Item ea quæ interrogati in vtranque partem reſpondere poſſumus.

Reſpondit quód. Cic. pro Roſc. Amer. 10, Aiunt hominem (vt erat furioſus) reſpondiſſe, quòd non totum telum corpore recepiſſet.

Reſpondere pro aliquo. Plin. epiſt. 31. 5, Reſpondit mihi pro Martiano Claudius Marcellinus. Cic. de Clar. Orat. 63, Vt etiã pro Bruto reſpondeam.

¶ De iure reſpondere. Cic. de Clar. Orat. 58, Multáque opera, multáque induſtria Rutilius fuit, quæ erat propterea gratior, quòd idem magnum munus de iure reſpondendi ſuſtinebat.

¶ Reſpondere criminibus. Mattius ad Ciceronẽ, li. 11. 28. 3, Reſpondebo criminibus, quibus tu pro me, vt par erat, tua ſingulari bonitate & amicitia noſtra ſæpe reſtiriſti.

Graniter reſpondere contra inimici contumeliam. Cicero de Aruſp. reſp. 15.

Maledictis reſpondere. Terent. in Prologo And. 7,

Non qui argumentum narret, ſed qui malcuoli
Veteris poetæ maledictis reſpondeat.

¶ Ad nomina reſpõdere, Quod vulgò in iure dicitur *Comparere*. Liu. lib. 7, Acerbitas in delectu nõ damno modò ciuium, ſed etiam laceratione corporum lata, partim virgis cæſis, qui ad nomina non reſpondiſſent, partim in vincula ductis, inuiſa erat.

Non reſpondere, Eſt vt nunc loquuntur in iure, *Deficere*. Cic. in Verrẽ, act. 3, Citatus accuſator M. Pacilius, neſcio quo caſu nõ reſpondit. Budæus.

Ad tempus reſpõdere, vel ad diem debitor dicitur, qui in mora non eſt. Cic. ad Atticum, lib. 16. 352. 3, Quãquam enim reliqua ſatis apta ſunt ad ſoluẽdum, tamen ſit ſæpe vt ii qui debent, reſpondeant ad tempus.

¶ Reſpondere, Conuenire, quadrare, cõſentire, & parem eſſe. Virg. 1. Æneid. 118, -dictis reſpondent cætera matris.

Dextra dextris reſpondent. Cic. de Vniuerſ. 62.

Vt omnia omnib' parib', paria reſpõdeãt. Ci. 1. de Na. deo. 70.

Conuenire & reſpõdere. Ci. 3. de Fin. 111, Quid poſterius priori non conuenit? quid ſequitur, quod non reſpondeat ſuperiori?

Ad normam reſpondere. Plin. lib. 36. cap. 11. 14, Structuram ad normam & libellam & ad perpendiculum reſpondere oportet. Id eſt competere & quadrare. Vitruuius lib. 7. ca. 3, Poſtea autem trulliſatione areſcente deformentur directiones arenati, vt longitudines ad regulam & lineam, altitudines ad perpendiculum, anguli ad normam reſpondentes exigantur.

Ad illud reſpondet. Varro, Quarta chorda ad ſeptimã reſpondet. Id eſt conuenit cum ſeptima.

¶ Reſpondere ad ſpem dicitur euentus: hoc eſt Secundum expectationem accidere. Liu. 8. bel. Pun. 28, Vbi haudquaquam ad ſpem euentus reſpondit. Id eſt non cecidit vt ſperabat.

Inuidiæ reſpondere. Ouid. 2. de Remed. amor. 1.

Fama reſponſûra ſuo labori. Horat. 1. Serm. ſaty. 8. 14.

Fructus non reſpondens labori. Ouid. 4. Faſt. 119.

Laudibus reſpondere Græcorũ. Cic. 1. Tuſc. 6, Nec tamen ſiqui magnis ingeniis in eo genere extiterunt, non ſatis Græcorum gloriæ reſponderunt. Id eſt, ſimiles fuerunt. Brutus ad Ciceronem, 7. 3, Qui veſtris paucorum reſpondeat laudibus. Id eſt qui veſtras æquet laudes.

Fauor non reſpondet meritis. Horat. 2. epiſt. 1. 1.

Tua virt⁹ opinioni hominū nō respōdet. Ci. Curioni, li. 2. 4. 3.

Voto respondere. Plin. epist. 7. 2, Nam ego quoque simili nutu, ac renutu respōdere voto tuo possum. Id est facere quod desyderas. Virg. 1. Georg. 10,

Illa seges demum votis respondet auari Agricolæ.

Si bonitas tua respōderit iudicio meo, Id est, Si tam bonus fueris quàm ego iudico. Cic. Attico, lib. 14. 310. 1.

Neque quicquam tam obscœnum dicere, cui non ab initio pueritiæ omni genere facinoris ætas tua respondeat. Cicero in Salustium, 1.

Amore vel in amore respondere alicui, Amantem redamare. Cicero ad Trebonium, li. 15. 11. 9. Cui ego quidem amori (vtinam cæteris rebus possem) amore certè respōdebo. Idem ad Brutum, 1. 1, Nihil enim mihi minus hominis videtur, quàm nō respōdere in amore iis, à quibus prouocere. Id est, quàm eos non redamare qui te vtro amare cœperūt, videlicet nullo à te affecti beneficio, nec prius amati.

In omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. Cicero Curioni, lib. 2. 1. 5.

Par pari respondere. Plaut. Trucul. 19. 45. Vide Par.

¶ Respondere patri, pro Imitari mores patris, nec degenerare. Cic. 3. de Fin. b. 15, Ut enim mihi magnæ curæ (quanquā quidem hoc proprium tui munus est) vt ita eruditur, vt & patri, & Scipioni nostro, & tibi tam propinquo respondeat. Budæus.

Nobilitati maiorum respondere. Quintil. lib. 3. cap. 7. 7.

Plenius & huberius respondere. Senec. de Benefic. lib. 3. ca. 17, Quærens quemadmodum plenius huberiúsque respondeat, nō suum parentibus & amicis sed hominibus quoque personis.

¶ Respondere. Respicere, seu cōtra positi esse. Virg. 6. Æn. 5, Contrà elata mari respondet Gnosia tellus. Seruius.

Ædificare porticum quæ palatio respondeat. Cic. de Arusp. resp. 46.

¶ Respondere, pro Profectum habere, & non fallere consiliū & propositū medici. Celsus lib. 2. cap. 10, Id quod si in cura quoque aquæ, quæ inter cutem est, ita respondet, quanto magis ne cesse est in sanguine respondeat? Alibi cedere vocat. Idem in tertio, Oportet itaque, vbi aliquid non respondit, nō tanti putare authorem, quanti ægrum, & experiri aliud. Budæus.

¶ Responsum est, Impersonale. Cicero 1. de Finib. 3, Quanquā philosophiæ quidem vituperatoribus satis responsum est eo libro quo à nobis philosophia defensa & collaudata est.

¶ Responsi breue. Cic. pro Cluentio, 131, Quàm leuia genere ipso, quàm falsa re, quàm brevia responsu.

Respondens, Participium: vt Tympana respōdentia. Stat. 2. Achill. 36, -aut respondentia tentant

Tympana, gemmatis aut cingunt tempora vittis.

Responso, responsas, responsare, Frequentatiuum. Plaut. Mostel. 6. 15, Neu quisquam respōset, quando hasce ædes pultabit senex. Idem Menæch. 14. 47, Responsa, aut loquere.

Respōsare cupidinibus, Id est retistere, repugnare, cōtradicere. Horatius 2. Serm. sat. 7. 7, Respōsare cupidinibus, contemnere honores. Acron.

Gallina dura malum responsat palato, Id est non sapit, non conuenit palato. Horat. 2. Serm. sat. 4. 4,

Si vespertinus subitò te oppresserit hospes,
Ne gallina malum responset dura palato,
Doctus eris viuam misto mercare Falerno.

Fortunæ superbæ responsare. Horat. 1. epist. 1. 14.

Respōsito, respōsitas. pen. cor. responsitare, Aliud frequentatiuum à Responso, responsas. Gell. lib. 13. cap. 10, Consulentibus de iure publicè responsitauit. Cicero 1. de Legibus, 20, Egone summos fuisse in ciuitate nostra viros, qui id interpretari populo, & responsitare soliti sint.

Responsum, responsi, Ipsa respōsio. Terent. in Prologo Phor. 17, Is sibi responsum hoc habeat in medio omnibus

Palmam esse positam, &c. Idem in Prologo Eunuchi. 6, -sciat Responsum, non dictū esse. Cic. Attico, lib 7. 13. 9, Ex illius ad nostra responsa responsi intelligentur.

Liberale responsum, Vide Liber adiectiuum.

Fida responsa. Virg. 1. Æneid. 76.

Medium responsum, Vide Medius.

Torua responsa trucis Senatus. Silius lib. 11. 14.

¶ Auferre responsum ab aliquo. Cic. 1. de Orat. 113.

Dare responsum. Cic. 6. Verr. 77, Senatus Sopatro responsum nullum dat, sed commotus, perturbatúsque discedit. Ibidē, 7. 33, Ipsis autem, &c. tantis de rebus responsum nullum dedisti.

Dare responsum petenti. Virg. 1. eclog. 2.

Dicere responsum. Quintil. lib. 5. ca. 7. 14, Et ad id responsum, quod elicendum erit, per gradus ducet.

Ferre responsum ab aliquo. Cic. 1. In Catil. 14, A me quoque id responsum tulisti, me nullo modo posse, &c.

Reddere respōsum. Cicero pro Plancio, Cum Senatus impediretur quo minus id quod hostibus semper erat tributum, responsum Equitibus Romanis redderetur.

¶ Responsum, Oraculum. Plinius libro 15. cap. 30. 7, Lauriferā tellurem illam osculatus ex responso. Idem libro 7. cap. 16. 1, Quum ita nata esset Valeria, exitio ciuitati, in quam delata esset, futurum, responso aruspicū vaticinante, &c. Cic. 1. de Natura deorum, 14, Multa ex aruspicum responsis commemorare possum. Virg. 9. Æneid. 17, Siqua Phryges præ sciatant responsa deorum.

E responso. Tacit. lib. 13, Vrbem princeps lustrauit è responso aruspicum.

Perplexum responsum, Vide Perplexus.

¶ Apollo animum dedit responso. Virg. 6. Æneid 69.

Edere responsa. Tacitus lib. 2. Ignarus plerique literarum & carminum, edit responsa, versibus cōpositis super rebus, quas quis mente concepit.

Diuūm responsis horrent regna Cassia. Virg. 6. Æneid. 160.

In dubiis responsa petunt. Virg. 7. Æneid. 18.

Poscens responsa sacerdos. Silius lib. 1. 15.

Reddere responsa. Virg. 3. Georg. 99, Nec responsa potest consultus reddere vates.

¶ Respōsa atqui decreta Iurisconsultorū. Cic. pro Murena, 17.

Responsus, huius responsus, masc. gen. Conuenientia, consensusque. Vitruuius lib. 1. cap. 2, Symmetria est ex ipsius operis membris conueniens consensus ex partibusque separatis, ad vniuersæ figuræ speciem, ratæ partis responsus. Idem lib. 3 cap. 1, Similiter verò sacrarum ædium membra ad vniuersam totius magnitudinis summam ex partibus singulis conuenientissimum debent habere commensuum responsum. Ibidē, Et ex membris separatis ad vniuersam corporis speciem ratæ partis commensus fieri responsum, &c.

Respōsio, Verbale, Ipse respondendi actus. Cic. 3. de Oratore, 11, Et quod continuatum, & interruptum, & imago, & sibiipsi responsio & immutatio, & disiunctio. Idem pro Corn. Balbo, 19, Accusatoris interpretatio indigna responsione. Et in Pisonē, 43, Responsione inimica.

Respōsor, Aliud verbale, Fideiussor, qui pro aliquo spondet. Horat. 1. epist. 17. 9, Quo responsore, & quo causæ teste tenentur.

Respuo, respuis, respui, respūtum, pen. pro. respuere, Repudiare, & quasi cum sputo per contemptum reiicere. Liu. 1. ab Vrbe, 177, Adeò propter suspicionem insitam regni, velut abundarēt omnia, munera eius in animis hominum respuebantur.

Aspernari & respuere aliquid. Cic. 3. de Orat. 55.

Respuere aliquid, & pro nihilo putare. Cic. pro Cecinna, 41.

Respuere aliquid dicuntur aures, per translationem. Quintil. lib. 11. cap. 1, Quid asperiorem habere frontē potest, aut quid aures hominum magis respuant, quàm quum est filio, filiúve aduocatis in matrem perorandum?

Respuit hoc sapientissimi cuiusque fides. Plin. lib. 18. cap. 2. 1, Ex homine remediorum primum, maximæ quæstionis, & semper incertæ est, valeántne aliquid verba, & incantamenta carminum. Quod si verum est, homini acceptum ferri oportere cōueniet. Sed viritim sapientissimi cuiusque respuit fides. Hoc est nemo sapiens id credit.

¶ Respuere auribus hominē. Cic. in Pisonem, 36, Qui vos nō oculis fugiat, auribus respuat, animo aspernetur?

Conditionem respuere. Cæsar 1. bel. Gall. 176, Non respuit cōditionem Cæsar, idque eum ad sanitatē reuerti arbitrabatur. Cic. pro Cælio, 10, Quare ista condicio iudices respuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat.

Consolationē respuere. Cic. 3. Tuscul. 114, Prodest hæc quidem cōsolatio, sed nec semper, nec omnib⁹. sunt enim qui respuant.

Curam respuere. Claud. 8. Paneg. 31.

Imperium respuere. Colum. lib. 6. cap. 2. 8, Vbi piger iuuencus medius inter duos veteranos iungitur, aratróque iniuncto terrā moliri cogitur, nulla est imperii respuendi facultas.

Interdictum respuere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 14. 1, Cæsaris interdicta, Si te secundo lumine hîc offendero: respuuntur.

Munera parua respuere. Tibull. lib. 4. ad Messalam, 1. 2.

Frænos cum sanguine respuit equus. Stat. 8. Theb. 1. 20.

¶ Respuit hoc ferri ictū. Plin. lib. 7. cap. 15. 1, Ea est carni informis, inanima, ferri ictum & aciē respuens. Hoc ferro non læditur. Lucret. lib. 3. 161,

Præterea quæcunque manent æterna, necesse est,
Aut quia sunt solido cum corpore, respuere ictus.

Respuere secures dicitur lignum, quod securibus non potest findi. Plin. lib. 17. cap. 10. 12.

Tela omnia respuit. Lucan. lib. 3. 97.

Tergus reſpuēs vulnus:hoc eſt, Quod nullo vulnere afficī aut offendi poteſt, præ duritie. Plin.lib.8. cap.21.3, Tergori duritia ſilicis,omne reſpuens vulnus.

Humus reſpuet inuiſum cadauer.Ouid.in Ibin,34.

¶ Réſpuor,reſpueris,pen.corr.Paſſiuum.Lucret.lib.2.78,

Præterea lumen per cornua tranſit,at imber
Reſpuitur.

Reſpuens,Participiū,ſine Nomen ex participio.Gel.lib.6.cap.15, Communium vocum reſpuens minus,& faſtidiens.

Reſtagno/reſtagnas,reſtagnare, Redundare,Aquam non continere.Colu.lib.2.cap.17.3,Itaque ſi palus in aliqua parte ſubſidens reſtagnat, ſulcis deriuāda eſt: quippe aquarū abundantia atque penuria graminibus æquè exitio eſt. Idem lib.8.cap.15. 2,Ora lacus ne corrumpantur violentia reſtagnātis vndæ, quæ ſemper interfluere debet,opere ſignino conſternuntur. Cæſar 2.bel.Ciuil.102,Sed hoc itinere eſt fons,quo mare ſuccedit longius,latéque is locus reſtagnat.

Flumina reſtagnant alto vallo.Lucan.lib.4.18.

Lacus reſtagnans vaſto gurgite.Silius lib.5.1.

Mare reſtagnans.Ouid.11.Metam.73.

Palus reſtagnat.Silius lib.8.76.

Reſtagnatio,Verbale.Plin.lib.11.ca.37.48,Ne reſtagnatio intempeſtiua alui obſtrepat. Idem lib.6.cap.28.5,Quod abeſſe à Petra x dierū nauigatione,noſtri negotiatores dicunt,Characenorúmque regi parēre:& Apamiam ſitam vbi reſtagnatio Euphratis cum Tigri confluat.

Reſtauro/reſtaurat,reſtaurare,Renouare,Redintegrare. Iuſtinus lib.11, Ita facta ſocietate, & auxiliis Gallorū auctus bellum velut ex integro reſtaurat. Tacit.lib.3,At Pompeii theatrum igne fortuito hauſtum Cæſar extructurū pollicitus eſt,eo quòd nemo è familia reſtaurādo ſufficeret. Idem lib.4,Et Segeſtani ædem Veneris mótem apud Erycum vetuſtate delapſam reſtaurari poſtulauere.

Reſtibilis/& hoc reſtibile,pen.corr.Adiectiuum.

Reſtibilis ager,Qui quotannis ſeritur. Colum.lib.2.cap.10.3, Ab hoc rectè phaſelus terræ mandabitur, vel in veruacto, vel melius pingui, & reſtibili agro. Feſtus, Reſtibilis ager ſit,qui continuo biēnio ſeritur farreo ſpico,id eſt ariſtato: quod ne fiat,ſolent qui prædia locant,excipere.Hactenus Feſtus. Var.1. de Re ruſt. ca.44.1, Illud quoque multum intereſt in rudi terra,an in ea ſeras, quæ quotānis obſita ſit, quæ vocatur reſtibilis:an in veruacto,quæ interdum requierit. Cato cap.35, Hordeū,qui locus nouus erit,aut qui reſtibilis fieri poterit,ſerito.

Arbor reſtibilis.Plin.lib.16.cap.31.1,Eſt in exēplis, & ſine tempeſtate,vllāve cauſa alia quàm prodigii,cecidiſſe multas,ac ſua ſponte reſurrexiſſe.Factum hoc Pop.Rom.Quiritibus oſtētum Cimbricis bellis Nucerīæ in luco Iunonis, vlmo poſtquā etiam cacumen amputatum erat,quoniam in aram ipſam procumbebat,reſtituta ſponte,ita vt protinus floreret.A quo deinde tē pore maieſtas Pop. Rom.reſurrexit,quæ antè vaſtata cladibus fuerat.Memoratur hoc idem factum & in Philippis,ſalice procidua atque detruncata:& Staglris in muſæo populo alba.Omnia fauſti ominis.Sed maximè mirū,Antandri platanus etiam circumdolatis lateribus reſtibilis ſponte facta,vitæque reddita, lōgitudine quindecim cubitorum, craſſitudine quatuor vlnarum. Ex his Plinii verbis apparet vocē hanc, RESTIBILIS, ductam eſſe à verbo Reſtituo.

Fœcunditas reſtibilis.Plin.lib.18.cap.19.3,Conceptū leporum vtero exempcum his quæ párere deſierint,reſtibilē fœcunditatem afferre putant.

Seges reſtibilis, Eſt quæ regerminat,quaſi cuius fœcūditas in ſequētem quoque annum reſiſtat. Plin.lib.18.ca.17.2,Hubertatis tamen tantæ ſunt,vt ſequente anno ſponte reſtibilis fiat ſeges. Varr.1.de Re ruſt.cap.9.5, Contrà in agro pingui, vt Hetruria,licet videre fructuoſas ſegetes,ac reſtibiles,& arbores prolixas. Idem lib.1.ca.7.9, Itaque vt reſtibiles ſegetes eſſent exuſtiores,ſic quotannis quæ prægnans fiat.

Vinea reſtibilis.Colum.lib.3.cap.11.

Vinetū reſtibile. Colum.lib.3.cap.18.Id eſt quod ſingulis annis repaſtinatur.

Reſtinguo/reſtinguis,reſtinxi,reſtinctū,reſtinguere, Idē quod Extinguere.Plaut.Caſina,17.06,Ignem reſtingunt aqua. Liu. 1.ab Vrbe,171, Quum quidam familiarium aquam ad reſtinguendum ferret,ab regina retentum,&c.

Ardere & Reſtinguere, contraria. Cic.4.de Fin.11, Quid ille incendat:reſtinguet citius ſi ardentem acceperit.

Ignis in aquam coniectus continuò reſtinguitur & refrigeratur.Cic.pro Roſc.Amerino,9.

Faullas ardentes reſtinxit lacte.Stat.5.Syl.5.4.

Flammam reſtinguere.Horat.1.Serm.ſat.5.13.

Flamma reſtinguitur.Lucret.lib.4.119.

Ignes reſtinguere fontibus.Virgil.1.Æneid.138. Cicero 3.in Catilinam,49.

Ignis vento reſtinguitur.Ouid.1.de Remed.amor.81.

Incendium reſtinguere.Cæſar 8.bel.Gal.147,Eodem tempore acerrimè prælíantur,vt ab incendio reſtinguendo,dimicationis prælio deterreant Romanos.

¶ Reſtinguere,per tranſlationem. Cic.1.de Fin.b.69, Omniū cupiditatum ardore reſtincto.

Flammam reſtinguere.Cic.7.Verr.11,Exortam videtur flammam paucorum dolore ac morte reſtinxiſſe.

Genus ſuum reſtinguere.Plautus Trin.10.50, Tum igitur tibi quærit cupido,genus qui reſtinguas tuum.

Improbitatem reſtinguere.Cic.3.Verr.108, Cōmuni præſidio talis improbitas,tanquam aliquod incendium,reſtinguēda eſt.

Incendium ruina reſtinguere, Vide Ruina in Ruo.

Iracundias reſtinguere & cupiditates.Cic.2.de Nat.deor.111.

Sermones reſtinguere,ſiue rumores. Cic.Attico, lib.11.168.1, Sermunculum enim omnem aut reſtinxerit, aut ſedarit: ſunt enim qui loquantur etiam mecum.

Sitim reſtinguere.Ci.1.de Fin.14,Eadémne,inquam,quæ reſtincta ſitis:Immo alio genere:reſtincta enim ſitis ſtabilitatē voluptatis habet,inquit. Virg.eclo.5.20, -ſitim reſtinguere riuo.

Studia reſtinguere.Cic.in Ora.3,Nec ipſe Ariſtoteles admirabili quadam ſcientia & copia,cæterorum ſtudia reſtinxit.

¶ Reſtinguere incenſum,Sedare,lenire. Terent.Phor.5.8.81,

Hiſce ego dictis illam ita tibi incenſam dabo,
Vt ne reſtinguas,lacrumis ſi extillaueris.

Verba alicuius reſtinguere.Terent.Eun.1.1.24,

Hæc verba,vna me hercule falſa lacrumula,
Quam oculos terendo miſerè,vix vi expreſſerit,
Reſtinguet.

Reſtinctus,Participium:vt Reſtinctum bellum. Cic.ad Brutū.lib. 11.11.1,Ex tuis literis,& ex Græcei oratione,non modò non reſtinctum bellum,ſed etiam inflammatum videtur.

Reſtincta eſt ſeditio,inuentum eſt temperamētum. Cic.3.de Legibus,35.

Vapor reſtinctus omnis.Virg.5.Æneid.140.

Reſtinctio,Verbale.Cic.1.de Finibus,15,Illa autem voluptas ipſius reſtinctionis in motu eſt.

Reſtio,reſtis,reſtiui,reſtitum,reſtire, Eſt ad reſerendum,laborādum,colendúmve aptū eſſe.Colum.lib.3.cap.61.12,Nam & quæ reſtire incipiunt,tempeſtiuè leguntur:& quæ nondum maturitatem ceperunt vuæ, ſine diſpēdio differuntur. Legitur in noſtris exemplaribus,Et quæ matureſcere incipiunt.

Reſtipulor,pen.corr.reſtipulāris,reſtipulāri,Dicitur is qui cum eo certat, à quo ſponſione eſt prouocatus. Id eſt viciſſim ſtipulari,& mutuam ſponſionem exigere. Valerius lib.1,Nec dubitauit reſtipulari. Cic. pro Roſc.Comœdo,11, Tua vox eſt Fannii: quid tu auferre potes à Flauio, ſi Flauius nihil debet? quid hic porrò nunc reſtipulatur,quod iam pridem ipſe exegit? quid verò Flauius tibi daturus eſt? Budæus, Reſtipulari, pro ſtipulari, ſiue viciſſim ſtipulari,vel poſt rem actam ſtipulari.

Reſtipulatio,reſtipulatiōnis,Verbale.Cic.pro Roſcio Comœdo,11, Quid enim reſtipulatio clamat? Quod à Flauio abſtulero, partem dimidiā inde Roſcio me ſoluturū ſpondeo. Et paulo poſt, Quis eſt huius reſtipulationis ſcriptor, teſtis,arbiter:quis ſtatu Piſo. Tu enim Q. Roſcium pro opera, labore,quod cognitor fuiſſet, quòd vadimonia obiiſſet, rogaſti vt Fannio daret HS CCC I ↀↀↀ. hac conditione, vt ſiquid ille exegiſſet à Flauio, partem eius dimidiam Roſcio diſſolueret.

Reſtis,huius reſtis,ſœ.g.in accuſatiuo, reſtem vel reſtim,Funis. Plaut.Perſa,13.55, -reſtim tibi
Cape craſſam,ac ſuſpēde te. Ibidem,8.11,Cædēre hodie tu reſtibus. Apuleī,Reſtim,qua grabatulus erat intextus,aggredior expedire. Plin.lib.17.cap.10.4, Eáque intrita reſtem circūlini. Colum.lib.11.ca.44.1,Deinde ſparteis reſtibus arborem cludūt, ne aut coruis,aut cornicib⁹,aliſve auibus pomū laceretur. Quidam hîc legunt rentibus. Idem lib.11.cap.3, Illinitur vel nauticis veteribus funibus,vel quibuſlibet aliis reſtibus.

¶ Ad reſtim mihi quidē res redit planiſſimè. Terent.Phor.4. 4.5,Hoc adagio ſumma rerum deſperatio ſignificatur.nā in hac ſolent quidam amentes ad laqueum confugere. Iuue.Saty.6. 4,Ferre potes dominam ſaltu ſub reſtibus vllam? Erasmus.

¶ Alliorum cōnexa capita, reſtes apud Plinium dicuntur,lib. 20.ca.6.6,Allium ad ſerpentium quidem ictus potum cum reſtibus ſuis,efficaciſſimè ex oleo illinitur.

¶ In ſaltatione reſtim ducere dicuntur chori puerorum puellarúmque manus conſerti. Terentius Adelphis,4.3.34, Tu inter eas reſtim ductans ſaltabis. Liuius lib.27,Per manum reſte data,

virgines ſono vocis,pulſu pedum modulantes inceſſerunt.

Reſticula,pen.corr.Diminutiuum. Varro 1.de Re ruſt.cap.41.4, Tum enim reſticulas per ſicus quas edimus,maturas perfetũt, & eas quum inuenerint,complicant,ac quò volunt,mittunt.

Reſtito/Vide Reſto.

Reſtituo/reſtitus,reſtitui,reſtitũtum,pen.prod. reſtitúere,Ex re,& ſtatuo,ſtatuis,cúpoſitum,ſignificat Reddere. Terẽt.And. 4.1.57, Reſtitue in quem me accepiſti locum. Idem in Prolo. Phorm.34,Quem actoris virtus nobis reſtituit locum. Idem Heaut.5.1.83,

Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis,
Dum id quæro,tibi qui filium reſtituerem. Iuſtinus.Hunc regno à patre priuatum filius reſtituerat. Cæſar 1.belli Gal.129, Ipſos,oppida,vicóſque,quos incenderant,reſtituere iuſſit.

Reſtituere ac reddere.Terent.Eunucho,1.1.67.

Primum,quòd ſoror eſt dicta:præterea vt ſuis
Reſtituam ac reddam.

¶ Reſtituere aliquem,Venia proſequi. Curtius lib.8, Eurilochum quinquaginta talentis, & eiuſdã Tyridatis opulentis bonis donat protinus.fratrémque, antequam pro ſalute eius precaretur,reſtituit.Fratrem Eurilochi intelligit,qui in Alexandrũ cum aliquot alijs conſenuerat:pœnitentia tamen ductus,coniurationem detexerat.

¶ Reſtituere,In ſtatũ priſtinum reducere.Plaut.Trin.4.60,

-quid tu adoleſcentem,
Quẽ eſſe corruptũ vides,qui tuæ mandatus eſt fidei & fiduciæ,
Quin eum reſtituis? Terent.And.5.5.13,Tu rem impeditam & perditam reſtituas! Idem Adelphis,1.1.40,Iures effregiſſe,reſtituentur.

Eiicere aliquem,& Reſtituere contraria. Cic.pro Milone,17, Quæ fuiſſet igitur cauſa reſtituendi mei,niſi fuiſſet iniuſta eiiciendi?

In antiquum ſtatum reſtitui.Cic.2.Verr.8.

A limine mortis reſtituere aliquem.Catul.ad Mallium,63.1.

¶ Reſtituũtur propriè volẽtes,authore Donato,cupiẽteſque, vt eius patriæ. Caius de Verb.ſignif.L.Plus eſt:Plus eſt,inquit, in reſtitutione quàm in exhibitione.nam exhibere eſt præſentiam corporis præbere. Reſtituere verò eſt etiam poſſeſſurẽ facere,fruitúique reddere.

¶ Reſtituere,Inſtaurare ac reficere. Cic.in Top.8,Si ædes exeſæ corruerunt,vitiúmve fecerunt,quarum vſufructus legatus eſt,hæres reſtituere nõ debet. Plin.epiſt.140,Pruſenſes domine balneum habent, & ſordidum & vetuſtate indulgẽtia tua reſtituere deſyderant. Plinius maior lib.6.cap.16.4,Oppidum Heracleam,ab Alexandro cõditũ,quod deinde ſubuerſum ac reſtitutum.

Aciem reſtituere.Liu.5.ab Vrbe,85,Titinnius in editũ tumulum ex multa trepidatione militibus collectis aciem reſtituit.

Animũ alicui reſtituere.Liu.5.bel.Pun.91, Reſtituit tamẽ his animos,& illis minuit audaciã parua vna res. Senec. Hip 8.1.

Calliditatem ſuam veterem reſtituere.Cic.pro Roſc.Amerino,37,Reſtitue nobis aliquando veterem tuam illam calliditatem atque prudentiam.

Turbatas comas reſtituere.Ouid.3.Faſt.4.

Damnatum reſtituere.Cic.ad Dolabellam,lib.9.10.5,Nec cõmittam,vt ſi ego eum condemnaro,tu reſtituas.

In priſtinam dignitatẽ reſtituere.Cic.pro Domo ſua,67,Reuſus ab eodem populo placato ſunt in ſuam priſtinam dignitatem reſtituti. Sic Reſtituere in antiquum ſtatum.Cic.2.Ver.8, Quam iſte per trienniam ita vexauit ac perdidit, vt ea reſtitui in antiquum ſtatum nullo modo poſſit.

Diesnulla poteſt igne extinctos reſtituere.Ouid.3.de Ponto, eleg.6.8.

Fraudata reſtituere.Cæſar 3.bel.Ciuil.131,Quammaximas pecunias mutuati,perinde ac ſuis ſanſacere,& fraudata reſtituere vellent.

In gaudium reſtituere.Plaut.Merc.2.2.44,Ne pauc,reſtituam iam ego te in gaudium vtique.

In gratiam reſtituere.Terent.Hecyra,3.1.11, Rem cognoſces, iram expedies,rurſum in gratiam reſtitues. Cic. ad Atticum, lib.1.14,Saluſtium præſentem reſtituere in eius veterem gratiam non potui. Idem de Prouinciis Conſul.18,Hic me meum in Remp.animum priſtinæ ac pernicũ cum C. Cæſare reduxit, reconciliat,reſtituit in gratiam.

In honorem Tribunitium reſtituere.Cæſar 1.bel.Ciuil.84.

Horam reſtituere.Cic.pro Quintio,48,Dicendum neceſſariò eſt,reſtituendæ horæ ad arbitrium noſtrum. Vetus codex legit præſtituendæ.Vide Hora.

Imperium Populo Ro.reſtituere.Plin.lib 7. cap.16.4, Quam oram maritimam à prædonibus liberaſſet, & imperium maris Populo Rom.reſtituiſſet,&c.

In integrum reſtituere,Integrum facere vt prius,inſtaurare, reparare.Cæſar 3.bel.Ciuil.4,Quæ iudicia,aliis audientibus iudicibus,aliis ſententiam ferentibus,ſingulis diebus erant perfecta,in integrum reſtituit. Liu.1.bel.Maced.117,Quum præcipitata raptim conſilia neque reuocari,neque in integrum reſtituí poſſint. Cic.7.Verr.10, Hos ſolent exitus exitiales habere, vt damnati in integrum reſtituantur,vincti ſoluantur,exules reducantur. Terent.Phorm.2.4.11,

-reſtitui in integrum,æquum eſt & bonum.

Ius reſtituere ereptum.Ouid.1.Faſt.115.

In locũ antiquũ gratiæ & honoris reſtituere.Cæſar 1.bel.Gal. 71,Quòd eorum aduentu potẽtia eius deminuta, & Diuitiacus frater in antiquum locum gratiæ atque honoris ſit reſtitutus.

In locũ reſtituere vnde quis cẽcidit. Cicero Attico,lib.2.18.1, Primum igitur illud te ſcire volo,Sampſiceramum noſtrũ amicum velhemẽter ſui ſtatus pœnitere,reſtituique in eum locum cupere ex quo cẽcidit.

Nomen ſuum alicui reſtituere.Cæſar 1.bel.Gal.141,Equidem me Cæſaris militem dici volui,vos me imperatoris nomine appellauiſtis.cuius ſi vos pœniter,veſtrum vobis beneficiũ remitto,mihi meum reſtituite nomen.

Veteri patientiæ aliquem reſtituere. Tacit.in vita Agricolæ, Quòd niſi Paulinus eo cognito prouinciæ motu properè ſubuenſſet,amiſſa Britannia forteſquam vnius prælij fortuna veteri patientiæ reſtituit.

In poſſeſſionem reſtituere.Cic.prò Cecinna,55, In poſſeſſionem in præſentia non reſtituetur.

Prælium,ſiue pugnam reſtituere.Liu.6.ab Vrbe,36,Cum ſcuto pedeſtri aduectus conſpectu ſuo,prælium reſtituit,oſtentans vincentẽ cæteram aciem. Ibidem,lib.4.165,Reſtituunt omnibus locis pugna,in quæ eos impetus tulit.

Rem reſtituere alicui. Cic.pro Roſc.Amer.67,Nónne ſi ex eo negotiõ tantulum in rem ſuam conuertiſſet, damnatus per arbitrium,& rem reſtitueret,& honeſtatem omnem amitteret?

Reipublicæ reſtitui.Cic.Lentulo,li.1.9.79, Quum ſe maximũ fructum cepiſſe diceret ex libertate mea: méque tum denique ſibi viſum Reip.qualis fuiſſem,reſtitutum.Id eſt,me fortem & conſtantem eſſe in liberè loquẽdo pro Rep.defendenda, qualis ſcilicet fuiſſem ante exilium meum.

Sanitatem reſtituere,& ſanitati.Plin.lib.10.cap.6.11,Suppurationes quãtaſlibet ſanat,fractæ inoctum fabæ,atque ita in cibo ſumptum,donec ſanitatem reſtituat. Ibidem,7,Cinere eorum cum oleo,capitis vlcera manantia ſanitati reſtituens,&c.

Se reſtituere,ac reuiuiſcere.Varro 3.de Re ruſt.cap.16.16,Quæ enim ſic cẽcinnatæ concaluerunt, reſtituunt ſe,ac reuiuiſcunt. Plin.lib.16.cap.31.4,Proſtratas reſtitui plerũque & quadam terræ cicatrice reuiuiſcere,vulgare eſt.

Reſtitui ſibi dicũtur vina quæ mutata fuerunt.Plin.lib.14.ca. 28.1,Vina in apotheciis Canis ortu mutãtur quædam,poſteáque reſtituuntur ſibi.Budæus.

Viſum reſtituere.Plin.lib.11.ca.37.15,Poſt viceſimum annum multis reſtitutus eſt viſus.

Reſtituendus,Participium. Ouid.4.de Põto,eleg.13.8,Cæſaris imperio reſtituendus eris.

Lingua ſuppreſſa palato reſtituẽda mero.Ouid.3.Triſt.ele.3.5.

Reſtitutio,Verbale,Ipſe reſtituendi actus.Quintil.lib.7.ca.2,Præmiſi nomine impetrauit reſtitutionem patris. Cic.ad Atticum, Lib.4.70.3,Profectò ac reſtitutione fortunæ meipſe non ſatis dignum iudicabo. Idem 1.de Lege agrar.15, Reſtitutio damnatorum, qui ciuitatem amiſſam perditis iam rebus extremi exitiorum ſolent eſſe exitus.

Nemini eſt triumphus honorificẽtius, quàm mihi ſalus reſtitutióque perſcripta. Cic.in P.ſonem,17.

Reſtitũtor,pen.pro.Alind verbale.Cic.pro Milone,30,P.Lentulus vltor ſceleris illius, propugnator Senatus, defenſor veſtræ voluntatis,patronus illius publici conſenſus,reſtitutor ſalutis meæ.

Reſto/reſtas,réſtiti,réſtitum,penult.corr.reſtãre,Supereſſe, ſiue reliquum eſſe ſignificat:& vel perſonaliter,vel imperſonaliter ſumi videtur.

Perſonaliter.Plaut.Bacch.2.2.35,Iam duo reſtabant fata. Cic. pro Quintio,17, Illud eũ reſtiterat quod heſterno die fecerũt, vt te in ius adducerent. Idẽ pro Sylla,51,Qui quum multa haberet inuitamenta vrbis & fori propter ſumma ſtudia amicorũ, quæ tamen ei ſola in malis reſtiterũt, abfuit ab oculis veſtris. Et 3.Offic.11, Qui è diuiſione tripertita duas partes abſoluerit,huic neceſſe eſt reſtare tertiam. Item ad Brutum,15.8, Longa ſunt quæ reſtant.

De viginti reſtabam ſolus.Ouid.3.Metam.156.

Duæ noctes reſtant de menſe ſecundo.Ou.d.2.Faſt.171.

Reſtat reliquum. Terent. Hecyra, 4.1.11,
Ne mea præſentia obſtet, neu cauſa vlla reſtet reliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat.

Reſtat ex. Cic. 1. de Inuent. 103, Quid etiam nobis ex eo genere reſtet & quare reſtet, admonẽdum videtur. Idem pro Roſcio Amerino, 8, Cauſam dicit is, qui vnus relictus ex illorũ neſaria cæde reſtat.

Reliqua pars eſt, & reſtat. Cicero pro Marcello, 16, Hæc igitur tibi reliqua pars eſt, hic reſtat actus, in hoc elaborandum eſt, vt Remp. conſtituas.

Hoc nunc reſtat. Terent. Heaut. 5.5.11,
-pater hoc nunc reſtat. C H. quid? C L. Syro ignoſcas volo,
Quæ mea cauſa fecit.

Nihil reſtat niſi. Terent. Phorm. 1.2.35, Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere.

Nihil reſtat præter. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 3. 17. 2, In Manilianoſ offendi Diphilum Diphilo tardiorem: ſed tamen nihil ei reſtabat præter balnearia, & ambulationem, & auiarium.

Vnum reſtat ad, vt. Cic. Attico, lib. 8. 15. 1, Vnum etiam reſtat amico noſtro ad omne dedecus, vt Domitio non ſubueniat. at nemo dubitat quin ſubſidio venturus ſit.

¶ Reſtat, Impersonaliter. Terẽt. Hecyra, 3. 1. 10, Quod quũ ita eſſe inuenero, quid reſtat niſi portò, &c. Cic. 1. de Diu. 106, Reſtat etiam de Chaldæis: ſed primum auſpicia videamus.

Ire reſtat, Id eſt via reſtat. Horat. 1. epiſt. 6. 6, Ire tamen reſtat Numa quò peruenit, & Ancus.

Reſtat vt. Cic. 4. Acad. 11, Reſtat vt his reſpõdeam, qui ſermonibus eiuſmodi nolint perſonas tam graues alligari. Idẽ pro Quintio, 11, Reſtat vt aut ſumma negligẽtia tibi obſtiterit, aut vnica liberalitas. Et 1. de Natura deorũ, 63, Nec verò dici poteſt, vi quadam maiore fieri vt contra naturam aſtra moueantur: quæ enim poteſt maior eſſe? reſtat igitur vt motus aſtrorũ ſit voluntarius.

¶ Reſtat mihi, Id eſt futurum eſt, manet me. Virgil. 7. Æn. 55,
Hoc Latio reſtare canunt qui ſanguine noſtrum
Nomen in aſtra ferant.

¶ Reſtare, Retro ſtare, Remanere, vel reſidere, ac immorari, vel remorari. Terent. And. 2. 6. 1,
Hic nunc me credit aliquam ſibi fallaciam
Portare, & ea me hic reſtitiſſe gratia. Idem Eunucho, 2. 3. 11,
Vt illũ di deæque ſeniũ perdant, qui me hodie remoratus eſt:
Méque adeò qui reſtiterim. Plautus Caſina, 3. 8, Quid in vrbe reſtas villice hic non magni pretii? Cic. Attico, lib. 8. 14. 9, At ſi reſtitero, & fuerit nobis in hac parte locus, Idem fecero quod in Cinnæ dominatione Philippus. Idem pro Ligario, 3, Tertium eſt tempus quo poſt aduentũ Vari in Africa reſtitit: quod ſi eſt criminoſum, neceſſitatis crimen eſt, non voluntatis. Et 4. in Catil. 76, Sed tenentur ii qui ad vrbis incendiũ, ad veſtrum omnium cædem, ad Catilinam accipiẽdum Romæ reſtiterunt. Item 3. Officio. 149, Ita incolumis in patria Regulus reſtitiſſet. Sic pro Murena, 71, Sed ab illo (ſcilicet Catilina) in ſpeculis atq; inſidiis relicti, in capite atque in ceruicibus noſtris reſtiterunt.

Ratio nulla eſt reſtandi. Lucret. lib. 1. 21, Nunc ratio nulla eſt reſtandi, nulla facultas.

¶ Reſtare, Reſiſtere. Terent. Heaut. 5. 3. 6, In qua re nunc tam confidenter reſtas ſtulta? Cic. 5. de Finibus, 119, Quinetiam ipſi voluptarii diuerticula quærant, & virtutes habeant in ore totos dies, voluptatémque primo expeti dicant: deinde cõſuetudine, quaſi alteram naturam qua impulſi multa faciunt, nullã quærentes voluptatem. Stoici reſtant.

Reſtans, Participium. Silius lib. 10. 6, Nunc in reſtãtes mucronem cominus vrget.

Clauſtra reſtantia ſoluit. Silius lib. 7. 16.

Dona reſtantia flammis, Id eſt quæ ex flammis reliqua fuerunt, & relicta incendio. Virg. 1. Æneid. 157.

Reſtito, reſtitas, pen. corr. reſtitare, Frequentatiuum. Plaut. Capt. 3. 4,
-ita me miſerum
Reſtitando, retinendóque laſſum reddiderunt. Terentius Eunucho, 4. 4. 1,
Exi foras ſceleſte, at etiam reſtitas? Fugitiue prodi.

Reſtringo/reſtringis, reſtrinxi, reſtrictum, reſtringere, Retro ſtringere: ſiue Valde ſtringere. Plinius libro 35. cap. 10. 28, Item belli imaginem pinxit reſtrictis à tergo manibus, Alexandro in curru triumphante. Plautus Capt. 8. 16, Saltem ſi non arriderent, dentes vt reſtringerent. Plinius epiſt. 105, Nam ſumptus Candidatorum fœdos illos & infames, ambitus lege reſtrinxit.

Reſtrinxit Bellona faces. Stat. 11. Thebaid. 85.

Sol exortus reſtrinxit ſtellas. Lucret. lib. 5. 111.

¶ Reſtringere, Soluere. Apuleius, Iumẽtũ reſtrinxit, abiréque ſtabulo liberum fecit, quod ſtabularius inuẽtum mox domum reduxit.

¶ Reſtringere, Rurſus ſtringere. Apul. Et duplici, ne ſolui faciè queat, reſtringit.

¶ Reſtringit nauſeã hæc herba: Hoc eſt, reprimit, coercet, facit ad vel contra nauſeam. Plin. lib. 8. ca. 17. 3, Draco vernã nauſeam ſylueſtris lactucæ ſucco reſtringit. Ex veteri codice legendum reſtinguit.

Reſtrictus, Participium, ſiue Nomen ex participio.

Lacertis reſtrictis ſenſit lora. Horat. 3. Carm. ode 5. 7.

Membra catena reſtrictus. Catul. Argon. 59. 59.

Imperium reſtrictũ. Tacit. lib. 15, Idque pluribus probabatur, qui in tanta vitiorum dulcedine ſummum imperium non reſtrictum, nec perſeuerum volant.

¶ Reſtrictus, pro Auaro & parco. Per trãſlationem: quoniam qui auari ſunt, pecuniã ita ſtringunt, vt nihil prodigãt aut profundant. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 8. 3, Quum & natura ſemper ad largiendum ex alieno fuerim reſtrictior. Idem 1. Offic. 90, In iis tamen qui ſe adiuuari volent, &c. reſtricti nullo modo eſſe debemus. Et ad Atticum, lib. 10. 10. 3, An exiſtimas illum in iſto genere lentulum, aut reſtrictũ? nemo eſt minus.

Reſtrictus & tenax. Cic. pro Plancio, 44, Eoſdem, quum iam eſſent experti quid valerent, reſtrictos & tenaces fuiſſe?

Reſtrictè, Aduerbium, Parcè. cui opponitur Pleniſſimé. Plin. epiſt. 103. lib. 5, ad Capitonem, Nam præterii, quòd in tantis vitiis hominum plura culpanda ſunt, quàm laudanda. tum ſi laudaueris, parcus: ſi culpaueris, nimius fuiſſe dicaris: quanuis illud pleniſſimè, hoc reſtrictiſſimè feceris. Cic. de Amic. 51, Ditior mihi & affluentior videtur eſſe vera amicitia, nec obſeruare reſtrictè, ne plus reddat quàm acceperit.

Reſtrictè præfinire. Cic. 1. de Legib. 73, Sed ego cætera non tã reſtrictè præfinio, vel hominum vitiis, vel ſubſidiis temporum victus.

Parcè & reſtrictè. Cic. 1. de Finib. 70, Nec tamen cur id tã parcè, támque reſtrictè faciant, intelligo.

Reſtrictim, Aliud aduerbium, Idem. Afranius, Ea quæ fermè ſedere melius conſultoribus, quàm reſtrictim cogitata, atque omnibus rationibus.

Reſulto/reſultas, reſultare, Vide **Reſilio**,

Reſumo/reſũmis, pen. prod. reſumpſi, reſumptum, reſúmere, Iterum ſumere. Plin. epiſt. 78. 2, Vereor enim ne ſi hanc intentionem iam in finem laxauero, ægrè reſumã. Idem lib. 2. epiſt. 18, Nam beneficio tuo in ſcholã redeo, & illam dulciſſimam ætatẽ quaſi reſumo. Idem in Paneg. 131, Hic Conſularibus curis exolutus, principales reſumpſit. Idem, Reſumptis poſt lõgam ægritudinem viribus. Taci. lib. 19, Rerum nouarum cupido legati nomen reſumere, & miſcere ciuilibus armis impulerat. Idem lib. 20, Reſumpto Veſpaſiani ſacramento. Infra, Inſtituta, cultúmque patrium reſumite.

Ponere & Reſumere, oppoſita. Ouid. 9. Metam. 106, Ĩque vicem ſumptas ponit, poſitaſque reſumit.

Gemitus reſumere. Stat. 6. Thebaid. 3.

Tela reſumere. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 5.

Vires reſumere. Ouid. 9. Metam. 12.

Reſuo/réſuis, réſui, reſũtum, pe. pro. reſúere, Iterum ſuere. Aliquando contrarium ſignificat ſuo ſimplici: vt apud Suetonium de Auguſto, cap. 94. Sumenti virilem togam, tunica laticlani reſuta ex vtraque parte, ad pedes décidit.

Reſupino/reſupinas, pen. prod. reſupinare, Inuertere, ſupinum aliquid deuoluere. Terent. Phorm. 5 6. 13,
Ponè apprehendit pallio, reſupinat: reſpicio: rogo
Quamobrẽ retineat me. Plin. lib. 24. ca. 17. 6, Hac admota, leones reſupinari cum hiatu laxo. Liu. 4. ab Vrbe, 83, Aſſurgẽtem ibi regẽ vmbone reſupinat, repetitúmq; ſæpius cuſpide ad terram affixit. Plin. lib. 8. ca. 39, de cochleis, Adhærentes maximè ſaxis, vt etiam iniuria reſupinatæ, auulſæque non tamen exeãt. Valuas reſupinare. Propert. lib. 4. eleg. 9. 5.

¶ Reſupinare, Peruertere. Iuue. Sat. 3. 21, Aulã reſupinat amici.

¶ Reſupinare, A propoſito ſeu incœpto reuocare, differre, Accius, Quid agis? perturbas rẽ omnẽ, ac reſupinas ſorori. Nonius.

Reſupinãtus, pen. pro. Participium. Iuuen. Saty. 8. 18, Et reſupinati ceſſantia tympana Galli.

Reſupinus, pen. prod. Adiectiuum, Qui ventre in altum conuerſo eſt, facie in cælum verſa. Plin. lib. 7. cap. 2. 14, Eoſdémque ſciopodas vocari, quòd in maiore æſtu humi iacentes reſupini, vmbra ſe pedum protegãt. Ouid. epiſt. 15. 51, Et modò cantabã veteres reſupinus amores. Plin. lib. 9. ca. 8. 1, Sed affert motã prouidẽtia naturæ, quia niſi reſupini atque conuerſi non corripiunt. De delphinis. Mart. lib. 9. 46, Quæque tulit ſpectat reſupino ſyderare vultu. Cic. 1. de Diuinat. 80,

Reſupinum in cælo contueri maximum
Ac mirificum facinus. Ex poeta.
Iacuit reſupinus humo. Ouid. 4. Metam. 15.
Hæret curru reſupinos inani. Virg. 1. Æneid. 96.
Corpora reſupina. Ouid. 1. Metam. 54.
Reſupinus in vngues: Hoc eſt, reſupinus dum eſt, vngues habens in cælum conuerſos. Mart. lib. 11. 74,
Multis dum precibus Iouem ſalutat
Stans ſummos reſupinus vſque in vngues.

Reſurgo/ reſurgis, reſurrexi, reſurrectum, reſúrgere, Rurſum ſurgere.
Victa tamẽ vinces, euerſáque Troia reſurget. Ouid. 1. Faſt. 5.
Reſurgere dicitur herba, vel arbor, quæ iterũ creſcit. Plin. li. 13. cap. 9. 4, Sed præcipua vnlitas, quòd cæſa anno tertio reſurgit, De ſpina Ægyptia. Vide Reſtib. in arbor, in **Reſtibilis**. Ouidius 1. Amor. eleg. 16. 2,
Pérque reſurgentes riuis labentibus herbas
Gramineus madidam cæſpes obumbrat humum.
Amor reſurgens. Virg. 4. Æneid. 107.
Reſurrexit maieſtas. Plin. lib. 16. ca. 31. 1, A quo deinde tempore maieſtas Pop. Rom. reſurrexit, quæ vaſtata cladibus fuerat.
Reſurgunt res Romanæ contra ſpem. Liu. 4. bel. Pun. 103. Tũ poſtcaquã res Romana contra ſpem, votáque eius velut reſurgeret, turpius videatur nouam referre proditionem.

Reſuſcito, reſúſcitas, pe. corr. reſuſcitâre, Iterum ſuſcitare. Ouidius 8. Metam. 95, -poſtiámque reſuſcitat iram.

Rete/ Sunt arbores, quæ ex ripis fluminum eminent, aut in alueis ipſorum extant: à retibus dictæ, quòd prætereuntes naues impedirent: & quaſi irreturent. Vnde ex edicto Prætorum, retãda flumina locari ſolebant, hoc eſt purganda, nequid aut moræ aut periculi nauibus in ea virgulta incidentibus fiat. Hæc fere Gellius lib. 11. cap. 17, ex libro Caii de Origine vocabulorum.

Retardo, retardas, retardare, Remorari, retinere. Cicero de Senect. 53, Agro bene culto nil poteſt eſſe nec vſu huberi° nec ſpecie ornatius, ad quem fruendum non modò ſe non retardat, ve rumetiam inuitat, atque allectat ſenectus. Plin. epiſt. 113, Sed quid imprudens, quem reuocare conor, retardo? Cic. Attico, libro 10. 105. 4, Sibũ & Ocellã, & cæteros credo retardatos. Idẽ lib. 1. 15. 8, Sed mihi, credo, ſimulatque hoc noſtrum legerũt, neſcio quo pácto retardantur. Sic 1. de Nat. deor. 75, In quo curſu multa mirabiliter efficiens, tum antecedendo, tum retardando, tum veſpertinis temporibus deliteſcendo, &c. nihil immutat, &c.
In via aliquem retardare. Cic. 10. Philipp. 176, Quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent, volaſſe cum, non iter feciſſe diceres.
Flumina obiecta retardant equos. Virg. 3. Georg. 51.
Retinere ac retardare. Colum. lib. 2. cap. 2. 22, Boues quum ad arborem venerint, fortiter retinere, ac retardare, ne in radicem maiore niſu vomis impactus colla commoueat.
Incitari & Retardari, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 148, Stellarũ motus tum incitantur, tũ retardãtur, ſæpe etiã inſiſtunt.
Retardare animum alicuius. Cic. 3. Verr. 11, Quum iſte atque iſtius amici homines lauti & vrbani ſermones huiuſmodi diſſipaſſent, quo animos teſtium retardarent.
Celeritatem retardare. Cic. pro Lege Manil. 15, Vt eorũ collectio diſperſa, mœrórq; patri° celeritatẽ perſequẽdi retardaret.
Impedire ac retardare impetum. Cic. pro L. Manil. 8, Tamen impetus hoſtium repreſſos eſſe intelligunt, ac retardatos.
Iter retardare. Ouid. 3. Triſt. eleg. 9. 7.
Loquacitatem retardare. Cic. in Vatinium 3.
Menſes retardare mulierum. Plin. lib. 11. cap. 11. 5, Prodeſt & orthopnoicis & anhelationi, mulierúmque mẽſibus retardatis.
Sed vereor ne nũc mea te fortuna retardet. Ouid. 3. Tri. ele. 7. 5

Retardâtus, pen. prod. Participium. Sueton. in Othone, cap. 8, Et primo egreſſu inundationibus Tyberis retardatus. Idem in Galba, cap. 10, In auxilium aduolauere, ſed ſerius, iuuere deuio per ignorantiam locorum retardati.
Iuuenta retardata arte. Claud. 1. in Eutropium, 69,
Seruatóque diu puerili flore, coegit
Arte retardatam Veneri ſeruire iuuentam.

Retardatio, Verbale. Cic. 5. Philip. 186, Vnde eſt adhuc bellum, niſi retardatione & mora?

Retaxo/ retaxas, retaxâre. Sueton. in Veſpaſiano, cap. 13, Lucinium Mutianum notæ impudicitiæ, ſed meritorũ fiducia minus ſui reuerentem, nunquam niſi clàm, & hactenus retaxare ſuſtinuit, vt apud communem aliquem amicum quereris, adderet clauſulæ, Ego tamen vir ſum. Retaxare, eſt eum à quo fueris taxat°, ſuorũ vitiorũ admonere, & vicißim reprehẽdere.

Rete/ retis, n. g. Quo pisces capiuntur. Plaut. Rud. 11. 7,
-neque piſcium vllam vnciam pondo hodie
Cepi, niſi hoc quod nũc fero in rete. Cicero 1. de Nat. deorũ, 184, Vt in araneolis, alix quaſi rete texunt: vt ſiquid inhæſerint conficiant: alix ex inopinato obſeruant, &c.
Rete, à rapio, vel à raritate dicitur, vt ait Varro.
Retis factus, Vide Iacio.
Fallentia retia. Ouid. 1. de Arte, 38.
Rara retia. Virg. 4. Æneid. 16. Horat. Epod. 1. 7.
Exire retibus. Lucret. lib. 4. 131,
Nam vitare, plagas in amoris ne iaciamur,
Non ita difficile eſt, quàm captum retibus ipſis Exire.
Retia dolum meditantur cerui. Virg. eclog. 5. 11.
Ponere retia cerui. Virg. 1. Georg. 61.
Sernare retia. Virg. 3. eclog. 15, Si tu dum ſectaris apros, ego retia ſeruo?
Tendere retia cerui. Ouid. 1. de Arte, 9.
Diſtincta maculis retia tendere. Ouid. epiſt. 5. 4.
¶ Retis, in maſculino & fœminino genere quidã probant ex Plauto in Rud. 13. 5, Non vides me referre vuidum retem, ſine ſquammoſo pecu? Vbi in noſtris exemplaribus nunc legitur vuidum rete, neutro genere. Varro 1. de Re ruſt. ca. 5. 11, Intra retem aues ſunt omne genus, maximè cantrices: vt luſciniolæ, ac merulæ, quibus aqua miniſtratur per canaliculam, cibus obiicitur ſub retem.

Retia, retiæ, antiquum pro eodem: vt nonnullis placet. Plautus Rud. 11. 9,
Iam nunc & operam ludos facit, & retiam.
Vt tempeſtas eſt nunc. Legitur retia, neutro genere.

Reticulum, reticuli, pen. cor. n. g. Diminutiuum. Plin. lib. 31. ca. 6, 13, Item demiſſæ reticulis in mari concaux è cera pilæ, vel vaſa inania obturata, dulcem intra ſe colligunt humorem.
¶ Reticulum, Genus retis quod in orbem ſpargitur: vnde aliquando capitur pro muliebri faſcia, quæ capillos continet. Iuuen. Sat. 2. 10, Reticulúmque comis auratũ ingentibus implet.
¶ Reticulum, Faſcia quædã lanea vel linea ad formam retis facta, quam faciei admouemus ne agnoſcamur, vel vt naribus ſuaues odores admoueamus. Cic. 7. Ver. 21, Ipſe autem coronam habebat vnã in capite, alteram in collo: reticulúmque ad nares ſibi apponebat tenuiſſimo lino, minutis maculis, plenum roſæ.
¶ Reticulum iunceũ vel lineum. Colum. lib. 11. ca. 31. 2, Tum aromata non cribrata, ſed ne minutè quidem cõtuſa, verùm leuiter confracta in reticulum iunceum, aut lineum adiici, &c.
¶ Reticulum, inſtrumentum luſorium, quo pilam accipimus & remittimus: Galli *rapettam* dicunt. Ouid. 3. de Arte, 73, Reticuloque pilæ læues fundantur aperto.
¶ Reticuli è neruis, pro Cãcellis. Varro 3. de Re ruſt. ca. 5. 11, Inter colúnas exteriores, pro pariete reticuli è neruis ſunt, vt perſpici in ſylua poſſit, & quæ ibi ſunt, neque auis ea tranſire.
¶ Reticulum, Sacculus in modum retis, quo viatores pecuniã & panem geſtant. Horat. 1. Serm. ſaty. 1. 9,
Non tuus hoc capiet venter plus quàm meus, vt ſi
Reticulum panis vænales inter onuſto
Forte vehas humero, nihilo plus accipias, quàm, &c. Vbi Acron, Reticulum, rete quo in vrbe panis inter vænales ſeruos portari ſolet. Iuuenalis Saty. 11. 6,
Mox cum reticulis, & pane, ac ventre lagenæ
Aſpice ſumendas in tempeſtate ſecures.

Retiáculum, retiáculi, pe. cor. Antiquum diminutiuum à Retia, vt Nonnullis placet. Plaut. Aſin. 3. 87,
Iubeas vna opera me piſcari in aere.
Venari autẽ retiaculo apros in medio mari. Quidã legũt iaculo.

Reticulus, pen. corr. m. g. Plinius libro 11. cap. 14. 7, At hercule Alexandriæ vbi thura interpollantur, nulla ſatis cuſtodiæ diligentia officinas. Subligaria ſignantur opifici. Perſona adiicitur capiti, denſúſve reticulus: nudi emittuntur.

Reticulãtus, pe. pro. Adiect. Quod factum eſt in modũ retis. Plin. lib. 36. ca. 11. 14, Dictyotheton vocãt reticulatam ſtructurã, quam frequentiſſimè Romæ ſtruunt, rimis opportunam. Idẽ lib. 9. cap. 33. 2, Diſtinctione imbricatim vndata, cãcellatim reticulata.
Feneſtræ reticulatæ, Reticulis obiectis munitæ. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. 3, ὑπαίθριον ſit vt teſtudo, magna camera tectus, vno oſtio anguſto, feneſtris punicanis aut lationibus, reticulatis verinque, vt locus omnis ſit illuſtris, néve ſerpens aliúd vè quod animal introire queat.

Rettarius, retiarii, Qui rete immittit. Nam compoſiti gladiatores per paria, diuerſa nomina ſortiebãtur. Nam alter dicebatur retiar°, quòd rete iaceret: alter ſequutor, perinde ac retiarium fugiens, vel fugam ſimulans, ſequeretur. Quintil. libro 6. cap. 3. 41, Et Pedo de Mirmilone, qui retiarium conſequebatur, nec feriebat, Vinum, inquit, capere vult.

¶Contra retiarlū ferula. Martialis in Præfatione libri ſecun
li, Denique videas an te delectet cōtra retiarium ferula. Id eſt
an id faciendum tibi putes quod nemo non damnet atque ex-
ibilet. Domitius Calderinus interpres admonet ſubeſſe prouer-
bium, dici ſolitum in eos qui infirmo præſidio contra maximè
inſtructum pugnarent. Quanquam idem paulo poſt aliò dila-
bitur, nempe huc, gladiatores olim, ſi minus placuiſſent, ferū-
la cæſos eiici ſolere. Eraſmus.

Rétego/régis, pen. corr. retexi, retectum, retégere, Nudare,
perire. Virg. 1. Æn. 71, -cæcúmq; domus ſcelus omne retexit.
Iuuen. Sat. 6. 18, Si tibi zelotypæ retegātur ſcrinia mœchæ. Var.
1. de re Ruſtica. 55. 1, Duritles enim eorū nō ſolùm ſtringit bac-
cam, ſed etiam ramos glubit, ac relinquit ad gelicidiū retectos.
Animi commenta retegere. Ouid. 13. Metam. 8.
Conſilium retegere. Horat. 3. Carm. ode 11. 4.
Dies clara retexit damna Pharſalica. Lucan. lib. 7. 200.
Lucifer retegens diem. Ouid. 8. Metam. 1.
Inſidias retegere. Claud. 2. Paneg. 45.
Orbem retexit Titan radiis. Virg. 4. Æneid. 14.
Pectus retegere. Ouid. 13. Metam. 92.
Syluas ferro retegere. Stat. 3. Thebaid. 35,
Tunc ferro retegunt ſyluas, colliſque propinqui
Annoſum truncant apicem.
Vultus retegit ſciſſo velamine. Lucan. lib. 8. 130.

Retectus, Participium vt Veſtis retecta. Catul. de coma Berenicis,
61. 17, -nudantes retecta veſte papillas.
Res luce retectæ. Virg. 9. Æneid. 93, Iam ſole infuſo, iam re-
bus luce retectis.

Retendo/retendis, retendi, retenſum vel retentum, reténdere,
Laxare, contrariam habet ſignificationem ſuo ſimplici Tendo.
Ouid. 1. Metam. 84,
Exuit hic humero pharetram, lentóſque retendit
Arcus. Ibidem, lib. 3. 34, -Nympharum tradidit vni
Armigeræ iaculum, pharetrámque arcúſque retentos.

Retento/retentas, retentare, Ex tento compoſitū, ſignificat Ite-
rum tentare. Ouid. 1. Metam. 159,
Officióque pedum Nymphæ contenta duorum
Erigitur, metuitque loquine more iuuencæ
Mugiat, & timidè verba intermiſſa retentat. Id eſt, iterum ten
tat proferre. Idem epiſt. 10. 3, Nullus erat, referóque manus,
iterúmque retento.
Studium retentare, Intermiſſa ſtudia repetere. Ouid. 5. Triſt.
eleg. 13. 11.
Viam lethi ſine fine retentat. Ouid. 11. Metam. ad finem.
Preces retentatæ. Ouid. 14. Metam. 76.

Retento, Frequentatiuum à Retineo, Vide loco ſuo.

Retexo/retexis, retexui, retextum, retexere, Quod textum erat,
non textum reddere.
Telas intertextas retexere. Stat. 3. Sylu. 5. 6.
Tela retexta dolo nocturno. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 6.
Penelopes telam retexere, Vide PENELOPE.
Properata fata retexere. Ouid. 10. Metam. 7.
¶Retexere, Per tranſlationem. Cic. 1. de Orat. 86, Et ad extre-
mum, ipſi ſe compungunt ſuis acuminibus, & multa quærendo
reperiunt non modò ea quæ iam nō poſſint ipſi diſſoluere, ſed
etiam quibus antè exorſa, vel potius detexta propè retexantur.
Idem ordo retexitur. Ouid. 15. Metam. 50.
Plenum orbem Luna quater retexuit. Ouid. 7. Metam. 108.
Noxas retexere. Stat. 9. Thebaid. 50, -noxáſque retexens
Tydeos, in medios aſtu ſubit impia campos.
¶Retexere orationem, pro In contrarium mutare, expolire,
emēdare, vel potius rurſus texere, & ordiri, quaſi aliam telam.
Cic. 2. Philip. 51, Itaque iam retexo orationem illam: ſcribam ad
illos, vt ſiquī fortè, quod à te mihi obiectum eſt, quærent ſitne
verum. Id eſt, quod negabam confiteor. Idem ad Brutum, lib.
11. 14. 3, Ex Africa legiones expectātur. Sed bellum iſtic renatum
mirantur homines: nihil tam præter ſpem vnquā. nam die tuo
natali victoria nuntiata, in multa ſecula videbamus Remp. li-
beratam. Noui timores retexunt ſuperiora. Idem 5. de Finib.
144, Honeſta oratio Socratica, Platonis etiā. Audeo dicere, in-
quit, non poteſt, niſi retexueris illa, Paupertas ſi malū eſt, men-
dicus beatus eſſe non poteſt, quanuis ſit ſapiens.
Scriptorum quæque retexens. Horat. 2. Serm. ſat. 3. 1.
Scriptum retexere. Mattius ad Ciceronē, lib. 11. 28. 3, An quod
adoleſcens præſtiti, quum etiam errare cū excuſatione poſſem,
id nunc ætate præcipitata commutem, ac me ipſe retexam?
¶Retexere, pro Diſſoluere, reuocare, irritū facere. Cic. 4. Ver.
45, Omnia erant Metelli eiuſmodi, vt totā ſuam Prætură retex-
xere videretur. Supra dixerat, Vt omnes iſtius iniurias quas poſ
ſet, retexeret. Budæus.

Retiarius/**Reticulum**/**Reticulus**/**Retio**/Vide Rete.

Reticeo/rétices, pen. cor. reticui, reticêre, A loquendo abſtine-
re, & propriè de iis dicitur quæ dolorem ſine ſolicitudinē affe-
runt. Plaut. Amphit. 4. 243, Verùm vtut es facturus, hoc quidem
hercle haud reticebo tamen. Idem Menæch. 4. 48, Nihil reti-
cebo quod ſciam. Terent. Heaut. 1. 1. 38,
Ne lachryma: atque iſtuc quicquid eſt, fac me vt ſciam,
Ne retice. Cic. 1. de Legib. 67, Quoniam mihi ſermo eſt apud
deos, nihil reticebo.
Nihil nec temerè dicere, nec aſtutè reticere debeo. Cic. Q.
fratri, lib. 1. 1. 4.
Non poſſum reticere. Catul. ad Mallium, 63. 9.
Patefacere & Reticere, contraria. Cic. ad Senatum lib. 15. 2. 15,
Quòd ii qui ea patefacere poſſent, propter metū reticuiſſent.
Negare & reticere. Cicero 3. Ver. 63, Hoc tantum facinus non
modo negare interrogati, ſed ne producti quidem reticere po-
terunt.
Celare & reticere. Cic. 3. Officio. 73, Neque enim id eſt celare
quicquid reticeas: ſed quum quod tu ſcias, id ignorare emolu-
menti tui cauſa velis eos, quorum interſit id ſcire.
Reticere de. Cic. 6. Verr. 13, Ne fortè dū publicis mandatis ſer-
uiat, de priuatis iniuriis reticeat. Ibidem, 3. 98, Tamen de Che-
lidone reticuit, quoad potuit: aliò reſponſionem ſuā deriuauit.
Dolores reticere. Propert. lib. 1. eleg. 10. 3.
Multa reticenda lingua modeſta. Ouid. epiſt. 18. 13.
Arteriæ reticendo acquieſcunt. Author ad Heren. lib. 3. 113.
Crimina reticenda deorum. Stat. 1. Thebaid. 46.

Reticentia, reticentiæ, Eſt quum id non dicitur quod dici debuit,
vt vitium ædium, vel rei vænalis. Cic. 3. Offic. 84, A Iureconſul-
tis etiam reticentiæ pœna conſtituta eſt. Idem 3. de Orat. 114.
Plaut. Merc. 21. 52, Dic, enicas me miſerum tua reticentia. Cic.
14. Philipp. 406, Actum igitur præclarè vobiſcū fortiſſimi dum
viximus, nunc verò etiam ſanctiſſimi milites, quòd veſtra virtus
nec obliuione eorum qui ſunt, nec reticentia poſteriorum in-
ſepulta eſſe poterit. Idē 1. Offic. 103, Ex mœſtitia, ex hilaritate,
ex riſu, ex locutione, ex reticentia, &c.

Retineo/rétines, pen. cor. retinui, retentum, retinêre, Remora-
ri, quod & Detinere dicitur. Terent. Phorm. 1. 3. 23,
Cui de integro eſt poteſtas etiam conſulendi quid velis,
Retinere, amare, amittere. Idem Eunuc. 4. 2. 6, Id faciebat re-
tinendi illius cauſa.
Aliquem retinere, Remorari. Cic. Attico, li. 13. 27. 2, Quare ni-
ſi iam profecti ſunt, retinebis homines.
Euntem retinere. Ouid. epiſt. 17. 20.
Firmis vinclis retinere. Ouid. 1. de Remed. amor. 43.
Saucius arrepto piſcis retinetur ab hamo. Ouid. 1. de Arte, 79.
Abalienare & Retinere, contraria, Vide Abalieno.
Retinere, Facere, vel aliquem retrahere ne cadat. Plaut. Curc.
7. 31, -retine, retine me obſecro.
PH. Vide vt expallnit! Terent. Heaut. 2. 4. 13,
-ah retine me obſecro.
S. Amabo quid tibi eſt? A. diſperii. S. perii miſera, quid ſtupes
Antiphila?
¶Retinere dicitur qui aduerſum aliquem tenet, inquit Do-
natus. Terent. Adelph. 1. 1. 33,
Pudore & liberalitate liberos
Retinere ſatius eſſe credo quàm metu. Plin. epiſt. 148, Et in pu
blicis officiis retinere damnatos, non ſatis honeſtum putabam.
¶Retinere, pro Tenere etiam accipitur. Cic. 6. Verr. 66, Sagit-
tæ pendebant ab humero, ſiniſtra manu retinebat arcum.
¶Retinere maieſtatem, vel ius ſuum, pro Conſeruare. Liu. lib.
4. de bello Maced. Si in ſua quiſque noſtrū matrefamilias, Qui-
rites, ius & maieſtatem viri retinere inſtituiſſet, min° cum vni-
uerſis fœminis negotii haberemus. Cice. in Orat. 55, Ius omne
retinendæ maieſtatis, Rabirii cauſa continebatur: ergo in omni
genere amplificationis exarſimus. Idē de Senect. 33, Ita enim
ſenectus honeſta eſt, ſi ſe ipſa defēdit, ſi ius ſuum retinet, ſi ne-
mini mancipata eſt. Et ad Lentulum, lib. 1. 1. 11, Nos in Sena-
tu, quemadmodum ſpero, dignitatem noſtram, vt poteſt in tāta
hominum perfidia & iniquitate, retinebimus.
¶Amicos retinere. Cæſar 8. bel. Gal. 10, Qua celeritate & fide-
les amicos retinebat, & dubitantes terrore ad conditiones pacis
adducebat. Cic. pro Quintio, 40, Id egit vt amicos obſeruan-
tia, rem parſimonia retineret.
Amore patriæ retineri. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 10.
Animo ſtudia retinere. Cic. 1. Tuſc. 1, Retuli me Brute te hor-
tante maximè, ad ea ſtudia, quæ retenta animo, remiſſa tem-
poribus, longo interuallo intermiſſa reuocaui.
Charitatem retinere. Cic. de Amicit. 61, Quum cogniti ſunt,
& aut deorum, aut regum filii inuenti, retinent tamen charita-

tem in paſtores, quos patres per multos annos eſſe decerrunt. Id eſt, amant ſemper ipſos paſtores.

Aures retinent commiſſa. Horat.1. epiſt.19.14.

Cuſtodiis retineri atque ſeruari. Cic. 5. Verr.49, Equitem Romanum ſcitote bidnum cibo, teſtóque prohibitũ, bidnum Leõtinis in foro cuſtodiis Apronii retentum, atque ſeruatum.

Natiuum retinent inuiolata decus. Ouid. de Nuce, 11.

Dignitatem in Rep. retinere. Cl. ad Atticũ, lib. 1. 8. 4, Sũ enim & ab obſeruando homine peruerſo liber, & ad dignitatem in Rep. retinendam contra illius voluntatem ſolutus.

Exiſtimationem retinere. Cic. pro Cluentio, 115, Affirmabat enim lachrymans non ſe cupidiorem eſſe ciuitatis retinendæ, quàm exiſtimationis.

Idem retinere in amicitia, Fidelem eſſe. Cic. de Amicitia. 74, Vna illa ſubleuãda offenſio eſt, vt & vtilitas in amicitia, & fides retineatur. Idem 4. Ver. 55, Eum à quo pecuniam ob abſoluendum acceperis, condemnare, vt ne prædonum quidem Prætor in fide retinenda conſuetudinem conſeruaret.

In fide retinere animos ſociorum. Liu. 5. bel. Pun. 217, Ita ſocios ad retinendos in fide animos eorum, ferendúmque in tempore cuique auxilium, adiit, &c.

Gaudia retinere. Ouid. 11. Metam. 57.

Gemitus non retinere. Ouid. 4. Faſt. 83.

Gratiam alicuius retinere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 7. 10, Quæ tibi eò ſcribo, quòd me de retinẽda Seſtii gratia literis ſæpe monuiſti. Idem ad Atticum, lib. 1. 1. 10, Vides enim in quo curſu ſumus, & quàm omnes gratias non modò retinendas, verumetiam acquirendas putemus.

Gratitatem retinere. Cic. 1. Offic. 191, Rectum eſt autem etiam in illis contentionibus, quæ cum inimiciſſimis fiunt, etiamſi nobis indigna audiamus, tamen grauitatem retinere, iracundiam repellere.

Humanitatem retinere. Cic. 3. Verr. 44, Hic Philodamus, poſtquam ius ſuum obtinere non potuit, vt humanitatem ſuam retineret, laborabat.

Inuidiam ſuam apud improbos retinere. Cic. Attico, lib. 2. 34. 7, Sunt enim illi apud bonos inuidioſi: ego apud improbos meam retinuiſſem inuidiam, alienam ſumpſiſſem.

Iudicem retinere aliquem. Cic. 2. Verr. 10, Quem ego hominẽ, ſi eius fidei diffiſus eſſem, iudicem non retiniſſem.

Iudicium ſuum retinere. Cic. 1. de Finib. 74, Qui ſuum iudicii retinent, ne voluptate victi faciant id quod ſentiunt non eſſe faciendum, hi voluptatem maximam adipiſcuntur prætermittenda voluptate. Id eſt, perſeuerant in ſuo iudicio.

Ius retinere. Cæſar 1. bel. Ciuil. 17, Nec Trib. plebis ſui periculi deprecandi, neque etiam extremi iuris retinendi, quod L. Sylla reliquerat, facultas tribuitur.

Iuſtitiam retinere. Cic. 1. de Inuent. 4. Vrbibus conſtitutis, vt fidem colere, & iuſtitiam retinere diſcerent.

Labores retinere. Ouid. 13. Metam. 173.

Lachrymas retinere. Ouid. 1. Metam. 130.

Manus retinere. Ouid. 6. Metam. 7.

Memoriam gratiſſimam alicuius rei retinere. Cic. 3. de Legib. 42, Ille verò, etſi tuus totus eſt ordo, gratiſſimámque memoriam retinet Conſulatus tui, pace tua dixerim, non modò Cæſores, ſed etiam Iudices omnes poteſt defatigare.

Memoria retinere. Cic. pro Lege Manilia, 11, Quod certè calamitate docti memoria retinere debemus. Idem pro Roſc. Amer. 19, Neque plura tamen dici poſſunt quàm Populus Ro. memoria retinet.

Non facilè eſuriens poſita retinebere menſa. Ouid. 1. de Remedio amor. 47.

Modum ludendi retinere. Cic. 1. Off. 146, Ludendi etiam eſt modus retinendus, vt ne nimis omnia profundamus, elatique voluptate in aliquam turpitudinem delabamur.

Morbo retineri. Liuius 4. bel. Maced. 47, Retentus ibi longo & graui morbo fuiſſet.

Morem retinere. Cic. 2. de Finib. 3, Qui mos quum à poſterioribus non eſſet retentus, Archeſilas eum reuocauit.

Nummos & ſimilia retinere, in ea ſignificatione dictum qua vulgò vtimur. Cic. 5. Ver. 145, Quos de publico nummos acceperat, retinuit omnes.

Officium retinere, pro In officio manere. Cic. pro Cluentio, 105, Neque enim hoc homine ſanctior, neque probior, neque in omnibus officiis retinendis diligentior eſſe quiſquam poteſt. Idem 3. Offic. 143, Qui officii retinendi cauſa, cruciatum ſubierit voluntarium.

In officio retinere. Cic. pro Roſc. Amer. 41, Vt quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ii magnitudine pœnæ maleficio ſummouerentur.

Parem retinere. Cic. ad Atticum, lib. 8. 15. 8, Meáque ſemper fuerit ſententia, primùm de pace, vel iniqua conditione retinenda, deinde de vrbe.

Pilam retinere. Cic. in Piſonem, 54, Iſte claudus (quomodo aiunt) pilam retinere: quod acceperat teſtificari. Vide Pila.

In poſſeſſione retinere. Cic. 1. Offic. 66, Quam quidem ante hanc confuſionem temporum in poſſeſſione ſua principes retinuerunt. Idem ad Atticũ, lib. 1. 14. 5, Volaterranos & Arretinos, quorum agrũ Sylla publicarat, neque diuiſerat, in ſua poſſeſſione retinebam.

Religiones deorum retinere. Cic. 5. Verr. 5, Qui religiones deorum immortalium retinere vult. Ibidem, 1. 18, Obſeruant quemadmodum ſe vnuſquiſque veſtrum gerat in retinenda religione, conſeruandiſque legibus.

Se retinere. Cic. 1. de Legib. 77, Quin labebar longius, niſi me retinuiſſem.

In ſermone longo aliquem retinere, Occupare longo ſermone & detinere. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 5, Credo Platonem vix putaſſe ſatis conſonum fore, ſi hominem id ætatis in tam longo ſermone diutius retinuiſſet.

Spem retinere. Tacit. lib. 19, Plurimum molis in oppugnatione caſtrorum fuit, quæ acerrimus quiſque vt nouiſſimam ſpem retinebant.

Tempeſtatibus retineri. Cic. ad Atticum, lib. 11. 14. 5, Ad eas Cephalloni dedi, qui multos menſes tempeſtatibus retentus eſt. Cæſar 3. bel. Ciuil. 101, Biduum tempeſtate retẽtus, nauibúſque aliis additis aſtuariis in Ciliciam, atque inde in Cyprũ peruẽnit.

Veritatem retinere. Cic. pro Quintio, 52, Vnum tamen hoc cogitent, ita ſe graues eſſe, vt ſi veritatem volent retinere, grauitatem poſſint obtinere.

Virtute retineri in vita. Cic. 3. de Finib. 93, Neq; his qui virtute retinentur in vita, nec his qui ſine virtute ſunt, mors eſt oppetenda.

Virtutem retinere. Caſſius ad Ciceronem, lib. 15. 19. 5, Itaque & Panſa qui ἀόρατος ſequitur, virtutem retinet.

Vitam retinere. Cic. 5. Verr. 68, Hic tantum potuit, vt nemo illo inuito, nec bona, nec patriam, nec vitam retinere poſſet. Idem ad Q. fratrem, lib. 1. 4. 5, Ego vitam, quoad putabo tua intereſſe, aut ad ſpem conſeruandam eſſe, retinebo.

Vi aliquem retinere, aut metu. Cic. 4. Verr. 9, Aut hi qui contra iſtum legatos decreuerant, & teſtimonium publicum, mandata que acceperant, vi ac metu retinerentur.

Hæc vtilitatem & gratiam retinent. Plin. epiſt. 8. 2, Admonet iſtud quoque, quod pleraque quæ ſunt agendæ rei neceſſaria, eadem peracta nec vtilitatem parem, nec gratiam retinent.

Rétinent, pen. cor. retinentis, Particip. ſiue Nomen ex participio.

Dignitatis retinens. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 1. 1. 19, Fert enim grauiter homo, & mei obſeruantiſſimus, & ſui iuris, dignitatiſque retinens. Idem pro Plancio, 45, Multis etiam pater optimus, vir nimium retinens Equeſtris iuris & libertatis videtur. Gellius libro 10. cap. 10, Saluſtius quoque proprietatum in verbis retinentiſſimus.

Vento retinente morari. Ouid. epiſt. 13. 2.

Membra retinentia aliquid animæ. Ouid. 6. Metam. 129.

Modeſtiæ retinens. Tacit. lib. 5.

Retinendus, Participium: vt

Cura retinendæ puellæ. Ouid. 2. de Arte, 59.

Retentus, Aliud participii, Hoc eſt detentus, remoratus. Mart. lib. 2. 130, Expectare iube, velocius ibo retentus. Liu. 1. ab Vrbe, 131, Sabini ſuos prius in locum confugiſſe, ac Romæ retentos quærebantur. Cicero 1. Verr. 16, Potamonem ſcribam & familiarem tuum retentum eſſe à Verre in prouincia, quum tu decederes.

Lucret. lib. 2. 146, -ſed terras, ac mare totum
Secernunt, cælúmque à terris omne retentant. Id eſt diſtinent.

Equi fruſtrà retenti, dominum trahunt per ſaxa. Ouid. in 6. Faſtorum, 149.

Lingua retenta metu. Ouid. epiſt. 11. 17.

Verba dolore retenta. Ouid. 10. Metam. 94.

Hoc retento. Cic. 3. de Legib. 56, Hoc retento, reliqua voluntas authoritati aut gratiæ traditur.

Retentio, Verbale, Actus ipſe retinendi. Cic. ad Atticum, lib. 13. 278. 3, Sempérque Carneades πρόληψιν pugilis, & retẽtionem aurigæ ſimilem facit ἐπιστήμης. Idẽ 4. Acad. 139, Illud certè opinatione & perceptione ſublata ſequitur, omniũ aſſenſionũ retentio, vt ſi oſtendero nihil poſſe percipi, tu cõcedas nũquam aſſenſuri eſſe.

Retento, retentas, retentare, Frequẽtatiuum. Plaut. Aſin. 11. 1, Cur me retentas? Idem Rud. 10. 39, -ſuades tu qualis es,
In nemum rapere, eo me obſecras vt te ſequar?
Etiam retentas? I. A. peri. Cic. 1. de Diui. 50, Quæ penitus ſenſus hominum vitáſque retentat. Ibidem, 1. 94, Nanque omnis

memori portentum mente retentat. Ex Poeta. Lucan.lib.4. 145, Ipſe cana regni vires in valle retentat. Hoc eſt retinet exercitum. Tacit.lib.20, Dat cuſtodes, qui pecuniam, calones, ſarcinas retentarent. Idem lib.11, Ciuilis dum fugientes retentat, agnitus, petituſque telis, relicto equo, tranſnatauit.

Frena retentare. Ouid.2.Amorum, eleg.9.6.

¶ Retentare, Compoſitum à tento, tentas. Vide ſuo loco.

Retinaculum, retináculi, pen.corr. Quo aliquid retinetur. Virgil. lib.2. Georg. 53, Atque Amerina parant lentæ retinacula viti. Plin.epiſt.12.6, Affuit tamen deus voto, cuius ille compos, vt iam ſecurus, libérque moriturus, multa illa vitæ, ſed minora retinacula abrupit. Liu.1. bel. Pun.101, Pluribus retinaculis validis parte ſuperiore ripæ religatam, &c.

Vnca retinacula. Stat.3. Sylu.2.7.

Ferro ſtricto ferit retinacula. Virg.4. Æneid.116.

Puppis retinacula prærumpere. Ouid.14.Metam.109.

Soluere retinacula. Ouid. epiſt. 7.11.

Retingo/retingis, retingere. Stat.1. Sylu.4. 15,

-& ſole ſub omni

Permeruit iurata manus: nec in otia pacis

Permiſſum laxare animos, ferrúmque retingi.

Retondeo/retondes, retondi, retonſum, retondére, Omnino vel perfectè tondére. Plaut. Pſeud. 4.15,

At hæc retonſa eſt.s. ſine fiet, itidem quoque vos eſtis plagis Omnes. Plin.lib. 18.cap.17.11, Retonſarum verò etiam ſemel, omnino certum eſt, granum longius fieri. De ſegetibus.

Retono/ rétonas, pen.corr. retonare, Contra tonare, reſonare. Catull.de Berecynthia, 58.17,

Face cuncta mugienti fremitu loca retonent. Verba Cybeles ad Furorem.

Retorqueo/retorques, retorſi, retortum, retorquére, Retro iácere, vel remittere: vt Retorquere pilam. Cic.de Senect.75, Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit, nec tanquam pilam retorſerit. Vetus codex legit, Néve tanquam Peliam recoxerit.

Ille dolore ferox, caput in ſua terga retorſit. Ouid.3.Meta.14.

Colla retorquere ferocis equi. Ouid.epiſt.4.16.

Currus auerſos retorſit. Virg.11. Æneid.97.

Retorqueri ſub terra. Plinius libro 17.cap.10.13, Contra immane pondus attollere ſe non valet, retorquetúrque ſub terra. Hoc eſt reflectitur.

Retorquere telã, Diſſoluere, retexere. Galli dicunt *Deſuider*. Plinius lib.11.cap.22.2, Prima telas bombycinas retorquere, rurſúſque texere inuenit in Ceo mulier Pamphila Latoi filia. Ex vetuſto codice legendum redordiri.

Retorquere ſarmentum. Columella libro 4, Id vt ſcitè fiat, meminerit alligator ne retorqueat ſarmentum, ſed tantum inflexum deuinciat.

Oculos retorquere. Ouid.10.Metam.138.

Oculos ad vrbem retorquere. Cicero in Catil.26, Retorquet oculos profectò ſæpe ad hanc vrbem, quam ex ſuis faucibus ereptam eſſe luget.

Animum retorquere ad præterita. Seneca de Benef.lib.3.cap. 3, Ad præterita rari animum retorquent. Sic fit vt præceptores, eorúmque beneficia intercidãt, quia totã pueritiã relinquamus.

Retortus, Participium: vt Retortæ ceruices. Plinius in Paneg.55, Nunc ſecretas illas & arcanas, ac ſub te primùm communes opes: nihil tamen gratius, nihil ſeculo dignius, quàm quod contigit deſuper intueri: cum delatorum ſupina ora, retortáſque ceruices agnoſcebamus, & fruebamur.

Brachia tergo retorta. Horat.3. Carm.ode 5.5.

Manibus retortis trahi. Horat.2. epiſt.1.39.

Retotridus, pen. corr. Adiectiuum, Quod intẽpeſtiuè, amiſſis viribus, à ſole torreatur. Columella lib.de Arboribus, cap.17.3, Si in olea vnus ramus aliquanto cæteris lætior eſt, niſi eum recideris, arbor tota fiet retorrida. Idem libro 3.cap.11.5, Igitur ſi non retorrida & ſcabra, ſed lænia & nitida, & prolixa ſœcundáque viderimus, eam intelligemus eſſe terram ſurcularem.

Retorrida front. Columel.lib.11.cap.2.66, Et ſi ſunt parum fructuoſæ, vel cacuminib⁹ retorridæ frõdis, magnis arboribus quaternos modios ſtercoris caprini circunſpergere.

Retórride, Aduerbium. Plinius libro 17. cap. 5.10, Terram amaram ſiue macram ſiquis probare velit demonſtrant atræ herbæ, frigidam autem retorridè nata.

Retorreſco, retorreſcis, retorréſcere, Retorridum fieri. Colum.lib.3. cap.3.5, Deinde ſata non ita enutriunt, vt antè conualeſcant ac proſiliant, quàm retorreſcant.

Retoſtus, Participium. Plin.lib.13. cap.4.17, Marceſcitque non retoſtus furnis.

Retracto, Vide Retrahо.

Retrahо, rétrahis, pe.cor. retraxi, retractũ, retráhere, Retrò trahere: ſiue rurſus, vel in contrariã partem trahere. Plau. Rud.23.8, Caue ſis malo, quid tu (malùm) nam me retrahis? Cic. pro Cælio, 50, Licinium autem cum iam manum ad tradendum pyxidem porrexiſſet, retraxiſſe. Idem de Senect.75, Quò quidem me proficiſcentem haud ſanè quis facilè retraxerit.

Non habeo certum quæ te res hinc maximè retrahat. Lucceius Ciceroni, lib.5.14.2.

Retrahere ad ſe argentum. Terent. Heaut.4.1.11, Retraham hercle opinor ad me illud idem fugitiuum argentum tamen.

Ab ictu ſe retrahere. Ouid.4. Metam.18.

Aliquem retrahere à ſtudio. Terent.in Prologo Phormionis, 2. Id eſt reuocare. Sic Retrahere aliquem à Republica. Cic.pro Seſtio, 18.

Ex fuga retrahere. Plaut. Merc.1.8.

Retrahere ſe, ne. Cic. pro Cælio, 51, Qui minus enim Licinius comprehendi potuit, cum ſe retraxit, ne pyxidem traderet, quàm ſi non retraxiſſet?

Scipio Annibalem in Africam retraxit. Cic.1.de Finib.91.

Aliquem retrahere in conditionem miniſtrorum. Plin. epiſt. 249, Erit autem vel hoc maximè corrigendũ, quòd qui damnati ad pœnam erant, non modò ea ſine authore, vt ſcribis, liberati ſunt: ſed etiam in conditionem proborum miniſtrorum retrahantur.

Quò fata trahũt, retrahúntque, ſequamur. Virg.5. Æneid.141.

Nocturnæ quietis imaginem ad ſpem haud dubiã retraxit. Tacit.lib.16.

Retrahere ſe, Deſiſtere à re aliqua. Catull.ad Alphenum, 28.1, Idem nunc retrahis te, ac tua dicta omnia, factáque

Ventos irrita ferre, & nebulas aereas ſinis. Horat.1.epiſt.19.21, Ac ne te retrahas, & inexcuſabilis abſis.

Retractus, Participium. Cic. 6. Philip. 211, Neſcio quomodo ſe coniecit in vrbem, atque ita mœſtus rediit, vt retractus, non reuerſus videretur.

Retractis ac reſupinis capitibus. Colu.lib.1.cap.2.19, de bubus, Atque hoc modo tota mole corporis, totóque pondere nituntur: atque illo, retractis & ſupinis capitibus excruciantur: ægréque terræ ſummam partem leui admodum vomere ſauciant.

¶ Retractus, nomen, pro Remoto. Plin.epiſt.17.lib.1, ad Gallum, Huius à læua retractius paulò cubiculum eſt amplum. Liu.4.bel. Maced.41, Hiſpanis retractior à mari trium millium paſſuum in circuitu murus erat.

Retracto, retractas, retractare, Rurſus, vel retro trahere. Frequentatiuum à Retraho.

Retractare, Reuocare, Velut ſub incudem repolire, repetere. Plin.epiſt.116.lib.7, ad Macrinum, Præceptũ eſt Seruiano, vt vacaret finitam cauſam retractãti, ſiquid noui afferret. Idẽ epiſt. 174.lib.8, ad Arrianũ, Non dubito cupere te pro cætera mei charitate, quàm maturiſſimè legere hunc adhuc muſteum librum. Leges, ſed retractatum, quæ cauſa recitandi fuit, & tamen nonnulla iam ex eo noſti: hæc vel emẽdata poſtea, vel (quod interdum longiore mora ſolet) deteriora facta, quaſi noua rurſus, & reſcripta cognoſces.

Largitiones retractare, Reuocare, reprobare, quod vulgò dicunt *reſſare & annulare*. Traianus ad Plinij, lib.10. epiſtola vndecima à fine, Sicut largitiones ex publico fieri mandata prohibẽt: ita ne multorum ſecuritas ſubruatur, factas ante aliquantũ temporis retractari, atque in irritum vindicari non oportet.

¶ Pedamenta retractare. Colum.lib.4.cap.26.1, Tamen in his hæc, eorúmque ſimilia pedamenta poſt putationem retractanda ſunt, partéſque eorum putres dedolandæ. Atque alia conuertenda, quæ ſynceritatem habent: alia ſummouẽda, quæ vel carioſa, vel iuſto breuiora ſunt, eorúmque in vicem idonea reponenda: iacentia ſtatuenda, declinata corrigenda. Quibus verbis abundè declarat quid ſit pedamenta retractare, nimirum ſuperioris anni pedamẽta in manus reſumere, rurſum exacuere putrefactis partibus amputatis, inutilia reiicere, redolare, vt ita dicam. Gallis dicitur *Remanier, reparer*.

¶ Retractare aliquid, Rurſum tractare, vt ait Feſtus: ſine Reficare, & iterum commemorare. Cic.ad Atticũ, lib.8.15.6, Sed hæc omittamus: augemus enim dolorem retractãdo. Idẽ pro Murena, 50, Qui locus perpurgatus ab iis qui ante me dixerunt, à me quoniam ita Murena voluit, retractandus eſt. Plinius ad Septitium, lib.1.epiſt.16, Adſunt acutæ crebræque ſententiæ, grauis & decora conſtructio, ſonantia verba & antiqua. Omnia hæc

mirè placẽt cum impetu quodam & flumine prætexuntur, placent si retractentur. Ex Budæo. Horat. 2. Carm. ode 1. 8,
Sed nè relictis Musa procax iocis
Ceæ retractes munera næniæ.
Vulnera cruda retractare, Rursus vel frequenter contrectare. Ouid. 3. Trist. 4.
Néue retractando nondum coëuntia rumpe Vulnera. Ouid. 4. Trist. eleg. 4. 9.
Retractare actiones, Id est repetere, & iterum tractare & rescribere, repolire, emẽdare. Plinius ad Capitonem, lib. 5. epist. 8, Egi magnas & graues causas: has destino retractare. Ibidẽ Rescribere vocat. Idem lib. 6. epist. 5, ad Vrsum, De proximo Senatusconsulto disseruit, finitámque causam retractauit. Budæus.
Dicta retractare. Virg. 11. Æneid. 3.
Nulla mora in Turno, nihil est quòd dicta retractent
Ignaui Æneadæ: nec quæ pepigere, recusent.
Materiam eandem retractare. Quintil. lib. 2. cap. 4. 10.
Desueta verba retractare. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 13.
Diligenter retractare. Cic. 1. de Nat. deorum, 104, Qui autem omnia quæ ad cultum deorum pertinerent, diligenter retractarent, & tanquam relegerent, sunt dicti religiosi ex relegendo.
Retractare secum. Colu. in Præfatione lib. 1. 11, Quæ cum animaduertam sæpe mecum retractans ac recogitans, quàm turpi consensu deserta exoleuerit disciplina ruris.

Retractans, Participium, siue Nomen ex participio.
Retractans iuuencus, & calcitrosus, Qui non potest facilè duci quò volumus, & retractat ac renuit. Colu. lib. 1. cap. 1. 11, Nunquam stimulo lacessat iuuencum, quod retractantem calcitrosúmque eum reddit. Alii legunt retrectantem per e secundam vocalem.

Retractâtus, pen. prod. Aliud participiũ, siue Nomẽ ex participio. Quintil. lib. 2. cap. 4, Quoties eandem materiam rursus à me retractatam, scribere de integro iuberem.
Retractatius opus, pro Emẽdatiori, & liuris pleno. Cic. ad Atticum, lib. 16. 33. 1, Sed tamen idem κάτταμα misi ad te retractatius, & quidem ἀχάτινον ipsum crebris locis inculcatum & refectum. Quasi dicat limatius & politius.

Retractatio, Verbale, Actus ipse retractandi: hoc est opinionem reuocandi. Cic. ad Atticum, lib. 13. 28. 1, Conficies igitur, & quidem sine vlla dubitatione aut retractatione. Idem 5. Tusc. 119, Veterémque Academiam hortari videbare, vt sine retractatione liberè dicere auderent sapientes esse semper beatissimos.

Retrectatio/ vide superius Retractans.

Retribuo/ retribuis, retribui, retribûtum, pen. prod. retribúere, Notæ significationis. Reddere. Cic. pro Q. Rosc. Comœdo. 16, Nihil mihi detraham, cum illis exactæ ætatis seueriſſimè fructum, quem meruerũt, retribuam. Idẽ Antè quàm iret in exilium, 1, Fidei conducit, in loco debitum retribuere. Liu. 1. ab Vrbe, 177, Pecuniam acceptam retribui populo.
Rebus retribuere corpora. Lucret. lib. 5. 56,
Semper enim quodcunque fluit de rebus, id omne
Aeris in magnum fertur mare, qui nisi contrà
Corpora retribuat rebus, recreétque fluentes,
Omnia iam resoluta forent, & in aere versa.

Retrica/ retricæ. Retricam aquam veteres appellarunt, qua horti irrigantur, authore Festo.

Retrimentum, retrimenti, à Rétero, réteris: sicut Detrimentũ à Détero. Varro li. 1. de Re rust. ca. 64, Amurca cũ ex olea est expressa, qui est humor aquatilis, ac retrimẽtũ cõditũ in vas fictile.
Retrimentum, Excrementum fœculentum, & stercus ipsum. Macrobius lib. 7, In ventre fit prima digestio, cuius fæces, retrimẽta sunt, quæ per intestina inferiora orificio trudente labuntur. Idem, Aridiora retrimenta in aluum conuenire refert, humidiora in vesicam retrahi. Intelligit stercora & vrinam. Hæc, recrementa à Celso vocantur. Gellio item quum ait, Recrementa aridiora in aluum conueniunt.

Retro, Aduerbium, contrarium habet Ante. Terent. Heaut. 5. 1. 19, Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddã retro. Traianus ad Plinium, lib. 10. epistola tertia à fine, Obsonia eorum certaminum quæ Iselastica esse placuit mihi, si antè Iselastica non fuerunt, retro non debentur. Plinius lib. 28. cap. 6. 7, Contra lippitudines retro aures fricare prodest. Horat. Epod. 17. 2, Citúmque retro solue, solue turbinem.
Retro ad Alpes versus iter mihi incidit. Cæl. Ciceroni, li. 9. 15. 5.
Retro & à tergo. Cic. 1. de Diuin. 89, Tum visam belluam vastam, &c. præcepisséque vt pergeret protinus: quid retro, atque à tergo fieret, ne laboraret.
Vocare retro aliquem. Virgil. 4. Georg. 120,
-en iterum crudelia retro Fata vocant.
Longè & retro. Cic. 5. Tusc. 116, Vt omnia quæ sine ea sint, lõgè & retro ponenda censeat. Ibidem, 9, Quòd tam longè retro respicere non possunt.
Abdúxere retro longè capita ardua ab ictu. Virg. 5. Æneid. 86.
Abscedere retro, Vide **Abscedo**.
Retro ambulare. Plin. lib. 8. cap. 45. 3, Boues animalium soli & retro ambulantes pascuntur.
Retro cedere, vnica dictione, vt aliis placet, retrocedere. Liu. 8. ab Vrbe, 40, Si hastati profligare hostem non possent, pede presso eos retrocedẽtes in interualla ordinũ principes recipiebãt.
Cedens retro. Virg. 3. Æneid. 100.
Retro commeare. Cic. 3. de Nat. deorum, 4, Cúmque eadem vicissim retro commeant.
Discedere retro. Lucret. lib. 4. 185.
Retro fluere amnes nostra vidit ætas. Plin. lib. 2. cap. 103. 11.
Ire retro. Horat. 3. Carm. ode. 10. 2, Ne currente retro funis eat rota.
Properare retro. Ouid. epist. 5. 7.
Referri retro. Virg. 1. Georg. 40, -sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri. Idem 2. Æneid. 34.
Ruere retro. Stat. 12. Thebaid. 4.
¶ Retro, pro Ante, vsurpauit Iulius Capitolinus in Pertinace: Stipendia, inquit, plurimis retro debita exoluit. Pacatus in Panegyrico Theodosii, Quum te semper vltra omnes retro principes laudari oportuerit. Quomodo videtur etiã vsus Plinius ad Traianum, lib. 10. epistola quarta à fine: Hic quoque, ait, non mediocriter hæreo, ne cuiusquam retro habeatur ratio, dandúmque quod tunc quum vincerent, non debebatur.

Retróago, retróagis pen. corr. retroégi, pen. prod. retroactum, retroágere, vt Retroagere aliquem. Plin. lib. 7. cap. 44. 4, Aut quos non honores currúsque illa sua violentia fortuna retroegit, per mediam vrbem Censore tractos.
Capillos retroagere. Quintil. lib. 11. cap. 3, Capillos à fronte cõtra naturam retroagere, vt sit horror ille terribilis.
Ordinem retroagere. Quintil. lib. 11. cap. 2, Nam vt ordinem retroagamus, de vltima illa, quæ, &c.
Expositionem retroagere. Quintil. lib. 2. cap. 4. 11, Ideóque & retro agere expositionem, & à media in vtranque partem discurrere sanè meritò cogantur. De pueris.

Retroco, retrocis, retrocui, retrocire. Plin. lib. 2. cap. 16. 7, Retrocire incipiunt stellæ. Ibidem, Et retrocire cogit vapor repercussas.

Retrogradior, retrográderis. pen. corr. retrogressus sum, retrógradi. pen. corr. Idem. Plin. lib. 2. cap. 15. 1, Ab his retrogradiuntur ad solem, & occasu vespertino delitescunt. Idẽ lib. 8. cap. 15. 2, Ob id retrograditur in pascendo.

Retrógradus, pen. corr. Adiectiuum: vt Retrogradus exortus. Plinius lib. 2. cap. 17. 7, Mercurii vero sydus, in Piscibus exortus vespertinos raros facere. Et paulo pòst, Retrogradum in Tauro & Geminis non fieri.

Retrorsus, vel retrorsum, Retro versum. Plin. lib. 6. cap. 15. 2, Ab ea gente retrorsus ad Cyrum amnem produntur ducenta viginti millia. Idẽ lib. 9. ca. 31. 3, Cancri in pauore etiam retrorsum pari velocitate redeunt. Cic. 2. de Nat. deorum, 110, Nam ex terra, aqua: ex aqua oritur aer: ex aere, æther: deinde retrorsum vicissim, ex æthere, aer, inde aqua: ex aqua, terra infima. Horat. 2. Carm. ode 34. 1, -nunc retrorsum
Vela dare, atque iterare cursus. Idem 1. epist. 1. 15, Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.
Redire retrorsum. Lucret. lib. 4. 69, Indéque retrorsum redit, & conuertit eodem.
Reiectæ retrorsum Hannibalis minæ. Horat. 4. Carm. ode 8. 4.

Retrorsus, Adiectiuum. Plin. lib. 16. cap. 9. 2, Negat Apollo pestem posse crescere, quam nuda virgo restinguat: atque ita retrorsa manu ter dicat, totésque ambo despuant. Apuleius lib. 1, Denique sæpe retrorsa respiciens subsistit. Id est reflexa, obliquata.

Retrudo/ retrûdis, retrûsi, retrûsum, pen. prod. retrúdere, Retro trudere. Plaut. Epid. 5. 65,
Cæpi rursum vorsum ad illas pauxillatim accedere,
Quasi retruderet hominum me vis inuitum.
¶ Retrûsum, atque abditum. Cicero 1. de Orat. 44. Hæc autem esse penitus in media philosophia retrusa atque abdita, quæ isti Rhetores ne primoribus quidem labris attigissent. Vide **Abdo**.

Retundo, retundis, rétudi, pen. cor. retûsum, pen. prod. retúndere, Repercutere, cuspidé vel aciem alicuius rei vsu nimio vel alio casu perstringere, atque hebetare. Plin. lib. 16. ca. 40. 7, Argumẽtum afferunt quòd citissimè asciæ retundat.
Ferrum retundere iugulis. Lucan. lib. 6. 33.
Gladios retundere, per translationem. Ci. 3. in Catil. 40, Idémque gladios in Rempub. districtos retudimus, mucronésque eorum à iugulis vestris reiecimus.
Mucronem styli retundere. Cic. pro Cluẽtio, 97, Ne Censoriũ

ſtylum, cuius mucronẽ multis remediis maiores noſtri retuderũt, æquè poſthac atq; illũ Dictatoriũ gladium pertimeſcamus.

Improbitatẽ alicuius retũdere, Reprimere. Quintil.li.6.ca.4.9.

Linguam & ſermones quorundam retundere. Liu.3.bel. Maced.56, Identidem Quintius liberandam omnem Græciam, ſi Ætolorum linguas retundere, ſi veram charitatem, maieſtatem apud omnes nominis Romani vellent eſſe. Cælius ad Ciceronem, lib.8.6.1, Quo facto retudit ſermones, paratiórque viſus eſt quàm ſperauerat accuſator.

Tela coniurationis retundere. Cic. pro Domo ſua, 50, In me omnia quæ ego quondam retuderam, coniurationis nefaria tela adhæſerunt.

In præſentia aliquẽ retundere. Cic. Attico, lib.16.339.4, In præſentia bellè iſte puer retundit Antonium. Hoc eſt reprimit.

Retũſus, pen.prod. Participium, ſiue Nomẽ ex participio. Colum. lib.4, Quod euenit in retuſo & craſſo ferramento. Plin.lib.37. cap.13.2, Tantáque differentia eſt, vt aliæ ferro ſcalpi non poſſint, aliæ non niſi retuſo, verùm omnes adamante.

Aurum retuſum hebeti mucrone. Lucret.lib.5. 136.

Ferrum retuſum. Horat.1.Carm.ode 35.5.

Tela retuſa. Ouid. 12.Metam.101.

Retuſum, ſiue retunſum cor. Plaut. Pſeud.17.8,

Quid tu intus quæſo deſediſti quàm diu
Mihi cor retunſum eſt oppugnando pectore?

Retuſum ingenium: cui contrarium eſt Acutum. Cic.1.de Diuin.135, Et ſunt partes agrorum aliæ peſtilentes, aliæ ſalubres, aliæ quæ acuta ingenia gignant, aliæ quæ retuſa.

Res retuſæ. Silius lib.16.5, -rebuſque retuſis
Fidas ductoris tenuit reuerentia mentes.

Reualeſco, reualeſcis, reualui, reualéſcere, Ad ſanitatem redire. Gellius lib.16.cap.13, Quod in eorum finibus ſub ipſo oppido ex capitali morbo reualuiſſet. Ouid.epiſt.20.47, Ne tamen ignores ope qua reualeſcere poſſis.

Reuanéſco, reuaneſcis, reuanui, reuanéſcere, Iterum euaneſcere. Ouid.1. Amor. eleg 9.6.

Quum bene pertæſum eſt, animique reuanuit ardor,
Neſcio quo miſeræ turbine mentis agor.

Reuého, reuehis, pe.corr. reuexi, reuectum, reuéhere, Reducere. Plaut. Bacch.1.9, Vt vbi emeritũ ſibi ſit, ſe reuehat domũ. Plin. lib.12.cap.17.9, Ex Syria reuehunt ſtyracem. Liuius 7.ab Vrbe, 105, Iámque omiſſa cunctando victoria erat, cum Cõſul vulnere allegato reuectus ad prima ſigna, Quid ſtas miles, inquit? Ibidem, lib.3.300, Conficerent equos virósque, nequis reueheretur inde ad prælium, aut integraret pugnam. Stat.2.Thebaid.147,

-figúnique ſuperbis
Arma tholis, quæque ipſe meo quæſita reuexi Sanguine.

Domum aliquem reuehere. Horat. Epod.13.4.

Reuectus Conſul in caſtra. Liu.1.ab Vrbe,105.

Reuectus eſt triumphali curru. Plinius lib.7.cap.16.2.

Reuehi equo. Liu.4.bel.Maced.61, Vbi omnia fuga completa vidit Cato, ipſe ad ſecundam legionem, quæ in ſubſidio poſita erat, equo reuehitur.

Reuehere prædam. Liu.1.ab Vrbe,169.

Manus reuehere, Reducere exercitum. Senec. Medea,7.5.

Reuehere famã. Plin.epiſt.177.b, Onerat te Quæſturæ tuæ fama, quam ex Bithynia optimam reuexiſti.

Ad ſuperiorem ætatem reuehi, Incidere in ſermonem de ſuperiore ætate. Cic.de Clar. Orat.119, Sed ad paulo ſuperiorem ætatem reuecti ſumus: nunc ad eam, de qua aliquantùm loquuti ſumus, reuertamur.

Reuélo, reuélas, pen.prod. reuelare, Contrarium eſt ſuo ſimplici Velo, quod Tego ſignificat. Vnde Reuelare, Detegere ſignificat.

Os reuelatum. Ouid.6.Faſt.114, Ore reuelato quum primùm luce patebit. Seruius.

Reuéllo, reuelli, reuelli & reuulſi, reuulſum, reuéllere, Rurſus vellere, id eſt extirpare: frequentius tamen pro Auferre ſimpliciter & detrahere ſumitur, vt in ſequentibus exemplis. Colum. lib.2.cap.3.1, Boues cum ab opere diſiunxerit, ſubſtrictos confricet, manibúſque comprimat dorſum, & pellem reuellat, nec patiatur corpori adhærere. Cic.6.Verr.12, Nec prius illã crucem, quæ etiamnum cinis Rom. ſanguine redundat, quæ fixa eſt ad portum, vbémque veſtram, reuelliſtis, neque in profundum abiecíſtis, luxumque illum omnem expiaſtis, quàm Romam, atque in horum conuentum adiretis? Ibidem, 111, Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus reuellit, atque abſtulit.

Effringere multorũ fores, & clauſtra reuellere. Cic.6.Verr.46. Et apud Liuium 5.ab Vrbe,99, Reuellere clauſtra portarum.

Humum reuellit dente. Ouid.3.Amor. eleg.9.3.

Reuellere tabulam in qua nomina ciuitate donatorum inciſa ſunt. Cic.ad Acilium, lib.13.37.2.

Acies reuellunt ſigna. Lucan.lib. 7.16.

Titulum chartæ de fronte, reuellere. Ouid.4.de Põto, eleg.13.1.

Reuellere tela de corpore Reip. per trãſlationem. Cic.in Piſonem, 10, Et abſentem principe Cn. Pompeio referente, & de corpore Reip. tuorum ſcelerum tela reuellente, reuocarunt.

Reuellere vincula iudiciorum. Cic.pro Cecinna,51, Nam qui ius Ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit non modò iudiciorum, ſed etiam vtilitatis, vitæque communis.

Oſcula reuellere. Stat.3. Syl. 2. 12, Diſſipat amplexus, atque oſcula fida reuellit.

Reuellere ex omni memoria. Cic.13. Philip.364, In quibus tu es videlicet Conſularis, cuius totus Conſulatus eſt ex omni monimentorum memoria reuulſus.

Reuulſus, Participium, ſiue Nomen ex participio: vt Axis reuulſus temone. Ouid.2. Metam.64.

Caput à ceruice reuulſum. Virg.4. Georg.105.

Sublato aditu, reuulſis gradibus. Cic.in Piſonem,17.

Effracta & reuulſa ianua. Cic.pro Murena,31.

Limen reuulſum tellure. Ouid.12.Metam.57.

Saxum è monte reuulſum. Ouid.12. Metam.69.

Reuulſæ, iacentéſque ſtatuæ. Cic.4.Verr.113.

Reuulſa tabula. Cic.4.Verr.77.

Reuulſio, reuulſionis, Plinius lib.13. cap.12.5, Sed ratio deprehendit vitium vnius ſchedæ reuulſione plures infeſtante paginas.

Reuenío, réuenis, pen.corr. reuéni, pen.prod. reuentum, reuenire, Reuerti. Plaut. Amphit.4.34, Victis hoſtibus legiones reueniunt domum. Idem Capt.7.87, Et tua huc ornatus reueniam ex ſententia. Cic.1.de Orat.85, Quum miles domum reueniſſet, egiſſétque lege in hæreditatem paternã. Idem ibidem, 89.

Reuenire ex aliquo loco. Tacit.lib.2, Vt quis ex longinquo reuenerat, miracula narrabant.

Reuenire in gratiam. Plaut. Sticho,7.8, Cúmque eo reueni ex inimicitia in gratiam.

Reuera, Ablatiuus ex re & verum. Vide **Reo**, rei.

Reuereor, reuerêris, pen.prod. reuéritus ſum, pen.corr. reuerére, Timere, vereri, & etiam honorare. Terent.Hecyra,4.4.8,

Dic filiæ, rus conceſſuram hinc Soſtratam,
Ne reuereatur minus iã quo redeat domum. Idẽ Phorm.2.1.3,
-age, mitto imperium, non ſimultatem meam
Reuereri, ſaltem nó pudere, &c. Hæc eadem verba refert Cicero ad Atticum, lib.2.24.1. Liu.1.ab Vrbe, 111, Carpento certè, id quod ſatis conſtat, in forum inuecta: nec reuerita cœtum virorum, euocauit virum è curia: regémque prima appellauit. Terent.Hecyra,3.1.10, Sed nunc aduentum tuum ambas Pamphile ſcio reuenturas. Cic.1.de Orat.66, Nanque ego Catule (dicam enim non réuerens aſſentandi ſuſpicionem) neminem eſſe oratorem paulo illuſtriorem arbitror.

Difficile eſt primũ virtutem reuereri, qui ſemper ſecunda fortuna ſit vſus. Author ad Herennium, lib.4.169.

Lectum reuerere parentis. Ouid.epiſt.4.16.

Reuereri & colere. Cic.1.de Inuent.170, Obſeruantiã per quã ætate, aut ſapientia, aut honore, aut aliqua dignitate antecedẽtes reueremur & colimus.

Réuerens, pen.corr. reuerentior, reuerentiſſimus, Qui defert, ſiue dat honorem. Plin.epiſt.103.lib.6, ad Reſtitutũ, Niſi forte aliud iudicas tu: quanquam quis vno te reuerẽtior huius operis, quis benignior æſtimator? Idem epiſt.307, Probum, induſtrium, atque inter iſta reuerentiſſimum mei.

Illa nulla eſt reuerentior deorum. Ouid.1.Metam.65.

Reuerendus, Participium: vt

Canities reuerenda. Claud.3.de raptu Proſerp.3.

Nox reuerenda ſpecie tenebrarum. Ouid.in Ibin,15.

Reuerentia, reuerentiæ, Honor quem tam verbis, quàm factis alicui exhibemus. Plin.epiſt.98.c, Primùm quòd ipſe qui recitat, aliquanto acrius ſcriptis ſuis auditorum reuerentiam intendit. Idem in Paneg.74, Et qui terror valuiſſet efficere, quod reuerẽtia tui effecit? Et apud eundem, Reuerentiæ veſtræ ſic ſemper inſeruiam. Hoc eſt Deferam vobis honorem. Mart.lib.12.29, Cũ ſalua infimarum quoque perſonarum reuerentia indant. Sic libro 9.83. Cic.1. Offic.139, Adhibenda eſt igitur quædam reuerentia aduerſus homines. Propert.lib.3.eleg.13.3,

Nulla eſt poſcendi, nulla eſt reuerentia dandi.

Vultu placido decens Reuerentia. Ouid.5. Faſt.5.

Famæ reuerentia. Ouid.9.Metam.112.

Imperii reuerentia. Tacit.lib.17.

Rei reuerentia. Colum.lib.11.cap.1, Niſi magnitudo rei peperit reuerentiam vel diſcendi, vel profitendi penè immẽſam ſcientiam. Hoc eſt timorem.

Sacramenti reuerentia. Tacit. lib.17.

Abſit reuerentia vero. Ouid.epiſt.5.3.

Adhibere reuerentiam, Vide Adhibeo.

Amittere reuerentiam, Vide Amitto.

Conſtat magiſtratibus reuerentia, Vide Conſto.

Reuerentia debetur parentibus. Quintil.lib.11.cap.1. Iuue. Sat.14.5, Maxima debetur puero reuerẽtia, ſiquid Turpe paras.

Exuere reuerentiam imperii. Tacit.lib.17, Ac ne reuerentiam imperii exuere viderentur.&c.

Reuerentia perſonæ nobis obſtat. Quintil. lib.9.cap.2.

Præſtare reuerentiam. Plin.epiſt.8.lib.3, Facis pro cætera reuerentia quam mihi præſtas.

Libertas reuerentiam remiſit. Stat.1.Sylu.6.9.

Rumpere ſacramenti reuerentiã. Tacit.lib.17, Superioris Germaniæ legiones, rupta ſacramenti reuerentia, imperatorem alium flagitare.

Reuerenter, Aduerbium, Honorificé. Plinius epiſt. 151.b, Idem quàm reuerenter, quàm fideliter amicos colat, multorum ſupremis iudiciis,&c. Suet in Oct.Auguſto,cap.93, Peregrinarum cæremoniarum,ſicut veteres ac præceptas reuerentiſſimè coluit, ita cæteras contemptui habuit. Idem in Nerone,cap.15, Reuerentiſſimè alloquebatur.

Reuertor, reuértéris, pen.cor. reuerſus ſum, reuerti, Notæ ſignificationis. Plautus Aulul.7.16, Quòd nunc abiit.iam ad te reuertor. Terentius Heaut.1.1.70, Domum mœſtus. Cæſar 1.bel. Gal.130, Sueui qui ad ripas Rheni venerant, domum reuerti cœperunt.

Domum reuertens ſera nocte. Virg.4. Georg.27.

Iterum reuerti. Virg.6.Æneid.144,

O pater, ánne aliquas ad cælum hinc ire putandum eſt
Sublimes animas iterúmque ad tarda reuerti Corpora?

Cum laude reuerti. Ouid.13. Metam.50.

Vnde cum honore diſceſſeris, eodem cum ignominia reuerti. Cic. pro Murena,80.

Ad diem reuerti. Cæſar 6. bel. Gall.119, Labienum, Treboniúmque hortatur,ſi Reip.cómodo facere poſſint,ad eam diem reuertantur.

Ad priſtinum actum reuerti. Plin.epiſt. 145, Quum ad priſtinum actum reuerſus fuerit, ſufficient illi duo à te dari milites.

Ad illum animum meum reuerti priſtinum. Cic. Trebonio, l.b.10.18.3.

Ad cauſam reuerti. Cic.5.Verr.71, Ad illam quam inſtitui cauſam frumenti ac decumarum reuertar.

Ad propoſitum reuerti. Plin.lib.6.cap.13.16, Nunc reuertemur ad propoſitum. Cic.2.de Finib. 165, Sed vt ad propoſitum reuertamur,&c.nunc totum illud concludi ſic licet.

In gratiam cum aliquo reuerti. Liu.8.ab Vrbe,180, Mecum vt voles,reuertêris in gratiam.

Ad vitam reuerti. Lucret.lib.2.193.

In ciuitatem reuerti. Cic.Cecinnæ, lib.6.6.15.

Eò reuerti, vnde egreſſus es. Quintil.lib.2.cap.4.10.

¶ Reuerti.pro Venire, vel diuertere. Cic.de Fato, Sed Poſſidonium, ſicut æquum eſt, cum bona gratia dimittamus: ad Chryſippi laqueos reuertamur. Quum nihil de Chryſippo antea dixiſſet.

Reuerto, reuertis, actiuè, ſæpe apud Ciceronem legitur: ſed non niſi in præterito, aut in temporibus à præterito formatis. vt ad Appium,lib.3.10.9, Cóſcendens iam nauem, Epheſo Laodiceam reuertit. Idé 3.Offic.59, Vas factus eſt alter ſuſtendi eius: vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi. Et ad Atticum, lib.8.155.6, Iter autem eius erat ad Lentulum cos. cum literis Cæſaris, præmiorúmque promiſſis, ſi Romã reuertiſſet. Item 6.Verr.46, Sic Halunini excuſſis diuitiis, cum argento puro domum reuerterunt. Idem 2.de Finib.105, Quum ſua voluntate, nulla vi coactus, præter fidem quam dederat hoſti ex patria, Carthaginem reuertiſſet.

Reuerti aliquó. Cic. Attico, lib.8.147.13, Ipſe ne quò incidere, reuerti Formias.

Legati Ameriam,re inorata,reuerterunt. Cic.pro Roſc.Amerino,75.

Ad eum reuertit vnde exorta eſt. Lucret.lib.5.231.

¶ Aduerſa reuertere. Cic.1.Tuſcul.116, Itaque dubitans, circũſpectans, hæſitans, multa aduerſa reuertens, tanquam ratis in mari immenſo, noſtra vehitur oratio. Hoc eſt reuoluens & reputans apud ſe. Niſi forte legendum putes réuerens, Id eſt timens.

Reuertendi. Ouidius epiſt.1.16, Néve reuertendi liber abeſſe velis.

Reuerſúrus.pen.prod. Participiũ. Ouid.1.de Arte,69, Pœna reuerſura eſt in caput iſta tuum.

Reuerſio, Vocabule, Ipſe redeundi actus. Cic.1.Philipp.1, Exponam vobis breuiter conſilium & profectionis & reuerſionis meæ. Idem 2. de Fin. 163, Ne id quidem niſi quum multa annorum interceſſerint millia, vt omnium ſyderum eodem vnde profecta ſint, fiat ad vnum tempus reuerſio. Sic Plaut.Truc.8.31.

Reuerſio & Reditus nonnihil differre videntur Ciceroni ad Atticum,lib.16.334.7, Di immortales quàm valde ille reditu,vel potius reuerſione mea lætatus, effudit illa omnia,quæ tacuerat, vt recordaretur illud tuum,&c.

Reuerſio & motus febrium. Cic.3.de Nat.deo.33.

Reuincio, reuincis, reuinxi, reuinctum, reuincire, Retro vincire, vel Vehementer & arctè vincire. Virgil.2.Æneid.11, Ecce manus iuuenem interea poſt terga reuinctum. Gellius lib. 5. cap. 14, Poſtea inquit videbamus Androdum, & Ieonem loro tenui reuinctum, vrbe tota circum tabernas ire. Cæſar 7.bel.Gall.86, Reuinciantur retrorſus,& multo aggere veſtiantur. Ibidem, lib.3.400, Anchoræ pro funibus ferreis catenis reuinctæ.

Latus enſe reuincit. Propert.lib.3. eleg.14.3.

Mentem amore reuinciens. Catull.in Epithal.Iuliæ, 56.7.

Reuinco, reuincis, reuici, pen.prod. reuictum, reuincere, Conuincere & confutare. Cic.pro Archia,8, Quære argumẽta,ſiqua potes: nunquam enim hic neque ſuo, neque amicorum iudicio reuincetur.

Reuincere crimen verbis, aut rebus. Liu.6.ab Vrbe,103, Quod ad crimina attinet, quibus moti bellum indixiſtis, etſi reuicta rebus,verbis refutare nihil attinet. Idem 10.bel.Macced.69, Noctis proximæ crimen facilè reuictum, ſuſpectam nimiam cum Romanis Demetrii gratiam eſſe.

Reuinci in culpa. Gell.lib.6. cap.2, Quum in culpa & maleficio reuicti ſunt, perfugiunt ad fati neceſſitatem.

Reuireſco, reuireſcis, reuirui, reuirẽſcere, Iterũ vireſcere. Colum. lib.1.cap.1.4, Non eſt ergo exiguarum frugum cauſa terræ vetuſtas, ſi modò quum ſemel inuaſit ſenectus, regreſſum nõ habet, nec reuireſcere, nec repubeſcere poteſt.

Sylvæ læſæ reuireſcunt. Ouid.1. Metam.81.

¶ Reuireſcere, per tranſlationem, pro Reuiuiſcere & renouari ac renaſci. Ci. de Prouinciis Cõſul. 18, Impoſitæ vero res, & acerbæ, ſi erunt relictæ, quanquam ſunt abſciſſæ, tamen efferent ſe aliquando, & ad renouandum bellum reuireſcent. Idem ad Atticum, lib. 15. 313.9, Ille enim nunquam reuiruiſſet, nos timor confirmare eius acta non coegiſſet.

Arte ſuũ paruli reuireſcere poſſe parẽtem. Ouid.7.Metam.61.

Pignore laudis reuireſcens. Silius lib.8.45.

Reuiſito, reuiſitas, pen.cor. reuiſitare, Iterum viſitare. Plin.lib. 18.cap.3.5, Nundinis vrbem reuiſitabant.

Reuiſo, reuiſis, pen.prod. reuiſi, reuiſum, reuiſere, Redire ad videndum. Plaut.Truc. Nunquidnam me vis aliud? vt quando otium tibi ſit, me reuiſas. Terent.Eunu.5.4.1, Reuiſo quidnam Chærea hic rerum gerat. Idem And.1.4.1, Reuiſo quid agant. Cic. Attico, lib.1.14.14, Reuiſe nos aliquando. Eidem, lib.11.260.1, Quare quum poteris, reuiſes nos. Idem ad Valerium, lib.1. 20.2, Sed tu velim deſinas iam noſtris literis vti, & nos aliquando reuiſas.

Sæpius aliquem reuiſere. Virg.7.eclog.24,

Sæpius at ſi me Lycida formoſe reuiſas,
Fraxinus in ſyluis cedet tibi, pinus in hortis.

Agrum ſæpe reuiſere. Colum.lib.1.cap.4.1, Mercaturis agrum eſſe reuiſendũ ſæpius eum quem velint mercari. Ibidem, cap. 8, Reuiſere omnes partes agri.

Domos reuiſere. Liu.7.ab Vrbe,188, Et primò quidem ignari ludificationis, minimè inuiti domos reuiſebant.

Ad aliquem reuiſere. Gellius lib.13.ca.19, Quũ valebo ab oculis, reuiſe ad me, & librum illum tibi totum legam.

Sedes ſuas reuiſere. Virg.1.Æneid.84.

Crebra reuiſit ad ſtabulum mater vituli. Lucret.lib.2.73.

¶ Furor reuiſit. Redit. Lucret.lib.4.115,

Parua ſit ardoris violenti pauſa parumper,
Inde redit rabies eadem, & furor ille reuiſit.

Reuiuiſco, reuiuiſcis, reuixi, reuiuiſcere, Rurſum viuũ fieri. Cic. pro Milone,60, Eius igitur mortis ſoederis vltores, cuius vitam ſi poteris per vos reſtitui poſſe, nolim: & de eius nece lata quæſtio eſt, qui ſi eadem lege reuiuiſcere poſſet, lata lex nunquam eſſet. Brutus Ciceroni, lib.16.9, Sed ne patri quidẽ meo, ſi reuiuiſcat, vt,&c. Cic.4.de Fin.98, Quid ſi reuiuiſcant Platonici illi & deinceps illi qui auditores eorum fuerũt, & tecum ita loquantur?

Is vbi galli cantum audiuit, ſuum ſuum reuixiſſe putat. Cic. in Piſonem,53.

¶ Reuiuiſcere, per trãſlationem, pro Renaſci, & ad priſtinum ſtatum redire. Cic.ad Octauium,1, In quibus reuiuiſcẽte iam libertate, deinde rurſus oppreſſa, Senatus nihil conſulitur. Idem Sulpitio, lib.4.4.10, Vt ſpeciem aliquã videret videre quaſi reuiuiſcentis Reip. Et 7.Philipp.218, Senatum dolent ad authoritatis priſtinæ ſpem reuiuiſcere.

Reuiuiſcere, reſpirare à metu cædis, emergere à fluctibus ſeruitutis. Cic. de Aruſp. reſp. 44.

Anima moribũda reuixit ab alloquiis. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 1.

Aduentu noſtro reuiuiſcunt iuſtitia, abſtinentia, clementia tui Ciceronis. Cic. Attico, lib. 5. 104. 3.

Ad verba alicuius reuiuiſcere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 2, En iam deficiens ſic ad tua verba reuixi, Vt ſolet, &c.

Reunctor/ reunctôris, Miniſter & mediaſtinus eorum medicorum qui iatrolepticen, hoc eſt reunctoriam medicinam docebant. Plin. lib. 29. cap. 1. 4, Prodicus Selymbriæ natus, diſcipulus eius, inſtituens quam vocant iatrolepticen, reunctoribus quoque medicorum, ac mediaſtinis vectigal inuenit.

Reuoco/ réuocas, pen. corr. reuocare, Rurſum vocare. Terent. Phor. 1. 4. 17, -reuocemus
Hominem. A. ſta illico. G. hem, ſatis pro imperio quiſquis es. Idem Adelph. 3. 2. 11, -reuocemus. Geta.
G. Hem: quiſquis es, ſine me. S. ego ſum Soſtrata. Plaut. Merc. 2. 6, Mane mane obſecro Charine. C. qui me reuocat? Terent. Phorm. 5. 6. 8, Num mirum aut nouum eſt reuocari, curſum cum inſtitueris? Cic. pro Quintio, 55, Reuocares eum quẽ in Galliã miſerat? Salluſt. Sæpius vindicatum eſt in eos qui contra imperium in hoſtem pugnauerant, quique tardius reuocati prælio exceſſerant, quàm qui ſigna reliquerant, aut pulſi loco cedere auſi erant. Cæſar 1. bel. Ciuil. 111, Hoc certo ſigno reuocare conſtituit, cum omnes milites naues conſcendiſſent.

Repetere & reuocare aliquem. Cic. pro Domo ſua, 111.

Vnde tu me ex inre conſertum vocaſti, inde ibi ego te reuoco. Cic. pro Murena, 13, Verba iuris.

¶ Reuocare cũ præpoſitione Ad, ferè ſemper Referre ſignificat. Cic. 5. Verr. 183, An me ad M. Antonii æſtimationem frumenti, exactionémque pecuniæ reuocaturus es? Hoc eſt, Dicéſne me imitatum fuiſſe Antonium in exactione pecuniæ, & ſimile Antonio aliquid feciſſe, quod ad æſtimationem frumenti attinet?

¶ Reprimere ac reuocare ſe à contagione vitiorũ. Plin. epiſt. 137, Eſt magnificum quòd te ab omni contagione vitiorum reprimis ac reuocas.

¶ Reuocare ex Cic. pro Cecinna, 61, Et me ex hoc (vt ita dicã) campo æquitatis, ad iſtas verborum anguſtias, & ad omnes literarum angulos reuocas.

¶ Reuocare, Inſtaurare. Suet. in Claud. Cæſ. cap. 11, Item circa omnium ordinum ſtatum, domi foriſque, aut correxit, aut exoleta reuocauit, aut etiam noua inſtituit. Idem in Claud. Nerone, cap. 31. Reuocauit & præmia coronarũ, quæ vnquam ſibi in certaminibus ciuitates detuliſſent.

¶ Amor reuocatur admonitu. Ouid. 2. de Remedio amor. 67.

Animum ab ira reuocare. Ouid. 2. Triſt. 111.

Ad arbitrium ſuũ reuocare rem aliquam. Cicero ad Brutum, 4. 2. Quod enim nondum Senatus cenſuit, nec Pop. Romanus iuſſit, id arroganter non præiudico, neque reuoco ad arbitrium meum. Id eſt, nolo meo arbitratu rem peragi.

Ad coniecturam reuocare rem aliquã. Cic. pro Domo ſua, 11, Nonnulli autem illam rem ad illam rationem, coniecturámque reuocabant.

A' conſilio reuocare. Cic. ad Atticum, lib. 3. 15. 7, Quòd ſi non modò tu, ſed quiſquam fuiſſet qui me Pompeii minus liberali reſponſo perterritum à turpiſſimo conſilio reuocaret, &c.

Reuocare negligentiam alicuius in crimen mandati. Cic. pro Roſc. Amer. 67, In minimis, priuatiſque rebus etiam negligentia in crimen mandati iudiciúmque infamia reuocatur. Hoc eſt, crimine mandati prætermiſſi & infamiæ iudicii damnatur.

A' cupiditate reuocare. Cic. pro Cluentio, 9.

Ad curam reuocare aliquid. Plin. lib. 18. cap. 9. 10, Si verò vetus reuocetur ad curam, liquefieri prius iubent. Hoc eſt, ſi cum cura & diligentia fiat.

Ab incœpto, vel Ab inſtituto curſu reuocare. Cic. 4. Verr. 67, Commouentur amici Sthenii, ſperãt fore vt patris literis nuntiiſque, filius ab incœpto furore reuocetur. Idem pro Lege Manil. 18, Non auaritia ab inſtituto curſu ad prædã aliquam reuocauit.

Defunctos reuocare. Plin. lib. 2. cap. 7. 11, Nanque nec ſibi poteſt conſciſcere mortem ſi velit, quod homini dedit optimum in tantis vitæ pœnis, nec mortales æternitate donare, aut reuocare defunctos nec facere vt qui vixit, non vixerit.

In dubium reuocare. Cic. pro Cecinna, 55, Populi Rom. cauſa, ciuitatis ius, bona, fortunæ, poſſeſſionéſque in dubium incertúmque reuocabuntur.

Lapſos ab errore reuocare. Quintil. lib. 1. cap. 6. 2.

Euntem reuocare. Catull. ad libellum ſuum, 33. 1.

Ad exempla reuocare. Cic. 5. Verr. 180, Quò me igitur, aut ad quæ exempla reuocas?

Ab exilio reuocare. Plin. lib. 7. cap. 30. 2, Thucydidẽ imperatorẽ Athenienſes in exilium egere, rerum conditorem reuocauere.

Exordia reuocare pugnæ. Virgil. 7. Æneid. 8.

In priorem formam reuocare. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 11, Exiſtimauit ciuitatem in priorem formam poſſe reuocari, amiſſis priſtinis moribus, futurámque ibi æqualitatẽ Ciuilis iuris, & ſtaturas ſuo loco leges.

Gradum reuocare, Redire. Virg. 6. Æneid. 16,
-facilis deſcenſus Auerni,
Noctes atque dies patet atri ianua Ditis.
Sed reuocare gradum, ſuperáſque euadere ad auras,
Hoc opus, hic labor eſt.

Ab inferis, à morte, à limine mortis reuocare. Cic. pro Milone, 60, Itiam ſi propter amicitiam vellet illum ab inferis reuocare, propter Remp. non feciſſet. Plin. libro 7. cap. 44. 2, A limine ipſo mortis reuocatus, alieno beneficio poſtea vixit. Idem libro 25. cap. 6. 11, Inuenerúntque tuſorum farina dyſentericos à morte reuocari.

Ingenium reuocatur ab armis. Ouid. 2. Amor. eleg. 18. 3.

Ex itinere reuocare. Ci. 2. de Diuin. 29, Quod enim is qui diuinat prædicit, id verò futurum eſt, vt ne illud quidem ſciam quale ſit, quòd Deiotarum neceſſarium noſtrum ex itinere Aquila reuocauit.

Incœptos reuocare labores. Valer. 5. Argon. 115.

Libertatem reuocare ac reducere. Plin. in Paneg. 130, Hæc nẽpe intentio tua, vt libertatem reuoces, ac reducas.

In lucem aliquid reuocare. Plin. lib. 29. cap. 1. 3, Tunc medicinam reuocauit in lucem Hippocrates.

Et reuocat cupidas alea ſæpe manus. Ouid. 1. de Arte, 91.

Ad manus rem reuocare. Cic. pro Cluentio, 107, Quum Trib. plebis populo concitato rem penè ad manus reuocauiſſet. Hoc eſt, ita commouiſſet populum, vt propter eam rem penè inter ſe digladiarentur.

Ad mediocritatem reuocare modum alicuius rei. Cic. 1. Offic. 196, Quarum quidem certè eſt adhibendus modus, ad mediocritatémque reuocandus.

Ad memoriam alicuius rei animos aliquorum reuocare. Cic. pro Flacco, 47, Reuocarem animos veſtros ad Mithridatici belli memoriam, ad illa vniuerſorum ciuium Rom. per tot vrbes vno puncto temporis miſeram, crudelémque cædem.

Mentem reuocare à. Cic. 1. Tuſcul. 59, Magni autem eſt ingenii reuocare mentem à ſenſibus, & cogitationem à conſuetudine abducere.

Ad mœſtitiam ſe reuocare. Cic. 3. Tuſcul. 108, Quòd ſiqui fortè quum in luctu eſſe vellent, aliquid fecerunt humanius, aut ſi hilarius locuti ſunt, reuocant ſe rurſus ad mœſtitiam, peccatúque ſe inſimulant, quòd dolere intermiſerint.

Morem reuocare. Cic. 2. de Finib. 3, Qui mos quum à poſterioribus non eſſet retentus, Archeſilas eum reuocauit.

Oculos alicuius reuocare. Ouid. epiſt. 16. 47.

Ab opere reuocare. Cæſar 1. belli Ciuil. 311, Cæſar ab opere legiones reuocat. Idem 1. bel. Gall. 301, Signum tuba dandum: ab opere reuocandi milites.

Opus cœptum reuocare. Ouid. epiſt. 11. 11.

Pecuniam reuocare & exigere. Plin. epiſt. 140. lib. 10, ad Traianum, Erit enim pecunia, ex qua fiat, primùm ea quam reuocare à priuatis, & exigere iam cœpi: deinde, &c.

Pedem reuocare, Quod dictum eſt etiam de fluminibus. Virgil. 9. Æneid. 16, -cunctatur & amnis
Rauca ſonans, reuocátque pedem.

Ad potentiam ſuam reuocare omnia. Cic. de Amicitia, 53, Sed impuri cuiuſdam, & ambitioſi, aut omnia ad ſuam potentiam reuocantis eſſe ſententiam.

Prætermiſſum reuocare. Plin. lib. 18. cap. 6. 11, Et tertio præcepto prætermiſſa fruſtra reuocari. Sic Cicero 4. Acad. 21, Philoſophia iſta quæ nunc propè dimiſſa reuocatur.

Publicè aliquem reuocare. Quintil. lib. 5. cap. 11. 7, Tibicines, quum ab vrbe diſceſſiſſent, publicè reuocati ſunt.

Ad rationem operum operarúmque villicum reuocare. Cato ca. 2. 1, Vbi eas, aliáſq; cauſas multas dixerit, ad rationem operum, operarúmque villicum reuoca.

A ſcelere reuocare. Cic. 2. de Legibus, 17, Quàm multos diuini ſupplicii metus à ſcelere reuocauit.

Ad ſcientiam reuocare omnia. Cic. 1. de Fin. 71, Herillus autem ad ſcientiam omnia reuocans, vnum quoddam bonum vidit.

Se reuocare, Mutare ſententiã, quod vulgus barbarorũ dicit, *Dedicere ſe*. Cic. 4. Acad. 96, Dubitãt, hæſitant, reuocãt ſe interdum, hiſq; quæ videntur imbecillius aſſentiũtur. Idẽ pro Do. ſua, 108, Quẽadmodũ iſte præpoſteris verbis, omnibus obſcœnis identidẽ ſeipſe reuocando dubitans, timens, hæſitans omnia aliter ac vos in monumentis habetis, & pronuntiarit & fecerit.

Studia intermiſſa renocare. Cic.1. Tuſcul.1.

Ad priſtina ſtudia ſe renocare. Cic. de Clar. Orat. 6, Nã veſtris primùm literis recreatus, me ad priſtina ſtudia renocaui.

Teſtes renocare, quod Recolere dicimus, apud Martianum in L. Diuus, De cuſtodia & exhibitione reorum. Budæus.

Victu vires renocare. Virg. 1. Æneid. 44.

Ad vitam renocare, Facere vt aliquis reuiuiſcat. Plin. lib. 7. cap. 51. 4, Hinc pertinet nobile illud apud Græcos volumen Heraclidis ſeptem diebus fœminæ exanimis ad vitã renocatæ. Cic. ad Atticum, lib. 7. 141. 1, Sed tamen M. Lepidum, L. Torquatum, C. Caſſium Trib. plebis Philotimi literæ ad vitam renocarunt. Plin. lib. 15. cap. 1. 11, Xanthus hiſtoriarum author, in prima earum tradidit, occiſum draconis catulum renocatum ad vitam à parente herba quam balin nominat.

Renocâtus, pen. prod. Participium: vt Millies renocatus, Vide Mille.

Voce renocatus de curſu Reip. Cic. Planco, lib. 10. 1. 1.

Dũ iacet & lentè renocatas ruminat herbas. Ouid. in Frag. 4.

Seruare aliquem renocatum à morte. Virg. 5. Æneid. 96.

Renocatio, Verbale, Ipſe renocandi actus. Cic. 13. Philip. 354. Receptui ſignum, aut renocationem à bello audire non poſſumus.

Renocatio ad contemplandas voluptates. Cic. 5. Tuſcul. 58, Lenationé autem ægritudinis in duabus rebus ponit, auocatione à cogitanda moleſtia, & renocatione ad contẽplãdas voluptates.

Renocâmen, penult. prod. huius renocáminis, ne. g. Idem quod Renocatio. Ouid. 1. Faſt. 111,

Accipio renocamen ait: vocémque ſequutus

Impia per ſyluas victor ad antra venit. Idem 2. Meta. 120,

Talia dicenti tibi, ait, renocamina coruus

Sint precor iſta malo: nos vanum ſpernimus omen.

Renocábilis, & hoc renocábile, pen. cor. Qui poteſt renocari. Ouid. ad Liuiam, 86,

Supprime iam lachrymas: non eſt renocabilis iſtis,

Quem ſemel vmbriſera nauita lintre tulit.

Damnum renocabile. Claud. 2. in Eutropium, 98.

Telum non renocabile. Ouid. 6. Metam. 53.

Verum non renocabile. Stat. 1. Thebaid. 58.

Rẽuolo, réuolas, pen. corr. reuolare, Retro, vel rurſum volare. Cic. lib. 2. de Nat. deorum, 188, Eáque in tergo prætuolantium colla & capita reponunt: quod quia ipſe dux facere non poteſt, quia non habet vbi nitatur, reuolat, vt ipſe quoque quieſcat: in eius locum ſuccedit ex iis quæ adquierunt: eáque viciſſitudo in omni curſu cõſeruatur. De grubus. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5. 6, Ac quotannis in Italiam trans mare aduolant circiter æquinoctiũ Autumnale, & eodem reuolant ad æquinoctium Vernũ.

Cum medio celeres reuolãt ex æquore mergi. Virg. 1. Geor. 73.

Rẽuoluo, reuoluis, reuolui, reuolũtum, pen. prod. reuóluere, Rurſum voluere. Cic. 2. de Nat. deorum, 153,

Torquus draco ſerpit ſubter, ſuperáque reuoluens

Seſe, conficiénſque ſinus è corpore flexos. Ex poeta.

Reuoluere fluctum. Colum. lib. 8. cap. 17. 1, Quoniam gelidum ab imo fluctum reuoluit in partem ſuperiorem.

¶ Reuoluere iter. Virg. 9. Æneid. 79, -rurſus perplexum iter omne reuoluens.

¶ Reuolui ad, per tranſlationem, pro Recidere, redire. Cic. 2. de Orat. 74, Contráque quæ pro reo dicentur, omnia neceſſariò à tempore atque homine ad communes rerum & generũ ſummas reuoluentur. Id eſt, reuertentur, ſiue relabentur.

Reuolui ad ſententiam alicuius. Cic. 4. Acad. 164, Egóne, inquit, ad patris reuoluor ſententiam?

Victoria ad irritum reuoluebatur. Tacit. lib. 19.

Reuolui in eandem vitam. Terent. Hecyra, 4. 4. 69,

Nam in eandem vitam te reuolutum denuo

Video eſſe. Vbi Donatus, Non rediiſſe, ſed reuolutum eſſe: tanquam inuitum aut neſcium. relinquit enim quandam veniam, vt velit eſſe correctior.

Reuolui in Tuſculanum. Cic. ad Atticũ, lib. 13. 28. 1. 7, Itaque reuoluor identidem in Tuſculanum.

Reuolui eò, vel eodem. Cic. 4. Acad. 38, Ita imprudens eò, quò minimè vult, reuoluitur. Idem 2. de Diuinat. 20, Primùm eodem reuolueris: nam & medici, & gubernatoris, & imperatoris præſenſio eſt rerum fortuitarum. Et 1. Tuſc. 20, Reuolueris eodem. Hoc eſt, Idem dicis.

In aliqua reuolui, Id eſt in cogitationem aliquarum rerũ recidere. Ouid. 10. Meta. 66, -quid in iſta reuoluor? Id fit quum iã cõſilio ſtabilito, neſcio quid noui cõſilii inſtitutum interturbat.

¶ Reuoluere libros, ineptiæ, pro Voluendo tractare & legere, quod de libris propriè dicitur. Liu. 4. bel. Maced. 13, Tuas aduerſus te Origines reuoluã. Libros intellegit à Catone ſcriptos, quibus nomen eſt Origines. Martial. lib. 11. 1,

Sunt illic duo, tréſve, qui reuoluant

Noſtrarum tineas ineptiarum.

Antiqua reuoluere. Silius lib. 8. 10.

Reuoluere caſus. Virgil. 10. Æneid. 13,

-Xanthum & Simoenta,

Redde oro miſeris, iterúmque reuoluere caſus

Da pater Iliacos Teucris. Vbi Seruius, Si ad Troiam vis referre, ſic dicit, Nobis redde Troiam per naufragia & pericula: Id eſt patiamur denuo quæ pertulimus: duntaxat nobis Troia reddatur. Si verò ad Italiam vis referre, ſic intellige, Redde nobis Italiam, & libenter repetimus ea quæ in Troia pertulimus.

Vulnus reuoluere. Stat. 1. Sylu. 2. 10, Hic iuuenum lapſus, ſuáque haud heſterna reuoluit Vulnera.

Reuolũtus, pe. prod. Participiũ, Redactus. Liu. 4. ab Vrbe, 57, Et reuolutus ad diſpenſationem inopiæ, profiteri cogendo frumentum, & vendere quod vſui menſtruo ſupereſſet: fraudandóque parte diurni cibi ſeruitia, &c.

Equo ſuffoſſo reuolutus. Virgil. 11. Æneid. 134.

Penſa reuoluta. Virgil. 9. Æneid. 96.

Secula reuoluta. Ouid. 4. Faſtorum, 6.

Saxa æſtu reuoluta Pontus reſorbet. Virgil. 11. Æneid. 116.

¶ Reuolutus, Apertus. Virgil. 10. Æneid. 51,

-& interea reuoluta ruebat

Matura iam luce dies. Reuoluta, aperta: ſicut cõtrà inuolutum dicimus eſſe quod clauſum eſt. Seruius.

Reuolúbilis, & hoc reuolúbile, penu. corr. Ouid. in Ibin. 59, Siſyphe cui tradas reuolubile pondus habebis.

Rẽuomo/réuomis, pen. corr. reuómui, reuómitum, penul. corr. reuómere, Idem quod Euomere. Plin. lib. 10. cap. 71. 1, Dracones auibus deuoratis ſolidis, contentione plumas, & oſſa reuomunt.

Scylla reuomit carinas. Ouid. 13. Metam. 158.

Ac miſeri fluitant reuomẽtes æquora nautæ. Silius lib. 10. 66.

Reuomere, Sæpius vomere. Virgil. 5. Æneid. 37, Et falſos rident reuomentem pectore fluctus. Seruius.

Reus/rei, maſc. g. Quicunque in litem adducitur, etiamſi nihil admiſerit, id eſt contra quem quiſpiam agit. Cic. 2. de Orat. 98, Reos autem appello non eos modò qui arguuntur, ſed omnes quorum de reditceptatur. Plaut. Trucul. 17. 59, Reus ſolutus cauſam dicit.

Reus à re dicitur, quòd rei alicui obnoxius ſit, vel à re quam promiſit.

Petitor & Reus, contraria. Cic. pro Roſc. Comœdo, 14.

Nocens reus. Cic. 1. Verr. 18.

Sontes rei. Claud. 7. Paneg. 18.

Trepidi rei. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 10.

Reus eſt maximis plurimiſque criminibus in iudicium vocatus. Cic. 4. Verr. 99.

¶ Reos (inquit Nonius) nõ ſolùm crimini & culpæ obnoxios, ſed etiam honeſti vel voti debitores promiſſi authoritas voluit. Virg. 5. Æneid. 45, Conſtituam ante aras, voti reus.

¶ Reus etiam, interdum pro Expromiſſore accipitur. Vlpianus in L. 1. §. Exceptiones: Quarum rerum actio non datur, Exceptiones onerandæ libertatis cauſa, ſicut & cæteras exceptiones fideiuſſori non eſſe denegandas faciẽdum eſt: nec ei quidem qui rogatu liberti reus factus eſt. Modeſtinus, Quum ſeruus pecuniã pro libertate pactus eſt, & ob eam rem reum dederit, quiuis ſeruus ab alio manumiſſus eſt, reus tamẽ obligabitur. Budæus.

Reus ſatisdãdi ab Vlpiano dicitur, qui ſatisdato obligatus eſt, id eſt fideiuſſore dato. Reus verò ſatisfaciendi, qui fideiuſſores accepit ob debitum. In L. Qui hominem. §. Quidam: De ſolutionibus, Dici poteſt quoties reus ſatisdandi, reo ſatisfaciendi hæres extiterit, fideiuſſores liberari.

Promittendi reus, qui ſuo nomine, quid pro altero promittit.

Stipulandi reus, qui ſtipulatur.

Ambitus reus. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 15, Candidati Conſulares omnes rei ambitus.

Auaritiæ reus. Ci. pro Fla. 5, Et is eſt reꝰ auaritiæ, qui in huberrima re, turpe cõpendiũ: in maledicentiſſima ciuitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio maledictũ omne, non modò crimen effugit.

Criminis alicuius reus. Ouid. epiſt. 15. 66.

Alienæ culpæ reus. Liu. 4. bel. Pu. 103, Vtrum quòd ſatis libertatis foret, contenti nece tyranni eſſent: an quicũque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus miniſteriis regiam contigiſſent, alienæ culpæ rei trucidarentur.

Deſidiæ reus. Mart. lib. 10. 70,

Quòd mihi vix vnus toto liber exeat anno,

Deſidiæ tibi ſum docte Potite reus.

Facti reus, Qui factum aliquod commiſit. Plaut. Ciſtel. 4. 16,

Quoniam reuus eius facti neſcit qui fiet,

Paternum ſeruum ſui participat cõſilii. Idem Captiuis, 2. 16,

Quàm in tribu aperto capite ſontes condemnant reos.
Iniuriarum reus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 71, Reus eſt iniuriarum.
Læſæ maieſtatis reus, Vide Lædo.
Peculatus reus. Quintil. lib. 5. cap. 13. 28.
Pugnorum reus. Martial. lib. 10. 87.
Pugnorum reus, ebriáque noctis
Cœnatoria mittat aduocato.
Sacrilegii reus eſt. Quintil. lib. 4. cap. 2. 6.
Reus voti, inquit Macrobius, qui ſuſcepto voto numinibus ſe obligat. Virgil. 5. Æneid. 48,
Vobis lætus ego hoc candentem in littore taurum
Conſtituam ante aras voti reus.
Reus de vi. Cicero ad Atticum, lib. 2. 39. 7, Nunc reus erat apud Craſſum diuitem Vectius de vi: & quum eſſet damnatus, erat in dicium poſtulaturus.
¶ Agere reum, Vide Ago.
Reus agitur, qui accuſatur.
Quum reus infœlix abſens agor. Ouid. epiſt. 19. 19.
Agi ream falſi criminis. Ouid. 1. de Remedio amor. 78.
Agi ream laudis. Ouid. epiſt. 14. 24.
En ego quòd viuis, pœnæ cruciandа reſeruor,
Quid fiet ſonti, quum rea laudis agar?
Spretarúmque agitur legum rea. Ouid. 15. Metam. 8.
Amplиati rei, Vide Amplio.
Arguere reum, Vide Arguo.
Citare reum, Vide Cito.
Non citatur reus audaciæ, virtutis reus citatur. Ci. Antequam iret in exilium, 3.
Coarguere reum teſtibus, Vide Coarguo.
Comperendinare reum, Vide Comperendino.
Conſidere in reum, Vide Conſideo.
Deferre reum criminis. Quintil. lib. 11. cap. 1, Ambitus damnati recuperandæ dignitatis gratia reos eiuſdem criminis detulerunt. Hoc eſt, accuſarunt.
Reus teſtimonium denuntiare poterit, & inquirere dicebatur apud antiquos, quod nunc dicimus, Defenſor ex parte ſua poterit informare. Plin. lib. 6. epiſt. 5, ad Vrſum, Addidit etiam peten dum à Conſulibus, vt referrent ſub exemplo legis ambitus, de le ge Repetúndarum, an placeret in futurum ad eam legem adiici, vt ſicut accuſatoribus inquirendi, teſtibúſque denuntiandi poteſtas ea lege eſſet, ita reis quoque fieret. Ex Budæo.
Facere aliquem reum, pro Accuſare, ſiue reum agere, Tacitus, lib. 1, Violatorem fœderis veſtri Arminium, apud Varum, qui tum exercitui præſidebat, reum feci. Sic & Suetonius in Tib. cap. 8, de eo ipſo loquens, Faunium Cæpionem, qui cum Varrone Murena in Auguſtum conſpirauerat, reum maieſtatis apud iuuenes fecit, & condemnauit.
Facere aliquem rei capitalis reum. Cic. 4. Verr. 65. Ea poſteaquam numerata eſt, contentus hac iniquitate non fuit: palàm de ſella, ac Tribunali pronuntiat, ſiquis abſentẽ Sthenium rei capitalis reum facere vellet, ſeſe eius nomen recepturum. & ſimul vt ad cauſam accederet, nomẽque deferret.
Facere aliquem reum de moribus. Quintil. lib. 4. cap. 1. 11.
Reum fieri (inquit Aſconius) eſt apud Prætorem legibus interrogari. Quum enim in ius vẽtum eſſet, dicebat apud Prætorem accuſator reo, Aio te Siculos (verbi gratia) ſpoliaſſe. Si tacuiſſet, lis ei æſtimabatur vt victo: ſi negaſſet, petebat à magiſtratu dies accuſator inquirendorum criminum, & inſtruebatur accuſatio.
Rei pendentes, Vide Pendeo.
Reus peragitur, quid damnatur. Plin. Iunior, Dum ille peragitur reus, ſedimus. Iuriſconſ. Peregiſſe reum non aliàs quis videtur, niſi condemnauerit. Vide Perago.
Poſtulare reum, pro Accuſare. Plin. Iunior, Reum poſtulauit, tanquam in cauſa præuaricaretur.
Referre in reos, Vide Refero.
Subdere reum. Tacit. lib. 1, Metuens ne reus ſubderetur. Rurſum, V tque mos vulgo, quanuis falſis reum ſubdere.
Reatus, Vide Reatus / ordine alphabetico.
Rex / regis, Vide Rego.

R H

RHA, authore Ptolemæo lib. 5. cap. 9, Sarmatiæ fluuius, in Europa: alio nomine Volga, Volha, à Tartaris Edel nuncupatus. Ab hoc nomen medicamento notabili (vt Ammianus Marcellin. lib. 22. Hiſtoriarum inquit) quod rheon, ῥῆον, ſeu Rha barbarum atque Póticum vocatur. Cornelius Celſus in antidoto Mithridatis, radicem Ponticam nominauit. Vide Ruellium lib. 3. cap. 1.

Rhacoma / herba. Plin. lib. 27. ca. 12. 21, Rhacoma affertur ex his quæ ſupra Pontum ſunt regionibus. Radix coſto nigro ſimilis, minor, & ruſſior paulò, ſine odore, calefaciens guſtu & aſtringens. Ruellius putat eam eſſe quæ & Rha Ponticum dicitur.

RHADAMANTHVS, Iouis ex Europa filius, & rex Lyciæ, qui quòd ſeuerus fuerit, & iuſtitiæ executor, fingitur à poetis apud inferos nocentum explorare culpas. De quo Virgilius 6. Æneidos, 114.
Gnoſius hæc Rhadamanthus habet duriſſima regna,
Caſtigátque auditque dolos, ſubigitque fateri,
Quæ quis apud ſuperos furto lætatus inani,
Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem.

Rhagades / pen. corr. & rhagadia, neut. gen. vocantur ſciſſuræ quæ in ſede, & pedibus proueniunt. Dictæ rhagades à verbo Græco ῥήγνυμι, quod ſignificat abrumpo. Plinius lib. 23. cap. 4. 10, Attrita ſanat & furfures, rhagadas, condylomata, articulos luxatos. Ibidem, cap. 3. 6, Vſus eius cum aceto, aut vino vetere, aut mulſo, vt quæque cauſa exigat in curatione oris, dẽtium, auriũ, vlcerũ manantiũ, genitaliũ, rhagadum. Ibidem, ca. 7. 15, Arboris ipſius cinis ex melle ſedat rhagadia. Vide Celſũ lib. 6. cap. 17.

Rhagion / Aranei genus, de quo ſic Plinius lib. 29. cap. 4. 26, Vocatur & rhagió acino nigro ſimilis, ore minimo ſub aluo, pedibus breuiſſimis tanquam imperfectis. Dolor à morſu eius qualis à ſcorpione. Vrina ſimilis araneis textis.

Rhagoïdes / pen. pro. Tunicula oculi inferior. Celſus lib. 7. cap. 7, de natura oculorum loquens, Oculus ſummas habet duas tunicas, ex quibus ſuperior à Græcis ἀραχνοειδὴς vocatur. Ea qua parte alba eſt, ſatis craſſa, pupillæ loco extenuatur. Huic inferior adiuncta eſt, media parte, qua pupilla eſt, modico foramine cõcana, circà tenuis, vlterioribus partibus ipſa quoq; plenior, quæ χοριοειδὴς à Græcis nominatur. Hæ duæ tunicæ quum interiora oculi cingant, rurſus ſub his coeunt, extenuatæque, & in vnum coactæ, per foramen quod inter oſſa eſt, ad membranam cerebri perueniunt, eique inhæreſcunt. Sub his autem, qua parte pupilla eſt, locus vacuus eſt.

RHAMNES, qui & Rhamnetes, erant Equites Romani: quos & Rhamnenſes vocabant. Vide RAMNETES.
Celſi Rhamnes. Horatius de Arte, 69, Celſi prætereant auſtera poemata Rhamnes. Acrõ, Rhamnes, Luceres, Tatienſes, Romanæ tribus erant: vel, vt verius, Equites. Hactenus ille.

RHAMNETES, pen. prod. Nomen viri proprium.
Superbus Rhamnetes. Virgil. 9. Æneid. 66.

RHANIS, Rhánidis, pe. cor. nomẽ Nymphæ vnius Dianæ comitum, cuius meminit Ouidius 3. Metam. 35, Excipiũt laticem Niphéque, Hyaléque, Rhaníſque.

Rhamnus / rhamni, m. g. Genus ſentium aſperrimũ aculeis, & flore gratiſſimum. Plin. lib. 24. cap. 14. 3, Inter genera ruborum rhamnos appellatur à Græcis, candidior & fruticoſior. Is floret, ramos ſpargens rectis aculeis, non vt cæteri aduncis, foliis maioribus. Vide Ruellium lib. 1. cap. 113.

RHAMNVS, huius Rhamnuntis, Atticæ regionis vicus illuſtris, quòd in ea ſanum eſt Amphiarai vatis, & Phidiaca Nemeſis. Verba ſunt Pomponii Melæ lib. 2. De Rhamnunte legito Pauſaniam in Atticis.

Rhamnuſius, Poſſeſſiuũ, Quod eſt ex Rhamnunte. Terent. And. 5. 4. 17, Hoc certò ſcio, Rhãnuſiũ ſe aiebat eſſe. Vnde Rhãnuſia dea.

RHAMNVSIA, Indignationis dea, quam Græci νέμεσιν vocant. nam quum Narciſſus formæ bonitate abuteretur ſuperbius, rectè fingitur eiuſmodi dea aduerſus eum, qui præſentibus bonis ſit indignus. Ouid. 5. Triſt. eleg. 9. 2, Exiget at dignas vltrix Rhãnuſia pœnas. Vide NEMESIS.
Virgo Rhamnuſia, Fortuna. Catull. Argon. 58. 79.

Rhamnûſis, pen. prod. Rhamnúſidis, Patronymicum fœm. Ouid. 14. Metam. 139, -memoremque time Rhamnuſidis iram. Hoc eſt Rhamnuſiæ.

RHAMPSINITVS, Nomẽ proprium regis Ægypti, vt Herodotus lib. 2. Hiſt. refert.

Rhaphanoſagria / Herba, quæ aliàs apios, ſiue iſchas dicitur. Plin. lib. 26. cap. 8. 26, Apios, iſchas, ſiue rhaphanoſagria iuncos duos ſiue tres ſpargit in terra rubentes, foliis rutæ, radice cepæ, ſed amplior: quare quidam Rhaphanum ſylueſtrem vocant. Intus habet mammam candidam, extrà cortices nigros. Naſcitur in montoſis & aſperis, aliquando & herboſis.

RHAPHIA, Ptolemæo lib. 5. cap. 16, Vrbs Iudææ Paleſtinæ prope Iordanem fluuium, à Iudæis Rama appellatur.

Rhaphius / Animal: de quo ſic Plinius lib. 8. ca. 19. 1, Pompeii magni primum ludi oſtẽderunt chaum, quem Galli rhaphium vocabant, effigie lupi, pardorum maculis.

RHEA, Cæli & Terræ filia, quæ alio nomine Cybele dicitur. Rhea Syluia, filia Numitoris, Remi & Romuli mater, quæ & Ilia dicitur.

RHEBANVS, Fluui⁹ in faucibus Boſphori Thracii, vt ſcribit Orpheus in Argonaut.

RHEBAS, Fluuius eſt ad fauces Boſphori, dicente Plinio libro 6. ca. 1, Ergo à faucibus Boſphori eſt amnis Rhebas, quem aliqui

Rhæsum dixerunt. Valer.4.Argon.130, -nigrantia quin iam Littora,longinquique exirent flumina Rhebæ.

Rheda,rhedæ,Vocabulũ Gallicũ,vt ait Quintilianus. Est autem genus leuiculi currus,quo gestabantur nobiliores in villas suas, cuiusmodi sunt hodie quos Itali *cocchi* vocãt. Cic.Attico,lib. 5.ep.1,Hanc epistolam dictaui sedens in rheda,quum in castra proficiscerer,à quib⁹ aberã bidui. Eidẽ, lib.6.ep.5.Hic Vedius venit mihi obuiam cum duobus essedis, & rheda equis iuncta, & lectica,& familia magna. Idem pro Milone,20, Obuiam sit ei Clodius expeditus in equo,nulla rheda, nullis impedimentis. Cæsar 1.bel. Gall.120, Omnémque aciem suam rhedis & carris circundederunt. Quintil.lib.1.cap.5.35, Plurima Gallica valuerunt,vt rheda & petoritum quoque.De verbis. Iuuen.Saty.3.1, Sed dum tota domus rheda componitur vna.

Tollere aliquem rheda. Horat.2.Serm.saty.6.9, -quem tollere rheda Vellet iter faciens.

Rhedarius,rhedarii, Auriga,rectórq; ipsius rhedæ. Cic.pro Milone,11,Statim complures cum telis in hunc faciunt de loco superiore impetum,aduersi rhedarium occidunt.

Rhedarius,Adiect.vt Rhedari⁹ mul⁹,qui rhedã ducebat. Varro 3. de Re rust.ca.17.7, Celeri⁹ volútate Hortẽsii ex equili educeres rhedarios,vt tibi haberes mulos,quàm è piscina barbatũ mulũ.

RHEDONES,Galliæ populi,in ducatu Britanniæ,de quibus Cæsar 7.bel.Gall,300. Scribitur & sine aspiratione.

RHEGIVM,Oppidum situm in margine Italiæ,cui Græci à fractura nomen dedere.Hic enim Sicilia auulsa abruptáque est ab Italia,authore Plinio lib.3.cap.8.Trogus lib.4,Quoniã(inquit) Græcè abrupta hoc nomine pronuntiantur,Græci à dehiscendi argumento nomen dedere.Olim Rheginæ ciuitatis ingens fuit potentia,ob eámque causam nomen ciuitati factum esse autumant,quasi regia vrbs foret. Vnde & Strabo scribit quosdã existimasse à quodam rege dici potuisse: sicque absque aspiratione scribendum esset. Ouid.14.Metam.1,

Liquerat & Zancles,aduersáque mœnia Rhegi.

Rhegini,populi qui Rhegium incolunt.

Rheginus,pen.prod.Adiectiuum.Silius lib.13.19,Dum Lybis haud lætus Rhegina ad littora tendit.

¶Est aliud Rhegium Cisalpinæ Galliæ oppidũ, non longè à Parma & Mutina,à Lepido instauratum,quod & Rhegium Lepidi pro differentia alterius dicitur, à quo Rhegienses:sed melius dicitur Rhegium Longobardiæ.

RHEMI,Galliæ Belgicæ populi, vt scribit Cæsar in Commentariis,& Plinius lib.4.cap.17.Vulgò *Rhemenses*.

RHENEE,Insula vna ex Cycladib⁹ in Ægæo, deserta olim,in quã defunctos suos Delii inferebant: quum in Delo, vt Thucydides lib.4,scribit, nec párere, nec sepelire fas esset, sicut nec canem alere.Ex Hermolao.

Rheno,rhenônis,m.g. Vestis pellicea,præcipuè ferina ad vsum humanũ redacta,dicta quòd caũdos teneat renes:siue quia *ferãs* pellis dicitur:quòd Rhenani populi ea peculiariter vtãtur.Cæsar 6.bel.Gall.79,scribit Germanos vti paruis rhenorũ tegumentis.

RHENVS,Germaniæ fluuius celeberrimus,ab Alpibus defluens, Galliã à Germania separans, de quo Cæsar lib.4.bel.Gall. Rhenus,inquit,oritur ex Lepontiis,qui Alpes incolunt: & longo spatio per fines Nantuatium, Heluetiorum,Sequanorum, Mediomatricum,Tribotorum,Treuirorum citatus fertur:& vbi Oceano appropinquauit, in plures dilfluit partes,multis ingentibúsque insulis effectis: quarũ pars magna à feris barbarisq; nationibus incolitur:ex quibus sunt,qui piscib⁹,atque ouis auiũ viuere existimãtur:multísq; capitib⁹ in Oceanũ influit.Hactẽ⁹ ille. Cæterùm de duobus ostiis, receptior sententia est. Claudianus de bello Get.68, -te Cimbrica Tethys

Diuisum bifido cõsumit Rhene meatu. Tacit⁹ Augustæ historiæ libro 1,Rhenus(inquit)vno alueo continuus, haud modicas insulas circũueniens, apud principiũ agri Batani, velut in duos amnes diffunditur,seruátq; nomen & violentiam cursus,donec Oceano misceatur.Hactenus Tacitus. Est itẽ Rhenus Italiæ fluuius apud Bononiã,cuius meminit Plinius lib.3.cap.16. Ouid. 1.Metam.51,Hesperios amnes Rhenũ,Rhodanumq;,Padúmq;.

Rhenus veteribus Germanis dictus est à puritate, quòd vnda sit lympidissima & pura.Nam *Rein* purum significat.Vel à fluẽdo,quod *Rinnen* Germanis dicitur. Hic in principio agri Batauorum iuxta Lobeecã arcem in tria exit cornua,seu ostia. Primùm, quod ad Austrum labitur,Flandriam atq; Selandiã versus,Cornelio Tacito Vahalis,Cæsari Vacalos,Plinio Heliũ,Martiano Vuallis, Chonrado celti Balus,Germanis *der Waal* appellatur. In hoc Mosa fluuius defertur. Secundum ostium, quod medium est,nunc Lecca, *der Lech* dicitur. Tertiũ,Frisiam Occidentalem alluens, ad Septentrionémque descendens, Issula siue Isela *die Dosel* Germanis vocatur: Plinius & Mela Fleuum dicunt. His itaque tribus ostiis Rhenus in Germanicum euoluitur mare,totámque inundat Gelriam, Hollandiam,Seliãdiam, & Frisiã. Porrò quòd Ptolemæus & alii multi tria Rheni ostia faciunt,Virgilius & veteres duo tantùm, hinc accidit, quia tertium ostium quod hodie Isela dicitur, antiquitus non fuit: sed Drusi aduersus Germanos bellantis iussu . fossa in mare ducta, factum est,vt munimentum aduersus Barbaros esset. Atq; ideò Ptolemæo tria sunt Rheni ostia,quæ veteribus duo. Ex Andrea Altamero in Tacitum,& Glareano in Cæsarem.

Caput luteum Rheni.Horat.1.Serm.saty.10.38.

Ripæ feraces Rheni.Lucan.lib.1.92.

Bicornis Rhen⁹:propter duo cornua,seu ostia.Virg.9.Æn.146

Rhenus citatus,Vide Cito.

Gallicus Rhenus.Catull.ad Furium,11.3.

Minax.Claud.1.Panegy.44. -Rhenúmque minacem

Cornibus infractis adeò miteſcere cogis,&c.

Rebellis Rhenus.Stat.1.Sylu.4.18.

Spumans Rhenus vernice Arctoo.Lucan.lib.1.76.

Squallidus Rhenus.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.11.

Rheni.Rhenorum,Rheni accolæ,Germani videlicet & Galli dicti sunt à Persio Saty.6.5,

Iam chlamydas regum, iam lutea gausapa captis,

Essedáque,ingentésque locat Cæsonia Rhenos.

Humen Rhenum.Horat.de Arte,4.

Rhenânus,pen.pro.Adiect. Vnde Cisrhenanus,& Trãsrhenanus. qua dictione vtitur Cæsar bel.Gall.lib.4. Vbi autem,qui vni ex transrhenanis,ad Cæsarem legatos miserunt,&c.

RHESVS, Rex Thraciæ fuit(inquit Seruius)qui quum ad Troiæ veniſſet auxilia,clausísque iam portis tentoria locauisset in litore,Dolone prodente Troiano, qui missus fuerat speculatorià Diomede & Vlysse est interfectus, qui & ipsi speculatum venerant,abductíq; sunt equi quibus pendebant fata Troiana. Hactenus Seruius apud Virgilium lib.1.Æneid.95,

Nec procul hinc Rhesi niueis tentoria velis

Agnoscit lachrymans:primo quæ prodita somno,

Tydides multa vastabat cæde cruentus:

Ardentésque auertit equos in castra,priusquàm

Pabula gustassent Troiæ,Xanthúmque bibissent.

Sithonii tentoria Rhesi.Ouid.1.de Arte,18.

RHETI,inter Alpinas gentes,Plinio commemorantur,lib.3.cap. 20. Hi duce Rheto.à Gallis pulsi,Alpes occupauerũt,& à nomine ducis Rheti cõsiderunt Rhetiam. Horat.4.Carm.ode 4.4,

Videre Rheti bella sub Alpibus

Drusum gerentem: & Vindelici.

Immanes Rheti.Horat.4.Carm.ode 14.3.

Sæui Rheti.Claud.in Epithal.Palladii,46,18.

Rhetia,Regio Europæ est,quæ (vt lib.1. cap.11, Ptolemæus refert) ab Occasu limites habet montem Adulam, & fontes Danubii & Reni: ab ortu Lycium fluuium qui in Danubium exit, & Rhetiam à Vindelicia diuidit: à Septentrione Danubiũ:à Meridie Alpibus terminatur supra Galliam cisalpinã. Post Rhetiam versus Orientem sequitur Vindelicia,cui Noricum adhæret,Eno tantùm fluuio disiuncta. Quidam eam Bauariam appellant.

Rhetia,antiquitus in primam,& secundam,ripensem, & mediterraneam fuit diuisa: & ab ipsa Germania Danubio flumine separata.Prima Rhetia,quæ & superior,complexa est Alpes.Sed & trans Rhenum,& Brigantinum lacũ, quem Constantiensem vocãt,versus Occidentẽ & Rhodanum flumẽ suã habet portionem.Insuper bonã eius prouinciæ partẽ comprehendit, quam Athesinam ab Athesi amne vocant.In Velinam præterea vallẽ & Larium lacũ excurrit:vbi Rheticũ vinũ in primis generosum profert,quo sũmopere delectatus est Augustus Cæsar.Germani *Veltlyner* & *Passauer*,Traminiũ & Vernaciolum vocant.Hi Rheti nunc vulgò *Grisoni*,*Graubunter*, Engedini,Curienses,Athesini, Tirolenses,&c.núcupantur.Rhetia secunda siue inferior ab Lyco amne,qui primam à secunda disterminat, incipit:& ad Œnum amnem vsq; porrigitur,qui Rhetiæ & Norici terminus est.Hæc cõprehẽdit Vindeliciã. Boiorũ ipsam hodie incolũt.Rhetia ripensis,ea est portio prouinciæ,quæ Danubii ripã attingit: in qua sunt Vlma,Guntia,id est *Guntzburgum*,&c. Rhetia mediterranea est tractus qui interiacet.per quẽ Iller,Guntia,Camilrichus,Minduls,Zasum,& Smuter fluuii labuntur. Rhetiam in prouinciæ formam redegit Augustus Cæsar per Tiberium & Drusum, Velleio Paterculo,Suetonio,& Horatio testibus. Claudianus ad Stiliconem scribit Rhetiam emittere Danubium ac Rhenum, his verbis. -sublimis in Arcton

Prominet Hercyniæ confinis Rhetia sylvæ,

Quæ se Danubii iactat Rhenique parentem. Vniuersa Rhetia nunc intra Germaniam connumeratur, ad quam olim non pertinebãt,moribus,lingua,& flumine Danubio discreta. Germanicum quoque idioma recepit, præter Alpinæ Rhetiæ partes

tem,quæ adhuc Romana lingua vtitur. Sueui Alemanni nunc Rhetiam tenent.Andreas Althamerus in Corn.Tacitum.

Rhéticus,pen.corr.Adiectiuũ:vt Rheticæ vites,& Rheticũ vinum, quod inter generosa Italiæ vina numeratur:quod(vt Strabo libro 4,scribit)in mõtanis Rhetorũ radicibus nascitur,qui populi Veronam Comúmque vsque peruenerunt. Virg.2.Georg.10,

Purpureæ,preciúque,& quo te carmine dicam Rheticæ

Arma Rhetica.Ouid.2.Trist.45.

Rheticæ Alpes,quæ Rhenum effundunt, latè porriguntur: & ab Curia Rhetiæ ciuitate,supra quam Occidẽtem versus oriuntur,per Heluetios Tridentum vsque contra Orientem vagantur, variáque ascíscunt nomina. Vbi incipiunt,*Grisones*,*Graubundter*, Engedini,& Heluetica mõtana, montes S.Bernardi,S. Gotthardi,Sprulius,S.Nicolai: vbi desinunt Tridentinæ Alpes,*das Triendisch gepirg* nuncupãtur:ac iuxta accolarũ diuersitatẽ,diuersa inuenerunt vocabula. Sunt,inquit Alciatus in Tacitũ,& Rheticæ Alpes, quibus in Rhetos vadimus, quos vulgò *Grisones* vocant. Incipiunt ab Adya monte(Straboni corruptè legitur nunc Adula,nunc Aduela)id est inaccessio,vernacula simplicitas montem *Bralliam* nũcupat in Volturena, seu vt imperiti,in valle Telina: & in Venetiam protenduntur,donec Ocriæ subeant.

RHETICO, pe.cor.Rheticõnis,Mõs apud Põponiũ Melã lib.3,Est iugũ illud Rhetiæ primæ,inter fines Curiensiũ & Vallesianorũ, Heluetiis imminẽs:cui⁹ adhærẽs vallis reliquias nominis vetusti seruat. Vulgò enim *Bretigau*,id est Rhetorum ager, pagus, aut vallis pro Rheticone appellatur. Apparet Pomponium *Bretigau* ad Romanæ linguæ figuram in Rheticonem deflexisse. Andreas Althamerus in Tacitum.

Rhetor,rhétoris,pen.corr. accusatiuo rhétorẽ vel rhétora, Qui artem oratoriam profitetur, & dicẽdi præcepta tradit. Cic.3.de Finib.5, Item ipsæ rhetorum artes,quæ sunt totæ foréses atque populares. Martialis lib.5.57,

Omnes grammaticósque,rhetorásque

Deuites moneo. Cic.1.de Fin.28, Quasi verò,inquit,perpetua oratio,rhetorũ solùm,nõ etiam philosophorũ sit. Mart.li.2.63,

Dum modò causidicum,dum te modò rhetora fingis,

Et non decernis Taure quid esse velis. Plin.epist.3.lib.3,Iam circunspiciendus rhetor Latinus, cuius scholæ seueritas, pudor in primis,castitas constet.Id est,dicendi magister.

Rhetores,& qui dicendi præcepta tradunt. Cic.1.de Orat.41.

Græcè ab eloquendo *ῥήτωρ*,& Latinè eloquens dictus est.Cic. in Oratore,34.

Cicero noster dum ego adsum,non cessauit apud rhetorem. Cic.Q.fratri,lib.3.17.20.

Eminentissimus rhetor.Quintil.lib.1.cap.3.1.

Magnus & nobilis rhetor,Vide **Nobilis.**

Congredi cum rhetore,Vide **Congredior.**

Rhetórice, rhetórices, penult.corr.vel Rhetorica, rhetoricæ, Ipsa rectè dicendi scientia,siue exercitatio.Quintilianus lib.2.cap.15, Huic eius substantiæ maximè conuenit finitio, rhetoricen esse bene dicẽdi scientiã. Cic.1.de Fin.28,Zenonis est,inquam,hoc Stoici,omnẽ vim loquẽdi,vt iã antè Aristoteles, in duas tributã esse partes dicere: rhetoricã palmæ,dialecticã pugno similẽ esse dicebat,quod lati⁹ loquerẽtur rhetores,dialectici autẽ cõpressi⁹.

Exercere rhetoricen apud Grammaticos. Quintil.lib.2.ca.2.3.

Rhetórica,rhetoricorũ.Ci.de Fato,Rhetorica mihi nostra sat nota

Rhetorici,rhetoricorum,m.g. Libri de Rhetorica scripti.Quintil. lib.3.cap.1,non procul à fine,Post quem tacere modestissimum foret,nisi & rhetoricos suos ipse adolescenti sibi elapsos diceret. De Cicerone. Idem numero quoque singulari vsus est lib.3.cap. 5, Sicut ex Ciceronis quoque rhetorico primo manifestum est. Rursum ca.8,Nec me fallit,in primo Ciceronis rhetorico aliam esse loci negotialis interpretationem.

Rhetóricus,pen.corr.Adiectiuum,Quod ad rhetorem,siue rhetoricen pertinet. Cic.4.de Finib.11,Quãquam scripsit artem rhetoricam Cleanthes. Idem 1.de Oratore,6,Rhetoricis nũc quibusdam libris quos tu agrestes putas.

Ars rhetorica.Quintil.lib.2.cap.17.2.

More rhetorico loqui.Cic.1.de Oratore,66.

Rhetórice,pen.cor.Aduerb. Cic.de Clar.Orat.11,Hãc enim mortẽ rhetoricè & tragicè ornare potuerũt. Idẽ 1.de Fin.18,Rhetoricè igitur,inquã,nos mauis,quàm dialecticè disputare. Sic li.3.41.

Rhetoricóteros,penult.corr. Magis rhetor. Cic.3.de Oratore,94.

Quæ quũ dixisset,in Albutiũ illudens,ne à me quidẽ abstinuit, Crassum habeo generum,ne rhetoricotero tu sis. Versus est fictus à Cicerone ad antiquum morem. Rhetoricotero dixit pro rhetoricoteros. Veteres enim s finalem frequenter elidebant.

Rhetóricor, penult. corr.rhetoricâris, rhetoricári, Rhetoricorum more loqui.

Rhetorisso,rhetorissas, rhetorissare, Rhetoricè loqui. Pomponius Medico,Dalasti vxorem nunc,& propter me cupis concidere,& iam rhetorissas. Nonius.

RHETVS,vnus Gigantum apud Horatium 3.Carm.ode 4.11.

Insanus Rhetus multo Iaccho.Valer.1.Argon.19.

¶ Rhetus,Cẽtaur⁹ quidã Ixionis fil⁹,de quo Lucan⁹ lib.6.78,

Téque sub Œtæo torquentem vertice vulsas

Rhete ferox, quas vix Boreas inuerteret,ornos. Rhœtus ab aliis scribitur.

Rheuma,rhéumatis,pen.cor.n.g. Vnda,flux⁹,catarrhus,fluentum,impetus aquarum,tempestas,*ἀπὸ τοῦ ῥέω*,quod est fluo.

Rheumáticus,pen.corr.Adiectiuum, Qui rheumate siue fluxione laborat. Plin.lib.29.cap.6.33,Humanissimi eorum cinerem crematarum reseruandũ ad hos vsus in cornea pyxide cẽsuere, aut tritas clysteribus infundendas orthopnoicis,aut rheumaticis.

Rheumatísmus,rheumatismi,masc.g. Fluxio dicitur. Plin. lib.22. cap.18.3,Radicem eius aliqui concisam seruari iubent funiculis pendentem,decoquúntque in cibo cõtra fluxiones,quas Græci rheumatismos vocant.

RHEXENOR, Nausithoi filius, & frater Alcinoi Phæacum regis,teste Homero circa initium lib.7.Odysseæ.

Rhinóceros,pen.corr.rhinocerõtis,pen.prod.m.g. Animal de quo Plinius lib.8.ca.20,Iisdem ludis & rhinoceros vnius in nare cornu,qualis sæpe visus.Alter hic genit⁹ hostis elephanto:cornu ad saxa limato præparat se pugnæ, in dimicatione aluũ maximè petens, quam scit esse molliorem. Longitudo ei par,crura multò breuiora,color buxeus. Festus,Rhinocerotem quidam putãt esse bouem Ægyptium. Pausanias affirmat rhinocerota duo habere cornua, alterum insigni magnitudine ex narib⁹ extans,alterum quod supernè erumpit,exiguum quidẽ,sed validissimum.

Rhinocerotis nasum habere dicimus sagacem & prudentem virum.Martialis lib.1.1.31.

Maiores nusquam rhonchi:inuenésque,senésque,

Et pueri nasum rhinocerotis habent.

¶ Rhinoceros,ponitur pro quodã vase oleũ guttatim fundẽte lauãtibus se in balineis.Mart.lib.14.51,Guttus corneus loquitur,

Gestauit modò fronte me iuuencus,

Verum rhinocerota me putabis. Iuuen.Saty.7.14,

-exitus hic est

Tongilli magno cum rhinocerote lauari Qui solet.

Rhinoceros dicitur à *ῥὶς*,*ῥινὸς*,quod nasum significat: & *κέρας*, cornu.

Rhinocerotius,Adiectiuum.vt Cornua rhinocerotia.

Rhinoclísia,Genus herbæ.Plin.lib. 17. cap.8.4,Alterum genus eius quidam anchusam vocant, alii rhinoclisiam.Folia lactucæ lõgiora,plumosa,radice rubra,quæ ignes sacros cum flore polẽtæ sanat imposita.

RHINTON,Vide RHYNTON.

RHION,Ætoliæ promontorium est.De quo Plinius lib. 4. cap.2, sic scribit, Promontorium (inquit)Antirium,vbi ostium Corinthiaci sinus minus mille passuũ latitudine influentis, Ætolósque dirimentis à Peloponnesso. Promontoriũ quod contrà procedit,appellatur Rhion. Liuius quoque lib.8.tertiæ Decadis huius Rhii meminit.

RHITIMNA,Ptolemæo lib.3.ca.17, vrbs Cretæ,hodie Rhetinũ, vulgò *Arettina*.

RHODANVS,pe.cor.Fluui⁹ Galliæ,à Rhoda, Rhodiorũ oppido, vt ait Plinius lib.3, Adeò magni cursus est, vt vix aduersa possit nauigari aqua.Ferũt hunc amnem ex Alpibus oriri,quæ Italiã à Gallia diuidunt,nõ longè à fontibus Rheni & Danubii.Fertur per Lemanum lacum,& versus Occidentem,per Galliam fluẽs, Ararim suscipit.Inde ad Meridiem conuersus,& Isaram Druentiámque suscipiens,apud Heracleam,vno ostio,& paulò vlterius duobus aliis in mare Tyrrhenum irrumpit.

Gentes feræ Rhodani.Lucan.lib.6.19.

Celer Rhodanus.Tibull.lib.1.eleg.7.3. Claud.8.Paneg.11.

Torrens Rhodanus.Claud.de nulabus Gallicis,10.1.

Velox Rhodanus.Claud.2.in Ruffinum,13.

RHODIA,Nymphæ nomẽ à fluendo. Est & species vitis,de qua Virgilius 2.Georg.11,Transierim rhodia.

Rhodínus,pen.cor.Adiect.à rhodos,quod Latinè rosam significat.Vnde Rhodinũ oleũ,quod rosaceũ nostri nuncupauerunt.

Rhododendros,quasi rosa arborescens dicta.Frutex est qui & nerion & rhododaphne dicitur à flore roseo,& folio laureo: cã esse ait Barbarus,quæ vulgò *Sabina herba* dicitur.officinis tamen *oleander* appellatur,de qua Plinius lib.24.cap.11,Rhododendros ne nomẽ quidem apud nos inuenit Latinum, rhododaphnen vocant aut nerium. Mirum, folia eius quadrupedum venenum esse: homini verò contra serpentes præsidium,ruta addita,& è vino pota.Pecus etiam & capræ,si aquam biberint,in qua folia

ea maduerint,mori dicuntur.

RHODOGVNE, Filia Darij,quæ poſt mortẽ viri, nutricem quæ illi ſecundas nuptias ſuadebat,occidit.

RHÓDOPE, pen.corr. Mons Thraciæ, à Rhodope Thracum regina ibi ſepulta. Vel à Rhodope Strymonis amnis filia, ex qua Neptunus Athon gigantẽ genuit,qui & ipſe monti nomen dedit.ſed Ouidius ipſam Rhodopen cõuerſam tradidit, quòd deos aſpernaretur. Virg.8.eclog.6, -duris in cotibus illum

Ismarus,aut Rhodope,aut extremi Garamantes.

Quáque redit medium Rhodope porrecta ſub axem. Virg.3. Georg.71. Id eſt, inquit Seruius, Quà Rhodope mons Thraciæ protentus in Orientalem plagam, Gammaides in Septẽtrionalem reflectitur. Nam ideò ait REDIT SVB AXEM. Nam axis eſt Septentrio,qui Græcè ἄρκτος nominatur.

Glacialis Rhodope.Ouid.epiſt.1.13.

Thracia Rhodope. Senec.Herc. Œtæo,11.5.

Rhodopeius,Poſſeſſiuũ: quinque ſyllabarum vt Orpheus Rhodopeius. Id eſt Thracius.Ouid.10.Meram.10.

RHODOPHONES, Syria dicta eſt in ea parte, qua tranſit Taurum montem.

RHODOPIS,Meretrix fuit quædam Thraciæ miræ pulchritudinis, quæ vnà cum Æſopo captiua fuit. illam Charaxes Mitylenæus frater Sapphus, maxima pecunia redemit, vt Herodotus ſcribit libro 2. Cuius rei etiam meminit Sappho in epiſtola ad Phaonem apud Ouidium,11.13,

Arſit inops frater victus meretricis amore:

Miſtáque cum turpi damna pudore tulit. Hanc eãdem Plinius lib.36. cap.12, pyramidem laudatiſſimam conſtruxiſſe ſcribit,nequis opes regũ miretur:vt maiore ſit miraculo,eam tantas opes meretricio quæſtu cõquiſiſſe,aſſeritq; vnà cũ Herodoto, illam Æſopi philoſophi cõlernam & contubernalem fuiſſe.

Rhodora,penult.prod.Herba,de qua ſic Plinius lib.14.cap.19.3, Iuxta rombotinum arborem viduam vite naſcitur herba,quam Galli rhodoram vocãt:caulem habet virgæ ſiculneæ modo geniculatum, folia vrticæ in medio exalbida,eadem procedente tempore tota rubentia,florem argenteum.

RHODOS,Nomen vrbis,vt ait Strabo,ſuper Orientali promontorio ſita,dicta quòd capulo roſæ illic inuento ſit ædificata. Ea portubus olim & viis & mœnibus & reliquis ornamentis tantopere cæteras ſuperauit, vt nulla putaretur æqualis: legũ præſtantia & nauali rei peritia adeò valuit, vt annis multis maris imperio potiretur, & piratarũ latrocinia ſuſtulerit. Quo etiam nomine dicta eſt inſula in qua ea vrbs eſt,quam Plinius Lyciæ, & primam Cycladum ſcribit eſſe, venientibus ab Oriente.Hæc inſula noningẽtorum, ac viginti ſtadiorum ambitu patet,inter Aſiaticas inſulas tertia. Nam Leſbus & Cyprus maiores habentur. Prius Ophiuſa dicta eſt, deinde Stachia, poſtea Telchin, eò quòd Telchines inſulam incolerent, ques nonnulli maleficos, alii eximios artifices fuiſſe tradunt, qui æris & ferri fabricã inteniſſe dicuntur. Sunt qui hanc inſulam Carpathio mari adſignant,vt ex Luciliano verſu intelligi licet, Carpathiũm Rhodos in pelagus ſe inclinat apertum.Soli ſacra eſt,qui puellæ nomine Rhodiæ amore captus,Rhodum abea nominauit,vt Diodorus lib.6,refert.Nam vt Solinus author eſt,nunquam ita cælum nubilum eſt, vt in ſole Rhodos non ſit: id quod & de Syracuſis Cicero tradidit actione in Verrẽ ſeptima. Aurũ Rhodi pluiſſe ob fœlicitatem inſulæ cecinit Pindarus,vbi ſtudia liberalium artium & in primis oratoriæ facultatis floruerunt: In ea fuit admirandæ magnitudinis coloſſus. In ea etiam vrbs opulentiſſima Lyndo,ex qua Cares ſtatuari qui coloſſum extruxit. Gymnaſium habuit Aſiatica eloquentia & mathematicis ſtudiis clariſſimum. Ideò Ariſtippus philoſophus Socraticus clariſſimus, quum naufragio iectus in Rhodienſium litus animaduerriſſet Geometrica ſchemata deſcripta,exclamaſſe ad comites ita dicitur,Bene ſperemus:hominum veſtigia video.Author Vitruuius lib.7. Dicebatur antea Ophiuſa,Aſteria,Æthræa,Trinacria,Corymbia,Pœeſſa,Atabyria ab rege.Plin.lib.5.cap.31.

Aſpera Rhodos.Stat.1.Syl.1.18.

Nobilis Rhodus.Catull.de phaſelo,&c.4.2.

Phœbea Rhodos.Ouid.7.Metam.73.

A Rhodus fiunt adiectiua Rhodius,& Rhodinenſis & Rhodiacus.

Vitis Rhodia.Virgil.2.Georg.21,Non ego te menſis,& diis accepta ſecundis Tranſierim Rhodia.

RHOEBVS,Equus fuit Mezentii.Virgilius lib.10.Æneid.173,

Rhœbe diu(res ſiqua diu mortalibus vlla eſt)

Viximus,&c.

RHOETVS,Marrubiorum rex in Italia,qui Anchemolo filio Caſperiam ſuperduxit nouercam.hanc priuignus ſtuprauit.quo cognito quum eum pater perſequeretur,& ad pœnam vocaret,fugiens ille,ſe ad Turnum contulit. Hæc Seruius in illud Virgilii 10. Æneid.78, Hinc Helenum petit, & Rhœti de gẽte vetuſta Anchemolum,thalamos auſum inceſtare nouercæ.

RHOETEVM, pen.prod. Troadis oppidum. vbi fuit Aiacis Aſylum,inquit Seruius: ſicut in Sigeo,Achillis.Inde Litora Rhœtea, apud Virgilium 6.Æneid.101,

Tunc egomet tumulum Rhœteo in littore inanem

Conſtituã,& magna Manes ter voce vocabo. Senec. Troade.1.8.

Quidam Rhœtium montem Troianum fuiſſe dicunt in quo Aiax Telamonius poſtquam ſeipſum interfecit, ſepultus fuit. Vnde Rhœteus & Rhœteius.

Capax Rhœteum. Ouid.4. Faſt.56, Rhœteúmque capax, Sigeáque littora tranſit.

Oræ Rhœteæ.Virg.3.Æneid.12.

Profundum Rhœteum.Ouid.11.Meram.40.

Rhombus,rhombi,m.g.Græca vox eſt,ſignificátque figuram quadratã ſolidam,cuius latera omnia ſunt æqualia,anguli verò obliqui tetrapleuros, id eſt quatuor laterũ. Hic ſi in terrã iacietur,voluitur ad ſimilitudinẽ ferè cylindri.Vtebãtur eo maleficæ mulieres ad deducendã lunã tortis filis confecto.Ouid.1.Amor. eleg.8.2, -quid torto concita rhombo Licia. Mart.lib.9.31, Quæ nũc Theſſalico lunam deducere rhombo. Propert.lib.2. eleg.29.7,Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi.

Rota ſtraminea rhombi.Propert.lib.3.eleg.6.6,

Improba non vicit me moribus ille,ſed herbis.

Straminea rhombi ducitur illa rota.

Torto rhombo concita licia.Ouid.1.Amor.eleg.8.2.

¶ Rhombus,Piſcis genus.Iuuenalis Saty.4.4,

Incidit Hadriaci ſpatium admirabile rhombi

Ante domum Veneris. Mart.lib.1.81,

Quanuis lata gerat patella rhombum,

Rhombus latior eſt tamen patella. Sic Plinius lib.31.cap.9.8. Et Columella lib.8.cap.16.1.

Non me Lucrina iuuerint conchylia, Magiſve rhombus aut ſcari.Horat.Epod.2.10.

Grandes rhombi.Horat.2.Serm.ſaty.2.19.

¶ Rhombus, Torques,ſiue machinula illa quam vertẽdo mulieres tramam ad lanicium nent.

Rhomphæa, romphææ, Genus gladii. Valerius Flaccus lib.6, Æquáq; nec ferro breuior,nec rhomphæa ligno.Penultima corripitur à Flacco hoc loco,licet à Græcis ſcribatur cum diphthongo ῥομφαία. Liu.1.ab Vrbe,Thracas quoque Rhomphææ,ingẽtis & ipſæ lõgitudinis, inter adiectos vndiq; ramos impediebãt.

Rhonchus,rhõchi,m.g.Stertẽtis ſon⁹,nomẽ fictitiũ.Mar.li.1.31, Maiores nuſquam rhonchi:iuuenéſque ſenéſque,

Et pueri naſum rhinocerotis habent. Idem lib.3.40,

Nos accubamus:& ſilentium rhonchis

Præſtare iuſſi,nutibus propinamus.

Rhonchiſſo,rhonchiſſas,rhonchiſſare,Stertere.Plautus,Cyathiſſat dum cœnat:dum dormit,rhonchiſſat.

Rhonchiſonus,rhonchiſoni,pen.cor.Qui ſonat rhonchos, & deriſor eſt.Sidonius,Nec nos rhonchiſonos rhinoceronte notat.

RHOXOLANI,pen.prod.populi ſunt Scythici vltra Danubium, quos quidam Rhutenos eſſe putant.

Rhus,Fruticis genus duplicẽ vtilitatẽ habẽtis: ab antiquis enim ad cõdiẽda opſonia væniebat, & concinnãdis cõficiendiſq; pellibus vtilis erat,vnde frutex coriarius,& rhus ſutorius appellatur. Plin.lib.24.cap.11.7,Rhus,quæ erythros appellatur, frutex eſt,& huius fruticis ſemen vim habet aſtringendi,refrigerandiue.

RHYMNVS, fluuius,à quo Rhymnici populi & montes. Author Hermolaus in Plinium.

RHYNDACVS,fluuius,teſte Strabone lib.12,ex Aranitide ortum habens,qui aſſumptis ex Abrettana Myſia cum aliis,tum etiam Meceſto,ab anchora Abaſitica in Propontidem iuxta Ileſbicum inſulam emittit. Metrodorus verò, vt ait Plinius lib.8.cap.14, ſcribit circa Rhyndacum amnem in Ponto ſerpentes intantam magnitudinem adoleſcere,vt ſuperuolantes quanuis altè permi citérque,alites hauſtu captas abſorbeant.

RHYNITALCVS,vir fuit Thracius,cuius exemplo,teſte Plutarcho in vita Romuli,Cæſar ſæpe dicere conſueuerat, amare quidem ſe proditionem,ſed proditores magnopere abhorrere.

RHYNTON,Poeta comicus, patria Tarentinus, nugator viliſſimus in agendis præcipuè fabulis,ad quem alludunt tam Varro, quàm Columella,apud quos modò legitur Mythõ,modò Rhyntõ.Varr.lib.3.de Re ruſt.ca.3.6,Quis cõtra nunc rhyntõ nõdicit ſua nihil intereſſe vtrũ his piſcibus ſtagnũ habeat plenum,an ranis? Eadẽ verba habet Columella lib 8.ca.16.4. Athenæus lib.3.Δειπνοσοφιστῶν hunc Rhyntonem citat in comœdia Amphitryone. Cicero quoque ad Anicũ,lib.1.epiſt.vltima,5,Nam vt ait Rhynton, vt opinor, ἡ μὲν καλὴ ἰδεῖν ἡδύ, αἰσχρὰ δ' ἰδεῖν μέλι. Ad quod ſenariolũ vice prouerbii iactatum putantur alluſiſſe Varro & Columella. Alii ſcribunt Rhinton.

RHYTIVS, Cretæ ciuitas, teſte Homero lib. 2. Iliados.

Rhythmus, rhythmi, m. g. Latinè numer⁹ dicitur. Quintil. lib. 9. cap. 4, Sunt numeri rhythmi, qui neque finem habẽt certum, nec vllam in cõtextu varietatem: ſed qua cœperũt ſublatione ac poſitione ad finẽ vſq; decurrũt. Diomedes, Rhythm⁹ eſt verſus imago modulata, ſeruans numerum ſyllabarum, poſitionem ſæpe ſublationémque continens. Differt à metro: quia temporum, ſyllabarum, pedúmque congruentia in infinitum multiplicatur ac profluit.

Rhythmicus, pen. corr. vt Muſicus dicitur, qui numeros in cantu vel in prolatione aut ſono obſeruat. Cic. 3. de Orat. 105, Neque tamen hoc tanti laboris eſt, quanti videtur: nec ſunt hæc rhythmicorum ac Muſicorum acerrima norma dirigenda.

R I

Rica, ricæ, Quadratum veſtimentum fimbriatum, & purpureũ, quo pro palliolo vtebantur Flaminicæ. Alii dicunt quòd ex lana fiat ſuccida alba, quod cõficiunt virgines ingenuæ patrimæ matrimæ ciues, & inficiatur cæruleo colore. Hæc Feſtus. Plaut. Epid. 5. 49, Supparum, aut ſubminiã, ricam, baſilicum, aut exoticum. Nonius, Rica eſt quod nunc ſudarium dicimus.

Rica, Genus veli quo mulieres capita tegunt. Dictũ à ritu, vt Varro author eſt, quòd à Romano ritu ſacrificia fœminæ quũ faciunt, capita tegunt.

Ricula, Diminutiuum, pro Sudario ponitur, apud Feſtum.

RICINA, vna ex inſulis quæ Hyberniæ adiacent, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 2. Plinio Ricnea dicitur.

Ricinus, ricini, m. g. Genus veſtis, quod & riciniũ dicitur, à reiiciendo. Feſtus, Ricinum eſt omne veſtimentũ quadratũ. Cic. 1. de Legib. 93, Extenuato igitur ſumptu tribus riciniis & vinculis purpuræ, & decem tibicinibus, tollit etiam lamentationem.

¶ Ricinus, pen. prod. Genus vermis, canes acrius atque boues infeſtans. Varro 1. de Re ruſt. ca. 9. 11, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, quòd muſcæ & ricini & pulices ſoleant (ſi hoc vnguine non ſis vſus) eas exulcerare. Plinius lib. 11. cap. 18. 3, Et ricinos canum necant. Columella lib. 6. cap. 2. 5, Ventri quoque & ſubfemina manum ſubiicere, ne ad eiuſmodi tactum poſtmodum paueſcant: & vt ricini, qui plerũque feminibus inhærent, eximantur. De bobus. Idem lib. 7. cap. 13, de canibus, Hoc eodem medicamine contacti ricini decidunt.

Ricini quoque ouium ſunt. Cato de Re ruſt. cap. 103, Si hæc ſic feceris, neque ſcabræ fient, & lanæ plus & meliorẽ habebũt, & ricini non erunt moleſti. De ouibus.

¶ Ricinus, Frutex grana ferens ricinis animalib⁹ ſimilia, vnde nomen traxit. Græcis cici appellatur. Plin. lib. 15. cap. 7. 1, Proximum fit & è cici arbore in Ægypto copioſa: alii crotonen, alii trixin, alii ſeſamũ ſylueſtre appellant. Et paulo poſt ſubdit, Noſtri eam vocant ricinum, à ſimilitudine ſeminis. Vulgus noſtrũ hodie vocat *palmam Chriſti*. Cuius ſemine & granis exprimitur oleum cibis ſordum, lucernis emplaſtriſque vile, ricininum appellatum inquit Dioſcorides. Galenus Cicinninum vocat. Cæterùm ricinum Hetruſci phaſelum Romanum appellant.

Rictus, Vide **Ringo**.

Rideo, rides, riſi, riſum, ridẽre, Notæ ſignificationis. Gellius lib. 1. cap. 19, Rex, quaſi annus ætate deſiperet, riſit. Cic. 5. Verr. 51, Ridere conniux, cachinnari. Idem ad Gallum, lib. 7. 16. 2.

Fletu miſto riſit. Stat. 9. Thebaid. 164.

M. Craſſus ſemel in vita riſit, ex quo vocatus ὁ ἐρίμαστος. Cic. 5. de Finibus, 157.

Rideo tibi. Plaut. Truc. 19. 8, Mea voluptas, ſiquid peccaui pri⁹, ſupplicium ad hanc minam fero Auri, ſi mihi rides.

Alicui ridẽre. Virg. 5. Æneid. 71.

¶ Ridere aliquem, pro Deridere. Plaut. Stich. 4. 89, Ecaſtor riſi te hodie multum. Terent. Adelph. 4. 2. 10, Rideo hũc: primùm ait ſe ſcire, is ſolus neſcit omnia. Cic. Cælio, lib. 2. 8. 2, Dederis nobis quemadmodũ ſcripſeras ad me quem ſemper ridere poſſemus. Idem de Aruſp. reſp. 6, Quum riſeritis impudentiã hominis, tum à me de tota concione audietis.

Riſi niuem atram, téq; hilari animo eſſe & prompto ad iocandum valde me iuuat. Cic. Q. fratri, lib. 2. 15. 1.

Ridet amatorem Lyda puella ſuum. Ouid. 2. Faſt. 71.

Verſus alicuius ridere. Horat. 1. Serm. ſaty. 6. 11.

Ab omni conuentu rideri. Horat. 1. Serm. ſaty. 7. 5.

Ridere de re aliqua. Cic. ad Atticum, libro 14. 3. 2, De hæreſi Veſtorina, & de Pherionũ more Puteolano riſiſſe me ſatis, nihil eſt neceſſe reſcribere.

Ridere in ſtomacho. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 19, Hoc aſperſi, vt ſcires me tamen in ſtomacho ſolere ridere.

Ridere riſum. Cic. ad Gallũ, lib. 7. 26. 2, Videris enim mihi vereri, ne ſi iſtum habuerimus, rideamus γέλωτα καρδάμινον.

Intempeſtiuè ridere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 29.

Dulce Venus riſit. Ouid. epiſt. 15. 17.

Reddes dulce loqui, reddes ridere decorum. Horat. 2. epiſt. 7. 6.

Æquora Ponti tibi rident. Lucret. lib. 2. 2.

Domus ridet argẽto, Splẽdet. Horat. 4. Carm. ode 11. 2. Acron.

Fortuna ridet vultu ſereno. Ouid. 2. Triſt. eleg. 4. 6.

Tempeſtas ridet. Lucret. lib. 5. 280.

Deos ridet inultè. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 4. Idem 3. de Arte, 56, -ridendo maxima damna feres.

Rides, Participium: vt Arridere ridentibus. Horat. in Arte, 21.

Dulce rides. Catull. ad Leſbiam, 48. 1.

Vndæ ridentes. Lucret. lib. 5. 101,

Nec poterat quenquam placidi pellacia Ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus vndis.

Ridendus, Aliud participium. Horat. 1. epiſt. 1. 2, Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne Peccet ad extremum ridendus.

Ridibundus, Adiectiuum, Abũdè rides. Plaut. Epid. 9. 53, Illam ridibundam, atque hilaram huc adduxit ſimul.

Ridiculũ, ridiculi, pe. cor. Sermo riſum excitãs. Plaut. Amph. 10. 36, Et quidẽ ioco illa dixerã dudum tibi Ridiculi cauſa. Terẽt. And. 3. 1. 16, Hui, tam citò? ridiculum. Idem Eunuch. 5. 7. 3, Mihi ſolæ ridiculo fuit, quæ quid timeret, ſciebam. Et Heaut. 1. 3. 111, Ridiculum eſt iſtuc me admonere Clitipho. Sic Eunuch. 3. 1. 61, Ridiculum: non enim cogitaras. Cic. 2. Verr. 11, Aliis illud indignum, aliis ridiculum videbatur. Ibidem, 6. 50, Ridiculum eſt nunc de Verre me dicere, quum de Piſone frugi dixerim.

Sæpe etiam ſententioſè ridicula dicuntur. Cic. 1. de Orat. 158.

Eludere ridiculum ridiculo. Quintil. lib. 6. cap. 3. 54.

Eſt ridiculum ad ea quæ habemus, nihil dicere, &c. Cic. pro Archia, 6.

Eſſe in ridiculo, Vide **In** præpoſitionem.

Haberi in ridiculo, Vide **Ab** præpoſitionem.

Iácere ridiculum, & Mittere, Vide **Iacio** & **Mitto**.

Iteratu ridiculum, Vide **Iter**.

Per ridiculum. Cic. 1. Offic. 188, Quum ſtudioſè de abſentibus detrahendi cauſa, aut per ridiculum, aut ſeuerè, maledicè, contumelioſéque dicitur.

Ridiculus, penul. corr. Adiectiuum, Qui aliis riſui eſt, & de quo alii rident. Plaut. Capt. 8. 10, Ita iuuentus iam ridiculos, inopéſq; ab ſeſe ſegregat. Idem Menæch. 8. 43,

Solet iocari ſæpe mecum illo modo,
Quanuis ridiculus eſt, vbi vxor non adeſt. Terent. Eun. 1. 3. 13,
At ego infœlix, neque ridiculus eſſe, neq; plagas pati Poſſum. Cicero 6. Verr. 118, O rem ridiculam. Ibidem, 4. 104, Hoc poſtulatum de ſtatuis ridiculum eſſe videatur ei, qui rem ſententiámque non perſpiciat. Idem pro Roſc. Amer. 19, Næ tu Eruci accuſator eſſes ridiculus, ſi, &c. Plautus Capt. 2. 11, Dico vnum ridiculum dictum de dictis melioribus. Idem Stich. 4. 68, Iocos ridiculos vendo, agite licemini.

¶ Ridiculiſſimus, antiquum. Plaut. Stich. 6. 58, -euge quando Adbibero, alludiabo, tum ſum ridiculiſſimus.

Orem ridiculam? Catul. ad Catonem, 52. 1.

Facie magis quàm facetiis ridiculus. Cic. Attico, lib. 1. 8. 4.

Poema ridiculum. Horat. 2. epiſt. 1. 48.

Multa Græcorum ridicula & falſa. Cic. 2. de Orat. 110.

Ridicularius, Adiectiuum, antiquum, Idem quod Ridiculũ. Plautus. Trucul. 14. 11,

-quid id eſt amabor iſtæc ridicularia, cauillationes vis
Opinor dicere. Idẽ Aſin. 7. 64, Tum igitur tu dines es factus. 1 2. minæ ridicularia. Et Trin. 4. 11, Sed hoc animum aduorte, atque aufer ridicularia. Gellius lib. 4. cap. 10, Qui iurabat, cauillator quidam, & canicula, & nimis ridicularius fuit.

Ridicule, pe. cor. Aduerbiũ. Terẽt. Adelph. 4. 5. 41, -hæc mi pater
Te dicere æquum fuit, & id defendere.
M. Ridiculè aduerſúmne illum cauſam dicerem,
Cui veneram aduocatus? Idem Hecyra, 4. 4. 46,
Sed quid faciemus pueros? I. ridiculè roga:
Quicquid futurum eſt, huic reddas. Cic. ad Pætum, lib. 9. 22. 12,
Nos autem ridiculè ſi dicimus, Ille patrem ſtrangulauit, &c.
Idem 6. Verr. 130, Homo ridiculè inſanus. Et 1. de Orat. 115,
Non modo acutè, ſed etiam ridiculè ac facetè.

Riſio, riſiõnis, Verbale, Ipſe ridẽdi act⁹. Plau. Stich. 11. 7, - quot ego
Voluptates fero, quot riſiones, quot iocos.
Videres incantata lacertis vincula cum riſu, & ioco. Horat. 1. Serm. ſaty. 9. 10.

Riſor, Aliud verbale. Horat. in Arte, 46,

Verum ita riſores, ita cõmendare dicaces Conueniet Satyros.

Riſus, huius riſus, maſc. ge. Idem. Plau. Milit. 14. 80, Nequeo herde quidem riſu meo moderarier.

Riſu blando fraudem prætexere. Claud. 1. in Ruffinum, 10.

Gratus riſus. Horat. 1. Carm. ode 9. 5.

Ineptus risus.Catull.in Egnatium,37.4.
Lachrymosi risus.Stat.6.Thebaid.33.
Lentus risus.Horat.2.Carm.ode 16.6.
Multus risus.Horat.4.Carm.ode 13.6.
Obscœni risus.Ouid.2.Trist.81.
Soluto risu ludere.Virg.2.Georg.77.
Teneri risus pueri.Claud.2.Paneg.70.
Tremulus risus.Lucret.lib.2.105.
¶Adimere risum,Vide Adimo.
Captare risum. Cic.1.Tuscul.15,Epicurus verò ea dicit vt mihi risus captare videatur. Quintil.lib.6.cap.3.17.
Mappa compescere risum.Horat.2.Serm.saty.8.13.
Risus non bene componitur ore mẽdaci.Tibul.lib.3.eleg.7.2.
Conciliatur risus.Quintil.lib.6.cap.3.17, Facto risus conciliatur interim admista grauitate.
Cõcitare risum.Cic.1.de Oratore,130,Atq; illud primum quid sit ipse risus,quo pacto concitetur,vbi sit, quomodo existat,atq; ita repente erumpat,&c.
Cõsequutus est risus.Cic.Metello,lib.5.2.6,Visa est oratio non inuocunda, & mediocris quidam est risus consequutus. Idem ad Q.fratrem, libro 2.10.6, Magni risus consequebantur. Vide Consequor.
Consumere risum,Vide Consumo.
Continere risum,Vide Continco.
Dare risus.Horat.2.Serm.sat.5.12.
Edere risum. Cic.ad Q.fratrem,lib.2.13.3,Memini enim quũ hominem portarem ad Baias,&c.miros risus nos edere.
Elicere risum alicui.Iuue.Saty.7.22.
Risus est de.Cic.2.Philip.81, Qui risus hominum de te erat
Excipere aliquid risu & osculo. Quintil.libro 1.cap.2.7, Verbane Alexandrinis quidem permittenda deliciis,risu & osculo excipimus.
Excutere sibi risum.Horat.1.Serm.sat.4.7.
Risus factus est.Cic.6.Verr.23,Risus populi atque admurmuratio omnium facta est.
Facere risus.Cælius Ciceroni, lib.8.9.2,Post repulsam verò risus facit,ciuem bonũ ludit, & contra Cæsarem sententias dicit. Quintil.lib.6.cap.2.30, Alius imaginem mariti pro rea proferre magni putauit,at ea sæpius risum fecit.
Vnde oriebantur risus , dulcéque cachinni.Lucret.lib.5.281.
Quatere populum risu.Horat.2.epist.2.17.
Mereri risum.Quintil.lib.6.cap.2.54,Nihil habet res ista medium,sed aut lachrymas meretur,aut risum.
Mouere risum.Cic.ad Atticum,lib.6.114.12,In quo tamen ille mihi risum magis quàm stomachum mouere solet. Vide Mouco, Horat.1.epist.3.4.
Mouere risu facto aliquo,vel ipso vultu.Quintil.lib.6.ca.2.29.
Soluentur risu tabulæ.Horat.2.Serm.sat.2.18.
Tenere risum.Cic.de Claris Orat.161,Equidem in quibusdam risum vix tenebam. Ouid.epist.15.46.
Tollere risum.Horat.in Arte,77.

Rídica, ridicæ,pen.corr. Pedamentum vinearum quod quercu & iunipero solet fieri,& etiam olea.Colum.lib.11.cap.2.7,Palos vna opera cædere,& exputatos acuere centum numero potest:ridicas autem quercneas siue oleagineas findere,& dedolatas vtraque parte exacuere numero sexaginta. Varro 1.de Re rust. cap.8.3, Vnum robustum quod optimũ solet afferri in vineam è quercu ac iunipero,& vocatur ridica. Ibidẽ.1,Aliæ sunt humiles vineæ,ac sine ridicis,vt in Hispania. Cato cap.17,Robur & materies item pro ridica,vbi solstitium fuerit,ad brumã sem per tempestiua est. Colum.lib.4.cap.11.1, Hic annus nondum vehementem palum aut ridicam desyderat. Pedamentum vinearum,inquit Budæus, aut est fissile vt ridica , quo hodie plurimum vtimur:aut est teres,vt palus.

Rídiculus, Vide Rideo.

Rígeo,Rigidus,Vide Rigor.

RIGIACVM,authore Ptolemæo lib.3.cap.9,Attrebatum ciuitas: vulgò Arras.

Rígo,rigas,rigare,Madefacere,humorem aspergere.Plin.lib.11. cap.11.2,Rigatur arbor gelidis fontibus.
Conspergere & rigare. Colum.lib.5.cap.6, Semina conspergi potius quàm rigari.
Iuppiter vtilibus quoties rigat imbribus agros.Ouid.1.dePonto,eleg.1.3.
Arma cruore rigare.Virg.6.Æneid.61.
Arua rigare.Horat.3.Carm.ode 3.10.
Lux solis rigat cælum.Lucret.lib.4.41.
Indigno teneras imbre rigante genas.Ouid.1.de Arte,107.
Hortus rigatur fonte. Ouid.5.Fast.41.
Ora rigantur aquis.Ouid.3.Amor.eleg.8.6.
Ora rigauit fletibus.Ouid.11.Metam.84.
Lachrymis vultum & ora rigare.Virg.9.Æneid.51.
Rore rigare.Cic.1.de Diuin.38,
-que paruos Mauortis semine natos.
Huberibus grauidis vitali rore rigabat.
Rigant venæ sanguinẽ vitalẽ mẽbris.Plinius lib.11.cap.37.55, Duæ grandes venæ per alias minores omnibus membris vitalem sanguinem rigant.
Ingenia omnium rigare. Author ad Herẽnium,lib.4.148,Isti quũ nõ modò dominos se fontiũ, sed seipsos fontes esse dicant, & omnium rigare debeant ingenia , non putant fore ridiculũ, si quum id polliceantur aliis,arescant ipsi siccitate.

Rigatio,Verbale. Columel.lib.11.cap.3.39,Sinautem sicco loco seri debuerint,quòd rigationẽ ministrari non expediat,mense Feb. sesquipedali altitudine sulci faciendi sunt.

Riguus,Adiectiuũ,Quod aquis irrigatur:cui opponitur Siccaneus. Columella lib.2. cap.17.2, de prato loquens, Eius igitur, inquit, animaduertimus duo genera : quorum alterum est siccaneum, alterum riguum. Læto, pinguíque campo non desyderatur influens riuus:melióque habetur fœnum,quod suapte natura succoso gignitur solo, quàm quod irrigatum aquis elicitur. Ibidem,cap.2.3, De siccaneis & riguis nõ comperimus vtra numero vincant,quum vtique penè infinita sint quæ siccis , quæque humidis locis gaudent.
Amnes rigui.Virg.2.Georg.97.
Hortus riguus.Ouid.8.Metam.130. Ibidem,10.38.
Saltus rigui.Claud.2.de raptu Proserp.2.

Rígor,rigóris,pe.pro.Frigiditas vehemẽs.Plin.epist.16.b,Rigor aquæ certaueris niuibus, nec color cedit. Plaut.Pœnulo,5.46, Longum est rigorem maleficum exornarier. Colum.lib.9.cap. 14,Quàm recentissimi rigoris aqua infusa.
Calor & Rigor,contraria. Plin.lib.7.cap.50.4, Certis pestifer calor remeat horis aut rigor.
Horridus rigor.Valer.3.Argon.53.
Formosus rigor.Claud.de Nuptiis Honorii,65.
¶Rigor,Durities.Virg.1.Georg.19,Tum ferri rigor,atque argutæ lamina serræ. Seruius.
Rigor naturæ. Plin.li.7.ca.19.1, Exit hic animi tenor aliquãdo in rigorem quendam, torunitatémque naturæ duram & inflexibilem, affectúsque humanos admit. Quintil.lib.6.cap.2, Imperitia, & rusticitas, & rigor,& deformitas afferunt interim frigus: diligentérque hæc sunt actori prouidenda. Idẽ lib.9. cap.3,Oratio habeat rectam quandam velut faciem,quæ stupere immobili rigore non debeat.

Rigorãtus,pen.prod.Adiectiuum. Plin.lib.17.cap.23.11, Traduces Gallica cultura bimi vtrinque lateribus,si pes quadrageno distet spatio,quaterni si viceno,inter se obuii miscentur,alligantúrque vna conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati quà deficiant.Hoc est rigidiores & firmiores facti.
Rigor neruorum.Celsus lib.4.cap.3, Neque tamen alius importunior acutiórque morbus est, quàm is qui quodam rigore neruorum,modò caput scapulis, modò mentum pectori annectit,modò rectam & immobilem ceruicem intendit.

Rigidus,pen.corr.Aliud adiectiuum,Frigidum. Virg.2. Georg.64,
Tellurem Borea rigidam spirante moueri.
Nec poterit rigidas scindere rem aquas.Ouid.3.Trist.ele.10.10.
Manus rigida.Ouid.14 Metam.119.
Pruinæ rigidæ.Lucret.lib.2.105.
¶Rigidus, Durus, Erectus, Quod non nisi ex duritie accidit. Virg.eclog.6.6, -tum rigidas motare cacumina quercus.
Æsculus rigida.Horat.3.Carm.ode 10.4.
¶Rigida caligo.Cic.1.Tuscul.57,
Per speluncas saxis structas asperis,pendentibus,
Maximis,vbi rigida & crassa constat caligo inferũm. Ex quodam poeta.
Capillis rigidis hirta canities.Ouid.10.Metam.84.
Cornu rigidum.Ouid.9.Metam.17.
Ibes aues rigidis cruribus.Cic.1.de Nat.deorum,141.
Falces conflantur in rigidum ensem.Virg.1.Georg.102.
Ferro rigido fodit pectora.Ouid.1.de Remed.amor.4.
Mons rigidus.Ouid.8.Metam.161.
Mite nec in rigido pectore pone caput.Ouid.2.Amor.ele.4.8.
Rostrum rigidum.Ouid.5.Metam.135.
Silex rigidus.Ouid.10.Metam.49.
Vngues rigidi.Ouid.2.Amor.eleg.6.1.
¶Rigidus leo,Durus,crudelis.Mart.lib.10.65,
Tam dispar aquilæ columba non est,
Nec dorcas rigido fugax leoni.
Fores rigidæ.Ouid.3.Amor.eleg.7.5.
Rigida innocentia. Liu.9.bel. Maced.170, Inuicti cupiditati-

bus animi,& rigidæ innocentiæ, cõtemptor gloriæ diuitiarum.
Ius est rigidum & incultabile.Ouid.ad Liuiam,89.
Et patriæ rigida mente negauit opem.Ouid.epist.3.20.
Minæ rigidæ.Ouid.1.Amor.eleg.7.10.
Mores rigidi.Ouid.2.de Remedio amoris,74.
Mors rigida.Lucret.lib.6.241.
Sententia rigida.Plin.epist.74.f,Nam quibꝰ sententia Cæpionis placuit,sententiam Macri vt rigidam,durámque reprehendunt.
Canachi signa rigidiora esse,quàm vt imitentur veritatẽ.Cic. de Claris Orat.34.Signa,intelligit statuas.
Pudor rigidus.Claud.8.Paneg.49,
-rigidi sed plena pudoris
Elucet grauitas,fastu iucunda remoto.
Vultus rigidus.Ouid.epist.4.15.

Rigeo, riges, rigui, rigère, Frigere. Plinius libro 6.cap.13.2, Verum Asiæ quoque magna portio apposita Septẽtrioni, iniuria syderis rigentis,vastas solitudines habet. Sic lib.8.cap.36.2.
Rigent frigore partes mundi incultæ. Cic.1.Tusc.107, Cæteras partes incultas,quòd aut frigore rigeant,aut vrantur calore.
Rigere gelu.Liu.1.bel.Pun.118,Homines intõsi & inculti,animalia,inanimáque omnia rigentia gelu, cætera visu quàm dictu fœdiora terrorẽ renouauére. Plin.in Paneg.135,Hostium, quibus moris est,eadẽ illa nũc rigentia gelu flumina,aut campis superflua,nũc liquida, ac deferentia lustrare nauigiis,nandóque superare. Mart.lib.1.165,
Quæ dum miratur pingui se rore teneri,
Concreto riguit victa repente gelu.
Frigore rigere.Lucret.lib.3.163.
Frigore perpetuo Sarmatis ora riget.Ouid.1.de Põto,ele.7.15.
Prata rigent.Horat.4.Carm.ode 12.1.
Lingua riget.Ouid.1.de Arte,104.
¶Rigere,Erectum esse,vt
Comæ rigebant horrore.Ouid.3.Metam.20.
Capilli metu rigent.Ouid.1.Fast.20.
Ceruix horrida riget.Ouid.8.Metam.57.
Ianua riget duris fulta roboribus.Ouid.1.Amor.eleg.6.6.
¶Rigere,Durum esse.Virg.5.Æneid.81, Terga boum,plumbo insuto,ferróque rigebant.

Rigens,Participium: vt Artus rigentes imbri ventóque. Statius 1. Thebaid.77.
Bruma rigens.Lucan.lib.1.4.
Caput prædurum ac rigens.Quintil.lib.11.cap.3, de gestu capitis,Nam & deiecto humilitas, & supino arrogantia.& in latus inclinato languor,& præduro ac rigente barbaria quædã mentis ostenditur.
Corpus rigens,Nullo modo flexum. Quintil.lib.1. cap.15.6. Aduersa facies,demissa brachia, & iuncti pedes,& à summo ad imum rigens corpus. Alii hæc verba ita legunt,Neque enim aduersa sit facies, & demissa brachia, & iuncti pedes, &à summis ad ima rigens opus.De Statuis & picturis.
Membra rigentia.Lucan.lib.2.5.
Rigentes oculi,apud Plinii lib.11.cap.37.10,qui non circumaguntur,vt ait Budæus.
Palla rigens signis & auro.Virg.1.Æneid.131.
Vestes auro & ostro rigentes.Virg.11.Æneid.14.
Vngue rigente secui genas.Ouid.epist.5.15.

Rigesco,rigescis,rigéscere,Frigescere.
Rigescere,Indurari.Virgil.3.Georg.73,Æráque dissiliunt vulgo,vestésque rigescunt.Vbi Seruius,Rigescunt,Durantur,vt frãgi potius, quàm scindi posse videantur. Plin.lib.17.cap.11.15, Vua quæ nascatur è duro rigescente.
Hubera sensit rigescere.Ouid.9.Metam.72.
Lachrymæ rigescunt sole.Ouid.2.Metam.73.

Riguus,rigua, riguum, Vide **Rigo**.

Rima,rimæ,Fissura.Propriè rimæ dicuntur exiguæ distantiæ tabularum in iuncturis.Vnde tractum est vt omnes fissuræ, rimæ dicantur.Plin.lib.15.cap.8.1,Vt formicæ,rimæque absint.
Hiantes rimæ.Lucan.lib.1.114.
Agere rimas.Ouid.2.Metam.43.Vide **Ago**.
Naues fatiscunt rimis.Virg.1.Æneid.15,
-laxis laterũ compagibus omnes
Accipiunt inimicum imbrem, rimisque fatiscunt.
¶Plenus rimarum,dicitur qui nihil celat eorum quæ creditũr illi.Terentius Eunucho,1.2.25,
Sin falsum,aut vanum,aut fictum est, continuò palàm est: Plenus rimarum sum: hâcatque illàc perfluo.Translatio sumpta à vase aquario fictili.
Rimã inuenire,In tergiuersatores dictũ qui nulla in causa tot fidei vinculis astringi possunt, quin aliquid inueniant quo elabantur:vt ait Erasmus. Plaut.Curcul.10.14,

Rogitationes plurimas propter vos populus sciuit,
Quas vos rogatas rumpitis, aliquam reperitis rimam. Idem Casina,15.7,
Clandestinæ nuptiæ, censeo:mihi optumum est:
Iis præstigiis dux fuit vxor,ea hanc inuenit rimam.
¶Rimas explere dicuntur oratores,per translationẽ quũ verba inferciunt vt pleniorẽ orationẽ faciant.Cic.in Oratore.136, Neque inferciens verba, quasi rimas expleat, nec minutos numeros sequens concidat,delumbétque sententias.

Rimula,rimulæ,pen.corr.Diminutiuum.

Rimõsus,pen.prod.Adiectiuum,Quod est rimis plenũ. Columella lib.1.cap.5.9, Quicquid ab inferiore mox apposueris,fissum erit rimosumq;.
Cymba rimosa.Virg.6.Æneid.83.

Rimor,rimãris,rimãri:& Rimo,rimas,secũdũ Priscianum,Diligẽter quærere,scrutari, quasi rimulas quasque perquirere. Tractũ à suibus,qui glandes rimantur de rimis terrarũ,authore Seruio. Virg.1.Georg.77,Dulcibus in stagnis rimantur prata Caystri.Id est pascuntur in pratis,cibũ per terræ rimas requirentes:inquit Seruius. Cic.1.de Diuin.110,Sed tamen id quoque rimatur quã tum potest. Silius lib.8.63, Quæ natura loci,quod sit rimabere solers Armorum genus.
Diligentissimè rimari. Quintil.lib.5.cap.13.18, Rimandum erit diligentissimè,quid sit in quoq; quod assumitur.
Iuga rimari canibus.Claud. de bello Gildon.71.
Partes apertas rimari.Virg.11.Æneid.150.
Vultus alicuius rimari lumine acerbo.Stat.11.Thebaid.105.
¶Rimari,Scindere,& quasi in rimas agere. Virg.3.Geor.107, Ergo ægrè rastris terram rimantur.Seruius.
¶Rimari,Expleri,pasci.Virg.6.Æneid.110,
-rimatúrque epulis,habitátque sub alto Pectore.Seruius.

Ringo,ringis,rinxi,rictum,ringere:vel Ringor,ringeris,pe.cor. Deponens,Os torquere:quod canes faciunt latraturi, vel quum ex ira in rugas deducunt os.
Ringi,Irasci,& tacitũ stomachari,vt ait Donatus.Terẽt.Phor. 2.2.27. -quum ille & cura & sumptu absumitur,
Dum tibi sit quod placeat, ille ringitur, tu rideas. Sidonius
Multum ringitur otiosa virtus.
Ringi dicitur à narium tortura. nã ῥὶς naris dicitur, vt sit ringi,quasi narem agi,hoc est narem torqueri, inquit Sipontinus.

Rictus,huius rictus,m.g. Est oris distensio, qualis esse solet in ridẽtibus: à Græcis gelasinus dicta,inquit Budæus. Mart.lib.3.51, Quum comparata rictibus tuis ora
Niliacus habeat crocodilus angusta. Idem libro 1.45,Rictibus his tauros non eripuere magistri.
Rictus etiam ponitur pro Minaci habitu oris.Cic.6. Verr.84, de Herculis statua, Vsque eo Iudices, vt rictus eius ac mentum paulo sit attritius.Tractum à canibus dum ringuntur. Quintil.lib.1.cap.11.4,Obseruandum erit ne labra distorqueantur, ne immodicus hiatus rictum distendat.Id est, os in ringentis modum formet.Budæus.
¶Caninus rictus. Iuuenal.Saty.10.18.
Crudi rictus.Senec.Agamemn.9.8.
Rictus ad aures delusceus.Plin.lib.8.cap.21.3, Oculis cæruleis pilo in contrarium verso,rictu ad aures dehiscente.De tauris sylvestribus Ægypti.
Flexibiles rictus quadrupedis.Ouid.ad Pisonem,11.
Fluidi rictus sanguine.Ouid.14.Metam.34.
Fulmineus rictus lupi.Ouid.11.Metam.74.
Immanes rictus.Claud.7.Paneg.50.
Lati rictus.Ouid.3.Metam.135.
Lethiferi rictus.Claud.1.in Ruffinum,53.
Modici rictus.Ouid.3.de Arte,57,
Sint modici rictus,& paruæ vtrinque lacunæ,
Et sumnos dentes ima labella tegant.
Niger rictus.Silius lib.13.113.
Obtritus spumis rictus.Ouid.11.Metam.74.
Patuli rictus.Ouid.6.Metam.76.
Pestiferi rictus.Ouid.3.Metam.15.De serpente Cadmeo.
Spumantes rictus.Ouid.4.Metam.10.
Tabido rictu mœsta iacens Famen.Senec.Herc.furen.9.15.
Cõtrahere rictũ,eorũ est qui mœsti aut meditabũdi sũt. Bud.
Risu diducere rictum,Ad hilaritatẽ impellere. Horat.1.Serm. saty.10.1,Ergo non satis est risu diducere rictum.Budæus.
Diducere rictum,Os aperire.Iuuenalis Saty.10.13.
Ipse ad conspectũ cœnæ diducere rictum Contentus.Budæus.
Distendere rictum.Quintil.lib.1.cap.11.5,Ne immodicus hiatus rictum distendat.
Rictum alicuius in loquendo reddere.Plin.lib.7.cap.11.5, Suræ quidem Proconsulis etiam rictum in loquendo, contractio-

némque linguæ,& sermonis tumultum,non imaginem modò, piscator quidam in Sicilia reddidit.

Nimbosóque ruunt spumantia flumina rictu. Silius lib.1.42.

Ripa, ripæ, Extremitas terræ, aquæ vicina. Dicta quòd aquarum agitatione rumpatur.Et propriè est fluminum vel fontiũ, sicut Litus maris. Cæsar 6.bel.Gall.11, Erat inter Labienũ atque hostem difficili transitu flumen,ripisq; præruptis. Sic lib.5.68.

Ripa & Litus,pro eodẽ accipi videtur apud Columellá,lib.1. cap.5,Villa semper mare rectè cõspicit, quum pulsatur,aut fluctu respergitur, nunquá ex ripa,sed paulum submota à litore.

Ripa,de mari Ponticо. Plin.lib.9.cap.15.6,Thynni dextra ripa intrant,læua exeunt.

Agger ripæ gramineus.Virg.7.Æneid.11.

Anfractu riparum incuruus fluuius.Stat.4.Thebaid.11.

Margo riparum.Ouid.1.Fast.45.

Vestitus viridissimi riparum.Cic.2.de Nat.deor.142.

¶Abruptissimæ ripæ.Plini˙ Iunior,Nam solùm templi hinc flumine,& abruptissimis ripis,hinc via cingitur.

Algẽtes ripæ. Stat.1. Syl.3.9.	Frondẽtes. Claud.4.Pan.39.
Arentes.Virg.4.Georg.111.	Gelidæ.Horat.2.Ser.saty.5.59.
Arundineæ.Stat.6.Theb.55.	Limosæ.Ouid.3.Amor.ele.5.1.
Decliues. Ouid.5. Meta. 118.	Mœniæ. Ouid.2.Metam.51.
Fluuiales.Ouid.epist.5.5.	Opacæ.Silius lib.4.27.

Pendens ripa. Ouidius 2.de Arte,115,Vt pendens liquida ripa subitur aqua.

Peregrina.Ouid.2.Meta.68.	Tacens.Stat.4.Sylu.3.18.

Trementes ripæ verbere.Horat.3.Carm.ode 27.5.

Virides ripæ.Ouid.2.Metam.75.

Viridissima gramine ripa.Virg.3.Georg.29.

Vmbrosa ripa.Horat.3.Carm.ode 1.5.

¶Eodem equo aduersam ascendit ripam.Cic.2.de Diuin.103.

Assuetæ ripis volucres.Virg.7.Æneid.7.

Tacituma ripa caret ventis vagis.Horat.3.Carm.ode 19.5.

Obliquis ripis cingere flumina.Ouid.2.Metam.8.

Fluuiũ extra ripas diffluẽtẽ coercere. Cic. de Claris Orat.175.

Capacibus ripis effusus amnis.Ouid.3.Amor.eleg.5.4.

Habitare ripis.Virg.3.Georg.86.

In viridi,& opaca ripa inambulare.Cic.1.de Legib.12.

Intrare ripas fluminis.Virg.7.Æneid.41.

Altis ripis labuntur aquæ.Horat.Epod.2.5.

Flumina radentia ripas rodunt.Lucret.lib.5.51.

Tybris ripas stringens flumine pleno.Virg.8.Æneid.13.

Ripula,pen.corr.Diminutiuum. Cic.ad Atticum,lib.15.319.2,Itaq; me referunt pedes in Tusculanũ,& tamen hæc *παιπαφία* ripulæ videtur habitura celerem satietatem.

Riparius,Adiectiuum,Quod in ripis habitat.vt Riparix hirundines. Plin.lib.30.cap.4.7, Multò tamen efficacissimè ripariarum pulli.Ita vocant in riparum cauis nidificantes.De hirundinibus.

Riparenses, de quibus mentio fit. C. de Re militari. L. de castris Riparensibus, erant milites, qui in imperii limitibus excubabant pro Republica aduersus Barbaros: puta in ripis Danubii, ad tuendas Pannonias aduersus Sarmatas: & in ripis Euphratis, aduersus Parthos.Herodian˙lib.6,Oppugnabat Artaxerxes Persarum rex Romanorũ castra impositа fluminum ripis. Et paulò inferius,Nuntiatum est,Germanos Rhenum Danubiúmque transgressos,in fines Romanos hostiliter intrasse,oppugnaréq; exercitum ripis insidentem. Alciatus.

RIPA alta, Britanniæ locus Ptolemæo authore lib.2.cap.3.Vulgò Rotenburg.

RIPHAEI,montes Scythiæ,sic dicti à perpetuo ventorum flatu, vt Grammaticis placet. Inde Eurus & Riphæus dict˙ Virgilio 3. Georg.77,Gens effræna virûm Riphæo tunditur Euro.

Arces Riphææ.Virg.1.Georg.48.

Nix Riphæa.Stat.11.Thebaid.23.

Pruinæ Riphææ.Virg.4.Georg.114.

Riphæos populos Riphath fili˙ Gomer instituit,quos à se Riphæos nominauit,vt scribit Iosephus lib.1.

RIPHEVS,dissyllabum,vnus ex Cẽtauris Ixionis & Nubis filius. Fuit & vir Troianus,de quo meminit Virgilius 2.Æneid.86,

-cadit & Riphæus,iustissimus vnus
Qui fuit in Teucris,& seruantissimus æqui.

Riscus,risci,m.g. authore Donato,est cista pelle contecta. Nomen Phrygium. Seruius verò ait fenestram esse paruam in pariete.Terent.Eunucho,4.6.16,

Abi tu,cistellam Pythia domo effer cum monumentis.
e.Vidén' tu illum Thaisæ.vbi sita est?.in risco.

RISINVM,Liburniæ vrbs Ptolemæo lib.2.ca.17.Hodie *Rhisinio*.

Risus,huius risus,risui,Vide **Rideo**.

Ritus,huius ritus,m.g. Mos,& approbata consuetudo,& quam omnes ratam habẽt. Festus,Ritus, mos est comprobatus in administrandis sacrificiis,sine ritus est mos vel cõsuetudo. Plautus Menæch.9.38, Certè hæc mulier cantherino ritu astans somniat. Cicero de Amicitia, 30, Ab his qui pecudum ritu ad voluptatem omnia referunt,&c. Idem 1.de Legib. 36, Ex patriis ritibus optima colunto.

Quadrupedum ritus.Lucret.lib.4.155.

Tempestatis ritu mobilia.Horat.2.Serm.saty.5.54.

Barbarici ritus.Lucan.lib.1.89.

Profani ritus. Tacitus lib. 2, Nisi certam ante diem profanos ritus exuissent.

¶Ascisсere ritus,Vide **Asciſco**.

Edisсere ritus nouos.Ouid.2.Fast. 109, Hinc populi ritus edidicêre nouos.

Exigere ritus humanos ad cælestia.Ouid.9.Metam.101.

Exuere ritus.Tacit.lib.2.

Indere ritus. Tacit.lib.21, Nouos ritus, contrariósque cæteris mortalibus indidit. De Mose.

Magico ritu lustrari.Ouid.10.Metam.80.

Viuere latronum ritu.Cic.2.Philipp.74.

Rites,ritis,m.g. Idem. Stat.lib.11.Thebaid.57, Hei mihi primitiis ararum,& rite nefasto Libatus.

Rituâlis,& hoc rituâle,pen.prod.Adiectiuum.

Rituáles, Hetruscorum libri, in quibus scriptum est,quo ritu vrbes condantur:aræ,ædésque sacrantur: curiæ,tribus & centuriæ distribuuntur: vt ait Festus. Cic.1.de Diuinat. 115, Quod Hetruscorum declarant & aruspicini & fulgurales & rituales libri, no stri etiam augurales.

Ritè, Aduerbium,à Rito verbo,secundum Priscianum,significat Rectè,quia nihil traditur ritibus, quod non rectum esse credatur.Vel,Vt ait Varro,quia quod fit ritè,id ratum & rectum est. Festus,Ritè,bene significat,ac rectè. Plautus Bacchid.8.54,

-hic ritè productus est patri
In mare it,rem familiarẽ curat, custodit domum. Idẽ Pseud. 1.8, -qui ritè successit bonis,
Huic vos nunc pariter bonam boni operam date gregi. Idem Cistell.1.10,
Itaque hanc lege & ritè ciuem cognitam,
Alcesimarchus,vt erat nactus,possidet. Et Trucul.4.93,
-metuebátque te,ne sibi persuaderes,vt abortioni
Operam daret,puerúmque ritè abnecaret. Cic.2.de Finib.61,
Quam igitur pronũtiabit sentẽtiã ratio adhibita,primùm diuinarũ humanarúmq; scientia,quæ potest appellari ritè sapientia.

Ritè coli.Ouid.13.Metam.138.

Deos ritè colere.Cic.1.de Diuinat.43.

Perpetrare ritè sacrificium.Liu.lib.4.Decad.5,In monte sacrificio ritè perpetrato.

Testamentum ipso præsente cõscribunt, testes ritè assuerunt. Author ad Herennium,lib.1.24.

Riualis, huius riuâlis,pen.prod.m.g. ablatiuo ab hoc riuale & riuali, Qui eandem amat cum aliquo: quemadmodum procus qui eandem petit.Plaut.Sticho,7.30,Eadem est amica amboˢ: riuales sumus. Ibidem,14.47. -hæc
Facetia est,amare inter se riuales duos,vno cantharo potare,
Vnum scortũ ducere,hoc memorabile est. Terent.Eun.2.2.37,
Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video
Riualis seruum. Ouid.1.de Remed.amor.79.
Hunc quo vel nimium quondam riuale dolebas,
Vellem desineres hostis habere loco.
Amare nullo riuale.Ouid.1.Amor.eleg.8.19,
Ne securus amet nullo riuale,caueto.
Non bene,si tollas præmia,durat amor.

¶Sine riuale diligere dicũtur,qui stultè mirantur quod nemo alius cõcupiscat. Veluti simia catulos suos & miratur & amplectitur:& indocti poetæ suas nugas soli diligunt.Sumpta allegoria ab amantibus quibus est amica deformis,& quam alius nemo velit. Extat adagium in Epistolis Ausonianis. Cic. ad Atticum, lib.6.114.11, Huius nebulonis operatione si Brutus moueri potest,licebit eum solus ames, me æmulum non habebis. Idem ad Q.fratrẽ,lib.3.14.6,O dii quàm ineptus, quàm se ipse amans,sine riuali˙ Horat.in Arte poetica,90,
Nullum vltrà verbum,aut operam sumebat inanem,
Quin sine riuali,téque & tua solus amares. Translatio sumpta vel à bestiis,quæ sitientes,quum ex eodem riuulo haustum petunt, prælium contra se inuicem concitãt. Vel à re rustica. Nam riuales dicuntur ii, quorum agros riuus aliquis determinat,qui incertitudine & mutatione crebra cursus, lites sæpe inter eos suscitat.Et Vlpian˙ De aqua quotidiana & æstiua.L.prima,Riuales, qui per eundem riuum aquam ducunt, inter quos sæpe contentio est de aquæ vsu.

Riualis aries. Colu.lib.7.cap.3.4,Riualem (quanuis solus ad-

missuræ non sufficit)volentissimè persequitur.De ariete.

Riualitas,penult.corr.huius riualitâtis,s.g. Dicta est æmulatio illa inter amatores.Cic.4.Tusc.89,Obtrectare verò alteri,aut illa vitiosa æmulatione,quæ riualitati similis est.

Riulnus,riuini,penult.prod. Idem quod Riualis. Plautus Asin.1.6,

-cedit noctem filius
Riuinus,amens ob raptam mulierem.

RIVSIANA,Ptolemæo lib.2.ca.11,Germaniæ vrbs,vulgò Gręfé.

Riuus,riui, m.g. Locus depressus per longitudinem aquæ currentis. Festus,Riuus vulgò appellatur tenuis fluor aquæ,nó specu,consilióve factus,verum naturali suo impetu.Sed & ii riui dicuntur qui manufacti sunt, siue super terra in fossa, siue super specu:cuius vocabuli origo ex Græco pendet. Plin.lib.17.cap.14.14,Iuxta riuos vel piscinas. Cic.in Topic.17,Tanquam riuorum à fonte deductio.

Aquæ riuus.Virg.8.eclog.17,Propter aquæ riuum viridi procumbit in vlua.

Aquæ puræ riuus.Horat.3.Carm.ode 16.6.
Ruris riui.Hora.1.epist.10.1.
Fluens riuus.Virg.8.eclo.11.
Arens riuus,Siccus ferè.Virgilius 3.Æneid.70.
Garrulus.Ouid.2.Fast.64.
Lapidosus.Ouid.3.Fast.57.
Mobiles riui.Horat.1.Carm.ode 7.3.
Obliquus riuus.Horat.2.Carm.ode 3.3.

-& obliquo laborat
Lympha fugax trepidare riuo.

Proni riui.Horat.lib.1.Carm.ode 19.5.
Rauci riui.Claud.5.Paneg.44.
Saliens riuus dulcis aquæ.Virg.5.eclog.10.
¶Agit aquas riuus.Ouid.1.Fast.81.
Claudere riuos.Virg.3.eclog.13.
Deducere riuos,Vide Deduco.
Tenuis fugiens per gramina riuus.Virg.4.Georg.4.
Potis riuis intyba gaudent.Virg.4.Georg.14.
Gelidos riuos inficere sanguine.Horat.3.Carm.ode 13.2.
Riuus cum murmure labens.Ouid.2.Metam.45.
Celeres riuos morari.Horat.3.Carm.ode 11.3.
Aqua trepidat cum murmure per pronum riuum. Horatius 1.epist.10.5.
¶Riuus sanguinis.Plin.lib.11.cap.37.84,Neruis innatant venæ,id est sanguinis riui.
Sanguinis riuos vomens.Virg.11.Æneid.134.
Huberes riui lactis.Horat.2.Carm.ode 19.2.
Lachrymarum riuus.Ouid.9.Metam.31.
Argenti riuus & auri.Lucret.lib.5.203.
Fortunæ riuus.Horat.1.epist.12.2, -vt te

Confestimi liquidus fortunæ riuus inauret.

¶Flumina facere è riuo, Prouerbii figurâ habet,vt illud,Ex musca elephantum,Id est è re minima rem maximam.Ouid.1.de Ponto,eleg.5.5,

Ingenióque meo,vena quod paupere manat,
Plaudis,& è riuo flumina magna facis.

Riuulus,pen.corr. Diminutiuum. Cic.1.Acad. 12, Sed meos amicos in quibus est studium, in Græciam mitto, id est ad Græcos ire iubeo,vt ea à fontibus potius hauriant,quàm riuulos consectentur. Idem pro Cælio,14, Nam si ipse orietur & nascetur ex sese,fortasse vt soleo.commonebor:sine autem vt riuulus accersitus & ductus ab ipso capite accusationis vestræ,lætabor.

Riuales, Qui in riuis habitant. Columella libro 8.cap.15.5, Datur cammarus,& riualis alecula,vel siqua sunt incremẽti parui fluuiorum animalia.

Rixa,rixæ,Nomen fictitium,à ringẽdo, quod est proprium canum quando irritantur.Festus,Rictus,rixæ,rixose,ringitur,dici videntur,quia in diuersum rumpantur,contrariáque sint recto. Cicero in Verrem. Ecce autem noua turba atque rixa.Hoc est, contentio & pugna. Idem ad Atticum,lib.2.12.4, Accedat verò,accedat etiam ista rixa augoratus.

Calidæ rixæ.Horat.3.Carm.ode 17.14.
Dulcis rixa.Propert.lib.3.eleg.8.1.
Nocturna rixa.Ouid.3.de Arte,15.
Vecors rixa.Catull.ad Rauidum,38.1.
¶Committere rixam,Vide Committo.
Committere se rixæ.Ouid.ad Pisonem,40.
Concius ad rixam,Vide Concio.
Excitare rixam.Catull.ad Rauidum,38.1.
Inserere rixas.Tibull.lib.1.eleg.1.15,

Nunc leuis est tractanda venus,dum frangere postes
Non pudet,& rixas inseruisse iuuat.

Rixa est cum.Cic.ad Pætum,lib.9.11.1,Etsi Academiæ nostræ cum eo magna rixa est.

Rixa sedata. Liu.1.ab Vrbe,111, Consulum intercursu rixa sedata est.

Rixósus,pen.prod.Adiectiuum,Contentiosus.

Rixosæ aues, Pugnaces, & ad ineunda inter sese certamina procliues.Cuiusmodi erant Græcorum alites,inquit Columella: eorum enim studium erat, ferocissimum quenque alitem certaminibus & pugnæ præparare.Colum.lib.8.cap.2.4.Nos enim censemus instituere vectigal industrii patrisfamiliâs,non rixosarum auium laniſtæ,cuius plerunque totum patrimonium pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abstulit.

Rixor,rixâris,rixâri, Iurgiis agere,contendere. Horat.in epistola ad Lollium,lib.1.19.3,

Alter rixatur de lana sæpe caprina,
Propugnat nugis armatus. Prouerbiũ est in eos qui de re nihili disceptant: quod à quopiam euentu natum apparet,cõtentiosè decertantibus duobus, vtrum lanam haberet caper,an setas. Aut alioqui de villis caprinis dimicantibus, re videlicet inutili, minimique momenti, cuiusmodi iocus fertur & de asini lana.Loquitur autem Horatius de morosis in amicitia,qui quãtunlibet friuola de causa litem cum amico suscipiunt.

Rixantur inter se.Plin.lib.16.cap.1.1,Et ipsos inter se rixantes curuari portarum patentium rudo.

Rixari cum aliquo de. Cic.1.de Orat.133,Quum esset cum eo Tarracinæ de amicula rixatus.

Rixantur herbæ aridæ. Varro 1.de Re rust.cap.47,Aridæ factæ herbæ rixantur,ac celerius rumpuntur,quàm sequuntur.

RIZONICVS,Sinus Liburniæ Ptolemæo,hodie Catharum.

R O

ROBIGO,penult.prod.Dea quam Romani putabant robiginem siue rubiginem auertere. Ouidius 4.Fast. 183, Flamen in antiquum lucum Robiginis ibat. Erat & Robigus deus cui Robigalia sacra VII Cal.Maii fiebant,quoniam tunc ferè segetes robigo occupat,vt ait Plinius. Vide Varronẽ 1.de Re rust.ca.1.4.

Robigo,robiginis, Morbus segetum qui culmis frumẽtorum innascitur ex nimio humore,vt ait Varro.Hoc vitio,spicæ marcidæ fiunt,& in puluerem fœtidum confriatiles. Virg.1.Georg.30, Mox & frumentis labor additus,vt mala culmos
Esset rubigo. Seruius verò dicit.rubiginem gen° esse vitii quo culmi pereunt.sed abusiuè robigo dicitur: nam propriè rubigo dici debet.Vide Rubigo.

Robur,vel robur,róboris,pen.corr.n.g.Species quercus durissimæ.Plinius lib.16.cap.2.1, Roborum vastitas intacta æuis & cõgenita mundo. Idem lib.12.cap.13.1,Quidam discrenere arborum generibus,fico,ferula,& gummi ferentibus.Nos item fago aut robore,aut cupresso. Cato cap.17,Robur,& materies item pro ridica,vbi solstitium fuerit, ad brumam semper tempestiua est. Cic.1.de Diuin.116,Itaque perfracto saxo sortes erupisse in robore insculptis priscarum literarum notis. Et paulò post, Quis robur illud cecidit,dolauit,inscripsit?

¶Acutum robur,Vide Acuo.
Ambesa flammis robora.Virg.5.Æneid.151.
Cauum robur.Virg.1.Æneid.51.Sic vocat equum durateum.
Robora congesta.Virg.3.Georg.76.
Fissile robur cuneis scinditur.Virg.6.Æneid.37.
Graue robur aratri.Virg.1.Georg.33.
Indurata flammis robora.Stat.4.Thebaid.13.
Infabricata robora.Virg.4.Æneid.80.
Innata rupibus robora.Ouid.epist.7.8.
Magnum robur.Senec.Herc.furen.9.17,Victrice magnũ dextera robur gerens. Clauam intelligit trinodem.
Nodoso robore fregit illi tempora.Ouid.11.Metam.70.
Solidum robur. Virgil.2. Georg.13, -solido Paphiæ de robore myrtus.
Mouere conuulsa robora terrã.Ouid.7.Metam.41.
Succidere robur.Ouid.8.Metam.151.
¶Robur quoque in carcere is dicitur locus quò præcipitatur malefactorũ genus, quòd antea arcis robustis includebantur. Hæc Festus.De hoc robore meminit Plautus Curcul.15.14,

-at ego vos ambo in robusto carcere
Vt pereatis.Erat enim genus supplicii quod idẽ Plautus Pœnul. 17.33,codicẽ robustum vocat. Liu.8.bel. Maced. In fine, vt in carcere inter fures nocturnos vir clarissimus Scipio includatur, & in robore & tenebris expiret.Quidam legunt rubore.

¶Robur,per translationem, pro animi fortitudine, qua quis durat aduersus pericula.Cic.pro Fonteio,14,Equites Rom.quos nos vidimus,&c. habuerunt tantum animi, tantum roboris, vt &c. Idem 1.de Orat.187, Sunt enim aliæ virtutes quæ videntur in moribus hominum & quadam comitate ac beneficio posita.Aliæ quæ in ingenii aliqua facultate:aut animi magnitudine & robore. Idem Torquato,lib.6.1.9,Quantum in cuiusque animo roboris est atque neruorum.

Animis ineſt robur.Lucanus lib.5.4.

Incredibili quodam robore animi homo.Cic.pro Milone,77.

¶ Robur,Corporis firmitas quæ aduerſus omnes difficultates firmiter obnititur.Cic.pro Roſc.Amerino,88,Fori iudiciiq; rationem Meſſala,vt videtis Iudices,ſuſcepit: qui ſi iam ſatis ætatis ac roboris haberet,ipſe pro Sext. Roſcio diceret. Idem 10. Philip.180,Alter virtutis robore firmior,quàm ætatis,cum iſtis ipſis veteranis ad D. Brutum liberandum profectus eſt.

¶ Robur,Omnium rerum firmitas,duritiáque. Columel. lib. 1,Quod protinus exile natum ſit,nunquam robur accipere manifeſtum eſt.Vnde Seruius dicit,Omne quod ſorte eſt,robur vocamus. Virgil.7.Æneid.121, -æternáque ferri Robora.

Firmamentum & robur.Cic.pro Lege Manilia,5, Sed tamen alterius partis periculum Sertorianæ atq; Hiſpanienſis,quæ multo plus firmamenti ac roboris habebat,Cn.Pompeii diuino conſilio ac ſingulari virtute depulſum eſt.

Robur & ſoboles militum interiit.Pollio Ciceroni,lib.11.33.3.

Robur ætatis.Cic.pro Cælio,58, Cum autem paulum iam roboris acceſſiſſet ætati,in Africam profectus eſt.

Firmius ætatis robur.Quintil.lib.1.cap.8.5.

Quàm maturrimum ætatis robur.Tacit.lib.12.

Adultum robur,Vide Adultus in Adolco.

Arboris robur.Ouid.3.Metam.19,

Pondere ſerpentis curuata eſt arbor,& imæ
Parte flagellari gemuit ſua robora caudæ.

Expers roboris herba.Ouid.15.Metam.41.

Antiquo robore quercus.Virgil.3.Georg.67.

Non expugnabile robur.Stat.6.Thebaid.11.

Illibatum robur hominis,Vide Illibatus.

Rude robur.Valer.5.Argonaut.138,

-dum rerum patiens calor,& rude membris Robur ineſt.

Virili robore aucta proles.Stat.4.Sylu.8.5.

¶ Acceſſit robur ætati,Vide Accedo.

Aſſumere robora.Ouid.15.Metam.85.

Capere robur,Vide Capio.

Collectum robur,viréſque receptæ.Virgil.3.Georg.47.

Mentiri inani ſagina verum robur.Quintil.libro 2.cap.15.17, Adulationem autem medicinæ vocet coquorum artificium: & exercitatricis mangonum,qui colorem fuco,& verum robur inani ſagina mentiantur.

Inuictum ponebat pectore robur.Silius lib.11.31.

Vires ſolidæ ſuo ſtant robore.Virgil.2.Æneid.118.

Sumere robur corporibus.Liu.1.ab Vrbe,17,Hinc robore corporibus,animiſque ſumpto,iam non feras tantum ſubſiſtere,ſed in latrones prædæ onuſtos impetum facere.

Tenere firmitatem & robur in virtute.Cicero 5.de Finibus,12, Dummodo plus in virtute teneamus quàm ille tenuit firmitatis & roboris.

Robur accuſationis.Cic.pro Murena,53,Venio nunc ad Catonem,quod eſt firmamentum ac robur totius accuſationis.

Proſequi honore verborum robur. Quintilian.lib.3.cap.7.8, Nam & pulchritudinem interim,robúrque proſequimur honore verborum.

Roboreus,Adiectiuum,Quod eſt ex materia roboris.Colu.lib.11. cap.2.9,Materies ſi roborea eſt,ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum x x.hæc erit veheſ vna. Idem lib. 6.cap.19.1,Eſt autem talis machinæ forma,roboreis axibus cõpingitur ſolum.

Pons roboreus.Ouid.5.Faſt.114.

Roburneus,Aliud adiectiuum, Quod ex robore naſcitur. vt Fruges roburneæ,pro Glande.Colum.lib.9.cap.1.5,Nam vt graminibus,ita frugibus roburneis opus habent.

Robuſteus,Denominatiuum à Robur.vt Robuſtea materies,Quæ ex robore facta erat, vt eſſet durior. Varro 1.de Re ruſtica, cap. 38.1,In eoſi in medio robuſtea aliqua materies ſit depacta,negant ſerpentem naſci.

Robuſtus,Similiter adiectiuũ,Quod eſt multi roboris.Colum.lib. 2,Neque dubium,eſt ex robuſto ſemine poſſe fieri non robuſtũ. Robuſtus codex apud Plautum in Pœnulo,17.33. Et Robuſtus carcer,apud eundem in Curcul.15.4.Hoc eſt ex robore arbore. Vide paulo antè Robur quoque in carcere.

Satelles robuſtus,& valés,& audax.Cic.1.pro Lege agraria,83.

Puer robuſtus ærí militiæ.Horat.5.Carm.ode 2.1.

Robuſtus ad.Plin.lib.11.cap.37.5,Aliis ad incurſum robuſta, aliis ad ictum.

Robuſtus in clamando. Cic.1.Verr.26, In clamando quidem video eum eſſe bene robuſtum atque exercitatum.

Ætate robuſtus.Cic.5.Philipp.195, Magni honores habiti Cn. Pompeio,quum eſſet adoleſcens,& quidem iure:ſubuénit enim Reipub.ſed ætate multo robuſtior.

Robuſtus exercitatione.Cic.2.in Catil.40,Tertium genus eſt, ætate iam confectum,exercitatione robuſtum.

Robuſta res vetuſtate.Cic.1.de Diuinat.65, Quæ eſt igitur iſta callidítas, res vetuſtate robuſtas calumniando velle peruertere?

Ætas robuſtior.Claud.7.Paneg.75.

Animus robuſtus.Cicero 1. Offic.97.

Collum robuſtum.Catullus Argonaut.59.67.

Improbitas robuſtior. Cic.1.Philipp.74, Sed hæc quæ robuſtioris improbitatis ſunt,omittamus.

Robuſtius malum.Cic.5.Philipp.186, Omne malum naſcens facilè opprimitur: inueteratum ſit plerunque robuſtius.

Plauſtra robuſta.Horat.1.epiſt.1.15.

Viribus robuſtis adoleuit ætas.Lucret.lib.3.91.

Róboro,róboras,pen.corr.roborare, Robur addere,firmare. Plin. libro 10.cap.33.1, Hirundines nidos luto conſtruunt, ſtramento roborant.

Roboratur vox. Plin. lib.11.cap.51.5, Vox roboratur à xiii annis: eadem in ſenecta exilior.

Roborare grauitatem conſtantia.Cic.1.Offic. 158, Catoni autem quum incredibilem tribuiſſet natura grauitatem, eámque ipſe perpetua conſtantia roborauiſſet, ſempérque in propoſito, ſuſceptóque conſilio permanſiſſet,moriendum potius quàm tyranni vultus aſpiciendus erat.

Roborat ſe eloquentia.Cic.in Oratore,14, Sed quòd educata eiuſmodi nutrimẽtis eloquentia eſt,ipſa ſe poſtea colorat & roborat,non alienum fuit de oratoris quaſi incunabulis dicere.

Robus,robi,m.g.Apud veteres dicebatur rubeus,& bouem robum idcirco ruſtici vocabãt.Vnde & materia quæ plurimas huius coloris venas habet,dicta eſt robus: & homines valentes, ac boni coloris,robuſti.Ex Feſto.

¶ Robus,Genus frumenti. Colu.lib.2.cap.6.1,de generibus ſeminũ.Tritici genera complura cognouimus.Verum ex his maximè ſerendum eſt,quod robus dicitur,quoniam & pondere,& nitore præſtet.

Robuſteus,Robuſtus,Vide Robor.

Rodo,rodis,roſi,roſum,ródere.Propriè murium eſt, qui dentibus ferè ſemper aliquid demoliuntur.Cic.2.de Diuin.87, Quaſi verò quicquam interſit mures diem & noctem aliquid rodentes, ſcuta an cribra corroſerint.

Pollicem rodens.Horat.Epod.5.10.

Vngues rodere.Horat.1.Serm.ſaty.10.15, -& in verſu faciẽdo Sæpe caput ſcaberet,vinos & roderet vngues.

Flumina rodunt ripas.Lucret.lib.5.51.

Ferrum roditur ſcabra rubigine.Ouid.1.de Ponto,eleg.1.15.

Dentem dente rodere dicitur,qui carpit eum qui neque lædi queat,neque ſentiat:aut qui mordet pari mordacitate præditũ quempiam.Martialis lib.13.2,in obtrectatorem quendam.;

-quid dentem dente iuuabit

Rodere: carne opus eſt,ſi ſatur eſſe velis.

Rodere aliquem,per tranſlationẽ,pro Obtrectare alicui.Cic. pro Corn.Balbo,47, More hominum inuident,in conuiuiis rodunt,in circulis iccirco vellicant.

Amicum abſentem rodere.Horat.1.Serm.ſaty.4.17.

Roſio,roſiõnis,Verbale.Plin.lib.20.cap.14.8, Stomachi autem ex aqua item roſiones ſiſtit,& vomitiones, cum aceto & polenta. Ibidem,cap.21.6,Succus decoctæ nervis prodeſt,& veſicæ,& inteſtinorum roſionibus.

Rogo,rogas,rogare,Notæ ſignificationis.Gellius libro 13.ca.20, Crepidarium,inquit,cultellũ rogauit à crepidario ſutore. Plautus Rud.10.2,

Intellego:hanc,quæ proxima eſt,villam pulſare iuſſiſti,
Atque aquam rogare. Accuſatiuo igitur rei quam rogamus.

Rogare auxilium,Petere precibus.Cæſar 1.bel.Gall.40,Legatos ad Cæſarem mittunt rogatum auxilium.

Finem rogant erroris.Ouid.14.Metam.97.

Opem rogauit ſummiſſa voce.Ouid.4.de Ponto,eleg.3.9.

Meo iure te hoc beneficiũ rogo. Antonius Ciceroni in Epiſt. ad Atticum,lib.14.310.4.

Rogare aquam de.Plaut.Rud.10.71,Id faciam:atque aquam hinc de proximo rogabo.

Rogare aliquẽ de.Cic.ad Q.fratrem,lib.3.17.8,Et ſimul Taurũ,quẽ tibi audio promiſiſſe,qui nunc Romæ erat,de aqua per fundũ eius ducẽda rogabo. Idem Attico,lib.11.11.3, Nã quòd te vereri ſcribis ne illi obſint,eique rei mederi,ne rogari quidẽ ſe paſſus eſt de illo,quod quidem mihi moleſtum non eſt.

Rogare ad & in.Plin.epiſt.9.2,Ille me ad ſignandũ teſtamentum,ille in aduocationem,ille in conſilium rogauit.

Rogare ab.Plaut.Trinum.Dum occaſio ei reperiatur interim ab amico alicunde argentũ rogẽ. Cic.ad Atticum,lib.9.180.9, Quod maius imperium à minore rogari non ſit ius.

Rogare & orare ne. Cic. 1. Verr. 2, Rogare & orare ne illos ſupplices aſpernarer, quos me incolumi nemini ſupplices eſſe oporteret. Idem ad Seruilium, lib. 13. 67. 3, Te oro atq; rogo, vt eum & in reliquiis veteris negotiationis colligendis iuues.

Ac te illud primùm rogabo, nequid, &c. Cic. Mémio, lib. 13. 1. 3.

Rogare vt. Terent. Heaut. 1. 3. 64.

Vbi dicimus reditſe te, & rogare vti
Veniret ad te, mulier telam deſerit
Continuó. Cic. 5. Verr. 57, Hic illæ flentes rogare atque orare cœperunt, vt ſibi ſuas ſegetes fructúſq; omnes, arationéſq; vacuas Apronio tradere liceret, vt ipſi ſine ignominia moleſtiáque diſcederent.

Rogare magno ſtudio. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 19, Hoc te ita rogo vt maiore ſtudio rogare non poſſim.

Supplice voce rogare. Ouid. 6. Metam. 7.

Concinnè rogare, Vide Concinnè in Concinnus.

Impudenter rogare, & impudētiſſimè poſtulare, Vide Impudens.

Leuiter rogare. Seneca de Beneſic. lib. 1. cap. 1, Quis noſtrùm contentus fuit, aut leuiter rogari aut ſemel?

Miſerabiliter rogare. Senec. de Beneſi. lib. 2. cap. 14, Quæ nocitura ſunt, impenſe ac ſubmiſſè, nonnunquam etiam miſerabiliter rogantibus, perſeuerabimus non dare.

Nominatim rogare, Vide Nominatim in Nomen.

Suppliciter rogare deos. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 9.

Precariò aliquem rogare. Cic. 7. Verr. 48, Quo tẽpore in tanta inopia nauium tanta que calamitate prouinciæ, etiam ſi precariò eſſent rogandi, tamen ab iis impetrarentur.

Occidere aliquem rogando. Horat. Epod. 14. 1. Id eſt moleſtũ eſſe alicui, & inſtare ſemper rogando.

Moleſtũ verbũ eſt, Rogo. Sene. de Benef. lib. 2. cap. 1, Moleſtum verbũ eſt, oneroſum, & demiſſo vultu dicendum, Rogo.

Omitte rogare, Vide Omitto.

¶ Rogare, Vtendum accipere. Cic. 6. Verr. 11, Profectò hinc natum eſt, Malo emere, quàm rogare. Idem in eundem, 4. 59. circa finem, Quæ poſteaquam iſte omnia abſtulit, alia rogando, alia poſcendo, alia ſumendo: ferebat Sthenius vt poterat: tangebatur tamen animi dolore, &c.

Rogare vtendum. Cato cap. 5. 1, Duas aut tres familias habeat vnde vtenda roget, & quibus det.

Rogare inſpicienda vaſa, Id eſt commodato petere, vt tantum inſpicere liceat. Cic. 6. Ver. 55, Mittit rogatũ vaſa ea quæ pulcherrima apud illũ viderat, ait ſe ſuis cęlatoribꝰ velle oſtẽdere. Bud.

Mutuum aliquem rogare, Vide Mutuum.

¶ Rogare, Interrogare. Plaut. Bacch. 4. 11, Rogabis me vbi ſit. viuit. Idem Amphit. 8. 74, Alcumena vnũ rogare te volo. A 2. quiduis roga. Sic Bacchid. 4. 38, Sed Bacchis etiam fortis tibi viſa eſt? R. rogas? Quaſi dicat, certũ eſt. Terent. Adelph. 4. 1. 11,

Nunc vbi me illic non videbit, iam huc recurret ſat ſcio:
Rogabit me vbi fuerim. Idẽ An. 1. 1. 97, adeedo ad pediſequas: Quæ ſit, rogo: ſororem eſſe aiunt Chryſidis.

Rogaui, peruenifſéntne Agrigentum: dixit peruenifſe, quemadmodum reuertiſſent. Cic. 6. Verr. 23.

Rogare de. Plaut. Perſa, 16. 90, Iam de iſtoc rogare omittemõ vides nolle eam loqui? Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 1, Eſtne aut tui pudoris, aut noſtri, primum rogare de die, deinde, &c.

De aliquo aliquid rogare. Cic. in Vatinium, 8, Tum reſpondeto ad ea, quæ de te ipſo rogaro.

Roget quis, Modus eſt loquendi, & veluti quædam dilutio eorum quæ obiici poſſent: pro quo multi ineptè dicunt, *ſi aliquis me interrogaret, putaret, diceret.* Terent. Eunuch. 3. 5. 5, Roget quis, quid tibi cum illa?

¶ Rogare legem. Gellius lib. 1, Lex deinde Licinia rogata eſt. Cic. 2. Philip. Ego ad eã belli ciuilis cauſam attuli: ego leges pernicioſas rogaui. Hinc legis rogatio dicitur, quoniã rogare populum magiſtratus ſolebant, an id placeret quod ſtatuerãt. Rogare populum, eſt agere cum populo. In qua re hæc erant verba ſolennia, Velitiſne iubeatiſne Quirites, vt hoc vel illud fiat? Idem 1. de Legib. 39, Et ſiquæ ſortè à me hodie rogabuntur, quæ non ſint in noſtra Repub. nec fuerint, tamen erãt ferè in more maiorum, qui tum vt lex valebat. De legibus.

In perpetuum rogari. Quintil. lib. 1. cap. 4. 19, Nec me fallit eas quoque leges eſſe, quæ non in perpetuum rogentur.

¶ Rogare ſacramento militem. Liu. 5. bel. Maced. 8, Ex Sicilia Hiſpaniam petentem tempeſtate in Africam delatum ſcribit, vagos milites de exercitu P. Africani ſacramento rogaſſe. Ibidẽ, lib. 2. 114, Cum quinque legatis profectus, obuios in agris ſacramento rogatos, arma capere & ſequi cogebat.

¶ Rogare aliquem ſententiam. Cic. Attico, lib. 1. 11. 15, Nam vt Idibus Maiis in Senatum conuenimus, rogatus ego ſententiam, multa dixi de ſumma Reip. Ibidem, 8. 3, Primùm igitur ſcito, primum me non eſſe rogatum ſententiã, præpoſitúmq; eſſe nobis pacificatorẽ Allobrogum. Idem ad Q. fratrẽ, lib. 2. 5. 2, Cauſa ſerò perorata, ſententias ſe rogaturum negauit, nequod onus ſimultatis nobis imponeret. Quintil. lib. 6. ca. 3. 67, Poſt acceptã hæreditatẽ primus ſententiam rogabatur, cuius hæreditas eſt.

Rogans, Participium. vt Veniam dare roganti. Ouid. 6. Metam. 7.

Facilis rogantibus. Ouid. 2. Amor. eleg. 3. 1, Mollis in obſequiũ, faciliſque rogantibus eſſes, Si, &c.

Partes rogantis agere. Ouid. 6. Faſt. 14.

Reſequi rogantem, Vide Reſequor.

Verba rogantia. Ouidius epiſt. 19. 7, En iterum ſcribo, mittóque rogantia verba.

Voce rogante flectitur iratus deus. Ouid. 1. de Arte, 89.

Rogandus, Aliud participium. Ouid. 3. Triſt. eleg. 8. 4, Tunc quoq; ſollicita mente rogandus erit.

Comitia Conſulibus rogandis habere. Cic. 1. de Diuin. 61, Qui quũ tabernaculũ vitio cepiſſet imprudẽs, quòd inauſpicato pomœriũ trãſgreſſus eſſet, comitia Conſulibus rogandis habuit.

Rogãtus, pen. prod. Aliud item participium. vt Rogatus ſententiam in Conſulatu. Plin. lib. 7. cap. 48. 4.

Rogati creditores. Cic. 3. Verr. 51, Erat in cõſilio etiam æquiſſimus iudex, ipſe Verres: erant nõnulli rogati creditores Græcorũ, quibus ad exigẽdas pecunias improbiſſimi cuiuſq; legati plurimũ prodeſt gratia. Emendatiora exemplaria legunt Togati.

Gaudent eſſe rogatæ puellæ. Ouid. 1. de Arte, 70.

Vocibus rogatis flecti. Ouid. 11. Metam. 80.

Rogãtus, huius rogãtus, pen. prod. Ipſe rogãdi actus. Cic. 1. de Nat. deorũ, 23, Nam quũ feriis Latinis ad eũ ipſius rogatu accerſitúſque veniſſem, offendi eum ſedentẽ in exhedra. Idẽ 4. Ver. 68, Si abs te iſtã rem parens tuus alicuius amici rogatu, benignitate, aut ambitione inductus petiſſet, grauiſſima tamẽ apud te voluntas patris eſſe debuiſſet. Ibidem, 6. 111. Et 2. 21.

Ad aliquem ipſius rogatu venire. Cic. 1. de Nat. deorum, 23.

Rogatu meo impetrauit. Cic. Acilio, lib. 13. 37. 1.

Ad rogatum alicui non reſpondere. Cic. pro Flacco, 7.

Rogatio, rogatiõnis, Verbale, Interrogatio. Rogationis etiam nomine continetur lex, plebiſcitum, & priuilegiũ. Sueton. in Cæſare, Reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit. Id eſt, lege à Plotio lata. Feſtus, Rogatio ea dicitur quum populus conſulitur de vno, pluribúſve hominibꝰ, quod nõ ad omnes pertineat: & de vna, pluribúſve rebus, de quibus non omnibus ſanciatur. Nam quod in omnes homines réſve populus ſciuit, lex appellatur. Itaque Gallus Ælius ait, Inter legem & rogationem hoc intereſt, Rogatio eſt genus legis: quæ lex non continuò eſt, ea rogatio eſt, non poteſt non eſſe lex, ſi modò iuſtis comitiis rogata eſt. Cic. 4. de Finib. 115, Et eadem imbecillitate & conſtantia L. Tubulum fuiſſe, qua illum cuius condemnatus eſt rogatione P. Scæuolam.

Rogatio & huic finitima percontatio. Cic. 3. de Orat. 115.

Rogatio iudicis. Cic. 3. Offic. 58, Itaque præclarum à maioribus morẽ accepimus rogãdi iudicis, ſi eam teneremus, quæ ſalua fide facere poſſit. Hæc rogatio iudicis ad ea pertinet quæ paulò antè dixi, honeſta amico à iudice poſſe concedi.

Rogationes & plebiſcita. Quintil. lib. 1. ca. 14, Neque enim rogationibus, plebiſve ſcitis ſancta ſunt iſta præcepta.

Accipere rogationem, Id eſt legem accipere. Cic. ad Atticum, lib. 1. 9. 8, Vt Conſules populum cohortarẽtur ad rogationem accipiendam. Vide Accipio.

Ferre rogationẽ ad populum. Cæſar 2. bel. Ciuil. 3, Item Prætoribus, Tribuniſque plebis rogationes ad populum ferentibus.

Perferre rogationẽ per vim, Eſt legem perferre. Ci. ad Q. fratrem, lib. 2. 6. 4, Sed tamen ſuſpicor per vim rogationem Caninium perlaturum.

Promulgatur ab eodẽ rogatio de mea pernicie. Ci. pro Seſt. 19

Alicuius rogatione aliquem diligere. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 14.

Rogãtor, pen. prod. Aliud verbale. vt Rogator comitiorum, qui poſtulat comitia vt fiant. Cic. 1. de Diuin. 62, Qui recentibus comitiis in Senatũ introducti negauerunt iuſtũ comitiorũ rogatorẽ fuiſſe. Idem 1. de Nat. deor. 16, Aruſpices introducti reſponderunt, non fuiſſe iuſtum comitiorum rogatorem.

Rogatiúncula, penul. corr. Diminutiuum. Cic. pro Domo ſua, 41, Te meam domum conſecraſſe, te monimentũ feciſſe, in meis ædibus te ſignũ dedicaſſe, eáque te ex vna rogatiuncula feciſſe.

Rogator, Poſtulator & mẽdicꝰ, qui eleemoſynã poſtulat. Plaut. Vt rogator oſtiatim petam panem! Cic. ad Atticũ, lib. 16. 342. 3, Quanquam hæc epiſtola non ſuaſoris eſt, ſed rogatoris.

Rogatarꝰ, Tabellio qui rogat quod quiſq; ſtipulatur, hoc eſt promittit. Sipontinus.

Rógito, rogitas, pen. corr. rogitãre, Frequentatiuum, Sæpe rogare.

¶Rogitare,Precari.Plinius,Patrem adit, rogitat vt sui misereatur. Terent.Eunuc.2.1.35, -sed ego cesso
Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad cœnam vt veniat.
¶Rogitare,Scisciatari.Plaut.Casina,14.8,
Rogitare oportet prius,& percontarier
Adsitne ei animus nécne adsit,sibi quem aduocet. Idem Aulu. 5.39,Rogitant me vt valeam. Terent.And.1.1.57,
-rogitabam,heus puer,
Dic sodes,quis heri Chrysidem habuit? Idem Adelph.1.2.2,
-rogitas me,vbi nobis Æschinus
Siet,quid tristis ego sim. Plaut.Aulul.13.3,
Venio ad macellum,rogito pisces,indicant
Caros. Terent.Eunuc.1.2.3,Ah rogitare quasi difficile sit. Liuius 4.bel.Pun.96,Pars ex tectis,fenestrisq; prospectant,& quid rei sit rogitant.
Rogitare super aliquo,De aliquo interrogare.Virg.1.Æneid. 151,Multa super Priamo rogitans,super Hectore multa.
Rogitatio,rogitationis,Verbale,Lex,plebiscitū. Plaut. Curcul.10. 14,Rogationes plurimas propter vos populus sciuit.
ROGUS,rogi,m.g. Strues lignorum ad cremanda cadauera. Dictus,quòd in eo dij Manes rogentur.Plaut.Menæch.4.41,Age sanè igitur quando æquum orat,quàm mox incendo rogū. Cic. 3.de Finib.115,Nam si beatus vnquam fuisset,beatam vitam vsque ad illum à Cyro extructum rogum protulisset. Sic Plinius lib.7.cap.3.1. Et cap.56.3.
Auidi rogi.Ouid.1.de Remed.amor.8.
Flagrans rogus.Seneca Hercul.furente,1.21.
Laceri rogi.Seneca Octauia,6.7.
Tullia coniux,quæ per exū
Membra parentis egit sæuos
Impia currus: lacerosque seni
Violenta rogos nata negauit. Sed legēdū potius, laceróq; seni.
Ploratus rogus.Ouid.4.Fast.172,
Tum iuuenem nondum facti fleuere Quirites:
Vltima plorato subdita flamma rogo est.
Tepidi rogi.Ouidius epist.6.18.
Tristis rogus.Lucanus lib.8.150.
¶Accendere rogum.Lucanus lib.9.12.
Ascendere in rogum ardentem.Cic.1.de Diuin. 86,Siquidem ad mortem proficiscens Calanus Indus,quum ascenderet in rogum ardentem,O præclarū discessum,inquit,è vita,quū(vt Herculi cōtigit)mortali corpore cremato,in lucē animus excesserit!
Consumptus rogis. Ouid.epist.7.38.
Plebeio rogo dare corpus.Ouid.in Ibin,31.
Extruere rogum.Lucanus lib.6.155.
Imponere aliquem in rogum.Cic.1.Tuscul.133.
Impositi rogis iuuenes.Virgil.4.Georg.96.
Ad rogum vsque prosequi.Cic.pro Quintio,66,Ne per te ferat quominus quæ existimatio P.Quintium vsque ad senectutem perduxit,eadem vsque ad rogum prosequatur.
Rogālis,pen.prod.Adiectiuum. vt Ignis rogalis. Stat.1.Theba.13, -hæc igne rogali Fulgurat.
Flammæ rogales.Ouid.3.Amor.eleg.8.9.
ROMA, Orbis aliquando caput dicta, & amplissimi imperii iure in hunc vsque diem fœlix.Cuius situm atque habitum quo tēpore cœpta est condi obseruauerunt antiqui, è quorum numero fuit Lucius Tarutius Mathematicus,Chaldaicis literis eruditus,quemadmodum Cicero lib.2.de Diuinat. scriptum reliquit. Hæc paruum ab initio oppidum fuit à iuuentute Latina Valentia appellatum. Quod quum Euander ad ea loca veniens extendisset,seruata prius impositi nominis significatione Romam nuncupauit. Siquidem Græci ῥώμην robur appellant . Alii volunt Troia capta quosdam ex Achiuis in ea loca vbi nunc Roma est, deuenisse per Tyberim.Deinde suadente nobilissima captiuarum,cui Romæ nomen erat,incensis nauibus,posuisse sedes,& structo oppido Romen ab ea vocasse.Alii Romam à Romulo dictam volunt.Romulus verò à Romula arbore, id est ficu,sub qua Romulus & Remus pueri inuenti sunt cū lupa præbente infantibus rumen, id est mammam. Vel à ruminando, quòd æstate sub ea pecudes ruminabant.Sunt etiam qui Romulum & Remum à robore,ἀπὸ τῆς ῥώμης appellatos volunt.
Roma in montibus posita & conuallibus cœnaculis sublata atque suspensa.Cic.1.de Lege agraria,93.
Vrbs Roma.Horatius 3.Carm.ode 5.3.
Altæ Romæ mœnia.Virgil.1.Æneid.3.
Beata Roma.Horatius 3.Carm.ode 19.3.
Omitte mirari beatæ
Fumum,& opes,strepitúmque Romæ.
Bellatrix Roma.Ouidius 1.Tristium,64.
Dardania Roma.Ouid.15.Metam.87.
Domina Roma,Dominans.Horatius 4.Carm.ode 14.9. Sic Virgilius de Romanis ait Populum latè regem.
Ferox Roma.Horat.3.Carm.ode 3.9.
Martia Roma.Ouidius ad Liuiam,49.
Potens Roma.Horatius 1.epist.1.13.
Princeps vrbium Roma.Horat.4.Carm.ode 3.3.
Rerum pulcherrima Roma.Virgil.2.Georg.107.
Regia Roma.Horatius 1.epist.7.9.
Romæ ambitum variè prodiderunt authores . Plinius lib.3. cap.5.29, Mœnia eius collegere ambitu, Imperatoribus Censoribúsque Vespasianis anno conditæ à D CCCXXVIII. passuū XIII.M.CC. Fla.autem Vopiscus tradit.Aurelium imperatorem ambitum vrbis ad triginta millia passuum ampliasse.
Romānus,pen.prod.Adiect.qui è Roma est,vel Romā inhabitat.
Domini rerum Romani.Virgil.1.Æneidos,58.
Achilles Romanus,Vide ACHILLES.
Acer Romanus.Virgilius 3.Georgic.70.
Arces Romanæ.Virgil.2.Georgic.35.
Gens Romana.Virgilius 1.Æneid.8.
Linguæ Romanæ facundia.Ouid.1.de Ponto.eleg.2.1.
Ore Romano profluit Græcia, Id est homo Romanus Græcè loquitur.Ouid.ad Pisonem,18.
Populus Romanus.Horatius 1.epist.1.14.
Potentia Romana.Ouid.15.Metam.176.
Pubes Romana.Horat.4.Carm.ode 4.10.
Sermo Romanus.Quintil.lib.2.cap.14.1.
Tellus Romana.Virgil.4.Æneid.55.
Vrbis Romanæ conditor.Ouidius 14.Metam.170.
Romānicus,pen.corr.Aliud adiectiuum.Cato cap.135.1,Aratra in terram validam Romanica bona erunt,in terram pullam Campanica,iuga Romanica optima erunt.
Romanensis,Qui alibi ortus est,sed in Roma versatur.Vnde Cato in libro de Re rustica, Salem Romanensem appellat, non Romæ factum,sed qui Romæ vendebatur.
ROMANDVES,Ptolemæo lib.2. cap.9, Populi sub Rhotomago, Hodie Veromandi,Vermandois.
ROMANIAM M.Anton.Sabellicus Thraciam vocat.
Romanula porta erat in vrbe, habens gradus in Naualia ad ædē Volupiæ.
ROMVLA, Arbor dicebatur sub qua Remus & Romulus pueri inuenti sunt.
ROMVLVS,Martis & Iliæ filius,frater Remi,primus rex Romanorum.Cuius & Remi fratris historiam sic scribit Seruius,Amulius (inquit) & Numitor fratres fuerunt. Amulius fratrem imperio pepulit,& filium eius necauit: filiam vero eius Iliam, Vestæ sacerdotem fecit, vt spem sobolis auferret, à qua se puniri posse cognouerat. Hanc, vt multi dicunt,Mars compressit,vnde sunt nati Remus & Romus: quos cum matre Amulius præcipitari iussit in Tyberim : tum, vt quidam dicunt, Iliam sibi Anien fluuius fecit vxorem : vt alii, inter quos Horatius,Tyberis:vnde ait,1.Carm.ode 2.4,
Iliæ dum se nimium querenti
Iactat vltorem vagus,& sinistra
Labitur ripa,Ioue non probante,
Vxorius amnis. Vide ibi Acronem. Pueri verò expositi sunt ad ripam vicinam:hos Faustulus reperit pastor,cuius vxor erat nuper meretrix, Acca Laurentia, quæ susceptos aluit pueros. Hi postea auum suum Numitorem occiso Amulio in regna reuocarunt.quibus dum cum eo angustum Albæ videretur imperium,recesserunt, & captatis auguriis vrbem condiderunt.Sed Remus prior sex vultures vidit,Romus postea duodecim:quæ res postea bellum creauit,in quo extinctus est Remus: & à Romi nomine Romani appellati. Vt autē pro Romo,Romulus diceretur, blandimenti gratia factum est, quod gaudet diminutione.Quòd autem à lupa dicuntur nutriti, fabulosum figmentum est,ad celandam authorum Romani generis turpitudinem,nec incongruè factū est : nā & meretrices lupas vocamus,vnde & lupanaria.Et cōstat hoc animal in tutela esse Martis.Hactenus Seruius enarrans illud Virgilii lib.1.Æneid.56,
-donec regina sacerdos
Marte grauis geminam partu dabit Ilia prolem.
Romulus,Martis filius,educatúsque à lupa dicitur.Quintil.libro 3.cap.7.4,Vt qui Romulum Martis filium,educatúmque à lupa dicat,in argumentum cœlestis ortus vtatur his, quòd abiectus in profluentem,&c.
Romulus post excessum suum dixit Proculo Iulio,se Deum esse, & Quirinum vocari, templúmque sibi dedicari in eo loco iussit.Cic.1.de Legibus,1.
Mauortius Romulus.Virg.6.Æneid.156.
Romilia tribus.Cicero 2.de Lege agraria,78, Respondit à Romi-

lia tribu ſe initium eſſe facturam.

Romúleus,pen.corr.Poſſeſſiuum: vt Colles Romulei.Ouidius 14. Metam.169.

Culmo Romuleo ſedens.Virgil.8.Æneid.131.

Enſe Romuleo cadit Amuli⁹,id eſt enſe Romuli.Oui.3.Fa.14.

Muri Romulei.Silius lib.7.98.

Vrbs Romulea.Ouid.15.Metam.115.

Romulus,Adiectiuum,pro Romuleus: vt Tellus Romula. Virgil. 6.Æneid.176, -nec Romula quondam

Vllo ſe tantum tellus iactabat alumno.

Gens Romula.Horat.in Carm.ſecul.10.

Romúlidæ,pen.corr.Dicti ſunt Romani à Romulo: vt Satori Romulidæ.Perſius Satyra 1.4, -ecce inter pocula quærunt

Romulidæ ſaturi quid dia poemata narrent. Fuit & alius Romulus Grammaticus,qui ſublatis multis Græcis induxit Latina. Hic ceteſimũ exceſſit annũ,interius mulſo,foris oleo perunctus.

Ronchus,Vide **Rhonchus.**

Roto,roras,Vide **Ros.**

Ros,roris,m.g.Humor qui ſereno tempore è cælo fluit, ſerena nocte,non gelu,neque ardoribus,neque ventis exiſtentibus. Ariſtoteles lib.1.Meteororũ, ſcribit roré fieri ex vaporatione modica,atq; in hoc differre à pluuia quæ largo vapore progeneretur. Apuleius lib.de Mũdo,Ros nocturnus humor,quẽ ſerenitatis tenuitas ſpargit.A Græcis dicitur ἑ δρόσος. Cic.1.de Diu.24, Quũ primum gelidos rores Aurora remittit. Et paulo pòſt,38, -quæ paruos Mauortis ſemine natos

Huberibus grauidis vitali rore rigabat.Ex poeta.

Amarus ros.Virg.4.Geor.87. Gelidus.Virgil.2.Georg.41.

Leuis ros.Virgil.6.Æneid.46.

Liquidus ros,Aqua fontana.Ouid.3.Metam.33,Virgineos artus liquido perfundere rore.

Marinus ros.Horatius 3.Carm.ode 23.4.

Purus ros Caſtaliæ.Horatius 3.Carm.ode 4.11.

Tepidus.Ouid.10.Meta.71. Vitreus.Ouid.1.Amo.ele.6.11.

¶Recente rore herbæ cãnent.Ouid.3.Faſt.176.

Sanguineis ſtillauit roribus arbor.Lucanus lib.7.170.

Quum ros in tenera pecori gratiſſimus herba eſt.Virgilius 8. ecloga,13.

Lachrymarum rorę madidæ coronæ.Ouid.14. Metam.141.

Rórifer,pen.corr.Adiectiuum.vt Aura rorifera.Sene.Hippol.1.3.

Biga Lunæ rorifera.Stat.1.Thebaid.68.

Vmbris roriferis terram nox obruit.Lucret.lib.6.174.

Rorulentus, Adiectiuum,Plenum rore.Colum.lib.5,Cauẽdum ne aut Septẽtrionalibus ventis,aut rorulentæ,ſed ſiccæ ſerantur vites. Idem lib.11.cap.38.5, Ne rorulentæ baccæ legãtur cauẽdũ. Cato cap.37.3,Omnino caueto nequã materiam doles, neu cædas,neu tangas,niſi ſiccam,neu gelidam,neu rorulentam.

Róſcidus,pen.corr.Aliud adiectiuũ,Quod eſt rore perfuſum.vnde Nox roſcida,dicitur quæ rore humecta eſt.Plin.lib.18.cap.18.3, Quidam pridie rigant prata, vbi ſunt rigua. Noctibus roſcidis, ſecari melius. Idem lib.2. cap.61, Roſcidas æſtate Africæ noctes. Et lib.3.cap.11.4,Roſcidis collibus.

Antra roſcida.Ouidius 2.Faſt.67.

Aurora roſcida.Ouidius ad Liuiam,57.

Gramina roſcida.Claud.2.de raptu Proſerp.21.

Iris roſcida.Virgil.4.Æneid.140.

Mala roſcida,Quæ matutino rore humecta ſunt.Virg.ecl.8.8, Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala,

Dux ego veſter eram,vidi cũ matre legentem. Plin.lib.11.ca.11.1, Itaq; tum prima Aurora folia arborũ melle roſcida inueniũtur.

Mella roſcida.Virgilius 4.ecloga,7.

Poma roſcida.Propertius lib.2.eleg.19.8.

Pruina roſcida foliis excuſſa.Ouid.5.Faſt.43.

Tellus roſcida.Seneca Hippol.1.9.

Rorarii milites,qui armatura leui prælium primi committebant: quòd vt ante pluuias cælum rorare ſolet,ſic illi ante grauem armaturam qui prodibant,rorarii appellabãtur, qui & ferentarii. Hæc ex Feſto. Liu.8.ab Vrbe,39,Primum vexillum triarios ducebat,veteranum militem ſpectatæ virtutis: ſecũdum rorarios, minoris roboris ætate factiſque. Idem,Nam & rorarii procurrebant inter antepilanos.

Rorarium vinum,Quod rorariis dabatur.

Roro,roras,rorare,Humorem inſtar roris paulatim deſtillare.Virgilius 8.Æneid.19,

Raptabátque viri mendacis viſcera Tullus

Per ſyluam,& ſparſi rorabant ſanguine vepres. Colum.lib.11. ca.2.34, ¶¶¶¶ Id.Iun.Delphinus veſpere exoritur,Fauonius interdum rorat. In vetuſto exemplari,abſolutè legitur,Fauonius, interdum rorat. Plin.lib.17.ca.10.14,Periculum tantum eo die eſt, ſi rorauerit quantuluncunque imbrem.

Vndiq; dãt ſaltus,multáq; aſpergine rorant.Ouid.3.Meta.157.

Oculi rorantur lachrymis. Ouid.epiſt.11.10, Scribimus,& lachrymis oculi rorantur obortis.Id eſt rigantur.

¶Rorare aliquem cruore.Silius lib.10.53,

Quum videt in ſcopulo rorantem ſaxa cruore,

Torquóque obtutu labentem in Tartara Paulum.

¶Rorat,Abſolutè:quomodo dicimus Pluit,ningit,tonat. Colum.lib.11.cap.2,Idibus Octobris,& ſequẽti biduo interdũ tempeſtas,nonnunquã rorat. Paulo pòſt,Septimo Idus Nouembris ſtella clara Scorpionis exoritur,ſignificat tẽpeſtatẽ,hyemat, vel Vulturnus,interdũ rorat. Ibidem,Quinto Idus Nouẽbris hyemis initium,Auſter,aut Eurus,interdum rorat.

Rorans,Participium:vt Lachrymis rorantes ora genáſque.Lucretius lib.3.96.

Rorantia fontibus antra.Ouid.3.Metam.36.

Aſtra rorantia.Virgil.3.Æneid.114.

Capilli rorantes.Ouid.4.Faſt.18.

Lachrymis rorantibus ſpargunt ora.Lucret.lib.2.195.

Pocula rorantia.Cic.de Senect.43,Pocula vt in Sympoſio Xenophontis minuta atque rorantia.

Rorátus,pen.prod.Participiũ,aut Nomen ex participio.vt Rorata pruina.Ouid.3.Faſt.71,Mollis erat tellus,rorata manè pruina.

Roratæ roſæ.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.8.

Roratio, quam Theophraſtus Rhoada quaſi defluxum appellat, morbus eſt vitiũ,quẽ vulgò *Colaturam* vocamus.Plin.lib.17.cap. 24.10,Syderationis genus eſt in vitibus defloreſcentibus roratio. Aut quum acini priuſquam creſcant,decoquitur in callũ. Theophraſtus lib.4,de plantis, Roratio,inquit,fit quum vitis defloreſcens irrorat. Fit autem id genus affectionis, quum acini defluunt:& qui remanent,paruuli ſunt.Propter hoc vitium Floralia ab antiquis inſtituta ſunt: authore Plinio his verbis libro 18. cap.29.5, Floralia quarto Calend. Maii inſtituerunt,anno vrbis quingenteſimo ſextodecimo ex oraculis Sibyllæ : vt omnia bene defloreſcerent.

Roreſco,roreſcis,roréſcere,Rore aſpergi.Plin.lib.18.ca.33.8,Aquilonem prænuntiat terra ſiccеſcens repente,Auſtrum humeſcens rore occulto.

Roſa,roſæ,Flos è ſpina naſcens, cui ῥόδῳ Græcis nomẽ eſt.Plin. lib.21.cap.4.1,Roſa naſcitur ſpina verius quàm frutice, in rubo quoq; proueniens,illic etiã iucundi odoris,quanuis anguſti,&c. Cic.7.Ver.21,Sed quũ roſã viderat,tũc incipere Ver arbitrabatur.

Flos roſarum.Horatius 3.Carm.ode 29.1.

Atria plena roſarum.Ouid.2.Metam.14.

Albentes roſæ.Ouid.3.de Arte,37.

Amœnæ roſæ.Horat.2.Carm.ode 3.3.

Arentes roſæ.Virg.4.Georg.54.

Confuſa rubore roſa,Vide **Confundo.**

Nimium roſa plena pudoris,Nimium rubra.Colum.lib.10.

Punicea roſa.Horat.4.Carm.ode 10.1.

Sera roſa.Horat.1.Carm.ode 38.1,

Mitte ſectari roſa quo locorum Sera moretur.

¶Carpere roſam.Virg.4.Georg.27.

Et tenui primam deligere vngue roſam.Ouid.epiſt.4.6.

An tu me in viola putas aut in roſa dicere:Cic.5.Tuſc.103.

Quale roſæ fulgẽt inter ſua lilia miſtæ. Ouid.2.Amo.ele.5.8.

Sertis redimiri & roſa.Cic.3.Tuſc.73.

Spargere roſas.Horat.3.Carm.ode 19.5.

Puluinus perlucidus melitenſi roſa farctus.Cic.7.Verr.22.

Roſam ſuam vocat amicam amator quidam apud Plautum in Aſin.2.74,blandiendi gratia.

¶Roſa,pro Oleo roſaceo. Celſus lib.3.cap.3,Neque alienum eſt inſtillare paulum roſæ,vel lactis,quo magis lubrico circumagatur. Ibidem,cap.4,Quòd ſi membrana per inflammationem intumuerit,infundenda erit roſa tepida. Idem lib.5.cap. 24,Inſtillatúrque ſubinde quamoptimi mellis acetabulum:tum irini vnguenti,& roſæ terni cyathi.

Roſeus,Adiectiuum,Quod eſt coloris roſæ.vt Roſeus pannus,Roſea veſtis. Plinius, Aſini à coitu ſpuma collecta roſeo panno, & incluſa argento,venerem ſtimulat. Idem lib.14.cap.2.6, Hic purpureo lucent colore,illic fulgent roſeo.

Ceruix roſea.Virg.1.Æneid.81.

Conualles roſeæ.Claud.3.de raptu Proſer.17.

Dea roſea,Aurora.Ouid.3.de Arte,17,

Nec Cephalus roſeæ præda pudenda deæ. Fabulæ ferunt Cephalum ab Aurora raptum.

Face roſea Sol infert lumina cælo.Lucret.lib.5.195.

Genæ roſeæ.Virgil.12.Æneid.112.

Labella roſea.Catull.de Berecynth.58.15.

Os roſeum.Virg.2.Æneid.119.

Rubor roſeus.Ouid.3.Amor.eleg.3.1.

Roſaceus,Aliud adiectiuũ,Quod ex roſa factũ eſt.vnde Roſaceum oleum,quod ex roſis expreſſum eſt, quod Græcis rhodinon vocant.Plin.lib.20.cap.3.4,Succus ex ſtrignientis illitus cum roſaceo & aceto,febrium ardores refrigerat. Ibidem,cap.21.3.

Roſarium,roſarii,Copiam fruticum ſignificat, vno loco roſas gignentium: vel locum in quo ſunt huiuſmodi frutices. Plin. lib. 21.cap.11.9, Roſaria à Fauonio foſſa oportet eſſe,iterúmque ſolſtitio. Colum.lib.11.2.11,Roſarium ſerotinum,perfoſſum & cultum habere iam tempus eſt.

Amœna roſaria.Ouid.5.Triſt.eleg.2.5.

Roſẽtum,reſẽti,pen.prod.Locus roſis conſitus. Virgil.ecloga 5.4, Puniceis humilis quantum ſaliunca roſetis.

ROSEA,Authore Feſto,campus in agro Reatino appellatur,quia in eo arua rore humida ſemper ſeruntur. Varro lib.1.de Re ruſtica,ca.7,ad finem, Cæſar Vopiſcus Ædilitius,cauſam quum ageret apud Cenſores,campos Roſeæ,Italiæ dixit eſſe ſumen,in quo relicta pertica poſtridie non appareret propter herbam.

Roſcidus,Vide **Ros**.

ROSCIVS Otho, Tribunus plebis legem tulit,vt Equitibus Romanis in theatro XIIII gradus proximi aſſignarẽtur,qui cenſum CCCC.IIS.haberent.Author Liuius.

Lex Roſcia.Horat.1.epiſt.2.13.

¶ Roſcius Gallus Comœdus,Ciceronis præceptor in pronuntiationis & geſtus exercitatione, cò præſtantiæ venit, vt quum de perfecto in arte aliqua loquimur,is ſuo genere Roſcius à nobis dicatur,teſte Cicerone lib.1.de Orat.Hic quum obliquos haberet oculos,turpiſque eſſet aſpectu,primus perſona in ſcena vſus eſt:populus tamen eũ ſine perſona intueri malebat,ob pronuntiãdi dulcedinem,vt Cicero in libris de Oratore author eſt. Scripſit & librum in quo hiſtrionicam eloquentiæ comparauit. Hic à Cicerone defenſus eſt, quum à Fannio quodam ob pecuniariam rationem in iudicium adductus eſſet.

Doctus Roſcius.Horat.1.epiſt.1.17.

¶ Roſcius Amerinus etiã in cauſa parricidii defenſus à Cicerone,patrem habuit hominem locupletem,quem quidam clàm interfecerunt: filius per occaſionem diſcordiæ cuiuſdam, quæ inter eos intercuenerat, paternæ cædis author accuſatur. Præda ad quendam Syllæ ſatellitem L.Cornelium Chryſogonum redibat, accuſatore Erucio quodam. quam cauſam egit primã publicam Cicero annos natus XXIII,vt eſt author Corn.Nepos. De qua cauſa ipſe in Bruto ſic ſcribit, Itaque prima cauſa publica pro Sext. Roſcio dicta tantum commendationis habui, vt non vlla eſſet,quæ non noſtro digna patrocinio videretur: deinceps inde multæ, quas non minus diligenter elaboratas etiã, quam elocubratas afferebamus.Hactenus Cicero.

Roſcus,Vide **Roſa**.

Roſidus,Scribendũ Roſcidus,Vide **Ros**. Roſcida herba.Varro 1.de Re ruſt.ca.1.8. Et Roſcidũ ſolum,Colum.lib.3.cap.2.9.

Roſio,Vide **Rodo**.

Roſmarinum,roſmarini,pen.prod.vel Roſmarinus,m.g. Frutex,quem & libanotidem vocant.Plin.lib.19.cap.11.4, Libanotis,locis putridis & macris ac roſcidis ſeritur ſemine.Radicẽ habet oluſatri,nihil à thure differentem. Vſus eius poſt annũ ſtomacho ſaluberrimus.Quidã eam nomine alio roſmarinum appellant. Idem lib.17.cap.13.4, Sabina herba propagine ſeritur & aulſione.Tradunt fœce vini, aut è parietibus latere tuſo mirè ali.Iiſdem modis roſmarinum ſerunt & ramo,quoniam neutri ſemen. Sic lib.14.cap.11.11. Et Colum.lib.9.cap.4.1.

Roſmaro,Arboris nomen.Ouid.3.de Arte,137,

-tegit arbutus herbam,
Roſmaris,& laurus,nigráque myrtus olent.

Roſtellum, Vide **Roſtrum**.

Roſtrum,roſtri,Quo aues cibum capiunt.Nec ſolum de auib⁹, ſed etiam de reliquis animalibus,& de ipſo homine interdum dicitur. Plinius, Et mugilis roſtrum. Plautus Menæch.3.13, Apud menſam plenam homini roſtrum deliges. Cic. 1.de Natura deorum,141,Procero corneóque roſtro aues.

Acumen roſtri,Vide Acumen in **Acuo**.

Roſtrum, de hippopotamo. Plinius lib.8.cap.15, Roſtro reſimo,cauda & dentibus aprorum,&c.

Caprarum.Varro 2.de Re ruſt. cap.3.2, Duo enim genera earum,ſub roſtra duas vt mammulas penſiles habeant.

Canum.Plin.lib.8.cap.40.6, Quam ſignificans demonſtratio eſt,cauda primùm,deinde roſtro. Ibidem,Ventos & odorẽ captantes,prodentéſque roſtro cubilia.

Ceruorum.Plin lib.8.cap.32.1,Tunc roſtra eorum nigreſcunt, donec aliqui abluant imbres.

Delphinorum.Plinius lib.9.cap.8.1,Niſi multum infra roſtrũ os illi foret.

Draconum piſcium.Plinius lib.9.ca.17,Cauernam ſibi roſtro mira celeritate exeauat.

Suũ. Plin.lib.8.ca.51.1,In India cubitales dentiũ flexus gemini ex roſtro. Colum.lib.7.cap.9,Roſtris breuibus & reſupinis.

Sus roſtro ſi humi, A literam impreſſerit,num propterea,&c, Cic.1.de Diuinat.47.

Teſtudinum piſcium.Plin.lib.9.cap.10.3.

Tragelaphorũ.Plin.lib.8.cap.33.1,Eminet roſtrum vt in paruo ſit haud diſſimile ſuillo.

¶ Acutum roſtrum,Vide Acutus in **Acuo**.

Aptum rapinæ roſtrum.Ouid.6.Faſt.27, Grande caput, ſtantes oculi,roſtra apta rapinæ.

Corneum roſtrum,Vide Corneus in **Cornu**.

Ipſa ſibi plaudat crepitante ciconia roſtro. Ouid.6.Metam.10.

Obuncum roſtrum vulturis.Virgil.6.Æneid.110.

Punica roſtra.Ouid.2.Amor.eleg.6.5,Tincta gerens rubro punica roſtra croco.

Reduncum roſtrum.Ouid.11.Metam.113.

Rigidum roſtrum.Ouid.6.Metam.155.

¶ Cibũ terreſtrẽ roſtris facilè cõtingere.Cic.2.de Nat.deo.181.

Exacuere ſpicula roſtris.Virgil.4.Georg.15.

Tum trepidæ inter ſe coeunt,pennísque coruſcant,
Spiculáque exacunt roſtris,aptántq; lacertos.De apibus.

O ſi q; meũ ſenſi pando occalleſcere roſtro.Ouid.14.Meta.17.

Prominet immodicum pro longa cuſpide roſtrum. Ouidius 6.Metam.155.

Hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus. Cicero 2. de Legibus, 10, Sed ventum in Inſulam eſt. Hæc verò nihil eſt amœnius. vt enim hoc quaſi roſtro finditur Fibrenus, & diuiſus æqualiter in duas partes latera hæc alluit.

¶ A similitudine autem roſtri auium,aut aliorum animaliũ dicta eſt pars illa nauis exporrecta atque acuta è prora,à quo naues ipſæ,roſtratæ dicuntur. Cæſar 3.bel.Gall.405, Roſtro enim noceri non poſſe cognouerant.

Nauium roſtra.Plin.lib.16.cap.4.2,Antea roſtra nauium tribunali præfixa foro decus erant.

Æquata roſtra.Virgil. 5.Æneid.47, Et fors æquatis cepiſſent præmia roſtris.

Erepta roſtra carinis.Virgil.7.Æneid.38.

Æquor dihiſcit conuulſum remis & ſtridentibus roſtris.Virgilius 5.Æneid.19.

¶ Roſtra (authore Liuio)dictum eſt templum,ſeu forum ante curiam Hoſtiliam,in quo erat pulpitum ornatum ex roſtris nauiũ Antiatium,ex quo loco concionari ſolebãt.Vnde ſæpe legimus pro Roſtris,id eſt in roſtrisin eo enim loco roſtra ab hoſtibus capta & fixa erãt.Liuii verba hæc ſũt lib.8.ab Vrbe.77,Naues Antiatium partim in naualia Romæ ſubductæ,partim incẽſæ,roſtriſq; earũ ſuggeſtũ in foro extructum adornan placuit: Roſtráque id templum appellatum. Cic.3.Offi.105,Cõſcripſerunt cõmuniter edictum cum pœna atque iudicio,cõſtituúntq; vt omnes ſimul in Roſtra poſt meridiem deſcenderent.

Aſcendere in Roſtra,Vide **Aſcendo**.

Conuocare ad Roſtra,Vide **Conuoco**.

Deducere de Roſtris,Vide **Deduco**.

Quum Vectius peroraſſet, deſcendiſſétque de Roſtris. Cicero in Vatinium,10.

In Roſtris ſtatuam alicui ſtatuere.Cic.Bruto,15.13.

Roſtrãtus,pen.prod.Adiectiuũ.vt Roſtrata nauis. Liu.8.bel.Pun. 151,Prouinciæ ita decretæ.Alteri Conſuli Sicilia, & triginta roſtratæ naues,quas C.Seruilius ſuperiore anno habuiſſet. Cic.1. de Inuent.194,Lex eſt apud Rhodios, vt ſiqua roſtrata in portu nauis deprehenſa ſit,publicetur.Vide **Rauis**.

Roſtratus impetus,Qui ſit ipſo roſtro.Plin.lib.10.cap.23.5,Libarnicarum more,roſtrato impetu ſeruntur, facilius ita findẽtes aera quàm ſi recta fronte impellerent.

Roſtrata corona.Plin.lib.16.cap.4.1,Cedunt & roſtratæ,quãuis in duobus maximè ad hoc ꝛui celebres.

Tempora roſtrata.Virg.8.Æneid.137,
-cui belli inſigne ſuperbum,
Tempora nauali fulgent roſtrata carina. Sextus Pompeius Pompeii filius in Sicilia piraticam exercuit. contra quem primò cum Agrippa pugnauit Auguſtus.Poſtea Agrippæ cura data eſt: qui eum delcuit.ob quod Auguſtus ei roſtratam dedit coronam,quia vicerat nauali certamine. Seruius.

Roſtro,roſtras,roſtrare. Plin.lib.18.cap.19.4. Omne aruum rectis ſulcis,mox & obliquis ſubigi debet. In collibus tranſuerſo tantùm monte aratur: ſed modò in ſuperiora, modò in inferiora roſtrante vomere.Id eſt roſtrum impingente,vt ait Budæus.

Roſtellum,roſtelli,Diminutiuum.Parum roſtrum. Plinius lib.30. cap. 11. 5. Muris roſtellum, auriculáſque ſummas roſco panno, ipſúmque dimittunt. Colum.lib.8.cap.5.11, Die vicesimo ani-

maduertat an pulli roſtellis ova perculerint.

Rota,rotæ,A` rotunditate ſeu à ruendo: ruit enim facilè in ſuos orbes.Plautus Capt.7.9, -pro rota me vti licet:
Vel ego huc,vel illuc vortar,quò imperabitis. Plin.lib.16.cap. 40.6,Sed lignum non aliò penè quàm ad radios rotarum vtile.
Curuatura ſummæ rotæ.Ouid.1.Metam.11.
Orbis rotarum.Plin.lib.8.cap.16.11. Vide **Orbis.**
Fractarum rotarum radii.Ouidius 2.Metam.64.
Strepitus rotarum.Horat.1.epiſt.18.2.
Veſtigia rotæ.Ouid.2.Metam.27.
¶Aeris rota.Perſius Satyra 3.3,
Vdum & molle lutum es,nunc properandus,& acri
Fingendus ſine fine rota.
Currens rota.Horat.3.Carm.ode 10.10.
Effuſæ rotæ,Currentes.Propert.lib.4.eleg.8.4,
Appia dic quæſo quantum te teſte triumphum
Egerit effuſis per tua ſaxa rotis.
Errantes rotæ.Statius 1. Thebaid.44.
Volucres rotæ.Claud.3.de raptu Proſerp.87.
Feruidis rotis enitata meta.Horat.1.Carm.ode 1.1.
Inducere rotam,Vide **Induco.**
Hæc erit admiſſa meta terenda rota.Ouid.1.de Arte,8.
¶Rota Fortunæ. Cic.in Piſonem,16, In quo ne tum quidem quum illum ſaum ſaltatorium recuſaret orbem,Fortunæ rotam pertimeſcebat?
¶In rotam beata vita non aſcendit.Cic.5.Tuſcul.37,In eo etiam putatur dicere, in rotam (id eſt genus quoddam tormenti apud Græcos)beatam vitam non aſcendere.
¶Rotæ,Genus caprarum.Varro 2.de Re ruſt.cap.1,Etiá nunc in locis multis genera pecudũ ferarum ſunt aliquot,vt in Phrygia ex ouibus,vbi greges videntur compleres: vt in Samothrace,caprarum,quas Latinè rotas appellant.
¶Rota,Piſces Plinio lib.32.cap.11.1.

Rótula,rótulæ,pe.cor.Dimin.Plau.Perſ.11.36, -ſũ à foro argẽtarii
Abeunt,quàm in curſu rotula circumuortitur. Plin.lib.18.cap. 18.5,Galliæ verò duas addiderunt rotulas. Columel.lib.11.cap. 3.43,Poſſunt etiam ſi ſit operæpretium, vaſis maioribus rotulæ ſubiici,quo minore labore producantur.

Roto,rotas,rotare,In modum rotæ verſare,vertere.circumagere. Colum.lib.8.cap.11.7,Signa ſunt extimulatæ libidinis,quum ſemetipſum veluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis. protegitq; quũ facit,rotare dicitur.De pauone. Martia.lib.1.11, Præceps ſanguinea dum ſe rotat vrſus arena,
Implicitam viſco perdidit ille fugam. Plinius, Tantáque vi morſu cerebrum apprehendit, vt ſtridens ſubinde, ac vertigine rotata,ne filum quidem deſuper pendentis rúperet.De araneo.
More fundæ rotare aliquem.Ouid.4.Metam.104.
Aper rotat canes.Ouidius 1.de Arte,75,
Sed neque fuluus aper media tam ſæuus in ira eſt.
Fulmineo rabidos dum rotat ore canes.
Caput enſe rotare.Lucanus lib.8.131.
Venti rotant flammas cauis fornacibus.Lucret.lib.6.41.
Syluas rotare.Stat.4.Syl.3.16,Qui terras rapere,& rotare ſylvas Aſſueram.De Vulturno fluuio.
Telum immane rotat.Statius 9.Thebaid.161.
Circum & infra rotare.Statius 1.Achill.12,
Tyrrhenique greges,circúmque infráque rotantur,
Rege ſalutato. De piſcibus Tyrrheni maris.

Rotans,Participium.Horatius 4.Carm.ode 11.3,
Sonlidum flammæ trepidant rotantes
Vertice fumum.
Turbine rotanti portant res venti.Lucretius libro 1.59.

Rotátus,pen.prod. Aliud participium. vt Cerui rotata. Ouid. ad Piſonem,11, -& nunc cernice rotata
Incipit effuſos in gyrum carpere curſus.
Sermo rotatus.Iuuenalis Satyra 6.45,
-aut curtum ſermone rotato Torqueat enthymema.

ROTHOMAGVS,Ptolemæo authore lib.2.cap. 8, Galliæ ciuitas ad Sequanam.Vulgò *Roüen.*

Rotundus,Adiectiuum, Dicitur quaſi collectum, & per omnẽ circuitum læue ſine offenſione aſperi anguli.Plinius lib.10.cap. 51.1,Aquatilium ova rotunda. Ibidem, Ova exeunt à rotundiſſima ſui parte dum pariuntur.
Dictum rotundum à retundendo: quòd omnis vndique retuſa & veluti deformata ſit aſperitas.Habet enim quod rotundum eſt,vnicam ſuperficiem, in qua nec principiũ notari poteſt, nec finis. Rotundum etiam à radendo dici poteſt, quòd circum raſum atque expolitum ſit.
Forma rotunda vllam negat eſſe pulchriorem Plato.Cicero 1. de Natura deorum,35.
Baccæ rotundiores.Horatius Epod.8.3.
Lances rotundæ.Horatius 2.Serm.ſaty.4.9.
Globoſæ & rotundæ ſtellæ.Cicero de Somnio Scipionis,11.
Quadratum & Rotundum,contraria.Cicero 1.de Finib.65.
Verborum apta,& quaſi rotunda conſtructio. Cicero de Claris Oratoribus,148.
Rotundus orator,per tranſlationem.Cic.in Oratore,25, Thucydides autem præfractior,nec ſatis vt ita dicam,rotundus.Id eſt elegans & compoſitus:vel rotundam non habens ſententiarum & clauſularum elegantiam,qua integra clauſula integram ſententiam comprehendit.
Ore rotundo loqui.Horatius in Arte,66,
-Graiis dedit ore rotundo Muſa loqui. Id eſt inquit Parrhaſius,Perfecto,pleno,vel ſine offenſione & aſperitate in ſe reuoluente.
Clauſulæ rotundæ. Quintilianus lib.8, Vnde ſoluta ferè oratio, & è ſingulis non membris, ſed fruſtis collata, ſtructura careat, quum illa rotunda & vndique circunciſa inſiſtere inuicem nequeant.De denſitate ſententiarum loquitur. Rotundas clauſulas intelligit intra quas ſententiæ clauduntur,cum ſequẽtibus non hærentes.Budæus.
Diſtributio rotunda.Quintil.lib.3.cap.4,Celeri magis ac rotunda vſi diſtributione,quàm vera.
Volubilis & rotundus deus. Cic.1.de Nat.deorum,65.
Rotundus ambitus.Cic.de Vniuerſit.34.
Rotundum cælum.Cicero 3.de Oratore,28.
Rotundior,& rotundiſſimus.Cicero de Vniuerſi.12,Vndque ita tornauit,vt nihil effici poſſit rotundius. Colum.lib.8. cap.5.8, Rotundiſſima ova.

Rotúnditas,pen.cor.rotunditâtis. Plinius lib.9.cap.30.8,Cornibus quæ ſunt propria rotunditate præpilata,ad latera porrectis. Ibidem,cap.36.5,Rotunditas oris.

Rotundo,rotundas,rotundâre,Rotúndum facere. Plin.lib.16.ca. 13.1,Econtrario ederæ anguloſa rotundantur. Cic.de Vniuerſi. 44,Quúmque ſimilem vniuerſi naturæ efficere vellet,ad volubilitatem rotundauit, comitéque eum ſapientia quàm optimæ mentis effecit. Vitru.lib.10.cap.11,Id ad circinum rotundatur.
Rotundare,pro Implere,& perficere.Horat.1.epiſt.6.7,
Mille talenta rotundentur,totidem altera,porrò
Tertia ſuccedant.

Rotundatio,rotundatiônis, Verbale ſ.g.Vitruuius lib.10.ca.11,Sic & in rotundatione & in longitudine æqualia ſpatia fient.

Rotundè.Aduerbium.Cic.4.de Finib.11, Iſta ipſa quæ tu breuiter Regẽ,dictatorem, diuitem, ſolum eſſe ſapientem, à te quidem aptè ac rotundè,quippe habes enim à rhetoribus. Id eſt,cõcinnè.& collectè,vt ait Nonius. Et vt ait Budæus,eleganter,& cõpoſitè ſine explicatè.

ROXANA,Darii filia,& Alexandri concubina,quæ quum prægnans eſſet,à ſorore Satyra in puteum demerſa eſt, quòd eam præcipuis honoribus Macedones cumularent. Author Plutarchus in Alexandro.

ROXICVM,Corſicæ inſulæ ciuitas. Ptolemæo lib.3.cap.2.Vulgò *Regela.*

R R

RR geminatum (inquit Feſtus) in compluribus orationibus, quum de actis differitur,quæ etiam perſcribi ſolẽt,id eſt rationum relatarum,quòd iis tabulis docentur iudices, quæ publicè data atque accepta ſint.

R V

Rubedo,**Rubefacio**,Vide **Rubeus.**

Rubella,rubellæ,Rubellæ vites,& Rubellæ vineæ appellatæ ſũt, quarum materia rubra ſit.Plin.lib.14.cap.1.3,Proxima dignitas Nomentanis rubente materia,quapropter quidam rubellas appellauere vineas.

Rubelliânus.pen.prod.Adiectiuum.vt Rubellianæ vites.Colu.lib. 3.cap.2.8,Sed earum quoque feracior eſt minor,cuius & folium parcius ſcinditur,& materia non ita rubet,vt amineis:à quo colore rubellianæ nuncupantur.

Rubellus,Aliud adiectiuum,Rubellum vinum,Vinum ſubrubens. Mart.lib.1.09,Et Veientani bibitur fæx craſſa rubelli.

Rubellio.Piſces Plinio lib.32.cap.10.23.

Rubens,**Ruber**,Vide **Rubeus.**

Rubetà,rubẽtæ,pen.prod.Genus ranæ venenoſum in ſicco ſemper rubens.A rubis nomen trahit,in quibus plerunque victitat. Plinius lib.8.cap.31.1,Ranæ quoque rubetæ,quarũ & in terra & in humore vita,plurimis refertæ medicaminibus. Idem lib.32. cap.5.7,Sunt quæ in vepribus tantùm viuunt, ob id rubetarum nomine, vt diximus, quas Græci phrynos vocant, grandiſſimæ cunctarum, geminis veluti cornibus,plenæ veneficiorum. Mira

de his certatim tradũt authores.Iuue.Sat.1.8,-quæ molle calenũ
Porrectura viro miſcet ſtiente rubetam.
Rana rubeta. Plinius, Auxiliantur contra ranam rubetam.
Propertius lib.3.eleg.7.6,
Illum turgentis ranæ portenta rubetæ,
Et lecta ex ſectis anguibus oſſa trahunt.

Rubeus,Adiectiuum,Rubeus & ruſus generalia nomina ſunt, ad omnia quæ quomodolibet rubent.Etenim ſanguineus, roſeus,aureus,oſtrinus,ſuluus,flauus,rubidus,phœniceus,rutilus,luteus,ſpadicus,rubei ſeu ruſi coloris ſunt,aut acuentes eum quaſi incendentes,aut cum colore viridi miſcentes,aut nigro infuſcantes, aut virenti ſenſim albo illuminantes. Hactenus Sipontinus ex Gellio lib.2.cap.26.Apud quẽ pro rubeo,rubor nunc legitur.Negant enim quidam Latinam eſſe dictionem, rubeum. Inter quos ſic Hermolaus in Plinium,lib.9.cap.38.2,Rubens color nigricante deterior.Non rubeus.Præteriſſem (inquit idem) hoc vt leue,niſi in omnib⁹ codicib⁹ inoleuiſſet:vulgóq; imperiti barbariem ſuam in eo verbo tueri laborarent.Hactenus Hermolaus. Columel.lib.6.cap.1.3,Colore rubeo,vel fuſco.Vbi alii tamen legunt rubro. nam in eodem capite legitur Vmbria vaſtos & albos,exémque rubros.

Rubeus,ponitur aliquando pro Spineus,à rubo, qui & vitiliũ vſu commendatur à Plinio, vel à Rubis oppido Campaniæ, vt putat Seruius in illum verſum,1.Georg.54,Nunc facilis Rubea texatur fiſcina virga.

Rubeo,rubes,rubui,rubẽre,Rubrum eſſe. Gellius lib.2.cap.26, Sed quum aliter rubeat ignis,aliter ſanguis,aliter oſtrum,aliter crocus, has ſingulas ruſi varietates Latina oratio ſingulis propriiſque vocabulis non demonſtrat,omniáque iſta ſignificat vna ruboris appellatione, quum tamen ex ipſis rebus vocabula colorum mutuentur,& igneum aliquid dicit,& flammeum, & ſanguineum,& croceum,& oſtreum,&aureum. Martial.lib.1.171, Vina rubens fudit non peregrina cadus. Virgil.2.Georgic.86, Sanguineiſque inculta rubent auiaria baccis. Cic.ad Atticum, lib.15.323.10,Rubeo,mihi crede: ſed iam ſcripſeram, delere noluí. Idem 4.Verr.136,Hærere homo,auerſari,rubere. Martial. lib.1.148,Peſtanis rubeant æmula labra roſis. Sic lib.14.100. Et lib.4.17,Auibus illa lectis rubeat,& ſit irata.
Facies rubet igne ſacri veneni.Stat.9.Thebaid.150.
Antè nouis rubeant,quàm prata coloribus.Virg.4.Georg.62.
Terra rubet ſanguine.Ouid.1.Faſt.43.

Rubens,Particip.vt Dulce rubẽs.Sta.4.Theb.55, -ſublimis agebat
Dulce rubens,viridique genas ſpectabilis æuo.
Suaue rubens hiacynthus.Virgil.3.eclog.13.
Ferrum rubens igne.Ouid.11.Metam.60.
Nupta rubens dulci probitate.Stat.1.Syl.2.3.
Zona ſemper ſole coruſco rubens.Virgil.1.Georg.47.
Vina rubentia.Ouid.5.Faſt.102.

Rubeſco,rubeſcis,rubéſcere,Rubrum fieri. Plinius lib.9.cap.35.5, Miror ipſo tantum eas cælo gaudere,ſole rubeſcere, colorémq; perdere vt corpus humanum. Virgil.3.Æneid.105,Iámque rubeſcebat ſtellis aurora fugatis.
Tũ pater vt terras,mundúmq; rubeſcere vidit.Ouid.2.Met.23.
Mare radiis rubeſcit.Virgil.7.Æneid.6.
Aurora rubeſcebat.Virgil.3.Æneid.105.

Rubefácio,rubéfacis,pen.cor.rubefeci,pen.prod.rubefactum,rubefácere,Ruborem afferre.Silius lib.16.28,Vixque Atlantiadum rubefecerat ora ſororum.

Rubefactus,Participium. Ouid.15.Metam.79, Expulit ipſe cruor, rubefactáque ſanguine tellus.

Ruber , Adiectiuum, Idem quod rubens, ſed magis Latinum eſt ruber.Martialis lib.1.51, Flauáque de rubro ponere mella cado. Author ad Herennium,li.4.130,Hũc dico rubrũ, breuem,incuruum,canum,ſuberiſpum,cæſium.
Ruber crine.Martialis lib.11.50.
Æquor rubrum.Virgil.3.Georg.72. Propert.lib.1.eleg.13.3.
Aurora rubra.Propertius lib.3.eleg.13.4.
Deus ruber hortorum.Ouid.1.Faſt.83.
Hamma rubra.Ouid.11.Metam.74.
Humor ruber occupat os.Lucretius lib.4.211.
Mare Rubrum.Plin.lib.6.cap.13,ad finem,Irrumpit deinde & in hac parte geminum mare in terras,quod Rubrum dixere noſtri.Græcia Erythræum,à rege Erythra, aut (vt alii) ſolis repercuſſu talem reddi colorem exiſtimantes:alii ab arena terráque: alii tali aquæ ipſius natura. Cic.1.de Nat.deorum,134.
Sanguis ruber.Horat.3.Carm.ode 13.2.
Rubrior,Comparatiuus. Plin.lib.10.cap.63.10, Colorem ilico mutant rubriore pilo.

Rubor,rubôris,m.g.Color rubens,qui & Rubedo dicitur.Plin.lib. 11.cap.37.51. In malis maximè oſtenditur rubor. Idem lib.2. cap.18.2,Ardentior in ruborem. Liuius 4.ab Vrbe,156,Minorem quippe ruborẽ fore in iuris iniquitate,quàm ſi per indignitatem ipſorum prætereantur.
Igneus rubor.Lucanus lib.5.41.
Miſtus candore rubor,Vide Miſceo.
Tyrii rubores,Purpura.Virgil.3.Georg.61,
Nec minor vſus erit,quanuis Mileſia magno
Vellera mutentur,Tyrios incocta rubores.
Virgineus rubor,pro pudore..Virg.1.Georg.86.
Acuere ruborem,Vide Acuo.
Confeſſus ſecreta rubor. Claud.de Nupt.Honorii & Mariæ,2.
Pudorem rubor conſequitur.Cic.4.Tuſcul.40.
Iectus rubor attrita de fronte.Iuuenalis Saty.13.26.
Incanduit ore rubor.Claud.de Nupt.Honor.& Mariæ,1.
Subitus rubor notauit ora.Ouid.6.Metam.10.
Præſtet ingenuitatem & ruborem ſuum, verborum turpitudine,& rerum obſcœnitate vitanda. Cic.2.de Oratore,134.
Pectora traxerunt tenuẽ percuſſa ruborem. Ouid.3.Meta.97.

Rubicundus,Adiectiuum,Rubore plenus, ſiue abundè rubens. In quo alternitatis cauſa,vt ait Priſcian⁹,c loco n ponitur,ne ſit abſonum, ſi rubibundus dicatur. Plautus Pſeud.10.110, Magno capite,acutis oculis,ore rubicundo admodum. Terentius Hecyra,3.4.16,Magnus,rubicundus,criſpus,craſſus,cæſius. Plinius lib.18.cap.35.6,Si rubicunda,ventos portendere creditur.De Luna. Varro 1.de Re ruſtica,cap.8.5,Hinnus qui appellatur, ex equo & aſina,minor eſt,quàm mulus corpore, plerunque rubicundior. Martialis lib.14.119,
Hanc tibi Cumano rubicundam puluere teſtam
Municipem miſit caſta Sibylla ſuam. Columel.lib.1.cap.11, Æqualiter flauentibus iam ſatis antè quàm ex toto grana indurẽſcant,quum rubicundũ colorẽ traxerunt,meſſis facienda eſt.
Corna rubicunda.Horatius 1.epiſt.17.1.
Coniux rubicunda Vmbri mariti.Ouid.3.de Arte,61.

Rubicúndulus,pen.corr.Adiectiuũ diminutiuũ.Iuuen. Saty.6.43, -tandem illa venit rubicundula,totum Œnophorum ſitiens.

Rúbidus,pen.corr.Adiectiuum,Quod eſt colore rufo atrore multo miſtum. Plautus Sticho,4.77,Rubiginoſam ſtrigilem,ampullámque rubidam.
Rubidus panis,Scaber,atque aſper,Vnde à ſcabritie.panis ſecundò coctus, rubidus vocatur, qui & à nautarum vſu,nauticus appellatur.Plautus,Exiguam buccellam rubidi panis. Idẽ Caſina,8.1,Atque ibi torreto mẽ pro pane rubido hera. Feſt⁹,Rubidus apud Plautum panis vocatur parum coctus.
Rubidæ dicuntur etiam ſcorteæ ampullæ & rugoſæ.Feſtus.

Rubellæ vites,Vide ordinem alphabeti.

RVBI,tantum pluraliter,oppidum Campaniæ,à ruborũ frequẽtia,ſeu à colore ruboris.Horat.1.Serm.Saty.5.19,
Inde Rubos feſſi peruenimus,vtpote longum Carpentes.

Rubea vimina pro fiſcellis inde adferebantur. Virgil.1.Georg.54, Nunc facilis Rubea texatur fiſcina virga.

Rubia,rubiæ,herba tingendis linis ac coriis idonea.Plin.lib.24. cap.11.8,Erythrodanus quam aliqui erouthrodanum vocãt,nos rubiã,qua tingũtur lanæ,pelléſq; perficiunturin medicina vrinã ciet. Idẽ lib.35.ca.6.15,Cauſa eſt quòd hyſgino maximè inficitur,rubiámq; cogitur ſorbere. Sic lib.19.ca.3.9.Vulgus pluracopolarum *rubram maiorem & rubram tinctorum* vocant.

RVBICON,pen.corr.huius Rubicônis,pe.prod.fluuius Galliã citeriorem à reliqua diſterminans Italia. cuius multa mentio eſt apud Plutarchum in vita Pompeii & Cæſaris. Suet.in Cæſare cap.31,Conſecutúſque cohortes ad Rubiconem flumen,qui prouinciæ eius finis erat,paulum conſtitit.
Vndæ Rubiconis.Lucan.lib.7.51.
Amœni Rubiconis incola.Claud.ad Gennadium,43.1.
Paruus Rubicon.Lucan.lib.1.37.
Puniceus Rubicó.Lucan.lib.1.43, -pariſq; impellitur vndis Puniceus Rubicon.

Rubicundus,Rubidus,Vide **Rubeus**.

Rubigo,pen.prod.rubiginis,f.g.In metallis ſitu quodã contrahitur,arida & rubra,metallũ paulatim abſumens,qualem in ferro videmus.Dicta à colore. nam veteres robum, rubrum dicebant.Plin.lib.17.cap.4.4, Ferróque omnis rubiginem obducit. Idem lib.34.cap.9.1,Rubigo æris.
Adoranda rubigo.Iuuen.Saty.13.15,
Confer & hos,veteris qui rollunt grandia templi
Pocula adorandæ rubiginis.
Nigræ rubiginis morſu ſcabri enſes.Lucan.lib.1.50.
Putris rubigo.Sta.3.Theb.117. Salſa.Virg.1.Geor.44.
Squallida rubigo.Catul.Argon.59.9,Squallida deſertis rubigo infertur aratris.
Deterſa rubigo.Silius lib.4.3, -ac deterſa rubigine ſæuus
Induitur ferro ſplendor.
Exeſa,inueniet ſcabra rubigine tela.Virgil.1.Georg.100.

Dentium rubigo.Onid.1.Metam.156, -liuent rubigine dentes.

¶ Rubigo,idem quod Robigo significat,éstq; vitiũ in segetibus.Vide **Robigo.** Plin.18.cap.17.10,Rubigo quidé maxima segetum pestis,lauri ramis in aruo defixis, transit in earum folia ex aruis. Rubigo vel erugo in segetibus,inquit Budæus,est quam nostrates agricolæ vocant. Spicæ enim marcidæ fiunt hoc vitio,& in puluerem fœtidum confriatiles.

Sterilem rubiginem non sentiet seges.Horat.3.Carm.ode 23.1.

Rubigo,Dea,Vide RODIGO.

A rubigine Rubigalia dicta,id est festi dies,amoliendæ rubigini instituti ab antiquis, quales sunt supplicationes amburbiæ aut amburbales, quæ hodie propter eiusmodi causas factitantur.Plin.lib.18.cap.29.4,Rubigalia Numa constituit,quæ nunc aguntur ad septimum Cal.Maii: quoniam tunc ferè segetes rubigo occupat.Budæus.

Rubiginôsus,pen.prod.Adiectiuum,Plenum rubigine. Plaut.Sticho,4.77, Rubiginosam strigilem. Apud Martialem lib.5.29, Rubiginosi dentes.

Rubigino,rubiginas,pen.corr.rubiginâre,Rubiginem contrahere.Apuleius lib.3.Floridorum,Profectò vt gladius vsu splendescit,situ rubiginatur, ita vox in vagina silentii condita, diuturno torpore hebetatur.

Rubor, Vide **Rubeus.**

Rubrica,rubricæ,pen.prod.Terra rubẽtis coloris,& minio proxima.Colum.lib.de Arboribus,cap.17,ad finẽ,Omnes arbusculas prius quàm transferas,rubrica notare conuenit:vt quum serentur,eaſdem cæli partes aspiciant,quas etiã in seminario conspexerant. Plin.lib.35.cap. 6.5, Ex reliquis rubricæ generibus, fabris vtilissima Ægyptia & Africana: quoniam maximè sorbentur.Picturis autem apta nascitur & in ferrariis metallis.

Rubrica terra,Quæ subrubens est,& rubris arenulis conspersa. Columella lib.2.cap. 10.3,Id,vt dixi, exilem amat terram, & rubricam præcipue.

¶ Rubrica notabantur tituli & capita librorum. Persius Saty. 5.9,Excepto quod Mansuri rubrica notauit. Horat.2.Serm.saty. 7.10,Prælia rubrica picta aut carbone.

Deliburus rubrica.Author ad Herennium,lib.3.132.

Rubricẽta,rubricẽtæ,pen.pro. Color quo mulieres ad emẽdandũ faciei ruborẽ vtuntur.Plaut.Truc.6.37, Buccas rubricẽta omne corpus intinxit tibi,pessumæ estis.Purpurissum etiã dicitur,vnde idẽ Plautus Buccas purpurissatas vocat, rubricẽta intinctas.

Rubricôsus,pe.pro.Adiect.vt Terra rubricosa,hoc est rubra,& rubrica veluti cõsperſa,aut rubris arenulis,vt differat ab aliis, hoc est pulla,&c.Plin.lib.18.cap.17.13,In solo autẽ rubricoso,lupinũ. Colu.lib.4.ca.33.1,Spissum solũ & rubricosum reformidat. Idẽ lib.2.cap. 16.4, Succidi autem lupinum fabulosis locis oportet, quum secundum florem: rubricosis,quum tertiũ egerit. Cato ca.34,Ager rubricosus,& terra pulla,aterina,rudeta,& arenosa.

RVBRICATVS,Ptolemæo lib.2.cap.6, Hiſpaniæ Tarraconensis fluuius: vulgò *Labregat.*

Rubus,rubi,masc.vel fœ.g.Sentis genus.Horatius 1.Carm.ode 23.2, -seu virides rubum

Dimouere lacertæ,&c. Colum.lib.11.cap.3,de sepibus hortorũ, Ea semina sint vastissimarũ spinarũ, maximéq; rubi & paliuri, & eius quã Græci vocant ῥαμνόβατον, nos sentẽ canis appellamus. Horum autem ruborum semina quàm maturissima eligi oportet. Ibidem in fœm.genere,Alternis ordinibus ferulas,alternis rubos in hortis consitas habere. Et Gellius libro 19.cap.11,Videt fortè vicinum rubos latè atque altè obortas excidentẽ. Quintil.lib.9.cap.4,Rubos aruis excidimus.

Acuta rubus,Vide Acutus in **Acuo.**

Asper rubus.Virgil.4.eclog.18,Mella fluant illi:ferat & rubus asper amomum.

Duri rubi.Ouidius 4.de Ponto,eleg.4.1.

Horrentes rubi.Virgil.3.Georg.63.

Mordax rubus.Ouidius de Medicamine faciei,1.

Punicei rubi.Propertius lib.3.eleg.13.6,

Illis pompa fuit decussa cydonia ramo,
Et dare puniceis plena canistra rubis.

Rubẽtum,rubẽti,pen.prod.Locus in quo rubi sunt.

Dura rubeta.Ouid.1.Metam.21, Cornáque,& in duris hærentia mora rubetis.

Ructus,huius ructus.m.g.Cibi & potus in stomacho male concocti ventosa per os efflatio.Celsus lib.4.ca.5,ad finẽ,Sed si coacuit intus cibus,aut computruit (quorum vtrũlibet ructus ostendit) eiiciendus est: protinúsq; cibis assumptis iisdem quos proximè posui,stomachus restituendus. Plin.lib.20.cap.18.1, Anethum quoq; ructus mouet,& tormina sedat. Martial.lib.1.83, Ista linunt dentes ientacula,sed nihil obstat

Extremo ructus quum venit à barathro. Cic.Pœto,li.9.ep.16, Stoici crepitus aiunt æquè liberos ac ructus esse oportere.

Crebri ructus,eruditatis indicium.Colum.lib.6.cap.6.1.

Ructu grauis herba, Hoc est, grauem odorem ipso ructu ori referent,quale est allium.Plin.lib.24.cap.15.6,Ampeloprasõn in vinetis nascitur, foliis porri,ructu grauis.

Ructo,ructas,ructare,Ructus emittere.Plau.Pseud.23.13,Pergin ructare in os mihi? Plin.lib.7.cap.19.3, Vt in Antonia Druſi nũquã expuisse, in Pomponio Consulari poeta nanquam ructasse. Cic.ad Cornificium, libro 12.15.9,Quem ego ructantem & nauseantem conieci in Cæsaris Octauiani plagas. Iuuenal.Satyra 3.11, -laudare paratus,

Si bene ructauit,si rectum minxit amicus.

Cui ructare turpe esset,is vomuit.Cic.2.Philipp.74.

Confer sudantes, ructantes, refertos epulis tanquam opimos bones.Cic.5.Tuscul.140.

Ructor,ructâris,ructâri,Deponens,Idem significat.

Ructari aues.Varro 3.de Re rust.cap.2.2,Ego,inquit,te præsertim cuius aues hospitales etiam nũc ructor, quas mihi appositi paucis antè diebus.

Versus ructari.Horat.in Arte,41,Hic,dum sublimes versus ructatur & errat.

Ructâtus,pen.prod. Participium. vt Ructati cruores.Silius lib.15. 85,Permisceátque mero ructatos ore cruores.

Ructâtor,& Ructâtrix,pen prod. Verbalia. Ructatrix herba, quæ ructus inducit.Martialis libro 10.48,Nec deest ructatrix mentа, nec herba salax.

Ructito,ructitas,pen.corr.ructitare,Frequentatiuum. Colum.lib. 6.cap.6.2,de boue ægrotante sic inquit,Gemitus exprimit,locóque stare non patitur, sæpe decumbere & ructitare cœpit, caudámque crebrius agere.Locus corruptus est, legi autem debet, Sæpe decumbere,& agitare caput,caudámque,&c.

Ructuósus,pen.prod.Adiectiuum.vt Spiritus ructuosi. Quintilianus lib.4.cap.2.87.

Rudens,rudentis,Vide **Rudo.**

Rudero,Rudetum, Vide **Rudus.**

RVDIAE,Rudiarum,vetus Apuliæ oppidum,Ennii patria.Pomponius Mela lib.2, Post Barium (inquit) Egnatia, & Ennio ciue nobiles Rudiæ.

Rudiarius, Vide **Rudis** substantiuum.

Rudimentum, Vide **Rudis** adiectiuum.

Rudis,huius rudis,f.g.Virga impolita dicitur. Cato de Re rust. cap.104,Hæc rude misceto ter in die,dies quinque continuos.

Rudibus solitos pugnare gladiatores, testis est Lampridius, quum ait Commodum in arena rudibus inter cubiculares gladiatores depugnasse.

Rudem accipere,pro Dimitti à munere.Rude donare,pro Dimittere,crebriter apud idoneos authores obuia sunt.Inde ducta metaphora, quòd antiquitus gladiatores, quibus permissum erat à gladiatorio munere cessare,rude donati dicebantur. Ea cessatio dabatur virga,quam rudem appellabant: vnde hoc modo dimissi,rudiarii vocabãtur. Proinde quicunque à munere quouis in otium restituuntur vel ob ætatem,vel ob imbecillitatem, rudem accepisse dicuntur. Cic.2.Philip.82,Tam bonus gladiator rudem tam citò accepisti.

Donatus rude.Horat.1.epist.1.1,

Spectatum satis & donatum iam rude,quæris
Mecœnas iterum me antiquo includere ludo. Item Iuuenalis,
Ergo sibi dabit ipse rudem,si nostra mouebunt Consilia.

Ad rudem compellere.Cic.ad Octauium,15,Veteres vulneribꝰ & ætate confectos Iulianos gladiatores,egentes reliquias Cæsaris ludi ad rudem compulisset: quibus ille septus omnia misceret,nulli parceret,sibi viueret.Id est,Certare fecisset.

Rudem meruit.Mart.lib.5.93,

Hoc merui Fabiane toga,tritáque,meáque,
Vt nondum credas me meruisse rudem.

Rudícula,rudículæ,pen.corr.Diminutiuum, Parua virga impolita ad multa vtilis, potissimum autẽ ad mouẽda & agitanda ea quæ super igne decoquuntur: vulgus nostrum *spatulam* vocat. Cato cap.9.de Re rust.9, Conuoluulus in vinea ne siet, amurcã igni leni coquito,rudicula agitato crebrò vsqueadeò dũ fiat tam crassa quàm mel. Ibidẽ,Et simul rudicula misceto. Pli.lib.10, Nõ est opus in hoc vsu lanas rudiculis asse curatas. Idẽ lib.34. ca.18.10,Quod derasũ est teritur & cribratur,& coquitur in patinis,miscetúrque rudiculis,donec ruffescat, & simile sandarachæ fiat. Colum.lib.12.cap.46.3, Quæ quum inferbuerit, taleolas inulæ adiicito, & statim ab igne remouento, ac rudicula lignea peragitato,donec perfectè refrigescat.

Rudiarius,rudiarii,m.g.Rudiarii dicti sunt qui impetrarũt missionẽ artis gladiatoriæ,donati rude.Suet.in Tiberio,cap.7, Rudiariis quoq; quibusdam renocatis authoramento centũ milliũm.

Rudiarios, Qui saga rudia & nova polit, vt ait Hermola⁹ ex Festo.

Rudiarius, Qui ruderariũ cribrũ facit, & rudiora linteamina.

Rudis, & hoc rude, Adiectiuũ, Imperitus, indoctus, insciꝰ, ignarus, à rudere deriuatur.

Imperitus & rudis. Cic. pro Flacco, 12, Quum in theatro homines imperiti, homines rerum omniũ rudes, ignariq; cõsederãt.

Ad bella rudis. Liu. 4. belli Pun. 117, Vnus apud sese magister rei militaris remaneret. rudem ad pedestria bella Numidarum gentem esse, equis tantum habilem.

Ad mala iampridem non sumus vlla rudes. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 4.

Ad seditiones rudis. Liu. 8. bel. Pun. 131, Scipionem bellis assuetum, ad seditionum procellas rudem, sollicitũ habebat res, ne aut exercitus peccando, aut ipse puniẽdo modum excederet.

Rudis in. Cic. 1. de Orat. 21, Quem tu adolescentulum perpulisti, ignarum legum, hæsitantem in maiorum institutis, rudem in iure ciuili. Idem Sulpitio, libro 4. 1. 4, Rudis esse videbar in causis. Et 1. de Orat. 119, Aliud est enim esse artificem cuiusdã generis atque artis, aliud in communi vita & vulgari hominum consuetudine, nec hebetem, nec rudem. Ibidem, 17, Quid esse potest in otio aut iucundius, aut magis proprium humanitatis, quàm sermo facetus ac nulla in re rudis?

Orator nulla in re tyro ac rudis, nec peregrinus atque hospes esse debet. Cic. 1. de Orat. 110.

Rudes, & omnium ignari. Quintil. lib. 1. cap. 8. 3.

¶ Rudes artium homines. Liu. 1. ab Vrbe, 28, Venerabilis vir miraculo literarum, rei nouæ inter rudes artium homines.

Bonarum artium rudis. Tacit. lib. 1.

Belli rudis, Inexpertus armorum. Horat. 1. epist. 1. 10.

Coniugii rudis iuuenca. Ouid. 4. Fast. 68.

Rudis exemplorum. Cic. pro Corn. Balbo, 37, Dicat se non imperitũ fœderis, non rudem exemplorũ, non ignarũ belli fuisse.

Rudes Græcarum literarum. Cic. 1. Offic. 3.

Operum rudes inuenci. Ouid. 1. Fast. 17.

Rudis prouinciæ & tyro. Cic. 4. Verr. 12, Nolebat in agẽdo discere, tametsi non prouinciæ rudis erat & tyro.

Rerum rudis. Valer. 1. Argon. 155.

Rerum omnium rudis. Cic. 1. Tusc. 90.

Rei militaris rudis. Cic. 4. Acad. 4, Quum esset Romæ profectus rei militaris rudis.

Dicendi rudis. Tacit. lib. 1.

Rudis tractandi militares animos. Curtius libro 4. Hoc est imperitus.

¶ Rudis, ad animum transfertur: rudésque illi dicuntur qui adhuc animum non expoliuere disciplinis & doctrina, rerúmque vsu. Plin. lib. 1. cap. 7. 9, Sedere cœpit sententia hæc, paritérque & eruditum vulgus, & rude in eam cursu vadit. Festus, Hominem imperfectum rudem dicimus.

Anni rudes. Claud. 6. Paneg. 17.

Capilli rudes, Non compti. Senec. Hippol. 3. 10.

Carmen rude. Ouid. 1. Trist. eleg. 6. 5.

Rudem me discipulum atque integrum accipe. Cic. 3. de Nat. deor. 9. Vide **Accipio**.

Hebes ac rudis Epicurus. Cic. 1. de Diuin. 154.

Forma ingenii admodum impolita & planè rudis. Cicero de Claris Orat. 163.

Genus hominum rude, hebes & impolitũ. Cic. 2. de Orat. 73.

Ingenium rude. Horat. de Arte, 83.

Lanæ rudes. Ouid. epist. 1. 16.

Materia rudis. Lucan. lib. 1. 1.

Moles rudis indigestáque. Ouid. 1. Metam. 1.

Pectus rude. Ouid. epist. 4. 8.

Populi rudes. Ouid. 1. Fast. 8.

Puer rudis ignoto amore tactus. Ouid. 2. Amor. eleg. 1. 2.

Simplicitas rudis. Ouid. 3. de Arte, 13.

Vetustas rudis. Ouid. 1. Fast. 17.

Vulgus rude. Ouid. 2. Fast. 59.

¶ Rudis, pro Rustico. Iuuena. Sat. 11. 10, Tunc rudis, & Graias mirari nescius artes. Budæus.

Rúditas, pen. corr. ruditâtis, f. g. Imperitia, & obtusitas ingenii.

Rudimentum, rudimenti, Principium siue prima disciplina quæ rudibus datur, quod & tyrocinium appellatur.

Clara rudimenta primæ militiæ. Stat. 5. Syl. 2. 1.

Dicendi rudimenta. Quintil. lib. 2, cap. 1. 6.

Rudimentum lucis, pro Initio vitæ, apud Plinium libro 7. in Proœmio, 3, Ab hoc lucis rudimento, quæ ne feras quidem inter nos genitas vincula excipiunt, & omnium membrorum nexus, &c.

Rudimẽtum ponere, Incipere. Cic. in Sallustium, 1, Verùm eo magis odisse debetis hominem, qui ne incipiẽs quidem peccare, minimè rebus posse rudimentum, sed ita ingressus est, vt neque ab alio vinci possit, &c. Liu. 1. bel. Maced. 43, Respõsum legatis est: & patrem eius Syphacem sine causa ex socio & amico hostem repente Populi Rom. factum: & eum ipsum rudimentum adolescentiæ bello lacessentem Romanos posuisse.

Rudimenta tyrocinii deponere sub aliquo, Idem significat. Iustinus lib. 9. non procul ab initio, Alexãdrum filium XVIII annos natum, vt sub militia patris tyrocinii rudimẽta deponeret, ad se accersit.

Rudimentum puerilis regni. Liuius 1. ab Vrbe, 21, Nec deinde inter muliebrem tutelam, rudimentúmque primum puerilis regni mouere arma, aut Mezentius, &c.

Rudimenta & incunabula virtutis. Cic. in Sallustium, An vlla alia putas esse rudimenta & incunabula virtutis?

Incrementa & rudimenta. Curtius lib. 5, Idémque equos incunti prælium admouent, venantémque comitãtur, & vigiliarum vices ante cubiculi fores seruant. Magnorúmque præfectorum & ducum hæc incrementa sunt & rudimenta.

Turpe rudimentum. Ouid. epist. 5. 10, Turpe rudimentum est, patriæ præponere raptam.

Rudo/rudis, rudi, rúdere, Propriè ad asinos pertinet: nam rudere asini dicuntur, quum vocem emittunt. Persius Satyra 3. 2, Findor, vt Arcadiæ pecuaria rudere credas.

Sono intempestiuo rudit asellus. Ouid. 6. Fast. 69.

Vt rudit à scabra turpis asella mola. Ouid. 3. de Arte, 58.

Rudere, abusiuè & de leonibus, & de hominibus dicitur. Virgil. 7. Æneid. 4, -sera sub nocte rudentum. Idem 8. Æneid. 50, Inclusúmque cauo saxo, atque insueta rudẽtem. Id est clamantem: & abusiuè dictum est. Seruius.

Rudens, Participium. vt Prora rudens. Virg. 3. Æneid. 113,

-primúsque rudentem
Contorsit læuas proram Palinurus ad vndas.

Asellus rudens. Ouid. 1. Fast. 87.

Leones rudentes. Virg. 7. Æneid. 4.

Rudens, Substantiuũ, tam masculinũ, quàm femininũ, Funis nauticus quòd quũ véto agitatur, veluti rudere audiatur. Virg. 1. Æneid. 19, Insequitur clamórq; virũm, stridórq; rudẽtũ. Plaut. Rud. 2. 1, Heus mane. C. quid maneam? T. dũ hanc tibi rudentẽ, quam trahis, cõplico. Cic. 5. Tusc. 57, Vt mihi illud Laconis dictum in hos cadere videatur, qui gloriãti cuidã mercatori quòd multas naues in omnem oram maritimam dimisisset: Non sanè optabilis est quidem, inquit, rudentibus apta fortuna.

Aptare remos & rudentes. Virg. 5. Æneid. 151.

Excutere rudentes. Virg. 3. Æneid. 157.

Explicare rudentem. Cic. 1. de Diuinat. 146, de fato loquens, Sed est quasi rudentis explicatio.

Iactare rudentes. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 15,

Et siqua dabit aura sinum, iactate rudentes,
Exeat à Stygiis vt mea nauis aquis.

Immittere rudentes, Vide **Immitto**.

Laxare excussos rudentes. Virg. 5. Æneid. 54.

Innumeros rudẽtes porrexit puppis vtrinq;. Stat. 5. Syl. 1. 49.

Intorti rudentes sustollunt vela. Catull. Argon. 59. 47.

Duros tractare rudentes. Iuuen. Sat. 6. 11.

Rudus/ruderis, pen. cor. neu. g. quod & raudus dicitur, propriè significat rem rudem, asperam & imperfectam. Ideo hominem imperfectum, rudem nominamus. Et rudis, impolita virga: de quibus suis locis. Dicitur autem nouum rudus, & vetus rudus, sed diuersa significatione. Liuius 6. bel. Pun. 55, Æris acerui, quũ rudera milites religione inducti iacerent, post profectionẽ Annibalis magni inuenti.

Nouum rudus est materia pauimenti, hoc est saxa recens cõtusa, seu testæ cõfractæ cum calce ad pauimentum faciendum. Vitruuius lib. 7. cap. 1. Deinde ruderi nouo tertia pars testæ tusæ admisceatur, calcísq; duæ partes ad quinque mortarii missionibus præstẽt respõsum. Plin. lib. 36. cap. 15. 3, Necessariũ binas per diuersum coassationes substerni, capita earum præfigi, ne torqueantur, & ruderi nouo tertiam partem testæ tusæ addi.

Vetus rudus, est materia pauimentorum & diutorum ædificiorum, quæ lapidibus & testis confractis, calcéque arena commista constat. Plinius, Complanatæ veteri rudere erant viæ.

Rudus rediuiuum. Vitruuius lib. 7. ca. 1, Rudus si nouum erit, ad tres partes vna calcis misceatur. Si rediuiuũ fuerit, quinque ad duũm missiones habeant responsum.

Rúdero, rúderas. pen. cor. ruderare, Rudus inducere. Vitruui⁹ li. 7. cap. 1, Tunc insuper statuminetur, ne minore saxo, quàm quod pollit manum implere. Staturninationibus inductis ruderetur.

Ruderatio, ruderatiõnis, Verbale f. g. Vitruui⁹ li. 7. ca. 1, Primúmque incipiũ de ruderatione, quæ principia tenet expolitionũ.

Ruderâtus, pe. pro. Adiect. Ruderatus ager, Qui veterũ ædificio-

rum materia ſcatet. Plin. libro 11. cap. 4. 6, Præterea locis omnis ſiccis quàm humidis odoratior. Sert nec pinguibus vult, nec argilloſis locis, nec rignis, contenta raris, propriéque ruderatum agrum amat. De roſa.

Rudétum, rudéti, pen. pro. Locus plenus ruderibus: ſiue terra, quæ prius rudis fuerat & inculta, tum autem arata. Cato cap. 38, Lentum in rudeto & rubricoſo loco, qui herboſus non ſiet, ſerito.

Idem cap. 57, Ager rubricoſus, & terra pulla, materina, rudeta, arenoſa. Vetus exemplar habet rudecto, rudecta.

Ruderarium cribrum, vilius & furfurarium Apuleius dixit.

RVFINVS, pen. prod. Conſularis à Fabritio Cenſore damnatus, quòd decem pondo argenti apud eum inuenta eſſent.

Rufinus alter, vnà cum Stilicone & Gildone, relictus à Theodoſio ſeniore imperii adminiſtrator, pro tutela Arcadii & Honorii filiorum: Gildo in Africa, Stilicon in Occidente, Rufinus verò in Oriente. omnes ſanè cupiditate regni incenſi, in ſuos principes arma conuerterunt, ex quo diuerſis modis oppreſſi periere. Author Volaterranus.

RVFRIMACERIAE, plur. nu. Oppidum Campaniæ. Cato cap. 12. 3, Vēduntur ad Rufrimacerias numis cētum octoginta, temperantur numis triginta, tantidem Pompeiis emuntur. Idem cap. 135. Eſt & Pompeii, oppidum Campaniæ.

Rufus, Adiect. Color non plenè ruber. Martial. lib. 14. 119, Roma magis fuſcis veſtitur, Gallia rufis. Plautus Pſeud. 10. 109. Rufus quidam, ventrioſus, craſſus. Teren. Phor. 1. 2. 1, Siquis me quæret rufus. Idem Heaut. 5. 5. 17, Rufámne illam virginem, &c. Quidam ſcribunt duplici ff, ruffus.

Agna rufa. Horat. 1. Serm. ſat. 3. 43.

Color rufus. Plin. libro 11. cap. 11. 2, Syncerum quidem lenitate deprehenditur, & colore ruſſo.

Gingiua rufa. Catul. in Egnatium, 37. 5.

Vela lutea & ruſſa. Lucret. lib. 4. 15, Et vulgo faciunt id lutea, ruſáque vela.

Rufior, Comparatiuus. Plin. lib. 16. cap. 14. 1, Nanque & materies maris dura, rufiórque, ac nodoſa.

Rufulus. pen. corr. Diminutiuum. Plaut. Aſin. 8. 10, Macilentis malis, rufulus, aliquātum ventrioſus. Idem Amphit. 16. 63, Vt primùm coiuit cicatrix rufula.

Rufuli appellati ſunt Tribuni militum, non à populo, ſed a Conſule facti, quòd de eorum iure Rutilius Rufus legem tulerit. hi poſtea mutatione vnius literæ, Rutuli ſūt appellati. Feſtus.

Rufo, rufas, rufare, Rufum facere. Plinius lib. 15. cap. 11. 1, Rufatur capillus primum prodeuntibus nucleis. Et lib. 23. cap. 1. 7, Tūc addito lentiſcino oleo illita vna nocte rufat capillum.

Ruſco, ruſes, A quo Ruſeſco, ruſeſcis, ruſeſcere, Rufum fieri. Plin. lib. 10. cap. 29. 4, Grues ſenectute nigreſcūt. Merula ex nigra ruſeſcit. Idem lib. 25. cap. 4. 9, Nonunquā ante candidū ruſeſcit.

RVFVS Purpurio, Legatus Romanorum in concilio Ætolorum: apud Liuium lib. 31.

Rufus, Cēturio ſub Scipione Africano, cuius res geſtas, & quæ in bello præparantur, ſcripſit. Author Appianus.

Virginius Rufus orator egregiꝰ interfectus à Nerone, de quo Tacitus, Virginium (inquit) Rufum claritudo nominis extulit. Et paulò inferius, Nam Virginius Rufus ſtudia iuuenum eloquentia, Muſonius præceptis ſapientiæ fouebat.

Rufus, poeta Bononienſis, cuius meminit Martialis lib. 6. 85, Funde tuo lachrymas orbata Bononia Rufo,
Et reſonet tota planctus in Æmylia.

Rufus, medicus, ſub Traiano principe multa cōſcripſit, quorum nihil ad nos peruēnit, ſæpe tamen ab aliis teſtis citatur.

Rufus Corinthius, ſophiſta, quanquam diuitiis & generis nobilitate pollebat, plus tamen ad eius laudem dicendi gloria, lingúaque gratia contulit. Author Philoſtratus.

Rvga/rugæ, In hominibus præ ſenectute accidit. Cic. de Senectute, 58, Non cani, non rugæ repentè authoritatē arripere poſſunt, ſed honeſtè acta ſuperior ætas, &c.

Aniles rugæ. Ouid. 14. Metamor. 10, -& rugis peraranit anilibus ora.

Cauæ rugæ. Ouid. 7. Metam. 59.

Deformes rugæ. Claud. 2. in Eutropium, 14.

Senilis ruga. Ouid. 5. Faſt. 11.

¶ Denſiſſima ruga cogitur in frontem. Iuuenal. Saty. 13. 25.

Decipere aliquem rugis & ſupercilio. Cic. Poſt red. in Sen. 14.

Senectus frontem exarat rugis. Horat. Epod. 8. 1.

Excutere rugas. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 9.

Inducit rugas ſenectus. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 4.

Laxantur corpora rugis. Ouid. 3. de Arte, 15.

Portare rugas. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 9.

Trahere rugam. Iuuenal. Saty. 14. 33.

Capitis nitus & rugæ tē turpant. Horat. 4. Carm. ode 13. 5.

Iam venient rugæ quæ tibi corpus arēt. Ouid. 1. de Arte, 14.

¶ Ruga, nō ſolùm in corporibus dici ſoleт, ſed etiā in veſtibus. Plin. lib. 35. ca. 8. 5, Præter quæ in veſte & rugas & ſinus inuenit.

¶ Ruga, in arboribus. Plin. lib. 11. ca. 7. 4, Deeſt tota tila maturitas, ideóque & rugarum, coloriſque ſimilitudo.

Rugōſus, pe. pro. Adiect. Rugis plenū. Plin. lib. 12. ca. 13. 2, Amomū laudatur quammaximè punici mali foliis ſimile, nec rugoſis.

Acina rugoſa. Colum. l. b. 13. ca. 43. 5, Sed hæc ratio facit rugoſa acina, & penè tam dulcia, quàm eſt vua paſſa.

Cortex rugoſus. Plin. lib. 16. cap. 31. 1, Cortex omnibus in ſenecta rugoſior. Ouid. 5. epiſt. 6.

Facies rugoſior vua paſſa. Claud. 1. in Eutropium, 23.

Frons rugoſa. Martial. lib. 3. 51,
Rugoſiorem quum geras frontem,
Et aranearum caſſibus pares mammas.

Genæ rugoſæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 23.

Palmæ rugoſæ. Ouid. 8. Metam. 136, Hîc nux, hîc miſta eſt, rugoſis carica palmis.

Senecta rugoſa ora pallent. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 5.

Rugare dicitur veſtis quum multos ſinus facit, Plauto in Caſina, Vide palliolum vt rugat.

Rugata teſta, apud Plinium lib. 9. cap. 33. 1.

Rugio/rugis, rugiui vel rúgii, rugitum, pen. prod. rugíre dicitur leo, quum vocem emittit. Author Philomelæ, 10, Tigrides indomitæ raucant, rugiúntque leones.

Rugítus, huius rugitus, pen. prod. m. g. Ipſe rugiendi actus.

Ruidus/ ſiue ruuidus, pen. cor. Adiect. vt Ruidum pilum. Plin. lib. 18. cap. 10. 7, Maior pars Italiæ ruido vtitur pilo. Hermolaus, Præferratum pilum in molendo propterea vocatur Plinio, vt à pilo ruido (ſic enim vocat ipſe) diſtinguatur: ad molas videlicet quas aqua verſat, vnde nec tam, quòd ſine ferro eſt, id nomē habet, quàm quòd aſperum, impolitúmque. Nam & Ruuidus panis Plauto (vt ait Feſtus) eum ſignificat, qui parum coctus, rugoſúſque ſit. quanquam rubidus ferè ſcribitur.

Ruina/Vide **Ruo.**

Rulla/rullæ, Inſtrumentum ferreum, ſtimulo ruſticorum additum, ad vomerem detergendum. Plin. lib. 18. cap. 19. 5, Purget vomerem ſubinde ſtimulus cuſpidatus rulla. Diminutiuum à runa, quod eſt teli genus, vt ait Feſtus. Ennius, Runata recedit. Habet autem hoc telum latiorem cuſpidem.

RVLLVS, teſte Plinio lib. 8. cap. 51, ſolidum aprum Romanorum primus in epulis appoſuit, qui Ciceronis Conſulatu legem Agrariam promulgauit.

Ruma/rumæ, Idē quod Rumen, A' veteribꝰ dicebatur mamma, Vide **Rumio.**

Ruma, Gutturis pars eminens. Seruius, Rumatio dicta eſt à ruma eminente gutturis parte, per quam demiſſus cibus à certis reuocatur animalibus.

Rumo, rumas, rumare, Idem quod ruminare dicebatur apud veteres. Eſt etiā rumare, lactare, quaſi māmā in rumē immittere.

Rumbotinus/Vide **Rumpotinus.**

Rumen/rúminis, pe. co. n. g. Eminens ſub mēto gutturis pars, qua cibus in aluū demittitur. Feſtus, Rumen eſt pars colli qua eſca deuoratur: vnde & rumare dicebatur, quod nūc ruminare.

Rumen, Mamma dicitur. Plin. lib. 15. cap. 18. 9, Magiſque ob memoriā eius quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris appellata: quoniā ſub ea inuenta eſt lupa infantibus præbens rumen (ita vocabant mammam) miraculo ex ære iuxtà dicato, tanquam in comitium ſponte tranſiiſſet.

Rumen, Nonius docet eſſe locum in ventre, quò ſumitur cibus, & vnde redditur. Pōponius Proſtibulo, Ego rumorem parui facio, dum ſit rumen qui impleam.

Rúmino, rúminas, penul. corr. ruminare: & **Rúminor**, ruminaris, ruminari, Eſt reuomere, ac rurſus conſumere, quaſi cibum ad rumen reuocare, iterúmque conficere. Columella lib. 6, Propter quæ bos neque ruminat, neque lingua ſe detergit. Plinius lib. 10. cap. 73. 1, Ruminant præter iam dicta ſylueſtrium cerui, quæ à nobis aluntur.

Herbas ruminare. Ouid. in Fragment. 4. Virgil. 6. eclog. 11, Ilice ſub nigra pallentes ruminat herbas.

¶ Ruminari, per trāſlationē, In memoriam reuocare. Varro Tanaquile, Non modò abſens quicquam de te æquius cogitabit, ſed etiam ruminabitur humanitatem tuam. Liuius Ægiſtho, Nemo hæc veſter ruminabitur mulieri. Nonius.

Ruminatio, Verbale. Plin. lib. 11. cap. 37. 70, Quibus neque dentes vtrinque, nec ruminatio. Idem lib. 17. cap. 11. 11, Si ſanctas recenti medicina mordeat quædam hyemis ruminatio.

Ruminatio, Ipſa in memoriā reuocatio. Cic. ad Attiū, li. 2. 17. 3, Quæro magis vidi ex tuis literis, quàm ex illius ſermone, quid ageretur de ruminatione quotidiana, de cogitatione Publii, &c.

Ruminâlis ficus, Sub qua Lupa Romulo & Remo dicitur mammam præbuisse, vt ait Festus: quæ & Romula vocitata est. Ouid.2.Fastorum,8,

Arbor erat.remanent vestigia,quæque vocatur

Romula nunc ficus,Rumina ficus erat.Siue quòd sub ea pecudes ætatis tempore frigora captantes, herbas ruminare consueuerunt.

Ruminales hostiæ, eorum animalium quæ ruminant. Plin. lib.8.cap.51.2, Coruncanius ruminales hostias, donec tridentes fierent,puras negauit.

Rumentum/rumenti,Abruptio,inquit Festus.

Rumex/rúmicis,pen.corr.m. g.Lapathi sylvestris genus. Plin. lib.19.cap.12, Solum vero ex omnibus lapathum syluestre melius.hoc in satiuis rumex vocatur,nascitúrque fortissimum.

Rumex,Genus teli,simile spari Gallici,vt ait Festus. Lucilius, Tum spara,tum rumices portantur,stragula porró.

RVMIA,dicta est dea, quæ rumis,id est mammis, hoc est pueris lactentibus præsidebat.Huius meminit Augustinus lib.4.de ciuitate Dei. Varro 1.de Re rust.cap.11.4, Non negarim inquã ideo apud d.uæ Rumiæ sacellum à pastoribus satam sicum. Ibi enim solent sacrificare lacte pro vino,& pro lactentibus.

Rumifero/**Rumigero**/Vide **Rumor.**

Rumino/**Rumino:**/ Vide **Rumen.**

Rumis,huius rumis, Idé quod Ruma, id est mamma, sed propriè animalium.Varro lib.2.de agricultura,cap.11.4, Mammæ enim rumis,siue rumæ,vt antè dicebant,à rumi, & inde dicuntur Subrumi agni lactentes,à lacte. Sic ibidem,cap.1.20.

Rumito,rumitas,rumitare,Idem quod Rumigero,antiquum. Næuius,Simul alius aliunde rumitant inter sese.

Rumor,rumôris,m.g. Sermo in populo sine certo authore (in bonũ vel in malũ)de re recenti dispersus. Cic.5.Verr.81, Multa sũt imposita huic ordini munera,multi labores,multa pericula, non solùm legum ac iudiciorũ,sed etiam rumorũ ac temporũ.

Multitudinis rumor. Cic.2.de Fin.80,Honestum quid sit,si id non est in voluptate,negat se intelligere: nisi forte illud quod multitudinis rumore laudetur.

Rumor de.Cic.ad Cassium, lib.12.9.2, Nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella, satis illos quidem constantes,sed adhuc sine authore.

Ex sermone rumor.Cic.pro Lege Manilia,17, Sinite hoc loco Quirites(sicut poetæ solent qui res Romanas scribunt) præterire me nostram calamitatem,quæ tanta fuit, vt eam ad aures L.Luculli nõ ex prælio núntius, sed ex sermone rumor afferret.

Aura rumoris.Cic.pro Murena, Totam opinionẽ parua nõnunquam commutat aura rumoris.

¶Aduersus,Vide **Aduerto.** Constans,Vide **Consto.**
Amarus.Virg.4.Æneid.41. Fallax.Claud.1.Paneg.80.
Atrox.Tacit.lib.17. Iniquus.Ouid.4.Fast.61.
Celebris,Vide **Celebro.** Magnus,Vide **Magnus.**
Clemens,Vide **Clemens.** Miserabilis.Cæs.de bel.Ge.40

Nuntius rumor.Cic.ad Cassium,lib.12.10.3,Nos de Dolabella quotidie quæ volumus,audiuimus:sed adhuc sine capite,sine authore,rumore nuntio.

Secundo rumore,Hoc est grato.Tacit.lib.3,Vtque hæc secundo rumore,ita aduersis animis acceptum.

Sinister rumor.Lucan.lib.8.11.

Tristis & lucũdus rumor,contraria.Cic.ad Cassium,lib.15.17.5,Rumores tristiores,sed *Vicerunt.* Idem Q.fratri, lib.3.14.5, Rumor Dictatoris iniucundus bonis.

Vagus rumor.Tacit.lib.19. Ouid.12.Metam.134.

Validus rumor.Tacit.lib.4.

¶Afferre rumores,Vide **Affero.**

Affingere rumoribus,Vide **Affingo.**

Afflauit rumor.Cic.Attico, lib.16.333.12, Sed tamen rumoris nescio quid afflauerat.

Rumor ait.Martialis lib.3.38, Rumor ait linguæ te tamen esse malæ.

Aucupari inanem rumorem,Vide **Aucupor.**

Calent rumores,Vide **Calco.**

Colligere rumorem,Vide **Colligo.**

Diditur hic subitò Troiana per agmina rumor. Virgilius 7. Æneidos,19.

Differre rumorem.Tranquillus in Octauio Augusto,Rumore ab obtrectatoribus dilato,&c.

Dissipatis rumoribus improbissimis.Cic.14.Philip.391.

Quæ vos ad cælum effertis rumore secũdo.Hora.1.epist.10.2.

Facti rumor it per oppida.Ouid.6.Metam.30.

Excipere rumores.Cic.pro Deiotaro,17,At eo,inquit,tempore ipso Nicæam Ephesúmque mittebat qui rumores Africanos exciperent,& celeriter ad se referrent.

Rumore malo flagrare.Horat.1.Serm.sat.4.16.

Incedit rumor.Tacitus libro 1,Quippe rumor incesserat.Hoc est subierat.

Increbrescit rumor.Vide **Increbresco.**

Inflat animos rumor.Vide **Inflo.**

Intelligere rumore.Plaut.Casin.1.10,

Nos,postquam populi rumore intelleximus,
Studiosè expetere vos Plautinas fabulas.

Frigidus à rostris manat per compita rumor. Horatius 2.Sermonum,saty.6.11.

Narrat rumor.Vide **Narro.**

Ortus rumor,Vide **Orior.**

Perferret multa etiam ipse rumor.Cic.Cælio,lib.2.7.3.

Perstrepit rumor in aula.Stat.2.Achill.16.

Permisit hoc idem nobis Germanice rumor. Ouid.2.de Ponto,eleg.1.8.

Peruaserat rumor,ipso tẽpore flagrãtis vrbis.&c. Tacit.li.15.

Pugnare rumoribꝰ cũ aliquo.Cic.3.de Nat.deo.18,Rumoribus,inquit,mecũ pugnas Balbe,ego autẽ à te rationes requiro.

Senescunt rumores. Tacitus libro 1, Relinquendum etiam rumoribus tempus, quo senescant. Hoc est vanescant, & consumantur.

Varios rumores serere.Virg.2.Æneid.46.

Subdere rumorem.Taci.lib.19, Vagus inde cõsilio ducis subditus rumor,aduenisse Mutianum,exercitus inuicem salutasse.

Claro apud vulgum rumore erat.Tacit.lib.15.De Pisone.

Rumor in ambiguo est.Ouid.3.Metam.50.

Rumor est,vel erat.Terent.And.1.1.14, Meum gnatũ rumor est amare. Idem Phor.5.8.13,Nam qui erit rumor populi inquit,si id feceris· Cic.ad Lẽtulum,lib.1.8.14.Rem te valde bene gessisse rumor erat. Sic Martialis lib.4.16.

Surrexit rumor.Tacit.lib.18,Is rumor ab exploratoribus Vitellii dispersus,an ipsa Othonis parte, seu dolo, seu forte surrexerit,parum compertum.

Mistáque cum veris passim commenta vagantur
Millia rumorum.Ouid.12.Metam.11.

Rumor venit.Terent.in Hecyra Prologo,39,

-quum interea rumor venit,
Datum iri gladiatores.

¶Rumor,pro Fauore.Virg.8.Æneid.18,Ergo iter inceptum peragunt rumore secundo.

Rumúsculus,pen.corr.Diminutiuum.Cic.3.de Legib.51, Fa à nobili homine lata,à Cassio,sed (pace familiæ dixerim) dissidente à bonis atque omni rumusculos populari ratione aucupante. Idem pro Cluentio,84,Tum etiã illi quinque qui imperitorum hominum rumusculos aucupati, tum illum absoluerunt, iam suam clemẽtiam laudari magnopere nolebant. Idem ad Atticum,lib.2.20.2, Quas quidem ego multo magis vereor, quàm eorum hominum qui hodie viuunt,rumusculos.

Rumifero,rumiferas,pen.corr.rumiferare,Rumorem ferre,antiquè.Plautus Amphit.3.44,Quámque adeò ciues Thebani verò rumiferant probam.

Rumigero,rumigeras,pen.cor.rumigerare,Idem,sed obsoletum.

Rumpo/rumpis,rupi,ruptum,rúmpere,Frangere.Virg.lib.10. Æneid.47,Rupimus inuitæ tua vincula. Horat.1.Serm.saty.7, Rumpere catenas. Cic.7.Verr.63,Quid si aufugisset,si vincula rupisset? Et 1.Tuscul.117.

¶Rumpere,Defatigare.Plaut.Merc.4.39,

Opera licet experiri,qui me rupi currendo tua
Causa. Terent.Hecy.3.4.11,
.vouisse hunc dicam,si saluos domum
Redisset vnquam,vt me ambulando rumperet?

¶Rumpere,Disiicere.Virg.8.eclog.15,Frigidus in pratis cantando rumpitur anguis.

¶Rupisse videtur qui corrupit.Vlpianus,Vi bonorum raptorũ.L.Prætor. Alphenus in L.Qui insulam,Locati,Qui mulas ad certum pondus oneris locarat,quum maiore onere conductor eas rupisset. Vlpianus de Iniuriis,Offerendus est seruus præsidi qui eum flagris rumpat. Idem,Si magistratus municipalis seruum meum loris ruperit.Rudæus.

Vt aliquando ista quæ sunt inflata rumpantur.Cic.in Vat.7.

¶Aditus rumpere,Vide **Adeo**/adis.

Eiaculator aquas,atque ictibus æra rumpit. Ouid.4.Met.15.

Amnes fontibus rumpuntur.Virg.3.Georg 86.

Et tantos rumpi non speret amores.Virg.4.Æneid.59.

Paritérqi sinum,paritérqi capillos rupit.Ouid.10.Meta.144.

Fulmen emicuit,& rupit diem Lucan.lib.1.31.

Edicta rumpere.Horat.3.Carm.ode 15.5.

Fidem rumpere.Liu.9.ab Vrbe,114, Eodem anno cũ reliquis Hetruscorum ad Perusiam, quæ ipsa induciarum fidem rupe-

rat,Fabius Conſul nec dubiã,nec difficili victoria dimicat. Sic 4.bel.Pun.131. Virg.4.Georg.43.

Fœdus rumpere.Liu.3.ab Vrbe,107. Virg.12.Æneid.117, Bis iam Italos hoſtes,hæc altera fœdera rumpi. Ibidem,8.108.

Fœdera negligere,violare,rumpere.Cic.pro Corn.Balbo,9.

Frænа pudoris rumpere.Propert.lib.3.eleg.19.1.

Funem ab littore rumpere,& fugere.Virg.3.Æneid.118.

Guttura cultro rumpere.Ouid.15.Metam.93.

Horrea rumpunt immenſæ meſſes.Virg.1.Georg.4.

Imperium rũpere.Tacit.lib.13,Sed rupto imperio,poſtquam paucæ è proximis caſtellis turmæ,&c.

Iter rumpere ad littora Ponti Adriaci.Silius lib.1.11.

Iter cœptum rumpere.Ouid.3.Amor.eleg.5.18.

Ius rumpere.Liu.4.ab Vrbe,75,Rem incredibilem: interuẽtu Fidenatium nouorum ſociorum,conſulentiũ de cæde ruptura ius Gentium,non auerſum ab intentione luſus animum,&c.

Moras rumpere,Hoc eſt feſtinare, quaſi moram frangere,in mora non eſſe.Virg.3.Georg.9. -en age ſegnes,

Rumpe moras. Plin.epiſt.126,Proinde aut rumpe iam moras, aut caue ne eoſdem illos libellos, quos tibi hendecaſyllabi noſtri blanditiis elicere non poſſunt, conuitio ſcazontes extorqueant. Martialis lib. 2.63, Eia age,rumpe moras,quo te ſpectabimus vſquer

Græcia coniurata rumpere nuptias.Horat.1.Carm.ode 15.2.

Patientiam rumpere, Vide Patientia in Patior.

Pectora rumpere enſe.Virg.9.Æneid.87.

Præcordia ferro rumpere.Ouid.6.Metam.51.

Quæſtus pectore rumpere.Virg.4.Æneid.111.

Reuerentiam ſacramenti rumpere.Tacit.libro 17,Superioris Germaniæ legiones rupta ſacramenti reuerẽtia, imperatorem alium flagitare.

Silentium rumpere.Martialis lib.9.71,Nõdum criſtati rupere ſilentia galli. Virg.10.Æneid.13,

-quid me alta ſilentia cogis

Rumpere,& obductum verbis vulgare dolorem? Curtius lib.9,

Date hoc precibus meis,& tandem obſtinatũ rumpite ſilentiũ.

Sermone ſilentia rupit.Ouid.1.Metam.42.

Somnos rumpere.Lucan.lib.3.5.

Telum rupit terga nouena boum clypei.Ouid.12.Metam.10.

Teſtamentum rumpere. Cic.1.de Orat.114, Quia conſtat agnaſcendo rumpi teſtamentum:ergo in hoc genere iuris iudicia nulla ſunt. Idem pro Cecinna,53,Cui filius agnatus ſit,eius teſtamentum non eſſe ruptum,iudica.

Tunicas rumpere.Virg.2.Georg.15.

Veſtes rumpere.Ouid.6.Metam.17.

Vincula rumpere.Virg.1.Æneid.17.

Vocẽ rũpere. Virgil.2.Æneid.16,Compoſito rũpit vocẽ,& me deſtinat aræ.Vbi Seruius,Rumpit vocem,hoc eſt erũpit in vocem.Et dictum eſt per contrariũ. Nam ſi ſilentiũ rumpere, eſt loqui:vt -quid me alta ſilentia cogis Rũperes Vocem rũpere, eſt tacere.Sed aliqua interdum ſimpliciter,interdũ per contrarium intelliguntur. Idem 3.Æneï.50, -rupitque hanc pectore vocem.Hoc eſt Cum indignatione loquitur,vt ait Seruius.

¶ Inuidia rumpi.Virg.7.eclog.6.

Rumpi malis,& Non moueri,contraria.Cic.Q.fratri,libro 3. 14.9, Vt his malis Reip. licentiáque audacium quæ quibus antea rumpebar,nunc ne mouear quidem.

¶ Rumpo,Id eſt Rumpi facio. Plin.lib.30.ca.4.3,de bupreſti, Deuoratúmque tacto felle ita bouẽ inflãmat, vt rũpat. Mart. lib.10.79, Grandis vt exiguam bos ranam ruperat olim,

Sic,puto,Torquatus rumpet Oracilium. Budæus.

Ruptus,Participium.vt Rupta pacis fides.Liu.4.bel.Pun.131.

Aggeres rupti.Virg.2.Æneid.100.

Comis ruptis exululare.Ouid epiſt.11.13.

Rupi, quã ruptam ſum mihi queſta fidem. Ouid.epiſt.13.10.

Vicinæ ruptis inter ſe legibus vrbes

Arma ferunt.Virg.1.Georg.102.

Montes rupti.Lucan.lib.5.13.

Puſtula rupta lædit teneras manus.Tibull.lib.2.eleg.3.2.

Quies populis rupta.Lucan.lib.1.49.

Teſtamentum ruptum,& Ratũ,contraria. Cic.1.de Orat.84.

Ruptáq; ſingultu verba loquẽtis erant.Ouid.1.de Remed.41.

Vincla rupta.Virg.8.Æneid.131.

Rupti.Plin.lib.10.cap.6,Conuulſis & ruptis,cum ſale & oleo.

Ruptor,ruptõris,Verbale.Liuius 4.ab Vrbe,83,Hiccine eſt,inquit, ruptor fœderis humani,violatórque Gentium iuris?

Rumpi,rumporum,qui & traduces dicuntur.Varro 1.de Re ruſt. cap.8. 4, Quartum pedamentum eſt natiuum eius generis vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea ſit, quos traduces,quidam rumpos appellant.

Rumpotínum/rumpotini pen.pro.Colum.lib.5.cap.7.1, Eſt & alterum genus arbuſti Gallici,quod vocatur rumpotinum:id deſyderat arborem humilem, nec frondoſam.Vide ſequentia.

Rumpotinẽtum,pen.prod.Locus arboribus rumpotinis conſitus. Colum.lib.5.ca.7.1, Nam ferè ità conſtitutum rumpotinetum animaduerti,vt ad octo pedes locis ſiccis & cliuoſis, ad duodecim locis planis & vliginoſis tabulata diſponantur. plerunque autẽ ea arbor in tres ramos diuiditur, quibus ſingulis ab vtraque parte complura brachia ſummittuntur, tum omnes penè virgæ,ne vmbrent eo tempore,quo vitis putatur, abraduntur. Arboribus rumpotinis ſi frumentum non inſeritur,in vtrãque partem viginti pedum ſpatia interueniunt.

Rumpotinus, vocatur & alio nomine populus arbor Italiæ Padum tranſgreſſi,cuius,&c.Plinius libro 14.ca.1.4. Alii tamen legunt Rumbotinus.

Rumuſculus/Vide Rumor.

Runa/runæ,Genus teli.Vnde,Runata recedit:id eſt,pilata.Feſtus.Vide Rulla.

Runca/runcæ, pro Runcina veteres vſurpauerunt, teſte Feſto.

Runcina/runcinæ,pen.prod.Runcinæ (vt ait Hermolaus) ſunt maiores ſerræ,quibus fabri materiarii ſecant arborum moles, ſubiectis canteriis. Plinius lib.16.cap.42.3,Ad incitatos runcinarum raptus.

Runco/runcas,runcare,Eruere,euellere noxias herbas. Cornutus, Runcari propriè ſegetes vel herba dicuntur. Plin.lib.18. cap.21.1,Siliginem,far,triticum,ſemen,hordeum occato, ſarrito,runcato quibus dictum erit diebus. Varro 1.de Re ruſt.cã. 30,Segetes runcari,herbam ex ſegetibus expurgari,&c. Sic apud Catonem,cap.12,Runcare ſpinas.

Runcatio,runcatiõnis,Verbale,Euulſio ipſa.Plinius lib.18 cap.11. 1,Rũcatio,quum ſeges in articulo eſt, euulſis inutilibus herbis, frugum radicẽ vindicat,ſegetémque diſcernit à cæſpite. Colum.lib.2.cap.9.16,Frequentem tamen exigunt ſarritionem & runcationem,vt herbis liberentur.

Rũcãtor,pe.pro.Aliud verbale.Colu.lib.11.ca.3.15,Quæque præteriero,intelligi oportebit nullam operam poſtulare rũcatoris.

Ruo/ruis,rui,rutum,rúere,Concidere.Virg.2.Æneid.58, -ruit alto à culmine Troia. Terent.Heaut.4.3.41, Quid ſi nunc cælum ruat? Plaut.Moſtel.3.14, Donicum parietes ruunt, ædificantur ædes totæ denuo.

Ruere illa non poſſunt,vt hæc non eodem labefactãra motu concidant.Cic.pro Lege Manilia,11.

Et ſubito caſu,quæ valuere,ruunt. Ouid.4.de Pũto,eleg.3.8.

Ruit cælum imbribus. Martialis lib.3.58,Imbribus immodicis cælum nam fortè ruebat.

Ruit dies,pro Oritur.Virgilius 10.Æneidos,51,

-& interea reuoluta ruebat

Matura iam luce dies,noctémque fugarat.

Ira ruit reſoluta frænis legum.Lucan.lib.1.30.

Nox ruit.Virg.6.Æneid.108.

Sol ruit,Diſcedit.Virg.3.Æneid.101,Sol ruit interea,& mõtes vmbrantur opaci.

Venti ruunt quà data porta.Virg.1.Æneid.18.

Ruant vẽti licet,& ſæuiant procellæ,imperat furori,viréſque tantas compeſcit.Plin.lib.31.cap.1.1.

Ruit Ver,Præcipitatur,declinat,in finẽ vergit.Virg.1.Georg. 63, -vel quum ruit imbriferum Ver.

¶ Ruere,Effundi.Virg.6.Æne.9,Vnde ruunt totidẽ voces reſponſa Sibyllæ.

Amnes de montibus ruunt.Virg.4.Æneid.33.

Flumina ruunt per apertos campos.Ouid.1.Metam.58.

Impetus vndæ ruit. Ouid.11. Metam.107, Vaſtius inſurgens decimæ ruit impetus vndæ.

¶ Ruere,Feſtinãter ire,ſeu in præceps ferri,& impetũ de Improuiſo facere in aliquem, Virgil.10.Æneid.163,Quò moriture ruis? maioráque viribus audes? Et lib.3.136,

-& montibus altis

Excitum ruit ad portus. Terent.Heaut.1.3.118,Videſis nequid imprudens ruas. Cic.ad Atticum,lib.7.138.1,de Cæſare,At illũ ruere nuntiant,& iam iámque adeſſe. Tacit.lib.17, Refractis Palatii foribus ruere intus,ac ſe Galbæ oſtentare. Idem lib.18, Et ruebat ad conuiuium miles.

Ruere ad vrbẽ infeſto agmine. Liu.3.ab Vrbe,9,Exercit' & legiones adeſſe hoſtiũ,& infeſto agmine ruere ad vrbẽ clamabãt.

Quà impetus agit,ſine lege ruere.Ouid.1.Metam.41.

Portis mane ruunt.Virg.4.Georg.37.

Ruere portis.Liuius 7.bel.Pun.113,Inde eques,pedéſque certatim portis ruere,ac palati per campum properare ad hoſtes.

In agendo ruere,& ſæpe peccare.Cic.pro Domo ſua,109.

In media arma ruere.Virg.1.Æneid.71.

Curru in bella ruere. Virg. 7. Æneid. 157.
In facinus ruere. Senec. Octauia, 17. 14.
Per omne fásque nefásque ruere. Lucan. lib. 5. 63.
In media fata ruere. Liu. 8. ab Vrbe, 110.
In ferrum ruere. Virg. 2. Georg. 101.
In fugam ruere. Liuius 6. bel. Pun. 106.
In funas & ignem ruere. Virg. 3. Georg. 49.
Ad interitum ruere. Cic. pro Marcello, 8, Tantúmq; apud me grati animi fidelis memoria valuit, vt nulla non modò cupiditate, sed ne spe quidem prudens & sciens tanquam ad interitū ruerem voluntarium.
Per medios ruit. Virg. 4. Æneid. 135.
Gens humana ruit per vetitum nefas. Horat. 1. Carm. ode 3. 6.
In perniciem suam ruere. Liu. 7. bel. Maced. 175.
Auidi in prælium ruunt. Liu. 7. ab Vrbe, 63.
In rixam ruere. Quintil. lib. 2. cap. 12. 2.
In vulnera ac tela ruere. Liu. 6. bel. Pun. 131.
¶ Ruere, Decipi. Cic. 3. Offic. 71, Si hoc non est emptorem pati ruere, & per errorem alterum inducere.
¶ Ruere, Euertere, diruere, complanare, accusatiuo iunctum. Virg. 1. Georg. 11,
Quid dicam, iacto qui semine cominus arua
Insequitur, cumuloíque ruit malè pinguis arenæ? Seruius.
Ruit nubem. Virg. 1. Georg. 63,
Et totum inuoluit flammis nemus: & ruit atram
Ad cælum picea crassus caligine nubem. Id est egerit, emittit, & ruere facit. nam modo RVIT, agentis est. Seruius.
¶ Ruere, Impellere. Terent. Adelp. 3. 2. 21, Cæteros ruerē, agerem, raperem, tunderem, prosternerem.
¶ Ruere, Eruere, leuare. Virg. 11. Æneid. 43,
-& confusa ruebant Ossa focis.
Ruens, Participium. Virg. 4. Æneid. 80, Migrantes cernas, totáque ex vrbe ruentes.
Nec sæuus ignis nec tremendo
Iuppiter ipse ruens tumultu. Horat. 1. Carm. ode 16. 5.
Fulcire ruentem. Silius lib. 11. 47.
Ira ruens. Propert. lib. 3. eleg. 15. 9, Nescit vestra ruēs ira referre pedem.
Acernus ruens. Horat. 1. epist. 1. 10.
Imperium ruens. Lucan. lib. 5. 41.
Ruitúrus, pen. prod. Particip. vt Pons ruiturus. Lucan. lib. 2. 100.
Ruína, ruinæ, pen. prod. Propriè casum significat alicuius rei quæ cócidit. Cic. 3. Tusc. 90, Magis me mouerant Corinthi subitò aspectæ parietinæ, quàm ipsos Corinthios, quorū animis diuturna cogitatio callū vetustatis obduxerat. Idem 2. de Diuin. 59, Eos enim ipsos iocandi causa inducit Epicurus perlucidos & perflabiles, & habitantes tanquam inter duos lucos, sic inter duos mundos propter metum ruinarum. De diis loquitur.
Cæli ruina. Virg. 1. Æneid. 17, Fluctibus oppressos Troas, cæliq; ruina. Id est tonitribus, quorū sonus similis est ruinis. Seruius.
Non leni ruina disiecta tecta. Horat. 2. Carm. ode 19. 3.
Patriæ ruina. Ouid. 8. Metam. 100.
¶ Fortunarū ruinæ. Cic. 1. in Catil. 10, Prætermitto ruinas fortunarum tuarum.
Illa fuit mentis prima ruina meæ. Ouid. epist. 11. 7.
Neronis ruina, Id est mors. Plin. lib. 17. ca. 25. 5, Prodigium in nostro æuo Neronis principis ruina factum.
¶ Auida ruina. Stat. 8. Theb. 17.
Graues ruinæ. Horat. 2. Serm. sat. 8. 11.
Impendens ruina. Ouid. ad Liuiam, 73.
Innocens ruina, Vide Innocens.
Perlucens ruina. Iuuenalis Saty. 11. 1, Et citò casurus iam perlucente ruina.
Probrosæ ruinæ. Horat. 3. Carm. ode 5. 8.
Putres ruinæ. Lucret. lib. 2. 119.
Tristes ruinæ. Virg. 1. Æneid. 49,
Hoc equidem occasum Troiæ, tristésque ruinas Solabar.
¶ Properante ruina cadunt summa. Lucan. lib. 5. 150.
Collabi ruina, Vide Collabor.
Locā conuulsā ruinā. Virg. 3. Æneid. 83.
Dedit ruinam domus. Virg. 2. Æneid. 62.
Sonitu ingenti ruinam dare. Virg. 11. Æneid. 113.
Facere ruinam, Ruere. Horat. 2. Serm. saty. 8. 11,
Interea suspensa graues aulæ ruinas
In patinas fecêre.
Fit quasi paulatim nobis per membra ruina. Lucret. li. 4. 190.
Magna ruina impender. Cic. Attico, lib. 11. 130. 3.
Incident ruinæ capitibus nostris, Vide Incido.
Cunctā labent quassatā ruinā. Seneca Thyeste, 9. 9.
Opprimi ruina, Vide Opprimo.
Perire ruina. Lucan. lib. 5. 118.
Restinguere incendium ruina. Catilina apud Salustium in Catilin. Quoniam quidem circunuentus ab inimicis præceps agor, incendium meum ruina restinguam.
Generis lapsi sarcire ruinas. Virg. 4. Georg. 50.
Subdere caput ruinæ, Periculo se exponere. Curtius lib. 5, Hinc spe, hinc metu militares animos versant: ruinæ rerum illos subdere capita, in perniciem trahi, quum Bactra pateant exceptura eos donis & opulentia.
Horrificis tonat Ætna ruinis. Virg. 3. Æneid. 115.
Ruinósus, pen. prod. Adiectiuum. Quod ruinam minatur. Cic. 3. Offic. 70, Malè materiatæ ruinosæ. Subaudi, ædes.
Rupes/rupis, f. g. Est prærupta pars terræ, vel scopuli, aut saxi prægrandis propter altitudinem ac procliuitate inaccessa, quòd velut abrupta sit, à rumpendo dicta. Fluminum quoque altiores atque inaccessæ ripæ, rupes dicuntur. Cæsar 1. belli Gall. 333, Quod quum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes, despectúsque haberet, vna ex parte leuiter accessus aditus, in altitudinem non amplius ducentorum pedum relinquebatur.
Rupes, Propriè de montibus dicuntur. Virgil. 10. eclog. 2,
Pinnifer illum etiam sola sub rupe iacentem Mœnalus.
Acuta. Seneca Agam. 6. 36.
Aerea. Virg. 4. Georg. 112.
Alta. Virg. 1. eclog. 12.
Ardua. Ouid. 5. Fast. 59.
Cana, Vide Canus.
Cauata. Virg. 1. Æneid. 63.
Excisa. Lucan. lib. 3. 46.
Frigida. Propert. lib. 1. eleg. 17. 6.
Frondosæ. Silius lib. 7. 95.
Maxima. Horat. 2. Serm. sat. 3. 11.
Nubifera. Valer. 4. Argon. 110.
Præcelsa. Virg. 3. Æneid. 119.
Scopulosa. Lucan. lib. 2. 115.
Vastæ rupes. Virg. 1. Æneid. 34.
Vndisonæ rupes. Stat. 1. Achill. 40.
Excindere rupes. Stat. 3. Sylu. 1. 15.
Rupicapra, rupicapræ, pen. corr. Capra syluestris, quasi rupium capra. Plin. lib. 11. cap. 37. 4, Rupicapris in dorsum adunca cornua, damis in aduersum. Idem lib. 8. cap. 53. 2.
Rurestris, Ruricola, Ruro/ruras, Vide Rus.
Rursus/& Rursum, Aduerbia, significant Retro. Teren. Hecyra, 3. 2. 35. -tace,
Trepidari sentio, cursari rursum prorsum. Vbi Donatus, Rursū propriè RETRO, Prorsū ANTE significat. & est prouerbiale, vt dicimus, Sursum deorsum, intrò foras, hac illac, & similia.
¶ Rursus, Econtrario, vt vult Donatus. Terent. Eunu. 4. 4. 45, Mirum ni tu credas quod iste dicat, quid agam nescio.
Heus tu negato rursum. Id est, contrarium superioribus dicito. Ibidem, 2. 2. 10, Quicquid dicunt, laudo: id rursum si negant, laudo id quoque.
Rursus, Denuo. Terent. Eunuc. 1. 1. 16, -inimicitiæ, inducíæ, Bellum, pax rursum. Cicero pro Murena, 13, Quo loco si tibi hoc sumis, &c. Facis vt rursus plebs in Auentinum reuocanda esse videatur. Virg. 1. Æneid. 131, Rursus in arma feror.
¶ Rursus denuo, simul coniuncta. Plaut. Pœnulo, 2. 79, Reuertor rursus denuo Carthaginem.
Rus/ruris, n. g. Locus extra vrbem, vbi agri sunt & villæ. Dictū quòd in iis agri quotannis rursus iidem fiant, id est colantur, vt ex iis rursus capiatur fructus. Plautus Capt. 3. 10, Rus ibo. Terē. Eunucho, 1. 2. 107, Rus ibo.
Solatia ruris auet. Ouid. 1. Fast. 88.
Amatores ruris. Horat. 1. epist. 10. 1.
¶ Amœnum rus. Cic. pro Roscio Amer. 70, Habet animi relaxandi causa rus amœnum & suburbanum.
Aprica rura. Horat. 3. Carm. ode 18. 1.
Aspera dumis rura. Virg. 4. Æneid. 106.
Cretosa rura Cymoli. Ouid. 7. Metam. 93.
Deuia rura. Ouid. 1. Metam. 136.
Diuini gloria ruris. Virg. 1. Georg. 34.
Ferax rus. Ouid. 1. Metam. 140.
Florea rura. Virg. 1. Æneid. 87.
Fluuialia rura. Silius lib. 13. 17.
Frigida rura. Virg. 3. Georg. 65.
Gaudentia rura. Stat. 3. Sylu. 1. 16.
Inambitiosa rura. Ouid. 11. Metam. 154,
Oderat hic vrbes: nitidáque remotus ab aula
Secretos montes, & inambitiosa colebat Rura.
Innocui ruris labor. Seneca Herc. fur. en. 11. 8.
Merum rus, Vide Merus.
Obsita pomis rura. Ouid. 13. Metam. 156.
Opaci ruris vmbræ. Virg. 1. Georg. 51.
Opulenta rura. Seneca Troade, 11. 3.
Parua rura. Hora. 1. Carm. ode 16. 8.
Pascua rura. Lucret. lib. 5. 151.
Saturum rus. Persius Saty. 1. 8.
Sobria rura, In quibus non nascitur vinum. Stat. 4. Sylu. 2. 8,

-ſic vitifero ſub palmite nudos
Vmbrauit colles,& ſobria rura Lyæus.
Sordida rura. Virg.1.eclog.6.
Suburbana rura. Horat.1.epiſt.7.15.
¶ Abducere rus, Vide Abduco.
Auellere rus ab aliquo, Vide Auello.
Carpere rura, Vide Carpo.
Rus ex vrbe, tanquam ex vinculis euolare. Cic.1.de Orat.13.
Habitare ruri. Cic.3.Offic.151, Criminabatur etiam quòd Titum filium, qui poſtea eſt Torquatus appellatus, ab hominibus relegaſſet,& ruri habitare iuſſiſſet.
Inducere in rura oues & armenta, Vide Induco.
Mittere aliquem rus. Quintil.lib.2.cap.8.4.
Morans rure. Martial.lib.4.45, Rure morans quid agam, reſpondeo panca rogatus.
Nutrit rura Ceres, almáq; Fauſtitas. Horat.4.Carm.ode 5.4.
Paſcuntur omni rure. Colum.lib.8.ca.10, Turdis maior opera & impenſa præbetur, qui omni quidem rure, ſed ſalubrius in eo paſcuntur in quo capti ſunt.
Peragrare rura, Vide Peragro.
Redire, vel venire rure. Plaut.Capt.3.18. Et Truc.14.18. Et apud Terentiũ Eunuc.5.5.25. Cic.Rufo, lib.5.20.19, Quũ Tullius rure redierit, mittã eum ad te. Hirtius Ciceroni, in Epiſt.ad Atticum, lib.15.325.1, Rure iam redierim.
Scindere rura bubus. Senec.Troad.11.3.
Eſt ruri. Plaut.Caſin.3.10. Cic.pro Cluentio, 111, Fortè euenit vt ruri in Priuernate eſſemus. Idem Attico, lib.13.296.1.
Rure eſſe autumant. Plaut.Merc.19.18. Et Caſin.3.11, Rure incubat in præfectura.
Tendit rus. Quintil.lib.11.cap.2.

Ruro, ruras, rurâre: & Ruror, rurâris, rurari, Deponens, Ruri agere. Plaut.Capt.3.15, Dum ruri rurant homines. Varro, Dum in agro ſtudioſius ruror.

Rurâlis, & hoc rurâle, pen.prod. Quod ad rus pertinet.

Rureſtris, & hoc rureſtre, Quod eſt ruris, vel eorum proprium qui ruri degunt: antiquum. Apuleius, Rureſtri vocabulo vulgus indoctum roſas aureas appellat.

Rurícola, ruricolæ, pen.cor. om.g. Qui colit rus. Colum.lib.10.33, Hæc ne ruricolæ paterentur monſtra.
Boues ruricolæ. Ouid.5.Metam.96.
Aratrum ruricola. Ouid.4.Triſt.eleg.5.7, Tempore ruricolæ patiens ſit taurus aratri.

Rúſticus, pen.cor. Subſtantiuum, Idem: vt Acer ruſticus. Virgil.1.Georg.82. Plaut.Merc.15.17, Vrbani ſiunt ruſtici.
Ruſticus dicitur qui moribus & vita inculrus eſt, quaſi ſemibarbarus. Virg.eclog.2.11, Ruſticus es Corydon.
Sermo vrbanorum,& Ruſticorum, contraria. Cic.in Orat.45.

Rúſtic°, pe.cor. Adiect. Quod ruris vel ruſtici eſt. Ci. pro Quint.7, Erat ei pecuaria res ápla & ruſtica, ſanè bene culta & fructuoſa.
¶ Aratra ruſtica. Ouid.2.de Arte,37.
Coniux ruſtica. Ouid.epiſt.1.16.
Conuitia ruſtica. Ouid.14.Metam.104.
Corda ruſtica. Propert.lib.4.eleg.1.3.
Dona ruſtica. Ouid.2.de Arte,53.
Homines ruſtici & agreſtes. Cic.10.Philipp.285.
Manus indoctæ ac ruſticæ. Quintil.lib.2.cap.11.9.
Mores ruſtici. Cic.pro Roſcio Amer.45.
Populus ruſticus. Ouid.3.Faſt.157.
Prouerbium ruſticum. Liu.3.bel.Pun.118, Quæ vox in ruſticũ inde prouerbium poſita.
Querela ruſtica. Ouid.epiſt.16.3.
Res ruſticas vel fructus cauſa, vel delectationis inuiſere. Cic.1.de Oratore,119.
Sylua ruſtica. Ouid.epiſt.4.21.
Vita ruſtica & agreſtis. Cic.pro Roſcio Amerino,45, Vita autem hæc ruſtica, quam tu agreſtem vocas, parſimoniæ, diligentiæ, iuſtitiæ magiſtra eſt.

Rúſtice, pe.cor. Aduerb. Vt ſolet ruſticus, hoc eſt imperitè. Ci.3.de Orat.16, Ex quo ſic locutũ eſſe eius patré iudico, ſic maiores, nõ aſperè, vt ille quê dixi, nõ vaſtè, nõ ruſticè, nõ hiulcè, ſed preſſè & æqualiter,& leniter. Idem 3.Offic. 51, Vrgent ſanè ruſticè, negant enim poſſe,& in eo perſtãt. Et ad Atticum, lib.12.151.3, Cogitãti enim mihi nihil tam videtur potuiſſe facere ruſticé.

Ruſticitas, pe.corr. ruſticitâtis, cõtraria eſt Vrbanitati. Mart.li.7.57, Quære aliquem Curios ſemper, Fabióſque loquentem,
Hirſutũ,& dura ruſticitate trucem. Plin.lib.35.cap.4.8, Poſt eum M. Agrippa, vir ruſticitati quàm deliciis propior. Ouid.1.de Arte,135, Hei mihi ruſticitas, non pudor ille fuit.
Vrbanitati contraria eſt ruſticitas. Quintil.lib.6.cap.3.11.
Vultus pudentes ſine ruſticitate. Ouid.epiſt.19.11.
Ruſticitas, Timida quædam & indecens verecundia. Ouid.1.Amor.eleg.8.9, Et ſi ruſticitas non vetat, ipſa rogat.
Excutienda eſt ruſticitas. Ouid.epiſt.16.38.

Ruſticulus, pen.corr. Adiect.diminutiuũ, Qui vtcunque moribus ruſticis eſt præditus. Cic.pro Seſtio,70, Senſit ruſticulus non incautus (neque enim homines nequam tacere non potuerunt) ſuum ſanguinem quæri ad reſtinguendam inuidiam facinoris Clodiani. Martialis lib.10.19,
Nec doctum ſatis,& parum ſeuerum,
Sed non ruſticulum nimis libellum
Facundo mea Plinio Thalia 1, perfer,&c.
¶ Ruſticula, vel Ruſticula auis, Auis perdici ſimilis, niſi quòd roſtrum longius habet, de qua eſt tale epigrãma Mart.lib.13.76,
Ruſtica ſum perdix: quid refert, ſi ſapor idem eſt?
Carior eſt perdix: ſic ſapit illa magis.

Ruſticânus, pen.pro. Adiect. Idem quod Ruſticus. Cic.7.Verr.18, Vnũ illud quod ita fuit illuſtre, notúmque omnibus, vt nemo tam ruſticanus homo L.Lucullo,& M.Cotta c os 1.Romam ex vllo municipio vadimonii cauſa venerit. Sic 1.Tuſc.91.
Homines ruſticani ex municipiis. Cic.3.Verr.90.
Ruſticana parſimonia. Cic.pro Quintio,62.
Verbum ruſticanum. Cic.3.de Orat.24, Et illud quod loquitur, priſcum viſum iri putat, ſi planè fuerit ruſticanum?
Vita ruſticana. Cic.pro Roſc.Amer.25, Taménne hæc attenta vita & ruſticana, relegatio atque amandatio appellabitur?

Ruſticarius, Aliud adiectiuum, Quod ad ruſticum pertinet. Cato cap.11.4, Falces ſyluaticas quinque, arborarias tres, ruſticarias decem. Vetus exẽplar habet ruſcarias. Varro 1.de Re ruſt.cap.22.4, Ruſticariæ falces. Et hîc ruſcariæ legitur.

Ruſticor, penul.corr. ruſticâris, ruſticári, Idem. Plinius, Quum ſimul æſtate ruſticaremur. Cic.ad Tironem, libro 16.23.2, Liceat modò ruſticari. Idem pro Archia, 11, Pernoctant nobiſcum, peregrinantur, ruſticantur. Et 2.de Oratore, 13, Fere cum Scipione ſolitum ruſticari. Item 1.de Legib.14. Et Attico, lib.12.32.1, Vt dum conſiſto in Tuſculano, ſciam quid garriat: ſin ruſticatur, quid ſcribat ad te.

Ruſticatio, Verbale, Ipſe ruſticandi actus. Colum.lib.11.cap.1.3, Et hoc vndecimum præceptum ruſticationis memoriæ tradidi.
Idem lib.1.in Præf.12, Verum quum plurimis monimentis ſcriptorum admonear, apud antiquos noſtros fuiſſe gloriæ curam ruſticationis, &c. Cic.de Amicitia,85, Neque ſolum militia, ſed etiam peregrinationes, ruſticationéſque communes.

Ruſticâtim, pen.prod. Aduerbium, pro Ruſticé. Póponius Aleonibus, At ego ruſticatim tangam, vrbanatim neſcio.

Ruſcum/ ruſci, ſiue ruſcus, Virgultum vnde vites ligantur, authore Seruio. Virg.2.Georg.83, -necnon aſpera ruſci
Vimina per ſyluam. Ex eo enim ruſco magis vimina fiebant, ex quo nunc ſcopæ fiunt. folia autem habet myrto ſimilia, ſed acutiora & rigidiora: vnde myrtus ſylueſtris & chamæmyrſine & oxymyrſine vocatur.
Ruſcus frutex eſt qui vulgò à Medicis & Pharmacopolis Bruſcus vocitatur, ex quo Plinii tẽporibus, ſicut hodie quoq; fiebãt ruri ſcopæ. Plin.lib.13.cap.vltimo ad finẽ, Caſtor oxymyrſinen myrti foliis acutis, ex qua fiunt ruri ſcopæ, ruſcum vocauit. Vide Ruellium lib.3.cap.136.
Horridior ruſco. Virg.7.eclog.9.
Ruſco etiam ſepes muniebantur antiquis. Colum. lib.10.36, -hirſuta ſepes nunc horrida ruſco Prodit.

Ruſpor/ ruſpâris, ruſpári, Sæpe ſeu diligenter ſcrutari. Accius Meleagro, Vagent ruſpantes ſyluas. Hæc Nonius. Feſtus, Ruſpari eſſe crebrò quærere, hoc verſu indicatur, Et ego ibo vt latebras ruſpans rimer amaximas.

Rutũ/ rutorum apud Iuriſconſ. quaſi erута dicuntur, vt arena, creta,& ſimilia.
Ruta cæſa dicũtur (vt ait Feſtus) quæ vẽditor poſſeſſionis ſui vſus gratia cõcidit, ruédáq; cõtraxit. Vlpian° in L.Fũdi, §.Si ruta cæſa, De Actionib.empt.& vẽdi. Si ruta cæſa excipiãtur in vẽditione, ea placuit eſſe ruta, quæ erута ſunt, vt arena, creta,& ſimilia. Cæſa ea eſſe, vt arbores cæſas,& carbones, & his ſimilia. Mutius, L.In rutis, de Verb.ſig. In rutis & cæſis ea ſũt quæ terra nó tenentur, quæque opere ſtructili, tectoriſve non cõtinentur.
¶ Ne in rutis quidé & cæſis. Haud dubiè prouerbiali figura dictum eſt à Cicerone 1.de Oratore,115, pro eo quod eſt, Nulla in parte: Sed dicet te, quum ædes venderes, ne in rutis quidem & cæſis, ſolùm tibi paternum recepiſſe. Quo quidem loco illud obiter admonendũ, in vulgatis Tullii codicibus perperam pro recepiſſe, legi reliquiſſe: id quod ſatis liquere poteſt ex Nonio Marcello, qui in dictione receptitius, hûc ipſum Ciceronis adducit locum. Eſt enim hoc loco recipere, idem quod excipere. Meminit & in Topicis de rutis & cæſis, 53, Nam ne prætеritem

aliquid quod ad argumentum in omni ratione reperiendum pertineret, plura, quàm à te deſyderata erãt, ſum complexus: ſe cique quod ſæpe liberales venditores ſolent, vt quum ædes ſun dúmve vendiderint, rutis cæſis receptis, concedant tamen aliquid emptori, quod ornandi cauſa aptè & ſuo loco poſitum eſſe videatur. Meminit & in Partitionibus, 59, Aut quum ex lege prædii quæritur, quæ ſunt ruta cæſa, non ſcripti genus, ſed verbi interpretatio controuerſiam parit. Et quum ſignificabimus inclementius tolli omnia, neque quicquam fieri reliqui, venuſtè dicemus, ne rutis quidem ac cæſis receptis, vt Iureconſultorum more loquar. Ex Eraſmo.

Ruta/rutæ, Herba. Dicta à ruendo, quòd vna ex omnibus herbis, propter multiplices eius vſus maximè eruatur. Peculiaris illi authoritas propter venena, quibus remediũ exhibet præſentaneum. Vide Plinium lib. 20. cap. 13. 7.

Acuentes lumina rutæ. Ouid. 1. de Remed. amo. 81.

Rutaceus, Adiectiuum, Quod ad rutam pertinet.

Rutãtus, pen. prod. Aliud adiectiuum, Ex ruta factum. Plinius, Inuenio muſtum rutatum populo datum. Hoc eſt in quo macerata eſt ruta, ſiue ruta medicatum.

Rutati lacerti, Ruta inuoluti. Martial. lib. 10. 48, Secta coronabunt rutatos oua lacertos.

Rutãbulum/rutãbuli, pen. cor. Inſtrumentũ quo vtuntur ruſtici in proruendo igne, panis coquendi gratia. Feſtus. Cato cap. 11. 4. Et Columella lib. 12. cap. 18. 4.

RVTHENI, penul. prod. Galliæ Aquitanicæ populi, Narbonenſi prouinciæ contermini, & Cadurcis vicini. Author Plinius lib. 4. cap. 19. Vulgò *Rhodés*.

RVTILIVS Geminus libros Pontificales fecit, de quo Cicero in Bruto, 58, Rutilius in quodam triſti & ſeuero dicendi genere verſatus eſt. magnum munus de iure reſpõdendi ſuſtinebat. Sunt eius orationes ſeiunctæ, multa præclara de iure, doctus vir, & Græcis literis eruditus, Panætii auditor, propè perfectus in Stoicis.

P. Rutilius, primus legem pugnandi militibus tradidit. De quo Valerius libro 2. cap. 1, Armorum tractandorum meditatio, à P. Rutilio Conſule C. Mallii Collega militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo C. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum acceſſitis, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legibus ingenerauit. Hic actus in exilium à partibus Syllanis, & à Sylla deinde redeundi poteſtate facta, reſpondit illud quod à Seneca in ſexto libro de Beneficiis ponitur, Malo vt patria mei exilii erubeſcat, quàm reditu mœreat. Vide Valerium lib. 6. cap. 4.

M. Rutilius Cenſorinus, teſte Valerio De moderatione lib. 4. cap. 1, iterum Cenſor creatus, in concione populum corripuit, quòd eam poteſtatem bis ſibi detuliſſet, cuius maiores, quia nimis magna videretur, tempus coarctandum iudicaſſent.

Rutilius Lupus, rhetor, cuius meminit Quintilianus.

Rutilius, Romanus quidã nobilis: à quo familia Rutiliorum. Feſtus, Rutilum, rufum ſignificari cuius coloris ſtudioſæ etiam antiquæ mulieres fuere, vnde traxere cognomina Rutiliæ, vt indicat frequenter Afranius.

Rutilo/rutilas, pen. cor. rutilare, Splendere. Vnde dicimus Aurum rutilare. Plin. lib. 16. cap. 11. 2, Item colore rutilante.

Arma rutilant. Virg. 8. Æneid. 106,
Arma inter nubem, cæli in regione ſerena
Per ſudum rutilare vident, & pulſa tonare.

Arua rutilantia. Stat. 11. Theb. 103.

¶ Rutilare, Actiuum, pro Rutilum facere. Plin. lib. 28. ca. 11. 8, Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis exſeno & cinere.

Comæ promiſſæ, & rutilatæ. Liu. lib. 8. belli Maced. 4.

Crinis propexus, ac rutilatus. Tacit. lib. 20.

Rutileſco, rutileſcis, rutileſcere, Rutilũ fieri. Plin. li. 8. ca. 55. 1, In Alpibus candidi lepores, quibus hybernis menſibus pro cibatu niuem credũt eſſe: certè liqueſcente ea rutileſcũt annis omnib⁹.

Rutilus, Adiectiuum, Quod habet aliquid ruboris cum nigro admiſtum vt conſpicuum & lucidum videatur. Plaut. Rud. 30. 14, Nam hoc quidem pol è rubigine non è ferro fabrefactũ eſt: Ita quanto magis extergeo, rutilum, atque tenuius fit. Plinius lib. 8. cap. 18. 4, Nabin Æthiopes vocant, collo ſimilem equo, pedibus & cruribus boni, camelo capite, albis maculis rutilum colorem diſtinguentibus. Idem lib. 6. cap. 21. 8, Ipſos verò excedere hominum magnitudinem, rutilis comis, cæruleis oculis, oris ſono truci.

Capilli rutili. Ouid. 2. Metam. 64.

Cruor rutilus. Ouid. 5. Meta. 117. Flamma. Ouid. 3. Faſt. 57.

Squamæ rutilæ. Virg. 4. Georg. 19.

Mars rutilus & horribilis terris. Ci. in Som. Scip. 15. De ſydere.

Rutrum/rutri, Quo quid eruitur. A ruendo. nã ſicut Aratum, aratrum, ſic rutum, rutrum facit. Feſtus, Rutrum tenentis iuuenis effigies in Capitolio Ephebi fuit, more Græcorum arenam eruentis, exercitationis gratia. quod ſignum deportauit ex Bithynia Romam Pompeius Bithynicus. Cato cap. 11. 4. Oportet habere villicum palas ſex, rutra quatuor, raſtros quadridentes duos. Liu. 8. bel. Pun. 254, Secures, rutra, falces, alueolos, molas, quantũ in quadraginta lõgas naues opus eſſet. Plin. lib. 36. cap. 13. 4, Experimentum marmoratiſt in ſubigendo, donec rutro non cohæreat.

Rutellum, rutelli, Diminut. Lucilius, Frumentarius eſt, medicum hic ſecum, atque rutellum vnum adfert.

RVTVBA, pen. corr. fluuius Liguriæ ex Apœnino fluens, cuius meminit Plinius cap. 5. lib. 3.

Cauꝰ Rutuba. Luca. li. 2. 85, Vnda facit, Rutulámque cauũ, &c.

Rutubam/veteres turbationem appellabant. Varro Sexageſima, Ergo tum Romæ partè, puréque pudentis viuere in patriã: nunc ſumus in rutuba. Nonius.

RVTVLI, pen. corr. Antiquiſſimi Italiæ populi, qui Latium tenuerunt, teſte Plinio lib. 3. cap. 5, Tam tenues (inquit) primordio imperii fuere radices. Colonis ſæpe mutatis tenuerealii alios tẽporibus Aborigines, Pelaſgi, Arcades, Siculi, Arunci, Rutuli. Hæc Plinius.

Hoſtes Rutuli. Ouid. 1. Triſt. eleg. 4. 5.

Rutulus, pen. corr. Adiectiuum. vt

Colles Rutuli. Virg. 7. Æneid. 160, Littus arãt, Rutulóſq; exercent vomere colles.

Caſtra Rutula. Tibul. lib. 1. eleg. 6. 2.

RVTVPIS, pen. prod. Viri proprium.

Magnanimus Rutupis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 13, Et grauis magnanimi rubor mirare Rutupis.

RVTVPIAE, Britanniæ inſulæ portus, apud Ptolemæum lib. 2. cap. 3. Vulgò *Sandwich*.

Rutupinus, pen. pro. Adiectiuum. Lucan. lib. 6. 14,
Aut vaga quum Thetys, Rutupináque littora feruent,
Vnda Caledonios fallit turbata Britannos.

S

S LITERA ſeminocalis, quæ tãtã habet cũ h aſpiratione cognationẽ, vt veteres eã loco ipſius h aſpirationis poſuerint, in huiuſmodi vocib⁹ & aliis, ẽſt, ſal: ſi, ſex: ſẽta, ſeptẽ: ſ. ſe.

S literã in fine dictionis veteres elidebant ſubſequẽte conſonãte. Quintil. lib. 9. cap. 4. De cõpoſitione, Cæterũ cõſonantes quoque, eáque præcipuè quæ ſunt aſperiores, in cõmiſſura verborũ rixãtur, & s, vltima, cum x. proxima, quarum triſtior. etiã ſi binæ collidãtur, ſtridor eſt. vt Ars ſtudiorũ. Quæ fuit cauſa & Seruio (vt dixi) ſubtrahẽdæ s, literæ, quoties vltima eſſet, aliáq; cõſonãte ſuſciperetur. Quod reprehẽdit Lauranius: Meſſala defẽdit. Nã neq; Lucilius putant vti eadẽ vltima, quũ dicit Seretũ fuit, & Dignũ loco. Quinetiã Cicero in Oratore plures antiquorũ tradit ſic loquutos. Hactenus Quintilianus. Cic. in Orat. 91, Quinetiã, quod iã ſubruſticũ videtur, olim autẽ politius, eorũ verborũ, quorũ extrẽ erant poſtremæ duæ literæ, quæ ſunt in Optimus, poſtremã literam detrahebãt niſi vocalis ſequebatur. Ita non erat ea offenſio in verſibus, quã nunc fugiunt poetæ noui. Ita enim loquebamur,

Qui eſt omnibũ princeps. non, omnibus princeps. &
Vita illa dignũ locóque. non, dignus.

Ciceronis tẽpore bus, paulúmq; infrã (vt inquit Quintilianus lib. 1. cap. 7,) ferè quoties s litera media vocalium longarum, vel ſubiecta longis eſſet, geminabatur. vt Cauſſa, Caſſus, diuiſſiones: quo modo & ipſum, & Virgilium quoque ſcripſiſſe, manus eorum docent. Atque paululum ſuperiores etiã illud quod nos gemina s, dicimus Iuſſi, vnã dixerunt.

Huic literæ magna cũ t cognatio eſt, & cum h, vt idẽ Quintilianus teſtatur libro 1. cap. 4, nam & t in s, & rurſus s in t tranſit, ſimiliterque de h. dicit enim, Nam vt Valeſii & Fuſii in Valerios, Furióſque venerunt ita arbos, lubos, vapos, etiam & clamos, ac laſes, ætatis fuerunt. Et hæc ipſa s litera ab his nominiꝰ

bus excluſa,in quibuſdam ipſa alteri ſucceſſionem Mercare,at que Pultare dicebant.

S A

SABA,ciuitas regia Æthiopiæ,inquit Ioſephus,quã poſtea Cambyſes à ſororis ſuæ nomine,Meroen denominauit. Hanc Nilus circundans,inexpugnabilem reddebat.Dicta Saba,ἀπὸ τῦ σέβειν, quod eſt reuereri:quia thus mittit,quo in ſacrificiis vtuntur: & ideo thuriferam vocat Ptolemæus. Sunt qui dicant, Saba Arabum lingua myſterium ſignificari. Hieronymus verò conuerſionem ſonare autumat.

Saba quidem ciuitas eſt regalis Æthiopiæ,vt ſcribit Hieronymus in libro de locis Hebraicis: ſed tunc ſcribitur Saba per literã Samech.Iſaiæ 43,Dedi propitiationem tuã Ægyptũ, Æthiopiã, & Saba pro te.ſortiturq; nomen à Saba filio Chus. Geneſis 10, Filii autem Chus:Saba,Heuila,& Sabatha. Nã aliud vocabulum Saba ſcribitur per Sin literam,& ſignificat Arabiam, à ſuo authore Saba filio Regma,vt Geneſis 10.Et ab eo dicuntur Sabæi, non Æthiopici vt ſuprà,ſed Arabici. de quibus Strabo libro 16. poſtquam de Nabathæis multa loquutus eſt.Vnde quando inuenitur per Sin literam ſcriptum, tranſfertur Arabia. vt Pſalmo 61,Dabitur ei de auro Arabiæ. Et paulo ſuperius,Reges Arabum & Saba dona adducent.Vbi vtraque vocabula in eodem verſiculo reperies . Solent itaque in hoc vocabulo facilè decipi qui negligenter intuentur orthographiam. Saba igitur per Sin,Arabia eſt thuriſera,ad mare Rubrum,odoriſera, & diues, ac Beatæ cognomine inclyta. Per Samech autem,Æthiopica. Vnde facile eſt intelligere reginam Saba quæ ad audiendum Salomonem acceſſerat,3.Regum,10.nõ fuiſſe Æthiopiſſam,ſed Felicis Arabiæ reginam.

SABAEI , Arabiæ fœlicis populi , quorum metropolis eſt Saba, quam Strabo libro 16 , Meriabam vocat : His proxima eſt (inquit)fœliciſſima Sabæorum terra,quæ maxima natio eſt.Apud hos thus & myrrha,& cinnamomum naſcitur,in ora etiam balſamum, & alia quædam herba valde odorata, quanquam eius odor citò deperit.Habent præterea palmas odoratas,& calamũ. Serpentes quoque palmares,colore puniceo, vſque ad illia aſſilientes,quorum morſus incurabilis eſt. Homines propter maximam fructuum copiam otioſi ſegnéſque viuunt . In radicibus arborum cubant:& ex eis incidunt, quæ proximi ſuſcipientes protinus alter alteri conſequenti tradunt, vſque in Syriam atque Meſopotamiam.Ab odoribus autem ſtupefacti, bituminis ſuffitu, & hirci barba ſtuporem tollunt. Meriaba, Sabæorum vrbs,in monte iacet arboribus pleno. Sub rege ſunt, qui iudiciorum ac cæterarum rerum poteſtatem habet . Hæc & plura ibidem Strabo. Hos Ioſephus libro 1, à Saba Guſi filio , qui à Chan ortus fuit,dictos affirmat. Sabæos dictos putat Seruius ἀπὸ τῦ σέβεσθαι,hoc eſt,venerari:quòd deos per ipſorũ thura veneramur. Virgilius 1.Georg. 11, India mittit ebur, molles ſua thura Sabæi.

Dociles Sabæi.Claud.7.Paneg.69.
Leues Sabæi.Claud.1.in Eutropium,65.
Thuriferi Sabæi.Valer.6.Argon.28.

Sabæus,Adiectiuum.vt Thus Sabæum,quod in Saba regione inuenitur,vel quod apud Sabæos creſcit.Virg.1.Æneid.84,

-centúmque Sabæo Thure calent aræ.

Flores Sabæi.Stat.5.Syl.1.43.
Myrrha Sabæa.Senec.Herc.Œtæo,4.

SABACVS, Æthiopum rex , qui Aniſim Ægypti regem fugauit, & illius regnum quinquaginta annis obtinuit, teſte Herodoto libro ſecundo.

Sabaoth/numeri pluralis, & generis fœminini, interpretatur militiarum vel exercituum.vnde Dominus ſabaoth.

SABATA,pen.prod. Ptolemæo lib.3.cap.1. Sabatum Plinio lib. 3.cap.4. Sabatia Pomponio lib. 2, maritima ciuitas Liguriæ, vulgò Savona.

Sabatius,Adiectiuum.vt Stagna Sabatia.Silius lib.8.98,

Quique tuos Flauina focos,Sabatia quique
Stagna tenent.

SABATE,lacus eſt. Vnde fit Sabatinus, adiectiuum.Colum.lib. 8.cap.16.2,Inde Velinus,inde etiam Sabatinus,& item Volſinienſis,& Ciminus,lupos,auratáſque procreauerunt.

SABATH, Nomen proprium, à quo Sabatheni nominantur,qui à Græcis Iſtabari dicuntur,vt Ioſephus ait.

SABATHRA Ptolemæo lib.4.ca.3,vrbs paruæ Syrtis, Plinio Sabrata dicta,vulgò Rasasabet.

Sabbathum/ſabbathi,penult.corr.Vox Hebraica,inflexione Latina declinata,ſignificans quietem,ceſſationem ab opere.Eſt autem ſeptimus dies,quo requieuit Deus ab operibus ſuis. Prima itaque ſabbathi dicitur,primus dies ſeptimanæ, quem Dominicum etiam nominamus: ſecunda ſabbathi,ſecundus dies: tertia ſabbathi , tertius dies : quarta ſabbathi , quartus dies: quinta ſabbathi, quintus dies: ſexta ſabbathi, ſextus dies, à die Dominico. et ipſum ſabbathum, ſeptimus dies. Plinius libro 31.cap.2.19,In Iudæa riuus ſabbathis omnib⁹ ſiccatur. Hæc Ethnici Planetarum nominibus appellant: quod nunc quoque retinemus:vt ſecunda ſabbathi,à Luna ſit,tertia à Martie,quarta à Mercurio,quinta à Ioue, ſexta à Venere. Sueton. in Auguſto Cæſare,cap.76,Ne Iudæus quidem mi Tiberi,tam diligenter ſabbathis ieiunium ſeruat,quàm ego hodie ſeruaui. Verba ſunt Auguſti. Idem in Tiberio Cæſare , capite 32, Diogenes Grammaticus diſputare ſabbathis Rhodi ſolitus,veniente, &c.

Feſta ſabbatha obſeruare.Iuuenalis Saty.6.16,Obſeruant vbi feſta mero pede ſabbatha reges.

Peregrina ſabbatha.Ouid.1.de Remed.amor.44,

Nec pluuias opta,nec te peregrina morentur
Sabbatha,nec damnis Allia nota tuis.

Sabbatharius,ſabbatharii,Qui ſabbathum colit & obſeruat,quod faciunt nunc Iudæi.Vnde & Sabbatharii à Martiale dicuntur. libro 4.4,

Quòd ieiunia ſabbatharíorum,
Mœſtorum quòd anhelitus reorum,&c.

SABE,Syrorum lingua,Menſis Februarius dicitur.

SABELLVS,SABELLICVS,Vide SABINVS.

SABIDIVS,vir Romanus,gulæ deditus, plus vorabat quàm poſſet concoquere: quocirca ita fœtebat eius anima,vt nemo poſſet cum eo loqui,quę Mart.hoc epigrãmate inſectatur,li.1.117,

Non amo te Sabidi,nec poſſum dicere quare:
Hoc tantum poſſum dicere,non amo te. Voracitatem eius & fœtorem animæ,altero epigrammate non minus falſè indicat idem Martialis lib.3.17,

Circunlata diu menſis ſcribilita ſecundis,
Vrebat nimio ſæua calore manus.
Sed magis ardebat Sabidi gula.protinus ergo
Sufflauit buccis térque quatérque ſuis.
Illa quidem tepuit,digitóſque admittere viſa eſt:
Sed nemo potuit tangere,merda fuit.

SABIM, Arabes Deum appellant,& illi decimas menſura,non pondere perſoluunt.

Sabina/pen.prod.Herba, de qua ſic Plinius lib.24.ca.11.13,Herba ſabina brathy appellata à Græcis,duorum generum eſt.Altera tamaricæ ſimilis folio eſt, altera cupreſſo. Colum.lib.6. cap.4.1,Alii ſabinam herbam,rutámque cum mero diluunt.

Sabinam/Illyrii appellabant telum venabuli ſimile. Ennius, Illyrii reſtant ſicis ſabiniſque ſodentes.

SABINI,pen.prod.antiquiſſimi Italiæ populi ſunt & indigenæ atque aborigines.Ab iis Picentes,Samnitéſque in colonias defluxere.Sabinorum agrum Tyberis alluit, quemadmodũ Vmbriã,Latiúmq;. Quippe inter Vmbros ac Latinos ſunt Sabini, extẽduntúrque vſque ad Nomentum oppidum, & à religione & deorum cultu, hoc eſt ἀπὸ τῦ σέβειν, dicti ſunt Sabini, quaſi Sebini. Author Plinius lib.3.cap.11. Quanquam Silius à Sabo, gentis authore,Sabinos dici putat,qui lib.8, ſic ait,

-pars laudes ore ferebant
Sabe tuas:qui de patrio cognomine primus
Dixiſti populos magna ditione Sabinos.

Ardui Sabini.Horat.3.Carm.ode 4.5.
Bacifero Sabino nutrita gens.Silius lib.3.111.
Incultæ Sabinæ.Ouid.1.Amor.eleg.8.8.
Rigidi Sabini.Horat.2.epiſt.1.5.
Tetricæ Sabinæ.Ouid.3.Amor.eleg.7.13.
Veteres Sabinæ.Iuuenalis Saty.10.30.

Sabinus,pen.prod.Adiectiuum.

Ager Sabinus.Horat.1.Serm.ſaty.7.24.
Gens Sabina.Ouid.15.Metam.1.
Herba Sabina.Propert.lib.4.eleg.3.11.
Vile Sabinum.Horat.1.Carm.ode 20.1,

-vile potabis modicis Sabinum
Cantharis.Subaudi vinum.

Sabellus,Aliud adiectiuũ,& Sabéllicus,pen.corr.Iuuen.Saty.3.17,

Fictilibus cœnare pudet,quod turpe negauit
Tranſlatus ſubitò ad Marſos,menſámq; Sabellã. Virg.1.Georg. 34,de Italia loquens,
Hæc genus acre virũm Marſos,pubémque Sabellam,
Aſſuetúmque malo Ligurem,Volſcóſque verutos
Extulit:&c. Idem 8.Æneid.101,
Gnarum exhortarer,ni miſtus matre Sabella
Hinc partem patriæ traheret.

Carmina Sabella.Horat.Epod.17.6.
Iaculator Sabellus.Silius lib.4.45.
Ligonibus Sabellis verſare glebas.Horat.3.Carm.ode 6.8.

Pubes Sabella. Virg. 2. Georg. 34.

Sus Sabellicus. Virg. 3. Georg. 51, Ipſe ruit, dentéſque Sabellicus exacuit ſus.

SABINVS, Declamator tempore Senecæ, lepido vir ingenio. Cuius meminit Seneca in Declamationibus. Sabinus, Veſpaſiani frater, interfectus à Vitellio, qui Veſpaſiano res contra Iudæos gerẽte, poſt Othonis mortem, Capitolium cum æde Iouis occupauerat. Sabinus, ſophiſta, ſub Adriano principe ſcripſit Iſagogen ad materias & hypotheſes, Declamationũ libros quatuor, præterea in Thucididem enarrationem. Suidas. Sabinus Maſſurius, ſcripſit Faſtorũ & memorabilium rerũ libros. Sabinus Syrus memorandæ fortitudinis, qui tempore Titi, primus Ieroſolymæ muros aſcendit: author Ioſephus lib. 7. cap. 1. Sabinus Tyro qui ſcripſit περὶ ἀστερίων, id eſt de hortenſibus, vt ſcribit Plinius lib. 19. cap. 10.

SABIS, Fluuius, Vide SAMAROBRINAE.

SABIVSA, Porta dicebatur, quæ rectà in Sabinos ducebat.

SABOTA, verbis Arabiæ in monte excelſo, à quo octo manſionib⁹ differt regio eorũ thurifera. Author Camers, Solini interpres.

SABRIANA, Ptolemæo lib. 2. cap. 3. æſtuarium Britannici maris.

SABRINAM fluuium Cornelius Tacitus ſcribit lib. 12. vulgò Seuerne.

Sabulum, ſábuli, pen. corr. & Sábulo, ſabulônis, Arena tenuior & minutior. Plin. lib. 17. cap. 4. 3, Inuicem ſabulum album in Ticinenſi, multiſque in locis nigrum, itémque rubrum, etiã pingui terræ permiſtum, infœcundum eſt. Columella lib. 4. cap. 33. 1, de caſtanea, Pullam terram & reſolutã deſyderat, ſabulonẽ humidũ, vel refractũ tophum nõ reſpuit. Varro 1. de Re ruſt. cap. 9. 2, In quis lapis marmor, rudus, arena, ſabulo, argilla, &c. Ibidem, 4, Præterea diſcrimina etiam omnium horũ generum ſubtiliora alia, vt in ſabuloſa terra, quòd ibi refert, ſabulo albus ſit, an rubicundus. Columella libro 3. cap. 11. 8, Nigrum tamen & rutilum ſabulonem, qui ſit humidæ terræ permiſtus, probauerunt antiqui.

Sabulóſus, pen. prod. Adiectiuum, Plenũ ſabulo. Columella libro 2. cap. 9. 15, Nec in ſabuloſo ſolo, ſed in arena quoque prouenit modo humido cælo, vel riguo ſolo. Plin. lib. 13. cap. 4. 2, Palma gignitur leui, ſabuloſáque terra. Apud Columellam lib. 6. cap. 13. 1, Stabula ſabuloſa.

Sabulẽtum, ſabuléti, pen. prod. Locus qui ſabulo abundat. Plinius lib. 17. cap. 8. 8, Crocodilium naſcitur in ſabuletis.

SABVRA, Sáburæ, pen. cor. Nomen viri proprium, qui ſecũdum poſt regem obtinuit locum apud Numidas. Lucan. lib. 4. 145.

Mittitur exigua qui prælia prima laceſſat,
Eliciátque manu, Numidis à rege ſecundus,
Vt ſibi commiſſi ſimulator Sabura belli.

Saburra, ſaburræ, Arena craſſior & vilior, qua naues onerari vſque ad certam menſuram, quo ſtabiliores ſint, cõſueuerunt. Plin. lib. 10. cap. 23. 2, Certum eſt, Pontũ tranſcolaturas, primum omnium anguſtias petere, inter duo promontoria Criu metopũ, & Carambin: mox ſaburra ſtabiliri. De grubus. Liu. 7. bel. Maced. 59, Se in animo habuiſſe tota claſſe Epheſum petere, & onerarias ducere multa ſaburra grauatas, atque eas in faucibus portus ſupprimere. Virg. 4. Georg. 39, -& ſæpe lapillos,
Vt cymbæ inſtabilis fluctu iactante ſuburram, Tollunt.

Saburro, ſaburras, ſaburrare, ſiue ſuburrare, Satagere in ſabulo, ac merſare. Plin. lib. 18. cap. 35. 18, Echini affigentes ſeſe, aut arena ſaburrantes, tempeſtatis ſigna ſunt. Solinus cap. 15, Grues volaturæ arenas deuorãt, ſublatiſque lapillis ad moderatam grauitatem ſaburrantur.

Saburrãtus, pen. prod. Participium, Saburra oneratus, & per trãſlationem, Plenus, oppletus. Plaut. Ciſtell. 3. 1,
-quæ vbi ſaburratæ ſumus, Largiloquæ extemplò ſumus.

SABVS, Vide SABINI.

SABYLLVS, Gelæ vrbis Siciliæ tyrannus poſt à ſeipſo interfectũ Cleandrum. Author Herodotus lib. 6.

SACA, Vide AMANVS & ANANITIS.

SACAE, ſunt Scythiæ populi, quos Herodotus tradit vocari à Perſis omnes Scythas: item Plinius lib. 6. cap. 17, Vltra (inquit) ſunt Scytharũ populi, Perſæ illos Sacas vniuerſos appellauere à proxima gẽte, antiqui Arameos, Scythæ ipſi Perſas, Choſaros. Horum meminit & Strabo lib. 11.

SACAMAZA Ptolemæo cap. 3. lib. 4. vicus eſt Syriæ magnæ, vulgò Zedicho.

SACARVM, regio eſt (vt Ptolemæus lib. 6. cap. 13, ait) in Aſia vltra mare Caſpium, Sogdianis conterminata in qua nec vrbes nec vicos eſſe teſtatur: ſed incolæ eius regionis nemora & ſpecus habitant, ſagittandi arte peritiſſimi. Qui olim Bactrianã prouinciam occupauere, & optimam Armeniæ regionem adepti ſunt, & vt lib. 11, Strabo refert, atque vſque ad Cappadocas proceſſerũt. Sed quum ex ſpoliis feſta celebrarent, Perſarũ Imperatores eos noctu adorti, funditus deleuere. Hos quidam Saccaſanos vocãt.

Saccharum, ſacchari, vel etiã Sacchar. Melin arundinibus collectum, gummi modo candidum, ac fragile. Plin. lib. 12. cap. 8. 2, Saccharon & Arabia fert, ſed laudatius India. Eſt autem mel in arundinibus collectum, gummium modo candidum, dentibus fragile. Ampliſſimum, nucis auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantùm vſum.

Sacciperium, ſacciperii, Ex ſacco & pera dicto compoſita. Plaut. Rud. 13. 64, Quod plenum argenti fuit in ſacciperio.

Saccus, ſacci, Notæ ſignificationis. Horat. 1. Serm. ſat. 1. 14,
-congeſtis vndique ſaccis Indormis inhians. Idem 1. Serm. ſaty. 3. 30, -menſam poni iubet, atque
Effundi ſaccos nummorum. Plin. lib. 14. cap. 22. 1, Quinimo vt plus capiamus, ſacco frangũtur vires. Colum. lib. 9. cap. 15, Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius cõtextus ſaccus inuerſæ metæ ſimilis. Idem lib. 12. cap. 17, Poſtea in iunceis ſiſcellis, vel ſparteis ſaccis percolant. Cic. 3. Verr. 67, Quum iſte ciuitatibus frumentũ, coria, cilicia, ſaccos imperaret, neque ea ſumeret: pro his rebus pecuniam exigeret.

Saccus niuarius ſic loquitur apud Martialem lib. 14. 104,
Attenuare niues norunt & lintea noſtra,
Frigidior colo non ſabit vnda tuo.

Sácculus, pen. corr. Diminutiuũ. Cic. 2. de Finib. 40, Cui nihil dum ſit, ius & ſacculos abſtulerit. Vetus codex legit ſarculos. Mart. lib. 5. 40, Excuſſi loculóſque ſacculúmque. Plaut. Capt. 3. 11, Vel extra portam ire trigeſimam ad ſacculum licet.

Plenus ſacculus eſt aranearum. Catull. ad Fabullum. 13. 2.

Saccaria, ſaccariæ, Saccorum mercatura. Apul. lib. 1. de Aſino, Saccariam faciens merebam.

Saccarius, baiulus vel gerulus, qui ſaccis geſtandis victitat. Paulus in L. Qui fundum, De contrahend. empt. Cæterum ſecundum verba non eſſe exceptum quod ex ſtipula naſceretur, non magis, quàm ſiquid ex eo quod ex ſacco ſaccarii cecidiſſet, aut auibus ex ore cecidiſſet, natum eſſet. Budæus.

Saccularius, ſaccularii, quid ſignificet, declarat Vlpianus De extraord. criminib⁹, L. Saccularii, his verbis, Saccularii, qui vetitas artes exercẽtes, in ſacculos partem ſubducunt, partem ſubtrahũt.

Sacellum, Vide Sacer adiectiuum.

Sacer, ſacra, ſacrum, Venerabilis, conſecratus. Virgil. 8. Æneid. 119, -Suſtulit os ſacrum cælo. Plautus Menæch. 10. 38, At ego te ſacram coronam ſurripuiſſe Ioui ſcio. Plin. epiſt. 177. 2, Reuerere gloriam veterem, & hanc ipſam ſenectutem, quæ in homine venerabilis, in vrbibus ſacra eſt.

Profanis ſacra confundere. Claud. 7. Paneg. 48.

Miſcere ſacra profanis. Horat. 1. epiſt. 17. 11. Vide Diſcreo.

Ædes ſacra. Cic. Bruto, lib. 13. 11. 2.

Amor ſacer. Valer. 3. Argon. 74.

Aræ ſacræ. Virg. 3. Georg. 31.

Aruum ſacrum Martis. Ouid. 7. Metam. 10.

Chorus ſacer. Ouid. 2. Faſt. 31.

Effigies ſacræ diuûm. Virg. 3. Æneid. 30.

Fontes ſacri. Virg. 1. eclog. 11.

Horror ſacer. Claud. 4. Paneg. 7.

Ignibus ſacris imponit libamina. Virg. 6. Æneid. 50.

Iura ſacerrima lecti. Ouid. epiſt. 9. 31.

Locus ſacer, & Locus profanus, contraria. Cic. 1. de Inuent. 55.

Lucus latè ſacer. Virg. 5. Æneid. 153.

Medicamen ſacrum. Ouid. 2. Metam. 13.

Mens ſacra. Ouid. 6. Faſt. 1,
Eſt deus in nobis, agitante calescimus illo,
Impetus hic ſacræ ſemina mentis habet.

Signa ſacra & religioſa. Cic. 3. de Legibus, 45.

Voce ſacra profatur Tellus. Ouid. 2. Metam. 36.

Vulgus ſacrum. Claud. 2. de raptu Proſerpinæ, 15.

Sacra eorum deorum inſula. Cic. 3. Verr. 33, Qua ex opinione hominum illa inſula eorum deorum ſacra putatur.

Dies ſacer Dianæ. Horat. 2. Carm. ode 12. 4.

¶ Sacrũ eſt ritu. Plin. li. 11. ca. 37. 26, Moriẽtibus oculos operire, rurſúſque in rogo patefacere, Quiritium magno ritu ſacrũ eſt.

¶ Sacer, Execrandus, ſceleſtus. Virg. 3. Æneid. 21,
-quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames? Antiquitus homo ſacer dicebatur, quẽ populus ob maleficium iudicaſſet, neque fas erat eum immolari. Et ſiquis eum occidiſſet, parricidii nõ damnabatur: ex quo omnis homo malus atque improbus, ſacer appellari ſolet. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 36, -vter ædilis fuerit, vel
Veſtrum prætor, is inteſtabilis & ſacer eſto. Plaut. Bacchid. 3. 4, -ego ſum malus,
Ego ſum ſacer, ſceleſtus. Plin. lib. 33. cap. 2. 1, Vtinámque poſſet

è vita in totum abdicari aurum,ſacra fames,vt celeberrimi authores dixere. Budæus, Antiqui ſacros homines vocabãt quaſi execrandos & deteſtandos. Vnde Sacra fames Virgilio: & Sacer atque inteſtabilis Horatio, è x 11 Tabulis ſumptũ vocabulum: quod more Gallorũ Seruius tranſlatitiũ eſſe ait. Nã quũ Maſſilienſes peſte laborarẽt, vnus ſe ex gẽtibus offerre ſolebat annũ integrum alẽdum publicis cibis & purioribus. Poſtea verbenis, veſtibuſque ſacris ornatus circunducebatur per vrbem cũ execrationibus:precabantur enim vt in eum omnia mala ciuitatis incumberẽt & inciderent:ſicque proiicebatur. Plaut.Bacchid. 17.13, Mẽ' criminatus eſtioptume eſt: ego ſum malus, Ego ſum ſacer,ſceleſtus. Macrob.lib.3.Saturn.Hoc loco(inquit)non alienum videtur de conditione eorum hominum referre, quos leges diis ſacros eſſe iubent:quia nõ ignoro quibuſdam mirum videri, quòd quum cætera ſacra violari nefas ſit, hominem ſacrum ius fuerit occidi.cuius rei cauſa hæc eſt,Veteres nullũ animal ſacrum in finibus ſuis eſſe patiebantur,ſed abigebant ad fines deorum, quibus ſacrum eſſet animas verò ſacratorum hominum diis debitas eſſe exiſtimabant. Feſtus,Sacer homo eſt quem populus iudicauit ob maleficium.Neque fas eſt immolari:ſed qui occidit, parricidii non damnatur.nam lege Tribunitia prima cauetur,Siquis eum qui plebiſcito ſacer ſit,occiderit, parricida ne ſit.Inde ſacratæ leges dictæ,vt ipſe alibi author eſt, quibus ſanctum iubetur eſſe alicui deorum quicquid aduerſus eas fecerit,ſicut familia pecuniáque.Hactenus Budæus.

¶ Sacer ignis,Morbus,cuius multa ſunt genera,quæ apud Pliniũ lib.15.cap.11,habentur. Columel.libro 7.cap.5.13,Eſt etiam inſanabilis ſacer ignis, quam puſulam vocant paſtores. ea niſi compeſcitur intra primam pecudem, quæ tali modo correpta eſt, vniuerſum gregem contagione proſternit:ſic quidem quòd nec medicamentorum,nec ferri remedia patitur.nam penè ad omnem tactum excandeſcit. Vide Ignis. Lucret.lib.6.155,

Et ſimul vlcenbus quaſi inuſtis omne rubere
Corpus,vt eſt,per membra ſacer quum diditur ignis.

Ignis ſacer edit contactos artus.Virg.3.Georg.113.

Sacer morbus,appellatur comitialis,Vide Comitium.

SACER mons, locus eſt ad tertium milliarium ſupra Anienem, quem plebs Romana poſt reges exactos, dum à potentioribus premeretur,occupauit.Author Cicero in Bruto,16, Videmus itẽ (inquit)paucis annis poſt reges exactos,quũ plebs prope ripam Anienis ad tertium milliarium conſediſſet, cúmque montem, qui Sacer appellatus eſt,occupauiſſet,M.Valerium Dictatorem dicẽdo ſedaniſſe diſcordias, eique ob eam rem honores ampliſſimos habitos,& eum primũ ob eam ipſam cauſam Maximum eſſe appellatum.Hactenus Cicero.

SACRA via,locus in vrbe Roma,vbi Romulus & Tatius fœdus fecerunt: cuius meminit Cicero in Oratione pro Plancio,14,his verbis,Equidem(inquit)ſiquando,vt fit,iactor in turba,non illum accuſo,qui eſt in ſumma Sacra via, quum ego ad Fabium forticẽ impellor:ſed eum qui in meipſum incurrit atqi incidit. Hæc ille. Hãc triũphantes in Capitolium ibant. Tendebat autem à regia vſque in arcẽ. Horatius 1.Serm.ſaty.9.1,Ibam fortè via Sacra ſicut meus eſt mos. Hanc idem author Sacrum clinum nuncupauit.

SACRVM promontorium,Luſitaniæ locus,teſte Ptolemæo lib.3. cap.1.*Caput ſancti Vincentii* hodie dicitur,vbi Cuneus ager.

Sacrum Nomen ſubſtantiuum,Dicitur omne quod nomine deorum habetur.Vnde Virgilius quoties ſacrum nominat,additionem ferè deorum facit, vt.3.Æneid.4,Sacra Dionææ matri,diuíſque ferebam. Idem 4.Æneid.118,

Sacra Ioui Stygio,quæ rite incœpta paraui,
Perficere eſt animus. Macrobius lib.1.Saturnal. cap.16, Sacra celebritas eſt,vel quum ſacrificia diis offeruntur,vel quum dies diuinis epulationibus celebratur:vel quũ ludi in honorem agũtur deorum,vel quum feriæ obſeruantur.

Nequid de ſacrorũ religione mutetur.Cic.pro Domo ſua,19.

Vates ſacrorum.Ouid.11.Metam.14.

Legationis ſacra.Tacit.lib.1,Hoſtium quoque vis, & ſacra legationis,& fas gentium rupiſtis.

Menſæ ſacra.Tacit.lib.13, Quanquam intra ſacra menſæ,&c. properata ſit.Scilicet mors.

¶ Accerſita ſacra,Vide Accerſo.

Antipeiſaria ſacra.Cic.Attico,lib.1.13.6.

Annua ſacra.Virg.1.Georg.67.

Arcana ſacra.Ouid.10.Metam.87.

Fera ſacra.Ouid.13.Metam.91.

Funebria ſacra.Ouid.4.Triſt.eleg.4.7.

Horrida ſacra.Silius lib.3.28.

Iugalia ſacra.Ouid.7.Metam.142.

Municipalia ſacra,Vide Mouimo.

Myſtica ſacra.Ouid.epiſt.2.9.

Nefanda ſacra.Ouid.10.Metam.46.

Nouendiale ſacrum,Vide Nouem.

Nuptialia ſacra.Quintil.lib.1 cap.7.14.

Peregrina ſacra,Vide Peregrinus.

Piaculare ſacrum facere,Hoc eſt ſacrificiũ pro expiatione ſceleris.Liu.lib.9.bel.Pun.106,Prætor legatiq; Locros profecti primam,ſicuti mandatũ erat,religionis curam habuere. Omnem enim ſacram pecuniam,quæque apud Pleminium,quæque apud milites erat,cõquiſitam, cum ea quam ipſi ſecũ attulerant, in theſauris repoſuerũt,ac piaculare ſacrũ fecerũt. Sic ibidẽ,59.

Sacra priuata perpetua manento.Cic.2.de Legib.37.

Pura ſacra.Ouid.2.Metam.141.

Sancta ſacra generis.Senec.Herc.furente,13.21.

Socialia ſacra,Coniugium.Ouid.epiſt.10.31.

Solenne,& neceſſarium ſacrum.Tacit.lib.9.

Solenne ſacrum luſtri Troici.Senec.Troade,8.9.

Stata ſacra, dicuntur quæ ſtato & certo tempore ſingulis annis recurrũt.diuerſa ab illis quæ Indicta vocãtur,quæ nimirum vel in alia tempora reiici poſſunt,vel etiã omitti penitus. Ouid. 1.Faſt.131,Ter,quater euolui ſignantes tempora Faſtos,

Nec Sementinæ eſt vlla reperta dies.

Tum mihi(ſenſit enim)lux hæc indicitur inquit
Muſa.quid à faſtis non ſtata ſacra petis?
Veneranda ſacra.Silius lib.7.76.

¶ Factis ſacris accedere.Stat.1.Achill.74.

Alligari ſacris,Vide Alligo.

Aſtringere ſe ſacris,Vide Aſtringo.

Canere ſacra.Virg.2.Æneid.48, -circum pueri innuptæque puellæ Sacra canunt.

Conficere ſacra,Vide Conficio.

Facere ſacra. Cic.de Aruſpic.reſp.30, Itaque nequis meorum imprudens introſpicere tuam domum poſſit, ac te ſacra illa tua facientem videre,tollam altius tectum. Ouid.3.Metam.141.

Frequentare ſacra.Ouid.3.Metam.147.

Initiari ſacris.Quintil.lib.1.cap.1.15.

Inſtaurabat ſacrum diis loci.Tacit.lib.18.hoc eſt adornabat. Sic enim hoc verbum vſurpant authores aliquando.

Iurare per commune ſacrum doloris.Stat.11.Thebaid.79.

Obire ſacra,Vide Obeo.

Parare ſacra,Ouid.11.Metam.3.

Peragere ſacra de more.Ouid.6.Faſt.116.

Peregiſſe mihi videor ſacra tradentium artes. Quintilianus lib.5.cap.14.11.

De ſacris autem (qui locus patet latius)hæc ſit vna ſententia, vt cõſeruentur,& deinceps familiis prodantur:&(vt in lege poſui) perpetua ſint ſacra. Cic.1.de Leg.76.

¶ Sacrum,dicitur templum. Paulus Iureconſ. Sunt autem ſacrilegi, qui publica ſacra compilarint. At qui priuata ſacra, vel ædiculas incuſtoditas tentauerint, amplius quàm fures, minus quàm ſacrilegi,merentur.

Sacrum,ſacróve commendatũ qui clepſerit rapſeritque,parricida eſto.Cic.1.de Legib.36.

¶ Sacrum, Magicum quoddam ad compeſcendas detrahentium linguas.Ouid.lib.2.Faſtorum,

Ecce anus in mediis reſidens annoſa puellis,
Sacra facit tacitè,nec tamen ipſa tacet.

Magica ſacra.Virg.8.eclog.14.

¶ Inter ſacrum & ſaxum ſtare,prouerbialis locutio,pro In periculo eſſe.Plaut.Capt.21.85,Nunc ego inter ſacrum ſaxúmque ſto:nec quid faciã ſcio. Apuleius in Aſino Aureo,lib.11,Plurimũ ergo duritiã paupertatis intercedẽte, quod ait vetus prouerbiũ,Inter ſacrũ & ſaxũ poſitus cruciabar.Explicat hîc Apuleius allegoriã adagii,videlicet alludens ad ſacerdotium,cui erat initiandus:& paupertatem ſaxo duriorem,per quam nõ ſuppetebant ſumptus.Sumptum apparet ex priſcis fœderis feriendi cæremoniis,in quibus Fecialis porcum ſaxo feriebat, hæc interim pronuntians,Qui prior populus fœdus rumpet,Iupiter ita eum feriat, quemadmodũ ego porcum hoc lapide ferio. Sed vndecunque fluxit adagium,ſatis liquet dici ſolitum in eos,qui perplexi,ad extremum periculum rediguntur.Ex Eraſmo.

Sacellum,ſacelli,Diminutiuũ à Sacrum, Significat locum paruũ deo conſecratum cum ara.Trebatius Iurecõſ.ſcribit,Sacellum, compoſitum verbum, quaſi ſacra cella. Plinius epiſtola 16.b, Sparſa ſunt circa ſacella complura,totidémque dei:ſua cuique veneratio,ſuum nomen. Cicero 2.pro Lege agraria,46,Sunt enim loca publica vrbis,ſunt ſacella, quæ poſt reſtitutam Tribunitiam poteſtatem nemo attigit: quæ maiores in vrbe partim,periculi perfugia eſſe voluerunt. Idem 1.de Diuinat.167, Quum vellet ſororis ſuæ filiam in matrimoniũ collocare,exiſſe

in quoddam ſacellum ominis capiendi cauſa, quod fieri more veterum ſolebat. Plinius lib.6.cap.29.23,Delubrum Ammonis eſt ibi religioſum, & toto tractu ſacella. Propert. lib.4.eleg.3. 11,Flore ſacella tego. Virg.eclog.3.2,

Nouimus & qui te,tranſuerſa tuentibus hircis,
Et quo,ſed faciles Nymphæ riſere,ſacello.

Ponere modicum ſacellum alicui. Tacit.lib.19, Modicum ſacellum Ioui conſeruatori,aramque poſuit.

Sacro,ſacras,ſacrare,Deo dicare,& ſacrum facere. Plin.lib.36.cap. 11, Eiuſdem remanet & alius centũ cubitorum, quem poſt excitatem viſu reddito, ex oraculo Soli ſacrauit. Cic.1.de Diuin. 41,Quod patriæ vocis ſtudiis,nobiſque ſacraſti. Ex poeta.

Atas ſacrare.Virg.5.Æneid.10.

Carmina ſacrarũt auum,tuum. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.14.

Conditionem parentum ſacrare. Senec. de Benefic.lib.3.cap. 11,Parentũ cõditionẽ ſacrauimus,quia expediebat liberos tolli.

Honorem ſacrare.Virg.11.Æneid.18,

-hunc illi rex ætheris altus honorem
Iuppiter erepta pro virginitate ſacrauit.

Nomen ſacrare.Martial.lib.1.185, Condidit hic natæ cineres, nomẽque ſacrauit.

Templum ſacrare deo.Plin.lib.8.cap.16.18,Libero patri templum in Samo Helpis ſacrauit.

Vota ſacrare diis,quod & Cõſecrare dicimus.Virgil.8.Æneid. 61, -vorum immortale ſacrabo.

¶Sacrare,Deuouere,& deteſtabile decernere,& ita morti addicere,vt impune occidi & violari poſſit.Liu.1.ab Vrbe,33,Ante omnes de prouocatione aduerſus magiſtratus ad populum, ſacrandóque cum bonis capite eius qui regni occupandi conſilia iniiſſet, gratæ in vulgus leges fuere. Ibidem,lib.5.117,Bũ prædam Vegentanam publicando, ſacrandóque ad nihilum redegiſſe,abſentes ferociter increpant.

Sacror,ſacraris,Paſſiuum.vt In aris ſacrari.Ouidius 1.Faſt.7,

Vtque ego perpetuis olim ſacrabor in aris,
Sic Auguſta nouum Liuia numen erit.

Sacrãtus,pen.prod.Participium,ſiue Nomen ex participio.

Caput ſacratum. Virg.3.Æneid.75,Exorat pacem diuũm,vittáſque reſoluit Sacrati capitis.

Tempora ſacrata mea ſunt velata corona. Ouid.4.de Ponto, eleg.14.11.

Dona ducum ſacrata.Lucan.lib.1.18.

Fas mihi Graiorum ſacrata reſoluere iura.Virg.1.Æneid.31.

Sacratæ leges,quibus ſanctum iubetur eſſe alicui deorũ quicquid aduerſus eas fecerit,ſicut familia,pecuniáque.Liu.1.ab Vrbe,138,Præcipuus pauor Tribunos inuaſerat,quàm nihil auxilii ſacratæ leges haberẽt morte Collegæ monitos. Idem,Sub idẽ fermè tempus Ligures lege ſacrata,coacto exercitu,nocte caſtra Proconſulis aggreſſi ſunt. Cic.pro Domo ſua,34.

Numen nullum ſacratius.Silius lib.8.45.

Opus alicui ſacratum.Ouid.2.Triſt.110.

Sede ſacrata recondere.Virg.1.Æneid.138.

¶Sacratior,& hoc ſacratius.Plin.lib.16.cap.44.13,Nihil habẽt Druidæ(ita ſuos appellãt magos) viſco & arbore in qua gignatur ſacratius.

¶Sacratiſſimũ.Plin.lib.33.ca.4.16,Aurea ſtatua prima omniũ nulla inanitate, & antè quàm ex ære aliqua illo modo fieret, quam vocãt holoſphyraton in templo Anaitidis poſita dicitur, quod in ſitu terrarum nomine hoc ſignificauimus,numine illis gentibus ſacratiſſimo.

Sacrarium, Locus ſacer in templo, in quo ſacra reponuntur.Vnde à Cicerone Sacrarium Bonæ deæ nominatur.Vlpianus L. Sacra.De diuiſione rerum,Sacer locus,eſt conſecratus.Sacrarium, in quo ſacra reponuntur. Liu.7.ab Vrbe, 90, Cære ſacrarium Populi Rom.diuerſorium ſacerdotum,ac receptaculum Romanorum ſacrorũ,intactum,inuiolatúmque crimine belli, hoſpitio Veſtalium,cultúſque diis darent. Sic 4.bel. Pun.117. Propert. lib.3.eleg.14.4, Mens bona(ſi qua dea es)tua me in ſacraria dono.

Diri ſacraria Ditis.Virg.11.Æneid.40.

Probro vetito temerat ſacraria.Ouid.10.Metam.138.

Sacrarium,pro Sacello,locúque ſacrato ſumpſit Suetonius,de Auguſto loquẽs,cap.5,Natus eſt(inquit)Auguſtus ad capita bubula,vbi nunc ſacrarium habetur,aliquanto poſtquam exceſſit cõſtitutum. Cic.6.Verr.3, Erat apud Heium ſacrarium cũ magna dignitate in ædibus à maioribus traditum perantiquum. Ibidem,88, Sacrarium Cereris eſt apud Catinenſes, eadem religione qua Romæ,qua in cæteris locis.

¶Sacrariũ,pro Larario in ædib⁹ priuatis.Cic.ad Memmium, lib.13.ca.1,Cajo Aniano Enãdro,qui habitat in tuo ſacrario,& ipſo multum vtor,& patrono eius M.Æmylio familiariſſimè.

Teſtor mentis ſacrarĩa, Iouis iuſiurãdum. Stat.3.Thebaid.49.

Scelerum ſacrarium. Cic.1.in Catil.34, Quum aquilam illam argenteam (cui ille etiam ſacrarium ſceleru domi ſuæ fecerat) ſcirem eſſe præmiſſam.

Sacres porci appellabantur, quoniam puri eſſent ad ſacrificium, vt immolarentur.Plaut.Menæh.8.16,

-quibus hic pretiis porci væneunt
Sacres,ſynceri? Et in Rud.16.4,Sunt domi agni & porci ſacres. Varro 1.de Re ruſt.cap.1.21, Ferè ad quatuor mẽſes à mamma non diſiunguntur agni, hœdi tres, porci duo,è quis, quoniam puri ſunt ad ſacrificium, vt immolentur, olim appellati ſacres: quos appellat Plautus quũ ait, Quanti ſunt porci ſacres? Ibidem,cap.4.15,Porci qui à partudecimo die habẽtur puri, ab eo appellãtur ab antiquis ſacres, quòd tum ad ſacrificia idonei dicuntur primum.

Sacramẽntum,ſacramenti, Quod iuſiurandi ſanctione interpoſita geritur,vt ait Feſtus.

Sacramentum militare.Vegetius de Re militari,lib.2, Milites iurare ſolent,& ideo militiæ ſacramenta dicuntur. Iurãt autẽ ſe omnia ſtrenuè facturos,quæ præceperit Imperator, nunquam deſerturos militiam pro Romana Repub. Plin.epiſt.146.lib. 10,ad Traianum,de ſeruis inter tyrones inuentis,Ipſe enim dubito ob hæc maximè,quòd vt iam dixerant ſacramento militari,ita nondum diſtributi in numeros erant.

Longum ſacramentum.Tacit.lib.17.

Solenne ſacramentum.Tacit.lib.17.

¶Accedere ſacramento alicuius,Vide Accedo.

Adigere ſacramento alicuius,Vide Adigo.

Contendere ſacramẽto.Cic.Volumnio,lib.7.33.5, Niſi cætera, quæ ſunt à me in ſecundo libro de Oratore per Antonii perſonam diſputata de ridiculis,ἐπιχειρήματα & arguta apparebunt,vt ſacramento contendas mea non eſſe.

Iuſto ſacramento contendere. Cic.1.de Oratore,11,Quod verò in extrema oratione tua Craſſe,quaſi tuo iure ſumpſiſti,oratorẽ in omnis ſermonis diſputatione copioſiſſimè poſſe verſari, id niſi hîc in tuo regno eſſemus,non tuliſſem:multiſque præeſſem,qui aut interdicto tecum contenderent,aut te ex iure manu conſertum vocarent, quòd in alienas poſſeſſiones tam temere irruiſſes. Agerent enim tecum lege primùm Pythagoræi omnes atque Democritici, cæteriq; in ſuo genere Phyſici: vindicarẽtque ornati in dicendo & graues, quibuſcum tibi iuſto ſacramento cõtendere nõ liceret. Iuſto ſacramẽto cum Pythagoræis & Democriticis cõtẽdere oratori nõ licere dixit Scæuola, propter præſtantiam ingentii eorum hominum qui fundatores authoréſque fuerunt magni nominis ſectarum, quibuſcum ſacramento & vindicatione contendendo de Phyſicæ ſpeculationis explicationiſque profeſſione,nullus ſanè orator litem vincere poſſet: vel propter tanti nominis præiudiciũ,vel quia impudentiæ daretur, ſiquis illis viris doctrinarum poſſeſſione nõ cederet,qui nomina ſua profeſſione earum rerum vſque adeò illuſtrarunt.Hæc Budæus.

Dicere ſacramento,Vide Dico/dicis.

Dicere ſacramentum. Tacit.lib.20, Inſtantibus Tribunis dixit ſacramẽtum. Idem lib.1,Perennione,& Vibuleno ſacramentum dicturi ſumus? Vide Dico/dicis.

Perfidum ſacramentum dicere.Horat.1.Carm.ode 17.2.

Exuere ſacramentum.Tacit.lib.19,Cuius ſacramentum cunctis circa hoſtilibus non exuerat.

Imbutus ſacramento. Tacit.lib.17,Miles vrbanus longo Cæſarum ſacramento imbutus,&c.

Obligare ſacramento,Vide Obligo.

Renouare ſacramentum in nomen alicuius. Tacit.lib.1,Addebat Meſſala Valerius,renouandum per annos ſacramentum in nomen Tiberii.

Rogare aliquem ſacramento.Quintil.lib.11.ca.1,Sed hæc inter ipſos,qui velut ſacramento rogati,vel etiã ſuperſtitione cõſtricti,nefas ducunt à ſuſcepta ſemel perſuaſione diſcedere. Id eſt,iureiurando adacti & iurati. Budæus.

Teneri ſacramento.Suet.in Cæſare,cap.42,Sanxit nequis ciuis maior viginti annis, minórve decem, qui ſacramento non teneretur,plus triennio continuo Italia abeſſet.

¶Sacramẽta, Milites à Iuuenale dicuntur Saty.16,190 verſu, Præmia nunc alia,atque alia emolumenta notemus
Sacramentorũ. Hoc eſt,militũ iuratorũ & ſacramẽto rogatorũ.

¶Sacramentum, ex Varronis verbis intelligi poteſt lib.1. de Lingua Latina, Qui petebat (inquit) & qui inficiabatur, de aliis rebus vterque quingenos æris apud Pontificem deponebãt: de aliis item rebus certo alio legitur numero aſſium. Qui iudicio vicerat,ſuum ſacramentum auferebat:victi,ad ærarium redibant,id eſt,victus ea pecunia,quam depoſuerat, multabatur

in pœnam iniuſtæ litigationis, quæ ærario cedebat. Sacramentũ igitur, à ſacro dictũ eſt. Vide Vindiciæ in Vindex. Cic. pro Cecinna, 70. Quũ Aretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta Decemuiris religionem iniecciſſet, non poſſe ſacramentũ noſtrũ iuſtũ iudicari, quòd Aretinis adepta ciuitas eſſet, &c.

Sacroſanctum, Quod iureiurando interpoſito eſt inſtitutum: ſiquis id violaſſet, morte pœnas penderet: vt ait Budæus. Cicero pro Cornelio Balbo, 15, Quid fuit in rogatione ea quæ de Pompeio à Gellio, & à Lentulo conſ. lata eſt, in qua aliquid ſacroſanctum videretur?

Sacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod per populum, plebémve ſancitum eſt. Cic. pro Cornelio Balbo, 18.

Sacroſanctũ Trib. pleb. dicebatur, quẽ violari nefas erat: qui ſine capitali piaculo attingi violéter nõ poterat. Plin. lib. 7. ca. 44. 2, Quum reſiſtendi ſacróque ſanctum répellendi ius nõ eſſet, virtutis ſuæ opera & centura periturus, &c. Liuius lib. 9. ab Vrbe condita, 40, Tum Poſthumus, Interea dedite, inquit, profanos nos, quos ſalua religione poteſtis: dedetis deinde & iſtos ſacroſanctos, quum magiſtratu abierint. Ibidem, Pro eo, quòd ſpondẽdo pacem ſeruaſſent exercitum Populi Romani, pœnam nullam meritos eſſe: neque ad extremum quum ſacroſancti eſſent, dedi hoſtibus violarive poſſe. Hinc Sacroſanctæ eccleſiæ dictæ, in quibus eſt ius aſyli. Ideo principes Romanos legimus Tribunitiam poteſtatem aſſumere ſibi ſolitos: vt auguſtiores ſe & ſacroſanctos facerent: id quod in numiſmatis quoque eorũ extat. Tranq. in Aug. cap. 27, Tribunitiam poteſtatem perpetuam recepit. Tacitus lib. 11, Accurrunt Patres: decernitur Othoni Tribunitia poteſtas, & nomẽ Auguſti, & omnes principũ honores. De hac poteſtate multa Cicero lib. 3. de Legib.

Sacroſanctæ poſſeſſiones. Cic. 2. in Catil. 38, Ergo in vaſtatione omnium tuas poſſeſſiones ſacroſanctas futuras putas? Hoc eſt intactas, & ab omni iniuria tutas.

Sacroſancta poteſtas, Hoc eſt Tribunitia. Liu. lib. 9. bel. Pun. 265, Comprehendere Tribuni iuberent, ac iure ſacroſanctæ poteſtatis reducerent.

Sacrificeo, ſacrificas, penult. corr. ſacrificare, Sacrum facere. Plautus Moſtel. 4. 83, Ædepol ſummo Ioui ſi viuo argento ſacrificallem. Idem Capt. 6. 40, Quineti ã, vt magis noſcas, gento vbi ſuo quãdo ſacrificat, ad rem diuinã quib' eſt opus, Samiis vaſis vtitur.

Dex ſorti ſacrificare. Ouid. 3. Faſt. 170.

Suem ſacrificare. Ouid. 4. Faſt. 83.

Sacrificare, Veniam petere. Plaut. Pœn. 6. 41,

Si Hercle illuc vnquam factum eſt, tum me Iuppiter
Faciat, vt ſemper ſacrificem, neque vnquam litem.

Sacrificare alicui deo ad diem certum. Plinius lib. 3. cap. 5. 19, Nanque diua Angerona, cui ſacrificatur ad diem x i i. Cal. Ianuarii, ore obligato, &c.

Orco ſacrificare. Plaut. Epid. 4. 10. Vide Occido.

Sacrificatio, Verbale. Cic. 2. de Nat. deorum, 98, Itaque in ea dea, quòd eſt rerum cuſtos intimarum, omnis & precatio & ſacrificatio externa eſt.

Sacrificalis, pen. prod. Adiectiuum. vt

Apparatus ſacrificalis. Tacit. lib. 1, Sacrificalem apparatum, feſtam Antiochenſium plebem per lictores proturbat.

Sacrificus, pen. corr. Adiectiuum: vt Sacrificæ tibiæ, quibus vtebantur in ſacrificiis. Plin. lib. 16. cap. 36. 13, Nunc ſacrificæ Tuſcorum è buxo tibiæ.

Aræ ſacrificæ. Valer. 8. Argon. 49.

Dies ſacrifici. Ouid. 15. Metam. 110.

Preces ſacrificæ. Senec. Medea, 2. 7.

Ritus ſacrifici. Ouid. 15. Metam. 97.

Veſtis ſacrifica. Silius lib. 3. 6.

Sacrificus, Subſtantiuum, Qui ſacra facit.

Ancus ſacrificus. Ouid 6. Faſt. 161.

Sacrificulus, penul. corr. Rex ſacrorũ. Gell. lib. 10. cap. 15. Liuius 6. bel. Pun. 180, Vulgo ergo pontifices, augures, ſacrificuli reges creẽtur, cuilibet apicem Dialem, dummodo homo ſit, imponamus. Sueton. in Domitiano, cap. 1, Ardente templo, apud ædituum clãm pernoctauit: ac manè Iſiaci celatus habitu, intérq; ſacrificulos vanæ ſuperſtitionis, &c.

Sacrificulus vates. Liuius 5. bel. Maced. 186.

Sacrificium, ſacrificii, Sacrum, ſeu res diuina. Liuius 1. ab Vrbe, 110, Sacrificium luſtrale in diem poſterum parat.

Sacrificium facere. Cicero de Claris Orat. 27, Quum M. Popilius ſacrificium publicum cum læna faceret quòd erat flamen Carmentalis. Idem ad Brutum, 15. 11, In eóque ſum maiorum exemplum ſecutus, qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius vos Pontifices ad aram in velabro ſacrificium facere ſoletis. Et de Aruſp. reſp. 10, De illo ipſo ſacrificio quod fit pro ſalute Pop. Romani.

Anniuerſaria ſacrificia. Cic. 6. Verr. 114.

Penetrale ſacrificium, Vide Penetralis in Penetro.

Perpetrare ſacrificium. Liuius lib. 4. Decad. 5, In monte ſacrificio rite perpetrato.

Sacricolæ, penult. corr. Tacitus lib. 19, Tubæ ſacricolarum immiſtus, ignoratus apud Cornelium Primum paternum clientem, iuxta Velabrum delituit.

Sácrifer, pen. corr. Adiectiuum, Qui fert ſacra: vt

Rates ſacriferæ, Quæ ſacra vehunt. Ouid. 4. Faſt. 51,
Quum Troiam Æneas Italos portaret in agros,
Eſt dea ſacriferas penè ſecuta rates.

Sacrilegus, pen. corr. Adiectiuum, Qui ſacra, aut de ſacro legit, id eſt furatur. Terent. Adelph. 2. 4. 1, Vbi eſt ille ſacrilegus? Plin. libro 24. cap. 17. 7, Ophiuſam in Elephantine eiuſdem Æthiopiæ, luuidam, difficilémque aſpectu, qua pota terrorem mináſque ſerpentium obuerſari, ita vt mortem ſibi eo metu conſciſcant, ob id cogi ſacrilegos illam bibere.

Sacrilegus & hoſtis ſacrorum. Cic. 3. Verr. 5, Non ſacrilegum, ſed hoſtem ſacrorum, religionúmque.

Sacrilegum interpretatur Cicero qui aliquid è ſacro abſtulerit. Cicero 2. de Legib. 65, Sacrilego pœna eſt, neque ei ſoli qui ſacrum abſtulerit, ſed etiam ei qui ſacro commendatum, quòd & nunc multis fit in fanis.

Græcos vocat Cicero ſacrilegos, 5. Verr. 56.

Hæc ibi ſi non ſunt, minor extat ſacrilegus. Iuuenal. Sat. 13. 15.

Artes ſacrilegæ meretricum. Ouid. 1. de Arte, 88.

Sacrilegum bellum. Cic. 7. Ver. 148, Cæteros item deos, deáſque omnes imploro atque obteſtor, quorum templis & religionibus iſte nefario quodam furore & audacia inſtinctus, bellum ſacrilegum ſemper, impiúmque habuit indictum.

Sacrilegi furores. Martial. lib. 9. 89,

Quum tua ſacrilegos contra Norbane furores
Staret pro domino Cæſare ſancta fides.

Ignes ſacrilegos admouere templis. Tibull. lib. 3. eleg. 5. 3.

Lingua ſacrilega. Ouid. 1. de Remed. amor. 74.

Manus ſacrilega. Horat. 2. Carm. ode 13. Cic. 12. Philip. 38.

Sacrilegium, ſacrilegii, Ipſum ſacrarum rerum furtum.

In ſodalitium ſacrilegii alicuius abire. Cic. in Saluſtium, 9.

Admittere ſacrilegium. Quintil. lib. 4. cap. 2. 6.

Committere ſacrilegium. Quintil. lib. 7. cap. 3. 15.

Facere ſacrilegium. Quintil. lib. 5. cap. 10. 61, Si quis ſacrilegiũ faciet, faciet & furtum.

Reum eſſe ſacrilegii. Quintil. lib. 4. cap. 2. 6.

Sacerdos, ſacerdõtis, pen. prod. cõ. g. Qui deo dicatus eſt ad ſacrificia faciẽda. A ſacris dict⁹. Apud Romanos varia erãt ſacerdotũ genera, Flamines, Diales, Martiales, Quirinales, Salii, Põtifices minores, Põtifices maximi, Reges ſacrorũ, ſacrificuli, & Galli q Cybeles ſacra faciebant. Cic. 4. Acad. 117, Sed quũ ſacerdotes deorũ vacationẽ habeant, quãto eſt æquius habere ipſos deos?

Purus Muſarum, Phœbique ſacerdos. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 5.

Muſarum ſacerdos, Poeta, vates. Horat. 3. Carm. ode 1. 1.

Caſti ſacerdotes. Virg. 6. Æneid. 133.

Doctus ſacerdos. Claud. 4. Paneg. 66.

Religioſus libertatis ſacerdos. Cic. pro Domo ſua, 86.

Sacerdos ſtuprorum. Cic. pro Seſtio, 31, Cum ſororis adultero, cum ſtuprorum ſacerdote, cum venefico.

Maximum ſacerdotem creare. Cic. 4. Verr. 89.

Furiata ſacerdos. Stat. 1. Thebaid. 5.

Magna ſacerdos. Virg. 6. Æneid. 109.

Longæua ſacerdos. Virg. 6. Æneid. 65.

Sacra Cereris per Græcas ſemper curata ſunt ſacerdotes. Cic. pro Cornelio Balbo, 44.

Sacerdotiſſa Flaminica. Gellius lib. 10. cap. 15, Eædem ferme cæremoniæ ſunt, quas Flaminicas ſacerdotiſſas Dialis ſeorſum aũt obſeruitare. Idẽ tamen lib. 13. ca. 19, ſacerdotes fœminas dicit.

Sacerdotium, ſacerdotii, Sacerdotis dignitas. Liuius 10. bel. Pun. 118, In locũ Pontifex (nam duo ſacerdotia habuit) Seruius Sulpitius Galba. Idem lib. 9, Gens Potitia, cuius ad aram Herculis, familiare ſacerdotium erat.

Auctus ſacerdotiis & honoribus, Vide Augeo.

Inire ſacerdotium. Cic. pro Domo ſua, 104.

Populus per religionem ſacerdotia mandare nõ poterat. Cicero 2. de Lege agraria, 31.

Sacerdotio præditus. Cic. pro Domo ſua, 104, Quum Licinia virgo Veſtalis ſummo loco nata, ſanctiſſimo ſacerdotio prædita, T. Flaminio, Q. Metello conſ. aram & ædiculam & puluinar ſub ſacro ſaxo dedicaſſet. Idem 1. de Diuin. 148, In qua & reges augures, & poſtea priuati eodẽ ſacerdotio præditi Remp. religionum authoritate rexerunt. Tacit. lib. 11, Iiſque intentius aſſui ſacerdotio Quindecimvirali præditus.

In ſacerdotium venire. Cic. pro Domo ſua, 30, Cur enim quiſquam vellet Tribunum plebis ſe fieri nō licere: anguſtiorem ſibi eſſe petitionem Conſulatus, in ſacerdotium quum poſſit venire: quia patricio non ſit is locus, non venire.

Sacerdotális, & hoc ſacerdotále. penul. prod. Quod ad ſacerdotem pertinet. Liuius 5. ab Vrbe, 183. Virgines, ſacráque in plauſtrum impoſuit: & Cære quò iter ſacerdotalibus erat, peruexit.

Sacóma/pen. prod. ſacómatis, Eſt æquipondium, hoc eſt quod in libra apponitur ad æquilibrium faciendum. Vitruuius lib. 9. cap. 3, de Archimede, Quum auream coronā votiuam dus immortalibus in quodam fano conſtituiſſet ponendam, immani pretio locauit faciēdam, & aurum ad ſacoma appendit redemptori. Is ad tempus opus manufactum ſubtiliter regi aprobauit, & ad ſacoma pondus coronæ viſus eſt præſtitiſſe. Budæus.

Sacramentum, Vide **Sacer.**

SACRANI, pe. prod. populi ſunt, quorū origo ſic Seruio narratur in illud Virgilii 7. Æne. 160, Et Sacranæ acies, & picti ſcuta Labici. Dicūt quēdam Corybantē veniſſe ad Italiam, & tenuiſſe loca, quæ nunc vrbi vicina ſunt. Et ex eo populos ducentes originem, Sacranos appellatos. Nam ſacrati ſunt Matri deūm Corybantes. Alii Sacranas acies Ardeorum volunt, qui aliquando quum peſtilentia laborarent, Ver ſacrum vouerūt, vnde Sacrani dicti ſunt. Hactenus Seruius.

Sacratus/**Sacrifico**/**Sacrilegus**/**Sacro**/ **Sacrum**/ Vide **Sacer.**

SADDVCAEI, dicuntur qui Sadducæum quendam magiſtrum legis ſequentes, neque reſurrectionem credebant, neque angelos, neque ſpiritus eſſe.

SADYATTES, fuit Ardyos filii Gygis filius, qui poſt patrem regnauit in Lydia. Vide de hoc Herodotum lib. 1. Hiſtoriarum.

Sæculum/ Vide **Seculum.**

Sæpe/ Aduerbium, ſæpius, ſæpiſſimè, Id eſt frequenter. Recipit diphthongum, vt differat à ſepe ablatiuo nominis ſepes. Terēt. Eun. 5. 2. 34, -ſæpe ex huiuſmodi re quapiam, &
Ex malo principio, magna familiaritas
Conflata eſt. Idem Heaut. 4. 1. 53, Non licet hominem eſſe ſæpe ita vt vult, ſi res non ſinit.

Multum & ſæpe. Cic. 1. de Inuent. 1, Sæpe & multum hoc mecū cogitaui, bonine, an mali plus, &c. Idem pro Quintio 1, M. Iunius, &c. in hac multum & ſæpe verſatus.

Sæpe ac diu. Cic. pro Quintio, 64.

Semel, atque iterum, ac ſæpius. Cic. pro Fonteio, 14.

Sæpe, & ſæpius. Cæſar Ciceroni in Epiſt. ad Atticū, lib. 9. 174. 1, Etſi hoc & feci ſæpe, & ſæpius mihi facturus videor.

Quod etſi ſæpe dictum eſt, dicendum tamen eſt ſæpius. Cicero 3. Offic. 90.

Iterum & ſæpius te rogo. Cic. Cullcolo, lib. 13. 43. 4.

Nimium ſæpe. Cic. 1. de Finib. 68, Interdū, vel potius nimium ſæpe. Vide **Nimio.**

Non ſæpe. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 8, Scis temporibus illis nō ſæpe in Senatu fuiſſe. Sub. Pompeium.

Sæpenúmero, penult. corr. Idem ſignificat quod ſimplex Sæpe: eſt enim compoſita dictio ex ſæpe & numero. Plin. lib. 11. cap. 37. 31, Septimo menſe genitis ſæpenumero foramina aurium & narium defuere. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 11. 7, Sum totos dies cū eo, noctiſque ſæpenumero partem. Cic. de Senect. 4, Sæpenumero mirari ſoleo, &c.

SAEPINVM, Ptolemæo lib. 3. cap. 1, vrbs Samnitū: Hodie *Sepinum.*

SAETABIS, fluuius apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6, Auguſta Valeria alio nomine dicta, Sectanis olim, nunc *Xativa.*

Sæuus/ Adiectiuum, Durus, crudelis. Virgilius libro 5. Æneid. 54, Quum ſæuo è ſcopulo multa vix arte reuulſus. Terentius Adelph. 5. 4. 11, Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculentus, tenax.

¶ Sæuus, Inimicus. Virg. lib. 1. Æneid. 1, -ſæuæ memorem Iunonis ob iram.

¶ Sæuus, Fortis. Virg. lib. 1. Æne. 11, Sæuus vbi Æacidæ telo iacet Hector.

Manibus ſæuum eſſe. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 13, Sed manibus qui ſæuus erit, ſcutúmque, ſudémque ls gerat.

¶ Sæuus, Iratus. Virg. 1. Æne. 93, -& ſæuū ambobus Achillē.

¶ Sæuus, Magnus. Virg. 11. Æne. 11, -maternis ſæuus in armis.

¶ Sæuus, Potens. Virgil. lib. 1. Æneid. 19,
Non illi imperium pelagi, ſæuúmque tridentem,
Sed mihi ſorte datum. Ex Nonio hæc omnia.

¶ Adulationes ſæuæ. Tacit. lib. 4, Nam pleraq; ab ſæuis adulationibus aliorum, in melius flexit. De Lepido.

Amor ſæuus. Virgil. 8. eclog. 10.

Amore ſæuo ſaucia Medea. Cic. pro Cælio, 15.

Armis ſæuis cominus certare. Virg. 12. Æneid. 78.

Bellum ſæuæ. Horat. 2. Carm. ode 12. 5.

Belli ſæui certamina. Lucret. lib. 1. 97.

Cædes ſæua. Ouid. 1. Metam. 16.

Catenæ ſæuæ. Horat. 3. Carm. ode 11. 9.

Dolor ſæuus. Silius lib. 3. 47.

Dolores ſæui animo exciderant. Virg. 1. Æneid. 6.

Facies ſæua ac deformis. Tacit. lib. 19.

Faces ſæuæ. Virg. 4. Æneid. 113.

Feræ ſæuæ. Ouid. 7. Metam. 78.

Gelu ſæuum. Valer. 1. Argon. 104.

Gens ſæua. Cic. 2. Tuſc. 33.

Horror ſæuus. Virg. 2. Æneid. 111.

Hyems ſæua. Valer. 7. Argon. 11.

Iocus ſæuus. Horat. 1. Carm. ode 33. 5. Idem 1. epiſt. 2. 30.

Ira ſæua. Ouid. 1. Metam. 91.

Lea ſæua. Ouid. 4. Metam. 11.

Militia ſæua. Horat. 1. epiſt. 19. 11.

Neceſſitas ſæua. Horat. 1. Carm. ode 35. 4.

Paupertas ſæua. Horat. 1. Carm. ode 11. 9.

Rabies ventorum ſæua. Ouid. 5. Metam. 2.

Scopulo è ſæuo reuulſus. Virg. 5. Æneid. 54.

Tempeſtates ſæuæ. Tacit. in vita Agricolæ.

Turbines ſæui. Cic. 3. de Orat. 86.

Venenum ſæuum. Virg. 12. Æneid. 171.

Ventus ſæuus. Cic. ad Atticum, lib. 5. 99. 1, Ad VIII Idum ab Ceo iucundè inde ad Gyarum ſæuo vento, non aduerſo.

Verbera ſæua. Virg. 3. Georg. 51.

Verba ſæua. Horat. Epod. 11. 3.

Vox ſæua. Cic. 1. de Diui. 172, Vnde ſuperſtitioſa primùm ſæua exaſit vox fera.

¶ Iuuencis indomitis ſæuior. Ouid. 13. Metam. 171.

Peſtis nulla ſæuior. Virg. 3. Æneid. 43.

Centaurorū ſæuorū ſæuiſſimus Eurytus. Ouid. 12. Metam. 44.

Sæuiſſimus quàm qui vnquā I in 4. bel. Maced. 11. 4, Et eo ſæuiāno, quàm qui vnquam fuit, ſæuiſſimo & violētiſſimo in ſuos.

Iuno ſæuiſſima. Virg 1. Æneid. 113.

Iura ſæuiſſima matris ferre. Valer. 3. Argon. 10.

Sæuiter, pen. corr. Aduerbium. Plautus Pſeud. 13. 4, Magis cogito ſæuiter blanditérne alloquar.

Nimium ſæuiter, Vide **Nimio.**

Sæuitia, ſæuitiæ, Crudelitas. Plin. lib. 6. cap. 17. 4, Proxima inculta, ſæuitia gentium. Idem lib. 18. cap. 31. 10, Hoc non tā ſæpe prouentu nimio euenit, quàm ſæuitia inſidiantium caritati ciuili. Tibullus lib. 1. eleg. 6. 1, Quid tibi ſæuitiæ mecum eſt?

Clementia & Sæuitia, contraria. Cic. in Partit. 7, Quas res ſibi proponet in iſtis tribus generibus orator? c. 7. Delectationem in exornatione: in iudicio, aut ſæuitiam, aut clementiam.

Inteſtabilis ſæuitia, ſed obtectis libidinibus. Tacit. lib. 5.

Intolerabilis ſæuitia, Vide **Intolerabilis.**

Nefandæ ſæuitiæ mos, parcere morti pereuntis. Id eſt, Crudele eſt hominem ita cruciare, vt non ſtatim moriatur, ſed efficere vt elāgueat, quò ſint cruciatus graviores. Lucan. lib. 2. 36.

¶ Adhibere ſæuitiam in aliquem, Vide **Adhibeo.**

Afflictat ſæuitia. Tacit. lib. 13, Italiam luxuria, ſæuitiáque afflictauiſſet.

Demere aliquid ſæuitiæ. Catull. ad Iuuentium, 91. 2.

Da breue ſæuitiæ ſpatiū, pelagique, tuæque. Ouid. 7. epiſt. 15.

Gliſcit ſæuitia. Tacit. lib. 5, Quantúmque ſæuitia gliſceret, miſeratio arcebatur.

Relinquere ſæuitiam. Ouid. 6. Metam. 138.

Trahere aliquid ad ſæuitiam. Tacit. lib. 3, Exemit etiam Druſum Conſulem deſignatū dicendæ primo loco ſententiæ quod alii ciuile rebantur, ne cæteris aſſentiendi neceſſitas fieret: quſdam ad ſæuitiam trahebant.

Sæuio, ſæuis, ſæuíui & ſæuíi, ſæuítum, pen. prod. ſæuíre, Crudeliter in aliquē agere. Liu. 7. ab Vrbe, 83, In Tarquinienſes acerbè ſæuitum, multis mortalibus in acie cæſis. Idem 8. bel. Pun. 181, Cæterum ſe neque arma iis adempturū, neque ſe in obſides innoxios, ſed in ipſos, ſi defecerint, ſæuiturū. Idē 3. ab Vrbe, 188, Sæuite in tergū, & in ceruices noſtras, pudicitia ſaltē in tuto ſit.

Grauiter ſæuire. Virg. 4. Georg. 91.

Flagellis ſæuire. Iuuenalis Saty. 10. 18.

Rabie fameque ſæuit. Ouid. 11. Metam. 74.

In aues omnes ſæuit accipiter. Ouid. 11. Metam. 70.

Amor reſurgens ſæuit. Virg. 4. Æneid. 107.

Bellum ſæuit in pectore. Silius lib. 1. 16.

Quo fortuna magis ſæuit, magis ipſe reſiſtis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 11.

Dolor ſæuit in erepto amore. Propertius lib. 2. eleg. 9. 8.

Ira ſæuit in illum. Ouid. 14. Metam. 39.

–ô si quis referat mihi casus Vlyssem,
Aut aliquem ex sociis,in quem mea sæuiat ira.
Latratus canum sæuit in auras.Virg.5.Æneid.51.

Saga/sagæ,Mulier prudens,versuta,quæ multa scire vult,inquit Cicero lib.1.de Diuinatione,114. Ité perita sacrorũ,& diuina. Acron, Saga dicta est incantatrix & maleſica, quòd satis agat:& ea est quæ carminibus & herbis mala hominibus dicebatur vel accersere,vel pellere.Horatius 1.Carm.ode 27.5,
Quæ saga,quis te soluere Thessalis
Magus venenis, quis poterit deus? Columella lib.11.cap.1.20,
Sacrificia nisi ex præcepto domini facere nesciat, aruspicem sagámque sua sponte non nouerit:quæ vtraque genera, vana superstitione rudes animos infestant.
Rapacis sagæ præcepta.Tibull.lib.1.eleg.5.12.
Thessala saga.Propert.lib.3.eleg.24.2.

Saga,sagæ,Genus vestis.Cato cap.59,Quoties cuique tunicam aut sagam dabis, prius veterem accipito: vnde centones fiant. Sagum tamen vsitatius.
Sagæ, idé qui Sacæ antea dicti,Author Pomponius Mela lib.3.

Sagaria Sagarius/Vide **Sagum**.

SAGARVS,pen.corr.siue Sagaris,fluuius Phrygiæ,teste Herodoto lib.3. Liuius autem in septimo de bello Macedonico fluuiũ esse dixit Gallogræciæ, qui per Phrygiam defluens, & ad Berecynthum perueniens, in Propontidem tandem influit. Ouid. 4.de Ponto,eleg.10.10,
Huc Lycus,huc Sagaris, Peneusque,Hypanisque,Cratésque
Influit,& crebro vortice torsus Halys.

Sagatus/Vide **Sagum**.

Sagax/sagâcis,penult.prod.om.g. Acutus, solers. Festus,Sagaces appellantur,multi ac solertis acuminis.Cic.ad Atticum,lib. 6.114.1,Quæstorem nemo dignum putat: etenim est leuis,libidinosus,sagax. Mart.lib.11.88,Excogitauit homo sagax & astutus. Cic.1.de Finib.75,Homines enim,etsi multis aliis, tamen hoc vno à bestiis plurimum differunt, quòd rationem habeant à natura datam,mentémque & acrem & vigentem, celerrimémque multa simul agitantem, & vt ita dicam, sagacem, quæ & causas rerum,& consequutiones videat.
Sagax ad. Plancus ad Ciceronem, libro 10.23.9, Sed certè nimia eius indulgẽtia in Lepidum, ad hæc pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. Cic.in Catil.14,Quem tu videlicet & ad custodiendum te diligentissimum, & ad suspicandum sagacissimum,& ad vindicandum fortissimum fore putasti.
Palatũ sagax in gustu. Plin.lib.8.cap.37.1,de moribus, Quorum palatum in gustu sagacissimum, authores quonammodo intellexerint,miror.
Oculorum acies sagax,Vide **Acies**.
Animus sagax.Lucret.lib.1.82.
Curæ sagaces.Horat.4.Carm.ode 4.15.
Cura sagaci aliquid videre.Cic.1.de Diuin.44.
Mens sagax.Lucret.lib.1.108.
Ratione sagaci videndum est.Lucret.lib.1.26.
Sagacissimus rerum naturæ,Peritissimus. Columel.lib.1.cap. 1.19, Nam qui se in hac scientia perfectum volet profiteri, sit oportet rerum naturæ sagacissimus,declinationum mũdi non ignarus.
Naris sagax.Lucan.lib.7.168.
Nasum sagax,apud Plautum in Curcul.3.16,
–canem esse hanc quidem
Magis par fuit:nasum ædepol sagax habet.
Sagaces canes dicuntur (authore Festo) qui ferarum cubilia præsentiunt.Vide **Sagio**.
Catulo sagaci sectari leporem.Ouid.1.de Remed.amor.41.
Anser sagacior canibus.Ouid.11.Metam.110.

Sagácitas,pen.corr.sagacitâtis,f.g.Calliditas.Cic.6.Verr.25,Tuam tantam fuisse sagacitatem, vt eas per illũ ipsum inspiceres,vbi erãt depositæ,&c. Idem 3.Verr.73,Vtrum admonitus,an tentatus,an(qua est iste sagacitate in his rebus) sine duce vllo, sine indice peruenerit ad hanc improbitatem,nescio.
Narium sagacitas.Cic.1.de Nat.deorum,137.

Sagáciter,pen.corr.Aduerbium,Perspectè,prudenter.callidé.Cic. 1.de Oratore,113,Acuto homine nobis opus est,& natura vsúq; callido, qui sagaciter peruestiger, quid suicines,iique homines quibus aliquid dicendo persuadere velit, cogitent,sentiãt, opinẽtur, expectent. Colum.lib.7.cap.11.7,Satisque pulchrè fungũtur officio,si & aduenientem sagaciter adoriuntur, & latratu cõterrent. Liu.7.bel. Pun.156, Ibi duo duces sagaciter motisunt,alter ad inferendam,alter ad cauendam fraudem.
Odorari sagacius.Horatius Epod.11.1. Cic.Attico,lib.6.115.3.
Sagacissime odorari.Cic.1.de Oratore,100,Omni mẽte in ea cogitatione curáque vector, vt odorer quàm sagacissimè possim quid sentiant,quid existiment,quid expectent,quid velint.

Sagena/sagénæ,pen.prod. Genus retis piscatorii, σαγήνη Græci,Latini verriculum appellant.Manilius libro 5,Excipitur vasta circumuallata sagena.

Saginа/saginæ,pen.prod.Cibus quo quis pinguis efficitur.Iuuenalis Saty.4.7, -genialis agatur
Iste dies,propera stomachũ laxare saginis. Plautus Mil.11.30, Postules sagina eiicere cellaria. Plinius lib.9.cap.56, Saginam cochlearum commentatus est sapa & farre, aliisque generibus. Columella libro 8.cap.14,Est facilis harum auium sagina.
Immunda sagina.Propert.lib.4.eleg.8.5,Qui dabit immundæ vxnalia farta saginæ.
¶Sagina dicẽdi,Hubertas.Quintil.lib.10.ca.5,Torẽtibus certaminibus exercitatos,& quasi militantes reficit ac reparat hæc velut sagina dicendi. Cic.pro Flacco,13, Qui multitudinem illam non authoritate,sed sagina tenebat.De Mithridate.
Inanis sagina. Quintil.lib.2.cap.15.18.
¶Sagina,Pinguedo superuacua,arte,nõ natura adaucta, per totum corpus dispersa. Iustinus lib.20, Sublatis deinde æmulis, in segnitiem lapsus,saginam corporis ex nimia luxuria, oculorúmque valetudinem contraxit. Plaut.Mostel.1.61,
–bibite,pergræcamini,
Este,ac ferite vobis saginam. Ibidem.4.78,Sagina planè est.
Conïcere se in saginam.Vide **Conïcio**.

Saginо,saginas,pen.prod. saginare, Pingue facere. Colum.lib.6. cap.38.3, Ea herba viridis nec tardè tamen arida, fœni vice saginat iumenta:verùm modicè danda,ne nimio sanguine stranguletur pecus. Ibidẽ,cap.27, Ordeo saginandus equus. Ibidem,Quidam etiam præcipiunt eodem ritu quo mulos admissarium saginare, vt hac sagina hilaris plurimis fœminis sufficiat. Varro 3.de Re rust.cap.3.3,Et nata nutricare, saginaréque in macellum vt perueniant.
Saginare exquisitis epulis. Plin.libro 9.ca.35.16.
Saginari sanguine ciuium.Cic.pro Sestio,67.
Saginare plebem populares suos vt iugularentur. Liu.6. ab Vrbe,75.

Saginâtus, pen.prod. Participium: vt Porcus saginatus. Propert. lib.4.eleg.1.5.

Saginatio,Verbale. Plin.lib 8.cap.51.3,Pinguescunt sexaginta diebus,sed magis tridui inedia saginationem orsa.

Sagimẽ,sagiminis,Calepinus probat ex Columella lib.6.cap.38.3, Ne nimio sagimine strangulentur pecora. Vbi nũc legimus,Ne nimio sanguine stranguletur pecus.

Saginarium,saginarii, Locus vbi saginãtur altilia. Varro lib.3.de Re rust.ca.10.6,Ad saginandũ eligũt pullos circiter sesquimẽse qui sunt nati,eos includũt in saginario,ibique polentã & pollinem aqua madefacta dant cibum, ita vt perinde se saturent.

Saginarius, Adiectiuũ, Quod saginatum est.Vnde à Seruio Mulus saginarius,Bos saginarius.

Sagio/sagis,sagiui,sagitum,penult.prod.sagire,Acutè sentire. Cic.lib.1.de Diuinat.114,Sagire enim,sentire acutè est: ex quo sagæ anus,quia multa scire volunt,& sagaces dicti canes.Is igitur qui ante sagit, quàm oblata res est,dicitur præsagire, id est futura antè sentire.

Sagitta/sagittæ,Iaculi genus quod arcu emittitur: dicta sagitta,quòd satis longè agatur.Vel à satis & ictus:ad longum enim spatium profert ictum suum.Vel quòd sagax sit ictus eius.
Aculeus sagittæ,Vide **Aculeus**.
Acuta sagitta,Vide **Acuo**. Missiles.Hora.3.Carm.od.6.4.
Hamatæ.Ouid.3.Trist.ele.10.13. Pennigeræ. Silius lib.8.76.
Infestæ.Iuuenalis Saty.15.8. Sceleratæ.Ouid.1.de Arte,40.
Leues.Virg.5.Æneid.14. Volucris sagitta.Silius li.7.130.
¶Acuere sagittas,Vide **Acuo**.
Aptare neruo sagittas.Virg.10.Æneid.17.
Armatus sagittis,ac face.Quintil. lib.1. cap.4.10, Et quid ita crederetur Cupido puer ac volucer,& sagittis ac face armatus.
Asperare sagittas ossibus. Tacit.De Germanis,Sola in sagittis spes,quas inopia ferri ossibus asperant.
Configere sagittis,Vide **Configo**.
Celeres sagittas corripere.Virg.1.Æneid.33.
Depromere sagittam pharetra.Virg.11.Æneid.171.
Neruo stridente sagitta per cælum diuerberat aurat. Virg.5. Æneid.101.
In aliquem ire sagittis.Stat.3.Sylu.5.1,
Non metuo nedæa fides,aut pectore in isto
Alter amor,nullis in te datur ire sagittis.
Primes sagittas Phœbi imbuit draco.Id est tinxit cruore suo. Seneca Herc.furen.6.24.
Nõ secus ac neruo per nubẽ impulsa sagitta. Vir.12. Æn.172.
Infigere sagittarum venabula præterẽntibus,Vide **Infigo**.

Sagittæ pendebant ab humero. Cic. 6. Verr. 66.
Promere celeres sagittas. Horat. 3. Carm. ode 10. 1.
Volans sagitta. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 11.
Nudis sagittis vti ad bella. Ouid. 1. de Remed. amor. 5.

¶ Sagitta, inquit Columella lib. 3. cap. 17, rustici vocãt nouissimam partem surculi: siue quia longius recessit à matre, & quasi emicuit atque prosiluit: seu quia cacumine attenuata, prædicti teli speciem gerit. Idem lib. 3. cap. 10. 19, Nam si sagittam, id est superiorem partem malleoli, vituperandam censebant, quũ esset eadem pars surculi frugifera: quanto magis vel ex optima vitis parte natum flagellum, si est sterile improbatum ab his ratio ipsa declarat? Sic Plinius lib. 17. cap. 11. 4.

¶ Sagitta, Signum cæleste. Plinius lib. 18. cap. 26. 4, Pridie Nonas Ianuarii Cæsari Delphin° matutino exoritur, & postero die Fidicula, quo Ægyptio Sagitta vesperi occidit.

¶ Sagitta, Herba. Plin. lib. 11. cap. 17. 7, Item pistanam dicit à Græcis vocari quam inter vluas sagittam appellamus.

Sagittari°, Adiect. Quod ad sagittã pertinet, siue idoneũ est vt ex eo fiãt sagittæ. Plin. lib. 16. ca. 36. 8, Suũ genus sagittario calamo.

Sagittarius, Substantiuũ, Qui sagittas emittit, præsertim eas quæ in bello ex maioribus illis tormẽtis eiaculabãtur longius: quanquam etiam sagittarios, artis sagittandi peritos appellare possumus, quos vulgus *archieros* vocat. Cic. ad Atticum, lib. 5. 108. 7, Magna tormentorũ copia, multis sagittariis, magno labore, apparatu, multis sauciis nostris, incolumi exercitu negotium cõfecimus. Idẽ pro Sestio, 116, Neque putaui, quũ omnib° machinis ac tormentis, vi, exercitu, copiis oppugnaret, de vno sagittario me queri conuenire. Idem ad M. Catonem, libro 15. 4. 19, Vsúsque multis tormẽtis, multis sagittariis, magno labore meo, sine vlla molestia sumptúve sociorum, septimo & quinquagesimo die rem confeci.

¶ Sagittarius, numismæ erat Persicum, à noræ genere ita nũcupatum. Quod genus nummi iidem erant qui Darici quoque dicũtur, authore Plutarcho in Apophthegmatis. Ex quo celebre manauit Agesilai dictum, se ex Asia pulsum triginta milibus sagittariorum, quum Persarum rex ea nummorũ summa corruptis per Timocratem Atheniensibus, effecisset vt is de prouincia decederet.

¶ Sagittarius, Signum cæleste. Plin. lib. 17. cap. 24. 1, Quum sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario. Idem lib. 18. cap. 26. 4, vocat Sagittam.

Sagittifer, pen. corr. Adiectiuum, Qui fert sagittas: vt Geloni sagittiferi. Virg. 8. Æneid. 145.
Pecus sagittifera. Claud. de hystrice. 57.
Pharetræ sagittiferæ. Stat. 1. Achilleid. 85.

Sagittipotens, pen. corr. Cic. in Arato, 8, Mense Sagittipotens solis quum sustinet orbem.

Sagma, / sagmæ: vel Sagma, sagmatis, n. g. Sella, quam vulgus *basam* vocat, super quo componuntur sarcinæ vel instratum, quo mollior fiat sessio. Sed & pro Sarcina quandoque ponitur. Ex Cælio lib. 11. cap. 47.

Sagmen, / sagminis, pe. corr. n. g. quasi segmen, Herba vulgaris vbique sine semine crescens, de qua sic Festus, Sagmina vocantur verbenæ, id est herbæ puræ, quia ex loco sancto secabantur à Consule, Prætoréve, legatis proficiscentibus ad fœdus faciendum, bellúmque indicendum. Vel à sanciendo, id est confirmando. Nauius, Ius sacratum Iouis iurandum sagmine. Et alibi, Scapos atque verbenas sagmine sumpserint. Liu. 1. ab Vrbe, 98, Iubésne me rex cum Patrepatrato populi Albani fœdus ferire? Iubẽte rege, Sagmina, inquit, te rex posco. Rex ait, Puram tollito. Fœcialis ex arce graminis herbã puram attulit: ita postea regem interrogauit: Rex, facisne me tu regiũ nuntiũ Populique Rom. Quiritium vasa, comitesque meos? Rex respondit, Quod sine fraude mea, Populiq; Rom. Quiritiũ fiat, facio. Hactenus Liuius. Idẽ lib. 10. bel. Pun. 105. Plinius lib. 22. cap. 1. 3, Quoniam non abunde sagmina in remediis publicis fuere, & in sacris, legationibúsq; verbenæ. Cette vtroque nomine idem significatur, hoc est gramen ex arce cum sua terra euulsum.

SAGRA, fluuius est in ora magnæ Græciæ in Italia. Author Plinius cap. 10, de Locris, & Italæ frẽte lib. 3. Huius meminit & Cicero lib. 1. de Na. deo. 9, Quũ ad fluuiũ Sagram Crotoniatas Locri maximo prælio deuicissent. Ibidem, 3. 17, De Sagra Græcorum est vulgare prouerbium, qui quæ affirmãt certiora esse dicunt, quàm ea quæ apud Sagram.

Sagum, huius sagi, Vestis index belli, vt toga pacis, quã tamẽ Cõsulares nõ gestabãt: id quod ostendit Cicero 8. Philip. 254, Equidẽ Patres Cõscripti, quáquã hoc honore vsi, togati esse solẽt, quũ est in sagis ciuitas: statui tamẽ à vobis, cæterisque ciuib° in tãta atrocitate tẽporis, tantáque perturbatione Reip. nõ differre vestitu. Non ita nos gerimus hoc bello Consulares, vt æquo animo Pop. Rom. visurus sit nostri honoris insignia. Budæus.
Ad saga ire, & redire ad togas. Cic. 14. Philip. 387.
Lugubre sagum mutare Punico. Horat. Epod. 9. 6.

Sagum autem militare ac bellicũ gestamen fuisse, cũ ex Nonio, tum ex Trãquilli verbis in Augusto, cap. 16, intelligimus, Cõsularũ (inquit) vicesimo ætatis anno inuasit: admotis hostiliter ad vrbem legionib°, missíq; qui sibi nomine exercitus deposcerent. Quum quidem cunctãte Senatu, Cornelius Centurio princeps legationis, reiecto sagulo, ostẽdens gladii capulũ, non dubitasset in curia dicere, Hic faciet, si non feceritis vos. Capitolinus in Mar. philosopho, Per Brundusiũ veniẽs in Italiã, togam & ipse sumpsit, & milites togatos esse iussit, nec vnquã fuerũt sagati sub eo milites. Hæc Budæus. Cic. 7. Verr. 74, Tum iste excitatus exit, audit rem omnem ex Timarchide, sagum sumit.

Sagum, Est etiam vestis stragulæ genus, non dissimilis cilicio. Suet. in Othone, cap. 2. Ferebatur & vagari noctib° solitus, & inualidum quẽque obuiorũ vel potulentum corripere, aedificẽto sago impositum in sublime iactare. Plinius libro 16. cap. vltimo ad finẽ, de visco loquẽs, Sacerdos cãdida veste culmos arborem scandit, falce demetit, candido id excipitur sago. Cæterũ quod Trãquillus in sublime sago iactare dicit, vulgò *bernare* dicũt, id est sago excutere sursum versus. Hæc Budæus. Cic. Trebatio, libro 7. 10. 4, Valde metuo ne frigeas in hybernis: quamobrem camino luculento vtendum censeo. Idem Mutio & Manilio placebat, præsertim qui sagis non abundares: quanquam vos nunc istic satis calere audio. Columella libro 1. cap. 8. 6, Quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis, centonibus confectis, vel sagis cucullis.

Sagulum, pen. corr. Diminutiuum. Virg. 8. Æneid. 151, Virgaris lucẽt sagulis. Cæsar 5. bel. Gall. 100, Gladiis cæspites circuncidere, manibus, sagulisque terram exhaurire cogebantur. Cic. in Pisonem, 43, Togulæ lictoribus ad portam præsto fuerunt: eorũbus illi acceptis, sagula reiecerunt, & cæteruam imperatori suo nouam præbuerunt.

Fulgẽtis sagula honor. Silius lib. 17. 107, -atque humeris imponit honorem Fulgentis sagula.

Sagulũ gregale. Liuius 7. ab Vrbe, 165, Hæc omnia sagulo gregali amictus, centurionibus item manipularium militum habitu ductis, ne ducem circumire hostes notarent, perfugi fraudi fuit.

Sagulum Hispanum, apud Liuium libro 7. bel. Pun. 116.

Sagulo militari cooperti. Liu. 1. bel. Pun. 14, Multi sæpe militari sagulo operiũ, humi iacentem, inter custodias, stationésque militum conspeuerunt.

Sagãtus, pen. prod. Adiectiuum, Qui sago indutus est. Sueton. in Cæsare cap. 48, Conuinatum assiduè duobus triclinijs, vno quo sagati, palliatiue, altero quo togati cum illustrioribus prouinciarum discumberent. Mart. lib. 6. 11, Vis te purpureum Marce sagatus amem?
Deinde eras sagati prodeamus. Cic. 14. Philip. 386.
Sagati etiãnum erãt ad bellã exeuntes, vt paludati Consules, & reliqui exercituum duces, qui Imperatores etiam vocabantur. Budæus.
Galli sagati, bracchatique. Cic. pro Fonteio. 10.

Sagulãtus, pen. prod. Adiectiuum, Sagulo indutus. Sueton. in Vitellio, ca. 11, Vrbẽ denique ad classicum introiit paludatus, ferróque succinctus, inter signa atque vexilla, sagulatis comitib°, ac detectis commilitonum armis.

Sagarius, sagarii, Qui saga vendit.

Sagaria, sagariæ, Exercitium vendendi saga: sicut ab argento, argentaria. Vlpianus de Tributaria actione, Duas negotiationes exercebat puer, sagariam & lintearium.

SAGVNTIA, Ptolemæo lib. 2. cap. 4. & Plinio lib. 3. cap. 3, Hispaniæ vrbs. Eidem etiam Sãguntia dicta, cap. 2. 15.

SAGVNTVS, vel Saguntum, Hispaniæ ciuitas vltra Iberum fluuium à Zacynthiis condita. Strabo, Saguntus (inquit) occurrit à Zacynthiis condita, quam Annibal contra Populi Romani fœdera diruens, belli Punici secundi susciuit incendium. Hactenus ille lib. 3. Huius vrbis situm eleganter describit lib. 1, Silius. Meminit cladis lib. 1. tertiæ Decadis Liuius.

SAIS, vrbs Ægypti iuxta vnum ex Nili fluminis ostiis, quod ab ipsa Saiticum dicitur: & Saitæ, populi in Ægypto, huius loci incolæ, qui Mineruam colunt, authore Cicerone lib. 3. de Natura deorũ, 81, Secunda (inquit) Minerua orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt.

Sal, / salis, masc. & neu. generis. Quo in condiendis cibis vtimur. Dicto Græca, ἅλς metathesi literarum. Cato. Ex sale qui apud Caithmenses sit. Salustius in Iugurtha, Neque salem, neque alia gulæ irritamenta. Columella, Carnem salibus aspersam. Paulus Iureton. Cotem ferro subigendam necessaria quoque hostibus vẽundari, aut ferrum & frumentum, & sales nõ sine

capitis periculo licet. Colum.lib.11.ca.53, Deinde in ſeriã ſubſternitur ſal coctum,ſed modicè infractum.

Modius ſalis. Cic.de Amic.60, Verúmque eſt illud quod dicitur,multos modios ſalis ſimul edendos eſſe,vt amicitiæ munus expletum ſit.

Concha ſalis puri.Horat.1.Serm.ſat.3.5.

Anima pro ſale data ſui.Cic.2.de Nat.deo.138.Sus verò quid habet præter eſcamcui quidem ne putreſceret,animam ipſam pro ſale datam dicit eſſe Chryſippus.

Sal torridũ.Colum.lib.7.cap.5,Admiſto ſalis torridi ſemodio.

Fuſile ſal.Columella lib.6.cap.33.

Aſpergere ſalem carnibus,& ſale carnes, Vide **Aſpergo.**

Obruere ſale, Vide **Obruo.**

Sales.pro Condimento ipſo. Colum. lib.7.cap.8, Aſpergitur tritis ſalibus. Idem lib.8.cap.6,Alii ſalibus integris adoperiũt. De ouis loquitur.

¶Sal,pro Sapientia aliquando ponitur,& maſculino tantùm genere proferri conſuevit.Terent.Eunucho,3.1.10,

Labore alieno magnam partam gloriam,
Verbis ſæpe in ſe tranſmouet,qui habet ſalem
Qui in te eſt.Vbi Donatus,Sal neutraliter,condimentũ:maſculinum,pro ſapientia.

¶Sal,Vrbanitas,iocus, & dicta ad riſum vel delectationẽ cõpoſita, tam ſingulari quàm plurali numero. Catul.de Quintia, 81.1, Nulla in tã magno eſt corpore mica ſalis. Hoc eſt, nihil venuſtum,& ſapienter dictum Quintilianus lib.6.cap.4.exponit, nihil in corpore eius eſſe ridiculum. Ibidem Salſum(inquit)in conſuetudine pro ridiculo tantum accipimus. natura non vtique hoc eſt,quanquam & ridicula oporteat eſſe ſalſa.nam ſicut ſal ſuauitatem quandam cũ mordacitate habet,ita etiam vrbanorũ ioca. Cic.de Cla.Ora.66, Publius Scipio,&c.& omnes ſale facetiſq; ſuperabat.Cic.1.Phili.43, In quo eſt tua culpa nõnulla: aliquid enim ſalis ab vxore mima trahere potuiſti? Lucan°, Non ſoluti luſere ſales. Plin.lib.31.cap.7.14, Ergo hercule vita humanior ſine ſale nequit degere, adeóque neceſſarium elementum eſt,vt tranſierit intellectus ad voluptates animi quoque.Nam ita ſales appellantur, omniſque vitæ lepos & ſumma hilaritas,laborúmque requies nõ alio magis vocabulo conſtat. Cic.Papyrio Pæto,lib.9.15.9, Accedunt non Attici, ſed ſalſiores quàm illi Atticorũ,Romani veteres,atque vrbani ſales. Mart. lib.3.10,Lepõre tinctos Attico ſales narrat?

Salis enim ſatis eſt,ſannionum parum. Cic.Pæto,lib.9.16.16.

Sal dicendi & facetiæ. Cic.ad Q. fratrem, lib.1.1.11, Quibus quidem in rebus ſi apud te plus authoritas mea, quàm tua,ſiue natura paulò acrior, ſiue quædã dulcedo iracundiæ,ſiue dicẽdi ſal,facetiæque valuiſſent, nihil ſanè eſſet quod non pœniteret.

Librorum ſales. Propertius lib.3.eleg.21.6, Librorúmque tuos docte Menandre ſales.

Sal humanitatis.Cic. ad Atticũ,lib.1.8.1,de epiſtolis eius, Purè loquuntur,cum humanitatis ſparſæ ſale,tum inſignes amoris notis.

Sal & lepor,vel facetiæ.Cicero 5.Tuſcul.78,C. Cæſaris in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimen humanitatis,ſalis,ſuauitatis,lepõris. Idem 1. Offic. 186,Sale verò & facetiis Cæſar Catuli patris frater vicit omnes. Plaut.Caſina,6.1,

-nec pote quicquam commemorari,quod plus ſalis,
Pluſque lepõris habeat hodie.

Sal & venuſtas.Cic.1.de Finib.14, Quem quidem locum cum multa venuſtate & omni ſale,idem Lucilius,&c.

Aſperſi ſales.Claud.2.Paneg.3.

Atmari ſales, Vide **Amarus.**

Proterui ſales.Stat.1.Sylu.6.1,

Et multo grauidus mero December,
Et ridens iocus,& ſales proterui.

Nati ſales intra pomœria.Iuuenal.Sat.9.1.

Verſiculi habent ſalem ac lepõrem. Catull.ad Aurelium,16.1.

¶Sal,aliquãdo mare dicitur,quia ſalſum eſt,& ex cuius aqua ſal elicitur.Virg.1.Æneid.8, -& ſpumas ſalis ære ruebant. Catul. Argon.59.14,Ipſius ante pedes fluctus ſalis allidebant.

Méne ſalis placidi vultum,fluctúſque quietos Ignorare putes?Virg.10.Æneid.170.

Rapidum ſal.Catul.de Berecynth.58.4.

Tremuli ſalis aduerſæ vndæ. Catul. Argon. 59.16, Tum tremuli ſalis aduerſas procurrere in vndas.

Veſco ſale ſaxa peteſa.Lucret.lib.1.67.

¶Sale,in nominatiuo etiã dicitur,authore Priſciano.Enni° li. 4.Annal. Cæruleũ ſpumat ſale cõferta rate pulſu. Id eſt mare.

Salarius,ſalarii, Qui ſal vel ſalſamenta vendit. Martialis lib.1.116, Quod viles pueri ſalariorum.

Salarius, Adiectiuum, Quod ad ſal pertinet. Liu.9.bel.Pun.185, Vectigal etiam nouũ ex ſalaria annona ſtatuerunt. Plin.lib. 31.cap.7.14,Sicut apparet ex nomine Salariæ viæ,quoniam illã ſal in Sabinos portari conſuerat. Varro 3.de Re ruſt.cap.2.11, Certè noſti inquam materteræ meæ fundum in Sabinis,qui eſt ad quartum & viceſimum lapidem via Salaria à Roma.

Salarium, ſubſtantiuũ,dicitur ſtipendium,ſeu merces,quam quis pro ſeruitio meritus eſt. Plin.lib.31.cap.7.14,Sal honoribus etiã militiæque interponitur, ſalariis inde dictis, magna apud antiquos authoritate. Tacit.in vita Agricolæ,Salariũ tamen Proconſulari ſolitũ offerri,& quibuſdam à ſeipſo conceſſum,Agricolæ non dedit.

Salſus,Adiectiuum, Quod ſalis ſaporem habet,ſiue quod ſale conditum eſt. Plaut.Rud.14.31, Itaque alnum prodiſperauit nobis ſalſis poculis. Idem Trinum.11.1, Lætus, lubens laudes ago,& grates,gratiáſque habeo & fluctibus ſalſis.

Æquora ſalſa.Horat.Epod.16.7.

Fluctus ſalſos pectore remomere.Virg.5.Æneid.37.

Lachrymæ ſalſæ. Lucret.lib.1.188, Et lachrymis ſalſis humectant ora,genáſque.

Rubigo ſalſa.Virg.1.Georg.44.

Saporis ſalſi humor.Lucret.lib.4.45.

Sudor ſalſus.Virg.1.Æneid.35.

¶Salſum,in cõſuetudine,pro ridiculo tantum accipimus,inquit Quintilianus lib.6.cap.4. Cic.ad Papyriũ,lib.9.15.4, Accedũt non Attici, ſed ſalſiores quàm illi Atticorũ,Romani veteres atque vrbani ſales.

Dictum ſalſum.Quintil.lib.6.cap.3.4, Ridiculum dictum plerunque ſalſum eſt.

Salſè,Aduerbium. Cic.1.de Oratore.151,Valde hæc ridẽtur,& hercule omnia quæ à prudẽtibus, quaſi per diſſimulationem non intelligendi,ſubabſurdè ſalſéque dicũtur. Id eſt acutè,& quaſi cum quadam reprehenſione.

Dicere ſalſè.Quintil.lib.6.cap.3.70.

Salſamentum, Quod ſale cõdĩtur ad vſum diuturnum, vt piſces, & cætera id gen°.Terẽt.Adel.3.3.16, -ſalſamẽta hæc Stephanio Fac macerentur pulchrè. Plin.lib.31. cap.10.14, Carbunculos coracinorum ſalſamenta illita diſcutiunt. Item mullorum ſalſamenti cinis. Varro 3.de Re ruſt.cap.17.6,Præterea ſalſamenta in eas piſcinas emptitia coniiciebat. Sic Cic.2.de Diuin.175, De vino aut ſalſamento putes loqui quæ euaneſcunt vetuſtate.

Salſamẽtarius, Quod ad ſalſamẽta pertinet.Plinius,Quin & teſtis cadi ſalſamẽtarii tuſis cum axungia vetere, mirum in modum prodeſt. Colum.lib.1.ca.10.11,Ita rurſus in ſole ſiccata,& mox refrigerata recondatur,ſi maior eſt modus in horreo: ſi minor, in vaſis olearijs,ſalſamentarijſque. Plin.lib.28.cap.9.17,Parotidas admiſta farina ſalſamentariæ teſtæ.Sub.ſanat.

Salſamentarius, Qui ſalſamenta vel facit, vel vendit. Author ad Herẽnium,lib.4.139,Vt ſi ſalſamentarii filio dicas: Quieſce tu, cuius pater cubito ſe emungere ſolebat.

Salſũra,ſalſũræ,pen.prod. Idem quod ſalſamentum. Columella lib.8.cap.17.11, Nulla tamen æquè quàm prædictæ ſalſuræ pabulum commodè dantur, quoniam odorata ſunt. Idem frequenter lib.11.cap.33.

Salſẽdo.pen.prod.ſalſẽdinis,ſœ.g. Ipſe ſalis ſapor.

Salſina,ſalinæ,penul.prod. Locus vbi fit ſal. Plin.lib.31.cap.7.7,Fit ſal vulgaris plurimuſque in ſalinis mari adfuſo,non ſine aquæ dulcis riguis,ſed imbre maximè iuuante. Cic.ad Atticum,lib. 5.99.3,De ſtruc ſalinarũ planè rogo. Idem pro Lege Manil.19, Quum publicani familias maximas,quas in ſalinis habẽt,quas in agris,quas in portubus atque cuſtodiis magno periculo ſe hãbere arbitrẽtur. Liuius 1.ab Vrbe,150,Et in ore Tyberis Oſtia vrbs condita, ſalinæ circà factæ: egregiéque rebus bello geſtis, ædes Iouis Feretrii amplificata. Sic Columella lib.2.cap.2.13.

Salinæ ab ora remotiſſimæ.Cic.1.de Natura deo.198.

Salinum,ſalini,penul.prod. Vaſculum in quo ſal reponitur,tum ad meſæ vſum,tum ad ſacrificia paratum.In eo enim cum ſale diis primitiæ offerebãtur.Perſius Saty.3.3, -purum & ſine labe ſalinum. Plinius lib.33.cap.11.3,Fabritius inquam,qui bellicoſos imperatores,plus quàm pateram & ſalinum ex argento habere vetabat. Liu.6.bel.Pun.183,Argenti,qui caruli ſella ſederunt:equi ornamenta & libras pondo,vt ſalinum patellámque deorum cauſa habere poſſint.

Exiguum ſalinum.Stat.1.Sylu.5.16.

Reguſtatum ſalinum digito terebrare.Perſius Sat7.5.14.

¶Salinũ ponitur pro quocunque vaſe fictili meſæ pauperis, Hora.1.Carm.ode 16.3,

Viuitur parvo bene,cui paternum
Splendet in menſa tenui ſalinum.

Salillum,ſalilli, Diminutiuum.Plautus Trinum.8.70,

-verùm nos homunculi,

Salillum animæ,quæ quũ extemplò amiſimus, æquè mendici
Atque ille opulentiſſimus,&c.
Puer ior ſalillo. Catull.ad Furium,20.4.

Salnacidus,Adiectiuum,probat Calepinus ex Plinio, libro 31.cap. 5.6,Nam nitroſas aquas,atque ſalnacidas,& ſorculentas,&c.Vbi legendum ſalmacidas.Vide SALMACIS.

Sallio,ſallis,ſalliui,ſallitum,penul.prod.ſallire,Sale condire.Siſenna,Sic meam paludem multi piſcium ſalliendorum cauſa à nanibus ſemionuſtis commeant. Ex Priſciano lib.10.

Salſitus,pen.prod.Participium.Corn.Seuerus,Ad quem ſalſiti pomulliones adferebantur.

Salio cum ſimplici l pro eodem accipitur.Ouid.4.Faſt.81,
Farra dea,micæque licet ſalientis honorem
Detis,& in veteres thurea grana focos.

Mica ſalientem pro ſale accipit. Columel.lib.12.cap.53.1,Coſto ſale,nec nimium minuto,ſed ſuſpenſa mola infracto diligenter ſalito. Celſus lib.2. ca.18.Itẽ piſces omnes qui ſalẽ non patiuntur,ſolidiue ſalũtur.

Sallo,ſallis,ſalli,ſalſum, ſallere,Idẽ.Lucilius lib.4.Saty.Sallere murænas,mercẽ in frigidaria ferre. Saluſt. in tertio Hiſtor. Parte conſumpta,reliqua cadauerum ad diuturnitatem vſos fallerent. Hæc ex Priſciano lib.10. Colum.lib.7.cap.7.1,Quòd ſi ea res ægritudinem depellit,vendẽda ſunt pecora:vel ſi neque cõtingere poteſt,ferro necanda,ſallendáque.Alii legunt ſalsendáque.

Salſilâgo,pen.prod.ſalſilâginis,f.g.vel Salſũgo, ſalſúginis,Liquor quidam ſalis.Plin.lib.31.ca.7.18,Præter hoc etiamnũ appellatur in ſalinis ſalſugo,ab aliis ſalſilago,tota liquida,marina aqua ſalſior,vi diſtans. Idem lib.18.ca.12, Ciceris natura eſt gigni cum ſalſilagine,ideo ſolum vrit.

Salſitũdo,pe.prod. ſalſitúdinis, Humor ſaporẽ ſalis referens.Plin. lib.20.cap.14.9,Salſitudines corporis,ſi cũ vino tradatur,minuit.

Salitûra,ſalitúræ,pen.prod.Condimentum cum ſale factum. Columẽlla lib.12.cap.21.3, Fœnumgræcum quum eſt aridum factũ, mólitur, & ex eo molito poſt ſalituræ muſti cochlear cumulatũ.

SALA, oppidum & fluuius Mauritaniæ . author eſt Plinius lib.5. cap.1. Eſt item Sala, oppidum magnæ Phrygiæ,Pannoniæ ſuperioris,atque Armeniæ,Ptolemæo lib.4.cap.1. Eſt & Franciæ Orientalis fluuius.Vide SALII Germaniæ populi.

Sala,Nomen ſex vrbium,& nomen fluuii in Germania,vt Strabo lib.7.ſcribit. Inter quem & Rhenum, quum Druſus Germanicus belligeraret,domitis hoſtibus victor oppetiit.

SALACIA,dea aquæ,à ſalo ciendo appellata.Vnde & à poetis ſumitur pro aqua.Pacuuius,Hinc Salaciæ ſæuitiam fugimus.
Oceanus & Salacia,cæli ſatu,terræque cõcepta generati. Cic. de Vniuerſit.50.

SALACON,vir fuit,qui quum pauper eſſet,ſe diuitem ſimulabat vt author eſt Suidas.Huius meminit Cicero Gallo,lib.7.15.6,Cognoſti meam cauſam & iſtius Salaconis iniquitatem.

Salamandra/ſalamandræ,Animal,de quo Plinius libro 10.ca. 67.Sicut ſalamandra, animal lacerti figura, ſtellatum,nũquam niſi magnis imbribus prouenient, & ſerenitate deficiens . Huic tantus rigor, vt ignem tactum extinguat, non alio modo quàm glacies.Eiuſdem ſanie, quæ lactea ore vomitur, quacũque parte corporis humani contacta, toti defluunt pilíque quod contactum eſt,colorem in vitiligĩem mutat. Ariſtoteles de natura animalium,ſcribit eſſe animal in igne viuens.

SALABRIA,quæ & Sarabræa,ciuitas eſt Cappadociæ,Ptolemæo libro 5.cap.6.

SALAMIS,vel Sálamin,penul.corr.huius Salamínis,pe.product. ſine Salamĩna, inſula in mari Euboico contra Athenas ſita, in qua vrbs eſt eiuſdem nominis,vbi Telamon Aiacis & Teucri pater regnauit . Sed quum reuerteretur Teucer à bello Troiano, nec inimicos Aiacis vltus fuiſſet , expulſus à patre, in Cyprum nauigauit: ibique vrbem aliam condidit nomine Salaminam. Inde Iouis Salaminii cognomen Teucro authore,qui Telamonis patris ira profugus, ad Salaminem huic deo inſigne & magnificum templum extruxit,vt author eſt Tacitus lib.3. Cic.1. Off. 106. Citerúrque Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ. Idem Attico, libro 6.111.12,Scaptius incluſum in curia Senatum Salamine obſederat.
Salamina.Cic.1.Tuſc.177,Antè enim Salaminam ipſam Neptunus obruet,quàm,&c.

Salamínus,pen. prod.Adiectiuum. Cic.1.Tuſcul.177, Salaminum Trophæum. Et pro Archia,14,Homerum Colophonii ciuẽ eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vendicant, Salaminii repetunt: Smyrnæi vero ſuum eſſe confirmant.

Salaminius, Poſſeſſium, Ex Salamine vrbe: vnde Solon Salaminius dicitur.

Salaminíacus, penul. corr. Aliud adiectiuum.vt Mare Salaminiacum.Id eſt mare Salaminis inſulæ. Luca.lib.5.12,Vt Salaminiacum meminit mare.

SALANGA, Ptolemæo libro 2. cap. 2, promontorium Hiberniæ, alio nomine Mons domini, vbi eſt monaſterium à S. Dominico conſtructum.

SALAPIA,vrbs eſt Apuliæ,vt ſcribit Plinius lib.3.cap.11.

SALAPVSIVS, A ſale & puſius compoſitum nomen . Puſius enim,ſiue puſus,& puſio,apud Latinos dicitur puer.Quo nomine dictus eſt Caluus,Catulli familiaris,tanquam puer,ob ſtaturam puerilem,plenus ſalis,& oratoriæ mordacitatis.

SALARIA via, Romæ dicta eſt, quòd per eam Sabini ſal à mari deferebant.Siponinus.Vide Sal.

Salarium/Vide Sal.

SALASSII,Ptolemæo libro 3.cap.1, Populi ſub Inſubribus: hódie Marchia Saluttarum, *le Marquiſat de Saluſſes*. De his multa Strabo libro 4.

Salax/ſalácis,pen.pro.om.g.Libidine pruriens. Columel.lib.7. cap.9.1, Maximéque quod ad rem pertinet, quàm ſalaciſſimos oportet eſſe mares,qui & annicula ætate commodè progenerãt.
Aquæ ſalaces,Id eſt ſcaturientes,quaſi è terra proſilientes.
Aries ſalax.Ouid.4.Faſt.156,
Sitque ſalax aries,conceptáque ſemina coniux
Reddat,& in ſtabulis multa ſit agna meis.
Salaces cibi, Venerem concitantes. vt Erucæ ſalaces . Ouid.2. de Remedio amor.81.
Herba ſalax.Ouid.2.de Arte,85,
Candidus Alcathoe qui mittitur vrbe Pelaſga
Bulbus,& ex horto quæ venit herba ſalax.
Taberna ſalax.Catull.ad contubernales,35.2,

Salácitas,pen.corr.ſalacitâtis.Plin.lib.9.ca.17.1,de mugili,Iiſdem tamen tanta ſalacitas,vt in Phœnice & Narbonenſi prouincia coitus tempore è viuariis,&c. Idem lib.10.cap.36.1,Paſſeri minimum vitæ,cui ſalacitas par.

SALDAE colonia, Mauritaniæ Cæſarienſis vrbs, Ptolemæo authore lib.4.cap.2.hodie Alger,vel Algeria:Barbaroſſæ regnum.

Salebræ/pen.corr.ſalebrárum,A ſaltu dictæ,vt ait Nonius.Sũt loca inæqualia & aſpera, quæ quaſi ſine ſaltu præteriri nũ poſſunt.Martialis lib.11.84,
Carmina nulla probas,molli quæ limite currunt,
Sed quæ per ſalebras,altáque ſaxa cadunt.Hic per tranſlationem. Propertius libro 3.eleg.16.3, Luna miniſtrat iter,demonſtrát aſtra ſalebras. Horat.1.epiſt.18.11,Qui queritur ſalebras, & acerbum frigus.
Per tranſlationem dixit Cicero 1.de Fini.9, Hic ſi diffinire & diuidere didiciſſet, ſi loquendi vim,ſi denique conſuetudinem verborum teneret,nũquam in tantas ſalebras incidiſſet. Id eſt in tantas aſperitates, & incultas orationis formulas.
¶Salebra ,in ſingulari,apud Ciceronẽ legitur & alios. Valeri⁹ Max.lib.6,Triſtitiæ ſalebra. Apul.lib.1.Metamor.Verborum ſalebra. Cicero 5.de Finib.144, Quod veſtri non item, tria genera bonorum,proclinius currit oratio,venit ad extremum, hæret in ſalebra.

Salebrôſus, pen.prod.Adiectiuum, Quod multas habet ſalebras, quódque eſt aſperum. Virgilius, -non tam ſalebroſus vt antè. Martialis lib.11.3,Lectores tetrici ſalebroſam edíſcite Sanctram. Per tranſlationem.
Oratio ſalebroſa.Quintil.lib.11.ca.1,Inde interruptus actionis impetus,& reſiſtens ac ſalebroſa oratio.

SALENTIA,Vrbs Meſſapiorum,à qua
Salentinus, pen. prod. nomen gentile,Stephano. Ouid.15,Metam. 11,Præterit & Sybarim,Salentinúmque Neæthum.
Cohortes Salentinæ. Silius lib.8.114.

SALENTINI, Populi dicti, quòd in ſalo amicitiã fecerint Idomenæus & Locrenſes.Hos Strabo ſcripſit eſſe Cretenſes.
Regio Salentinorum,Quæ nunc(vt quidam volunt)terra Idrunti , ſiue terra de Bari vocatur , in Italia ſita eſt , & Apuliæ finitima. De quibus Virgilius lib.3.Æneid.80,Et Salentinos obſedit milite campos. In ea eſt Iapygium promontorium,quod & Salentinum dicitur. Saluſtius, Omnis Italia coacta in anguſtias , ſcinditur in duo promontoria , Pachynum & Salentinum.
Salentini campi, peninſulæ forma intra Tarentinum & Adriatici fauces propenſi , Iſthmo ſe iuxta Brundiſium & Rudias contrahente,non amplius c c c x ſtadiis lato,quod ex Ptolemæi tabula diſcitur. A ſalo autem , id eſt mari dictos autumat Feſtus Pompeius. Et Salentinum promontorium eſt, quod & Iapygium Ptolemæo dicitur. Sale dicitur Pomponio Melæ libro 1.

Salentinus,pen.prod. Lacus eſt Salentinorum, iuxta Anduriam oppidum. Hic ad margines vſque plenus,neque exhauſtis minuitur,néque ſuperfuſis augetur aquis.

SALERNVM,Picentinorum oppidum in Italia. Plin.lib.3.cap.5.

54, A Surrento ad Silarum amnem xxx M. pass. ager Picentinus fuit, Tuscorum templo Iunonis Argiuæ sub Iasone condito insignis. Intus oppidum Salerni, Picentia. Volaterranus dicit Salernum fuisse ab Romanis contra Picentes & Lucanos munitum, ob initam cum Annibale societatem.

Pugnax Salernus. Silius lib. 8. 116.

Salco/ Vide **Sal.**

Salgama/ pen. corr. appellabantur à priscis quæcunque conditanea ad victum in vasis seruabantur, interdum sicca, sæpe cum liquamine & iure: vt puta mala, pyra, sici, vuæ, rapæ. Colum. lib. 10. 11,

Tempore non alio vili quoque salgama merce
Capparis, & tristes inulæ, ferulæque nunaces
Plantantur. Idem lib. 11. cap. 4. 3, Post hoc præceptum, locum & vasa idonea salgamis præparari iubent, locum esse debere auersum à sole, quàm frigidissimum & siccissimum, ne situ penora mucorem contrahant. In codice Imperatorio, lib. 12, legimus salgami nomine contineri culcitram, lignum, oleum.

Salgamarius, salgamarii. Colum. lib. 11. cap. 54. 1, Raporum quàm rotundissima sumito: eáque si sunt lutosa, detergito: & summam cutem nouacula decerpito: deinde (sicut consueuerũt salgamarii) decussatim ferramento lunato incidito. Ibidem, cap. 44, Libros tres edidit, quos inscripsit nominibus coci, & cetarii, & salgamarii.

SALIA, fluuius est Hispaniæ ad oram Britannici maris, à quo Saleni accolæ dicti, quos Selinos Ptolemæum libro 2. cap. 6, nominasse existimat Hermolaus.

Saliarce cœnæ, authore Festo, Magnæ & copiosæ cœnæ dicebantur, & opiparæ, quales solebãt facere Salii sacerdotes Martis. Vide SALII.

SALICA lex. Vide SALII Germaniæ populi.

Salicastrum/ salicastri, Genus labruscæ in salictis nascens. Plin. lib. 23. cap. 1. 10, Est labruscæ similis, sed in salictis nascens, ideò distinguitur nomine, quum eosdem vsus habeat, & salicastrum vocatur.

Salicetum/Salictum/Saligneus/ Vide **Salix.**

Salientes/ Vide **Salio.**

SALII, Sacerdotes Martis, sic dicti, quòd in portandis ancilibus saltare eos mos esset. Liuius 1. ab Vrbe, 31, Numa ité Salios duodecim Marti Gradiuo legit, tunicæque pictæ insigne dedit, & super tunicam æneum pectori tegumẽ, cælestiáque arma (quæ ancilia appellantur) ferre, ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis solennique saltatu iussit. Sic 4. ab Vrbe, 235. Et Plin. lib. 11. cap. 3. 5. Cicero 3. de Oratore, 109, Non neglecta, vt mihi videtur, à Numa rege doctissimo maioribúsque nostris, vt epularum solenniũ fides ac tibiæ, Saliorúmque versus indicant.

Exultantes Salii. Virgil. 8. Æneid. 133.

Curia Saliorum. Cic. 1. de Diuinat. 58.

Iidem vocantur Salisubsuli, à Catullo, 17, ad Coloniam, 2,

Sic tibi bonus ex tua pons libidine fiat,
In quo vel Salisubsuli sacra suscipiunto.

Saliares cœnæ, à Saliis. Vide paulo ante.

Dapes saliares. Horat. 1. Carm. ode 37. 1, -nunc saliaribus
Ornare puluinar deorum
Tempus erat dapibus sodales.

Carmen saliare Numæ. Horat. 2. epist. 1. 18.

Salii, Germaniæ populi, qui & Franci dicuntur, eius regionis incolæ quæ vulgò Francoñia vocatur. Sidonius, Salius pede, falce Gelonus. Ammianus Marcellinus lib. 17, de Cõstantio scribens, Quibus, inquit, paratis, petit primos omnium Francos, eos videlicet quos consuetudo Salios appellauit. Andreas Althamerus in Tacitum, suspicatur ita fuisse nuncupatos ab Sala fluuio. Francia enim illa Orientalis irrigatur fluminibus Mœno, Radantia, Æsto, Sala, Sinna, & Tubero. Hi Gallis expulsis, eorum sedes occuparunt, Franciámque de suo nomine appellarunt. Ab his Saliis putat Alciatus legem Salicam nomen duxisse, quasi dicas Franciscam.

Salinæ, & Salinum. Vide **Sal.**

Salio/ salis, salíui, vel sálii, vel sálui diuisis syllabis, salsum, sallre, Virg. 2. Geor. 77, Mollibus in pratis vnctos saliere per vtres. Quidam legunt saluere. Plin. lib. 10. cap. 38. 1, Saliunt aliquæ aues, vt passeres.

Ad strepitum tibicinæ salire. Horat. 1. epist. 14. 5,
-nec meretrix tibicina, cuius
Ad strepitum salias ternæ grauis.

Saliendo se exercere. Plaut. Bacchid. 8. 15.

Salire de muro. Liu. 5. bel. Pun. 130.

Salire è terra. Lucret. lib. 1. 38, E terráque exorta repentè arbusta salirent. Id est prodirent, emitterentur.

Grando salit in tectis. Virgil. 1. Georg. 90.

Arbusta saliunt. Lucret. lib. 1. 38,

Nam fierent iuuenes subitò ex infantibus parui:
E terráque exorta repentè arbusta salirent.

¶ Salit mihi cor, per translationẽ. Plaut. Cistell. 7. 9, Extimuit tum illam: M. tam horret corpus, cor salit. Idem Milite, 14. 95, Dicito doctè & cordatè, vt ei cor saliat. Sub. præ gaudio.

¶¶ Salire dicuntur animalia ratione carentia, quãdo mares ineunt fœminas. nam saliendo ascendunt. Ouid. 1. de Arte, 97, Læta salitur ouis, tauro quoque læta iuuenca est.

Salire matrem. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 7. 8, Quũ equus matrem vt saliret adduci non posset, & eum capite obuoluto peroriga adduxisset, & coegisset matrẽ inire, quum descendenti velum dempsisset ab oculis, ille impetum fecit in eum, ac mordicus interfecit.

Salire in aqua. Varro 3. de Re rust. cap. 10. 2, Saliunt ferè in aqua. De anseribus.

Saliens, Participium: vt

Grandine saliẽte graues ceciderũt nimbi. Ouid. 14. Meta. 109.
Riuo saliente sitim restinguere. Virgil. 3. eclog. 10.
Vena saliens sanguine. Virgil. 3. Georg. 91.

Salientes, à Latinis dicũtur capita fistularum, atque etiã ipsæ tubulorum, fistularúmque scaturigines, quæ & siphunculi dicuntur, & sipunculi, ab aquæ expressione, tãquam ex siphone salientis. Hos Græci ἀφετοὺς dicunt. Vitruuius lib. 8. cap. 3, Hæc maximè conspiciuntur Athenis. ibi enim ex eiusmodi locis & fontibus, & in Astu, & ad portum Pyræũ, ducti sunt saliẽtes, è quibus bibit nemo, sed lauationibus & reliquis rebus vtuntur, bibunt autem ex puteis. Ibidem, cap. 7, Collocẽtur in castello tres fistulæ æqualiter diuisæ intra receptacula cõiuncta: vti quum abundarit, ab extremis in medium receptaculũ redundet, ita in medio ponẽtur fistulæ diuisæ in omnes lacus & salientes. Hæc Budæus. Cicero ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 5, Equidem hoc quod melius intelligo, affirmo, mirifica suauitate te villam habiturum, piscina & salientibus additis, palæstra & sylua viridicata.

Salio, saltas, saltare, Frequentatiuum, Tripudiare. Salustius, Sed in his Sempronia, quæ multa virilis audaciæ commiserat. Hæc mulier genere atque forma, præterea viro, liberísque satis fortunata fuit, literis Græcis atque Latinis docta, psallere, atqi saltare, & cantare elegantius quàm necesse est probæ, multáque alia, quæ luxuriæ instrumenta sunt. Cic. in Catil. 42, Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non solùm amare & amari, neque cantare & saltare, sed etiam sicas vibrare, & spargere venena didicerunt. Vetus exemplar legit psallere. Idem 3. Offic. 99, At si dares hanc vim M. Crasso, & digitorum percussione hæres posset scriptus esse, qui reuera nó esset hæres, in foro mihi crede saltaret.

Nemo ferè saltat sobrius. Cic. pro Murena, 11.

Nudus in conuiuio saltaret. Cic. in Pisonem, 16.

Laudes alicuius saltare, pro Saltationib' immiscere, vt ait Budæus. Plin. in Paneg. 89, Et quis iam locus miseræ adulationis manebat? quid laudes imperatorũ ludis etiam, & comessationibus celebrarentur saltarentúrque, atque in omne ludibrium effœminatis vocibus, modis, gestibus frangerentur?

In oratione saltare. Cic. in Orat. 131, Inter quas varijs clausulis interponit se rarò numerosa comprehensio, quam peruersè fugiẽs Hegesias, dum ille quoque imitari Lysiam vult, alterum penè Demosthenem, saltat, incidens particulas.

Carmina saltantur theatro. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 5.

Saltata poemata populo. Ouid. 2. Trist. 104.

Saltatio, Verbale, Ipse saltandi actus. Cic. pro Murena, 11, Intempestiui conuiuii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Idẽ 3. de Fin. 38. Quintil. lib. 1. cap. 11. 10, Nã Lacedæmonios quidem etiã saltationem quandam tanquã ad bella quoque vtilem, habuisse inter exercitationes accepimus.

Cordax saltatio, Vide **Cor.**

Saltationi Tityus nomen. Cic. de Claris Orat. 119, Quos Sext. Tityus consequutus, homo loquax sanè & satis acutus, sed tam solutᵉ & mollis in gestu, vt saltatio quædam nasceretur, cui saltationi Tityus nomen esset.

Armatam saltationem Curetes docuere: pyrrichen Pyrrhus. Plin. lib. 7. cap. 56. 16.

Saltãtor, pen. pro. Verbale m. g. Cic. pro Murena, 11, Quare quum ista sis authoritate, non debes M. Cato accipere maledictum ex triuio, aut ex scurrarũ aliquo conuitio, neque temere Consulẽ Populo Rom. saltatorem vocare. Idem 1. Offic. 110, Adde huc, si placet vnguentarios, saltatores, totúmque ludum talarium.

Facere aliquem saltatorem. Quintil. lib. 1. cap. 12. 10, Non cõmodum in pronuntiando, nec saltatorem in gestu facio. De oratore loquitur.

Motus certus datus saltatori. Cic. 3. de Finib. 37.

Saltatorius, Adiectiuũ, Quod ad saltationẽ pertinet: vt Ludus saltatorius, in quo saltare docetur. Et Orbis saltatorius. Macrobius li. 3, Filii Senatorũ in ludum saltatorium cõmeabant, & illi crotalla gestantes saltare discebãt. Cicero in Pisonem, 16, Quúmque ipse nudus in conuiuio saltaret, in quo ne tũ quidem quũ illum suum saltatorium versaret orbem, Fortunæ rotá pertimescebat.

Saltátrix, pen. prod. saltatrícis, pen. prod. Verbale fœ. Cicero in Pisonẽ, 13, Tu ex tenebricosa popina Consul extractus, cũ illa saltatrice tonsa, Senatũ Reip. occasum atque interitũ lugere vetuisti.

Saltatrícula, saltatriculæ, pen. corr. Diminutiuum à Saltatrix. Gellius lib. 1. cap. 5, Dionysiámque eum notissimæ saltatriculæ nomine appellaret.

Saltâtus, huius saltátus, pe. prod. Ipsa saltatio. Liu. 1. ab Vrbe, 83, Per vrbem ire canentes carmina cũ tripudiis solenniq; saltatu iussit.

Saltûra, saltúræ, pe. pro. Antiquũ: Id ẽ quod Saltatio. Plau. Cur. 5. 17,

Nunc dum saltura sat bona est, si id feceris,
Væuire poteris intestinis vilius.

Saltus, huius saltus, m. g. Qualis est cernorum & léporum. Virgilius de Turno, libro 9, ad finem,

Tum demum saltu præceps, sese omnibus armis
In fluuium dedit.

Superbus saltu. Virgil. 12. Æneid. 66.
Facilis saltus. Claud. de bel. Getico, 36.
Agrestis saltus. Ouid. 14. Metam. 104.
Rapidus saltus. Stat. 1. Achilleid. 36.
Volucer saltus. Stat. 6. Thebaid. 114.

¶ Dare saltum. Ouid. 1. Fastorum, 101, Néve daret saltum properans insistere ripæ. Id est saliret.

Dant saltus equi. Ouid. 2. Metam. 33.
Fera saltu fertur super venabula. Virgil. 9. Æneid. 110.
Insilire saltu, Vide Insilio.
Viam superare saltu. Virgil. 3. Georg. 18.
Vti excursione & saltu. Cic. de Senect. 18.

¶ Saltus, Sylua, Vide suo ordine.

Saltuâris, & hoc saltuâre, pen. prod. Quod ad ictus saltantium monetur. Plinius libro 1. cap. 95, Sunt & in Nymphæo paruæ insulæ, saltuares dictæ, quoniam in symphoniæ cantu ad ictus modulantium pedum mouentur.

Saltuâtim, pen. prod. Aduerbium, hoc est Per saltus. Gellius lib. 9. cap. 4, Atque ité esse alia apud vltimas Orientis terras miracula: homines qui monomeri appellantur, singulis cruribus saltuatim currentes, viuacissimæ pernicitatis.

Saltuatim scribere, Hoc est, Non scribere rem aliquam suo ordine, sed vt sese offert, id est digredi. Sisenna libro 1. Hist. Nos vna ætate in Asia & Græcia gesta literis idcirco cõtinentia mandauimus, ne vellicatim, aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus.

Saltim, idem significat quod Saltuatim, sed apud antiquos.

SALIOCANVS, portus Galliæ, vrbs apud Ptolemæum lib. 2. cap. 8. Vulgò S. Tropez.

SALISI, penul. prod. Populi Alpini, Boiis Heluetiisque finitimi, quos Cato Tauriscæ gentis esse arbitratur. Salisorum tellus aurifodinas habet, diúque olim potentes fuerunt, sed Augustus eos deuictos, omnes sub corona vendidit. Strabo lib. 5. Græcè scribitur per ε, σαλισσοι.

Saliua/salíua: vel Salíuum, saliui, pe. prod. Sputum: quòd ferè salis saporem habeat. Vel à saliẽdo, quòd in ore saliat & crescat. Plin. lib. 28. cap. 4. 5, Quidam verò aggrauãt ictus ante conatum simili modo saliua in manu ingesta. Idem lib. 7. cap. 2. 6, Feruntque ictas saliua, vt feruentis aquæ contactum fugere.

Iungere saliuas oris. Lucret. lib. 4. 213.
Spurca saliua lupæ commistæ. Catul. ad Iuuentium, 94. 2.
Tennis saliua turdorum. Pers. Satyr. 3. 6.

¶ Saliua lachrymationũ, Humor lachrymarũ: est enim etiam salsus. Plin. lib. 11. cap. 37. 11, Quæ subinde purificant lachrymationum saluis.

Saliua syderum. Plin. libro 11. cap. 11. 1, Sine est cæli sudor, sine quædam syderum saliua.

Saliua vino innocẽtissima. Plin. lib. 13. ca. 1. 17, Sua cuique vino saliua innocẽtissima, sua cuique ætas gratissima, hoc est media.

Saliuósus, pen. prod. Adiectiuum, Quod saliuæ saporẽ habet. Plin. lib. 16. cap. 38. 1, Humor vlmis saliuosus.

Salluo, saliuas, pen. prod. saliuare, Saliuã facere, siue emittere. Plin. lib. 9. cap. 36. 1, Congregantur Vernó tempore purpuræ, mutuóque attritu lentorem cuiusdam cereæ saliuant.

¶ Saliuare etiam est quod Saluiare quoque dicitur. Quid autem sit Saluiatum, & Saluiare, vide suo loco. Colum. lib. 6. ca. 5. 2, Tunc panacis & eryngii radices fœniculi seminibus miscendæ, & cum defruti ac moliti tritici farina, candentique aqua cõspergendæ, eóque medicamine saluandum ægrotum pecus.

Ibidem, cap. 37, de asino admissario, Et defecto viridi pabulo, & largo ordeo firmandus, nonnunquam etiam saluandus erit.

Saliuarius, Adiectiuũ. Plin. lib. 9. cap. 51. 3, Quæ durioris testæ sunt, vt murices, purpuræ, saliuario lentore prouenium. Id est, viscositate saliuæ.

Sallúnca, saliuncæ, Herba statim è terra exíliens. Plin. lib. 21. ca. 7. 7, Saliunca folíosa quidem est, sed brevis, & quæ necti nũ possit. Radici numerosæ cohærent: herba verius quàm flos, densa veluti manu pressa, breuitérque cæspes sui generis. Pannonia hãc gignit, & Norici, Alpiúmque aprica. Vide Ruellium lib. 1. cap. 7.

Humilis saluuca. Virgil. 5. eclog. 4.

Salix, sálicis, pen. corr. s. g. Arbor, à saliendo dicta: vel quòd sata, vel casu terræ impacta salit ac surgit. Vide Plinium lib. 16. ca. 37. Virgil. 10. eclog. 6, Mecum inter salices lenta sub vite iaceret.

Amnicolæ salices. Ouid. 10. Metam. 20.
Amaræ salices. Virgil. 1. eclog. 16.
Curua salix. Ouid. 5. Metam. 119, Molliáque impono salici velamina curuæ.
Fœcundæ salices viminibus. Virgil. 1. Georg. 90.
Glaucæ salices. Virgil. 4. Georg. 37.
Lenta salix. Virgil. 3. eclog. 17.
Teneræ salices. Lucret. lib. 1. 73.

Salígnus, Adiectiuum, Quod ex salice factum est. Virgilius, Est tuguri custos armatus falce saligna. Columella libro 7. cap. 1. 2, Quippe vel solis, spinisque, vel perticis salignis alitur. Cato ca. 10, Columnellam ferream, quæ in miliario stat, eã rectam stare oportet in medio ad perpendiculum, cuneis salignis circunfigi oportet bene.

Crates vmbonum salignæ. Virgil. 7. Æneid. 117.
Falx saligna. Virgil. 4. Georg. 12,

Et custos furum, atque auium, cum falce saligna
Helleſpontiaci seruet tutela Priapi. Hoc est facta de salice: quasi in simulachro ligneo. Seruius.

Fores salignæ. Stat. 4. Thebaid. 33.
Fustis salignus. Horat. 1. Serm. Satyr. 5. 5.
Lectus salignus. Ouid. 8. Metam. 133.

Saligneus, Aliud adiect. Idem. Colum. lib. 7. ca. 10. 1, Deinde ab ictu virgæ oportet tumentem venam ferro rescindi, detractóque sanguine colligari saligneo libro, vel etiam vlmeo. Idem lib. 11. cap. 3. 17. Et lib. 6 cap. 2. 3, Salignea claua.

Salicẽtum, salicẽti, pen. pro. & per syncopen, Salíctum, saliĉti, Locus salicibus consitus. Varro, Idoneus locus eligendus vbi faciat salíctum. Cic. 1. de Diuin. 73, Nam me visus homo pulcher per amœna salícta, &c. Ex Ennio. Idem pro Lege agra. 46, Accedit eò mons Gaurus, accedent salícta ad Minturnas.

Flos salícti. Virg. 1. eclog. 11.
Amœna salícta. Cic. 1. de Diuin. 73.
Cãnentia salícta fronde glauca. Virg. 2. Georg. 3.
Densis salíctis obsessa palus. Ouid. 11. Metam. 73.
Humile salíctum. Iuuen. Saty. 11. 7.
Incultum salíctum. Virg. 2. Georg. 83.
Vdum salíctum. Horat. 1. Carm. ode 5. 2.

Sallio/Sallo/Vide Sal.

SALLVSTIVS Crispus, C. Sallustii nepos. Tacitus lib. 3, Crispum Equestri ortum loco, C. Sallustius rerum Romanarum florentissimus author, sororis nepotem in nomen adscinit. Vide CRISPVS. Quintil. lib. 1. cap. 5. 13, Ego optimos quidem & statim, & semper, sed tamen eorum cãdidissimum quenque, & maximè expositu velim, vt Liuium à pueris magis, quàm Sallustium: & hic historiæ maioris est author, ad quem tamen intelligendum iam profectu opus est.

Sallustiana breuitas. Quintil. libro 4. cap. 2. 33, Quare vitanda etiam illa Sallustiana (quãquam in ipso virtutis obtinet locum) breuitas, & abruptum sermonis genus, quod otiosum fortasse lectorẽ minus fallit, audiẽtẽ trãsuolat, nec, dũ repetatur, expectat.

SALMACIS, pen. corr. Fons in Caria, iuxta Halicarnasum. Dictus Venereus ab amœnitate incolarum, vbi paulatim homines illecti, omnem feritatem deposuerunt. Strabo lib. 14, Salmacis fons, nescio quamobrem calumniatus, tanquam emolliẽs eos qui inde bibant. Hominum enim mollities videtur ab aere, vel ab aqua causam trahere: quum ea minimè sint causa mollitiei, sed diuitiæ, & victus incontinentia. Spolia quoque, sine labore parta, Salmacia dicuntur. Et Salmacias Baias dixit Macer. Ouidius 4. Metam. 58,

Vnde sit infamis, quare malè fortibus vndis
Salmacis enerues, tactósque remollíat artus, Discite. Vide ibi fabulam.

Vndæ obscœnæ Salmacis. Ouid. 15. Metam. 54.

Salmácidus, pen. corr. Adiect. vt Salmacidæ aquæ. Plinius libro 31. cap. 3. 6, Nam nitrosas atque salmacidas, in desertis Rubrũ mare

petentes,addita polenta,vtiles intra duas horas faciunt.

SALMANTICA,Ptolemæo libro 2.cap.5.Alio nomine Salamanca,Hiſpaniæ Luſitaniæ vrbs.

Salmo/ſalmônis,m.g.Genus piſcis.Plin.lib.9.ca.18.1,In Aquitania ſalmo fluuiatilis marinis omnibus præfertur.Quibuſdam tamen ſulmo rectius placet dici.

SALMONEVS,pen.prod.triſyllabum,Æoli filius,non regis ventorum(inquit Seruius)ſed cuiuſdam apud Elidem,vbi regnauit: qui fabricato ponte æreo, ſuper eum agitabat currus,ad imitanda tonitrua & in quem iaculatus eſſet facem, eum iubebat occidi.Hic poſtea verum expertus eſt ſulmen.Hactenus Seruius enarrans locum Virgilii 6.Æneid.117,

Vidi & crudeles dantem Salmonea pœnas,
Dum flammas Iouis & ſonitus imitatur Olympi.

Salmônis,pen.prod. huius Salmónidis,Patronymicum fœm.gen. Nympha Salmonis, Tyro Salmoneos filia.Valer.5.Argon.96. -& cum Salmonide Nympha.Ex hac &Cretheo natus eſt Æſon Iaſonis pater.

Salnacidus/corrupta dictio,pro Salmacidæ.Vide **Salmacis**.

SALMOXIS,Herodoto lib.4.dæmon quidam Thracum.

SALO,Straboni lib.7, litus eſt Dalmatarũ, & eorum emporium.

SALOMON,pen.corr.Nomen regis Ieruſalem,& pacificus interpretatur.Pacem enim habuit cum omnibus regibus, ſapientiſſimus iudicatus. Tẽplum Deo pulcherrimum extruxit, vt in literis Sacris habetur. Ab Hebræis Selomo ſcribitur, à Græcis vero Solomon.

Salomonius, Poſſeſſiuum: vt Templum Salomonium, apud Lactantium.

SALON,authore Strabone libro 12,Regio eſt Bithyniæ,paſcendis bobus idonea.Vnde etiam Salonenſis caſeus dicitur.

SALONAE,pen.prod.Salonarum,vrbs Dalmatiæ, capta olim ab Aſinio Pollione.Horatius 2.Carm.ode 1.3,

Cui laurus æternos honores,
Dalmatico peperit triumpho.

Salonius,Adiectiuum:vt Quercus Saloniæ.Claud.6.Paneg.24.

SALONINVS,pe.prod.Pollionis filius,à captis Salonis ſic dictus, authore Seruio in 4.eclog.Aſinius Pollio(inquit)ductor Germanici exercitus,quum poſt captas Salonas Dalmatiæ ciuitatẽ.primò meruiſſet lauream, pòſt etiam Conſulatum adeptus fuiſſet, eodem anno ſuſcepit filium, quem à capta ciuitate, Saloninum vocauit,cui nunc Virgilius Genethliacon dicit,quẽ conſtat natum riſiſſe ſtatim: quod parentibus omen eſt infœlicitatis:nam ipſum puerum inter ipſa primordia periſſe manifeſtum eſt.Hactenus Seruius.

Salpa/ſalpæ, Genus piſcis circa Ebuſum,obſcœnus alibi, & qui coqui non poſſit,niſi verberatus,vt ait Plinius libro 9.cap.18.1. Ibidem,cap.51,Salpæ Autumno gignuntur.

SALPIAE,Ptolemæo lib.3.cap.1,Apulorum vrbs in Ionio pelago: Salapia Plinio.

Salpinx/pro Solpuga,apud Lucanum lib.9.168, in quibuſdam exemplaribus corruptè legitur.Vide **Solpuga**.

Salſamentum/**Salſe**/**Salſilago**/**Salſitudo**/**Salſura**/Vide **Sal**.

SALSVSAE, pen.prod. fons Narbonenſis Galliæ iuxta Ruſcinonem,non dulcibus,ſed ſalſioribus,quàm marinæ ſint, aquis defluens.Pomponius Mela lib.2.Vulgò *Sauſſes*: vbi eſt arx munitiſſima regum Hiſpaniæ ditionis.

Saltator/& **Saltatrix**/**Saltatricula**/ Vide **Salio**, ſalis, & Salto,ſaltas.

Saltem,Contũctio, per defectionem dicitur,quaſi Si aliter non poteſt. Vel (vt ait Gellius lib.11. cap.14.) u litera abiecta.nam à principio ſalutem dicebant,quod nos ſaltem dicimus.nã quum alia quædam petita & non impetrata ſunt, tum ſolemus, quaſi extremum aliquid petituri, quod negari minimè debeat, dicere,Hoc ſaltem fieri aut dari oportere: tanquam ſalutem poſtremò petentes , quam & impetrari certè & obtineri ſit æquiſſimum. Seruius,Saltem,Vel hoc. Eſt autem ſermo tractus à captiuis,qui quum tenerentur ab hoſtibus, dicebant ſublatis manibus, Salutem concede. Inde per ſynæreſim, hic natus eſt ſermo, vt in contemptu rerum multarum petituri aliquid, ſaltem dicamus.Donatus,Deſperatis rebus,ſolam petentes ſalutem,hoc verbo vtimur. Idem alio loco , Natum eſt autem à captiuis SALTEM, qui nihil aliud præter ſalutem petant à victore. Plaut.Milite,17.12,

Saltem id volupe eſt,quum ex virtute formæ venit tibi
Mea opera ſuper hac vicina,quam ego nunc concilio tibi. Idẽ. Trucul.18.26, -vbi domi metues malum,fugito huc
Ad me ſaltem. Et Curcul. 10.21,Hi ſaltem in occultis locis præſtant,vos in foro ipſo. Terent.And 3.2.14,
-itáne tandem idoneus
Tibi videor,quem tam apertè fallere inciplas dolis?
Saltem accurate,vt metui videar. Idem Phorm.2.1.3,
Nec meũ imperium.age, mitto imperium,nõ ſimultatẽ meam Reuereri ſaltẽ? Cic.pro Quintio,1,Neque hoc tantopere quærendum videretur,hæc ſumma in illis eſſe,ſi in nobis eſſent ſaltem mediocria. Idem ad Atticum,lib.8.160.5,Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur. Eidem,lib.9.173.12,Eripe mihi hunc dolorem,aut minue ſaltem. Idem pro Roſ.Amerino, 31,Verè nihil potes dicere,ſinge aliquid ſaltem commodè.

Atque aliquo ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu ciuitatis hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus. Cic.Varroni,lib.9.8.6.

Vix ſaltẽ.Quintil.li.6.ca.5,Illud vix ſaltẽ præcipiẽdũ videtur.

SALTIAE,populi ſunt iuxta Pontũ Euxinum,à veteribus ſic dicti.

Salto/ Vide **Salio**.

Saltus,huius ſaltus, maſ.g.vel Saltus,ſalti,Denſior ſylua & inuia,quòd ibi arbores ſaliant,in quo paſci & æſtiuare pecudes ſolent:vt ait Valla lib.4. Sũt qui dicant ſaltus eſſe loca arboribus expedita,quia facilè in his ſaltetur.Virgil.lib.3.Georg.18,

Saltibus in vacuis paſcant,& plena ſecundum
Flumina. Plaut.Caſina,23.10,Vbi illum ſaltum video obſeptũ, rogo vt alterum ſinat adire. Feſtus, Saltum Caius Ælius libro ſecũdo Significationum, quæ ad ius Ciuile pertinẽt,ita definit, Saltus eſt vbi ſylvæ & paſtiones ſunt,quarum cauſa cæſæ quoq; ſiqua particula in eo ſaltu paſtorum aut cuſtodũ cauſa aratur, ea res non peremit nomẽ ſaltui, non magis quàm fundi qui eſt in agro culto, & eius cauſa habet ædificium , ſiqua particula in eo habet ſylvam. Cæſar 1.bel.Ciuil.145,Celeritérque Pyrenæos ſaltus occupari iubet. Idem 6.bel.Gall.158, Atque ille latebris, aut ſylvis,aut ſaltibus ſe eriperet,& noctu occultaret.

Nemorum ſaltus.Virgil.6.eclog.11.
Apri ſaltus venantibus.Ouid.epiſt.5.4.
Floriferi ſaltus.Lucret.lib.3.3.
Innoxius ſaltus,Vide **Innoxius**.
Inuli ſaltus,Vide **Inulus**. Profundi. Virgil.1.Geor.79.
Vmbriferi ſaltus. Iuuenal.Satyr.10.20.
¶ Cingere ſaltus indagine.Virgil.4.Æneid.14.
Magnos canibus circundare ſaltus.Virgil.1.Georg.28.
Depaſcere ſaltus.Ouid.5.Faſt.57.
De ſaltu agróque communi detrudi.Cic.pro Quintio,14.
Occupare ſaltus,Vide **Occupo**.
Virides ſaltus peragrare.Lucret.lib.2.72.
Sepire ſaltum plagis.Lucret.lib.5.151.

Saltuarius,ſaltuarii,Syluarum ſeu ſaltus cuſtos.Pomponius De vſu & habit.lib.7.L.Si ita, Dominus proprietatis,etiã inuito vſufructuario,vel vſuario fundum,vel ædes per ſaltuarium vel inſularium cuſtodire poterit.

Saltuóſus,pen.prod.Adiectiuum,Locus ſaltibus plenus.Liu.7.bel. Pun.68, Aperta erat regio ſine vllis ad inſidias latebris: itaque in loca ſaltuoſa cedere inde cœpit.

Saluber/**Saluco**/Vide **Salus**.

Saluia/ſaluiæ,Herba: dicta quòd diuerſos ſanet morbos. Plin. lib.21.ca.25.27,Noſtri qui nunc ſunt,herbarii elelíſphacon Græcè,Latinè ſaluiam vocant, mentæ ſimilem,canam, odoratam: partus emortuos ea appoſita extrahunt. Item vermes aurium vlcerúmque. Idem lib.26.cap.6.2.

Saluiãtũ,ſaluiãti,pe.pr.Genº potionis quo veterinarii & mulomedici vtuntur in ægrotantiũ animaliũ curatione.Græcè *νοτὸν* vocant.A ſaluia,quã veteres pro ſucco accipere conſuerunt. Quidam tamẽ volunt ſaluiatum, à ſaluiæ ſucco deduci. Colu.lib.6. cap.9.2, Poſtero die exiguũ ſanguinẽ ieiuno ſub cauda emitti, atq; interpoſita hora modicæ magnitudinis coctos braſſicæ coliculos triginta ex oleo & garo ſaluiati more demitti, eámq;eſcã per quinq; dies ieiuno dari cõuenit. Ibidẽ,ca.10,Recens tuſſis optimè ſaluiato farinæ ordeaceæ diſcutitur. Ibidẽ,ca.15,Lupini ſemicrudi conteruntur, & offæ ſaluiati more faucibus ingerũtur. Plí.lib.27.ca.11.7,Ex hac in tres modios ſaluiati additur.

Saluio, ſaluias, ſaluiare, Saluiatum in potum dare,vel,vt alii volunt,ſaluiati more demittere.Colum.lib.6.cap.14.4,Vel tenero olere commiſto,torrido,mollitóque milio,& per vnam noctem lacte macerato ſaluiatur.

Salum/ ſali,Mare dicitur à ſapore ſalis.Vel à verbo Græco *σαλέυω*,quod ſignificat mouere,fluctuare.Vir.1.Æn.109,Percũndas ſuperãte ſalo. Cic.pro Cecin.64, Vt à quo loco depulſus eſſet,in eum ſe fortuna reſtitueret, nõ in ſalum,ſed in ipſam vrbem quam petebat. Sic 3.Tuſculan.114,Nec tam ærumnoſo nauigaſſem ſalo. Liuius 9.bel.Pun.69, Poſtquam nauis ad oſtium amnis Tyberini acceſſiſſet,ſicut erat iuſſus,in ſalum naue euectus,&c.

Spumante ſalo ſit ſonitus.Virg.2.Æneid.42.

Salus/ſalũtis,pen.prod.f.g. Incolumitas.Plaut. Capt.10.3, Hic

ille eſt dies,quum nulla vitæ ſalus ſperabilis eſt mecum. Terent.Adelph.4.1.3, -vtinam quidem
(Quod cum ſalute eius fiat)ita ſe defatigarit velim,
Vt,&c. Hoc eſt,ſine malo aliquo. Ibidem,3.2.1,
Nunc illud eſt,quòd ſi omnes omnia ſua conſilia conferant,
Atque huic malo ſalutem quærant,auxilii nihil afferant. Idem Eunuch.5.4.18,Noſſe omnia hæc,ſalus eſt adoleſcentulis.

Salus,contrarium habet Exitium. Cic.pro Roſc.Amerino,88.

Rerum ſalus.Lucan.lib.1.45.

Salus Reipub.Cic.5.Verr.179,Reipub.ſalus deerit,ſi improborum exemplis,improbi iudicio ac periculo liberabuntur.

Salus omnis in locis.Plin.lib.9.cap.46.2.

Cum ſalute,Vide **Cum** præpoſitionem.

Helenus dubius ſalutis.Ouid.15.Metam.88.

Incertus ſum ſalutis meæ.Ouid.3.Triſt.eleg.3.1.

Socius ſalutis.Virgil.5.Æneid.35.

Via prima ſalutis.Virgil.6.Æneid.10.

¶Abſumpta ſalus,Vide **Abſumo.**

Affiicta ſalus,Vide **Affligo.**

Dulcis ſalus.Ouid.5.Triſt.eleg.8.1.

Infeſta alicui ſua ſalus,Vide **Infeſtus.**

¶Afferre ſalutem. Cic.3.de Leg.31, Cui ne reditus quidem ad bonos,ſalutem à bonis potuit afferre.

Amittere ſalutem,Vide **Amitto.**

Confidere de ſalute,Vide **Confido.**

Conſiſtit ſalus,Vide **Conſiſto.**

Conſulere ſaluti.Cic.ad Atticum,lib.1.34.2,Saluti,ſi me amas, conſule.Vide **Conſulo.**

Conſulere de ſalute alterius,Vide **Conſulo.**

Continetur ſalus publica incolumitate,Vide **Contineo.**

Debere ſalutem ſuam alicui.Ouid.4.de Ponto,eleg.15.1, Cæſaribus vitam,Sexto debere ſalutem Me ſciat.

Deſerere ſalutem.Cic.Lentulo,lib.1.7.27,Multum enim intereſt,vtrum laus minuatur,an ſalus deſeratur.

Deſperare ſalutem.Ouid.3.de Ponto,eleg.7.5.

Dare ſalutem. Cic.pro Plancio, Salutem tibi iidem dare poſſunt,qui mihi reddiderunt. Idem ad Q.fratrem,lib.2.3.14,Ita mihi ſalus aliqua detur. Et 3.de Nat.deorũ,132, Nec ego multorum ægrorum ſalutem nõ ab Hippocrate potius quàm ab Æſculapio datam. Sic 1.de Orat.17,Dare ſalutẽ,liberare periculis.

Æterna ſalute donatus.Lucret.lib.5.244.

Ferre opem & ſalutem indigentibus. Cic.1.de Finibus,187, Et pro Archia,1, Huic profectò ipſi,quantum eſt ſitum in nobis,& opem & ſalutem ferre debemus.

Fulcire ſalutem.Lucret.lib.3.16,
Noſcere vt hinc poſſis,non æquas omnia partes
Corpora habere:neque ex æquo fulcire ſalutem.

Salutem iácere in re aliqua,Vide **Jacio.**

Impetrare precibus ſalutem,Vide **Impetro.**

Incumbere ad ſalutem Reip.Vide **Incumbo.**

Inuiſa eſt mihi ipſa quoque ſalus. Ouid.4.de Põto,eleg.14.1.

Iuncta ſalus noſtra eſt.Ouid.epiſt.19.46.

O ſocii,quà,prima inquit fortuna ſaluti
Monſtrat iter.Virgil.2.Æneid.78.

Periclitanda ſalus,Vide **Periclitor.**

Noſtra ſalus poſita eſt in te vno.Ouid.5.Metam.130.

Stabili ſalute potiri,Firma eſſe valetudine. Ouid.epiſt.19.35,
Siſte metum virgo,ſtabili potiere ſalute.

Fuga ſalus quæſita.Ouid.14.Metam.48.

Reducere ad ſalutẽ.Cic.Poſt reditum,ad Quirites,12,An ego quum mihi eſſet exploratiſſimum,&c. dubitarem quin is me confectum Conſularibus vulneribus,Cõſulari medicina ad ſalutem reduceret?

Saluti eſſe alicui.Cic.ad Atticum,lib.9.18.3.4,Cum ei ſaluti qui mihi fuerat,fuiſſes tamen lectis eius literis,quas,&c.

Superest ſalus.Quintil.lib.3.cap.8,Iam ſola ſuperest ſalus, aliquo iuris elogio elabendi ex crimine.

Ad perniciem vocari,& Ad ſalutem,contraria.Cic.1.de Orat.10,Eadem facultate fraus hominũ ad perniciem,&integritas ad ſalutem vocatur.

Qui medicis ſuis non ad ſalutem,ſed ad necem vtitur.Cic.de Aruſp.reſpon.32.

¶Salutem dicere alicui,Salutare,ſalutem precari. Plaut.Cap.7.29, Omnium primum ſalutem dicito matri & patri. Idem Curcul.8.60,
Miles Lyconi in Epidauro hoſpiti ſuo
Teraponti ponus Platagidorus plurimam
Salutem dicit. Talis eſſe ſolet ſalutatio quæ epiſtolis præponi ſolet,vt vides in epiſtolis Ciceronis,Cicero ſaluté dicit Appio Pulchro.Vt plurimum duabus literis,ſic,Cicero S.D.Appio Pulchro. Idem 5.Tuſc.130, Anacharſis Hannoni ſalutem. Sub.dicit. Sic ad Atticum,lib.4.87.5, Dionyſio plurimam ſalutem. Idẽ,lib.6.115.4,Pyliæ & puellæ Cæciliæ beliſſimæ ſalutem dices.

Accipere ſalutem,Vide **Accipio.**

Aſcribere ſalutem alicui. Cic. ad Atticũ, lib.6.111.1,Filiola tua gratum mihi fecit, quòd tibi diligenter mandauit vt mihi ſalutem adſcriberes. Vide **Aſcribo.**

Salutem dicere foro & curiæ.Cicero ad Volumnium,lib.7.34.4,Quas ſi vt volumus exceperimus, ego verò multam ſalutem & foro dicam,& curiæ: viuámque tecum & cũ communibus noſtris amatoribus. Hoc eſt iubebo valere curiam,nihil mihi amplius cum curia erit commune.

Dicere multam ſalutem,Vide **Multus.**

Dic à me illi ſalutem,Vide **A** vel **Ab** præpoſitiones.

Dare ſalutem alicui.Ouid.epiſt.4.1.

Impertire ſalutem alicui,& Impertire aliquem ſalute, Vide **Impertio.**

Mittere ſalutem alicui. Ouid.epiſt.15.1, Hanc tibi Priamides mitto Ledæa ſalutem.

Mittere ſalutem,& Referre ſalutem:pro Salutare,& Reſalutare.Cic.ad Atticum,lib.16.333.7, Atticam noſtram cupio ſuauiari: ita mihi dulcis ſalus viſa eſt per te miſſa ab illa.Referes igitur ei plurimam ſalutem.

Nuntiare ſalutem.Vide **Nuntio.**

¶Salus, Remedium.Virgil.2.Æneid.71, Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.

Suprema ſalus in aliquo.Virgil.12.Æneid.131.

¶Salus,Dea ab idololatris credita eſt. Terent.Adelp.4.7.43, -ipſa ſi cupiat Salus,
Seruare prorſus non poteſt hanc familiam.

Alma ſalus.Stat.10.Thebaid.121.

Salûber,hæc ſalûbris,& hoc ſalûbre:vel, hic & hæc ſalûbris, & hoc ſalûbre.pe.prod.Quod præbet ſanitatẽ,vt ait Valla.Vnde aer,cibus,locus,ſalûbres dicuntur. Colum.lib.1.cap.2.1,Salubri cælo.

Annus ſalubris,& Peſtilens,contraria.Cic.1.de Diuinat.111.

Aquæ ſalubres.Horat.in Carmine ſecul 7.

Aura ſalubris.Ouid.3.de Arte,138.

Fluuius ſaluber.Virgil.1.Georg.55.

Herbis ſalubribus ſanare curas.Tibull.lib.2.eleg.3.3.

Lympha ſalubris.Propert.lib.3.eleg.22.6.

Malus ſalubres corpori.Horat.1.pod.2.11.

Huic rei ſalubris. Plin.lib.8.cap.27.2, Chelidoniam viſui ſaluberrimam hirundines monſtrauere.

Conſilium ſalubre. Cic.ad Atticum, lib.8.160.5, Quare nunc ſaltem ad illos calculos reuertamur,quos tum abiecimus,vt nõ ſolùm glorioſis conſiliis vramur,ſed etiam paulo ſalubribus.

Factum ſalubre.Ouid.1.de Remed.amor.64.

Liber ſtudiis ſalubrior,quàm dulcior. Quintil.lib.3.cap.1.4.

Dicere ſententiam Reip.ſaluberrimam.Cic.pro Domo ſua,13.

Verba ſalubria.Ouid.6.Faſt.151.

Quidquid falſum aut ſalubre in oratione,id proprium Atticorum eſt.Cic.in Orat.45.

¶Salubris,pro Sano aliquando accipitur. Saluſtius in bel.Iugurth.in Africæ deſcriptione, Genus hominum ſalubri corpore. Liuius 3.ab Vrbe,31, Graviore tempore anni iam circumacto, defuncta morbis corpora ſalubriora eſſe cœpere. Cicero ad Dolabellam,lib.9.11.1,Gratulor Baiis noſtris,ſi quidẽ,vt ſcribis,ſalubres repente facta ſunt.

Salúbritas,pen.corr. ſalubritâtis, Sanitas. Plinius lib.37.cap.13.3, Iam ſitu ac ſalubritate cæli atque temperie,acceſſu cunctarum gentiũ facili,&c. Cato cap.157.1,De braſſica Pythagorea,quid in ea boni ſit,ſalubritatiſque. Cæſar 8.bel.Gall.148,Ipſe tantũ itinerum faciebat,quantum ſatis eſſe ad mutationem locorum propter ſalubritatem exiſtimabat.

Vrbis vel alicuius loci ſalubritas.Cic.2.de Lege agra.93.

Afferre ſalubritatem,Vide **Affero.**

¶Dictionis ſalubritas,per tranſlationẽ. Cic.de Clar.Orat.15, Ita peregrinata tota Aſia eſt, vt ſe externis obtineret moribus: omnémque illam ſalubritatem Atticæ dictionis, quaſi ſanitatẽ perderet,ac loqui penè dediſceret.

Salúbriter,pen.cor.Aduerbium.Liuius 3.ab Vrbe,165,Et trahi bellum ſalubriter,& maturè perfici poteſt. Plin.lib.1[illegible]ca.3.1,Sed maiores, oculorum quoque medicamẽtis aconitum miſceri ſaluberrimè promulgauere. Idẽ lib.19.cap.2.15,Vt ſalubrius litigantes conſiſterent.

Refrigerari ſalubrius.Cic.deSenect.53,Vbi enim poteſt illa ætas aut æquè calescere vel apricatione melius, vel igni: aut viciſſim vmbris aquiſque refrigerari ſalubrius?

Salutâris,& hoc ſalutare,pen.pro. Idem quod Saluber,hoc eſt ſanitatem præbens,vel ad ſanitatem præbendam idoneum.Cice-

ro ad Octauium,1, Nulla enim remedia quæ vulneribus adhibentur,tam faciunt dolorem,quàm quæ sunt salutaria.

Cultura agrorum generi vniuerso salutaris. Cic.de Senect.51.

Salutaris ad. Cic.1.de Diuinat.143, Quid astrologus, cur stella Iouis aut Veneris coniuncta cum Luna,ad ortus puerorũ salutaris sit,Saturni Martisve contraria?

Accessus ad res salutares,& pestiferis recessus,contraria. Cic. 1.de Nat.deorum,48.

Ciuis beneficus & salutaris.Cic.pro Milone,15.

Salutares literæ,Quæ consolationem afferunt.Cic.ad Atticũ, lib.9.175.1,Sic ergo habeto, salutares te mihi literas misisse: neque solùm has longiores,quibus nihil potest esse explicatius,nihil perfectius,sed etiã illas breuiores,&c. Idem 1.de Nat.deorum,41,Salutaris calor. Et 3.de Finib.101,Salutaris Iupiter.

Salutaris litera dicitur A,Vide A præpositionem.

Salutaris digitus, Qui pollici est proximus, qui & index dicitur.Suet.de Aug.Cæsare,cap.80,Dextræque manus digitum salutarem,tam imbecillum interdum sentiebat,vt torpentẽ contractúmque frigore, vix cornei circuli supplemẽto scripturæ admoueret. Martianus Capella de Nup.Verùm quidã redimitus puer,ad os compresso digito salutari silentium commonebat.

Salutaris seueritas vincit inanẽ speciẽ clemẽtiæ.Ci.Bruto 3.4.

¶Salutare,Substantiuum.Plinius libro 11.cap.3.1,In præsentia externas prosequemur,à salutari maximè orsi. Sed rectius adiectiuè exposueris:à salutari, subaudi arbore.Subdit enim mẽtionem Assyriæ mali,quæ venenis medetur.

Salutáriter,pen.cor. Aduerbium.Plancus ad Ciceronem,lib.10.23. 4, Quadraginta millium passuum spatio relicto cõsedi eo consilio vt vel celeriter accedere, vel salutariter recipere me possem. Cic.de Claris Orat.5, Tum arma sunt ea sumpta, quibus illi ipsi qui didicerant eis vti glorioſè, quemadmodum salutariter vterentur,non reperiebant. Plancus ad Ciceronem, lib.10.14.4, Nihil enim me non salutariter cogitare scio. Plin.libro 18.ca. 9.15,Testes quoque eius inueterati,vel genitale maris,salutariter dantur in vino.

Salũto, salútas,pen.prod.salutare,Salutẽ dicere,visitare,colloqui. quod nõ accedentibus solùm, sed abeuntibus quoque attribuitur.Plaut.Trinum.17.18, -Charmidem

Socerũ suum Lysiteles salutat.e.di dent ubi Lysiteles,quæ velis,
Non ego sum salute dignus. Terent.Eunuch.1.1.18,
Quibus & re salua,& perdita profueram,& prosum sæpe,
Salutant,ad cœnam vocant,aduentum gratulantur. Idem Adelph.3.3.91,Opperiar hominem hîc,vt salutem,& colloquar. Id est,visitem. Virgil.3.Æneid.105,Italiam læto socii clamore salutant. Cic.ad Atticum,Domus te tota nostra salutat. Eidem, libro 5.89.3. Et libro 4.80.1, Nos hîc voramus literas,cum homine mirifico (ita mehercule sentio) Dionysio, qui te omnẽsq; vos salutat. Eidem,lib.5.89.3,Illum saluaui,postea iam iussi valere.Barbari dicunt,*Feci ri reuerentiam*. Idem de Vniuers.3,Venissétque eodem Mitylenis me salutandi & visendi causa. Idẽ ad Atticum,lib.6.13.1,Quum Philogenes libertus tuus Laodiceã ad me salutãdi causa veniſſet. Idẽ pro Plãcio,17,Quũ ille eum salutasset,vt fit,dixissétq;,Quid agis Granie respondit,Imò,&c.

Salutare benignè, comiter appellare vnumquenque. Cicero 13.Philipp.345.

Agros salutare.Ouid.3.Metam.5,
Cadmus agit grates,peregrinæque oscula terræ
Figit,& ignotos montésque agrósque salutat. Idem 15.Met.138,
Assuetásque domos,habitatáque templa salutat.

Vade liber, verbísque meis loca grata saluta. Ouid.1. Triſt. eleg.1.3.

¶Salutare, pro eo quod *Vale dicere* vulgò dicitur. Plaut.Milit. 20.29,Etiam nunc saluto te familiaris,priusquam eo.
Conseruí,conseruæque omnes bene valete & viuite:
Bene quæso inter vos dicatis, & mihi absenti tamen. Statius lib.4.Theb.Stant tamen,& nota puppim de rupe salutant.

¶Salutare deum,Venerari.Terent.Phorm.2.1.81,At ego deos penates hinc salutatum domum denortar. Cic.pro Sex.Roscio, 33,Quòd si luce quoque canes latrent, quũ deos salutatum aliqui venerint,opinor iis crura suffringantur.

Salutare deum precibus. Martial.lib.11.74, Multis dum precibus Iouem salutat.

Deum læto clamore salutare.Ouid.15.Metam.146.

¶Salutari,passiuũ.Cic.de Sene.58,Salutari,appeti,decedi, &c. Horat.de Arte,18,
Descriptas seruare vices,operúmque colores
Cur ego,si nequeo,ignoróque,poeta salutor?
Vsne salutari sicut Sciannis Iuuenal.Satyr.10.9.
Esse salutatũ te vult mea littera primũ. Ouid.1.de Pont.ele.7.1.

Salutatio,Verbale.Cic.in Pisonẽ,76, Quis enim te aditu, quis vlo honore,quis denique communi salutatione dignum putet?

Dare se salutationi.Cic. Curioni,lib.7.19.3, Quum enim salutationi nos dedimus amicorum,&c.

Tempus consumere salutationibus, Vide Consumo.

Facere salutationem. Liu.1.ab Vrbe,5, Inde fœdus ictum inter duces,inter exercitus salutationem factam,Æneam apud Latinum fuisse in hospitio.

Salutátor,pen.prod.Verbale. Q.Cic.de Petitione Cõsulatus,13,In salutatoribus qui magis vulgares sunt & ad hanc consuetudinẽ, &c. Ibidem,14, Deductorum officium, quod maius est quàm salutatorum.

Salutatorius,Adiectiuum.Plin.lib.15.cap.11.1, Omnia iam & virorum salutatoriis cubilibus inclusa.

Salúifer,pen.corr.salutifera,salutiferum,pe.corr.Ferens salutem. Martial.lib.5.1,
Seu placet Æneæ nutrix,seu filia Solis,
Siue salutiferis candidus Anxur aquis.
Puer salutifer orbi. Ouid.1.Metam.129. De Æsculapio.
Venit vrbi salutifer.Ouid.15.Metam.149.
Opem salutiferam dare.Ouid.epist.20.35,
Parce laboranti picta dea læta pharetra,
Dáque salutiferam iam mihi fratris opem.
Sorte salutifera succurrere rebus miseris.Ouid.15. Metam.117.

Salúiger,pen.corr.salutigeri,pen.corr.m.g.siue Salutigérulus,pe. corr. Qui salutem nunciat.Plaut.Aulul.19.29, -æquum est
Purpuram,atque aurum dari,
Ancillas,mulos,mulliones,pedissequas,
Salutigérulos pueros, vehicula, qui vehat. Pueros salutigerulos vocat,seruos qui iussu dominæ hunc illũ salutant, súntque nuntii & renuntii.

Salue, verbum defectiuum, sic coniugatur, Imperatiuo ad secundam personam,salue. Pluraliter,saluete. Futuro,salueto. Pluraliter,saluetote. Infinitiuo,saluere.Terent.Phorm.2.1.56,
Here salue.salutem te aduenisse gaudeo.
D.Oh bone custos salue. Horatius lib.1.epist.10.1,
Vrbis amatorem Fuscum saluere iubemus
Ruris amatores.

Multum salue, Vide Multus.

Salue cura deũm.Tibull.lib.3.eleg.4.9.

Salue festa dies.Ouid.1.Triſt.18.

Salue sancte parens.Virg.5.Æneid.16.

Saluco dixit Plautus, pro Saluus & sanus sum: in Truculento,6.4,Salue. S.satis est mihi tuæ salutis,nihil moror,nõ saluco.

Saluebis,in futuro, dixit Cicero ad Atticum, lib.6.113.18, Valebis igitur,& valere Pyliam & Cæciliam nostram iubebis literis, & saluebis à meo Cicerone. Id est Cicero meus te salutat.

Iubeo saluere.Cic.ad Atticum,lib.4.84.10,Dionysium velim saluere iubeas.

Saluus,Adiectiuum,Id est sanus.Terent Phorm.1.1.56,Saluum te aduenisse gaudeo. Idem And.4.6.7, O Mysis salue.M. Saluus sis Crito. Vbi Donatus, Saluus sis, asseueratio salutantis est,nõ quasi responsio.

Sum salus,si hæc vera sunt: Hoc est tutus, sine periculo. Terent.And.5.6.9. Plau.Amph.4.177,Saluus sum,non me videt.

Res est salua,Bene se habet.Plaut.Rud.4.83,
Surrexit,horsum se capessit: salua res,
Desiluit. Terent.Eunuc.1.2.37,
Sed Parmenonem ante ostium Thaidis tristem video,
Rivalis seruum, salua res est: nimirum hîc homines frigent. Idem Adelph.4.5.9,Erubuit,salua res est.

Saluus & incolumis.Cic.1.de Inuent.146.

Te saluum venisse in Epirum, vehementer gaudeo. Cice.ad Atticum,lib.5.109.1.

Capite saluo. Cic.pro Cecinna,15, Cecinnæ placuit & amicis, quoad videretur saluo capite fieri posse,experiri.

Satin' saluæ? Vide Satis.

¶Saluus,ad inanimata trãsfertur.Plau.Merc.4.60,Quid alia armamẽta? A.salua & sana sũt.Hoc est integra. Idẽ Rud.19.21, Heu heu sceleſtus,galeam in nani perdidi.
Núc mihi opportuna hîc esset,salua si foret. Et Amphit.3.140, Tuo signo obsignata ferunt? A M.saluum signum est: S.inspice. A M.Rectè ita se,vt obsignaui. Terent.Eunuch.2.2.17,Quibus re salua & perdita profueram. Hoc est dũ diuites erant. Plaut. Pœnulo,14.41,Refero vasa salua.

Proscriptionem illam saluis auspiciis rogatam esse dicebant. Cic.de Prouinc.Conſ.37.

Clypeus saluus. Cicero 1.de Finibus,155, Simulatque ipse graui vulnere exanimari videret se, vt primùm dispexit,quæ finit saluúsne esset clypeus. Quum saluum esse sentes sui respondissent, &c.

Salua epistola. Cicero ad Gallum, libro 7. 26. 1, Quòd epistolam consistam doles, noli laborare: salua est domi.

Salua fide. Cicero 3. Offic. 58, Itaque præclarè à maioribus morem accepimus rogandi iudicis, si eum teneremus, quæ salua fide facere posset.

Salua gratia. Quint. l. lib. 11. cap. 1, Quū aliquid detrahere salua gratia velis, concedas alia omnia.

Cratia quod vestro salua pudore queat. Ou. 1. de Pon. ele. 1. 14.

Saluo iure amicitiæ. Cic. ad P. Sulpitium, li. 13. 78. 1, Quum his temporibus non sanè in Senatum ventitarem, tamen vt tuas literas legi, non existimaui me saluo iure nostræ veteris amicitiæ multorumque inter nos officiorum facere posse, vt honori tuo deessem.

Salua lege. Cicero ad Appium Pulchrū, lib. 3. 6. 18, Et vt habere rationem possis, quo loco me salua lege Cornelia conuenias. Idem ad Lentulum, lib. 1. 1. 11, Nequid agi cum populo aut saluis auspicijs, aut saluis legibus, aut denique sine vi posset, &c. Et 4. Ver. 95, Hæc denariûm xxxix millia palàm saluis legibus contulerunt in statuam.

Salua magnitudine tua domine, descendas oportet ad meas curas, quum tus mihi dederis referendi ad te. Plinius epist. 248.

Off. cio saluo aliquid facere. Cic. pro Rosc. Amerino, 2.

Corpora missa neci salua pietate fatemur. Ouid. 15. Metam. 22.

Sana ac salua Respublica. Cic. Cornificio, lib. 12. 23. 6.

Reuerentia salua, &c. Mart. lib. 1. 19, Quum salua infimarum quoque personarum reuerentia ludant.

Virginitas salua. Ouid. epist. 15. 31.

Vel tua virginitas esset libata, vel illud,

Quod poterat salua virginitate rapi.

Saluo, as, are, Saluum & incolumē reddere. Quintilianus lib. 11 cap. 10, Quod si nun euenirent, omnes pares essent, & idem omnes deceret. At loquūtur, & saluant personarum discrimen. ita quo quisque plus efficit dicēdo, hoc magis secundum naturæ eloquētiam dicit. In castigatis exemplaribus legitur seruāt. Cicero 2. de Natura deorum, 14, Itaque maximæ Reip. partes in iis bellis quibus Reipub. salus continetur, nullis auspicijs administrantur, nulla perennia saluantur. Hoc verbum apud veteres doctissimorum iudicio non inuenitur: idcóque hi duo loci suspecti sunt, cum & in meliore sensu legi possit, seruant & seruātur.

Salnātor, pen. prod. Verbale de quo nullū exēplū legi apud idoneos Latinæ linguæ authores. Seruator enim Latine magis dicitur.

SAMARA, promontorium in Oceano Orientali, vbi deficit Caucasus. Est & Samara, semen vlmi. Vide Samera.

SAMARIA, Iudææ Palæstinæ regio est, vt scribit Plinius lib. 5. ca. 13. Est autē ciuitas regalis in Israel, à qua tota regio decem Tribuum est Samaria. Postea Sebaste dicta ab Augusti nomine. Dicitur quoque Sichar, & Sichem, & Sichima: ea est Palæstinæ inter Iudæam & Galilæam sita. Hinc Samaritāni & Samaritæ, pe. prod. dicti sunt qui Samariam habitant.

SAMAROBRINI, pen. prod. Fuerunt populi in Gallia inter Belgas, vbi Cæsar Gallorum concilium induxit. Hanc Cameracensem esse vrbem nōnulli autumant, quam Scaldis fluuius interfluit. Constantior tamen opinio vrbem esse putat Nouioduno vicinā, quam vulgò Sancti Quintini dicunt. hāc enim præterfluit Samara fluuius. Horū ciuitas dicit Samarobrina Cæsari & Ptolemæo lib. 2. cap. 9.

Sambuca/sambūcæ, pen. prod. authore Festo, organi & instrumenti musici genus. Sambuca, inquit Porphyrius in Ptolemæi armonica, triangulum instrumentum est, quod ex inæqualibus longitudine sicut & crassitudine, neruis efficitur.

Sambucam citius caloni aptaueris alto. Pers. Saty. 5. 10.

Sambuca, eodem Festo authore, machina qua vrbs expugnatur, similiter vocatur. nam vt in organo chordæ, sic in machina intenduntur funes.

Sambūcina, sambūcinæ, pe. corr. Quæ sambuca canit. Plautus Sticho, 6. 57, -fidicinas, tibicinas,

Sambucinas aduexit secum forma eximia. Quædam exemplaria, sambucas legunt.

Sambucistria, sambucistriæ, apud Festū idem quod Sambucina. Liu. 9. bel. Maced. 13, Tunc psaltriæ, sambucistriæque, & conuiualia ludionum oblectamenta addita epulis.

Sambucus/sambūci, pen. prod. fœ. g. Arbor. Vide Plinium lib. 24. cap. 8. 7.

Sambucus, Adiectiuum, Quod ex sambuco est. Pli. de Viris illust. 10, Iuuenibus regijs Delphos euntibus, ridiculi gratia comes adsitus, baculo sambuceo aurum infusum deo donum tulit.

SAME, insula est in mari Ionio, vt scribit Pomponius Mela libro 2. Vide SAMOS.

Samera/sāmeræ, pen. corr. Semen est vlmi. Colum. lib. 5. cap. 6. 1, Antiam vlmum Tremellius Scrofa non ferre sameram (quod est semen eius arboris) falsò est opinatus. Paulo pòst, Itaque nemo iam ferit ex samera, sed ex subolibus. Plinius libro 16. cap. 27, Attinet, inquit, nó ferūt samaram: ita vocatur vlmi semen: omnésque radicum plantis prouenium: reliquæ semine. Idem lib. 17. cap. 11. 1, Vlmorum, prius quàm folio vestiantur, samara colligenda est, &c.

SAMIO, SAMIVS, Vide SAMOS.

SAMNITES, pen. prod. Populi in Samnio, quod nunc Aprucium vocamus, regio Italiæ inter Picenum, Campaniam, & Apuliam. Vrbes in ea sunt Adria, Aquila, Amiternum, Sulmo, Ortona, Atpinum, Aquinum, Athina, Beneuētum, Corfinium. vel Samnites dicti sunt à Samnio colle, in quo è Sabinis venientes consederunt, & eiusdem nominis oppidum ædificauerunt. Quidam etiam Sannites per duplex n scribunt. Hi quondam apud Caudinas furculas Romanum exercitum profligauerunt, quos postea L. Papyrius sub iugū misit. De Samnitibus multa Strabo, li. 5.

Curio ad focum sedēti magnum auri pondus Samnites quum attulissent, repudiati sunt. Cic. de Senect. 51.

SAMONIVM, Cretæ insulæ promontorium Rhodo aduersum, sicut contrario litore Cyrenas versus ἀρὶς μέτωπον prominet. Author Pomponius Mela lib. 2.

SAMOS, Altitudo & summitas interpretatur, & est nomen duarum insularum, quarum altera est in mari Icario, modica, & Iunoni dilectissima, quòd in ea nata fuerit & educata, & Ioui nupta. Vnde Virgilius 1. Æne. 4, Posthabita coluisse Samo. Scribit Varro, Samō prius Partheniam nominatam, vbi antiquissimū fuit templum, & simulacrum in habitu nubentis figuratum: & sacra eius anniuersaria nuptiarū ritu celebrabantur. A qua & Iuno Samia dicta est. In ea Pythagoras quoq; philosophus ortum habuit, necnon & vna ex Sibyllis, quæ exinde Samia dicta est, quam ferunt de CHRISTO prædixisse, Tu enim stulta ludæa Deum tuum non cognouisti, ludentem mortalium mētibus, sed & spinis coronasti, horridúmque fel miscuisti. Fiebant etiam in ea vasa fictilia egregiè ex creta fabricata, quæ Samia vocabantur. Ferunt hanc insulam Thraciæ adiacēre, quæ postea ex commistis Thraciæ populis Samothracia appellabatur. Virg. 7. Æne. 42, Threiciámque Samum quæ nunc Samothracia fertur. Altera verò est Samos insula, à Plinio collocata prope Ithacam apud Dulichium: de qua videtur Suetonius intelligere, quum nō multum distet ab Epiro, vbi de Augusto ait cap. 17, Ab Actio quum Samum insulam in hyberna se recepisset. Same verò (vt ait Seruius) ciuitas Thraciæ est in Cephalea. Apud Strabonem tamen legimus Samum & Samen, Samum vrbem esse, Samen verò insulam. Sunt qui scribant Samothraciā insulā esse, quæ prius Dardania vocabatur, à Dardano, qui Palladium Mineruæ secum ferens, eò confugisse traditur. Pòst Samiis insula bello electis, quum eò se in Thraciam ex Asia recipērēt, inditū nomē, vt pro Dardania, Samothracia vocaretur.

Iuno Sami colebatur. Cic. 6. Verr. 63.

Concinna Samos. Horat. 1. epist. 11. 1.

Samius, Adiectiuum, Quod è Samo insula est. vt

Testæ Samiæ. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 11,

At tibi lxta trahant Samiæ conuiuia testæ,

Fictáque Cumana lubrica terra rota.

Vasa Samia. Plaut. Capt. 6. 41,

Ad rem diuinam, quibus est opus,

Samiis vasis vtitur. Idem Bacchid. 4. 14, Scis tu vt cōfringi vas citò Samium solet? Cic. pro Murena, 69.

Samium, Testa, inquit Nonius. Lucilius Satyr. libro 14, Et non pauper vti samio, certóque catino. Cicero 6. de Repub. 1, Oratio extat Lælii, quam omnes habemus in manibus, quàm sint imperia Pontificum diis immortalibus grata sine samio, quæ vt his scribit capedines. Author ad Herenn. lib. 4. 33, Apagete, inquit, ædes commodaui, familiam dedi: argētum quoque vultr tametsi hospites habeo, tamen vtatur licet, nos samiis delectabimur.

Samiolus, pen. corr. Adiect. diminut. Plaut. Sticho, 14. 11, -batiocis Bibunt, nos nostro samiolo poterio, tamen viuimus.

Samio, samias, samiare, veteres pro Acuere ponebant, & quasi samiæ testæ acumen inducere, authore Nonio.

SAMOSATA, vrbs Asiæ ad Euphraten, authore Strabone libro 14. Samosata Luciano alumno nobilis.

Sampsuchum/sampsūchi, pe. prod. siue sampsycus, herba quæ & amaracus dicitur. Plin. lib. 21. cap. 22. 1, Sampsuchum siue amaracum in Cypro laudatissimum & odoratissimum. Scribitur & Sansucus. Vide Amaracus. Columella lib. 10, Natáque iam veniant hilari sampsucha Canopo.

Sāpsūchinus, pe. cor. Adiect. vt Sampsuchinū oleū. Plin. lib. 21. cap. 22, Fit ex eo oleū quod sampsuchinū vocatur, aut amaracinum.

Samsa/samsæ, siue sampsa, siue sansa, dicitur oliuæ osseulum.

Colum.lib.12.cap.49.1,Et quum est in samsam redacta,tunc sal coctus, tritúsque manu permiscetur cum cæteris aridis condimentis. Idem lib.12.cap.50.9, Et aut regulis,si consuetudo erit regionis,aut certè nouis fictinis sampsæ exprimi.

Sanabilis/Sanamo/Vide Sano.

SANATES, pen.prod.dicti sunt qui suprà,infráque Romam habitauerunt: quod nomen iis fuit, qui quum defecissent à Romanis,breui pòst rediere in amicitiam,quasi pòst sanatis mente. Itaque in XII.cautum est vt idem iuris esset Sanatibus quod fortibus,id est bonis, & qui nunquam defecerant à Populo Romano.Festus.

Sancio/sancis,sanciui,sanctum,pen.prod.vel sanxi, sanctum, sancire, Significat aliquid firmare,decernere, cõstituere:& propriè effuso sanguine per hostiæ immolationes. Cicero de Amicitia,38,Hæc igitur prima lex in amicitia sanciatur,vt neque rogemus res turpes,nec faciamus rogati. Idem 4.Verr.85,Agrigentini de Senatu cooptando Scipionis leges antiquas habent, in quibus & eadem illa sancta sunt, & hoc amplius. Virgil.12. Æneid.40, -qui fœdera fulmine sancit. Vbi Seruius,Sancit,cõfirmat,sancta esse facit: quia quum fiunt fœdera, si corruscatio fuerit, confirmantur.Vel certè quia apud maiores aræ nũ incendebantur,sed ignem diuinum precibus eliciebant. Sancire autem propriè est sanctum aliquid,id est consecratum facere,fuso sanguine hostiæ & dictum sanctum,quasi sanguine consecratũ. Hactenus Seruius. Cic.1.de Leg.18,Populariter interdum loqui necesse erit,& eam legem,quæ scripto sanciat quod vult aut iubendo,aut vetando,vt vulgus appellare. Quintil.lib.2.cap.14, Neque enim rogationibus plebiue scitis sancta sunt hæc præcepta. Cæsar 1.bel.Ciuil.44,Hæc quo facilius,certiúsque conditionibus sanciantur,aut,&c.

Cauere & sancire.Cic.2.de Finib.161,Et quum reliqui nihil sit omnino quod pertineat ad nos, tam accuratè,támque diligenter caueat & sanciat.

Sancire ne.Cicero 6.Verr.8, Sanxerunt nequis emeret mancipiũ,nisi in demortui locum.Id est Vetuerunt & interdixerunt.

Sancire de.Cicero 4.Verr.85,In quibus multa sanxit de ætate hominũ. Idem pro Domo sua,63,Qui de ciuitate & libertate ea iura sanxerũt. Et 3.Offic.84,Ac de iure prædiorũ sanctum est apud nos iure Ciuili,vt in his vẽdendis vitia etiam dicerentur.

De Iouis sententia sancitæ leges.Cic.2.Tuscul.59.

Sancire aliquem Augurem.Cic.13.Philipp.351.

Cæremonias sancire. Cicero 1.Tuscul.44,Quas maximis ingeniis prædití nec tanta cura coluissent, nec violatas tam inexpiabili religione sanxissent.De cæremoniis.

Cæsar digna scelere hominum perditorum sancit. Cice.4.in Catilinam,80.

Carmina sancire alicui.Stat.3.Sylu.3.43.

Dictis connubia sancire.Claud.in Epithal.26.

Dolore suo sancire militaris imperii disciplinã.Ci.1.de Fin.55.

Sancire dubia.Cic.3.de Lege agrar.9,Quæ dubia sunt,per vos sancire vult.Id est possessiones dubii iuris confirmare legis authoritate.

Edicto sancire ne.Cice. pro Flacco,51, Prætor sanxit edicto ne ex Asia exportari liceret. De frumento.

Execrationibus publicis sancire.Cicero 3.Offic.71,Quod Athenis execrationibus publicis sanctum est.Id est,De quo lege cautum est siquid admitteretur huiusmodi,&c.Budæus.

Exilium sancire.Tacit.lib.1,Multa sine dubio,sæuáque Augustus de moribus adolescentis questus,vt exilium eius Senatus cõsulto sanciretur,perfecerat.

Fidem sancire.Stat.5.Thebaid.31.

Fidem dextra sancire.Liuius 8.bel.Pun.183, Inchoata res iam antè de Masinissa,aliis atque aliis de causis dilata erat,quòd Numida cum ipso vtique congredi Scipione volebat,atque eiusdem dextra fidem sancire. Idem 1.ab Vrbe,5,Postquam audiuit cremata patria domo profugos sedem, condendáque vrbi locum quærere: & nobilitatẽ admiratũ gentis virique & animũ vel bello vel paci paratum, dextra data fidẽ futuræ amicitiæ sanxisse.

Fide sancire.Liu.5.bell.Pun.40,Congressi cũ Annibale,rursus fide sanxerunt,liberos Tarẽtinos, leges,suáq; omnia habituros.

Fœdera sancire. Virgil.12.Æneid.40, Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine sancit.

Fœdus capite vel sanguine alterius cũ aliquo sancire.Liu.5.bel. Pun.89, Nisi imperatoris, & eiusdem hospitis proditi capite ac sanguine fœdus cum hostibus sanxisset. Ibidem,lib.3.34, Iam ego,inquit,sanguine Annibalis sanciam Romanum fœdus.

Iusiurandum & iusiurando sancire. Liu.1.ab Vrbe,99, Pater patratus ad iusiurandũ patrandum,id est sanciẽdum,sit. Idem 9.bel.Maced.166,Nec Achæos religione obstringerent, irrita ea quæ iureiurando sanxissent,faciendi.

Leges sancire.Cicero 2.Tuscul.59,Cretum quidem leges, quas siue Iupiter,siue Minos sanxit de Iouis quidem sentẽtia,vt poetæ ferunt.

Leges de ambitu sancire.Cic.pro Plancio,35.

Legem sancire in aliquem.Horat.1.Serm.saty.3.14, -eheu Quàm temere in nosmet legem sancimus iniquam.

Orbẽ purgatum sanxerat Hercules.Propert.lib.4.eleg.10.15.

Pacem victoria sancit mundo.Claud.de bel.Getico,115.

Pœnas sancire malorum.Stat.3.Thebaid.49.

Pœna sancire aliquid.Cic.pro Plancio,35. Et ad Atticum,libro 10.192.3, Ego verò Solonis popularis tui,vt puto, etiam mei, legem negligam,qui capite sanxit,siquis in seditione non alterius partis fuisset.Id est multauit,vindicauit,puniuit.

Præcepta sancire. Quintil. lib.2.cap.13.4, Neque enim rogationibus,plebiue scitis sancta sunt ista præcepta.

Regnum ab Antonio Herodi datum victor Augustus sanxit. Tacit.lib.2.

Societatem sancire. Senec.de Benef.lib.2.cap.4, Quibus tam conuenit hæc adhortatio, quàm vobis, societatem humani generis sancientibus.

Sanctum est lege.Cicero 2.de Leg.96,Id quoque ne fieret,lege sancitum est. Cæs.7.bel. Gall.74,Habent legibus sancitum siquis quid,&c.

Erranti viam non mõstrare, quod Athenis execrationibus publicis sancitum est.Cic.3.Offic.71.

Communi iure Gentium sancitum.Cic.de Arusp.resp.28,Hoc si minus iure Ciuili perscriptum est,lege tamen naturæ cõmuni iure Gentium sancitum est.

Sanctus, Participium vsurpat Liuius lib. 10.ab Vrbe, De prouocatione legem diligentius sanctam.

Sanctus, Adiect. Decretum,& inuiolabile significat.Martianus De diuisione rerum,ait sanctum propriè dici,quod ab iniuria hominum defensum atque munitum est. Tractum à sagminibus hostibus,quas legati Populi Romani ferre solebant,nequis eos violaret. Iuuen.Satyr.14.7, -&sanctam filius omni
Aspiciat sine labe domum, vitióque carentem. Vlpianus de Verb.signif.scribit sanctum esse quod nec sacrũ,nec profanum est, sed sanctione aliqua firmatum: vt sanctæ leges, hoc est sanctione quadam subnixæ. Alii dicunt sanctum esse religiosum, sacrum,& incorruptum.Virgil.12.Æneid.39,
Sancta ad vos anima,atque istius inscia culpæ
Descendam. Id est incorrupta. Idem lib.11.31,
-túque ô sanctissima coniunx
Fœlix morte tua. Id est castissima. Vnde sanctus vir, dicitur integer moribus. Donatus, Sanctum dicitur, quod omni obseruatione inuiolatum est. Cic.2.Philip.71,Tãta enim est charitas patriæ,vt vestris etiam legionib⁹ sanctus essem,quòd eam à me seruatam esse meminissent.

Sanctus atque integer.Cic.pro Roscio Amerino,64.

Sanctus & innocens.Liu.2.bel.Maced.117.

Nihil iã sanctũ atque sẏncerũ in ciuitate.Cic.pro Quintio,3.

Ætate grandis natu, naturq sanctus & religiosus homo. Cic. pro Roscio Comœdo,16.

Sanctum,augustum,& religiosum.Cic.de Arusp.resp.10.

Ærarium sanctius,Vide **Aes**,æris. Cic.6.Ver.115,Primùm mihi literas publicas, quas in ærario sanctiore conditas habebant,proferunt.

Amicitiæ sanctũ nomen & venerabile.Ouid.1.Trist.eleg.7.3.

Amor sanctus.Cic.3.de Fini.104,Ne amores quidem sanctos à sapiente alienos esse arbitrantur.

Animal sanctius.Ouid.1.Metam.16.

Aula sanctior.Mart.lib.5.6,
Admittas tumidam,breuemque chartam
Intra limina sanctioris aulæ. Vide **Aula.**

Cõsiliũ sanctissimũ.Cl.in Catil.6,Hic,hic sunt in nostro numero p.c. in hoc orbis terræ sanctissimo, grauissimóq; cõsilio.

Concilium sanctum patrum.Horat.4.Carm.ode 5.1.

Di sancti. Ouid.3.Amor.eleg.8.9.

Fides inducîarum sancta.Liu.8.ab Vrbe,187, Samnites,infecta pace,quia de cõditionibus agebatur, inducias annuas ab vrbe retulerunt, nec earum ipsarum sancta fides fuit, adeò postquàm Papyrium abisse magistratu nuntiatũ est,arrecti ad bellandum animi sunt.

Fidem sanctam violare.Catull.de Lesbia,71.1.

Flumen sanctum.Virg.8.Æneid.25.

Fons sanctus. Cic.5.Tusc.51,Ex hoc igitur Platonis quasi quodam sancto, augustóque fonte nostra omnis manabit oratio. Virg.2.Georg.35.

Ius sanctum atque integrum.Cic.pro Rosc.Amerino,64.

Leges sanctæ.Horat.2.Serm.saty.1.17.

Memoria ſancta. Taci. Lib. 10, Quippe Sorani ſacta memoria.
Numina ſancta Palladis. Virg. 3. Æneid. 109.
Officium ſanctum & ſolenne. Cic. pro Quintio, 13.
Ornatus ſanctus. Quintil. lib. 8. cap. 3, Hic ornatus virilis, fortis & ſanctus ſit: nec effœminatam lenitatem, nec fuco eminentem colorem amet.
Præmia virtutis ſancta & caſta eſſe oportet. Cicero 1. de Legibus, 107.
Pietas ſancta. Sene. Octauia, 4. 13.
Sententia ſancta. Lucret. lib. 3. 75.
Firmiſſima & ſanctiſſima teſtimonia. Cic. pro Roſc. Comœdo, 16, Firmiſſimis enim & ſanctiſſimis teſtimoniis virorũ optimorum cauſa Roſcii communita eſt.
Vates ſanctiſſima. Virg. 6. Æneid. 13.
Vir ſanctiſſimus. Plancus ad Ciceronem, lib. 10. 11. 6, At Lateranſis vir ſanctiſſimus ſuo chirographo mittit mihi literas, meique. Plin. epiſt. 9. li. 2, Nam pater eius Erucius clarus vir, ſanctus, antiquus, diſertus. Ad mores perfectiſſimos, vitæq; integritatem refertur hîc SANCTVS.

Sanctè, Aduerbium, Auguſtè. Cic. pro Fonteio, 18, Cum his vos teſtibus veſtram religionem coniungetis? ab his quicquam ſanctè aut moderatè dictum putabitis? Idem ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 11, Ego te nunquam vlla in re dignum minima reprehenſione putaſſem, quum te ſanctiſſimè gereres, niſi inimicos multos haberemus.
Piè ſanctéque deum colere. Cic. 1. de Nat. deor. 77.
Auguſtè ſanctéque conſecrare aliquem. Cicero 1. de Natura deorum. 89.
Sanctè, Firmiter. Plaut. Capt. 13. 113, An tu dubium habebis etiam, ſanctè quum ego iurè tibi? Idem Rud. 17. 8, Iſto tu pauper es, quum nimis ſanctè pius. Terent. Hecyra, 1. 2. 16,
-nam poſtquam attendi
Magis, & vi cœpi cogere vt rediret, ſanctè adiurat
Non poſſe apud vos Pamphilo ſe abſente perdurare. Cic. ad Licinium, li. 5. 8. 13, Méque ea quæ tibi promitto ac recipio, ſanctiſſimè eſſe obſeruaturum, diligentiſſiméque eſſe facturum. Idem ad Sulpitium, lib. 13. 10. 1, Cum Lyſone Patrenſi eſt mihi quidem hoſpitium vetus, quam ego neceſſitudinem ſanctè colendam puto. Idem ad Atticum, lib. 1. 11. 11, Et hæc noſtra, quæ ſunt ſanctiſſimè conſeruata, ſuam religionem obtinebunt.
Id mihi eſt ſanctius & antiquius. Cic. Attico, lib. 12. 14. 1. 8.

Sanctor, Verbale, Qui aliquid ſancit. Tacitus lib. 3, Sed præcipuus Seruius Tullius ſanctor legum fuit.

Sanctio, ſanctiônis, Lex cum terrore pœnæ. Cic. pro Cornelio Balbo, 15, Primùm enim ſacroſanctum nihil eſſe poteſt, niſi quod populus, plébſve ſanxiſſet, deinde ſanctiones ſacrãdæ ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis aut pœnæ, quum caput eius qui contrà facit, conſecratur. Idem 6. Verr. 131, Niſi vehementius homini minatus eſſem, niſi legum ſanctionem, pœnámque recitaſſem, tabularum mihi poteſtas facta non eſſet. Et ad Atticum, libro 3. 65. 4, Sed vides nunquam eſſe obſeruatas ſanctiones earum legum quæ abrogarentur.
Fœderis ſanctio. Cic. pro Corn. Balbo, 19.

Sánctitas, pen. corr. ſanctîtâtis, Eſt (vt ait Cicero 1. de Nat. deor. 160,) ſcientia colendorum deorum. Idem 1. de Finib. 117, Iam ſi pudor, ſi modeſtia, ſi pudicitia, ſi vno verbo temperãtia, pœnæ aut infamiæ metu coercebuntur, nó ſanctitate ſua ſe tuebuntur. Et Poſt reditum in Senatu, 31, Mecum libertas, mecum etiam frugum hubertas, mecum deorum & hominum ſanctitates omnes & religiones aſſuerunt. Sic pro Cœlio, Si matrẽfamiliâs, ſecus quàm matronarum ſanctitas poſtulat, nominamus. Item 3. Philip. 134, Quod in iuuẽtute habemus illuſtrius exemplum veteris ſanctitatis?
Conſtituere ſanctitatem in aliquo, Vide Conſtituo.

Sanctimonia, ſanctimoniæ, Idem. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 11, Quæ mihi videntur ex hominum vita ad deorũ religionem & ſanctimoniã demigraſſe. Idem pro Quintio, 31, Quid mihi inquit, cum iſta ſumma ſanctimonia ac diligentia?
Habere domum clauſam pudori & ſanctimoniæ. Cicero pro Quintio, 63.
Nuptiarum ſanctimonia. Author ad Herennium, lib. 4. 199.

Sanctitudo, pen. prod. Idem, ſed antiquius. Accius Tereo, Alia hîc ſanctitudo eſt, aliud & nomen, & numẽ Iouis. Idem Phœniſſis, Delubra cæli tu maris ſanctitudines. Cic. libro 4. de Rep. 18, Eoſdem terminos hominum curæ, atque vitæ, ſic pontificio iure ſanctitudo ſepulturæ. Nonius.

Sanctuarium, ſanctuarii, Sacer locus, templum, ſacrarium.
Sanctuarium, ſiue ſanctuaria Mithridatis appellauit Plinius quæ alio loco arcana, lib. 33. cap. 8. 7, In ſanctuariis Mithridatis maximi regis deuicti Cn. Pompeius inuenit in peculiari commentario ipſius manu compoſitionem antidoti.

SANDALIOTIS, Sardinia inſula denominata eſt ab effigie ſandalii, hoc eſt ſolex, quam nonnulli Ichnuſiam vocant, à ſimilitudine veſtigii quod Græcè ἴχνος dicitur.

SANDANIS, vir fuit quidam Lydus, qui Cræſo ſuadere conatus eſt, ne bellum Perſis inferret. Herodotus lib. 1.

Sandapila, ſandápilæ, pen. corr. Genus feretri: Vnde Sandapilarii. Mart. lib. 1. 80,
Laxior hexaphoris tua ſit lectica licebit,
Quum tamen hæc tua ſit Zoile ſandapila. Idem lib. 8. 75,
Permutatur onus, ſtipatáque tollitur alte
Grandis in anguſta ſarcina ſandapila.
Fabri ſandapilarum. Iuue. Sat. 8. 18, Inter carnifices, & fabros ſandapilarum.

Sandalium, ſandalii, Calceamenti genus. Græci σανδάλιον calceum vocant. Terent. Eunuchio, 5. 8. 4, Vtinam tibi commitigari videam ſandalio caput.
Sandalium, Farris Gallici genus. Plin. lib. 18. cap. 7. 13, Galliæ quoque ſuum genus farris dedere: quod illi brance vocãt, apud nos ſandalium nitidiſſimi grani.

Sandaligérulus, pen. corr. Adiectiuum, Qui ſandalio vtitur. Plautus Trinum, 5 11.

Sandalarius Apollo dicitur eſt à vico, Cuius meminit Gellius li. 17, In ſandalario fortè apud librarios fuimus.

Sandálides, pe. cor. Palmæ genus, à ſimilitudine ſandalii dictum. Plin. lib. 13. cap. 4. 14. de palmis, Quarta, inquit, authoritas, ſandalidum à ſimilitudine appellatarum.

Sandaracha, ſandarachæ, Genus metalli quod inuenitur in argentariis & auratiis. Plinius lib. 34. cap. 18. 11, Sandarachæ quoque propemodũ dicta natura eſt. Inuenitur autẽ & in auratiis, & in argentariis metallis, melior quo magis ruſſa, quóq; magis virus redolens, ac pura, friabiliſque. Valet purgare, ſiſtere, excalefacere, perfodere. Idem lib. 35. ca. 6, Sandaracha quomodo fieret diximus, fit adulterina & ex ceruſſa, non in fornace cocta. Colos eſſe debet flammeus. Vitruuius architecturæ lib. 7, Ceruſſa verò quum in fornace coquitur, mutato colore ad ignẽ incendii ſandaracha fit. Id autem incendio facto ex caſu didicerũt homines: & ea meliorẽ vſum præſtat, quàm quæ de metallis per ſe nata foditur. Hinc cõſicere licet duplicem eſſe ſandaracham, metallicam & fictitiam.

Sãdarachinus, Adiectiuum: Color ſandarachinus. Næuius, Merula ſandarachino ore. Feſtus.

Sandarachâtus, pen. prod. Aliud adiectiuum, Cui ſandaracha admiſta eſt. Plin. lib 35. ca. 15. 4, Item lendes tollit in palpebris æris, aceto ſandarachato admiſto.

Sandaſtros, Gemma quæ & ſandaſer & ſandaſeriõ falſò nominatur. de qua abundè Plinius libro 37. cap. 7. 9, his verbis, Iſmenias verò negat poliri ſandaſtros propter teneritatem, & ob id in magno errore ſunt, qui ſandareſon vocant. Inter omnes conſtat, quantum numero ſtellarum accedat, tantum & pretio accedere. Affert errorem aliquando ſimilitudo nominis, ſandaſer, quod Nicanor ſandaſerion vocauit, alii ſandaſeron. Quidá verò hanc ſandaſtron, illam ſandareſon, in India naſcentẽ illam quoque, & loci nomen cuſtodientem mali colore, aut olei viridis, omnibus improbatam.

Sandix, ſandícis, pen. prod. m. g. Herba eſt delicatæ olfacturæ, breui caule, & in aliis fœniculo ſimilis. Virg. 4. eclg. 10, Sponte ſua ſandix paſcẽtes veſtiet agnos. Quem locum tamen quidam interpretantur pro colore, inter quos eſt Virgilius Marcellus.
Sandix, Genus coloris, authore Plinio lib. 35. cap. 6, Sandaracha (inquit) ſi torreatur, æqua parte rubrica admiſta, ſandicem facit.
Amictus ſandicis. Propert. lib. 2. eleg. 26. 9,
Illáque plebeio, vel ſit ſandicis amictu:
Hæc atque illa mali vulneris vna via eſt.

Sanè, Aduerbium, quandoque (inquit Valla) affirmatiuè ponitur. pro Certè: vt Ita ſanè. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 13, Sanè moleſtè Pompeium id ferre conſtabat.
Sanè, pro Quidem. Cic. in Verrẽ, Ad eum quem magiſtrum fuiſſe reperiebam, primùm veni: ſanè homini præter opinionem improuiſo incidi.
Herẽnius tribulis tuus ſanè homo nequã. Cic. Attico, lib. 1. 14. 7.
Sanè, Permiſſiua particula, quãdo aliquid aduerſario tribuimus: vt, Sit ſanè vtvis. Cicero, Quid enim habet commodi, quid non potius laboris? Sed habeat ſanè. Quintilianus, Tulerit ſanè filius noſter meritò pœnas, dederit ſpiritum ſupplicio. Hoc eſt, Eſto tulerit, fac tulerit.
Sanè, pro Valde aliquando ponitur: quando qui ſani ſunt, iidem & validi, vt ait Donatus. Sueton. de vita Cæſaris, Bellum ſanè difficillimum geſſit. Cic. de Senectute, 4, Rem haud ſanè

Scipio & Læli,difficilem. Liuius,Bellū haud ſanè incruẽtum.
Non ſanè,pro Non admodum.Cic.5.Tuſc.38,Mediocritatem vel perturbationum vel morborum mihi non ſanè probant.Id eſt,Non valde eos probo. Idẽ 1.de Finib.72,Poſt enim Chryſippum non ſanè eſt diſputatum.Budæus.
Sanè bene,pro Bene quidem.Cic.pro Quintio,7, Erat ei pecuaria res ampla,& ruſtica,ſanè bene culta & fructuoſa.
Sanè autẽ vellem obſequi voluntati tuæ.Cic.Appio,lib.3.5.13.
Et ſanè,Affirmatiuum eſt.Quintil.libro 1.cap.2, Et ſanè concipiat quis vel declamantis habitum, vel orantis vocem,inceſſum, pronuntiationem, illum denique animi & corporis motum,nónne,&c.
Sanè quàm.Cælius ad Ciceronem,lib.8.1.7, Sanè quàm eos ſermones expreſſit qui de eo tum fuerant,quum Romæ nos eſſemus. Brutus ad Ciceronẽ,li.11.13.8,Sanè quàm ſum gauiſus.
Nam quod de Pomponio Caninius,ſanè quàm refruxit.Cic. Q.fratri,l.b.1.10.6.
Sanè quidem,Permittentis.Terent.And.1.1.14,Nempe ergo apertè vis,quæ reſtant, me loquiꝰ. ſanè quidem. Cic.2.de Legib.14,Sanè quidem hercle.& eſt iſta rectè dicendi via. Idẽ 2.Tuſc.111,Id igitur ſi acciderit,ſimus armati.A.Sane quidẽ: ſed ne accidat prouidebo.
Sanè quód.Terent.Eunucho,4.7.15,
Sanè quòd tibi nunc vir videatur eſſe,hùc nebulo magnus eſt,
Ne metuas.
Ne ſit ſané.Cic.4.Acad.148,Negas tantam ſimilitudinem in rerum natura eſſe,pugnas omnino cum aduerſario facilime ſit ſanè videri rectè poteſt.
Nõ ſané.Cic.in Partit.9,Sempérne igitur ordinem collocãdi, quem volumus,tenere poſſumus? c.r. Non ſané.
Sanè ſi placet.Cic.in Partit.2.Viſne igitur, vt tu me Græcè ſolles ordine interrogare, ſic ego te viciſſim eiſdem de rebus Latinè interrogem? c. r. Sanè ſi placet.
Sanè tamen,In principio ſententiæ. Quintil.in Mathematico,Sanè tamen charitas patriæ priuatos vicerit metus.
Sanè quia verò.Terent.Eun.1.2.9, -quid taces?
r u.Sanè quia verò hæ mihi patent ſemper fores.Ironicon eſt.
Sanè, in principio ſententiæ.Cic.1.de Nat.deorum,64,Sanè reſtat,vt qualis eorum natura ſit,conſyderemus.Budæus.Vetus exemplar non habet ſané.
Sanè,pro Satis. Cic.Sopater, cum hoc illi improuiſum accidiſſet,commotus eſt ſané. Sic apud eundem ſæpe. Budæus.
Sanè,Multum.Terent.And.1.4.2,Sanè pol illa temulenta eſt mulier & temeraria.Donatus.
Non ita ſanè vetus.Cic.de Clar.Orat.10.
Rectè ſané.Terent.Adelph.4.2.48, -quid ibi facit?
s.Lectulos in ſole illigneis pedibus faciundos dedit,
Vbi poteris vos. d. rectè ſané.Vbi Donatus,Rectè ſanè,hîc ironia eſt,non approbatio.

Sanéſco,Vide **Sanus.**

SANGA, Plinio libro 4. cap.20, fluuius Cantabrorum in Hiſpania citeriori. Sanga præterea eſt ſerui nomen apud Terentium in Eunucho.

SANGARIS,penul.corr.fluuius Galogræciæ, qui per Phrygiam defluens,tandem in Propõtidem influit, vt ſcribit Seruius.Alio nomine dicitur Coralius,vulgò ζαγάρι.
Sangarius puer,Ganymedes.Stat.3.Syl.4.9.

Sanguis,/maſc.gen. quod & ſanguen,neut.gen.dixerunt veteres,vnde ſánguinis facit in genitiuo.pen.cor.Humor eſt in venis contentus. Cic.3.de Oratore, 111,
Quæ nemo eſt tam firmo ingenio,& tanta confidentia,
Quin refugiat timido ſanguine,atq; exalbeſcat metu.Ex poeta. Lucretius lib.1.171, -atque minutis
Viſceribus viſcus gigni,ſanguénque creari.
Amore ſanguinis aſper.Silius lib.1.30.
Dulcedine ſanguinis aſper lupus.Ouid.11.Metam.81.
Detractio ſanguinis,& Sanguinis miſſio,Celſo lib.2.ca.8.&9. & Sanguinem mittere,& Sanguinem detrahere, identidem leguntur. Quintil.lib.1.ca.10.4, Impleat ſe declamator aliquãdo,dum ſciat,vt quadrupedes,quũ viridi pabulo diſtentæ ſunt, ſanguinis detractione curantur.
Sanguis ærarii,per tranſlationem,pro Subſtãtia quæ in ærario continẽtur. Cic.5.Verr.70,Quæ quum de Pop.Rom.victu, de vectigalium nerui,de ſanguine detraxiſſet ærarii, Tertiæ mimæ condonauit.
Plenus ſanguinis homo,Sanguinis effuſionem appetens, ſanguine coinquinatus.Plaut.Bacchid.2.45,
Magiſtrón' quenquam diſcipulum minitarier?
Nil moror diſcipulos mihi eſſe tam plenos ſanguinis.
¶Ater ſanguis,Vide **Ater** adiectiuum.
Captiuus ſanguis,Vide Captiuus in **Capio.**
Conglobatus ſanguis,Vide **Conglobo.**
Craſſus ſanguis,Vide **Craſſus.**
Corruptus ſanguis.Claud.2.in Eutropium,4.
Generoſus ſanguis.Ouid.13.Metam.91.
Iuuenilis ſanguis.Ouidius 7.Metam.67.
Integer ſanguis,Vide **Integer.**
Largus ſanguis.Claudianus 8.Paneg.61.
Niger ſanguis.Ouid.11.Metam.66.
Rapidus ſanguis.Claud.6.Paneg.10.
Rutilus ſanguis.Lucan.lib.1.111.
Tetri ſanguinis profluuium.Lucret.lib.6.143.
Vænalis ſanguis.Valer.6.Argon.111.
Vitioſus ſanguis,& Verus,opponuntur.Cicero de Claris Oratoribus,155, Metuenique ne vitiolum colligeret, verum ſanguinem dependebat.
¶Rigens ſanguis aſtringit ſicca vulnera.Lucan.lib.4.60.
Claudere ſanguinem,Vide **Claudo.**
Pingui ſanguine concreui crines.Valer.3.Argon.58.
Concutitur ſanguis.Lucret.lib.3.51.
Detractus ſanguis venis.Lucret.lib.3.90.
Sanguis per venas in omne corpus diffunditur. Cicero 1. de Natura deor.108.
Pœnas dare ſanguine.Virg.2.Æneid.74.
Dare ſanguinem inuidiæ.Liuius, Dãdus inuidiæ eſt ſanguis, nihil ne ego quidem moror quominus Decemuiram abeam.
Alternum dare ſanguinem,dicũtur qui ſe inuicẽ vulnerant. Senec.Thyeſte,4.1,
Quis vos exagitat furor,
Alternum dare ſanguinem,
Et ſceptrum ſcelere aggredi?
Duratur ſanguis,Hoc eſt concreſcit. Quintil.Declamat.1, Enitorum largus ille ſanguis circa tuos duratur artus.
Egeſtus ſanguis per immenſos fletus.Ouid.10.Metam.18.
Emicat ſanguis.Lucret.lib.4.111, -& illam
Emicat in partem ſanguis,vnde icimur ictu.
Corruptus ſanguis & pleni naribus ibat.Lucret.lib.6.141.
Ne iudicio iniquo exorbeatur ſanguis tuꝰ. Cic.1.de Orat.114.
Flumen ſanguinis expirans de pectore.Lucret.lib.1.71.
Fuſo per venas ſanguine extinguitur.Tacitus lib.10.De cæde Calphurnii Galeriani.
Facere ſanguinem.Liuius 2.ab Vrbe,130,Plúſque ibi ſanguinis promiſcua omnium generum cæde, quàm in ipſa dimicatione factum.
Feruefcit ſanguis. Perſius Satyr.3.11.
Fúdere ſanguinem de rege,Hoc eſt ob regem.Curtius lib.10, Iterum non de regno Alix,ſed de Rege ipſis ſanguinẽ eſſe fũdendum. Bella ciuilia quæ mortem Alexãdri ſequuta ſunt,mẽtibus augurabantur militũ,quum regiam dignitatem ad ſe trahere quiſque niteretur. Ob quas diſcordias ſibi tandem moriẽdum prænuidebant.
Gelidus ſanguis hebet tardante ſenecta.Virg.5.Æneid.89.
Inficere æquor ſanguine.Horat.3.Carm.ode 6.7.
Inficere rnos rubro ſanguine.Hora.3.Carm.ode 13.2.
Luere quippiam ſanguine,Vide **Luo.**
Madens veſtis ſanguine,Vide **Madeo.**
Multo ſanguine manat cicatrix.Senec.Troade,3.11.
Lethifero ſanguine miſcetur orbis.Ouid.1.Faſt.15.
Mittere ſanguinem,Vide **Mitto.**
Miſſus ſanguis è corpore.Lucret.lib.2.39.
Mittere ſanguinem dicuntur oratores, quum aduerſariorum argumẽta ita ſoluũt, vt cauſa ipſa ſtare nõ poſſit. Vnde Quintilianus lib.8.cap.6,Illa agendis cauſis iam detrita,Pedem conferre,& Iugulum petere,& Sanguinem mittere, inde ſunt: nec tamen offendunt.
Frigidꝰ obſtiterit circum præcordia ſanguis. Virg.2.Geor.97.
Perfuſus ſanguine. Quintil.lib.6.cap.1.24,Et veſtes ſanguine perfuſas videmus.
Calido ſanguine perſolues pœnas mihi.Virg.9.Æneid.84.
Pœnas cum ſanguine poſcere.Virg.2.Æneid.15.
Sanguis reliquit corpus.Ouid.3.Metam.8.
Saliens vena ſanguine.Virg.3.Georg.92.
Ferrum ſatiare ſanguine.Ouid.5.Faſt.115.
Sitire ſanguinem. Seneca Troade,10.10, Cinis ipſe noſtrum ſanguinem,ac tumulus ſitit.
Spumans ſanguine Tybris.Virg.6.Æneid.18.
Scelerato ex ſanguine ſumit pœnam.Virg.11.Æneid.190.
In corpus vocatus ſanguis.Ouid.1.Metam.47.
Sanguine tum credunt in corpora ſumma vocato
Æthiopum populos nigrum traxiſſe colorem.

Globos sanguinis vomens. Ouid. 12. Metam. 48.
Rinos sanguinis vomens. Virg. 11. Æneid. 134.

¶ Sanguis, pro Vigore & vi. Cic. ad Atticum, lib. 4. 8. 5. 13, Amisimus, mi Pomponi, omnem succum & sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam ciuitatis nulla est Resp. quæ delectet, in qua acquiescam.

¶ Sangnis, Progenies. Virgilius 1. Æneid. 5,
-Troiano à sanguine duci Audierat.
Author sanguinis. Virg. 7. Æneid. 10,
-Fauno Picus pater, isque parentem
Te Saturne refert: tu sanguinis vltimus author.
Degener sanguinis. Stat. 9. Thebaid. 114,
-posuique trementem
Ante tuos confessa pedes: nec degener ille
Sanguinis, inque meos reptauit protinus artus.
Claro sanguine genitus. Senec. Octauia, 4. 6.
Obscuri sanguinis deformes ortus. Stat. 5. Sylu. 3. 24.
Alto à sanguine genus. Virg. 4. Æneid. 46.
Hortamur tari quo sanguine cretus. Virg. 1. Æneid. 15.
Sanguis regius. Horat. 3. Carm. ode 17. 13.
Aureus sanguis, Proles aurea sub Saturno. Stat. 3. Theb. 112.

¶ Paternus & maternus sanguis. Cic. pro Rosc. Amerino, 40, Magnam vim, magnam necessitatem, magnáque possidet religionem paternus maternúsque sanguis.

Cognatio sanguinis Trãsalpini. Cic. Post red. in Senatu, 13, Is non me, quanquam equidem non cognorat eum, propter Pisonum affinitatem, quam longè hinc ab hoc genere cognatio materna Transalpini sanguinis abstulisset.

Chari sanguinis vincula, Consanguinitas. Propertius libro 1. elegia, 14. 4.
Alphesibœa suos vita est pro coniuge fratres,
Sanguinis & chari vincula rupit amor.
Gradu sanguinis propior. Ouid. epist. 3. 6.
Nomina sanguinis, Nomina affinitatis: vt pater, frater, soror, &c. Ouid. 9. Metam. 94, de Byblide quæ fratrem amabat,
Iam dominum appellat, iam nomina sanguinis odit,
Byblida iam mauult, quàm se vocet ille sororem.
Cognatus sanguis. Virg. 12. Æneid. 6,
Victus amore tui, cognato sanguine victus,
Coniugis & mœstæ lachrymis, vincla omnia rupi.
Consors sanguis. Ouid. 8. Metam. 89, -calidúmque prioris
Cæde recalfecit consorti sanguine telum. Id est occidit etiam fratrem eius.
Attingere aliquem sanguine, Vide Attingo.
Cohærere sanguine alicui, pro Affiné esse. Quintil. lib. 8. ca. 3, Vt medici abalienata morbis membra præcidunt, ita turpes ac pernicioſos, etiam si nobis sanguine cohæreant, amputandos.
Coniungi sanguine alicui, Idé. Cic. 2. de Inuent. 170, Pietatem quæ erga patriam, aut parentes, aut alios sanguine coniunctos officium conseruare moneat.

Sanguineus, Adiectiuum, Ad corpus aliquando refertur, & Plenũ sanguine significat. Aliquando ad animum, pro crudeli, cruentóque. Apuleius, Immani ab sanguinea voce perterruit.
Oculorum acies sanguinea, Vide Acies.
Bellum sanguineum. Stat. 5. Thebaid. 1.
Cædes sanguinea. Ouid. 13. Metam. 17.
Caput sanguineum. Ouid. 3. Trist. eleg. 9. 6.
Color sanguineus. Plin. lib. 14. cap. 3. 1, Huius folia prius quàm decidant, sanguineo colore mutantur.
Guttæ sanguineæ. Ouid. 1. Metam. 71.
Imber sanguineus. Cic. 2. de Diu. 89, Nec lapideus aut sanguineus imber.
Mora sanguinea. Virg. 6. eclog. 5.
Pulmo sanguineus. Plin. lib. 11. cap. 37. 75, Costæ nulli nisi sanguineum pulmonem habenti.
Rixæ sanguineæ. Horat. 1. Carm. ode 17. 1.
Virga sanguinea, cuius cortex ad sanguinis similitudinem rubet. Plin. lib. 24. ca. 10. 1, Nec virga sanguinea fœlicior habetur. Cortex eius interior cicatrices quæ præsanauere aperit. Idem, Siquis duas virgas sanguineas manu tulerit.

Sanguiculus, Sanguiculi, pen. corr. Sãguis hœdi siue suis in cibum formatus. Plin. lib. 28. cap. 14. 7, Vtuntur ad vtrunque vitium & coagulo hœdi in vino myrtite, magnitudine fabæ poto: & sanguine eiusdem in cibum formato, quem sanguiculum vocant.

Sanguinolentus, Adiectiuum, Plenus sanguinis, & sanguine conspersus. Varro de vita Pop. Rom. Itaque propter amorem imperii, magistratus grauatim seditionibus sanguinolétis vrbẽ perturbauere. Author ad Heren. lib. 4. 11, Sanguinolenta palma.
¶ Color sanguinolentus. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 3.
Littera sanguinolenta, Quæ exitio sit alicui. Ouid. in Ibin, 1,
Nullaque, quæ possit, tot scriptis millibus, extat
Littera Nasonis sanguinolenta legi.
Pectora sanguinolenta. Ouid. epist. 3. 10.

Sanguinarius, Aliud adiectiuum, Sæuus, crudelis. Cic. Itaque grauem illam ac sanguinariam vocem audiuimus. Sic Sanguinarius homo, Qui gaudet humano sanguine.
Iuuentus sanguinaria. Cic. Attico, lib. 2. 11. 4.
Nuntius sanguinarius. Plin. lib. 19. cap. 4. 1, Tarquinius nuntium illum sæuũ atque sanguinarium filio remisit ex horto.
Sentẽtia sanguinaria. Plin. epist. 87. b, De huius nequitia, sanguinariſque sententiis in commune omnes super cœnam loquebantur. Id est, iis quos morti adiudicauerat.
Herba sanguinaria dicta est, cuius succus infusus naribus, supprimit sanguinem. Colum. lib. 7. cap. 5. 15, Est etiam grauis pernicies herbæ sanguinariæ, quam si pasta est ouis, toto ventre distenditur, contrahitúrque, & spumam quandam tenuem tetri odoris expuit.

Sanguinâlis, & hoc sanguinâle, pe. prod. vt Sanguinalis herba, eadem quæ Sanguinaria. Colum. lib. 6. ca. 11, Possunt etiã (vt Cornelius Celsus præcipit) lilii radix, aut scylla cum sale, vel sanguinalis herba, quam αἱμόρροϊν Græci appellant, vel marrubiũ, seu ro recluſa sanare.

Sánguino, sánguinas, penul. corr. sanguinare, Sanguine manare. Quintil. in Declamat. 10, Tum repetitis sanguinauere planctibus iam conualescẽtes lacerti. Et paulo post, Mulier quæ sanguinantes ad iudicem porrigit lacertos. Ibidem, non procul à fine, Quando nõ liuidũ pectus & sanguinantes vidit lacertos?
Eloquentia lucrosa & sanguinans. Tacit. in Dialogo de Oratoribus, Nam lucrosæ huius, & sanguinantis eloquẽtiæ vsus, recens & malis moribus natus.

Sanguisũga, sanguisũgæ, penult. prod. Vermis in aqua degens, qui & hirudo dicitur. Plin. lib. 32. cap. 7. 9, Idem præstare sanguisugarum cinis ex aceto illitus putatur. Idem libro 8. cap. 10. 3, Cruciatum in potu maximum sentiunt hausta hirudine, quam sanguisugam vulgò cœpisse appellari aduerto.

Sanies/ saniẽi, fœm. gen. Celsus lib. 5, Sanguis omnibus notus est. Sanies est tenuior hoc, variè crassa, & glutinosa, & colorata. Pus crassissimũ albidissimúmque, glutinosius & sanguine & sanie. Exit autem sanguis ex vulnere recenti, aut iam sanescente: sanies est inter vtrunque tempus. Pus ex vlcere iam ad sanitatẽ spectante. Virg. 8. Æn. 96, -& sanie, taboque fluentes. Cice. in Pisonem, 34, Saxa spargens tabo, sanie, sanguine atro. Idem 1. Tuscul. 171.
Putris sanies. Stat. 11. Thebaid. 114.
Sanguis electat saniem per ora. Lucan. lib. 3. 131.
Emittere saniem conjecto ferro. Ouid. 7. Metam. 68.
Eructare saniem. Virg. 3. Æneid. 27.
Tabificam expirant saniem. Silius lib. 6. 56.
Serpentium sanies. Senec. Medea, 9. 13,
Mortifera carpit gramina, ac serpentium
Saniem exprimit: miscétque obscœnas aues.
Vomunt saniem serpentes. Ouid. 4. Metam. 99.
¶ Sanies, pro Infectura. Pli. lib. 9. ca. 38. 2, Rursúsque mergitur carminata, donec omnem ebibat saniem.
¶ Oleæ sanies, pro Fœce. Plin. li. 15. ca. 3. 1, Oliuæ constant nucleo, oleo, carne amurca: Sanies est hæc eius amara.

Saniôsus, pen. prod. Adiectiuũ, Sanie & impuro sanguine conspersus. Plin. lib. 7. ca. 15. 4, Ergo quum grandis fluxit, inualidi, aut non vitales partus eduntur, aut saniosi, vt author est Nigidius.

Sanitas/ sanitâtis, vide Sanus.

Sanna/ sannæ, Solutus derisus dicitur, à narium sonitu. Iuuen. Saty. 6. 31, I nunc, & dubita qua sorbeat aera sanna Tullia.
Postica sanna. Persius Sat. 1. 7, -quos viuere fas est
Occipiti cæco, posticæ occurrite sannæ.

SANNAVS, lacus, de quo Plinius lib. 2. cap. 103, Lacus Sannaus in Asia circunnascente absynthio inficitur.

Sannio, sanniônis, Qui soluto risu, & contortis corporis totius partibus, immoderatam quandam aliorum deridendi formam effingit, & aliorum mores inepto quodam gestu per cõtemptum exprimit, vt stultus propemodum videatur, ac ridiculus. Cicero lib. 1. de Orat. 139, Quid enim potest esse tam ridiculum, quàm sannio est: sed ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso. Idem ad Papyrium, lib. 9. 16. 26, Salis enim satis est, sannionum parum.

Sano/ sanas, Vide Sanus.

Sanqualis/ huius sanqualis, pen. corr. f. g. Auis, de qua sic Plinius lib. 10. ca. 7, Sanqualem auem atque immussulum, augures Romani in magna quæstione habent. Immussulum aliqui vulturis pullum arbitrantur esse, & sanqualé ossifragæ. Massurius sanqualem ossifragam dicit esse: Immussulũ autem pullũ aqui-

Ix prius quàm albicet cauda.

Sampſucus/ſanſuci,pen.prod.fœm.gen.Herba,amaracus aliàs dicitur,& ſampſuchos,& ſamſucus. Plinius lib.13.cap.1.8,Optimum huic in Cypro & Mitylenis, vbi plurima ſamſucus. Vide **Sampſucus.**

Sanſúcinus,ſiue ſamſúcinus,pen.cor.Adiectiuum, Quod factum eſt ex ſanſuco:vt Sanſucinum oleum. Plin.lib.13.cap.1,Miſcentur & viliora genera olei myrto,lauro,qb° additur ſamſucinũ.

Santalum/penul.corr.(quod vulgus noſtrum *ſandalum* vocat) Græcis recentioribus,inquit Ruellius,lignũ eſt quod India mittit.Huius tria genera apud pharmacopolas,cãdidum, rubrum, luteum: quibus ſimul commiſtis, fit compoſitio vulgaris quæ triaſandali appellatur,vel triũ ſandalorũ,ad roborandũ vẽtriculum,& cardiacos affectus.Quinetiam nullæ non ferè medicorum potiones hodie his ſantalis imbuuntur,vt gratiam à ſumentibus ineant,& aliquid iucundi ſaporis habeant.Ex Ruellii commentariis.

Santerna/ſanternæ,eadem quæ & chryſocolla.Plin.lib.33.ca.5.6,Chryſocollam & aurifices ſibi vendicant agglutinando auro,& inde omnes appellatam ſimiliter vrentes dicunt.Temperatur autem ea Cypria æruginc,& pueri impubis vrina, addito nitro.Teritur Cyprio ære in Cypriis mortariis:ſanternã vocant noſtri. Idem lib.34.cap.11.1.

SÁNTONES,& Sántoni, ſiue Xántones,pen.corr.& Xantónici, populi Galliæ,non longè à Toloſatium finibus,quæ ciuitas eſt in prouincia,vt Cæſar comment. lib.1.36,ſcribit. Lucan.lib.1.85, -gaudétque amoto Santonus hoſte. Iuuen.Satyr.8.16, Tempora Santonico velas adoperta cucullo. Mart.lib.14.133, Gallia Santonico veſtit te bardocucullo.Vulgò *Xaintonge.*

Oceani littora Santonici.Tibull.lib.1.eleg.7.1.

Santonica herba, quam abſynthium Santonicum vocat Plinius libro 27. cap.7. 1,à Galliæ ciuitate nomen accepit, eſtque abſynthii genus illud quod nobis in vulgari vſu eſt. Colum.li.6. cap.15,Poteſt etiam cum arida fico & eruo conteri herba ſantonica,& formata in offam, ſicut ſaluiatum demitti.

Santonum portus, Ptolemæo libro 2.cap.7, Galliæ vrbs. Vulgò *La rochelle.*

Santonum promontorium in Gallia, Ptolemæo libro 2.ca.7. Vulgò *Blye.*

Sanus/ Adiectiuum,Integer & incorruptus,bene habens.Cic. pro Seſtio,119, Non ea eſt medicina, quum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur. Idem pro Seſtio,84, Qui integri ſunt, & ſani.

Medicamento ſanũ fieri. Cic.3.Offic.114,Si quis medicamentum cuipiam dederit ad aquam intercutem,pepigeritque ſi eo medicamento ſanus factus eſſet,&c.

Sanum facere aliquem.Cic.2.Philipp.101,Quaſi medicus ille te ſanum feciſſet.

Fieri ſanum ex morbo.Cato cap.157.8,Quamplurimum ederit,tam citiſſimè ſanus fiet ex eo morbo.

Nec quiſquã ex illo vulnere ſanus abit. Propert.li.2.ele.13.3.

¶Sanus,ad animum tranſlatum.Plaut.Amph.4.148,Hic homo ſanus non eſt. Terẽt.Eun.5.5.8, Quid mihi quæram:ſanus ſimi,ánne inſaniam? Idem Heaut.4.3.19,Satin' ſanus es,aut ſobrius? Sic Cic.1.de Diuin.141,Sanus homo.

Pro ſano aliquid facere.Cæſar 5.bel.Gal.19,Qua re nuntiata, Cæſar intermiſſa profectione, atque omnibus rebus poſtpoſitis,magnam partem equitatus ad eum inſequendũ mittit, retrahique imperat. Si vim faciat,neque pareat, interfici iubet. Nihil hunc ſe abſente pro ſano facturum arbitratus,qui præſentis imperium neglexiſſet.

Homo ſanus,cui opponitur Furioſus.Cic.4.Acad.154.

Malè ſanus,Id eſt inſaniens.Cic.Attico,lib.9.188.7.

Mentis ſanus. Plaut.Trinum.8.43.

Satin' tu ſanus mentis,aut animi tui,qui conditionem Hanc repudies?

Mens benè ſana.Horat.1.Serm.ſat.9.9.

Homo ſanæ mentis.Cic.1.de Nat.deor.63,Eſſe igitur deos ita perſpicuum eſt, vt id qui neget, vix eũ ſanæ mentis exiſtimẽ. Idem 3.Verr.118. Liuius 1.bel.Maced.94,Hos ſi ſocios aſpernamini,vix ſanæ mentis eſtis.

Mentis ſanæ vix compos.Ouid.8.Metam.8.

Mente ſana ſcribere.Cic.Attico,lib.9.175.4, Miſi etiã Cæſaris ad eos ſana mente ſcriptas literas: quomodo in tanta inſania?

Sana Reſpub.Cic.Cornificio,lib.12.23.6,Nullam partẽ & ætatem ſanæ ac ſaluæ Reip.guſtare potuiſti.

Sanior.Horat.2.Serm.ſat.3.49, -qui ſanior,ac ſi Illud idem in rapidum flumen,iacereve cloacam.

Saniores oratores. Cic.de Claris Ora.25,Rhodii ſaniores & Atticorum ſimiliores.De oratoribus.

Sanè,Aduerbium:vt Bacchari ſanius.Hora.2.Carm.ode 7.6.

Sánitas,pen.cor.ſanitãtis.Quintil.lib.5.cap.10,Si robur corporibus bonum non eſt,minus ſanitas.

Petere ſanitatẽ ægri. Quintil.lib.2.ca.17.15,Et medicus ſanitatem ægri petit.

¶Sanitas,Pro bono ſtatu mẽtis, & animo quieto ac tranquillo.Cic.ad Caſſium,lib.12.10.1,Quibus tamen ad ſanitatẽ redeũdi ante Cal.Septemb.poteſtas facta eſt.

Animi ſanitas.Cic.3.Tuſc.16,Ita fit vt ſapiẽtia,ſanitas ſit animi,inſipiẽtia autem quaſi inſanitas quædam,quæ eſt inſania, eademque dementia.

Inſulſitatem & inſolentiam tanquam inſaniam quandã orationis odit,ſanitatem autem & integritatem quaſi religionem & verecundiam oratoris probat.Cic.de Clar.Orat.156.

Eloquentia omnem illam ſalubritatẽ Atticæ dictionis quaſi ſanitatem perdidit.Cic.de Clar.Orat.25.

Qui incorrupta ſanitate ſunt.Cic.de Opt.gen.Orat.145.

Suum quenque ſcelus de ſanitate ac mente deturbat.Cic. in Piſonem,136.

Alienus à ſanitate. Cic.pro Sylla,61, Adeóne vobis alienus à ſanitate,adeò oblitus conſtantiæ meæ, adeò immemor rerum à me geſtarum eſſe videor?

Sano,ſanas,ſanare,Sanum facere.Cic.3.de Nat.deorum,99, Nec enim Hercule nocere Deianira voluit, quum ei tunicam ſanguine Centauri tinctam dedit, nec prodeſſe Phereo Iaſoni is, qui gladio vomicam eius aperuit quam ſanare medici non potuerunt. Idẽ 4.Tuſcul.131,Citiúſque repentinus oculorum tumor ſanatur,quàm diuturna lippitudo depellitur.

Corpora vix ferro quædam ſanantur. Ouid.1. de Remed.27.

Medicina ſanat dolores.Propert.lib.2.eleg.1.11.

Carmine & herbis ſanare.Ouid.10.Metam.80.

Vulnera ſanare.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.5.

¶Sanare vulnera Reip.per tranſlationem. Cic.4.de Fin.128, Quæ hic Reip.vulnera imponebat,eadem ille ſanabat.

Quos quidem ego, ſi vllo modo fieri poſſet, non tam vlciſci ſtudeo,quàm ſanare,& ipſos placare Reip.Cic.2.in Catil.47.

Sanare animos & mẽtes conſolatione. Cæſar 8.bel.Gall.133, Timentes omnium animos conſolatione ſanat. Idem 1.bel. Ciuil.139, Reliquáque,quæ ad eorum ſanandas mẽtes pertinere arbitrabatur,commemorat.

Curas ſanare.Tibul.lib.2.eleg.3.3,Nec potuit curas ſanare ſalubribus herbis.

Leuare doloré,minus quàm ſanare.Cic.Titio,lib.5.16.3,Quæ leuare dolorem tuum poſſet,ſi minus ſanare potuiſſet.

Vina ſanabunt malum.Propert.lib.3.eleg.17.2.

Natiuum malum ſanare. Cic.pro Domo ſua,9.

Ægrã & labentẽ Remp.ſanare & cõfirmare.Cic.pro Milone.

Remediis ſanare. Cic.7.Verr.94, Anariticæ vulnera crudelitatis remediis poſſe ſanare.

Sanatio,Verbale. Cic.3.Tuſc.9, Quúmque ad corporum ſanationem multum ipſa corpora & natura valeãt: nec omnes qui curari ſe paſſi ſunt, continuò etiam conualeſcant? Ibidem,4.53, Eorum igitur malorum in vna virtute poſita ſanatio eſt. Ibidem,96,Hæc eſt propria & certa ſanatio,ſi docear,&c.

Sanábilis,& hoc ſanábile,penult.corr.Quod facilè ſanatur.Cic.4. Tuſcul.131,Qui autem natura dicuntur iracundi,aut miſericordes,aut inuidi, aut tale quid, ii ſũt eiuſmodi cõſtituti quaſi mala valetudine animi,ſanabiles tamen. Plin.lib.19.ca.4.7,Aſpides percuſſos torpore & ſomno necant, omnium ſerpentium minimè ſanabiles.

Genus vulneris ſanabile.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.12.

Vulnus ſanabile.Ouid.1.de Remed.amor.11.

Saneſco,ſaneſcis,ſanéſcere, Sanum fieri.Columella lib.8.cap.7.4, Sed vulnera facta igne, dum ſaneſcunt, defricare bubula vrina conuenit. Plin.lib.17.cap.23.16, Diu enim dolent talia quoque vlcera,& difficilè ſaneſcunt.

Sapa,ſapæ,A ſapiditate dicitur,& eſt vinum coctum ad tertias. De quo Plinius lib.23.cap.2.3, Vino cognata res ſapa eſt, muſto decocto,donec tertia pars ſuperſit.Ex albo hoc melius. Idẽ lib. 9.cap.56.1, de cochleis, Quin & ſaginam earum cõmentatus eſt ſapa & farre,aliiſque generibus. Varro 3.de Re ruſt.cap.14.4. Purpurea ſapa.Ouid.4.Faſtorum,157.

Saperda/ſaperdæ,Quaſi ſapiens & elegãs. Varro Modio,Omnes videmur nobis eſſe belli,ſaperdæ,feſtiui,quũ ſimus canopi. Nonius.

¶Saperda,Genus conchæ mali ſaporis, & nonnunquam pro ſterquilinio ponitur.Perſius Satyr.5.14,Et quid agam rogitas? en ſaperdam aduecto Ponto.

Sapidus/**Sapiens**/**Sapientia**/Vide **Sapio.**

Sapinus/ſapini,pen.prod.fœm.gen.Pars abietis inferior dici-

tur,quæ enodis est:sicut superior, quæ nodosa est,duriórq;,fusterna. Factũ est tamen postea vt vulgus nostrũ arborẽ ipsam totam,sapinum appellarit. Plin.lib.16.ca.39.8, Abietis quæ pars à terra fuit, enodis est:hæc qua diximꝰ ratione fluuiata decorticatur,atque ita sapinꝰ vocatur:superior pars nodosa duriórque, fusterna. Et in ipsis antẽ arboribus robustiores Aquilonix partes. Et in totum deteriores ex humidis opacisque: spissiores ex apricis & diuturnæ. Idco Romæ infernas abies supernati præfertur.

Sapineus, Adiectiuum. Colum. lib. 12. cap. 52, Alii nucibus sapineis ardentibus idem efficiunt.

Sapio, sapis, sapiui vel sápii, sapitum, pen. pro i. vel sápui, sápitum, pen. corr. Sápere, Propriè pertinet ad sensum gustus: dicitúrque res ipsa sapere, quæ aliquem habet saporem. Iuuen. Saty. 11. 9, Qui meminit calidæ sapiat quid vulua popinæ.

Iucundissimè sapit. Colum. lib. 7. cap. 8. 2, Nec dubium, quin sicci ramulis glaciatus caseus iucundissimè sapiat.

Mare sapit. Plin. lib. 14. cap. 7. 1, Lesbium sponte naturæ suæ mare sapit. De vino Lesbio.

Palatus sapit. Cic. 1. de Finib. 41, Nec enim sequitur, vt cui cor sapiat, ei nó sapiat palatus. Hoc est, de saporibus rectè iudicet.

¶ Sapere, ad animum transfertur, pro Sapientem esse, seu rectam sententiam vel opinionem habere. Plaut. Merc. 19. 40, Fœliciter is sapit, qui periculo alieno sapit. Idẽ Mil. 10. 161, -vt docte & perspecte sapit. Et Rud. 11. 8, Pol magis sapuisset, si dormisset domi. Terent. Adelph. 3. 3. 51,

Istuc est sapere, non quod ante pedes modò est
Videre, sed etiam illa quæ futura sunt
Prospicere. Ibidem, 5. 3. 41,
-video eos sapere, intelligere, in loco
Vereri, inter se amare. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 3, Nã quid ego de Cicerone dicam: qui quum primum sapere cœpit, acerbissimos dolores miseriásque percepit. Mart. lib. 9. 6,
Nubere vis Prisco, non miror Paula, sapisti:
Dicere te non vult Priscus, & ille sapit.

Sapit pectus illi. Plaut. Trucul. 15. 14, Versipellem frugi conuenit esse hominem, pectus cui sapit.

Rem suam sapit. Plaut. Pseud. 7. 81, Desiste. rectè ego meam rem sapio. Hoc est, scio quid mihi agendum sit.

Sapere sibi semitam. Cic. 1. de Diui. 116, Qui sibi semitam nõ sapiunt, alteri monstrant viam. Ex Poeta.

Sapiunt malè miseri. Plaut. Merc. 18. 8, Hi quidem confestim pereunt, atque malè sapiunt miseri.

Sapere pleno pectore. Plautus Epidico, 598, Sapit hic pleno pectore.

Sapius plus, vel satis. Plaut. Epid. 5. 78,
Vos priores esse oportet, nos posterius dicere,
Quod plus sapitis. Idem Trinum. 10. 10, Sat sapio, satis in rem quæ sint meam, ego conspicio mihi.

Sapere recta. Cicero ad Atticum, lib. 14. 303. 2, Nam ista quidẽ Cæsaris libertorum coniuratio facilè opprimeretur, si recta saperet Antonius.

Sapere ad. Plaut. Persa, 4. 17, Sapis multũ ad genium. Hoc est, Nosti probè curare cuticulam, & indulgere genio.

Sapere in. Plautus Truc. 18. 1, Blittea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino ad rem suam.

Intelligere & sapere. Cic. 1. Offic. 69, Quem qui audiunt, intelligere etiam & sapere plus quàm cæteros arbitrantur.

Aliquid sapere. Cic. Curio, libro 7. 19. 3, Quanquam quis, qui aliquid sapiat, nunc esse beatus potest?

Nihil sapere. Cic. 1. de Diuin. 111, Quasi verò quidquã sit tam valde, quàm nihil sapere, vulgare. Idem in Verrem, Hic planè nihil sapit.

Per se sapere. Horat. in Arte, 74.

Sapiens, sapientis, Qui sapit. Cic. 1. Offic. 16, Vt enim quisque maximè perspicit quid in quaque verissimum sit, quique & acutissimè & celerrimè potest videre & explicare ratione, is prudentissimus & sapientissimus rité haberi solet. Idẽ pro Cluentio, 68, Sapiẽtissimum esse dicunt eũ, cui quod opus sit, ipsi veniat in mentem: proximè accedere illum, qui alterius bene inuẽtis obtẽperet. Idem de Amicitia, 6, Athenis vnum accepimus, & eum quidem Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum.

Misera mors sapienti non potest accidere. Cic. 4. in Catil. 75.

Sapiens ad. Cic. 10. Philipp. 281, Quis aut sapientior ad coniecturam rerum futurarum?

Ad normam alicuius sapiens, Vide **Norma**.

Operis sapiens. Horat. 1. Serm. sat. 3. 17.

Facere sapientem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 4, Non quia ceratinæ aut crocodilinæ possint facere sapientem, sed quia, &c.

Formare sapientem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 3.

Iudicatus sapiens, Vide **Iudico**.

¶ Ætas sera & sapientior. Ouid. 1. de Arte, 13.

Consilium sapiens. Ouid. 15. Metam. 87.

Excusatio sapiens. Cic. Attico, lib. 6. 160. 1.

Mores sapientes. Plaut. Rud. 17. 15, Quum illos sapientes mores monstrabunt populo.

Nutrices sapientes. Quintil. lib. 1. cap. 1. 3.

Populus sapiens. Horat. 1. epist. 1. 4.

Puellã sapiens. Ouid. 10. Metam. 114.

Vir bonus & sapiens. Horat. 1. epist. 7. 5.

¶ Sapientior & hoc sapientius. Tacit. lib. 3, Cæteri ad sapiẽtiora conuertere.

Sapientia, sapientiæ, Est (vt ait Cicero 4. Tusculan. 90.) rerum diuinarum & humanarum scientia, cognitióque, quæ cuiusque rei causa sit. Idem 1. Offic. 6, Sapientia est, vt à veteribus philosophis definitum est, rerum diuinarum & humanarum, causarúmque, quibus hæ res continentur, scientia.

Ita sit mater omnium bonarum rerum sapientia: à quoius amore, Græco verbo Philosophia nomẽ inuenit. Ci. 1. de Leg. 87.

Sapientia, hominis custos & procuratrix. Cic. 4. de Finib. 17.

Sapientia, moderatrix omnium rerum. Cic. 1. de Inuent. 8.

Princépsque omnium virtutum est illa sapientia, quam φρόνησιν Græci vocant. Cic. 1. Offic. 214.

Doctores sapiẽtiæ, pro Philosophis. Tacit. lib. 14, Etiã sapiẽtiæ doctoribꝰ tẽpus imperfiebat. Idẽ li. 10, Doctores sapiẽtiæ secutus est, qui sola bona quæ honesta, mala tãtùm quæ turpia, &c.

Præcepta sapientiæ. Quintil. lib. 1. cap. 4. 4.

Professores sapientiæ. Quintil. in Prœm. lib. 1. 11. De philosophis. Tacit. in vita Agricolæ, Expulsis insuper sapientiæ professoribus, hoc est philosophis.

Sapientia custodiendæ ciuitatis. Cic. 1. de Orat. 84.

Studia sapientiæ. Tacit. lib. 14.

¶ Cælestis sapientia. Horat. 1. epist. 3. 6.

Compositissima sapientia, Vide **Compono**.

Consummata sapientia, Vide **Consummo**.

Erudita sapientia. Cic. 13. Philip. 346, Næ ego istam eruditam sapientiam non audiam.

Fracta sapientia cadet. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 3.

Inops dicendi sapientia, Vide **Inops**.

Insaniens sapientia, Epicureorum. Horat. 1. Carm. ode 34. 1.

Par sapientia, Vide **Par**.

Peruersa sapientia Tuberonis. Cic. pro Murena, 69.

¶ Compilare sapientiam alicuius, Vide **Compilo**.

Perdere sapientiam, Vide **Perdo**.

Sapientipotens, pen. corr. Cic. 1. de Diuin. 174, Postremò quanquã semper fuit, vt apud Ennium est, stolidum genus Æacidarum, bellipotentes sunt magis quàm sapientipotentes, tamen hanc amphiboliam versus intelligere potuisset.

Sapienter, Aduerbium. Plaut. Menæch. 11. 1, -vt imperium meum Sapienter habeatis curæ.

Vitam sapienter instituere. Terent. And. 1. 1. 40, Sapienter vitam instituit.

Fallaciter & Sapiẽter, contraria. Cic. pro Domo sua, 61, Quia ius à maioribus nostris, qui non fictè & fallaciter populares, sed verè & sapienter fuerunt, ita comparatum est, &c.

Agendum sapienter. Ouid. 13. Metam. 76.

Amare sapiẽter. Ouid. epist. 10. 11, Si lædis quod amas, hostem sapienter amabis.

Facere sapienter. Cic. pro Rosc. Amer. 41. Et 7. Verr. 118.

Sapienter & fortiter aliquid facere. Cic. Lentulo, lib. 1. 7. 16.

Monere sapienter. Cic. 3. de Finib. 114.

Vti ratione sapienter. Quintil. lib. 2. cap. 5. 10.

Sapientius, Comparatiuum. Cic. Curioni, lib. 2. 6. 1, Nemo est qui tibi suadere sapientius possit ipso.

Sapor, sapôris, à Sapio, Qualitas illa quæ lingua siue gustatu deprehenditur. Interdum etiam ipse sensus quo aliquid sapimus, & gustu quale sit dignoscimus. Plinius libro 15. cap. 27. 1, Interim quæ sunt communia & pomis omnibúsque succis saporum genera, xiii reperiuntur, dulcis, suauis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus. Præter hæc, tria sunt genera mirabili maximè natura, Vnum, in quo plures pariter sentiuntur sapores, vt vinis, &c. Cicero 3. de Finib. 53, Vt enim mel, etsi dulcissimum est, suo tamen proprio genere saporis, nó comparatione cum aliis dulce esse sentitur. Ibidem, cap. 18. 1, Quæ odorata, non eadem in gustu tenera: quia non sunt pariter odor & sapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, sapor asperrimus, quadam tenus & cotoneis: nullúsque odor ficis.

Acumen saporis, Vide Acumen in **Acuo**.

¶ Asper in ore sapor. Virg. 4. Georg. 56.

Asperrimus sapor, Vide **Asper**.

Calidus ac vinoſus ſapor, Vide Calidus in Calor.
Cerealis ſapor, Vide Cerealis in CERES.
Cibarius ſapor, Vide Cibus.
Dulcis ſapor. Horat. 3. Carm. ode 1. 4.
Durus ſapor. Virg. 4. Georg. 11.
Fœdus ſapor. Lucret. lib. 2. 81,
At contra tetra abſynthi natura, ſeriſque
Centauri, fœdo pertorquent ora ſapore.
Ingrati ſaporis caſeus, Vide Ingratus.
Infirmi ſaporis vinum, Vide Infirmus.
Inimitabilis ſapor. Quintil. lib. 1. cap. 10. 8.
Iucundus ſapor, Vide Iucundus.
Medicatus ſapor, Vide Medico.
Mulſeus ſapor, Vide Mulſum.
Saliſi ſaporis humor. Lucret. lib. 6. 186.
Tardus ſapor. Virg. 2. Georg. 26,
Media ſert triſtes ſuccos, tardumque ſaporem
Fœlicis mali.
Triſtis ſapor. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 10.
¶ Adiudicare ſaporem, Vide Adiudico.
Capi aliquo ſapore. Cic. pro Cælio, 31.
Tetro ſapore conſpurcare omnia. Lucret. lib. 6. 5.
Domare ſaporem durum. Virg. 4. Georg. 21,
Dulcia mella premes, nec tantum dulcia, quantum
Et liquida, & durum Bacchi domitura ſaporem.
Imbuere ſapore. Quintil. lib. 1. ca. 1. 4, Vt ſapor quo noua imbuas, durat: nec lanarum colores, &c.
Infuſcare ſaporem, Vide Infuſco.
Noſſe ſaporem, Vide Noſco.
Perficere ſaporem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 8, Et muta animalia mellis illum inimitabilem humanæ rationi ſaporem vario florum, ac ſuccorum genere perficiunt.
Redolere ſaporè. Quintil. lib. 6. cap. 3. 75, Qualis apud Græcos, atticiſmos ille redolens Athenarum proprium ſaporem.
¶ Sapor, per tranſlationem, pro Iucunditate ſermonis. Cic. de Claris Orat. 89, Sed tingam Placentinum non minus multa ridiculè dicentem: Granius obruebat neſcio quo ſapore vernaculo. Budæus.

Sápidus, pen. corr. Adiectiuum, Quod gratum habet ſaporem.

SAPIRI ſunt, teſte Orpheo in Argonautica, populi iuxta Pontũ.

SAPIS, fluuius Italiæ in Flaminia prope Ceſenã vrbem, author eſt Plinius lib. 3. cap. 15.

Sapo/ſapônis, maſc. gen. quid ſit, declarat his verbis Plinius lib. 28. cap. 12. 7, Prodeſt & ſapo: Gallorum hoc inuentum rutilandis capillis, ex ſeuo & cinere. Optimus fagino & carpino duob⁹ modis, ſpiſſus ac liquidus: vterque apud Germanos maiore in vſu viris quàm fœminis.

Sapor/Vide Sapio.

Sapphirus/ ſapphiri, pen. prod. fœm. gen. Lapis pretioſus, de quo ſic Plinius lib. 37. cap. 2. 3, Ineſt aliquando & aureus puluis, non qualis in ſapphirinis. Sapphirus enim & aureis punctis collucet. Cæruleæ & ſapphiri, raróque cũ purpura. Optimæ apud Medos, nuſquam tamen perlucidæ. Præterea inutiles ſcalpturæ interuenientibus cryſtallinis centris.

Sapphirinus, pen. cor. Adiectiuũ: vt Lapis ſapphirinus. Plinius libro 37. cap. 2. 3.

SAPPHO, per p ante ph, nomen mulieris vatis. Vnde Sapphici verſus appellati. Ferunt autem nonnulli fuiſſe duas hoc nomine, quarum vna Ereſia, quæ & antiquior Lyricaſque tempeſtate Alceus claruit, Terpſicorus, & Pittacus, tẽpore Tarquinii Priſci. Ea plectrum prima inuenit. Scripſit Lyricos modulos, Epigrammata, Elegidia, Iambos, & Monades. Altera Mithylenæa, longè iunior, cuius pulcherrimum opus ad amicum Phaonem extat. Scripſit & alia multa apud Græcos, vt meritò nona inter Lyricos poetas annumeretur. Antipater autem Sidonius ſic de ea ſcribit, Mnemoſynen matrem Muſarum cepit ſtupor, quando audiuit dulciſonam vocem Sapphus, Nũquid decimam Muſam habent mortales? Et Horatius 2. Carm. ode 13. 5,
Et iudicantem vidimus Æacum,
Sedéſque diſcretas piorum, &
Æoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus.
Maſcula Sappho. Horat. 1. epiſt. 19. 6,
Temperat Archilochi Muſam pede maſcula Sappho,
Temperat Alcæus.
Lesbia Sappho. Ouid. 2. Triſt. 73.

Sápphicus, pen. corr. Adiectiuum: vt Carmen Sapphicum.
Muſa Sapphica. Catull. ad libellum, 33. 4.

Sapyum/ſapri. Genus potionis. Plin. lib. 28. cap. 9. 9, Sapron vocant, qui cum ſale & ſorbis ſiccis è vino tritus potúſque medetur cœliacis.

Sapróphagus, ſapróphagi, penult. corr. Qui ſaprum deuorat. Martialis lib. 3. 35,
Neſcio quod ſtomachi vitium ſecretius eſſe
Suſpicor: vt quid enim Berice ſaprophagis?

Sapsa/à veteribus dictum eſt pro Ipſa, vel Seipſa. Ennius, Quæres ſapſam loco ſeſe oſtendat.

SARACA, Ptolemæo libro 6. cap. 2, oppidũ in mediterraneis Mediæ. Eſt & eidem lib. 5. cap. 10, Sarace, ciuitas in Colchide.

SARCARIVS, teſte Heſiodo in Theogonia, fluuius eſt Phrygiæ.

Sarcaſmos/ Latinè dicitur iocus cum amaritudine: vt apud Virgilium 2. Æneid. 110,
-referes ergo hæc, & nuntius ibis
Pelidæ genitori: illi mea triſtia facta,
Degenerémque Neoptolemum narrare memento.

Sarcio/ſarcis, ſarſi, ſartum, ſarcire, Integrum facere, inquit Feſtus. Propriè eſt veſtes conſuere. Tráſſertur tamen etiã ad alia. Plinius li. 11. cap. 10. 4, Apes ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis à ſolo fornicatis, ne deſit aditus ad ſarciẽdum. Cato. Vimina matura: ſalices per tempus legantur, vti ſit vnde corbulæ fiant, & veteres ſarciantur. Plautus, Non video mihi ſarcire poſſe ædes meas quin totæ perpetuò ruant. Idem, Siquid nummo ſarciri poteſt.
Deinde impudentia proſequor, ſed idem ſarciam. Cicero Silio, lib. 16. 61. 2.
Damna ſarcire, Reparare. Colum. lib. 9. cap. 15. 2, Quæ quum fuci aliquam partem cibariorum abſumunt, ſarciendo damna fiunt agiliores.
Detrimentum ſarcire, Reſtaurare. Cæſar 1. belli Ciuilis, 175, Dum ſarcire acceptum detrimentum volunt, temere inſecuti fugientes in locum iniquum progrediũtur. Sic lib. 3. 281, Cupiens eius diei ſarcire detrimentum. Et 161, Dandam omnibus operam, vt acceptũ incõmodum virtute ſarciretur.
Infamiam ſarcire. Cæſar 3. bel. Ciuil. 161, Exercitui quidem omni tantus inceſſit ex incommodo dolor, tantúmque ſtudium infamiæ ſarciendæ, vt nemo aut Tribuni, aut Centurionis imperium deſyderaret.
Ruinas ſarcire generis lapſi. Virg. 4. Georg. 50.
Vſuram lõgi temporis, magnitudine officiorum ſarcire. Cic. ad Appium Pulchrum, lib. 3. 1. 4, Quod quum ita ſit, perficiam profectò vt longi temporis vſurã, qua caruimus intermiſſa noſtra cõſuetudine, & gratia, & crebritate, & magnitudine officiorum meorum ſarciam.

Sartus, Participium: vt
Male ſarta gratia nequicquam coit. Horat. 1. epiſt. 3. 7.

Sartor, ſartôris, m. g. Qui veſtes facit, vel reſarcit.

Sartè, Aduerbium, Integrè, authore Feſto.

Sartatecta, vocabantur, authore eodem Feſto, opera publica quæ locabantur vt integra præſtarentur. Sartatecta exigendi cura ad Cenſores ſpectabat, interdum etiam ad Ædiles, raró ad Prætores, nec niſi quum Senatus decreuerat. Cic. 3. Verr. 93, Quum L. Octauius, Cæſar Aurelius Conſules, ædes ſacras locauiſſent, neque potuiſſent omnia ſartatecta exigere, neque ipſi, neque ii Prætores quibus erat negotium datum, C. ſacerdos & M. Cæſius: factum eſt Senatuſconſultum, quibus de ſartis ſectis cognitum & iudicatum non eſſet, vti C. Verres, P. Cæſius Prætores cognoſcerent, & iudicarent. Idem paulo pòſt, Quæſiuit quis ædem Caſtoris ſartamtectam deberet tradere. Et rurſus, Monumẽtum illa amplitudine, illo opere quanuis ſartumtectum, integrúmque eſſet: tamen aliquid inuenturũ in quo moliri prædariique poſſet, arbitrabatur. Ex cuius orationis lectione, facilè intelligimus quomodo ſartatecta locari ſoleret exigique. Simile eſt enim atque ſi hodie ædes diuæ Mariæ Pariſienſis, aut etiam baſilica Palatina tuẽda locaretur ea lege, vt redemptores ſuo lapide, ſua calce, ac ſua etiam materie ſartamtectam præberent, certo pretio in annos ſingulos addictam: quod fieri Romæ ſolebat minimo licitantibus: curáque exigendorum eiuſmodi operum, ad eos quos diximus, pertinebat. Locandorum verò cura, ad Cenſores pertinebat, vt & vectigalium antè quàm Cẽſura ſublata eſſet. Vnde in XII Tabulis de Cenſorio munere ita cautum legimus, Cẽſores populi ciuitatis ſoboles, familias, pecuniáſque cẽſento. Vrbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuento, populique partes in tribus diſtribunto: & reliqua. Hæc Budæus. Liu. 5. Decade, lib. 5. 60, Petentibus vt ex inſtituto quum ſartatecta exigenda & ad opera quæ locaſſent probãda, anni & bimenſis tempus prorogaretur. Cic. ad Brutum, lib. 12. 12. 1, Quorum quidẽ omnia incommoda, omnéſque facultates, quibus & ſacra conficere, & ſartatecta ædium ſacrarũ, locorumque communiũ tueri poſſint, cõſiſtunt in his vectigalibus quæ habent in prouincia Gallia. Liu. 5. Decade, lib. 2. 10, Cẽſore mo-

ribus regendis creatum, cui sartatecta exigere sacris publicis & loca tuenda more maiorum traditū esset. Cic.3.Verr.71.& 91.

Dicitur interdum cū coniunctione, sarta tectáque, & sartum & tectum, quum plena est locutio, vt inquit Asconius, quo modo Cicero sæpe vsus est. Budæus.

Sartumtectum habere aliquid, Est integrum & incorruptum seruare, & vt volgus loquitur, *Interemare*: quod Latinè Tueri dici debet. Budæus.

Vtuntur & hac locutione antiqui metaphoricōs. Cicero Ante quàm iret in exilium, 8, Si igitur aliquo tempore his hominib' consuluistis, quorū animus est religionis pietate defunctus, debetis mihi quoque prospicere, qui numini deorum cōsecratum sartum tectum ab omni periculo conseruaui, & vos vt tutum tranquillámque fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia. Quo tamen in loco nō periculo, vt in omnibus exemplaribus legitur, sed piaculo lego: hoc sensu, vt Cicero significet animū suum integrum intactúmque ab omni piaculo conseruasse: id est indigno facinore & graui aliqua pœna expiādo, ac nihil in sese scelestum admisisse. Idem ad Atticum, libro 13.51.4, Si vllam in amicitia mea spem habes, si ea quæ in me officia & studia Brundusii contulisti, vis mihi etiā gratiora efficere, quanquā sunt gratissima, si me à tuis omnibus amari vides, hoc mihi da atque largire, vt M. Curium sartum & tectum, vt aiūt, ab omni incommodo, detrimento, molestia syncerum integrúmque cōserues. Plautus Trinum. 6.36, ioculari metaphora vsus est hoc verbo, Sarta tecta tua præcepta pater vsque habui mea modestia. Hoc est, exacta, & vndique constante obedientia præceptis tuis parui: nec vnū iota, vt vulgò dicitur, præteriit quod Latinè dicitur, omnibus numeris obedientiæ tibi parui: vnguē latū, aut digitū transuersum à tuis præceptis non discessi. Bud.

Sárcina, sárcinæ, pen.cor. A sarcio deriuatur, vt ait Sipontinus: & propriè vtēsilium est, & eorum quæ ad cultum, ad ornatum, & ad reliquum vsum pertinent, veluti fascis, quem quis in itinere faciendo comportare possit. Plaut. Mostel. 6.82,

-hinc speculabor procul,
Vnde aduenienti sarcinam imponā seni. Cæsar 2. bel Gal. 292,
Quum prima legio in castra venisset, reliquæque legiones magnum spatium abessent, hanc sub sarcinis adoriri.

Fida sarcina. Propert. lib. 4. eleg. 3.10,
Romanis vtinam patuissent castra puellis:
Essem militiæ sarcina fida tuæ.
Magna sarcina. Ouid. epist. 3.14.

Colligere sarcinas dicuntur milites, quum castra mouere volunt: & qui in aliam domum immigrant, sarcinas suas componere solent.

Constringere sarcinam, Vide **Constringo.**

Sarcinas etiā vocamus res nostras domi cistis capsisque compositas. Quintil. Iacent relictæ sine hærede sarcinæ. Hæc ex Valla lib. 4. cap. 49.

¶ Sarcinas, sarcinatis, neutro genere dixit Plautus Mostel. 9. 74, Quid sarcinatis eequa est, si vmbram non habet?

Sarcínula, pen. corr. Diminutiuum. Iuuen. Saty. 3.17.
Quis gener hic placuit censu minor, atque puellæ
Sarcinulis impar?
Aptæ sarcinulæ, & expeditæ. Catul. ad Veranium, 25.1.
Colligere sarcinulas. Iuuen. Satyr. 6.15,
Collige sarcinulas dicet libertus, & exi,
Iam grauis es nobis, & sæpe emungeris.

Sarcinātus, pen. pro. Aliud adiect. Sarcinis onustus. Plaut. Pœnulo, 16.19, Vidén' homines sarcinatos consequi?

Sarcinarius, Aliud adiect. Quod ad sarcinas pertinet. Cæsar 1. belli Ciuil. 310, Illi & inopia pabuli adducti, & quo essent ad id expeditiores, omnia sarcinaria iumenta interfici iubent.

Sarcinātor, pen. prod. sarcinatōris, mas. gen. Sartor, qui resarcit ac reparat. Plautus Aul. 15.43, Petunt fullones, sarcinatores petunt. Lucilius, Sarcinatorem esse summum, fuere centonem optimé. Paulus De furtis: in L. Fullo, Fullo vel sarcinator qui polienda & sarcienda vestimenta accepit ex contrectatione eorum furtum facit.

Sarcinātrix, pen. pr. sarcinatrīcis, Quæ vestes suit & reficit. Caius in L. Et ancillarum, De peculio, Et ancillarum nomine, & filiarumfamiliās in peculio actio datur: maximè siqua sarcinatrix, aut textrix erit, aut aliquod artificium vulgare exerceat.

Sarcocolla, Lachryma arboris in Perside nascētis, inquit Dioscorides: dicta ab effectu, quem præstat, & vi potestáteque sua, nempe à vulneribus glutinandis, hoc est carnibus quas Græci σάρκα vocant. κόλλαν enim illi glutinum vocant. Plin. lib. 24. ca. 14.6, Sunt qui & sarcocollam spinæ lachrymam putent, pollini thuris similem, cum quadam acrimonia dulcem. Idem lib. 13. cap. 11.1, Fit & ex sarcocolla (ita vocatur arbor) gūmi vtilissimū pictorib' ac medicis, simile pollini thuris. Vides quēadmodum Plinius & arborem ipsam & gummi, eodem nomine appellet.

Sarco'phagus, sarcóphagi, pen. cor. masc. gen. Sepulchrū, au thore Nonio.

Sarcophagus, Lapis. Plin. lib. 1. cap. 96.1, At circa Asson Troadis lapis nascitur, quo consumuntur omnia corpora: sarcophagus vocatur. Idem lib. 18. cap. 9.17. Et lib. 36. cap. 17.1.

Contentus sarcophago. Iuuen. Saty. 10.18.

Sarculum, sárculi, pen. cor. neu. gen. & interdū Sarculus, m. g. A sarriendo dicitur, Instrumentum est rusticū quo segetes purgantur. Cato de Re rustica, cap. 10, Sarcula octo, palas quatuor. Plautus Trucul. 6.11,

-tangam, ita me amabit sarculum,
Vt ego me rure iam examauerim patulum moueri. Cic. 1. de Fin. 40, Cui nihil dum sit, ius & sarculos abstulerit.

Cessant sarcula. Ouid. 1. Fast. 140, Sarcula cessabant, versique in pila ligones.

Dispersa per agros sarcula. Ouid. 11. Metam. 8.

Arare sarculis. Plin. lib. 18. cap. 19.5, Certè sine hoc animali (bonem intelligit) montanæ gentes sarculis arant.

Agros fundere sarculo patrio. Horat. 2. Carm. ode 15.

Sárculo, sárculas, pe. cor. sarculāre, Sarculo abscindere. Cole. lib. 5, Primò plantæ sarculari debent, ita vt simplex stylus aluitudinem maximè scrobis excedat.

Sarculatio, Verbale, Idem quod Sarritio. Plin. lib. 18. cap. 21.1, Sarculatio induratam hyberno rigore soli tristitiam laxat temporibus vernis. Videtur legendum apud Plinium Teporibus.

Sarda, sardæ, Genus gemmæ. Plin. lib. 37. cap. 7.12, Omnia autem hæc genera, scalpturæ contumaciter resistunt, partémque ceræ in signo tenent. Editur sed hæc sarda vtilissima, quæ nomen cum sardonyche communicauit. Ipsa gemma vulgaris, & primùm Sardibus reperta.

SARDANAPALVS, pen. prod. Vltimus Assyriorum rex, de quo Iustinus lib. 1, Fuit hic omnis generis luxuriæ deditus: nec erubuit inter scortorum greges nere, & muliebri habitu fœminas omnes lasciuia anteire. Quamobrem indignati Assyrii tali fœminæ parēre, duce Arbace desciscētes, bellum Sardanapalo intulerunt. Qui victus, in regiam se recepit, & extructa pyra, se atque diuitias in incendium misit. Hic fuit à Nino trigesimus rex, vt ait Diodorus libro 3. Biblioth. Et moriens condidit hoc epitaphium,

Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas. Et,
Quum te mortalem noris, præsentibus exple
Deliciis animū: post mortem nulla voluptas. Cic. 5. Tusc. 143,
Quomodo igitur iucūda vita potest esse, à qua absit prudētia, absit moderatio? Ex quo Sardanapali opulentissimi Syriæ regis error agnoscitur, qui incidi iussit in busto,
Hæc habeo quæ edi, quæque exaturata libido
Hausit: at illa iacent multa & præclara relicta. Quid aliud (inquit Aristoteles) in bouis, nō in regis sepulchro inscriberes? Hæc habere se mortuum dicit, quæ ne viuus quidem diutius habebat quàm fruebatur. Idem Attico, lib. 10. 197.10, Ni forte me Sardanapali vice in suo lectulo mori malle censueris. Ouid. in Ibin, 63,
I'nque pyram tecum charissima corpora mittas,
Quem finem vitæ Sardanapalus habet. Iuuenalis Satyr. 3. 37, -& potiores
Herculis ærumnas credat, sæuósque labores,
Et venere, & cœnis, & plumis Sardanapali.

SARDANIS, Vir Lydius, qui Cræso suadere conatus est vt Persis bellum inferret.

SARDEMISOS, Tauri montis promontorium est, quod intra Lyciam & Pamphiliam in nostrum pelagus imminet. Meminit eius. Plinius lib. 5. cap. 27.

SARDI, indigenæ; qui in Sardinia nati sunt.

Sardi vænales. In eo libello cui titulus est De viris illustribus, quē alii Plinio, nonnulli Suetonio tribuunt, vtriusque reclamante stylo, huiusmodi quoddā adagium refertur, Sardi vænales: de negotio infinitæ prolixitatis atque inexplicabili. Vnde hinc esse ortum traditur, quòd Tiberinus Sempronius Gracch', quum altero Consulatu Sardiniam domuisset, tantum ex ea captiuorum adduxit, vt longa venditione res in prouerbium abierit. Plutarchus in problematis Romanorum, aliam affert causam, nimirum olim inoleuisse morem apud Romanos solennem, vt qui ludos ederent in Capitolio, Sardos vænales pronuntiarent, prodirétque puer quispiam, per ludibrium monili cinctus, quā bullam vocant. Eum morem hinc ortum putat, quòd Veientes Hetruscorum populi multum temporis cum Romulo bellū gessissent, quòd horum vrbem postremam Romulus expugnasset. Vsus est hoc adagio Tullius ad Gallū, lib. 7. 25.5, Habes, inquit,

Sardos vænales,alium alio nequiorem.Sentit Cicero de cõtemptis & improbis,& ni fallor,patria quoque Sardis. Nam ita scribit paulò ante hunc locum,Id ego in lucris pono,non ferre hominem pestilentiorem patria sua. Erasmus.

Sardinia, Insula maris Mediterranei. de qua Salustius, Sardinia,inquit,in Afro marifacie humani vestigii in Occidentem quàm in Orientem latior prominet. A Sardo Herculis filio dicta,vt libro 12 Silius,& Solinus scribunt. De ea Plinius libro 3. cap.7. Eadem & Ichnusa & Sandaliotis, à forma humani vestigii dicta. Claud.de bello Gildonico,101,

Humanæ speciem plantæ sinuosa figurat
Insula:Sardiniam veteres dixere coloni. Multa in ea insignia sunt,at nihil magis quàm quæ adagio locũ præbuit herba Sardoa, cuius ex varia opinione scriptorum meminit Erasmus Rotorodamus in Prouerbiis. Sardiniam Ptolemæus multò longiorem facit,quàm sit lata.nam Eoũ litus CLXXXVIII mil. pas.longitudinis habet,maxima latitudine CXXII mil. pas. existente.Eadem propè & Pomponii Melæ sententia est. Nam angustius spectare eam in Ortũ, quàm Occasum ait, litoribus videlicet medio contractis:in vniuersum autem vbique spatiosiorem esse,quàm Corsica sit,etiam tractu quo latissima est.De Sardinia Pausanias & Cælius Rhodiginus lib.12.cap.16.

Opima Sardinia.Horat.1.Carm.ode 31.1.

A Sardinia,Sardus,Sardõus,penul.product. & Sardinienſis adiectiua fiunt.

Regna Sardoa.Ouid.4.Fast.58.

Sardinienses,qui Sardiniam incolunt,vt ibi negotientur.

Sardinia,Piscis genus ad condimenta & salituras vtilis,apud Italos plurimus.Colum.libro 8.cap.17,Tabentes haleculas,& salibus exesam chalcidem,putrémque sardiniam.

SARDIS, tantum pluraliter, vrbs Lydiæ magna, ad latus Tmoli montis maximè celebris,vt testis est Herodotus libro 1. & Plinius libro 5. Eadem fuit olim regia Crœsi Lydorũ regis,vt latè ostendit Herodotus,& Horatius 1. epist.11.1, Quid concinna Samos,quid Crœsi regia Sardis? Terminat autem nominatiuum & accusatiuum in is productam, quomodo Tralis, & Syrtis. Ex Sardibus fuere duo Diodori oratores, quorum iunior Strabonis amicus fuit,& historias scripsit, & poemata. In Sardibus ecclesia fuit vna ex septem Asiæ, quarum B. Iohannes meminit.

Magnæ Sardes.Ouidius 11.Metam.28,Vade ait,ad magnis vicinum Sardibus amnem. Intelligit Pactolum.

Sardo/sardas,sardare,Intelligere.Nemini, Quod bruti,nec satis sardare queunt.Verbum obsoletum ex Nonio.

Sardoa/sardóæ,penult.prod.Herba. Vide **Sardonius** risus. Dioscorides Sardoniam vocat.

SARDONICI, montes Liburniæ,Ptolemæo lib.2.cap.17.Vulgò *Morasni*.

Sardonius risus,Prouerbium de risu ficto aut amaruléto, aut insano denique. Sensus & origo prouerbii variè traditur ab authoribus. Zenodotus in collectaneis suis Æschylum citat, qui huiusmodi ferme tradiderit in opere de paræmiis,Gentem esse quandam Carthaginiensium coloniam, quæ Sardonem regionem inhabitet:ei morem esse,senes septuagesimum prætergressos annum Saturno sacrificare,ridentes interim, ac mutuò sese complexantes. Nam turpe ducebant,in funere aut eiulatum edere,aut lachrymas profundere.Hinc adsimulatum risum,Sardonium vocari cœptum. Timæus apud eundem Zenodotum ait,Sardoniis consuetudinem fuisse, vt filii parentes iam grandiores iuxta fossam aut præcipitium, in quo sepeliendi forent, collocarent: atque inde fustibus cædentes, in eam darent præcipites.At illi interim pereuntes ridebant, existimantes eã mortem fœlicem atque egregiam,quòd liberorũ impietate interirent. Sunt qui dicunt in Sardorũ insula herbam nasci quandam,cui sardoæ cognomen sit,apiastro similem:eã sapore quidem esse dulcem,verum gustatam,ora hominum in rictus dolore contrahere,vt veluti ridentes emoriantur.Hoc sensisse videtur Solinus,cúmque hoc Seruius grãmaticus,enarrans hunc ex Virgiliana Thyrside locum,eclog.7.9,Imò ego Sardois videar tibi amarior herbis. M.Tullius lib.7.16.2,ad Fabium Gallũ, Videris,inquit,mihi vereri, ne si istum habuerimus, rideamus *γέλωτα σαρδόνιον*. Significant futurum, vt si Cæsar rerum potiretur, multis arridere atque applaudere cogerentur, quæ magnopere displicerent. Plura de origine prouerbii apud Erasmum in Chiliadibus,vnde hæc desumpta sunt.

Sinus Sardonii.Claud.de bel.Getico,94.

Sardonyx/ pen.corr.sardónychis,pen.corr.tam masc. quàm fœm.gen.Lapis pretiosus.Componitur ex sarda, quæ lapis fuit in Sardinia primùm compertus,coloris rubei:& onyx,gemma, cui est candor subcandidus, vnguis humani similitudine, quasi vtrinsque colorem obtineat. Iuuen.Sat.6.38,

In manibus densi radiant testudine tota
Sardonyches. Persius Saty.1.1,Et natalitia tandem cum sardonyche albus. Plin.lib.37.ca.7.11, E' diuerso ad hæc sarda vtilissima,quæ nomen cum sardonyche communicauit.

Sardónychus,sardónychi,pen.corr.Idem.Iuuen.Saty.13.14,

Arguit ipsorum quos littera,gemmáque princeps
Sardonychus,loculis quæ custoditur eburnis.

Sardonychãtus,pe.prod.Sardonyche ornatus. Mart.lib.1.19, Cuius & hinc nitet sardonychata manus.

SARDOVS,penul.prod.Adiectiuum à Sardinia. Ouid.4.Fast.58,

-Sardoáque regna sinistris
Respicit à remis. Vide SARDINIA.

SAREPTA, Vrbs Sidoniorum, vbi diuinus vates Elias esurientẽ viduam miraculo pauisse scribitur in Sacris literis. Hinc

Sareptanus Possessiuum. Sidonius,

Vina mihi non sunt Gazetica,Chia,Falerna,
Quæque Sareptano palmite missa bibas.

SARGACAE,pen.corr.populi(Pomponio authore) iuxta Mæotidem, quorum oppida Murmetion, Panticapæum, Theodosia, Hermisium.

SARGAPISES,Tomyris filius, à Cyro rege Persarum captus, dum manicas & brachiorum vincula eximi sibi impetrasset, seipsum interfecit.Author Herodotus.

Sargus/sargi,m.g. Piscis genus(inquit Festus)qui in Ægyptio mari ferè nascitur. Lucilius in Satyr. Quem præclarus elops, quem Ægypto sargus mouebit. Plinius lib. 9.cap.51.4, Mullus ter & chalcis,cyprinus sexies,scorpiones bis ac sargi,Vere & Autumno. Ibidem,cap.17.5,Lutarium semper comitatur sargus nomine alius piscis: & cœnum fodiente eo,excitatum deuorat pabulum.

Sarissa/sariſſæ,Hastæ Macedonicæ genus,authore Festo.Liu.9 ab Vrbe, 101, Arma, clypeus,sariſſæque illis: Romano scutum maius corpori tegumẽtũ. Idẽ 7.bel.Mace.173, Ibi simul perturbati ordines, & impeditus intercursu suorum vsus prælongarum hastarum (sariſſas Macedones vocant) intulere signa Romanæ legiones.

Macedonia sariſſa. Ouid.12.Metam.94, Qui clypeo, gladióque, Macedoniáque sariſſa. Lucanus lib.8.58, Primi Pellæas arcu fregere sariſſas. Idem lib.10.10,

Prò pudor Eoi propius timuêre sariſſas,
Quàm nunc pila timent populi.

SARMATAE,penul.corr.populi Scythiæ sunt,qui à Græcis Sauromatæ dicuntur ab oculis lacertarum. *σαῦρος* enim,lacerta est: *ὄμμα*, oculus. Regio, Sarmatia dicitur. Sunt autem duæ Sarmatiæ secũdum Ptolemæum: quarum vna est in Europa,quæ (vt libro tertio scribit)à Septẽtrione Oceano terminatur,ab Occasu parte Germaniæ,à Meridie Lazigib' Metanastis. In ea est Olbia,quam nunc Russiam & Tartariam esse crediderunt.Altera Sarmatia est in Asia,vt idem lib.5,refert,quæ à Septẽtrione terra incognita terminatur,ab Occasu Sarmatia Europæ,& Tanai fluuio. In ea sunt Caucasii mõtes. Nomina diuersa habent Sarmatæ, habitant montes & saltus,vruntur plaustris pro domibus,pascũtúrq; lacte equino,vnde quidã eos vocãt *ἱππημόλγους*,hoc est equarum mulsores: alii *γαλακτοφάγους*, hoc est lacte vescentes. Sunt etiam quidã interius habitantes,qui sanguinem equinum lacte mistum potant, quos vocant Gelonos. Virgilius 3.Georg.95,

Bisaltæ quo more solent,acérque Gelonus,
Quum fugit in Rhodopen,atque in deserta Getarum:
Et lac concretum cum sanguine potat equino. Item Sarmatæ alii sunt,qui cruda farina equino sanguine mista,è cruris venis aluntur. Alii etiam qui pro victimis homines immolant. Alii bellorũ & cædis amatores, quibus bellantibus mos est cruorem eius, quem primùm interemerint, ex ipsius vulneribus bibere: & vt quisque plures interemerit, ita apud eos eximius habetur. Sunt etiam in Scythiæ extremis Sarmatæ,qui carne equina vescuntur,alii qui humanæ carnis alimento vitam ducunt,propter quod vocantur Anthropophagi, *ἀπὸ τῆς ἀνθρωπίνης τῆς ἀνθρώπους*, hoc est ab hominibus edendis. Iidem ab vsu plaustrorũ Hamaxobitæ Pomponio,Hamaxobii Ptolemæo vocantur. Hi,vt author est Mela libro 1. auri & argenti maximarum pestium ignari,vice rerum commercia exercent: atque ob sæua hyemis admodum assiduè demersis in humum sedib', specus aut suffossa habitant, totum braccati corpus, & nisi qua vident etiam ora vestiti. Horum meminerunt Plinius lib.4.cap.12. Et Strabo lib.11.

Discors Sarmata.Claud.7.Paneg.97.

Frigidus Sarmata.Senec.Herc.Œtæo,1.11.

Intonsi Sarmatæ.Senec.Herc.furen.7.4.

Refugi Sarmatæ.Stat.4.Sylu.7.11, -refugis amaram
Sarmatis legem dederit,ſub imo Viuere cælo.
Vagus Sarmata.Seneca Hippol.1.11.

Sarmáticus, pen.corr. Adiectiuum. vt
Iuga Sarmatica. Ouid.1.Triſt.eleg.7.8,
Sed ſcopulos Ponti,quos hæc habet ora,ſiniſtri:
I'nque feris Scythiæ,Sarmaticiſque iugis.
Belli Sarmatici ſcientia.Lucanus lib.3.57.
Braccæ Sarmaticæ.Valerius 5.Argon.35.
Hyemes Sarmaticæ.Statius 5.Sylu.1.16.

Sarmátice,pen.corr.Aduerbium.Ouid.5.Triſt.eleg.13.13,
Ipſe mihi videor iam dediciſſe Latinè.
Iam didici Græcè,Sarmaticéque loqui.

Sármatis,pen.cor.huius Sarmátidis, Patronymicum fœm.pro adiectiuo.Ouidius,Terreat haud manes Sarmatis vmbra meos.
Tellus Sarmatis.Ouid.1.Triſt.eleg 2.17.

SARMANTVS,Romanus Eques ſcurrilitate notiſſimus ſub Auguſto Cæſare.Vide SARMENTVS.

Sarmentum,ſarmenti.Sarmenta,Virgultæ vitium ſuperuacuæ abſciſſæ.Varro de Re ruſtica,lib.1.cap.31.1,Iuncidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterile,neque ex ſe poteſt eiicere vitem,quam minorem vocant flagellum,maiorem etiam,vnde vuæ naſcuntur,palmam.
Deuecta ſarmenta cremare.Virgil.2.Georg.82,
Primus humum fodito:primus deuecta cremato
Sarmenta,& vallos primus ſub tecta referto.
Ligna & ſarmenta circundare,ignem ſubiicere cœperunt.Cicero 3.Verr.48.
¶Sarmentum,pro Palmite.Colu.lib.3.cap.16, Nec tamen eâ vitem feracem dixerim,cuius ſingulæ vuæ in ſingulis ſarmentis cõſpiciuntur: ſed ſi per vnumquenque pampinum maior vuarum numerus dependet. Ibidem,In ea parte quæ deciditur ex veteri ſarmento, &c. Idem libro 3.cap. 10, Numerus vuarum qui plerunque conſpicitur in productiſſimo ſarmento, &c. Vbi quod prius flagellum dixit, mox ſarmentum appellat,etiam in virenti vite. Et lib.4.cap.6.
Amputatio ſarmentorum, & Immiſſio,contraria. Cic.de Senectute.49.
In vitibus noua ſarmenta cultura excitãtur.Cic.1.de Orat.49.
Syluéſcere ſarmentis dicitur vitis.Cic.de Senect. 48,Vitis quæ natura caduca eſt, & niſi fulta ſit ad terram fertur:eadem vt ſe erigat,clauiculis ſuis quaſi manibus quicquid eſt nacta,complectitur : quam ſerpentem multiplici lapſu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne ſyluéſcat ſarmentis,& in omnes partes nimia fundatur.

Sarmentítius,Adiect.Quod eſt ex materia ſarmentorum.Colum. lib.6.ca.16.3, Verùm vulnera eius ſarmentitio cinere cum argẽti ſpuma linenda ſunt.

Sarmentóſus, pen.prod. Aliud adiect.Quod plurimum habet ſarmenti.Plin.lib.13.cap.11.6,Pſyllion alii cynoides,alii cryſtallion alii ſicellon, alii cynomyian appellant,radice tenui , ſuperuacua,ſarmentoſum.

SARMENTVS, Nomen viri proprium, qui ſcurrilitate claruit, cuius meminit Horatius 1.Serm.ſaty.5.11, -nunc mihi paucis
Sarmẽti ſcurræ pugnã,Meſſiq; Cicerri, Muſa velim memores.

SARNVS,Campaniæ fluuius,ex Sarno eiuſdem nominis monte ortum ducens,luxta oppidum in Sarni radicibus ſitum:primóque magno cum murmure defluit,mox in paludes amplas deſinit,quæ graues incolis nebulas toto anno eminunt: deinde coactus rupibus Veſcinum montem radit, & inde paruo contentus curſu,in Tyrrhenũ mare influit. Luca.lib.1.85, -delabitur inde
Vulturnuſque celer: nocturnæque editor auræ Sarnus.
Mitis Sarni opes.Silius lib.8.197.
Pompeianus Sarnus.Statius 1. Sylu.1.53. Hinc

Sarraſtes populi ſunt cognominati.Virgil.7.Æneid.148,
-latè iam tum ditione premebat
Sarraſtes populos,& quæ rigat æquora Sarnus. Silius lib.8.107,
Sarraſtes etiam populos,&c.

SARONICVS,pen.corr.Portus in Achaia,ad Iſthmũ Corinthiacum.Ptolemæus ſinũ facit Saronicũ. Plinius quoq; lib.4.cap.5, Sinus(inquit) Saronicus olim querno nemore redimitus, vnde nomen,ita Græcia antiqua appellante quercum.Multi à Sarone deo marino. Nam Saronem fuiſſe regem,qui illic Atlepix marinæ regioni imperarit,in Corinthiacis ſcribit Pauſanias.

Sarpã,inquit Feſtus,vineta putata,id eſt pura facta:vnde & virgulæ abſciſſæ,ſarmẽta dicuntur.Sarpere enim antiqui pro Purgare ponebant. Vnde fortaſſis deductum vulgare noſtrum vocabulum *Sarpa*.

SARPEDON, pen.prod.teſte Homero libro Iliad.16, Iouis filius ex Laodamia Bellerophontis filia. Herodotus verò in Polyhymniã ſcribit eum fuiſſe Iouis filium ex Europa, ac Minois fratrem. Hic quum aliquando rex eſſet Lyciæ,& in armis ſtrenuus,Troianis contra Græcos fauit: & multa bellando ſtrenuitatis documenta demonſtrans, à Patroclo tandem interfectus eſt, vt idem Homerus ſcribit.
Sarpedon Iouis progenies.Virgil.10.Æneid.95.
Ingens Sarpedon.Virgilius 1.Æneid.11.
Lycius Sarpedon.Ouid.13.Metam.51,
Quid Lycii referam Sarpedonis agmina ferro
Deuaſtata meo? Verba Vlyſſis. Eſt & Sarpedõ,Ciliciæ promõtoriũ,finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciã à Pamphilia diſtinguit.Põponius Mela lib.1.in deſcriptione Ciliciæ.

SARRA, Vrbs in Phœnicia, quæ deinde Tyrus eſt dicta, à piſce quodã qui illic abundat appellata,quẽ lingua ſua, Sar appellãt.

Sarrânus,pen.prod.Adiectiuum. Quod ex Sarra eſt.Vnde Sarranæ veſtes,Tyriæ dictæ ſunt,quæ & oſtrinæ & purpureæ.Virg.1.Georg.101, -& Sarrano dormiat oſtro. Iuuenalis,
-aut pictæ Sarrana ferentem
Ex humeris aulæa togæ. Colum. lib.10.17, Iam roſa miteſcit Sarrano clarior oſtro. Sic lib.9.cap.4.4,Sarrana viola.
Numina Sarrana.Silius lib.8.10.
Gens Sarrana.Silius lib.1.15.

SARRACENI,pen.prod.Populi poſt Nabathæos Arabiæ populos,vt author eſt Stephanus.

Sarracum, ſarráci,pen.prod.Quo ligna & lapides veli cõſueuerunt.Iuuenalis Satyra 3.25. -longa coruſcat,
Sarraco veniente,abies. Idem Satyra 5.3,Frigida circumagunt pigri ſarraca Bootæ. Quintilianus lib. 8.cap.3, An quum dicit in Piſonem Cicero,Quum tibi tota cognatio in ſarraco aduehatur: incidiſſe videtur in ſordidum nomen?

Sarrío,ſarris,ſarrui,ſarritum,ſarrire,pen.prod.Sarculis fodere, purgare,quod ſit quum ſegetes leuiter ſcalpendo,& raſtris à noxiis herbis purgantur.Plaut.Cap.11.5,Nam ſemper occant prius quàm ſarriunt ruſtici. Plin.lib.18.cap.21.1, Qui ſariet, caueat ne frumenti radices effodiat. Varro 1.de Re ruſt.cap.29.1,Prata purgari,ſaliſta ſeri,ſegetes ſarriri.
Sarrire ſarmẽta.Cato ca.37.3,Sarmẽta bis face ſatrias,rũcéſq;.
Sarrire ſaxum.Martialis lib.3.91,
Virúmque demens cineribus tuis quæris
Prurire,quid ſi ſarrire velit ſaxum?

Sartor,ſartóris(vt ait Nonius)non ſolum à ſarciendo,ſed etiam à ſarriendo deducitur:& tam eum qui ſarcit,quàm eum qui ſarrit ſignificat: hoc eſt ſarritorem. Plaut.Capt.11.3,Sator,ſartórq; ſcelerum,& meſſor maximè? Et paulo pòſt,Nã occatorem prius debebas dicere.

Sartûra,ſartúræ,pen.prod.Idem quod Sarritura,Ipſa purgandi ratio.Plin.lib.18.ca.17.4, Ab Æquinoctio ſartura nocere & vineæ & ſegeti exiſtimatur. Colum.lib. 4.cap.16, Iugo ſi non erit opus noua ſartura,recentia vincula inſerantur.

Sarritor,pen.prod.ſarritóris,m.g.Qui ſarrit.Colum.lib.2.cap.13.1, Tritici modii quatuor vel quinque bubulcorum operas occupãt quatuor,occatoris vnã,ſarritoris duas primùm,& vnam quum iterum ſarriuntur.

Sarritûra,ſarritúræ,pen.prod.Ipſe ſarriendi actus.Columel.lib.2. cap.2.20,Sarritura quoque frumentorum iteratur egregiè, modios tres vna opera rectè ſarrit.

Sarritio, ſarritiõnis,Verbale,Idem.Varro de Re ruſt.lib.1.cap.21, Peracta ſementi,ſequens cura eſt ſarritionis,de qua non conuenit inter authores. Quidam negant eam proficere quicquam, quòd frumenti radices ſarculo deregantur, aliquæ etiam ſuccidantur. Colum.lib.2.cap.9.16,Frequentem tamen exigũt ſarritionem. Sic lib.11.cap.1.7.

SARSINA,pen.corr.Plinio lib.3.cap.14,oppidum in Vmbria,ex qua Plautus poeta comicus ortus eſt. Laſte abundat vt teſtatur Silius lib.8.91, -his Sarſina diues Lactis,&c.

Sartatecta,Vide Sarcio.

Sartago,pen.prod.ſartáginis,f.ge.Patella in qua caro frigitur. A σάτ., quæ caro eſt,nomen aſſumpſit.Plin.lib.16.ca.11.4,Item terebinthinam in ſartagine referuenti.
Sartago loquendi.Perſius Saty.1.8,
Hos pueris monitus patrei infundere lippos
Quum videas,quæriſne vnde hæc ſartago loquendi
Venerit in buccas?

Sartor,Vide Sarcio & Sarrio.

SAT,Verrius putat ſignificare ERAS teſte Enniò qui dicat libro primo,Virgines riam tibi quiſque domi Romanus habet ſat:quum SVAS magis videtur ſignificare.Sicuti eiuſdẽ libro quarto fatẽdum eſt SAM ſignificari, quũ ait, Nec quiſquam philoſophiã, quam doctrinam Latina lingua non habet, ſapientiáque perhibetur,in ſomnis vidit,prius quàm ſam dicere cœpit.Feſtus.

SASON, Insula est inter Epirum & Brundusiũ, vt author est Strabo lib.6. Silius lib.7.97, Adriaci fugite infaustas Sasonis arenas. Et alibi, Expauit sonitus tremefacto littore Sason.

Sat, Aduerbium à Satis, significat Abundé. Plin.lib.11.cap.51.1, Sonare viscera sat notum est. Virgil.10.eclog.1,10, Hæc sat erit diuæ vestrum cecinisse poetam.

Sat bonum te facit. Cic.pro Roscio Amerino,54.

Sat commodé. Terent.And.3.1.17, -non sat commodè Diuisa sunt temporibus tibi Daue hæc.

Sat diu vixit. Plaut.Capt.13.23, Nisi quis sat diu vixisse sese homo arbitrabitur. Cic.ad Atticum,lib.15.313.4, Modo & libenter fuerit, & sat diu.

Sat est. Plaut.Milite,10.154, Sat est mihi quoduis. Terẽt.And.2.1.143, -sat est, Curabo. Cic.de Senect.44, Quantũ sat est. Idem 1.de Diuinat.156, Tantum sat est intelligi, id sumere istos pro certo, quod dubium controuersúmque sit.

Sat est osculi. Plaut.Sticho,3.54. Sat litium, apud eũdem legitur in Rudente,14.15. Cic.1.de Finib.108, Testium sat est.

Sat fecit officium. Teren.Phorm.4.5.11, Non sat tuum te officium feciſſe, si non id fama approbat?

Sat habere. Plaut. Menæchmis, Quæso vt sat habeas id pater, quòd Chrysalus obiurgauit me. Idem Mostell.4.89, Sat habes tibi fore illum amicum sempiternum. Terent.And.4.1.11, Sat habeo. Idem Eunucho,3.1.31, Vbi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur. Plaut. Rud.8.3, Necessitate, quicquid est domi, id sat est habendum.

Sat scio. Terent.Adelph.3.3.6, Persuasit ille impurus, sat scio. Ibidem,4.1.10, Nũc vbi me illic non videbit, iam huc recurret, sat scio. Idem Eunuc.3.1.34, Nam hercle nemo posset, sat scio. Qui haberet qui pararet, &c.

SATAGYTAE, Populi in Asia Scythica, vt libro quarto testatur Herodotus.

SATARCHAE, Populi sunt Septentrionales ad paludem Mæotin vergentes, vt scribit Pomponius Mela lib.2. Hi bellicosissimi sunt. De quibus Valerius Flaccus lib.6. Argonaut.29,

Iaxamatæ, Torinique, & flaui crine Satarchæ.

Sa'tago, sátagis, pen.corr. satégi, penult.prod. satágere, Anxium esse, anxiè distorqueri difficultate alicuius rei conficiendæ. Terentius Heauton.2.1.13,

Nam hic Clinia, etsi is suarum rerum satagit, attamen
Habet bene ac pudicè eductam, ignaram artis meretricix. Cæsar in Commentariis, Qui satagentibus celeriter occurrant.

Satagere, Diligentem esse, seu festinare. Plaut. Asin.9.34, Nũc satagit, adducit domum etiam vitro, & scribit nummos.

Satagere de. Gellius lib.9.cap.11, Consulibus de vi ac multitudine hostium satagentibus. Hoc est solicitis.

Agere & satagere. Quintilian.lib.6.cap.4, Aser venustè Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deiicientem & imponentem, non agere dixit, sed satagere.

Satan, Dictio Hebraica quæ aduersarium significat.

SATASPES, Persa Teaspis filius à Xerxe rege cruci affixus est, quòd Zopyri filii Megabysi filiam virginem vitiasset, quódque etiam totam Africam non peragrasset, quòd se feciſſe ad diluendum stuprum dixisset. Author Herodotus lib.4.

Satelles, satéllitis, pen.corr. m.g. Miles mercede cõductus, vt ab imperatoris latere non discedat. Plin.lib.11.cap.14.11, Sed præter hos & custodes satellitésque, & ostiarii, & ministri populantur. Liuius 1.ab Vrbe,54, Quum concursu ante clamorem facto, cõprehensum regii satellites retraxissent ad Tribunal regis. Ouidius 5.Fast.108, Ille dex custos, ille satelles erat.

Administri & satellites alicuius. Cic.pro Quintio,54.

Vides tamen tyrãni satellites in imperiis. Cic.Attic.li.14.303.1.

Per medios ire satellites. Horat.3.Carm.ode 16.2.

Rigidus satelles. Horat.1.epist.14.

C.Mãlius audaciæ satelles atq; administer tuæ. Cic.1.in Cat.4.

Satelles Iouis, Aquila. Cic.1.Tuscul.41,

Tristi aduolatu aduncis lacerans vnguibus
Iouis satelles pastu dilaniat fero. Ex poeta. Sic 1.de Diuin.171.

Ministri ac satellites cupiditatum alicuius. Cic.5.Verr.16, Qui primus certos instituerit, nomine decumanos, re vera ministros ac satellites cupiditatum suarum.

Satellites voluptatum, virtutes. Cic.1.de Finib.63.

Sati'n', vide Satis.

Satio, satias, satiáui, satiátum, satiâre, à Sat deduci videtur, significátque Saturare, seu explere, & habere quod satis sit. Pertinet ad omnes sensus, & frequenter ad animum.

Ad corpus. Colum.lib.8.cap.9, Satiátque semodius cibi in diebus singulis vicenos & centenos turtures.

Ad animum. Cic.de Senect.48, Satiari delectatione non possum, vt meæ senectutis requietem, oblectamentúmq; noscatis.

Legendo non posse satiari. Cic.3.de Finib.11.

Nunquã expletur nec satiatur cupiditatis sitis. Cic.in Parad.7.

Fretum non satiatur aquis. Ouid.8.Metam.169.

Numerus satiat. Cic.in Oratore,24.

¶ Animum non posse satiare in lacerando alicuius corpore. Cic.11.Philipp.194.

Cor satiare. Ouidius 9.Metamor.36,

Cladibus, exclamat, Saturnia pascere nostris:
Pascere, & hanc pestem specta crudelis ab alto:
Córque ferum satia.

Cupiditatem satiare. Plin.lib.34.ca.8.31, Inter cunctos diligẽtissimum artis, & inimicum sui iudicem, crebrò perfecta signa frangentem, dum satiare cupiditatem nequit artis.

Desyderia naturæ satiare. Cic.2. de Finib.44, Veniebat enim ad cœnam, vt satiaret animo quieto desyderia naturæ.

Iram satiare. Ouidius 3.Trist.eleg.8.4, Forsitan hoc olim, quũ iam satiauerit iram.

Lumina satiauit longo visu. Stat. 4.Syl.6.7.

Oculos satiemus amore. Propert.lib.1.eleg.16.5.

Explere cupiditates, satiare odium. Cic.in Partit.51.

Pectora sua satiare luctu alterius. Ouid.6.Metam.57,

Pascere crudelis nostro Latona dolore,
Pascere ait, satiáque meo tua pectora luctu.

Satiâtus, pen.prod. Participium: siue Nomen ex participio: vt Æui & decoris satiatus. Silius lib.16.111.

Longo ludo satiatus. Horat.1.Carm.ode 1.8.

Somno satiatus: Liui. 1.ab Vrbe,273, Vbi illuxit, Romanus integer, satiatúsque somno, productus in aciem, sessum stando & vigiliis Volscum primo impetu perculit.

Suppliciis satiatus. Liu.8.ab Vrbe,103, Post triumphum Cõsul necato Vitrubio, sociisque eius noxæ, apud satiatos iam suppliciis nocentium, tutam mentionem de Priuernatibus ratus, &c.

Ira nondum satiata cædibus. Lucan.lib.7.163.

Libido mentis satiata. Catullus Argon.59.30.

Senecta vita longa satiata. Seneca Hercule furente,10.5.

Satietas, pen. corr. satietâtis, Odium, fastidium. Cic.7.Verr.79, Posteaquam è portu piratæ non metu aliquo affecti, sed satietate exierant.

Cibi satietas & fastidium, aut sub amara aliqua re releuatur, aut dulci mitigatur. Cic.1.de Inuent.37.

Omnibus in rebus similitudo est satietatis mater. Cicero 1.de Inuent.89.

Satietas vitæ. Plin.lib.4.cap.11.47.

Satietas hominum. Terent.Eunuch.3.1.14,

-tum sicubi eum satietas
Hominum, aut negoti siquando odium ceperat,
Requiescere vbi volebat, &c.

Satietas nostri, & Desyderium, contraria. Cic.Attico,lib.1.19.1.

Satietas & Auiditas, contraria. Plin.lib.11.ca.17.7, Tanta mortalibus suarum rerum satietas est, alienarúmque auiditas.

Citra satietatem, Vide Citra præpositionem.

¶ Hæc res multum affert hominibus satietatis ac fastidii. Cicero pro Murena,18.

Capere satietatem, Vide Capio.

Satietas voluptatibus non deest. Plin.lib.5.cap.1.6, Fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, vt nunquam satietas voluptatibus desit.

Naturam explere satietate viuendi. Cic.pro Marcello,16.

Omnium rerum satietas, vitæ facit satietatẽ. Cic.de Senect.68.

Ferre satietatẽ ex copia. Quint.li.5.ca.14.24, Et odiũ ex quadã seruitute, & ex copia satietatẽ, & ex amplitudine fastidiũ tulerit.

Tenet me alicuius rei satietas. Salust. in Iugurtha, Nisi fortè dominationis eorum satietas nondum etiam vos tenet.

Ad satietatem trucidare. Liu.4.bel.Pun.174, Pluribus vos milites hortarer, si cum armatis dimicatio futura esset: inermes, incautos ad satietatem trucidabitis.

Sáties, satiéi, f.g. Idem. Nec finis satiésve. Silius lib.4.11.

Satias, satiátis, pen.prod.f.g. pro Satietas aliquando ponitur. Terentius Eunuch.5.6.3,

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi,
Neque agri, neque vrbis odium me vnquam percipit.
Vbi satias cœpit fieri, commuto locum. Idem Hecyra,4.1.18,
Dum ætatis tẽpus tulit, perfuncta satis sum: satias me iam tenet
Studiorũ istorum. Tacit.lib.3, An satias capit. Rursum eodem libro, Pauperes necessitas, diuites satias in melius mutet. Idem lib.5, Tempus, preces, satias mitigabant. Lucret.lib.5.8,
Nil, vt opinor, ita ad satiatem terra ferarum
Nunc etiam scatet, & trepido terrore repleta'st.

Fessus satiate videndi. Lucret.lib.1.107.

Facta satiat. Salust. Ili, saltibus occupatis, exteriorũ agros inuaserẽ: frumentique ex inopia graui satias facta.

Satias eũ cepit amoris in vxore. Liui. 10. bel. Pun. 11, Inter hæc ne Syphacis quidem reconciliandi curã ex animo dimiserat: si forte iam satias amoris in vxore ex multa copia eum cepisset.

Cibi satiat. Lucretius lib. 5. 279,

Hæc animos illis mulcebant, atque iuuabant
Cum satiate cibi. nam tum sunt omnia cordi.

Satio, sationis. Vide Sero, seris.

Satis, Aduerbium, & per apocopen Sat, significat Abundè, quãtum opus est. Plaut. Menæch. 10. 49,

Accerse homines qui illum ad me deferant. 1. quot sunt satis? M E N. Proinde vi insanire videor. M E D. quatuor, nihilo minus.

Satis ad. Cic. 5. Verr. 148, Sed ab iis quos repudias, exigis tantũ pecuniæ, quantum ad eum numerum frumenti satis sit, quem ciuitati imperas.

Mihi autem ad vincendum satis est, fuisse procuratorem qui cum experiri posset quales is, &c. Cic. pro Quintio, 46.

Satis audacter. Plaut. Amph. 8. 107, -quæ non deliquit, decet
Audacem esse. & confidenter pro se, & proteruè loqui.

A N. Satis audacter. A L. vt pudicam decet.

Satis bene. Plaut. Pœnulo, 4. 63, Nam pro heri nostri quæsu satis bene ornatæ sumus.

Satis certè, vel certò scio. Terent. Adelph. 1. 3. 3,

O frater frater, quid ego nunc te laudem? satis certè scio,
Nunquã ita magnificè quicquã dicã. id virtus quin superet tua.

Idem Heaut. 1. 1. 19, Hæc non voluptati esse, satis certò scio.

Satis credo. Plaut. Curcul. 15. 36, Meipso præsente & Lycone factum est. P H. satis credo tibi. Idem Persa, 15. 21, Abi, ne iura, satis credo. Terent. Eunucho, 5. 9. 21, Gaudeo. C. satis credo: nihil est Thaide tua dignius.

Satis cum periculo. Terent. And. 1. 1. 104.

-ad flammam accessit imprudentius, Satis cum periclo.

Satis iam delusum censeo: nunc rem, vt est, eloquamur. Plautus Asina. 11. 141.

Satis diu. Terent. Adelph. 4. 4. 11, Satis diu verba dedisti nobis, satis adhuc tua frustrata est fides. Idem Eunucho, 5. 9. 55, Satis diu hoc iam saxum voluo.

Satis est, Quod vulgus dicit sufficit. Hora. 1. epist. 2. 10, Quod satis est cui contingit, nihil amplius optet. Plaut. Trucul. 11. 2,

Ite hãc simul mulieri damnigeruli foras gerrones.
Bonorum exagógæ: satis est. Idem Persa, 16. 63, Heus tu aduigila. P. satis est dictũ: quanquam ego serua sum. Et Capt. 4. 9,

Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est, nunquam post illa possis prendere. Item Amph. 8. 15,

-vt meus victor vir belli redeat, satis mihi
Esse dicam. Terent. Eunuch. 4. 7. 40, -hic furti se alligat.

C H. Satis hoc tibi est. Idem Heauton. 4. 1. 28. Credo id cogitasti, quid vis? satis est dum viuat modò. Cic. de Amicitia, 81, Satis erat respondere magnas, ingentes inquit.

Quod satis est sapio mihi. Persius Saty. 3. 8.

Responsa non dabantur fida satis. Virgil 2. Æneid. 76.

Satis fortis homo, & satis planè frugi. Cic. 5. Verr. 15.

Satis habeo. Plaut. Capt. 7. 86, -mandauisti satis.

Satin' habes, mandata quæ sunt, facta si referat? T. satis. Idem Merc. 16. 4,

Nam qui amat, si quod amat habet, id satis habet sibi.

Pro cibo videre, amplecti, osculari. Ibidem, 14. 41, -obsecro
Satis iam vt habeatis: quin loris exdite etiam si lubet. Terentius Adelph. 3. 2. 15, Satis mihi id habeam supplicii, dum illos vlciscar modò. Tacitus lib. 2, Satis habebam, si tenues res meæ nec mihi pudori, nec cuiquam oneri forent. Idem lib. 10, Senatus censuit satis habendum, quòd Prætor iusiurandum polliceretur. Sallustius in Iugurtha, Satis habeatis animam retinere.

Imbrem satis largum cælo demittere. Virg. 1. Georg. 5.

Satis magna pecunia. Cic. 1. Offic. 37, Vt nuper M. Crassus negabat vllam satis magnam pecuniã esse ei qui in Repub. princeps vellet esse.

Satis mirari. Terentius Eunuch. 3. 4. 9, Quid illud mali est? nequeo satis mirari.

Satis multa. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 4, Satis me multa scripsisse, quæ literis commendari possint, arbitror. Idem 4. Academ. 163, Et quoniam satis multa dixi, est mihi perorandum.

Nec satis extremas Coriti penetrauit ad vrbes. Virg. 9. Æne. 2.

Non est satis, nisi præsens confirmassem, ne id quidem satis est. Cic. 5. Verr. 107.

Non satis. Cic. 1. de Natura deorũ, 98, Sed quum agellus eum non satis aleret, vt opinor, ludi magister fuit.

Non satis est id cur. Cic. 4. Acad. 184, Id autem non satis esse cur alia percipi posse dicas, alia non posse.

Non est satis æstimare. Plinius lib. 7. in Præfa. 2, Vt non sit satis æstimare, parens melior homini, an tristior nouerca fuerit. Hoc est, vt non satis æstimari possit.

Non enim satis intelligebã: Per parenthesin positum. Cic. 4. Acad. 114, Me quoque incãsine, an ita sentiens (non enim satis intelligebam) cœpit hortari, vt sententia desisterem.

Et ne satis habeat semel circuire. Cato cap. 1. 1.

Satis pernosti qualis sim. Terẽt. And. 3. 2. 23, Non satis me pernosti etiam qualis sim Simo.

Satis prospicere oculis, Satis cernere, satis videre. Plaut. Amph. 17. 7, Caput dolet, neque audio. nec oculis prospicio satis. Terent. Adelph. 5. 3. 85, -éstne hic Hegio
Tribulis noster? si satis cerno, is hercle est. Plaut. Bacchid. 10. 67, Verùm qui satis videat, grandes satis sunt.

Plus quàm satis opus est, doleo. Cic. 7. Verr. 95.

Satis præceptum. Plautus Pœnulo, 8. 17, -nos curabimus,
Satis præceptum.

Satis rectè mones. Plautus Persa, 16. 53.

Satis sæpe. Salustius in Iugurtha, Satis sæpe iam & virtutẽ militum, & fortunam tentatam.

Satis sanus. Curtius lib. 4, Somnio simillis res Abdolomino videbatur. Interdum satisne sani essent, qui tam proteruè sibi illuderent, percunctabatur.

Satis, satis. Terentius Heaut. 3. 3. 30, Non possum, satis iam, satis pater durus fui.

Satis scire. Liui. 1. ab Vrbe, 89, Satis sciebat negaturum Albanum: ita piè bellum indici posse.

Satis tempore. Cicero 4. Verr. 89, Herodorus Romæ erat: satis putabat se ad comitia tempore venturum, si pridie venisset. Hoc est satis tempestiuè.

Quum hominem nomino, satis mihi videor dicere. Cic. pro Quintio, 11.

Quare de hoc satis. Cic. Attico, lib. 6. 1. 10. 2.

Satis, cum genitiuo, Satis causæ. Terent. And. 1. 1. 111, Nec satis ad obiurgandum causæ. Plaut. Bacchid. 2. 50, Satis historiarum est? Idem Trucul. 6. 4, Satis est mihi tuæ salutis, nihil moror. Idem Captiuis. 4. 16, Sed satis verborum est, cura quæ fuit. Terent. Phorm. Satis iam verborum est.

Orationis satis est. Vide Oratio in O10.

Satis cẽporis ad. Cic. 4. Verr. 1, Quo mihi maturius ad Siciliæ causam veniendum est, relictis cæteris eius furtis, ac flagitiis, vt & viribus quàm integerrimis agere, & ad dicendum temporis satis habere possim.

Satis supérque. Cic. de Amicit. 41, Sed nihil est quod illi non persequantur suis argutiis, partim fugiendas esse nimias amicitias, ne necesse sit vnum solicitũ esse pro pluribus, satis supérque esse sibi suarum cuique rerum curam. Virg. 1. Æneid. 119,

-satis vna supérque
Vidimus excidia. Cic. 1. de Nat. deor. 3, Nam contra Epicurum satis supérque dictũ est. Idem ad Atticũ, lib. 16. 333. 10, Sed id satis supérque: tecum me non esse fugientẽ periculum. Sic 1. de Legibus, 56. Horat. Epod. 1. 7, Satis supérque me benignitas tua Ditauit.

Satin', pro Satisne. Plaut. Amphit. 7. 11,

Satin' hoc planè, satin' diserte here nunc videor tibi
Loquutus esse? Terent. Eunuc. 5. 2. 11, -satin' id tibi placet?

C. Non. Idem And. 4. 5. 10,

Satin' sanus es, qui me id rogites? D. quem igitur rogem,
Qui hîc neminem alium videat? Et Phorm. 1. 4. 35, Satin' sic est? G. non. A. quid si sic? G. propemodum. Ibidem, 2. 1. 16, Valet, hic est: sed satin' omnia ex sententia? Liuius 4. bel. Pun. 201,

Experiri, inquit, volui fili, satin' scires Consulem te esse.

Satin' salue? Modus loquendi apud veteres, quũ vbi quid tardati erat interrogabãt an satis saluæ res essent. Terent. Eunuch. Hem quid est? quid trepidas? satin' salue? Liu. 1. ab Vrbe cond. 156, Quærentiq; viro satin' salue, Minimè inquit. Ibidem, 10. 81, Satin' salue inquit Luci Volumni? vt sese in Sannio res habent? Ibidem, 6. 138, Percontatus satin' salue. Idem de bello Macedonico, Quum pater, satin' saluæ res, interrogaret.

Satisaccipio, satisfaccipis. pe. co. satisaccepi, satisacceptũ, satisaccipere. Dictũ est codẽ modo quo Satisfacere. Nam quia id quo quis cõtentus erat ei præstabat, satisfieri dictũ est: ita quia tales quibus cõtentus quis futurus esset, sic dabantur, vt verbo obligarẽtur, satisaccipi dictum est. Hæc Sipontinus. Plaut. Sticho, 9. 4,

Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicũ esse Antipho:
Nunc quia te amicũ mihi experior esse, creditur tibi. Cic. pro Rosc. Comœdo, 13, Qua de causa Flauius, quum de tota lite faceret pactionem, neque satisacciperet à Roscio, neque iudicio absolueretur à Fannio. Idem 3. Verr. 81, Siquis testamento se hæredem esse arbitraretur, quòd tum non extaret, lege ageret in

hæreditatem,aut pro prædę litis vindiciarum, quum ſatisfacepiſſet,ſponſionem faceret. Idem pro Quintio,14,Si veretur vt res iudicio facto parata ſit,iudicatum ſolui ſatisfaccipiat. In his Ciceronis exemplis vetus codex legit ſeparatim Satis accipio.

Cato cap.2.4,Quæ ſatisfaccipienda ſient,ſatisfaccipiantur.

Satisfaccipere,contrarium habet Satisdare.

Satisfacceptio,ſatisfacceptionis, Verbale. Satisfacceptionem appellat Pomponius de Verb.oblig. ſtipulationem, quæ ita obligat promiſſorem,vt expromiſſores quoq; ab eo accipiantur. Id eſt qui idem promittunt.

Satisdo,ſatisdas,ſatisdedi,ſatisdatum,ſatisdare,pen.corr. Significat fideiubere,promittere per vadem, ſiue fidem ſuam pignori dare,& reipſa certum facere.Cic.ad Sulpitium,lib.13.29.5,Primùm vt ſiquid ſatisdandum erit amplius eo nomine non peti,curet vt ſatisdetur fide mea.Sipõtinus,Vt ſatisfacere dicimur ei cuius deſyderiũ implemus : ita ſatisdare dicimur dare aduerſario noſtro aliquem qui pro eo,quod à nobis petitur,ita caueat,vt eum hoc nomine ſecurum faciamus. Cicero pro Quintio,15,Iſte poſtulat vt procurator iudicatum ſolui ſatisdaret:negat Alphenus æquum eſſe procuratorem ſatisdare, quòd reus ſatisdare non deberet,ſi ipſe adeſſet. Idem 3.Verr.104,Deridet quũ ſibi ipſum iubet ſatisdare Rabonium. Sic ad Atticum, lib.1.5.1, Satisdari amplius à ſe non peti. Cato cap.146.1,Rectè hæc dari,fieríque, ſatiſque dari domino, aut cui iuſſerit,promittito, ſatiſque dato arbitratu domini.

Iudicatum ſolui ſatisdare.Cicero 4.Verr.41,Amici,ſiquis quid peteret iudicio,ſecum agi paſſuros,iudicatum ſolui ſatisdaturos eſſe dicebant.

Satisdare,genitiuo iunctum.Cic.3.Verr.104,Qui redemerit,ſatisdet damni infecti.Scilicet nomine.

Satisdatio,ſatisdationis,Verbale.Cic.Attico.lib.5.88.1,De ſatisdando verò te rogo quoad eris Romæ,tu vt ſatisdes: & ſunt aliquot ſatisdationes ſecundum mancipium in his & Mennianorũ prædiorum vel Hatilianorum. Plin.lib.34.cap.7.6.

Satisdatum,ſatisdati,pen.corr.Cic.Attico,lib.16.339.3,Sed & illi tum pe arbitror,eo nomine,quod ſatisdato debeat,procuratores eius non diſſoluere. Eidem ibidẽ.333.12,Hoc quod ſatisdato debeo, peto à te vt ante prouideas, planéque expedias, & ſolutum relinquas. Pomponius,Potius enim eo nomine exolui ſe videor, quod ſatisdato,quàm quod ſatisdatione debeo. Martianus,Ego puto,vbi id non dixit debitor,in id potius exolutum exiſtimare,quod ſatisdato deberur.

Satisfacio,ſatisfacis,pen.corr.ſatisfeci,pen.prod.ſatisfactum, ſatisfacere,Tantum facere quantum ſatis ſit irato ad vindictam,inquit Aſconius. Datiuo iungitur. Plaut.Amphit.10.8,

-quin ego illum aut deſeram,
Aut ſatisfaciat mihi : atque adiuret inſuper
Nolle eſſe dicta quæ in me inſontem protulit. Plin.de Viris illuſt.43, Quod pactum quum à Senatu improbaretur, fundum ſuum ducentis millibus vendidit,& fidei ſatisfecit. Idem epiſt.137.b,Sed difficile eſt,vt oratio dum recitatur,ſatisfaciat. Cæſar 7.bel.Gal.355, Et quoniam ſit fortunæ cedendum , ad vtranque rem ſe illis offerre,ſeu morte ſua Romanis ſatisfacere,ſeu viuũ tradere velint. Cicero ad Atticum,lib.7.141.4,Cui nos valde ſatisfacere multi ad me ſcripſerunt.

Satisfacere quibus debemus.Cic.ad Atticum,lib.11.114.6,

Satisfacere ſuis,pro Diſſoluere æs alienũ.Cæſar 3.bel.Ciui.133, Quammaximas potuerunt pecunias mutuati,perinde ac ſuis ſatisfacere,& fraudata reſtituere vellent.

Satisfacere de viſceribus ſuis,pro Suis viſceribus æs alienũ diſſoluere,Hoc eſt ſua ipſius pecunia.Cic.ad Q.fratrem, lib.1.3.11, Sentio quid ſceleris admiſerim, quum de viſceribus tuis & filii tui ſatisfacturus ſis quibus debes,ego acceptam ex ærario pecuniam tuo nomine fruſtra diſſiparim.

Satisfacere alicui in pecunia.Cælius ad Ciceronem, lib.8.11.6, Vt ſi mihi in pecunia minus ſatisfeciſſet, per hanc ſpeciem ſimultatis eum conſectarer.

De re aliqua plenè & ſtatim ſatisfacere.Quintil.lib. 4.cap.5. 14,Promittamus nos plenè,& ſtatim de eo ſatis eſſe facturos.

¶ Satisfacere,pro Purgare. Cic.1.Philip.64,Aude dicere prius ad patrem tuum veniſſe,quàm ad me.acceperam enim iam antè Cæſaris literas,vt mihi ſatisfieri paterer à te.Id eſt vt acciperem tuam excuſationem & purgationem.Inde Satisfactio, pro purgatione & excuſatione.

Satisfacere cumulatè alicui.Cic.ad Q.fratrem,lib.2.8.2,Nam in defendendo moroſo homine cumulatiſſimè ſatisfecimus. Idem in Topicis,53.

Satisfacere alicui de re aliqua.Cæſar 5.bel.Gal.5,Qua re nuntiata,Piruſtæ legatos ad eum mittunt,qui doceant,nihil earum rerum publico factũ conſilio: ſeſéque paratos eſſe demonſtrãt, omnibus rationibus de iniuriis ſatisfacere.

¶ Amicitiæ ſatisfacere.Cic.Planco,lib.10.1.7.

Cauſæ & officio ſuo ſatisfacere.Cic.1.Verr.15.

Deo piè & caſtè ſatisfacere.Cic.ad Terentiam,lib.14.7.2, Cui quidem tu deo,quemadmodum ſoles,piè & caſtè ſatisfacias : id eſt Apollini & Æſculapio.

Diſputationi alicui ſatisfacere.Cic.1.de Legib.55,Nec enim ſatisfieri cenſent huic loco qui núc eſt in manibus,niſi ſeparatim hoc ipſum naturæ eſſe ius diſputarint. Idem ad Atticum, lib. 2.19.3,Magnum quid aggrediamur,& multæ cogitationis atque otii: ſed tamen ſatisfiet à nobis,neque parcetur labori.

Exiſtimationi hominũ ſatisfacere. Cic.5.Verr.114, Cõmoneri te oportuit,vocare Apronĩũ,nec illũ antè tibi ſatisfacere, quàm tu omnium exiſtimationi ſatisfeciſſes.

Immortalitati laudum alicuius ſatisfacere.Cic.ad Cæſarẽ,lib. 13.17.8,Nunc autẽ incenſus ſtudio rerum tuarũ, eas literis Græcis mandare cupiebat: poſſe arbitror. valet ingenio: habet vſũ: iampridem in eo genere ſtudii, literarúmque verſatur: ſatisfacere immortalitati laudum tuarum mirabiliter cupit.Id eſt tuas laudes reddere immortales.

Mandatis alicuius ſatisfacere.Cic.ad Atticum,lib.6.111.6,Noli enim putare me quidquam malluiſſe,quàm vt mandatis tuis ſatisfacerem,nec vlla de re plus laborauſſe.Vetuſtum exemplar hîc habet,vt mandat is,facerem.

Naturæ & legibus ſatisfacere.Cic.pro Cluẽtio,21.Id eſt mori.

Officio erga aliquem in re aliqua ſatisfacere,pro Fungi officio.Cic.ad Q.fratrẽ,lib.1.6.4,In ea re nos & officio erga Lentulum mirificè,& voluntati Pompeii præclarè ſatisfecimus.

Vt omnium opinioni ſatisfiat.Cic.pro Rabir.Poſthumo,18.

Satisfactum eſt promiſſo noſtro ac recepto,Cic.7.Verr.108.

Publicè ſatisfacere,hoc eſt Publico nomine.Cic.3.Verr.55,Sed aliqua ex parte violatus ſit, niſi publicè ſatisfactum ſit, ei ciuitati bellum indici atque inferri ſolere.

Suſpicioni alicuius ſatisfacere.Cic.pro Rab.Poſthumo,18, Sed vt omnium vel ſuſpicioni, vel maleuolentiæ,vel crudelitati ſatisfiat,occultat pecuniam Poſthumus,latent regiæ diuitiæ.

Vitæ ſatisfacere.Cic.Planco,lib.10.1.3.

Voluntati voluntate ſatisfacere.Senec. de Benefic.lib.2.cap.35.

Hiſtriones in diſſimillimis perſonis ſatisfaciunt.Cic.in Ora.59.

Satisfieri,pen.corr.Ouid.2.de Remed.amor.61,

Qui ſilet, eſt firmus.qui dicit multa puellæ
Probra,ſatisfieri poſtulat ille ſibi.

Quanquam à te quidem cumulatè ſatisfit & mihi, & omnibus. Cic.Acillio,lib.13.13.2.

Vide quomodo ſatisfiat ei, cui ſcis me ſatisfieri velle . Cicero Terentiæ,lib.14.6.1.

Satisfactio,Verbale,Purgatio,excuſatio.Cic.ad Trebatium,li.7.13. 3,Hic tu me etiam inſimulas, nec ſatisfactionem meam accipis. Idem ad Atticum,lib.4.75.5,Et ſimul ne καθύπερ mea quæ in agendo apparuit,in ſcribẽdo ſit occultior,& aliquid ſatisfactio leuitatis habere videatur. Cæſar,Vbiorum ſatisfactionẽ accepit.

Satispræſto,ſatispræſtas,ſatispræſtare,Idem quod Satisdare.

Satius,Cõparatiuum aduerbium à Satis,& ſignificat Melius:quaſi vltra id quod opus eſt.Plautus Trinum.7.6,

Miſer ex animo ſit,ſatius nihilo facit
Suæ ſenectuti. Idem Ciſtell.9.10,Nam hercle ego illam anum irridere me vt ſinam,ſatius mihi eſt. Terent.Heaut.3.1.66,

-& tibi perdere
Talentum hoc pacto ſatius eſt,quàm illo minam. Idem Adel. 2.1.26, -vt ſit ſatius perdere,
Quàm aut hîc nunc manere tandiu, aut tum perſequi. Virgilius ecloga 2.3,
Nónne fuit ſatius triſtes Amaryllidis iras,
Atque ſuperba pati faſtidia? Cic.4.Verr.61,Repertus eſt nemo, quin mori diceret ſatius eſſe. Idem ad Atticum,lib.7.111.6,Video cum altero vinci ſatius eſſe,quàm cũ altero vincere. Propert.lib.2.eleg.13.4,Intactos iſto ſatius tentare veneno.

Non igitur ſatius eſſet,dicet aliquis,ab initio, præſertim quũ ſcribas,ad optimũ & electiſſimum verbum deueniret Eſt quum non eſt ſatius,ſi &c.Author ad Herennium,lib.4.187.

Multo ſatius eſt.Lucret.lib.5.117.

Nimio ſatius.Vide Nimio.

Sator,Vide Sero.

SATRÆ,populi Græcorum in litoribus Thraciæ,vt oſtendit Herodotus ſuæ hiſtoriæ lib.7.

Satrapes:vel Sátrapa,ſátrapæ,penul.corr.m.g.Dictio Perſica, quæ apud nos præfectum ſignificat.Terent.Heaut.3.1.43,

Oneratas veſte atque auro:ſatrapes ſi ſiet
Amator,nunquam ſufferre eius ſumptus queat.

Satrapia,ſatrapiæ,pen.prod.Regio,& præfectura. Plinius libro 6.

cap.20.9, Etenim plerique ab occidente non Indo amne determinant, sed adiiciunt quatuor satrapias, Gedrosos, Arachotas, Arios, Paropamisadas. Dicitur & Satrapêa, pen.prod. Curtius lib.5, Mazeum transfugam satrapea Babylonix donat. Idem lib.6, Oxidates erat nobilis Persis, qui à Dario capitali supplicio destinatus colubebatur in vinculis. Huic liberato satrapeá Mediæ attribuit.

Satum, sati, Genus mensuræ Palæstinæ, quæ capit sesquimodium, siue, vt nos lingua nostra dicimus, *sesquibaretum*.

Satur, sătura, săturum, pen.cor. Adiect. Quod est cibo plenum. Plaut. Capt. 6.31, -tametsi vnicus sum, decere videatur magis,
Me saturum seruire apud te sumptu & vestitu tuo,
Quàm illic, vbi minimè honestum est mendicantem viuere.
Ibidē, 13.43, Satur homo est, habet profectò in ventre confidentiā. Idem Menæch. 11.14, Satur nunc loquetur de me & de parti mea. Terent. Hecy. 5.2.3, Sed quū tu satura atq; ebria eris, puer vt satur sit, facito. Cic. 1. de Diuin. 131, Præclara verò auspicia, si esurientibus pullis res geri poterit, saturis nihil geritur.

Altilium satur. Horat. 1. epist. 7.7, Nec somnum plebis laudo satur altilium. Hoc est saturatus altilibus.

Satur omnium rerum. Terent. Adelph. 5.1.3,
-sed postquam intus sum omnium rerum satur,
Prodeambulare huc libitum est.

Fricando satur. Plaut. Pœnulo, 4.16, Neque vnquam lauando & fricando sumus saturæ.

Capellæ saturæ. Virgil. ecloga 10.16.

Conuiua satur. Horatius 1. Serm. saty. 1.14.

Cor saturum. Catullus ad Iuuentium, 45.1, Nec vnquam saturum inde cor futurum est.

¶ Satur, Fœcūdus & abūdans. Persius Saty. 1.8, -nec rus saturum laudare. Virg. 2. Geor. 40, Saltus, & saturi petito lōginqua Tarenti. Vbi Seruius, Saturi, aut fœcundi: aut quod iuxta oppidum Saturum. Tarentum enim & Saturum vicinæ sunt Calabriæ ciuitates.

Præsepia satura. Virgil. 3. Georg. 43.

Coloni saturi. Tibullus lib. 1. eleg. 1.5.

¶ Satur color, Plenus, vehemens, & quem vulgus nostrum *ouerum* vocat. Plin. libro 37. cap. 10.30, Ion apud Indos violacea est, sed rarò saturo colore lucet.

Vellera fucata saturo colore. Virgil. 4. Georg. 67.

Saturior lactis agnus. Colum. li. 7. ca. 4.3, Quippe singuli agni binis nutricibus summittuntur, nec quicquā subtrahi summissis expedit, quo saturior lactis agnus celeriter confirmetur.

Saturio, săturiōnis, m.g. Idem quod Satur. Plaut. Persa, 4.13, Nam esurio venio, non aduenio saturio.

Satúritas, pen.corr. săturitātis, fœ.g. Plaut. Capt. 5.35,
-sed aperitur ostium,
Vnde saturitate æque ego exii ebrius. Ibidem, 15.96, Proin tu deum hunc saturitate tranquillū facias tibi. Plin. lib. 9. cap. 39, Sic gignitur laudatus ille pallor saturitate fraudata: tantóque dilucidior, quanto magis vellera esuriunt.

¶ Saturitas, pro Fœcunditate. Cic. de Senect. 51, Neque solùm officio, quod hominum generi vniuerso cultura agrorum est salutaris, sed etiam delectatione quam dixi, & saturitate copiáque rerum omnium quæ ad victum hominum & cultum etiam deorum pertinent.

Sáturo, săturas, pen.corr. săturare, Explere. Ad omnes sensus pertinet, propriè tamen ad gustum. Cic. 1. Philip. 71, Versatus in bello est, saturauit se sanguine dissimillimorum sui ciuium. Nonius, Expleri & saturari hanc habent differentiam: Expleri est tantūmodo plenum esse: Saturari, supra modum. Cic. lib. 6. de Repu. 8, Graues enim dominæ cogitationum libidines infinita quædā cogunt, atque imperant, quæ quia expleri, nec saturari vllo modo possunt, ad omne facinus impellunt eos, qui illecebris suis incenduntur. Virgil. 10. eclog. 6, Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ.

Nuper nati mammas appetunt, earúmque hubertate saturātur. Cic. 2. de Natura deorum, 195.

Famem epulis saturare. Claud. de Phœnice, 3.3.

Placare & saturare. Cic. pro Domo sua, 35, Expleui animos inuidorum, placaui odia improborum, saturaui etiam perfidiam & scelus proditorum.

Odium saturare. Cic. pro Flacco, 74, Mactare victimam gratiorem, quàm si L. Flacci sanguine illius nefarium in vos omnes odium saturaueritis? Idem in Vatinium, 4, Odiúmque diuturnū quod in bonos tam inueteratū habebatis, saturare cupereris.

Saturnus appellatus quòd se saturat annis. Cicero 2. de Natura deorum, 91.

Stercore saturare terram. Columella lib. 2. cap. 9.14, Quum eius messem sustuleris, optimum est noualia pati anno cessare: sin minus, stercore saturare, & omne virus quod adhuc inest terræ propulsare.

Saturâtus, pen.prod. Participium. vt Iuno saturata. Virgilius 5. Æneid. 111, Multa mouens, necdum antiquum saturata dolorem. Synecdoche.

Expletus & saturatus. Cic. 5. Verr. 83, Vt aliquando ex eorum agris, atque vrbibus expleti atque saturati, cum hoc cumulo quæstus decederent.

Cæde armenti saturati leones. Ouid. 10. Metam. 108.

Homines saturati honoribus. Cic. pro Plancio, 16.

Mens saturata bonarum cogitationum epulis. Cicero 1. de Diuinatione, 108.

Lumină saturatā carā figurā. Catullus Argon. 59.44.

Saturatæ vestes murice, id est tinctæ. Martial. lib. 8. 42,
Non quicunque capit saturatas murice vestes,
Nec nisi deliciis conuenit iste color. Ouid. epist. 13.8.

Satullo, satullas, satullare, Idem quod saturare. Varro, Neq; in puluere mythico coquam carnes, quibus satullem corpora, & famē ventris. Nonius.

Saturcia, saturciæ, Herba fragrantis odoris, quæ & cunila dicitur, & origanum heracleoticū: à Saturo dicta, quòd nullum ferè condimentum sine ea fiebat, propter quod saturitatem inducere videbatur. Colum. lib. 10, Et saturcia thymi referens tymbræque saporem. Plin. lib. 19. cap. 8.33, Thymbram verò quæ sit cunila. Hæc apud nos habet vocabulū & aliud, saturcia dicta in condimentario genere. Seritur mense Februario, origano æmula.

SATVRIO, Decurio cubiculariorum Domitiani. A quo Saturii modi. Martialis lib. 4.34, in Afrum, Saturióque modos, Partheniósque sonas.

SATVRNIANA colonia, Tuscorum vrbs, Ptolemæo lib. 3. ca. 1. Hodie Saturnia.

SATVRNIA, Nomen regionis, & nomen oppidi. Virg. 8. Æneid. 70, Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen. Æditiora etiā loca (vt Diodorus scribit) Saturnia dici consueuerunt.

SATVRNIVS, mons quondam dicebatur, qui postea Tarpeius.

SATVRNVS, Cœli filius, authore Cicerone lib. 2. de Nat. deorū, 91, Vetus (inquit) hæc opinio Græciam oppleuit, scilicet exectum Cœlum à filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum à filio Ioue. Physica ratio non inelegans inclusa est in impias fabulas. Cœlestem enim altissimam æthereámque naturam, id est igneam, quæ per sese omnia gigneret, vacare voluerunt ea parte corporis, quæ coniunctione alterius egēret ad procreandum. Saturnum autem eum esse voluerunt, qui cursum & conuersionem spatiorum ac temporum contineret, qui deus Græcè idipsum nomen habet. *κρόνος* enim dicitur, qui est idem *χρόνος*, id est spatium temporis. Saturnus autem est appellatus, quòd saturetur annis. Ex se enim natos comesse fingitur solitus, quia consumit ætas temporum spatia, annisque præteritis insaturabiliter expletur. Vinctus autem à Ioue, ne immoderatos cursus haberet, atque vt eum syderum vinclis alligaret. Hactenus Cicero. Vide Macrobium Saturnaliorum lib. 1. ca. 40. 41. 42. Alii philosophi interpretantur Saturnum Cronon, veluti à satietate intellectus, eo quòd Græcè satietas *κόρος*: intellectus verò siue mēs *νοῦς* dicitur, vt sit nomen compositum Saturnus, ex prima parte Latina, & posteriore Græca, ipsa satietas mentis. Sunt qui Saturnum à satu deducant, quoniam peririam rerū, & satorum omnium primus edocuisse fertur. Quidam à verbo quod Græci dicunt *κάτειν*, quo virilia significantur, quòd patris pudenda abscidisse, atque in mare proiecisse dicitur: vnde Venerem procreatā ferūt, quæ à spuma vndæ coaluit, Aphroditen nomē accepit.

Dens curuus Saturni, Id est falx. Virg. 1. Georg. 81. Seruius.

Saturnus regnis à Ioue pulsus erat. Ouid. 3. Fast. 160.

Aureus Saturnus. Virgil. 1. Georg. 108. Quia sub Saturno fuit ætas aurea.

Grauis Saturnus. Persius Saty. 5.5,
Saturnúmque grauem nostro Ioue frangimus vna.

Impius Saturnus. Horat. 1. Carm. ode 17.5.

Senex Saturnus. Virg. 7. Æneid. 36.

Saturni stella, Phænon Græcè, x x x ferè annis cursum suum conficit. Cic. 2. de Natura deorum, 75.

Stella Saturni frigida. Virg. 1. Georg. 68.

Sydus graue Saturni. Propert. lib. 4. eleg. 1.17, Et graue Saturni sydus in omne caput.

Stella quæ Saturnia nominatur. Cic. de Som. Scipionis, 15.

Saturnius, Adiectiuum. vt

Arma Saturnia. Virg. 1. Æneid. 115.

Coniux Saturnia. Silius lib. 10. 68.

Iuno Saturnia. Virg. 3. Æneid. 76.

Regna Saturnia. Virg. 4. eclog. 1.

Tellus Saturnia frugum parens. Virg. 2. Georg. 55.

Versus quoque quos olim Fauni vatésque canebant, Saturnios antiqui nominabant, vt ait Varro.

Saturnalia, Saturnaliorum, Festa septem seu quinque dierũ, mense Decembri, Saturno dicata: erántque dies illi pleni lætitiæ, in quibus Romani syntheſin veſtem ſumebant. Dies quoque quibus munera vltro citróque mitti reminique ſolebant, Saturnalia, ſeu Saturnalitia dicebantur. Suetonius in Auguſto, cap. 75, Saturnalibus, & ſiquando aliàs libuiſſet, modò munera diuidebat, veſtem & aurum & argentum: modò numos omnis notæ. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 108. 1, Saturnalibus mane, &c. Horat. 2. Ser. ſat. 3. 1, -quid fiet ab ipſis Saturnalibus hunc fugiſti. Catullus ad Caluum, 14. 3,

Dii magni horribilem, & ſacrum libellum,
Quem tu ſcilicet ad tuum Catullum
Miſti, continuo vt die periret
Saturnalibus optimo dierum.

Hilara Saturnalia. Cic. Attico, lib. 5. 108. 7.

Saturnalitius, Adiectiuum, Quod ad Saturnalia pertinet. Martialis lib. 5. 19, Saturnalitiæ ligulam miſiſſe ſelibræ. Ibidem, 31, -potiuſque videtur Saturnalitias perdere Varro nuces.

Saturo, ſaturas, Vide **Satur**.

SATVRVM, Vrbs Calabriæ fuit nó longè à Tarento. Vnde Saturcianus, Poſſeſſiuum. Hor. 1. Ser. ſat. 6. 11, Me Satureiano vectari rure caballo. Quidã etiã Satyrum ſcribunt. Vnde & nonnulli agrũ in quo Tarentum conditũ eſt, Satyram vocari adfirmant.

Satus, Vide **Sero**.

Satyra, ſatyræ, pen. corr. Quaſi ſatura dici videtur, ob carminis varietatem, ſeu propter copiam rerum, quæ ibi tractantur. Eſt enim ſatyra, carmen maledicum, & ad carpenda hominum vitia compoſitum: quale ſcripſerunt Lucilius, Horatius, Iuuenalis, Perſius. Accepit & id carminis hunc titulũ, quòd perſonis, faciſque ſatiatũ abundare videatur. Quidam à ſatyra lance, quæ referta multis, variiſque primitiis, in ſacrificiis diis offerebatur. Alii à lege Satyra, dictam exiſtimant, quæ vno rogatu multa ſimul cõprobat. De qua lege Saluſtius in Iugurtha. Deinde poſtero die quaſi per Satyrã legem ſententiis exquiſitis, in deditionẽ accipitur. Varro à quodam farciminis genere, quod multis rebus referciebatur, dictam ſatyram eſſe ſcribit. Vnde in ſecundo libro Plautinarũ quæſtionũ habetur, Satyra eſt vua paſſa & polẽta, & nuclei pinei ex muſto cõſperſi. Sunt qui à Satyris deriuẽt, quòd in hoc genere carminis, res ridiculæ pudẽdáq; ſcribũtur, quemadmodũ proferri à Satyris ſolent. Donatus in Terentiũ, Deinde aliud genus fabulæ, id eſt ſatyra, ſumpſit exordiũ, quæ à Satyris, quos illotos ſemper ac petulantes eſſe legimus, vocitata eſt. Poteſt etiam dici, ſatyram ideò vocatam, quòd in antiqua ſatyra introducebantur Satyrorum perſonæ, aut ſiquæ erant ridiculæ ſimiles Satyris. Duo quippe ſatyrarum genera fuiſſe conſtat. Alterum antiquius: quod ſola carminum varietate conſtabat. Alterum recentius, apertam hominum reprehenſionẽ continens, & acrem vitiorum obiurgationem.

Liuens ſatyra. Statius 1. Sylu. 3. 21.

Sátyrus, pen. corr. Adiectiuum, Quod ad ſatyram pertinet. vel Satyrus, Qui ſatyram ſcribit.

Satyricus, pen. corr. Aliud adiectiuum, Idem.

Satyricè, Aduerbium, Acriter, cum conuitio.

SATYRI, Animalia ſunt in vltimis Libyæ gẽtibus, quæ nihil hominis præter effigiem habeant. Satyri autem dicti eſſe creduntur Grammaticis, quòd in libidinem ſemper ſint proni, à virili membro, quod Græci τράγον dicunt. Veteres huiuſmodi monſtra pro ſemideis, ſiue pro ſylueſtribus diis coluerunt, quemadmodũ Faunos, Syluanóſque: Faunos ac Satyros, nemorum deos eſſe dicentes, Panas agrorum, Syluanos ſyluarum: confunduntur tamẽ hæc omnia à poetis. Ouidius 1. Metamor. 39,

Sunt mihi ſemidei, ſunt ruſtica numina Fauni,
Et Nymphæ, Satyríque, & monticulæ Syluani:
Quos quoniam cæli nondum dignamur honore,
Quas dedimus, certè terras habitare ſinamus. Pomponius Mela vltra Atlantem Mauritaniæ montẽ ſcribit noctu perſæpe viſa lumina, & crepitus cymbalorum, ac fiſtularum cantus auditos: nec die repertum quenquam: idcirco pro conſtanti habitũ, hos Faunos eſſe ac Satyros. Vide Melã lib. 3. in deſcriptione Æthiopiæ. Ci. 6. Ver. 118, Satyr⁹ qui apud Tarẽtinos in ædẽ Veſtæ eſt.

Iuuenilis Satyrorum in venerem prona. Ouid. 1. Faſt. 80.
Scriptor Satyrorum. Horatius in Arte, 48.
¶ Agreſtes Satyri. Horat. in Arte, 45.
Capripedes Satyri. Horat. 1. Carm. ode 19. 1.
Laſciuus Satyrus. Silius lib. 3. 21.
Leues Satyri. Ouidius 1. de Arte, 109.
Proterui Satyri. Horatius in Arte, 48.
Saltantes Satyros imitari. Virgil. 5. eclog. 15.

¶ Satyrorũ inſulæ, Ptolemæo lib. 7. cap. 2, tres ſunt adiacentes Indiæ. Qui has inhabitant, caudas habere dicuntur, quales Satyrorum pingunt.

Satyrus, ſatyri, Auis, aliàs coruus. Florus, Quum ſingulari certamine Manlius aureum torquem barbaro inter ſpolia detraxit. Inde Torquati. Iterum Pontino agro quum in ſimili pugna L. Valerius inſidente galeæ ſatyria alite adiutus.

Satyria apud Latinos, cibarium confuſaneum dicitur, veluti cibus ex variis rebus compoſitus.

Satyrion, ſ. g. Herba, de qua ſic Plinius lib. 26. cap. 10. 2, Concitatricem vim habet ſatyrion. Duo eius genera: vna longioribus foliis quàm oleæ, caule quatuor digitorum, flore purpureo, radice gemina, ad formam hominis teſtiũ, alternis annis intumeſcente ac reſidente. Altera ſatyrion, orchis cognominatur, & femina eſſe creditur: diſtinguitur internodiis, & ramoſiore frutice, radice faſcinis vtili. Naſcitur ferè iuxta mare. Rura, inquit Ruellius lib. 3. cap. 65, vocant *reſticulum ſacerdotis*.

Saucio, ſaucias, ſauciare, Vulnerare. Plaut. Bacchid. 4. 35, Nõ herus, ſed actor mihi cor odio ſauciat. Ibidem, 1. 30, Animum fodicant, bona diſtimulant facta, & famam ſauciant. Idem Rud. 18. 51, Quid cauſæ eſt quin virgis te vſque ad ſaturitatem ſanciẽ Colum. lib. 6. cap. 14. 1, Ferro palatum opus eſt ſauciare, vt ſanguis profluat. Cic. 3. Verr. 47, Serui nonnulli vulnerantur, ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Idem de Fato, 55, Ex his igitur neceſſe eſt inuito Epicuro, alterum verum eſſe, alterum falſum: vt, Sauciabitur Philocteta, omnibus ante ſeculis verum fuit: non ſauciabitur, falſum. Et ad Atticum, libro 14. 10. 1, Meus verò diſcipulus, qui hodie apud me cœnat, valde amat illum quem Brutus noſter ſauciauit.

Per latus alicuius ſauciari. Cic. in Vatinium, 10, Omniáq; mea tela ſic in te conijcientur, vt nemo per tuum latus (quod ſoles dicere) ſaucietur.

Ferro ſauciare. Colum. lib. 4. cap. 24. 15, Si neque is reperiatur, ſaucianda ferro eſt, atque exulceranda vitis in ea parte qua pãpinum ſtudemus elicere.

Vites ſauciare. Colum. lib. 4. cap. 4. 2. Vide **Oculo**.

Genas ſauciat vngue. Ouid. 3. de Arte, 141.

Sauciãtus, pen. prod. Participium. Columella lib. 11. cap. 1. 16, Siue quis (quod plerunque accidit) ſauciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta.

Sauciatio, Verbale. Cic. pro Cecinna, 31, Et ſauciatio quæreretur, quũ fugam factam eſſe conſtabit?

Saucius, Adiectiuum quod naſcitur à participio Sauciatus: quo modo laſſus à laſſatus, & lacerus vel lacer, à laceratus. Saucius, Vulneratus. Sipontinus dicit à ſecando deriuari, quaſi ſecius. Vnde & Saucio, ſaucias. Virg. 2. Æneid. 45,

Quales mugitus, fugit quũ ſaucius aras Taurus. Plau. Perſ. 2. 15, -ſaucius factus ſum in prælio
Veneris ſagitta. Cic. 1. Tuſc. 65, Quinetiã videmus ex acie efferri ſæpe ſaucios, & quidem rudem illũ & inexercitatum quamuis leui ictu ploratus turpiſſimos edere. Cæſar 3. bel. Ciuil. 164, Sauciorũ modò & ægrorum habita ratione, impedimenta omnia, &c. Cic. pro Cecinna, 30, Nemo inquit, occiſus eſt, neq; ſaucius.

Leuiter ſaucius, Vide **Leuis**.

Vulnere graui ſaucius. Virg. 11. Æneid. 1.
Pectus ſaucia Bellona. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 10.
Saucius ſæuo amore. Cic. pro Cælio, 13.

¶ Saucius, de labore etiã dicitur. Apuleius lib. 2. de Aſino, cum genitiuo iunxit, Mihi verò fatigationis heſternæ etiã nunc ſaucio da veniam.

Animus ſaucius. Cic. ad Atticum, lib. 1. 11. 1, Subeſſe neſcio quid opinionis incommodæ, ſauciúmque eius animum, & inſediſſe quaſdam odioſas ſuſpiciones.

Brachia direpta ſaucia fecit acu. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 4.
Gladiator confectus & ſaucius. Cic. 2. in Catil. 43.
Mens ſaucia amore. Lucret. lib. 4. 211.
Saucia diuidnis clareſcunt nubila ſulcis. Claud. 5. Paneg. 21.
Terra ſaucia vomeribus. Ouid. 1. Metam. 11.
Trabs ſecuri ſaucia. Ouid. 10. Metam. 75.

Sauior, **Sauſum**, Vide **Suauium**.

SAVO, fluuius eſt in finibus Campaniæ, teſte Plinio lib. 3. cap. 5.

SAVONA, pen. prod. Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Sabbatiũ Plinio: Sabbatia Pomponio, vrbs Liguriæ notiſſima: hodie Genuenſium ditionis. Vulgò *Sauone*.

Saura, Latinè dicitur lacerta quæ in maceriis & ſepibus diu deliteſcit, παρὰ τὸ σαύειν.

Saurites, ſauritæ, pen. prod. m. g. Gemma quæ in ventre viridis lacertæ traditur inueniri, vt teſtis eſt Plinius lib. 37. cap. 10. 39.

SAVROMATAE, pen. corr. Idem dicuntur qui & Sarmatæ. Vide SARMATAE. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 1,

Quem mihi tunc animum dura in regione iacenti
Inter Sauromatas esse Getásque putas?
Truces Sauromatæ. Iuuenalis Satyra 15.13.
Auidi Sauromatæ. Statius 3. Thebaid. 71.

SAVRVS, Nobilis statuarius, cuius opera commemorat Plinius lib. 36. cap. 5.

SAXOFORATVM, seste Volaterrano, oppidum in Piceni atque Vmbriæ finibus situm, alio nomine Sentinum dictum.

SAXONES, pen. corr. Ptolemæo lib. 3. cap. 11, Germaniæ populi, non longè à Cimbris, in Oceani Septentrionalis litoribus & paludibus inuiis.

Domitus Saxo. Claudianus 1. in Eutropium, 79,
-domito quòd Saxone Tethys Mitior.

Saxum, saxi, Maius, asperius, duriúsque quàm lapis. Cic. de Fato, 9, Quid mirum igitur, ex spelunca saxum in crura eius incidisse? Idem pro Cecinna, 45, Qui saxa iácerent.

Saxum, aliquando pro Lapide accipitur.

Saxum silex. Liuius 1. ab Vrbe, 100, Id vbi dixit, porcum saxo silice percussit.

Robur saxi. Lucretius lib. 1. 180.
Radices validæ saxi. Lucretius lib. 1. 11.
¶ Adamantina saxa, Vide Adamas.
Antiqua saxa, Ingentia. Virgil. 11. Æneid. 180.
Arentia. Ouid. 13. Meta. 150.
Dura. Virg. 3. Geor. 46.
Aeulsa saxis. Virg. 2. Æn. 111.
Frigida. Stat. 10. Thebaid. 11.
Cruda. Valer. 2. Argon. 108.
Graue. Ouid. 13. Metam. 6.
Circunlita musco saxa. Horatius 1. epist. 10. 2.
Ingens. Virgil. 6. Æneid. 114.
Intemerata gradu. Sil. lib. 3. 101.
Liquefacta saxa. Virg. 3. Æne. 116, -liquefactáq; saxa sub auras
Cum gemitu glomerat. De Ætna.
Liquefacta saxa volvit Ætna. Virgil. 1. Georg. 95.
Lucida saxa. Statius 3. Sylu. 3. 40.
Missilia saxa, Vide Missile in Ditto.
Obliqua saxa. Ouidius 8. Metamor. 111.
Obluctantia saxa. Statius 3. Sylu. 1. 5.
Tot congesta manu præruptis oppida saxis. Virg. 2. Georg. 31.
Patria saxa. Claud. 1. in Eutropium, 56.
Rigidum saxum. Ouid. 4. Metam. 104.
Rubrum saxũ quadratũ. Vitru. lib. 2. ca. 8. Vide Orthostata.
Scruposa saxa. Lucanus lib. 5. 135.
Surda saxa. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 12,
Illa graues poterit quercus, adamantáque durum,
Surdáque blanditiis saxa mouere suis.
Tumuli saxum venerabile. Lucanus lib. 8. 168.
Viuum saxum. Virgilius 1. Æneid. 35.
¶ Asperari saxo, & mucronem ardescere iussit. Tacit. lib. 15.
Dura tamen molli saxa cauantur aqua. Ouid. 1. de Arte, 96.
Orbes saxorum circundant vallo. Lucanus lib. 2. 91.
Grandia saxa conijcere. Virgil. 4. Georg. 6.
Defendere saxis. Virgil. 10. Aneid. 16.
Quique facis docta mollia saxa manu. Ouid. 3. Fast. 167.
Corpora ad saxum frangere. Virgil. 3. Æneid. 115.
Ingerere saxa, Vide Ingero.
Intorquere saxum. Silius lib. 7. 115.
Perrumpere saxa. Horatius 3. Carm. ode 16. 2.
Guttæ pertundunt saxa. Lucret. lib. 4. 159.
Peti saxis. Ouid. de Nuce, 1, A populo saxis prætereunte petor.
Reuulsum saxum è monte. Ouid. 11. Metam. 69.
Auulsa saxa mœnibus rotare. Statius 10. Thebaid. 110.
Signare carmine saxum, Insculpere epitaphiũ. Ouid. 2. Meta. 66, Corpora dant tumulo, signant quoque carmine saxum.
Templa dei saxo venerabar structa vetusto. Virgil. 3. Æne. 17.
Subigere saxum, Rotare. Silius lib. 13. 123.
Iámque faces & saxa volant. Virgil. 1. Æneid. 31.
Infesto pondere saxa Voluere. Virgil. 9. Æneid. 103.
Saxum voluere dicũtur, qui inexhausto quopiam atq; inutili labore fatigantur. Terent. Eunuc. 5. 9. 55, Satis diu iam hoc saxum voluo. Donatus admonet prouerbium fuisse dictum in eos qui inextricabili sudore affligerentur: tractúmq; putat à notissima Sisyphi fabula, saxum apud inferos sursum ac deorsum voluentis. Vnde Virgilius 6. Æneid. 16, Saxum ingens voluunt alii.
¶ Saxum, pro Scopulo. Plaut. Mostel. 8. 158, Iterum iam ad vnum saxum me fluctus efferunt. Virgil. 1. Æneid. Tros Notus abreptas in saxa latentia torquet. Ibidem, Pérq; vndas superante salo, pérque inuia saxa Dispulit. Ouid. 3. Metam. 46, Per rupes, scopulósque, aditúque carentia saxa.
Ardua saxis insula. Virgil. 3. Æneid. 55.
Acuta saxa. Horat. 3. Carm. ode 27. 13.
Asperũ saxũ. Cic. in Pisonẽ. 34, Vt, Tu naufragio expulsus vspiam saxis fixus asperis, &c. Ex Ennio, 1. Tuscul. 178.
Aspera saxa. Ouid. 6. Metam. 16.
Cæca saxa. Virg. 5. Æneid. 35, Et vada dura lego saxis Lilybeia cæcis. Idem 3. Æneid. 141.
Anxur impositum saxis latè cãdentibus. Horat. 1. Serm. sat. 5. 6.
Caua saxa. Virgilius 3. Æneid. 114.
Dolosa saxa, Sub vndis latentia. Seneca Troade, 9. 9.
Fera. Valer. 4. Argon. 115.
Immania, Vide Immanis.
Gelida. Lucret. lib. 5. 183.
Inuia. Virgil. 1. Æneid. 109.
Latebrosa saxa. Ouidius epist. 4. 21.
Læuia saxa. Virgil. 2. Georg. 12, -raucum per læuia murmur
Saxa ciet.
Nauisraga saxa. Statius 5. Thebaid. 83.
Peresa. Lucretius lib. 1. 67.
Rauca. Virgil. 4. Æneid. 17.
Præcipitia. Ouid. in Ibin, 99.
Resonantia. Virg. 3. Æneid. 87.
Rigentia saxa. Seneca Herc. Œtæo. 1. 7.
Vndisonum saxum. Valerius 4. Argonaut. 9.
Infœlix saxis in procurrentibus hæsit. Virgil. 5. Æneid. 41.
Illidere saxis, Vide Illido.
¶ Saxum, pro Monte. Virg. 2. Æneid. -stupet inscius alto
Accipiens sonitum saxi de vertice pastor. Seruius.
Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. Virg. 2. Geor. 105.
Concaua saxa. Virg. 5. Æneid. 136.
Hirta dumis saxa. Stat. 3. Sylu. 1. 3.
Immobile saxum Capitolii. Virg. 9. Æneid. 90.
Nebulosa saxa. Lucanus lib. 6. 18, -tali spiramine Nessus
Emittit Stygium ac nebulosis aera saxis.
Ducere saxa, ac syluas. Quintil. lib. 1. cap. 10. 8.

Saxulum, saxuli, pen. corr. Diminutiuum. Cic. 1. de Orat. 46, Vt Ithacam illam in asperrimis saxulis, tanquam nidulum affixam, &c.

Saxẽtum, saxẽti, pen. prod. Locus saxosus & petricosus. Cic. pro Lege agraria, 69, Quod solum tam exile & macrum est, quod aratro perstringi non possit aut quod est tam asperum saxetum, in quo agricolarum cultus non elaboret?

Saxeus, Adiectiuum, Quod est è saxo. Lucret. lib. 1, Strataque iam vulgi pedibus detrita viarũ Saxea conspicimus. Plin. lib. 11. ca. 1. 6, Saxea intus crepidinis corona muscosos complexa.
Dissepta saxea domorum. Lucretius lib. 6. 191.
Effigies saxea. Catullus Argonaut. 59. 11.
Imber saxeus ingruit. Silius lib. 13. 37.
Moles saxea. Ouid. 11. Meta. 57.
Pons saxeus. Lucan. lib. 4. 3.
Strata saxea detrita vulgi pedibus. Lucretius lib. 1. 65.
Tecta saxea. Ouid. epist. 10. 26.
Vmbra saxea. Virg. 3. Geor. 29.

Saxôsus, pen. prod. Adiectiuum, Quod abũdat saxis. Plin. lib. 5. cap. 14. 2, Mox vbi perfregit Euphraten, vltra quoq; saxosum & violentum. Columella lib. 5. cap. 10. 6, Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat.
Flumina saxosa. Virgil. 5. eclog. 17.
Frutex saxosus, In saxis crescens, vel saxosis locis. Plinius lib. 15. cap. 7. 1, Simillimum huic est ex chamelæa frutice saxoso.
Incendia saxosa. Silius lib. 13. 114.
Montes saxosi. Virg. 2. Georg. 15.
Viam saxosam terere. Propert. lib. 4. eleg. 5. 4.
Hypanis sonans saxosum. Virg. 4. Georg. 74.

Saxetânus, pen. prod. Aliud adiectiuum, Quod inter saxa habitat. Mart. lib. 7. 77,
Quum saxetani ponatur cauda lacerti,
Et bene si cœnas conchis inuncta tibi est.

Saxátilis, & hoc saxátile, pen. cor. Quod saxa incolit: vt Pisces saxatiles. Columel. lib. 8. cap. 16. 7, Rursus optimè saxosum mare nominis sui pisces nutrit, qui scilicet quod in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, vt merulæ, turdíque, nec minus melanuri. Sic Plinius lib. 9. cap. 15. 8.
Saxatiles aues, Quæ saxa incolunt. Varro 3. de Re rust. cap. 7. 1, Vnum agreste, vt alii dicunt saxatile, quod habetur in turribus ac columinibus villæ, à quo appellatæ columbæ.
Saxatilis piscatus, Qui inter saxa fit. Plaut. Rud. 8. 10,
-post id hamatilem piscatum
Et saxatilem aggredimur.

Saxíficus, pen. corr. Adiectiuum. vt Os saxificũ, Id est vultus temere aspicientes in saxa vertens. Senec. Herc. furen. 11. 2.
Vultus saxificus. Ouid. 5. Met. 44, -remoue tua mõstra, tuáque
Saxificos vultus, quæcunque ea, tolle Medusæ.

Saxifragum, & Saxifraga, pen. corr. vel Saxifragia, herba à frangẽdis in corpore calculis appellata: vel quòd in locis saxosis quũ enascatur, saxa ipsa frãgat dum crescit. Huius autem herbæ permulti variam sententiam habent: alii enim eam esse putant bipinnellæ similẽ, folio tãtũ minore ac magis serrato & minimè piloso, quam vulgus *petrum acum pastoris* vocat. Graeci empetrõ. alii genus alterũ aduersi esse putant: de quo Plinius lib. 1. cap. 11. 13, Calculos è corpore mire pellit, frangitque, vtique nigrum.

Qua de cauſa potius quàm quòd in ſaxis naſceretur,& à noſtris ſaxifragum appellatum crediderim.

Saxifragæ vndæ. Cicero 3.de Oratore,91,Pro Afris ſumpta eſt Africa,neque factum verbum eſt,vt Mare ſaxifragis vndis.

S C

Scabellum,Vide **Scamnum.**

Scaber, Adiectiuum,à Scabie deducitur,& Aſperum ſignificat: quòd ſcabies aſperitatem inducat ipſi cuti.Plinius epiſt.168,Igitur mihi quoque licebit ſcribere quæ legas,ſit modò vnde charte emi poſſint: quæ ſi ſcabræ bibulæve ſint,aut non ſcribendũ, aut neceſſariò quicquid ſcripſerimus boni malive, delebimus.

Virgil.1.Georgic.99, Exeſa inuenies ſcabra rubigine pila. Hinc vngues & dentes dicuntur ſcabri,qui ſordidi ſunt,etiam ſi non ſint aſperi tactu: vt ait Valla in Raudenſem. Celſus lib.6. cap. vltimo,ad finem,At vbi ſcabri vngues ſunt,circumaperiri debẽt qua corpus contingunt.

Intonſus & ſcaber.Horat.1.epiſt.7.18.

Scabro aſpectu res,pro Re quæ aſpectu ſcabra apparet. Plin. lib.11.cap.15.3, Balſamo tria genera: Tenui & capillacea coma, quod vocant eutheriſton.Alterum ſcabro aſpectu,incuruũ, &c.

Scabrum corticem myrrhæ quidã dixere.Plin.lib.11.cap.15.1.

Dentes ſcabri rubigine.Ouid.8.Metam.161.

Et ſcabros nigræ morſu rubiginis enſes.Lucan.lib.1.50.

Molæ ſcabræ.Ouid.6.Faſt.63.

Pectus ſcabrum.Cic.3.Tuſcul.46, Atque intonſa infuſcat pectus illuuie ſcabrum.

Pecus ſcabrum,pro Scabioſo. Cato cap.96, Si hæc ſic feceris, nõ ſcabræ fient, & lanæ plus,& meliorem habebunt. Columella libro 7.cap. 4,ad finem, Hoc modo curatum pecus toto anno ſcabrum fieri non poteſt. Varro 1.de Re ruſt.ca.1,Non enim ſolùm ea vligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam vngulas,ac ſcabras fieri cogit.

Rubigo ſcabra.Virgilius 1.Georg.99.

Digiti pingues,& ſcaber vnguis.Ouid.3.de Arte,56.

Scabrè,Aduerbium,Aſperè.Varro Manio,Derelinquetur,ac periret,ſquale,ſcabréque illuuie & vaſtitudine.

Scabrãtus,pen.prod.Adiectiuũ.Colum.lib.4.ca.24.10,Quo plerũque fit,vt quod præcidi debeat, perfringatur,& ſic vitis laniata ſcabratáque putreſcat humoribus,nec plagæ conſanentur.

Scabritia,ſcabritiæ, Aſperitas. Vnde Plinius vnguium ſcabritiam dixit. Idem lib.10.cap.7.3,Communia autem ſponte naſcentibus,candor,caulis interdum cubitali longitudine,& ipſo & foliis ſcabritia. Idem lib.37.cap.13.1.

Scabrities,ſcabritiẽi,Idem.Colum.lib.7.cap.5.7,Poteſt etiam ſcabritiem tollere ſuccus viridis cicutæ. Plin.lib.31.cap.9.4,Et cõtra ſcabritiem linguæ fructus,comminutúſque.

Scabrum,Subſtantiuum,n.g.Idem.Plinius lib.37.cap.2.14, Infeſtantur plurimis vitiis,ſcabro,ferrugine,maculoſa nube,&c. De cryſtallis.

Scabrõſus,pen.prod.Adiect.Idem quod Scaber.Plin.lib.20.cap.21. 10,Hippolapathi radices priuatim vngues ſcabroſos detrahunt.

Scabiẽo,ſcabiẽi,f.g.à Scabo,vel à corporis aſperitate dicta eſt, quæ vt Celſus ſcribit lib.5.cap.28,eſt durior cutis rubicunda, ex qua puſtulæ oriuntur,quædã humidiores,quædã ſiccriores. Exit ex quibuſdam ſanies, ſitque ex his continuata exulceratio pruriens. Plin.lib.20.cap.17.3,Item ad ſcabiem,pruriginem, pſoras in deſcenſione balnearum. Ibidem,cap.1.2,Arida cum reſina impetiginem & ſcabiem quæ pſoram & lichenas vocant.

Vetuſta ſcabie læuis canis.Iuuenalis Satyra 8.4.

Totus grex vnius porci ſcabie cadit.Iuuenal.Saty.12.8.

Ferre ſcabiem.Virgil.3.Georg.60.

Turpis oues tentat ſcabies.Virgil.3.Georg.89.

Mala ſcabies vrget illum.Horat.de Arte,91,Vt mala quem ſcabies,aut morbus regius vrget.

Dulcedo & ſcabies voluptatis.Cic.1.de Legib.70,At verò animis omnes tenduntur inſidiæ, vel ab iis quos modò enumerauí,&c.vel ab ea quæ penitus in omni ſenſu implicata,inſidet imitatrix boni,voluptas: malorũ autem mater omnium quoius blanditiis corrupta quæ natura bona ſunt, quia dulcedine hæc & ſcabie carent,non cernuntur ſatis.

Scabiõſus,pen.prod.Adiectiuũ,Qui ſcabie laborat. Plin.lib.29.ca. 2.7,Vtile tale exiſtimantes eroſis,& duris genit,angulis ſcabioſis & lachrymantibus. Colum.lib.11.cap.2.63,Nam ſi paucioribus diebus detur(vt ait Higinius)per Ver ſcabioſi boues fiunt. Perſius Satyra 1.1, -nanque eſt ſcabioſus,& acri
Bile tumet.

Scabo,ſcabis,ſcabi,ſcãbere,Scalpere, quaſi vnguibus fodere. Plin. lib.8.cap.27.3,Si verò ſquamæ obtorpuere,ſpinis iuniperi ſe ſcabit. Ibidem, cap. 15.3, Mox dentes, & intus fauces quoque,ad hanc ſcabendi dulcedinem quàm maximè inhiantes.

Caput ſcabere.Horat.1.Serm.ſaty.10.15, -& in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet,vinoſ & roderet vngues.

Scabile,Vide **Scamnum.**

SCAEA,Porta Troiana,in qua ſepulchrum fuit Laomedontis, vt Homerus lib.3.Iliados ſcribit. Virgil.2.Æneid.113,

-hîc Iuno Scææ ſæuiſſima portas
Prima tenet. Silius lib.13.15,
Quicquid ad Idæos,Xanthum,Simoentáque nobis
Sanguine ſudatum,Scææque ad limina portæ.

Scæna,Vide **Scena.**

Scæua,ſcæuæ,Latinè dicitur Siniſtra.

Scæuæ, Qui ſiniſtra manu pro dextera vtuntur: quos Vlpianus L. Qui clauũ,De Ædilitio edicto,ait non eſſe morboſos aut vitioſos,præterquam ſi imbecillitate dexteræ validius ſiniſtra vtuntur: ſed hos non ſcæuas,ſed mancos dici.

Scæuus,Adiectiuum.Feſtus,Scæua res dicitur mala, quaſi ſiniſtra. σκαιὸν enim Græcè,ſiniſtrum dicitur: vulgus ſcæuam & malam rem vocat.Varro de Lingua Latina,lib.5, Dicta ab Scæua,id eſt ſiniſtra,quòd quæ ſiniſtra ſunt,bona auſpicia exiſtimãtur. Gellius lib.11.cap.14,Scæuus profectò & cæcus animi forem.

SCAEVOLA, pen. corr. Dictus eſt Mutius nobilis vir Romanus, qui debilitata dextra,ſiniſtra vſus eſt.Liuius 2. ab Vrbe,57, Mutium demiſſum, cui poſtea Scæuolæ à clade dextræ manus cognomentum inditum. Scæa enim ſiniſtra eſt, & Mutius ſiniſtra eſt vſus,exuſta dextra.Vide **MVTIVS.**

Scala,ſcalæ: vel Scalæ,ſcalarum, à Scandendo, quòd his altiora ſcandamus: nam propriè ſcalæ ſunt quæ ex pluribus gradibus conſtant.Plaut.Rud.15.10,

Videbatur ad me ſimia aggredirier,
Rogare ſcalas vt darem vtendas ſibi.

Lapſu ſcalarum exanimatus,Vide **Labor**,làberis.

Applicare ſcalas,Vide **Applico.**

Aſcendere ſcalis muros.Virgil.9.Æneid.101.

Conijcere ſe ſub ſcalas tabernæ librariæ.Cic.2.Philip.44.

Ferrent parietibus ſcalæ.Virgil.2.Æneid.89.

Induere ſcalas.Ouid.13.Metam.130, Induerat ſcalas,lecturum poma putares. Qui ſcalas ferunt, videntur eas induere,quum collo per interſtitia ſcalæ tranſmiſſo,ferunt.

Scalã,à ſcalis diſtinguunt quidam,hoc pacto, vt Scala ſit quæ ex teretibus lignis,aut funibus,aliáve materia ſimili huc atq; illuc trãſferri poſſet.Caius Iureconſ.Vel ſcalam ſciens accommodauerit ad aſcendendum. Scalæ verò,latiores habent gradus.& immobiles permanent.Plin.lib.14.cap.1.1,Etiã nunc ſcalis tectũ Epheſiæ Dianæ ſcanditur.Cõfunditur tamẽ ſæpe hæc differẽtia. Saluſt.in Iugurtha, Deinde vbi vnæ atque alteræ ſcalæ comminutæ ſunt:qui ſuperſteterant, afflicti ſunt. Non dixit vna atque altera ſcala. Cæſar 7.bel.Gall.318,Magno cratium,ſcalarum, harpagonum numero effecto,media nocte ſilentio ex caſtris egreſſi, ad cãpeſtres munitiones accedunt. Idem 1. bel. Ciuil. 111,Cæſar ſcalas parari,militéſque armari iubet. Cic. pro Milone.31, Quum ſe ille fugiens in ſcalarum tenebris abdidiſſet. Sic Colum.lib.11.cap.50.7.

SCALABICVS,Ptolemæo lib.2.cap.5,Luſitaniæ ciuitas, antea Iuliũ præſidiũ,ſiue Turris Iulia:hodie Troſilum,vulgò *Trugillo.*

SCALDE, fluuius Galliæ Belgicæ ex Cæſaris commentariis notiſſimus.De quo Plinius lib.4.cap.17,Scalde (inquit) ad Sequanam Belgica.Ab eo ad Garumnam Celtica, eadémque Lugdunenſis.Inde ad Pyrenæi montis excurſum Aquitania,Aremorica antè dicta.Hactenus Plinius.Aliis vocatur Scaldis.Tornacum & Cameracum vrbes alluit.In Moſam influit.

Scalmus/ſcalmi,Lignum teres,cui nautæ remos loro quodam alligant,ad nauigandum,vt firmius nauigent:ſiue vt alii volũt, lignum crenatum ac feneſtratum in apſidem capiens remum, vt facilius ac ſolidius impellatur.Cic.3.Offic.78,Venit ipſe maturè:ſcalmum nullum videt. Idem de Claris Orat.102, At verò vt contrà Craſſus ab adoleſcente delicato, qui in litore ambulans, ſcalmum reperiſſet,ob eámque rem ædificare nauem concupiuiſſet,exorſus eſt: ſimiliter Scæuolam ex vno ſcalmo captionis centumuirale iudicium hæreditatis effeciſſe.

Nauicula duorum ſcalmorum. Cic.1.de Orat.85.

Scalpo, ſcalpis, ſcalpſi, ſcalptum,ſcálpere, Fodere, & vnguibus pruritum auferre: ſcalpunt enim homines vnguibus,& gallinæ pedibus. Plin.lib.9,Attritúque petræ ſcalpentes piſces, pruritus inuadit. Horat.3.Carm.ode 11.10, -i ſecundo
Omine, & noſtri memorem ſepulchro
Scalpe querelam.

Caput ſcalpere vno digito.Iuuen.Saty.9.14.

Terram ſcalpere vnguibus.Horat.1.Serm.ſaty.8.6.

Scalpere morſu. Colum.lib.7.ca.5.5,Vitioſum locum pecudes aut morſu ſcalpunt,aut cornu,vel vngula tundunt.

Scalpere gemmã, aut aliquid aliud dicim⁹, authore Diomede: non ſculpere. Cic. 1. de Nat. deo. 114, Itaque ad pingendum, fingẽdum, ad ſcalpendum, ad neruorum eliciendos ſonos ac tibiarum apta manus eſt admotione digitorum.

Scalptus è ſaxo. Cic. 4. Acad. 180, Non enim eſt è ſaxo ſcalptus, aut è robore dolatus: habet corpus, habet animum, monetur mente. Vetus codex legit ſculptus.

Infabrè ſcalptum, aut fuſum durius. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 5.

Scalptor, ſcalptòris, m. g. Qui ſcalpit. Plin. lib. 37. cap. 4. 6, Expetuntur à ſcalptoribus, ferróque includuntur, nullam non duritiem ex facili cauantes. Plinius Iunior epiſt. 10. lib. 3, Sed tamen vt ſcalptorem, vt pictorem, qui filii veſtri imaginem faceret, admoneretis, &c.

Scalptûra, ſcalpturæ, penul. prod. Ipſa ſcalpendi actio. Plin. lib. 37. cap. 7. 11, Omnia autem hæc genera, ſcalpturæ cõtumaciter reſiſtunt, partémque ceræ in ſigno tenent.

Scalptûro, ſcalptúras, pe. pro. ſcalpturare. Vnde Pauimẽtũ ſcalpturâtũ. Plin. lib. 36 cap. 25. 1, Pauimenta credo primùm facta, quæ núc reuocam⁹ barbarica, &c. Romæ ſcalpturatũ in Iouis Capitolini ædem primũ factũ eſt poſt tertiũ Punicũ bellũ initum. Hoc eſt (vt ego quidẽ interpretor) variis ſcalpturis elegãtius factum.

Scalpúrio, ſcalpuris, penul. corr. ſcalpuriui, ſcalpurítum, ſcalpurire, Idem quod Scalpere, quod propriè eſt galli gallinacei quũ terram frequentibus ictibus percutit. Plaut. Aulul. 14. 8,

Vbi erat hæc defoſſa, occœpit ibi ſcalpurire vngulis
Circumcirca.

Scalper, ſcalpri, Quo quid exciditur. Celſus lib. 8. cap. 3, Tunc exciſorius ſcalper ab altero foramine ad alterum malleolo adactus, id quod inter vtrunque medium eſt, excidit. Paulo pòſt, Idem exciſorius ſcalper in oſſe corrupto planus ſummã quamque teſtam lædit. Ibidẽ, cap. 4, Ab eóque ſcalper duabus lineis ad rimam agendus. Paulo pòſt, Et tum ſcalper vtrinque ad rimam agendus. Vnde apud eundẽ ſcalpellus pro ferramento veniſecæ identidem accipitur, lib. 2. cap. 9.

Scalprum, ſcalpri, Ferrum quo præparatur corium, & quo raditur.

Scalpro vtuntur diuerſi artifices. Cato de Re ruſtica, Ficos & oleas altero modo. Quod genus aut ficum, aut oleam eſſe voles, inde librum ſcalpro eximito. Colum. lib. 4. cap. 25. 1, Quæ pars vinitoriæ falcis à flexu procurrit, ſcalprum: quæ deinde aduncа eſt, roſtrum appellatur.

Scalprũ librariũ. Suet. in Vitellio, cap. 1, Ac poſt Prætoræ honorem inter Seiani cõſcios arreptus, & in cuſtodiam fratri datus, ſcalpro librario venas ſibi incidit.

Scalprum ſutorium. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 12,

Siquis emat citharas, emptas comportet in vnum,
Nec ſtudio citharæ, nec Muſæ deditus vlli:
Si ſcalpra, & formas non ſutor, nautica vela
Auerſus mercaturis, delyrus, & amens
Vtique dicatur meritò.

Scalprum fabrile vocat Liuius, quo magiſtri elephãtos interimebãt. Sic enim lib. 7. bel. Pun. 18, Elephãti plures ab ipſis rectorib⁹ quàm ab hoſte interfecti. Fabrile ſcalprum cum malleo habebant. id, vbi ſæuire belluæ ac ruere in ſuos cœperant, magiſter inter aures poſitum ipſa in compage, qua iungitur capiti ceruix, quanto maximo poterat ictu adigebat. Ea celerrima via mortis in tantæ molis bellua inuẽta erat, vbi regendi ſpem viciſſent, primúſque id Aſdrubal inſtituerat.

Scalprũ inter inſtrumẽta chirurgica numerat Cornelius Celſus, inquiens libro 8, Tum demum ad manum ſcalprúmq; veniendum eſt. Scalper ab eodem dicitur. Vide paulo antè.

Scalprãtus, pen. prod. Adiectiuum, Ferramentum ſcalpratum dixit Columella lib. 9. cap. 15. 7, ad ſimilitudinem ſcalpri formatum, quo ait opus eſſe ad caſtrandos apum alueos. Sin autẽ (inquit) tranſuerſi tectis cauearum inhærent, tunc ſcalprato ferramento eſt opus, vt aduerſa fronte impreſſi deſeccentur.

Scalpellus, ſcalpelli, m. g. vel Scalpellum, ſcalpelli, Diminutiuũ. Columella lib. 6. ca. 31, Scabies ferro eraſa perluatur vrina: ſæpe etiã ſcalpello vſq; ad viuum reſecare, & amputare ſcabiem profuit. Cic. pro Pub. Seſtio, 119, Non ea eſt medicina, quum ſanæ parti corporis ſcalpellum adhibetur, atque integræ. Celſus lib. 7. cap. 7, Non nimium adducto vngue, ſcalpellus adhibendus eſt. Ibidem poſt, de pilis palpebrarum oculorum irritãtibus. Ibidem, ca. 19, Sed primo rectus ſcalpellus quàm leuiſſima manu teneri debet, donec ſcrotum ipſum diducat. Paulo pòſt, Et inter digitos ſcalpellus immittendus eſt. Rurſum cap. 26, Siquidem in his vbi paruulus calculus eſt, ſcalpellus ſuperuacuus eſt. Columella lib. 5. cap. 11, Medium truncum acuto ſcalpello permodicè findito. Plin. lib. 28. cap. 2. 11, Corii vtriuſque cinis ex aceto illitus his partibus quas ſecari opus ſit, aut nidor cremati, ſenſum omnem ſcalpelli aufert.

Reſecare ſcalpello. Cicero 1. de Diuinat. 144, Aut quorũ linguæ ſic inhærerent, vt loqui non poſſent, hæ ſcalpello reſectæ liberarentur?

Scalpellus, Ferramẽtũ quo chirurgi venas incidũt. Celſ. lib. 2. cap. 10, Iuncta enim eſt vena arteriis: his nerui. Ita ſi neruũ ſcalpellus attigit, ſequitur neruorum diſtentio: eáque hominẽ crudeliter conſumit. Paulo pòſt, At ſi timidè ſcalpellus demittitur, ſúmã cutẽ lacerat: neq; venã incidit. Vulgus *Lancetã* appellat.

SCAMANDER, Fluuius Troiæ ex Ida mõte deſcẽdens, quẽ Heſiodus τὸν εὐμάνδρον, id eſt diuinum Scamãdrum appellauit.

Parui Scamandri frigida flumina. Horat. Epod. 13. 3.

SCAMANDRIA, Plinio lib. 4. ca. 30, Vrbs Troadis parua, à portu Ilii parum remota.

SCAMANDRVS, Hectoris & Andromaches filius, quod nomen ei pater Hector impoſuerat, teſte Homero lib. 5. Iliados, ſed cæteri Aſtyanacta vocare maluerunt, quòd ſolus illius pater vrbem tutaretur.

Scammonia, ſcammonix: vel Scammonea: vel Scammonium, ſcámonii, Herba in trãſmarinis regionibus, præſertimq; Aſia & Colophonio apro creſcẽs, cuius ſuccus valet ad medicinas. quáquam quidã ſcámoniã, fœm. g. pro herba: ſcámoniũ autẽ neutro, pro ſucco radicis ponũt. Plin. lib. 24. cap. 15. 9, Sed Græci clematidas & alias habẽt, vnã quã aliqui echiten vocant, alii lapinem, nõnulli tenuem ſcammoniam: & pedales, folioſos, nõ diſſimiles ſcammoniæ ramos habet, niſi quòd nigriora, minoráq; ſunt folia. Cic. 1. de Diuin. 17, Quid ſcammoneæ radix ad purgãdũ, quid ariſtolochia ad morſus ſerpentũ poſſit. Sic lib. 2. 68.

Scamnum, ſcamni, Quod lecto veluti grad⁹ apponitur, vt per id in lectum facilius aſcendatur. Varro ſcribit ſcamnũ eſſe, quo duplici gradu in lectum altiorem conſcendebant: ſcabellũ quo ſimplici ſcanſione in lectum non altum ſcandebant. Ouid. 1. de Arte, 53, Et cauа ſub tenerum ſcamna dediſſe pedem.

¶ Scamnum, Terra illa altior, quæ nonnunquã vitio agricolarum inter duos ſulcos in colendo relinquitur. Plin. lib. 18. cap. 19. 5, Scamna inter duos ſulcos cruda ne relinquantur, glebæ ne exultent. Columella lib. 2. cap. 2. 21, vocat ſcamnũ crudũ ſolũ, & immotum, miniméq; aratro proſciſſum: Sed ità (inquit) necubi crudũ ſolum & immotũ relinquat, quod agricolæ ſcamnũ vocant. Idẽ lib. 3. cap. 13. 1, Duabus gẽmis ſupra terrã eminere paſſi, repoſita humo, cætera coæquant, quæ faciũt in eadem linea intermiſſis totidem pedum ſcamnis dum peragant ordinẽ.

¶ Scamnum, pro Subſelliis ſæpe ponitur, quoniam in his ſedere conſueuimus. Ouid. lib. 6. Faſt. 61,

Ante focos olim ſcamnis conſidere longis
Mos erat.

¶ Scamna etiam in arboribus dicuntur rami, & brachia per quæ vites aſcendunt. Plin. lib. 12. cap. 1. 7, Aliud exemplum Caii principis in Veliterno ruræ mirati platani vnius tabulata, laxiſque ramorum trabibus ſcamna patula.

¶ Scamnum regni. Cic. 1. de Diuin. 178, Auſpicio regni ſtabilita ſcamna ſolúmque.

Scabellum, huius ſcabelli, Diminutiuum. Cicero pro Cælio, 51, Mimi ergo eſt etiam exitus, non fabulæ: in quo quum clauſula nõ inuenitur, fugit aliquis è manibus, deinde ſcabella concrepant, aulæum tollitur.

Scabile, ſcabilis, pen. prod. n. g. Idem. Cato cap. 10. 4, Scamnum in cubiculo vnum, ſcabilia tria, ſellas quatuor.

Scandalum, ſcándali, pen. cor. Dictio Græca quæ offenſionem & offendiculum ſignificat: à ruina dictum, quòd occaſio ſit cadendi, ſiquid obſtet eunti: à σκάλλω claudico, quòd claudus inflectens ſe, videatur tendere ad ruinam.

Scandalizo, ſcandalizas, ſcandalizare, Offendere, actiuum.

Scandianus, pen. prod. Adiectiuum: vt Scandiana mala. Colu. lib. 5. cap. 10. 13, Præterea malorum genera exquirenda maximè, ſcandiana, matiana, orbiculata.

SCANDINAVIA, Plinio lib. 4. cap. 13, inſula Ponti, quam incõpertæ magnitudinis eſſe ſcribit. Eam gens habitans alterum orbem terrarum appellat.

Scandix, ſcandicis, pe. prod. f. g. Herba quæ inter olera ſylueſtria à Græcis ponitur. Plin. lib. 21. ca. 15. 4, Reliqua vulgarium in cibo apud eos herbarũ nomina cõſtylla, hypochœris, & caucalis, anthriſcum, ſcãdix, quæ ab aliis tragopogõ vocatur, ſolis croco ſimillimis. Idem lib. 22. cap. 22. 14, Scandix quoque in olere ſylueſtri à Græcis ponitur, vt Opion & Eraſiſtratus tradunt. Item decocta aluum ſiſtit. Vide Ruellium lib. 2. cap. 71.

Scando, ſcandis, ſcandi, ſcanſum, ſcãdere, In altũ ingredi. Plaut. Pſeud. 3. 22, Quærunt literæ hæ ſibi liberos, alia aliã ſcãdit. Cic. de Senect. 16, Vt ſiqui gubernatorem in nauigando nihil agere dicant, quum alii malos ſcandant, alii per foros curſent. Virg. 2. Æneid. -ſcandit fatalis machina muros.

In aduerſum ſcandere. Vide **Aduerto.**

In ſubrectum ſcandere, felium modo. Plinius lib.10.cap.18.1, Quo in genere arborum cauſtores ſcandétes in ſubrectum, felium modo.

In aggerem ſcandere. Liu.3. ab Vrbe,186. Eſquilias quidem ab hoſte propè captas:& ſcandentem in aggerem Volſcum hoſtem nemo ſubmouit.

In arces Tarpeias ſcandere. Ouid.2.de Ponto,eleg.1.11.

Scándéda eſt torui publica cymba Canis. Propert.lib.3.ele.18.5.

Equum ſcandere. Virg.2. Æneid.81.

Montem ſcandere. Catull.epigr.100.1.

Muros ſcandere. Virg.2. Æneid.48.

¶ Gradu ætatis paulatim ſcandere. Lucret.lib.2.114.

Super titulos maiorum ſuorum ſcandere. Ouid.ad Piſonẽ,7.

¶ Scandor,ſcánderis,pen.corr.ſcandi,Paſſiuum. Plin.lib.14. cap.1.1,Etiam nunc ſcalis tectum Epheſiæ Dianæ ſcanditur vite vna Cypria. Sic lib.2.cap. 16.7, Quæ quum ita ſint, manifeſtum erit ab exortu matutino latitudines ſcandi.

Scánſilis,& hoc ſcánſile,pen.corr. Per quod facilè aſcẽditur. Plin. lib.17.cap.11.9,Ficúmque ſic etiam ſcanſilem fieri.

Scanſilis annorum lex. Per quam ad ætatem veluti quibuſdá annorum gradibus aſcẽdimus. Plin.lib.7.cap.49.2,Rara autem eſſe dicunt longiora tempora,quandoquidem momentis horarum inſignibus lunæ dierúmve ſeptem atque nouem (quæ nocte ac die obſeruantur) ingens turba naſcatur,ſcanſili annorum lege occidua, quam climacteras appellant, non ferè ita genitis LIIII annum excedentibus.

Scandula,ſcándulæ.pen.corr.Scandulæ,paruæ tabellæ,hoc eſt in paruas laminas ſciſſæ è robore,aut alio ligno,maximè è glădiferis,& quæ reſinã ferũt omnibus: quibus tecta tegũtur. Plin. lib.16.ca.10,Scãdulæ è robore aptiſſimæ, mox è glădiferis aliis, fagóq; facillimæ ex omnibus quæ reſinam ferunt:ſed minimè durant,præter quàm è pinu. Scandula contectá fuiſſe Romam vſque ad bellum Pyrrhi annis quadringentis LXX, Cornelius Nepos author eſt. Colum.lib.8.cap.3.5,Ab cohorte forinſecus prædictis feneſtellis ſcandulæ ſimiliter iniungãtur, quibus irrepant aues ad requiem nocturnã. De gallinariis. Cæſar 8.bel. Gall.147, Quo malo perterriti oppidani,cupas ſeuo,pice,ſcandulis complent,eas ardentes in opera prouoluunt.

Scandularii erant qui ſcandulis hyberna contegebant. Budæus.

Scandulaca.ſcandulaceæ.A' ſcandendo, Genus herbæ frugibus inimicum,quòd eas velut hedera implicando necat, ait Feſtus. Nos conuoluulum appellamus.

Scapha,ſcaphæ,Nauicula ex ligno cauata:à σκάπτω,fodio,cano. Vnde & σκαφὴ, à multis fiſſura,aluus, linter traducitur, quæ nauim maiorem ſequitur. Et paruæ ad piſcandũ naues,ſcaphæ dicuntur. Liu.5.bel.Pun.14,Quum merſiſſent eas in alto,exceptis in præparatas ſcaphas nautis, multiplices fuiſſe merces emẽtiebantur. Cic.1.de Inuent.133,In ſcapham confugeret.

Biremis ſcapha. Horat.3.Carm.ode 19.13,

Tunc me biremis præſidio ſcaphæ
Turum per Ægæos tumultus
Aura ferat, geminúſque Pollux.

Conſcendere in ſcapham. Author ad Herenn.lib.1.10.

Scaphium, ſcaphii. Vas,quod ſordium & vẽtris purgãdi cauſa fit. Vlpianus, Scaphia habita vẽtris cauſa,nõ puto argẽto legato cõtineri. Apud Iuliũ Pollucẽ,matula eſt in quã meiũt fœminæ.

¶ Scaphium,Vas potorium. Plaut.Stycho,14.11.

-quibus diuitiæ domi ſunt,ſcaphio,cantharis,batiocis
Bibunt. Idem Perſa,4.43,
Ampullam,ſtrigilem,ſcaphium,ſoccos,pallium,
Marſupium habeat,ubi paulum præſidii,
Qui familiarem ſuam vitam oblectet modó. Cicero 6.Verr.33, A' pupillo Heio, cui Marcellus tutor eſt, à quo pecuniam grandem eripueras, ſcaphia cum emblematis Lilybæi vtrum empta eſſe dicis,an confiteris erepta? Sic Martialis lib.11.11.

¶ Scaphium,inſtrumentũ ruſticũ,ἀπὸ τῦ σκάπτω,hoc eſt fodio. Iuue.Sat.6.17,Et ridè ſcaphiũ poſitis quũ ſumitur armis. Bayfius. Ligonem intelligit Eraſmus.

Scapte'nſula/ſcaptẽnſulæ, penult.corr. Locus eſt in quo metallum effoditur. Et dictionẽ hãc quidẽ è Græca & Latina compoſitam eſſe reor, à σκάπτω nimirum, quod eſt fodio, & inſula quo nomine apud Latinos nõ tãtum in mari ſitæ regiones appellantur, verumetiam quæcunque loca ſola, & ab aliis ſeiuncta. Lucret.lib.6.163,

Denique vbi argenti venas,auríque ſequuntur,
Terrai penitus ſcrutantes abdita ferro,
Quales expiret ſcaptenſula ſubter odores? Feſtus locũ eſſe dicit in Macedonia:à σκάπτω, fodio.

SCAPTIA, Plinio lib.3.cap.5, Oppidum in Latio,à quo Scaptia tribus vocitata eſt.

Pubes Scaptia. Silius lib.8.79.

Scapula, ſcápulæ,pen.cor.Humerus.A' ſcandendo.vt quidam volunt:quia mobilis veluti mollibus iugulis à ceruice demittitur. Plautus Aſin.7.49,

-mirabar quòd dudum ſcapulæ geſtibant mihi,
Hariolaríque hoc cœperunt ſibi eſſe in mundo malum. Idem Trin.14.1,Ne ſubitò metus exoriatur ſcapulis, ſtultitiam abde. Varro 1.de Re ruſt.ca.7.4,Lumbis deorſum verſum preſſis,ſcapulis latis,ſpina maximè duplici.

Tutari ſcapulas. Claud.1.in Eutropium,16.

Radiantibus ſcapulis geſtati enſes. Claud.2.Paneg.20.

Scapulãris,& hoc ſcapulãre,pen.prod.

Scapulares,Serui dicti ſunt,quia ſcapulis cædũtur. Scapularis veſtis,Quæ tantum ſcapulas tegit.

Scapilium veteres pro tergo vſurparunt,& aliquãdo pro ipſa ſcapula. Vnde & ſpatium quod inter ſcapulas quaſi vallicula, interſcapilium dicitur.

Scapus, ſcapi,m.g. Columnæ ſtylus & velut virga. Columnæ partes,inquit Budæus,ſunt, ſcapus quaſi columnæ corpus:ſupra ſcapum,capitulum: infra ſcapum, ſpira, quæ baſis ſæpe appellari ſolet: infráque ſpiram,ſtylobates. Hactenus ille ex Vitruuio. Vitruuius lib.3.cap.3.Scapis columnarum ſtatuit,capitulorum ratio, &c. Paulo pòſt, In ſummis columnarum ſcapis. Ibidem, Imus ſcapus. Et cap.4, Qua craſſitudine fecerunt baſim ſcapi. Sic alibi frequenter.

¶ Scapus, Caulis herbarum ſubrectus. Ruellius libro 1.cap.2, Radix, eſt id quo alimentum allicitur,& terræ cohæret. Caulis verò,in quod idem defertur nutrimentũ,ſimpléxque ſupra terram aſſurgit. Is ſi in ſtyli modũ ſurſum prorepat, aut in altum feratur, ſcapus Latinis nominari conſueuit,ducta à columnaribus ſcapis ſimilitudine. Varro de Re ruſtica, lib.1.cap.31, ad finem,Vicia dicta à vinciẽdo,quòd item capreolos habet vt vitis:quibus quum ſurſum vorſum ſerpit,ad ſcapũ lupini,aliúmve quem,vt hæreat,ſolet vinciri. Plin.lib.18.cap.10.5, Inuentus eſt iam & ſcapus vnus centum fabis onuſtus. Iis cõſtat claſſicis authoribus,ſcapum pro caule frequenter vſurpatum. Idem quoque,quòd in virgulæ modum,vel teli rectitudinem conſurgat, thyrſi nomen ſibi vendicauit. Hactenus Ruellius.

Scapus aſphodeli. Colum.lib.9.cap.4.3,Caules acanthini,ſcapus aſphodeli,gladiolus narciſſi.

Scapus loti. Plin.lib.13.cap.18.1.

Scapus ferulæ. Plin.lib.13.cap.21.4, Ferula calidis naſcitur locis,atque trans maria,geniculatis nodata ſcapis.

Scapus albuci. Plin.lib.21.ca.17.7, Albuco eſt ſcapus cubitalis.

Scapi candelabrorum. Plin. lib.34. cap.3.1, Priuatim Ægina candelabrorum ſuperficiem duntaxat elaborauit, ſicut Tarentum ſcapos.

Scapos quidam interpretantur ſiliquas leguminum: citantes Plinianum illud lib.18.cap.10.5,Inuentus eſt iam & ſcapus vnus centum fabis onuſtus. Sed hi vehementer fallũtur. Non enim dicit Plinius inuentam ſiliquam quæ centum fabas contineret: ſed ſcapum ſeu caulem fabaceum,in quo tam multæ erant ſiliquæ,& in iis ſiliquis tam multæ fabæ,vt centenarium expleret numerum.

¶ Scapus cardinalis. Rectũ illud & paulo craſſius lignũ in valuis, quo fores ipſæ ſuſtinentur & reguntur præcipue: & cuius capitibus ſeu ambabus extremitatibus in ſuperiori & inferiori cardine inſertis, valuæ ipſæ voluuntur aut aperiendæ aut claudendæ. Vitruuius lib.4.cap.6,Fores ita compingantur, vti ſcapi cardinales ſint ex altitudine luminis totius duodecima parte. Inter duos ſcapos tympana ex duodecim partibus, &c. Gallicè, *Les groſſes membrures qui font debout*. Tympana vulgus noſtrum luxato paulum vocabulo dicit, *Les panneaux*.

¶ Scapus,in chartarum ratione, pro Plagularũ congerie. Plinius lib.13.cap.11.3, Premitur deinde prelis,& ſiccantur ſole plagulæ,atque inter ſe iunguntur, proximarum ſemper bonitatis diminutione ad deterrimas. Nunquam plures ſcapo quàm vicenæ. Id putatur eſſe quod vulgò *manum papyri* vocamus, aut *ramum* potius.

¶ Scapus trutinæ, Vide **Agina.**

¶ Scapus, Inſtrumentum textorium. Lucret.lib.5.172,

Nec ratione alia poſſunt tam læuia gigni
Inſilia ac fuſi,radii,ſcapique ſonantes. Non ſatis conſtat quid ſit. Vide ibi Baptiſtam Pium.

¶ Scapus,vt aliqui putãt,Dicitur,in quo ſemina quarũdã herbarum dependent,vt in papauere. In papauere enim & ſimilibus ſcapus: in arundinibus, in glandibus,in anellanis, panicula appellatur. Vide Cælium lib.12.cap.14.

¶ Scapi,In quibus vuarũ grana ſunt. Varro de Re ruſt. lib.1.

cap.54.Quæ calcatæ vuæ erunt,earũ scapi cum folliculis subiiciendi sub prelum, vt siquid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Vetus exemplar habet scopi. Meminit Cælius lib.11.cap.14. Vide Scopus.

Scarabeus,scarabei,m.g. Animal parvum volatile. De scarabeis sic Plinius lib.11.ca.18.1,Quibusdam pennarum tutelæ crusta supervenit,vt scarabeis: quorum tenuior fragiliorque penna. his negatus aculeus. Sed in quodam genere corũ grãdi cornua prælonga, bisulcis dentata forcipibus, in cacumine quum libuit ad morsum coeuntibus,infantũ remediis etiã ex cerussice suspenduntur.Lucanos vocat hos Nigidius.Aliud rursus eorum genus,qui è fimo ingentes pilas auersis pedibus volutant: parvosque in iis contra rigorem hyemis vermiculos fœtus sui nidulantur.Volitant alii magno cum murmure ac mugitu.Alii focos & prata crebris foraminibus excauant, nocturno stridore vocales. Lucẽt ignium modo noctu,laterum & clunium colore lampyrides, nunc pennarum hiatu refulgentes, nunc verò compressu obũbratæ,non ante matura pabula,aut post desecta conspicuæ.

SCARDONA,Ptolemæo li.2.ca.17,Liburniæ vrbs,hodie *Scardo*.

Scarifico,scarificas,pen.corr.scarificare,Scalpello aperire, quo aliquid facilius exeat: vt ait Sipontinus. Plin.lib.11.ca.13.5,Pedũ clauos circũm scarificatos ferro mistum ceræ extrahit. Legitur & circũscarificatos,vnica dictione.Idem li.31.ca.7.11,Dentiũ dolores sedãtur ossibus draconis marini,scarificatis gingiuis. Idẽ lib.28.cap.11.16, Reperitur in latere léporis aculi os simile: hoc scarificari dẽtes in dolore suadent. Idem, Viri interẽpti dente gingiuas in dolore scarificari Apollonius efficacissimum scripsit. Idem lib.28.cap.8.33,Dentes è parte læua dolores dẽtium, scarificatis gingiuis. Cato cap.51, Quem radicem capere voles scarificato,traiicitóque.

Scarificare etiam dolorem aliquando dicimus,hoc est Scarificando dolorem expellere, vt ait Sipontinus. Plinius lib. 28. cap.11.18,Præterea in corde equorum inuenitur os dentibus caninis maximè simile:hoc scarificari dolorem,aut exempto dente,&c.demonstrant.

Scarificatio, Verbale,Apertio facta tenui vulnere,vt sanguis facilius exeat.Columella,Post scarificationem ferro factam. Idem libro 6.cap.12.1,Si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, assidua scarificatione discutitur:vel quum ea nihil profuit,scarificatione demitur.

Scaritæ,scaritæ,penult.prod.masc.gen.Gemma.Plin.libro 37. cap.11.2, Scorpites cognominatur scorpionis aut colore aut effigie:scarites,scari piscis.

Scarus,Piscis.de quo Plinius lib.31.cap.2.1, Mihi videntur mira & quæ Ouidi prodidit piscíũ ingenia,in eo volumine quod Halieuticon inscribitur. Scarum inclusum nassis nõ fronte erũpere,nec infestis viminibus caput inserere: sed aduersum caudæ ictibus crebris laxare fores, atque ita retrorsum erumpere. Quem luctatum eum si fortè alius scarus extrinsecus videat,apprehensa mordicus cauda adiuuare nixus erũpentis. Horat.2. Serm.saty.2.5, -pinguem vitiis,albúmque,nec ostrea,

Nec scarꝰ,aut poterit peregrina iuuare lagois. Idẽ Epod.2.10,

Non me Lucrina iuuerint conchylia,
Magisve rhombus,aut scari,
Si quos Eois intonata fluctibus
Hyems ad hoc vertat mare.

Scateo,scates,scatui,scatẽre,Ebullire, & ita plenum esse vt exiliat quod continetur. Ablatiuo iungitur.Plaut.Aulul.2.2.11,

Quæ mihi interbibere sola,si vino scateat,
Corinthiensem fontem Pyrenen potest. Cic.1.Tusc.108,Fontes scatere,herbis prata conuestirier.Ex poeta. Columel.lib.6. cap.16.2,Solent etiam neglecta vlcera scatere vermibus.

Pontus scatens belluis.Hora.3.Carm.ode 27.6. Hoc est repletus,pullulans,fremens,ebullíens.Acron.

Scatet amore tuus animus.Plautus Persa,5.3,

-potin' ne moneas:memini,& scio,
Et calleo, & cõmemini:amas pol misera, id tuus scatet animus.

Id est,abundat. Plinius lib.7.cap.2.11,Præcipuè India,Æthiopúmque tractus miraculis scatent.

Scateo,cum genitiuo. Gellius lib.1.cap.17, Irarúmque & molestiarum mulíebrium per diem,pérque noctem scatebat.

Terra scatet ferarum.Lucret.lib.5.8.

Scátebra,scátebræ,penult.corr.Ebullitio aquæ surgentis. Virgilius 1.Georg.12, -scatebrisque arentia temperat arua. Vbi Seruius, Scatebris,Ebullitionibus quæ fiunt quum aqua in aliquas rimas defluxerit. Plinius lib.19.cap.4.11,Arcis distingui,eásque resupinis puluinorum toris ambire singulas tramitum sulcis quà detur accessus homini,scatebrisq; decursus. Idẽ lib.31.ca.10.3, Mirum est & illud, scatebra fonticuli semper emicante, lacum nec augeri nec effluere.

Fontium scatebræ.Plin.lib.5.cap.1.5.

Scaturigo,penult.prod.scaturiginis,fœm.gen.Idem. Columel.lib. 3.cap.13.7, Nam præstat non conserere, quàm in summa terra suspendere:nisi tamen si scaturigo palustris obuia(sicut in agro Rauennate)plusquam sesquipedem prohibeat infodere. Plin. lib.31.cap.3.16,In nigra scaturigines non ferè sunt perennes.

Scaturiginõsus,penult.prod.Adiectiuum.Columella lib.5.cap 8.4, Creta ex toto repudianda est,magis etiã scaturiginosa,& in qua semper vligo consistit.

Scaturio,scaturis,penult.prod.scaturíui,scaturíre,Idem quod Scatére: quod est nõ solùm aquarum,sed herbarum,& cæterorum sua sponte hubertim nascentium. Columella lib.3.cap.1.7,Modicè tamen roscidum sõlum, quod fontibus nũ in summo,non in profundo terræ scaturiat,sed vt vicinum radicib' humorem subministret.

Scaurus, scauri, Qui talos pedum tumentes ac porrectos habet. Horatius lib.1.Serm.saty.3.10,

-hunc varum distortis cruribus,illum
Balbutit scaurum pravis fultum malè talis. Quem locum exponens Acron,sic ait, Scauri sunt qui extantes talos habent. Alii dicunt scauros esse qui habent talos inuersos. Plin.libro 11.cap.45.6,Vola homini tantùm,exceptis quibusdam. Nanque & hinc cognomina inuenta Planci,Plauti,Scauri,Pansæ.

SCAVRVS,cuius pater quãuis Patritius carbonariam ob paupertatem exercuit, idem primò dubitauit, honores peteret,an argentariã faceret.Sed eloquentiæ studiosus,ex ea gloriã peperit. Cõsul Ligures & Gantiscos domuit,atq; triũphauit.Cæsar viam Æmyliam strauit,põtem Æmyliũ fecit:vtriq; nomine ab se imposito.Æmylius enim Scaurus vocabatur. Plinꝰ in naturali historia dicit eum principẽ fuisse ciuitatis, & Marianarũ rapinarum socium.Frontinus verò in 4. scribit,Scaurus filium suum, quòd in saltu Tridẽtino hosti loco cesserat,in cõspectum suum venire vetuit: adolescens verecundiæ ignominia pressus, mortem sibi conscíuit. Plinius rursus de eo, Scaurus(inquit)à Vario Tribuno plebis Repetundarum accusatus & absolutus. Sallust.in bello Iugurthino,Scaurus homo nobilis,impiger,factiosus,audax,sed vitia sua callidè occultans. Quum esset vir Consularis,& in Senatu princeps, ab eo mittitur ad Iugurtham orator, vt eum ab oppugnatione Cirtæ, & à seditione Adherbalis amoueret. Scaurus alter,superioris filius, de cuius Ædilitate lege Plinium lib.34.cap.7. Scaurus Aurelius,legatus,à Cimbris fuso exercitu captus est:& quum ad consilium ab his euocatus eos deterreret,ne Alpes transirent Italiam petituri, eo quòd diceret Romanos vinci minimè posse, à Bolo rege,feroci iuuene occisus est.Liuius lib. LXVII. Vide Epitomen Liuii.

Scazon/scazontis, m.g. Quoddã genus Iambici versus delumbe & claudum, quod & choliambum appellant. habet enim in fine pro iambo spondeum.Differt autẽ à perfecto senario Iambico, quòd hic in sexta sede spondeus esse debet, tum in quinta semper Iambus: nã quum scandantur iugati hi pedes in choliãbo,tertius per iugatus,semper esse debet epitritus primus, id est prima breuis ante tres lõgas. Cauendũ igitur ne in quinta sede ponatur spondeus,aut alii,quos integer senarius Iambicus in ea suscipit.Hãc legẽ accuratè seruauit Persius his versibus claudis, in Præfat.1,

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti somniasse Parnasso

Memini,vt repẽtè sic poeta prodirem. Ecce in quinta sede semper est iambus,& in sexta spondeus, vel pro spondeo trochæus. Dicitur autem scazon à Græcis,quia claudicat: nam sextus pes in hoc metro maior est, quàm sextus qui in senario perfecto. σκάζω enim,est claudico: vnde σκάζων,σκάζοντος,participiũ,id est claudicans.Eadem ratione χωλίαμβον dicunt:χωλὸς enim Græcè, Latinè claudus: vnde choliambus componitur,quasi claudiambus. Huius carminis inuentor fuisse dicitur Hipponax.

Sceleo,scéleris,pen.corr.n.g.Flagitium,facinus.Plaut.Stich.3. 1.4. Aduorsari sine dedecore & scelere summo haud possumus. Virgil.9.eclog.2,Heu cadit in quenquam tantum scelus:

Pygmalion, scelere ante alios immanior omnes. Virgilius 1. Æneid.71.

Ministri sceleribus.Tacit.lib.5.
Artifex scelerum.Senec.Troade,8.3.
Conatus scelerum.Stat.5.Syl.1.18.
Ferox scelerum.Tacit.lib.4.
Hortator scelerum.Virg.6.Æneid.106.

Imago sceleris.Quintil.lib.6.ca.1.25,Vestis tamen illa sanguine madens,ita repræsentauit imaginem sceleris, vt non occisus esse Cæsar,sed tum maxime occidi videretur.

Instinctor sceleris.Tacit.lib.17,Nec deerat Ptolemæus,iam &

ſceleris inſtinctor, ad quod facillimè ab eiuſmodi voto tranſitur.
Ara Iouis hoſpitis lugubris ſceleris. Ouid. 10. Metam. 45.
Molimen ſceleris. Ouid. 6. Metam. 95.
Socii ſcelerum atque miniſtri. Lucret. lib. 3. 13.
¶ Clandeſtinum ſcelus, Vide Clandeſtinus in **Clam.**
Crudele ſcelus. Virg. 2. Æneid. 15.
Deteſtabile ſcelus. Cic. de Amicitia, 17.
Exitiale ſcelus Lacenæ. Virg. 6. Æneid. 103.
Grauiſſimum ſcelus. Quintil. lib. 4. cap. 3. 5.
Importunum ſcelus, Vide **Importunus.**
Impunita ſcelera, Vide **Impunitus.**
Infandum ſcelus. Senec. Agamemn. 13. 7.
Infeſtum ſcelus & immane. Cic. pro Cluentio, 149.
Ingens ſcelus. Senec. Octauia, 3. 7.
Inuiſum ſcelus. Senec. Herc. furen. 1. 10.
Nefandum ſcelus. Lucan. lib. 4. 47.
Nefarium ſcelus. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 3.
Sæuum ſcelus. Lucanus lib. 7. 156,
Inuigilat cunctis ſæuum ſcelus, armáque tota
Mente agitant. Senec. Thyeſte, 8. 15.
¶ Abeſſe ab aliquo ſcelere, Vide **Abſum.** Ouid. 3. Faſt. 61,
Si ſcelus ingenio ſcitis abeſſe meo.
Abuti ſcelere, Vide **Abutor.**
Abuti ſcelere & perfidia ad alicuius exitium, Vide **Abutor.**
Sceleris pretium maius accepi ſcelus. Senec. Thebaid. 1. 54.
Addere ſcelus in ſcelus, Vide **Addo.**
Admittere ſcelus. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 43.
Aggredi ſcelus. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 13.
Anhelare ſcelus, Vide **Anhelo.**
Aperire ſcelus, Vide **Aperio.**
Arcere ſcelus. Senec. Thyeſte, 1. 19.
Aſtringi ſcelere. Cic. Pro Seſtio, 94. Vide **Aſtringo.**
Coarguere ſceleris, Vide **Coarguo.**
Committere ſcelus. Quintil. lib. 3. cap. 6. 55.
Concipere ſcelus, Vide **Concipio.**
Conari ſcelus. Quintil. lib. 5. cap. 3. 14.
Conuictus ſcelere. Senec. Œdipo, 11. 1.
Coopertus ſceleribus, Vide **Cooperio.**
Cruentari ſcelere, Vide **Cruentus.**
Cumulare ſcelus ſcelere, Vide **Cumulo.**
Damnare aliquem ſceleris. Ouid. 1. de Remedio amor. 1.
Defungi ſcelere aliquo. Senec. Thebaid. 2. 4.
Edere ſcelus in aliquem. Cic. pro Seſtio, 49. Et de Aruſp. reſp. 55, Infinita ſunt ſcelera, quæ ab illo in patriam ſunt edita.
Parati ſceleris ſupplicium exercent curæ. Stat. 3. Thebaid. 1.
Expendere ſcelus. Virg. 2. Æneid. 46,
-& ſcelus expendiſſe merentem Laocoonta ferunt.
Facere ſcelus. Cic. 1. de Orat. 111, Qui partim omnino motus negant in animis vllos eſſe debere, quique eos in iudicum mentibus concitent, ſcelus eos nefarium facere. Et pro Domo ſua, 64. Idē pro Roſc. Amerino, 15, Intelligitur Iudices id quod iam antè dixi, imprudente L. Sylla ſcelera hæc & flagitia fieri.
Facere palàm aliquod ſcel^us. Quintil. lib. 5. ca. 10. 14, Illa quoq;, An ſcelus palàm factum, an factum dixerit, &c.
Inflammari ſcelere & furore, Vide **Inflammo.**
Loquuntur mera ſcelera, Vide **Merus.**
Obligare aliquem ſcelere, Vide **Obligo.**
Pēdere eos pœnas immani pro ſcelere omnes. Lucret. li. 5. 24.
Perficere ſcelus. Cic. pro Cluentio, 153, Neque ad ſcelus perficiendum cæſis hoſtiis poſſe placari.
Amne iubet mergi geminos, ſcel^us vnda refugit. Oui. 3. Faſt. 11.
Monimenta ſcelerum relinquere. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 7.
Pœnas ſceleribus pares repéndere. Senec. Œdipo, 14. 7.
Reſiſtere ſceleri. Ouid. 10. Metam. 65.
Soluere breues pœnas magnis ſceleribus. Senec. Œdipo, 11. 5.
Suſcipere ſcelus aliquod. Catull. in Gellium, 85. 1. Cic. 11. Philipp. 190.
Suſpectare ſcelus alicuius. Tacitus lib. 1, Quidam ſcelus vxoris ſuſpectabant.
Tegendis ſceleribus obſcurum. Tacit. lib. 5.
Scelere velandum ſcelus. Senec. Hippol. 5. 27.
Vleiſci ſcelera. Senec. Thyeſte, 3. 5.
¶ Scelus, pro Scelerato aliquando ponitur. Plaut. Amph. 7. 4,
-Iam quidem hercle ego tibi iſtam ſceleſtam ſcelus,
Linguam abſcindam. Terent. And. 5. 1. 3, -ſcelus
Quemnam hic laudat?
Sceleſtus, Adiectiuum, Qui ſcelus committit. Plaut. Moſtell. 8. 1,
Sceleſtiorem ego annum locando argento fœnori
Nunquam vllum vidi, quàm hic mihi annus obtigit. Idem Mil. 10. 138, Et minus audacter ſceleſta facerent facta. Et paulo antè, 136, At qui improbi & ſceleſti, iis adimerent animam citò.
Raro antecedentem ſceleſtum Deſeruit pede pœna claudo. Horatius 3. Carm. ode 2. 7.
Quò quò ſceleſti ruitis? Horat. Epod. 7. 1.
Ciuis ſceleſtus. Cic. in Saluſtium, 4.
Cœna ſceleſta. Plaut. Rud. 13. 14,
Sceleſtiorem cœnam cœnaui tuam,
Quam quæ Thyeſtæ quondam ante poſita ab Atreo.
Facinus ſceleſtum. Liu. 5. ab Vrbe, 113, Ibi ſceleſto facinori ſceleſtiorem ſermonem addidit.
Facinus ſceleſtum ac nefarium. Cic. pro Roſc. Amerino, 21.
Manus ſceleſtas euitare. Senec. Agamemn. 11. 1.
Pectus ſceleſtum. Senec. Œdipo, 11. 3.
Plebs ſceleſta. Horat. 1. Carm. ode 4. 4.
Res ſceleſta, atrox, nefaria. Cic. pro Roſc. Amerino, 38.
Seruitus ſceleſta. Plaut. Curcul. 2. 40,
Lenonis hæ ſunt ædes. P A. malè iſtis euenīat.
P H. Qui? P A. quia ſceleſtam ſeruitutem ſeruiunt.
Sceleſtè, Aduerbium. Cic. ad Atticum, lib. 6. 111. 18, Illud de geſtu hiſtrionis tu ſceleſtè ſuſpicaris, ego ἀφυῶς ſcripſi.
Sceleſtè atque impiè. Liu. 4. bel. Pun. 113, Quæcunque poſt Hieronis mortem ſceleſtè atque impiè facta eſſent, Andronodorum ac Themiſtium arguit feciſſe.
Scelerōſus, pen. prod. Adiectiuum, Propriè dicitur, vt ait Donatus, author ſceleris. Terent. Eunucho, 4. 3. 1,
Vbi ego illum ſceleroſum miſera atq; impiū inueniam? aut vbi quæram?
Hoccine tam audax facinus facere eſſe auſum?
Facta ſceleroſa atque impia. Lucret. lib. 1. 17.
Scelero, ſcéleras, pen. corr. ſcelerare, Polluere. Virg. 3. Æneid. 9, Parce pias ſcelerare manus. Seruius.
Dextram ſanguine ſcelerare. Stat. 9. Thebaid. 154.
Sanguine viuo fauces ſcelerare. Stat. 8. Thebaid. 149.
Animum ſcelerare. Silius lib. 16. 111.
Scelerātus, penult. prod. Adiectiuum, dicitur authore Donato, in quo ſcelus ſit cōſtitutum, vel commiſſum. Significat etiam ſceleſtum & nefarium. Cic. ad Atticum, lib. 9. 188. 7, Ego autem illum malè ſanum ſemper putaui, nunc etiam impurum & ſceleratum puto.
Facto pius & ſceleratus eodem. Ouid. 3. Metam. 1.
¶ Sceleratus, ad inanimata etiā tranſfertur. Virg. 1. Georg. 51,
-at ſceleratū exquirere frigus, Difficile eſt. Hoc eſt nocens, omnia exurens. Seruius. Plaut. Pſeud. 13. 18, Teritur ſinapis ſcelerata cum illis.
Amor habendi ſceleratus. Ouid. 1. Metam. 27.
Arma ſcelerata deuouere. Ouid. 5. Metam. 11.
Audacia ſcelerata. Plin. lib. 7. cap. 44. 5, Quod ſupereſt, neſcio maior gloriæ an indignationis dolori accedat, inter tot Metellos tam ſceleratam Catinii audaciam ſemper fuiſſe inultam.
Campus ſceleratus, Romæ appellatus eſt, proxime portā Collinam, in quo virgines Veſtales, quæ inceſtum fecerant, defodiebantur. Et Sceleratus vicus Romæ, in quo quum Tarquinius Superbus interficiendum curaſſet Seruium regem ſocerum ſuum, corpus eius iacens filia carpento ſuperuecta eſt, properās in poſſeſſionem domus paternæ. Hæc omnia ſcelerata dicta ſunt, hoc eſt polluta.
Gens ſcelerata. Virg. 9. Æneid. 18.
Haſta ſcelerata. Cic. 1. Offic. 40, Idem ſexto & triceſimo anno poſt à ſceleratiore haſta non receſſit.
Ignes ſcelerati. Ouid. 6. Faſt. 88,
Flagrabant ſancti ſceleratis ignibus ignes,
Miſtáque erat flammæ flamma profana piæ.
Mens ſtulta, non ſcelerata nobis fuit. Ouid. 1. Triſt. eleg. 2. 10.
Miles ſceleratus. Lucan. lib. 3. 26.
Prælia ſcelerata. Lucan. lib. 2. 51.
Puellæ ſceleratæ facta. Ouid. 1. de Remed. amor. 60.
Sanguis ſceleratus. Ouid. 5. Faſt. 115.
Terra ſcelerata. Virg. 3. Æneid. 11.
Vicus ſceleratus, Vide paulò antè Campus ſceleratus.
Vox inhumana & ſcelerata. Cic. 3. de Finib. 99.
Alio ſceleratior. Ouid. 11. Metam. 157.
Sceleráte. pen. prod. Aduerbium. Cic. 5. Tuſcul. 79, In quo beatior ille qui huic nefariæ voci paruit, quàm is qui tam ſceleratè impe rauit. Idem pro Seſtio, 116, Sed poſtea mihi nullo meo merito, niſi quòd bonis placere cupiebam, omnes eſt inſidias ſceleratiſſimè machinatus. Et Q. fratri, lib. 1. 3. 3, Quare peccaui, ſceleratéque feci.
In aliquos loqui ſceleratè. Cic. Anteq. iret in exilium, 9.
Bellum ſceleratè ſuſceptum. Cic. 1. in Catil. 19.
Scena, ſcenæ, Græcè σκηνὴ dicitur, eſt inumbratio, ἀπὸ τῆς σκιᾶς.

Apud antiquos enim theatralis ſcena parietem non habuit: ſed de frondibus vmbracula quærebant, vt docet Seruius. Inumbrationis igitur cauſa cõperta fuit ſcena, vbi prius carmina incondita decantabantur. Quare & à nonnullis tabernaculum ac papilio traductum fuit. Poſtea tabulata cœperunt componere in modum parietis. Vnde hodie conſuetudo permanſit vt componantur pegmata à ludorum theatralium editoribus. Vnde Scenopegia, tabernaculorũ feſta. Sed quum in vrbem deducta fuit ſcena, redactũ eſt nomen ad eam partem theatri, quæ ab vno eius cornu ad aliud ducebatur. Conſtat autẽ ſcenã theatri frontem, binis pluribuſve contignationibus conſtructam, in quibus hiſtriones recitabant, mimique, mimilones, & cæteri ludii, varios ludos ac geſticulationes edebant. In ſcena autem, quum hemycicli formam haberet, grad⁹ ſedilia; fuere: de quibus primarii magiſtratus, honoratiorẽſque ſpectarent: eorũmque ſedilia pars intima orcheſtra eſt dicta. Placidus grammaticus ſcribit eſſe cameram hinc inde cõpoſitam, quæ in vmbræ locũ in theatro erat, in quo ludi actitabantur. Item ſcenam dici arborum in ſe cubantium, quaſi concameratam dẽſationem, vt ſubter poſitos tegere poſſit. Item ſcenam vocari compoſitionem alicuius carminis quæ digna ſit agi in theatro, exclamationibus tragicis. Scena ſic definitur à Labeone, De his qui notãtur infamia. L. Quod ait, quæ ſit ludorum faciendorũ cauſa quolibet loco vbi quis cõſiſtat, moueatúrque, ſpectaculũ ſui præbiturus, poſita in publico, priuatóve, vel in vico: quo tamẽ loco paſſim homines ſpectaculi cauſa admittat. Hactenus Labeo. Hæc autem verſatilis erat, aut ductilis. Verſatilis, quæ ſubitò tota quibuſdam machinis vertebatur, & aliam picturæ faciem oſtendebat. Ductilis, quæ tractis tabulis hac atque illac, interiorem picturæ ſpeciem denudabat. Virgil. 3. Georg. 5, Vel ſcena vt verſis diſcedat frontibus. Idem 1. Æneid. 87.

-immanéſque columnas
Rupibus excidunt ſcenis decora alta futuris.

Scenæ ſpectacula amantur. Ouid. 3. de Arte, 71.

Scena ſine arte. Ouid. 1. de Arte, 21,

Illic quas tulerant nemoroſa palatia, frondes
Simpliciter poſitæ ſcena ſine arte fuit.

Sceleribus ſcena referta. Cic. 3. de Nat. deor. 55, Nec verò ſcena ſolùm referta eſt iis ſceleribus, ſed multò vita communis penè maioribus.

Struere ſcenam. Tacit. lib. 14, Et ſcena in tempus ſtructa.

Vtque tum in vita, tum in ſcena intelligi poteſt ex iis fratribus qui in Adelphis ſunt. Cic. de Senect. 60.

Oreſtes agitatus ſcenis. Virg. 4. Æneid. 94.

Agere geſtum in ſcena. Cic. 1. de Oratore, 119.

Stare in ſcena. Horat. 2. epiſt. 1. 41.

In ſcenam producere, & Reducere in ſcenam. Plin. lib. 7. cap. 48. 6, de Galeria Copiola quæ in ſcenam producta fuerat à M. Pomponio Ædili plebis, & reducta à Magno Pompeio.

Dign⁹ qui ſpecteiur in ſcena. Cic. pro Quintio, 51, Etenim quũ artifex eiuſmodi ſit, vt ſolus dignus videatur eſſe qui in ſcena ſpectetur, tum vir eiuſmodi eſt vt ſolus dignus videatur qui eò non accedat.

Scena totius rei hæc eſt, pro eo quod eſt, Hæc eſt totius rei actio. metaphora à fabularum actione. Cælius ad Ciceronẽ, lib. 8. 11. 10, Scena rei totius hæc, Pompeius tanquam Cæſarem, &c.

In ſcena, in concione, in qua rebus fictis & adũbratis loci plurimum eſt. Cicero de Amicitia, 79.

Diſcuciendæ tamen oratione huiuſmodi ſcenæ. Quintil. lib. 6. cap. 1. 36.

Seruire ſcenæ. M. Tullius Seruire ſcenæ dixit, pro eo quod eſt Seruire tẽpori, & rebus præſentibus ſeſe accommodare. Trãſlata ab hiſtrionib⁹ fabularum metaphora, qui non ſuopte ingenio agunt, ſed hoc vnum ſpectant, vt quouis modo populi oculis placeant, alioqui explodendi exibilandique. Sic enim ſcribit ad Brutum, 9. 2, Tibi nũc populo & ſcenæ, vt dicitur, ſeruiendum eſt. Nam quum in te non ſolùm exercitus tui, ſed omnium ciuium, & penè gentium coniecti ſint oculi, &c. Eraſmus.

Scena minore, pro Minore apparatu & oſtentatione, vſus eſt Suetonius, teſte Budæo.

¶ Scena, Inumbratio mõtis, ſylvæ, aut alicui⁹ rei ſimilis. Virg. 1. Æneid. 34.

Hinc atque hinc vaſtæ rupes, geminique minantur
In cælum ſcopuli, quorum ſub vertice latè
Æquora tuta ſilent: tum ſylvis ſcena coruſcis
Deſuper, horrentique atrum nemus imminet vmbra.

Scenãlis, pen. prod. Adiectiuũ: vt Species ſcenalis. Lucret. lib. 4. 16,

Nanque ibi conſeſſum caueai ſubter, & omnem
Scenalem ſpeciem patrum, matrúmque, deorúmque
Inficiunt.

Scénicus, pen. corr. Aliud adiect. Quod ad ſcenam pertinet, vel in ſcena agit. Cic. pro Plácio, 25, Quod dicitur Atinæ factum à iuuene, vetere quodam in ſcenicos iure, maximéque oppidano. Idem 1. Offic. 159, Suum igitur quiſq; noſcat ingenium, acrémque ſe & bonorum & vitiorum ſuorũ iudicem præbeat, ne ſcenici plus, quàm nos videantur habere prudentiæ.

Actores ſcenici. Quintil. lib. 6. cap. 1. 21.

Adulteria ſcenica. Ouid. 2. Triſt. 103.

Artifices ſcenici. Cic. pro Archia poeta. 7, Quod ſcenicis artificibus largiri ſolebant, id huic ſumma ingenii prædito gloria noluiſſet?

Decor ſcenicus. Quintil. lib. 2. cap. 10. 9.

Dicacitas ſcenica. Quintil. lib. 6. cap. 3. 10.

Oſtentatio ſcenica. Quintil. lib. 2. cap. 10. 5.

Plebs ſcenica. Stat. 1. Syl. 6. 15.

Venuſtas ſcenica. Cic. 3. de Orat. 17, Quis vnquam res præter hunc tragicas penè comicè, triſtes remiſcè, ſeueras lubricè, forenſes ſcenica propè venuſtate tractauit?

Scénice, pen. corr. Aduerbium: vt Facere aliquid ſcenicé. Quintil. lib. 6. cap. 1. 29.

Scenofactorius, Adiectiuum. Ars ſcenofactoria, Qua fiunt vmbracula & tabernacula, quacunque re fiant, vt aulæis vel pellibus.

Scenopegia, Scenopegiorum, n. g. pluralis numeri, Feſta tabernaculorum, in quibus Iudæi faciebãt tabernacula ad ſimilitudinẽ tabernaculorum, in quibus habitauerãt quum ex Ægypto peregrinarentur in eremo. Ab σκηνὴ, & πήγνυμι.

SCENITAE, pen. prod. Populi ſunt Arabiæ Fœlicis, authore Plinio lib. 6. cap. 28, vagi, & à tabernaculis cognominati, quæ ciliciis metantur vbi libuit. De his & Solinus his verbis, Scenitæ cauſam nominis inde ducunt, quòd tentoriis ſuccedunt, nec alias domos habent. Ipſa autem tentoria cilicina ſunt. Ita nuncupantur velamenta, è caprarum pilis texta. Præterea carnibus ſuillis abſtinent. Sanè hoc animalis genus, ſi inuectum illò fuerit, moritur ilico.

SCEPSIS, Plinio lib. 5. cap. 30, Vrbs Æolidis. Ex hac fuit Metrodorus, quem Scepſium cognominamus.

Scéptica, ſcépticæ, pen. corr. Philoſophorum quorũdam ſecta, ſic dicta quòd ſemper quæreret, & nunquam inueniat. Hæc Diogenes Laertius in Pyrrhonis vita. Idem paulo poſt, Scepſici ſectarum omnium dogmata euertere perſtabant, nihil ipſi dogmatis afferentes, cæterorũ tantùm enuntianda dogmata atque enarranda proponentes nihil definiendo. Gellius lib. 11. cap. 5, Quos Pyrrhonios philoſophos vocamus, ii Græco cognomento σκεπτικοὶ appellãtur. Id ferme ſignificat, quaſi quæſitores & cõſyderatores. Nihil enim decernũt, nihil cõſtituũt: ſed in quærendo ſemper conſyderandóque ſunt, quidnam ſit omnium rerum, de quo decerni cõſtituique poſſit. Ac ne videre quoq; planè quicquam, neque audire ſeſe putant: ſed ita pati afficique, quaſi videant vel audiant: eáque ipſa, quæ affectiones iſtas in ſeſe efficiant, qualia & cuiuſmodi ſint, cunctantur atque inſiſtunt. Vide ibidem multo plura.

Sceptrum, ſceptri, Virga eſt qua reges maieſtatis gratia vtũtur. Tractũ à Græco σκῆπτρον. Propriè autẽ ſceptrũ Iouis erat, ab eo ad reges & principes & magiſtratus trãſlatũ. Hinc ad fœdera faciẽda ſemper adhiberi ſceptrũ conſueuit, quando veteres in hoc Iouis ſimulachrũ adhibere ſolebant cũ ſceptro. Quod quũ difficile eſſet aliquãdo, præſertim quãdo fœdera cũ remotiſſimis fiebant, inuentum eſt vt ſceptrum quaſi imaginem Iouis tenentes fœdus percuterent. Cic. pro Seſtio, 48, Sedens cum purpura & ſceptro & inſignibus illis regiis. De rege Ptolemæo.

Grauitas ſceptri. Ouid. 1. Metam. 170,

Non bene conueniunt, nec in vna ſede morantur
Maieſtas & amor. ſceptri grauitate relicta
Ille pater, rectórque deũm, cui dextra triſulcis
Ignibus armata eſt, qui nutu concutit orbem,
Induitur faciem tauri.

Exitiale ſceptrum tyrannis. Stat. 1. Thebaid. 7.

Gemmantia ſceptra. Ouid. 3. Metam. 53.

Regale ſceptrum. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 5, Læua manus ſceptrũ latè regale tenebat.

Sublime ſceptrum Iouis. Claud. 3. Paneg. 41.

Superbà ſceptra. Lucret. lib. 5. 119.

¶ Accipere ſceptra alicunde. Virg. 7. Æneid. 55.

Sceptra loci, rerúmque capit moderamẽ. Ouid. 6. Metam. 136.

Eburno ſceptro innixus. Ouid. 1. Metam. 36.

Potiri ſceptris. Virg. 9. Æneid. 54.

Perenni ſceptro potiri, & regem eſſe. Ouid. 15. Metam. 117.

Reponere aliquẽ in ſceptra, Regno reſtituere. Virg. 1. Æn. 53.

Tenere ſceptra. Virg. 1. Æneid. 13.

Transferre ſceptrum alió. Stat. 11. Thebaid. 130,

Res Amphionias aliò, sceptrúmque maligna
Transtulerat Fortuna manu.

Scéptrifer, pen.cor. Adiectiuũ: vt Manus sceptriferæ. Ouid.6.Fast. 96, Sceptriferas ferui templa dedisse manus.

Sceptuchus, Latinè sceptrũ tenẽs. Taci.lib.5, Cótrà Pharasmanes adiungere Albanos, accipere Sarmatas, quorum sceptuchi vtrinque donis acceptis more gentico diuersa induere.

Schedia, schedæ, Tabella siue pagella philyracea, hoc est tiliacea, qua pro chartis priscos vti solitos Eustathius & Ælianus asseuerãt. Hodiéq; Græcum vulgus schedas vocat tabulas eas quibus supputatores numeris scribendis vtuntur, vt mox litu spongiæ leuiter aboleri possint.

Scheda, Folium chartæ, siue papyri nondum compactæ & ligatæ, quod & philyram Græco vocabulo nuncupamus. Plinius lib.13.ca.11.5, Sed ratio deprehẽdit vitiũ, vnius schedæ reuulsione. Cic. Attico, li.1.15.9, Nũc, si amas me, si te à me amari scis, enitere per amicos, clientes, hospites, libertos denique ac seruos tuos, vt scheda nequa depereat: nã & Græcis his libris quos suspicor, & Latinis, quos scio illũ reliquisse, mihi vehementer opus est. Vetus codex legit scida.

Schedæ, pro Libris monumentisque literarũ. Mart.lib.4.46,

Ohe iam satis est, ohe libelle,
Iam peruenimus vsque ad vmbilicos:
Tu procedere adhuc & ire quæris,
Nec summa potes in scheda teneri.

Excutere omnes schedas. Quintil.lib.1.cap.8.13, Nam qui omnes etiam indignas lectione schedas excutit, anilibus quoque fabulis accommodare operam potest.

Schédula, schédulæ, pen.corr. Diminutiuum. Cic. ad Cassium. lib. 15.16.1, Hæc te tertia iam epistola antè oppressit, quàm tu schedulam aut literam. Vetustum exemplar legit scidam.

Schedia, schediæ, Ratis est Latinè. id est nauigiũ temerè factũ, & incõditũ, vt trabes connexæ, & sine fabrica cõpactæ, quæ nauigii vicem præbent, authore Festo.

Schedia, ponitur aliquãdo pro Ponte, seu loco fluminis quoquo modo iuncto, authore Suida. Herodotus certè pontem quo Darius Bosphorum iunxit, schediam vocat. Pons tumultuarius.

¶ Schedion, dicitur à Græcis extemporaneũ, id est quicquid inelaboratum, quicquid temerè factum est, nec satis cõfectum. Budæus.

Schedia, schediorum, Incondita & extemporanea carmina dicũtur, quæ nostri syluas appellant. Et Græci αὐτοσχεδίαζειν vsurpant pro eo quod est Ex tempore dicere.

Schema, schématis, pen.corr.n.g. Forma Latinè dicitur, figura, siue cultus, ornatúsve.

Schema, inquit Quintilianus lib.9.ca.1, propriè dicitur quod est à simplici ac in prõptu posito dicendi modo poeticè vel oratoriè mutatum. Cic. de Claris Orat.150, Erant autem & verborũ & sententiarum illa lumina, quæ vocant Græci σχήματα, quibus tanquã insignib⁹ in ornatu distinguebatur omnis oratio. Ibidem, 54, Sententiarũ, orationisque formis quæ appellantur σχήματα. Ibidem, 73, σχήματα enim quæ vocant Græci, ea maximè ornant oratorem, eáque non tam in verbis pingendis habent pondus, quàm in illuminandis sententiis.

Ornamenta verborũ, sententiarúmque, quæ appellantur σχήματα. Cic. in Topic.17.

Non iniucunda schemata. Quintil.lib.4.cap.5.4.

¶ Schema, schemæ, pro Ornatu & habitu. Plaut. Amph.3.117,

Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,
Quòd ego huc processi sic cum seruil schema. In antiquioribus codicibus scema absque aspiratione scriptum visitur.

Schidia, sunt fragmenta quæ fabri materiarii ex ligno deliciunt. Ex Cælio lib.14.cap.13. Vitruuius lib.2.cap.1, Intermallãque quæ relinquuntur propter crassitudinem materiæ, schidiis & luto obstruunt.

SCHINIS, Latro insignis à Theseo dilaniatus. De quo Pausanias in Corinthiacis. In Isthmi initio locus est, vbi Schinis latro apprehensas piceas in terram flectebat, & quos pugna vicisset, hos alligatos sinebat in aerem efferri: quocirca quum vtraque arbor alligatum ad se traheret, vinculique nodus in neutrã laxaretur partem, sed vtrinque pariter conuelleret, eueniebat vt qui alligatus esset, laceraretur. Eodem pacto ipsum quoq; Schinim Theseus dilaniauit, viámque, quæ ex Troezene Athenas ducit, latronibus infestam, tutam reddidit. Hactenus Pausanias.

Schinos, Arbor quæ Latinis dicitur Lentiscus. De hac Danielis cap.13.

SCHINVSA, Plinio lib.4.cap.12, Insula vna ex Sporadibus.

Schisma, schismatis, penul.corr.n.g. Latinè scissura dicitur ab σχίζω, quod est scindo.

Schistum, schisti, Genus lactis. Plin.lib.28.cap.9.3, Medici speciem vnam addidere lactis generibus, quod schiston appellauêre. Budæus putat id esse quod vernaculè *crisas* dicitur, licet non proprié.

SCHOENEVS, qui & Iasius, rex Arcadiæ fuit, filius Abantis & Atalantæ pater. Hinc

Schœneĩ⁹, Adiectiuũ: vt Virgo Schœneia, Atalãta. Ouid.2.Trist.80.

Schœneis, Patronymicum fœm. Ouid.epist.15.53, Vt tulit Hippomenes Schœneida, præmia cursus.

Schœnos, siue Schœnum, Latinè dicitur Funis & lũcus. Plaut. Rud.8.5, Hi schœni enim atque hæ arundines sunt nobis quæstu & cultu. Cato cap.105, Schœnum & calamum in pila contundito, quod siet sextarium vnum. Columella lib.11.cap.10.1, Odores autem vino ferè apti sunt, qui cum defruto coquuntur, iris, fœnum græcum, schœnum.

¶ Schœnus, Mensura est Ægyptiaca, sexaginta stadia capiens, authore Herodoto: licet Plini⁹ libro quinto & duodecimo, quadraginta stadia dicat, id est quinque millia: nisi sit error notarum. Budæus.

Schœnóbates, pen.corr. Qui per funes ludẽdo graditur ἀχοίνου funis, & βαίνω ascendo, quasi funambulus. Iuuenalis Sary. 3.8, Augur, schœnobates, medicus, vagus omnia nouit.

Schœnobáticus, pen.corr. Adiectiuũ, Quod ad schœnobatem pertinet. Cælius ad Ciceronem, lib.9.1.11, Ego, qui scirem Q. Pompeium Baulis schœnobaticam facere, & vsque eo, vt ego miserer eius esuriei. Vbi interpres, Schenobaticã facere antè, id est qui scirem eum propter paupertatem factum schœnobatem, id est funambulum. Vetus autem codex habet embæneticam.

SCHOENVS, Schœnuntis, Flumen Athenis proximũ vt ait Strabo) à iuncis dictum, proindéque iuncarios in Hispania campos Schœnuntas vocat. Sed & in Arcadia Schœnuntis fit mentio, ab amne quem Schœnicam appellant.

Schœnus, Plinio libro 4.cap.7, Portus est & oppidum Atticæ regionis.

Schola, scholæ, Literarũ ludũ significat. à verbo Græco σχολάζω, quod est vaco: quia cæteris rebus omissis, vacare liberalibus studiis pueri debent. Plinius epist.144.c, Lætor etiam, quòd domus aliquando C. Cassii huius, qui Cassianæ scholæ princeps & parens fuit, seruiet domino non minori. Cic.2.Offic.131, Sed toto hoc de genere, de quærẽda, de collocanda pecunia, etiam de vtẽda cõmodius à quibusdam optimis viris ad Ianum medium sedentibus, quàm ab vllis philosophis vlla in schola disputatur. Idé in Orat.51, E philosophorum scholis tales ferè euadunt. Et 1.de Diuin.46, Multa istiusmodi dicuntur in scholis.

Cœtus scholarum. Quintil.lib.2.cap.9.2.

Consuetudo scholarum. Quintil.lib.4.cap.2.21.

Exercitationes scholarum. Quintil.lib.3.cap.8.29.

Frequentia scholarum. Quintil.lib.1.cap.2.1, Vtiliúsne sit domi atque intra priuatos parietes studentem continere: an frequentiæ scholarum, & velut publicis præceptoribus tradere.

Philosophorum scholæ. Quintil.in Proœm.li.1.13, Qui si fuisset aliquando perfectus, non à philosophorum scholis virtutis præcepta peterentur.

Magnæ scholæ. Quintil.lib.1.cap.2.13.

Audire hominem de schola. Cic.1.de Orat.16.

Definire in schola. Cic.5.Tuscul.155, Nec ego solus, sed tu etiam Chrysippus in foro, domi, in schola definis.

Eligere scholas. Quintil. lib.1. cap. 2.13, Sed vt fugiendæ sint magnæ scholæ (cui ne ipse quidem rei assentior) si ad aliquem merito concurritur, non tamen hoc eo valet, vt fugiendæ sint omnino scholæ. aliud est enim vitare eas, aliud eligere.

Explicare scholam, Præcepta doctrinæ exponere. Cicero 2.de Finibus, 101, Primùm, inquam, deprecor, ne me tanquam philosophum putetis scholam vobis aliquam explicaturum: quod ne in ipsis quidem philosophis magnopere vnquam probaui.

Fugere scholas. Quintil.lib.1.cap.2.13.

Institutæ seuerè scholæ. Quintil.lib.1.cap.2.6.

Homo politus è schola. Cic.in Pisonem, 47.

Vitare scholas. Quintil.lib.1.cap.2.13.

¶ Erat & in balneis schola, apud Vitruuiũ, pars labri siue aluei, à præstolando, vt quidam arbitrantur dicta: vt occupato ab his qui priores venissent, labro, in schola cæteri circunspectantes rectè stare possent. Erat & in porticibus, authore Plinio, Alexandrum (inquit) & Philippum cum Minerua qui sunt in schola, in Octauiæ porticibus & Philippi.

¶ Scholæ, pro Disputationibus & controuersiis quæ in scholis inter doctorem & discipulos otiosè agitari solent, accipitur apud Ciceronem libro 1.Tuscul.12, Hanc enim perfectam philosophiam semper iudicaui, quæ de maximis quæstionib⁹ copiosè posset, ornatéque dicere: in quam exercitationem ita nos studiosè operam dedimus, vt iam etiam scholas Græcorum more

habere auderemus. Et paulo poſt,13,Ponere iubebam de quo quis audire vellet, & id aut ſedens, aut ambulans diſputabam. Itaq; dierum quinque ſcholas(vt Græci appellãt) in totidem libros cõtuli. Ibidẽ,lib.3.137,Sunt enim certa quæ de paupertate,certa quæ de vita inhonorata & ingloria dici ſoleant.Separatim autem certæ ſcholæ ſunt,de exilio,de interitu patriæ,&c.

Epicuri ſchola.Cic.2.de Finib.108.

Regeſtæ ſcholæ in commentarios. Quintil.libro 3. cap.6.45, Sunt enim velut regeſtæ in hos commentarios,quas adoleſcens deduxerat,ſcholæ.De Ciceronis rhetoricis. Alii ſic legũt, Sunt enim velut res regeſtæ in hos commentarios, quas adoleſcens deduxerat ſchola.

Vertere ſe ad alteram ſcholam. Cic.in Piſonem,47,Vertes te ad alteram ſcholam,diſſeres de triumpho.

Pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit.Quintil.lib.3.cap.1.10.

Scholaſticus,penult.corr.Adiectiuum,Quod ad ſcholam pertinet. Vnde Scholaſtica diſciplina, & Scholaſtici diſcipuli,qui diſcendi cauſa ſcholas frequentant.Plin.epiſt.vltima libri 1,Scholaſticis porrò dominis,vt hic eſt,ſufficit abundè tantum ſõli, vt releuare caput,reficere oculos,reptare per limitem, vnáque ſemitam terere, omnéſq; viticulas ſuas noſſe, & numerare arbuſculas poſſint. Quintil.lib.7.cap.1,Quædam in ſcholaſticis ponuntur ad coniungendam modo rei ſeriem.

Controuerſiæ ſcholaſticæ.Quintil.lib.4.cap.2.66.& 69.

¶Scholaſtic⁹,pro Declamatore ſolùm in fictis cauſis & otioſis verſato,non in veris litibus.Plinius epiſt.3.lib.1,Scholaſticus tantum eſt quo genere hominum nihil aut ſimpliciùs,aut ſyncerius,aut melius.nos enim qui in foro veriſq; litibus terimur, multum malitiæ,quanuis nolentes,addiſcimus. Schola & auditorium & ficta cauſa res inermis,innoxia eſt, nec minus fœlix, ſenibus præſertim.

Scholium, ſcholii, Interpretatio breuior,breue ſcriptum. Cic. Attico, lib.16.333.4, Velim σχόλιον aliquod elimes ad me, oportuiſſe te iſtuc facere.Iuáne mi Attice defenſione eget meum factum,præſertim apud te,qui id mirabiliter approbaſti?Ego verò iſtum ἀντιγραφὴν κατάξομαι, ſed ad eorum aliquem, quibus inuitis & diſſuadentibus profectus ſum. Et ſiquid iam opus eſt σχολίου,ſi perſeueraſſem,opus fuiſſet. Eidem,lib.13.290.5,Hic autem iam langueſcit, & ait tibi illum iure iratum: ſed vtar tuo conſilio. σχόλια enim tibi video placere.

Sciamachia,eſt Vmbratilis pugna: vt Gellius tranſtulit.ad quã Iuuenalis alludens dixit, Ad pugnam qui rhetorica deſcendit ab vmbra.Saty.7.18, Vmbratilis autem pugna propterea dicebatur, quia huiuſmodi pugnæ ſimulachra ſub tecto fieri ſolita erãt:non vt vera pugna,in ſole & puluere. Ita eſt vmbratilis armorum meditatio ſeu exercitatio,quæ vulgò *ſcrima* vocatur.

Sciater,huius ſciatèris, maſc.gen.Inſtrumentũ erat gnomonicum,quo etiam architecti metandis vrbibus vtebãtur. Hoc ſciatere octo cæli regiones exactè colligentes, ventorum vim moleſtam vrbibus, oppoſitis platearum angiportorúmque angulis frangebant aut amoliebantur:auráſq; corporibus ſalubres.platearum directionibus admittebant: vt docet Vitruuius libro 1. cap.6. Sunt autem plateæ verbo Græco vici in vrbibus latiores: quas,vias Cicero Latinè appellare ſolet: vulgò autem pro areis accipiuntur. Vitruuius loco ſuprà citato, Collocetur (inquit) ad libellam marmoreum amuſſium mediis mœnibus:aut locus ita expoliatur ad libellam & regulam, vt amuſſium non deſyderetur: ſupráque eius loci centrum medium collocetur æneus gnomon,indagator vmbræ,qui Græcè γνώμων dicitur,&c.

Sciatericon horologium apud Plinium dicitur libro 2.cap. 76,id eſt vmbræ indagatorium. Eſt autem ſolarium quo hodie vtimur ad horas æquales æquinoctialéſq; colligendas:antiqui autem ad inæquales & temporales. Alii ſciotericon legunt apud Plinium.

Sciathos,pen.corr. Inſula eſt ad Artemiſium teſte Herodoto in Polymnia. Valer.1.Argon.1,Iam Sciathos ſubſedit aquis.

Scieno,Scienter,Scientia,Vide **Scio**.

Scilicet,pen.corr.Confirmandi aduerbium, Idem quod Scire licet vel certè: ſed per amaritudinem quãdam cum deriſu permiſtam,vt ait Valla lib.2. Virg.4.Æne.76,Scilicet is ſuperis labor eſt. Terent.And.1.1.14, Meum gnatum rumor eſt amare. p.id populus curat ſcilicet.Hoc eſt,veluti per ſenſum cõtrarium, nimirũ, Id populus nó magnopere curat.Ita exiſtimato, populo non maximè eſſe curæ,filius tuus amet.nécne. Idẽ Heaut. 4.1.34,Scilicet equidẽ iſtuc factum ignoſcam.Hoc eſt per contemptũ.Indigna certè res eſt,quæ tibi ignoſcatur. Crediſne, me hoc tibi ignoſcere velle? Cic.pro Milone,36,Scilicétque latronem ac ſicarium abiecti homines & perditi deſcribebãt. Idem pro Roſc.Comœdo.18, Hunc poſteaquam ſalutauit,rogare cœpit,blandè & concinnè ſcilicet,Mentire mea cauſa,viris optimis tuis familiaribus præſentibus. Et 4.Academ.171, Quid enim faceret huic concluſioni,ſi lucet lucet:lucet autem, lucet igitur? Crederet ſcilicet. Item 4.Verr.99, Verum vbi tandem,aut in quibus ſtatuis iſta tanta pecunia conſumpta eſt? Conſumetur, inquies. ſcilicet expectemus legitimum illud quinquenninm. Ouid.1.Metamor.95, Scilicet hoc etiam reſtabat adultera, dixit, Vt fœcunda fores,&c.

Id populus curat ſcilicet.Cic.Attico,lib.13.388.5.

Scilicet, Interrogatiuum.Cicero pro Rabirio perduel.reo.6, Scilicet tibi graniorem dolorem patrui tui mors attulit, quàm C.Graccho fratris?

Quis?tu ipſe ſcilicet laudator & factorum & ſcriptorum meorum.Cic.Attico,lib.7.111.8.

Quid ad hæc Næuius? ridet ſcilicet noſtram amentiam.Cic. pro Quintio,31.

¶Scilicet,nonnunquã ſine amaritudine dicitur, & irriſione: & aduerbium affirmandi eſt,pro Certè.Plautus Aſin.9.83,Tam ego homo ſum quàm tu. M.ſcilicet ita res eſt. Terentius Andria,5.4.48,

De vxore ita vt poſſedi, nihil mutat Chremes. C H. cauſa optuma eſt:

Niſi quid pater aliud ait. P.nempe.s.ſcilicet. Idem Eunucho, 5.9.10,Nobis dedit ſe.P A.fratris igitur Thais tota eſt? C.ſcilicet. Cic. Attico,lib.4.75.1, Si taceo oppreſſus & captus, quo dolore eſſe debeo? quo ſum ſcilicet. Terent.Eunucho,2.3.55,

Comites ſecuti ſcilicet ſunt virginem?

C H. Verum, paraſitus cum ancilla. P.ipſa eſt ſcilicet. Plautus Rud.14.54, -quia ſi oſtendero,

Continuò hunc nouiſſe dicent ſcilicet. Terent.Heaut.4.5.44, -neque tu ſcilicet

Eò nunc confugies,Quid mea?

De Lentulo ſcilicet hic fero vt debeo. Cic.Attico,lib.4.75.1.

Peto igitur à te,tanto ſcilicet ſtudio,quanto intelligis debere me petere pro homine tam mihi neceſſario & tam familiari. Cic.Sulpitio,lib.13.17.3.

Suſpenſo animo expecto primum te ſcilicet, deinde Marionem.Cic.Tironi,lib.16.3.2.

Scilicet id agitur,vtrũ hac petitione, an proxima Prætor fias: nam vt ita de Rep.mereare, omni honore vt dignißimus iudicêre.Cic.ad C.Furnium,lib.10.26.6.

Scilicet ſi iſta Iupiter ſignificaret, tam multa fruſtra fulmina emitteret.Cic.2.de Diuinat.65.

¶Scilicet,pro Id eſt,vel nempe,ſiue nimirum ponitur. Terent. Heaut.5.1.19, -nam vbi deſponſam nuntiaſti filio,

Continuò iniecisse verba tibi Dromonem,ſcilicet,

Sponſæ veſtem,aurum,ancillas,opus eſſe argentum vt darei.

Idem Eunucho,4.4.9, -non vides?

P.Videam obſecro,quem? P H.hunc ſcilicet. Cic.2.in Catil.39, Quibus hoc præcipiendum videtur vnum ſcilicet & idem quod cæteris omnibus,vt deſperent ſe id quod conantur cõſequi poſſe. Idẽ ad Q.fratrem,lib.2.15.3, Tu quẽ admodũ ſcribis, quod, etiam ſi non ſcriberes, facere te diligentiſſimè tamen ſciebam, facies, ſcilicet vt mea mandata digeras, perſequare, conficias. Et 5.de Finib. 5, Me quidem ad altiorem memoriam Œdipodis huc venietis, & illo molliſſimo carmine,quænam eſſent ipſa hæc loca requirentis ſpecies quædam commouit, inanis ſcilicet,ſed commouit tamen.

Quid tu in eo potes? nihil ſcilicet.Cic.Attico,lib.11.215.4.

Pro SCILICET, aliquando NIMIRVM poſuit Cicero: vt pro Roſc. Amerino, Opinor enim eſſe in lege,quã ad diẽ proſcriptiones, venditionéſque fiant: nimirum ad Calend. Iunias. Aliquando VIDELICET, vt pro Cluentio,118,Qui eorũ,quorum? videlicet qui ſupra ſcripti ſunt.

Nonnunquam elegãter ipſe Cicero ſubiicit ipſum SCILICET, vt pro P.Seſtio,39,Quorum alterum fugiendum nõ eſſe carere ſenſu: alterum etiam optãdum,meliore eſſe ſenſu. Idẽ pro Murena,60,Quem non pœnitebat facere idem quod tu,habere eruditiſſimum hominem,cuius oratione aſperior non eſt factus.Hoc eſt,habere ſcilicet hominem. Et pro Sylla, 42, Vt quæ cauſa cæteros ad facinus impulit,cupiditas retinendæ poſſeſſionis,ea Cincio non fuerit prædiis diminutis.

Et ſcilicet.Cic.ad Q.fratrem,lib.1.1.28,Et Flauii cauſa,& ſcilicet Pompeii omnia facies.

Scilla, ſiue vt Varro appellat, Squilla, Hippocrates verò etiam ſcella,& terra & mari creſcens herba. Radix tamen ſit,an bulbus,an cyma,ſiue fructus,à Theophraſto dubitatur.Plin⁹ lib.21. ca.17.4.Notabilis & ſcillæ crocique natura,quòd quum omnes herbæ folium primum emittant,móxque in caulem rotũdentur,in iis caulis prior intelligitur, quàm folium.Et in croco flos

quidem impellitur caule, in ſcilla verò caulis exit, deinde flos ex eo emergit. Idem lib.19.cap.17.4.Quidam ſic cum palmite in gypſo condunt, capitibus eius ſcillæ infixit vtrinque. Et lib.19. cap.5.15, Nobiliſſima eſt ſcilla, quanquam medicamini nata,acetóque exacuendo. Nec vlli amplitudo maior,ſicut nec vis aſperior. Duo genera medicæ:Maſculus albis foliis,fœmina nigris: Et tertium genus eſt cibis gratum: epimenidium vocatur, anguſtius folio, ac minus aſpero: Seminis plurimum omnibus. Columel.lib.5.cap. 10.11, Atſi iam arborem ſatam habueris,ſcillam ſecundum radicem arboris ſerito.

Scillinus,pen.corr.Adiectiuum,Quod ex ſcilla factum eſt.Plinius lib.23. cap.1.1,Acetum ſcillinum inueteratum magis probatur: prodeſt ſuper ea quæ diximus aceſcentibus cibis: guſtatum enim diſcutit pœnam eam.

Scilliticus,penult.corr.Aliud adiectiuum,Idem.

Acetum ſcilliticum. Columella lib.11. cap.34, Qui ſcilliticum acetum facere volunt,decem,&c. Plin.lib.24.cap.8.1,Cum aceto aeri, magiſque ſcillitico ſanguinem omnem ſiſtit. Vetus codex habet ſcillite.

Scillites,ſcillítæ,penult.prod.m.g.figuratè neutro iungitur & eſt vinum factitium ex ſcilla,vel etiam oleum.Columel.lib.11.cap. 33.1,Vinum ſcilliten ad coquendum, & ad corpus reficiendum: itémque ad veterem tuſſim, & ad ſtomachum hoc modo condire oportet.

Acetum ſcillites, hoc eſt in quo ſcillarum bulbi ad medicamentum infuſi ſunt.Plinius lib.31.ca.10.21, Vrtica marina trita ex aceto ſcillite,&c.

Scindo,ſcindis,ſcidi,ſciſſũ,ſcindere,Notæ ſignificationis.Plautus Ciſtell.10.46,Capillo ſciſſo. Cic.ad Rufum,lib.5.20.30,Hãc epiſtolam cur non ſcindi velim,cauſa nulla eſt.

Cuneis robur fiſſile ſcinditur.Virg.6.Æneid.37.

Nec poterit rigidas ſcindere remus aquas. Ouidius 3. Triſt. eleg.10.10.

Capillos ſcindere.Ouid.3.Triſt.eleg.3.11.

Comam ſcindere.Cic.3.Tuſcul.105,Scindens dolore idẽtidem intonſam comam. Ex poeta.

Verbera ſcindentia corpus lacerum.Silius lib.1.35.

Crines ſcindere.Virg.12.Æneid.174.

Dolorem ſuum ſcindere,Aperire, & commemorãdo patefacere.Cic.ad Atticum,lib.3.15.1,Nolo commemorare quibus rebus ſim ſpoliatus,nõ ſolùm quia nõ ignoras,ſed etiam ne ſcindam ipſe dolorem meum:

Hunios ſcindere natam.Claud.7.Paneg.70.

Fretum ſcindens Glaucus.Ouid.13.Metam.191.

Humum ſcindere vomere.Ouid.epiſt.12.19.

Latus ſcindere flagello.Ouid.in Ibin,57.

Mare ſcindere nauigiis.Ouid.2.de Arte,135.

Nebulas ſcindere,Ire per nebulas.Ouid.1.Metam.31,

Corripuere viam,pedibúſque per aera motis
Obſtantes ſcindunt nebulas.

Neceſſitudines ſcindere. Plinius in Paneg.60, Nec ſine placulo quodam ſanctiſſimas neceſſitudines velut intercedente viceſima ſcindi.

Penulam ſcindere. Hodie vulgò tritiſſimũ eſt Scindere penulã.pro eo quod eſt Impẽſius retinere hoſpitẽ,atq; inuitare prolixius: quod qui faciunt, manu in penulam iniecta, quaſi vi conantur remorari. Id adagium ex antiquitate fluxit, vt alia complura. Cicero ad Atticum,lib.13.28a.1,de Varrone loquens, Venit enim ad me,& quidem id temporis, vt retinendus eſſet: ſed ego ita egi,vt non ſcinderẽ penulam. Memini enim tum, & multi erant, nóſque imparati. Quid refert? Paulo pòſt C. Capito cum T.Carrinate. Horum ego vix attigi penulam, tamen remanſerunt.

Sententiam ſcindere.Cic.ad Atticum,lib.13.177.3,Vellem tam domeſtica ferre poſſem,quàm iſta contemnere. Putas autẽ me voluiſſe aliquid quod perfectum nõ ſit? Non licet ſcindere ſententiam ſuam: ſed tamen quæ tum acta ſunt,non poſſum non probare:& tamen non curare pulchrè poſſum,ſicuti facio. Vetus codex habet,Non licet ſcilicet ſententiam.

Sententia diſcors ſcinditur vario motu.Stat.12.Thebaid.35.

Sõlum ſcindere.Virg.1.Georg.80.

Scidit deinde ſe ſtudium.Quintil.in Prooem.lib.1.10.

Mare tellurem ſcindit.Lucan.lib.3.12.

Terram ſcindere vomere.Ouid.2.de Arte,135.

Verba fletu ſcinduntur.Ouidius 3.de Ponto,eleg.1.31.

Viam ſcindere.Virg.10.Æneid.113.

Vnda ſcindit ſe in ſinus reductos.Virg.4.Georg.84.

Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus: Id eſt, diuiditur,& in diuerſas ſententias veluti partes quaſdam it. Virgilius 2.Æneid.8.

¶Scindidi. Præteritum antiquum apud Plautũ Pſeud. 13.41, Nam ego cicilendrum quando in patina ſcindidi.

Sciſſus,Participiũ.Liu.3.ab Vrbe,148,Teſtis productus qui ſepties & vicies enumeratis ſtipendiis, octies extra ordinem donatus, donáque ea gerens in conſpectu populi,ſciſſa veſte,tergum laceratum virgis oſtendit.

Sciſſus comam,per Synecdochen.Virg.9.Æneid.96.

Alumen ſciſſum.Colum.lib.6.cap.13.1,Deinde tepefactis ſciſſum alumen tritum ſpargitur.

Capilli ſciſſi.Tibull.lib.1.eleg.10.11.

Tunica ſciſſa.Ouid.epiſt.11.11.

Veſtis ſciſſa.Virg.11.Æneid.111.

Viſcera ſciſſa.Ouid.in Ibin,57.

Sciſſus, huius ſciſſus,pro Ipſa ſciſſura. Varro,Sciſſu materiæ fatigatus,quieſcebat lectulo.

Sciſſilis,& hoc ſciſſile,pen.corr. Quod ſcindi poteſt:vel quod ſciſſum eſt:vt Sciſſile alumen,apud Celſum lib.6.cap.11. Vbi quinquies hac dictione vſus eſt.

Sciſſũra,ſciſſúræ,pen.prod. Ipſa ſciſſio. Plin.lib.11.cap.28.4,Pennæ inſectis omnibus ſine ſciſſura.

Sciſſura Nili. Plin.lib.5.ca.9.6,Vnde ad Ammonis oraculum duodecim dierum iter eſt: ad ſciſſurá autem Nili quod appellauimus Delta,quindecim M P.

Scintilla,ſcintillæ,Propriè eſt quæ è ſilice,quũ is cæditur,exilire ſolet.Virgil.1.Æneid.36,At primum,ſilicis ſcintillam excudit Achates. Ouid.lib.4.Faſt.160,

Pars quoque quum ſaxis paſtores ſaxa feribant,
Scintillam ſubitò proſiluiſſe ferunt. Cicero Antè quàm iret in exilium, 9, Et quoniam animaduertiſtis illam conſpirationem conflatam ita eſſe reſtinctam, vt nulla ſcintilla compareat incẽdii,vos quoque Tribunitiam ſedate temeritatem. Cicero 4.Academic. 111, Iſti autem quos tu probas, tantis offuſis tenebris, ne ſcintillam quidem vllam nobis ad aſpiciendum reliquerunt.

Scintillis plurimis carbo.Plin.lib.16.cap.6.6.

Agere ſcintillas.Lucret.lib.1.135,

Tum porrò quæcunque igni flammata cremantur,
Si nil præterea,tamen hæc in corpore tradunt,
Vnde ignem iacere,& lumen ſubmittere poſſint,
Scintillaſque agere,ac latè differre fauillam.

Excudere ſilicis ſcintillam.Virg.1.Æneid.36.

Proſiluit ſcintilla.Ouid.4.Faſt.160.

¶Scintilla belli,pro Reliquiis.Cic.ad Plancũ,lib.10.14.3,In illam igitur curam incumbe mi Plance,vt nequa ſcintilla reterrimi belli relinquatur.

Scintillula,penul.corr.Diminutiuum.Cic.5.de Finib.78,Non ſine cauſa eas quas dixi in pueris virtutũ quaſi ſcintillulas videmus, è quibus accendi philoſophi ratio debet.

Scintillo,ſcintillas,ſcintillare,Splendere,micare, & veluti ſcintillas quaſdam emittere.Plaut.Menæch.17.69,Vt oculi ſcintillãt vide. Plin.lib.10.cap.1.3, Hoc enim veri experimentum eſt,ſi admotum prius quam extinguat,ſcintillare ſurſum aedeorſum cogat. Idem lib.33.cap.4.3,Marmoris glareæ inhærens, non illo modo quo in oriente ſapphiro atque thebaico,aliíſque in gemmis ſcintillat,ſed micas amplexum marmoris.

Criſtæ ſcintillant.Silius lib.7.110.

Oleum ſcintillat cum ardente teſta.Virg.1.Georg.79.

Scintillatio,Verbale,Ipſe ſcintillãdi actus.Plin.lib.19. cap.6.1,Prodeſſe tradit capitis doloribus,oculorum caligini, ſcintillationibuſque, vel ſtomacho,præcordiis crudam ex aceto,&c.

Scio,ſcis,ſciui,ſcitũ,ſcire,Notæ ſignificationis.Plaut.Epid.12.7,

quia ego hanc quæ ſiet,
Neque ſcio,neque noui. Terent.And.1.1.68,Sciasne habere iam ipſum ſuæ vitæ modum. Idem Hecyra,3.5.20,

Ego ſcio me cauiſſe,ne vlla merito contumelia
Fieri à vobis poſſet. Ibidem,3.2.15, Non ſciant ipſi viã, domũ qua redeant.

Scire de argẽto vt factum ſit, pro Quid factum ſit de argẽto. Plaut.Aſin.12.154, ne vxor reſciſcat metuit,
De argento ni mater ſua ſciat,vt factum ſit.

Scire de aliquo,pro Referre ab aliquo.Cic. pro Scylla,19, Nã de cæteris certè ſciebat. Ibidẽ,9,De quo aliquid ſcire ipſe atq; exiſtimare potuiſſet. Ibidem,19,Cũ is qui de omnibus ſcierit, de Sylla ſe ſcire negarit.

Scio ex.Plau.Cap.6.47,Quæ tamẽ ſcito ſcire me ex hoc. Idẽ Curcul.6.7,Nam quod ſcio,omne ex hoc ſcio. Terẽt.Heaut.3.1.1. primum ex me vt ſciat ſibi filium
Rediſſe.

Scire vtrum.Caſſius Ciceroni,lib.15.19.3, Velim ſcire vtrũ iſta ſolicito animo an ſoluto legas.

Ordine rem ſcire, Vide Ordo.

Scire certũ de cognitione virginis. Terent. Eun. 5.3.11. Cicero ad Atticum, lib. 11.24.1.8, Sed ſcire certum velim. Idem 1. de Oratore, 113, Nihil certum ſciri, nihil plane cognoſci & percipi poſſit.

Scire pro certo. Liu. 5. bel. Pun. 49, Iam tumultus erat, clamórque, qualis eſſe in capta vrbe ſolet: ſed quid rei eſſet, nemo ſatis pro certo ſcire.

Certè & certò ſcire, Vide Certus.

Incertò ſcio, Vide Incertus.

Nihil ſcio, Vide Nihil.

Haud ſcio. Cic. 2. de Oratore, 40, Magnum eſt quoddam opus, atque haud ſciam an de humanis operibus longè maximum. Idem 5. de Finibus, 12, Quem haud ſcio an rectè dixerim. Vide Haud.

Quod ſciam. Cic. ad Atticum, lib. 16.33.5, Sed non venerat, quod ſciam. Vide Quod.

Volo te ſcire. Cic. ad Atticum, lib. 2.38.1, Primum igitur illud te ſcire volo, Sampſiceramũ, &c. Idem Pæto, lib. 10.24.3, Volo enim te ſcire, mi Pæte, &c.

Tenere & ſcire. Cic. pro Murena, 19, Ille tenet & ſcit vt hoſtiũ copiæ: tu vt aquæ pluuiæ arceantur.

Scit omnes linguas, Hoc eſt nouit, ſiue callet. Plau. Pœn. 2.111, Et is omnes linguas ſcit, ſed diſſimulat ſciens ſe ſcire.

Scire fidibus, Vetuſta eclipſis, inquit Donatus. Terent. Eun. 1. 2.53, Is vbi hanc forma videt honeſta virginem,
Et fidibus ſcire, pretium ſperans.

Scire Latinè vel Græcè. Cic. de Claris Orat. 72, Non enim tam præclarum eſt ſcire Latinè, quàm turpe neſcire. Idem 1. de Finibus, 30, Omnes qui Latinè ſciunt. Ibidem 14, Quum Græcè vt videor, luculèter ſciam. Liu. 1. ad Vrbe, 119, Latinè ſciebant.

¶ Scito, ſcitóte, pe. prod. Ci. 6, Ver. 63, Apud Segeſtanos repertũ eſſe iudices ſcitóte neminem neque liberũ, neque ſeruũ, neque ciuem, neque peregrinum, qui illud ſignum auderet attingere. Idem 4. Verr. 94, Sed Timarchi dem fugitiuũ omnibus in oppidis per triennium regnaſſe.

¶ Sciri, Paſſiuũ. Ci. 5. Ver. 100, Id adeò ſciri facillimè poteſt ex literis publicis. Idem 2. de Oratore, 17, Ars enim earũ rerũ eſt quæ ſciuntur: oratoris autẽ omnis actio opinionibus, nõ ſcientia continetur.

Sciri poteſt de aliquo. Cic. Attico, lib. 11.14.1.7.

¶ Scibo in futuro facit, & ſciam. Terẽt. Heaut. 5.1.45, -aut Scibis cuius ſis. Idem Phorm. 5.1.38, Nemo ex me ſcibit. Idẽ Eunucho, 4.4.59, Ego ſcibo ex hoc quid fiet. Cato cap. 5.3, Si feceris, ſcibis in mente familiæ quid fiet.

Magis ſcibo, Vide Magis.

¶ Scibitur, pen. corr. Impersonaliter. Plaut. Capt. 13.16,
-quod quum ſcibitur,
Per vrbem irridebor.

Sciebatur inter eum. Quintil. lib. 6. cap. 1.

Scin', pro Sciſne. Terẽt. Eunucho, 4.7.30, Scin tu vt tibi res ſeſe habeat?

Sciens, ſcientis, Participium, ſiue Nomen ex participio, cui cõtrarium eſt Neſcius. Terẽt. And. 3.1.18, Id ego iam nunc tibi renũtio here futurum, vt ſis ſciens. Ibidem, 4.4.36,
-nunc adeò, vt tu ſis ſciens,
Ni puerũ tollis, iam ego hunc in mediam viam Prouoluam. Idem Adelph. 4.5.78, Ne fortè imprudens faciam quod nolit, ſciens caueo. Vbi Donatus, Sciens per alios. Sic Phorm. 2.1.7, Verùm ſcientem, tacitum, cauſam tradere aduerſariis, etiámne id lex coegit? Item Heaut. 4.8.33, Nam te ſciẽte faciam quicquid egero. Ibidem, 5.5.6, Sciens nõ faciam. Hoc eſt, data opera, de induſtria, ſi reſciuero. Idẽ Eun. 4.1.13, Villam prætereo ſciẽs. Plaut. Caſin. 25.11, Nugatur ſciẽs. Cicero 7. Verr. 10, Nã mihi videor de omnibus iam rebus eius geſtis dixiſſe, quæ quidem ad belli fugitiuorum pertinerent ſuſpicionem: certè nihil ſciens prætermiſi. Idem 4. Acad. 162, Deinde ita teneri, ſi ſciẽs falleret, quòd inſcientia multa verſaretur in vita.

Nullum à me ſciente facinus occultatur. Cic. pro Sylla, 65.

Prudenté & ſcientẽ ſe demittere. Cælius Ciceroni, lib. 8.16.10, Etiam atque etiam Cicero cogita, ne te, tuóſque omnes funditus euertas, ne te ſciens prudénſque eò demittas, vnde exitũ vides nullum eſſe.

Sciens ludificari & calúniari. Cic. pro Roſc. Amerino, 31, Quũ enim aliquid habeat quod poſſit criminoſe & ſuſpicioſe dicere, aperte ludificari, & calumniari ſciens non videatur.

Cõtra fœdera ſciẽte & inſciẽte facere. Cic. pro. Corn. Balbo, 9.

Sciẽtib' omnib'. Ci. 6. Ver. 31, Tu maximã & pulcherrimã mẽ ſũ citreã à Q. Lutadio Diodoro, qui Q. Catuli beneficio à L. Sylla ciuis Romanus factus eſt, omnibus ſciẽtib' Lilybæi abſtuliſti.

¶ Sciẽs, cũ genitiuo. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5.1, Primũ inquit dominum ſcientem eſſe oportet eorum animalium quæ in villa, circúmve eam alí poſſunt. Sic Gellius lib. 18. cap. 5, Sciens Latinæ linguæ. Et apud Quintilianum lib. 9. cap. 3.

Sciens citharæ. Horat. 3. Carm. ode 9.1.

Fieri ſcientem conſilii alicuius. Senec. Thyeſte, 3.30.

Sciens pugnæ. Horat. 1. Carm. ode 15.5.

Sciẽtior & ſciẽtiſſim'. Cic. pro Lege Manil. 19, Quis igitur hoc homine ſciẽtior vnquã aut fuit, aut eſſe debuit? Idẽ 1. de Inuẽ. 74, Nã nauis optimè curſũ cõficit, ea quæ ſciẽtiſſimo gubernatore vtitur. Idẽ 1. de Orat. 108, M. verò Scaurus, quẽ non longè rari apud ſe eſſe audio, vt regendæ Reip. ſcientiſſimus. Colum. lib. 11. cap. 3, Sit oportet idem ſcientiſſimus, robuſtiſſimuſque.

Venefica ſcientior. Horat Epod. 5.16.

Scientia, ſcientiæ, Quæ aliquid ſcitur. vt

Cõiurationis ſcientia. Tacit. lib. 16, Miſta inter patrẽ filiúmq; coniurationis ſcientia fingitur aſſimulatis Lucani literis.

Futurorum malorum ignoratio vtilior eſt quàm ſcientia. Cic. 2. de Diuinat. 35.

¶ Sciẽtia, Alicuius rei cognitio. Cic. 1. de Nat. deorũ, 160, Sãctitas autẽ eſt ſcientia colendorũ deorũ. Idem 1. Offic. 199. Sic fit vt modeſtia hæc quam ita interpretamur, vt dixi, ſciẽtia ſit opportunitatis idoneorum ad agendũ tẽporũ. Ibidem, 114, Prudentia eſt rerum expetẽdarum, fugiẽdarúmque ſciẽtia. Idem 2. de Oratore, 31, Regionũ terreſtriũ aut inaritimarum ſcientia. Idem 1. Academ. 55, Quod autem erat ſenſu comprehẽſum, id ipſum ſenſum appellabat. Et ſi ita erat cõprehẽſum, vt cõuelli ratione non poſſet, ſcientiam ſin aliter, inſciẽtiam nominabat.

Citra ſcientiam, Vide Citra præpoſitionem.

Hominib' nihil eſt iucũdius ſuauitate ſciẽtiæ. Ci. 3. de Orat. 51.

Cognitio & ſciẽtia. Cic. 1. Offic. 28, Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatẽ. Idẽ 3. de Oratore, 62, Aut ipſa cognitio rei, ſciẽtiáque perquiritur. Idẽ 5. de Finib. 87, Tantus eſt igitur innatus in nobis cognitionis amor & ſcientiæ, vt nemo dubitare poſſit, &c.

Diſciplina & ſcientia. Cic. 1. de Diuin. 150, Nec quiſquam rex Perſarum poteſt eſſe, qui non antè Magorum diſciplinam, ſcientiámque perceperit.

Iuris Ciuilis ſcientia: cui opponitur Ignoratio iuris. Cic. 1. de Legibus, 16.

Rei militaris ſcientia. Cic. pro Lege Manilia, 19.

Officiorum ciuilium ſcientia. Quintil. lib. 2. cap. 15. 24.

Bene dicendi ſcientia. Quintil. lib. 2. cap. 15. 24.

Rectè loquendi ſcientia. Quintil. lib. 1. cap. 4. 2.

Scientia de. Cic. pro Sylla, 29, Cuius ſcientiã de omnibus cõſtat fuiſſe, eius ignoratio de aliquo purgatio debet videri.

Efficax ſcientia. Horat. Epod. 17.1.

Muta ſcientia. Quintil. lib. 5. cap. 10. 85.

Triuialis ſcientia. Quintil. lib. 1. cap. 4. 20.

¶ Afferre ſcientiam, Vide Affero.

Comprehendere aliquid ſcientia. Cic. Domitio, lib. 6. 21. 6.

Conſequi omnium magnarum rerum atque artiũ ſciẽtiam. Cicero 1. de Oratore, 11.

Dare ſcientiam. Cic. 1. de Diuin. 184, Muſæ ſcribendi, legendi, cæterarum artium ſcientiam ſomniantibus non dabunt?

Effecit ſcientiã vt. Cic. 1. de Diuin. 4, Chaldæi diuturna obſeruatione ſyderum ſcientiam putantur effeciſſe, vt prædici poſſet quid cuique euenturum, & quo quiſque fato natus eſſet.

Exercere ſcientiam. Quintil. lib. 1. cap. 4. 6, Apparebit multa rerũ ſubtilitas, quæ nõ modò acuere ingenia puerilia, ſed exercere altiſſimam quoque eruditionem ac ſcientiam poſſit.

Habere ſcientiam magnarum artium. Cicero Mario, lib. 7. 3. 13. Et de Diuinat. 196, Si dii ea nobis obiiciunt, quorum neque ſcientiam, neque explanationem habeamus.

Habere ſcientiam in re aliqua. Cic. 2. Philip. 35, Quo me teſte cõincenſan chirographo, in quo habes ſcientiam quæ ſtuoſam?

Profiteri ſcientiam. Cic. 1. de Oratore 20.

Reſeruare ſibi ſcientiam. Cicero in Oratore, 52, Quum extorta mihi veritas eſſet, vſum loquendi populo concelli, ſcientiam mihi reſeruaui.

Certam ſumere ſcientiam. Author ad Herennium, lib. 4. 15, Veſtrum eſt Iudices, his in vnum locum collatis, certam ſumere ſcientiam, non ſuſpicionem maleficii.

Tenere medicinæ ſciẽtiam. Seruius Ciceroni, lib. 4. 5. 17, Qui in alienis morbis profitẽtur tenere ſe medicinæ ſcientiam, ipſi ſe curare non poſſunt.

Auguratus tentare ſcientiam. Cic. 1. de Diuinat. 69.

Scienter, ſcientius, ſcientiſſimè, Aduerbium. Cũ ſcientia & doctrina. Plin. in Paneg. 109, Explanauitque verba, quibus caput ſuũ, domum ſuam, ſi ſcienter ſeſelliſſet, deorum ira conſecraret.

Cum aliquibus moderatè & scienter vti. Cic. 1. Offic. 15.

¶ Sciéter, Scitè, diserté, peritè. Cic. de Claris Orat. Vt enim ex neruorũ sono in fidib⁹ quàm scitè cantus pulsi sint, intelligi solet: sic ex animorũ motu cernitur quid tractãdis his perficiat orator. Sue. in Tito, ca. 3. Sed ne musicæ quidẽ rudis, vt qui cãtaret & psalleret iucundè scienterque. Cic. 4. Tusc. 56, Nec scienter quid appetẽs ardeat desyderio, nec alacritate futili gestiens deliquescat. Aliud exemplar legit sitienter.

Peritè & scienter. Cicero de Claris Orat. 101, Quàm omnino multa de cõseruando iure Ciuili: quæ quidem omnia cum peritè & scienter, tum ita breuiter & prestè & satisornatè & perelegãter diceret.

Animaduertere & interpretari aliquid scienter. Cic. 1. de Diuinatione, 151.

¶ Scientius, scientissimé. Cic. in Orat. 101, Nam neminẽ in eo genere scientius versatum Isocrate cõfitendum est. Cæsar 7. bel. Gall. 81, Et aggerem cuniculis subtrahebãt, eo scientius, quòd apud eos magnæ sunt ferrariæ, atque omne genus cuniculorũ notum atq; vsitatũ est. Cic. 1. de Diuin. 151, Hetruria autẽ cælo tacta scientissimè animaduertit, cadémque interpretatur quid quibusq; ostẽdatur mõstris atq; portẽtis. Idem 4. de Finib. 36, Perge porrò: sequentur enim quæ tu scientissimè complexus es.

Scitus, Adiectiuũ, Sciens & argutũ. Terentius Eunucho, 2. 1. 13, Scitũ hercle hominem, huc homines prorsus ex stultis insanos facit.

Interrogationes scitæ. Quintil. lib. 5. cap. 7. 10.

Vadorum scitus. Ouid. 9. Metam. 11, Nessus adit, membrisque valens, scitusque vadorum. Hoc est peritus.

Scitum est, Argutum, elegans, & prudenter factum. Terent. Heaut. 1. 1. 36, -hoc
Scitum est, periculũ ex aliis facere tibi quod ex vsu sit. Idem Phorm. 5. 4. 2,

Quàm scitum est, eiusmodi parare animo cupiditates,
Quæ, quũ res aduersæ sient, paulo mederi possis? Plaut. Trin. 2. 1. 5, Scitum, vt ego opinor, consilium inueni. Cic. 3. de Oratore, 116, Scitum est enim causam conferre in tempus, cum, &c. Idem in Oratore, Scitum est enim quod Carneades noster dicere solebat, Clitomachum, &c. Idem 1. de Diuin. 71, Vetus autem illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, &c. Idẽ pro Plancio, 19, Ego autẽ siquid est quod mihi scitũ esse videatur, & homine ingenuo dignũ atq; docto, nõ aspernor.

¶ Scitus, Placens, elegãs. Plautus Merc. 16. 15, Satis scitũ filium mulieris. Terent. Andr. 3. 1. 6, Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo.

Scitũ, sciti, Substantiuũ, pro Iussu, Vide post Scisco, quod sequitur.

Scitè, Aduerbium, Doctè, artificiosè, venustè. Terẽt. Heaut. 4. 5. 16, At si scias quàm scitè in mentem venerit.

c. Vah gloriare euenisse ex sententia. Ibidem, 4. 4. 7, Satis scitè promittit tibi. Ibidem, 4. 5. 37, Scitè poterat fieri. Cicero ad Brutum, lib. 11. 16. 3, Satis scitè & commodè tempus ad te cœpit adeundi. Idem 4. Verr. 60, Capella quædam, ea quidem nitre, vt etiam nos qui rudes harum rerum sumus, intelligere possumus, scitè facta & venustè.

Scitè scitus. Plaut. Casina, 2. 1. 8, Eho nimium scitè scitus es.

Scitè & literatè perscriptæ literæ. Cicero in Pisonem, 48.

Scitulus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum. Plautus Rud. 4. 7, Qua sunt facies scitula. Ibidem, 2. 3, Atque ambas forma scitula atque ætatula.

Scitũrus, penult. prod. Participium. Lucan. lib. 6. 34, -sequuntur
Scituri iuuenes.

Scisco, scisces, scisci, scitum, sciscere, Idem significat quod Scire, vel rescire. Plaut. Amphit. 1. 1. 7, Accurro vt sciscam quid velit.

¶ Sciscere, Sancire, edicere. Plaut. Curcul. 1. 2. 4,
Rogationes plurimas propter vos populus scisci,
Quas vos rogatas rumpitis. Cicero pro Flacco, 12, Quæ sciscerent plebs, aut quæ populus iuberet summota concione, distributis partibus, &c. Idem de Prouinciis Consul. 19, Simul ostendit etiam se sciscere legem, quã esse legẽ neget. Idem 1. de Legib. 21, Quid quòd multa perniciosè, multa pestiferè sciscuntur in populis, quæ nõ magis legis nomen attingunt, quàm si latores aliquas concessu suo sanxerunt? Et 1. Phil. pp. 19, Populus quæ iure sciuit. Item 3. Offic. 60, Duriùs etiam Athenienses qui sciuerunt vt Æginetis qui classe valebant, pollices præciderentur. Sic pro Plancio, 19, Plancas primus legem sciuit de publicanis. Sic Liu. 3. ab Vrbe, 118. Silius lib. 7. 112, -nunc munera Martis
Æquent imperio, & solem concedere nocti Sciscant.

Scitor, scitãris, scitãri, Interrogare, seu inuestigare, quæ occulta magis ac secretiora sunt. Plaut. Capt. 8. 13, Secede hucinã: sunt quæ ex te solo scitari volo. Virg. 2. Æneid 23,
Suspensi, Eurypilũ scitatũ oracula Phœbi Mittimus. Ouid. 12. Metam. 71, -at Cinyras, quem copia digna procorum
Quid faciat dubitare facit, scitatur ab ipsa
Nominibus dictis, cuius velit esse mariti.

Scitari libet ex ipso quodcunque refert. Horat. 1. epist. 7. 11.

Scitari causam vix. Ouid. 2. Metam. 103.

Nomen scitari. Ouid. 2. Metam. 149.

Scisciter, pe. cor. Sciscitãris, sciscitãri, deponẽs, Idẽ quod Scitari. Ci. in Oratore, 19, Quod quidem egò Brute ex tuis literis sentiebã, non te id sciscitari, qualem ego in inueniendo & in collocãdo summum esse oratorem vellem: sed id mihi quærere videbare, quod genus ipsius orationis optimũ iudicarem. Plaut. Amphit. 16. 6, Ibo aduersum, vt siquid habent, sciscitẽr. Terent. Eunucho, 3. 4. 10, Nisi quicquid est, procul hinc libet prius quid sit sciscitari. Cicero 1. de Nat. deorum, 16, Epicuri ex Velleio sciscitabar sententiam.

Sciscitari aliquem. Sueton. in Domitiano, ca. 15, Nulla tamen re perinde commotus est, quàm responso casúque Asseletarionis mathematici. Hunc delatum, nec inficiantem iactasse se, quæ prouidisset ex arte, sciscitat⁹ est, quis ipsum maneret exit⁹.

Sciscito, sciscitas, pen. corr. Sciscitãre, Actiuum protulit Plautus in Merc. 7. 46,

Imò manẽ paucula etiam sciscitare prius volo.

Scitamentum, Scitamenti. Gellius libro 18. cap. 8, Cæteráque huiusmodi scitamẽta. Id est scitè & argutulè, vt ipsis videntur, excogitata orationis ornamenta.

Scitum, sciti, Iussum, decretum, sanctum. Liuius 10. ab Vrbe, 106, Et L. Volumnio ex Senatusconsulto & scito plebis prorogatum in annum imperium est. Plin. lib. 33. cap. 2. 1, Selecti ad custodienda suffragiorum scita in comitiis. Vetus exemplar legit ad custodiendas cistas suffragiorũ, &c. Cic. pro Cornelio Balbo, 8, Potuit magis fundus populus Gaditanus fieri, &c. si tum sit fundus, quum scita ac iussa nostra sua sententia comprobat, quàm quum hospitium fecit?

Scitũ facere. Cicero de Opt. gen. Orat. 151, De hoc igitur Ctesiphon scitum fecit nullis ab ipso rationibus relatis, vt corona aurea donaretur. Ibidem, 51, Quum Lex esset Athenis, nequis populi scitum faceret, vt quisquam corona donaretur, &c.

SCIONE, Plinio lib. 4. cap. 10, oppidum Macedoniæ in sinu Thermaico.

SCIOPODES, penult. corr. populi Indiæ, de quibus Plinius lib. 7. cap. 2. 7, Hominũ genus qui Monoscelli vocarentur, singulis cruribus, miræ pernicitatis ad saltum, eosdémque Sciopodas vocari: quòd in maiore æstu humi iacentes resupini, vmbra se pedum protegant: non longè eos à Troglodytis abesse. Rursúsque ab his Occidentem versus quosdam sine ceruice, oculos in humeris habentes.

Sciotericon horologium, Vide **Sciater**, sciatẽris.

SCIPIO Cornelius, à quo Scipionum gens patricia initium habuit, teste Macrobio, patrem luminibus carentem pro baculo regebat, quem scipionem grammatici appellant. Hinc illi nomen Scipionis inditum. P. Corn. Scipio cum quo primum imperatore Annibal signa in Italia cõtulit. Is quum multas esset in Hispania victorias consecutus, réliquæ gessisset memoratu dignas, demũ in quodã prælio aduersus hostes inito, dũ se offert vbi plurimum periculi erat, subitò occiditur. Liuius. Scipio Africanus, huius filius, cuius vitam ac res gestas C. Oppius & L. Reginius literis mãdauere. Is puer certis diei horis secretũ tẽpli petere solebat, putabatúrque apud vulgus cũ Ioue loqui: annũ agẽs decimũ septimũ, à patre in castra ductus est principio belli Punici secundi. Constatque iã tunc in cẽgressu Annibalis primo circumuentum ab hostibus, ac fauciũ patrẽ liberasse, vt sunt authores Liuius & Plutarchus. Scipio Æmylianus, qui & Africanus minor ab Africani maioris filio adoptatus (filius erat enim Pauli Æmylii) Numantiã euertit, in qua expeditione militem corruptũ in disciplinã pristinã eiectis scortis restituit. Munera regũ, quæ clàm ab imperatore recipi mos erat, pro Tribunali accepit, in tabulásque publicas nomine Populi Ro. referri iussit, ea fortibus viris pro meritis postea distributurus. Oppidanis pabulatũ egressis pepercit, quòd citius frugibus consũptis in deditionẽ vẽturi essent. Capto oppido, Numantini sese per vias inuicẽ trucidauere. Factus etiã Cõsul ante ætatẽ ac Carthaginẽ missus, eã penitus sustulit: idque de sentẽtia Catonis in Senatu, qui præmaturas ac recẽtes ostẽtãs ficus, ait, Ex Patres Cõscripti Carthagine nuper allatæ sunt, tã prope domũ hostẽ habemus. Truculentus Scipio. Silius lib. 17. 98.

¶ Scipio Nasica, Scipionis, qui vnà cũ fratre in Hispania cecidit, filius, à Senatu vir optimus iudicatus, Matrem deũm tunc primùm aduectã, apúdque virũ optimũ ex oraculo diuertendã hospitio excepit. Quum aduersus auspicia Cõsulem se à Graccho nominatum cõperisset, magistratu se abdicauit. Censor statuas, quas sibi Consul quisque in foro per ambitionẽ habebat, sustulit. Consul Delminiũ, Dalmatiæ vrbẽ, superauit. Imperatoris nomen à militibus, & à Senatu oblatũ triumphũ recusauit.

loquentia primus, iuris consultissimus, ingenio sapientissimus fuit: vnde vulgò Corculũ dictus. Ex Cæcilio. Liuius verò alia plura. Scipio item, qui Serapio cognominabatur, propter similitudinem suarum cuiusdam negotiatoris. Ob id erat in Tribunatu plebei admodum gratus, dignúsque Africanorum familia. Nec erat in bonis funeris impensa. Asses ergo contulit populus, ac funus elocauit: quáque præferebatur, flores è prospectu omni sparsit. Hactenus Plinius lib. 21. cap. 3. Scipio Africani filius, ponitur inter eos apud Valeriũ qui à parẽtib' claris degenerauerunt: inter eruditos tamen à Cicerone in Bruto his verbis describitur, Scipio Africanus, filium habuit illum qui minorem Scipionem à Paula adoptauit: qui si corpore valuisset, in primis esset habitus disertus. Indicant cum orationculæ, tum historia quædam Græca scripta de Cassina. Hæc ille. Plutarchus in Africano, nihil sanè de eo se compertum habere dicit, nisi eum Prætoram gessisse, & in ea consequenda, à Circeio patris scriba adiutum fuisse. Scipio, Pompeii Magni socer, post bellum Pharsalicum inter Pompeianos bellum refouẽtes in Africam se recepit cum exercitu & Catone, Iuba etiam rege adscito. Qui primò feliciter aduersus Cæsarianos pugnant, victus tandem cum exercitu occubuit. Scipionem cognomento Salutionem, è Corneliorum familia, alioquin virum despectissimum, inter prætiandum in Africa, perinde ac exercitus ducem Cæsar præposuit: quòd cognosceret aduersarios vetusto quodam confidere vaticinio, vt semper in Africa, vincere fatale Scipionum generi foret. Plutarchus in Cæsare.

Scipiadæ, pen. corr. Patronymicũ, pro Scipionibus. Virg. 1. Georg. 34, Scipiadas duros bello.

Fortis Scipiada. Horat. 2. Serm. sat. 1. 4.

Gentis Scipiadæ fulmina. Silius lib. 7. 11.

Scipio/scipiônis, m. g. Baculus dicebatur antiquis, vnde Scipionum familia appellata. Liu. 5. ab Vrbe, 187, M. Papyrius vnus ex his dicitur Gallo barbã suam (vt tũ omnibus promissa erat) permulcẽti, scipione eburneo in caput incusso, irã mouisse. Idem 10. bel. Pun. 70, Ibi Masinissam primum regem appellatũ, eximiisque ornatũ laudibus, aurea corona, aurea patera, sella curuli, & scipione eburneo, toga picta, & palmata tunica donat.

¶ Scipio, in vineis, quo ipsa vua veluti baculo sustinetur: scapum Varro, nostri *caudam* appellant, alii *pedem* vuæ. Columella lib. 11. cap. 39. 3, Vbi satis erunt corrugata acina demito, & sine scipionibus in dolium cõiicito, pedibusque bene calcato. Quædam exemplaria legunt scapis. Ibidem, cap. 43, Tum vinacea rum pes bene præsso expressus proruitur, & modicè separatis scipionibus, resolutáque intrita folliculorum, in dolio substernitur. Idem de Arboribus, cap. 8, Quũ scipiones amplitudinem acini habuerint, radice tenus vitem præcidito.

SCIRON, huius Scirõnis, pen. prod. Iatro fuit, cuius ossa quum in mare ceci dissent, in scopulos conuersa feruntur, quæ adhuc Scironia saxa vocantur. Ouid. 7. Metam. 89.

Tutus ad Alcathoen Lelegela mœnia limes
Composito Scirone patet: sparsíque latronis
Terra negat sedem, sedem negat ossibus vnda.
Quæ iactata diu ferunt durasse vetustas
In scopulos. scopulis nomẽ Scironis inhæret. Filius fuit Canethi & Heniocles. Pythei locum in Megara habitauit, quem dixerunt Petras Scironides. viatores spoliatos præcipites agebat. Alii tradunt hospitibus ieiunare coactis, panem pedibus offerre consueuisse: & apprehendentes, calcibus in mare de præcipitio deturbare. Megarenses scribunt virum bonũ fuisse: & eius filiam Endeidem Æaco Iouis filio nupsisse: & ex his natos esse Peleum & Telamonem: vt Plutarchus author est. Scironem Theseus interemit. Huius meminit Ouidius 4. epist. 14, Quum fuerit lectus Sciron, torquúsque Procustes. Propert. lib. 3. eleg. 16. 3,

Nec tamen est quisquam sacros qui lædat amantes,
Scironis media sit licet ille via.

Scironia saxa, scopuli sunt non longè ab Athenis, de quibus Strabo lib. 9, Post Crommyonam igitur Scironides Atticis finibus imminent petræ, iuxta mare transitum non relinquentes. Super eas autem via est in Atticam atque Megara ab Isthmo ducens. Adeò autem magis ac magis via petris propinquat, vt in multis eius partibus præcipitium viatori minetur: tam excelsus & transitu periculosus mons incumbit. Hoc in loco Scironis res in monte gestæ, latronúmque, & flectentes ad terram arbores pinus, fabulis memorãtur, quas Theseus obtruncauit. Ab hisce locis extremis flantem, procellásque cientem saxum Caurum produnt. Athenienses Scironem appellant. Hic paulo ab Argeste deflexus esse dicitur, qui & Olympius vocatur, & à nõnullis Hellespontius. Seneca lib. 3. Naturalium quæstionum, Atabulus Apuliam infestat, Calabriam Iapyx, Athenas Sciron, Galliam Circius. Græcis scribitur per π. Claud. de bello Getico, 38,

-vallata maris Scironia ripis.

Scirpus, scirpi, masc. gen. cd, vt ait Donatus, sine nodo, & læuis iunci species, palustris res. Festus. Scirpum est id quod in palustribus locis nascitur, læue & procerum, vnde tegetes fiunt. Hic neutro genere declinat Festus. Scribitur nonnullis absque c post s primam literam.

Nodum in scirpo quærere, In anxium dicebatur, nimisque diligentem, aut meticulosum, qui illic scrupulum moueret, vbi nihil esset addubitandum. Hoc adagium refertur apud Plautum in Menæchmis, 7. 11. & verbis iisdem apud Terentium in Andr. 5. 4. 39. Festus ex Ennio citat. Quæris & in scirpo (soliti quod dicere) nodum. Erasmus. Vide **Nodus**.

Scirpi, apud Gellium, dicuntur captiunculæ, argutiæque, vel ænigmata. Sic enim ait lib. 12. cap. 6, Quæ dicunt ænigmata, hoc genus quidam ex nostris veteribus scirpos appellarunt. Petrus tamen Crinitus & Cælius legunt scrupos. Ausonius in Præfatione Ternarii, Quòd si alicui & obscuros videbor: apud eum me sic tuebere. Primùm, eiusmodi edylia, nisi vel obscura sunt, nihil futura. Deinde numerorum naturam non esse scirpum, vt sine nodo sint. Qui scirpos legunt apud Gellium, suam sententiam sic tuentur. Scirpis vsos fuisse antiquos in vineis ligandis, author est Varro lib. 1. de lingua Latina. Vnde Scirpare pro Lire vsurparunt. Quæ autem ligantur, ea nodo non carent. Nodum autem pro difficultate, sententiæque obscuritate capi, nemo dubitat. Vnde est illud Horatii in Arte, Nec deus intersit, nisi dignus vindice nodus Inciderit. Qui verò scrupos legẽdũ putat, hac nitũtur ratione. Scrupus propriè lapillus est brevis, qui pressus solicitudinem creat. vnde Scrupulus, pro Molestia & animi angore vsurpatur. Porrò ænigmatũ interpretatio mentem viri studiosi nihilo reddit minus molestam, quàm scrupulus in calceo, aut via scrupulosa pedẽ offendit. Mosellanus putat scirpos dici ænigmata per antiphrasim. Aliàs enim propriè scirpus herbam quãdam iunceam omnino eiusdem significat. vnde prouerbium extulit Terentius, Nodum in scirpo quæris, Id est scrupulos in re manifesta inuestigas. Apud Gelliũ verò ser mones maximè nodosi & inuoluti, scirpi vocantur. Hæc ille.

Scyrpus à nonnullis per y psilon scribitur.

Scirpeus, Adiectiuum, Ex scirpo factum. Plautus Aulul. 2. 9,

Quasi pueri qui nare discunt, scirpea inducitur ratis.

Scirpea dolia, Id est cassa.

Imago scirpea. Ouid. 5. Fast. 132.

Scirpea dicitur, quæ virgis scirpatur, hoc est colligãdo implicatur, in qua stercus, aliúdve simile vehitur iumentis. Ouid. 6. Fastor. 136, -in plaustro scirpea lata fuit. Cato cap. 10. 2, Crates stercorarias vimine cõtextas appellat scirpeas. Et cap. 11. 4.

Scirpicula, scirpiculæ, pen. corr. Falx qua in scirpandis, hoc est ligandis vineis vtuntur, ad amputãda superflua ligamentorum. Varro 1. de Re rust. cap. 22. 3, Falces dicuntur vineaticæ opus esse sex, scirpiculæ quinque. Cato cap. 11. 3, Ferramenta, falces vineaticas sex, scirpiculas quinque.

Scirpiculum scirpiculi, Canistrum quod scirpis aut viminibus confectum est: à scirpando dicitur. Apud Columellam lib. 10. 29,

Et vos agrestes, duro qui pollice molles
Demetitis flores, cano iam vimine textum
Scirpiculum ferrugineis cumulate hyacinthis. Alii scribũt Syrpiculum.

Scirpiculus, pen. corr. Parvus scirpus. Varro 1. de Re rust. cap. 1. 8, Nam mihi greges in Appulia hybernabant, qui in Rheatinis montibus æstiuabant. Cum inter hæc bina loca, vt iugum continet scirpiculos, sic colles publicè distantes pastiones, &c.

Scisciter/**Sciscо**/**Scitor**/**Scitum**/Vide **Scio**.

Scissile/Vide **Scindo**.

Sciurus/pen. prod. m. g. Animal parvũ: sic dictũ ἀπὸ τῆς σκιᾶς, καὶ τῆς οὐρᾶς, id est ab vmbra caudæ. Ná quoties sub dio, atque non sub tecto est, cauda illi pro tecto est atq; vmbra. Plin. lib. 8. cap. 38. 1, Præuident tempestatem & sciuri: obturatisque qua spiraturus est ventus cauernis, ex alia parte aperiunt fores: de cætero ipsis villosior cauda pro tegmento est. Mart. lib. 5. 38,

Inamabilis sciurus, & frequens phœnix
Adhuc recenti tepet Herotion busto.

Sclopus/sclopi, m. g. Sonus qui ex inflatione buccarum erumpit. Persius Saty. 5, Nec sclopo tumidas intẽdis rumpere buccas. Aliis stlopus dicitur per τ.

Scobs/scobis, f. g. secundum Priscianum: vel hic scobis secũdũ Phocam. Est id quod ab aliqua materia minutissimum decidit, dum vel serra serratur, vel terebra perforatur: necnon ex attritione laterũ scobs habetur, qua frequenter ad metalla & paulmẽta tergẽda seduli ministri vtũtur. Horat. 2. Serm. sat. 4. 16.

Vilibus in scopis, in mappis, in scobe quantus
Consilit sumptus: neglectis, flagitium ingens.

Tén' lapides varios lutulenta radere palma,
Et Tyrias dare circum illota coralia veſtes. Plin.lib.34.ca.18.5.
Alii elimatâ ſcobem in fictili crudo coquunt in caminis, donec percoquatur figlinum. Colu.lib.4.ca.29.11, Scobis nûquam ſic eximebatur vt non inhæreret foramini. Idem libro 7.cap.10, Nauſeantibus quoque ſalutaris habetur eburnea ſcobis ſale frictо,&c. Sic lib.11.cap.43, Abiegna ſcobe.

Centroſa ſcobs, Vide **Centrum.**

Semodium ſcobis.Iuue.Saty.14.7.

Scobem facit terebra.Columel.lib.4.cap.29.11.

Scobina,ſcobinæ,penul.prod. A ſcobs,inquit Varro,lima dicitur. Plinius lib.11. cap.37.51, Poſtea arteria & ſtomachus denticulatus callo, in modum rubi ad conficiendos cibos, decreſcentibus crenis quicquid appropinquat ventri. Nouiſſima aſperitas, vt ſcobina fabri.

SCODRA, Ptolemæo lib.2.cap.17, vrbs Liburniæ: hodie *Scutarum* vocant,ſub Venetorum dominio.

Scolecia/ſcolecíæ, Genus æruginis. Plin. lib.34.cap.12.1, Eſt & alterum genus æruginis,quam vocât ſcoleciam,in Cyprio ære: hoc tritо,alumine & ſale,aut nitro pari pondere cum aceto albo quam acerrimo,&c.

Scolecium/ſcolecii. Plin.lib.24.cap.4.1,Coccum autem ilicis, vulneribus ex aceto recentibus imponitur. Epiphoris ex aqua & oculis ſuffuſis ſanguine inſtillatur. Eſt autem genus ex eo in Attica ferè,& Aſia naſcens,celerrimè in vermiculum ſe mutâs, quod ideo ſcolecion vocant,improbántque.

Scolopendra/ſcolopendræ,Piſcis. Plin.lib.9.ca.43,Scolopendræ terreſtribus ſimiles,quas centipedes vocât, hamo devorato omnia interanea euomût,donec hamû egerât,deinde reſorbêt.

Scolopendrion/ſiue Aſplenon,ea eſt herba quam totus officinarum chorus herbariorúmque,*Ceterachum* vocant,vel *ceterat*, ſine caule, ſine flore, ſine ſemine, pediculo nigro, &c. Ruellius lib.3.cap.67.

Scolopendria,ſic falſò ab officinis & herbariis nominata,herba eſt quæ rectè Hemionitis vocatur.Ruellius lib.3.cap.68.

SCOLVS,Straboni lib.9,pagus eſt in ora Aſopia ſub Cythærone, ſedes iniucunda atque aſpera. Indéque natum eſt prouerbium, Ad Scolon neque ipſe vades, neqi alteri comes ibis. Ex eo quoque loco deductû Pétheum diſcerptû fuiſſe memoriæ proditur.

Scolymos,pen.corr.Herba quæ & ſtrobylus,quòd echinû habeat nuci pineæ ſimilê: & cinara, quòd cineribus gaudet, appellatur. Theodorus carduum vertit. Eſt enim reuera carduus ſatiuus, quem vulgus *articocallum* vocat, Plinius libro 22.cap.22. 18,Scolymon quoque in cibos recipit Oriens,& alio nomine limaniô appellat.Frutex eſt nûquam cubitali altior,criſtiſque foliorum ac radice nigra,ſed dulci. Vide **Cinara.** Nec me fugit (inquit Ruellius lib.3.cap.14.) Æginetam Paulum Actiúmque ſcolimon à cinara diremiſſe,hanc officere ſtomacho,illum prodeſſe monſtrâtes. Nec inuenio Græcis aliud haberi diſcriminis, quàm quod ſcolymos ferus eſt & ſylueſter, cinara verò domita cultu ruditate mitior & altilis.

Scombrus,ſcombri,m.g.vel ſcomber,Genus piſcis marini,cui in aquis ſulphureus eſt color,extra aquam qui cæteris.Plin.lib. 9.cap.15.5,Cum thynnis hæ & pelamides in Pontum ad dulciora pabula intrant gregatim cum ſuis quæque ducibus,& primi omniû ſcómbri,quib⁹ eſt in aquis ſulphureus color,extra qui cæteris. Plautus Capt.13.82, -pernam atque ophthalmiam
Horæum, ſcombrum, & trigona, & cetum, & mollem caſeum. Plinius libro 31.cap.11.9,Laudatiſſimi,ſcomber,ſalpa,ſparus,&c. Sic Mart. lib.13.90. Quidam contendunt eum eſſe piſcem, qui vulgò *macerioturus* dicitur.

Scomma,ſcómmatis,pen.corr.n.g.Latinè dicitur cauillum,Eſt (vt ait Macrobius libro 7.Saturnal.cap.3.)morſus figuratus,quia ſæpe fraude vel vrbanitate tegitur, vt aliud ſonet,aliud intelligas,nec tamen ſemper ad amaritudinem pergit: ſed nonnunquam in quos iacitur & dulce eſt.τὸ σκῶμμα.

Scopæ,ſcoparum,f.g.pluralis numeri,Inſtrumenta quibus pauimenta verruntur. Plaut.Sticho,6.13, Munditias volo fieri hîc: ferte huc ſcopas,ſimúlque harundinem,vt operam omnem aranearum perdam. Scopæ,quaſi ſcobæ dicûtur, quòd his purgamenta veluti ſcobem educimus.

Vile ſcopæ.Horat.2.Serm.ſat.4.16,
Vilibus in ſcopis,in mappis,in ſcobe, Conſiſtit ſumptus.

Scopas diſſolutas, homines nihili nulliúſque prorſum conſilii Cicero vocat,ſcribens ad Atticû, lib.7.131.7,his verbis,L. Cæſarem vidi Minturnis ad VIII Cal.Feb.mane, cum abſurdiſſimis mandatis,nô hominem,ſed ſcopas ſolutas, vt id ipſum mihi ille videatur irridendi cauſa feciſſe. Idem in Oratore,139, agens côtra eos qui numeros orationis côtemnunt,Scopas diſſoluere dixit,pro eo quod eſt Rem prorſus inutilê efficere. Nam ſcopæ colligatæ,& ſpeciem videntur habere qualemcunque, & ad verrendum pauimentum ſunt accommodatæ: porrò ſi diſſolueris, nihil inutilius,nihil inelegâtius. Ciceronis verba ſunt, Iſti autem quum diſſoluût orationem in qua nec res, nec verbum vllum eſt niſi abiectum,non clypeum,ſed vt in prouerbio eſt(etſi humilius dictum eſt, tamen conſimile eſt) ſcopas(vt ita dicam)mihi videntur diſſoluere.

¶Scopa regia, Herba. Plin. lib.25.cap.5.7, de achilleo herba, quæ & millefolia appellatur, Etiamnû aliam ſimilem huic,ſed cãdidioribus foliis & pinguiorib⁹, tenuioribus cauliculis, in vineis naſcêtem.Aliam verò binûm cubitorum,ramulis exilibus, triangulis,folio filicis,pediculo longo,betæ ſemine, omnes vulneribus præcipuas. Noſtri eã,quæ eſt latiſſimo folio, ſcopas regias vocant. Ruellius dicit eam eſſe quam vulgus *herbam carpentariorum* appellat, quòd materiarii fabri ſæpicule hac vtantur ad glutinanda vulnera.

¶Scopæ,dicuntur virgæ & putamina,quaſique frondamenta virgultorû vel herbarum & fruticû: vt Scopæ manuales chamæmeli,quas medici vulgò *manipulos* vocât. Plin.lib.24. cap.15. 2,de chamædrye, Incipientibus hydropicis efficax, manualibus ſcopis eius in tribus heminis aquæ decoctis vſque ad tertias. Cato de Re ruſt. cap.151,Facito ſcopas virgeas vlmeas aridas, in aſſerculo alligato,eabus latera doliis intrinſecus vſq; bene perfricato,ne fæx in lateribus adhæreſcat.

Scópula,ſcópulæ,pen.corr.Diminutiuum.Colum.lib.12.cap.18.4, Deinde peniculo detergitur, & feruentiſſima pice infuſa, nouo alio rutabulo & ſcopula picatur. Idem lib.12. cap.38, Scopulis aridæ myrti ſeria ſuffriatur.

Scopo,ſcopas,ſcopare.

Scoparius,ſcoparii,Miniſter,cuius miniſterium eſt vt deuerrat pauimenta ſordentia. Vlpianus tit.De fûdo inſtructo,Si villa cultior ſit,accedere inſtrumento fundi atrienſes & ſcoparios.

SCOPAS,ſtatuarius eminentiſſimus,qui Mauſoleum cælauit.Plinius lib.35.cap.5. Horat.4.Carm. ode 8.3,
Quas aut Parrhaſius protulit,aut Scopas,
Hic ſaxo,liquidis ille coloribus.

Scopula operta quæ medicis dicâtur,docet Celſus, his verbis, lib.8.cap.1,A ceruice duo lata oſſa vtrinque ad ſcapulas tẽdunt, noſtri ſcoptula operta,*ὠμοπλάτας* Græci nominât.Ea in ſummis verticibus ſinuata,ab his triangula, paulatímque latescentia ad ſpinã tẽdunt: & quo latiora quæque parte ſunt,hoc hebetiora. Hactenus Celſus. Latos humeros quidã vocât,alii oſſa humeraria.

Scopus/ſcopi,m.ge.Locus in quem emittendo tela dirigimus à Græco *σκοπέω*,quod eſt conſydero,contemplor,ſpeculor. Suetonius de Domitiano, cap. 19, Nonnunquam in pueri procul ſtantis,præbêtiſque proſcopulo diſpenſam dextræ manus palmam, ſagittas tanta arte direxit, vt omnes per interualla digitorum innocuè inuaderent. Vegetius lib.2,refert,quòd ſagittarii,funditoréſve ponere ſolebant pro ſcopo, hoc eſt ſigno,ſcopas,id eſt fruticum,vel ſtraminum faſces. Macrobius propoſitum vocat,quod Græci *σκοπὸν* nominant.

Scopus apud oratores dicitur,quò tẽdit omnis ductus oratiõ⁹.

¶Scopus,metaphoricè pro eo quò mens & propoſitum noſtrum dirigitur. Cic.ad Atticum,lib.8.15.4,An cenſes nihil inter eos conuenire? nullam pactionem fieri potuiſſe? Hodie poteſt:ſed neutri *σκοπὸς* eſt ille,vt nos beati ſimus,vterque regnare vult. Eidem,lib.15.332.7,*σκοπὸς* hic eſt enim huic noſtro,nihil præbere. Idem 12.Philipp.324,quid ſit ſcopus declarat his verbis,Quum omnes actiones horum menſium, omnes ſentẽtiæ meæ peruenerint ad eum exitum qui mihi fuit propoſitus.

¶Scopus vuæ. Ruellius lib.1.cap.2, Vua,ſcopo & frequẽtibus acinis cõpacta. Scopus,ramoſum id quo dependent acini. Quibuſdam etiam propriè racemus exiſtimatur,etſi plerũque cum vua confundatur.Varro 1.de Re ruſt.cap.54,Quæ calcatæ vuæ erunt, earum ſcopi cum folliculis ſubiiciendi ſub prælum:vt ſiquid reliqui habeant muſti,exprimatur in eundem lacũ.Acini cõſtãt folliculo,vinaceis,muſto. Meminit & Cælius lib.12.ca.14.

Scópulus,pen.corr.Diminutiuum,Saxum eſt eminens, vt ait Seruius: à ſpeculando ita vocatus. *σκοπεῖν* enim ſpeculari eſt. Plin. lib.12.ca.14.1,Saba regio à dextra maris,ſcopulis inacceſſa. Cæſar 3.bel.Gall.402,Et eadem de cauſa minus commodè ſcopulis continebantur. Virg.1.Æneid.10, -ſcopulóque infixit acuto. Ibidem,Æneas ſcopulum interea conſcendit.

Vertex ſcopulorum.Catull.Argon.59.49,Præcipitem ſeſe ſcopulorum à vertice iecit.

Altus.Virg 5.Æneid.44.	Piſcoſi.Virg.4.Æneid.51.
Exeſi.Senec.Herc.furẽ.1.6.	Sæuus.Virgil.5.Æneid.14.
Frequentes.Iuue.Saty.13.16.	Sonantes. Virg.1.Æneid.41.
Immanis.Ouid.14.Metam.37.	Turriti.Virg.3. Æneid,108.

Vomentes æquor ſcopuli.Lucan.lib.6.5.

¶Accedere ad scopulos, Vide Accedo.

Appellere ad scopulos, Vide Appello.

Confligere scopulum. Virg. 1. Æneid. 37.

Ter scopuli clamorē inter cana saxa dedere. Virg. 3. Æneid. 114.

Ad scopulum ire, pro Perire, & in nihilum redigi, metaphora est à nauib' sumpta, quæ quum ad scopulos impingunt, dissoluī solent, atque submergi. Lucret. lib. 1. 134.

Nec tenet omnia paulatim tabescere, & ire
Ad scopulum spatio ætatis defessa vetusto.

Præcipitem excutere aliquem scopulo. Virg. 11. Æneid. 107.

Immanes scopulos extruere. Claud. 7. Paneg. 11.

Gemini scopuli minantur in cælum. Virg. 1. Æneid. 34. Id est eminent. Seruius.

Minaci scopulo pendēre. Virg. 8. Æneid. 134.

¶Scopulus, pro scopo. Vide exemplum Suetonii in Scopus.

Scopulus, per translationem. Cic. pro Rosc. Amer. 48, Restare tibi videbatur seruorū numen, quò quasi in portum reiectus à cæteris suspitionibus confugere posses: vbi scopulum offendis eiusmodi, vt non modò ab hoc crimen resilire videas, verùm omnem suspitionem in vosmetipsos recidere intelligas.

Ad eosdem scopulos nauem appellere. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 19, Nec tuas vnquam rationes ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titii afflictam nauem, & in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres.

Gestare scopulos in corde, dicitur is qui nulla mouetur misericordia. Ouid. 7. Metam. 7,

Hoc ego si patiar, tum me de tigride natam,
Tum terrum, & scopulos gestare in corde fatebor.

Scopulōsus, pen. prod. Adiectiuum, Scopulis plenum. Plin. lib. 6. cap. 18. 1, Detectúmque per scopulosa & abrupta, vbi primum mollis planities contingat, in quodam lacu hospitari.

Colles scopulosi. Silius lib. 7. 55.

Limes scopulosus. Stat. 1. Thebaid. 67.

Rupes scopulosa. Lucan. lib. 1. 114.

Scopulosus locus & difficilis. Cic. 1. Ver. 10, Intelligo quàm scopuloso, difficilique loco verser. nam quum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenii, atque eloquentiæ multò molestissima. Idem 3. de Oratore, 40, Oratores autem in inferum hoc Tuscum & Barbarum, scopulosum, atque infestum laberentur, in quo etiam ipse Vlysses erraret.

¶Scopelon Græci nominant locū eminētem, hoc est speculā.

SCORDONA, insula Dalmatiæ adiacens, authore Ptolemæo lib. 2. cap. 17. Vulgò Malcoseglio.

Scoria/scoriæ, Metallorū purgatio, quasi fex, sicut spuma, quæ ex feruescente materia tollitur. Plin. lib. 33. cap. 4. 4, Quæ è catino iactatur spurcitia, in omni metallo vocatur scoria.

Scorpio/scorpiōnis, m. g. Animal venenosum, cauda feriens. Plin. lib. 11. ca. 25. 1, Semper cauda in ictu est, nullóque momento meditari cessat, nequando desit occasioni. Vide plura in eodem capite. Scorpius dicitur sicut & scorpio.

Metuendus acumine caudæ Scorpius. Ouid. 4. Fast. 35.

¶Scorpius, siue Scorpio, Signum cæleste. Colum. Sol ingreditur Scorpiū XIIII Cal. Nouembris. Plin. Lib. 17. ca. 24. 1, Quū sit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario.

Ardens Scorpius. Virg. 1. Georg. 8.

Curuans brachia Scorpius. Ouid. 2. Metam. 17, Sæuáq; circuitu curuantem brachia longo Scorpion. Idem aliquāto post, 40, Est locus, in geminos vbi brachia concauat arcus
Scorpius, & cauda, flexisque vtrinque lacertis
Porrigit in spatium signorum membra duorum.

Formidolosus Scorpius. Horat. 2. Carm. ode 17. 4.

¶Scorpio, Militare instrumentum, quòd parua ac subtilibus spiculis inferat mortem: siue quòd scorpionis similitudiné habeat, quam arcus hinc atque hinc chelarum similitudine præ se ferant spiculum caudæ. Sunt qui arcubalistam appellant. Quidam etiam accipiunt scorpiū pro genere instrumenti torquendi, vt sunt tibi aculeati, vel flagellum virgarum, vt scutica habens in summitate glandes plumbeas. Plin. lib. 7. cap. 56. 11, Et in tormentis scorpionem Cretas inuenisse dicūt. Cæsar 7. bel. Gall. 126, Scorpione ab latere dextro traiectus concidit. Sic Liuius 6. bel. Pun. 29.

¶Scorpio, Piscis Plinio lib. 32. cap. 11. 9.

¶Scorpius, Herba est semen habens ad similitudinem caudæ scorpionis, quæ valet aduersus animal sui nominis. Plin. lib. 22. cap. 15, Ex argumēto numen accepit scorpius herba. Semē enim habet ad similitudinem caudæ scorpionis, folia pauca. Valet & aduersus animal nominis sui. Est & alia eiusdem nominis, effœtúsque, sine foliis, asparagi caule, in cacumine aculeum habēs, & inde nomen.

Scorpiteō/penult. prod. Gemma est scorpionis colore. Plinius lib. 37. cap. 11. 1.

Scorpiuron/penult. prod. Herba eadem quæ & scorpius suprà descripta. Plinius lib. 22. cap. 22. 9, Alterum genus quod tricoccū appellauimus, & alio nomine scorpiuron vocatur, foliis nō solum minoribus, sed etiam in terram vergentibus. Semen ei est effigie scorpionis caudæ, quare ei nomen.

Scortum/scorti, Propriè corium est animalium, præsertim eorum quæ crassiorem pellem habent, ac duriorem.

Scortum (inquit Festus) pellis testum arietinorum.

¶Scortum, dicitur etiam meretrix. Plaut. Asin. 16. 17, Is apud scortum, corruptelæ & liberis lustris studet. Cic. 1. in Catil. 31, Quòd si in vino & alea confessationes solùm & scorta quærerent, essent illi quidem desperandi, sed tamen essent ferendi. Liu. 2. ab Vrbe, 76, Eo anno Romæ quum per ludos ab Sabinorum iuuentute per lasciuiam scorta raperentur, concursu hominum rixa ac propè prælium fuit. Festus, Scorta appellantur meretrices, quia vt pelliculæ subigantur.

Deuium scortum. Horat. 2. Carm. ode 11. 5.

Prelium quasillo scortum. Tibull. lib. 4. eleg. 10. 1.

Honestum officium scorto postponere. Horat. 1. epist. 19. 7.

Scortillum, Diminutiuum. Catull. de Varro & sua amica, 10. 1,

Varrus me meus ad suos amores
Visum duxerat è foro otiosum:
Scortillum mihi quum repentè visum est
Non sanè illepidum, nec inuenustum.

Scorteus, Adiectiuum, dicitur omne id quod ex pellibus factū est, vt ait Festus. Martialis lib. 14. 135,

Ingrediare viam cælo licet vsque sereno,
Ad subita nusquam scortea desit aqua. Sub. penula. Ouid. 1. Fast. 116,

Scortea non illi fas est inferre sacello,
Ne violent puros exanimata focos.

Scortor, scortāris, scortāri, Meretricari. Terētius Heaut. 1. 2. 31, Scortari crebrò nolūt, nolūt crebrò cōuiuarier. Idem Adelph. 1. 1. 21,

Non est flagitium (mihi crede) adolescentulum Scortari.

Scortātor, pen. prod. Verbale, Meretricum sectator. Cic. 2. in Catil. 43, O bellum magnopere pertimescendum, quum hanc sit habituras Catilina scortatorum cohortē Prætoriam. Horatius 2. Serm. sat. 5. 16.

SCOTI, Britanniæ populi, quondam Anthropophagi, vt est author Hieronymus contra Ioninianum lib. 2, Quid (inquit) loquar de cæteris nationibus, quum ipse adulescentulus in Gallia viderim Scotos gentem Britannicam humanis vesci carnibus: & quum per syluas, porcorum greges & armentorum, pecudúmque reperiant, pastorum nates, & fœminarum papillas solere abscindere, & has solas ciborum delicias arbitrari. Hæc ille. Cui diuus Chrysostomus in sermone Pentecostes, studio pietatis subscribit, Ante hoc (inquit) quoties in Britannia humanis vescebantur carnibus? Nunc ieiuniis reficiunt animam. Lingua omnibus sibila. Ideo Strabo lib. 4, Britannos balbutiētes vocat, quos ipse Romæ viderit.

Scotomia/pen. prod. scotómatis, n. g. Vertigines oculorū. Hermolaus, Scotomata siue scotodiniæ ex frigidis & lentis humoribus in cerebrum deuocatis oriuntur: ita vt sic affecti occasione parua succidāt. Vertigines eas appellant nostri, quoniā ob oculos eorum vorticosa quædam & rotatilia circumagi videantur.

SCOTVSA, Straboni lib. 7, vrbs est Thessaliæ Pelasgicæ.

Screo/screas, screare, Cum conatu quodam de pectore sputum eicere. Plautus Curcul. 3. 19,

Vini pollens lepidus Liber, qui screanti tibi
Siccæ, semisomnæ potionem affert, atque it
Sedatum te. Plin. lib. 23. cap. 1. 16, Eadem in iumento, hominéque phlegma aut sanguinem qui screatur, talos circūligata sanat. De radice asparagi. Vetus exemplar scriptum legit qui se ad talos deiecerit.

Screātus, huius screātus. pen. prod. m. g. Ipsa screatio. Terē. Heaut. 1. 3. 131, Gemitus, screatus, tussis, &c.

Screātor, pen. prod. screatōris, Qui screat. Plaut. Milit. 10. 51, Screator sum itidem minime succidus.

Screābilis, & hoc screābile, penult. corr. Quod screari potest. Vnde compositum Excreabilis, Vide Excreo.

Scriba/Vide Scribo.

Scribligo/scribliginis, fœ. g. A vetustioribus Latinis dicebatur solœcismus, à tortuosæ orationis prauitate ac versura. Scribendum potius Stribligo. Vide suo loco, ex Gellio lib. 5. cap. 20.

Scriblita/scriblitæ, pe. pro. Genº cibi appellatū est, quòd in circuitu ad restis modū torqueretur. Hoc solū differēs à placēta, q̄ sine melle coquebatur, & feruentissima edi solebat. Mar. li. 3. 17

Circunlata din mensis scriblita secundis
Vrebat nimio fœna calore manus. Plaut. Pœnulo, 1. 43.

-dum ludi fiunt,in popinam pediſequi
Irruptionem facite nunc,dum occaſio eſt,
Nunc dũ ſcriblitæ æſtuant,occurrite. Cato cap.78, Scriblitam ſic facito,in balneo tractes caſeo,ad eundem modum facito,vti placentam ſine melle.

Scribo/ſcribis,ſcripſi, ſcriptum,ſcribere, Notæ ſignificationis. Plaut. Aſin.13.10, Adde, vt ſcribas vide planè & probé. Idem Pſeud.7.131,Quaſi in libro quum ſcribuntur literæ calamo.

Corticibus ſcribere.Propert.lib.1.eleg.17.5,
Ah quoties teneras reſonant mea verba ſub vmbras,
Scribitur & veſtris Cynthia corticibus?

Scribere ſua manu,non autẽ Propria manu: nuſquam enim apud bonos authores reperitur. Cic. Attico, lib.5.101.16, Antequam aliquo loco conſedero, neque longas à me, neque ſemper mea manu literas expectabis. Ibidem,107.1,Obſignaram iam epiſtolam meam, quam puto te modò perlegiſſe ſcriptam mea manu. Eidem, lib.16.339.1, Noli putare pigritia me facere, quòd non mea manu ſcribam. Ibidem, lib.7.111.5, Accepi aliam alia iucúdiorem, quæ quidem erat tua manu. Idem 3. in Catil.55,Legimus, erat ſcriptũ ipſius manu. Liuius de bello Punico,Fœdera Amicalria ſcripta manu. Idem de bello Macedonico,Poliſenidas ſua manu ſcripſit.

Ad aliquem ſcribere,quemadmodum.Cic.ad Terentiam,lib. 14.2.4, Nã ad me P.Valerius homo officioſus ſcripſit, id quod ego maximo cum fletu legi, quemadmodum à Veſta ad tabulam Valeriam docta eſſes.

Ad aliquem ſcribere de.Cic.4.Acad.184, Quũ ſcripſiſſet eiſdem de rebꝰ ad L.Cenſorinũ cum qui Cẽſul cũ M. Manilio fuit.

Ad aliquẽ de re aliqua in aliã ſententiam ſcribere.Cic.ad Q. fratrem, lib.3.17.18, In eius ſermone ego vtrunque ſoleo admirari,& te de ſuburbano emẽdo quum ad illum ſcribas,nõ modò ad me non ſcribere,ſed etiam aliam in ſententiam de ſuburbano ſcribere:& quum ad illum ſcribas, nihil te recordari de ſe, de epulis illis quas in Tuſculano eius tu mihi oſtendiſti.

Literas ex ſermone alterius ſcribere. Plancus ad Ciceronem, lib.10.4.1, Gratiſſimæ mihi tuæ literæ fuerunt, quas ex Furnii ſermone te ſcripſiſſe animaduerti.Ego autem præteriti tẽporis excuſationem affero, quòd te profectum audieram: nec multo antè rediiſſe ſciui quàm ex epiſtola tua cognoui.

Pluribus ſcribere. Sub. verbis. Cic.ad Cælium,lib.2.11.6, Hæc eo pluribus ſcripſi, quòd nonnihil ſignificabãt tuæ literæ ſubdubitare qua eſſem erga illum voluntate.

Notis ſcribere,Eſt celeriter excipere,& quod Galli *ſtenotare* dicunt.Quintil.lib.11. cap.2,de memoria, Habeamus ſanè, vt qui notis ſcribunt,certas imagines omnium. Vide **Nota.**

Bene ac velociter ſcribere.Quintil.lib.1.cap.1.21.

Commodè ſcribere,Vide **Commodus.**

Ab ſingulari amore ſcribere,Vide **A** vel **Ab** præpoſitiones.

Officioſè ſcribere,Vide Officioſus in **Officium.**

Alicui ſalutem ſcribere.Plaut.Bacchid.15.81,Quid ſcribam? &c. ſcribe ſalutem tuo patri verbis tuis.

¶Scribere,Propriè eſt corũ qui aliquid condunt,vel aliquod opus faciunt,quod & Conſcribere dicitur.Terentius in Prologo Eunuchi,36, Qui magis licet currentes ſeruos ſcribere,
Bonas matronas facere,meretrices malas,&c. Cic.Cornificio, lib.12.17.3,Sed proximè ſcripſi de optimo genere dicẽdi, in quo ſæpe ſuſpicatus ſum te à iudicio noſtro, ſic ſcilicet vt doctũ hominem,à non indocto paululum diſſidere. Idem Lentulo,lib. 1.9.97, Scripſi etiam verſibus tres libros de temporibus meis. Plin.lib.12.ca.14.4, Iuba rex iis voluminibus quæ ſcripſit ad C. Cæſarem Auguſti filium.

Concinnè ſcribere,Vide **Concinnus.**

Accuratè ſcribere,& cogitatè,vide **Cogito.**

Licenter ſcribere.Horat.de Arte,54.

Luculentè ſcribere,Vide **Luculentus.**

Mendoſè ſcribere,Vide **Menda.**

Separatim de re aliqua ſcribere.Quintil.in Proœm.lib.4.6.

De integro ſcribere.Quintilian.lib.1.cap.4.10,Expertus ſum prodeſſe,quoties eandem materiã rurſus à me retractatam ſcribere de integro iuberem.

De Græcis Latinè ſcribere.Cic.1.de Finib.13,Sed ex eo credo, quibuſdã vſu venire vt abhorreãt à Latinis, quòd inciderint in inculta quædã & horrida de malis Græcis Latinè ſcripta deterrꝰ.

De hac re in vtranque partem & dicta ſunt, & ſcripta multa. Cic.4.Acad.193.

Aliquem ad hiſtoriæ fidem ſcribere.Cic.ad Q. fratrem,lib.1. 1.33,Cyrus ille à Xenophonte non ad hiſtoriæ fidem ſcriptus, ſed ad effigiem iuſti imperii.

Carmina ſeceſſũ ſcribẽtis,& otia quærũt.Oui.1.Triſt.eleg.1.8.

Libellum ſcribere.Ouid.4.de Ponto,eleg.15.4.

Orationes ſcribere.Cic.de Claris Orat.23.

Poemata ſcribere.Horat.2.epiſt.2.14.

Verſus ſcribere. Cic.5. Ver.65, De qua muliere verſus plurimi ſupra Tribunal & ſupra Prætoris caput ſcribebãtur.Horat.1. Serm.ſat.9.

Amor ſcribendi te rapit.Horat.1.Serm.ſaty.1.1.

Laborem ſcribendi ferre.Horat.1.Serm.ſaty.4.3.

Nulla voluntas ſcribendi eſt mihi. Ouid.4.de Põto,eleg.2.6.

Leges ſcribere,quod & Condere,& Dicere, & Facere dicitur. Cic.pro Roſc.Amer.42,Eius porrò ciuitatis ſapiẽtiſſimũ Solonẽ dicunt fuiſſe eum qui leges,quibus hodie quoque vtuntur, ſcripſerit. Plin.lib.34. ca.54, Fuit & Hermodori Epheſii in comitio,legũ, quas Decemuiri ſcribebãt, interpretis, publicè dicata. Cic.5. Philip.168, Num etiã hanc legẽ Populus Romanus accepit? quid promulgata fuit?quid?nónne antè lata quàm ſcripta? nónne antè factã vidimus,quàm futurã quiſquã eſt ſuſpicatus?

Legẽ de ſtupris ſcribere,&c.Cic 2.de Legib.17, Nec ſi regnante Sext. Tarquinio nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris,idcirco non contra illam legem ſempiternam Sext.Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit.

Aliquem hæredem ſcribere,Saluere,facere.Mart.lib.10.96,
Iam ſcrobe,iam lecto,iam polinctore parato,
Hæredem ſcripſit me Numa,cõualuit. Quintil.lib.3.cap.6. 69,Hæredi ſcripto opponitur lex abdicatus. Idem paulò inferius,An hæres ſcriptus. Idem Declamat.1,Neque ego graniſſimum patrem ſuprema ſua iuueni iactaſſe crediderim, vt hæredem filium ſcriberet.

Aliquem teſtamento ſcribere. Hirtius lib.4.bel.Alexand.136, Cæſar Ægypto atque Alexãdria potitus,reges cõſtituit, vt quos Ptolemæus teſtamẽto ſcripſerat, atque obteſtatus erat Populus Romanus,ne mutarentur.

Dicam alicui ſcribere,Vide **Dico.**Cic.4.Verr.25.

Nummos alicui ſcribere,Per menſæ ſcripturã dare:vt ait Budæus. Plautus Aſina.9.30,
Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærambo,
Iam pro iis ſatiſfecit Stichoꝛ. 1.feciſſe ſatis opinor:
Nam vidi hunc ipſum adducere, & rapere in ius Exærambum.
12.Sic obſecro:quàm credidi,vix anno poſt exegi.
11.Nunc ſatagit,adducit domum etiam vltro,& ſcribit nũmos.

Supplementum ſcribere legionibus.Cic.ad Appium,lib.3.3.1, Cẽſebant enim omnes ferè vt in Italia ſupplementum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur.

In animo ſcribere.Teren.And.1.5.48, Scripta illa dicta ſunt in animo Chryſidis.

In aqua ſcribere.Catull.de muliere ſua,65,
Dicit: ſed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento, & rapida ſcribere oportet aqua.

¶Scriptũ eſt.Ci.1.de Diui.199,Scriptũ eſt itẽ,cũ Critonis,&c.

¶Scribere,Pingere.Plin.de Nicomacho pictore,lib.35.ca.10. 41,Scripſit & Apollinem & Dianam, deũmque Martem in leone ſedentem. Vnde & Picturã legere dicimus.Virg.6.Æneid.
-quin protinus omnia
Perlegerent oculis.Vetus exemplar Plinii habet pinxit.

Scriptum reliquit.Cic.1.de Diuinat.66,Nónne vt C.Gracchus filius eius ſcriptum reliquit, duobus anguibus domi comprehenſis aruſpices conuocauit?

Scriptum video.Cic.4.Academ.133,Cuius,vt ſcriptum video, princeps Xenophanes, quem modò nominaui,deinde eum ſequuti Parmenides & Zeno.

Diligentiſſimè ſcripta.Quintil.in Proœm.lib.1.1.

Scriptus,Participiũ:vt Notæ ſcriptæ. Ouid.3.de Ponto,eleg.2.18.

Abſumere igne ſcriptos libellos.Ouid.5.Triſt.eleg.13.13.

Diem ſcriptũ proferre,Diem prædefinitũ.Sene.Herc.fur.3.6,
Nulli iuſſo ceſſare licet:
Nulli ſcriptum proferre diem.

Scriptum,ſcripti,dicitur id quod de re aliqua ſcribitur.

Veterum ſcriptorum Muſæ.Catull.ad Mallium,63.2.

Copia magna ſcriptorum.Catull.ad Mallium,63.7.

Antiquiſſima ſcripta.Horat.1.epiſt.1.6.

Electiſſima ſcripta poetæ peſſimi.Catul.in Anales Voluſii,34.2.

Nefaria ſcripta. Catull.ad Fundum, 41.4.

Optima ſcripta Græcorum.Horat.1.epiſt.1.6.

Regale ſcriptum Tragicis cothurnis.Ouid.2.Triſt.111.

¶Scripto ſeſe abdicare.Piſo apud Gellium.

Si nõ accipiet ſcriptũ,illectumq; remittet.Oui.1.de Arte,54.

Adire aliquem ſcripto. Tacit. lib.5, Moris quippe tum erat, quanquam præſentem,ſcripto adire.

Dãnare ſcriptis. Quintil.li.3.ca.6.47,Et M.Tulliꝰ nõ dubitauit aliquos ſuos libros iã editos aliis poſtea ſcriptis ipſe dãnare.

Debueram ſcripto cernor eſſe tuo.Ouid.epiſt.6.1.

Dicere de scripto, Vide De præpositionem.
Ah quoties dubijs scriptis exarsit amator. Ouid. 3. de Arte, 96.
Scriptum facere, pro Scribendo victum lucrari: apud Gellium lib. 6. cap. 9, Cn. Flauius (inquit L. Piso) patre libertino natus scriptum faciebat: isque in eo tempore, &c.
Mandare scriptis, Vide Mando.
Peccare scripto. Quintil. lib. 3. cap. 5. 5, Qui vitiosè dixerit, non vtique & scripto peccat.
Recitare scripta. Horat. 1. Serm. sat. 4. 15.
Scriptú aliquid relinquere. Quintil. lib. 6. cap. 2. 5, Qui de arte oratoria scripsere, aliquid reliquerunt.
Sequi scripta oculis. Quintil. lib. 1. cap. 1. 3, Et hercle prælectio, quæ in hoc adhibetur, vt facilè atq; distinctè pueri scripta oculis sequantur, etiam illa, &c.
Tradere aliquid scripto. Quintil. lib. 1. cap. 5. 12, Quia exempla eorum tradi scripto non possunt.

Scriptus, huius scriptus, Idem. Gellius lib. 6. cap. 9, de Cn. Flauio, Dicitur tabulas posuisse, scriptu sese abdicasse.

Scriptito, scriptitas, pen. corr. scriptitare, Frequẽtatiuum à Scripto, scriptas frequẽtatiuo, quod in vsu non est. Cic. ad Atticum, lib. 7. 13. 1. 6, Et hæc, & siquid aliud, ad me scribas, vel potiꝰ scriptites. Idem 1. de Oratore, 73, Neque ea quisquam, nisi diu multúmque scriptitarit, etiam si vehementissimè se in his subitis dictionibus exercuerit, consequetur.

Scriptio, Verbale, Ipse scribendi actus. Cicero ad Atticum, lib. 10. 108. 2, Crebrò refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed tamen quæ impediat scriptionem meã. Varro, Auarus fœnerator spe lucri rem scriptione duplicarat. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 12. 2, Oratiúculam pro Deiotaro, quam requirebas, habebam mecú, quod non putaram: itaque eam tibi misi: quam velim sic legas, vt rẽ tenuẽ & inopẽ, nec scriptione magnopere dignam.
¶ Scriptio, Epigrãma, siue id quod scribitur, vt sit memorabile. Cic. pro Archia poeta, Quàm multas nobis imagines, verumetiam ad imitandum fortissimorum virorú expressas scriptiones & Græci & Latini reliquerũt, quas ego mihi semper in administranda Rep. proponens, animum & mentem meam ipsam in cogitatione hominum excellentium confirmabam.

Scriba, scribæ, m. g. Qui literas, vel gesta, vel tabellas, & alia quæcunque scribit nomine regis vel alterius. Festus, Scribas proprio nomine antiqui & librarios & poetas vocabant. At nunc dicuntur scribæ quidem librarii, qui rationes publicas scribunt in tabulis. Itaque quum Livius Andronicus bello Punico secundo scripsisset carmen, quod à virginibus est cãtatum, quia prosperius res Pop. Ro. geri cœpta est, publicè attributa est, & in Auẽtino ædes Mineruæ, in qua liceret scribis histrionibúsque consistere, ac dona ponere in honorẽ Livii, quia iis etiã & scribebat fabulas & agebat. Hactenus Festus. Liu. lib. 1. ab Vrbe, de Cn. Mutio loquens, Ibi quum militibus stipendium fortè daretur, & scriba cum rege sedens pari ferè ornatu multa ageret. Et paulo pòst, Scribam pro rege obtruncat. Cic. Rufo, lib. 6. 20. 1, Ad ea quæ scripsisti, cómodius equidem possem de singulis adscribere, si M. Tullius scriba meus adesset. Idẽ 5. Verr. 157, Ego de meis hoc dico, quũ in ista Sicilia pro frumento ciuitatibus pecuniam soluerem, mecú duos frugalissimos homines scribas haberem, L. Manulium, & L. Segium, non modò istas duas quinquagesimas, sed omnino nũmum nullum cuiquam esse deductum.
Scriba, Qui libros à nobis editos scribit.
Insanus scriba. Horat. 1. Serm. saty. 5. 7.
Recoctus scriba. Horat. 1. Serm. saty. 5. 11.
Scriba ærarius, Vide Aerarius.

Scriptor, scriptóris, Qui scribit, siue texit epistolã, orationẽ, librũ, opúsve aliquod. Liu. li. 1. ab Vrb. in Proœ. 1, Etsi in tãta scriptorũ turba, mea fama in obscuro sit. Donatus in Prologo Terẽtii, Indifferẽter (inquit) omnis qui aliquid scripsisset, scriptor à veteribus dicebatur. Marc. lib. 3. 10, An quæ Neroni falsus astruit scriptor? Cic. ad Atticum, lib. 7. 13. 5. 5, Qui quum scriptor luculentus esset, tantas res, atque eas quæ in omnium manus vẽturæ essent, Sestio nostro scribẽdas dederit. Idem 1. de Oratore, 76, Omnium bonarum artium scriptores ac doctores & legendi & perolutandi. Et in Oratore, 15, Vetustissimus ille scriptor & politissimus Lysias. Sic pro Archia, 18, Quàm multos scriptores rerum suarum Magnus ille Alexander secum habuisse dicitur? Item de Claris Orat. 17, Scriptor subtilis atque elegans. Idem ad Atticum, lib. 12. 24. 1. 10, Profectò illam consecrabo omni genere monimentorum ab omnium ingeniis scriptorum & Græcorum & Latinorum.
Carminum scriptores. Quintil. lib. 1. cap. 5. 8.
Belli Troiani scriptor, Homerus. Horat. 1. epist. 2. 1.
Artium scriptores. Quintil. lib. 2. cap. 13. 1.
Scriptor assiduus, Vide Assiduus.
Delyrus inérsque scriptor. Horat. 1. epist. 1. 16.
Nobilium scriptorum auditor. Horat. 1. epist. 20. 8.
¶ Scriptor, A manu seruus. Cic. 1. de Oratore, 67, Neq; precibꝰ vnquam, nec insidiando, nec speculando assequi potui, &c. ex eius scriptore & lectore Diphilo suspicari liceret.
¶ Scriptor legũ, pro Legumlatore. Cic. ad Brutum, 15. 4, Neque solum vt Solonis dictum vsurpem, qui & sapiẽtissimus fuit ex septem, & legum scriptor solus ex septem.

Scriptorius, Adiect. Quod aptũ est vt ex eo scribatur: seu quod ad scriptorẽ pertinet. vt Atramentũ scriptoriũ. Celsus lib. 6. cap. 4, Id autẽ quod subinde raditur, illini atramẽto scriptorio satis est.
Calamus scriptorius. Celsus lib. 5, de fistulis, Sed eadem medicamenta in calamum scriptorium coniicienda sunt, isque ori fistulæ aptandus, inspirandúmque, vt ea medicamenta intus cõpellantur. Idem lib. 7. cap. 11, Vel enodem scriptorium calamum in narem coniiciendum.

Scriptúra, scriptúræ, pen. prod. Id quod scribimus.
Scriptura, Compositio libri. Author ad Herennium, lib. 3, Non sum nescius quantum susceperim negotii, qui motus corporis exprimere verbis, & imitari scriptura conatus sum voces. Scriptura, id est scribendo. Idem lib. 4, Reliquum scripturæ consumetur in exemplis. Id est, eius quod scribendum est. Terent. in Prologo Adelph. 1,
Postquam poeta sensit scripturam suam
Ab iniquis obseruari, & aduersarios
Rapere in peiorem partem quam acturi sumus.
Continens scriptura, Vide Continuo.
Diurna actorũ scriptura. Tacit. lib. 3, Non apud authores rerum, non diurna actorum scriptura reperio.
Persequi scriptura, Vide Persequor.
¶ Scriptura, Stylus quo quis vtitur in scribendo. Cic. ad Trebonium, lib. 15. 21. 8, Quum verò ea quæ scriptura persecutus es, sine summo amore cogitare non potueris. Cecinna ad Ciceronem, lib. 6. 7. 5, Genus autem hoc scripturæ non modò liberũ, sed incitatum atque latum esse debere quis ignorat?
Leuis scriptura, Vide Leuis.
¶ Scriptura, pro Vectigali quod percipitur è pascuis: vel ipsa ratio eorũ qui præsunt huiusmodi vectigalib⁹. Et tam ii, quàm qui portus aut portoria curabant, vectigalia describẽtes, aut colligentes: magistri scripturæ & portus dicebãtur. Scriptura eiusmodi hodie est eorum mancipũ, qui glandiarios & pascuos saltus redimunt. Plaut. Trucul. 4. 40,
Nam aduersum legem à me ob meã scripturã pecudem accipi,
Fieríque. A. Idem quod tu facis, facitũ rẽ malè gerentes: vbi nõ Est scriptura, vnde dent, incusant publicanos. Cic. ad Atticũ, lib. 11. 21. 8. 1, Publius Terentius meus necessarius operas in portu, & scriptura Asiæ pro magistro dedit. Idem pro Lucio Flacco, 14, Mirãdum verò est homines eos quibus odio sunt nostræ secures, nomen acerbitati: scriptura, decumæ, portoriũm, mortilibenter arripere facultatem lædendi. Idem 4. Verr. 115, In scriptura Siciliæ pro magistro est quidam L. Carpinatius. Ibidem, Portum autem, & scripturas eadẽ societas habebat. Idem ad Sibium, lib. 13. 66. 1, Cum P. Terentio Hispone, qui operas in scriptura pro magistro dat, mihi summa familiaritas consuetudóque est. Item pro Lege Manilia, Nam quum hostium copiæ non longè absint, etiam si irruptio nulla facta sit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deseritur, mercatorum nauigatio conquiescit. Scripturam posuit pro eo quod ex pascuis publicis pensitatur. Ita neque ex portu, neque ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest. Asconius, Mũcipes, sunt publicanorũ principes, Romani homines, qui quæstus sui causa, decumas redimunt, qui portoria aut pascua publica: quorum ratio, scriptura dicitur. Ex Budæo.
Magister scripturæ, qui vectigalia describebat. Cl. Attico, Magister scripturæ & portus quidam Lucius Carpinatius. Idem 5. Ver. 142, Misit in Siciliã literas ad Carpinatium, quũ esset magister scripturæ & sex Publicanorũ. Et 4. 111. Vide Magister.

Scripturarius, scripturarii, Idem quod Magister scripturæ. Scripturarii dicebãtur à Nonio & Festo, ii qui mancipum rationes faciebant: quales hodie sunt quos *clericos* & *commissarios* vocant octauanorum & vicesimanorum. Ex Budæo.
Scripturari⁹ ager dicitur in quo vt pecora pascantur certũ æs est, quod publicanus scribẽdo cõficit rationẽ cũ pastore. Festus.

SCRIBONIVS Aphrodiseus, Orbilii seruus atq; discipulus, mox à Scribonia Libonis filia, quæ prius Augusti vxor fuerat, redẽptus & manumissus. Huius meminit Tranquillus.

Scrinium, scrinii, A secernendo, Dicitur locus in quo seruãtur pretiosa ac secreta. Plin. epist. 100. b. lib. 5. Visus est sibi per nocturnã quietem lacẽre in lecto suo, cõpositus in habitu studẽtis,

habere ante ſe ſcrinium, ita ſolebat. Idem epiſt. 147. f, Nam in ſcrinio eius datus à Caro de me libellus inuentus eſt. Plinius maior lib. 7. cap. 25. 3, Captis apud Pharſaliam Pompeii Magni ſcriniis epiſtolarũ. Ibidem, cap. 29. 1, Inter ſpolia Darii Perſarum regis vnguẽtorum ſcrinio capto, quod erat auro, gemmiſque ac margaritis preciosum. Idem lib. 13. cap. 1. 2, Alexander cepit ſcrinium vnguentorũ. Horat. 1. epiſt. 1. 13, -& prius orto Sole, vigil calamum, & chartas, & ſcrinia poſco.

Librariorum ſcrinia. Catull. ad Caluum, 14. 4.

Clauſa ſcrinia. Propert. lib. 3. eleg. 6. 3.

Compilare ſcrinia alicuius. Horat. 1. Serm. ſaty. 1. 24.

Retegere ſcrinia. Iuue. Saty. 6. 18.

Scriptito/Scriptura/ Vide **Scribo.**

Scrobs/ ſcrobis, generis tam maſculini quàm fœminini ſecundum Priſcianum: Seruio tamen maſculini potius. Sunt autem ſcrobes, foſſiones vt putei vel ſouex intra terram manufactæ ad vineas vel arbores conſerendas, vel ad metalla & quæcunque alia fodienda. Columella, Ante annum quàm poma diſponere velis, ſcrobes fodito. Idem lib. 4. cap. 1, Nimium me profundos cenſuiſſe fieri ſcrobes. Ibidẽ, Cõtenti bipedanea ſcrobe. Ibidem, Minorem bipedanea ſcrobem cõparat. Ibidem, Melius conſurgunt altióribus denuſſa ſcrobibus: nam bipedanei etiã prouincialibus agricolis vix approbari poſſunt. Idem lib. 4. cap. 15, Ex alto ſcrobe ſubmerſa perducitur ad vacantem palum. Cæſar 7. bel. Gall. 191, Ante cippos obliquis ordinib⁹ in quincuncem diſpoſitis, ſcrobes trium in altitudinem pedũ fodiebantur. Plin. lib. 9. cap. 51. 8, Mus marinus in terrã ſcrobe effoſſa, parit oua, & rurſus obruit terra.

Repletæ ſcrobes. Virg. 1. Georg. 47.

Subactæ ſcrobes. Virg. 1. Georg. 10.

Inuertere ſcrobes oleis, Vide **Inuerto.**

¶ Scrobis, etiã in nominatiuo dicitur. Colu. lib. 5. cap. 6, Sed arboris manitandæ cauſa ſcrobis viuiradici fieri debet latus pedũ duorum. Ibidem, cap. 10, Sed ſcrobis clibano ſimilis fiat.

Scrobiculus, ſcrobiculi, penul. corr. m. g. Diminutiuum. Plin. lib. 11. cap. 5. 5, Atque ita in ſcrobiculis ſeruntur, heminis ſacis circunfuſis. Colu. lib. 4. cap. 15. 2, Et id quod à matre abſciſſum recens erit, confeſtim altè circunfoditur, & ſcrobiculo facto ad imum ſõlum præciditur. Idem lib. 5. cap. 6. 7, Ac nè radices altius agant, oportebit non maximos ſcrobiculos, ſeſquipede inter ſeſe diſtantes fodere. Sic lib. de Arboribus, cap. 30.

Scrofa/ ſcrofæ, Quæ multos peperit porcos: tamen etiam pro porca ipſa peculiariter ſumitur. Varro 1. de Re ruſt. cap. 4, Scrofa in ſua quæq; hara, ſuos alat oportet porcos. Plaut. Capt. 13. 40, Eorum ſi conſquam ſcrofam in publico conſpexero, Ex ipſis dominis, meis pugnis exculcabo furfures. Colum. lib. 7. cap. 9. 2, Scrofæ probantur longiſſimi ſtatus, & vt ſint reliquis membris ſimiles deſcriptis verribus. Sic Plin. lib. 28. cap. 11. 12.

Candida ſcrofa. Iuue. Saty. 12. 8.

Scroſipaſcus, ſcroſipaſci, m. g. Qui paſcit ſcrofas. Plaut. Capt. 13. 38, Tum piſtores ſcroſipaſci qui alunt furfure ſues.

SCROFA Tremellius ponitur in lib. 2. cap. 4, Varronis de Re ruſtica, vbi de auo ſuo, Auus (inquit) meus primùm appellatus eſt Scrofa: qui Quæſtor quũ eſſet Licinio Neruæ Prætori, in Macedonia prouincia relictus, qui præeſſet exercitui, dum Prætor rediret, hoſtes arbitrati occaſionem ſe habere victoriæ, impreſſionem facere cœperunt in caſtra. Auus quum hortaretur milites vt caperent arma, atque exirent contra: dixit celeriter ſe illos, vt ſcrofa porcos, diſiecturum. id quod fecit. Nam eo prælio hoſtes ita fudit, ac fugauit, vt eo Nerua Prætor, imperator ſit appellatus: & auus cognomen inuenerit vt diceretur Scrofa. Itaque proauos: & ſuperiores, de Tremelliis nemo appellatus Scrofa. Nec minus ſeptimus ſum deinceps Prætorius in gente noſtra. Hactenus Varro.

Scrofula/ ſcrófulæ, pen. cor. Quid morbi ſit, vide **Struma.**

Scrofulas dici à ſcrofa ſue, palàm eſt: quoniam eas Græci ab eiuſmodi bruto χοιράδας appellarunt. Solenne eſt Francorum regibus, eas ſola manuum attrectatione fideliter curare.

Scrotum/ ſcroti, Pellis quæ teſticulos continet. Vide Celſum lib. 7. cap. 19. & cap. 20. vbi frequenter hanc vocem vſurpat.

Scrupus/ ſcrupi, m. g. Lapillus breuis, qui preſſus ſolicitudinẽ creat. Feſtus, Scrupi dicuntur aſpera ſaxa & difficilia attrectatu.

Scrupũ luſus, apud Quintilianũ libro 11. cap. 2, Scæuola, inquit, quum in ludo duodecim ſcruporum calculum prior promouiſſet. Cic. 1. de Oratore, 109, Pila bene, & duodecim ſcrupis ludere. Huius ludi meminit Ouidius 3. de Arte, 73, vbi inquit, Eſt genus in totidem, &c.

¶ Scrupus, Ænigma ſignificat apud Gellium lib. 11. cap 6. Vide Scirpi apud Gellium, in dictione **Scirpus.**

Scrupóſus, pen. prod. Plenum ſcrupis. Lucanus, lib. 5. 135, Scrupoſiſque anguſta vacant vbi littora ſaxis Impoſuit terræ.

Ratio ſcrupoſa. Lucret. lib. 4. 107.

Scrupeus, Adiectiuum, Lapilloſus. Virg. 6. Æneid. 48, Spelunca alta fuit, vaſtoque immanis hiatu Scrupea tuta lacu nigro.

Scrúpulus, ſcrúpuli, pen. corr. m. g. Diminutiuum, Propriè lapillus breuis & aſper, qui in calceo latens, plerunque nos lædit. nam preſſus pede, ſolicitudinem creat.

¶ Scrupulus, pro Solicitudine, dubitatione & difficultate aliquando ponitur. Vnde Iniicere ſcrupulum, & Eximere ſcrupulo aliquem dicimus. Terent. Phorm. 5. 9. 30, Ea mortem obiit, è medio abiit: qui ſit in re hac ſcrupulus? Id eſt, Quid dubitationis in hac re?

Sine ſcrupulo. Columel. lib. 5. cap. 11. 1, Si verò etiam ſimilem fructũ, & eodem tẽpore affert: ſine ſcrupulo egregiè inſeritur.

Odioſus ſcrupulus, Vide Odioſus in **Odium.**

Aculei & ſcrupuli. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 3, At domeſticarũ quidem ſolicitudinũ aculeos omnes & ſcrupulos occultabo.

Euellere & eximere ſcrupulum. Cic. pro Roſ. Amer. 4, Hũc ſibi ex animo ſcrupulũ qui ſe dies, nocteſq; ſtimulat, ac pũgit, vt euellatis poſtulat. Plin. epiſt. 94. b, Exime hunc illi, exime hunc mihi ſcrupulũ: ſine me ſuauitate eius, ſine lepõribus perfrui. Cic. Attico, li. 5. 200. 4, Deinde exhaurimea mãdata: eximeque quoad potes, de illo domeſtico, ſcrupulũ, quem non ignoras.

Iniicere ſcrupulum. Terent. Phorm. 5. 8. 61, Monſtri, ita me di amẽt, ſimile. r. inieci ſcrupulum. Idem Adelp. 2. 1. 19, -timet, Inieci ſcrupulum homini. s A. ô ſcelera, illuc vide Vt in ipſo articulo oppreſſit.

Iniicere ſcrupulum & dubitationem. Cic. pro Cluẽtio, 60, Hic tum iniectus eſt hominibus ſcrupulus & quædã dubitatio quidnam eſſet actum.

Scrupulus vnus reſtat. Terent. And. 5. 4. 38, At mihi vnus ſcrupulus etiam reſtat, qui me malè habet.

¶ Scrupulus, ſiue Scrupulũ, ſcrupuli, Nomen ponderis, Latinè obolus dicitur, & ſex ſiciliqui conficiebatur, & ex tribus ſcrupulis drachma. Denarium noſtrum valet. Valerius Max. lib. 4, De paupertate, Eadem gens nullũ antè ſcrupulum auri habuit. Cic. ad Atticum, lib. 4. 86. 4, Etiam illud iam cognitum eſt, neque argenti ſcrupulum eſſe vllum in illa inſula, neque vllam ſpem prædæ, niſi ex mancipiis. Ex Budæo. Martial. lib. 4. 44, Ergo nec argenti ſex ſcrupula Sextiliane, &c.

Scrupulus etiam ſcribitur à nonnullis. Quid. de Medicamine faciei, 18, Quinque parant marathri ſcrupula, myrrha nouem.

¶ Scrupulus, etiã menſura eſt in metiendis terris. Varro lib. 1. De Re ruſt. cap. 10. 1, Ab hoc principio menſores nonnunquam dicunt in ſubciſiuum eſſe vnciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud, quũ ad iugerum peruenerunt, id habet ſcrupula ducenta octoginta octo. Colum. lib. 5. cap. 1. 8, Igitur, vt diximus, iugerũ habet quadratorum pedum viginti octo millia, & octingentos: qui pedes efficiunt ſcrupula ducenta octoginta octo. Vt autem à minima parte, id eſt ab dimidio ſcrupulo incipiã, pars quingẽteſima ſeptuageſima ſexta pedes efficit quinquaginta, id eſt iugeri dimidiũ ſcrupulum: pars ducenteſima octogeſima octaua pedes centum, hoc eſt ſcrupulum: pars centeſima quadrageſima quarta, pedes CC L X, hoc eſt ſcrupula duo.

Scrupulóſus, penult. prod. Adiectiuum, Plenum ſcrupulis. Plautus Capt. 4. 81, Nam mens ſcrupuloſam victus commeat viam. Sic Scrupuloſæ cotes, apud Ciceronem 4. Tuſcul. 50. Et apud Plinium lib. 15. cap. 23. 3, Cæteræ ſuum pabulo gignuntur, ſcrupuloſæ corticis. De caſtaneis.

Scrupuloſus, Solicitus & anxius. Plin. epiſt. 49. b, Miraris quod totvolumina, multáque in his tam ſcrupuloſa homo occupatus abſoluerit. De Plinio auunculo.

Scrupuloſiſſima ſaltatio. Colum. in Præfat. lib. 1. 4, Nec minus corporis geſticulatorem ſcrupuloſiſſimæ requirant ſaltationis, ac muſicæ rationis ſtudioſi. Id eſt, quæ anxiè & cum cura & ſtudio exercetur.

Scrupuloſa diſputatio. Quintil. lib. 9. cap. 1.

Ventorum paulò ſcrupuloſior obſeruatio. Plin. lib. 18. ca. 35. 1.

Scrupuloſè, pen. prod. Aduerbium. Columella lib. 9. ca. 8. 5, At quæ dono vel aucupio contingunt, minus ſcrupuloſè probantur. Id eſt, minus anxiè. Plinius lib. 8. cap. 14. 2, Cæterorũ animalium quæ modo connecta vndique Italiæ contigere ſæpius, formas nihil attinet ſcrupuloſè referre.

Minutius & ſcrupuloſius ſcrutãtur omnia. Quintilianus lib. 5. cap. 14. 11.

Scrupulóſitas, pen. corr. ſcrupuloſitãtis, Anxietas, difficultas. Colu. libro 11. cap. 1. 18, In hac autem ruris diſciplina non deſyderatur eiuſmodi ſcrupuloſitas.

Scrupulâris,& hoc scrupulâre,pe.pro.Quod ad scrupulum numerum pertinet.Plin.lib.33.cap.8.4, His coticulis periti, quum è vena vt limæ rapuerint experimentum,protinus dicunt quantum auri sit in ea, quantũ argẽti vel æris,scrupulari differẽtia.

Scrupulâtim,pen.prod.Aduerb.Per scrupula. Plin.lib.11.cap.14.11,Scrupulatim quidem colligere ac miscere vires, non coniecturæ humanæ opus,sed impudentiæ est.

Scruta/scrutorum,plu.num.Atritæ vsu vestes,dimidiatæ strigiles,& iumentorum soleæ, refixi claui, idque genus alia, quæ vilissimi proxenetæ vxnalia habent,quos antiqui scrutarios appellabant.Cælius lib.Antiquitatum 10.ca.56, Verbo scruta,veteramenta omnifaria significari puto,quæ cum vsu iam detrita sint,pretio item deminuta censentur. Hinc significanter ab Horatio vilitatis appositio expressa,præmõstrataq; sũt.Is 1.epist. 7.13,sic ait,Vilia vendentem tunicato scruta popello.Ex qua origine factũ vt scrutaria dicantur vilissima quæque . Quod vt sentiam,Lucilius facit apud Gellium Noctium Atticarum lib.3, Quidnis & scruta quidem vt vendat,scrutarius laudat

Præfractam strigilem, soleã improbus dimidiatam. Sidonius item Apollinaris vocabulũ in Centuriis allegisse videtur,Nũc, inquit,friuola quædam,nunc ludo apta virgineo scruta donabat. Quo in loco sunt qui imagunculas puerilesoperis dulciarii scruta posse accipi,augurentur. Ad hæc quæ de scrutorum significantia pronunciauimus , planè allusit Apuleius fabulæ Græcanicæ lib.4,Enimuero vos bonæ frugi latrones inter furta parua atque seruilia timidiculè per balneas & aniles cellulas reptantes,scrutariam facitis.Hæc Cælius.Quidam scribunt scutra,per e ante postremam vocalem a.

Scrvto/scrutas.vel Scrutor,scrutâris,scrutari,Inquirere.Plaut. Aulul.14.13,Iam scrutari mitto,redde huc. Idem Amphit.14. 50,Scrutabor.cho dic mihi,quis videor?

Ignem gladio scrutari.Horat.1.Serm.saty.3.55.

Scrutari vestigia domini sui dicitur canis.Plin.lib.8.ca.40.6, Scrutatur vestigia atque persequitur,&c.

Orbem scrutari.Plin.lib.5.cap.1.8,Polybius annalium conditor ab eo accepta classe , scrutandi illius orbis gratia circunuectum prodidit,&c.

Fretum scrutari.Lucan.lib.3.154.

Ferro scrutantes abdita terræ.Lucret.lib.6.163.

Scrutari tabellarios.Pollio ad Ciceronem,lib.10.31.1, Tamen nequaquam tanta in mora est,quanta qui locis omnibus dispositi ab vtraque parte scrutantur tabellarios & retinent.

Excutere & scrutari.Ci.pro Ros.Amer.59,Nõ excutio te siquid fortè fieri habuisti:non scrutor,nihil ad me arbitror pertinere. Idem ad Q.fratrem, lib.1.1.16, Neque enim mihi sanè placet, præsertim quum ii mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint,scrutari te omnes sordes, excutere vnumquenque eorum.

Arcanum alicuius scrutari.Horat.1.epist.19.8.

Mentes deũm scrutantur in exitis.Ouid.15.Metam.18.

Scrvtâtor,pe.pro.Verbale. vt Pallid' scrutator auri.Luca.li.4.61.

Profundi scrutatores.Stat.3.Syl.2.17.

Quódque legit mersus pelagi scrutator Eoi.Stat.3.Syl.3.19.

Scrvtinium,scrutinii,Inuestigatio.Apuleius lib.9.Postremum magistratibus placuit obstinatè denegantem scrutinio detegere.

Sculnam/ pro Sequestro veteres vsurpauere, quasi seculnam: quo verbo vsus est Varro.

Sculpo/sculpis,sculpsi,sculptum, sculpere, Cædẽdo imaginem aliquam effingere.Plin.lib.36.cap.4.1,Marmore sculpendo primi omnium inclaruerunt Dipœnus & Scyllis , geniti in Creta insula.Alii legunt scalpendo.

Ebur sculpsit mira arte.Ouid.10.Metam.50.

Scalpo , non Sculpo dici debere , author est Diomedes . Vide in dictione **Scalpo.**

Sculptus,Participium:vt Animalia sculpta.Lucan.lib.3.45.

Sculptor,sculptoris,m.g.Qui sculpit.Plin.lib.36.cap.5.1, Iam fuerãt in Chio insula Malas sculptor,dein filius eius Micciades,&c. Idem lib.10.cap.13.9,Sculptores & pictores vtuntur.Alii legunt scalptores.

Sculptura,sculpturæ,Est quæ auro,argento,ære,ferro, ligno,ebore,marmore,vitro,gemmis opera nostra efficit.Plin.lib.16.cap. 40.9,Habent in sculpturis facilitatem. Sic lib.35.cap.11.6.

Sculptilis,& hoc sculptile,pen.corr.Adiectiuum: vt Opus sculptile.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.6,

Signa quoque in sella nostra formata curuli,

Et totum Numidæ sculptile dentis opus. Numidam dentem vocat ebur è dente elephanti Numidici. Constat autem sellam curulem fuisse eburneam.

Sculponea/sculponeæ,Calceus ex lana cõfectus. Plaut.Casin. 2.59, -qui quæso potius quàm sculponeas,

Quibus batuatur tibi os? Næuius, Sculponeis batuenda sunt latera. Cato cap.59,scribit sculponeas bonas alternis annis dari oportere familiæ rusticanæ.

Sculponeãtus,pen.prod.Adiect.Sculponeis indutus. Varro,Aspicio sculponeatam,bigas sequi cornutas.

SCVROVM,Germaniæ verbi, Ptolemæo authore lib.2.cap.11.Vulgò **schmeer.**

Scurra/scurræ,m.g. Qui risum ab audientibus captat,non habita verecundiæ ratione aut dignitatis. Plaut.Trin.4.111,

-nihil est profectò stultius,

Neque stolidius,neque mẽdaciloquius,neque argutum magis,

Neque confidẽtiloquius,neque periurius,quàm vrbani assidui

Ciues,quos scurras vocant,atque epomet me adeò cum illis

Vnà ibidem traho,qui illorum verbis falsis acceptor fui,

Qui omnia se simulant scire,ne quicquam sciunt:

Quod quique in animo habent,aut habitari sunt,

Sciunt.id quod in aurem rex reginæ dixerit,sciunt:quod

Iuno fabulata sit cum Ione.quæ neque futura,neq; facta sunt,

Tamen illi sciunt.falsõne an verè laudent,culpent quẽ velint,

Non floccifaciunt,dum illud quod lubeat sciant. Idem Epid. 2.13,Vix adipiscendi potestas modò fuit.T.scurra es. Cic.ad Papyrium Pætum,lib.9.20.1,Dupliciter delectatus sum tuis literis, & quòd ipse risi,&quòd te intellexi iam posse ridere.me autem à te,vt scurram velitem,malis oneratum esse,non molestè tuli. Idem pro Quintio,31,Memini, vetus est, de scurra multo facilius diuitem , quàm patremfamiliâs fieri posse. Item, Quoniam frequentissimè vsus est iocis,& nocentissimos sæpe hoc dicendi genere tutatus est , scurra ab inimicis suis est dictus. Et 5.Verr.114,Albã habebo iudicem,eũ hominem,qui se ipse scurram improbissimum existimarivult,qui à scurris potius semper gladiator,quàm scurra appellatus sit. Idem pro Cluentio,19.

Fugitiuus scurra.Iuuenalis Saty.13.11.

Non parum facetus scurra,Vide **Hon,** aduerbium.

Insidus scurra.Horat.1.epist.19.1.

Vagus scurra.Horat.1.epist.16.1.

Scurra dictus est,vt quidam volunt,à sequendo, quòd id genus hominũ,sequi soleat opulẽtiores,aliquid promerẽdi causa.

Scurrilitas, pen.corr. scurrilitãtis, Vitium vrbanitati oppositum, Turpis & procax dicacitas.

Scurrilis,& hoc scurrile, pen. prod. Ridiculum cum turpitudine. Cic.1.de Oratore,131,In quo nõ modò illud præcipitur, nequid insulsè,sed etiam siquid perridiculè possis, vitãdum est oratori vtronque,ne aut scurrilis iocus sit,aut mimicus.

Dicacitas scurrilis & scenica.Quintil.lib.6.cap.3.10.

Scurrilis strepitus.Author Philomelæ,7,

Pica loquax varias modulatur gutture voces,

Scurrili strepitu,quicquid & audit,ait.

Scurriliter,pen.corr. Aduerbium, Procaciter.Plin.epist.90, Quid hunc putamus domi facere,qui in tanta re,tam serio tempore, tam scurriliter lodat?

Scurror,scurraris,scurrari,Scurram agere.Horatius 1. epist.18. 4, Scurror ego ipse mihi,populo tu.

Scurrans,scurrantis,Scurriliter agens. Horat.1.epist.19.1,Scurrantis speciem præbere professus amicum. Hoc est,turpiter adulãtis.Porphyrio.

Scutella/Vide **Scutum.**

Scutica/scuticæ,pen.corr.Flagellum ex pelle.Martia.lib.10.61, Scuticáque loris horridis Scythicæ pellis,

Qua vapulauit Marsyas Celenæus.

Habenis scuticæ tremefactus.Ouid.epist.9.17.

Rubere scutica.Iuuenalis Saty.6.48, -hic frangit ferulas,rubet ille flagellis, Hic scutica.

Dignus scutica.Horat.1.Sermo.saty.3.14, - ædist

Regula,peccatis quæ pœnas irroget æquas:

Ne scutica dignum horribili sectere flagello.

Scutilum/scutili,Tenue ac macrum,in quo tantùm exilis pellicula cernitur.A *σάυτη*.Sipontinus.

Scutriscum/scutrisci, Vasis genus apud Catonem, cap.11.2, à scutra verbo Græco deriuatum.

Scutum/scuti,Clypeus.Dictũ *ἀπὸ τῆ σάυτη*,id est à pelle,quòd non sine pellibus fiat,inquit Festus.Plin.li.35.ca.3.1,Scutis enim qualibus apud Troiam pugnatum est,cõtinebantur imagines. Cæsar 5.bel. Gall.165, Quo percusso & exanimato, hunc scutis protegunt hostes, & in illum vniuersi tela coniiciunt. Cic. pro Cecinna,31,Etsi non solùm impulsu scutorum,neque conflictu corporum. Idem 2.Tuscul.93,Ignauus miles ac timidus simulac viderit hostem abiecto scuto fugiat quantum possit.

Scutorum impulsus,Vide **Impello.**

Fulgentia scuta.Virg.8.Æneid.133.

Longa scuta.Virg.8.Æneid.133. Ouid.6.Fast.79.

Scuta auro exlare, Vide Exclo.
Incumbere in scuta, Vide Incumbo.
Reclinare scuta. Virg.11. Æneid.26.
Scuto vitare periculum. Cæsar 1.bel.Ciuil.151.

Scutarius, scutarii. Qui scutorum curam habet, vel qui scuta facit. Plau. Epid.2.35. Id modò videdũ, vt materies suppetat scutariis.

Scutarius, Adiectiuũ, Quod ad scuta pertinet. Vnde Vegetius lib. 2. In Romana militia habebant fabricas scutarias & loricarias, quibus armorum genera formabantur.

Scutàtus, pen.pro. Aliud adiectiuum. Scuto tectus & munitus. Cic. 1.Philipp.105. Agmine quadrato cum gladiis sequũtur scutati milites, sicas portari videmus. Liu.8.bel.Pun.6. Erãt in Celtibero cum exercitu quatuor millia scutata, & ducẽti equites. Sic Virgilius 9. Æneid.27.

Scútulum, scútuli, pen.corr. Diminutiuum. Cic.1.de Nat.deor.111. Cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cũ calceolis repãdis.
Scutulis vestes diuidere Gallia instituit. Plin.lib.8.cap.48.6.

Scútula, scútulæ, pen.corr. Vasis genus concauum. Mart.lib.8.65. Bessalem ad scutulam sexto peruenimus anno. Idem lib.11.31.
Sic implet gabatas, paropsidásque,
Et leues scutulas, cauásque lances.

¶ Scutula, Forma rotunda, quales aranea contexit Sipõtinus.
¶ Scutula, Serpentis genus in Africa. Sipontinus.
¶ Scutula in arboribus amplastratis. Plin.lib.17.cap.16.1, Emplastri ratio & ipsa ex inoculatione nata videri potest. Crasso autem maximè cortici conuenit, sicut est ficis. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum nocent, nitidissima in parte, quáq; præcipua cernatur hilaritas, exempta scutula (ita ne descendat vltra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par cum sui germinis mamma, sic compage densata, cicatrici vt locus non sit, & statim vnitas fiat, non humorem, non afflatum recipiens.

¶ Scutula, Hasta teres, qua lina tundantur. Quapropter & exigua hastula in qua Lacedæmonii membranam inuoluentes, literas scribebant, scutula vocabatur. id genus erat fortiuarum literarum. nã reuoluta ex trunco membrana, literas truncas, mutilásque reddebat, membráque earum spargebat in partes diuersissimas, adeõ vt non nisi implicata in eodem surculo membrana, legi posset. Hæc Sipõtinus. Rectius dicitur Scytala. Vide Gellium lib.17.cap.9.

Scutella, scutellæ, Diminut. Genus vasis concaui, rotundi, quo minutal ex carne vel oleribus in mẽsam exhibebatur. Cic.3.Tusc. 79, Eripiamus huic ægritudinẽ. Quomodo: collocemus in culcita plumea, psaltriam adducamus, hedychrum incẽdamus, demus scutellam dulciculæ potionis, aliquid prouideamus & cibi.

Scutulâtus, pen.prod. Adiectiuum, Forma rotunda factum, quale aranea texit. Plin.lib.11.cap.24.3, Quanta arte exlat pedicas scutulato rete grassantes, &c.

Scutulata vestis, à scutula quando vasis genus est, quæ habet quosdam orbes vel circulos, quasi scutulis distincta. Nam sicut diuersos colores picturæ Babylonii, plurimis verò liciis Alexandrini texere, quæ polymita appellant: ita Galli scutulis vestes diuidere, quæ scutulata dixerunt, instituêre. Plin.lib.8.cap.48.1, Istriæ, Liburniæque pilo propior quàm lanæ, pexis aliena vestibus, & quam sola ars scutulato textu commendat in Lusitania. Iuuenal.Sat.1.10, Cærulea indutus scutulata, aut galbana rasa.
Scutulatus color, apud Palladium in mense Martio, cap.13, Colores (inquit) hi præcipui, Albineus, russeus, murteus, ceruinus, gilbus, scutulatus, albus, guttatus, candidissimus, niger, pressus. De coloribus equorum loquitur.

SCYATHOS, insula est cum oppido in Ægæo mari prope Thraciam, vt scribit Pomponius Mela lib.2.

SCYLACEVM, Vide SCYLETIVM.

SCYLACE, pen.corr. vrbs circa Cyzicum. Pomponius lib.2, Placia & Scylace, paruæ Pelasgorum coloniæ.

SCYLATIVM, Brutiorum ciuitas, authore Ptolemæo lib.3.cap. 1. Scyletium hodie. Vulgò Schilazo.

SCYLAX Cariandeus (Carianda enim, Cariæ ciuitas est) mathematicus & musicus, scripsit circuitum, mensúramque maris extra columnas Herculis, telluris item, præterea Antigraphen ad historiam Polybii. Suidas.

SCYLETIVM, Straboni lib.6, Athenienſium colonia, eorũ qui Mnestei comites fuere: hoc tempore Scylatiũ vocatur: Virgilio vero Æneid.111, Scylacæũ, Cauloníque arces, & nauifragũ Scylacæum. Valerius 3.Argon.8, Spumosúmque legunt fracta Scylacæum ab vnda.

Scylla/Herba, Vide Scilla.
¶ Scylla, Auis Plinio lib.37.cap.10.17.
¶ Scylla, Piscis. Plin.lib.31.cap.11.9.

SCYLLA, Saxum in mari, periculosum mare faciens nautis: vnde est illud, Decidit in Scyllam, cupiens vitare Charybdim.
Scyllæ duæ fuerunt: Vna, Nisi Megarensium regis filia fuit: contra quos dum deuictis iam Athenienſibus pugnaret Minos, propter filii Androgei interitum, quem Athenienſes & Megarenſes dolo necauerant, amatus est à Scylla Nisi filia: quæ vt hosti posset placere, comam purpuream parenti abscissam ei obtulit: quam Nisus ita habuerat consecratam, vt tãdiu regno potiretur, quandiu illam habuisset intactam. Postea & Scylla à Minoe contempta, dolore in auem cirin, quæ & alauda dicitur, conuersa est: & Nisus extinctus, deorum commiseratione in halyæti auis mutatus est formam. Ouid.
Filia purpureos Nisi furata capillos,
Puppe cadens nauis facta refertur auis. Virg.1.Georg.81, Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo. Vide fabulam apud Ouidium 8.Metam. Altera fuit Scylla Phorci filia, quæ versa fertur in saxum, cui nomen est Scylla, in mari periculosum. Vide Ouidium 14.Metam. non ita procul ab initio.
Euitata Charybdi incidere in Scyllam, Hoc est vitato grauiori malo, in alterum diuersum incidere. Seruius indicat Scyllam Phorci & Creteidos Nymphæ filiam. Hanc quum amaret Glaucus, Circe quæ illius amore tenebatur, quòd eum in Scyllã propensiorem esse videret, fontem in quo Nympha lauare cõsueuerat, magicis venenis infecit. In quem quum illa descendisset, pubetenus in varias mutata est formas. Nam id Circe peculiare, in ferarum figuram homines vertêre. Horrens itaque suam deformitatem, sese in mare præcipitẽ dedit, ac fabulæ præbuit argumentum. Hanc postea Glaucus deam marinam fecit: quæ classem Vlyssis & socios euertisse narratur. Virg.6.eclog.15,
Quid loquar, aut Scyllam Nisi, quam fama secuta est,
Candida succinctam latrantibus inguina monstris,
Dulichias vexasse rates: &c. De rei veritate diuersa est scriptorum opinio. Salustius putat esse saxum in mari prominens, quod procul viſentibus muliebrem formam imitetur, in quod illisi fluctus, quoniam & luporum ciulatũ, & canum latratum videntur imitari, finxerunt illam à pube huiusmodi feris succinctã esse. De Charybde verò narrant poetarum fabulæ hãc fœminam fuisse voracissimã, quæ quòd Herculis boues rapuisset, à Ioue fulmine icta, in mare præcipitata est, & in huiusmodi versa est monstrum, quod adhuc pristinam seruat naturam. Absorbet enim vniuersa: quæque absorbuerit, ea circa Tauromenitanum egerit litus, vt Salustius est author. Vnde tanquam prouerbio seorsum vorax, & auiditatis nonnquam satiatæ, Charybdim appellat Horatius 1.Carm.ode 17.4, -ah miser
Quanta laboras in Charybdi,
Digne puer meliore flãma. Seruius ait Scyllam in Italia esse, Charybdim in Sicilia. Virgilius lib.3.Æneid.84. transitum hũc inter duo pericula angustum eleganter describit, cum ait,
Hæc loca vi quondam vasta conuulsa ruina,
(Tantum æui longinqua valet mutare vetustas)
Dissiluisse ferunt, quum protinus vtraque tellus
Vna foret: venit medio vi Pontus, & vndis
Hesperium Siculo latus abscidit, aruáque & vrbes
Littore diductas angusto interluit æstu:
Dextrum Scylla latus, lævum implacata Charybdis
Obsidet. Plura in Erasmi Chiliad. Cicero 7.Verr.114, Non enim Charybdim tã infestam, neque Scyllam nautis, quàm istũ in eodem freto fuisse arbitror.
Cærulea Scylla. Virg.5.Æneid.15.
Informis Scylla. Virg.3.Æneid.87.
Rapax Scylla. Ouid.7.Metam.13.
Vorax Scylla. Catul. Argon.59.31.
Propertius ex ambabus vnam fecit, lib.4 eleg.4.8, quum ait,
Quid mirum in patrios Scyllam sæuisse capillos,
Candidáque in sæuos inguina versa canes? Lucret. lib.5.179,
Aut rapidis canibus succinctas semimarinis
Corporibus Scyllas.
Biformes Scyllæ. Virg.6.Æneid.57.
Scyllæus, Adiectiuum: vt Monstra Scyllæa. Stat.5.Syl.3.57.
Rabies Scyllæa. Virg.1.Æneid.41.
Littora Scyllæa. Ouid.15.Metam.141.
Vndis Syllæis clauditur Italia. Lucan.lib.2.87.

SCYLLAEVM, Promontorium in Peloponneſo, vt Plinius, Strabóque lib.6, testantur. sed sinu Argolico iuxta Hermionem, quò Scylla Nysi filia fluctibus eiecta creditur. Est & oppidũ Brutiorum in Italia, vt est author Pomponius Mela lib.2.

SCYLLIAS, Herodoto lib.8, vir quidam Scionæus, omnium ea tempestate hominum optimus vrinator, qui etiam in naufragio ad Pelium facto, multam pecuniam Persis seruauit, multa & sibi lucratus est. hunc Pausanias Scyllin vocat, de quo inquit, Scyllis Scionæus homo cũ Cyane filia classis Persicæ, qua Xerxes Græciæ bellum intulerat, anchoras natando vrinandóque

præsidit ad Pelium montem & Sepiada Magnesiæ: idque signum in Apollinis templo positum ab Amphictyonibus, quod erat commune Græciæ concilium, à Nerone principe Romã translatum.

SCYLLIS, frater Dipœni. De quo in dictione DIPOENVS.

SCYLLVS, Scylluntis, oppidum Achaiæ, vt scribit Strabo, quo Xenophon donatus est à Lacedæmoniis.

SCYLLVRVS, pen. prod. nomen viri proprium, qui, vt Plutarchus author est, quum relictis maribus filiis octoginta, dié esset obiturus, hastilium fascem cuique obtendens, vt illum confringerent iubebat. Id autem singulis se posse negantibus, ipse singillatim educta hastilia omnia facilè confregit. Ita docens illos, vbi vnà esse perseuerarent, firmos ac potentes fore: imbecillos autem, si separarentur ac dissiderent.

Scymnus/scymni, significat leonis catulum, vt aliarum ferarum scylacis, Iulio Polluce authore. Lucretius lib. 5. 108, At catuli pantherarum, scymnique leonum.

SCYMNVS, Nomen viri proprium.

Scyphus/scyphi, m. g. Vasis potorii genus, quo veteres vsi sunt in conuiuiis. Virg. 8. Æn. 56, Et sacer impleuit dextram scyphus. Plaut. Asin. 9. 38, Scyphos quos vtendos dedi Philodamo, retulisne? Cic. 6. Verr. 10, Hinc illa Verrea nata sunt, hinc in conuiuium Sextum Cominium protrahi iussit, in quem scyphum de manu iacere conatus est. Plin. lib. 33. cap. 11. 8, L. verò Crassus orator duos scyphos Mentoris artificis manu cælatos sestertiis centum habuit. Bayfius, Scyphum quem scypphum nonnulli scribunt, Græci κύπελλον dicũt, & κύνθαρον, vt docet Athenæus in vndecimo, Vasculum est potorium. Plutarchus tamen in Antonio, statim in ipso principio, scyphum posuisse videtur, pro eo vase quod vulgò *bassin* dicimus. Martialis quoque scyphos auorum vocat vasa potoria, quæ & archetypa dicuntur ab eodem. Hæc ille.

Cælatus scyphus, Vide Cælo.

Capaciores adfer huc puer scyphos. Horat. Epod. 9. 7.

Faginus scyphus. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 1.

Nati in vsum lætitiæ scyphi. Horat. 1. Carm. ode 17. 1.

Sacer scyphus. Valer. 1. Argon. 55.

Scyricum/Vide SCYROS.

SCYRITAE, Gentes sunt inter Nomadas Indos, quæ natium loco foramina tantum habent. Plin. lib. 7. cap. 1. 16. In castigatis exemplaribus vocantur Syrictæ.

SCYROS, priore prod. Insula est contra Magnesiã, in mari Ægæo vna ex Cycladibus, Lycomedis regis patria: in qua est vrbs eiusdem nominis. Patet hæc insula, Plinio teste, longitudine XXV M. passuum, ex qua lapidem integrum fluctuare tradunt, eundem comminutum mergi. Dicta est autem Scyros, quia σκύρος, dicatur salebra & asperitas, vt ait Eustathius.

Scopulosa Scyros. Stat. 1. Achill. 4.

In hac Achilles sub puellari habitu adoleuit: atque eius regis filiam Deidamiam vitiauit, quæ ab insula & ipsa Scyrias est appellata. Ouid. 1. de Arte, Scyrias Æmonio victa puella viro.

Scyriades mulieres, ex Scyro insula. Stat. 1. Achill. 30,

Nec minus egressæ thalamis Scyriades ibant
Ostentare choros.

Scyrius, Possessiuum. Ouid. epist. 8. 23,

Sæpe malis stupeo, rerúmque oblita, locique,
Ignara tetigi Scyria membra manu. Propert. lib. 1. eleg. 10. 4, Scyria nec vidua Deidamia viro.

Pupes Scyria, A Scyro insula. Virg. 1. Æneid. 96.

Scyricus, Aliud possessiuum. Vnde Scyricum, gen° coloris cærulei, Plinio lib. 33. cap. 7. 8.

Scyrpus/Vide Scirpus. Colu. lib. 7. ca. 9. 6, Nanque & id fecisse maxime per ætatem prosuit, & dulces eruisse radiculas aquatilis syluæ tanquã scyrpi, iunciue, & degeneris harundinis.

Scytala, scytalæ: vel Scytale, scytales, pen. corr. f. g. Mus araneus Latinè dicitur. Plin. lib. 32. cap. 5. 10, Eadem vis contra venenatorum omnium morsus, priuatim scytalen & angues.

Scytale, Gen° serpẽtis, de quo Solinus ca. 40, Scytale, inquit, tanta præfulget tergi varietate, vt notarum gratia videntes retardet: & quoniam reptando pigrior est, quos assequi nequit, miraculo sui capiat stupentes. In hoc tamen squamarum nitore hyemales exuuias prima ponit. Lucan. lib. 9. 144,

Et scytale sparsis etiam nunc sola pruinis
Exuuias positura suas.

Scytale Laconica. Lacedæmonii quum dissimulare & occultare literas publicè ad Imperatores suos missas volebant, ne si ab hostibus exceptæ forent, consilia sua noscerentur, epistolas in hunc modum factas mittebant. Surculi duo erãt teretes oblongi pari crassitudine, eiusdémque longitudinis, rasi atque ornati consimiliter. Vnus Imperatori in bellum proficiscenti dabatur: alterum domi magistratus habebant. Quando vsus venerat literarum secretiorum, circum eum surculum lorum modicæ tenuitatis, longum autem quantum rei satis erat, complicabant volumine rotundo & simplicissima vti ora adiunctæ vndique & cohærentes lori quod plicabatur, coirent. Literas deinde in eo loro per transuersas iunctarum oras, versibus à summo ad imum proficiscentibus inscribebant. Id lorum literis ita perscriptis reuolutum ex surculo, Imperatori commenti illius conscio mittebant. Resolutio autem lori literas truncas atque mutilas reddebat, membráque earum & apices in partes diuersissimas spargebat. Propterea si id lorum in manus hostium inciderat, nihil quicquam coniectari ex eo loro quibat. Sed vbi ille ad quem erat missum, acceperat: surculo compari quem habebat, circumplicabat: atque ita literæ per ambitum eundé surculi coalescentes, rursum coibant, integrámque & incorruptam epistolam & facilem legi præstabant. Hoc genus epistolæ Lacedæmonii σκυτάλην appellant. Ex Gellio lib. 17. cap. 9.

SCYTHA, Herod. lib. 4, Herculis filius, à quo Scythiã dictã putat.

SCYTHES, Plinio lib. 7. ca. 56, Iouis fuit filius, qui primus arcus, sagittarúmque vsum rẽperisse dicitur.

SCYTHIA, Regio Septentrionalis, à Scytha Herculis filio, vt ait Herodotus, ita dicta. Hæc diuiditur à Tanai fluuio, & pars vna remanet in Europa, altera in Asiam protenditur. Scythia Europæ terminatur ad Thraciam: in ea solum est aurum producens (vt Pomponius refert) inhabitabile tamé propter gryphos aurũ custodientes. In ea regione sunt Arimaspi homines, quibus singuli oculi esse dicuntur. Ibi Borysthenes, qui gentem sui nominis alluit inter Scythiæ amnes amœnissimus. Scythia verò Asiæ ita à Iustino lib. 2, describitur, Scythia in Oriẽtem porrecta, includitur ab vno latere Ponto, & ab altero montibus Riphæis, à tergo Asia & Tanai flumine. Multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus inter se fines nulli: neque enim agrum exercent, nec domus illis vlla, aut tectum, aut sedes est, armenta & pecora semper pascentibus, & per incultas solitudines errare solitis. Vxores liberósque secum in plaustris vehunt, quibus coriis, imbrium hyemisque causa tectis, pro domibus vtuntur. Iustitia gentis ingeniis culta, non legibus. Nullũ scelus apud eos furto grauius. quippe sine tecto & munimento pecora & armenta habẽtibus, quid saluum esset, si furari liceret? Aurum & argentum perinde aspernantur, ac reliqui mortales appetunt. Lacte & melle vescũtur. Lanæ iis vsus ac vestium ignotus. Et quanquam continuis frigoribus vrantur, pellibus tamen ferinis aut murinis vestiuntur. Hæc continentia illis morum quoque iustitiam dedit, nihil alienum cõcupiscentibus. Quippe diuitiarum cupido ibi est, vbi & vsus. Atque vtinam reliquis mortalibus similis moderatio & abstinentia alieni foret, profectò non bellorum tantum per omnia secula terris omnibus continuaretur, neque plus hominum ferrum & arma, quàm naturalis fatorum conditio raperet. Scythæ ab alieno imperio aut intacti, aut inuicti mãserunt. Darium regem Persarum turpi à Scythia submouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri Magni ducem Zopyrona cum copiis vniuersis deleuerunt. Romanorum audiuere, non sensere arma. Gens & laboribus & bellis aspera. Vires corporum immensæ. Hi hodie Tartari appellantur.

Paludes Scythiæ. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 11.

Niuosa Scythia. Ouid. epist. 11. 6.

Scythæ populi Scythiam incolentes: qui bipartiti sunt. Alteri Europei, alteri Asiatici.

Superbi Scythæ. Horatius in Carm. seculari, 11.

Campestres Scythæ. Horat. 3. Carm. ode 24. 2.

Campestres melius Scythæ,
Quorum plaustra vagas rite trahunt domos.

Vagi Scythæ. Seneca Troade, 1. 3.

Scythicus, penultima cor. Possessiuum. Apuleius, Plerique eorum Scythicis moribus viuebant. Et apud Ciceronem 5. Tuscul. 130, Scythicum tegmen.

Aura Scythica. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 4.

Montes Scythici. Ouid. 15. Metam. 57.

Orbis Scythicus. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 11.

Pontus Scythicus. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 10.

Scythius, Aliud nomen possessiuum. Virg. 3. Georg. 70, At nõ qua Scythiæ gentes, Mæoticáque vnda.

Scythes, Scythæ, Qui ex Scythia est. vt Anacharsis Scythes, apud Ciceronem 5. Tuscul. 119.

Gelidus Scythes. Horat. 4. Carm. ode 5. 5, Quis Parthum paueat, quis gelidum Scythen?

Profugus. Horat. 4. Carm. ode 14. 9. Id est aut sub Aquilone interius cõstitutus, qui nũquam in eodem loco maneat. Acron.

Scythis, Patronymicum fœm. Ouid. 15. Metam. 73,

Haud equidem credo, ſparſæ quoque membra veneno
Exercere artes Scythides memorantur eaſdem.

SCYTHÓPOLIS, pe. corr. Vrbs eſt in Decapolitana regione Syriæ, vt ſcribit Plinius lib. 5. cap. 18.

SCYTHOTAVRI, Populi Scythiæ, qui (vt Solinus refert) pro hoſtiis aduenas cædere conſueuerunt. Vide TAVRI.

S E

Se/ Pronomen accuſatiui caſus, à ſui. Vide Sui.

Se, Præpoſitio, ſemper cõpoſita inuenitur: ſit vt quibuſdã placet, à ſemis, quod ſeparationẽ facit, ſiue à ſecus. Modò vim ſeparationis habet, vt Separo, ſeduco: modò abnegatiuã, vt Securus.

Se, particula, interdum valet dimidium: vt in Selibra, Semodio, Semuncia.

SEBASTE, vrbs Iudææ, antè Samaria dicta, quã Herodes in honorem Auguſti Sebaſtã appellauit. Author Strabo lib. 16. Meminit huius Plinius lib. 5. cap. 13.

SEBASTOPOLIS, pen. corr. Ponti Cappadocii vrbs, Ptolemæo lib. 5. cap. 6. Vulgò S. Gergonius.

SEBENNYTVM, vrbs in Ægypto, vbi & palus & amnis ſunt cognomines. Inde Sebennyticum, vnum ex oſtiis Nili, quod teſte Herodoto libro 2, in duo alia diuiditur, vtpote in Saiticum & Mendeſium. De Nili oſtiis pulchrè Plinius lib. 5. cap. 10. & Strabo libro vlimo.

SEBETHOS, pen. pro. Fons apud Neapolim, cuius aqua vicatim decurrens, omnes ferè vſus Neapolitanis præſtat. Statius 3. Syl. 2. 53, & pulchra tumeat Sebethos alumna. Huius & Virgilius, & Columella meminerunt, quod quidem nomen ſine r littera proculdubio ſcribendum eſt (etſi ſciam eſſe qui Sebethrus per r legant) teſtis eſt, vt alia omittam, tabella marmorea vetuſtiſſima Neapoli in murorum fundamentis reperta, quæ habet,

P. MEVIVS EVTYCHVS AEDICVLAM RESTITVIT SEBETHO.

Sebêthis, pen. prod. Sebéthidis, pen. cor. f. g. Virg. 7. Æneid. 147,

Nec tu carminibus noſtris indictus abibis
Œbale, quem generaſſe Telon Sebethide Nympha Ferrur.

SEBINVS, pen. prod. Lacus quem facit fluuius Lollius apud Sarnicum, vallis Calepinæ oppidum. Hodie vulgus, ipſum lacum, Iſei appellat. Plin. lib. 3. cap. 19.

SEBRITAE, Populi qui aliquãdo Sébritæ: ab inſula Meroe vicina

Sebum/ ſebi, Vide Seuum. Vnde Sebo, ſebas, ſebare. Colum. lib. 2. cap. 22. 2, Feriis autem ritus maiorum etiã illa permittit, far pinſere, faces incidere, candelas ſebare. Vbi legitur & ſeuare.

Secale/ pen. prod. n. g. Frugis genus, quod, inquit Ruellius, Galli detrita vna litera ſeclam vocant, de qua ſic Plinius lib. 18. cap. 16. 1, Id autem quod ſecale atque farrago appellatur, occari tantum deſyderat. Secale Taurini ſub Alpibus aſiam vocãt, deterrimum, & tantum ad arcendum famem vtile: fœcunda, ſed gracili ſtipula, nigritia triſte, ſed pondere præcipuum. Admiſcetur huic far, vt mitiget amaritudinem eius: & tamen ſic quoque ingratiſſimum ventri eſt. Naſcitur qualicunque ſõlo, cum centeſimo grano, ipſúmque pro lætamine eſt.

Secarius/ Vide Seco/ ſecas.

Secedo/ ſecêdis, pe. pro. ſeceſſi, ſeceſſum, ſecédere, Seorſum ire, vel Seorſum venire, Retrocedere.

Trabes pondere commoto ſeceſſere. Stat. 11. Theb. 88.

A luſu ſecedere. Propert. lib. 1. eleg. 10. 1.

A corpore ſenſus ſecedent. Catul. Argon. 59. 38.

Secedere de. Plaut. Curcul. 7. 2, Fugite omnes, abite, & de via ſecedite.

Secede huc. Plaut. Capt. 6. 25, Secede huc nunc iam, ſi videtur, procul. Idem Amphit. 8. 137, Secede huc tu Soſia.

Secedere, & ſecernere ſe à. Ci. 1. in Catil. 13, Quare r. c. ſecedãt improbi, ſecernant ſe à bonis, vnum in locum congregentur.

Secedere in. Liu. 7. belli Pun. 99, Relicto Aſdrubale, ſecedenti in imminẽteis caſtris eius tumulos, &c. Idẽ 10. bel. Maced. 18, Poſteaquam veniſſe eos nuntiatum eſt, ſeceſſit in partẽ interiorem cum duobus amicis, totidem cuſtodibus corporis.

In hortos vacuos ſecedere. Ouid. 4. Triſt. eleg. 7. 6.

Ad ſtylum ſecedere. Quintil. lib. 1. cap. 12. 9, Quum ad ſtylum ſecedet, quum generabit ipſe aliquid atque componet, &c.

Seceſſio, Verbale. Ci. pro Murena, 46, Etenim te inquirere videbãt triſtẽ ipſum: mœſtos amicos, obuerſationes, teſtificationes, ſeductiones teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animaduertebant. Budæus Seceſſionẽ verbum criminoſum eſſe dicit. Id enim eſt in bello ſeceſſio, quod defectionem vocamus. Cicero pro Ligario, Seceſſionem tu illam exiſtimaniſti Cæſar initio, non bellum. Tacitus lib. 16, Seceſſionem iam id, & partes, etſi idẽ multi audeant, bellum eſſe dictitabat. Liu. 4. bel. Pun. Qui detrectatæ pugnæ memores, ſeceſſionem paulo antè fecerãt. Idẽ, Necui fraudi eſſet, conſciſſe milites aut plebem ad repetendam per ſeceſſionem libertatem.

Seceſſus, huius ſeceſſus, Significat modò diſceſſum, modò ſinũ ſecretiorem. Virgil. 2. Æneid. 33, Eſt in ſeceſſu longo locus.

Seceſſus auium. Plinius lib. 10. cap. 29. 1, Sed in ſeceſſu auium & noctuæ paucis diebus latêre traduntur.

¶ Seceſſus, Loc° à turba & tumultu ſeparat°. Pli. epiſt. 13. li. 1, Ille meus in vrbe, ille in ſeceſſu contubernalis. Id eſt in villa. Idem epiſt. 17. li. 1, Iuſtiſne de cauſis eũ tibi videor incolere, inhabitare, diligere ſeceſſum, quem tu nimis vrbanus es niſi cõcupiſcis. Et epiſt. 15. lib. 3, Petis vt libellos tuos in ſeceſſu legam.

Secerno, ſecernis, ſecrêui, ſecrêtum, pen. prod. ſecérnere, Diuidere, ſeparare. Cic. 1. in Catil. 13, Secernãt ſe à bonis. Idẽ de Amicitia, 78, Secerni autem blandus amicus à vero, & internoſci tam poteſt adhibita diligentia, quàm omnia fucata & ſimulata à ſynceris atque veris. Et ad Lucceium, lib. 5. ep. 10, Quod mihi acciderit optatius, ſi in hac ſententia fueris, vt à contentionibus tuis ſcriptis, in quibus perpetuã rerum geſtarum hiſtoriã complecteris, ſecernas hanc quaſi fabulam rerum, cuentorúmque noſtrorum. Sic 4. de Fin. 116, Itaque illa non dico me expetere, ſed legere: nec optare, ſed ſumere: contraria autem non fugere, ſed quaſi ſecernere. Varro 1. de Re ruſt. cap. 2. 10, Aretes quibus ſis vſurus ad fœturam, bimeſtri tempore antè ſecernendum, & largius pabulo explendum.

Populo ſecernere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 1. 7.

E grege ſecernere. Liu. 5. bel. Maced. 13, Quòd è grege ſe imperatorum velut inæſtimabilem ſecreuiſſet.

Dicendi facultatem à maiore, ac magis expetenda vitæ laude ſecernunt. Quintil. lib. 2. cap. 15. 2.

Iniquum ſecernere iuſto. Horat. 1. Serm. ſat. 3. 13.

Nucleos ſecernere. Cato cap. 10. 4, Pilum ſeminarium vnum, qui nucleos ſecernat. Hoc eſt, quo nucleos à putaminibus ſeparet. de ſabis enim loquitur.

Publica priuatis ſecernere. Horat. de Arte, 80.

Res apertas à dubiis ſecernere. Lucret. lib. 4. 95.

Voluptatem à bono ſecernere. Cic. 2. de Finib. 44.

Eſt ratio ſecernundi, ſeorſúmque videndi. Lucret. lib. 2. 66.

Secrêtus, pe. pr. Participiũ, ſiue Nomẽ ex participio, Separat°. Ci. 2. de Nat. deor. 79, Habẽt igitur ſuam ſphæram ſtellæ inerrantes ab ætherea coniunctione ſecretã & liberam. Virg. 8. Æneid. 154.

Secretus à voluptate. Cic. 1. de Finib. 175.

Seiunctum & ſecretum ab. Lucret. lib. 1. 88,

Præterea nihil eſt quod poſſit dicere ab omni
Corpore ſeiunctum, ſecretúmque eſſe ab inani.

Secretum & extra vulgarẽ vſum poſitum. Quintil. lib. 9. ca. 3, Secretæ, & extra vulgarem vſum poſitæ, ideóque magis nobiles, vt nouitate aurem excitant, ita copia ſatiant.

Nec ſingillatim poſſunt ſecreta videri. Lucret. lib. 4. 18.

Conſultant ſecretæ, Id eſt ſeorſum. Plaut. Bacchid. 13. 31, Quid illæc illic in conſilio duæ ſecretæ conſultant?

Domi ſecretus animũ aduerſus ſuprema firmabat. Tacitus.

Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros. Horat. 1. Serm. ſaty. 8. 16.

Colloquium ſecretum. Plin. de Viris illuſt. 28, Secretum colloquium à Tribuno impetrauit, & gladio ſtricto, dimittere eum accuſationem terrore multo compulit.

Cubilia ſecreta. Ouidius 1. Faſt. 86.

Domus ſecreta. Virg. 2. Æneid. 66.

Iter ſecretum. Horat. 1. epiſt. 11.

Locus ſecretus, & Celebris, contraria. Cic. 2. de Legib. Loco publico priuatóne, celebri an ſecreto, aliena ciuitate an tua, in caſtris an foro dicas, intereſt plurimum.

Loca ſecreta petere. Horat. de Arte, 60.

Secretiſſimæ pabulationes, Longiſſimè remotæ. Colum. lib. 9. cap. 4. 1, Probatis apibus deſtinari debent pabulationes, eæque ſint ſecretiſſimæ, vt noſter Maro præcipit, vidua pecudibus, aprico, & minimè procelloſo cæli ſtatu.

Studia ſecreta. Quintil. lib. 2. cap. 18. 3.

Queſtus ſecreti. Tacit. lib. 3, In quam optimi cuiuſque ſecreti queſtus magis ardeſcebant.

¶ Secrêtum, pen. prod. pro Seceſſu. Plin. epiſt. 1. lib. 3, Quàm pulchrum illud, quàm dulce ſecretum, quantum ibi antiquitatis. Tranquil. in Claudio, Cum quidem ſecretum Cæſare deſyderante, turbam ſummouerent.

Venire in ſecreta. Ouid. 13. Metam. 113.

Facere ſecretum. Quintil. lib. 10. cap. 3, In turba, ſinere, conuiuiis etiam faciat ſibi cogitatio ipſa ſecretum.

Stylus ſecreto gaudet. Quintil. lib. 10. cap. 7.

¶ Secretum, pro Re ſecreta, & ſeparata, quã nulli cõmunicauimus, cámque apud nos tacitam ſeruamus: vt Secreta animi. Plin. lib. 14. cap. 22. 4, Tunc animi ſecreta proferũtur. Quintil. lib. 11. cap. 1, Profert enim mores plerũq; oratio, & animi ſecreta

detegit. Ouid.1.Met.111,Et legẽ dederat ſua ne ſecreta viderẽt.
Mentis ſecreta ore confuſo exerit.Sene.Herc.Œt.1070,4.5.
Eſt mihi libertas tecum ſecreta loquendi.Ouid.9.Metam.113.
Occulere ſecretum.Senec.Hippol.7.6.

Secretio,Verbale,Ipſe ſecernendi actus. Cic.1.Tuſc.111, Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio, ac diremptus earum partium quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Secrẽto,pen.prod.Aduerb.Sine arbitris.Plaut.Aul.6.14, Eò nunc te ſecretò huc foras ſeduxi. Idem Amphit.1073, Mirum quid ſolus ſecum ſecretò ille agat. Cic.Attico,lib.7.118.3, Vna Formiis venimus,& ab hora octaua ad veſperum ſecretò collocuti ſumus. Idem Gallo,lib.7.16.3, Secretò hoc audi, tecum habeto,ne Apellæ quidem liberto tuo dixeris. Item 6.Verr.89, Ex his quæritur ſecretò in curia quid eſſet actum.
Loqui cum aliquo ſecretò.Horat.1.Serm.ſat.9.14.
Secretò narrare.Cælius ad Ciceronem, lib.8.1.10, Inter paucos quos tu noſti,palàm ſecretò narrantur.
Secretò rogare.Plin.epiſt.1.lib.3.
Secretò occidere filium.Quintil.lib.9.cap.2.
Secretò ab aliis coquere conſilia.Liu.3.ab Vrbe,147,Quotidie coibant remotis arbitris.Inde impotentibus inſtructi conſiliis, quæ ſecretò ab aliis coquebant.

Secretus,Separatius.Colu.lib.11.cap.1.19, His diebus cõmodè inſtruitur horti,de quib⁹ ſuo loco dicã ſecreti⁹,ne inter hãc quaſi turbam operũ,negligentius oblitoris officia deſcripſiſſe videar.

Secᵉſpita/ſeceſpitæ.pen.cor. Culter ferreus oblongus,manubrio eburneo,rotundo,ſolido, iuncto ad capulum argento auróque,fixo clauis æneis,ære Cyprio,quo Flamines ad ſacrificia vtebantur:à ſecando dicta.Sueton.in Tib.Nam & inter Pontifices ſacrificanti ſimul pro ſeceſpita plumbeum cultrum ſubiiciendũ curauit. Feſtus,Seceſpitam alii ſecurim, alii dolabram æneam,alii cultellum putant.

Seceſſio/Seceſſus/Vide Secedo.

Seciuium/Libum eſt quod ſeceſpita ſecatur inquit Feſtus. Alii ſecium ſcribunt.

Secius/Aduerbium, Perottus putat à Secus cõparatiuum eſſe, & aliquando pro Secus,id eſt Propè poni. Feſtus à Seró.
Nihilo ſecius,Vide Nihilum.
¶Secius,Minus.Apulei⁹,Nec eò ſecius approbabitur tibi nũc etiam firmitas animi mei. Virg.1.Georg.56,
-nec ſecius omnis in vnguem
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.
Interea toto non ſecius aere ningit.Virg.3.Georg.74.
¶Secius,Tardius.Accius,Si fortè paulò,quàm veniam ſecius. Feſtus citans iſta Accii verba,à Serò dicit deriuari, indicans ſimul geminam eſſe lectionem hoc loco,SERIVS.

Secludo/ſeclûdis,ſeclúſi,ſeclúſum,pen.prod. ſecludere, Seorſum claudere.Cic.1.Tuſc.114,Nam qui ſe humanis vitiis contaminaſſent,& ſe totos libidinibus dedidiſſẽt,&c.iis deuiũ quoddam iter eſſe ſeceſſum à concilio deorum.Id eſt clauſum. Propert.lib.1.eleg.19.6.Ille ſub extrema pendens ſecluditur ala,
Et volucres ramo ſubmouet inſidias.
Aliquam inter ſimiles puellas ſecludere.Stat.1.Achill.72.
Nemus ſeclúſum in valle reducta.Virg.6.Æneid.141.
A communi luce ſeclúſum.Cic.6.Ver.19,Poſtremò tenebræ, vincla,carcer,incluſum ſupplicium,atque à conſpectu parentũ ac liberũm,denique à libero ſpiritu & communi luce ſeclúſum.
¶Secludere,Excludere.Virg.1.Æneid.114, Soluite corde metum Teucri,ſecludite curas.
Vitam corpore ſecludere.Plaut. Quid magis in rẽ eſt meam, quàm corpore vitam ſecludam?Id eſt,quàm vt me occidam?

Secluſorium, ſecluſorii, In quo aliquid ſecluditur. Varro 3.de Reruſt.cap.5.4, Quum opus ſunt ex hoc auiario vt ſumantur idoneæ, excluduntur in minuſculum auiarium, quod eſt coniunctum cum maiore oſtio & lumine illuſtriore,quod ſecluſorium appellant.Ibi quum eum numerum habet excluſum,quem ſumere vult,omnes occidit.

Seco/ſecas,ſecui,ſectum,ſecare,Excidere.Columella lib.1,Quũ ſecueris autem herbam medicam, ſæpius eam rigato. Plaut. Mercat.6.38,
Vel,vt ſcias me amare, cape cultrum,ſeca
Digitum,vel aurem. Idem Perſa,9.14, -ſecari iubeas.
SA. Metuo ne immaturam ſecem. Cicero, Id totum ſecuit in duas partes.
In fruſta ſecare.Virg.1.Æneid.43.
Infinitè ſecare atque diuidere,Vide Infinitus.
Capillos ſecare.Martial.lib.5.49. Sic Cicero 2.Tuſc.61,Secare varices alicui.
Diſpoſitam congeriem Deus ſecuit.Ouid.1.Metam.7.
Hirſuti vepres ſecant corpora.Virg.3.Georg.99.
Crinem ſecare.Virg.4.Æneid.141.
Cultã pinguia ſecare.Virg.8.Æneid.13.
Herbas ſecare.Virg.3.Georg.26.
Marmora ſecanda.Horat.1.Carm.ode 19.4.
Membra alicuius ſecare,Execare aliquem.Ouid.in Ibin,55.
Pabulũ ſecare.Cæſar 7.bel.Gall.49, Id eſſe facile,quòd equitatui ipſi abundent,& quòd omni tempore ſubleuentur,pabulum ſecari non poſſe.
Glacies ſecat teneras plantas.Virg.10.eclog.10.
Terga ſecare verbere intorto.Tibul.lib.1.eleg.9.5.
¶Viam ſecare. Virgil.6.Æneid.180, Ille viam ſecat ad naues. Per metaphoram.Id eſt tenet,vt ait Seruius.
¶Æquora vltima ſecare fuga.Virg.5.Æneid.44.
Æthera pennis ſecare.Virg.1.Georg.82.
Campos ſalis ære ſecare,Secare mare nauibus æratis. Virgil. 10.Æneid.43.
Ventos ſecare.Virg.4.Æneid.51.
¶Spem ſecare. Virg.10.Æn.11, Quæcũque eſt fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpẽ.Vbi Seruius,Secat, ſequitur, tenet,habet:vt,Ille viam ſecat ad naues.Vnde & Sectas dicimus,habitus animorum,& inſtituta philoſophica circa diſciplinam.
¶Magnæ lites ſecantur bono viro iudice.Horat.1.epiſt.17.9.
¶Exors ſecandi cos.Horat.de Arte,61.

Sectus,Particip.Cic.1.Tuſcul.91,At verò C. Marius ruſticanus vir, ſed planè vir,quum ſecaretur, vt ſuprà dixi, principio vetuit ſe alligari,nec quiſquam ante Marium ſolutus dicitur eſſe ſectus.
Annus ſectus.Stat.8.Theb.13,Protinus & ſectum genitrix mihi computat annum.
Capilli ſecti.Ouid.3.Metam.101.
Cõpita ſecta in multas vias.Oui.3.Amo.ele.1.4. Et 1.Faſt.19.
Corpus ſectum.Horat.4.Carm.ode 5.13.
Scrupuloſè in partes ſecta diuiſio.Quintil.lib.4.cap.5.5.
Herbæ ſectæ.Horat.1.Serm.ſat.4.14.
Arboribus poſitis ſecto via limite quadret.Virg.1.Georg.56.
Pellis ſecta.Ouid.2.Faſt.7.
Vnguis ſectus.Horat.1.epiſt.1.21.

Secaturus,pen.prod.pro Secturus.Colum.lib.5.ca.9, Supra quam ramum ſecaturus es.

Secamentum,ſecamenti, Quod ſecando diuiditur. Plin.lib.16.ca. 10.5,Picex ad fiſſiles ſcandulas,cupáſq;,& panca alia ſecaméta.

Secarius,Adiectiuum,In quo ſecamenta vel ſegmenta ponuntur. Cato cap.11.3.Villicum habere oportet,ſportas ſecarias tres,molas aſinarias tres, truſatiles vnas. Vetus exẽplar habet fxcarias.

Sectio,ſectiõnis,Verbale.Cæſio dicitur.Plin.li.15.ca.15.7,Fibitur & contra ſerpẽtes,& ante ſectiones,punctionéſque ne ſentiantur.
In infinitum ſectio.Quintil.lib.1.ca.10.36, De ſectione in infinitum,de celeritate augendi,&c.
¶Sectio,Media vel aliqua pars bonorum,ſiue omnia quibus quis multatur:cõfiſcatio vulgò dicitur. Ci.1.Philip.75,Expectãtibus omnibus quiſnam eſſet tam impius,tam demẽs,tam diis hominibúſque hoſtis qui ad illud ſcelus ſectionis auderet accedere,inuẽtus eſt nemo præter Antonium:præſertim quum tot eſſent circa haſtam illam qui alia omnia auderent. Cic.1.de Inuent.95,Hoc cõmodè reprehenditur, ſi dici poſſit ex hoſtibus equus eſſe captus,cuius prædæ ſectione vænierit.
Sectio, Bona ipſa confiſcata quæ vocant. Tacitus, Reliquias ſectionum Neronianarum nondum in fiſcum conuerſas revocatis ab exilio cõceſſit. Cæſar 2.bel.Gall.348,Poſtridie eius diei refractis portis quum iam defenderet nemo, atque intromiſſis militibus noſtris,ſectionem eius oppidi vniuerſam Cæſar vendidit.Id eſt,bona oppidi vendidit ſub haſta.

Sector,ſectõris,m.ge.Aſconius, Sectores dicti ſunt,qui ſpem lucri ſui ſecuti,bona cõdemnatorum ſemel auctionabantur, próque his pecunias penſitabant ſingulis, ac in poſterum pro cõpendio ſuo ſingula quæque pecunia populo vẽdituri.Vnde à Cicerone 2.Philipp.75, Antonius ſector Popeii appellatur,quoniã in ſubhaſtatione bona Cn.Pópeii redemerat. Tantus (inquit) igitur te ſtupor oppreſſit,vel vt verius dicã, tãtus furor, vt primũ quũ ſector ſis,iſto loco natus,deinde quũ Pópeii ſector,nó te execrãdũ Populo Romano,nõ deteſtabilẽ,nó omnes tibi deos,omnes homines & eſſe inimicos,& futuros ſciais? Idẽ pro Roſc.Amer. 40, Neſcimus per iſta tẽpora cõſdẽ ferè ſectores fuiſſe collorũ & bonorũ? Valla lib.1.ca.1,Sector ſignificat eũ accuſatorẽ qui ex damnatione accuſati dimidium bonorũ expectat illius, aut certè aliquam partem. Plaut.Trinum.13.18, -mira ſunt,
Ni illic homo eſt,aut dormitator,aut ſector zonatus. Budæus dicit propriè eos appellari poſſe ſectores,qui delationibus faciẽdis confiſcationes à principibus impetrãt,vt homines interdum inſontes fortunis omnibus euertant. Cic.pro Cluentio,131,Cn. cuiuſdã Samnitis vxorem poſt bellum ab hoc eſſe repetitã,ma-

lierem quum emisset de sectoribus, quo tẽpore eam primùm liberam esse audiui, sine iudicio reddidit Cn. Cælio. Idẽ pro Roscio Amer. 49, Nónne cogitasse à sectoribus hoc adductum esse? Et 1. Philip. 38, Et eius viri nomine me insectari audes, cuius me amicum, te sectorẽ esse fateare? Sic 3. Verr. 41, Hæc inquam duo quæ in ædibus tuis sola iam sunt, quæ sectorem expectant, relicta ac destituta à cæteris signis.

Populus sui fauoris sector. Lucan. lib. 1. 36,

Hinc capti fasces pretio: sectórque fauoris
Ipse sui populus.

Sectrix, Verbale. Plin. lib. 36. cap. 15. 16, Vnde enim illi vitricus Sylla; & Metella mater, proscriptionum sectrix?

Sectûra, sectúræ, pen. prod. Ipsa secandi actio. Plin. lib. 17. ca. 17. 3, Vt sectura inferior ponatur sæpe. Idẽ lib. 37. ca. 8. 5, Et venatus quidem callaidis talis: sectura formantur, aliàs fragiles.

Séctilis, & hoc séctile, pen. corr. Quod sectum est, aut excidi potest: vel potius quod in nostros vsus secari solet. vt Sectile porrum, id est sectum, & sua sponte concisum, vt ait Valla lib. 1. Iuuenalis Saty. 3. 19,

-quis tecum sectile porrum
Sutor, & elixi vernecis labra comedit?

Plin. lib. 16. cap. 39. 7, Medulla sectilis.

Ebur sectile. Ouid. de Medicam. faciei, 1.

Sectiuus, pen. prod. Adiect. Idem. vt Sectiuum porrum, quòd folia eius sæpius secantur, vt profundius crescat. Colum. lib. 11. ca. 3. 24, Porrum si sectiuum facere velis, densius satũ præceperunt priores relinqui, & ita quũ increuerit, secari. Apud Martialem titulus est porri sectiui, lib. 13. 18.

Segmen, ségminis, pen. corr. n. g. à secando, quasi secamen dictũ, c in g mutato. Plin. lib. 13. cap. 11. 3, Segminibus vtrinque amputatis. Gellius lib. 10. cap. 15, Vnguium Dialis & capilli segmina subter arborem fœlicem terra operiuntur.

Segmentũ, segmenti. Idem. Plin. lib. 36. cap. 6. 9, Crassior arena laxioribus segmentis terit, & plus erodit marmoris.

Segmenta, etiam incisuræ & virgulæ sectæ ex gemmis & vnionibus.

¶ Segmenta dicuntur partes, &, vt ita dicam, membra mundi, in quæ vniuersa terra digeritur, quæ nostri circulos, Græci parallelos appellant, & climata. Plin. lib. 6. cap. 33. 7, Plura sunt autem hæc segmenta mundi, quæ nostri circulos appellauere, Græci parallelos. Idem, Quod superest terrarum, tribus assignatur segmentis.

¶ Segmentum, Ornamentum colli quod monile vocatur. sic dictum, quòd ex segmentis fieri consueuit, id est ex bracteolis argenteis, aureisve. Valer. Max. lib. 5. ca. 2, in Coriolani mentione, Senatus matronarum ordinem benignissimis decretis adornauit. Sanxit nanque, &c. Permisit quoque his purpurea veste, & auretsyti segmentis. Iuuenal. Saty. 1. 13, Segmenta & longos habitus, & flammea sumit. Sunt tamen qui ibi segmenta interpretentur fasciolas, quæ in ordine vestis extrema parte assutæ, iunctáque ornaméto sint indumẽtis muliebribus, vel quibus noua nupta amicitur, vt ait Probus. Alii accipiunt pro margaritis & murenulis, hoc est torquibus. Ouidius 3. de Arte, 34,

Quid de veste loquar? non iam segmenta requiro.

Segmentátus, pen. pro. Adiect. Segmentatæ vestes, dicuntur purpureæ, bracteolis argenteis, aureúsve depictæ. Plautus, Quàm pulchrè segmentatam vestem. Martialis lib. 6. 74,

Medio recumbit imus ille qui lecto,
Caluam Triphilen segmentatus vnguento.

Segmentatum, Quicquid ex tenuissimis segmentis vermiculatim compositum est, etiam si segmenta lignea sunt. Iuuenalis Saty. 6. 9, Et segmẽtatis dormisset paruula cunis. Id est vermiculato emblemate pictis, vel præ segminibus, id est tenuissimis ligneis ramentis, ac versicoloribus depictis.

Segmentarius, segmentarii, Qui vestes ex auro conficit.

Secordia/secordis, Vide Socordia.

Secordia, secordiæ, Cõponitur ex si, quod est sine, & corde, vt ait Festus. Secordiã (inquit idẽ) quidã pro Ignauia posuerunt. Cato pro stultitia posuit. Plaut. Pœnulo, 4. 95, Nimia nos secordia hodie tenuit. Vide Socordia in Socors.

Cæca ac sopita secordia. Quintil. lib. 1. cap. 2. 5.

Secreto/Secretus/Vide Secerno.

Sectárius/Secta/Sectator/Vide Sequor.

Sectilis/Vide Seco/secas.

Sectio/Sector/sectoris, Sectus/Vide Seco, secas.

Sécubo/sécubas, pen. corr. secúbui, secúbitum, pen. corr. secubâre. Separatim siue Seorsum cubare. Propert. lib. 2. ele. 26. 1, Miles depositis annosus secubat armis. Liu. 9. bel. Maced. 35, Per iocum adolescens vetat eam mirari, si per aliquot noctes secubuisset: religionis se causa, vt voto pro valetudine sua facto liberetur, Bacchis initiari velle. Suet. in Tib. Cæsare, cap. 7, Cũ Iulia primò concorditer & amore mutuo vixit: mox discidit, & aliquanto grauius, vt etiam perpetuò secubaret.

In vacuo toro secubare. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 7.

A papillis alicuius secubare. Catul. in Epith. Iulix, 21.

Secúbitus, huius secúbitus, pen. corr. Ipse secubandi actus: vt Puellæ secubitus. Catul. Argon. 59. 76.

Tristes secubitus ferre. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 9.

Sécula/séculæ, pen. corr. Falx à secando dicta, vt ait Varro de Lingua Latina lib. 4. Hæc vruntur qui in pratis herbas secant.

Séculum/séculi, pen. corr. siue Seclum, Spatium cẽtum annorum, inquit Festus. Vnde Carmen seculare Horatii, in quo scribuntur sacrificia, quæ centesimo quoque anno fiebant. Liuius lib. 1. ab Vrbe condita, scribit Pompilium ante Pythagoram ducentis fermè annis fuisse. Vnde Cicero 2. de Orat. 84, Ex quo etiam quidam Numam Pompilium regem nostrum fuisse Pythagorzũ ferunt, qui annis permultis antè fuit quàm ipse Pythagoras: quo etiam maior vir habendus est, quom illam sapientiam constituẽdæ ciuitatis, duobus propè seculis antè cognouit, quàm eam Græci natam esse senserunt.

Seculum, Spatium x x x annorum nonnulli dici putant.

Seculum, à sequendo, eo quòd sequatur se, atque in se reuoluatur: Varro à sene deriuat, quòd longissimum spatium senescendorum hominum id putauerunt.

Seculum, mille annos habere putant alii. Plaut. Milite, 14. 86, Quin mille annorum perpetuò viuunt ab seculo ad seculum.

Tot annis & seculis. Cic. 5. Verr. 16, Verres tot annis atq; adeò seculis inuentus est, qui hæc non commutarit, sed euerterit.

Tot seculis, vel secula. Cic. 6. Verr. 109, Parietes quorum ornatus tot secula manserat. Idem 4. Acad. 30, Nihilne tot seculis, summis ingeniis, maximis studiis explicatum putamus?

Multis seclis, siue seculis. Cic. de Claris Orat. 37, Atquetiam extarent illa carmina, quæ multis seclis ante suam ætatẽ in epulis esse cantitata à singulis conuiuis, &c.

In multa secula, Id est diu & in multos annos. Cic. Bruto, lib. 11. 14. 5, In multa secula videbamus Remp. liberatam.

Seculis multis antè gymnasia inuenta sunt, quàm in his philosophi garrire cœperunt. Cic. 2. de Orat. 11.

Aliquot secula, vel seculis. Cic. 6. Verr. 64, Aliquot seculis pòst P. Scipio bello Punico tertio Carthaginem cepit. Idem de Vniuers. 2, Quum aliquot secula in Italia vigu issent.

Magnus ab integro seclorum nascitur ordo. Virg. 4. eclog. 2.

Postera secla. Lucret. lib. 3. 197.

Priora secla scriptorum. Lucret. lib. 3. 116.

Serere arbores quæ alteri seculo prosint. Cic. de Senect. 22.

Sẽpiternis seculorũ ætatib' nõ immutari. Cic. 2. de Na. deo. 75.

Vitæ vestræ tot secula aguntur. Ouid. 3. Metam. 44.

Proinde licet quotvis viuendo cõdere secla. Lucret. lib. 3. 221.

Senectus effœta seclis. Virg. 8. Æneid. 202.

Animantum secla breui spatio mutantur. Lucret. lib. 2. 16.

Propagare multa secula Reip. Cic. 2. in Catil. 31.

Secula, & posteri. Martialis lib. 10. 19,

Dum centum studet auribus virorum
Hoc, quod secula, posterique possint
Arpinis quoque comparare chartis.

¶ Seculũ, pro Tẽpore sæpe vsurpatur: vt Seculum sterile. Plin. epist. 12. b, Dii faciant vt talia tibi sæpius nuntiem: faueo enim seculo, ne sit sterile & effœtũ: miréque cupio ne nobiles nostri nihil in domibus suis pulchrum, nisi imagines habeant. Cic. in Parad. 64, Etiam ipse fortasse in huius seculi errore versor. Idem 9. Philipp. 265, Huius seculi insolentia.

Æreum seculum, Vide Æs/æris.

Aspera tum positis mitescent secula bellis. Virg. 1. Æneid. 59.

Aurea secula, Vide Aurum.

Fœcunda culpæ secula. Horat. 2. Carm. ode 6. 4.

Impia secula. Virg. 1. Georg. 94.

Rude seculum. Quintil. lib. 2 cap. 5. 15.

¶ Seculum, siue potius seclũ, sæpius Lucretius vsurpat pro genere, vt Serpentia secla, lib. 6. 154,

Naribus alipedes vt cerui sæpe putantur
Ducere de latebris serpentia secla ferarum.

Bucera secla. Lucret. lib. 5. 173. Et lib. 6. 150. Vide Buceras in dictione Bos.

Desiperent homines, saperẽt fera secla ferarũ. Lucret. li. 3. 151.

Insipiens seclum & insacetum. Catull. in amicam Form. 40. 2.

Et muliebre oritur patrio de semine seclum. Lucr. lib. 4. 247.

Et genus humanũ parit omnia secla ferarũ. Lucret. lib. 2. 198.

Vt propagando possit procudere secla. Lucret. lib. 5. 170.

Efficis vt cupidè generatim secla propagent. Lucret. lib. 1. 5.

Multáque viuendo vitalia vincere secla. Lucret. lib. 1. 41.

Seculâris,& hoc seculâre,pen.prod.Quod centesimo quoque anno instauratur: vt Ludi seculares apud Romanos.Plin.lib.7.ca. 48.7. Minus miror Stephanionem (qui primus togatus saltare instituit)vtrisque secularibus ludis saltasse. Idem lib.8.ca.42. 6,Cl.Cæsarem secularium ludorum Circensibus excusso in carceribus aurigæ,albati equi palmam occupauere.

Seccum,Dictio composita ex ablatiuo s e, pronominis s v i : & præpositione c v m,quasi dicas Cum se. Cic.Attico, lib.8.166.5, Quis autem est,tanta quidem de re,quin varie secum ipse disputet? Idem 1.de Inuent.115, Tum secum ipsum admirantem quidnam contradici posset.

Carmis aliquid secum aduehere.Virg.1.Æneid.36.

Habeat secum.Virg.4.Æneid.6,

Ille meos,primis qui me sibi iunxit,amores
Abstulit:ille habeat secum,seruétque sepulchro.

Secundus,Adiect.Quod sequitur primum:& tam numerum, quàm ordinem denotat.Plaut.Pœn.4.108, -primum salua sis Prima,& secunda in secundo.

Secũdus de. Cic.in Orat.28,Quoniã id secũdũ erat de tribus.

Secundus alicui re quapiam.Virgilius 11.Æneid.Turnus ego, haud vlli veterum virtute secundus.

Nulli virtute secundus.Silius lib.7.11.

Forma nulli secunda.Ouid.1.Amor.eleg.8.5.

Secundus à rege.Hirtius 4.bel.Alexand.274, Bellonæ tẽplũ, quod tãta religione colitur, vt sacerdos eius dex maiestate,imperio, & potẽtia secũdus à rege cõsensu gentis illius habeatur.

Secundus ad.Cic.3.de Fin.80,Nemo dicit in regia regem ipsum quasi productum esse ad dignitatem,sed eos qui in aliquo honore sunt : quorum ordo proximè accedit vt secundus sit ad regium principatum.

¶ Secundis admurmurationibus Senatus illũ accusaui. Id est Senatu submissis verbis assentiente.Cic. Q.fratri,lib.2.5.5,Multa feci verba de toto furore latrocinióque P.Clodii:tanquã reũ accusaui multis & secundis admurmurationibus cũcti Senatus.

Actiones secundæ.Quintil.lib.4.cap.1.3.

Amni secundo pars cætera defluit.Virg.8.Æneid.110.

Amni secundo missus defluit aries.Virg.3.Georg.90.Defluit, cum aqua scilicet.Seruius.

Amor summè secundus.Lucret.lib.4.230.

Secundis auibus,Bona fortuna & fœlicitate.Liu.6.abVrbe,56, Tũ micẽt gladii,& veniat in mẽte vnicuique,deos esse qui Romanũ adiuuẽt:deos, qui secundis auibus in prælium miserint.

Secunda aura,Grata,aspirans,prospera. Plin.lib.8.cap.51, de ceruis,Fugiũt autem latratu canum audito,aura semper secunda,vt vestigia semper cum ipsis abeant.Id est cum aura,non cõtra ventum:sequentes flatum auræ.

Secundis auribus aliquid accipere,Benevolis, clementibus.Liuius,Omniáne semper quæ magistratus ille dicet,secundis auribus:quæ ab nostrũm aliquo dicentur,aduersis accipietis?

Auspicia secunda.Horat.4.Carm.ode 14.4.

Secundæ authoritatis homo.Plin.lib.35.cap.6.4,Rubricæ genus in ea voluere intelligi quidam secundæ authoritatis.

Clamor secundus.Virg.5.Æneid.99.

Flectit equos,curruq; volans dat lora secũdo.Virg.1.Æneid.35. Id est,inquit Seruius, Obsequẽti Troianis. Et tractus est sermo à sequẽtibus seruis,id est pedisequis secundis. Vnde & Secundã fortunam dicimus:quòd secundum nos est,id est prope nos.

Cursus secundos dare.Virg.3.Æneid.92.

Di faciles,& in amore secundi.Ouid.epist.17.1.

Existimatio secunda,Hoc est fama prospera. Suet.in Claudio Cæsare,cap.7,Sub Caio demum fratris filio secũdam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente,&c.

Exitus secundi.Horat.4.Carm.ode 14.4.

Fama secunda,Fœlix,prospera.Liu.7.bel.Pun.59, Cætero vsi sunt ad vestimenta præsenti pecunia locanda exercitui, qui in Hispania bellum secunda sua fama,ducisque gerebat.

Flumen secundum.Tacit.lib.21.

Homine secundo remis augetur cursus cũtis.Ouid.4.de Ponto,eleg.15.6.

Fortuna secunda. Cic.3.Verr.16,Si nullam religionẽ sors habebit,nullam societatem coniunctio secundæ dubiæque fortunæ,nullam authoritatem mores atque instituta maiorum.

Aduersa fortuna,& Secunda,contraria.Virg.9.Æneid.57, -tantum fortuna secunda Abæ aduersa cadat.

Hæres secundus,Vide Hæres.

Laboribus secũdis creuit Romana pubes.Hor.4.Car.od.4.9.

Loco secundo.Cic.pro Cecin.17,Maximè fuit optandum Cecinnæ recuperatores,vt controuersiæ nihil haberet:secundo loco,vt ne cũ tã improbo homine : tertio, vt cũ tã stulto haberet.

Secundus in dicendo locus.Cic.Attico,lib.2.8.4,Et ille secundus in dicendo habet authoritatem penè principis,& voluntatem non minus deuinctam beneficio c o i.

Mare secundum.Tacit.lib.20.

Mẽsa secunda,Vide Mensa.Ci.Attico,lib.14.304.3, Hæc ad te scripsi apposita secunda mensa. Idem Tironi,libro 16.11.16, Videor videre ementem te rusticas res,cum villico loquentem, in lacinia sernantem ex mensa secunda semina. Plin.libro 9. cap.35.17,At illa corollarium id esse,consumpturámque secunda in cœna taxationem confirmant,solámque se centies n s cœnaturam,inferri mensam secundam iussit. Virg.1.Georg.11,

Nõ ego te diis,& mẽsis accepta secũdis Transierim Rhodia.

Notæ secundæ vites,Hoc est bonitatis & præstantiæ. Colum. lib.3.cap.2.11,Possunt tamen etiam secundæ notæ vites prouentu & vbertate commendari,qualis est Biturica.

Numinibus secundis euenire. Tacit.lib.15, Vt ipse prouidum potius,& secundis numinibus euenire.

Omine secundo ire.Horat.3.Carm.ode 11.10.

Oratio secũda,Grata,plausibilis. Salust. in Iugurth.Hominẽ ob morbos animo parum valido,secunda oratione extollit:&c.

Panis secundus,Idem quod Secundarius.Horat.2.epist.2.15, -pasti siliquis,& pane secundo.

Partes tractare secũdas,Tragœdiæ scilicet. Horat.1.epist.19.3.

Partiũ esse secundarum.Cic.1.Verr.16,Vt in actoribus Græcis fieri videmus,sæpe illũ qui est secundarũ,aut tertiarũ partium, quũ possit aliquanto clarius dicere,quàm ipse primarũ, multũ summittere,vt ille princeps quàmaximè excellat.Vide Pars.

Plausúque volat,fremitúque secundo.Virg.5.Æneid.68.

Populo secũdo aliquid facere, Fauẽte,non repugnãte. Cic.2. Tusc.6,Est enim philosophia paucis cõtẽta iudicibus, multitudinẽ cõsulto ipsa fugiẽs,eiq; ipsi & suspecta & inuisa:vtvel siquis vniuersam velit vituperare,secundo id populo facere possit.

Prælium secundum.Tacit.lib.20,Secundum prælium fecit.

Res secundæ,Prosperæ,ex animo succedẽtes. Dictæ(vt ait Festus)non à numero,sed quia vt velimus sequantur.Cic.de Amicitia,22,Nam & secundas res splendidiores facit amicitia,& aduersas partiẽs,cõmunicánsq; leuiores. Terent.Phorm.2.1.11, Quamobrẽ omnes quũ secũdæ res sunt maximè,tum maximè Meditari secum oportet,quo pacto aduersam ærumnam ferãt. Idem And.5.6.11,Age,me in tuis secundis rebus respice. Cic. 4.Tusc.27,Inuidentiam esse dicunt ægritudinẽ susceptam propter alterius res secundas,quæ nihil noceant inuidenti. Idem ad Figulum,lib.4.13.1, Vnam enim partem & consuetudinem earum epistolarum quibus secũdis rebus vti solebamus,tempus eripuerat. Horat.1.epist.10.6, Quem res plus nimio delectauere secundæ.

Secundæ res de.Terentius Heaut.2.2.1,

Si mihi secundæ res de amore meo essent,iandudum scio Venissent.

Rumor secundus.Horatius 1.epist.10.1. Tacitus lib.3,Vtque hoc secundo rumore,ita aduersis animis acceptum.Hoc est rumore grato.

Ergo iter inceptum celerãt rumore secundo. Virg.8.Æn.18.

Tempestas secunda. Tacit.in vita Agricolæ, Et simul classis secunda tempestate,ac fama Trutulensem portum tenuit.

Tempora secunda.Horat.4.Carm.ode 9.8.

Ventus secundus,Prosper,gratus. Plaut.Merc.11.34, Hic ventus nunc secundus est,cape modò vorsoriam. Cic.ad Atticũ, lib.2.16.13,Quid si etiam Cæsarem,cuius nunc venti valde sunt secundi,reddo meliorem? Hic per translationem. Idem 3.de Nat.deo.119,Vsque quum secũdissimo vento cursum teneret,ridens, Videtisne,inquit,amici quàm bona à diis immortalibus nauigatio sacrilegis detur?

Vela intendere ventis secundis.Virg.3.Æneid.157.

Vires secundæ.Virg.2.Æneid.114.

Voluntate secunda hominum. Cassius ad Ciceronem,lib.15. 19.1,Pansam nostrum secunda volũtate hominum palodatum ex vrbe exisse cum ipsius causa gaudeo,tum mehercle etiam omnium nostrum.

Secundum, Præpositio accusatiuo casui seruiens, pro Iuxta siue prope.nã quod secundo loco positum est,prope est.Seruius Sulpitius ad Ciceronem,lib.4.11.5,Duo vulnera accepisse,vnum in stomacho,alterũ in capite secundum aurem. Plaut.Rud.4.61, -quid illoc est Scepario

Hominũ secundũ litrus? Idẽ Stich.7.44,Ite hãc secundũ vos me,ego hũc lacero diem. Cic.ad Atticũ,lib.16.335.3,An iret ad tres legiones Macedonicas,quæ iter secundum mare superũ faciũt,quas sperat suas esse. Eidẽ,lib.8.163.1,Etsi secundũ mare ad me ire cœpisset,confestim in Samnium ad me venturum.

¶ Secũdum,Post.Plaut.Casin.2.17, Secundum ludos reddunt autẽ nemini. Idem Capt.5.45,Nam secundũ patrem tu es pa-

ter proximus. Quintil.in Gladiatore, Nam quod vnum mihi ſecundum patrem fortuna videbatur paraſſe præſidium, id ego ſperare in illa ſorte non poteram. Cic.2.Offic.15,Proximè autem & ſecundum deos, homines hominibus maximè vtiles eſſe poſſunt. Liu.8.bel.Pun.47,Dein ſecundum deos c o s s. reſponderunt,& ſupplicatione amborum nomine,& triumpho vtrique decreto. Ibidem.lib.1.148, Nos autem qui ſecundum deos violati ſumus,commiſſum ac profligatũ conficere. Cic. 3.Verr.73,Appellat hæredem L.Annium qui erat inſtitutus ſecundum filiam.

Secundum hunc diem,Crat.Cic.1.de Orat.138,Hoc facilius nobis expones ea,quæ abs te de officiis,præceptiſq; oratoris quæſita ſunt: ſed opinor ſecundum hunc diem: ſatis enim multa à nobis hodie dicta ſunt.

Secundum fratrem illis plurimum tribuebat.Cic.4.Acad.25.

Secũdum ea quæro,ſeruariſne in eo fidem. Id eſt poſtea, vel præter hæc.Cic.in Vatinium,11.

Secundum & Ante,contraria. Cic.1. Verr.11, Tua ratio eſt,vt ſecundum binos ludos mihi reſpondere incipias: mea,vt ante primos ludos comperendinem.

Secũdum te nihil eſt mihi amicius ſolitudine.Cic.Attico,lib. 2.241.5. Et Q.fratri,lib.3.17.14, Ille mihi ſecundum te & liberos noſtros ita eſt,vt ſit penè par.

¶Secundum.Pro.vt Secundum te litem do,id eſt Pro te. Secundum me iudica,Pro me.Suet.in Claud.Cæſare,ca.15, Abſentibus ſecundum præſentes dabat. Cic.4.Verr.18,Vtatur inſtituto ſuo,nec cogat ante horam decimam de abſente ſecũdum præſentem iudicare. Vlpianus,Et poſt edictum ſecundũ præſentem iudicabitur ac ſi præſens eſſet.

Secundum cauſam multa diſputare. Cic.Attico,libro 4.71.5, Ita ſuo quiſque horum loco ſententiã rogatus, multa ſecundũ cauſam noſtram diſputauit.

Secundum ſe decreuit.Cic.Attico,lib.4.71.4,Nũtiat iam populo Pontificis ſecundum ſe decreuiſſe.

Secundum Buthrotios iudicauit,aut decreuit.Cic.Attico,lib. 16.343.3. Et pro Roſcio Comœdo,7.

¶Secundum,In.vt Secundum quietem,id eſt In quiete.Suet. in Auguſt.Cæſare.cap.94. Adfirmabat ipſum eſſe cuius imago ſecũdum quietẽ ſibi obuerſata ſit. Cic.1.de Diuin.87,Quumque ſolidam inueniſſet,ſtatuiſſétque tollereſi ſecundum quietem viſam eſſe Iunonem:prædicere ne id faceret.

¶Secundum,Quod Gallicè dicimus *ſelon*.Teren.Eun.5.9.60, -poſtquam eis mores oſtendi tuos,
Et collaudari ſecundum facta & virtutes tuas,
Impetraui. Liu.10.bel.Pun.147,Dii teſtes ſunt:qui & illius belli exitum ſecundum ius fáſque dederunt.

¶Secundum arbitrium tuum,pro Ad arbitrium tuum.Cic. 7.Verr.119,Sed ſecũdum arbitrium tuum teſtes dabo,qui iſtum ipſum Syracuſis abs te in latomias coniectum eſſe dicant.

Iudicare ſecundum aliquem.Cic.pro Roſcio Comœdo,1.

¶Secũdũ,Super.Saluſt.in Iugurth.Secũdũ ea vti deliberetis.

¶Secundum Platonem, Id eſt iuxta Platonis ſententiam.

Secundò,Adverbium.Secundò Cõſul.Et,Secundò eum noueram, id eſt bis.Cicero,Semel hominem allocutus fueram:an ſecundò mihi redeundum eſſet,ignorabam.

Secundæ,ſecũdarum,tantum pluraliter, Membrana illa qua partus obuolutus vtero prodit,quæ & ſecundina vocatur.Dictæ ſecundæ quòd naſcentem infantem ſequantur. Plin.lib.20. cap. 9.10.Braſſicæ ſuccus contra ardorem febrium & ſtomachi vitia, vtiliſſimè imponitur,& ad ſecundas. Idẽ lib.20.cap.13.11,Fœminarũ etiam purgationes,ſecundáſque, etiam emortuos partus,vt Hippocrati videtur, ex vino dulci nigro pote. Ibidem, cap.14.9,Ex aceto & melle ſedat menſtrua,& ſecundas.

Secundarius,Adiect.Quaſi ſecũdi ordinis. vt Panis ſecundarius. Suet.in Auguſto,ca.76,Cibi minimi erat,atq; vulgaris ferè:ſecundarium panem & piſciculos minutos maximè appetebat. Plin.lib.18.cap.9.1, Præterea floris ſemodium, & cibarii,quod ſecũdariũ vocant,ſextarios quatuor,furfuris ſextarios quatuor. Sic Secundarium minium,apud eundem lib.33.cap.7.8.

¶Secundarius,Secundæ claſſis. Cic.de Claris Orat.131,Quod idem faciebat Q.Arrius,qui fuit M.Craſſi quaſi ſecũdarius. Id eſt,ſecundæ,& à Craſſo proximæ claſſis.Budæus.

¶Secundarium,pro Proximum,vel Secundum. Cic.1.de Inuent.137,In hoc autẽ loco,caput illud erit accuſatori,ſi demonſtrare poterit,alii nemini cauſam fuiſſe faciendi:ſecundarium, ſi tantam,aut tam idoneam nemini.

Secundãnus,pen.pro.Adiect.Plin.lib.3.cap.4.5,In mediterraneo colonia Arelate ſextanorum,Bliteræ ſeptimanorũ,Arauſio ſecundanorum.Hoc eſt ſecundæ legionis vel cohortis militum. Idem lib.7.cap.11.4,Eiuſdem familiæ Scipioni poſt eũ cognomen Salutio mimus dedit.ſicut Spinter ſecũdanus,retiariúſque Pamphilus,collegio Lentuli & Metelli c o s s.Vetus codex habet Spinter ſecundarũ tertiarúmque. Liu.4.bel.Maced.176,Dum repetunt enixè ſignum,priores ſecundani ſe porta eiecere.

Secundani milites.Liu.4.bel.Maced.63,Secundani terga hoſtium cædunt,cæteri caſtra diripiunt.

Secundo,ſecundas,ſecundãre,pen.prod.Proſperum reddere.Propertius lib.3.eleg.11.3,Iam liquidum nautis aura ſecundat iter. Virg.7.Æneid.51, -di noſtra incœpta ſecundent.

Aura blanda ſecundat aquas.Ouid.epiſt.13.28.

Viſus ſecundare,& omen leuare.Virg.3.Æneid.8.

Deus ſecundet vorum noſtrum.Senec.Herc.fur.9.6.

¶Secũdare,In melius cõuertere,vel obſequi,vt ait Donatus. Terent.Adelph.5.9.37,

Sed ſi id vultis potius,quæ vos propter adoleſcentiam
Minus videtis,magis impenſe cupitis,conſulitis parum,
Hæc reprehendere,& corrigere me,& ſecundare in loco:
Ecce me,qui id faciam vobis.Quædam exemplaria hoc loco legunt OBSECVNDARE.

Secundans,Participium:vt Vento ſecundante. Tacit.lib.2.

SECVNDVS, Sophiſta Athenienſis,quem aliqui Epithyrum vocant,quòd architecti filius fuerit,multæ quidem doctrinæ,mediocris eloquentiæ,æqualis æmulúſque Herodis Attici: ex quo Herodes illud Heſiodi eleganti mutatione in eum cauillatus eſt, Figulus æqualem exagitat,tu rhetora tecton. Qui nihilominus ſenem poſtea morientem,& epicedio & lachrymis honorauit. Ex Philoſtrato.

Secundus alter,Tridentinus, vir ſanctus,Agilulphi regis Longobardorum tempore,ſcripſit breuiter Longobardorum hiſtoriam.Author Paulus Foroiulienſis.

Securis,huius ſecũris,pen.prod.f.g.Inſtrumẽtum ad ſecanda ligna,quaſi ſemiquiris,vt ait Seruius. Sabini enim quirim haſtam appellabant. Virg.11. Æneid.131, -ærata quatiẽs Tarpeia ſecurim. Plau.Aul.5.17,Cultrũ,ſecurim,piſtillum, mortariũ,&c. Cic.3.Verr.4,Agunt eum præcipitem pœnæ ciuium Romanorum,quos partim ſecuri percuſſit,partim in vinculis necauit. Ibidẽ,51,Adeſt,inſtat,vrget Dolabella,vt quamprimum ſecuri feriantur. Et 5.133. Sic Columella lib.4.cap.25.2. Item Caro cap.13,Incerniculam vnum, ſecurim vnam, ſcamnum vnum.

Acies ſecurium,Vide Acies.

Anceps ſecuris.Ouid.8.Metam.80.

Curuæ ſecures.Virg.7.Æneid.37.

Ex adamante facta ſecuris.Ouid.3.Faſt.161.

Hebetes ſecurẽs.Iuuenalis Saty.8.14.

Impacta ſecuris cædit rotas bigarum. Iuuenalis Saty.10.6.

Laurigeræ ſecures. Claud.7.Paneg.3. Secures liſtorũ Romanorum intelligit.

Pacificæ ſecures.Lucan.lib.7.13.

Sæuæ ſecures.Virg.6.Æneid.164.

Valida ſecuris.Virg.11.Æneid.140.

¶Cædere ſecuri.Virg.3.Georg.73.

Rara ſecuris eò fertur, Id eſt, Eo rarò venitur cædendorum lignorum gratia.Horat.1.Serm.ſaty.7.6.

Securi ceruices ſubiicere. Cic.in Piſonẽ,66, Quum miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui ceruices ſubiicere geſtiret.

Infligere ſecurim,vel iniicere,dicuntur qui vehemẽter lædũt, acvulnerãt.Cic.pro Murena,46,Sed tamẽ Serui,quã te ſecurim putas inieciſſe petitioni tuæ,quũ tu Populũ Rom.in eũ metum adduxiſti vt pertimeſceret,&c. Atq; inibi paulò ſuperius quod hîc ſecurim dixit,velut exponens appellat plagam:Atque ex omnibus illa plaga eſt iniecta petitioni tuæ, nõ tacente me maxima. Item pro Plancio,37,Graniorem potuerunt Reip.infligere ſecurim. Idem ad Q.fratrem,lib.1.13.1.Tenediorũ igitur libertas, ſecuri Tenedia præciſa eſt.Et Demoſthenes Phocionẽ appellare ſolet ſuorum argumẽtorum ſecurim. Frequẽtia ſunt apud Plautum,Iniicere tragulam, Iniicere pilum, Iniicere telum.Omnia tela in patriam intenta,dixit Cicero de Prouinciis Conſul.18.Eraſmus.

Securicula,ſecuriculæ,pen.corr.Diminutiuũ.Plin.lib.18.cap.19.3, Securiculam inſitiuam pendere,qua intercidantur radices.

Secũrifer,penul corr.Adiectiuum: Qui fert ſecurim:vt Pyracmon ſecũrifer.Ouid.11.Metam.91.

Secũriger,pen.corr.Aliud adiectiuum,Idem.

Cæteræ ſecurigeræ.Valer 5.Argon.18.

Dextra ſecurigera.Silius lib.16.10.

Puellæ ſecurigeræ.Ouid.epiſt.4.14.

Securicla,ſecuriclæ, Lignеum retinaculum,quod etiã ſuſcus, ſubſcúſque dicitur,quo duo ligna tenaciſſimè inter ſe vinciuntur. Vnde Securiclati cardines, apud Vitruuium lib. 10. Noſtri(vt arbitror) *hirundinum caudas* appellant.Budæus.

Securus/pen.pro.Adiectiuũ,Qui sine cura est,quasi seorsum à cura.Plin.epist.14.lib.3, Vides quot periculis, quot contumeliis,quot ludibriis simus obnoxii:nec est quod quisquam possit esse securus,quia sit remissus ac mitis.

Securus à metu somnus. Plin.lib.18.cap.9.15, Pelles eiusdem animalis substratæ,securos præstant ab eo metu somnos.

Securus ab afflatu.Plin.lib.11.cap.1.7,Licinius Mutianus prodendum posteris putauit, epulatum intra specum se cum duodenicesimo comite, largè ipsa toros præbente fronde,ab omni afflatu securum,optantem imbriũ per folia crepitus. Id est,nullum afflatum securum,optantem imbriũ per folia crepitus. Id est,nullum afflatum timens sibi.

Securus de.Liu.6.bel.Maced.156,Antiochus Ephesi secur' admodum de bello Romano erat,tanquam non transituris in Asiam Romanis.quam securitatem ei magna pars amicorũ aut per errorem,aut assentando faciebat.

Reddere securum. Plancus Ciceroni, libro 10.14.18, Si Africanæ legiones celeriter venerint,securos vos ab hac parte reddemus.

¶Æther terris securior.Ouid.1.Metam.31.

Ævum securum agere.Lucret.lib.5.17.

Animi securi homo.Cic.Attico,lib.12.160.6,De lingua Latina securi es animi,dices,qui talia conscribis.

Damnum securum.Mart.lib.1.78.

Victa est pondere quum suo repente:
Et postquam dominum nihil timebat,
Securo ruit incrementa damno. De ruina porticus.

Puella non sinit tibi ire securos dies. Tibulus lib.1.eleg.4.5.

Domus securæ ac patẽtes.Plin.in Paneg.106, Proposita sunt senioribus præmia,iuuenib' exempla: adeant,frequentent securas tandem ac patentes domos.

Mollia securæ peragebant otia gentes.Ouid.1.Metam.11.

Otia secura agere.Virg.3.Georg.76.

Somnos securos rumpere.Lucan.lib.3.5.

Testamentum securum,Firmum,& de quo nihil est dubitãdum. Plinius in Paneg. 68, In eodem genere ponendum est, quòd testamenta nostra secura sunt: nec vnus omnium, nunc quia scriptus hæres,nõ tu falsis,nõ tu iniquis tabulis aduocaris.

Virtus secura.Lucan.lib.1.58.

¶Securus,Dissolutus,sine vlla cura,quem supinum Iurisconsulti vocare solẽt,id est, socordem & desidem. Genitiuo iungitur.Quintil.de Tautologia loquens, lib.8, Hæc enim quanquã non magnopere summis authoribus vitata,interim vitium videri potest,in quod sæpe etiam incidit Cicero, securus tam parũ obseruationis.Id est negligens &contemptor. Lucan.lib.1.43, de leone loquens,Perferrum tanti securus vulneris exit.

Amorum securus.Virg.10.Æneid.65. Et lib.1.71.

Loca casuum secura. Tacitus lib. 17, Non modo incentia, & plana vrbis loca,sed secura huiusmodi casuum,implenit.

Coniugii secura.Valer.8.Argon.42.

Decoris securus.Tacit.lib.19.

Famæ securus.Ouid.1.Trist.eleg.1.10.

Virtus secura fortunæ.Claud.8.Paneg.1.

Futuri secura.Ouid.6.Metam.18.

Odii securus.Tacit.in vita Agricolæ.

Pœnæ securus.Horat.1.epist.2.4.

Potentiæ securus. Tacitus libro 3, Cæsar Augustus potentiæ securus.

Sui securus.Lucan.lib.2.49.

Veniæ securus.Lucan.lib.8.154.

Securitas,pen.corr.securitãtis,fœm.gen.Curæ & anxietati opponitur: estque animi recta placidáque cõstitutio,malorum impendẽtium cura vacans. Traianus lib.10.ad Plinium, epist.32, Sicut largitiones ex publico fieri mãdata prohibent,ita ne multorum securitas subruatur,factas ante aliquantum temporis retractari, atque in irritum vindicari non oportet. Plinius libro 9.cap.47,Certissima est securitas vidisse planos pisces:quia nunquam sunt, vbi maleficæ bestiæ. Cicero libro 5.de Finibus, 38, Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas,quam appellant εὐθυμίαν,eo separãda fuit ab hac disputatione, quia ista animi trãquillitas ea ipsa est beata vita. Idem lib.5.Tuscul.59,Qui autem illam maximè optatam & expeditam securitatem (securitatem autem nũc appello vacuitatem ægritudinis,in qua vita beata posita est)habere quisquam potest,cui aut adsit,aut adesse possit multitudo malorum?

Infœlix securitas.Quintil.in Prooem.lib.6.14, Nihil enim sibi aduersus me reliquit: & infœlicem quidem,sed certissimam tamen attulit mihi ex his malis securitatem.

Inhumana securitas.Tacit.lib.19, Nec tum minus crudelitatis,nunc inhumana securitas.

Compositus in securitatem. Tacitus lib. 3, Tantò impensius in securitatem compositus,neque loco,neque vultu mutato.

Párere securitatem.Quintil.lib.1.ca.1.4, Quia res altera tædium laboris,altera securitatem parit.

Præstare securitatem. Cato ad Ciceronem, libro 15.5.6,Vale, & nos dilige:& instituto itinere securitatem,diligẽtiamque sociis & Reipub.præsta.

Vt tranquillitas animi adsit,& securitas.Cic.1.Offic.99.

Secus/Præpositio,accusatiuo iungitur.Significat prope. vt,Secus decursus aquarum seruntur salices.

Secus, Aduerbium,significat Aliter,præsertim quando NON vel HAVD comites habet.Plaut.Epid.5.91,

Vbi erit empta,vt aliquò ex vrbe amoueat:nisi quid tua secus Sententia est. Cicero in Pisonem,54,Restè an secus,nihil ad nos. Idem Torquato,lib.6.4.1, Etsi idipsum nonnullis videatur secus. Idem de Clar.Orat.161,Nemo dicet secus.

Secus quàm.Plautus Casin.2.45,

-educauit magna industria,
Quàm si esset ex se nata,non multo secus. Idem Capt.6.13,
-quanquam non multum fuit molesta seruitus,
Nec mihi secus erat,quàm si essem familiaris filius. Et Aul. 16.11, Quid diximus tibi secus quàm velles? Cic.Attico,lib.6. 113.5,Mihi autem erit maximè curæ,nequid fiat secus quàm volumus,quámque oportet.

Secus ac.Cicero de Oratore, Me nõ multo secus facere quam de oratore disputem,ac facerem si esset mihi de histrione dicendum. Idem pro Murena.9, Non secus ac si meus frater esses. Et 1. de Oratore,14, Non dixi secus ac sentiebam. Item Attico,lib.4.85.1, Velim domum ad te scribas,vt mihi tui libri pateant,non secus ac si ipse adesses. Sic pro Plancio,1, Cuius ego salutem non secus ac meam tueri debeo. Virg.3. Æneid. 48,Haud secus ac iussi faciunt.

Secus atque.Cic.3 de Oratore,65,Sed paulo secus à me atque ab illo partita ac distributa. Idem 1.de Natura deor.33, Quoniam cœpi secus agere,atque initio dixerã. Virg.11,Æneid.91, Haud secus atque alto in luco. Sic Plinius lib.11.ca.20.10.

Longè secus, Vide **Longus.**

Multò secus, Vide **Multus.**

Non secus ac, Vide **Non.**

Sed/ Coniunctio,aliquando transitum significat ad mentionẽ alterius rei,inquit Donatus.Terent.Phorm.1.2.7,

Sed quid tu es tristis? ego nescis quo in metu,&
Quanto in periculo sim. Ibidem,1.4.39,Sed quis hic est senex quem video in vltima platea?

Sed,cõtrariæ sententiæ significationẽ habens.Ter.And.3.1.4,

Ita pol quidem res est,vt dixti Lesbia,
Fidelè haud fermè mulieri inuenias virum. Et paulo pòst,Sed hic Pamphilus.s.quid dicit? M.firmauit fidem. Ibidem,3.2.45,
-haud scio an quæ dixit,sint vera omnia,
Sed parũpendo. Donatus. Virg.eclog.9.7,
Nam neque adhuc Varo videor,neque dicere Cinna
Digna,sed argutos inter strepere anser olores.

Sed,incœptiuum,pro Atque.Terent.And.1.1.11,

Facilè omnes quom valemus,recta consilia ægrotis damus:
Tu si hic sis,aliter sentias.8.age age,vt lubet. c.sed Pamphilum Video.omnia experiri certum est prius quàm pereo. Donatus.

Sed mane,Quasi incipientis,demonstrantisque aliquid noui se inuenisse.Terent.And.4.1.59,

-restitue in quem me accepisti locum.

D.Faciam.s.at iam hoc opus est.

D.Hem.sed mane: concrepuit à Glycerio ostium. Donatus.

Sed quid hoc? Non interrogantis,sed mirantis,& non intelligentis est,inquit Donatus.Terentius And.4.4.1,Sed quid hoc? puer hercle est.

Sed videón' ego Philotion? Sic solet(inquit Donatus)dubitari,aduenientibus ipsis quos post multum temporis interuallum vident. Terent. Hecyra,1.1.6, Sed videón' ego Philotion? vnde hæc aduenit?

¶Sed autem.Plaut.Rud.11.14,

Sed autem,quid si hanc hinc abstulerit quispiam
Sacram vrnam Veneris?

Sed cõtra.Cic.1.Aca.51,Zeno igitur nullo modo is erat.qui vt Theophrastus,neruos virtutis incideret,sed contrà qui,&c.

Sed de perceptione hactenus.Cic.4.Acad.70.

Sed dissoluerit sanè.Cicero 4.Acad.134, Idẽ mihi quidem nõ videtur: sed dissoluerit sanè,certè tam multa nõ colegisset quæ nos fallerent probabilitate magna. Idem pro Ligario,11, Sed ierit ad bellum, dissenserit non à te solum, verum etiam à fratribus.

Sed enim,pro Certè.Plau.Cur.4.10,Sed enim nequeo durare quin herum accusem meum. Cic.ad Atticum,lib.6.111.20, Sed

enim διατριβὴ si perturbatior est,tibi assignato. Gel.lib.1.ca. 11,Sed enim Achæos Homerus pugnam indipisci ait. Quintil. lib.7.cap.1,Sed enim in commune de iure omni disputandum semper.Cic.pro Cælio,48,Sed reuertar ad crimen:sed enim hæc facta illius clarissimi ac fortissimi viri mentio & vocem meam fletu debilitauit,& mentem dolore impediuit.

Sed & nostrorum gloriam percenseamus. Plin.lib.7.ca.30.4. Videtur ibi significare Quinctiam.

Sed,in confirmatione superiorum positum.Cic.5.Verr.55,Sũt homines Siculi non contemnendi,si per nostros magistratus liceat,sed homines & satis fortes,& satis planè frugi ac sobrii.

Non,sed.Cic.Attico,lib.1.13.5, Nõ odio adductus alicuius,sed animo corrigendæ,& sanandæ ciuitatis.

Sed non,sed.Cic.4.Acad.120,Sed nõ de me,vt dixi,sed de sapiente quæritur. Idem 1.de Orat.165,Sed ego non de præstãti quadam & eximia,sed propè de vulgari,& cõmuni prudentia disputo.

Sed vellem nõ solùm,&c.sed etiam,&c.Cic. Lentulo, lib.1.9. 32.Vide Non aduerbium.

Non modò,sed ne.Cic.pro Rabirio perduel.reo,8,Non modò huius libertatis,mansuetudinisque non sunt,sed ne Romuli quidem aut Numæ Pompilii,sed Tarquinii.Vide Non.

Sed siue est ars,siue artis quædam similitudo, nõ est quidem ea negligenda,verùm intelligendum,&c.Cic.1.de Orat.54.

Sed verò.Cic.7.Verr.11,O præclarum imperatorem,nec iam cum M.Aquilio fortissimo viro,sed verò cum Paulis,Scipionibus,Mariis conferendum.

Sed nunc verò.Curtius lib.3,Rex,inquit,semper quidem spiritus mens ex te pependit:sed nunc verò arbitror sacro & venerabili ore trahitur.Verba sunt Philippi medici ad Alexandrum.

Sed,pro Verumetiam.Cic.1.de Nat.deor.137,Tuus autẽ deus non digito vno redũdat,sed capite,collo,ceruicibus,poplitibus, manibus.

Sed,in obiectione ponitur,& in antipophora.Cic.12.Philipp. 37,Sed effugi insidias,perrupi Apenninum:nempe in Antonii congressum,colloquiumque veniendum est.Id est,Verùm esto vt effugerim,vel effugiam,&c.Budæus.

Sed, pro Sed etiam. Cic.pro Milone, 46, Obliti estis Iudices, recenti illo nuntio necis Clodianæ,non modò inimicorum Milonis sermones & opiniones, sed nonnullorum imperitorum. Idem in Pisonem,51,Age,Senatus odit te, quod eum tu facere iure concedis, afflictorem & proditorem non modò dignitatis atque authoritatis,sed omnino ordinis ac nominis sui. Et sic ferè vbique.Budæus.

Sed is.Cic.5.Verr.169,In quo etiam erat aliquis quæstus, sed is honestus atque concessus.

Sedate/Sedatio/Sedatus/Vide **Sedo/**sedas.

Sedeo/sedes,sedi,sessum,sedere,Componitur ex se,& eo,quasi seorsum eo. nã seorsum ire videmur, & quasi à cæteris separari dum sedemus.Quidam à D o fieri existimãt, quòd qui sedet, seorsum dare se videtur.Plautus,Si non,vbi sedeas,locus est:at est vbi ambules. Virg.10.eclo.10,Dum sedet, & gracili fiscellã texit hibisco.

Sedere ad.Liu.1.bel.Pun. Id horreum fuit præsidium Pœnis sedentibus ad Trebiam.

Ad aliquem sedere. Ouid.1.de Arte,28, Proximus ad dominam nullo prohibente sedeto.

Ad latus alicuius sedere.Cicero 7.Verr.84, Atque eum vidẽt sedere ad latus Prætoris,& ad aurẽ familiariter, vt solitus erat, insusurrare.

Ad gubernacula Reip.sedere.Ci.pro Rosc.Amerino,30,Quũ apud maiores nostros summi viri,clarissimiq; homines, qui omni tempore ad gubernacula Reip.sedere debebant,tamen in agris quoque aliquantum operæ temporisque consumpserint.

Sedere apud.Plaut.Amph.7.41,
Ordine omne vt quicquid actum est,dũ apud hostes sedimus, Edisserauit.

Iudicem in aliquẽ sedere.Cic.pro Rabirio Posthumo,7,Modò vos iidem in A.Gabinium iudices sedistis.

In subselliis,sella,rheda sedere.Plau.Pœnulo,1.5,Bonóque vt animo sedeant in subselliis. Cic.ad Atticum, lib.4.79.4, Maló̃que in illa tua sedecula quam habes sub imagine Aristotelis, sedere,quàm in istorum sella curuli. Idem pro Milone,40, Quum alter veheretur in rheda penulatus, vnà sederet vxor.

In proximo Senatui sedere.Plin.lib.16.cap.4.6,Ludos incũti semper assurgi,etiam ab Senatu in more est. Sedendi ius in proximo Senatui.

In equo sedere,pro Equitare.Cic.7.Verr.12, Vt eũ nemo vnquam in equo sedentem videret.

In ouis sedere,pro Incubare.Plin.lib.9.cap.51.6, Polypus fœmina modò in ouis sedet, modò cauernam excellato brachiorum implexu claudit.

Equo,vel carpẽto sedere. Mart.li.5.39, Vno credis equo posse sedere duos? Liuius 1.ab Vrbe,154,Ibi ei carpento sedẽti cum vxore,aquila suspensis demissa leniter alis pileum ausert. Subauditur præpositio IN.

Post aliquem sedere,A tergo alicuius sedere. Horat.3.Carm. ode 1.8,Post equitem sedet atra cura.

Sedere super. Quintilianus libro 1.ca.4.14,Vt si quæratur an sit credibile super caput Valerii pugnantis sediſſe coruum, qui os oculósque hostis Galli rostro atque alis euerberaret. Plinius libro 35.cap.4.9, Nemeam sedẽtem supra leonem,palmigeram ipsam,&c.

Altis sedibus sedere.Ouid.6.Metam.15.

Gremio tuo sedi.Ouid.epist.8.19.

Humo sedere.Ouid.4.Metam.53.

Sella curuli sedere.Liu.9.bel.Pun.185,Notati septẽ,nemo tamen qui sella curuli sedisset.

Vestibulo sedet custodia.Virg.6.Æneid.115.

¶Sedens auribus vox.Quintil.li.11.ca.3,Vox clara,pura,secãs aera,auribus sedens. Ouidius epist.14.5,Nondum Tyndaridis nomen mihi sederat aure. Id est nondum audieram.

Nomen in ore sedet.Stat.12.Thebaid.23.

Animo sedet fixum, immotúmque, Sic statui. Virgilius 4. Æneidor,3,
Si mihi non animo fixum,immotúmque sederet,
Ne cui me vinclo vellem sociare iugali,&c.

In ingenio alicuius sedere,Hærere in memoria alicui. Ouid. epist.1.16,
De tanta rerum turba,factisque parentis,
Sedit in ingenio Creiſa puella tuo.

Sedent niues.Plin.lib.17.cap.1. 4, Hyberno quidem puluere fieri lætiores messes, luxuriantis ingenii fertilitate dictum est. Alioqui vota arborum communia sunt, frugúmq;, niues diutinas sedere. Causa nõ solùm quia animam terræ euanescentẽ exhalatione includunt,& comprimant,retróque agũt in vires frugum atque radices,&c.

Flumina sederunt viso Iouis nutu. Stat.9.Thebaid.105.

Sedet morbus. Mart.lib.1.85,
Adeóne penitus sedit hic tibi morbus,
Vt sæpe in aurem Cinna Cæsarem laudes?

¶Vestis sedere dicitur,quæ apta est. Quintil.lib.11.ca.vltimo, Nam & ita sedet melius toga,& continetur.

Sedet imperium. Plin.in Paneg.Quum abundè expertus esſet quàm bene humeris tuis sederet imperium.

¶Sedere de auibus dicitur,In loco altiore esse: vt Passer sedet in tecto. Virg.2.Æneï.173,Nocte sedens,serum canit importuna per vmbras.

¶Sedere,aliquãdo ignauiam,cessationémque denotat.Virg. 11.Æne.3, -sedeant,spectẽtque Latini. Terent.Adel.4.5.38, -an sedere oportuit
Domi virginem tam grandẽ? Cic.ad Tironẽ,lib.16.12.2,His vẽtis istinc nauigatur,qui si essent,nos Corcyræ non sederemus.

Totos dies sedere in villa.Cic.ad Atticum,lib.11.237.4.

Continenter sedere. Catul. ad Contubernales,35.2.

¶Sedere,pro Placere,datiuo construitur.Virg.5.Æn.84,Idq; pio sedet Æneæ,probat author Acestes. Idẽ 1.Æn.131,Et sedet hoc animo. Et lib.4.3,Si mihi non animo fixum,immotúmque sederet. Plin.lib.1.cap.7.9, Sedere cœpit sententia hæc, paritérque & eruditum vulgus,& rude in eam cursu vadit.

¶Sedere,Consyderare.Virgilius 1.Æne.11,-celsa sedet Æolus arce. Id est curat, Seruius. Idem 9. Æneid.1, -Turnus sacrata valle sedebat. Vbi Seruius, Sedebat, vt Asper dicit,erat.quæ clausula, antiqua est, & de vsu remota. Secundum Plautum, Sedere,est Consilium capere, qui inducit seruum dicentem, Sine iuxta aram sedeam, & dabo meliora consilia. Sed secundum augures, est augurium captare: nam post designatas cæli partes, à sedentibus captantur auguria: quod & suprà ipse ostendit latenter,inducens Picum solum sedentem.vt,
-paruaque sedebat Succinctus trabea. Aut erat, aut consilia capiebat,aut augurabatur.

Ars sedendi,Cunctatio.Silius lib.8.3, -tum miles egenus Cunctarum vt rerum Tyrius foret,arte sedendi Egerat.De Fabio qui cunctando dicitur rem restituisse.

Partes quascunque flectimus sedendo.Ouid.1.Metam.165.

¶Sessum deducere in.Asinius Pollio ad Ciceronem,lib.10.32. 4,Herennium Gallum histrionem summo ludorum die annulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit.

Sedens,Participium.Apud Martialem lib.10.48,sedens lactuca legitur,quæ & sessilis etiam dicitur. Cic.de Amicit.1.

Prope limina testi sedens ianitor. Ouid. 1. Fast. 18.
Aduersus sedens. Catul. ad Lesbiam, 48. 1.
Sessûrus, pe. prod. Participium. Horat. de Arte, 51,
Si plausoris eges aulæa manentis, & vsque
Sessuri donec cantor, vos plaudite, dicat.
Sedes, sedis, fœm. gen. In qua sedemus. Plin. in Paneg. 85, Horum vnum si præstituisset alius, illi iududum radiatum caput & media inter deos sedes auro staret, aut ebore.
Solidæ sedes. Ouid. 1. Metam. 30.
Patria sede sedent. Virg. 7. Æneid. 39.
Latére in secreta sede. Virg. 1. Æneid. 114.
Exiguam sedem parituræ terra negauit. Ouid. 6. Metam. 38.
Locare in sede sacra. Virg. 1. Æneid. 105.
¶ Sedes, Habitaculum ac domicilium. Cæsar, Crescente enim populi multitudine, mutare sedes statuerunt. Cicero 1. Tuscul. 30, Alii in cerebro dixerunt animi esse sedem & locum. Idem ad Memmium, lib. 13. ep. 10, Phædri obtestationem, sedem, domicilium, vestigia summorum hominum sibi tuenda esse dicit.
Æthereæ sedes. Ouid. 15. Metam. 90.
Augusta sedes, Vide **Augustus.**
Beatæ sedes. Virg. 6. Æneid. 128.
Celsa sedes. Pers. Saty. 1. 1.
Dulcis sedes. Stat. 1. Syl. 1. 8.
Horrida sedes. Horat. 1. Carm. ode 34. 3.
Imæ sedes Erebi. Virg. 4. Georg. 95.
Infausta sedes. Senec. Thyeste, 1. 1.
Inferna sedes. Ouid. 3. Metam. 121.
Infida instabilisque sedes, Vide **Infidus.**
Lætæ sedes. Horat. 1. Carm. ode 11. 4.
Maligna sedes. Stat. 4. Syl. 3. 9.
Moribunda sedes Pisauri. Catul. ad Iuuentium, 76. 1.
Nemoralis sedes. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 11.
Optatæ sedes. Virg. 6. Æneid. 41.
Patria sedes. Virg. 2. Æneid. 117.
Peregrina ac sordida sedes. Lucan. lib. 5. 2.
Quietæ sedes. Virg. 2. Æneid. 41.
Sanctæ sedes deûm. Lucret. lib. 5. 30.
Sedes stabilis & domicilium certum. Cic. pro Marcello, 17, Sedem quidem stabilem & domicilium certum non habebit.
Superæ sedes, Cælum. Ouid. 3. Fast. 65.
Syderea sedes. Virg. 10. Æneid. 1.
Tenebrosa sedes. Ouid. 5. Metam. 72.
Verendæ sedes. Lucan. lib. 5. 15.
¶ Capere sedem, Vide **Capio.**
Commouere sedibus, Vide **Commoueo.**
Considere in sedibus. Cic. 1. de Orat. 15, Tũ Crassum, Imò verò commodius etiam puluinósque poposcisse, & omnes in iis sedibus, quæ erant sub platano, consedisse dicebat.
Conuellere ex suis sedibus, Vide **Conuello.**
Deserere sedem. Virg. 3. Æneid. 38.
Destituere sedem. Claud. de bel. Getico, 102.
Figere sedem alicubi. Iuuen. Satyr. 3. 1.
Exuere aliquem sedibus. Tac. lib. 13, Vt hostem vagum exuerunt sedibus.
Incolere sedem aliquã. Cic. Antequã iret in exilium, 15, Dii, deæque immortales, qui excellenti tumulo ciuitatis sedem Capitolii in saxo incolitis constitutã. Catul. de coma Bere. 61. 18.
Lucidas inire sedes. Horat. 3. Carm. ode 3. 7.
Labefactare animam sedibus. Lucret. lib. 5. 160,
Multáque præterea languentia membra per artus
Soluunt, atque animam labefactant sedibus intus.
Mutare sedem, Vide **Muto**/mutas.
Ponere sedes. Virg. 3. Æneid. 18.
Præbere sedem & domicilii. Cic. de Prouinc. Cons. 15, Nam si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset, nũquam hæc vrbs summo imperio domicilii ac sedẽ præbuisset.
Reuisere suas sedes. Virg. 1. Æneid. 84.
Succedere sedibus alicuius. Virg. 4. Æneid. 2, Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?
Tenere sedẽ Iouis Optimi Max. pro Vincere, siue captã obtinere. Tacit. li. 19, Quã non Porsena dedita vrbe, neque Galli capta tenere potuissent. De Capitolio sede Iouis Opt. Max. loquẽs.
Transferre regnum à sede Lauini. Virg. 1. Æneid. 55.
¶ Sedes, per trãslationem. vt Sedes luxuriæ, Sedes fortunarũ, pro Statu. Cic. 2. de Lege agrar. 94, Coloni Capuæ in domicilio superbiæ atque in sedibus luxuriæ collocati. Idẽ pro Archia, 6, At domicilium Romæ non habuit is qui tot annis ante ciuitatem datam, sedem omnium rerum & fortunarum suarum Romæ collocauit.
Celsissima sedes honoris, Vide **Celsus.**
Habere sedem. Quintil. lib. 6. cap. 1. 38, Omnes autem hos affectus, etiamsi quibusdam videntur in proœmio, atque in epilogo sedem habere, &c.
¶ Sedes, Sepulchrum. Virg. 6. Æneid. 75, Sedibus vt saltem placidis in morte quiescam.
¶ Sedes, aliquando pro natibus, & tota ea parte corporis accipitur, super qua sedentes innitimur. Plin. libro 24. cap. 7. 6, Lachryma sedis vitiis prodest, nequid siccari, excalfierive opus sit.
Sedécula. sedéculæ, pen. corr. Diminutiuum, Parua sedes. Cic. ad Atticũ, lib. 4. ep. 4, Sic literis sustentor & recreor, malóque in illa tua sedecula quam habes sub imagine Aristotelis sedere, quàm in istorũ sella curuli. Valla mauult sedicula per tertiã vocalẽ.
Sedile, sedilis, pen. pr. n. ge. Super quod sedemus. Plin. epist. 101. n. lib. 5, Sunt locis pluribus disposita sedilia è marmore.
Sedile auium. Varro 3. de Re rust. ca. 5. 11, Inter has, & exteriores gradatim substructum vt τριτηΐδιον auium: mutuli crebri in omnibus columnis impositi, sedilia auium.
Sedilia viuo saxo. Virg. 1. Æneid. 35.
De viuo saxo facta sedilia. Ouid. 5. Metam. 64.
Spissa sedilia. Horat. de Arte, 41.
Vitrea sedilia. Virg. 4. Georg. 70.
Fusi per dura sedilia nautæ. Virg. 5. Æneid. 168.
Membra sedili releuare. Ouid. 8. Metam. 119.
Complere sedilia. Claud. 1. in Eutropium, 94.
Sedentarius, Adiectiuum, Quod sedendo fit. vnde Sedentarium laborem dicimus, qui sedendo peragitur. Apuleius, Vt etiam fatigationẽ sedentariam incessus vegetatione discuterem. Plin. in Paneg. 117, Cæteri quidem desixi & attoniti ipsam illam mutam ac sedentariam assentiendi necessitatem, quo cum dolore animi, quo cum totius corporis horrore perpetiebantur?
Sedentaria opera, Quæ sedendo fit. Colum. lib. 11. ca. 13. 6, Denique vno loco quãmaximè oportebit eã consistere. neq; enim sedentaria eius opera est: sed modò ad telam debebit accedere, modò eos qui cibum familiæ conficiunt, inuisere.
Sedentarii, Qui sedendo opus faciunt, vt sutores. Plaut. Aul. 15. 41,
-calceolarii, Sedentarii, sutores.
Sessio, sessiónis, Verbale. Cic. 2. de Oratore, 11, Nũ tandẽ aut locus hic nõ idone⁹ videtur, in quo porticus hæc ipsa vbi inambulamus, & palæstra, & tot locis sessiones, gymnasiorum & Græcarũ disputationum memoriam quodammodo cõmouent? Idem 1. de Nat. deor. 37, Accubatio, inclinatio, sessio. Sic 1. Offic. 170, Status, incessus, sessio, accubatio.
Sessor, Aliud verbale. Horat. 2. epist. 2. 126, In vacuo lætus sessor, plausórque theatro.
Séssito, sessitas, pen. cor. sessitãre, Frequentatiuum. Cic. de Clar. Orat. 19, Eius autem Cethegum medullã fuisse vult, vt quam deã in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. Id est sæpius sedisse.
Sessibulum, sessibuli, pen. cor. Super quod sedemus & quiescimus. Plaut. Pœn. 4. 46, Quæ tibi oleant stabulum, statum, sellam, & sessibulum merum.
Séssilis, & hoc sessile, pen. cor. Quod sedet, vel sedere videtur. Plin. lib. 15. cap. 15. 3, de pyris, Incerta nominũ causa est barbaricis venereisque, quæ colorata dicunt: regilisque quæ minimo pediculo sessilia: patriciis, voconiis, viridibus, oblongisque.
Tergum sessile, In quo quis possit sedere. Ouid. 12. Metam. 81. De Cyllaro Centauro dixit.
Sessilis lactuca, quæ & sedẽs dicitur, Hoc est quæ ita humi proiecta est, vt sedere videatur, neque sursum vecta esse, aut in sublime ascendere. Mart. lib. 5. 104,
Illic videres frutice nobili caules,
Et vtrunque porrum, sessilésque lactucas.
SEDIGITVS, pen. corr. Dictus est Volcatius illustris poeta, à sex digitis. Plin. lib. 11. cap. 43. 2, Digiti quibusdam in manibus senis: C. Horatii ex patricia gente filias duas ob id Sedigitas appellatas accepi: Volcatium, Sedigitum illustrem in poetica.
Sedimentum, Vide **Sido.**
Seditio, seditiónis, Tumultus, dissensio. A se, id est seorsũ, & itio, itionis, quod ab Eo, is deriuatum est. Cic. lib. 6. de Rep. 7, declarat seditionis proprietatem à dissensione ciuium dictam esse, quòd seorsum eũt alii in alium. Est enim propriè quũ populo discordante itur ad manus, qualem describit Virgilius 1. Æneid. 31,
Ac veluti magno in populo quum sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus.
Iámque faces & saxa volãt, furor arma ministrat. Seditionẽ facit lien, dixit Plautus Merc. 4. 14. Dicitur autẽ seditio in exercitu, in classe, in campo, & vbicunque est multitudo hominum.
Incursio seditionis, Vide **Incurro.**
Adulta seditio, Vide **Adolco.**
Clamosa. Claud. de bel. Get. 94. Recens. Ouid. 11. Meta. 11.

Turbida ſeditio.Ouid.9.Metam.88.

¶Abſtinere ſeditionibus, Vide Abſtineo.

Afferre ſeditiones, Vide Affero.

Agitare ſeditiones, Vide Agito in Ago.

Colere ſeditiones, Vide Colo.

Commota ſeditio.Cic.Attico,lib.2.16.15.

Comprimere ſeditionem.Tacit.lib.1,Compreſſam à muliere ſeditionem. Idem lib.3,Compreſſis ſeditionibus.

Concire ſeditionem, Vide Concieo.

Concitare ſeditionem & diſcordiam.Cic. pro Murena,75.

Conferre ſeditionem, Vide Confero.

Conflare ſeditionem, Vide Conflo.

Deflagrãte paulatim ſeditione.Tacit.lib.18.

Facere ſeditionem.Pollio Ciceroni,lib.10.31.11,Singulæ quædam cohortes ſeditionem fecerunt. Idem ad Brutũ,1.3,Quod ſcribis de ſeditione quæ facta eſt in legione quarta de Catoniis(quod dicam,in bonam partem accipies)magis mihi probatur militum ſeueritas,quàm tua.

Incedere ſeditio dicitur,pro Subire. Tacitus lib.1,Quum Pãnonicas legiones ſeditio inceſſit. Sed fortè ab Incello venit, non ab Incedo.

Inducere ſeditionem in ciuitatem, Vide Induco.

Induere ſeditionem. Tacit. lib.2, Qui ne bellum toleraret, ſeditionem induerint.

Oritur ſeditio. Cæſar 7.bel.Gall.117, Veritus nequa in caſtris ex eorum concurſu & miſericordia vulgi,ſeditio oriretur.

Redintegratur ſeditio.Tacit.lib.1.

Seditio militum ſedata ab Appio.Cic.Attico,lib.5.101.2.

Prope ſeditionem ventum.Tacit.lib.19.

Iuxta ſeditionem ventum.Tacit.lib.5,Iiſdem Cõſulibus gratitate annonæ iuxta ſeditionem ventum.

Maris ſeditio.Stat.9.Thebaid.28.

Seditiõſus,pen.prod.Qui ſeditionem amat. Cic.3.Verr.26, Malus ciuis,improbus Conſul,ſeditioſus homo Cn.Carbo fuit. Idem 3.de Legib.63, Altera de capite ciuis rogari,niſi maximo comitatu,vetat nondũ,initis ſeditioſis Tribuniſpl. Sic 4.Acad.158.

Seditioſa vita,& tumultuoſa.Cic.1.de Inuent.6.

Seditióſe,pen.prod.Aduerbium,Contẽtioſé.Cic.pro Cluentio,1, Altera autem quæ procul à iudicio remota eſt, quæ concionibus ſeditioſè concitatis accommodatior eſt, quàm tranquillis, moderatiſque iudiciis. Idem ad Atticum,li.2.36.7,Multa quũ ſeditioſiſſimè diceret,vocem exprimere non potuit.

Sedo/ſedas,ſedâre,pe.prod.Mitigare,placare,lenire,extinguere.Variis nominibus iungitur.

Animum ſedare.Saluſtius,Nanque animus impurus,diis hominibuſque infeſtus,neque vigiliis, neque quietibus ſedari potuit,ita conſcientia mentem excitatam vexabat.

Arrogantiam.Cic.pro Flacco,42,Remittant ſpiritus,comprimant animos ſuos,ſedent arrogantiam.

Bellũ.Ci.1.in Catil.46,Atque hæc omnia ſic agentur Quirites, vt res maximæ minimo motu: pericula ſumma nullo tumultu: bellum inteſtinũ ac domeſticum poſt hominũ memoriam crudeliſſimum & maximum,me vno togato duce & imperatore ſedetur.

Controuerſiam.Cic.1.de Legib.81,Hoc dico,controuerſiã totam iſtam poſſe ſedari. Idem pro Cornelio Balbo,34.

Diſcordias.Cic.1.Philipp.1.

Flãma per incenſas citius ſedetur ariſtas.Proper.li.3.ele.19.1.

Fletus.Propert.lib.2.eleg.17.7.

Ieiunia carne.Ouid.15.Metam.17.

Incendia.Ouid.1.de Remed.amor.24.

Infamiam.Cic.2.Ver.1,Quod vnum ad inuidiam veſtri ordinis,infamiámque iudiciorum ſedandam maximè pertinebat, id non humano cõſilio,ſed propè diuinitus datum atque oblatum vobis ſummo Reip.tempore videtur.

Iram.Plaut.Merc.24.1,Ad patrẽ ibo,vt matris iram ſibi eſſe ſedatam ſciat. Lucan.lib.10.11.

Laſſitudinem.Plaut.Bacchid.1.75, Sequere hac igitur me intrò in lectum,vt ſedes laſſitudinem.

Lites.Cic.5.Verr.113.

Mentes commotas.Plin.lib.20.cap.13.3.

Metum ſedat dies.Senec.Thyeſte,8.11.

Miſerias.Plaut.Pœnulo,18.92,

-multorum annorum miſerias
Nunc hac voluptate ſedo.

Motus animi.Cic.3.Tuſcul.30.

Pauorem.Liu.1.ab Vrbe,65,Romana pubes,ſedato tandẽ pauore,poſtquam ex tam turbido die ſerena & tranquilla lux redit,vbi vacuam ſedem regiam vidit,&c.

Queſtus.Senec.Herc.Œtæo,14.16.

Sitim.Lucret.lib.4.171.

Tempeſtatem.Cic.3.Verr.32.

Tumultum.Cæſar 3.bel. Ciuil.70, Vibullius ſedato tumultu, quem repentinus aduentus Cæſaris concitauerat, &c. Lucret. libro 2.192.

Vulnera,Cohibere dolorem.Stat.2.Syl.1.42,

-quin tu iam vulnera ſedas,
Et tollis merſum luctu caput?

Incendere & Sedare,contraria.Cic.3.de Legib.34, At aliquãdo incenditur,& quidem ſæpe ſedatur.

Sedãtus,pen.prod.Participium,ſiue Nomen ex participio.

Amnes ſedati.Virg.9.Æneid.6.

Animo ſedatiore ſcribere.Cic.Attico,lib.8.147.14.

Corde ſedato reſpondere.Virg.11.Æneid.4.

Curæ ſedatæ.Stat.11.Thebaid.103.

Homo ſedatus, Minimè præceps, bene moderatus. Horat. 1. epiſt.19.19.

Oderunt hilarem triſtes,triſtémque iocoſi,
Sedatum celeres. Id eſt,Præcipites oderunt ſedatum.

Orator ſedatus in numeris. Ci.in Oratore,101,Eſt enim vt in tranſferendis,faciendiſque verbis trãquillior,ſic in ipſis numeris ſedatior.

Peſtus ſedatum.Silius lib.11.51.

Tempore ſedatiore.Cic.pro Cluentio,83, Paulo ſedatiore tẽpore eſt accuſatus,quàm Iunius, ſed eadẽ ferè lege & crimine.

Venti ſedati.Ouid.15.Metam.70.

Sedãte,pen.prod.Aduerbium,Conſtanter.Cic.2.Tuſc.80,Nõ conſtanter & ſedatè feres? Sic in Oratore,50, Cuius oratiõ cum ſedatè placidéque loquitur,tum illuſtrant eam, quaſi ſtellæ quædam,tranſlata verba,atque immutata.

Sedatio,Verbale,Ipſe ſedandi actus.Cic.1.de Fin.99,Sic è phyſicis fortitudo ſumitur contra mortis timorem, & conſtantia cõtra metum religionis, & ſedatio animi omnium rerũ occultarum ignoratione ſublata.

Afferre ſedationem. Cicero 3.Tuſcul.110, Vt apud Homerum quotidianæ neces,interituſque multorum ſedationem mœrendi afferunt.

Perturbationum ſedatio.Cic.1.Offic.132.

Seduco,ſedũcis,pe.pro.ſeduxi,ſeductum,ſeducere,Propriè ſeorſum ducere ab aliis,quaſi de rebº aliquibus loquuturus.Plaut. Aulul.6.14, Eo nũc te ſecreto huc foras ſeduxi. Idẽ Aſin.7.105, Nam me hodie ſenex ſeduxit ſolum ſeorſum ab ædibus. Teren. Hecyra,1.2.69,Poſt Pamphilus me ſolum ſeduxit foras. Ibidẽ, 4.1.7,Vxor vbi me ad filiam ire ſenſit, ſeduxit foras. Cic. Attico,lib.5.110.14, Quum hæc diſſeruiſſem, ſeducit me Sceptius. Liu.10.bel.Pun.19,Singulos deinde ſeparatim,Lælium ac Maſaniſſam ſeductos obteſtatur, vt quantum nox prouidentiæ adimat,tantũ diligentia expleãt,curáque. Cic.1.de Orat.113,Sæpe audiui,&c.acceſſiſſe ad Craſſum conſulendi cauſa quẽdam ruſticanũ,qui quũ Craſſum ſeduxiſſet atque ad eum retuliſſet,reſponſúmque ab eo verum magis, quàm ad ſuam rem accommodatum abſtuliſſet.

Manu blanda ſeduxit eum.Ouid.1.Metam.139.

Caſtra ſeducere.Ouid.13.Metam.114.

Quippe vbi non liceat vacuos ſeducere ocellos. Propert.lib. 1.elegia 9.6.

Mors ſeducit artus animâ.Virg.4.Æneid.77,Et quum frigida mors anima ſeduxerit artus.

Seducere,ad animum tranſtulit Cicero 1.Tuſc.117, Quũ à negotio omni ſeuocamus animum: quid,inquã,tum agimus, niſi animum ad ſeipſum aduocamus,ſecum eſſe cogimus,maximéque corpore ſeducimus? Legitur alibi abducimus.

¶Seducere,in malam partem per tranſlationẽ ſignificat Decipere.Cic.ad Atticũ,lib.10.10.6.5,Me verò adiuuarent iis in angustiis ſeductum.In nonnullis codicibus abeſt ſeductum. Plin. epiſt.145,Quid multa? auxit ſolicitudinẽ meam:effecitq; vt illis quos doctiſſimos noui, nõ minus hos ſeductos & quaſi ruſticos verear. Ter.An.4.1.20,-etiã nũc me ſeducere iſtis dictis poſtulas

Seductus,Participium,Seorſum ductus.Liu.10.bel.Pu.19, Singulos deinde ſeparatim, Lælium ac Maſiniſſam, ſeductos obteſtatur, vt quantum nox prouidentiæ adimat,tantum diligenti expleãt cura. Sic Suetonius in Claudio Cæſare,cap.37.

Receſſus ſeducti.Ouid.13.Metam.191.

Terræ ſeductæ ex æthere.Ouid.4.Metam.115.

Seductio,Verbale.Ci.pro Murena,46,Mœſtos amicos,obſeruationes,teſtificationes,ſeductiones teſtium,receſſionem ſubſcriptorum animaduertebant.

Seduculum,ſeduculi,Genus eſt flagelli,dictum quòd vapulãtes ſudantes facit. Feſtus.

Sedulus/ pen.corr.Adiect. Donato & Nonio teſtibus, dicitur

qui ex animo & ſine dolo,inſtantérque intent⁹ eſt alicui rei,vt ſit quaſi aſſiduus:quia negligentes doloſi dicuntur.Cic.de Cla. Orat.91, Eloquẽtes enim videbare, nó ſedulos velle cõquirere.

Anus ſedula.Tibul.lib.1.eleg.5.17.

Turba ſedula. Ouid.1.de Remed.amor.37.

Sedulitas,pen.cor.ſedulitátis, Inſtans & fidele officium,& diligẽtia,a:fiduitas.Plin.epiſt.62.b,At cui materiæ hanc ſedulitatem præſtiterunt Plin.maior lib.11.ca.30,Silices itinere earum attritos videmus,& in opere ſemitam factã: nequis dubitet qualibet in re quid poſſit quantulacunque ſedulitas. De formicis. Cic.pro Cecinna,10, Quis igitur:Ille quẽ ſupra deformauí,voluntarius amicus mulieris, non neceſſitudine aliqua, ſed ficto officio,ſimulatáq; ſedulitate cõiunctus,magis opportuna opera nonnunquam,quàm aliquando fidelt. Idem ad Atticum, lib.11.epiſt.1,Quæ ſi non eſſent ſedulitate effectæ,& benevolentia tua,liceret mihi abire in ſolitudines aliquas. Sic 1.de Fin. 15. Et Colum.lib.1.cap.6.5.

Multæ ſedulitatis anus.Ouid.3.Faſt.134.

Apta ſedulitas.Ouid.10.Metam.81.

Blanda ſedulitas.Ouid.1.de Arte,67.

Officioſa ſedulitas.Horat.1.epiſt.7.2.

Sendis ſedulitas.Silius lib.7.38.

Placere ſedulitate.Ouid.1.de Arte,77.

Sédule,pen.cor.Aduerbium,Idem quod Seduló.Colum.lib.9.ca. 9.1,Semper quidem cuſtos ſedulè circumire debet alueria.

Sédulo,pen.corr.Aduerbium,Ex animo & ſine dolo,inſtãter,inquit Donatus. Plaut.Aulul.5.35,

Nam nunc,quum celo ſeduló,omnes ne ſciant,
Omnes videntur ſcire. Ibidem,15.14,
Nam quid mihi opus vita eſt,qui tantum auri
Perdidi,quod cuſtodini ſeduló? Terent.Phorm.2.4.13,Ego ſeduló hunc dixiſſe credo. Id eſt, ſimpliciter, inquit Donatus. Idem Hecyra,4.2.2,Propter meos mores hinc abiiſſe, etſi ea diſſimulas ſeduló. Idem Eunucho,2.3.70,
Obſecro hercle Parmeno fac vt potiar. P. faciam ſeduló ac
Dabo operam,adiuuabo. Item Phorm.2.4.51,
-nunc ipſa eſt opus,aut ſiquid poteſt
Meliore & callidiore.P.fiet ſeduló. Plaut.Menæh.2.2, Propterea heri imperium exequor, bene & ſeduló ſeruio. Cic.3. de Fin.24,Seduló inquam faciam,ſed fortuna fortis. Idẽ pro Cluentio,45,Hoc quanquam ſeduló faciebat,tamen interdum, &c. Sic Liu.3.bel.Pun.107,Tempus hoc ſeduló terens.

Sedum/ſedi,Herba quæ & ſemperuiuũ dicitur,à ſemper ſedẽdo.Plin.lib.18.ca.17.9,Democritus ſucco herbæ quæ appellatur aizoon in tegulis naſcens,tabuliſve,Latinè verò ſedum aut digitellum,medicata ſeri iubet omnia ſemina. Colum.lib.2.ca. 9.8,Id ne fiat, remedio eſt miſtus ſuccus herbæ, quã ruſtici ſedum appellant.

Seges/ségetis,pen.cor.f.g.Propriè fruges eorum ſeminum ex quibus conficitur panis , nondum demeſſa, vt ait Valla libr.4. Plin.lib.18.cap.17.9,Si in articulũ ſeges ire cœperit,runcare remedium eſt, ne herbæ vincant. Peſtem à milio atque panico ſturnorũ paſſerúmque agmina ſcio abigi herba, cuius nomen eſt ignotũ,in quatuor angulis ſegetis defoſſa. Et paulò poſt, Luxuria ſegetum caſtigatur dente pecoris in herba duntaxat.

Luxuries ſegetum.Virg.1.Georg.13.

Rapinæ præmaturæ ſegetum.Lucan.lib.7.10.

Ægra ſeges negabat victum.Virg.3.Æneid.19.

Altæ ſegetes.Virg.3.Georg.40.

Arida ſeges.Ouid.1.Metam.45.

Cana ſeges.Ouid.10.Metam.130.

Dura ſeges.Tibul.lib.2.eleg.3.13.

Immatura ſeges.Silius lib.15.105.

Feraces ſegetes.Horat.1.Carm.ode 31.2.

Grauida ſeges.Virg.1.Georg.64.

Fertilior ſeges eſt alienis ſemper in agris.Ouid.1.de Arte,70.

Intacta ſeges.Virg.7.Æneid.162.

Lætæ ſegetes,Vide Lætus.

Opportuna pecori ſeges.Virg.4.Georg.16.

Picturata ſeges.Claud.de Hiſtrice,37.3.

Teneræ ſegetes.Ouid.4.Faſt.186.

¶Cingenda eſt altis ſepibus iſta ſeges.Ouid.3.de Arte,111.

Lætas facere ſegetes.Virg.1.Georg.1.

Validas ſegetes mora facit.Ouid.1.de Remed.amor.17.

Iſte ferat ſegetes,iſte ſerendus ager.Ouid.2.de Arte,134.

Adulta leni fluctuat Zephyro ſeges.Senec.Herc.fur.9.17.

Indui ſegetibus dicitur terra,Vide Induo.

Intereunt ſegetes.Virg.1.Georg.31.

Metere ſegetem.Silius lib.16.113.

Herbæ obducunt ſegetem.Virg.2.Georg.83.

Occare ſegetes.Hora.1.epiſt.2.33.

Pectinare ſegetem,Vide Pectino in Pecten.

Prætendere ſepem ſegeti.Virg.1.Georg.54.

Proculcare creſcentes ſegetes.Ouid.8.Metam.58.

Reſecanda falce ſeges.Ouid.epiſt.1.11.

Seneſcit ſeges nimio imbre. Stat.5.Syl.1.30.

Sternuntur ſegetes.Ouid.1.Metam.55.

Matura ſeges ſurgit.Sene.Thyeſte,5.16.

Hîc ſegetes veniunt,illic fœlicius vuæ.Virg.1.Georg.11.

Vrit campum ſeges lini.Virg.1.Georg.16.

¶Seges,De leguminibus.Colum.lib.2.ca.14,Quod prædictorum leguminum ſegetibus fatiſcit.

¶Seges,accipitur nonnunquam pro ipſa humo ad accipienda ſemina ſubacta. Varro lib.1.de Re ruſt.cap.29.1, Seges dicitur,quod aratum,ſatum eſt: Aruum, quod aratum, nec ſatum eſt. Feſtus,Seges dicitur ea pars agri quæ arata & conſita eſt. Virgilius 1.Georg.10,

Illa ſeges demum votis reſpondet auari
Agricolæ,bis quæ ſolem,bis frigora ſenſit. Plin.lib.18,Segetes quæ interquieuere, fundunt roſam odoratiorem ſatiua: adeò terra non ceſſat párere.

¶Seges ſtimulorum,apud Plautum in Aulul.4.6.

Ferrea ſeges telorum.Virg.3.Æneid.10.

Ferrea ſeges ſtrictis horret mucronibus.Virg.12.Æneid.133.

Virûm ſeges.Virg.2.Georg.29, Nec galeis denſiſq; virûm ſeges horruit haſtis.

Seminibus iactis ſegetes adoleſſe virorum.Ouid.epiſt.6.3.

Cl⁹peata ſeges virorum.Ouid.2.Metam.22.

¶Seges ac materia gloriæ. Cic.pro Milone,17, Quid enim odiſſet Clodium Milo,ſegetem ac materiam ſuæ gloriæ?

SEGESTA,Dea nomen.Plinius lib.18.cap.13, Seiam à ſerendo, Segeſtam à ſegetibus appellabant:quarum ſimulachra in Circo videmus. Macrobius 1. Saturnal.cap.16, Segetiam vocat. Diuus Auguſtinus Ciuitatis diuinæ lib.4,Sata, inquit,frumẽta quãdiu ſub terra eſſent,præpoſitam voluerũt habere deam Seiam. Quum verò iam eſſent ſuper terram, & ſegetem facerent, deam Segetiam.Frumentis verò collectis atque cõditis, vt tutò ſeruarentur, deam Tutilinam præpoſuerunt.

SEGESTA,Segeſtæ,Eſt oppidum peruetus(inquit Cicero 6.Ver. 63,)in Sicilia, quod ab Ænea fugiente à Troia,atque Italiã veniente, conditum eſt.

Segeſtânus,penult.pro.Adiectiuum, Qui Segeſtam incolit.Cic.6. Verr.63,Segeſtani non ſolùm perpetua ſocietate,&c.

SEGETIA,Vide SEGESTA dea.

Segmen/Segmentarius/Segmentatus/Segmentum,Vide Seco.

Segnis/ & hoc ſegne , Quaſi ſeorſum à recto nitens, g interpoſita,cauſa euphoniæ.Componitur enim à ſe,& nitor,niteris. Vel dicitur ſegnis,quaſi ſine igne. Vnde ſegnis dicitur tardus & ignauus:cuius cõtrarium Ardens, qui feſtinans, & acuto ingenio eſt. Virg.lib.3.Æneid.103,

Haud ſegnis ſtrato ſurgit Palinurus,& omnes
Explorat ventos. Cic.ad Atticum,lib.8.epiſt.4,Ego ſicui adhuc videor ſegnior fuiſſe,dum ne tibi videar,non laboro.

Ad credẽdum ſegnis. Liu.4.bel.Pun.59,Bis iam antè nequicquam tentata re,ſegnior ad credendum Nolanis factus.

Ad imperandum ſegnior. Cic.pro Fõteio,6,Segniores ad imperandum poſthac cæteri ſint,quũ videant eos oppugnari,quibus oppreſſis Populi Rom.imperium incolume eſſe non poſſit. Id eſt tardiores.

Segnis & iacens.Quintil.lib.1.ca.3.2,Probus autem ab illo ſegni & iacente plurimum aberit. De pueris.

¶Acta ſegnia.Ouid.12.Metam.100.

Animus ſegnis. Plin.lib.11.cap.52.3, Frons vbi eſt magna,ſegnem animum ſubeſſe ſignificat.

Anni ſegnes. Ouid.ad Liuiam,90.

Campus ſegnis ſitu dureſcit.Virg.1.Georg.25.

Segnior eſt cultus terræ.Cic.1.de Legib.73,Terræ cultũ ſegniorem ſuſpicor fore,ſi ad eam tuendam, ferróque ſubiiciendam, ſuperſtitionis aliquid acceſſerit.

Dextra non ſegnis dare vulnera, Hoc eſt ad vulnera inferenda.Ouid.5.Triſt.eleg.8.4.

Diſcordia non ſegnior.Liu.2.ab Vrbe,183,Eo anno nó ſegnior diſcordia domi,& bellum foris atrocius fuit.

Epiſtola non ſegnis.Stat.4.Syl.4.1.

Exitus ſegnis.Stat.5.Syl.3.52.

Indoles ſegnis. Tacit.lib.12,Neque enim ſegnem ei fuiſſe indolem ferunt.

Iter lucis non ſegne.Valer.1.Argon.158.

Mens ſegnis ad lætitiam.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.10.

Mora ſegnis. Liu.5.bel.Pu.42,Romanis quoque qui in præſidio Tarenti erant, ſuſpecta eſſe iam ſegnis mora eius deſierat.

Moras ſegnes rumpere.Virg.3.Georg.9.

Mors ſegnis. Liu.10.bel.Maced.14,Agite iuuenes mei primũ qui maiores eſtis,capite ferrum:aut haurite poculum,ſi ſegnior mors iuuat.

Otium ſegne.Tacit.lib.10. Ouid.1.de Ponto,eleg.6.9.

Pes ſegnis.Horat.3.Carm.ode 11.

Pugna ſegnior.Liu.3.ab Vrbe,166.

Sopor ſegnis.Lucan.lib.5.138.

¶ Segnis,cũ genitiuo.Tacit.lib.16,Inquietus animo, & occaſionum haud ſegnis.

¶ Segnis,Infœcundus & inutilis. Virg.1.Georg.31.

-ſegniſque horreret in aruis Cardaus. Seruius.

Segnities,ſegnitiéi:vel Segnitia,ſegnitiæ,Tarditas ac negligentia ad agendum,inquit Donatus: quòd, vt ait Feſtus,ſit ſine nitẽdo quid vtile & honeſtum.Plaut.Trin.11.48,In huiuſmodi negotio diem ſermone terere,ſegnities mera eſt. Terẽt.And.1.3.1,Enimuero Daue nihil loci eſt ſegnitiæ,neque ſocordiæ. Cicero de Clar.Orat.155,Præterea ſine arrogãtia grauis eſſe videbatur,& ſine ſegnitia verecundus. Et 1.de Fin.8,Rudem enim eſſe omninoin noſtris poetis, aut inertiſſimæ ſegnitiæ eſt, aut faſtidii delicatiſſimi.

Segnities & inertia.Cic.1.de Ora.91,Et quoniã de impudẽtia dixi,caſtigemus etiam ſegnitiem hominum atque inertiam.

Sera ſegnities.Virg.2.Æneid.75,

Feſtinate viri,nam quæ vos ſera moratur
Segnities?

Immunda ſegnities,Vide Immundus.

¶ Segnities,Infœcunditas. Plin.Hinc negligentia cultorum, hinc agrorum ſegnities.Id eſt ſterilitas. Sipontinus.

Ségnipes,pen.corr.ſegnipedis,pen.corr.Qui tardè incedit.Iuue. Satyr.8.7, -tritóque trahunt epithedia collo
Segnipedes. De equis hîc loquitur.

Ségniter,pen.cor.Aduerbium.Liu.1.ab Vrbe,153,Segniter,otioſè, negligenter,contumaciter omnia agere,nec pudor,nec metus coercebat. Plin.lib.14.ca.11.11, Nec ſegniter vita in eo elaborauit. Virgil.9.Æneid.89,

-inſtat non ſegnius,ac rotat enſem
Fulmineum,donec,&c.

Poſiti artus ſegniter.Stat.1.Sylu.4.11.

Ire non ſegnius ſagitta Scythica.Ouid.10.Metam.117.

Nihilo ſegnius,Vide Nihilum.

SEGOBRIDA,Straboni lib.3,Celtiberorũ vrbs, circa quam Sertorius & Metellus prælium commiſerunt.

Segrego/ſegregas,pen.cor.ſegregâre,Ab aliorũ numero, vel ſocietate & grege ſeparare,quaſi ſeorſum à grege ponere.Plautus Milite,18.17, -ille illas ſpernit,
Segregat abſeſe omnes extra te vnã. Idem Capt.8.10,Ita iuuentus iam ridiculos inopéſque ab ſeſe ſegregat. Terẽt.And. 1.5.56,Te obteſtor,ne abs te hanc ſegreges,neu deſeras.

Segregare è. Plaut.Moſtel.15.9, Quem quum vocaui,atque illi me è Senatu ſegregant.

Ab agmine ſemet ſegregare.Stat.11.Thebaid.37.

Seiungi & ſegregari. Lucret.lib.1.91.

Segregare ab ſe culpam vel ſuſpiciones.Plaut.Trin.4.33, -quia omnes bonos,bonáſque
Accurare addecet,ſuſpicionem & culpam vt ab ſeſe ſegregent.
Idem Aſin.13.19,Suſpiciones omnes ab ſe ſegreget.

A` numero ciuium ſegregare.Cic.pro Archia,2, Quod ſi mihi à vobis tribui,concedique ſentiam,perficiã profectò,vt hunc A.Licinũ non modò non ſegregandũ,quum ſit ciuis,à numero ciuium,verum etiã,ſi non eſſet, putetis aſciſcendum fuiſſe.

Virtutem ſegregare à ſummo bono.Cic.3.de Finib.47.

Pugnã ſegregare.Liu.1.ab Vrbe,104, Ergo vt ſegregaret pugnã eorum,capeſſit fugam:ita ratus ſecuturos, vt quenque,&c.

Sermonem ſegregare. Plaut.Milite,10.60,Siquis ibi eſt odioſus,abeo domum,ſermonẽ ſegrego. Idem Pœnulo,4.117, Segrega ſermonem,tædet.Hoc eſt tace.

¶ Séque gregari, pro Segregarique, apud Lucretium lib.1.91, Diſſidio poſſe eſt ſeiungi,ſéque gregari.

Segullum/ſegulli.Plin.lib.33.cap.4.1,Aurũ qui quærunt,ante omnia ſegullum tollunt,ita vocatur indicium.alueus vbi id eſt, arenæque lauantur,atq; ex eo quod reſedit coniectura capitur, vt inueniatur aliquãdo in ſumma tellure protin' rara fœlicitate.

SEGVSIVM, Ptolemæolib.3.cap.1,Seguſianorum vrbs in Græcis Alpibus.Vulgò Sion.

SEIA dea,Vide SEGESTA dea.

SEIANVS,pen.prod.Nomen viri proprium, de quo multa Suetonius in Tiberio,cap.48.61.62. Iuuen.Saty.10.7,

-Seianus ducitur vnco Spectandus.

Seiugi/ ſiue ſeiuges,pen.cor.dicuntur equi ſeni ad vnum currum iuncti.Apuleius in Floridis, Vni cui omnes prouinciæ,quadriuges & ſeiuges currus vbi gentiũ ponere gratulantur. Plinius lib.34.cap.5.1,Serum hoc,& in his non niſi à diuo Auguſto ſeiuges,ſicut & elephãti. Liu.8.bel.Maced.145,Eo anno in ædem Herculis ſignum dei ipſius ex Decemuirorum reſponſo,& ſeiuges in Capitolio aurati ab Cn.Cornelio poſiti,&c.

Seiugo, ſeiugas,pe.cor.ſeiugâre,Idẽ quod Seiungere.Cic.1.de Diu.111,Humani autẽ animi eã partem,quæ ſenſum, quæ motũ,quæ appetitũ habeat,non eſſe ab actione corporis ſeiugatã.

Seiungo/ſeiungis,ſeiunxi,ſeiunctũ,ſeiũgere,Seorſum iũgere, ſiue ſeorſum ponere & ſeparare.Cic.Lẽtulo,lib.1.9.3, Tibi autẽ multo notior atque illuſtrior meus in te animus eſſet, ſi hoc tempore omni quo ſeiuncti fuimus,& vnà & Romæ fuiſſemus.

Diſſidio perniciali ſeiungi.Lucret.lib.1.91.

Seiungendus ab Antonio.Cic.Attico,lib.15.316.10.

Ab honeſtate ſeiũgi.Cic.1.Acad.10.

A ſpe patiendarũ voluptatũ ſeiũgi nõ poteſt.Ci.1.de Fin.101.

Seiunctus,Participium. Propert.lib.2 eleg.17.5,
Non quia ſeptenas noctes ſeiuncta cubaris:
Candida tam fœdo brachia ſuſa viro.

Dolor ſeiunctus corpore.Lucret.lib.2.4.

Seiunctum & ſecretum à corpore.Lucret.lib.1.88.

Semota & ſeiuncta à rebus noſtris. Lucret.lib.2.130.

Seiunctio,Verbale,Ipſe ſeiungẽdi actus.Cic.3.de Orat.111,Propoſitióque quid ſis dicturus, & ab eo quod eſt dictum ſeiunctio,& reditus ad propoſitum,& iteratio,& rationis apta concluſio.

SEIVS, Viri nomen:à quo Seianus equus, de quo ſic Gellius lib. 3.cap.9, Caius Baſſus in commẽtariis ſuis,item Iulius Modeſtus in x1 Quæſtionum confuſarum, hiſtoriam de equo Seiano tradunt,dignam memoria atque admiratione. Cn. Seium quempiam ſcribunt fuiſſe, eúmque habuiſſe equum natum Argis,in terra Græcia: de quo fama conſtans eſſet tanquam de genere equorum progenitus foret,qui Diomedis Thracis fuiſſent,quos Hercules Diomede occiſo è Thracia Argos perduxiſſet. Eum equum fuiſſe dicunt magnitudine inuſitata,ceruice ardua,colore phœniceo,flaua & comanti iuba,omnibúſque aliis equorum laudibus quoque longè præſtitiſſe.ſed eundem equum tali fuiſſe fato,ſiue fortuna ferũt, vt quiſquis haberet eum,poſſideréteque,is cum omni domo, familia, fortuníſque omnibus ſuis ad internecionem deperiret. Itaque primum illum Cn.Seium dominum eius à M.Antonio,qui poſtea Triumvir Reipub.conſtituendæ fuit, capitis damnatum miſerando ſupplicio affectum eſſe. Eodem tempore Corn. Dolabellam eo s. in Syriam proficiſcentem fama iſtius equi adductum, Argos diuerriſſe,cupidinéque habendi eius exarſiſſe, emiſſéque eum ns centum millibus.Sed ipſum quoq; Dolabellam in Syria bello ciuili obſeſſum, atque interfectum eſſe. Mox eundẽ equum qui Dolabellæ fuerat, C. Caſſium qui Dolabellã obſederat,abduxiſſe. Quem Caſſium poſtea ſatis notum eſt,victis partib', fuſóque exercitu ſuo miſeram mortem oppetiſſe. Deinde Antonium poſt interitum Caſſii parta victoria, equum illum nobilem Caſſii reliquiſſe & quum eo potitus eſſet,ipſum quoque poſtea victum atq; deſertum deteſtabili exitio interiſſe. Hinc prouerbium de hominibus calamitoſis ortum,dicíque ſolitum,Ille homo habet equum Seianum.

Selago/pen.pro.ſeláginis,Herba Plinio lib.24.cap.11.15,Similis herba huic ſabinæ eſt ſelago appellata. Legitur ſine ferro dextra manu per tunicam,qua ſiniſtra exuitur velut à furante, cãdida veſte veſtito,puréque lotis nudis pedibus,ſacro facto prius quàm legatur,pane vinóque.

Selectio/Selectus/Vide Seligo.

SELEVCIA,pen.prod.Prima Syriæ ciuitas, vt ait Strabo lib.11. & 14. & 15. iuxta quam Orontes affluit amnis. Hãc alii à Nicanore,alii à Nicatore conditã ferunt.Strabo,Seleuciã(inquit)ad Tigrim amnem,iuxta Babylonem, tercentis ferè ſtadiis, Seleucus Nicator exædificauit. Ptolemæus tres Seleucias fecit, Pieriam, ad Euphraten, ad Belum. Scribit Plinius lib.11, Seleuciam plerunque Meſopotamiam dictam fuiſſe.

SELEVCVS, vnus fuit ex principibus Alexandri, qui poſt Alexandri mortem primus in Syria regnauit. De quo Appianus clariſſimus hiſtoricus Græcus in Syrico.

Selibra,ſelibræ,pe.pr.Dimidia libra. Plin.lib.14.ca.16.7,Malobathri ſelibris in muſti congios duos additis. Sic apud Liuium lib.5.ab Vrbe,110,Selibra farris. Gell.lib7.ca.18,Darent argenti pondo libram ſcilicet & ſelibram. Fit autem ſelibra à ſemi libra,per ſyncopen.Mart.lib.1.152,Et thuris,piperiſque tres ſelibræ. Sic libro 5.10.

Seligo/ſeligis,pen.corr.ſelégi,pen.prod.ſelectũ,ſeligere,Seor-

ſum colligere,ſecernere.Cic.in Orat.55,Quæ exẽpla ſelegiſſem niſi vel nota eſſe arbitrarer,vel poſſe eligere qui quærerẽt. Idẽ in Orat.27,Nec verò vtetur imprudenter hac copia,ſed omnia expendet & ſeliget. Et 3.de Finib.36, Sed hoc quaſi vltimum, quale nos ſummum in vita bonum dicimus: illud autem vt feriat,quaſi ſeligendum,non expetendum.

Quicquid eris, mea ſemper eris:tu ſelige tantum,
Me quoque velle, velis,&c.Ouid.3.Amor.eleg.10.10.

Selectus,Participiũ:vt Selectæ,breuéſque ſententiæ.Cic.1.de Natura deor.116.

Corpora ſelecta.Ouid.5.Faſt.15.

Selecti iudices,Equites dicti ſunt. Cic.pro Cluentio,96, Deinde Prætores tantùm vrbani, qui iurati debent optimũ quenq; in ſelectos iudices referre,nunquam ſibi ad eam rẽ Cẽſoriam ignominiam impedimento eſſe oportere duxerunt. Horatius 2.Sermonum,ſat.4.15, -& ſiue iubebat
Vt facerem quid:habes authorem quo facias hoc,
Vnum ex iudicibus ſelectis obiiciebat.Id eſt ex Equeſtri ordine. Cic.4.Verr.21, Cæterarum rerum ſelecti iudices ex ciuium Romanorum conuentu proponi ſolent.Id eſt,Equitibus qui illuc conueniunt. Ibidem,5.117, Hic tu Medicum & Aruſpicem & Præconem tuum Recuperatores dabis? aut etiam illum ipſum quem tu in cohorte tua Caſſianum iudicem habebas,ſiqua res maior eſſet,Papyrium Potamonem,hominem ſeuerum ex veteri illa Equeſtri diſciplina? Quæ verba per ironiam dicta ſunt. Selecti iudices,ſunt præcipui.Vnde dii ſelecti & præcipui. Hæc Budæus. Plin.lib.33.cap.1.1,Decuriæ quoque ipſæ pluribus diſcretæ nominibus fuere.Tribunorum æris,& Selectorum,& Iudicum:præter hos etiamnum Nongenti vocabantur ex omnibus ſelecti,ad cuſtodiendas ciſtas ſuffragiorũ in comitiis. Et diuiſus hic quoque ordo erat ſuperba vſurpatione nominũ, quũ alias ſe Nongentum, alius Selectum,alius Tribunũ appellaret.

Selectio,Verbale.Ipſe ſeligendi actus. Cic.2.de Fin.71,Dum enim in vna virtute ſic omnia eſſe voluerunt,vt eam rerũ ſelectione expoliarent:nec ei quicquam aut vnde oriretur,darẽt, aut vbi niteretur. Idem 3.de Legib.33,Selectio vitiorum.

SELINIS,pen.prod.vt inquit Seruius, ciuitas iuxta Lilybæum, abundans palmis quibus veſcuntur,& apio.Virg.3.Æneid.142,
Téque datis linquo ventis palmoſa Selinis,
Et vada dura lego ſaxis Lilybeia cæcis.

SELINVS,pen.prod. Straboni lib.8, nomen trium fluuiorum, quorum vnus in Ægiorum agrum labitur. Alter Epheſiæ Dianæ templum præterfluit.Tertius per Eleam oram agellũ prætercurrit. Eſt & eidẽ alius in Megarenſium tractu,Hyblæ vicinorum,quos Pœni eiecere. Silius lib.14.41.

Seliquaſtra/ſeliquaſtræ,Genus eſt ſedilium antiquũ generis,inquit Feſtus,ɒ litera in l conuerſa,ſicut & in Sella & in Solio factum eſt:quæ omnia à ſedendo facta ſunt.

Sella/ſellæ,quaſi ſeda,à ſedendo.Plaut.Curcul.7.31,Vide vt expalluit,datin' iſti ſellam vbi aſſidat citó? Cic.1.de Diuin.160, vt in eius ſella requieſceret. Cato cap.10.4,Scabilia tria, ſellas quatuor,ſolia duo,&c.

Erat apud Romanos magiſtratuum Ædilis,& Prætoris ſedes, qua per vrbem ius dicentes comportabantur.Græci autẽ *ἐφέδρας* dicunt ſellam. Plin.de Viris illuſt.71, Conſul legem de ſumptibus & Libertinorum ſuffragiis tulit.P.Decium Prætorem trãſeũte ipſo ſedentẽ iuſſit aſſurgere,eique veſtẽ ſcidit,ſellã concidit:nequis ad eum in ius iret,edixit. Cic.3.Verr.84,Quod vos oblitos eſſe nõ arbitror quæ multitudo,qui ordo ad Piſonis ſellam iſto Prætore ſolitus ſit conuenire. In eundem,5.111,Iam antea in ſella ſedẽs Prætor, quum prouinciã Siciliã obtineret.

Aurea ſella.Propert.lib.4.eleg.11.6.

Curulis ſella.Quintil.lib.6.ca.3.17. Propert.lib.4.ele.11.13.

Sellaria,Subſtantiuũ. Sellariæ, loca in quibus ſedes diſponi ſolebant.Plin.lib.34.cap.8.34,Atque ex omnibus quæ retuli,clariſſima quæque in vrbe iã ſunt dicata à Veſpaſiano principe in templo Pacis,aliiſque eius operibus,violentia Neronis in vrbẽ conuecta,& in ſellariis domus aureæ diſpoſita. Sueton.in Tiberio,cap.43, Seceſſu verò Caprenſi etiam ſellariã excogitauit, ſedem arcanarum libidinum.

Sellariolus,pen.cor.Adiectiuum diminutiuum. Mart.lib.5.111,In ſellariolis vagus popinis.

Sellularius,Adiectiuũ.Sellularii opifices,qui ſedendo opus faciũt, quos Liuius libro 8.ab Vrbe,100,ſcribit militiæ minimè aptos, Quia,inquit,opificum quoque vulgus,& ſellularii,minimè militiæ idoneum genus, exciti dicuntur.

SELYMBRIA, ciuitas in Propontide propinqua Byzantio, teſte Herodoto lib.6.

Sembella/ſembellæ,Quòd ſit libellæ dimidium,inquit Varro de lingua Latina,lib.4.Idem quod ſemis aſſis.

Semel/Aduerbium,Quaſi vnà,non diuiſim,vel vno(vt ita dicam)tempore:nam quod ſemel fit,nullam recipit diuiſionem. Plaut.Capt.11.99,Satis ſum ſemel deceptꝰ. Terẽt.Heaut.1.1.34, -vbi animus ſemel ſe cupiditate deminxit mala,
Neceſſe eſt Clitipho conſilia conſequi conſimilia. Plaut.Amphit.4.110,Neque ſe luna quoquã motat,ſtátque vbi exorta eſt ſemel. Idem Truc.3.16,Hamum vorat,ſi ſemel amoris poculum accepit meré. Item Amphit.3.106,
-ego vos nouiſſe credo iam,vt ſit pater meus,
Quàm liber harum rerum multarum ſiet,
Quantuſque amator, quum quid complacitum eſt ſemel. Et Capt.4.8, -ſemel fugiendi ſi data eſt occaſio,
Satis eſt. Itẽ Ciſtel.5.18,Face ſemel periculũ. Sic Moſtel.7.40, Quia ſeptem menſes ſunt quom in haſce ædes pedem
Nemo intrò tetulit,ſemel vt emigrauimus. Cic.7.Ver.63, Verum hoc erat,ſi ille ſemel verus archipirata ſecuri percuſſus eſſet,pecuniam illam non haberes. Ibidem,5.189, Vbi enim ſemel ab annonæ ratione,& ab aratorum voluntate res ad Prætoris libidinem tranſlata eſt,&c.

Semel anno.Plin.li.12.ca.14.6,Thus meti ſemel anno ſolebat.

Semel atque iterum. Cic.pro Cluentio,57, Cognoſcite nunc ita reum citatum eſſe illum,vt re ſemel atque iterum prætudicata,condemnatus in iudicium venerit.

Semel,iterum.Liuius 1.ab Vrbe,78,Semel T.Manilio Cõſule, poſt Punicum primum perfectum bellum: iterũ, quod noſtræ ætati dii dederunt vt videremus.

Semel ac vicies. Plin.lib.7.cap.48.5, Idem ſella curuli ſemel ac vicies ſedit,quoties nemo alius.

Semel vnquam.Plin.lib.1.ca.35,Dein quum in exlum ſe reciperet,lampadem factam,ſemel vnquam proditur,Cn.Octauio, C.Scribonio c o ſſ.

¶ Semel,inquit Aſconius,vicinum eſt ad Penè nunquã.Cic. 1.Verr.4,Semel ait ſe in vita pertimuiſſe,tum quum primum à me reus factus ſit. Quaſi dicat,ſerè nunquam. Simile eſt quòd ſemel in vita riſiſſe Craſſum ſcribit Lucilius.

¶ Semel,Omnino & prorſus,ita vt iterum obtineri nõ neceſſe ſit.Cic.pro Deiotaro,5,Cum facile exorari Cæſar,tum ſemel exorari ſoles. Budæus.

¶ Semel,Irreuocabiliter. Quintil.libro 1.cap.3, Nec ſemel de hoc decretum erat: triceſimus dies reddebat victo certaminis poteſtatem.Hoc loco ſemel,id eſt irreuocabiliter: quæ enim ſemel duntaxat fiunt, illa irreuocabilia ſunt. Ouidius de Virginitate loquens epiſt.5.11, -deperit illa ſemel. Budæus.

Semel à condito æuo. Plin.lib.7.cap.34, Vir optimus ſemel à condito æuo iudicatus eſt Scipio Naſica à iurato Senatu. Ibidẽ,ca.35,Pudiciſſima fœmina ſemel matronarũ ſententia iudicata eſt,Sulpitia Paterculi filia. Hîc particula SEMEL, affirmãtis venuſtatem habet, vt quod veriſſimum eſſe aſſeuerare volumus,id ſemel tantum dixiſſe ſufficiat.

¶ Semel,Ad ſummam,vel in ſumma.Valla de Ad ſummã loquens,Quintilianus in ſenſu priore ſolet vti tali genere dicendi per aduerbium ſemel,lib.9.cap.vltimo, Denique vt ſemel finiã, ſic ſerè componendum,quomodo pronuntiandum erit. Et alibi lib.11.ca.1, Et vt ſemel omnia complectar. Et iterum lib.10. cap.3, Denique vt ſemel quod eſt potẽtiſſimum dicã, ſecretum in dictando perit.Id eſt vt in ſumma dicam. Cuius rei cauſa eſt ipſum illud SEMEL,quod ſignificat Vna vice pro omnibus,ita vt poſtea nõ oporteat quid addi.Quod enim ſemel tãtum fit,id non habet regreſſum vt iterum fiat. Idem in Mathematico, Quid hæc fulgentium ſyderum veneranda facies, quòd quædã velut infixa ac cohærentia perpetua,ſemélque capta ſede collucent, alia toto ſparſa cælo vagos curſus certis emetiuntur erroribus? Virg.11.Æneid.84, -qui nequid tale videret,
Procubuit moriens,& humum ſemel ore momordit. Ouid.epiſt.5.11, -nulla reparabilis arte
Læſa pudicitia eſt,deperit illa ſemel. Lucan.lib.9.116,
-dixítque ſemel naſcentibus author
Quicquid ſcire licet. Semel,inquit, vt nullum poſtea verbũ addat. Haſtenus Valla lib.6.

SEMELE, pen.corr. filia Cadmi regis Thebarum,ex qua Iupiter Bacchum genuit,teſte Horatio 1.Carm.ode 19.1,
Mater ſæua Cupidinum,
Thebanæque iubet me Semeles puer,
Et laſciua licentia
Finitis animum reddere amoribus.
Proles Semeles Bacchus.Tibull.lib.3.eleg.4.9.

Semeleius, Adiect.vt Thyoneus Semeleius.Hora.1.Carm.ode 17.5. Proles Semeleia.Ouid.5.Metam.66.Hoc eſt Bacchus.

Semen/ſeminis,pen.cor.n.gen.à Sero,ſeris,notæ ſignificationis.Colum.lib.1.cap.7.5,Et cætera pecora malè paſcũt,nec in-

duſtriæ terram vertunt,longéque plus impatant ſeminis iacti quàm quod ſeuerint.

Perceptum ſemen.Ouid.11.Metam.29.

Pinguia ſemina.Horat.Epod.16.11.

Vitiata ſemina.Ouid.5.Metam.96.

¶ Committere ſemina ſulcis.Virg.1.Georg.45.

Permiſto ſemine conſtant omnia.Lucret.lib.2.118.

Differere ſemina in areas.Colum.lib.11.cap.2.

Data ſemina rudi humo.Ouid.6.Metam.130.

Eruere roſtro ſemina.Ouid.15.Metam.13.

Iactare ſemen,Vide Iacio.

Ingerere ſemen ſulo,Vide Ingero.

Mandare ſemina terræ,Vide Mando,mandat.

Mittere rude ſemẽ in ignotam humũ.Ouid.5.Triſt.eleg.8.1.

Semina mollit humus valido prætincta veneno. Ouidius 7. Metam.15.De dentibus ſerpentis quos Cadmus ſeminauerat.

Obrue verſata Cerealia ſemina terra.Ouid.1.de Remed.35.

Spargere ſemina.Senec.de Benefic.lib.2.ca.2,Semina in ſolum effœtum & ſterile non ſpargimus.

Spargere ſemina per aruas.Ouid.epiſt.12.9.

Fruſtra ſpargere ſemina.Quintil.lib.2.cap.9.2,Et fruſtra ſparſeris ſemina,niſi illa præmollitus fouerit ſulcus.

Prima Ceres docuit turgeſcere ſemen in agris. Ouid.3.Amo. elegia 9.3.

¶ Semina,dicũtur etiã de virgultis & ſurculis. Vir.2.Geor.71, Seminibus poſitis ſupereſt deducere terram

Sæpius. Ibidem 2.3,

Pars autem poſito ſurgũt de ſemine:vt altæ

Caſtaneæ, nemorúmque Ioui quæ maxima frondet

Æſculus,atque habitæ Graiis oracula quercus. Colum.li.3,Si cõpluribus vindemiis eundem tenorẽ ſeruauerint,ex eiuſmodi vitibus lecta ſemina, multum bonúmque præbebunt. Idem lib.de Arboribus,cap.1.3, Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet,ſeminaria prius facere debebit.ſic enim ſciet cuius generis vitem poſiturus ſit.nã quæ pretio parata diſponitur, certam generoſitatis fidem non habet:quoniam dubium eſt an is qui vendidit,legendis ſeminibus adhibuerit diligentiam.Semina appellat ſurculos depactos, qui quũ radices egerũt,in vinetum tranſferuntur. Idem lib.5.cap.10,Arbores & ſemina cum radicibus Autumno ſerito.

Oleagineum ſemen,Vide Oleagineus in Oleu.

Ordinaria ſemina,Vide Ordinarius in Ordo.

Deponere ſemina.Colum.Quum ſemina depones,dextra ſiniſtraque vſque in imum ſcrobem ſarmẽtorum brachii craſſitudinis demittito.

Flammæ abſtruſa ſemina in venis ſilicis.Virg.6.Æneid.2.

Semina limus habet virides generãtia ranas.Ouid.15.Met.74.

¶ Semen,per trãſlationem, ſignificat Authorem alicuius rei, & eum à quo quid ortum eſt.Ci.2.Philip.69,Vt igitur in ſeminibus cauſa eſt arborum & ſtirpium,ſic huius luctuoſiſſimi belli ſemen tu fuiſti.

Semen vrbanitatis.Cic.ad Curiũ,lib.7.32.4,Veni igitur quæſo,ne tamen ſemen vrbanitatis vnà cum Rep.intereat. Idẽ 5. de Finib.30,Quorum ſimilia ſunt prima in animis,quaſi virtutum igniculi & ſemina.

Nequitiæ ſemina languidiora.Ouid.1.Amor.eleg.4.2.

Probationum ſemina ſpargere.Quintil.lib.4.cap.2.39.

¶ Semen alicuius,pro Genere.Suet.in Caligula,ca.25,Nec vllo firmiore indicio ſui ſeminis eſſe credebat, quàm feritatis, quæ illi quoque tanta iam tunc erat, vt infeſtis digitis ora & oculos ſimul ludentium infantium inceſſerit.

Conceptus ſemine.Ouid.10.Metam.66.

Ætherium ſemen.Virg.7.Æneid.57.

Cæleſti ſemine omnes ſumus oriundi.Lucret.lib.2.198.

Diſſona partu ſemina.Claud.2.in Eutropium,9.

Diuinum ſemen.Ouid.1.Metam.16.

Generoſo ſemine implere vterum.Ouid.9.Metam.57.

Impia ſemina ferre vtero.Ouid.10.Metam.93.

Inclyta ſemina.Silius lib.13.7, -inclyta nanque

Semina ab Œnei ductoris ſtirpe trahebat.

Mortale ſemen.Ouid.3.Metam.21.

Virile ſemen.Lucret.lib.4.143.

Veterino ſemine partum genus.Lucret.lib.5.173.

Seminium,ſeminii,Idem quod Semen.Colum.lib.2,Nonnunquã ſuperfuſa aqua latẽtibus ſeminiis. Varro 2.de Re ruſt.ca.2.14, Tertia pars eſt,quo ſint ſeminio quærẽdum. Ibidem,cap.6.2, Ego,inquit,de aſinis potiſſimum dicam, quòd ſum Reatinus, vbi optimi & maximi fiunt, è quo ſeminio ego hîc procreaui pullos. Plaut.Amphit.15.15, -anguineo

Repentè hoſtes peperit ſeminio.

Triſte ſeminium.Lucret.lib.3.149,

Denique cur acris violentia triſte leonum

Seminium ſequitur vulpes dolus& fuga cerui

A patribus datur?

¶ Seminium,Seminis lucrum.Plaut.Rud.Vænundatur merces non hoc ſuo ſeminio. Idem Milite,14.67,

Dixi hoc tibi dudũ,& nũc dico,niſi huic verri affertur merces, Non hic ſeminio ſuo quanque porculenam partiturus eſt.

Seminarium, ſeminarii, Locus ſubactus in quo ſemina aut vitium aut arborum panguntur: vt quum ad certam quãtitatem excreuerint,in vinetum vel arbuſtum vel pomarium tranſferantur.Columella lib.de Arboribus,ca.1.3,Qui vineam vel arbuſtum conſtituere volet,ſeminaria prius facere debebit:ſic enim ſciet cuius generis vitem poſiturus ſit. Idem lib.5.cap.6. 1,Operã dabit,ne emortuis arboribꝰ rareſcat, ac primam quãque ſenio aut tempeſtate afflictam ſummouerit, & inuicẽ nouellam ſobolem ſubſtituat.Id autem facilè conſequi poterit,ſi vimorum ſeminarium paratũ habuerit. Varro 3. de Re ruſt. cap.16.11,Quidam thymum contũdunt in pila,& diluunt in aqua tepida:ea conſpergunt omnia ſeminaria conſita apiũ causa. Idem lib.1.cap.23.1,In primo interuallo inter Fauonium & Æquinoctium vernum hæc fieri oportet,Seminariaomne genus vt ſerantur,putari in primis, circùm vites ablaqueari, &c. Cato cap.46,Seminarium ad hunc modum facito:Locũ quàm optimum & apertiſſimum & ſtercoroſiſſimũ poteris, & quàm ſimillimum genus terræ ex,vbi ſemina poſiturus eris,& vti ne nimis longè ſemina ex ſeminario ferantur, eum locum bipalio vortito, delapidato, circúmque ſepito bene, & in ordine ſerito, in ſeſquipedem quoquouerſum taleam demittito, opprimitóque pede: ſi parum deprimere poteris,malleo aut mateola adigito: digitum ſupra terram facito ſemina emineant: ſi móque bubulo ſummam taleam oblinito, ſignúmque apud taleam apponito,crebróque ſarrito. Si voles citò ſemina creſcant,ad eundem modum alia ſemina ſerito.

¶ Seminarium,per tranſlationem, in malum, pro Origine, & eo à quo omne malum depẽdet,veluti à quodam malè cõſito ſeminario peſſimi fructus.Cic.1,inCati.41,Qui niſi exeũt, niſi pereunt,etiamſi Catilina perierit,ſcitote hoc in Rep.ſeminarium Catilinarium futurum.

Fons &ſeminariũ triumphorũ,In bonũ.Cic.in Piſonem,77, Ex illo fonte & ſeminario triumphorũ, quum arida folia laureæ retuliſſes,quum ea abiecta ad portam reliquiſti,tum tu ipſe de te ſententiam tuliſſe videris,tum iudicium pronuntianiſti.

Principium &ſeminariũ.Cic.1.Offic.80,Id autem eſt principium vrbis,& quaſi ſeminarium Reip.

Sementis,huius ſementis,fœ.g.Ipſa ſatio,ſeu ſeminatio, ſed præcipuè frugum & leguminum. Plin.lib.18.ca.14.9,Sunt qui properent, atque ita pronuntient, feſtinatam ſementem ſæpe decipere,ſeróninam ſemper. Columel.lib.13, Quibus magna ſementis præparatur. Liuius, Vt Campani ſemẽtem facere poſſent. Cæſar 1.bel.Gall.11, Sementes quàm maximas facere,vt in itinere copia frumenti ſuppeteret. Ouid.1.Faſt.133,Villice da requiem terræ,ſemente peracta.

Vos date perpetuos teneris ſemẽtibꝰ auctus. Ouid.1.Faſt.136.

Proſcriptionis facere ſementem. Cic.ad Atticum, lib.9.176.1, In agro Sabino ſemẽtem fieri proſcriptionis,Senatores multos eſſe Romæ,nos quoque audieramus.De Cæſare intelligit.

¶ Sementis,Seminandi tẽpus.Colum.lib.2.cap.9.2,Prima ſementis rarius ſerere permittit:nouiſſima ſpiſſius poſtulat.Id eſt primum tempus ſationis. Ibidem,12,Seminari debet poſt Æquinoctium,media ferè ſementi,ſi læto ſulo.

¶ Sementis,pro Segete.Gellius lib.2.cap.29, In ſementes fortè conſederat tempeſtiuiores.

¶ Sementis,Semen ipſum iam terræ mandatum. Colum.lib. 2.ca.8.4,Nam quod ſicco loco ingeſtum, & inoccatum eſt, perinde ac ſi repoſitum in horreo non corrũpitur.at vbi venit imber,multorum dierum ſementis vno die ſurgit.

¶ Sementim,in accuſatiuo apud antiquos.Colum.lib.2.ca.10. 11,Sationes lentis duas ſeruamus, alteram maturam per mediã ſementim,ſeriorem alteram menſe Februario. Sic apud Catonem ſæpe cap.27,Sementim facito ita.

Malorum facere ſementim. Cic.3.de Nat.deorum,107, Hanc igitur tantam à diis immortalibus arbitramur malorum ſemẽtim eſſe factam.

Sementi,in ablatiuo.Colum.lib.2.ca.9.12,Media ferè ſementi, &c. Sic ibidem,cap.10.11. Et cap.11,Peracta ſementi.

Seminális,& hoc ſeminále,pen.prod.Quod ad ſementem faciendam pertinet.Colum.lib.11.ca.2,Viciæ pabularis modios ſeptem vel octo,viciæ ſeminalis modios quinque vel ſex.

Sementinus,pen.prod.Adiectiuum: vt Sementina pyra,Vel à ſe-

minũ multitudine, vel quòd vſque ad ſementis tempus durent, dicta. Cato cap. 7. 2, Pyra volema, aniciana, & ſementina.

Dies ſementina. Feſtum fuit antiquis celebratum, poſtquam terræ mandaſſent ſemina agricolæ. Ouid. 1. Faſt. 131,

Ter quater euolui ſignantes tempora faſtos,
Nec ſementina eſt vlla reperta dies.

Sementinæ feriæ. Feſtus, Sementinæ feriæ fuerant inſtitutæ, quaſi ex iis fruges grandeſcere poſſint.

Seméticus, pen. cor. Adiectiuum, Quod ſeminari poteſt. Plin. lib. 18. cap. 7. 3, Semẽtica autem triticum, hordeum, fabam, napum, rapam appellant.

Semento, ſementas, ſementare, Semen producere. Plin. lib. 18. cap. 18. 1, Eſt enim in primis inutile naſci herbas ſementaturas.

Sémino, ſéminas, pen. corr. ſeminare, Semen in terram proiicere. Colum. lib. 2. ca. 9. 11, Seminari debet hordeum poſt Æquinoctiũ. Seminatur autem hordeum, & ſeminatur ager, ſicut aſpergitur humor, & aſpergitur humore veſtis. Idem lib. 2. cap. 4, Neque in lira, ſed ſub ſulco talis ager ſeminandus eſt. Et lib. 1. cap. 8, Ne ſeminarentur agri. Virg. 6. Æneid. 42,

Quale ſolet ſyluis brumali frigore viſcum
Fronde virere noua, quod non ſua ſeminat arbos.

Seminare marem, quod Generare dicimus. Colum. lib. 6. cap. 24. 3, de tauris, Vnúmque marẽ quindecim vaccis ſufficere abũdè eſt: qui vbi iuuencam ſuperuenit, certis ſignis comprehẽdere licet quem ſexum generauerit: quoniam ſi parte dextra deſiluit, marem ſeminaſſe manifeſtum eſt: ſi læua, fœminam.

Seminatus puer. Plaut. Amphit. 5. 20,

Alter decumo pòſt menſe naſcetur puer,
Quàm ſeminatus.

Seminatio, Verbale. Varro 1. de Re ruſt. cap. 6. 2, Ad ſeminationem onagrus idoneus, quòd è fero fit mãſuetus facilè, & è manſueto ferus nunquam.

Seminátor, pen. prod. Aliud verbale. Cic. 2. de Natura deorum, 111, Omnium autem rerum quæ natura adminiſtrantur, ſeminator & ſator, & parens, vt ita dicam, atque educator & altor eſt mundus, omniáque ſicut mẽbra & partes ſuas nutricatur & cõtinet.

Seminator omnium malorum: apud Ciceronẽ, lib. 3. de Natura deor. 90, Qui eſt verſus omnium ſeminator malorum.

Semeſtris/ & hoc ſemeſtre, Quod eſt ſex menſium. vt Semeſtris Cõſulatus. Plin. epiſt. 69, Hũc rogo ſemeſtri Tribunatu ſplendidiorem & ſibi & auunculo ſuo facias. Plin. maior lib. 10. cap. 25. 1, Temporum magna differẽtia auibus: perẽnes, vt columbæ: ſemeſtres, vt hirundines: trimeſtres, vt turdi & turtures: & quæ quum fœtum eduxere, abeunt, vt galguli, vpupæ.

Semeſtrem vitam excedere. Plin. lib. 8. cap. 39. 2.

Semeſtris Dictatura. Liu. 9. ab Vrbe, 176.

Semeſtris Cenſura. Liu. 4. ab Vrbe, 101.

Semeſtre regnũm. Cic. ad Atticum, lib. 10. 197. 10, Sed tamen ea pone ante oculos, iã intelliges id regnum vix ſemeſtre eſſe poſſe.

Semeſius/ pen. prod. Adiect. Semicomeſtum. Eadem enim forma dicitur qua ambeſum & comeſum. Suet. in Tiberio, cap. 54, Solennibus ipſe cœnis pridiana ſæpe ac ſemeſa obſonia appoſuit. Virg. 8. Æne. 60, Oſſa ſuper recubás antro ſemeſa cruẽto.

Fruſta lardi ſemeſa. Horat. 1. Serm. ſatyra 6. 17.

Membra ſemeſa. Silius lib. 6. 48.

Præda ſemeſa. Virgil. 3. Æneid. 49.

Piſces ſemeſi. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 16.

Semet/ Pronomen accuſatiui, vel ablatiui caſus, à ſuimet genitiuo. Suetonius de Claris grammat. Ab ſemet nominatur. Plin. de Viris illuſt. 70, Mox à Sylla Pergami oppreſſus, corrupto exercitu deſertus, ſemet occidit. Liuius 2. ab Vrbe. 53, Timens ſciſcitari vter Porſena eſſet, ne ignorando regem ſemet ipſe aperiret quis eſſet.

Semianimis & cætera à ſemis, ſiue ſemi cõpoſita, vide **Semis**

Semigro/ ſémigras, pen. cor. ſemigrare, Idẽ quod ſimplex Migro. vt Semigrare ab aliquo. Cic. pro Cælio, 11, Reprehendiſtis, à patre quòd ſemigrarit: quod quidẽ iã in hac ætate minimè reprehendendum eſt. qui quum ex Reipub. cauſa iam eſſet mihi quidem moleſtum, ſibi tamen glorioſam victoriam conſecutus, & per ætatem magiſtratus petere poſſet: non modò permittente patre, ſed etiam ſuadente ab eo ſemigrauit.

Seminarium/ **Semínium**/ **Semíno**/ Vide **Semen.**

SEMIRAMIS, pen. corr. huius Semiramis & Semirámidis, vnde accuſatiuum Semiramin vel Semiramidem facit, Fuit nomen Aſſyriorũ reginæ, Nini regis vxoris, quæ mortuo viro res præclaras geſſit. De hac prudentiſſima, & viri nomine digna fœmina lib. 3. Diodorus, item Valerius Maximus, Iuſtinus, Oroſius, Iuuenalis, Euſebius, Auguſtinus, Ioſephus, Philoſtratus, Propertius ſcripſerunt. Ea mulierum omnium, quarum ex hiſtoria ad nos perlata notitia eſt, longè celeberrima: quámque cum Cyro præcipuè Alexander admiratus fertur, quòd in illa & magnitudo quædam animi & rerum claritas plurima emicuiſſet: quum ſibi iam magno natu monumẽtum, in quo perfuncta humanis reconderetur, ſtrueret, inſcriptionem eiuſmodi exculpendam curaſſe dicitur: Quicunque ex regibus pecuniæ inopiam ſenſerit, conditorio reciuſo ſumat inde quicquid viſum fuerit. Id quum legiſſet Darius, vt qui auri foret auidior, ſepulchrum iuſſit recludi: ſed in eo pecuniam quidem inuenit nullam, in eas autem incidit literas, Ni malus vir fores, & pecunia prorſum inexplebilis, non vtique mo tucrum loculos moueres: exprobratione leuida in ſacram auri famem, vt eminentiſſimi authores tradidere. Hæc Cælius Rhodiginus libro 13. cap. 5. ex Plutarchi Apophthegmatis. Verùm eadem impudica & mollis fuiſſe traditur, vtpote quæ filii concubitum expetierit, & equum vſque ad coitũ adamaſſe dicatur. Semiramis, lingua Syriaca, auẽ ſignificat. Nãqi ab auibus adhuc infans nutrita dicitur. Vide **DERCETO.** Scribit Valerius Maximus lib. 9. cap. 3, Dum die quodã circa cultum corporis occupata eſſet, & nunciaretur ei Babylonem defeciſſe, ſoluta adhuc altera parte crinium, protinus ad eam expugnandam cucurrit: nec prius decorem capillorum in ordinem, quàm tãtam vrbem in ſuam poteſtatem redegit. Iuue. Saty. 2. 11, Quod nec in Aſſyrio pharetrata Semiramis orbe. Propert. lib. 3. cleg. 11. 5,

Perſarum ſtatuit Babylona Semiramis vrbem,
Vt ſolidum cocto tolleret aggere opus.

Et duo in aduerſum miſit per mœnia currus,
Ne poſſent tacto ſtringere ab axe latus.

Duxit & Euphraten medium quà condidit arces:
Iuſſit & imperio ſurgere Bactra caput.

Semiramius, Adiectiuum. Claud. 5. Paneg. 33, Noſtra Semiramiæ timeant inſignia turres.

Sanguine Semiramio cretus. Ouid. 5. Metam. 17.

Semis, vel potius ſemi, indeclinabile, Dimidiũ ſignificat, & melius deſinit in ſemi: quo extra compoſitionem rarò vtuntur: vt Semiuiuus. à Græco deducitur ἡμι, & ſ habet pro aſpiratione Græca. Feſtus.

Semiánimus, & hoc ſemiánime, pen. corr. & interdũ Semianimus, ſemianima, ſemianimum, Quaſi exanimatus. Plin. de Viris illuſtribus. 59, Ipſe cum trecentis pugnans cecidit, & poſtea ab Attilio ſemianimis inuentus & ſanatus, magno poſtea terrori hoſtibus fuit. Liu. 1. ab Vrbe, 111, Ipſe propè exanguis quum ſemianimis regio comitatu domum ſe reciperet, peruenitſſéque ad ſummum Cyprium vicum: ab iis qui miſſi ab Tarquinio fugientem cõſecuti erant, interficitur. Ibidem, lib. 3. 141, Vbi tollentes corpus ſemianime virginis, ſponſum, anunculúmque in carcerẽ duci iuſſerit, ſtupro interpellato magis quàm cæde motus. Sic 8. bel. Punici, 119, Quum turbam fœminarum, puerorúmque imbellem, inermem ciues ſui cæderẽt, & in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque iniicerẽt corpora, &c. Sic 10. bel. Maced. 14. Et Plinius lib. 7. cap. 51. 2.

Media procubuit domo ſemianimis. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 19.

Artus ſemianimes. Ouid. 14. Metam. 42.

Clamor ſemianimis. Stat. 8. Thebaid. 110.

Equi ſemianimes voluuntur. Virg. 11. Æneid. 117.

Attollere terra ſemianimem heram. Lucan. lib. 8. 14.

¶ Semianimus, antiquè. Cic. 1. de Diuin. 171,

Arboris è tronco ſerpentis ſaucia morſu
Subigit ipſa feris tranſſigens vnguibus anguem
Semianimum, & varia grauiter cernice micantem. Ex Ennio. De aquila.

Corpore ſemianimo languida membra. Lucret. lib. 6. 255.

Semiapertus, Adiectiuum. Liuius 6. bel. Pun. 101, Pauos ex multis trepida fuga incendentes, ſemiapertis portarum foribus in vrbem compulit.

Semiaſſus, Adiectiuum. Cic. 1. Tuſc. 170,

Heu reliquias ſemiaſſi regis denudatis oſſibus,
Per terram ſanie delibutas fœdè diu vexarier. Ex poeta.

Sémibos, penul. corr. ſemibouis. Ouid. 4. Triſt. eleg. 6. 4, Centimanúmque Gygen, ſemibouémque virum.

Semicaper, pen. corr. ſemicapri. Ouid. 5. Faſt. 21, Semicaper coleris ſuccinctis Faune Lupercis.

Deus ſemicaper. Ouid. 4. Faſt. 151.

Pan ſemicaper. Ouid. 14. Metam. 103.

Semicinctium, ſemicinctii, Succinctorium, quòd mediũ hominem cingat, id eſt veſtiat. eſt enim genus veſtis breuiſſimæ ventré tãtũ contegens. Mart. lib. 14. 158, de ſemicinctio tale eſt epigrãma,

Det tunicam dives, ego te præcingere poſſum:
Eſſem ſi locuples, munus vtrunque darem.

Semicírculus, pen. corr. Medius circulus. Colum. lib. 5. cap. 2. 1, Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus,

aut rotundus,aut etiam ſemicirculi,vel arcus. Cic.5.de Finib. 100, Quúmque nó habeãt ingenuas ex doctrina oblectationes, circulos aliquos,& ſemicirculos conſectari.

Semicirculâris,pen.pro.Adiect. Quod habet mediam circuli formam.Colum.lib.5.cap.2.11,Semicircularis agri forma.

Semicoctus,Adiect. Plin.lib.18.cap.11.13, Ex tritico candidiſſima atque grãdiſſima eligunt grana, & ſemicocta in ollis. Colum. lib.8.cap.5.1, Semicoctum ordeum. Et apud Plinium lib.21.cap. 15.14.Semicocta aqua.

Semicremâtus,pen. prod. Adiectiuum.vt Membra ſemicremata. Ouid.in Ibin,117. Et Martialis lib.11.55,Thuráque de medio ſemicremata rogo.

Semicrûdus,pen.prod. Adiectiuum.Colum.lib.6.cap.26,Si iam tali vitio laborant,lupini ſemicrudi cóteruntur, & offæ ſaluiati more faucibus ingeruntur. Stat.4.Syln.9.9,

Quid ſi quum bene mane ſemicrudus
Illatam tibi dixero ſalutem.

Semideus,Adiectiuum. vt Canes ſemidei.Lucanus libro 8.164,

Nos in templa tuam Romana accepimus Iſin,
Semideóſque canes. Anubim intelligit.
Genus ſemideum.Ouid.in Ibin,17,
Vos quoque plebs ſuperûm Fauni,Satyrique,Laréſque,
Fluminâque,& Nymphæ,ſemideúmq; genus. Deos Indigetes ſignificare putatur poeta.
Reges ſemidei.Stat.2.Achilleid.73.

Semidoctus,Adiectiuum.Cic.2.de Orat.95,Hæc vt & properans & apud doctos & ſemidoctus ipſe percurro,vt aliquãdo ad illa maiora veniamus. Plaut.Aſin.5.74,Culpa tua iſtæc,quæ diſcipulum ſemidoctum abs te ſemoues.

Semiermis,& hoc ſemierme, Partim tantum armatus. Liu.5.bel. Pun.109, Haud dubia res eſt, quippe inter Annibalem ducem & centurionem,exercitúſque,alterum vincendo veteranum,alterum nouum totũ, & magna ex parte etiam tumultuariũ & ſemiermem. Ibidem,lib.2.107, Binis in caſtris quum multitudo ſemiermis ſine ducibus eſſet, nuntium qui in maioribus erant mittunt.

Semifactus,Adiectiuum.vt Opera ſemifacta. Tacit.lib.15, Semifacta opera fuga perrupit.

Sémifer,pen.cor.Adiectiuum. Ouid.1.Metam.119,Semifer interea diuinæ ſtirpis alumno Lætus erat.De Chirone Cẽtauro. Cic. 2.de Nat.deorum,165,

Tum gelidum valido de pectore frigus anhelans
Corpore ſemifero magno Capricorn' in orbe. Ex Arato. Plin. lib.8.cap.57.3, Semiferum & ipſum animal,cui vinaria in doliis idem qui apris inſtituit.
Caput ſemiferum Panis.Lucret.lib.4.119.
Corpus ſemiferum.Valer.6.Argon.11.
Fremitus virorum ſemiferi.Valer.6.Argon.47.
Lupi ſemiferi.Valer.1.Argon.93.
Pectus ſemiferum.Virgil.10.Æneid.43.
Species hominum ſemiferæ.Lucret.lib.2.141.

Semiformis,& hoc ſemiforme. Colum.lib.4.ca.15.2, Cui ſuperpoſita ſemiformis lunæ ſpecies,ſecuris dicitur. Idem lib.8.cap.5. 10,Pullique ſemiformes interimũtur, antè quàm totis partibus ſuis conſummentur.

Semifultus,Adiectiuum.Mart.lib.5.14,

Subſellióque ſemifultus extremo,
Et malè receptus altero genu,iactat
Equiti ſedere,Lectióque ſe ſtare.

Semigermânus,pe.prod.Adiect.Liu.1.bel.Pun.140,Vtique quum quæ ad Penninũ ferãt,obſepta gentibus ſemigermanis fuiſſent.

Semigræcus,Adiect.Varro 1.de Re ruſt.cap.1.1,Vt ſemigræcis paſtoribus dicam Græcé.

Semigrauis,pen.corr.Adiectiuum.Liu.5.bel.Pun.119,Quia magna pars in turribus epulati, aut ſopiti vino erant, aut ſemigraues potabant.

Semihomo,pen.corr.ſemihóminis.Colum.lib.10.1,

Quanuis ſemihominis veſano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores,mœſtámque cicutam.
Semihomo Cacus.Virgil.8.Æneid.39.
Naſamones ſemihomines.Silius lib.11.36.

Semihôra,ſemihóræ,pen.prod.Cic.pro Rabirio perduellionis reo, 3,Nunc quoniam Tite Labiene diligentiæ meæ, temporis angu ſtiis obſtitiſti, méque ex comparato & conſtituto ſpatio defenſionis,in ſemihoræ curriculum coegiſti, parebitur, & quod iniquiſſimum eſt accuſatoris conditioni,& quod miſerrimum inimici poteſtati. Plin.lib.21.cap.9.13, Omne autem curatur recens prælibato ore, lino craſſo demiſſum in feruentem aquam ſemihora.

Semiũgerum, ſemiũgeri,pen.corr. Colum.lib.5.cap.1.6, At Galli candetum appellant in areis vrbanis, ſpatium centum pedum, in agreſtibus autem pedum c 1, quod aratores cadetum nominant:ſemiugerum quoque arepennem vocant. Idem libro 4. cap.13.1,Vel in ſemiugera omnibus modis dirimatur.

Semilacer,pen.corr.Adiectiuum.Ouid.7.Metam.69,

Ille cruore fluens,ſubitò tamen allenat artus,
Semilacérque toro tentat conſurgere.

Semillber,pen.prod.Cic.ad Atticum,lib.13.286.1, Obſecro abiiciamus iſta,& ſemiliberi ſaltem ſimus,quod aſſequemur & tacendo,& latendo.

Semilixa,ſemilixæ,m.g.Liuius 8.bel.Pun.148,Sed illi primùm nõ Annitũ Vmbrum ſemilixam, nominis etiam abominandi ducem,ſed Decium Iubellium Tribunum militum ſecuti ſunt.

Semimádidus,pen.corr.Adiectiuum.Columel.libro 2.cap.4.4,Sed quandocunque arabitur, obſeruabimus ne lutoſus ager tractetur,nè ve exiguis nimbis ſemimadidus.

Semimarínus,pen.prod.Adiectiuum.Lucret.lib.5.179,

Aut rapidis canibus ſuccinctas ſemimarinis
Corpombus Scyllas. Tanquam canes Scyllã circunlatrantes,ſint partim piſces,partim terrena animalia.

Sémimas,pen.corr.ſemimaris,pen.corr.m.g.Caſtratus, exiratus. Varro 3.de Re ruſt.cap.9.2,E quos tribus generibus proprio nomine vocantur fœminæ quæ ſunt villaticæ gallinæ,mares galli: capi ſemimares,quòd ſunt caſtrati. Liu.1.bel. Maced.47,Ante omnia abominati ſemimares,iuſſiq; in mare extẽplò deportari Ouis ſemimas.Ouid.1.Faſt.118,Semimaris flammis viſcera libat ouis.

Semimares,dicuntur etiam androgyni.Ouid.4.Metam.77,de Hermaphrodito,

Ergo vbi ſe liquidas,quò vir deſcenderat,vndas
Semimarem feciſſe videt,&c.

Semimortuus,Adiectiuum.vt Membra ſemimortua.Catul.ad Licinium,47.3.

Semineeis,ſemineci,ſeminecem,ſeminece,pen.cor. Semimortuũ, parum adhuc viuentis poſt acceptum vulnus.Liuius 9.bel. Pun. 15,Tandem poſtquam ii qui circa regem ſeminecem reſtantem, deinde pilo terræ affixum pugnabant,obruti telis occubuerunt. Ibidem,lib.3.66,Seminecem cum ad Cannas in aceruo cæſorum corporum inuentum, curatúmque benignè etiam cũ donis Annibal domum remiſerat.
Artus ſemineces.Ouid.1.Metam.46.
Oculi ſemineces.Ouid.ad Liuiam,79.

Seminûdus,pen.prod.Adiect.Liuius 9.ab Vrbe,16,Primi Conſules propè ſeminudi ſub iugum miſſi,tũ vt quiſque gradu proximus erat,ita ignominiæ obiectus. Idẽ 1.bel.Mace.139,Ita nec eques regius equiti par erat,inſuetus ad ſtabilem pugnã,nec pedes cõcurſator,& vagus,& propè ſeminudus,genere armorũ veliti Romano parmam gladiúmq; habenti. Sic Plinius lib.34.ca.8.13.

Semipagânus,pen.prod.Adiectiuum. Perſius in Prologo,2,

-ipſe ſemipaganus
Ad ſacra vatũ carmẽ affero noſtrũ. Vide Paganus in Pagus.

Semipater,pen.corr.ſemipatris,pen.corr.Ouid.6.Faſt.43,

Quærebam nonas Sancto,Fidióne referrem,
An tibi ſemipater.tunc mihi Sanctus ait:
Cuicunque ex illis dederis,ego munus habebo.
Nomina terna fero: ſic voluere Cures.

Sémipes,pen.corr. ſemipedis, pen.corr.m.g. Colum.lib.3.cap.19, Paulo minor dodrãte,longior vtique ſemipede. Plin.lib.11.ca. 19.9,Caſiæ color triplex. Cum primum emicat,candidus pedali menſura,deinde rubeſcit addito ſemipede: vltra nigricans. Sic lib.9.ca.5.5. Varro 3.de Re ruſt.ca.8.1,Infimum ordinem oportet abeſſe à terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes,à ſummo ad camaram ad ſemipedem.

Semipedâlis,& hoc ſemipedâle,pen.prod. Quod medii pedis longitudinem habet. Plin.lib.13.ca.4.9, Semipedales ramorum relinquentes truncos. Idem lib.36.cap.25.5,Materia craſſitudine ſemipedali ad regulam & libellam exigitur.

Semiplacentínus,pen.pro.Adiectiuum.Cic.in Piſonem,9,Quum eſſes interrogatus quid ſentires de Cõſulatu meo,grauis author, Calatinus credo aliquis, aut African', aut Maximus,& nõ Ceſonius ſemiplacẽtinus Caluentius, reſpõdes,altero ad frõtem,&c.

Semiplênus,pen.pro.Adiectiuum.Liu.5.bel.Pun.171,Qui improuiſo adorti ſemiplenas ſtationes,& adapertas fores portæ, qua pauloante excurrerãt armati,haud magno certamine Naſſum cepere. Cic.7.Verr.11,Semiplenæ naues. Et apud Columellã lib.5.cap.5.4,Semiplenæ ſcrobes.

Semiputâtus,pen.prod.Adiectiuum.vt

Vitis ſemiputata.Virg.2.eclog.14.

Semiquinarius, Adiectiuum. Semiquinaria diuiſio eſt quum in ſcandẽdo quinque pedes per dimidium diuiduntur, ita vt poſt

duos pedes,vltima dictionis superſit: vt Armavi, rúmqueca,no. Semiſeptenaria autem diuiſio, quum poſt tres primos pedes ſyllaba ſimiliter relinquatur dictionem terminans: vt Armavi, rúmqueca,no Tro,ix.

Semirâlus,pen.prod.Adiectiuum. vt

Vſtor ſemiraſus Catull.de Rufa & Rufulo,55.1,

Quum denolutum ex igne proſequens panem,

A ſemiraſo tunderetur vſtore.

Semireductus,Adiectiuum.Ouid.1.de Arte,113,

Ipſa Venus pubem,quotiet velamina ponit,

Protegitur læua ſemireducta manu.

Semirefectus,Adiectiuum.vt Claſſis ſemirefecta.Ouid.epiſt.7.35.

Semirutus,pen.corr.Adiectiuũ,Quaſi ſemidirutus.Liu.2.bel.Mac. 66, Purgato loco qui ſtrage ſemiruti muri cumulatus erat: turrim ingẽtis altitudinis,magnam vim armatorum multiplici tabulato portantem promouit. Sic libro 5.ab Vrbe,118. Et lib. 8.bel.Pun.144,Semiruta caſtella.

Semiruta patria,Ferè deleta.Liuius 6.bel.Pun.165, Quum vbi ſemirutam ac ſpoliatam patriam reſpexerit, ingrediens Romam,&c.

Tecta ſemiruta.Lucan.lib.1.5,At nunc ſemirutis pẽdent quòd mœnia tectis.

Vultus ſemiruti.Stat.5.Syla.3.21.

Semiſenex,pen.corr.vel ſemiſeneus,antiqué.Plaut.Milit.10.54, O lepidum ſemiſeneum, næ ſi quas memorat,virtutes habet. Quædam exemplaria ſemiſenem legunt.

Semiſepultus,Adiectiuum.vt Oſſa ſemiſepulta.Ouid.epiſt.1.11.

Semiſomnus,Adiectiuum, Ferè adhuc dormiens,neque vixdum experrectus ſatis.Plautus Curcul.3.11,

Vini pollens lepidus Liber,qui ſæcranti tibi

S.ccx.ſemiſomnæ potionem aſſert. Saluſtius in Iugurtha,Caſtra hoſtium inuadunt, ſemiſomnos partim,alios arma ſumentes fugant. Cicero ad Mariũ,lib.7.1.4,Quum illi interea qui te iſtic reliquerunt, ſpectarent communes mimos ſemiſomni. Liuius 9.ab Vrbe,118, Fuga cuncta complentur, portæque à ſemiſomnis ac maxima parte inermibus refringuntur. Idem 10. bel.Maced.66,Ecquinio & comeſſatione prope ſemiſomnus raptus ſum ad cauſam parricidii dicẽdam. Tacit.lib.1,Sine vulnere milites,qui ſemiſomnos,inermos,aut palantes ceciderant.

Semiſomnis,& hoc ſemiſomne,Idem.Cic.7.Verr.75, Confirmant ipſi ſe, quum is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet. arma capiunt: totum forum atque inſulam,quæ eſt vrbis magna pars,cõplent. Liuius 7.bel.Maced.85, Pedites verò ordinati & præparati ſparſos per negligentiã & ſemiſomnes propè adorti ſunt cædes paſſim,fugáque per campos facta eſt. Liuius 9.ab Vrbe,195, Alios immobiles, alios ſemiſomnos in cubiculis ſuis, maximam partem ad arma trepidantes cædes oppreſſit.

Semiſonarius, Qui crotalia ſonitat, quæ veluti medii tintinnabuli formam gerit.Plaut.Aul.15.44, -ſarcinatores petunt,

Scropharii aſſant, ſemiſonarii. Sunt qui legunt ſemizonarii.

Semiſopitus,pen.prod.Adiectiuum. Liu.5.bel.Pun.118,Pars ſemiſopitos hoſtes cædũt, pars ignis eſcas ſtramẽto arido tectis iniiciũt. Ouid.1.Amor.eleg.14.4,Purpureo iacuit ſemiſopita toro.

Semiſupinus,pen.prod.Adiectiuum.Martial.lib.6.35,

At tu multa diu dicis,vitreiſque tepentem

Ampullis potas ſemiſupinus aquã. Ouid.3.de Arte,157,Quũ iacet in dextrum ſemiſupina latus.

Semitritus, pen prod.Adiectiuum. Columella lib.1.cap.6.16, Huic autem nubilarium applicari debet, maximéque in Italia propter inconſtantiam cæli,quò collocata ſemitrita frumenta protegantur,ſi ſubitaneus imber incelſerit.

Semiuiẽtus,pen.prod.Adiectiuum,Mollis,ferè conſumptus.Colu. lib.12.cap.16.3,Alii foliis vitigineis.nonnulli plataninis ſemiuietas vuas contegunt,& ita in amphoras recondunt.

Séminir,pen.corr.ſemiuiri,pen.corr.Ouid.epiſt.9.19,Semiuir occubuit vi,Lernieróque veneno Neſſus.

Semiuir,pro effœminato.Liuius 3.bel. Maced.43,Errare vt ait homines, qui tam atrocem cædem pertinere ad illos ſemiuiros crederent. Plinius lib.11. cap 49.3,Teſtes homini tantum iniuria aut ſponte naturæ frangũtur:idque tertiũ ab hermaphroditis & ſpadonibus ſemiuiri genus habent. Virgil.4. Æneid. 43,Et nunc ille Paris cum ſemiuiro comitatu. Ouid.4.Meta.78, Quiſquis in hos fontes vir venerit,exeat inde

Semiuir,& tactis ſubitò molleſcat in vndis.

Chorus ſemiuir.Silius lib.17.4.De ſacerdotibus Cybelles.

Semiuiuus,pen.prod.Adiectiuum. Cicero in Piſonẽ,14, Qui non admurmuratione, ſed voce & clamore abiecti hominis & ſemiuiui,&c. Idem 3.Verr.30,Ibi hominem ingenuum,domi nobilem, Populi Ro.ſocium atque amicum,fumo excruciatum, ſemiuiuum reliquit. Sic ad Atticum,libro 7.111.11.

Semiuiua vox. Cic. pro Seſtio,109, Et quum erat reclamatum ſemiuiuis mercenariorum vocibus,Pop.Ro.negare dicebat.

Semuncia,ſemuncix,pro Semiuncia.Perſius Satyra 5.13,

-ſed nullo thure litabis,

Hæreat in ſiultis breuis vt ſemuncia recti. Cic.pro Cecinna,11, Facit hæredem ex deunce & ſemuncia Cecinnam. Liu.4.bel. Maced.1, Nequa mulier plus ſemuncia auri haberet: neu veſtimento verſicolori vteretur. Colum.lib.5.cap.1.10, Pars viceſimaquarta, pedes mille ducentos, hoc eſt ſemuncia,in qua ſunt ſcrupula duodecim.

Semunciâlis,& hoc ſemunciâle,pen.produ. Quod ad ſemunciam pertinet. Plinius libro 33. cap.3.7, Mox lege Papyriana ſemunciales aſſes facti.

Semũciarius,Adiect.Idem. Liu.7.ab Vrbe,111, Idem otium domi foriſque manſit,T.Manilio Torquato,C.Plautio ſecundùm Cõſul.bus.ſemunciarium tantùm ex vnciario fœnus factum.

Semiuſtulandus,Adiectiuum.Suet.in Tiberio Cæſare,cap.75,Corpus vt moueri à Miſeno cœpit, conclamantibus pleriſque Atellam potius deferendum,& in amphitheatro ſemiuſtulandũ,Romam per milites deportatũ eſt,crematúmque publico funere.

Semiuſtulatus,pen.prod.Adiect.Idem quod Semiuſtus.Cicero pro Milone,15, Tu P. Clodii cruentum cadauer eieciſti domo, tu in publicum eieciſti, tu ſpoliatum imaginibus, exequiis, põpa,laudatione, inferiis,ſimis lignis ſemiuſtulatum,nocturnis canibus dilaniandum reliquiſti.

Semuſtus,Adiectiuum,pro Semiuſtus.vt

Fax ſemuſta,Ouid.4.Faſt.33.

Corpus ſemuſtum fulmine.Virgil.3.Æneid.116.

Membra ſemuſta.Lucan.lib.9.1.

Robora ſemuſta.Lucan.lib.8.146.

Semiplotia,ſemiplotiorum,Soleæ,quibus vtebantur in venando, quo planius pedem ponerent.

Semiſſis,huius ſemiſſis,m.g.Idem quod Semis.Cicero Attico, lib.15.330.5, Sed ſicubi inciderit,de Tulliano ſemiſſe Maxianam adhibebis,vt ſcribis.

Semiſſis,Monetæ pars.Lãpridius de Alexandro principe Romano loquens,Vectigalia(inquit)publica in id contraxit,vt qui decem aureos ſub Heliogabalo præſtiterant,tertiam partem aurei præſtarent, hoc eſt triceſimam partem. Tũcque primum ſemiſſes aut eorum formati ſunt: tunc etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal decidiſſet, tremiſſes: dicente Alexandro etiam quartarios futuros,quòd minus non poſſet,quos quidem iam formatos in moneta detinuit,expectans vt ſi vectigal contrahere potuiſſet,& eos ederet. Sed quum non potuiſſet,per publicas neceſſitates,conflare eos iuſſit: & tremiſſes tantum,ſolidóſque formari. Formas binarias,ternarias,quaternarias, & denarias etiam atque amplius vſque ad quinquagenarias quoq; & centenarias, quas Heliogabalus inuenerat, reſolui præcepit, neque in vſu cuiuſquam verſari. atque ex eo iis materiæ nomẽ inditum eſt, quum diceret plus largiendi hanc eſſe imperatori cauſam,ſi quum multos ſolidos minores dare poſſet,dans decẽ vel amplius vna forma triginta & quinquaginta & cẽtum dare cogeretur. Ex his verbis Lãpridii, quæ vulgò corruptiſſimè leguntur, facilè intelligimus ſolidos primùm dictos eſſe aureos nummos,certi cuiuſdam,ſuique ponderis quaſi integros.Erant dimidiati aurei,& tertiarii,à tertia parte dicti, qui ſemiſſes tremiſſeſque dicebãtur: quemadmodum binarii,ternarii, quaternariique,& deinceps ſic dicti ſunt,qui binos aureos & ternos, & quaternos,denóſque pẽderent. Sic intelligẽdi tremiſſes, in L. Iubemus,De erogatione mil.an.libro x 11 cod.Triẽtales autem Latinè dici poſſent.Proinde ſolidos noſtros primùm argenteos nummos fuiſſe coniicio duodenarios, id eſt duodecim *turonii*, vel *Pariſii* valentes. Deinde ſemiſſes nummos factos, id eſt dimidiatos. Poſtea quadrantes ſeu quartarios, quos *liardos* dicimus. Poſtea ſextantes,ſeſcunciales,vnciales & ſemunciales, qui oboli dicebantur. Trientes autẽ & quadrantes, apud antiquos, nomina ſignatæ pecuniæ fuerunt. Hæc Budæus. Cic.pro P. Seſtio,46, Sed ab vno gladiatore innumerabilia alia noua conſcriberentur: vt remiſſis ſemiſſibus & trienubus,quinta propè pars vectigalium tolleretur.

Homo ſemiſſis, Dicitur homo vilis,& quaſi ſemihomo: ſicut ſemiſſem ſemiaſſem dicimus.Vatinius Ciceroni,li.5.10.4.Simius, non ſemiſſis homo cẽtra me arma tulit, & eum bello cepi.

Vſura dicitur ſemiſſis, quoties de centum nummis ſenus nũmus vſuræ nomine percipitur. Capitolinus in Alexandro,Triẽtarium fœnus ait eum vt æquiſſimum & leuiſſimum exercuiſſe ad vſum Reip. Hæc Budæus. Plin.lib.14.cap.4.11,Ex his tamen vſura multiplicata ſemiſſibus.

Semita/ſemitæ,pen.cor.Quaſi ſemiiter,arcta via,ſiue dimidia via.Plautus Caſina,3.31,

Poſt id locorum,quando ad villam veneris,
Dabitur tibi amphora vna,& vna ſemita,
Fons vnus. Cæſar 7.bel.Gal.27,Ac ne ſingulari quidem homini vnquam eo tempore anni ſemitæ patuerant.

Ferri ſemitis. Quintil.lib.5. cap.14.24, Feratur igitur non ſemitis,ſed campis.De eloquentia.

Velox ſemita Lunæ.Claud.2.Paneg.88.

Semitam pro Via dixit Cicero in Verrem, act.4.40, Attẽdite, iam intelligetis,hanc pecuniam qua via modò viſa eſt exire ab iſto,eadem ſemita reuertiſſe.

Rara per occultos ducebat ſemita calles.Virgil.9. Æneid.77.

Spumea ſubſequitur fugientis ſemita claui.Valer.2.Argon.86.

Vitæ fallentis ſemita.Horat.1.epiſt.19.21.

¶In ſemitã reuerti,metaphoricè dicitur à Plauto Caſin.10.33, Nunc pol ego deorum in rectam tædii ſemitam.

¶Semitæ ſunt in vrbe,qui limites etiam dicuntur. Inde

Semitari dictus,Qui ſemitas percurrit.Catu.adCótubernales,35.4, Omnes amatis,& quidem quod indignum eſt,
Omnes puſilli & ſemitarii mœchi.

Sémito,ſémitas,pen.cor.ſemitare, Eo modo dictum quo Limitare.Plinius libro 17.cap.22.1, Vineas limitari decumano XVIII pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum tranſitus,aliiſque tranſuerſis limitibus denûm pedum diſtingui per media iugera. Aut ſi maior modus ſit,totidem pedum cardine, quot decumano limitari. Sẽper verò quintanis ſemitari, hoc eſt,vt quinto quoque palo ſingulæ iugo paginæ includantur.

Semiuiuus/Semiuſtus/& cætera à Semis compoſita,Vide in Semis.

Semodius/ſemodii, Quaſi ſemimodius.Iuuenalis Satyr.14.7, -& tamen vno
Semodio ſcobis hæc emundat ſeruulus vnus. Columel.libro 2. cap.11.10,Quòd eadem quatuor modiis, nonnunquã & tribus, interdum etiam duobus ac ſemodio iugerum occupat. Martial. libro 7.51,Semodiúſque fabæ cum vimine picenarũ. Plin.lib. 18.cap.9.1,Præterea floris ſemodium.

Semouco/ſémoues, pen.corr.ſemóui,ſemõtum,pen.prod. ſemouẽre,Seorſum mouere.Plau.Aſin.5.74,Culpa tua iſthæc,quæ diſcipulum ſemidoctum abs te ſemoues.Terent.And.1.5.50, -Iam fermè moriens me vocat.
Acceſſi.vos ſemotæ,nos ſoli.

Semouere & ſegregare.Cicero de Aruſp.reſpon.23,Itaque qui antea voce præconis a liberis ſemouebantur, tuis ludis non voce,ſed manu liberos à ſe ſegregabant.

A contemplatu mali ſemouco me.Ouid.5.Triſt.eleg.8.14.

Semouere à diſciplina.Cicero 1.Acad.49, Nam Strato eius auditor,quanquam fuit acri ingenio, tamen ab ea diſciplina omnino ſemouendus eſt.

Semouenda eſt igitur voluptas, non ſolùm vt recta ſequamini,ſed etiam vt loqui deceat frugaliter.Cic.1.de Finib.45.

Semõtus,pen.prod.Participium.vt
A curis ſemotus.Lucret.lib.1.9.

Semper/Aduerbium temporis. Terent.And.4.5.17, Rectè ego ſemper fugi has nuptias. Plau.Miſ.6.74,Sed hic illi ſupparaſitatur ſemper,hic ei proximus. Idem Aſin.16.11,Ego quoq; hercle illum antehac hominẽ ſemper ſum frugi ratus. Cic.1.Tuſc.61, Quod ſemper mouetur,id æternũ eſt. Idem 1.Off.45,Ea quum tẽpore cõmutantur,cõmutatur officium,& nõ ſemper eſt idem.

Sempeꝛ Ienitas,Vnica dictio,authore Donato. Terent.And.1.2.4, Mirabar hoc ſi ſic abiret:& heri ſemper Ienitas
Verebar quorſum euaderet.

Sempiternus,Adiectiuum,quaſi perpetuus, & quod ſemper durat. Plautus Merc.7.1,
Homo me miſerior nullus eſt æquè opinor,neque aduorſa cui
Plura ſint ſempiterna. Terent.And.5.5.3,
Ego vitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quòd voluptates eorum propriæ ſunt. Cicero 2.Acad.42,Ratio perfecta & ſempiterna. Sic Ibidem,4.111.

Gloriæ ſempiternæ per aliquem commendari.Cic.Luceio,lib. 5.12.22,Neque autem ego ſum ita demens,vt me ſempiternæ gloriæ per eum commendari velim.

Potentia ſempiterna.Tacit.lib.3.

Semperuiuum/ſemperuiui,pen. prod. Herba quæ Græcè dicitur aizoon. Plinius lib.25.cap.13.16,Aizoi duo genera,Maius in fictilibus vaſculis ſeritur.Et paulo poſt,Alterum minuſculũ quod erithales vocant, alii trithales, quia ter floreat,alii chryſothales, aliqui iſoetes:ſed aizoum vtrunque,quoniam vireat ſemper,aliqui ſemperuiuum.Maius cubiti altitudinem excedit,craſſitudine plus quàm pollicari.Vulgus noſtrum *Iouis barbam* vocat.

SEMPRONIVS, Senator Romanus: de quo Pomponius De origine iurit,L.Neceſſarium, ſic ait,Sẽpronius quem Populus Ro. *eóſ ειν* appellauit: nec quiſquam ante eũ hoc nomine cognominatus eſt.Fuerunt autem plures Sẽpronii:de quibus multa apud Liuium.

Sempronii præclara geſſerunt, quorum ſeriem legito apud Volaterranum lib.19.

SENA,vrbs Hetruriæ octingentis ſtadiis à Roma diſtans. Profertur etiam numero multitudinis Senæ,Senarum.De qua Plinius lib.3.cap.5. Eſt & inſula in mari Britannico,Pomponio Melæ.

Sena'culum/huius ſenáculi,pen.corr.Vbi Senatores conſultandi gratia conſiſtebant. Valerius lib.2.cap.1, De mira conſtantia legatorum Romanorum, ſcribit Senatum apud ſenaculum habitare conſueuiſſe, vt quum à curia vocaretur, præſto adeſſet. Feſtus,Senaculum,locus Senatorum.

Senator/ pen.prod. huius ſenatôris,maſc.g. Vlpianus de Senatoribus,L.Nuptæ: dici ſenatores dicit qui à Patriciis & Conſularibus vſque ad omnes illuſtres viros deſcendunt, quia hi ſoli in ſenatu dicere ſententiam poſſunt. Appellatique ſunt ab ætate prouecta, quòd tales in principio in ſenatũ electi fuere. Feſtus, Senatores à ſenectute dici ſatis conſtat,quos initio Romulus elegit centũ: quorum conſilio Remp.adminiſtraret. Itaque etiam Patres appellati ſunt, & nunc quum ſenatores adeſſe iubẽtur, quibúſque in ſenatum ſententiam dicere licet, quia hi poſt luſtrum conditum ex iunioribus magiſtratum cœpere, & in ſenatu ſententiam dicunt, & non vocantur ſenatores antequam in ſenioribus ſunt cenſi. Plin.lib.14.in Proœm.5, Poſtquam ſenator cenſu legi cœptus,&c. Cicero 3.de Legibus,58,Senatori tria iuſſa ſunt, Vt adſit:nam grauitatem res habet, quum frequens ordo eſt.Vt loco dicat:id eſt rogatus.Vt modo:ne ſit infinitus.

Paſcebátque ſuas ipſe ſenator oues.Ouid.1.Faſt.41.

Senatórius,Adiectiuum poſſeſſiuum. vt Senatorium cõſilium.Cic. 3.Verr.3,Neque enim ſalus vlla maior Reipub.hoc tempore reperiri poteſt,quàm Populum Rom.intelligere, diligenter reiectis ab accuſatore iudicibus,ſocios,leges,Remp.ſenatorio conſilio maximè poſſe defendi: Vetus exẽplar legit,ſenatoris cõſilio.

Ætas ſenatoria.Tacit.li.15,Et Viuianus Annius gener Corbulonis, nondum ſenatoria ætate, ſed pro legato quintæ legioni impoſitus.

Literæ ſenatoriæ.Cic.2.Offic.5.

Munera ſenatoria.Cic.1.Tuſcul.1.

Ordo ſenatorius.Cic.pro Cluentio,83.

Potentia ſenatoria.Cic.ad Atticum,lib.2.14.3.

Senâtus,huius ſenâtus & ſenáti,pen.prod.tam locum in quem ſenatores conueniunt,quàm ipſos ſenatores ſignificat. Cic.de Aruſp.reſp.54,Senatus princeps ſalutis,mentiſque publicæ. Idẽ Sulpitio,lib.4.1.4,Atq; ipſe ad te artẽs ſcripſiſſe,te fruſtra in ſenatum,ſiue potius in conuentũ ſenatorum eſſe venturum. Idẽ de Senect.18,Nec enim excurſione,nec ſaltu,nec eminus haſtis, aut comminus gladiis vteretur: ſed conſilio, ratione,ſententia. quæ niſi eſſent in ſenibus, non ſummũ conſilium maiores veſtri appellaſſent Senatum. Et 3.de Legib.41,Nam ita ſe res habet,ſenatus dominus publici conſilii,&c. Item 1.in Catil.1,Hic tamen viuit:viuit? imò in ſenatũ venit publici cõſilii particeps. Sic Attico,lib.7.11.4.1, Monere ne antè in ſenatum accederem, quàm rem confeciſſem.

Senatus frequẽs diuinus fuit in ſupplicatione Gabinio deneganda.Cic.Q.fratri,lib.2.9.1.

Sanctus ſenatus.Virg.1.Æneid.86.

Floreat,& claro cingatur Roma ſenatu.Claud.5.Paneg.4.

Cogere ſenatum, Conſules & ſenatores in cõſilium conuocare.Cic.Metello,lib.5.1.10,Recordare cætera,quàm citò ſenatum illo die facta ſortitione coegerim. Idem Cornificio,lib.12.27.3, Senatus ſæpius pro dignitate tua appellaretur,ſi abſentibus Cõſulibus vnquam,niſi ad rem nouam cogeretur. Et 3.de Finib. 11, Quippe qui ne reprehẽſionem quidẽ vulgi reformidans, in ipſa curia ſoleret legere dum ſenatus cogeretur. De Catone.

Conuocare,vel vocare ſenatũ,Idẽ. Cl.Plácio,lib.10.12.7,Senatus eſt cõtinuò conuocatus,frequẽnſque conuẽnit propter famã atque expectationẽ tuarum literarũ. Idẽ Trebonio,lib.10.28.3, Nam quum ſenatũ ad XIII Cal.Ianu. Tribunipl.vocaſſet, déque alia re referrent,totam Remp.ſum complexus,&c.

Cooptare ſenatum,pro Senatum conſtituere. Cic.4.Verr.84, Quum haberent inter ſe controuerſiam de ſenatu cooptando: leges à ſenatu noſtro petiuerunt. decreuit ſenatus honorifico s. c. vt his C. Clodius Appii filius Pulcher Prætor de Senatu cooptando leges conſcriberet.

Diſcedit ſenatus,quum ſenatores à Prætore miſſi facti,domũ abeunt.Cicero,Tuum in ipſum diſceſſum ſenatus incidiſſe credo meas literas.

Dare ſenatum alicui,Senatum cogere,ſuper deliberatione rei ad aliquem ſpectantis. Cic.ad Quintum fratrem,lib.2.15.2,Eo-

dem igitur die Tyriis eſt ſenatus datus frequens.

Frequentem ſenatum efficere, pro Cogere. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. ſ. 7, Marcellus idem illud de prouinciis vrget: neque adhuc frequentem ſenatum efficere potuit.

Expulſus ſenatus. Lucan. lib. 5. 54.

Extinguere ſenatum, Senatus authoritatem & dignitatẽ deprimere, vel Senatus authoritatem tollere. Cicero 3. Offic. 3, Noſtrũ autem otium negotii inopia, nec requieſcendi ſtudio cõſtitutum eſt. Extincto enim ſenatu, deletiſque iudiciis, quid eſt quod dignum nobis aut in curia aut in foro agere poſſimus?

Habere ſenatum, pro Senatum cogi. Cic. Lentulo, lib. 1. 4. 3. Senatus haberi ante Caléd. Feb. per legem Puppiam, id quod ſcis non poteſt. Idem ad Q. fratrem, lib. 2. 6. 4, Conſequuti ſunt dies comitiales, per quos ſenatus haberi nõ poterat. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 4. 10, Sed quũ ſenatus habitus eſſet ad Apollinis ad x I Calend. Sext. & referretur de ſtipendio Cn. Pompeii, &c.

Legere ſenatum, Vide Lego/legis.

Lectus ſenatus. Ouid. 1. de Arte, 93.

In ſenatum legere, pro Senatorem facere. Cic. Valerio, lib. 13. 5. 4, Hoc autem tempore cum Cæſar in ſenatum legit: quem ordinem ille iſta poſſeſſione amiſſa tueri vix poteſt. Grauiſſimum autem eſt quum ſuperior factus ſit ordine, inferiorem eſſe fortuna: minimeque cõuenit ex eo agro, qui Cæſaris iuſſu diuidatur, eum moueri, qui Cæſaris beneficio ſenator ſit.

Mitti vel dimitti ſenatus dicitur, quando datur facultas ſenatoribus abeũdi domum: quod à Prætore apud Romanos fiebat his verbis, Nihil vos moramur Patres Conſcripti. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 5. 1, Sed fecit humaniter Licinius, quòd ad me, miſſo ſenatu, veſperi venit: vt ſiquid eſſet actum, ad te, ſi mihi videretur, perſcriberem. Idẽ de Amic. 11, Quum ſenatu dimiſſo domum reductus ad veſperam eſt à Patribus Conſcriptis.

Mouere ſenatu, & Ex ſenatu reiicere. Plin. de Viris illuſt. L. Flaminium Cõſularem ſenatu mouit. Cic. pro Domo ſua, 94, Atqui C. Atinius patrum memoria, bona Q. Metelli, qui eũ ex ſenatu Cenſor reiecerat, aui tui Q. Metelle, & tui P. Seruili, & proaui tui P. Scipio cõſecrauit foculo poſito in Roſtris, adhibitóque tibicine. Vide Mouco.

Regere conſilijs ſenatum. Quintil. lib. 2. cap. 16. 11.

Reuocare ad virtutem priſtinam ſenatum iam languentem. Cic. Trebonio, lib. 10. 28. 4, Senatúmque iam languentem & deſeſſum ad priſtinam virtutem conſuetudinémque reuocaui.

Eſſe ſenatum, pro Conuocari. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 2. 10, Eo die ſenatus erat futurus. Idem Cornificio, lib. 12. 25. 1, Eo die nõ fuit ſenatus, neque poſtero. Idem ad Q. fratrem, lib. 2. 5. 1, Senatus fuit frequentior, quàm putabamus eſſe poſſe menſe Decembri ſub dies feſtos.

In ſenatũ venire, pro Senatorẽ fieri. Cic. pro L. Flacco, 33, Tẽni vſque ad illam ætatem in ſenatum venire non potuit. Ibidem, Pari fœlicitate vnà legatus venit Nicomedes: qui neque in ſenatum vlla conditione peruenire potuit, & Furti, & Pro ſocio damnatus eſt.

¶ Senatum conſilii in cor conuocare. Plautus Amphit. 8. 176, Huc conceſſero, dum mihi ſenatũ conſilii in cor conuoco. Idem Epid. 3. 56, Iam ſenatum conuocabo in corde conſiliarium. Hoc eſt, conſulam apud me quid agendum ſit.

Senatuſconſultum, ſenatuſconſulti, Id eſt, ſenatus ſententia. quod fiebat aut per rogationem, quum rogabatur vnuſquiſque ſententiam quam verbis efferebat. Aut per diſceſſionem, quando plerique idem ſentientes, in vnam partem pedibus ibant, ſicut teſtatur Gellius libro 3. cap. 18. & lib. 14. cap. 7. Flauius Vopiſcus de Aureliano, Deinde aliis manum porrigentibus, aliis pedibus in ſententiam euntibus, pleriſque verbo conſentientibus, conditum eſt ſenatuſcõſultum. Cic. 1. de Diuinat. 106, Nam illud mihi ipſi celeriter nuntiatum eſt, vt audiuiſſes in monumento Marii de tuo reditu magnificentiſſimum illud ſenatuſcõſultum eſſe factum. Cæſar 1. bel. Gall. 184, Quæ ſenatuſconſulta quoties, quámque honorifica in eos facta eſſent.

Senatuſconſultum fuit vetus, ne liceret Africanas in Italiam aduehere. Plin. lib. 8. cap. 17. 5.

Magnificentiſſimum ſenatuſconſultum, Vide Magnus.

Senatuſcõſultum facere cõtra aliquem. Cic. de Aruſ. reſpon. 7, Ducentis confixum ſenatuſconſultis quæ ſunt omnia contra illum pro religionibus facta.

Senatuſconſultum facere de. Cic. 3. Philipp. 140, Effugere feſtinans, ſenatuſconſultum de ſupplicatione per diſceſſionem fecit, quum id factum eſſet antea nunquam.

SENECAE duo fuerunt: M. Anneus Seneca Senecæ philoſophi pater, patria Cordubẽſis & Equeſtris ordinis, ac eruditiſſimus fuit, vt cui declamationes quæ filii dicuntur eſſe, nonnulli tribuant. M. Anneus Seneca ex Elbia Albina tres liberos ſuſcepit: L. Anneum Senecam Philoſophum: Iunium Anneum Gallionem: & L. Anneum Melam Lucani patrem. Duo in primis memorantur Senecæ, Philoſophus, & Poeta tragicus. Quod Sidonius teſtatur hoc carmine,

Non quod Corduba præpotens alumnis
Facundum cíet, hîc putes legendum.
Quorum vnus colit hiſpidum Platona,
Incaſſúmque ſuum monet Neronem.
Orcheſtram quatit Euripidis alter
Pictum ſæcibus Æſchylum ſequutus. Senecam putat Caſſiodorus inde dici, quoniam cui primo cognomentum id impoſitum fuit, canus ſit natus: ſicuti de Numa Pompilio legitur.

Et docti Senecæ ter numeranda domus. Martialis lib. 1. 148.

Facundi Senecæ potens amicus. Martialis lib. 7. 44.

Duóſque Senecas, vnicúmque Lucanum
Facunda loquitur Corduba. Martialis lib. 1. 57.

Senecio, ſenecionis, Herba, de qua Plinius lib. 25. ca. 13. 11, Erigeró noſtris vocatur ſenecio. Et paulo póſt, Herba eſt trixaginis ſpecie & mollitia, cauliculis ſubrubicundis, naſcitur & in tegulis & in muris. Nomen hoc Græci dederũt, quia Vere canéſcit. Caput eius numeroſa diuiditur lanugine (qualis eſt ſpinæ) inter diuiſuras exeunte.

SENECIO, Vir in Betica natus, & ibi Quæſtor: cuius meminit Tacitus, & Plinius epiſt. 5. 2.

Senecta/ Senectus/ Seneſco/ Vide Senex.

Senex/ ſenis, com. gen. ſecundum Priſcianum. Varro de Lingua Latina, Et tua amica ſenex. Cic. pro Cælio, 19, Huic triſti ac decrepito ſeni reſpõderet Cælius. Et pro Seſtio, Imbecillus ſenex. Idem de Senect. 19, Nec enim vnquam ſum aſſenſus illi veteri, laudatóque prouerbio, quod monet maturè fieri ſenẽ, ſi diu velis eſſe ſenex.

Genitiuus eſt ſenis, vel ſenicis antiquẽ. Plaut. Ciſtell. 10. 11, Negotioſi ſenicis ſoletis eſſe.

Senex ingenio. Plaut. Milite, 10. 37, Si albus capillus hic videtur, neutiquam ibi ingenio ſenex ineſt.

Senex memoria, Antiqua. Ci. pro P. Seſtio, 16, Omnes boni ſemper nobilitati fauemus, & quia vtile eſt Reip. nobiles eſſe homines, dignos maioribus ſuis, & quia valet apud nos clarorum hominum ſenex de Reipub. meritorum memoria, etiam mortuorum. Correctiora exemplaria non legũt dictionem SENEX, ſed eius loco habent BENE.

Anheli. Virg. 1. Georg. 17.
Annoſus. Ouid. 1. de Arte, 3.
Aſperi. Quintil. lib. 3. ca. 8. 35.
Delirus. Horat. 2. Ser. ſaty. 5. 15.
Grandæuus. Luca. lib. 3. 104.
Inualidus. Virg. 11. Æneid. 16.
Iuſtus. Ouid. 1. epiſt. 6.
Longæuus. Virg. 5. Æne. 143.
Maturus. Horat. in Arte, 24.
Miſerabilis. Quintil. libro 4. cap. 1. 19.
Odioſus. Oui. 1. de Remed. 15.
Parcus. Horat. 2. Car. ode 8. 5.
Priſcus. Ouid. 10. Metam. 128.
Sanctus. Claud. 2. Paneg. 16.
Siccus. Horat. 2. Ser. ſaty. 3. 57.
Verẽdus. Claud. 2. Paneg. 87.
Vetus. Tibull. lib. 3. eleg. 8. 10.

¶ Ceruus ſenex. Lucret. lib. 3. 113.

Dies ſenex. Plaut. Sticho, 11. 6,

-cadum modo hinc à me huc vino tranſferam:
Poſtea accumbam, qua ſenex tabeſcit dies.

Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor. Ouid. 1. Amor. ele. 9. 1.

¶ Senior, Comparatiuum, Valde ſenem ſignificat. Ouidius 12. Metamor. 57, Tum ſenior, quanuis obſtet mihi longa vetuſtas. Quintilianus lib. 2. cap. 1, de Iſocrate, Eóque iam ſeniore (octauum enim & nonageſimum impleuit annum) pomeridianis ſcholis Ariſtoteles præcipere artem oratoriam cœpit.

Anni ſeniores. Ouid. 15. Metam. 94.

In ſenioribus eſt, Vide In præpoſitionem.

¶ Senior, m. g. tametſi in obliquis commune trium generum videatur, vt Senioris ætatis, Senioris æui.

¶ Seniores, pro Senatu: quoniam ex prouectioris ætatis hominibus fieret. Liu. 4. bel. Maced. 124, Scriptum erat: Ariſtonem priuatim ad neminem, publicè ad ſeniores (ita Senatum vocabant) mandata habuiſſe.

Senecta, ſenectæ, Tempus ſenectutis, Senilis ætas. Virgil. lib. 6. Æne. 13, -vires vltra, ſortémque ſenectæ. Lucilius lib. 28, Proſpiciendũ ergo in ſenecta nunc adoleſcẽtia eſt. Plin. lib. 16. ca. 27. 3, Eſt etiamnum ætatis differentia. Amygdala enim & pyrus in ſenecta fertiliſſimæ, vt glãdiferæ, & quoddam genus ficorũ.

Pondera amara ſenectæ. Ouid. 9. Metam. 48.
Annoſa ſenecta. Ouid. 7. Metam. 88.
Curua. Ouid. 2. de Arte, 134.
Extrema. Catul. Argon. 59. 44.
Frigens. Silius lib. 5. 114.
Infirma. Tibul. li. 1. ele. 4. 7.
Longæ ſenectæ extrema tempora. Ouid. 6. Metam. 135.
Neſtorea ſenecta. Stat. 1. Sylu. 3. 11.
Occiduæ ſenectæ decline iter. Ouid. 15. Metam. 46.

Orba ſenecta luminibus. Plin. lib. 9. cap. 22. Vide Orbus.
Rugoſa ſenecta. Tibul. lib. 3. eleg. 5. 5.
Sacra ſenecta. Iuuenal. Satyr. 13. 6.
Tarda ſenecta. Ouid. 3. Triſt. eleg. 7. 5. Senec. Herc. furen. 9. 4.
Tardante ſenecta gelidus ſanguis. Virgil. 5. Æneid. 79.
¶ Lenior, & melior fis accedente ſenecta. Horat. 2. epiſt. 2. 45.
Longa ſenecta confectus. Ouid. 6. Metam. 8.
Finire ſenectam morbis. Lucan. lib. 5. 57.
Inopem ſenectam trahere. Ouid. 7. Metam. 1.
Diſcite venturam iam nunc ſentire ſenectam. Propertius lib. 4. elegia 22. 19.
Venturæ memores iam nunc eſtote ſenectæ. Ouidius 3. de Arte, 11.
Grauis ſenectâ. Ouid. 7. Metam. 60.
In ſenecta, Vide In præpoſitionem.
¶ Sonecta, ablatiuus, pro In ſenecta. Plin. lib. 7. cap. 18. 1, Naturam feciſſe conſuetudinem, & ſenecta carniſſe potu.
¶ Senecta, Sexta hominũ ætas. Ætas enim prima quibuſdam incipit ab infantia vſque ad ſeptimum annum, quæ quidem ætas nomen accepit à non fando, quia homo in ea non fatur: vel ſi fatur, imperfectus eſt eius ſermo. Secunda, puericia, cuius pars eſt pubertas, vſque ad XIIII annum. Tertia, adoleſcentia. Quarta, iuuenta. Quinta, virilis ætas. Sexta, ſenectus: cuius pars eſt ætas decrepita.

Senectus, ſenectũtis, pen. prod. fœm. g. Idem. Terent. Phorm. 4. 1. 9, Senectus ipſa eſt morbus. Cicc. 4. Acad. 115, Et ita eſſe eum vndique aptum, vt nulla vis tantos queat motus, mutationémque moliri, nulla ſenectus diuturnitate temporum exiſtere, vt hic ornatus vnquam dilapſus occidat. Idem in Topicis, 16, Senectus eſt occaſus vitæ.

Balba ſenectus. Horatius 1. epiſt. 22. 4.
Cana. Ouid. epiſt. 14. 22.
Cariosa. Ou. 1. Amo. ele. 12. 6.
Cruda ac viridis. Tacit. in vita Agricolæ.
Deſerta. Sene. Herc. fur. 13. 23.
Effœta ſeclis. Virg. 8. Æn. 102.
Exanguis. Lucan. lib. 1. 70.
Exhauſta. Stat. 3. Syln. 3. 31.
Infeſta, Vide Infeſtus.
Lõga. Horat. 2. Car. ode 16. 6.
Longa & ceruina. Iuuenal. Saty. 14. 25.
Loquax, Vide Loquor.
Placida. Hora. in Carm. ſec. 9.
Prouecta. Tacit. lib 1.
Queribũda. Silius lib. 13. 118.
Sera. Senec. Herc. furen. 11. 7.
Tarda. Horat. 2. Ser. ſaty. 2. 18.
Trãquilla. Hora. 2. Ser. ſat. 1. 12
Triſtis. Virgil. 3. Georg. 14.
Turpis. Virgil. 3. Georg. 20.
Viuax. Senec. Her. furẽ. 11. 17.

Vrgens & aduentans ſenectus. Cic. de Senectute, 2, Hoc enim onere (quod mihi tecum commune eſt) aut iã vrgentis, aut certè aduẽtantis ſenectutis, & te & meipſum leuari volo.
¶ Adipiſci ſenectutem. Cic. de Senect. 4, Quo in genere in primis eſt ſenectus, quam vt adipiſcantur, omnes optant, eandem accuſant adepti.
¶ Iners ſenectus adiuuat baculo gradũ. Senec. Herc. furẽ. 9. 16.
Homo confectus ſenectute. Cic. 5. de Finib. 55.
Turpem ſenectutem degere. Horat. 1. Carm. ode 31. 4.
Decipere ſenectute. Cic. Lentulo, lib. 12. 9. 65, Quod quum offendiſſet populũ Athenienſem propè iam deſipientẽ ſenectute, &c.
Vetus ſenectus rugis frontem exarat. Horat. Epod. 8. 1.
Senectus habet authoritatẽ. Cic. in Oratore, 96, Habet autem vt in ætatibus authoritatẽ ſenectus, ſic in exemplis antiquitas.
Obrepit non intellecta ſenectus. Iuuenal. Saty. 9. 13.
Ægra ſenectus tremulo venit gradu. Ouid. 14. Metam. 19.
Ad ſummam ſenectutem viuere. Cic. de Claris Orat. 93. Et 8. Philipp. 154, Quũ eſſet ſumma ſenectute & perdita valetudine.
Senectus orationis, Maturitas, grauitas. Cic. de Claris Orat. 4, Quúmque oratio iam noſtra caneſceret, haberétque ſuã quandam maturitatem & quaſi ſenectutem.
Plena literatæ ſenectutis oratio. Cic. de Claris Orat. 144.
¶ Senectus, Pellis quam verno tẽpore ſerpentes exuunt, quæ & vernatio dicitur. Vnde Senectutem exuere dicũtur. Plin. lib. 8. cap. 30, Angues eodẽ modo & ſtelliones ſenectutem exuere, eãque protinus deuorare, præripientes comitiali morbo remedia.

Senectus, Adiectiuum. vt Mẽbra ſenecta. Lucret. lib. 3. 155, Quidve foras ſibi vult membris exire ſenectis? Alii legunt ſenectus.
Senectæ ætas. Plaut. Aulul. 7. 75,
Video hercle ego te me arbitrari Euclio hominem idoneum,
Quem ſenecta ætate ludos facias haud merito meo. Idẽ Trin. 4. 4, Hic ille eſt, ſenecta ætate, qui factus eſt puer. Et Merc. Senecta ætate ſcortari ſenes. Lucret. libro 5. 77, Poſt vbi equum validæ vires ætate ſenecta, Membráque deficiunt, &c.
Senectum corpus. Saluſt. lib. 4. Hiſto. Omnes quibus ſenecto corpore animus militaris erat.

Senium, ſenii, Idem. Dicimus enim Hominem confectum ſenio, pro ſene.

Deforme ſenium. Senec. Hippolyto, 7. 18.
Mens ſenio fluxa. Tacit. lib. 5.
Senium, dicitur Tædium & odiũ, vt ait Nonius: dictum à ſenectute, quòd ſenes omnibus odio ſint, & tædio. Turpilius, Quia odio ac ſenio mihi nuptiæ ſunt. Næuius Senium ſonticum appellat, quaſi nocens: quia ſenectus, naturalis morbus eſt, vt inquit Ariſtoteles.
Torpeſcere ſenio rerum. Silius lib. 16. 3.
Componere ſenium patria terra. Stat. 3. Syln. 5. 3.
Senium ad conuitium retulit Terentius in Eunucho, 2. 3. 10, pro improbo & moroſo ſene, Vt illum di, deæque ſenium perdant, qui me hodie remoratus eſt. Lucilius, At quidem te ſenium, atque inſulſe ſophiſta.
Senium, pro Triſtitia & ſqualore. Cic. pro Milone, 15, Luget Senatus, mœret Equeſter ordo, tota ciuitas cõfecta ſenio eſt, ſqualent municipia, afflictantur coloniæ.
Senium lunæ, pro Decurſu. Plin. lib. 7. cap. 48. 3, Quidam lunæ ſenio annum determinabant, vt Ægyptii.

Seneo, ſenes, ſenui, ſenêre, Senem fieri. Catul. de phaſelo, 4. 6, Quiete recondita ſenet.

Seneſco, ſeneſcis, ſeneſcere, Senem fieri. Plin. lib. 7. cap. 4. 2, Fœminas gigni celerius, quàm mares, ſicut celerius ſeneſcere.
Tempora labuntur, tacitiſque ſeneſcimus annis. Ouidius 6. Faſtorum, 155.
Æuo & macie ſeneſcere. Lucret. lib. 1. 66.
Fama ſeneſcere dicitur quis, quando declinat ab exiſtimatione & authoritate. Liu. 7. bel. Pun. 11, Fabio Tarentum captum aſtu magis quàm virtute, gloriæ tamen eſſe, Fulnii ſeneſcere fama. Idem 9. bel. Pun. 21, Nec Magonem ex Gallia mouere tumultus quicquam, nec coniungere ſe Annibali & Annibalem ipſum iam & fama ſeneſcere, & viribus.
Amor ſeneſcet. Ouid. 3. de Arte, 118.
Seneſcens in ſalem caſeus. Plinius libro 11. cap. 41. 3, Omni in ſalem caſeo ſeneſcente.
Ciuitas otio ſeneſcit, Torpeſcit otio. Liuius 1. ab Vrbe, 88, Seneſcere igitur ciuitatem otio ratus, vndique materiam excitandi belli quærebat.
Cõſilia ſeneſcunt, quũ nimia diuturnitate & mora vana fiũt. Liu. 5. bel. Maced. 40, Vbi nihil vſquã moueri viderunt: agitandum aliquid, miſcẽdúmque rati, ne cunctando ſeneſcerent cõſilia: conſilium Naupactum indixerunt.
Equus ſeneſcens. Horat. 1. epiſt. 12.
Fama ſeneſcens. Tacit. lib. 18, Et ſeneſcens exercitus ſui fama.
Forma, niſi admittas, nullo exercente ſeneſcit. Ouid. 1 Amorum, elegia 8. 11.
Humus laſſa ſeneſcit. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 3.
Hyems ſeneſcit, Declinat. Cic. 2. de Nat. deorum, 71, Et ea duo tempora, quorum alterum hyemi ſeneſcenti adiunctum eſt, alterum æſtati.
Laus ſeneſcit, Deprimitur. Cic. 1. de Orat. 5, Vel mehercule etiã vt laudem eorum iam propè ſeneſcentem, quãtum poſſem ab oblitione hominum, atque à ſilentio vindicarem.
Literæ ſeneſcũt. Plin. epiſt. 165. 2, Ipſarum denique literarum iam ſeneſcentium reductor ac reformator.
Luna ſeneſcens, cui Creſcẽs opponitur. Varro 1. de Re ruſt. ca. 37. 1, Quædã faciẽda in agris potius creſcente luna, q̃ ſeneſcẽte.
Creſcere ſentimus, pariterque ſeneſcere mentẽ. Lucr. lib. 3. 91.
Morbus ſeneſcit, Remittitur, relaxatur. Cic. ad Gallũ, lib. 7. cap. 7. 4, Sed viſa eſt mihi vel loci mutatio, vel animi etiam relaxatio, vel ipſa fortaſſe iam ſeneſcentis morbi remiſſio profuiſſe.
Pugna ſeneſcit. Liu. 5. ab Vrbe, 100, Deinde multa iam edita cæde ſeneſcit pugna.
Rumores ſeneſcere. Tacit. lib. 2, Relinquendum etiam rumoribus tempus, quo ſeneſcant.
Seges alta imbre nimio ſeneſcit. Stat. 5. Syln. 2. 30.
Virtus paulatim euicta ſeneſcit. Silius lib. 3. 117.
Vitia ſeneſcũt, matureſcunt virtutes. Liu. 3. ab Vrbe, 54, Quod deſyderetur conſilium, id in dies creſcere ſeneſcẽtibus vitiis, matureſcente virtute.

Senilis, & hoc ſenile, pen. prod. Quod ad ſenem pertinet: vt Senilis ſtatua. Cic. 4. Verr. 50.
Animus ſenilis. Claud. 5. Paneg. 31,
Sed grauibus curis animum ſortita ſenilem
Ignea longæuo frænatur corde iuuentus.
Annis ſenilibus feſſus. Ouid. 7. Metam. 33.
Corpus ſenile. Plin. lib. 34. cap. 18. 9.
Declamatio ſenilis. Cicero 1. Tuſc. 11, Vt enim antea declamitabã cauſas, quod nemo me diutius fecit, ſic hæc mihi nunc ſenilis eſt declamatio.
Genæ ſeniles. Ouid. 8. Metam. 41.

Guttur senile. Horat. Epod. 3.1.

Hyems senilis tremulo venit horrida passu. Ouid. 15. Met. 2. 43.

Iudicio senili adolescens. Cic. pro Sestio, 97. Te sororis filius Posthumius adolescens grauis senili iudicio notauit, quum in magno, &c.

Prudentia senilis. Cicero 1. de Diuinat. 75, Is autem Tages, vt in libris Hetruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia.

Ruga senilis. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 8. Idē 1. de Ponto, eleg. 5. 2, Iámque meos vultus ruga senilis arat.

Seniliter, pen. corr. Aduerbium: vt Tremere seniliter. Quintil. lib. 1. cap. 11. 1.

Senī/senæ, Vide Sex.

Senio/ seniônis, m. g. In talis sex puncta continet. Nam à senario numero dici videtur. Vnde & eius iactus perutilis erat. Interdum etiam damnosus, sicut & canis. nam qui iecerat canem, aut senionem, ille denarios singulos conferebat in medium, vt est apud Suetonium in Augusto, cap. 71. Martialis lib. 13. 1,

Non mea magnanimo depugnat tessera talo,
Senio nec nostrum cum cane quassat ebur. Persius Satyr. 5. 5,
Iure etenim id summum, quid dexter senio ferret,
Scire erat in voto. Vide Canis.

Senium/ Vide Senex.

SENNAAR, Campus Babylonis, in quo turris extructa est. Inde egressus Assur ædificauit Niniuen.

SENOGALLIA, Italiæ vrbs, quam Plinius & Ptolemæus infra Anconam Ariminum versus statuunt. Pomponius Mela libro 2, Senogallia maritima ad Aterni fluminis ostia. Senogallia autem est dicta à Senonibus Gallis, qui eam condiderunt. De hac Silius 8. lib. 89, Et Glanis, & Rubico, & Senonū de nomine Senæ.

SENONES, pen. cor. Populi Galliæ Lugdunensis, vt scribit Plinius lib. 4. cap. 18, finitimi Belgis, qui olim vrbem Romam incenderunt, & Capitolium obsederunt, Hos Furius Camillus aggressus adeò cecidit, vt incendiorum vestigia Gallici sanguinis inundatione deleret. Scribit Vetrius ideo Senones appellatos, quia noui venerunt ex Transalpina Gallia, quasi cænonas, litera immutata: καινὸς enim Græce, Latinè nouus dicitur. Silius lib. 4. 32, -sociata examina densant
Infādi Senones. Idem lib. 8. 89, -Senonum de nomine Senæ.

Motus Senonum. Lucan. lib. 1. 51.

Et Senonum furias Latiæ sensere cohortes. Stat. 5. Syl. 3. 4.

Sensibile/Sensim/Sensus/ Vide Sentio.

SENTA Fauna, filia fuit Pici regis, & coniunx Fauni fratris sui, teste Lactantio. Hanc Varro scripsit tātæ pudicitiæ fuisse, vt nemo illam dum vixit, præter suum virum mas viderit, nec nomē eius audierit. Propter quod in operto mulieres illi sacrificabāt, & Bonam deam nominabant.

Sententia/Sententiosus/ Vide Sentio.

SENTICA, Hispaniæ vrbs, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. Vulgò Simancas.

Sentina/ sentinæ, penul. prod. Pars nauis inferior: in quā quicquid instillat aquarum, defluit, corruptéque malè olent. A sentio, sentis, quòd eius fœtor sentiatur. nam odorem fœdum emittit. Iuuenalis Satyr. 6. 10,

Si iubeat coniunx, durum est conscendere nauim:
Tunc sentina grauis, tunc summus vertitur aer.

Conflictari sentinæ vitiis. Cæsar 3. bel. Ciuil. 111, At veteranæ legionis milites iam conflictati & tēpestatis & sentinæ vitiis, non ex pristina virtute aliquid remittendum putauerunt.

¶ Sentina, per translationem, Receptaculum sceleratorum hominum, vel ipsi scelerati homines. Cic. 2. in Catilinam, 19, O fortunatam Rempub. si quidem hanc sentinam huius vrbis eiecerit. vno me hercle Catilina exhausto, releuata mihi & recreata Resp. videtur. Idem pro Lege agraria, 72, Hoc enim verbo est vsus, quasi de aliqua sentina, ac non de optimorum ciuium genere loqueretur. Et ad Atticum, libro 1. 14. 6, Qua constituta diligenter, & sentinam vrbis exhauriri, & Italiæ solitudinem frequentari posse arbitrabar.

¶ Sentina, pro Loco infimo in Repub. Cicero ad Papyriū Pætum, lib. 9. 15. 10, Sedebamus enim in puppi, & clauum tenebamus: nunc autem vix est in sentina locus.

Sentino, sentinas, sentinare, Satagere: dictū à sentina nauis, quam quis vt aqua liberet, enacuare contendit. Cæcilius in Æthrione, Cum Mercurio capit consilium, postquam sentinat satis. Est itaque sentinare, periculum subtilitate euitare. Festus.

SENTINVM, pen. prod. Italiæ oppidum in finibus Vmbriæ & Piceni, à quo Sentinātes, pen. prod. populi dicti, quorum meminit Plinius lib. 3. cap. 14.

Sentio/ sentis, sensi, sensum, sentire, Sensu percipere: ad corpus pertinet. Plaut. Curc. 3. 74, Sentio sonitum. Lucretius lib. 1. 60,

Quin porrò varios rerum sentimus odores:
Nec tamen ad nares venientes cernimus vnquam.

Famem sentire. Liu. lib. 5. bel. Pun. 66, Famem Campani sentiebant, quia sementem eos facere prohibuerant Rom. exercitus. Sic Sentire situm aut vitium, pro Contrahere. Budæus.

Labor non sentitur sedulitate. Ouid. 4. Fast. 87.

Medicinam sentire, pro Melius habere post medicinam: Apud Celsum. Sic Plinius lib. 22. ca. 25. 32, atropha dixit quæ cibū non sentiunt, id est alimentum. Idem lib. 29. cap. 5. 3, Vermiculo qui lytta vocatur, exempto infantibus catulis, nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt. Budæus.

Ianua sensit clauem. Tibull. lib. 2. eleg. 4. 7.

Fluuii sensere alnos cauatas. Virgil. 1. Georg. 28.

Lætitiam toto pectore sentire. Ouid. 10. Metam. 88.

¶ Sentit cariem, Sentit vetustatem. Plin. lib. 12. cap. 7. 2, Celeriter ea cariem sentit. Hoc est efficitur cariosa. Idē lib. 21. cap. 42. 3, Tradunt Zoroastrem in deserto caseo vixisse annis x x, ita tēperato, vt vetustatem non sentiret. Id est, non senescere.

Teredinē sētire dicitur herba, caro, aut res alia, Vide Teredo

¶ Sentire, Intelligere. Plaut. Truc. 5. 50, Ego senseram: sed quid istic, cui rei item assimilare retulit? Idem Pseud. 7. 7, Atque id iam pridem sensi ego, & subolet mihi. Et Milite, 18. 2, Aspice limis oculis, ne ille nos se videre sentiat. Terent. And. 1. 1. 25, Si sensero hodie quicquam in his te nuptiis
Fallacix conari. Idem Adelph. 5. 3. 8, -si me senserit
Eum quæritare, nūquam dicet carnufex. Cæsar 4. bel. Gal. 107, Prius ad hostium castra peruenit quàm quid ageretur Germani sentire possent. Cicero ad Lentulum, lib. 1. 5. 2, Te videre & sentire eandem fidem esse hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis literis intellexi. Ouid. 2. Met. 109, Sensit adulterium Phœbeius, v'tque latentem, &c.

Villicus sentit te dominum. Horat. 1. epist. 1. 33.

¶ Sētire, Iudicare, opinari. Cic. de Amicitia, 16, Sed hoc primū sentio, nisi in bonis, amicitiam esse non posse. Plinius Iunior, Cupio abs te intelligere quid sentias.

Recte sentire. Quintil. lib. 2. cap. 15. 25.

Sentire de. Plautus Mostell. 9. 53, Iam de istis rebus vester quid sensit senex? Cic. de Amicit. 24, Hactenus mihi videor de amicitia quod sentirem, potuisse dicere. Idem 1. Offic. 107, Bene de Repub. sentientes ac bene meritos, aut merentes, aliquo honore aut imperio affectos, obseruare & colere debemus. Et 1. de Finib. 94, De diis immortalibus sine vllo metu vera sentit.

Omnes ad vnum sentiunt de. Cic. de Amicitia, 72, De amicitia omnes ad vnum idem sentiunt. Hoc est, Idem omnes sentiunt & iudicant.

Ab aliquo sentire. Plautus Rud. Omnia ego facilè patior, dū hic hinc à me sentiat.

Sentio pro te. Gell. lib. 5. cap. 10, Si Iudices pro causa mea senserint, nihil tibi ex sententia debebitur.

Cum aliquo sentire. Terent. And. 1. 1. 26,
-huic dic quæso Birria. B. ego dicam. P. quid est?
B. Spōsam hic tuam amat. P. næ iste haud mecum sentit. Cic. 1. de Inuent. 9, Nam neque cum iis sentimus qui ciuilem scientiā eloquentia non putant indigere. Idem 2. in Catil. 19, Nisi verò siquis est qui Catilinæ similes cum Catilina sentire non putet. Sic Liuius 8. bel. Maced. 165.

Sētire grauiter de aliquo, Est ei malè cupere & optare. Cæsar, Quid enim irati grauius de vobis sentire possent, quàm vt eos prodatis qui se nobis omnia debere iudicant: & in eorum potestatē veniatis, qui se per vos periisse putant? Sic dicitur vt Grauiter de aliquo iudicare & statuere, quo ipse vritur. Budæus.

Malè sentire de aliquo. Quintil. lib. 2. cap. 2. 8.

¶ Sentire, Scire. Plaut. Trin. 10. 14, -scio ego &
Sentio ipse quid agam, neque à me officium migrat. Ibidem, 9. 14, -propemodum quid illic
Festinet, sentio, & subolet mihi, vt agro euortat Lesbonicum. Terent. Eunucho, 1. 1. 21, -sine modo,
Mori me malim: sentiet qui vir siem.

Maturè sentire, Vide Maturus.

Animo sentire. Cic. 1. de Finibus, 84, Nam corpore nihil nisi præsens, & quod adest sentire possumus: animo autem & præterita & futura.

Sensūrus, penul. prod. Participium. Ouid. 13. Metam. 58, Est animus certè vestros sensurus honores.

Sentisco, sentiscis, sentiscere, Meditatiuum. Lucret. lib. 3. 80,
Vsque adeò prius in nobis sunt multa cienda
Semina, corporibus nostris immissa per artus,
Quàm primordia sentiscant concussa animai. Idem lib. 4. 119,
Et genus agricolūm latè sentiscere, quum Pan
Vnco sæpe labro calamos percurrit hiantes.

Sensus, huius sensus, m. g. Quo sentimus. Vnde dicimus quinque

esse sensus,tactum, gustum,visum, odoratum, auditũ. Plin.lib. 10.cap.69,Ex sensibus ante cætera homini tactus,deinde gustus reliquis superatur à multis.Aquilæ clarius cernunt, vultures sagacius odorantur,liquidius audiunt talpæ obrutæ terra,tã denso atque surdo naturæ elemẽto. Cic.1.de Nat.deorum,118,Gustatus præclarè septus est:ore enim continetur,& ad vsum aptè, & ad incolumitatis custodiam:omnisque sensus hominum multo antecellit sensibus bestiarum.

Cassa sensu simulachra.Lucret.lib.4.16.

Manus ministra sensus.Ouid.epist.17.5.

Sensus humanitatis.Cic.5.Verr.31, Non dubito quin, tametsi nullus in te sensus humanitatis,nulla ratio vnquam fuit religionis,nunc tamen in meta periculóque tuo,tuorum tibi scelerum veniat in mentem.

¶Accensi sensus,Incitati.Lucret.lib.1.189.

Acerrimus sensus,Vide **Acer** adiectiuum.

Communis sensus. Lucret. lib.1.86, Corpus enim per se communis dedicat esse Sensus.

Integer sensus,Vide **Integer.**

Nitidi sensus.Claud.8.Paneg.39.

¶Timor abstulit mihi omnem sensum.Ouid.14.Metam.36.

Accendere sensus,Vide **Accendo.**

Accipere sensum.Quintil.lib.6.cap.1.20,Nõ enim audire iudex videtur aliena mala deflentes,sed sensum ac vocem auribus accipere miserorum.

Affici sensu doloris.Cic.7.Verr.95,An vos quoqi hic acerbissimus innocentium cruciatus & mœror pari sensu doloris afficit?

Corpus affluit sensu.Lucret.lib.3.140.

Amittere sensum humanitatis,Vide **Amitto.**

Auertere sensus infandos non sani pectoris. Senec. Hercul. furente,11.16.

Auertere sanos sensus alicuius sacris magicis. Virg. 8.eclo.14,

Coniugis vt magicis sanos auertere sacris
Experiar sensus. vbi Seruius, Auertere, à sanitate mutare. Aut auertere ait,pro conuertere,vt sit mutata præpositio.

Capere sensus,Imbui sensu.Lucret.lib.2.102.

Pectore cesserunt sensus.Lucan.lib.5.152.

Deducere sensum membris.Lucret.lib.3.108.

Deperdere vitalem sensum membratim.Lucret.lib.3.107,

Denique sæpe hominem paulatim cernis obire,
Et membratim vitalem deperdere sensum.
In pedibus primùm digitos linescere,& vngues,
Inde pedes & cura mori,post inde per artus
Ire alios tractim gelidi vestigia lethi.

Iucundo sensu fruatur mens.Lucret.lib.2.4.

Sensus & cõsilium fugiunt cum re. Ouid.4.de Põto,ele.11.10.

Haurire sensibus.Claud.8.Paneg.39.

Sensus inest formicis,Plin.lib.7.cap.15.3.

Intendere sensus ad res percipiendas,Vide **Intendo.**

Labefactantur sensus.Lucret.lib.4.89.

Lædere sensus.Lucret.lib.2.95.

Obstruere sensus,Vide **Obstruo.**

Orbare sensibus.Cic.4.Acad.131.Vide **Orbo.**

Pellere sensum,Mouere.Lucret.lib.4.107,

Principio auditur sonus & vox omnis,in aures
Insinuata suo pepulere vbi corpore sensum.

Præbere sensum & materiã malis. Ouid.4.de Pont.ele.16.10.

Reconflatur sensus. Lucret.lib.4.188, Vnde reconflari sensus per membra repentè Possit.

Reducere sensum,Redire ad se.Claud.2.in Eutropium,104,

Mutati stupuere diu,sensúque reducto
Paulatim proprii mirantur monstra furoris.

Vitalem reddere sensum.Lucret.lib.2.178.

Titillare sensus.Lucret.lib.2.87.

Vti sensibus.Lucret.lib.3.115.

¶Sensus,Mentis conceptus,quod sensu comprehenditur. Cic. libro 1.Acad.53, Quod autem erat sensu comprehensum, id ipsum sensum appellabat. Quintil.lib.8.cap.5.1,Sententiam veteres quod animo sensissent vocauerunt.Id quum est apud oratores frequentissimum, tum etiam in vsu quotidiano quasdam reliquias habet.Nã & iuraturi ex animi nostri sententia,& gratulantes ex sentẽtia dicimus.Non rarò tamẽ & sic loquuti sunt, vt sensa sua dicerent: nam sensus,corporis videbantur.Sed consuetudo iam tenuit, vt mente concepta, sensus vocaremus: lumina autem,præcipuéque in clausulis posita,sententias. Plin. Nihil enim tam ridiculum, quàm verborum sonitus inanis sine sensu ac scientia. Terent.Adelph.4.1.17,Quin tu otiosus es: ego illius sensum pulchrè calleo.Id est,Quid ille sentiat.

Arcanus sensus,Vide **Arcanus.**

Sensus communis.Quintil. lib.1.cap.3,Sensum ipsum qui cõmunis dicitur,vbi discet,quum se à congressu,qui non hominibus solùm,sed multis quoque animalibus naturalis est,segregarit?Vbi interpres, Communis sensus accipitur pro rerum peritia ex multorũ hominum congressu comparata,non pro sensu cõmuni qui in interiore cerebri ventriculo à physicis collocatur.

Carere communi sensu.Horat.1.Serm.satyr.3.14.

Permodestus sensus.Tacit.li.1,Verba edicti fuere pauca & sensu permodesto.

Vnus sensus bonorum omnium.Cicero ad Lentulum,lib.1.9. 41, Idémque memineram nobis priuatis vsque ad Cæsarem & Bibulum Consules,quum sententiæ nostræ magnum in Senatu pondus haberent,vnum ferè sensum fuisse bonorum omnium.

Vulgatissimi sensus.Quintil.lib.1.cap.4.11.

Ad meum sensum,Vide **Ad** præpositionem.

¶Abstrahere à sensu mentis,Vide **Abstrahо.**

Sensum oculis & animo accipere.Cic.5.Verr.37, Non mehercule criminis augendi causa dicam Iudices,sed quem accepi ipse oculis,animóque sensum,hunc verè apud vos,& vt potero,planissimè exponam.

Conuertere se ad sensum alterius,Vide **Conuerto.**

Varios sensus expromit animus.Lucret.lib.2.178.

Fateri alicui suos sensus.Ouid.epist.20.41.

Gerere sensus abditos,Vide Abditus in **Abdo.**

Iudico de meo sensu,Vide **Iudico.**

A falso sensu orta ratio.Lucret.lib.4.99.

Ostendere sensum suum.Plaut.Mostel.15.21,

Non ego ita extemplò meum ostẽdam sensum:mittam lineam, Dissimulabo me horum quicquam scire.

Remota à sensibus nostris natura deũm.Lucret.lib.5.30.

Suffugere sensum res dicitur, quam sensu percipere non possumus . Lucret.lib.4.71, Hinc vbi suffugit sensum simul angulus omnis.

Sensum,sensi. Cic.1.de Oratore,17, Hoc enim vno præstamus vel maximè feris, quòd colloquimur inter nos, & quòd exprimere dicendo sensa possumus. Ibidem,lib.3.31,Sicut hæc vis quæ scientiam cõplexa rerum,sensa mentis & consilia sic verbis explicat.Vide paulo antè,Sensus, Mentis conceptus ex Quintiliano lib.8.cap.5.1.

Sensiculus, sensiculi, penultima correp. Diminutiuum à Sensus. Quintil.lib.8.cap.5, Inde minuti,corruptique sensiculi, & extra rem petiti.

Sensim,Aduerbiũ,Paulatim,Quia ea maximè sensum faciũt quæ morantur,quasi cum meditatione & sensu. Plaut.Casina,20.1, Sensim superattolle limen pedes noua nupta. Plin.in Paneg. 36,Gratius tamen quod sensim & placidè,& quantum respectãtium turba pateretur,indicerer.

Sensim & Repentè, contraria. Cice.1. Offic.179,Magis decere censent sapientes sensim desuere,quàm repente præcidere.

Sensim postulare,& Passim,veluti cõtraria.Liu.1.ab Vrbe,197, Non iam sensim,vt antè,per Centurionum principes postulãt: sed passim omnes clamoribus agunt.

Sensim & moderatè arrepere.Cic.5.Ver.135,Quibus rebus nõ sensim, atque moderatè ad istius amicitiã arrepserat,sed breui tempore totum hominem, totámqi eius Præturam possederat.

Sensim & modicè crescere. Plin.lib.5.ca.9.13,Incipit crescere luna noua,quæcũque post Solstitiũ est,sensim modicéque Cancrum sole transeunte.

Sensim ad montes succedit.Liu.1.ab Vrbe,117.

Sensim progredi.Cic.5.de Finib.41.

Sensibilis,& hoc sensibile,pen.cor.dicitur tam quod sentit,quàm quod sentitur.Vnde Insensibilis,apud Gellium lib.17.cap.10.

Sensilis,& hoc sensile,pen.corr.Idem quod Sensibile,quod sensui subiectũ est.Lucr.lib.2.178,Ex insensilib'ne credas sensile gigni.

Sensificus,pe.cor.Adiect. Quod sensus causam præstat. Macrobi', Spiramentũ sensificũ ad sua quæqi loca naturali lege ducentes.

Sensifer,pe.cor.Aliud adiect.Lucr.li.3.115,-ideo cõclusa mouebũt Sensiferos motus. Ibidem,189, Longè ab sensiferis primordia motibus errant.

Sententia,sententiæ,Id est quod animus sentit,quod & credulitas & opinio vocari solet. Dicitur etiã sentẽtia, ipsum iudiciũ.

Hæc mea sententia.Plaut.Pseud.5.144,Hæc mea sentẽtia est, vt hinc porrò quid agas,consulas. Idem Milite,20.46,

Et si ita sententia esset,tibi seruire manelim
Multo,quàm alii libertus esse. Cic.3.Offi.159, Cum his,velis equisque(vt dicitur)si honestatem tueri ac retinere sententia est, decertandum est.

Mea sententia,Opinio,iudiciũ.Vide **Meus.** Terent.Phor. 2.1.21, Alere nolunt hominem edacem,& sapiunt mea quidem sententia. Idem Adelph.1.1.40,

Et errat longè,mea quidem sententia,

Qui,&c. Cic.pro Roſc.Amerino,53,Poſtremò Iudices,id quod ad rem mea ſententia maximè pertinet, vtrum inimicus potius,an filius?

Sententia mea de.Terent.Adelph.3.5.5.

-ſin aliter de hac re eſt eius ſententia,

Reſpondeat mihi, vt quid agam, quamprimum ſciam. Idem And.1.3.2,Quantum intellexi ſenis ſententiam de nuptiis.

Teſtis mearum centimanus Gyges Sententiarum.Horat. 3.Carm.ode 4.14.

Diſcors ſententia.Stat.11.Thebaid.35.

Diuina futuri ſententia.Horat.in Arte,45.

Dubia eſt ſententia nobis.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.18.

Exquiſita ſententia.Tacit.lib.11.

Hominum ſententia fallax.Ouid.5.Faſt.39.

-non hæc ſententia tantum

Fida,ſed & fœlix quum ſit, facit eſſe fidelem. Ouidius 13.Metamorph.64.

Leui ſententia puer,Vide **Leuis.**

Libera ſententia.Quintil.lib.2.cap.8.4.

At Capys, & quorum melior ſententia menti. Virg.1.Æn.7.

Molles ſententiæ,Vide **Mollis.**

Muliebris ſententia,Vide **Muller.**

Nulla ſit hac potior ſententia.Horat.Epod.16.4.

Populares ſententiæ. Quintil.lib.5.cap.13.54.

Præcipites vel obſcuræ ſententiæ.Quintil.lib.7.cap.2.31.

Sancta ſententia.Lucret.lib.3.75.

Velox ſententia.Ouid.ad Piſonem,20.

¶Nec mea iam mutata loco ſententia cedit.Virgil.9.Æn.45.

Animo ſententia conſtat.Virg.5.Æneid.150.

Decedere ſententia. Tacit.lib.14,Non ideò aut Conſules mutauêre relationem,aut Thraſea deceſſit ſententia.

Ex ſententia alicuius dicere. Cicero 3.de Legib.61,Quod verò actoris eſſe iubeo fraudem, id totum dixi ex Craſſi ſapientiſſimi hominis ſententia.

Diſſidet & variat ſententia.Ouid.15.Metam.150.

Illigari ſententiam verbis,Vide **Illigo.**

Inclinat ſententia,Vide **Inclino.**

Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.Horat.in Arte,15.

Inſpicere ſententiam alicuius.Plaut.Mil.4.50,

Ego quoniam inſpexi mulieris ſententiam,
Cepi tabellas.

Intelligere ſententiam alicuius,Vide **Intelligo.**

Loqui in eandem ſententiam,Vide **Loquor.**

Manere in ſententia,Vide **Maneo.**

Manent in ſententia philoſophorum,Vide **Maneo.**

Mouere aliquem ſententia,Vide **Moueo.**

Mutare ſententiam,Vide **Muto,**mutat.

Nata eſt ſententia,Vide **Naſcor.**

Oſtendere ſententiam ſuam,Vide **Oſtendo.**

Oſtendere ſententiam ſuam per. Terent.Heaut.2.1.7,Non vt meus,qui mihi per alium oſtendit ſuam ſententiam.

Penſata ſententia,Examinata.Silius lib.7.45,Stat penſata diu belli ſententia.

Peragere ſententiam ſuam alicui,Vide **Perago.**

Perſeuerare in ſententia,Vide **Perſeuero.**

Perſtare in ſententia,Vide **Perſto.**

Ponere ſuam ſententiam.Quintil.lib.3.cap.1.16, Non tamen poſt tot ac tãtos ſcriptores pigebit meam quibuſdam locis poſuiſſe ſententiam.

Poſitus in ſententiis,De quo variæ ſunt hominum ſententiæ.Plautus Epid.2.0.81,

Quid nunc,qui in tantis poſitus ſum ſententiis,
Euimne ego ſinam impune:imò etiam ſi alterum
Tantum perdundum eſt,perdam potius,quàm ſinam
Me impunè irriſum eſſe habitum.

Rogatus ſententiam. Saluſtius, At M. Porcius Cato rogatus ſententiam,eiuſmodi orationem habuit.

Rogãtur ſententiæ de re aliqua. Quintil.lib.3.ca.8.13, Et primum,aut propter ipſam rem,de qua ſententiæ rogantur, conſultabitur,aut,&c.

Scire ſententiam alicuius.Plaut.Ciſtell.5.31,Scit iandudum omnem meam ſententiam. Terent.Phorm.5.9.54,Imò vt iam ſciat meam ſententiam.

Sic ſtat ſententia.Ouid.1.Metam.49.

In ea ſum ſententia, pro Ita ſentio. Cic.3.de Legib.49, Nam ego in iſta ſum ſententia, qua te fuiſſe ſemper ſcio. Idem 1. de Finibus,4,Vt facilè intelligi poſſit,eos qui aliquid ſibi videri dicant,non ipſos in ea ſeruentia eſſe,ſed audire velle contraria. Quintilianus lib.3. cap.10, Sunt in illa priore ſententia. Plin.lib.18.cap.6.4,Qua in ſententia & Virgilium fuiſſe video.

Eſſe in eadem ſententia,Vide **In** præpoſitionem.

Sententiæ alicuius eſſe.Liu.1.ab Vrbe,174,Eorum magis ſententiæ ſum,qui,&c.

Sic ſententia eſt.Plautus Trinum.10.89, -ego amicus
Nunquam tibi ero alio pacto. ſic ſententia eſt. Id eſt,Ita ſtatui in animo.

Hæc ſententia eſt mihi condi.Silius lib.16.130.

Nate dea,quæ nunc animo ſententia ſurgit?Virgil.1.Æn.118.

Vertit te ſententia.Virg.1.Æneid.49, -quæ te genitor ſententia vertit? Et paulo pòſt,

-neque me ſententia vertit.

Cælicolæ magni, quianam ſententia vobis Verſa retro? Virgilius 10.Æneid.1.

¶Ex ſententia nauigare.Cic.4.Academ.179,Quid enim conſcendens nauem ſapiens,num comprehenſum animo habet atque perceptum ſe ex ſententia nauigaturum?

¶Sententia, aliquando dicitur Iudicatum, hoc eſt, quum ex lege,ex æquo & bono ſententia dicitur. vt, Iudex in cauſa mea ſententiam dixit: Id eſt ſanciuit quod ius vellet. Vnde Dicere ſententiam (inquit Paulus, ff. De arbitris) æſtimatur is qui ea mente id pronuntiat,vt ſecundum hoc diſcedere eos qui litigant,à tota controuerſia velit. Quintil.lib.5.cap.13,Apud iudices quidem ſecundum leges dicturos ſententiam,de confeſſis præcipere ridiculum eſt.

Candida ſententia.Ouid.15.Metam.10.

Dicere ſententiam.Quintil.lib.1.cap.10.2.

Ferre ſententiam de re aliqua.Quintil.lib.3.cap.6.6.

Triſtis ſententia lata eſt.Ouid.15.Metam.9.

Inclinabant eò ſententiæ,Vide **Inclino.**

Perrogare ſententias. Tacit. lib. 20, Quum perrogarent ſententias Conſules,Vulcatius Tertullinus,&c.

Omnibus ſententiis,pro Omni conſenſu,omnibus ſentientibus & deliberantibus. Cic.ad Caſſium, lib.12.10.1, Lepidus tuus affinis, meus familiaris,pridie Calend. Quintil.ſententiis omnibus hoſtis à Senatu iudicatus eſt. Idem ad Q.fratrem,lib.2. 8.1,Omnibus ſententiis abſolutus eſt.

Ornare aliquem ſententiis,Vide **Orno.**

Ornatiſſima ſententia,Vide Ornatus in **Orno.**

¶Verborum ſententia.Lucret.lib.4.114,

Ergo fit,ſonitum vt poſſis ſentire:neque illam
Internoſcere verborum ſententia quæ ſit.

Currit ſententia.Horat.1.Serm.ſaty.10.1,

Eſt breuitate opus,vt currat ſententia: neu ſe
Impediat verbis laſſas onerantibus aures.

¶Sententia,Lumen orationis dicitur,quod in clauſulis breuiter collectum eſt. vt, Obſequium amicos, veritas odium parit. Vide paulo antè,Senſus,Mentis conceptus. Author ad Herennium, lib.4. 169, Sententia eſt oratio ſumpta de vita,quæ aut quid ſit,aut quid eſſe oporteat in vita,breuiter oſtẽdit, hoc modo,Difficile eſt primum virtutem reuereri,qui ſemper ſecunda fortuna ſit vſus.

Grandes ſententiæ.Quintil.lib.2.cap.12.3.

Otioſæ ſententiæ,Vide Otioſus in **Otium.**

Dictare ſententiam.Quintil.lib.2.cap.15.5, Formæ pulchritudo ſententiam dictat.

Ducere ſententias ex quæſtionibus. Quintil.lib.4.cap.2.17.

Petere ſententias.Quintil.lib.2.cap.12.5,Sentẽtiæ quoq; ipſæ, quas ſolas petunt, magis eminent.

Reficere ſententia ſtomachum fatigatum.Quintil.lib.4.cap. 3.85, Ne ſententia quidem velut fatigatum intentione ſtomachum iudicis reficere diſſuaſerim.

Sententiola,ſententiolæ,penul.corr.Diminutiuum.Cic.5.Philipp. 138, At in rebus triſtiſſimis quantos excitat riſus? ſententiolas edicti cuiuſdam memoriæ mandaui, quas videtur ille peracutas putare. Quintil.lib.5.cap.13.30.

Sententiõſus,pen.prod.Adiectiuũ,Quod ſentẽtiis abũdat,& dictis quibuſdã breuiter collectis. Cic.de Claris Orat.181. Genera autẽ Aſiaticæ dictionis duo ſunt.Vnũ ſentẽtioſum & argutũ,ſententiis non tam grauibus & ſeueris,quàm concinnis & venuſtis.

Sententiõſe,pen.prod.Aduerbium. Cic.1.de Orat.158, Sæpe etiam ſententioſe ridicula dicantur. Idem in Orat.139, Res autem ſe ſic habet (vt breuiſſimè dicam quod ſentio) compoſitè & aptè, ſine ſententiis dicere,inſania eſt:ſententioſè autem ſine verborum & ordine & modo,infantia.

Sentio,huius ſentis.m.g.teſte Phoca,Spina, quòd à tangẽtibus quamprimum ſentiatur.Plaut.Caſina,17.1,

Vide ſur,vt ſentis ſub ſignum ducas. c.qui verò ſentes? o.Quia quod tetigere,illico rapiunt:ſi eas ereptũ,illico ſcindũt. Idẽ Capt.4.85,Aſper meus victus ſanè eſt. 2.ſentéſne eſuras?

Aſprè ſentes.Virg.2.Æneid.76.

Hamati sentes. Ouid. 1. Metam. 160,
-pectúsque manu ferrugine tincta
Tangit, & hamatis præcordia sentibus implet.
Incultisque rubens pendebit sentibus vua. Virg. 4. eclog. 6.
Sentes notant crura. Ouid. 1. Metam. 103.
Sentis, masculino genere legitur apud Columellam lib. 6. cap. 3, Liberátur arua sentibus, qui æstiuo tempore per Caniculæ ortum reciſi, plerunque intereunt radicitus.
¶ Sétis canis, Maior ille rub⁹ in agris crescẽs, & numerosa atq; crassiora mora ferẽs. Colu. lib. 11. cap. 3. 3, Modũ altitudinis & latitudinis eorũ abũdè est esse bipedaneũ, sed eos vacuos perhyemare patiemur, præparatis seminibus quibus obseratur: ea sunt vastissimarũ spinarũ, maximéque rubi, & paliuri, & eius quam Græci vocant ἀνιόβατον, nos sentem canis appellamus.
Senticôsus, pen. prod. Adiectiuum, Sentibus plenum, Spinosum & asperum. Lucilius, Quàm senticosa verba pertorquet.
Senticêtum, senticéti, pen. prod. Locus in quo sentes sunt. Plautus Capt. 13. 41, Non enim es in senticeto, eo non sentis.
Sentus, Adiectiuum, Horridus, inquit Donatus: quasi spinosus. Terentius Eunucho, 1. 2. 5, Video sentum, squallidum, ægrum, pannis, anníque obsitum.
Loca senta situ. Virg. 6. Æneid. 93.

Seorsum, Aduerbium, Separatim. Plaut. Epid. 9. 11, In ædiculam seorsum istæc eat iube. Liuius 1. bel. Pun. 116, In castra hostes acceperunt: traditique in custodiam omnes sunt, sed seorsum ciues, sociique.
Seorsum ab altero aliquid parare. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 9. 7, Hoc vehementius laboro nunc, quòd seorsum à Collega puto mihi omnia paranda.
¶ Seorsum, Nominatim. Terent. Adelph. 5. 9. 14, Omnibus gratiam habeo, & seorsum tibi præterea Demea.
Seorsum à te sentio, Diuersam habeo à te opinionem. Plaut. Capt. 11. 51, Sed maléne id factum arbitrarer A. 8. pessumé.
7. At ego alio, rectè: qui abs te seorsum sentio. Hoc est, aliud sentio quàm tu.
Seorsus, Idem quod Seorsum, antiqué. Plaut. Rud. 30. 17, Præterea centum mnæ philippicæ in paceolo seorsum.

Sẽparo, séparas, pen. corr. separare, Diuidere, Distrahere, A` se & paro compositum. Plin. lib. 13. cap. 17. 4, Mox separant lauando, & siccata tundunt.
A` domina separari. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 11.
Separare vera à falsis. Cic. 4. Acad. 155, Quoniam vera à falsis nullo discrimine separantur.
Separatum extra. Cic. 1. de Inuẽt. 79, Separatum quiddam est extra assumptionem approbatio.
Separâtus, pe. pro. Particip. Cic. 4. Tusc. 51, Quando igitur virtus est affectio animi, &c. & virtus ipsa per se sua sponte separata etiã vtilitate laudabilis. Idẽ ad Atticũ, lib. 14. 314. 8, Ista verò quæ tu contexi vis, aliud quoddam separatum volumen expectant.
Iuga separata. Horat. 2. Carm. ode 19. 4.
Separatio, Verbale, Ipse separandi actus.
Separábilis, & hoc separábile, pen. corr. Quod separari potest. Cic. 1. Tusc. 35, Nec separabilem à corpore esse. De anima.
Separatè, separatius, separatissimè, Aduerbiũ. Cic. 2. de Inuent. 134, Quædam separatius ad finem, quò referri omnem orationem oportet, adiungentur.
Separâtim, pe. pro. Aduerb. Idẽ. Cæsar 7. bel. Gall. 145, At Vercingetorix, castris pro oppido in mõte positis, mediocribus circum se intervallis separatim singularũ ciuitatũ copias collocauerat.
Coniunctim & Separatim, contraria. Cic. 3. de Fin. 68, Etenim si valere & sapere magis expetendum sit, quàm sapere solum: neque tamen si vtrunque sit æstimatione dignum, pluris sit cõiunctim, quàm sapere ipsum separatim. Legitur & coniunctum.
Separatim de probitate alicuius dicere, pro Peculiariter: cui opponitur Communiter. Cic. ad Brutum, lib. 13. 11. 7, Videor mihi quum separatim de probitate eius & moribus dicturus fuissem, si prius causam cur eum tãtopere diligerem, tibi exposuissem, in ipsa causa exponenda satis etiam de probitate scripsisse. Ibidem, epist. 11. 1, Alia epistola communiter tibi commendaui legatos Arpinatium, vt potui diligentissimè, ac separatim Q. Fusidium, quocum mihi omnes necessitudines sunt, diligentius commendo.
Separatim à. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 14, Nihil accidet ei separatim à reliquis ciuibus.

Sepelio, sépelis, pen. cor. sepeliui, sepultũ, sepelire, Humo iniecta cõtegere, in sepulchrũ inferre, tumulo mãdare mortuũ. Cic. 2. de Legib. 90, Hominẽ mortuũ inquit lex in x 11 in vrbe ne sepelito, néve vrito. Et paulo pòst, Nõ qui vratur sepeliri, sed qui humetur. Seruius Ciceroni, lib. 4. 11. 9, Vt in quo vellem⁹ gymnasio eũ sepelirem⁹, nobis permiserũt. Plin. lib. 7. ca. 54, Sepultus intelligitur quoquo modo cõditus: humatus verò, humo tectus.
¶ Sepelire dolorẽ, per translationẽ, pro Deponere, tegere. Cic. 2. Tusc. 56, Amittenda igitur fortitudo est, aut sepeliendus dolor.
Illic siqua meũ sepelissent fata dolorẽ. Propert. li. 1. eleg. 16. 4.
Cuncta tum sepeliuit amor. Propert. lib. 3. eleg. 15. 2.
Sepelire somnum. Plaut. Mostel. 16. 1, Vbi somnum sepeliui, omnémque obdormiui crapulam.
Sepultus, Participium. Cic. in Pisonem, 7, Hæc sunt ô carnifex in gremio sepulta Consulatus tui.
Templis & auro sepultus. Lucan. lib. 8. 169.
Custos sepultus. Virg. 6. Æneid. 85.
Somno sepultus, Sopitus, dormiens. Lucret. lib. 1. 27.
Nam simul expletus dapibus, vinóque sepultus,
Cernicem inflexam posuit. Virg. 3. Æneid. 116. de Polyphæmo.
Inuadunt vrbem somno, vinóque sepultã. Virgil. 2. Æneid. 55.
Et stupeãt multo corda sepulta mero. Ouid. 2. de Rem. amo. 81.
Assiduo mero lingua sepulta. Propert. lib. 3. eleg. 11. 11.
¶ Sepultus sum, pro Perii. Terent. Phorm. 5. 8. 50,
Lemni habuit aliam. c. nullus sum. r. ex qua filiam
Suscepit, & eam clàm educat. c. sepultus sum. Vbi Donatus, ἄστεϊσμὸν, plus est enim quàm Nullus sum.
Sepultum, ac sublatum bellum. Cic. pro Lege Manil. 11, Quod bellum expectatione Pompeii attenuatum atque imminutum est, aduentu sublatum ac sepultum.
Tecũ vnà tota est nostra sepulta dom⁹. Catul. ad Ortalũ, 63. 5.
Fama sepulta. Ouid. epist. 7. 18.
Inertia sepulta. Horat. 4. Carm. ode 9. 6.
Vrbs sepulta. Tacit. lib. 19, Cæterùm assidêre sepultæ vrbis ruinis noxia tabo humus haud permisit. De vrbe excisa.
Sepultûra, sepultúræ, pen. prod. Aliquando sepulchrum significat. Sulpitius ad Ciceronem, lib. 4. 11. 9, Ab Athenienſibus locum sepulturæ intra vrbem vt darent, impetrare non potui.
Insepulta sepultura, Vide **Insepultus**.
¶ Sepultura, Sepeliendi actus. Cic. 1. Tusc. 164, Cuius hoc dicto admoneor vt aliquid etiam de humatione & sepultura dicendũ existimem. Sic 7. Verr. 93. Tacit. lib. 1, Auxilio scilicet militari tuendum, vt sepultura eius quieta foret. De Augusto.
Mos sepulturæ. Lucret. lib. 6 257.
Afficere sepultura, Vide **Afficio**.
Fata sepulturæ. Propert. lib. 1. eleg. 19. 6.
Sepulchrum, sepulchri, Locus in quo corpus, ossáq; demortuorum corporũ recondũtur. Dictum est quasi seorsum à pulchro, vt ait Seruius, propter recordationẽ doloris. Vel dicitur à Semi: quia pulchrum superficie, intus ossibus plenum est. Vel, vt ait Donatus, quòd sine re pulchra sit. Aut quòd ibi sine pulsu sint, id est mortui. Aut à separando, quòd illic animæ à viuis separentur. Rectius tamen videbitur si Sepulchrum dicatur à sepeliendo, vt simulachrum & lauacrum à simulando & lauando.
Clausum sepulchrum. Ouid. 15. Metam. 78.
Commune sepulchrum rerum Terra. Lucret. lib. 5. 51.
Inane sepulchrum. Ouid. 6. Metam. 114.
¶ Asterni sepulchro, Vide **Asterno**.
Condere corpus sepulchro. Ouid. 8. Metam. 47.
Animam sepulchro condere. Virg. 3. Æneid. 14.
Donare cinerem sepulchro. Stat. 3. Sylu. 3. 43.
Grandiáque effossis mirabitur ossa sepulchris. Virg. 1. Geo. 100.
Excire animas sepulchris, Vide **Excio**.
Latêre post magna sepulchra. Horat. 1. Serm. saty. 8. 8.
Reddere corpus sepulchro. Virg. 2. Æneid. 109.
Néve mererе, meo subscribi causa sepulchro. Oui. 9. Met. 113.
¶ Sepulchri appellatione, omnis sepulturæ locus cõtinetur, vt ait Vlpianus De sepulchro violato, L. Prætor ait. Idem de Religiosis & sumpt. fun. L. Locum, Sepulchrum est vbi corpus ossáve hominis condita sunt. Cicero 9. Philipp. 68, Vtique locum sepulchro in campo Esquilino C. Pansa Consul, seu quo alio in loco videtur, pedes triginta quaque versus designet, quò Seruius Sulpitius inferatur. Quod sepulchrum ipsius, liberorũ, posterorúmque eius sit, vti quod optimo iure sepulchrum publicè datum est. Idem de Senect. 19, Nec sepulchra legẽs vereor (quod aiunt) ne perdam memoriam.
Hoc miseræ plebi stabat commune sepulchrum. Horatius 1. Serm. saty. 8. 2.
Sepulchrâlis, & hoc sepulchrâle, penul. prod. Quod ad sepulchrum pertinet: vt Cæremoniæ sepulchrales, quæ pertinent ad impensam, structúramque sepulchrorum.
Arx sepulchrales. Ouid. 8. Metam. 97.
Fax sepulchralis. Ouid. epist. 11. 24.
Sepulchrêtum, pen. prod. Catull. de Rufa & Rufullo, 55. 1.
Vxor Meneni, sæpe quam in sepulchretis
Vidistis ipso carpere è rogo cœnam.

Sepelibilis,& hoc sepelibile,pen.corr.Quod sepeliri debet, aut est sepultum.Plautus Cistell.1.52.

-facito vt facias stultitiam sepelibilem.

s.Quid faciam? an latebras abscondas pectore penitissumo
Tuam stultitiam.

Sepio,sepis,priore longa: vel Sepi,sepis,f.g.Quæ obiecta inter agrorum diuisiones vel ipsis hominis introitu prohibet. Cic.1.de Nat.deorũ,163,Præterea Samothraciã,eáq; quæ Lemni nocturno aditu occulta coluntur syluestrib⁹ sepibus densa. Plin.lib.12. cap.5.1,Intra sepem eam æstiuant pastores. Columel.lib.10.3,

Talis humus vel parietibus vel sepibus hirtis
Claudatur,neu sit pecori,neu pernia furi. Virg.8.eclog.6,

Sepibus in nostris paruam te roscida mala
(Dux ego vester eram)vidi cum matre legentem.

Opaca sepes,Vide **Opacus**.

Sinistræ sepes.Ouid.1.Fast.101.

Texendæ sepes.Virg.2.Georg.75.

Prætendere sepem segeti.Virg.1.Georg.54.

Sepio,sepis,sepiui,sepitum,pen.prod.vel sepsi,septum,sepire,Dictum à sepibus quæ obiectæ iter eludunt,inquit Nonius. Cic.1. de Nat. deorum,123,Quæ primùm oculos membranis tenuissimis vestiuit & sepsit, quas primùm perlucidas fecit, vt per eas cerni posset. Ibidem,215, Latent præterea vtiliter, excelsis vndique partibus sepiuntur.

Circundare & sepire.Cic.ad Catonẽ,lib.15.4.18,Vallo & fossa circundedi:sex castellis,castrisque maximis sepsi.

Acrib⁹ náque custodiis domũ & vias sepserat Liuia.Taci.li.1.

Abitus sepire,Vide Abitus in **Abeo**.

At Venus obscuro gradientes aere sepsit. Virgil.1.Æneid.83.

Intelligit Æneas & Achaten.

Sepire se difficultate abrogationis dicitur lex. Cic. ad Atticũ, lib.3.65.4,Neque enim vlla est lex quæ non ipsa se sepiat difficultate abrogationis.

Septus, Participium. Stat.1.Sylu.1.7,Ipse antè puro celsum caput aere septus.

A` gentibus belligeris septus.Ouid.3.Trist.eleg.11.3.

Septa ab armatis pubes. Liu.1.ab Vrbe, 114, Adhæc Albana pubes inermis ab armatis septa in variis voluntatibus,communi tamen metu cogente,silentium tenet.

Aggere septus.Silius lib.16.1.

Armis septus.Virg.1.Æneid.102.

Charitate sept⁹.Plin.in Paneg.79,Frustra se terrore succinxerit,qui septus charitate nõ fuerit. armis enim arma irritantur.

Comitatu septus.Cic.in Parad.18,Nõ deniq; animus ipse,qui tot virtutum præsidio,tantoq; comitatu virtutis septus.In quibusdam exemplaribus desyderantur hæc verba, Virtutis septus.

Fraude locorum septi.Silius lib.7.56.

Nebula septus.Virg.1.Æneid.89.

Opibus septus contra conscientiam. Cic.1.de Finib.79,Quod siquis satis opibus hominum sibi contra conscientiam septi esse, & muniti videntur,deorum tamen numen horrent,&c.

Præsidiis philosophiæ septus.Cic.ad Tironem,lib.16.23.3.

Loca septa.Lucret.lib.6.18.

Septum,septi,Substantiuum. Septa autem generali vocabulo dicuntur omnia loca munita,& quodam sepimento vallata.Inde stabula,ouilia,bubilia,caprilia, & id genus reliqua,septa nũcupantur.Vnde & septa aliquando pro ouilibus ponuntur. Virg. 2.eclog.7,Quanuis multa meis exiret victima septis.

Domorum septa. Lucret.lib.1.101, Transit enim fulmen exili per septa domorum. Virg.4.Georg.31.

In Martio campo loca inclusa tabulatis,in quib⁹ stans Populus Romanus suffragia ferre consueuerat, septa dici meruerunt ad similitudinem ouiliumde quibus Martialis lib.9.60,

In septis Mamurra diu,multúmque vagatus,
Hîc vbi Roma suas aurea vexat opes.

Includere populum septis.Ouid.1.Fast.11.

Varro de Re rustica vocat septa, omnia quæ habent inclusa animalia quæ pascuntur. Inquit enim 1.de Re rust.cap.11, Intra septa villæ habeat aquam. Apud eundem inscriptio est De fundo & septis,lib.1.de Re rust.cap.14.

¶ Septũ,Sepes, & Sepimentũ,idẽ significare declarat his verbis Varro lib.1.de Re rust.ca.14.1, Nũc de septis quæ tutãdi causa fundi,aut partis fiant videam⁹. Earũ tutelarũ genera IIII. vnum naturale,alterum agreste,tertium militare, quartum fabrile.Horum vnumquodque species habet plures.Primum naturale sepimentum, quod obseri solet virgulis,&c. Secunda sepes est ex agresti ligno,&c.

Septa,pro Obicibus & claustris quibus vtimur ad impetus fluuiorum coercendos accipiunt Iurisconsulti. Vlpianus De riuis L. prima,Septa sunt quæ ad incile opponuntur, aquæ deriuandæ compellendæve ex flumine causa,siue ea lignea sunt,siue lapidea,siue ex alia qualibet materia ad continẽdam, transmittendámque aquam excogitata.

Septuosè,Aduerb.Id est obscurè.Liu⁹ Antiopa,Ita septuosè dictio ab re datur, quòd consecutam sapiens ægrè continet. Nonius.

Sepimentum,sepimenti,Id dicitur quo aliquid sepitur.Varro 1.de Re rust.cap.14.1,Primum naturale sepimentũ quod obseri solet virgultis,aut spinis, quod habet radices viuæ sepis. Cic.1.de Legib. 91, Atque hæc omnia quasi sepimento aliquo vallabit, diuidendi ratione veri & falsi. iudicandi scientia.

Sepia,sepiæ, Genus piscis atrum cruorem per aquam spargẽs, dum se persecutum videt,atque ita piscatoribus iter veluti sepit & occludit. Persius Satyr.3.1,Nigra quòd infusa vanescat sepia lympha. Plinius lib.9.ca.29.1,Sepiarum generis mares varii & nigriores,cõstantiáque maioris.Percussæ tridente fœminæ auxiliantur:at fœmina icto mare fugit. Ambo autem vbi sensere se apprehendi, effuso atramento, quod pro sanguine his est, infuscata aqua absconduntur. Cic.2.de Nat.deorum.190.Aliæ fuga se,aliæ occultatione tutantur, atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines.

Sepiola,sepiolæ,penul.corr.Diminutiuum. Plautus Casina,11.57,

Emito sepiolas lepidas,lolliguncolas Ordeias.

SEPIA,scopulus est,teste Herodoto, diuersis in locis iuxta litora Athenienſium.

Sepio,Vide **Sepes**.

SEPLASIA, Fuit forum Capuæ,in quo vnguẽtarii negotiabãtur,cui⁹ deliciis fractam fuisse Punicam ferociam, testatur Valerius Maximus lib.9. Cic.2.de Lege agr.91, Iã verò qui metus erat tunicatorũ illorũ& in Albana,& Seplasia,&c. Hinc Seplasiarius,pro vnguentario & effœminato. Lampridius in Heliogabalo,Finxit se vt cupedinariũ, vt seplasiarium, vt popinariũ. Propter vnguenta quæ Seplasiæ concinebantur. Plin.lib.34. cap.11.3,Nunc quoties incidere in libellos,cõponere ex his volentes aliqua,hoc est impendio miserorum experiri commentaria,credunt Seplasiæ,ea omnibus quidem fraudibus corrumpenti,factáque iampridem emplastra & collyria mercantur,tabéque mercium. Idẽ lib.16.cap.10.4,Et inde fraus Seplasiæ.

Sepono,sepónis,penult.prod.sepósui,sepósitum,pen.corr.sepónere,Seorsum ponere.

Seponere & occultare.Cic.ad Atticum,lib.11.230.3,Scio equidem venire nũc nil posse,sed seponi & occultari possunt,vt extra ruinam sint eam quæ impendet.

Seponere à. Cic.1.de Orat.11, Græci seposuerunt à cæteris dictionibus eam partem dicendi,quæ,&c.

Seponere ad.Cic.ad Atticum,lib.15.318.7,Quódq; ex istis fructuosis rebus receptũ est,id ego ad illud fanum seposítũ putabã.

Seponere extra. Liu.6.ab Vrbe,151,Lege obtinendũ esse quod comitiis per gratiam nequeat, & seponendum extra certamen alterum Consulatum ad quem plebi sit aditus.

Seponere pecuniam in ædificationem.Liu.1.ab Vrbe,230,Captiuam pecuniam in ædificationem eius templi seposuit.

Diuitiæ sepositæ.Stat.1.Sylu.2.31.

Seponere sibi tempus ad rem aliquam.Cic.in Orat.79, Alteros enim respondentes audire sat erat, vt li qui docerent, nullũ sibi ad eam rem tempus ipsi seponerent:sed eodem tempore & discentibus satisfacerent,& consulentibus.

Onus totum coniugii seponere.Lucan.lib.5.145.

Scimus inurbanum lepido seponere dicto.Horat.in Arte,56.

Sepositum ac reconditum. Cic.6.Verr.19, Quod celari oportuerat,habebant sepositum ac reconditum. Idem 1.de Diuin. 167,Quamobrem Sibyllam quidem sepositam & conditam habeamus,vt id quod proditum est à maioribus,iniussu Senatus ne legantur quidem libri.

Fontis sepositi aquam quærere.Propert.lib.1.eleg.19.5.

¶ Sepositus,pro Remoto, Qui in longinquis habitat finibus. Martialis libro 1.3,

Quæ tam seposita est,quæ gens tam barbara Cæsar,
Ex qua spectator non sit in vrbe tua?

Sepo,sepis,fœm.gene.Vide **Sepes**.

Sepi,masc.ge. Pamus serpens ex cuius ictu membra percussa putrescunt: ab *sepio* putrefacio.nam quicquid momorderit, resoluitur in putredinem.Lucan.lib.9.145,Ossáque dissolués cum corpore tabificus sepi.

Septa,septorum,Vide Sepio in **Sepo**.

Septem,Numerale nomẽ,indeclinabile.Græci ἑπτὰ dicũt,Latini spiritu aspero in s mutato,&vocali vltima in em,septẽ dicũt.

Obloquitur numeris septem discriminavocũ.Virg.6.Æn.130.

September, Septembris, masc.gener.Mensis dictus est, quòd sit septimus in ordine. Aliquando sumitur adiectiuè: vt

Horæ Septembres.Horat.1.epist.17.4,

Hæ latebræ dulces, etiam(ſi credis)amœnæ
Incolumem tibi me præſtant Septembribus horis.

Septemfluus, Adiectiuum: vt
Flumina ſeptemflua Nili. Ouid.15.Metam.151.

Septemgéminus, pen.corr. Aliud adiectiuum: vt
Nilus ſeptemgemin⁹. Catull.ad Furiũ,11.2. Virgil.6.Æneid.160,
Et ſeptemgemini turbant trepida oſtia Nili.

Septempedâlis, & hoc ſeptempedâle, pen.prod. Quod eſt longum ſeptem pedes. Plautus Curcul.8.70,
-ibi nunc ſtatuam vult dare auream
Solidã faciundam ex auro Philippeo, quæ ſiet Septẽpedalis.

Septemplex, ſeptémplicis, pen.corr. Adiectiuum: vt
Clypeus ſeptemplex. Virg.11.Æneid.185.
Iſter ſeptemplex. Ouid.2.Triſt.38.
Nilus ſeptemplex. Ouid.15.Metam.38.

Septemvir, ea forma dictum qua Triumvir, Nomen magiſtratus apud Romanos. Cic.ad Atticũ,lib.15.epiſt.10, Caius Antonius noluitne fieri Septemvir? Idem 5.Philipp.178. Iudicandúmque nullos Septémviros fuiſſe, nihil placere ratũ eſſe quod egiſſent, aut quod ab iis actum diceretur.

Septemvirâlis, & hoc ſeptemvirâle, pen.pro. Quod ad Septémviros pertinet. Liu.4.bel.Pun.203, Vt proditio pro ſeptemvirali iudicio eſſet, ſempérq; aliud ſentiret, infidus ſocius, vanus hoſtis, &c.

Septemvirâtus, huius Septemvirátus, pen.prod.m.g. Ipſa Septemvirorũ dignitas. Cic.2.Philipp.98, Eúdem in Septemviratu nónne deſtituiſti? interuenit enim. Plin.epiſt.130, Rogo dignitati, ad quam me prouexit indulgentia tua, vel Auguratum, vel Septemviratum, quia vacat, adiicere digneris.

Septenarius, Adiect. Idẽ quod Septimus: vt Septenarius numerus.
Septenarius verſus, Qui conſtat ſeptem pedibus. Cic.1.Tuſcul.171, Non intelligo quid metuat, quum tam bonos ſeptenarios fundat ad tibiam.
Septenaria ſynthеſis. Mart.lib.1.151,
Piceno quoque venit à cliente
Parcæ ciſtula non capax oliuæ,
Et craſſo figuli polita cœno
Septenaria ſynthеſis Sagunti. Septenaria ſynthеſis vaſorum dicitur, quæ ſepties mutari poterant pro vario menſæ ornatu.

Septéndecim, pennlt.corr. Hoc eſt decem & ſeptem, indeclinabile. Cic.7.Verr.96, En quod Tyndaritani libenter prædicent, nos in ſeptendecim populis Siciliæ non eramus. Idem 2.pro Lege agraria,31. Per tribus ſeptendecim.

Septennis, & hoc ſeptenne: vel Septuennis, & hoc ſeptuẽne, Quod eſt ſeptem annorum. Plaut.Bacchid.8.36,
At nunc priu quàm eſt ſeptuennis, ſi eum attingat manu,
Extẽplò puer pædagogo tabula dirumpit caput. Idẽ Menæch.2.11. Poſtquam iam pueri ſeptuennes ſunt, &c.

Septéntrio, ſeptentriõnis. Septentriones ſunt ſeptem ſtellæ, ex quibus quaſi iuncti triones figurantur. Scribit Varro, triones ruſticorũ vocabulo boues vocari, quaſi teriones, hoc eſt arandæ terræ ac colendæ idonei. Vel ideò magis hæ ſeptem ſtellæ triones appellatæ ſunt, quoniam ita ſitæ ſunt, vt ternæ quæque ſtellæ proximæ inter ſe trigona, id eſt triquetram figuram conſtituãt, quam recentiores vocant triangulum. Ex ſeptem ſiquidem ſtellis duæ pariles vno in loco videntur, quæ pro bobus accipiuntur: reliquæ figuræ plauſtri figuram deſignant. Itaque & proximum huius ſydus, bubulcus, id eſt bootes appellatur, qui more bubuli currum ſequitur. Hoc ſydus à figura, quia ſimile plauſtro videtur, antiqui Græcorum ἅμαξαν, id eſt plauſtrum dixerunt: noſtri à bobus iunctis, Septentriones appellarunt. Ab his etiam vẽtus ſpirat, qui Auſtro obiectus eſt, & Latinè Septẽtrio, & Septentrionalis ventus, & Septentrionarius: Græcè verò, quòd ab Arcto flat, Aparctias appellatur. Plaut. Amph.4.119, Nam neque ſe Septentriones quoquam in cælo commouent. Cæſar 7.bel.Gall.335, Erat à Septentrionibus collis. Cic.1.de Nat.deo. 71, Inflectens autem Sol curſum tum ad Septentriones, tum ad Meridiem, æſtates & hyemes efficit.
Talis Hyperboreo Septem ſubiecta trioni Tenaſmos. Virg. 3.Georg.77.
Septentriones venti. Cic.ad Atticũ,lib.9.173.9, Ex ea die fuêre Septẽtriones venti: nautes quibus vſus nó eſt, omnes aut præcidiſſe, aut incendiſſe dicunt.

Septentrionâlis, pen.prod. Adiectiuum: vt Septentrionalis ventus, à Septentrione flans. Plin.lib.9.cap.17.5.

Septênus, pen.prod. Aliud adiectiuum, Idem quod Septem. Cic.in Somnio Scipionis, 7, Quum ætas tua ſeptenos octies Solis anfractus reditúſque conuerterit. Idem 4.Verr.85, Et pueri annorum ſenũm, ſeptenúmque denũm Senatorium nomen nundinati ſunt. Sic Plinius lib.7.cap.15.1, Epiſtolæ ſeptenæ.
Fiſtula diſpar cannis ſeptenis. Ouid.2.Metam.137,
Corpora ſeptena. Virg.6.Æneid.5.
Noctes ſeptenæ. Propert.lib.2.eleg.17.5, Nõ quia ſeptenas noctes ſeiuncta cubaris.
Portæ ſeptenæ. Stat.3.Thebaid.9.
Anguis traxit ſeptena volumina. Virg.5.Æneid.17.

Sépties, Aduerbium. Plinius lib.16.cap.40.11, Septies reſtituto templo. Cic.2.Philip.94, Vbi eſt ſepties millies ſeſtertiũm, quod in tabulis quæ ſunt ad Opis, patebat.

Septifariam, Aliud aduerbiũ: vt Multifariam. Satra de Verborum antiquitate, In quod volumen vnum nos lectitauimus, & poſtea inuenimus ſeptifariam diuiſum. Nonius.

Séptimus, pen.corr. Adiectiuum. Plin.lib.7.cap.51.3, Vt tamen in ſeptimũ & quinquageſimũ atq; cẽteſimum vitæ duraret annũ. Plaut.Pſeud.9.3, -ædes eſſe ſeptimas A' porta.

Septimùm, Aduerbium: vt Septimùm Conſul, ſicut & Secundùm Conſul. Cic.3.de Nat.deorum,116, Cur enim Marius tam fœliciter ſeptimùm Conſul domi ſuæ ſenex eſt mortuus?

Septingenarius, Adiectiuum: vt Septingenarius grex. Varro 2.de Re ruſt.cap.10.9, Septingenarii enim mei, tu octingenarios habuiſti. Sub.greges, in quibus ſeptingentæ ſunt oues.

Septingenti, ſeptingentæ, ſeptingenta, Pluraliter tantum. Plin.lib. 35.cap.2.7, Et M. Varro benigniſſimo inuento inſertis voluminum ſuorum fœcunditati, non nominibus tantùm ſeptingentorum illuſtrium. Liu.3.bel.Pun.93, Caſilinum oppidum redditum Campanis eſt, firmatũ ſeptingẽtorum militum de exercitu Annibalis præſidio.

Septingentéſimus, penult.corr. Adiectiuum. Liuius 1.ab Vrbe, in Proœmio,3, Res eſt præterea & immenſi operis, vt quæ ſupra ſeptingenteſimum annum repetatur.

Septuaginta. Cic.5.Verr.101, Vnus ager Agyrinenſis centum ſeptuaginta aratoribus inanior quum ſit, vos coniecturam totius prouinciæ non facietis?

Septuagẽnus, pen.prod. Adiectiuũ. Plin.lib.16.cap.10.6, Septuageno coitu durare libidinẽ contactu herbæ cuiuſdam, &c. Hoc eſt ſeptuageſimo. Columel.lib.3.cap.1.10, Hoc in ſe multiplicato, ſeptuagies ſeptuageni ſunt quatuor millia & noningenti.

Septuágies, Aduerbium, Vide proximum præcedens exemplum.

Septiana mala, apud Columellã dicũtur à Septio libertino, corũ primo inſitore: ſúntque ea poma inſigni rotũditate prædita. Ita legit Calepin⁹. Apud Columellã lib.5.ca.10, legitur Sextiana.

SEPTICOLLIS, vrbs Roma, quòd ſeptẽ colles habeat, Palatinum, Quirinalem, Auentinum, Cœlium, Viminalem, Exquiliũ, & Ianicularem.

Septicus, pen.corr. Adiectiuum, à verbo Græco σήπω, putrefacio. Vnde σηπτὰ, medicamẽta quæ vim habẽt erodendi, putrefaciẽdíq;. Plin.lib.28.cap.9.11, Quin & ſanguis equorũ ſepticam vim habet. Idem lib.34.cap.18.11, Summa eius dos ſeptica.

Septunx, ſeptuncis, m.g. Nomen dictum à ſeptem & vncia: éſtque pondus ſeptem vnciarum. Interdum etiam menſura iugeri, hoc eſt partis mediæ & vnius duodecimæ ipſius iugeri. Colum. lib.5. cap.1.11, Pars dimidia & vna duodecima, pedes ſexdecim millia & octingẽtos, hoc eſt ſeptunx, in quo ſunt ſcrupula CLXVIII. Liuius 5.ab Vrbe,110, Triumvirique ad id creati terna iugera & ſeptunces viritim diuiſerant.
Septunces auri. Liu.3.bel.Pun.91, Septunces auri in ſingulos pretium conuenit.
¶ Septunx, pro Septẽ vini cyathis. Solebãt enim veteres quãdo ſe paulo liberalius inuitabant, tot vini cyathos ebibere, quot erant literæ in ſuorum amicorũ amicarúmve nominibus: ſingulóſque cyathos appellabant vncias. Mart.lib.8.51,
Si Telethuſa venit, promiſſáque gaudia portat:
Seruabor dominæ Ruffe triente tuo.
Si dubia eſt: ſeptunce trahar. Si fallit amantem:
Vt iugulem curas, nomen vtrunque bibam. Tale eſt illud eiuſdem poetæ lib.11.37,
Hypne quid expectas pigerrimmortale Falernum
Funde: ſenem poſcunt talia vota cadum.
Quincunces, & ſex cyathos, beſſémque bibamus:
Caius vt fiat Iulius, & Proculus. Quincunces, hoc eſt quinq; cyathos: beſſem, octo. In Caius enim quinq; ſunt literæ, in Iulius ſex, in Proculus octo. Idẽ lib.1.59, ad Somnum,
Næuia ſex cyathis, ſeptem Iuſtina bibatur,
Quinque Lycas, Lyde quatuor, Ida tribus.
Omnis ab infuſo numeretur amica Falerno.
Et quia nulla venit, tu mihi Somne veni.

Septunciális, pen.prod. Adiectiuũ: vt Septuncialis ſatio, quãdo media & vltima pars ſemẽtis ſeritur. Colu.lib.2.cap.10.6, Media ſemẽti pars ſeri, & pars vltima debet, quæ ſeptũcialis ſatio dicitur.

SEPTIMIVS, vir Romanꝰ, cuiꝰ amores deſcribit Catullꝰ. A quo

Septimillus, Diminutiuum. Catull.de Acme,43.3,

Sic,inquit,mea vita Septimille,
Huic vni domino vsque seruiamus.

Septuose, Vide **Sepeo.**

Sepulchrum, Sepultura, Vide **Sepelio.**

Sepum,sepi,quod & seuum dicitur. Fit ex adipe ruminātium, authore Nonio. Vide **Seuum.**

Sepatias,Adiectiuum. Quod ex sepo est: vt Candelæ sepatiæ. Aul. Gell. Tota domus completur tedis,lucernis,cereis sepatiis,& cæteris nocturni luminis instrumentis. Quidam legunt Sebum,& Sebo,sebas.

SEQVANA, pen.corr. Fluuius Belgarum in Gallia, iuxta quem habitantes, Sequánici dicti sunt & Séquani, hodie Burgundiæ ducatum incolentes, Heluetiis, Heduis, ac Lingonibus finitimi. Lucanus lib.1.85. Optima gens flexis in gyrum Sequana frænis. Martialis, Hanc tibi Sequanicæ pinguem textricis alumnam.

De Sequanis Cæsar in Commentariis,& Plinius lib.4.cap.17.

Sequar, Sequela, Vide **Sequor.**

Sequester, hæc sequestris, & hoc sequestre: vel hic & hæc Sequestris,& hoc sequestre:& Sequester,sequestra,sequestrum,Dicitur(inquit Modestinus de Verb.signif.)apud quē plures eandem rem,de qua controuersia est,deposuerunt. Dictus à sequēdo,vt docet Gellius lib.20.cap.10:quòd eius qui electus sit,vtraque pars fidem sequatur. Plautus Rud.3.64. Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum aut arbitrum, cuius hæc res arbitratu fiat. Idem Merc.5.36,Imò sic sequestro mihi data est.

¶ Pace sequestra, dixit Virgilius lib. 11. Æn.17,inducias intelligens, quòd sit media inter bellum præteritum & futurum,

Bis senos pepigere dies,& pace sequestra
Per syluas Teucri,mistique impune Latini
Errauēre iugis. Seruius.

Pacis sequester.Silius lib.6.70,

At nona Elysei iurato fœdera patres
Consultant mandare duci,pacisque sequestrem Mittere.

¶ Sequestrem vocat Asconius, apud quem pecunia deponitur:Budæus corrumpēdarum tribuum conductorem. Cicero 4. Verr.75,Qui tabulas tenet:qui scribit:qui monet:qui proximus est:is est Caius Clodius, qui in Sicilia sequester istius, interpres, confector negotiorum, propè Collega Timarchidi numerabatur. Idem pro M.Cælio, 21, Quod haud scio an de ambitu,& de criminibus istis sodalium ac sequestrium,quoniā hinc incidi, similiter respondendum putem. Idem pro Cluentio,28, Quo sequestre in illo iudice corrumpendo dicebatur esse vsus. Et 2.Verr.13,Moneo,prædico,antè denuntio,qui aut deponere,aut recipere, aut accipere,aut polliceri,aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicii solent esse:quique ad hanc rem aut potentiam,aut impudentiam suam professi sunt,abstinēat in hoc iudicio manus,animóque ab hoc scelere nefario.

Rem perficiēdam suscipere,& inde lucrum facere,vt redemptores solent: hoc genus Cicero sequestres(teste Budæo) appellare solet, vt in prima in Verrem actione. Hoc verbo oratores pro iis interpretibus & sequestribus vtuntur, qui iudiciis corrūpendis, aut eiusmodi maleficiis suscipiēdis operā suam locant.

Sequester,apud Quintilianū, pro eo qui à litigatore doctus, docet patronum. Is enim ait libro 11.cap.3, Quo modo autem sequester ille & media litium manus, & quidam interpres impendit æquo animo laborem in alienas actiones, quum dicturus ipse non sit?

Sequestrò, Aduerbium. Cato, Per deum immortalem nolite vos sequestrò ponere. Nonius.

Sequius, pro Secius aduerbio. Liu.2.ab Vrbe,157, Inuitus,inquit,quod sequius sit,de meis ciuibus loquor:nō tamen admissum quicquam ab iis criminatum venio,sed cautū ne admittāt.

Sequor, séqueris,sequūtus sum,sequi. A` Seco,secas,deriuatur, vt vult Sipontinus.Plaut. Amphit.7.70,Sequere hāc igitur me. Idem Epid.1.11,Nam vt apud portum te conspexi,curriculo occœpi sequi,&c. Terent.And.1.1.101,

-funus interim
Procedit,sequimur.ad sepulchrum venimus. Idem Eunucho, 1.3.36, Is dum sequor hanc, fit mihi obuiam. Varro 1.de Re rust.cap.47,Nam aridæ factæ rixantur,ac celerius rumpuntur, quàm sequuntur.

Sequi & assequi. Cic.1. Offic. 155, Neque enim attinet repugnare naturæ,nec quicquam sequi quod assequi non queas.

A` tergo sequi.Virg.1.Æneid.38.

Amicitiam alicuius sequi. Cic.7.Verr.96,Nos semper in omnibus Punicis,Sicilienſibúſque bellis amicitiam, fidemq; Pop. Rom.sequuti sumus.

Amicum sequi, Facere quod amico placet, obtemperare illi. Cic. de Amicitia,40, Quare talis improborum consensio non modò excusatione amicitiæ tegenda non est, sed potius omni supplicio vindicanda est:vt nequis concessum putet,amicū bellum patriæ inferentem sequi. Plaut.Merc.18.5,Quicquid complacitum,id sequuntur.

Authoritatem alicuius sequi. Cicero 1.de Fnib.65,Huius ego nunc authoritatem sequens, idem faciam. Idem 2. pro Lege agraria,30, Quæ quum exposuero,si falsa vobis videbuntur esse, sequar authoritatem veltram, mutabo meam sententiam. Vide **Authoritas.**

Cibum sequitur somnus.Lucret.lib.4.193.

Compendia temporis sequi. Colum.lib.9.cap.4.5, Verùm ex cunctis quæ proposui, quæque omisi,temporis compendia sequent(nam inexputabilis erat numerus)saporis præcipui mella reddit thymus.

Cogitationes lætus euentus sequitur. Plinius epist.231, Deósque immortales precor, vt omnes cogitationes tuas tam lætus sequatur euentus,vt virtutibus tantis gloria imperii & nouetur & augeatur.

Consuetudinem sequi,Facere secundum consuetudinem.Plinius epist.30.2,Tu ergo(inquit)quam consuetudinem sequeris?

Disciplinam philosophorum sequi.Cic.4.Acad.174.

Discordia vadit,hanc Bellona sequitur.Virg.8.Æneid.141.

Ex fuga aliquem sequi. Cæsar 3.bel. Ciuil.404, Quicunque ex fuga Pompeium sequerentur,atque in insulā venissent, oppido ac portu recepti erant.Id est Quicunque fugerēt,& sequerentur Pompeium.

Famam sequi.Horat.in Arte,15,

Aut famam sequere,aut sibi conuenientia finge Scriptor.

Fames sequuta est. Plin.lib.7.cap.3.1, Fausta quædam è plebe,Ostiæ duos mares,totidem fœminas enixa, famem quæ sequuta est,portendit haud dubiē.

Feras sequi.Ouid.2.Metam.100.

Fidem alicuius sequi.Cæsar 5.bel.Gall.74,Ex qua Mandubratius adolescens Cæsaris fidem sequutus,ad eum in continentem Galliam venerat.

Fidem Populi Romani sequi, Populo Romano fidelem esse, fidem seruare,non discedere à fide:vel quod vulgus dicit, *Tenere bonum pro Populo Rom.*Cæsar 4.bel.Gal.541,Huic imperat quas possit adeat ciuitates,hortetúrque vt Populi Romani fidem sequantur,séque celeriter eò venturum nuntiet. Cicero 2.de Diuinatione,118, Quòd fidem sequutus amicitiámq; Populi Romani,functus sit officio.

Fortunam suam sequi.Liu.2.bel. Pun.119, Ergo sequuturum se fortunam suam, si Dictatoris cunctatio in segnitie deorū hominúmque iudicio damnata perstaret.

Gratiam Cæsaris.Cæsar 1.belli Ciuil.1,Sin Cæsarem respiciāt, atque eius gratiam sequantur, vt superioribus fecerint temporibus,se,&c.

Interuallo magno sequi aliquem.Cæsar 1.bel.Gall.90, Eo die quo consueràt,interuallo hostes sequitur,& millia passuum tria ab eorum castris castra ponit.

Iudicium alterius sequi. Cic. ad Brutum,8.1, Optimus enim quisque vir, & ciuis, maximè sequitur tuum iudicium,tibique omnes fortes viri nauare operam & studium volunt.

Sequi librum lapsum.Plin.epist.15.b,Hunc dum sequitur,colligítque per læue & lubricum pauimentum,&c.

Sequi lites.Terent.Adelph.2.1.40.

Vtut hæc sunt facta,potius quàm lites sequar,
Meum mihi reddat. Idem And.4.5.16, -nunc me hospitem
Lites sequi,quàm hîc mihi sit facile atque vtile,
Aliorum exempla commonent.

Magistrum sequi.Plin.epist.110.b,Tum ego qui vir, & quantus esset,altissimè inspexi, quum sequerer vt magistrum,vt parentem vererer.

Matrimoniū diuitis sequi.Plin.epist.171.c,Nā mulier natalib⁹ clara,moribus proba, ætate decliuis, diu vidua,mater olim,parum decorè sequuta matrimonium videbatur diuitis senis.

Cedam⁹ Phœbo,& moniti meliora sequamur.Virg.3.Æn.78.

Militiam sequi.Cic.pro Murena,16,Seruius hic nobiscum hāc vrbanam militiam respondendi,scribendi,cauendi,plenam sollicitudinis ac stomachi sequutus est.

Naturam duce sequi, Facere quemadmodā natura aliquem inclinat.Cic.1.Offic.54,In hoc naturā ducem debemus sequi,& cómunes vtilitates in mediū afferre. Idē 1.de Legib.85,Sed certe ita res se habēt,vt ex natura viuere,summū bonum sit, id est vita modica & apta virtute perfrui,aut naturam sequi,aut eius quasi lege viuere.Id est,nihil quantum in ipso est prætermittere,quo minus ea quæ natura postulet,consequatur.

Sequitur necessitas militandi.Liu.3.ab Vrbe,290,Hærete affixi concionibus,& in foro viuite:sequitur vos necessitas militandi quam fugitis.

Officium ſequi, *Facere debitum* quod dicitur. Cic. 1. de Finib. 95, Tamen ea faciatis, è quibus appareat non voluptatem vos, ſed officium ſequi. Idem pro Roſcio Amerino, 1, Ita ſit vt adſint propterea quòd officium ſequuntur, taceant autem ideirco, qui periculum metuunt.

Opportunitatem ſequi. Cic. 1. Off. 53, Sed credo illos ſequutos opportunitatem loci, maximè ne poſſet aliquando ad bellū faciendum locus ipſe adhortari.

Ordinem vitæ ſequi. Plin. lib. 11. in Prœmio, 3, Quamobrem ſequi par eſt ordinem vitæ.

Otioſè ſequi, Vide Otioſus in **Otium.**

Pedibus aliquid ſequi. Liuius 4. bel. Maced. 35, Quum illas vehi per vrbem, ſe pedibus ſequi: tanquam in illarum ciuitatibus, non in ſua imperium ſit.

Sequitur pœna damnatum. Cæſar 1. bel. Gall. 16, Damnatum pœnam ſequi oportebat vt igni cremaretur.

Ponè ſequi. Claud. 2. Paneg. 91.

Promiſſa ſequi. Liuius 4. bel. Pun. 91, Annibal quum eorum nemo qui ad lacum Auerni adiſſent, aut ipſi venirent, aut literas, nuntiúmve mitterent, vana promiſſa ſe temerè ſequutum cernens, caſtra inde mouit.

Quæſtum & ſumptum ſequi. Cic. pro Quintio, 63, Non vſque eo tamen vt in capite fortuniſque hominum honeſtiſſimorum dominentur hi qui relicta bonorum virorū diſciplina, & quæſtum & ſumptum Gallonii ſequi maluerunt.

Ratione ſequi voluptatē. Cic. 1. de Fin. 50, Sed quia cōſequantur magni dolores eos qui ratione voluptatem ſequi neſciunt.

Sectam alicuius ſequi. Liuius 9. bel. Pun. 135, Qui Populi Romani, quique meam ſectam, imperium, auſpiciúmq; terra, mari, amnibuſque ſequuntur.

Sententiam alicuius ſequi. Cæſar 1. bel. Ciuil. 7, Inuiti & coacti Scipionis ſententiam ſequuntur. Cic. 1. de Finib. 90, Vnde ſi ſequutus eſſet eorum ſententiam, qui honeſta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerēt, nummum nullum attigiſſet. Idem 1. Academ. 18, Et eandem quidem ſententiam ſequitur quam tu.

Spōte ſequi. Quintil. lib. 5. cap. 10. 88, Et vt literæ ſyllabæq; ſcribēdi cogitationē nō exigūt, ſic ratione ſpōte quadā ſequūtur.

Studia ſequi diſparia. Cic. de Amic. 64, Diſpares enim mores, diſparia ſtudia ſequūtur, quorū diſſimilitudo diſſociat amicitias.

Vtilitates ſequi. Cic. de Amicitia, 83, Amare autem nihil aliud eſt, niſi eum ipſum diligere quem ames, nulla indigentia, nulla vtilitate quæſita. quæ tamen ipſa efflorēſcit ex amicitia, etiam ſi tu eam minus ſequutus ſis.

Verbum aliquod ſequi. Cic. pro Cecinna, 36, Nónne, ſi verbū ſequi volumus, hoc intelligamus neceſſe eſt, eum detrudi cui manus afferantur.

Veſtigiis ſequi. Liu. 9. ab Vrbe, 145, Trāſgreſſi deinde vallū, quū deſerta omnia inuenīſſent, pergunt hoſtem veſtigiis ſequi.

Voce aliquem ſequi. Virg. 9. Æneid. 4,

Agnouit iuuenis: duplicéſque ad ſydera palmas
Sustulit: nec tali fugientem eſt voce ſequutus:
Iri decus cæli, quis, &c.

¶ Séquitur, abſolutè, pro Hinc eſt. Cicero 4. Academ. 139, Illud certè opinatione & perceptione ſublata ſequitur, omnium aſſenſionum retentio.

Sequitur vt. Cic. 1. de Finib. 41, Nec enim ſequitur, vt cui cor ſapiat, ei non ſapiat palatus. Idem de Fato, 14, Vt enim & ingenioſi & tardi ita naſcantur antecedentibus cauſis, &c. non ſequitur tamen vt etiā ſedere eos & ambulare & rem gerere aliquam principalibus cauſis definitum ſit. Ibidē, Nec ſi omne enuntiatum verum aut falſum eſt, ſequitur illico eſſe cauſas immutabiles & æternas. Ibidem, Veniet in Tuſculanū Hortenſius, verum non eſt, ſequitur vt falſum ſit.

Sequūtor, pen. pro. Verbale. Iuuen. Saty. 8. 21,

Ergo ignominiam grauiorem pertulit omni
Vulnere cum Graccho iuſſus pugnare ſequutor.

Sector, ſectāris, ſectāri, Frequētatiuū. Sectari dicitur, qui aliquē ſequitur frequēter, vt eū poſſit vel videre vel alloqui. Plaut. Ciſt. 6. 1, Anum ſectatus ſum clamore per vias. Cic. 6. Verr. 130, Qui illic eiuſmodi eſt, vt eū pueri ſectētur, vt omnes, quū loqui cœperit, irrideant. Idē in eundē, 4. 112, Is Prætorē circum omnia fora ſectaretur. Et pro Murena, 64, Sectari aliquem totos dies.

Aliquem pennis ſectari. Ouid. 2. de Arte, 11.

Fœcūdi léporis ſapiēs ſectabitur armos. Horat. 2. Ser. ſaty. 4. 9.

Læuia ſectantem nerui deficiunt. Horat. in Arte, 6.

Aratrum ſectari. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 2.

¶ Sectari belluas, apros, ceruos, Venando conſectari & perſequi, inueſtigare, perquirere, ſequi. Plautus Milite, Reſpondit ſe ſectari ſimiam. Terent. in Prologo Phor. 6, -adoleſcentulum Cernam videre fugere, & ſectari canes. Virg. 3. eclog. 15, Si, dum tu ſectaris apros, ego retia ſeruo.

Sectari léporem. Horat. 2. Serm. ſaty. 2. 1.

¶ Sectari aliquem, Continuè ſequi, vt ſit quum quempiam in ſermonibus, in ſententiis, in diſciplinis & cæteris factis ſedulò, perpetuóque ſequimur ac imitamur. Terent. Eunucho, 1. 2. 31, Ibi homo cœpit me obſecrare, vt ſibi liceret diſcere id de me: ſectari iuſſi, &c.

Sectātor. pen. prod. ſectatōris, Verbale, Qui vt aliquid condiſcat, frequenter aliquem conſequitur. Cic. pro Murena, 64, At ſectabantur multi doce mercede: concedam eſſe crimen. hoc quidē remoto, quid reprehendis? quid opus eſt, inquit, ſectatoribus? Plin. lib. 18. cap. 2 & 14, Hoc poſtea Seſtius è Romanis ſapientiæ ſectatoribus Athenis fecit eadem ratione. Gellius lib. 1. cap. 2, Taurus ſectatoribus commodum dimiſſis, ſedebat pro cubili ſui ſoribus.

Secta, ſectæ, à Sector, ſectaris: vel à Sectus, Græcè hæreſis dicitur. vnde Sectæ philoſophorum, familiæ & diſciplinæ, apud Ciceronem 1. de Oratore, 21. Eſt autē ſecta, diſciplina, certa quædam diſciplinæ formula, factio, ſtudium, ratio vitæ.

Secta & lex. Colum. lib. 6, Quare antiquiſſimum eſt formam huius operis conſcribere, quam velut ſectam, legémque in proſcindendis agris ſequantur agricolæ.

Secta & ratio vitæ. Cicero pro Cælio, 31, Qui hanc ſectam, rationémque vitæ re magis quàm verbis ſequuti ſumus.

Aſperrima ſecta. Quintil. lib. 1. cap. 10. 14.

Immota Catonis ſecta. Lucan. lib. 2. 77.

Seueriſſima ſecta. Quintil. lib. 1. cap. 10. 14.

Exequi ſectam alicuius. Catull. de Berecynthia, 58. 3,

Sectam meam executæ duce me, mihi comites
Rapidum ſalum tuliſtis, truculentáque pelagi.

Viam & ſectam quandam ſequi. Cicero 2. de Nat. deorum, 81, Omnis natura artificioſa eſt, quòd habet quaſi viam quandam & ſectam quam ſequatur.

Secta & inſtituta aliquorum perſequi. Cic. 7. Verr. 141, Horum nos hominum ſectam atque inſtituta perſequimur.

Sequi ſectam aliquorum. Cic. de Claris Orat. 61, Quo magis tuum Brute iudicium probo, qui eorum, id eſt ex vetere Academia philoſophorum ſectam ſecutus es. Idem pro Seſtio, 84. Qui eorum ſectam ſequūtur. Et pro L. Flacco, 80, Vos ne pœniteat tali ciui nō peperciſſe, per deos immortales iudices, prouidete: quotus enim quiſque eſt, qui hāc in Rep. ſectā ſequatur, qui vobis, qui veſtri ſimilibus placere cupiat? Idē ad Brutū, 3. 5, Reliquias hoſtiū Brutus perſequitur, & Cæſar. Hoſtes autē omnes iudicari qui M. Antonii ſectam ſequuti ſunt.

Sectarius, Adiectiuum. vt Veruex ſectarius, qui gregem agnorum præcedens ducit. Plaut. Capt. 13. 51, Qui Petroni nomen indunt veruecī ſectario. Cato cap. 130, Menſes decem ab coactore rele get porcos ſectarios.

Sectácula, ſectáculæ, pen. cor. Diminutiuum à Secta, Quaſi ſequela quædam & propagatio. Apuleius, Occipiunt ſciſcitari qualis ei maritus, & vnde natalium ſectacula proueniret. Fortaſſe ſcribendum ſectatula.

Sequēla, ſequélæ, pen. prod. Ipſe ſequendi actus.

Sequax, ſequācis, pen. prod. om. gene. Quod aliquid ſequitur. Plinius in Paneg. 73, Flexibiles quancunque in partem ducimur à principe, atque vt ita dicam, ſequaces ſumus. Plinius maior lib. 11. cap. 37. 6, Adeò ſequax natura eſt, vt in ipſis viuentium corporibus feruenti cera flectantur.

Capreæ ſequaces. Virg. 1. Georg. 75.

Curæ ſequaces. Lucret. lib. 1. 10.

Mores ſequaces. Lucret. lib. 3. 64.

Oculi ſequaces. Stat. 3. Thebaid. 100.

Telum ſequax. Silius lib. 15. 141.

Sequax, Quod ſe ſpargendo dilatat. Perſius in Prologo, 2.

-quorum imagines lambunt
Hederæ ſequaces. Virgil. 8. Æneid. 87,
-ſonitúmque metúmque
Miſcebant operi, flammiſque ſequacibus iras. Hoc eſt perſequutricibus. Seruius.

Sequax bitumen, Lentum, & quod attactum digitos ſequitur, picis vel viſci more. Plin. lib. 7. cap. 15. 2, Quin & bituminum ſequax alioqui & lenta natura, in lacu Iudææ (qui vocatur Aſphaltites) certo tempore anni ſupernatans, nequit ſibi auelli.

Sequaces lanæ. Mart. lib. 13. 57,

Niliacum ridebis olus, lanáſque ſequaces,
Improba quum morſu fila, manúque trahes.

Sequax materia, pro Inhærente. Plin. lib. 11. cap. 2. 1, Facilis officina ſequaci materia fuit.

Vndæ ſequaces. Virgil. 5. Æneid. 39.

Sera,seræ,Instrumentum quo clauduntur ostia. Iuuenalis,Pone seram,cohibe,sed quis custodiet ipsos A` serare,id est aperire deriuatur,authore Varrone lib.5.de Lingua Latina. Festus, Asserere manum,est admouere, quòd ea quoq; quæ in terram dimittuntur,seri dicuntur: vnde etiam seræ appellãtur,quia foribus admotæ opponuntur,defixæ postibus,quemadmodum ea quæ terræ inseruntur.

Dura sera.Tibull.lib.1.eleg.2.1.

Rigidæ seræ.Ouid.1.Fast.25.

Excutere seram poste.Ouid.1.Amor.eleg.6.5.

SERA,Vrbs in Asia Scythica.

SERANVS,pen.prod. Cognomen cuiusdã Romani nobilissimi: sumptum à sero, pro semino, seu planto. De hoc Cornutus,Q. Cincinnatus quum suum agrũ & araret & sereret, Dictatura ei à Populo Romano delata est. Hic cõtra Samnites profectus,victor extitit:vnde à serendo Seranus appellatus est.

Sudabãtq; grauí Cõsul Seran⁹ aratro.Claud.1.in Ruffinũ,41.

Serapias, herba quæ & orchis dicitur, quòd (inquit Dioscorides) eius radix inter pauca sit vtilis. Aetius & Paulus Ægineta triorchin appellant, à tribus testiculis in radice dependentibus. Plin.lib. 26.cap.10.2, Sed inter pauca mirabilis est herba orchis siue serapias, foliis porri, caule palmeo, flore purpureo, gemina radice,testiculis simili,ita vt maior, siue(vt alii dicunt) durior ex aqua pota excitet libidinem,minor siue mollior,è lacte caprino inhibeat.

Seraphim, pluralis numeri,m.g. Angeli sic dicti ob ardorem Solis,vel claritatem visionis.Hebræa dictio.

SERAPION,Ælianus dictus,orator Alexandrinus,scripsit ad Adrianum principem panegyricum: orationes in genere deliberatiuo , apud Alexandrinos. item virum Plato iure remouerit Homerum à sua Republica.præterea artem rhetoricam.Author Suidas. Serapion,pictor cognominatus Rhyparographus, author Plinius lib.35.cap. 10. Serapion, Præsul Antiochenus sub Commodo principe : cuius meminit Hieronymus. Serapion alter, Christianus,qui ob elegantiam ingenii, scholasticus meruit cognominari,charus Antonio monacho:scripsit cõtra Manichæos egregium volumen, & quædam alia : laudatus etiam ob fidei constantiam sub Constantino principe,vt idem Hieronymus author est.

Serapis,vel Seràphis,pen.prod. Serpens,deus apud Ægyptios, qui apud Græcos Pluto , quem colunt qui Nilum inhabitant. Martialis lib.9.30.

Heu quæ lingua fileri non illam mille catastæ

Vincebat,nec quæ turba Serapin amat. Mart.Capella ausus est corripere penultimã,lib.2,sic inquiẽs,Te Serãpim Nilus,Mẽphis veneratur Osirim. Plin.lib.37. cap.5.15, Apion cognominatus Plistonices,paulo antè scriptum reliquit,esse etiam nunc in Labyrintho Ægypti colosseum Serapin e smaragdo nouẽ cubitorum.Vide **OSIRIS**. Huius meminit Cicero lib.3.de Natura deorum,& multis Cælius Rhodiginus lib.2.cap.13.Antiquarum lectionum.

SERBONIS,Palus est,iuxta quam est mons Cassius,teste Herodoto lib.2.

SERENA, pe.pro.ex Hispania oriũda,vxor fuit Stiliconis,socrus Honorii Imperatoris, qui Mariam filiam ipsius,vxorem duxit. Huius Serenæ laudes eleganti carmine celebrauit Claudianus.

Docta Serena.Claud.de concha,19.

Syderea serena.Claud.de Nuptiis Honorii,51.

Serenus, pen.prod. Adiectiuum, significat Tranquillum,sine nubib⁹,sine imbre,quòd id maxime tempus sationi aptum sit. Plaut.Merc.2.3.5,Hic Fauonius serenus est,hic Auster imbricus. Hic siccum significare potest, quòd sereno cælo,sicca sit maxime tempestas.

Æstas serena.Virg.6.Æneid.141.

Cælum serenum.Mart.lib.1.170,

Et planus modico timore vertex
Cælo perfruitur sereniore. Virg.1.Georg.51.

Color serenus,Lucidus. Plin.lib.9.ca.35.4,Serenum colorem pro claritate matutina margaritæ contrahunt.

Hyemes serenæ.Virg.1.Georg.10.

Lumen serenum.Lucret.lib.2.30.

Lux serena,Virg.5.Æneid.21.

Lux serena & tranquilla ex turbido die.Liuius 1.ab Vrbe,65. Postquam ex tam turbido die serena & tranquilla lux rediit.

Nubes serenæ,Siccæ.Virg.1.Georg.93. -vnde serenas
Ventus agat nubes. Nonius.

Sydera serena.Lucret.lib.4.43.

Tempestas serena. Trãquillus in Tito Vespasiano,cap.10,Sabinos petit aliquãto tristior, quòd sacrificanti hostia ausugerat, quódque tempestate serena tonuerat.

Venti sereni.Ouid.1.Fast.136.

Ver serenum.Virg.1.Georg.68.

¶ Animus serenus.Ouid.1. Trist.eleg.2.8.

Doctrina serena.Lucret.lib.2.1.

Frons tranquilla & serena.pro Læta. Cic.3.Tusc.56,Nec verò eadem frõs erat quæ M. Crassi illius veteris,quẽ semel ait in omni vita risisse Lucili⁹,sed tranquilla & serena. Mart.lib.7.11,

Sic me fronte legat dominus laudatine serena,

Excipiátque meos qua fulget aure iocos.

Vultus plenus granitate serena.Ouid.ad Pisonem,20.

Ore sereno annuere.Mart.lib.2.24,

Mecum ergo miser es.quòd si deus ore sereno
Annuerit,fœlix Candide solus eris.

Pectora facta serena.Ouid.1.Trist.eleg.5.8.

Vultu sereno fortis.Horat.1.Carm.ode 37.6.

Serenum, Substantiuum. Virg.1.Georg.79, Nec minus ex imbri solet,& aperta serena Prospicere.Vide **Aperio**.

Sereno,ablatiu⁹,pro Sereno tempore,cui Nubilo opponitur. Plin.lib.11.ca.24.6,Aranei sereno nõ texunt,nubilo texũt. Liu. 1.bel.Mace.46, Priuerni sereno per diem totũ rutrũ solẽ fuisse.

Serẽno, serénas,pen.prod.serenare, Serenum reddere,& clarum. Virgilius 1.Æneid.53,

Olli subridens hominum sator,atque deorum,
Vultu quo cælum,tempestatésque serenat. Plin.lib.2.cap.6.2, de Sole,Atque etiam nubila humani animi serenat.

Domum serenare largo igne.Stat.1.Achill.15.

Afflatibus viuis ora serenat.Stat.2.Thebaid.12.

Spem serenare fronte.Virgilius 4.Æneid.96,

-& mœstam dictis aggressa sororem,
Consilium vultu tegit,ac spem fronte serenat.

Tristia fronte serenare.Silius lib.11.11.

Vitam serenare.Lucret.lib.2.18,

Nam prò sancta deũm tranquilla pectora pace,
Quæ placidum degunt æuum,vitámque serenant.

Serenãtus Phœbus.Silius lib.5.36.

Serénitas,pen.corr.serenitâtis, Tranquillitas,claritas. Plin.lib.10. cap.67,Salamandra serenitate deficiens.

Serenitas,& Perturbatio cæli,cõtraria. Cic.1.de Diui.141,Hæc igitur quum sit tum serenitas,tum perturbatio cæli,é sine sanorum hominum hoc ad nascentium ortus pertinere non dicere: quod certè non pertinet.

Serenitas & tranquillitas.Liu.6.bel.Pun.51, Vbi recepissent se in castra,mira serenitas cum tranquillitate oriebatur.

SERES,Scythiæ Asiaticæ populi, à quibus nobilis illa lana ex arboribus,ex qua fit sericum, aduehi dicitur. Hi ex Virgilio, Plinio,Strabone,Solino notissimi sunt.De quibus Marcellinus lib. suæ historiæ 23, Agunt (inquit) ipsi quietius Seres , armorum semper & præliorum expertes:vtique hominibus sedatis & placidis est otium voluptabile : nulli finitimorum molesti, cæli apud eos iucunda salubrisque temperies:aeris facies munda, leuíque ventorum commodissimus flatus, & abundè syluæ sublucidæ,à quibus arborum fœtus aquarum aspergínibus crebris velut quædã vellera mollientes,ex lanugine & liquore mistam subtilitatem tenerrimam pectunt : nentésque subtegmina, conficiunt sericum ad vsus antehac nobilium, nunc etiam infimorum sine vlla discretione proficiens.ipsi præter alios frugalissimi,pacatioris vitæ cultores,vitant reliquorum mortalium cœtus. quúmque ad coemenda fila,vel quædam alia transeunt flumen aduenæ,nulla sermonum vice,propositarum rerũ pretia solis oculis æstimantur: & (ita sunt abstinentes) apud se tradentes genita,nihil ipsi comparant aduentitium. Hæc Ammianus Marcellinus.Cæterùm vt plurali numero Seres dicitur, ita singulari Ser,huius Seris.Virgil.2.Georg.25,

Quid memora Æthiopum molli canentia lana,
Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres? Lucanus lib.2.4, Sub iuga iam Seres,iam Barbarus illet Araxes. Sidonius Apollinaris, Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus. Ex Hermolao.

Ad Seras aliquid petere,Vide in præpositione **Ad**.

Colorati Seres. Ouid.1. Amor.eleg.14.2, Vela coloratiqualia Seres habent.

Nobiles vellere Seres.Senec.Thyeste,4.9.

Séricus, penult. correp. Adiectiuum ab eo quòd Seres vocantur. Serica enim est gens Parthis vicina sagittandi arte famosa, à qua & Sericum vocatur, vt ait Acron. Horat.1. Carm. ode 19.2, Doctus sagittas tendere Sericas Arcu paterno? Hoc est Parthicas.Porphyrio.

Hostis Sericus.Propert.lib.4.eleg.3.2.

Carpenta Serica.Propert.lib.4.eleg.8.5.

Sereſco,sereſcis,sereſcere, quasi Sereneſcere, significat Siccum

fieri,ſiccari:quòd ſerenitas ſicca ſit.Lucret.lib.1.61,
Denique fluctifrago ſuſpenſæ in littore veſtes
Vueſcunt,eædem candenti ſole ſereſcunt. Nonius.
¶ Sereſcere, In ſerum abire. Plin.libro 11.cap.41.3,Omne lac igne ſpiſſatur,frigore sereſcit.

SERGESTVS,Æneæ nauta apud Virgiliũ 4.Æne.58,Mneſthea, Sergeſtúmque vocat,fortémque Cloanthum. Et lib.5.15, Sergeſtuſque,domus tenet à quo Sergia nome n

Sergiũ olea,apudColumellam lib.5.cap.8.1.

SERIA, Hiſpaniæ vrbs apud Ptolemæum lib.1.cap.4.Plinio Fama Iulia dicta.

Seria,ſeriæ,Vas vinarium oblongum.Liuius lib.4.bel.Pun.46, Et in vico Iſtrico fontem ſub terra tanta vi aquarum fluxiſſe,vt ſerias,doliáque,quæ in eo loco erant, prouoluta,velut impetus torrentis tulerit. Terent.Heaut.3.1.51,
-ſodes vide,
Releui dolia omnia,omnes ſerias. Perſius Saty.2.1, -& ô ſi
Sub raſtro crepet argenti mihi ſeria dextro
Hercule. Colum.lib.11.cap.18.3,Dolia quoque & ſeriæ,cæteráque vaſa ante quadrageſimum vindemiæ diem picanda ſunt. Cato cap.162.1,Pernas ſic ſalire oportet in dolio,aut in seria.
Seriæ olearix. Varro 3.de Re ruſt. cap.1.7, Nec tamen ibi ſe vidiſſe tabulam pictam, neque ſignũ æneum,aut marmoreum vllum:nihilo magis torcula vaſa vindemiatoria,aut ſerias olearias,aut trapetas.

Seriola,ſeriolæ,pen.corr.Diminutiuum. Perſius Saty.4.3,Seriolæ veteris metuens deradere limum.

Se'ricum,penul.corr.id dici poteſt quod à Seribus fiebat,& depectebatur ex arboribus ad veſtimentorum nobilitatem, vt refert Plinius lib.6. cap.17. Vnde Virgilius 2.Georg.15, Velleráque vt foliis depectant tenuia Seres.Vulgus autem noſtrum Sericum accipit pro eo texturæ opere quod ex bombicum laniſicio depecti ſolet.
Serica variis textilibus.Propert.lib.1.eleg.13.5.

Séricus,Adiectiuum,Quod cõfectum eſt ex ſerico:vt Veſtis ſerica. Plin. lib.11.cap.3.6,Lautiſſimum quippe habetur è nardi folio eas dari,aut veſte ſerica verſicolores vnguentis madidas.
Pallia ſerica Stat.3.Sylu.4.18.
Puluilli ſerici.Horat.Epod.8.4.

Sericâtus,pen.prod.Aliud adiectiuũ,Serica veſte indutus.Sueto.de Caligula, cap.51, Armillatus in publicum proceſſit, aliquando ſericatus & cycladatus.

Sericarius, ſericarii,Textor ſericorum. Iulius Firmicus lib.8.Matheſeos,refert ſericarium textorem naſci,qui habuerit horoſcopum in 28.parte Arietis.

Se'rics, pen.corr. ſeriéi,pen.prod.f.g. Ordo & quaſi quædam rerum continuata progreſſio. à ſerendo,id eſt ordinando dicta. vt Series orationis,id eſt cõtextus. Quintil.Quod nõ niſi in contextu orationis,ſeriéq; contingit. Valerius Max.Quis compos mentis domeſticæ peregrinæq; hiſtoriæ ſeriem fœlici ſuperiorum ſtylo conditam,vel attentiore cura, vel præſtantiore facũdia traditurum ſe ſperauerit? Plin.lib.7.cap.16.4,Quippe vocis,ſermoníſque regimen primores tenent,concentu quodã excipientes ictum linguæ,ſeriémque ſtructuræ.De dentibus.
Ordo & ſeries. Cic.1.de Diuinat.104,Fatum autem id appello,quod Græci εἱμαρμένην.Id eſt ordinem ſeriémque cauſarum. Idem 1.de Nat.deorum,15, Eſt enim admirabilis quædam continuatio ſeriéſque rerum,vt alia ex alia annexa,& omnes inter ſe aptæ,colligatæque videantur.
Series & connexio. Cic. in Partit.76, Tanta ſeries artis eſt,& ſic inter ſe ſunt pleraque connexa & apta,vt,&c.
Series nectens.Cicero 4.Academ.43,Cætera ſeries deinde ſequitur maiora nectẽs,vt hæc quæ quaſi expletam rerum comprehenſionem amplectuntur,Si homo eſt,animal eſt,mortale, rationis particeps. Idem 1.de Legib.77, Sed videtiſne quanta ſeries rerum,ſententiarúmq; ſit:atque vt ex alio alia nectãtur?
Atra ſeries tuæ vitæ.Ouid.in Ibin.13,
V'tque mei verſus aliquantum noctis habebunt,
Sic vitæ ſeries tota ſit atra tuæ.
Immenſa ſeries laborum.Ouid.1.de Ponto,eleg.5.4.
Inexpugnabilis ſeries.Quintil.lib.5.cap.14.25.
Innumerabilis annorum ſeries. Horat.3.Carm.ode 30.1.
Longiſſima ſeries rerum.Virg.1.Æneid.130.
Longè porrecta viarum ſeries.Stat.3.Sylu.3.21.
Euoluere ſeriem fati.Ouid.15.Metam.31.
Vidi quam ſeriem morantis æui
Pronectant tibi candidæ ſorores.Stat.4.Sylu.3.29.

Serilla(inquit Feſtus)Verrius appellari putat nauigia Iſtrica,ac Liburnica,quæ lino ac ſparto cõdenſantur,à conſerendo & cõtexendo dicta:quia dicat Pacuuius in Nuptiis,
Nec vlla ſubſcus cohibet compagem aluei,
Sed ſuta lino & ſparteis ſerillibus. Quum ταπηταστικῶς & ficto vocabulo vſus ſit,pro funiculis qui ſparto conſeruntur.

Serio,Aduerbium,Vide Serius adiectiuum.

SERIPHOS, pen.prod.Inſula vna ex Sporadibus in Ægæo mari: quam notiorem fecerunt ranæ,cognomento Seriphiæ: quæ illic non coaxant, orto inde adagio, Rana Seriphia, in mutos aut taciturnos. Plura Eraſmus in Chiliadibus. Meminit ranarum Seriphiarum Plinius libro 8. cap. 58, Mutæ (inquit)etiam num ſunt ranæ in Seripho inſula.
Humilis Seriphos.Stat.1.Achill.41.
Parua Seriphos.Iuuen.Saty.6.57. Ouid.5.Metam.49.
Plana Seriphos.Ouid.7.Metam.93.

Seriphius, Adiectiuum, vt in illo Themiſtoclis, Neque enim vel tu, ſi Athenienſis eſſes, clarus extitiſſes:aut ego,ſi Seriphius eſſem ignobilis.

Seriphum,ſeriphi,penul.prod. Genus abſynthii,quod & Seriphium, & marinum dicitur. Plinius lib.17.cap.7.10, Eſt & abſynthium marinum,quod quidam ſeriphium vocant,probatiſſimum in Tapoſiri Ægypti. Idẽ lib.31.cap.9.6, Naſcitur & in mari abſynthium, quod aliqui ſeriphum vocant,circa Tapoſirin maximè Ægypti,exilius terreſtri. Aluũ ſoluit,& noxiis animalibus inteſtina liberat.

Serio,huius ſeris,f.g. Genus cichorii.Vocãt antè Latini intybũ, ſiue intybum. Vulgus noſtrũ radicem. Varro 3.de Re ruſt.cap. 10.4,Anſeres paſcunt in humidis locis,vbi pabulũ ſerunt quod aliquem fructum ferat, ſeruntque his herbam quæ vocatur ſeris,quòd ea aqua tacta etiam quum eſt arida,fit viridis.

SERIVS, Fluuius Ciſalpinæ Galliæ, per Ilergomatem agrum in Adnam fluẽs, à quo Vallis Seriana in eodẽ agro populoſa artificioſáque nominata eſt.

Serius.Adiect. Quod cũ aſſertione,& nõ per iocũ dicitur. Accius,Vos nugas aſſeritis,nos ſeria loquimur. Nonius,Serium, triſte,& quaſi ſine riſu,vel ſine ridiculo. Plaut. Pœnulo,6.50, Ita res diuina mihi ſit,& res ſerias
Omnes extollo ex hoc die in aliam diem. Terent.Eunucho,3.3.7, Ait rem diuinã feciſſe, & rem ſeriam velle agere mecum. Plinius in Paneg.136,Simul cogito,quum ſint iſta ludus,& auocamentum huius: illæ ſeriæ,& intentæ,& à quibus ſe in tale otium recipit,voluptates.

Seria,Subſtantiuè.Ouid.5.Faſt.69,Nulla coronata peraguntur ſeria frõte. Hora.1.Ser.ſat.1.6, -ſed amoto quæramus ſeria ludo.
Verba ſeria.Tibull.lib.3.eleg.7.4.
Serium & Iocoſum,contraria.Cic.1.Offic.145, Ludo autem & ioco vti illo quidem licet,ſed ſicut ſomno,& quietibus cæteris, tum quum grauibus ſeriiſque rebus ſatiſfecerimus. Ibidem, 187,Ac videat in primis quibus de rebus loquatur:ſi ſeriis,ſeueritatem adhibeat: ſi iocoſis,lepõrem. Quintil.lib.6.cap.4,Dictorum vrbanorum alia ſeria,alia iocoſa,alia media.
Ioca,ſeriáque.Quoties omnia noſtra cum aliquo communicamus,cum eo ioca ſeriáque conferre dicimur. Cic.1.de Finib. 155, At quicum ioca & ſeria,vt dicitur, quicum arcana, quicum occulta omnia?Tecum optime,deinde etiam cum mediocri amico.Eraſmus.
Dicta ſeria.Horatius de Arte,11.
Laxare ſeria.Perſius Saty.5.5, Atque verecunda laxamus ſeria menſa.
Poſthabui tamen illorum mea ſeria ludo.Virg.7.eclog.4.
Vertere ſeria ludo.Horat.de Arte,46.

Seriò, Aduerbium, Sine ioco: quod vulgus barbarorum dicit Pro bono. Plautus Amphit.11.9, An id ioco dixiſti? equidem ſeriò ac verò ratus. Idem Caſin.18.11,Ego eo quò me ipſa miſit.1. verónet A.ſeriò. Terent.Eunuch.3.3.11, Miſit porrò orare vt venirem ſeriò. Plaut.Pœnul.3.31, Dic mihi verò ſeriò, vin' dare malam illi? Cic.ad Atticum,lib.5.103.3,Inde ad Taurum cogitabam,vt cum Mophragine ſignis collatis,ſi poſſem, ſeriò decernerem. Vetus exẽplar ſic habet,Si poſſem, de ſeruo tuo decidere. Plin.lib.9.cap.35.13, Lolliam Paulinam, quæ fuit Caii principis matrona,nec ſerio quidẽ,aut ſolenni cæremoniarum aliquo apparatu,&c.
Seriò rem agere.Liu.4.ab Vrbe,109.

Sermo,ſermonis,maſc.gene.Loquela,à compoſitis & contextis verbis. Seruius, Sermo eſt conſertio orationis, & confabulatio duorum vel plurium. Cic.de Senect.15,Sed tamen decorus eſt ſermo ſenis,quietus,& remiſſus. Plaut.Milit.10.105,Nũc vxorẽ prolubent mihi,& quæ huius ſermonis erant. Idẽ Pſeud.3.97, Vt literarum ego harum ſermonem audio,
Niſi tu illi drachmis fleueris argenteis,&c.
Tractare aliquid Græco ſermone vel Antico.Cic.1.de Finib.1.
Sermo & colloquutio. Cic. Lentulo,lib.1.9.13, Hac me mente

fuiſſe & Senatus ex me te e o i.audiuit,& tu in noſtris ſermonibus,colloquutionibuſque ipſe vidiſti.

Sermo de.Cic.de Aruſp.reſpon.30,De Alexandrinis video eſſe ſermonem,quem ego non refuto. Idē in Somnio Scip. Quid autem intereſt ab iis qui poſtea naſcentur,ſermonem fore de te, quum ab iis nullus fuerit qui ante nati ſunt?

Sermo cum.Cic.in Vatinium,1, Cum Albinouano ſermonem non modò de Seſtio accuſando, ſed nulla vnquam de re fuiſſe, paulo antè imprudens indicaſti.

Sermo mihi cum literis. Cic.ad Atticum, lib.12.41.5, Secundum te nihil eſt mihi amicius ſolitudine,in ea mihi omnis ſermo eſt cum literis.

In ſermone.Trebonius Ciceroni,lib.12.16.5,Quū mihi in ſermone iniecciſſet,ſe velle Aſiam viſere. Vide **Inicio.**

Eccum tibi lupum in ſermone: Hoc eſt,de quo loquebamur, adeſt.Plautus Stichо,9.71.

In ſermonibus.Plautus Trinum. 4.47,

-malè dictitatur tibi vulgò in ſermonibus:
Turpilucricupidum te vocant ciues tui. Cic.Attico, lib.1.11.10, Vſque eo vt noſtri iſti comeſſatores coniurationis barbarali iuuenes illum in ſermonibus Cn.Ciceronem appellent.

Hac vice ſermonū roſeis Aurora quadrigis,&c. Vir.6.Æn.107.

Sermonis caput & pes,pro Principio & fine.Plaut.Aſin.12.129, Quin nec caput,nec pes ſermonis apparet.

Doctus ſermonis vtriuſque linguæ.Horat.3.Carm.ode 8.1.

Honos ſermonis.Horat.de Arte,14, -mortalia facta peribūt: Nedum ſermonum ſtet honos,& gratia viuax.

Inſolentia ſermonis, Vide **Inſolens.**

Littera ſermonis fida miniſtra mei.Ouid.3.Triſt.eleg.7.1.

¶Accuratus ſermo, Vide Accuratus in **Accuro.**

Amari ſermonis homo.Horat.1.Serm.ſaty.7.2.

Auerſus homo.Quintil.lib.4.cap.1.44,Sermonem à perſona iudicis auerſum,qui ἀποστροφὴ dicitur, quidam in totum à proœmio ſubmouent.

Breuis ſermo, Vide **Breuis.**

Comis ſermo.Tacitus lib.15.

Communis ſermo.Quintilianus lib.2.cap.10.9.

Compoſiti ſermones ad coarguendos qui contra diſputant, à Græcis διαμαχηταὶ vocantur.Quintil.lib.1.cap.15.18.

Ad præcipiendum compoſiti ſermones,qui διδασκαλικοὶ appellantur.Quintil.lib.2.cap.15.18.

Concinnus ſermo vtraque lingua.Horat.1.Serm.ſaty.10.5.

Credibilis ſermo.Ouid.1.de Arte,94.

Curatus ſermo, Vide **Curo.**

Doctiſſimus ſermo.Quintil.lib.1.cap.1.5.

Expreſſior ſermo.Quintil.lib.1.cap.1.37.

Fideles ſermones,Quib' fides haberi debet.Catul.Argo.59.29, Tum iam nulla viro iuranti fœmina credat:
Nulla viri ſperet ſermones eſſe fideles.

Fortuiti ſermones.Tacitus lib.4.

Græcus ſermo.Quintilianus lib.1.cap.1.9.

Incœptus ſermo.Virgilius 6.Æneid.94.

Iniqui ſermones, Vide **Iniquus.**

Intentior ſermo, Vide Intentus in **Intendo.**

Intimus ſermo, Vide Intimus in **Intra** præpoſitione.

Iocoſus ſermo.Horat.1.Serm.ſaty.10.3.

Latialis ſermo, Vide Latialis in **Latium.**

Latinus ſermo.Quintil.lib.1.cap.1.9.

Latus ornatuſque ſermo.Quintil.lib.5.cap.14.26,Argumenta ſermone puro,& dilucido,& diſtincto,cæterùm minimè lato,ornatóque putant eſſe dicenda.

Longinquus ſermo, Vide Longinquus in **Longus.**

Longus ſermo, Vide **Longus.**

Medius ambiguuſque ſermo, Vide **Medius.**

Obſcœni ſermones.Horatius 2.epiſt.1.26.

Otioſi ſermones.Quintilianus lib.1.cap.12.13.

Patrius ſermo.Lucret.lib.3.53, -rationem reddere auentem Abſtrahit inuitum patrii ſermonis egeſtas.

Pedeſtris ſermo,Humilis,non magniloquus.Horat.de Arte,10, Et Tragicus plerunque dolet ſermone pedeſtri.

Perpetuus ſermo.Lucretius lib.4.110.

Politi ſermonis mella.Claud.8.Paneg.50.

Promptus ſermo.Iuuenalis Satyra 3.8.

Purus,dilucidus,& diſtinctus ſermo.Quintil.lib.5.cap.14.26.

Purus & nihil ſe ſupra modū extollēs ſermo.Quint.li.12.ca.9.1.

Quotidianus & in quencunque etiam indoctorū cadens ſermo.Quintil.lib.4.cap.1.18.

Rectus & ſecundum naturam enuntiatus ſermo. Quintil.lib.2.cap.5.7.

Romanus ſermo.Quintil.lib.2.cap.14.1.

Triſtis ſermo.Horat.1.Serm.ſaty.10.3.

Truncus ſermo.Statius 12.Thebaid.96.

Vetus ſermo.Quintilianus lib.1.cap.6.18.

Vitioſus ſermo.Quintilianus lib.1.cap.1.3.

Vulgati ſermones.Quintilianus lib.3.cap.6.45.

¶Abrumpere ſermonē. Virg.4.Æneī.78, Vide **Abrumpo.**

Abſtinere ſermonem de re aliqua, Vide **Abſtineo.**

Abuti aliquo ſermone pro mandatis, Vide **Abutor.**

Accipere ſermonē ab ipſa rerū natura.Quintil.lib.3.cap.1.1.

Dignum ſermone aliquid agere.Horat.2.Serm.ſaty.3.1.

Arripere ſermonem, Vide **Arripio.**

Auertere ſe à ſermone, Vide **Auerto.**

Blaterare ſermone, Vide **Blatero.**

Captare ſermonem.Ouid.3.Met.2.56.Vide Capto in **Capio.**

Cohæret ſermo, Vide **Cohæreo.**

Commeāt ſermones.Tacit.lib.1,Cæſar indicium haud aſpernatus,congreſſus abnuit. poſſe enim eodem Flacco internuntio ſermones commeare.

Conferre ſermonē cū aliquo.Cic.1.de Inuent.131. Et 1.Offic. 189,Maximēq; curandū eſt vt eos quibuſcū ſermonē cōferimus, & vereri & diligere videamur. Ibidē,2.55,Vt habeat quibuſcū familiares poſſit conferre ſermones. Vide **Confero.**

Conficere ſermonem, Vide **Conficio.**

Confundere ſermones in vnum, Vide **Confundo.**

Copulare ſermonem cum aliquo, Vide **Copulo.**

Crebreſcit ſermo.Virgil.11.Æneid.45.

Sed neq; declamēt medio ſermone diſerti.Oui.1.de Arte,101.

Dies deficiens ſermoni.Ouid.5.Triſt.eleg.14.6.

Delabi in aliquem ſermonem.Cic. 1.de Oratore,48.Inſperāti mihi,inquit,& Cottæ,ſed valde optanti vtrique noſtrum cecidit,vt in iſtum ſermonem Craſſe delaberemini.

Detinuit ſermone diem.Ouid.1.Metam.137.

Differre ſermonibus,Diſſipare,Inuulgare.Liu.4.bel.Mace.4, Qui malè cōmiſſā libertatē Pop.Rom.ſermonibus diſtulerint.

Diſperſus ſine vllo certo authore ſermo.Quintil.lib.5.cap.1.

Diſſipatus ſermo.Cic. pro Flacco,10, Primum quod ſermo eſt tota Aſia diſſipatus,Cn.Pompeium,&c.

Diuulgare ſermonibus rem aliquam, Vide **Diuulgo.**

Sermo datus per ciuitatem, Diffuſus, diſſeminatus. Liu.1. ab Vrbe, 8, Hic primo ſenſim tentantium animos ſermo per totam ciuitatem eſt datus:ſolicitatámque ſuſpicione plebem Brutus ad concionem vocat.

Dare ſermonem alicui, pro Dare cauſam obloquendi.Cic.ad Varronem,lib.9.5.2,Dabimus ſermonem iis,qui neſciunt,nobis quocunque in loco ſimus,eundem cultum, eundem victum eſſe.Budæus.

Dare aliquem teſtem ſermoni.Ouid.1.Amor.eleg.8.5.

Excitare ſermonem.Cælius Ciceroni, lib.8.10.4, Nūtii varios ſermones excitarunt.

Facere ſermonem, Vide **Facio.**

Ferre ſermonibus. Liu.lib.4.ab Vrbe,25,Si hæc impediet aliquis,ferte ſermonibus,& multiplicate fama bella.

Vario ſuperi ſermone fremebant.Ouid.9.Metam.84.

Habere ſermonem.Cic.de Senect.17,Cyrus quidem apud Xenophontem eo ſermone quē habuit moriens. Idē de Amicit. 3,Itaque tum Scæuola quum in eam ipſam mentionem incidiſſet,expoſuit nobis ſermonem Lælii de amicitia habitum ab illo ſecum,& cum altero genero Scæuola.

Primus annus habuit de hac reprehēſione plurimum ſermonis.Cic.ad Q.fratrem,lib.1.1.60.

Habere ſermonem per biduum. Quintil. in Proœm.lib.1.7, Nanq; alterum ſermone per biduum habito , pueri, quibus id præſtabatur,exceperant.De duobus libris nondum editis.

Habere multum ſermonem de aliquo, Vide **Multus.**

Facere ſermones.Tacit.lib.4,Latiaris facere fortuitos primum ſermones.

Iactis ſermonibus iræ intumuēre.Stat.1.Thebaid.83.

Imbuere aures alicuius honeſtis ſermonibus.Tacit.lib.10.

Imitatus ſermones hominis turdus, Vide **Imitor.**

Incidēre nobis varii ſermones.Catull.de Vatro,10.2.

Incidit ſermo de,&c. Vide **Incido** pen.corr.

Incidere in ſermonem aliquem fortuito.Cic.1.de Orat.55.

Incidere ſermonem, Vide **Incido** pen.prod.

Increbuit ſermo, Vide **Increbreſco.**

Inferre ſermonem delicatum in,&c. Vide **Infero.**

Inferre ſermonem de re aliqua, Vide **Infero.**

Inſinuare ſe familiariter in ſermonem aliq. Vide **Inſinuo.**

Inſtigari ſermonibus alicuius, Vide **Inſtigo.**

Inſtituere ſermonem cū aliquo. Cic.1.de Orat.163,Qui mihi ſermo cū hoc ipſo Craſſo multis audientibus eſſet de te inſtitu-

tus. Quintil.lib.1.ca.4.11, Nam vt primò, quum ſermo inſtituitur,dicere quæ audierint,vtile eſt pueris,&c.

Intercipere medium ſermonem,Vide Intercipio.

Labare ſermone,Vide Labo,labas.

Laceſſere ſermones,Vide Laceſſo.

Legere ſermonem alterius, Vide Lego,legis.

Mittere aliquē in fabulas & ſermones.Quintil. Decla 15,Hoc ipſū tibi mulier obiicio,quòd nos in fabulas ſermonéſq; miſiſti.

Moritur ſermo,Vide Morior.

Moueri ſermonibus alicuius,Vide Mouco.

Sermo ab iis oritur,Vide Orior.

Oritur ſermo de re aliqua.Horat.1.Serm.ſaty.6.15.

Pererebuit omnium ſermone,Vide Pererebeſco.

Perferre ſermonē alicuius ad aliquē.Cic.Lentulo,lib.1.9.80.

Perferuntur ſermones,Vide Perfero.

Perlubet ſe vel nobis nolētib⁹ Latinus ſermo.Quin.li.1.ca.1.9.

Peruagatus ſermo.Cic.pro Milone,24.

Largo ſermone aliquid probare.Lucret.lib.5.31.

Medio viri ſermone profari. Silius lib.6.59. Id eſt ipſo adhuc loquente,& quum adhuc in media ſuæ orationis parte eſt.

Referre ſermones aliquorum.Cic.ad Lentulum,lib.1.9.19, In illis autem meis actionibus,ſententiiſque omnibus, quæ Pompeium videbantur offēdere,certorum hominum, quos iam debes ſuſpicari,ſermones referebantur ad me.

Relinquere verba imperfecta ſermonis.Ouid.1.Triſt.ele.3.14.

Hæc tū multiplici populos ſermone replebat.Virg.4.Æne.38.

Amiſſos longo ſocios ſermone requirunt.Virg.1.Æneid.45.

Rumpere ſermone ſilentia.Ouid.1.Metam.42.

Scribere contra aliquem ſcito ſermone & Attico.Cicero 1.de Natura deorum,118.

Serere ſermones,Vide Sero,ſeris.

Multa inter ſeſe vario ſermone ferebant.Virgil.6.Æneid.32.

In ſermone omnium eſſe.Cic.10.Philip.179,Erat enim in deſyderio ciuitatis,in ore,atque in ſermone omnium.

Sermo eſt omnibus.Plautus Pſeud.7.4,

Ita nunc per vrbem ſolus ſermo eſt omnibus,

Eū velle amicā liberare,& quærere. Argentū ad eam rem.

Sermo eſt mihi apud.Cic.2.de Legib.67,Tamen quoniā mihi ſermo eſt apud deos,nihil reticebo.

Plurimus ei de honeſto ac bono ſermo ſit.Quintil.lib.1.ca.1.3.

Multi ſermonis ſunt iſta.Cic.ad Atticum,lib.7.114.16,Sed hæc coràm: nam multi ſermonis ſunt.

Sermo eſt cum,&c.Plin.lib.35.cap.11.19, Nullo enim honore exceptus ab ea,pinxit Voluptatem cum piſcatore,quem reginā amare ſermo erat.

Multus eſt ſermo me iudicium iam de cauſa publica feciſſe. Cic.ad Atticum,lib.7.141.3.

Suſcipere ſermonem.Quintil.lib.2.cap.15.19, Sed ſermonē ſuſcipit Polus iuuenili calore inconſyderatior.

Benigno ſermone tendere noctem.Horat.1.epiſt.5.3.

Vario ſermone noctem trahere.Virgil.1.Æneid.151.

Venire in ſermonem hominum.Cic.6.Verr.11,In ſermonem hominum atque in tantam vituperationem veniret.

Verberatæ aures ſermonibus.Tacit.in vita Agricolæ,Quibus ſermonibus ſatis conſtat Domitiani quoque aures verberatas.

Verſari in peruagato ſermone ciuitatis. Cic. pro Milone, 24, An verò Iudices vos ſoli ignoratis vos hoſpites in hac vrbe verſaminiꝰ veſtræ peregrinātur aures, neq; in hoc peruagato ciuitatis ſermone verſantur?

Vtendúmque planè ſermone,vt numo,cui publica forma eſt. Quintil.lib.1.cap.6.1.

Sermúnculus,ſermúnculi,pen.corr.Diminutiuū. Plin.epiſt.103.b, Sunt enim homines natura curioſi,& quālibet nuda rerū cognitione capiuntur, vt ſermúculis etiā,fabelliſq; ducātur. Cic.pro Deiotaro,23,Ad regē(inquit) ſcribere ſolebat,te inuidioſè tyrānum exiſtimari:ſtatua inter reges poſita animos hominum vehementer offenſos,plaudi tibi non ſolere. nónne intelligis Cæſar, ex vrbanis maleuolorum ſermunculis, hæc ab iſtis eſſe collecta? Idem ad Atticum,lib.13.168.2,Sermunculum enim omnem aut reſtinxerit,aut ſedarit.

Sermócino,pen.corr.ſermocinâris,ſermocinâri,Loqui,Colloqui. Plin.li.10.ca.42.1, Super omnia humanas voces reddūt, pſittaci quidē etiā ſermocinantes. Sueton.in Tib.Cæſ.cap.56,Zenonē quendam exquiſitius ſermocinantem quū interrogaſſet,quænā illa tam moleſta dialectos eſſet:& ille reſpondiſſet Doridem:relegauit Cynariam,&c. Cic.2.de Inuent.160,Et quibus in rebus homines in conſuetudine ſcribendi aut ſermocinandi eo verbo vti ſoleant, conſyderabitur. Idem 3.Verr.97,Reſpondit illa, vt meretrix,non inhumanè: libenter ait ſe eſſe facturam; & ſe cū iſto diligenter ſermocinaturam: reuerti iubet.

Sermocinátrix,pen.prod.ſermocinatrīcis,fœ.g.Verbale. Quintil. lib.3.cap.4, Quam ſanè permittamus dicere ſermocinatricem.

SERMYLA,Ciuitas in Sithonia Macedoniæ,vt ait Herodotus li.7.

Sero,ſeris,ſeui,ſatum,ſerere,Seminare & plātare ſignificat.Cæſar 5.bel.Gal.56,Interiores plerique frumenta non ſerunt,ſed lacte & carnibus viuunt. Colum.lib.11.cap.1.15, Serere ne dubites: id villicus ad agricolarum cultum referri iudicet. Plin.lib. 12.capite 3.1, Qualiter omnia tranſitura longius,ſeri arctiſſimè, tranſferrique meminiſſe conuenit. Cic.1.Tuſcul.49,Serit arbores quæ alteri ſeculo proſint.

Et dubitāt homines ſerere,atq; impēdere curā.Virg.1.Geo.87.

Denſa ſerere.Virgil.1.Georg.55, -ſi pinguis agros metabere campi, Denſa ſere.

Fruges ſerere.Tacit.lib.14,Serendis frugibus incurioſos.

Campis ordea ſerere.Virgil.1.Georg.42.

Serere manu.Cæſar 3.bel.Ciuil.175,Multáque erant intra eum locum manu ſata,quibus interim iumenta paſcerentur.

Vitem ſerere.Colum.lib.3.cap.10, Si vnum genus ſeuerimus, quū id acciderit,quod ei noxiū eſt,tota vindemia priuabimur.

¶ Serere,per tranſlationem: vt Serere bella.Liuius 1.bel. Maced.20,Tum Q. Bebius Tribun. plebis viam antiquam criminandi Patres ingreſſus, inceſſauerat bella ex bellis ſeri, ne pace vnquam frui plebs poſſet.

Bella ſermonibus ſerere.Liuius 4.ab Vrbe,25,Si hæc impediet aliquis,ſerite ſermonibus & multiplicate fama bella. Alia exemplaria habent,Ferte.

Certamina ſerere.Liu.7.bel.Pun.69,Annibal turmatim per equites,peditúmque iaculatores leuia certamina ſerens,caſum vniuerſæ pugnæ non neceſſarium ducebat.

Certamina ſerere cum aliquibus,Mouere lites & diſſenſiones. Liuius 2.ab Vrbe,3,Et in aliena vrbe, cum Patribus ſerere certamina, prius quàm pignora coniugum ac liberorum, charitáſque ipſius ſoli, cui longo tempore aſſueſcitur, animos eorum conſociaſſet?

Colloquia cum aliquo ſerere,Colloqui. Liuius, Quæ licentia Cretenſiū eſſet rogitātes ſerendi colloquia cū hoſte. Id eſt verba faciēdi. Idem,Serebantúrq; colloquia per propinquos popularīū qui in exercitu erāt,&c. Sic 4.bel.Mace.111, Certos homines quotidie cum eo ſecreata colloquia ſerere,& in occulto colloqui: quod mox in omnium perniciem erupturum eſſet.

Crimina ſerere in Senatū.Liu.4.bel.Pun.108,Nunc etiā apud infimæ plebis homines crimina ferebāt in Senatū,optimatéſq;.

Erycina ſerens in pectore curas.Catull.Argon.59.15.

Diſcordias ſerere.Liu.3.ab Vrbe,168,Nunc demum quum hoſtes propè ad portas ſint, ciuiles diſcordias ſerant. Et lib.3.137.

Fabulam ſerere.Liu.7.ab Vrbe,7,Liuius poſt aliquot annos, qui ab Satyris auſus eſt primꝰ argumēto fabulā ſerere,idē (ſcilicet id quod omnes tum erant) ſuorum carminū actor dicitur.

Lites ſerere.Plaut.Pœn.8.10, Qui ſi nihil eſt litiū,lites ſerunt.

Mentionem alicuius rei ſerere ad vulgus.Liu.3.ab Vrbe,178, L. Siccium in Sabinis per inuidiam Decemviralem Tribunorum creandorum,ſeceſſioniſque mentiones ad vulgus militum ſermonibus occultis ſerentē, proſpeculatū ad locum caſtris capiendum mittunt.

Negotium ſerere.Plaut.Moſtel.15.50,Quod agis,id agas.quid tu porrò vis ſerere negotium?

Prælium ſerere.Tacit.lib.21,Et ſequētibus diebus crebra pro portis prælia ſerebant.

Rumores varios ſerere.Virg.12.Æneid.46.

Sermones ſerere,Colloqui.Plaut.Curcul.4.38, Quod quidem mihi pollutus virgis ſeruos ſermonem ſerat?Hoc eſt,quid dicet? Plin.epiſt.187,In via planè nōnulla leuiora, ſtatímque delēda ea garrulitate,qua ſermones in vehiculo ſeruntur. Liu.8.belli Pun.115,Ac primò ſermones tantum occulti ſerebātur,ſi bellum in prouincia eſſet,quid ſeſe inter paratos facere.

Serere occultis ſermonibus aliquid. Liu.7.ab Vrbe,139, Hæc qui in caſtris erant,occultis ſermonibus ſerunt,neruos coniurationis eiectos arte Conſulis cementes.

Vulnera ſerere.Lucret.lib.5.259, -æréque belli
Miſcebant fluctus,& vulnera vaſta ſerebant.

¶ Séritur,pen.cor.Impersonale.Plaut.Epid.5.81,Mihi iſtíc nec ſeritur,nec métitur:niſi ea quæ vis,nolo.Vide Meto,metis.

Serendus,Participiū:vt Arua ſerenda.Tibull.lib.2.eleg.3.2.

Satus,Aliud participium.Plin.lib.11.cap.1.8,Satæ platani regeneranere vitium.

Frumēta ſata.Virg.3.Geo.36, Sed frumēta manu carpes ſata.

Meſſes ſatæ.Virg.8.eclog.10.

¶ Satus,Genitus.Virg.2.Æneid.108,At nō ille,ſatū quo te mentiris,Achilles. Liu.8.bel.Maced.155, Vt fidem fecerit,non ſanguine humano,ſed ſtirpe diuina ſatum ſe eſſe.

Satus Anchiſa.Virgil.7.Æneid.49.
Genitore Lucifero ſatus.Ouid.11.Metam.55.
Satus & creatus.Cic.1.Tuſcul.193, Non enim temerè nec fortuitò ſati & creati ſumus.
Animi ſati & quaſi ſparſi.Cic.de Vniuerſ.61.
Ætas aurea ſata eſt prima.Ouid.1.Metam.19.
¶Sata,Subſtãtiuũ,pro Segetibus.Quintil.lib.8.in Proœm. Et velut lxto gramine,ſata ſtrangulant. Ibidẽ,cap.5.Denſitas earũ obſtat inuicẽ,vt in ſatis omnibus,fructibúſq; arnorũ. Virgil.1. Georg.2,Quique ſatis largum cælo demittitis imbrem.
Dare ſtragem ſatis,& ruinas arboribus.Virg.11.Æneid.91.
Læta ſata torrent ſternit.Virgil.2.Æneid.61.
Vrere ſata.Virgilius 4.Georg.66.
Animos tollent ſata.Virgil.2.Georg.70.

Satus,huius ſatus,maſc.ge. Ipſe ſerendi actus.Plin.lib.17.cap.17.3, Quapropter de talearum ſatu nunc dicendum eſt.Id eſt plantatione. Cic.de Senect.47, Quid ego vitium ortus, ſatus, incrementa commemorem?
Conceptus,& ſatus pecudum.Cic.1.de Diuin.153,Ob eandem cauſam multa inuſitata,partim è cælo,alia ex terra oriebantur: quædam etiam ex hominum,pecudúmve concepto & ſatu.
Genitalis ſatus.Lucretius lib.4.148,Nec diuina ſatum genitalem numina cuiquam Abſterrent.
Cæli ſatus, & terræ conceptus. Cicero de Vniuerſit.56, Oceanum,Salatiámque cæli ſatu, terræque conceptu generatos,editóſque memoremus.
Humanus ſatus. Cic.2.de Diuin. 103,Herbam autem aſperam credo auium congeſtu,non humano ſatu.
Hercules Iouis ſatu editus.Cic.1.Offic.165.
A primo ſatu.Cic.5.de Finibus,116.
Satus accipere.Cic.1.Tuſcul.10,Cultura autem animi philoſophia eſt, quæ extrahit vitia radicitus,& præparat animos ad ſatus accipiendos.
Primus ſatus.Cic.5.de Fini.116,Et ipſa charitas generis humani,quæ nata à primo ſatu, quo à procreatoribus nati diligũtur.

Satio,Verbale,Idem quod Satus. Cic. de Vniuerſit.51, Poſt autem eam ſationem,diis,vt ita dicam,iunioribus permiſit,vt corpora mortalia effingerent. Liuius 9.bel.Macedo.67, Cæterùm tanta fuga ex vrbe facta erat, vt quia multæ ſationes & res peribant, cogerentur Prætores T. Menius & M. Licinius per Senatum res in diem tricesimum differre. Vetus codex habet,Vt quia multis actiones,&c. Cic.5.Verr.36,Ne ſi tempus ſationis præteriiſſet, granum in prouincia Sicilia nullum haberemus.
Specimen ſationis.Lucret.lib.5.173.
Optima vinetis ſatio eſt quum,&c. Virgil.1.Georg.64.
Perpetua atque æquabilis ſatio,Vide Perpetuus.
Iugera ſationum ſuarum profiteri.Cic.5.Verr.30.

Sator,ſatóris,Qui ſerit,aut plãtat.Varro 1.de Re ruſt.ca.45.2, Vdq; ita eſſe docent ſylueſtria,ad quæ ſator non acceſſit. Idẽ lib.3. cap.2.4,At mea, veſtigium vbi ſit nullum Lyſippi aut Antiphyli,ſed crebra ſatoris & paſtoris. Columel.lib.3.cap.15.3, Satoris officium eſt primum,&c. Plin.lib.15.cap.1.3, Heſiodus negauit ſatorem oleæ fructum ex ea percepiſſe quenquam.
Sator cæleſtium,Creator,genitor.Cic.1.Tuſcul.36,
Videte cuncti dii,tuque cæleſtum ſator,
Iace obſecro in me vim coruſcam fulminis.
Sator mundi,Ianus.Martialis lib.10.28,
Annorum,nitidique ſator pulcherrime mundi,
Publica quem primum vota,precéſque canunt.
Omnium rerum ſator & ſeminator mundus.Cicero 1.de Natura deorum,111.
Hominum ſator atque deorum.Virgil.1.Æneid.53.
Diuũm ſator,Iuppiter.Propert.lib.4.eleg.1.11.
Sator litis,per tranſlationẽ, Qui litem diſſeminat & creat, vel litis cauſa eſt. Liuius 1.bel.Pun.21,Quos quum adiiſſet idem qui litis erat ſator: nec certamen iuris,ſed vim quæri appareret,&c.

Satorius,Adiectiuum,Quod ad ſatorem pertinet.vt Trimodiæ ſatoriæ.Vide Trimodia.

Satiuus,pen.prod.Aliud adiectiuum,Quod ſeritur, ſiue plantatur & excolitur: cui contrarium eſt Agreſtis.Plin.lib.15.cap.7.4,Eadem ratio & in ſatiua myrto.

Sero,ſeris,ſerui,diuiſis ſyllabis,ſertum,ſérere, Admouere. Vnde Aſſerere manum, veteres dicebant comprehendere,quum eam prehendebant in libertatem.
Serere,Texere,ordinare: quoniam ea quæ ordinantur,annectuntur inuicem atque cohærent.

Sertus,Participium. vt Serti flores,Sertæ coronæ.Lucan.lib.10.33,
Accipiunt ſertas nardo florente coronas,
Et nunquam fugiente roſa.

Sertum,ſerti.Serta dicuntur coronæ à Sertis, id eſt digeſtis inuicẽ floribus frondibúſq;: ex quibus ab initio fieri coronæ ſolebant. Plaut.Aſina.13.58,Tum ſi coronas,ſerta,vnguenta iuſſerit Ancillã ferre Veneri. Virg.1.Æne.85, -ſertiſq; recẽtibus halãt. Idẽ ecl.6.4,Serta procul tãtũ capiti delapſa iacebãt. Cic.3.Tuſc. 73,Incendes odores,& ſertis redimiri iubebis,& roſa. Martialis lib.6.80,Textilibus ſertis omne rubebat iter.
Flauentia ſerta.Claud.3.de raptu Proſerp.16.
Florida.Tibul.lib.1.ele.1.3. Recentia.Virg.1.Æneid.85.
Genialia.Ouid.13.Meta.197. Spicea.Ouid.3.Amor.eleg.9.8.
Stellantia ſerta.Claudian.de Nupt.Honorii & Mariæ,55.
Variis ſertis florentia limina.Virgil.4.Æneid.41.
¶Myrtea gerit ſerta.Tibul.lib.1.eleg.3.14.
Odoratis ſertis innectunt tempora.Ouid.5.Triſt.eleg.4.1.
Intendere locum ſertis,Vide Intendo.
Legere ſerta.Virgilius 10.ecloga,9.
Laurea ſerta ponere in coma.Ouid.2.Triſt.35.
Texere ſerta.Seneca Medea,10.7.
Adfuit & ſertis tempora vinctus Hymen.Ouid.epiſt.6.9.

Sero,Aduerbium, Serotinus,Vide Serus.

SEROPTA,Ciuitas Phœniciæ, apud quam naſcebatur vinũ laudatiſſimum.Vnde Seroptãnum vinum. Sidonius,
Quæque Seroptano palmite miſſa bibas.

Serpens,ſerpentis,Vide Serpo.

Serpo,ſerpis,ſerpſi, ſerptum, ſérpere, Repere, paulatim decurrere & progredi.Plinius lib.9.cap.13.1, Pinnis quibus in mari vtuntur,humi quoque vice pedum ſerpunt. Cic.5.de Finib.75, Serpere anguiculos.
Vipera ſerpit humo.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.21.
Serpit draco ſubter ſuperáque reuoluens ſeſe.Cicero 1.de Natura deorum,153.
Serpere per humũ dicitur herba.Plin.li.11.ca.16.6,Aculeatarũ caules aliquarũ per terrã ſerpunt,vt eius quã coronopũ vocant.
Ad humum ſerpere.Ouid.15.Metam.138.
¶Serpere homo etiam dicitur, per tranſlationem, quando paulatim prouehitur ſiue procedit in re aliqua. Cicero 1.de Amicitia,39,De C.Gracchi autem Tribunatu quid expectem,non libet augurari: ſerpit enim deinde res,quæ procliuius ad perniciem,quum ſemel cœpit,labitur.
Hedera ſerpit.Virgil.8.eclo.3, -atq; hanc ſine tẽpora circum Inter victrices hederam tibi ſerpere lauros.
Humi ſerpere.Horatius de Arte,6.
Serpere in immenſum.Cic.3.de Nat.deor.71,Ergo hoc aut in immenſum ſerpet,aut nihil horum recipiemus,nec illa infinita ratio ſuperſtitionis probabitur.
Serpit amicitia per.Cic.de Amicit.71,Serpit enim neſcio quo modo per omnium vitam amicitia.
Ardor.Cic.2.Tuſc.37,Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices, Nunc ſerpit ardor.Ex poeta.
Argumentum.Cic.1.de Nat.deor.135, Etenim ſi ſemel Vellei ſuſcipimus genus hoc argumenti,attende quò ſerpat.
Conſuetudo. Cic.1. Verr. 37, Putant fore vti ſi paulatim hæc conſuetudo ſerpere,ac prodire cœperit,&c.
Dira per incautũ ſerpant contagia vulgus. Virg.3.Georg.94.
Cura.Plin.lib.14.cap.11,Et hinc deinde altius cura ſerpit,non à primordio hanc gratiam fuiſſe.Id eſt augetur.
Flamma.Liu.10.bel.Pun.13,Ignibúſque in proxima tecta cõiectis, effuſa flamma primò veluti ſparſa pluribus locis relmxit: dein per continua ſerpens,vno repentè omnia incendio hauſit.
Flãmæ tacitæ ſerpunt in viſcera.Ouid.1.de Remed.amor.11.
Iniuria.Cic.4.Verr.37,Quàm facilè ſerpat iniuria,& peccãdi conſuetudo quàm non facilè reprimatur,videte Iudices.
Lachrymæ ſerpunt per vulnera.Stat.11.Thebaid.111.
Lues.Martialis lib.1.74,
Indignas premeret peſtis quum tabida fauces,
In quæ ipſos vultus ſerperet atra lues.
Malum.Cic.5.Verr.153,Ita ſerpit illud inſitum in natura malũ cõſuetudine peccãdi libera,ſinẽ vt audaciæ ſtatuere ſibi non poſſit. Idẽ 4.in Catil.78, Latius opinione diſſeminatũ eſt hoc malum:manauit non ſolùm per Italiam,verumetiã tranſcendit Alpes,& obſcurè ſerpens multas iam prouincias occupauit.
Murmur ſerpit per agmina.Virg.11.Æneid.48.
Rumor.Cic.pro Murena,42,Iacet,diſſidit,abiecit haſtas: ſerpit hic rumor.
Simulatio.Cic.ad Atticũ,lib.14.313.2,Suſtuliſſe mihi videtur ſimulationem deſyderii,adhuc quæ ſerpebat in dies, & inueterata,verebar ne periculoſa noſtris tyrannocłonis eſſet.
Vlcera ſerpentia,Græci herpetes vocant. Plin.lib.34.cap.15.5, Hæmorrhoidas compeſcit,vlcerúmque ſerpentia.
Serpere latius,vel longius.Liu.8.bel.Pun.85,Et ne latius inclinatis ſemel ad defectionem animis ſerperet res, ſilentio proxi-

mæ noctis Asdrubal castra mouet. Cic.ad Atticũ,lib.1.8.5,Sed vereor ne hoc quod infectum est,serpat longius.

Serpens,serpentis,Participium,Quod longius ac latius serpit & diuagatur.Cic.de Senectute,48,Vitis quæ natura caduca est,& nisi fulta sit,ad terram fertur:eadem vt se erigat,clauiculis suis quasi manibus quicquid est nacta,complectitur: quam serpentẽ multiplici lapsu & erratico, ferro amputãs coercet ars agricolarum, ne sylueſcat sarmentis.

Secla serpentia ferarum.Lucret.lib.6.154.

Serpens,serpentis,Nomen tam masculi.quàm fœm. Generale nomen est ad omnia quæ serpunt citra vsum pedum. Plin. lib. 8. cap.14.1,Nota est in Punicis bellis ad flumen Bagradam à Regulo imperatore,balistis tormentisqi, vt oppidum aliquod, expugnata serpens c x x pedum longitudinis. Idem lib.8. cap. 13.1, Nec pedibus pauendas tantum serpentes,sed & missili volare tormento.

Lapsus serpentum,Vide Labor, labĕris.

Ignei serpentium oculi.Seneca Hercule furente,4.3.

Pares serpentum spiræ.Virg.12.Æneid.170.

Immani corpore serpens.Lucret.lib.5.7.

Ille malum virus serpentibus addidit atris.Virg.1.Georg.16.

Attollens minas serpens,Vide Attollo.

Cæruleus serpẽs.Ouid.3.Meta.8, -longo caput extulit antro

Cæruleus serpens,horrendáque sibila misit.

Dira.Ouid.1.Metam.131. eret.lib.3.234.

Lubrica.Lucret.lib.4.11. Pigra.Ouid.2.Amo.ele.13.3.

Minax vibrante lingua.Lu- Tumens.Claud.6.Paneg.28.

Serpẽntiger,pen.corr.Adiectiuum.Ouid.4.Trist.eleg.6.4,Sphyngáque.& Harpyias serpentigeróque Gigantes.

Serpentigenæ, pen.corr.Ex serpentibus nati. Ouid.7. Metam. 43, Vos serpentigenis in se fera bella dedistis.

Serpula,serpulæ à veteribus dicebatur,quam nos serpentem dicimus.Festus.

Serpyllus,serpylli,masc.ge.vel Serpyllum,serpylli,Herba parnorum foliorum.Plin.lib.20.cap.12.9,Serpyllum à serpendo putant dictum.Quod in syluestri euenit.in petris maximẽ. Satiuũ non serpit,sed ad palmi altitudinem increscit. Pinguius voluntarium,& candidioribus foliis, & ramis aduersus serpentes efficax,maximè cenchrin. Varro 1.de Re rust.cap.3.5,A Fauonio vsque ad Arctum exortum rectè serpyllum. Virgil.2.ecloga.3, Allia,serpyllúmque herbas contundit olentes.

Olentia serpylla.Virgil.4.Georg.6.

Serpyllũ,Græcè ἕρπυλλος λέγεται ἕρπω τὸ ἕρπειν,id est serpyllũ dicunt,quòd ἕρπω est Serpo.Quidã per i Latinũ scribi malunt.

Serra,serræ,Instrumentũ dentatũ,quo ligna & lapides secãtur. Colum.lib.5,Vno ictu arborem præcidi: si minus,serra desecari. Martialis,Et pingues tunicas serra secare potest. Colum.de Arboribus,cap.9.2,Vitẽ serra præcidito,& plagam læuato. Idẽ lib. 5.cap.9.2.Ex his quàm recẽtissimas taleas recidito,ita vt ne corticem,aut vilam aliam partẽ, quam quæ serra præcederit,lædas.

Vsum serræ repperit Talus.Ouid.8.Metam.50.

¶Serra.Instrumentum ligneum,quo trahentibus bobus homines torquebantur.

¶Serra,Genus piscis marini,apud Plinium lib.32. cap.11.3.

¶Serra,Tyberini fluuii cognomen.Seruius in illud 8.Æneid. 13, -ego sum pleno quem flumine cernis

Stringentem ripas,& pinguia culta secantem,

Cæruleus Tybris,cælo gratissimus amnis. Stringentem(inquit,) radẽtem,imminuentẽ. Nam hoc est Tyberini fluminis proprium, adeò vt ab antiquis Rumon dictus sit, quasi ripas ruminans & exedens.In Sacris etiã Serra dicebatur. Vnde ait nunc, -& pinguia culta secantem.In aliqua etiam vrbis parte Terentum dicitur,eo quòd ripas terat.Hactenus Seruius.

Sérrula,sérrulæ,pen.corr.Diminutiuum.Colum.de Arborib.cap. 6.3,Et si fieri potest,iuxta aliquẽ nodum serrula desecato. Cic. pro Cluentio, 143, Quidam ex amicis Sassiæ recordatus est, se nuper in auctione quadam vidisse in rebus minutis aduncã ex omni parte dentium.& tortuosam vænire serrulã,qua illud potuisse ita circunsecari videretur.

Serro,serras,serrare, Per mediũ secare.Silius lib.6.37, Auro serrauit ramos Iunonius anguis.

Serrãtus,pen.prod.Participium,Quod serra sectum est.

Serratus,Ad modum serræ factus.vnde Serrati dentes,qui inter se distincti sunt ad similitudinem serræ, pectinatim sese stipantes.Plin.lib.11.cap.37 33.Dentiũ tria genera,Serrati,aut continui,aut exerti.Serrati pectinatim cocuntes,ne contrario occursu atterantur, vt serpentibus,piscibus,canibus. Continui,vt homini,equo. Exerti,apro,hippopotamo,elephanti.

¶Serrati,numi ab impressa serræ nota appellati.Tac.de Moribus Germanorum,Pecuniam probant veterem,& diu notam, serratos,bigatósque. Quem sane locum Rhenanus in castigationibus in Tacitum ex Plinii libro 33.cap.3,hunc in modũ explicat,Nota argenti,inquit,fuere bigæ atque quadrigæ,& deinde bigati, quadrigatíque dicti . Porrò argenti bigati ex Galliis Boiis, item ex Liguribus Romam allati sæpe fit mentio Liuio. Nec aliter apparet serratos ab impressa serræ nota appellatos.

SERRANVS,pen.prod.Qui dictus Attilius Serranus fuit,Senator quidam qui quum agrum coleret, euocatus propter virtutem, meruit Dictaturam. Serranus autem à Serendo dictus est. Virgilius 6.Æneid.69. -paruóque potentem

Fabritium, vel te sulco Serrane serentem? Sub. tacitum relinquat? Vide Seranus post Sero, seris.

Serrata,serrátæ,pen.prod.Herba à serrata foliorum textura sic dicta.Plin.lib.24.cap.15.1,Chamædrys herba est quæ Latinè trissago dicitur. Aliqui eam chamædropen,alii teucrion appellauere.Folia habet magnitudine mentæ,colore & diuisura quercus. Alii serratam, & ab ea serram inuentam esse dixere, flore penè purpureo.Carpitur prægnans succo.

Serrãtula,serrátulæ,pen.corr.Herba.Plin.lib.25.cap.8.5,Vetones in Hispania eam quæ betonica dicitur in Gallia,in Italia autem serratula,à Græcis cestron,aut psychotrophon,ante cunctas laudatissima.Exit anguloso caule,cubitorũ duũm,à radice spargens folia ferè lapathi,serrata,semine purpureo.Folia siccantur in farinam plurimos ad vsus.

Sertor,sertóris,masc.gen.Sertorem(inquit Festus) quidam dici putant à prendendo: quia quum cuipiam afferat manum,educendi eius gratia ex seruitute in libertatem, vocetur adsertor: quum verisimilius sit dictum,quòd sereret quid: ac potius adsertorem à serendo accepisse nomen,quum aliquem serat, petendo in libertatem eandem qua ipse sit, id est iungat: quia fruges quum seruntur,terræ iungit.

SERTORIVS,è Nursia oriundus, partiũ Marianarũ fuit vnà cũ Cinna: moderatius tamen se gessit quàm alii. Sylla redeunte è bello Mithridatico,urbeque potito, ipse quoque in Hispaniam aufugit: vbi breui tempore ob virtutẽ,sibi gratiam earũ gentiũ conciliauit.traditúrque per eum Hispanos,disciplinam rei militaris Romanam didicisse,ac fortiores deinde fuisse. Nam præter artẽ rei militaris,abstinentissimus etiam voluptatũ,tum religiosus est habitus, quòd ceruam quãdam secum in expeditionibus haberet sequentem,quam Dianæ numen dicebat esse, ex eáque responsa accipere,resque gerendas auspicari. Quare dux Lusitanorum delectus,paruis copiis multas vrbes subegit.Sed & quatuor Romanorum duces cõtra se missos variis cladibus afflixit. Primũ Cottam nauali prælio superauit,Phidiam Hispaniæ Prætorem cum duobus millibus ciuium Romanorũ interfecit,Domitium Proconsulem contriuit.Postremò Toranium à Metello missum cum toto exercitu deleuit. Denique à Perpenno socio suo belli & eiusdem factionis per proditionem in cœna interfectus est.Ex Plutarcho. Lucan.lib.1.109, Quique feros mouit Sertorius exul Iberos. Idem lib.3.159,Armáque Sertori reuocato Consule victa.

Sertula Campana,Herba quæ melilotos aliàs dicitur.Plin.lib. 21.ca.9.3,Et quod cunilaginẽ quæ conyza, melissophylon quod apiastrum, melilotum quod sertulam Campanam vocant. Est enim in Campania Italiæ laudatissima, Græcis in Sunio, mox Chalcidica & Cretica,vbicunque verò asperis & syluestribus nata.Coronas ex hac antiquitus factitatas,indicio est nomen sertulæ,quod occupauit.

Sertum,serti,Vide Sero,serui,trisyllabum.

Seruia,seruiæ,Sertũ quod ex floribus fiebat.Plin.lib.21.cap.2.1, Tenuioribus vtebantur antiqui,strophia appellantes,vnde nata strophiola. Quin & vocabulũ ipsum tardè cõmunicatũ est.inter sacra tantũ & bellicos honores coronis suum nomẽ vindicãtibus.Quũ verò è floribus fierẽt serta,à serendo seruiæ appellabantur:quod apud Græcos quoque nõ adeò antiquitus placuit.

SERVILIORVM gens nobilissima ex Volaterrano lib.19.

Seruilis,Seruiliter,Seruio,Seruitium,Seruitudo, Seruitus,Vide Seruus in Sero,seruas.

SERVIVS,Cognomen apud Romanos fuit.

Seruius Tullius præcipuus sanctor legum fuit.Tacit.lib.3.

Serum,seri,Vide Sero adiectiuum.

Seruo,seruas,seruare,Liberare.Virgil.5.Æneid.41,

Seruatum ex vndis Strophadum me littora primum

Accipiunt. Plautus Epid.8.43,Me quidem certò seruauit cõsiliis suis. Cicero ad Atticum, lib.1.7.8. P. Clodium Appii filium credo te audisse cũ veste muliebri deprehensum domi C. Cæsaris, quum pro populo fieret, eúmque per manus seruulæ seruatum & eductum.

Ope nostra seruare aliquem.Ouid.7.Metam.8.

Inuitum qui seruat,idem facit occidenti.Horat.in Arte,94.

Hædos pascentes seruare. Virgil. ecloga 5.3.

¶ Seruare, Diligenter ac superstitiosè obseruare. Plautus. Tuus seruet, Venerine eas det, an viro. Terent. Heauton. Dic me hic oppidò esse inuitam, atque seruari. Virgil. 1. Georg. 67, Hoc metuens, cæli menses & sydera serua. Idem 6. Æneid. 68,

Qui Libyca nuper cursu dum sydera seruat,
Exciderat puppi.

¶ Seruare, Custodire, tueri. Plautus Aulul. 2.2,

Aulam repertam auri plenam domi Euclio
Vi summa seruat. Idem Capt. 7.81, Serua tibi perpetuum amicum me. Terent. Eunuc. 5.9.19, Serua obsecro hæc nobis bona.

Amicitiam seruare, apud Ciceronem de Amicitia, 25. Plautus Rudente, 10.51, -etiam qui it lauatum

In balineas, ibi quum sedulò sua vestimenta seruat,
Tamen surripiuntur. Cic. ad Terentiã, lib. 14. 1.5, Te nunc mea Terentia sic vexari, sic iacêre in lachrymis & sordibus: idque fieri mea culpa qui exteros seruaui vt nos periremus!

Hei mihi, quòd dominam, nec vir, nec fœmina seruas. Ouid. 2. Amorum, eleg. 3.1.

Ad reditũ, vel ad alia tempora seruare. Cic. Attico, lib. 8. 146. 4, Non expulsi, sed euocati è patria, quam non seruandam ad reditum nostrum, sed diripiendam & inflammãdam reliquimus. Idem 1. Offic. 111, Vtinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me seruasset. Alia exemplaria habent reseruasset.

Retinere & seruare amicos. Horat. 1. Serm. Saty. 1.18.

Amorem nati seruare. Virgil. 2. Æneid. 158.

Animi rectum seruare. Horat. 1. Serm. Saty. 3.40.

Concentum seruare. Cic. 4. de Finib. 111, Vt, inquit, in fidibus pluribus, si nulla earum ita contenta numerisit vt concentum seruare possit, omnes æquè incontentæ sint.

Hectoris Andromache Pyrrhin' cõnubia seruat? Vir. 3. Æn. 64.

Consuetudinem. Colum. lib. 11. cap. 3. 51, Seruãntque adhuc antiquorum consuetudinem religiosiores agricolæ.

Consuetudinem in re aliqua faciẽda. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 9. 1, Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis seruas, P. Vatinius cliens aduenit.

Qui consulta patrũ, qui leges, iuráq; seruat. Horat. 1. epist. 17. 9.

Cursum eundẽ constantissimè seruare. Cic. 1. Tusc. 106, Tum in eodẽ orbe in duodecim partes distributo quinq; ferri stellas, eosdẽ cursus constantissimè seruantes disparibus inter se motibus,

Seruare de cælo, Est nuntiare aut pluisse aut intonuisse: ideo diremptum esse auspicium. & contra auspicia esse factum. Cic. pro Domo sua, 51, Negant fas esse agi cum populo, quũ de cælo seruatum sit. Paulo pòst, Audes negare de cælo esse seruatum? Iterum paulo pòst, Hunc Consulem illo ipso die contendo seruasse de cælo. Idem de Prouinciis Consularibus, 57, Nam si illud iure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo exemplo fieri potuit, nulla lege licuit: quia nemo de cælo seruarat. Et ad Atticum, lib. 2. 31. 4, Bibulus de cælo tum seruasset, nécne, sibi quærẽdum nõ fuisse. Eidem, lib. 4. 71. 7, Proscripsit se per omnes dies comitiales de cælo seruaturum. Sic in Vatiniũ, 13, Num quem post vrbem conditam scias Trib. plebis egisse cum plebe, quum constaret seruatum esse de cælo, &c. Ex Budæo.

Seruare quod deceat. Cic. 1. Offi. 136, Sed tum seruare illud poetas quod deceat dicimus, quum id quod quaq; persona dignũ est, & fit & dicitur.

Eò me seruaui. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 105. 1, Paucis diebus habebã certos homines quibus darem literas: itaque eò me seruaui.

Fidem seruare, Præstare promissum. Plaut. Mostel. 14.19, Fides seruanda est, ne ire inficias postules. Idem Pseud. 7.104, Ædepol mortalem graphicum, si seruat fidem. Terent. And. 1.5.45,

-neque amor, neque pudor
Commoueat neque commoneat, vt seruem fidem?

Fidem seruare, & manere promissis. Virgil. 2. Æneid. 31,

Fidem seruare in. Terent. Hecyra, 3.3.42, Pollicitus sum, & seruare in eo certum est quod dixi fidem. Cic. in Vatiniũ, 11, Secundum ea, quæro seruarisne in eo fidem.

Fidem seruare de. Cæsar 6. bel. Gal. 151, Septima die diffidens Cæsarem de numero dierum fidem seruaturum, quòd longius eum progressum audiebat, &c.

Fidẽ veritatis seruare. Quintil. lib. 3. ca. 8. 35, Ideóq; Lysias optimè videtur in his, quæ scribebat indoctis, seruasse veritatis fidẽ.

Fœdera seruare. Ouid. 2. Fast. 33.

Gloriã. Plaut. Rud. 13.40, Qui semper seruas gloriã aritudinis.

Institutũ seruare. Cæs. 3. bel. Ciuil. 349, Cæsar superius institutũ seruans, decimã legionẽ in dextro cornu, nonã in sinistro collocauerat. Cic. 4. Acad. 6, In eodẽ tanta prudẽtia fuit in cõstituendis, temperandisque ciuitatibus, tanta æquitas, vt hodie stet Asia Luculli institutis seruandis, & quasi vestigiis persequendis.

Omnia integra principi seruare. Plin. epist. 116. c, Consules, vt Polyænus postulat, omnia integra principi seruantur.

Intus serua, Vide INTUS.

Iura inducianum seruare. Cæsar 1. bel. Ciuil. 314.

Limen seruare. Virgil. 6. Æneid. 81.

Modum, Hoc est Mensurã tenere & obseruare. Columel. lib. 8, cap. 5. 5, Veruntamen seruare oportet modum: neq; enim debet maior esse quàm triginta capitũ. Plin. lib. 18. cap. 6. 3, Modum agri in primis seruandũ antiqui putauere. Lucan. lib. 1. 77.

Traditum ab antiquis morem seruare. Horat. 1. Ser. sat. 4. 24,

Muros tuto aggere seruare. Virgil. 9. Æneid. 9,

Quo semel est imbuta recens, seruabit odorem Testa diu, Horat. 1. epist. 2. 14.

Officium aduersus inimicũ. Cic. 1. Offi. 51, Sũt autem quædam officia etiã aduersus eos seruanda, à quibus iniuriam acceperis,

Ordinẽ. Liui. 6. bel. Pun. 161, Hunc ordinem laboris, quietisq;, quoad Carthagine morati sunt, seruauerunt. Et lib. 4. 110.

Intrepido vultu otia seruare. Silius libro 11. 46. De Decio loquitur, qui quum Annibalem intra mœnia suscipi audiret, non solùm non fugiebat, sed otiosè in foro ambulabat.

Pecudes seruare vallibus. Ouid. 1. de Arte, 6.

Promissum. Plaut. Amph. 10.1, Faciã ita vt iubes, & te oro promissa vt serues tua. Cic. 1. Offic. 47, Nec promissa igitur seruanda sunt ea quæ sint iis quibus promiseris, inutilia.

Pudicitiam. Virgil. 2. Georg. 105.

Si dum tu sectaris apros, ego retia seruo: Virgil. eclog. 3.15.

Temperamentum. Plinius lib. 15. cap. 3. 3, Qui medium temperamentum in hoc seruant, perticis decutiunt.

Descriptas vices seruare, & operũ labores. Horat. in Arte, 18.

In vetustatem seruare vinum. Cato ca. 114, Si voles seruare in vetustatem, ad alium mouendam seruato, nec commisceas cum extero vino. Colum. lib. 11. ca. 18. 3, Si in vetustatem seruare voles, in cado duarum vrnarum quàm optimi vini sextarium, aut fœcis generosæ recentis sextarios tres addito.

Vulnus æternum seruare sub pectore. Virgil. 1. Æneid. 8.

¶ Seruare suum, pro Recuperare. Iulianus, Si mãdato meo, x Titio crediderit: si cum Titio egeris, ego non liberabor. Sed in id duntaxat tibi obligatus ero, quòd à Titio seruare non potueris, Modest. Si fideiussores in id accepti sunt, quòd à tutore seruari non posset, & post impletam legitimam ætatem tam ab ipso quàm ab hæredibus eius solidum seruari potuerit. Qui loquendi modus frequens est apud Iurisconsultos. Cic. ad Rufum, lib. 5. 10.15, Sed ego putaui, esse viri boni quum populus suum seruaret, consulere fortunis tot vel amicorum vel ciuium. Idem ad Q. fratrem, lib. 3.17.6, Caluus aiebat aqua dempta, & eius aquæ iure constituto, & seruitute illi fundo imposita, tamen nos pretium seruare posse, si vendere vellemus. Budæus.

¶ Seruaueris, pro Vide ne feceris. Plaut. Amphit. 4.159.

Quid, si ego illum tractim tangam, vt dormiatis. seruaueris:
Nam continuas has tres noctes pernigilaui.

¶ Seruare, Inhabitare, possidere. Virg. 4. Georg. 77, Centum quæ syluas, centum quæ flumina seruant. Nonius.

¶ Seruare, Tenere. Virg. 7. Æneid. 36, -curuam seruans sub imagine falcem.

Cura seruãdi dominã penes Bagoum. Ouid. 1. Amor. eleg. 1.1.

Dare seruandam aliquam alicui. Ouid. 1. Metam. 116.

Seruans, Participium: siue Nomen ex participio. vt Lumina longè seruantia. Stat. 3. Sylu. 2. 16.

Æqui seruantissimus. Virg. 1. Æneid. 86.

Seruâtus, pen. prod. Aliud participium: vt Centum clauibus seruatus. Horat. 2. Carm. ode 14.5.

Seruatos ciues indicat huius ope. Ouid. 3. Trist. eleg. 1.10.

Seruatúsq; tuos iuuenis seruauerat annos. Ouid. 8. Met. 91. De ramo qui quandiu duraturus erat, tandiu etiã victus Meleager.

Amores ad finem seruati. Ouid. 11. Metam. 151.

Odium seruatum perenni studio. Silius lib. 1. 4.

Vitam seruatam dote aliqua repẽndere. Ouid. 5. Metam. 3.

Seruâtor, pe. pro. seruatôris, Qui seruat & liberat. Plin. lib. 11. ca. 4. 1, Graminea nunquam nisi in desperatione suprema cõtigit vlli, nisi ab vniuerso exercitu seruato seruatori decreta. De corona. vetus exẽplar non habet dictionẽ SERVATORI. Liu. 4. bel. Maced. 188, Quorum agmen imperator secutus, persequentibus cunctis, seruatorem, liberatorémque acclamantibus, salutatis dimissísque eis, eadem qua venerat via, Elatiam rediit. Senec. Nec seruatoris illum loco numerabo, sed fœneratoris, cui sciam reddendum quod accepi.

Salutis alicuius seruator. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15.9.

Seruâtrix. pen prod. seruatricis, fœm. g. Verbale. Terent. Hecyra, 5. 4.15, O Bacchis, ô mea Bacchis, seruatrix mea. Cic. 5. de Finib. 45, Non dubitémque dicere, omnem naturam esse seruatricem sui: idque habere propositũ quasi finem & extremum, se vt eq-

stodiat quàm in optimo sui generis statu.

Seruábilis,pen.corr.Adiectiuum,Res quæ potest seruari. Ouid.4. Trist.eleg.5.5,Et tutare caput nulli seruabile.

Seruus,serui,Notæ significationis.Plaut.Pseu.9.15,Seruus eius qui hinc à nobis est mercatus mulierem. Idem Epid.7.8,

-nunquam irridere nos illum inultum sinam,
Seruum hominem. Cic.5.Verr.77, Quum verò hoc nemini persuadere possis, te tam amentem fuisse vt Apronium & Turpionem seruos homines,tuo, liberorúmq; tuorum periculo diuites fieri velles. Ibidem,3.57, Porrò autem populi Romani conditione sociis,fortuna seruis,voluntate supplicibus,&c. Idé pro Roscio Amerino,13,Tamen in tanta fœlicitate nemo potest esse in magna familia, qui neminem neque seruum, ne libertum improbum habeat.

Seruum,à Seruo,seruas dictũ,dicit Perottus:quia in bello serui non necabantur,sed vini seruabantur.Est autem seruus qui dominio alieno contra naturam,iuris constitutione subiicitur.

Ad limina seruus,Vide **Limen.**

Fallax seruus.Ouid.1.Amor.eleg.15.4.

Infidus seruus,Vide **Infidus.**

Lautiores serui,Vide **Lautus.**

Mali serui lingua pars pessima.Iuuenalis Satyra 9.11.

Ordinarius seruus,Vide Ordinarius in **Ordo.**

Peculiaris seruus,Vide Peculiaris in **Peculium.**

Peculiosus seruus, Vide Peculiosus in **Peculium.**

Perfidi serui.Horatius Epod.9.2.

Manumittere seruum,Vide Manumitto in **Manus.**

Mercari seruum.Horatius 1.epist.6.10.

Seruus libidinum.Plin.epist.175,Nostine hos qui omnium libidinum serui, sic aliorum vitiis irascuntur, quasi inuideant: & grauissimè puniunt,quos maximè imitantur?

Seruus,Adiectiuum.vt Serua prædia,quæ alicui obstricta sunt.Cicero 3. pro Lege agraria,106, Optimo enim iure ea sunt profectò prædia,quæ optima conditione sunt: libera meliore iure sũt quàm serua. Hic liberum seruo opposuit. Lucanus lib.6.31,

O famuli turpes,seruum pecus.

Aqua serua.Ouidius 1.Amorum, eleg.6.6, Nec tibi perpetuò serua bibatur aqua.

Manus serua.Ouid.6.Fastorum,111.

Pectus seruum vitiis.Ouid.1.de Remedio amoris,11.

Séruulus,séruuli,pen.corr.Diminutiuum.Terent.And.1.1.56,

-obseruabam mane illorum seruulos
Venientes aut abeuntes. Cicero 3.Offic.119,Quærit,si in mari iactura facienda sit, equine pretiosi potius iacturam faciat,an seruuli vilis. Idem 4. de Finibus, 113, At quid inter parentem & seruulum interfit intelligi & potest & debet. Sic ad Atticum, lib.8.154.1.

Infœlix seruulus.Iuuenalis Satyra 3.15.

Séruula,séruulæ,pen.corr.Diminut.form.Cic.ad Atticum,lib.1.7. 8,P. Clodium Appii filium credo te audisse cum veste muliebri deprehensum domi C.Cæsaris, quum pro populo fieret, eúmque per manus seruulæ seruatum & eductum.

Serullis,& hoc serulle,pen.prod.Quod ad seruum pertinet. Cic.2. de Legib.95,Quæ seruilis vnctura tollitur,omnisque circumpotatio. Horat.2.Carm.ode 7.13, -qui prædia vendit,

Nil seruile gulæ parens habet?

Animi seruiles altè tumescunt.Claud.1.in Eutropium,36.

Bellum seruile.Cic.pro Lege Manilia,20, Seruile, nauale bellum,varia & diuersa genera & bellorum & hostium.

Capita seruilia.Liuius 7.bel.Pun.94, Triginta millia seruiliũ capitum dicuntur capta.

Color seruilis.Cic.in Pisonem,1,Non enim nos color iste seruilis,non pilosæ genæ,non dentes putridi deceperunt.

Horror seruilis præcordia concutit.Claud.de bello Getico,75.

Indoles seruilis.Liuius 1.ab Vrbe,10,Comparãdo eorum ætatem,& ipsam minimè seruilem indolem,tetigerat animum memoria nepotum.

Iugum seruile. Cic.1.Philipp.4, Patriæ liberatores vrbe carebant ea,cuius à cernicibus iugum seruile deiecerant.

Officia seruilia facere.Propert.lib.4.eleg.10.10.

Supplicio seruili animaduertere.Liu.4.bel.Pun.61,Qui caput hostis retulisset,eum se extemplò liberum iussurum esse.qui loco cessisset,in eum seruili supplicio animaduersurum.

Vernilitas seruilis. Quintil.lib.1.cap.11.1, Nec vitia ebrietatis effingat,nec seruili vernilitate imbuatur.De actione.

Seruiliter,pen.corr.Aduerbium,Seruorum more.Cicero 2.Tusc.ul. 94,Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendũ, nequid abiectè,nequid timidè, nequid ignauè,nequid seruiliter muliebriterve faciamus.

Sérnitus,pen.cor.seruitũtis,pen.prod. Ipsa seruiendi vel seruorum conditio.Cic.2.Philipp. 109, Pax est tranquilla libertas: seruitus postremum malorum omnium,non modò bello,sed morte etiam repellendum. Idem 10.Philipp.283, Omnis est misera seruitus: sed fuerit quædam necessaria, ecquodnã principium putatis libertatis capessendæ?

Vinculum seruitutis.Tacitus lib.13.

Clemens,Vide **Clemens,** Intolerantior.Tacitus lib.3.

Iusta,Vide **Iustus.** Muliebris.Liu.4.bel.Mace.4.

Persica seruitus.Seneca de Benefic.lib.2.cap.2,Homo natus in hoc,vt mores liberæ ciuitatis Persica seruitute mutaret.

¶ Abducere in seruitutem,Vide **Abduco.**

Abstrahere in seruitutem,Vide **Abstrahо.**

Addicere in seruitutem,Vide **Addico.**

Adducere ad vel in seruitutem,Vide **Adduco.**

Asserere in seruitutem vrbes,Vide **Assero.**

Astringere se ad seruitutem iuris.Quintil.lib.2.cap.16.6.

Colere seruitutem,Vide **Colo.**

Noua seruitus creuit tibi.Horat.2.Carm.ode 8.4.

Exuere seruitutem.Liuius 3.bel.Maced.4.

Habere in seruitute,Vide **In** præpositionem.

Imponere seruitutem,Vide **Impono.**

Iniungere seruitutem,Vide **Iniungo.**

Mittere vrbes in seruitutem,Vide **Mitto.**

Pati seruitutem. Tacit.lib.17, Sed imperaturus es hominibus, qui nec totam seruitutem pati possint,nec totam libertatem.

Reddere leuem seruitutem,Vide **Leuo.**

Seruire seruitutẽ.Quintil.lib.7.ca.4.19.Vide infrà in Seruio.

Seruitium,seruitii,Tam multitudinem significat seruorum,quàm actionem aut rem ipsam.Terent.And.4.1.51,

Ego Pamphile,hoc tibi pro seruitio debeo,
Conari manibus pedibus,noctésque & dies.

Capitis periculum adire,dum prosim tibi. Plaut.Curcul.7.21, -ita nunc mos viget,

Ita nunc seruitium est,profectò modus haberi non potest.

Acre seruitium.Persius Saty.5.13. Crudum.Tacit.lib.1.

Durius seruitium.Tacitus lib.11,Atque interim Gotarzes pœnitentia concessi regni,& reuocante nobilitate, cui in pace durius seruitium est,contrahit copias.

Graue seruitium.Seneca Octauia,6.5.

Nobile seruitium.Statius 2.Syl.2.12.

Superbũ seruitiũ,Id est seruitiũ sub domino superbo.Propert. lib.3.eleg.17.9,Tu modò seruitio vacuum me siste superbo.

¶ Triste seruitium datur.Tibull.lib.2.eleg.4.2.

Exire seruitio.Virg.eclog.1.8.

Ferre seruitium.Ouid.1.Amor.eleg.2.4.

Iugum seruitii ferre.Stat.3.Syl.4.7.

Leuare aliquem longo seruitio.Horat.2.Serm.saty.5.20.

Premere seruitio.Virg.1.Æneid.58.

Esse è seruitio alicuius. Tacit.lib.1, Gladiatores,qui è seruitio Blæsi erant.

¶ Seruitiũ,& frequẽtius seruitia, in plurali,dicũtur serui ipsi. Salust.Interea seruitia repudiabat,quorũ in initio ad eum magnæ copiæ concurrebant. Cic.4.in Catil.86,Hic ad euertenda fundamenta Reip.Gallos accersiuit,seruitia concitauit,Catilinã euocauit. Idem 7.Verr.7, Nullineme motus in Sicilia seruorum Verre Prætore? Et paulo pòst, Et tamen cœptum esse in Sicilia moueri aliquot locis seruitium suspicor. Et 4.in Catilin.76, Solicitantur Allobroges,seruitia excitantur,Catilina accersitur. Item 3.de Legib.37,Non enim plebs incitata nostris rebus inuidit,sed vincula soluta sunt,& seruitia incitata,adiecto terrore etiam militari. Sic 7.Verr.11.

Molle seruitium.Tacit.lib.10,Nũc hostes,quia molle seruitiũ.

Infida seruitia,Vide **Infidus.**

Ampliare seruitia.Taci.lib.18.Quicquid est,inquit,Vespasiane,quod paras,seu domũ extruere,seu prolatare agros, seu ampliare seruitia,datur tibi magna sedes.

Seruitũdo,pe.pro.seruitúdinis,Idẽ.Liu.4.bel.Pun.98,Seruitudinis indignitatisq; homines expertos aduersũ notũ malũ irritatos esse.

Seruio,seruis,seruíui,seruítum,pen.prod.seruíre,Propriè seruorũ est,dum heri præceptis obsequuntur.Plautus Menæch.11.12,Propterea heri imperium exequor bene,& sedulò seruio. Cic.10. Philipp.283,Seruire diutius non potest ciuitas. Plaut.Pœnulo, 12.15, Nostro sibi seruire nos censet cibo. Idem Trucul.4.14, Tibi seruio,atque audiens sum imperii.

Æternum seruire.Horat.1.epist.10.9.

Benignè seruire alicui.Catull.ad Ianuam,61.1.

Fideliter seruire.Propert.lib.3.eleg.14.5.

Fidelius alicui seruire.Ouid.7.Metam.115,

Quo propior quisque est,seruitque fidelius ægro,
In partem lethi citius venit.

Ingratè ſeruire. Ouid. 2. de Arte, 87.
Seruire liberaliter, Vide Liberalis in Liber adiectiuo.
Vtiliter ſeruire. Horat. 1. epiſt. 17. 14.
Puellæ ſeruire. Ouid. 2. Amor. eleg. 17. 1.
Vni domino ſeruire. Catullus de Septimio. 5. 3.
Mens mea tibi dedita ſeruit. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 10.
Seruio apud te. Plaut. Aulul. 4. 12,
Vtinam me diui adaſſint ad ſuſpendium
Potius quidem, quàm hoc pacto apud te ſeruiã. Idem Pœnul. 14. 88, Ita di faxint, ne apud lenonem hunc ſeruiam.

Seruire alicui rei, pro Illi, ſiue ad illã, & in illã incumbere. Cæſar 7. bel. Gal. 137, Hoc decreto interpoſito, cohortatus Heduos vt controuerſiarum ac diſſenſionum obliuiſcerentur, atque omnibus omiſſis his rebus, huic bello ſeruirent.

Ætati alicuius ſeruire, Id eſt ætatis gratia, & ætatis habita ratione, alicui morem gerere, vel obſequi. Cic. 1. de Finib. 46, Hæc igitur nobis explicanda ſunt: ſed ſi enodatius, vos ignoſcetis: huius enim ætati, & huic non hoc primùm fortaſſe audienti, ſeruire debemus.

Amori alterius ſeruire. Cic. 2. in Catil. 30, Qui alios amabat tut piſſimè, aliorũ amori flagitioſiſſimè ſeruiebat. Prop. li. 1. ele. 6. 5.

Auribus alicuius ſeruire, Blandiri. Cæſar 2. bel. Ciuil. 106, Ii ſeu verè quã habuerant opinionẽ perſerunt, ſiue etiam auribus Vari ſeruiunt. Nam quæ volumus, & credimus libenter: & quæ ſentimus ipſi, reliquos ſentire ſperamus.

Commodis alterius ſeruire, Dare operam vtilitatibus alterius. Terent. in Prologo Heaut. 50,
Et eum eſſe quæſtum in animum induxi maximum,
Quàm maximè ſeruire veſtris commodis. Cic. 1. Verr. 35, Etenim ſi probabilius eſt eorũ cauſa qui iniurias ſuas perſequi volunt, qua in re dolori ſuo, non Reipub. commodis ſeruiunt.

Culturæ ſeruire, pro Dare operam culturæ. Columel. lib. 3. cap. 4, Summa ſedulitate culturæ ſeruiat.

Cupiditatibus ſeruire. Cicero de Amicitia, 69, Quum homines benevolentia coniuncti, primùm cupiditatibus iis quibus cæteri ſeruiunt, imperabunt, &c.

Defenſioni patriæ ſeruire. Plin. epiſt. 19. 2, Inde & liber creuit, dum ornare patriam & amplificare gaudemus, paritérq; & defenſioni eius ſeruimus & gloriæ.

Exiſtimationi ſuæ aut alterius ſeruire. Cic. ad Atticum, lib. 5. 98. 4, Videntur mihi noſſe nos, noſtram cauſam, & conditionem profeſſionis ſuæ: planè ſeruiunt exiſtimationi ſuæ. Idẽ 4. Verr. 41, Niſi tecum colluſiſſet, & tuæ potius exiſtimationi ſeruiſſet quàm ſuæ.

Exiſtimationi populi ſeruire. Cic. 2. Verr. 18, Nõ ſolùm effugiemus, inquit, hominem in quærendo nimium diligẽtem, nimiũ ſeruientem populi exiſtimationi, M. Glabrionem.

Famæ ſeruire. Cicero ad Atticum, lib. 5. 97. 2, Perſuaſum eſt omnibus meis ſeruiendum eſſe famæ meæ, bellè adhuc. Horat. 1. Serm. ſatyra 6. 4.

Gloriæ ſeruire, Dare operam. Cic. 5. Tuſc. 14, Alios gloriæ ſeruire, alios pecuniæ: raros eſſe quoſdam qui cæteris omnibus pro nihilo habitis, rerum naturam ſtudioſè intuerentur.

Laudi atque exiſtimationi alicuius ſeruire. Cic. 3. Verr. 3, Itaq; mihi videor magnam, & maximè ægram, & propè depoſitam Reipub. partem ſuſcepiſſe, neque in eo magis meæ quàm veſtræ laudi, exiſtimationíque ſeruiſſe. Idem ad Atticum, lib. 5. 101. 2, Spero omnes meos ſeruire laudi meæ.

Matrimonio puellæ ſeruire, pro Conſulere & prouidere. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4. 8, Sed certè quomodo ſe res habebit, illius miſellæ & matrimonio & famæ ſeruiendum eſt.

Neceſſitatibus ſeruire. Cic. 1. de Diuin. 180, Sed vigilantes animi vitæ neceſſitatibus ſeruiunt, diiungúntque ſe à ſocietate diuina vinculis corporis compediti.

Petitioni ſeruire. Cic. 2. Verr. 15, Petitioni toto animo ſeruire propter iudicium non licebat.

Poſteritati ſeruire. Cic. 1. Tuſcul. 55, Quum optimus quiſque maximè poſteritati ſeruiat, eſſe aliquid cuius is poſt monẽ ſenſum ſit habiturus.

Quæſtui ac reditibus ſeruire. Colu. lib. 9. cap. 1. 1.

Rei familiari ſeruire. Cic. pro Roſcio Amerino, 25, Patresfamilias qui liberos habent, præſertim homines iſtius ordinis ex municipiis ruſticanis, noñne optatiſſimũ ſibi putant eſſe, filios ſuos rei familiari maximè ſeruire? Vide Res.

Rei ſeruire. Terent. Hecyra, 2. 1. 27, Rus habitatum abii, concedens vobis, & rei ſeruiens.

Rumori ſeruire. Plaut. Trinum. 10. 15, Nec tuis depellor dictis, quin rumori ſeruiam.

Scenæ ſeruire, Prouerbialis locutio: pro Obſequi, & inſeruire tempori. Cicero ad Brutum, 9. 2, Ac mihi tum Brute officio ſolum erat & naturæ: tibi nunc populo & ſcenæ, vt dicitur, ſeruiendũ eſt. Vide Scena.

Seruis ſeruire. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 16, An libertinis atque etiam ſeruis ſeruiamus?

Seruitutem ſeruire. Plaut. Aulul. 2. 6, Nã qui amanti hero ſeruitutẽ ſeruit. Idem Milite, 4. 17, Nã ego iandiu apud hunc ſeruitutem ſeruio. Gellius lib. 1. cap. 1. 12, Item cuius parentes alter ambóve ſeruitutẽ ſeruierunt. Liu. 10. bel. Maced. 79, Qui ſeruitutẽ ſeruiſſent, complerẽtur, ingenui tantum vt his præeſſent.

Tempori ſeruire. Cic. 3. Tuſcu. 112, An eſt vllum tẽpus cui non ponendæ curæ ægritudinis cauſa ſeruiamus? Vide Tempus. Idem ad Atticum, lib. 8. 147. 10, Et quum ſit neceſſe ſeruire tempori, & non amittere tempus, quum ſit durum. Sic ad Plancũ, lib. 10. 3. 6. Et ad Papyrium Pætum, lib. 9. 17. 7.

Valetudini ſeruire. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 68, Reliquũ eſt vt te orem, valetudini tuæ, ſi me & tuos omnes valere vis, diligẽtiſſimè ſeruias.

Ire ſeruitum Graiis matribus. Virgil. 2. Æneid. 158.

¶ Seruitur, pen. prod. Imperſonale. Cic. 1. Offic. 46, Primùm vt necui noceatur, deinde vt communi vtilitati ſeruiatur. Martia. lib. 2. 32, Non bene (crede mihi) ſeruo ſeruitur amico.

¶ Seruibo & ſeruiam in futuro facit. Plaut. Menæch. 4. 43, Tãquam ſi emeris me argento, liber ſeruibo tibi. Terent. Hecyra, 3. 5. 45, Matris ſeruibo commodis.

Seruitũrus, pen. prod. Participiũ: vt Capitolia ſeruitura ſuo Canopo. Ouid. 15. Metam. 166.

Serus, Adiectiuum, Tardum ſignificat. Virgil. 6. Æneid. 114, Diſtulit in ſeram commiſſa piacula mortem. Plautus, Quid tam ſera aduenis? Cic. Curioni, lib. 2. 6. 1, Sera gratulatio reprehendi non ſolet, præſertim ſi nulla negligentia prætermiſſa eſt. Martial. lib. 1. 100, Sera nimis vita eſt craſtina, viue hodie.

Anni ſeri. Ouid. 6. Metam. 6.

Conuiua Tonantis ſerus, Qui ſerò moritur. Marti. lib. 8. 36, Eſſe velis (oro) ſerus conuiua Tonantis.

Crepuſcula ſera. Ouid. 1. Metam. 45.

Frondes ſeræ, Serò cadentes. Virgil. 1. Georg. 81, Et iam olim ſeras poſuit quum vinea frondes. Tardè enim ſpoliantur frondibus vites. Seruius.

Lumen ſerum, Nocti vicinum. Virgil. 1. Georg. 51, Illic ſera rubens accendit lumina veſper. Seruius.

Nepotes ſeri. Virgil. 2. Georg. 11, Tarda venit, ſeris factura nepotibus vmbram. De arbore.

Nox ſera. Virgil. eclog. 8. 18.

Et ſeróſque pedes, ſeraſque aſſumere pẽnas. Ouid. 15. Meta. 77.

Poſteritas ſera. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 5. 5.

Segnities ſera, Quæ ſeros, id eſt tardos facit. Virg. 2. Æneid. 75, Feſtinat virtinam quæ tam ſera moratur Segnities? Seruius.

Spectator ſerus. Mart. lib. 1. 24, Siquis ades longis ſerus ſpectator ab oris.

Veſper ſerus. Virg. 1. Georg. 93, Denique quid veſper ſerus vehat, vnde ſerenas Ventus agat nubes, &c.

Vires ſeræ ad aliquid agendum, Virgil. 8. Æneid. 101,
Sed mihi tarda gelu, ſeclíque effœta ſenectus
Inuidet imperium, ſeráque ad fortia vires.

Vlmus ſera. Virg. 4. Georg. 19, Ille etiam ſeras in verſum diſtulit vlmos. Id eſt, maiores. Seruius.

Serum eſt. Mart. lib. 1. 146, Nil facis, & ſerum eſt alium mihi quærere regem.

¶ Serum, Graue, triſte. Virg. 5. Æneid. Seráque terrifici cecinerunt omina vates. Idem lib. 11, de noctua,
Quæ quondam in buſtis aut culminibus deſertis
Nocte ſedens, ſerum canit importuna per vmbras. Salluſt. Serum bellum in anguſtiis futurum. Seruius.

¶ Serior, & ſeriſſim⁹, Cõparatiuũ & ſuperlatiuũ. Colu. lib. 2. ca. 10. 11, de lẽte, Sationes eius duas ſeruamus: alterã maturã per me diã ſementim, ſeriorẽ alterã mẽſe Februario. Plin. lib. 15. cap. 15. 1, Patriæ nomina habent ſeriſſima omnium amerina.

Ætas ſerior. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 7.

Hora ſerior. Ouid. epiſt. 11. 5.

Serò, Aduerbium, Tardè. Plaut. Amphit. 3. 31,
Qui tibi iſtuc in mentem veniret, quia enim ſerò aduenimus.
A M. Quæſt. 5. quia Alcumenam ante ædes ſtare ſaturã intellego. Idẽ Trinũ. 8. 11, Serò atq; ſtultè: prius quod cautũ oportuit, poſtquam comedit rem, poſt, rationem putat. Cicero Curioni, lib. 2. 6. 1, Longè enim abſum, audio ſeró. Idem ad Q. fratrẽ, lib. 3. 17. 18, Reddita etiam mihi eſt peruetus epiſtola, ſed ſerò allata.

Sero eſt. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 14, Hoc de genere nihil te nunc quidem moneo: ſerò eſt enim.

Serò, aliquãdo tamẽ. Cicero pro Quintio, 25, De rationibus & controuerſiis ſocietatis vult iudicari: ſerò, verum aliquando tamen concedamus.

Serò, Post tempus: quæ significatio eadem ferè cum præcedenti, vt ait Valla lib. 4. Cicero, quum accusator Milonis idem interrogatus perstaret quo tempore Clodius esset occisus, vrbanè respondit, Serò. Non tam horam intelligens, quàm tardius occisum & post tempus quo debuisset occidi. Ex Quintiliano lib. 6. cap. 4. Cæsar 5. bel. Gall. 110, Contra ea Titurius serò facturos clamitabat.

Nimis serò, Vide **Nimis**.

Medicina serò paratur. Ouid. 1. de Remedio amoris, 19.

Serò post tempus, apud Plautum in Captiuis legitur.

¶ Serò. Vespere, quod est post occasum: atque hæc vera est eius significatio, teste Valla lib. 4. Cic. ad Atticum lib. 7. 139. 1, Eo die venit serò alter Consul.

Serà, Aduerb. Idē quod Serò. Virg. 4. Geor. 25, -nec serà comantē Narcissum, aut flexi tacuissem vimen acanthi. Serà comantē, hoc est, serò flores habentem. Seruius.

¶ Seri', Cōparatiuū aduerbiū. Accius, Ne si forte paulo quàm tu veniam serius. Plin. lib. 16. cap. 16. 1, Serius etiamnum Vergiliarum occasu. Cic. 1. in Catil. 3, Hoc potius omnes boni serius à me quàm quisquam crudelius factum esse putat. Idem 3. de Oratore, 45, Ad mysteria biduo serius veneram.

Egredi serius. Ouid. 4. Metam. 21.

¶ Serissime, pen. corr. Tardissimē. Plinius lib. 17. cap. 2, Tarentina serissimè legi.

Serótinus, Adiectiuum, à Sero pro Vespere, vt Serotina hora, Tempus serotinum.

Serotinus à Sero, pro Tardè, vt Poma serotina, quæ post legitimum tempus, consuetúmq; cæteris pomis, vel tardè maturescūt: vt ait Valla lib. 4. Colum. libro de Arboribus, cap. 11, Locis frigidis, & Autumni temporibus aquosis. præcoques serito, vt ante pluuiam fructum deligas. Locis calidis hybernas serotinas serito. Idem lib. 8. cap. 5. 19, Item serotini pulli, qui ab Solstitio nati capere iustum incrementum non potuerunt.

Serum, seri, Substantiuum, Extrema pars diei. Sueton. in Augusto, cap. 16, ad finem, Nec multo pòst nauali prælio apud Actiū vicit, in serum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit. Id est in horam vespertinam. Liuius 7. ab Vrbe, 31, Vsque ad castra fugientes Hernicos Romanus sequitur: castrorum oppugnatione, quia serum erat diei, abstinuere. Ibidem, lib. 10. 255, Extrahebatúrque in quammaximè serum diei certamen.

In serum, Vide **In** præpositionem.

Rem in serum trahere. Liuius 2. bel. Maced. Vulgò credebatur de industria rem in serum tractā, ne tempus dari posset Achæis, Ætolisque, ad respondendum.

¶ Serum, Aqua lactis. Plinius lib. 11. cap. 41. 3, Mirum, Barbaras gentes quæ lacte viuant, ignorare aut spernere casei tot seculis dotem, densantes id alioquin in acorem iucundū, & pingue butyrum: spuma id est lactis, concretiúsque quàm quod serum vocatur. Idem lib. 28. cap. 9. 3, Quidam & ipsum serum iam multo potentissimum decoquunt ad tertias partes, & sub dio refrigerant. Virgil. 3. Georg. 81, -acrémque molossum
Pasce sero pingui. Colu. lib. 7. ca. 8. 3, Nā maximè refert primo quoque tēpore serum percolari, & à concreta materia separari.

Liquidum serum. Ouid. 4. Fast. 155, Déinque viam liquido vimina rara sero.

Sereſco, sereſcis, Vide ordine alphabetico.

Seruus, Vide **Seruo**.

Sesama, sesamæ, pen. corr. Genus frumenti Indici. Plin. lib. 18. cap. 10, Æstiua frumenta diximus, sesamam, millum, panicum. Sesama ab Indis venit, & ex ea oleum conficiunt. Color eius cādidus. Huic simile est in Asia, Græciáque erysimum: idémque erat, nisi pinguius esset, quod apud nos vocant irionem, medicaminibus adnumerandum potius quàm frugibus. Plautus in Pœnulo, 4. 104,

-nihil nisi latereculos,
Sesamum, papauerémque, triticum & frictas nuces.

Sesamū genere neutro, & Sesama in plurali sæpius apud Columellam legitur, vt lib. 11. cap. 2. 57, Sesami sextarius.

Sesama à Columella lib. 2. cap. 7, inter legumina recensentur. Idē lib. 2. ca. 10. 14, Sesama quæ rigantur maturius, quæ carēt humore ab æquinoctio Autumnali serenda sunt, in Idus Oct. putre solum quod Campani pullum vocant, plerunque desyderat.

Sesáminus, pen. cor. Adiect. vt Sesaminū oleū. Plin. lib. 23. ca. 4. 26, Sesaminū, auriū dolores sanat, & vlcera quæ serpūt, & quæ cacoethe vocāt. Idem lib. 28. cap. 11. 6, Optimè elychnio papyraceo, oleóque sesamino, fuligine in nouo vase pennis deterſa, &c.

Sesamoides, pe. pro. Herba à similitudine nomē accepit, grano amaro, folio minore. Nascitur in glareosis. Detrahit bilē in aqua potū. Semē illinitur igni sacro, discutit panos. Est etiānum aliud sesamoides Anticyræ nascens, quod ideo aliqui anticyricon vocant: cætera simile erigeronti herbæ. Hæc Plinius lib. 22. ca. 25. 22.

SESAMVS, Vrbs Paphlagoniæ. Mela li. 1. in descrip. Paphlagoniæ.

Sesciunx, sesciuncis, m. g. & Sesciuncia, sesciunciæ, f. g. Vnciā significat & vnciæ dimidiū, vt ait Budæus. Colum. lib. 11. cap. 57. 3, Laseris radicis quod σίλφιον Græci vocant, sesciunciam. Idem lib. 5. cap. 2. 11, Quæ summa efficit iugeri sesciunciam, &c.

Sesciunciālis, & hoc sesciunciāle, pen. prod. Quod ad sesciunciā pertinet. Plin. lib. 13. cap. 15. 3, Tota cratitudine sesciunciali.

Sesculpum, sesculpi, pe. cor. per s scriptū, quod & sesquiplū dicitur, numerū hemioliū significat, qui Latinè etiā sesquialter dicitur, vt quū dicimus senariū sesquiplum esse quaternarii: continet enim eū totum, & insuper dimidiā eius partem. Budæus.

Sese, Accusatiuus à Sui pronomine. Gellius lib. 5. cap. 10, Is in disciplinam Protagoræ sese dedit.

Sesélis, huius sesélis, pen. corr. f. g. Herba qua pasci dicuntur cervæ parituræ. Cic. 1. de Nat. deor. 190, Ceruæque paulò ante partū perpurgant se quadam herbula, quæ sesélis dicitur. Hoc idem Aristoteles confirmat, in libris de Natura animalium. Plin. lib. 8. cap. 32. 1, Fœminæ autem ante partum purgantur herba quadam quæ sesélis dicitur, faciliore ita vtentes vtero. Seseli neutro genere vocat Dioscorides, éstque multorum generum.

SESOSTRIS, Rex Ægypti, qui conatus est nauigabilem alueum ex Rubro mari in Nilum producere, vt scribit Herodotus lib. 1. Valerius 5. Argonaut. 84, -cunabula gentis
Colchidos hīc, ortúsque tuens: vt prima Sesostris
Intulerit rex bella Getis: vt clade suorum
Territus, hos Thebas, patriúmque reducat ad amnem:
Phasidis hos imponat agris, Colchóque vocari Imperet, &c.

Sesqui, Vocabulum in appositione inuentum, pro hemiolio accipiendū est, quod perinde est ac si dicas, tantundē & semis. Cic. de Oratore, 109, Pes enim qui adhibetur ad numeros, partitur in tria, vt necesse sit partē pedis, aut æqualem esse alteri parti, aut altero tanto, aut sesqui esse maiorem: ita fit æqualis dactylus, duplus iambus, sesqui pæon. Sesqui appellauit pæona: quia pes omnis pæon longa vna syllaba & breuibus tribus constat. at longa syllaba in temporum metricorū ratione duas breues æquare dicitur. Ita fit vt tres breues longam vnam dimidio superent. nam ternarius ad binariū relatus sesquialteram proportionē habet. Quomodo igitur dactylus æqualibus partibus constat, quia prima longa, duabus brevibus æqualis est: sic pæon alterā partē dimidio maiorem habet. Iambus etiam altero tanto maiorem, hoc est duplā. breuis enim syllaba longa est dimidiata. Fortasse autem illa verba Ciceronis sic legerētur rectius, Aut altero tāto maiorē, aut sesqui: hoc sensu, vt pes altero tāto maior, in secūda sui parte sit duplus: qui autē non altero tanto, sed dimidio maior est, fit sesqui, ad priorem partem posteriore parte relata: non autē sesqui maior: quia sesquiplum minus est duplo. Locus autē Ciceronis præposterē lectus viros doctos haud ita pridem in errorem pertraxit. Sesqui igitur (vt dictum est) in compositione, dimidio maius significat: quod Græco vocabulo hemiolium à nostris etiam appellatur, vt sesquipes, sesquicubitus, sesquidigitus, sesquiiugerum. Vnde Sesquipedalia ligna apud Cæsarē, hoc est pedis vnius & dimidiati: quod ad crassitudinem referēdum est. Et apud Horatium, Sesquipedalia verba. Et sesquimensis, mensis & semis. Hoc autem sesqui significat, siue cum vocabulo componatur mensuram aut numeri aut temporis aut modi significante: siue etiam cum alio quocunque vocabulo, vt Sesquiopera apud Columellam. Et sesquiplaga apud Plautum & Tacitum. Et Sesculysses in Præfatione Plinii: quo verbo, si rectè emendatū est (nam eius verbi Plinii vestigium nullum in antiquis exemplaribus extat) ego hominem summè astutum & veteratorem planè expolitum intelligo. Fit eius mentio apud Nonium in dictione **Alumnus**. Tacitus lib. 15, Et ille multum tremens, quum vix duobus ictibus caput amputauisset, sæuitiam apud Neronem iactauit, sesquiplaga interfectum à se dicendo. Plautus Capt. 11. 67,

Inde ibit porrò in latomias lapidarias:
Ibi quum alii octonos lapides effodiunt,
Nisi quotidianum sesquiopus confeceris,
Sexcentoplago nomen indetur tibi. Hoc est, nisi tu duodenos effoderis. Budæus.

Sesquialtera pars, Id est pars altera dimidio maior quàm prior. dicitur enim ternarii ad binariū relati sesquialtera proportio. Cicero de Vniuersit. 29, Vnā principio partē detraxit ex toto: secūdam autē primæ partis duplā: deinde tertiam quæ esset secūdæ sesquialteram, primæ tripla. Ibidē 31, Sesquialteris autem interuallis & sesquitertiis, & sesquioctauis sumptis, ex his, &c.

Sesquiculeāre dolium. Colum. lib. 12. cap. 18. 5, Sunt autem satis sesquiculearibus doliis picis duræ pondo vicenaquina.

Sesquihōra, pen. prod. Plin. epist. 74. c, Egeram horis tribus & dimidia: supererat sesquihora.

Sesquiiugerum, pen. cor. Plin. lib. 18. ca. 19. 4, Iterari sesquiiugerū.

Sesquilibra, pen. prod. Colum. lib. 12. cap. 16, Sat erit autem torismarini sel ꝓlibram in duas vnas musti adiicere. Plin. li. 14. cap. 20. 7, Pulegii vel salis sesquilibra. Idem lib 8. cap. 48. 7, Vidimus iam & viuentium vellera, purpura, cocco, conchylio, sesquilibris infecta, velut illa sic nasci cogente luxuria.

Sesquimẽsis. Varro 1. de Re rust. ca. 17. 1, Lius cursus annalis primũ ferè circiter ternis mẽsib⁹ ad fruct⁹ est diuisus in quatuor partes, & idẽ subtilius sesquimensibus in octo. Idem lib. 3. ca. 10. 6, Ad saginandũ eligũt pullos circiter sesquimẽse qui sunt natu.

Sesquimodius. Varro 1. de Re rust. ca. 42. 1, Scribunt opus esse mediæ sesquimodium. Colum. lib. 2. cap. 13. 4, Lentis sesquimodius totidem operas desyderat, occatur vna, sarritur duabus. Cic. 5. Verr. 185, Quòd nisi omnis frumenti ratio ex temporibus esset, & annona non ex numero, neque ex summa consideranda, nunquam tam grati hi sesquimodii Q. Hortensi fuissent.

Sesquiobolus, pen. corr. Plin. lib. 26. cap. 8. 27, Deiectóque quod supernatat, reliquus succus purgat, vtraque parte sesquioboli in aqua mulsa.

Sesquioctauus, pen. prod. Cic. de Vniuersit. 31, Sesquialteris autem internallis, & sesquitertiis, & sesquioctauis, sunt pris ex his colligationibus, in primis internallis sesquioctaui internallo sesquitertia omnia explebat.

Sesquiopera, pen. corr. Colum. lib. 2. cap. 13. 2, Occantur sesquiopera, sarriuntur sesquiopera, iterum sarriuntur vna operæ, & tertiò vna, metuntur vna: summa fit operarum, octo vel septem.

Sesquipes, pen. corr. huius sesquipedis, pen. corr. m. g. Varro 1. de Re rust. cap. 43, Cytisum seritur in terra bene subacta tanquam semen brassicæ: inde differtur, & in sesquipedem ponitur. Colu. lib 3. cap. 13. 7, Nisi tamen si scaturigo palustris obuia fuerit (in agro Rauennate) plus quàm sesquipedem prohibeat infodere. Martialis lib. 8. 54.

Summa Palatini poteras æquare colossi,
Si fieres breuior Claudia sesquipede.

Sesquipedalis, & hoc sesquipedále, pen. prod. vt Sesquipedalis crassitudo. Plin. lib. 16. cap. 40. 2. Et libro 9. cap. 15. 1, Trebius Niger sesquipedalem esse, & crassitudine quinque digitorum naues morari. Vetus exemplar habet pedalem. Idem lib. 7. cap. 16. 8, Sesquipedales quosdam gigni longiores, in trimatu implentes vitæ cursum, haud ignotum est. Et apud Catonem, cap. 10, Sesquipedalis paries.

Dentes sesquipedales, Catul. de Æmylio, 92. 2.
Verba sesquipedalia, Horat. de Arte, 20.

Sesquiplex, pen. corr. Idem quod Sesquialter, vel dimidio tantum maior. Cic. in Orat. 109, Ita fit æqualis dactylus, duplex iambus, sesquiplex pæon. Quo in loco sesqui tantum legitur, hoc est dimidio maior ipso dactylo, non autem altero tanto, ad priorem partem posteriore relata.

Sesquitertius. Vide Sesquioctauus.

Sessilio/Sessio/Vide Sedeo.

Sestans/sestantis, quod quibosdã per x scribitur sextãs, masc. g. Nũmulus erat quadrãte minor, duas vncias valẽs. Plin. li. 33. ca. 10. ad finẽ, Populus Ro. stipẽ spargere cœpit, Sp. Posthumio, Q. Martio Coss. tanta abundantia pecuniæ erat, vt eam cõferret L. Scipioni, ex qua is ludos fecit. Nam quòd Agrippæ Menenio sextantes æris in funus contulit, honoris id, necessitatisque propter pauperta tem Agrippæ, non largitionis esse dixerim. Liu. 2. ab Vrbe, 144, Extulit eu plebs sextantibus collocatis in capita.

¶ Sestans, Genus ponderis. Plin. libro 18. cap. 11. 16, Prodest & vino myrteo fouere: mentæ sextans, viui sulphuris vncia.

¶ Sestans agri, Pars sexta iugeri. Varro 1. de Re rust. cap 10. 1, Ab hoc principio mẽsores nõnunquam dicunt in successũ esse vnciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, quum ad iugerum peruenerunt, id habet scrupula ducẽta octoginta octo. Colu. libro 5. cap. 1. 10, Pars sexta, pedes quatuor millia & octingẽtos, hoc est sextans, in quo sunt scrupula XLVIII.

Sestantarius, Adiect. Quod sestantis habet pondus. Plin. lib. 33 cap. 3. 6, Libræ autẽ pondus æris imminutum bello Punico primo, quum impensis Respub. non sufficeret, constitutúmque vt asses sextantario pondere ferirentur.

Sestertius/sestertii, Idem quod Nummus, apud Romanos.

Sestertius, æstimatione nostra, decem turonicis denariolis & semisse denarioli valuit.

Sestertius ex eo dictus est quòd duos asses & semissem valeret. Qua ratione quaterni sestertii denarium Romanum valebant. Et sestertius dictus, quia tertius semis est, duo sunt solidi asses, & semis. Hic etiam, nummus dicebatur, & argenteus erat.

Libra Romana, quæ & mina & pondo dicitur, cẽtenos denarios, seu (quod idẽ est) cẽtenas drachmas habebat. Quum igitur denarius quaternos sestertios æquaret pondere & æstimatione, liquet in libra Romana quadringentos fuisse sestertios, & in duabus libris & selibra mille sestertios. Qua ratione sit, vt sestertia singula numero plurali millenos sestertios valeant, hoc est duas libras & semissem. Vt enim sestertius nummus dicitur ex eo, quòd duos asses & semissem valebat, hoc est duas libras æris grauis, & selibrã: ita sestertia numero plurali & genere neutro ideo dicuntur, quòd singula duas libras & selibram argenti valerent, hoc est ducentos & quinquaginta denarios, siue mille sestertios, quod idem est. Sic sit vt decem sestertia, & decem millia sestertiũm nummorum, pro eodem ab antiquis diceretur. Horat. 1. epist. 1. 7. Accipit & ais dena super sestertia nummũm.

Intercepta decem quereris sestertia fraude. Iuuenal. Sat. 13. 8.

Mercari sestertiis sexcentis, Vide Mercor.

Mille sestertii æstimatione nostra viginti quinq; coronatorũ valẽt. Dicitur autẽ Mille sestertii, & Milie nũmi: vel Mille sestertiũ, & Mille nũmũm: vel copulatè, Mille sestertiũm nũmũm.

Quum autem mille sestertii, id est ducẽti quinquaginta denarii duas libras argenti & semissem valerent, sequitur vt libra Romana, quæ & mina dicitur & pondo, decem aureos coronatos valuerit. Coronatos autẽ ita intelligi volo, vt singuli triginta quinque solidos valeant quod est legitimum pretium.

Igitur decem millia nummũm, vel decem milia sestertiũm, quod idem est, ducentos & quinquaginta aureos coronatos valebant. Hæc etiam decẽ sestertia dicuntur, quum singula sestertia, singula millia significant.

Decies sestertiũm, idẽ est quod Decies centena millia sestertiũm: quæ summa cẽties maior est decẽ sestertiis. Idẽ est enim decies sestertiũm, quod mille sestertia. Quũ enim singula sestertia millenos nummos sestertios valeant, si mille sestertia millies multiplices, fient decies centena millia, quem lingua vernacula *milliones* vocant.

Decies igitur sestertiũm, cẽties ducentos & quinquaginta aureos valet, hoc est viginti quinque millia. Sic fiet vt millio Romanus viginti quinque millia coronatorum valeat.

Hoc igitur tenere oportet, quòd quæcũque admodum, quũ à nummis sestertiis ad sestertia genere neutro fit transitus, numerus millies multiplicatur: ita quum ad eam locutionẽ ventum est, quæ per aduerbia numeralia enuntiatur, sestertia singula cẽdu plicata crescunt. vt verbi gratia, Si centum sestertia dicam, centum millia sestertiũm intelligere debeat. Quòd si cẽties sestertiũm dicam, non iam centum sestertia, sed cẽties cẽtena sestertia, seu centies centena millia sestertiũm intelligendum sit. Hæc omnia ex Budæi Asse.

Sestertiũm, in huiusmodi locutionibus. Duo millia sestertiũm, genitiui casus est pluralis numeri, pro sestertiorum: ideò more veterum, circumflexum adscripsimus.

¶ Sestertius, dicitur quasi semis tertius, eo quòd cõtineat in se asses duos & dimidiatum tertiũ. Et per geminum II & S, à qua incipit semis, notatur hoc modo IIS. Veteris consuetudinis fuit vt semis anteponerent, vt semisquartus, semisquintus, semistertius, à quo sestertius, & est cõpositio Attico more facta. Illi enim ἥμισυ τρίτου ἄντα, hoc est septẽ semitalenta dixerunt, seruãtes illud vt expressius numerus pro dimidio caperetur.

¶ Sestertium. Genus veli triplici licio texti, vt tertiũ filũ duobus impar sit. Suet. in Augusto, cap. 83, Ita vt in extremis spatiis subsultim decurrerent, sestertio vel lodicula insolutis.

Sestertiolum, sestertioli, pen. corr. Diminutiuum. Martial. lib. 1. 54, Sed sestertiolum donauit mentula Phœbo
Bis decies, hoc da tu mihi, pluris emam.

SESTIAE aquæ in Narbonensi prouincia. Plin. lib. 31. cap. 2. 1.

SESTIVS, Cognomen ciuis Romani. Fuit & scriptoris nomen: item medici: quorum meminit Plinius.

Sestiana mala, à Sestio cognominata, apud Cõlumellam lib. 12. cap. 45. 4, Ita possunt alia genera malorum, sicuti orbiculata, sestiana, melimela, mariana hoc liquore custodiri.

SESTOS, vrbs ad Hellespõtum sita, in Thracia, Abydo obiacens, Leandri amore pernobilis, vt scribit Pomponius Mela lib. 2.

Xerxes pontibus admouit Sestun Abydo. Lucan. l. 2. 113.

Seta/seræ, Pilus crassior, rigidiórque, atque erectus, qualem habent sues. Cic. 5. Tus. 87, In hoc medio apparato fulgentem gladium è lacunari seta equina aptum demitti iussit, vt impendẽret illius beati cernicibus.

Hirtæ setæ. Ouid. 13. Metam. 181.

Terga horrentia rigidis setis. Ouid. 8. Metam. 86.

Setæ leonis. Ci. 3. de Or. 213, Oculos autẽ natura nobis, vt equo & leoni seras, candã, aures ad motus animorũ declarãdos dedit.

Setis os hirtum musculis marinis. Plin. lib. 11. ca. 37. 38, Musculus marinus pro dentibus, setis intus os hirtum, & linguam etiã ac palatum habet.

Vellera hirsuta serit. Ouid. 2. Fast. 68.

Io obsita setis. Virg. 7. Æneid. 158.

Sétiger,pen.corr.ſetigera,ſetigerum, pen.corr.Quod ſetas gerit. Martial.lib.13.93,

Qui Diomedeis metuendus ſetiger agris
Ætola cecidit cuſpide,talis erat. Ouid.8.Metam.76,

Vulnera feciſſent,niſi ſetiger inter opacas
Nec iaculis iſſet,nec equo loca pernia ſyluas. Aprum intelligit.

Pecus ſetigerum.Ouid.14.Metam.58.

Sus ſetigera.Virg.12.Æneid.34.

Frons ſetigera.Stat.8.Thebaid.107.

Setôſus,pen.prod.Adiect.Quod ſetis abundat. Plin.l.b.8.cap.45.5, Tauris in aſpectu generoſitas, torua fronte, auribus ſetoſis. Idē lib.11.ca.50.1,Prælógis ſetoſæ,vt equis.De caudis animaliū. Celſus lib.1, Corpus tenue, maximéque lati pectoris,& ſetoſi.

Aper ſetoſus.Virg.7.eclog.6.

Verbera ſetoſa.Propert.lib.4.eleg.1.5,Verbera pellitus ſetoſa mouebat arator.

SETABIS,pen.corr.Fluuius eſt Hiſpaniæ ſecūdum Strabonem, Plinium,Ptolemæum,& Pomponiū Melam. Silius lib.3.76,pro oppido poſuit,quod inſigne fuiſſe indicat arte texendi,

Sedentina cohors,quam Sucro rigentibus vndis,
Atque altrix celſa mittebat Setabis arce,
Setabis,& telas Arabum ſpreuiſſe ſuperbas,
Et Peluſiaco ſilum cōponere lino. Hinc Sudaria Setaba, apud Catullum,in Aſinium,12.3,

Nam ſudaria Setaba ex Iberis
Miſerunt mihi muneri Fabullus,
Et Veranius. Idem ad Thallum,12.2,
Remitte pallium mihi meum,quod inuolaſti,
Sudariúmque Setabum.

SETIA,Vrbs Campaniæ,ex cuius agro Setinum vinum commēdatur Plinio lib.3.Nat.hiſt.cap.5.24. Mart.lib.Xeniorum,113,

Pendula pampineos quæ ſpectat Setia campos,
Exigua vetulos miſit ab vrbe cados. Plin.lib.23.cap.1.21,At quæ ſuperſunt Setina,cibos concoqui cogunt.

Setoſus/Vide Seta.

SETVBIA,Ptolemæo libro 2.cap.6,vrbs Hiſpaniæ,alio nomine Sepulueda.

Seu/Diſiunctiua particula,qua iungimus ea,quorum alterum, non vtrunque affirmamus.Plaut.Trin.4.107,

Hæc ſunt,ſeu rectè,ſeu peruerſè facta ſunt,egomet feciſſe
Confiteor. Idem Amphit.3 70,

Siue cuiquam artifici,ſeu per ſcriptas literas,
Siue quæ ipſe ambiſſet. Cic.pro Quintio,16, Quēadmodum ſolent homines nobiles ſeu rectè,ſeu perperā facere cœperunt, ita in vtroque excellūt,vt nemo noſtro loco natus aſſequi poſſet. Quintil.in Proœ.li.8,Figuras ſeu trāſlationes mutuamur.

Seuerus/pen.prod. Adiect.Quaſi Secus,id eſt iuxta verū,Grauis & cenſorius.Plaut.Pœnulo,17.50,

Opinor hercle hodie quod ego dixi per iocum,
Id euenturum eſſe,& ſeuerum & ſerium,
Vt hæ inueniantur hodie eſſe huius filiæ. Terēt.Heaut.5.3.20,
Sed ipſe egreditur, quàm ſeuerus: rem quum videas cenſeas.

Virg.8.Æneid.128,Romulidis,Tatióque ſeni,Cunbúſq; ſeueris.

Magis ſeuerus,Vide Magis.

Seuerus ad.Cic.2.Verr.19, L. Caſſius ex familia tum ad cæteras res,tum ad iudicandum ſeueriſſima.

¶ Seuerus,Aſper.Virg.7.Æneid.143, Qui Tetricæ horrentes rupes,montémque ſeuerum.Seruius putat eſſe nomē propriū.

Acerbè ſeuerus in filium. Cic.3.Offic.154, Magnus vir in primis,& qui perindulgens in patrem,idē acerbè ſeuerus in filiū.

¶ Seuerus,Triſtis,vitabilis. Virg.3.Georg.8,

Inuidia infælix furias,amnémque ſeuerum Cocyti metuet.

¶ Agricolæ ſeueri.Lucret.lib.5.173.

Seueriſſimus author.Plin.lib.11.ca.51.3,Addidit morum aſpectus ſimili modo apud nos Trogus & ipſe author ſeueriſſimus.

Canities ſeuera.Claud.1.de raptu Proſ.10.

Comas ſeueras ligare fronde.Stat.1.Achill.58.

Cōſilium ſeueriſſimum.Cic.Q.fratri, lib.3.17.15,Annali pergratæ literæ tuæ fuerunt,quòd & curares de ſe diligenter,& tamen conſilio ſeueriſſimo iuuares.

Cuſtos legis ſeuerus,Grauis & accuratus.Cic.1.Verr.10,Cuius legis non modò à Populo Ro. ſed etiam ab vltimis nationibus iampridem ſeueri cuſtodes requiruntur.

Eques ſeuerus.Ouid.3.Amor.eleg.7.12.

Falernum ſeuerum.Horat.1.Carm.ode 27.2.

Fidibus voces creuere ſeueris.Horat.de Arte,44.

Homo ſeuerus.Cic.1.de Finibus,39.

Iudex ſeuerus.Cic.5.Verr.101,Si ex prouincia tota centū ſeptuaginta electiſſet,poſſēſne ſeueris iudicibus ſaluus eſſe?

Lex ſeuera.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.11.

Non ſinit Endymion te pectoris eſſe ſeueri.Ouid.epiſt.17.13.

Senes ſeueriores.Catull.ad Leſbiam,51.

Supercilium ſeuerum.Ouid.2.Triſt.62.

Vita ſeuera. Ouid.1.Amor. eleg.10.4, Hoſtibus eueniat vita ſeuera meis.

Vultus ſeueros aduertere.Stat.1.Thebaid.18.

Exuere vultus ſeueros.Ouid.3.Amor.eleg.4.9.

Seueritas,pen.corr.ſeueritātis,Ipſa ſeuerorū grauitas.Cic.7.Verr.140, Quum iſte veſtra ſeueritate permotus, multa ſigna dederat quamobrem is reſponſurus non videretur,&c.

Aculeus ſeueritatis,Vide Aculeus.

Adhibere ſeueritatem.Cic.1.Offic.115,Et tamen ita probanda eſt manſuetudo atque clementia,vt adhibeatur Reip.cauſa ſeueritas:ſine qua adminiſtrari ciuitas non poteſt.

Seueritas animaduerſionis.Cic.ad Dolabellam,libro 9.14.15, Contigit enim tibi quod haud ſcio an nemini,vt ſumma ſeueritas animaduerſionis non modò non inuidioſa,ſed etiam popularis eſſet.

Commodare ſeueritatem magnis peccatis. Tacit. in vita Agricolæ, Omnia ſcire, non omnia exequi, paruis peccatis veniam,magnis ſeueritatem commodare.

Nimia emendationis ſeueritas.Quintil.lib.2.cap.4.8.

Diſciplinæ ſeueritas.Quintil.lib.2.cap.2.3.

Imperii ſeueritas.Cic.7.Verr.15,Summæ diligētiæ ſummam imperii ſeueritatem addidit.

Diſputandi ſeueritas.Cic.3.de Fin.2,Ne blanditiis eius,illecebriſque impediatur diſputandi ſeueritas.

¶ Vitii vnguentorum ſeueritas,Aſperitas.Plin.lib.13.cap.3.2, Quando etiam corruptiſſimo in genere magis tamen inuat quædam ipſius vitii ſeueritas.De vnguentis.

Seueritūdo,penult.prod.ſeueritúdinis,f.g. Idem.Plaut.Epid.13.3, Quid illuc eſt,quòd illi caperat frons ſeueritudine?

Seuēre,pen.prod.Aduerbium,Grauiter,Aſperé.

Grauiter & ſeueré.Cic.2.de Fin.44,Ita grauiter & ſeuerè voluptatem ſecernit à bono.

Seuerè dicere.Cic.3.Tuſc.80,Video enim ab eo dici multa ſeuerè,multa præclarè.

Agere ſeueré. Cic.3.de Legibus,49, Primum enim obſiſtitur quum agitur ſeuerè: deinde vi opprimi in bona cauſa eſt melius quàm malè cedere.

Seueriſſimè acta ætas. Cicero pro Roſcio Comœdo.16,Nihil mihi detraham, quum illis exactæ ætatis ſeueriſſimè fructum quem meruerunt,retribuam.

Seuēriter,pen.corr.Aliud aduerbium,Idem. Titinnius,Seueriter hodie ſermonem amica mecum contulit.

SEVERVS,pen.prod.proprium multorum virorum nomen, vt Seueri Cæſarii, Seueri Attilii ad quem Lactantius ſcripſit duo epiſtolarum volumina,cuius meminit Hieronymus. Eſt & Seuerus,proprium montis in Italia, authore Seruio,cuius meminit Virgilius 7.Æneid.143,Qui Tetricæ horrentes rupes,montémque Seuerum.

Scilicet,ſeuocas,pen.cor.ſeuocare,Seorſum,ſeu in alterā partē vocare. Plautus Aulul. 16.13. Quid tute ſolus è Senatu ſeuocas?

Idem Pœnulo,14.99, -nam huc ſi ante ædes ſeuocem,
Et quæ audiuiſtis modò,nunc ſi eadem hîc iterem,inſcitia eſt.

Cic.1.Philipp.54, Et ob eius conſilii ſocietatem quum interficeretur Cæſar, tunc te à Trebonio vidimus ſeuocari. Ouidius 1. Metam.168,Seuocat hunc genitor,nec cauſam faſſus amoris.

Seuocare in montē. Cic.pro Murena,13,Facis vt rurſus plebs in Auentinum ſeuocanda eſſe videatur.

Cura me ſeuocat à virginibus.Catull.ad Ortalum,60.1.

Seuocare ſe ab aliquo. Plaut.Merc.7.39, Quid illud,quòd ille à me ſolus ſe in conſilium ſeuocat?

Seuocare animum ab omni negotio.Cic.1.Tuſcu.117,Quum à re familiari quæ eſt miniſtra & famula corporis, quū à Rep. quum à negotio omni ſeuocamus animum.

Seuocare ſe à corporibus. Cicero 1.Tuſcul.114, Quibúſque fuiſſet minima cum corporibus contagio, ſeſéque ab his ſemper ſeuocaſſent: eſſéntque in corporibus humanis vitam imitati deorum.

Seuocare ad ſe in priuatam domum de communi. Cic. pro Quintio,7, Itaque hercule haud mediocriter de cōmuni quicquid poterat,ad ſe in priuatam domum ſeuocabat.

Seuocari à ſocietate.Cic.1.de Diuin.111, Quū ergo eſt ſomno ſeuocatus animus à ſocietate & contagione corporis, tum meminit præteritorum,præſentia cernit,futura præuider.

Seuum/ſeui,quod & ſebum,vel ſepū dicitur:Pinguedo ex animalium omentis detracta,& elota ac curata,vt in vſum noſtrū cōuertatur:vnde nos hodie ſeuo candelas cōcinnamus & cōponimus.Plin.Seuū ex ométo pecudis. Idē lib.28.ca.9.19, Quæ

ratio adípis,eadẽ in his quæ ruminant,seui est,aliis modis non minoris potentiæ. Perficitur omne exemptis venis aqua marina vel salsa lotũ,mox in pila tusum, aspersum marina.Crebrò postea coquitur,donec omnis odor aboleatur. Mox assiduo sole ad cãdorem reducitur. A renibus autẽ omne laudatissimum est.Si verò vetus reuocetur ad curam,liquefieri prius iubẽt.Mox frigida aqua lauari sæpius, dein liquefacere effuso vino quàm oloratissimo.Eodémque modo iterum ac sæpius coquunt,donec virus euanescat.Multi priuatim,sic taurorum, leonúmque ac panthcrarum,& camelorum pinguia curari iubent.

Seuólus,pen.prod.Adiect.Quod instar seuingit.Plin.lib.11.cap. 37.80,Seuola corn:geris medulla.

Seuo,seuas,seuare,Seuum imponere,seu candelas ex seuo facere. Colu.lib.12.ca.21.3,Ferus autẽ ritus maiorum etiam illa permittit,far pinsere,faces incidere,candelas seuare. Legitur & Sebare.

Sex Nomen indeclinabile,numerale.à Græcis deducitur ἕξ,aspiratione in s conuersa.

Sexagẽnus,pen.pro.Adiect.Idem quod Sexaginta. Plin.lib.8.cap. 40.10,Gerunt vtero sexagenis diebus. Liu.8.ab Vrbe,37,Ordo sexagenos milites,duo cẽturiones, vexillarium vnum habebat.

Sexagena millia modiorum. Cic.7.Verr.45.

Sexagies,Aduerb.Cic.2.Philipp.61,Orabat vt te contra suum patrem,si sestertiũm sexagies peteret,defenderem.

Sexaginta,Indeclinabile.Cic.3.Verr.87,Possum sexaginta decreta proferre , in quibus vt ego pecuniam non dicam intercessisse, ipsa decretorum nouitas,iniquitásque declarat.

Sexangulus,pen.corr.Adiect.Quod habet sex angulos. Plin.li.37. cap.2.13, Quare sexangulis nascatur lateribus, non facilè ratio inueniri potest. Idem lib.11.ca.11.3, Apum sexangulæ omnes cellæ. Ouid.15.Metam.77,

Nónne vides quos cera tegit sexangula fœtus
Melliferarum apium sine membris corpora nasci?

Sexcẽnus,pe.pro.Adiect.pro Sexcẽtenus.Ci.7.Ver.50,Ciuitatibus pro numero militum pecuniarú summas describere,certo pretio sexcenos nũmos nautarũ missione constituere. Colum.li. 3.cap.3.2,Quibus & antè iam M.Cato,& mox Terentius Varro prodidit singula iugera vinearũ sexcenas vrnas vini præbuisse.

Sexcentẽnus,pen.prod.Aliud adiect.Colum.lib.3.cap.5.3,Qui du centos quadragenos pedes obtinent,sexcẽteni malleoli pangendi sunt.Id est,sexcenti vnicuique.

Sexcenti,sexcentæ,sexcẽta,Plurale tantũ.Cic.2.de Diuin.50, Sexcenta licet eiusmodi proferre,vt distantium rerum cognatio naturalis appareat. Plaut.Aulul.9.41,Sexcenta sunt quæ memorem,si sit otium. Terent.Phorm.4.3.63,Sexcentas perinde pótius scribito dicas.Vbi Donatus,Apud nos sexcẽta dicere pro infinito numero,serè vsitatum est. Cic.pro Rosc.Amer.54,Sexcenti sunt qui inter sicarios & de veneficiis accusabant.

Sexcentoplágus,pen.pro.Fictum à Plauto nomen,in Capt.11.68, Nisi quotidianum sesquiopus confeceris,
Sexcentoplago nomen indetur tibi . Hoc est, Sexcentas plagas accipies.

Sexcentésimus,pen.corr.Adiect. Plin.lib.8.cap.7.2, Anno vrbis sexcentesimo quinquagesimo quinto. Sic lib.14.cap.12.1.

Sexcenties,Aduerb. Cic.Attico,lib.4.86.5, Vt forum laxaremus, &vsque ad atrium Libertatis explicaremus,contempsimus sexcenties ii s. Plin.epist.vlt.lib.2,Quàm citò sestertiũm sexcenties impleturus esset.

Sexcuplus, Vide **Sescuplus.**

Sexdécies,Aliud aduerbium. Plin.lib.6.cap.29.21,Sebosus ab Ægypti extremis sexdecies centena L X X V.M.passuum.

Sexennis,& hoc sexenne,Quod est sex annorum. Plautus Pœnul. 14.81,Inde surreptus ferè sexennis. Plin.lib.8.cap.32.6,Indicia quoque ætatis in illis gerunt, singulos annis adicientibus ramos vsque ad sexennes.De ceruis.

Sexennium,sexennii, Tempus sex annorum. Cic.1.de Diuin.163, Quod quidem sexennio post Veios captos factũ esse vidimus. Idẽ Attico,lib.6.111.11,Confeceram vt soluerent centesimis sexennii ductis cum renouatione singulorũ annorum. Sic 5.Philipp.168,Sexennii acta.

Séxies,Aduerbium,Sex vicibus.Liu.4.ab Vrbe,138,Veientem hostem sexies victum pertimescant. Colu.lib.5.cap.2.15,Hoc sexies ducendum est,quoniam sex latera sunt. Sic lib.2.cap.11.1.

Sextans,Sextantarius,Vide **Sestans.**

Sextarius,sextarii,m.g.Dicitur quòd sit sexta pars cõgii,quæ mensura apud antiquos tam liquidis quàm aridis seruiebat . Capit autem sextarius cotulas binas,quæ Latinè heminæ dicuntur.

Ad sextarios decoquere, Vide **Ad** præpositionem.

Sextarius aquæ.Cic.2.Offic.81,At ii qui ab hoste obsidentur, si emere aquæ sextarium mina cogerẽtur, hoc primò incredibile nobis videri.

Sextarius olearius.Cato cap.13.1.

Sextarius vini.Liu.7.ab Vrbe,177,Iisdem militibus legiones libras farris & sextarios vini contulerunt.

Ducere sextariũ,Ebibere.Iuue.sat.6.45, de quo sextan⁹ alter
Ducitur ante cibum,rabidam facturus orexim.

Sextilis,huius Sextilis,pe.pro.Dicebatur qui nunc Augustus mensis:quòd sextus esset in ordine mensium.Horat.1.epist.7.1,

Quinque dies tibi pollicitus me rure futurum,
Sextilem'totum mendax desyderor.

Mensis Sextilis.Horat.1.epist.11.4,

Penula solstitio,campestre niualibus auris,
Per Brumam Tyberis,Sextili mense caminus.

Séxtula,sextulæ,pen.cor. Æris minima pars:dicta q̃ sit sexta pars vnciæ.Cic.pro Cecinna,15,Facit hæredẽ ex deunce & semuncia Cecinnam,ex duabus sextulis M. Tulcinium libertum superioris viri,libutio sextulam aspergit. Hæreditatem, id est assem his verbis Cicero in deuncem, semunciam, & tres sextulas diuisit. Ex quo liquet sextulam tertiam esse partem semunciæ,&vnciæ sextam.Duas sextulas dixit pro tertia parte vnciæ:quum tamen aliud vocabulum Latinum haberet,duellam scilicet.Nam duæ sextulæ duellam faciunt,quæ tertia pars est vnciæ.

¶ Sextula,Mẽsura agri.Colu.li.5.ca.1.9,Pars septuagesimasecũda,pedes c c c c. hoc est sextula,in qua sũt scrupula quatuor.

Sextus,Adiectiuum.vt Sexta ætas.

Sextùm Consul, vt Tertiùm Consul. Cic.in Pisonem,15, Qui C. illi Mario fortissimo viro & Consuli, & sextùm Consuli,& eius inuictis legionibus,ne armis confligeret,cedendum esse duxit.

Ad sextam decoquere, Vide **Ad** præpositionem.

Seni,senæ,sena, A sex deriuatur. Cic.4.Verr.85, Ab isto,& præco qui voluit,istum ordinẽ pretio mercatus est,& pueri annorum senũm septenúmque denũm,Senatoriũ nomẽ nũdinati sunt.

Anni decies seni,Sexaginta.Ouid.5.Fast.115.

Senarius,Adiect.Quod cõstat sex reb⁹:vt Senarius numerus.Hinc Senarii versus,qui & Senarioli dicti sunt à sex pedibus.Cic.5. Tusc.91, Tenebam enim quosdã senarioles,quos in eius monumẽto esse inscriptos acceperam, qui declarabant in summo sepulchro sphæram esse positam cum cylindro.

Senariolus,senarioli,pen.corr.Diminutiuum, Vide Senarius.

Sextiana pyra,Vide SEXTIVS.

SEXTIVS Caballus,scurra maximus,qui à calcitratu,Caballi nomen adeptus est.Martialis in Cæcilium,lib.1.116.

Qui Galbam salibus tuis,& ipsum
Posses vincere Sextium Caballum.

Sextianus,Adiectiuũ.vt Sextiana pyra,apud Columellã li.5.ca.10, à Sextio libertino eorum primo insitore,vt quidam volunt.

SEXTVS, philosophus Cheronensis, Plutarchi nepos, qui doctor fuit Marci Antonini imperatoris,de quo Iuli⁹ Capitolin⁹,Audiuit & Sextũ philosophũ Cheronẽsem.Fuerũt & alii Sexti multi.

Sexus /huius sexus,masc.g. Et hoc Sexus,sexi,secundum Priscianum.Plaut.Rud. Virile sexus nunquam habui vllum. Varro lib.1.de Annalibus,Sexus vtrunque,virile,an muliebre,an neutrum sit,dici potest. Salust.lib.2.Hist.At Metellus in vlteriorem Hispaniam post annum regressus,magna gloria cõcurrentium vndique virile & muliebre sexus per vias, & tecta omnium visebantur. Columella lib.6.cap.24,Certis signis comprehendere licet quem sexum generauerit.

Mentiri sexum, Vide Mentior in **Adeo.**

Sexus à Græco dicitur ἕξις,quod est habit⁹:significátq; naturã & habitũ,authore Festo. Vnde masculinũ & fœmininũ sexum dicimus. Plinius de Viris illust.1.2,Ad quos quũ vtrusque sexus multitudo venisset,dato suis signo virgines raptæ sunt.

S I

Si/Cõiunctio, Quando res facta significatur,finitiuis iungitur, authore Diomede. Cicero 1.in Catil.4. Si illustrantur,si erumpunt omnia. Nec enim dubitat an illustrantur: sed quia illustrantur,suadet vt mutet Catilina mentem.Virgil.6.Æneid.30, Si te fata vocant. Idem 6.Æneid.24,Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus.Affirmat enim potuisse.

Si,cum futuro indicatiui. Ci.Curioni,lib.2.6.2, Nunquã labere,si te audies. Idẽ ad Thermum,li.1.17.7, Si me audies vitabis inimicitias:& posteritatis otio-consules.

Subiunctiuis iungitur, quoties cõditionalis & incertus est sermo.veluti,Si facias,Si faceres.Qui enim sic loquitur,non factũ interim declarat. Hæc Diomedes.Cic.pro Cluẽtio,Tum ei quadraginta millia,si esset absolutus Oppianicus,pollicetur.

Finitiuis,Græcè τοῖς ὁριστικοῖς,id est Indicatiuis etiã iũgitur quũ cõditionẽ significat.Terẽt.And.1.3.5.Si illũ relinquo, eius vitæ timeo: sin opitulor,huius minas. Ibidem,2.1.24, Pamphile Si id facis,hodie postremum me vides. Quintil.Iam si minor in eligendis custodum & præceptorum moribus fuit cu-

ra,pudet dicere, in quæ probra nefandi homines isto exdendi iure abutantur. Saluſtius, Equidem ego vobis regnum trado firmum,ſi boni eritis:ſi mali,imbecillum. Plaut.Trinum.14.34, -metuo,
Si compellabo,ne aliam rem occipiat loqui. Terent.Eunu.1.1.6,Si incipies,neque perficies nauiter. Plaut.Pſeud.7.119,
-ſi ſumus Conſpecti,&c. Virg.1.Georg.44,
At ſi triticeam in meſſem,robuſtáque farra
Exercebis humum. Vbi Seruius dicit EXERCEBIS,pro EXERCVERIS poſitum.

Si,in principio orationis.Cic.pro Cælio,1,Siquis Iudices fortè nunc adſit,&c. Ibidem, Si authoritates patronorum in iudiciis valerent,ab ampliſſimis viris,&c.

Si nihil aliud:ſaltem,&c.Cic.3.Ver.107,Hic iſtius ſcelerata locatione nefarióque latrocinio bonis patriis fortuniſque omnibus ſpoliatus,venit in iudicium:ſi nihil aliud,ſaltem vt eam cuius opera ipſe multos annos eſt in ſordibus,paulo tamen obſoletius veſtitum videret.Compédiaria locutio ſumpta à Græcis, teſte Budæo.

Si minus,Si non.Cic.Attico,lib.13.26.4,Si hortos inſpexeris, dederis mihi quod ad te ſcribam: ſi minus,ſcribam tamen aliquid.Correctiora exemplaria legunt,ſin minus,&c. Idem pro Cluentio,10,Non timuiſſe,ſi minus vim deorum,hominúmq; famam:at illam ipſam noctem,facéſque illas nuptiales? Et ad Curionem, lib.2.5.10 , Propter ipſius excellentem in eo genere vel gratiam vel diligentiam,noſtram ſuffragationem ſi minus potentem,at probatam tamen.

Si modó.Plin.Iunior,Et habebit,ſi modò aliena teſtamenta dictauerit. Idem epiſt.1.lib.3,Neminem magis in ſenectute,ſi modò ſeneſcere datum eſt,æmulari velim. Cic.Attico,lib.13.26.6, Sunt enim vehementer ἀττικὰ Antiochia, quæ diligenter à me expreſſa acumen habent Antiochi, nitorem orationis noſtrum,ſi modò is eſt aliquis in nobis.

Si non,pro Sin minus.Plin.epiſt.6.lib.3,Si adſunt amici,honeſtiſſimi ſermones explicantur:ſi non,liber legitur.

Si non faciat,&c.Cæſar 1.bel. Ciuil.7, Vti antè certam diem Cæſar exercitum dimittat:ſi non faciat,eum aduerſus Remp.facturum videri.

Si non,at.vel,Si nequaquâ,at.Cic.in Orat.55,Nulla eſt enim vllo in genere laus oratoris , cuius in noſtris orationibus nó ſit aliqua,ſi non perfectio,at conatus tamen. Idem de Oratore, Alicui ſi nequaquam parem illius ingenio , at pro noſtro tamen ſtudio meritam gratiam debitámque referamus.

Si non maximus. Cic.in Orat.51, Hoc vno perfecto magnus orator eſt,ſi non maximus.

Si pareret, Verba ſunt formulæ iudicii recuperatorii. Cic.1. Verr.30,Iudiciũ dat ſtatim,ſi pareret eam ſe & ſua Veneris eſſe dixiſſe:iudicant Recuperatores id,quod neceſſe erat.Sic legendum eſt ex Feſto in dictione paret, per r liquidam, nõ pateret.

Si tamen,pro Si modó.Plin.epiſt.1.lib.3, Liber legitur,interdum etiam præſentibus amicis , ſi tamen illa non grauantur. Ibidem,epiſt.6,Deſino enim,ſi tamen officii ratio permiſerit.

Si ego hos bene noui. Cic.pro Roſc. Amer.34, Sed ſi ego hos bene noui,literam illam,cui vos vſque eò inimici eſtis, vt etiã eas omnes oderitis,ita vehementer ad caput affigent, vt poſtea neminem alium niſi fortunas veſtras accuſare poſſitis.

Si quum fungi munere debemus.Cicero 4.Acad.11,Quod ſi quum fungi munere debeamus , non modò operam noſtram nunquam à populari cœtu remouemus,&c.

Si id eſt defendere.Cic.pro Quintio,4,Qui communi ſtudio, ſummis opibus Sext. Næuium defendunt: ſi id eſt defendere, cupiditati alterius obtemperare,quo is facilius,quem velit,iniquo iudicio opprimere poſſit.

Si me amas.Ci.Vatinio,li.5.11.5,De Dionyſio,ſi me amas,cõfice. Quaſi dicat, Rogo te per amorem. Et eſt modus adiurãdi.

Si maximé.Cic.4.Verr.119,Neq; enim ſi maximè ſtatuæ delectæ eſſent,eas ego vobis poſſem iacentes oſtendere.

Si per commodum Reip.poſſet.Liuius 1.bel.Maced.38,Et aut ipſe,ſi per commodum Reip.poſſet, ad opprimendum Gallicũ tumultum proficiſceretur.

Si putaret.Cic.5.Verr.119,Primum enim,ſi Apronium abſolutum putaret,nihil erat quod vllum præiudiciũ vereretur.

Si videtur,per parentheſim poſitũ. Cic.1.Acad.50,Eá quoque (ſi videtur) correctionem explicabo , ſicut ſolebat Antiochus. Idem Sulpitio,lib.4.2.9,Tu(ſi videbitur)ita cenſeo facias.

Si vlli rei ſapiens aſſentietur vnquam,aliquando etiam opinabitur.Cic.4.Acad.111.

Si potes.Cic.1.de Orat.156,Vide inquit Scæuæ,mortuus rapitur,ſi potes eſſe poſſeſſor.

Si fortè.Cic.Q.fratri,lib.1.1.11, Intelliges eſſe nihil à me,niſi orationis acerbitatem & iracundiam & ſi fortè raro literarum miſſarum indiligentiam reprehenſam.

¶Si,pro Quanuis,ſubiunctiuo iungitur. Terent.And.4.1.11, Non,ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omnes homines. Idem Eunucho,1.1.4,Redeam:non,ſi me obſecret.

¶Si,cum QVIS,indicatiuo ferè iungitur. Quintil.lib.1.cap. 4,Deinde ſicut tam eſt mens illiberalis vt obiurgatione nó corrigatur,is etiam ad plagas,vt peſſima quæque mancipia,durabitur. Ouid.1.de Arte,1,Siquis in hoc artem populo non nouit amandi. Cic.1. Offic.33, Eo ſiquis ſibi plus æquo appetet, violauit ius humanæ ſocietatis.

¶Si,pro Etſi.Terent.Eunucho,5.1.16,
-nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maximè, at tu indignus qui faceres tamen. Vbi Donatus, Deeſt ET.vt ſit,etſi.

¶Si,Etiam ſi.Plaut.Merc.14.4,Decem vocaſſet ſi ad cœnam ſummos viros,nimium obſonauit.

¶Si,pro Quum vel Poſtquam.Terent.Phorm.1.2.69, Non ſi rediſſet pater,ei veniam daret? Ibidem,1.1.18,Herus ſi redierit, molendum vſque in piſtrino. Plaut.Aulul.11.7, Afferetur,ſi à foro ipſus redierit. Virgil.5.Æneid.13,
Præterea ſi nona diem mortalibus almum
Aurora extulerit. Donatus.

¶Si,pro An,vel,Vt ſciam ſi.Virg.1.Æneid.61,
-equidem per littora certos
Dimittam,& Libyæ luſtrare extrema iubebo:
Si quibus eiectos ſyluis,aut montibus errat. Cic.Attico,lib.11. 117.3,Delatus eſt ad me faſciculus:ſolui,ſiquid ad me literarum: nihil erat.

Aliàs pro An,ſic ponitur.Terent.Heaut.1.1.118, Viſam ſi domi eſt. Colum.lib.8.cap.5,Animaduertat an pulli roſtellis ouа percuderint:& auſculteturſi pipiant. Plaut.Milite,8.16,
-Philocomaſium dicere nomen Si iniuria eſt?

¶Si,pro Vtinam,aliquando ponitur.Virg.6.Æneid.38,
Si nunc ſe nobis ille aureus arbore ramus
Oſtendat nemore in tanto.Vbi Seruius,Si, Aduerbium rogantis & optantis eſt per ſe plenum.

Si diis placet, Proprium eſt exclamãtis propter indignitatem alicuius rei,ſiue temeritatem, & indignantis, inquit Donatus. Terent. Eunucho,5.3.10,
Virum bonum eccum Parmenonem incedere
Video.vide vt otioſus ſit,ſi dis placet:
Spero me habere,qui hunc meo excruciem modo. Cicero in Orat.Etiam Latini, ſi diis placet, hoc biennio magiſtri dicendi exiterunt. Idem 5.Tuſc.46,Qua gloria commotus Epicurus exoritur,cui etiam,ſi diis placet,videtur ſemper ſapiens beatus. Et pro Roſcio Amer.61,Alter,ſi diis immortalibus placet,teſtimonium etiã in Sex. Roſciũ dicturus eſt. Sic pro Flacco,74, Nimiæ pietatis & ſummi amoris in patriam viciſſim nos pœnas,ſi ita diis placet,ſufferamus. Liuius,Perpetuos,ſi diis placet,Tribunos. Idem,Quin etiã,ſi diis placet,nefas aiunt Cõſulem plebeium fieri. Sic 4.bel.Maced.119.

¶Si eſt vt.Terẽ.Hecyra,Si eſt vt velit reducere vxorẽ,licet.Id eſt,ſi velit. Idem Phorm.1.1.40,Si eſt patruus culpam vt Antipho in ſe admiſerit,&c. Pro,ſi admiſit,vt Donatus interpretatur. Rurſum Hecyra,4.1.44. -ſi eſt vt dicat velle ſe,
Redde.ſin eſt autem vt nolit:rectè conſului gnatæ meæ. In hoc loquendi genere deeſt ET: vt ſit,Si ita eſt vt,&c. quod videsex ſequenti exemplo Plauti in Pœn.16.109,
Sed ſi ita eſt vt ſis Iachonis filius,
Signum eſſe oportet in manu:xna tibi.

Si te in germani fratris dilexi loco,Sic dicimus,inquit Donatus, quando præſtitimus aliquid, & tamen nolumus exprobrare. Teren.And.1.5.57, -ne abs te hanc ſegreges,neu deſeras; Si te in germani fratris dilexi loco:
Siue hæc te ſolum ſemper fecit maxumi. Virgil.9.Æneid.82,
Siqua tuis vnquam pro me pater Hyrtacus aris
Dona tulit. Idem 4.Æneid.64,Si bene quid de te merui.

¶Si, pro Siquidem.Virg.1.Georg.1,
Liber,& alma Ceres,veſtro ſi munere tellus
Chaoniã pingui glandẽ mutauit ariſta.Vbi Seruius,Si,Siquidẽ: nam ſi confirmantis eſt. Idem 5.Æneid.
Si conceſſa peto,ſi dant ea mœnia Parcæ.

¶Si ſapis,pro Si ſapias,ait Donatus.Terẽ.Eun.1.1.51,-ſi ſapis, Neque præterquam quas ipſe amor moleſtias
Habet,addas & illas quas habet,rectè ſeras.

¶Si redierit,pro Si rediit.Terent.Adelph.4.2.11,Nunc redeo: ſi fortè frater redierit viſo. Donatus.

¶Dicis,ſi facies modó,Plaut.Trinum.17.61.

¶Si,per apoſiopeſim ſiue reticentiã dictũ.Terẽt.And.4.5.51,

Ne me attingat ſceleſte: ſi pol Glycerio non omnia hæc.

¶Si ſis homo. Terent. Adelph. 5. 8. 11, -ſi tu ſis homo,
Hic faciat. Vbi Donatus, Si ſis, pro Si eſſe volueris, & ſi credi homo volueris. Rurſum idem, Si tu ſis, non Si tu es, dixit: quaſi in eo ſe hominem ſit Æſchinus probaturus.

¶Si, aliquando ſubaudiendum. Plin. Iunior, Dediſſes huic animo par corpus, feciſſet quod optabat. Horat. 1. Serm. ſat. 3. 3,
-deciès centena dediſſes
Huic parco paucis contento, quinque diebus
Nil erat in loculis. Budæus.

SIAMBIS, Inſula eſt in Oceano Britannico.

SIBARIS, Vide SYBARIS.

Sibi Datiuus à Sui pronomine. Vide ſuo loco.

Sibi habeat ſuam fortunam. Cic. Attico, lib. 7. 130. 1.

Sibimetipſis cõſciuere mortem. Liu. 4. ab Vrbe, 211, Qui ſumma moderatione ac lenitate, per paucorum ſupplicium, quos ſibimetipſos conſciſſe mortem ſatis creditum eſt, tranſacta re, nequiuere tamen conſequi vt non ægerrimè id plebs ferret.

Sibillus Sibili, pen. corr. In ſingulari maſ. generis eſt: in plurali maſc. & neutri. Eſt autem ſonus oris, qui compreſſis dentibus, & parum diductis labris fieri ſolet. Colum. lib. 1. cap. 3, Sibilóque allectari, quo libentius bibant.

Paſtoria ſibila. Ouid. 13. Metam. 169.

Conſcindere ſibilis, Vide **Conſcindo.**

Sibilo ſignum dare. Liu. 5. bel. Pun. 41, Vbi iam eò conſuetudinis adducta res eſt, vt quocunque noctis tempore ſibilo dediſſet ſignum, porta aperiretur.

Edere ſibilum. Catul. de phaſelo, 4. 3.

Mittere horrenda ſibila. Ouid. 3. Metam. 8.

Trepidantia ſibila torſit draco. Valer. lib. 7. Argon. 106.

Vibrata ſibila ſæuis linguis. Silius lib. 3. 38.

Plauſus & Sibilus, cõtraria. Cic. pro Seſtio, 100, Ei verò qui pendet rebus leuiſſimis, qui rumore, & (vt ipſi loquuntur) fauore populi tenetur & ducitur, plauſum immortalitatem, ſibilum mortem videri neceſſe eſt.

Sibilo conſectari aliquem. Cic. Attico, libro 1. 33. 1, Fuſium clamoribus, & conuitiis, & ſibilis conſectantur.

E' ſcena explodi ſibilo & conuitio. Cic. pro Roſ. Comœdo, 18, Qui poſteaquam è ſcena non modò ſibilis, ſed etiam conuitio explodebatur, &c.

Intactus à ſibilo, Vide **Intactus.**

¶Sibilus poeticè, pro Venti flatu. Virg. 5. eclog. 17,
Nam neque me tantum venientis ſibilus Auſtri,
Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxoſas inter decurrunt flumina valles.

Sibilus, pen. corr. Adiectiuum: vt Ora ſibila, pro Sibilantia, inquit Seruius. Virgilius 2. Æneid. 43, Sibila lambebant linguis vibrantibus ora.

Colla ſibila. Virg. 3. Georg. 85.

Sibilo, ſibilas, pe. corr. ſibilare, Sibilũ emittere. Cic. Attico, li. 2. 34. 3, Populares illi iam etiam modeſtos homines ſibilare docuerũt.

Populus me ſibilat. Horat. 1. Serm. ſaty. 1. 14.

Ore ſibilat draco. Virg. 11. Æneid. 151.

Quotiéſque aliquos parat edere queſtus,
Sibilat. Ouid. 4. Metam. 118. De Cadmo verſo in draconem.

Sibus apud ãtiquos callidus vel acut' dicebatur, authore Feſto.

Sibylla ſibyllæ, Puella cuius pectus non decipit, & quæ vaticinatur, inquit Varro. Et à conſiliis deorum nuntiandis veteres hoc nomen impoſuerunt. Æoles enim σιὸς deos dicũt: βουλὴ ſententia ſeu conſilium dicitur. Sibyllas igitur, quaſi ſibullas dixerunt, quæ Dei ſententias enuntiarent. Cic. 1. de Diuin. 165, Sibyllæ verſus obſeruamus, quos illa furens fudiſſe dicitur, quorum interpres nuper falſa quædam hominum fama dicturus in Senatu putabatur, eum quem reuera regem habebamus, appellandum quoque eſſe regem, ſi ſalui eſſe vellemus.

Sibyllã Apollo pio amore dilexit: & ei obtulit poſcendi quod vellet, arbitrium. Illa hauſit arenam manibus: & tam longam vitam popoſcit. Cui Apollo reſpondit id poſſe fieri, ſi Erythræã in qua habitabat inſulam relinqueret, & eam nunquam videret. Profecta igitur Cumas tenuit: & illic defecta corporis viribus, vitã in ſola voce retinuit. Quod quũ ciues eius cognouiſſẽt: ſiue inuidia, ſiue miſeratione cõmoti, ei epiſtolã miſerunt creta ãtiquo more ſignatã. Qua viſa, quia erat de eius inſula, in mortẽ ſoluta eſt. Vnde nõnulli hãc eſſe dicũt, quæ Romana fata cõſcripſit, quòd incẽſo Apollinis templo, inde Romã allati ſunt libri, vnde hæc fuerat. Hæc Seruius in illud 6. Æneid. 65, Olli ſic breuiter facta eſt longæua ſacerdos. Ouidius tamẽ 14. Met. fabulã recitat paulo aliter, vbi Sibyllã loquẽtẽ inducit his verſib',

Lux æterna mihi, cariturãque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuiſſet amanti.
Dum tamen hoc ſperat, dum prælorrumpere donis
Me cupit, elige (ait) virgo Cumæa, quid optes:
Optatis potiere tuis. Ego pulueris hauſti
Oſtendens cumulum, quot haberet corpora puluis
Tot mihi natales contingere vana rogaui.
Excidit vt peterem iuuenes quoque protinus annos.
Hos tamen ille mihi dabat, æternámque iuuentam,
Si Venerem paterer. Contempto munere Phœbi
Innuba permaneo. ſed iam fœlicior ætas
Terga dedit, tremulóque gradu venit ægra ſenectus.
Quæ patienda diu eſt. nam iam mihi ſecula ſeptem
Acta vides. ſupereſt numeros vt pulueris æquem.
Ter centum meſſes, ter centum muſta videre
Tempus erit, quum de tanto me corpore paruam
Longa dies faciet. &c.

Sibyllæ, vt author eſt Varro in libris rerum diuinarũ, quos ad C. Cæſarem Pontificem maximũ ſcripſit, decem fuerũt. Prima, de Perſis, cuius mẽtionem fecit Nicanor, qui res geſtas Alexandri Macedonis ſcripſit. Secunda, Libyca: cuius meminit Euripides. Tertia, Delphica: de qua locutus eſt Chryſippus de Diuinatione. Quarta, Cumæa: quam Næuius in libro belli Punici, Piſo in Annalibus nominauit. Quinta, Erythræa: quam Apollodorus Erythræus ſuam ciuem eſſe affirmauit: Grauiſque Ilium petentibus vaticinãtam, & perituram eſſe Troiam, & Homerum mendacia eſſe ſcripturũ. Sexta, Samia: de qua ſcripſit Eratoſthenes in antiquis annalibus Samiorum reperiſſe ſe ſcriptũ. Septima, Cumana, nomine Amalthæa, quæ ab aliis Demophile vel Erophile nominatur. Hanc fuiſſe affirmãt, quæ dicitur nouem libros ad regem Tarquinium Priſcũ attuliſſe, ac pro eis trecentos philippeos poſtulaſſe: regémque aſpernatũ pretii magnitudinem, & deriſiſſe mulieris inſaniã: illam in conſpectu regis tres cõbuſſiſſe, ac pro reliquis idem pretiũ poſtulaſſe: Tarquinium multo magis mulierem inſanire putaſſe: quæ denuò tribus aliis exuſtis, quũ in eodem pretio perſeueraret, motum eſſe regem, ac reſiduos trecẽtis aureis emiſſe: quorũ poſtea numerus ſit auctus, Capitolio reſecto: quòd ex omnibus ciuitatibus & Italicis & Græcis, & præcipuè Erythræis, coacti, allatique ſunt Romam, cuiuſcunque Sibyllæ nomine fuerunt. Vide Gellium lib. 1. cap. 19. Octaua, Helleſpõtica, in agro Troiano nata, vico Marineſſo, circa oppidum Gergythium: quam ſcribit Heraclides Ponticus, Solonis & Cyri fuiſſe tẽporibus. Nona, Phrygia: quæ vaticinata eſt Ancyræ. Decima, quæ Tyburs ſiue Tyburtina dicta eſt, nominé Albunea: quæ Tyburi vt dea colitur, iuxta ripã Anienis: cuius in gurgite ſimulachrum eius inuẽtũ fuiſſe dicitur, tenẽs in manu librũ: cuius ſacra Senatus in Capitolium tranſtulerit. Harum omnium Sibyllarum carmina & feruntur & habentur, præterquam Cumææ: cuius libri à Romanis occultũtur, nec eos ab vllo niſi à Quindecimviris inſpici fas eſt. Et ſunt ſingularũ ſinguli libri: qui, quia Sibyllæ nomine inſcribuntur, vnius eſſe creduntur: ſúntque cõfuſi, nec diſcerni, ac ſuus cuique aſſignari poteſt, præter quàm Erythrææ, quæ & nomẽ ſuũ carmini verũ inſeruit, & Erythræam ſe nominatã iri prælocuta eſt, quũ eſſet orta Babyloniæ. Omnes igitur hæ Sibyllæ vnũ Deum prædicant, maximè tamen Erythræa, quæ celebrior inter cæteras ac nobilior habetur: ſiquidem Feneſtella diligentiſſimus ſcriptor, de Quindecimviris, dicens, ait, Reſtituto Capitolio retuliſſe ad Senatũ C. Curionem c o s. vt Legati Erythras mitterentur, qui carmina Sibyllæ cõquiſita Romam deportarẽt. Itaque miſſos eſſe P. Gabinium, M. Octacilium, L. Valerium, qui deſcripros à priuatis verſus circà mille Romam deportarunt.

Horrendæ ſecreta Sibyllæ. Virg. 6. Æneid. 2.

Caſta Sibylla. Virg. 5. Æneid. 147.

Cumæa Sibylla. Virg. 6. Æneid. 10.

Viuax Sibylla. Ouid. 4. Faſt. 176.

Sibyllinus, pen. prod. Adiectiuũ, Quod eſt Sibyllæ, vel quod à Sibylla fit. vt Sibyllini libri. Plin. de Viris illuſt. 46, Annibale Italiam deuaſtante, ex reſponſo librorum Sibyllinorum, Mater deum è Peſſinunte accerſita, quum aduerſo Tyberi veheretur, repentè in alto ſtetit. Cic. de Aruſ. reſpõſis, 14, Ne hoc quidem tibi in mẽtem veniebat Sibyllino ſacerdoti, hæc ſacra maiores noſtros ex veſtris libris expeuiſſe? Sibyllinum ſacerdotem vocat, cui ius erat Sibyllinos libros aperire & proferre, ſiquando vaticinium aliquod petendum erat.

Verſus Sibyllini. Horatius in Carm. ſecul. 1.

Sic Aduerbium affirmantis. Terent. Phorm. 1. 1. 2,
Itáne patris ais conſpectum veritum hinc abiiſſe? o. admodum.
P. Phanium relictam ſolam? o. ſic. Plaut. Amphi. 10. 10, Eja autem inimicos? A. ſic eſt, vera prædico. Terent. And. 1. 1. 2,
-datúrne illa hodie Pamphilo
Nuptum? D. ſic eſt. Idem Eun. 3. 5. 15, Pro Eunuchóne? c. ſic eſt.

Sic eſt factum,Sic eſt res,Sic res habet. Terent.Adelph.3.4.1,
Prò di immortales facinus indignum:Geta
Quid narras?o.ſic eſt factum. Plaut.Merc.2.1.65,
Quid tua refert,qui cum iſtac venerit,dum iſtuc:c.ſic eſt
Profectò. Idem Moſtel.1.4.40,Quid tu ais?TE.hæc res ſic eſt vt
narro tibi. Terent.And.5.4.9, Simulaui,vos vt pertentarem.
D.quid ais?s.ſic eſt res. Cic.pro Roſ.Amerino,40,Sic ſi res ha
bet,Iudices,magnam vim, magnam neceſſitatẽ, magnã poſſi-
det religionem paternus maternúſque ſanguis.

Sic,Ita,aut Quemadmodum. Virg.1.Æneid.100,
Non ſic aggeribus ruptis quum ſpumeus amnis
Exiit. Terent.Eunucho,3.5.16,
Noſtin' hãc quam amat frater?A.noui:nẽpe opinor Thaidem.
c.Iſtam ipſam.A.ſic commemineram. Plaut.Stich.3.1.7,Sic fa
ciam, aſſimulabo quaſi aliquam culpam in ſeſe admiſerint.
Idem Menæh.9.1,Sine fores ſic:abi. Cic.pro Quintio,51,Sic co
gitabam:quum contrà dicturus eſſet Hortenſius,& quum eſſet
attentè auditurus Philippus, fore vti permultis in rebus timo-
re prolaberer.

¶Sic ſatis.Terent.Heau.3.1.11,Et quidem hercle forma luculen-
ta.c.ſic ſatis.

¶Sic,Optandi.Virg.10.Æneid.ad finem,Sic pater ille deûm
faciat,ſic magnus Apollo.

¶Sic,Demonſtrationum.Terent.Eunucho,3.5.54,Ego limis a-
ſpecto ſic per flabellum clanculum,& ſimul alia circunſpecto.
Idem Phorm.1.1.95,
Quid ille pædagõgus,qui cithariſtriam?
Quid rei gerit?G.ſic tenuiter.D.non multum habet
Quod det fortaſſe. Ibidem,1.1.90,
-ad precatorem abeam credo,qui mihi ſic oret:
Nunc omitte quæſo hunc,&c. Sic And.1.1.85,
Sic cogitabam,Hic paruæ conſuetudinis
Cauſa,mortem huius tam fert familiariter,&c.

¶Sic eſt,Sic ſum,Sic vita erat:pro,Hoc ingenio,His moribus.
Terent.Phorm.1.2.10,
Cui tanta erat res,& ſupererat?O.deſinas:
Sic eſt ingenium.D.oh,regem me eſſe oportuit. Idẽ And.1.1.
35,Sic vita erat,facile omnes perferre,ac pati. Plautus Moſtel.
Vide vt faſtidit ſimia.T.mihi ſum,ſic ſum. Idem Aulul.9.44,
Quid tu aiſtc.ſic ſum vt vides. Terent.Phor.5.2.42, Itáne tan
dem facere oportet?D.ſic ſum:ſi placeo,vtere. Cic.pro Roſc.
Comœdo,17,Sic eſt vulgus,ex veritate pauca,ex opinione mul-
ta æſtimat. Idem pro Roſcio Amerino, 51, Sic vita hominum
eſt,vt ad maleficium nemo conetur ſine ſpe atque emolumen
to accedere.

Sic ago,ſic me decet. Plaut.Pœn.6.13.

¶Sic,Leuiter,& negligenter. Terent.And.1.1.4, Mirabar hoc
ſi ſic abiret.

¶Sic agam.Terent.Adelph.5.2.11, -interea in angulum
Aliquò abeam,atque edormiſcam hoc villi:ſic agam.

¶Sic,Tam. Plaut.Trinum.10.41,Nihil ſic celere eſt,neque vo
lat.De amore.

¶Sic,Coniunctio illatiua.Cicero,Sic tot ſimul virtutes conti-
nentiæ,grauitatis,iuſtitiæ,fidei defecerunt.Id eſt igitur.

¶Sic,pro Valde.Apuleius, Nec ego rebar ſic multorum id o-
pus dierum eſſe.

¶Sic,Vt.Cic.Trebatio,lib.7.17.6,Sic ei te commendaui,& tra
didi,vt grauiſſimè, diligentiſſimèque potui. Quinul.in Mili-
te Mariano,Sic effectum eſt,vt,quemadmodum aliqui putant,
poſſet citò militare.

Sic vt quimus.Terẽt.And.4.6.9, -ſatiſne rectè?M.nóne?ſic
Vt quimus,aiunt,quando vt volumus,non licet.

Sic?ſic.Virg.4.Æneid.132,Sed moriatur,ait.ſic?ſic iuuat ire ſub
vmbras.Vbi Seruius,Quaſi interrogatio & reſponſio, Et placet
ſic inultam perire?Placet.

Sic & Quaſi. Plaut.Amphit.8.49, Sic ſalutas atque appellas,
quaſi dudum non videris.

Sic & Quomodo.Cælius ad Ciceronẽ,lib.8.4.14,Ego tamẽ ſic
nihil expecto,quomodo Paulum Conſulẽ deſignatum primum
ſententiam dicentem.

Sic demum,pro Ad poſtremum.Virg.6.Æneid.31,
Sic demum lucos Stygios,regna inuia viuis Aſpicies.

Siccine,pen.corr.Aduerbium interrogantis,pro An ſic?vel Sicne?
Terent.Eunuc.4.7.34, -ain' verò canis?
Siccine agis? Ibidem,1.2.19,Siccine ais Parmeno? Et And.4.
2.6, -vah perii,hoc malum integraſcit.
Siccine me atque illam opera tua nunc miſeros ſollicitarier?
Idem Heaut.1.1.114,Siccine eſt ſententia? Cic.1.de Fin.53,Sic-
cine eos cenſes,aut in armatum hoſtem impetũ feciſſe,aut,&c.
Siccine lente iaces?Propert.lib.1.eleg.16.2.

Sica/ſicæ,Genus gladii breuioris,quaſi ſeca. Cic.3.in Catil.9,E
quibus ille maximum ſicarum numerum & gladiorum extulit.
Ibidem,2.15,Non enim iam inter latera noſtra ſica illa verſa-
bitur:non in campo, non in foro,non in curia,nõ denique in-
ter domeſticos parietes pertimeſcemus. Et 3.de Nat.deor.106,
Tum hæc quotidiana,ſicæ,venena,peculatus,&c.

Sicula,ſiculæ,pen.corr.Diminut. Plaut.Rud.4.1.15, Pòſt eſt ſicula
argenteola,& duæ connexæ maniculæ.

Sicarius,ſicarii,Qui ſicã gerit maleficii alicuius gratia, & pro in-
terfectore accipitur.Cic.pro Roſc.Amer.5, Ab his hoc poſtulare
homines ſicarios atque gladiatores,non modò vt ſupplicia ve-
tent,&c. Idem pro eodem,11, Vetus videlicet ſicarius, homo
audax,& ſæpe in cæde verſatus. Sic 2.de Fin.87. Et ad Bru-
tum,17.1. Horat.1.Serm.ſaty.4.1,Quod mœchus foret,aut ſi-
carius, aut alioqui Famoſus.

Immittere in forum ſicarios,Vide **Immitto.**

SICAMBRI,Populi Germaniæ,Menapiis finitimi, ad vtranque
Rheni ripam habitantes. Hi crines natura flauos habent,quos
creſcere ſinunt,& artificio quodam intorquent. Martialis lib.1,
Crinibus in nodum tortis venere Sicambri. Quidam cum y
Græco ſcribunt. Hodie *Geldrenſes* vel *Cliuenſes* volunt eſſe. Me-
minit horum Strabo lib.14.

Cæde gaudentes Sicambri.Horat.4.Carm.ode 14.11.
Indomiti Sicambri.Ouid.ad Liuiam,4.

SICANI,Populi Hiſpani,à fluuio Sicore dicti.Hi duce Siculo,ex-
cluſis Aboriginibus,Italiam tenuerunt:ipſique poſtea ab ipſis
pulſi quos antè pepulerant,inſulam vicinam Italiæ occupaue-
runt,& eam Sicaniam à ſuo nomine nuncupauerunt.

SICANIA, dicta eſt inſulæ Siciliæ quædam pars,in finibus A-
grigentinis.Et amnis in ea Sicanis olim fuit.Sed & inſula quan
doque tota,Sicania dicta eſt,à Briarei Cyclopis filio Sicano:vel
à Sicanis populis,qui primi eam inſulam incoluiſſe feruntur:
qui tamen non ſunt indigenæ,ſed Hiſpani. Sicilia verò à ducis
nomine:quanquã Thucidides dicat deSicilia Italum regem ve-
niſſe,& ab eo eſſe Italiam appellatam.Hæc Seruius illud Virgi-
lii enarrans 8.Æneid.66, Tũc manus Auſoniæ, & gentes venere
Sicanæ. De hac vide infra in dictione SICILIA.

Sicanus,pen.indiff.Adiectiuum:vt
Ætna Sicana.Horat.Epod.17.7,
Quantum neque atro delibutus Hercules
Neſſi cruore,nec Sicana feruida
Vrens in Ætna flamma.
Fluctus Sicani.Virg.10.eclog.1.
Portus Sicani.Virg.5.Æneid.5.
Saxo Sicano patientior.Propertius lib.1.eleg.15.6.

Sicanius,Aliud adiectiuum:vt
Arenæ Sicaniæ.Ouid.15.Metam.56.
Populi Sicanii.Lucanus lib.3.36.
Sinus Sicanius.Virg.3.Æneid.139.
Vrbes Sicaniæ.Lucanus lib.3.12.

Sicarius/Vide **Sica.**

Siccaneus/**Siccesco**/Vide **Siccus.**

Siccine,Vide **Sic.**

Siccus/ Adiectiuum,Aridum & ſine humore, inquit Nonius.
Virg.5.Æneid.36,
Sũma petit ſcopuli,ſiccáque in rupe reſedit. Plaut.Curc.3.14,
Egón' ſalua ſim quæ ſicca ſum ſiti? Ibidẽ,11, -qui ſcreanti tibi
Siccæ,ſemiſomnæ potionem affert, atque it Sedatum te.
Agri ſicci.Horatius 2.Serm.ſaty.4.3.
Arena ſicca.Virg.1.Georg.78.
Fauces ſiccæ fluminum.Virg.4.Georg.86.
Femores ſicci.Ouid.1.Metam.15.
Siccißima herba.Plinius lib.16.ca.40.4,Ex reliquis ſiccißima lotos.
Hyems ſicca.Ouid.3.Amor.eleg.5.11.
Littus ſiccum.Virg.5.Æneid.17.
Ocelli ſicci.Propertius lib.1.eleg.16.3.
Pedibus ſiccis currit ſuper æquora.Ouid.14.Metam.10.
Pocula ſicca.Tibull.lib.3.eleg.6.4.
Puluis ſiccus.Ouid.1.Triſt.eleg.4.10.
Senex ſiccus.Horat.1.Serm.ſaty.3.56.
Sitis ſicca.Ouid.4.Triſt.eleg.7.6.
Tempora ſicca æſtiui Canis.Tibull.lib.1.eleg.4.1.
In ſicco,Id eſt extra aquam.Plin.lib.9.cap.8.8,Nõ reuerſum
in maria,atque in ſicco expiraſſe. Virg.1.Georg.73,
-quúmque marinæ
In ſicco ludunt fulicæ.

¶Siccus,Exercitus multo labore,vel ſobrius. Plaut.Aſin.16.7,
Præter alios meum virum ſui rata
Siccum,frugi,continentem,amantem vxoris maximè. Idem
Pſeud.4.51,Vino modo cupidæ

Eſtis,eo vos pãtices adeò madefacitis, quum ſi m ego hîc ſiccus. Cic.lib.1.Acad.quæſt.Alius adultis,alius ſenib⁹,alius ægris,alius ſiccis,alius vinolẽtis. Ibidem,lib.4.154,Dormientium & vinolentorum & furioſorum vita imbecilliora eſſe dicebas, quàm vigilantium,ſiccorum,ſanorum.

Sicce,Aduerbium.Colum.lib.6.cap.11.1,Maximéque datur opera ne in aquam pedem mittat,& vt ſiccè ſtabuletur. Declarat ſeipſum Columella.

Sicce dicere, per tranſlationem, quemadmodum & Ieiunè. Cic.in Orat.147,Id verò deſinant dicere, qui ſubtiliter dicunt, eos ſolos Attice dicere, id eſt quaſi ſiccè & integrè: & ampliè & ornatè & copioſè,cum eadem integritate Atticorum eſt.

Siccitas,pen.cor.huius ſiccitãtis,ſ.g.Humoris vacuitas.Colu.lib.2, cap.4,Si verò tepor cæli, ſiccitaſque regionis ſuadebit, Februario ſtatim proſcindendi ſunt. Varro Cato, vel De liberis educandis,Periæ propter exercitationes pueriles modicas eam ſunt conſecuti corpore ſiccitatem,vt neque ſpuerẽtur, neque emanarẽtur,ſufflatóque corpore eſſent. Cæſar 4.bel.Gall.597, Qui quum propter ſiccitates paludum,quò ſe reciperent,non haberent,&c. Cicero ad Qu.fratrem,lib.3.17.1, Aquamque quam ſi ducebant non longè à villa bellè ſanè fluentem vidi,præſertim maxima ſiccitate,huberioremque aliquãto ſeſe collecturos eſſe dicebant.

¶Siccitas,Firmitas,interprete Nonio.Cic.de Senect.30,Nullo imbre,nullo frigore adduci vt capite operto ſit:ſummam eſſe in eo corporis ſiccitatem.

¶Siccitas orationis.Cic.1.de Nat.deor.1,Neque enim flumine conturbor inanium verborũ, nec ſubtilitate ſententiarum, ſi orationis eſt ſiccitas.

Sicco,ſiccas,ſiccare,Sine humore efficere.Colum.lib.2.ca.2,Si humidus erit,abundantia vliginis antè ſiccetur foſſis. Plin.libro 8.cap.14,Mergit ſe limo ſæpius,ſiccátque ſole. Idem lib.11.ca. 11.3. Sic apud eundem,Siccari in ſole,vel in vmbra,lib.11.cap. 4.11. & cap.13.1.

Calices ſiccare.Horat.2.Serm.ſaty.6.14.

Capillos rorantes ſiccabat.Ouid.4.Faſt.28.

Cruores ſiccabat veſte.Virg.4.Æneid.138.

Lachrymas ſiccauerat ardor.Ouid.8.Metam.94.

Lumina humida ſiccabat impreſſa lana.Propert.lib.3.ele.6.4.

Capreoli ſiccant hubera ouis. Virg.2.eclog.9.

Vulnera ſiccabat lymphis.Virg.10.Æneid.167.

Siccãtus,pen.prod.Particip.vt Fontes ſiccati.Ouid.15.Metam.150.

Siccẽſco,ſiccẽſcis,ſiccẽſcere,à Sicceo,ſicces.Plin.libro 18.cap.34.8, Aquilonem prænuntiat terra ſiccẽſcens repentè,Auſtrum humeſcens rore occulto. Colum.libro 11.cap.18.1,Fœnum Græcum vetere vino macerato:deinde in ſole exponito,aut in furno vt ſiccẽſcat.

Siccoculus,Adiect.Plaut.Pſeud.3.75,Genus noſtrum ſemper ſiccoculum fuit.Nomen videtur à Planto fictũ,pro eo quod eſt Siccis oculis,id eſt nec lippis,nec lachrymoſis.

Siccaneus,Aliud adiect.Cui contrarium eſt Irriguum & Humidũ. Quod eſt naturaliter ſiccum, vel quod nullo humore irriguum vel aſperſum eſt.Colum.lib.1.cap.17.1, Eius prati animaduertimus duo genera:quorum alterum eſt ſiccaneum, alterũ riguũ. Ibidem,cap.2.3,De ſiccaneis & riguis non comperimus vtra numero vincant,quumvtique penè infinita ſint,quæ ſiccis,quæque humidis locis gaudent.

Sicera/ſiceræ,penul.corr. Nuncupatur omnis potio apud Hebræos quæ inebriare poteſt.

Sicelion/Herba,de qua ſic Plinius lib.25.cap.11.6, Pſyllion alii cynoides,alii cryſtallion,alii ſicelion, alii cynomyiã appellant, radice tenui,ſuperuacua,ſarmentoſum,ſabæ granis in cacuminibus,foliis caninocapiti nõ diſſimilibus,ſemine autem pulici, vnde & nomen hoc in baccis.Ipſa herba in vineis inuenitur.

SICELIS,Vide SICILIA.

SICHARBAS, Didonis maritus, qui & Sicharbas dictus eſt, teſte Seruio apud Virgilium 1.Æneid.70,

Huic coniunx Sichæus erat ditiſſimus agri
Phœnicum,& magno miſeræ dilectus amore:
Cui pater intactam dederat,primiſque iugarat
Ominibus,&c.

Sichæus,Adiectiuum.Virg.4.Æneid.111, Non ſeruata fides cineri promiſſa Sichæo.

Sicileo/ſiciles,pen.corr.ſiculi:vel Sicilio,ſicilis,ſiciliui, ſicilitũ, ſicilire,Quæ malè ſecta fũt ſecare,vt ſit quũ quid fœniſeces præterẽat in pratis.Plin.lib.18.ca.28.1,Prata quoties ſecta ſint,ſicilire oportet:hoc eſt quæ fœniſeces præterẽat,ſecare. Varro 1.de Re ruſt.ca.49.2,Quo facto ſiciliẽda prata, id eſt falcibus conſectãda quæ fœniſeces præterierũt, ac quaſi barba tuberoſũ reliquerunt campũ.A qua ſectione arbitror dictũ,Siculare pratum.

Sicilimentum,ſicilimenti, Quod ſicilitum eſt/ Cato cap.54,Item fœnum cordũ,ſicilimenta de prato demito,eáque arida cõdito.

SICILIA,quod Ouidius 15.Metam.& Claudianus de raptu Proſerpinæ lib.1.confirmat, —Trinacria quondam
Italiæ pars vna fuit.

Sicilia,à Siculo Neptuni filio dicta. Vel quaſi ſicilita, hoc eſt excẽta. Nam olim agro Brutio annexa,mox interfuſo mari Siculo auulſa.Ob hoc Græci Rhegio nomen dedêre, quaſi auulſo.Vnde Virgilius 3.Æneid.83,

Hæc loca vi quondam & vaſta conuulſa ruina
(Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas)
Diſſiluiſſe ferunt,quum protinus vtraque tellus
Vna foret. Plin.lib.3.ca.8, Sicilia quòdam agro Brutio cohærẽs,mox interfuſo mari auulſa eſt. Nam Siciliam Italiæ, Cyprũ Syriæ,Eubœam Bœotiæ,Lubæ Atalantem & Macrim,&c. credidit eſt,vt idem Plinius lib.2.ca.88,annotauit. Sicania etiã dicta eſt hæc inſula à Sicano rege,qui,vt Solinus & Capella ſcribunt,cum Iberica manu in eandem terram ante bella Troiana peruẽnit:deinde Siculus, Neptuni filius,à quo nomen commutatum:nam Trinacria dicta, quòd tribus promontoriis triangula eſt. Ouid.4.Faſt.84,

Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor
Trinacris,à poſitu nomen adepta loci. Vel Triquetra,quòd triãguli figurã habeat huiuſmodi Δ. Triquetrã enim figuram, triangularem dixerunt.Quorũ vnus angulus, qui in Meridiem vergit,Pachynus dicitur: alter Pelorus, qui ad Septentrionem ſpectat, & ab Italia mille quingẽtis paſſibus diſtat: tertius Lilybæus, qui Carthaginem maximè ſpectare videtur, & ab Africæ litoribus ſex. millibus paſſuum diſtare dicitur. Silius lib.3,

Hinc Ætnæa cohors Triquetris quam miſerat oris
Rex Arethuſa tuus. Hæc ab Oriente & Occidente,Septentrionéque Tyrrheno mari,à Meridie Africo alluitur.Patet in longitudine à Peloro vſque ad Pachynũ,millia paſſuũ cẽtũ octoginta:ſeptẽ in latitudine cẽtũ octogintanouẽ.Hæc à principio,vt Iuſtinus ſcribit,Cyclopũ patria fuit:quibus exunctis, Æolus regnũ inſulæ occupauit.Vnde Virg.3.Æneid.114,Ignarique viæ Cyclopum allabimur oris. Et illud,Exulat, Ætnæos vidit Cyclopas Vlyſſes. Elegantiſſima eſt huius inſulæ deſcriptio apud Claudianum libro de raptu Proſerpinæ primo. Meminit & Lucretius lib.1. Silius Italicus lib.14. Inter hiſtoricos Polybius lib. belli Punici 1. Diodorus lib.6.& 16.

Sicilia optima inſularum omnium, antiquitate rerum cæteras antecellit. In ea ſunt Panormus,Cathana, Syracuſæ,vndecima Olympiade cõditæ.Præterea Meſſana, Eryx.& Leontium Gorgiæ rhetoris patria. Ibi Arethuſa fons: Eryx & Ætna montes. In ea comœdia primum inuenta.Hinc Archimedes natus, qui ſyderum diſciplinam machinatus eſt. In ea ſpecus Leſtrigonum,vbi habitabant,& Achates lapis inuenitur. Locorum verò Siciliæ frequens eſt apud Ciceronẽ in Verrinis, Thucydidémqi lib.6.mentio. Aliàs ex profeſſo Dionyſius. Strabo lib.6. Plinius lib.3.ca.8.& multa ad eius imitationem Iulius Solinus.

Sicelis,pen.corr.ſicẽlidis,forma Græca à Sicilia fit.Virgil.4.eclog. 1,Sicelides muſæ,paulò maiora canamus.

Siciliẽſis, Poſſeſſiuum,Qui in Sicilia verſatur.

Siciliẽſis annus. Cic.de Clagis Orat.176, Interim me Quæſtorem Siciliẽſis excepit annus.

Siciliſſo,ſiciliſſas,ſiciliſſare,Sicula lingua loqui.Plaut.Menæch.1.1, Non Atticiſſat,ſed Siciliſſat.

Siculus,pen.corr.Qui è Sicilia eſt,vel incola vel indigena.

Laſciui & dicaces Siculi. Quintil.lib.6.cap.3.19.

Siculus,Adiectiuum, vt poeta Empedocles: nam fuit Agrigentinus.Horat.in Arte,94. Siculique poetæ Narrabo interitũ.

Dapes Siculæ.Horat.3.Carm.ode 1.

Montes Siculi.Virg.eclog 2.5.

Regiones Siculæ.Virgilius 1.Æneid.8.& 111.

Tyranni Siculi.Horat.1.epiſt.2.11.

Per vndas Siculas equitare.Horat.3.Carm.ode 4.9.

Siculum mare,Bocatio, ambit Siciliam,à qua ita denominatur.Ab Occaſu Sardum habet,ab Aquilone Tuſcum,ab Oriente Ionium,à Meridie Africum. Hoc mare,teſte Strabone lib. 1,eadem cum Oceani æſtuariis pati dicitur.Quolibet enim die, ac nocte bis fluxum alternat, ſicuti & Oceanus bis inundat,totiéſque recidit.

Mare Siculum purpureũ Pœno ſanguine.Hor.2.Car.ode 11.1.

Siculicos/haſtarum ſpicula lata, inquit Feſtus.Ennius, Incedit veles vulgo ſiculicibus latis.

Siculicum/ſiculici,pen.cor.Duæ drachmæ. Plin.lib.13.ca.15.3, Tribus ſiculicis infra quatuor pedes.

SICINIVS dentatus,ſtrenuus bellator,qui ob ingentem fortitudinẽ Achilles Romanus appellatus eſt.Is pugnaſſe dicitur cen-

tum & viginti prælijs. Cicatricem auersam nullã, aduersas quadraginta quinque tulisse ferunt. Coronis aureis octo donatus est. Triumphauit cum imperatoribus suis triumphos nouem. De hoc vide Plinium lib.7.cap.38. Item lib.21.cap.5.

Sicinnis/huius sicinnis,fœ.g. Genus saltationis, quæ satyrica esse dicitur. Budæus.

Siclus/sicli,masc.g.Hebræorum numisma,quatuor drachmas Atticas valens,vt ait Iosephus.

SICORIS,pen.corr.Plinio lib.3.cap.3,Fluuius Hispaniæ,iuxta Ilerdenses Surdaonum gẽtis.Lucan.lib.4.3,Hesperios inter Sicoris non vltimus amnes.

Stagnans Sicoris.Lucan.lib.4.67.

Sicubi/pen.corr.Id est Si alicubi.Terent.Eunuc.3.1.13,

-tum sicubi cum fauetas
Hominum,aut negoti siquando odium ceperat,
Requiescere vbi volebat,quasi,&c. Plin.lib.28.ca.1.8,Nos auxilia dicemus, non piacula: sicubi lactis puerperarum vsus mederi poterit, sicubi salua, tactúve corporis, cæteráque similia. Liu.3.ab Vrbe.166,Consul prouidere omnia,laudare fortes,increpare sicubi segnior pugna esset. Virg.3.Georg.67,
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendat ramos.

SICVLVS,Vide SICILIA.

Sicunde/Aduerb.Si alicunde. Liu.6.bel.Pun.190, Nec Consul Romanus tentandis vrbibus, sicunde spes aliqua se ostendisset, decerat. Cic.Attico,lib.13.285.1,Sicunde potes eruere qui,&c.

Sicut/Sicuti/pen.cor. Aduerbia similitudinis.Plau.Rud.11.19,Sic faciam sicut consilium est, ad herũ vt veniã. Ibidẽ,14.67, Quibuscum parua periit Athenis,sicut dixi. Idem Hac.5.69, Quid nunc es facturus?id mihi dice. c.cœlum prandium: Vos duo eritis,atque amica tua erit tecum tertia.

M.Sicut dicis,

Sicuti,sic.Cicero 2.de Orat.170,Reliquæ duæ sicuti sanguis in corporibus,sic illæ in perpetuis orationibus fusæ esse debebũt.

Sicut & Sicuti, interdum non res similes, sed diuersas & planè contrarias denotant: & ITA in secundo membro ponitur. Quintil.lib.10.cap.1.1,Sed hæc eloquendi præcepta,sicut cognitioni sunt necessaria,ita non satis ad vim dicendi valent,nisi illis firma quædam facilitas, quæ apud Græcos ἕξιν nominatur, accesserit. Idẽ lib.1.cap.3.10,Sed sicut firmiores in literis profectus alit æmulatio,ita incipientibus atque adhuc teneris iucundior eo ipso,&c. Et lib.11.cap.2,Sicut versus facilius ediscimus quàm prosam orationem,ita prosam vinctam quàm dissolutam. Plin.epist.9.lib.3,Sicut implicata suspicionibus, ita nõ satis conuinci prolationibus visa est.

¶ Sicut,pro VT.Ci.pro Leg.Manil.17,Sinite hoc loco Quirites (sicut poetæ solent qui res Romanas scribũt)præterire me nostram calamitatẽ. Idẽ 1.Acad.50,Eam quoque(si videtur)correctionem explicabo,sicut solebat Antiochus. Et pro Leg.Manil.34,Tũ ipsius hominis causa(sicuti facitis) velle & optare debetis. Sic 6.Verr.132, Frumentúmne ab his sumpserit Verres, quod Populo Rom.mitteret,sicuti superiores negabunt.

¶ Sicut,Tanquam.Cic.pro Rosc.Comœdo,18, Qui posteaquã è scena non modò sibilis, sed etiam conuitio explodebatur, sicut in aram confũgit in huius domũ,disciplinam,patrocinium, nomen. Quinctil.lib.10.cap.1,Ennium sicut sacros vetustate lucos adoremus.

¶ Sicut,habet nonnũquã venustatem magnã atque vtilitatẽ in disponendo,quoties antecedentem annectit cũ sequẽte sententiã,vt apud Quintilianum in Prooemio lib.1,ad finem,Sunt & alia ingenita quædam adiumenta,vox,latus patiens laboris, valetudo,constantia,decor: quæ si modica obtigerunt, possunt ratione ampliari.Sed nonnunquam ita desunt, vt bona etiam ingenii studiique corrũpant.sicut & hæc ipsa sine doctore perito,studio pertinaci,legendi,scribendi,dicendi multa & cõtinua exercitatione per se nihil prosunt. Plin.libro 7.cap.19,Ferunt Crassum auum Crassi in Parthis interempti nunquam risisse, ob id ἀγέλαστον vocatum,sicut nec fleſſe multos.

SICYNVS, Insula est quam Plinius lib.4.cap.12, inter Sporadas numerat,vt etiam adnotauit Vadianus.

SICYON,Vrbs vetus Achaiæ,à qua Sicyonii : quorum vetustissimus rex Ægialeus terram illic latè tenuit, vt Pausanias in Corinthiacis refert.In Sicyone spectatissima quondam Occasionis imago extitit, authoris Lysippi, cuius erudita est apud Politianum in Miscellaneis explicatio. Regiuncula & ipsa Sicyonia dicta. E Sicyone Aratus ille fuit , cuius meminit in Catalogo præstantiũ virorum Plutarchus. Iuxta Sicyonem Asopus fluit, olea lauróque virent. Vnde Virgilius 1.Geor.104,Venit hyems, teritur Sicyonia bacca trapetis.

Sicyonem fuisse officinarum omnium metallorum patriam, Plinius lib.36.ca.4.1, scribit. In ea etiam,Cicerone teste,molles & muliebres calcei confici solebant.Vnde Sicyonia calceamenta dicta sunt.Lucil.in Sary.Et pedibus læua Sicyonia demit honesta. Cic.1.de Ora.118,Sed,inquit,vt si mihi calceos Sicyonios attulisses, nõ vterer,quanuis essent habiles & apti ad pedẽ,quia non essent viriles: Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri,fortem & virilem non videri.

Oliuifera Sicyon.Ouid.in Ib.n,64. Stat.4.Theb.10,
Qui Drepani scopulos,& oliuiferæ Sicyonis Culta serunt.

Pulchra Sicyonia.Lucret.libro 4.117,Vnguenta,& pulchra in pedibus Sicyonia rident.

SIDA,Pamphiliæ vrbs est,vt scribit Pomponius Mela lib.1.in descriptione Pamphiliæ.

Siderites/sideritis,pen.pro.m.g.Adamantis genus. Plin.lib.37.cap.4.4,Post hunc est siderites ferrei splendoris,pẽdere ante cæteros,sed natura dissimilis. Nam & ictibus frangitur,& alio adamante perforari potest,quod & Cyprio euenit,breuitérque vt degeneres,nominis tantum authoritatem habent.

Sideritis,Herba,siue Sideritis,pen.pro. de qua Plinius lib.22.cap.17.1,Helxinen aliqui perdicium vocant,quoniam perdices ea præcipuè vescãtur.Alii sideritin,nõnulli parthenitũ.Folia habet mistæ similitudinis plãtagini & marrubio,cauliculos dẽsos, leuiter rubentes,semina in capitibus lappaceis adhærentia vestib°.Hactenus Plinius. Sideritidis multa genera fecit Dioscorides quæ nondum constat quibus herbis nostratibus conferenda:incertam enim habent descriptionem. Cæterũm Græci,inquit Marcellus,à ferro Sideritim dixerunt, quoniam glutinãdis vulneribus aptum,præcipuum in bello haberet vsum.Nonnulli sideritim pro eo carduo sumunt, qui vulgò stellatus dicitur.

¶ Siderites,Gemma ferro similis,litigio illata discordias facit, vt ait Plinius lib.37.cap.10.39.

SIDICINVM, Appulorum Dauniorum ciuitas mediterranea, quod & Teanũ dicitur,teste Plinio lib.3.ca.5.De Teano vide Ptolemæum lib.3.cap.1.

Sidicinus,pen.prod.Adiectiuum.vt

Sidicina bella, apud Silium lib.11.35, Terrore expulso,Sidicináque bella remorunt.

Sido/sidis,priore producta,sedi,sessũ,sidere,mutuatur præteritũ à Sedeo,Deorsũ tẽdere significat.Oua plena fidunt in aquis. Aues sidunt,quũ ad quiescendũ in arbore, deuolant. Virg.6. Æne.41,Sedibus optatis gemina super arbore sidũt. Plin.li.6. cap.21.1, Mare interest vadosum, senis non amplius altitudinis passibus,sed certis canalibus adeò profundũ, vt nullæ anchoræ fidant. Idem lib.2.cap.103.11, Eiusdémque pẽderis alia fidere, alia inuehi. Et lib.10.cap.54.1, Et in aqua est experimentum, inane fluitat,itaque fidentia,hoc est plena subiici volunt.

Sido habet proprium præteritũ,nempe fidi,apud Columellã, lib.11.cap.14.1,Deinde patiemur picem confidere,& quum fiderit, aquam eliquabimus.

Sedimentum,sedimenti,Subsessio,cum moles subsidunt.Plin.lib. 36.ca.10.1,Siue vrbis tremoribus ibi tantum gnomone intorto, siue inundationibus Tyberis sedimento molis facto. Budæus.

SIDON, vrbs Phœnicis insignis Chananæorum ad Aquilonem respiciens,& postea regionis Iudææ.Hanc Phœnices(vt quidam aiunt) condidere,qui terræmotu, relicto patrio solo, Assyrium stagnum primò, mox mari proximum litus incoluere,condita ibi vrbe,quàm à piscium hubertate Sidona vocauere, eò quòd tali nomine piscem vocent. Sed deinde post multos annos expugnati ciues sunt,qui nauibus appulsi,Tyron vrbẽ anno Troianæ cladis cõdiderunt.Hanc Eusthathius à Sida Beli filia dictam putat.Iosephus à Sichem filio Chanaan,quæ apud Hebræos etiã Sichem vocatur. Hinc

Sidonius,Possessiuum: vt Vestis Sidonia, id est purpurea. Et licet DO syllabam correptam habeat,vt apud Virgilium 4.Æne.15, Sidoniáque ostentat opes. Inuenitur tamen quandoque producta, vt apud eundem 1.Æneid.114, Obstupuit primo aspectu Sidonia Dido. Sicut in primitiuo,1.Æneid. 125, -Teucrum memini Sidona venire.

Chlamys Sidonia.Virg.4.Æneid.27.
Equus Sidonius.Virg.5.Æneid.115.
Mœnia Sidonia.Ouid.1.de Ponto,eleg.4.16.
Ostro Sidonio fulget.Ouid.4.Trist.eleg.2.6.
Vrbs Sidonia.Virg.1.Æneid.137.

Sidonis,Patronymicum fœm.gen.pro gentili. Ouid.5.Fast.111,Sidoni sic sueras aspicienda Ioui. Et paulo pòst, -te Sidoni Iuppiter implet.

Sidonii, populi Sidonis vrbis. De Sidoniis & Tyriis,scribit Iustinus lib.18.

Sidónes verò, populi Thracum prope Hebrum, quos Plinius Sidonos appellat. Sunt & alii Sidones in Scythia.

SIDONA, Ptolemæo lib.2.cap.17, Dalmatiæ vrbs: aliis Stridona. Vulgò *Sdrigna*: S. Hieronymi patria.

Sidus/sideris, Vide Sydus.

Sibilare/dicebant veteres, quod nos Sibilare nunc dicimus, teste Nonio.

SIGA, ciuitas, Colonia Mauritaniæ Cæsariensis, authore Ptolemæo lib.4.cap.2, Siphacis & Bochi regia: hodie vulgò *Zersm*.

SIGAEVM, Troiæ promontorium: Seruius, Duo sunt (inquit) Troiæ promontoria, Rhœteum & Sigæum, quod dictũ est propter Herculis taciturnitatem, qui prohibitus hospitio simulauit abscessum, & inde contra Troiam per silentium venit, quod dicitur σιγή. Hactenus Seruius enarrans illud Virgilianum 2. Æneid. 63, -Sigæa igni freta lata relucent. Suidas dicit Sigæum esse vrbem Troadis: à qua Sigæus, & Sigæum promontorium.

Sigæus, Adiectiuum: vt Littora Sigæa. Ouid.4.Fast.56.

Sigeius, Aliud adiectiuum quadrisyllabum: vt Tellus Sigeia. Ouid. epist.1.7, Hæc ibat Simois, hîc est Sigeia tellus.

Sigillum/Sigillare/Vide post Signum.

Sigillatum/Vide Singulus adiectiuum.

Sigma, sigmatis, pen.corr.n.g. Mensa exculta, quæ sex caperet conuiuas in similitudinem elementi Græcanici. Lampridius de Heliogabalo, Primus inuenit sigma in terras sternere. Idem, Vt de croco sigma strauerit, quum summos viros vocaret ad prandium.

SIGNIA, Plinio lib.5.cap.19, mons est, in cuius radicibus sita est Apamia.

SIGNINI, pen. prod. Populi Italiæ, de quibus Plinius lib.3. cap 5.28, Vnde

Signinus, penul.prod. Adiect. vt Signinum opus, quod confractis testis addita calce conficiebatur. Colum.lib.1.cap.6.7, Cuius solum terrenum prius quàm consternatur perfossum, & amurca recenti non salsa madefactum, velut Signinum opus, pauiculis condensatur. Idem lib.8.cap.17, Id autem stagnum vel excauatur in petra, vel in litore construitur opere Signino. Idem lib. 9.cap.1, Si naturalis defuit aqua, vel inducitur fluens, vel infossi lacus Signino cõsternuntur. Idem lib.8.cap.15.2, Ora lacus ne corrumpantur violentia restagnantis vndæ, quæ semper interfluere debet, opere Signino consternuntur.

Signinũ vinum. Celsus lib.4.cap.5, Potui quidem aptissimum est vinum frigidum, vel certè bene calidũ meracũ, potissimum Rheticum vel Allobrogicum, aliúdve quod & austerum, & resina conditum est: si id non est quàm asperrimum: maximéque Signinũ. Eadem quoque ratione Signina pyra dicebãtur. Iuuenalis Satyra 11, Signinũ Syriúmqi pyrũ, &c. Plin.lib.15.cap. 15.3. Patriæ nomina habent seriissima omniũ amerina, &c. & in iis Tarentina, Signina, quæ alii colore testacea appellant.

Signum, signi, est parua quædam significatio, indicans totius rei qualitatem, inquit Donatus. Terent. And.5.3.7, Vide nũ eius color pudoris signum vsquam indicat?

Signa ad salutem, Salutis prognostica. Terent. And.3.2.2,
Adhuc Archillis quæ adsolent, quæque oportet
Signa ad salutem esse, omnia hæc esse video.

Morborum causæ & signa. Virg.3.Georg.88.

Mortis signa, Prognostica mortis. Lucret.lib.6.238,
Multáque præterea mortis tum signa dabantur:
Perturbata animi mens in mœrore metúque:
Triste supercilium, furiosus vultus, & acer.

Clarũ signũ, Vide Clarus. Dubia signa. Virg.4.Georg.51.

Immotabilia signa. Quintil.lib.5.cap.10.54.

Insolubile signum. Quintil.lib.5.cap.9.3. De signis.

Magnum signum, Argumentum, Vide Magnus.

Pastorale signum, Vide Pastor.

¶ Colligere aliquid signis. Quintil.lib.3.cap.6.11.

Comprehendere signis, Vide Comprehendo.

Conuenerat id signum, Vide Conuenio.

Signa tibi dicam, tu condita mẽte teneto. Virg.3. Æneid.78.

Dicere aliquid signo. Ouid.15.Metam.110,
Est, ait, hîc vnus, quem vos nisi pellitis vrbe,
Rex erit. is qui sit, signo, non nomine dicam.
Cornua fronte gerit.

Manifesta signa dare. Ouid.5.Metam.94.

Dare signa quamobrem. Cic.7. Verr.140, Quũ iste vestra seueritate permotus, multa signa dederat quãobrem is respõsurus nũ videretur, mẽtio de lege nulla fiebat. Ouid.2. Metam. 90, Sed silet, & læsi dat signa rubore pudoris.

Dare signum militibus. Terent. Eun.4.7.11, Tu hosce instrues hîc ego ero post principia: inde omnibus signũ dabo. Liu.2. ab Vrbe, 105, Sensere vigiles: excitatus exercitus: signo dato concursum est ad arma.

Tacitum dat tessera signum. Silius lib.15.94.

Intenti signum expectant. Virgil.5. Æneid. 37. Intelligit signum quod certaturis solet dari.

Cõiecturam facere ex signis. Terẽt. Adel.5.3.36. -multa in homine Demea Signa insunt, ex quibus cõiectura facilè fit, &c.

Loqui nutu & signis. Ouid.4.Metam.15.

Ponere signa nouis præceptis. Horat.2.Serm.sat.y.4.1.

Solem certissima signa sequentur. Virg.1.Georg.88.

Signi id erit, me, &c. Cic. pro Rosc. Amer.51, Et id erit signi me inuitum facere, quòd non prosequar longius, quàm salus huius, & mea fides postulabit.

¶ Signum, Quo quid consignamus vel obsignamus & notamus, quod & Sigillum dicitur. Cic.pro Quintio.13, Tabulæ maximæ signis hominum nobilum consignantur.

Adulterina signa, Vide Adulter.

Signis impressis pacta conuentáque custodire. Senec. de Benefic.lib.3.cap.15.

Imprimere signum pecori. Virg.1.Georg.13.

¶ Signũ, Quod ad tabernas solet suspendi. Quintil.lib.6.cap. 4, Tabernæ autem erãt circa forum, ac scutum illud signi gratia positum.

¶ Signa, dicuntur sculptilia, siue fusilia ad effigiẽ animaliũ, vel aliarum rerũ fabricata. Plaut.Rud.14.2. Hic in fano Veneris signum flẽtes amplexæ tenent. Cic.de signo Cupidinis loquens, in Verrem, act.6, In auctione signum æneum non magnum HS. CXX millibus vænire non vidimus? Ibidem, 3.31, Delum venit: ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clàm sustulit signa pulcherrima atque antiquissima, eáque in onerariam suam nauẽ coniicienda curauit. Liuius 2. ab Vrbe, 178, Signum inde factum esse, & inscriptum, EX CASSIA FAMILIA DATVM.

Signis aspera pocula, quæ & Sigillata dicebãtur, hoc est, signis decorata & ornata, qui antiquorũ mos fuit. Virgil.9. Æneid.53,
Bina dabo argento perfecta, atque aspera signis
Pocula, deuicta genitor quæ cepit Arisba.

Cymbia argẽto perfecta, atque aspera signis. Virg.5.Æne.54.

Ahenea signa. Horat.2.epist.1.30.

Dædala signa. Lucret.lib.5.181.

Nobile signum. Ouid.3.de Arte, 45, Quum fieret, lapis asper erat, nunc nobile signum.

Stabunt & Parii lapides, spirantia signa. Virg.3.Georg.8.

Exculpere signum. Quintil. lib.2.cap.19.3, Et si Praxiteles signũ aliquod ex molari lapide conatus esset exculpere, Parium marmor mallem rude.

Factum de marmore signum. Ouid.14.Metam.63.

E marmore Pario formatum signum. Ouid.3.Metam.84.

Sic vbi tolluntur festis aulæa theatris,
Surgere signa solent, primúmque ostendere vultus. Ouidius 3. Metam.23.

¶ Signum, Vexillum, Ab effigie animalium quæ in vexillis fieri consueuerunt. Lucan.lib.1.1, -infestisque obuia signis
Signa: pares aquilas, ac pila minantia pilis. Cic.pro M.Fonteio, 28, Ac infestis propè signis inferuntur Galli in Fonteium, & instant atque vrgent summo cum studio. Plin.lib.7.cap.25, Signis collatis quinquagies dimicauit. Liuius 3.bel.Maced.74, In eo prælio supra quadraginta millia hominũ cæsa. Valerius Antias scribit, & quingenta septẽ signa militaria capta, & carpenta quadringenta triginta duo, summa cum audacia. Cæsar 5.bel. Gall.130, Leuitate armorum, & quotidiana exercitatione nihil his nocere posse: rursus se ad signa recipientes, insequuntur. Horatius 1.epist.19.11,
-Cantabrica bella tulisti
Sub duce, qui templis Parthorum signa refixit.

Militaria signa. Horat.Epod.9.3.

Minantia pugnam signa. Lucan.lib.6.2, Explicuit turmas, & signa minantia pugnam.

¶ Abesse à signis, Vide Absum.

Attollere signa. Vide Attollo.

Canere signa. Vide Cano.

Conferre signa, Vide Confero.

Conuertere signa, Vide Conuerto.

Insolita signa defigunt vallo. Silius lib.7.114.

Efferre belli signum. Virg.8. Æneid.1.

Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum. Virgilius 6. Æneid.165.

Reuellere signa. Lucanus lib.7.16.

Castris signa vellere. Virg.4.Georg.11.

¶ Signum, pro Ostento & augurio. Cic.1.de Diuin. Equus eius repente concidit nec eam rem habuit religioni, obiecto signo vt periti videbatur, ne committeret prælium. Budæus.

Prospera signa. Ouid.epist.18.31.

¶Signum,pro Sydere.Ouid.13.Metam.115, -quum ſol duodena peregit Signa.

Orientia ſigna noctis.Virg.7.Æneid.28.

Rabioſi tẽpora ſigni,Dies caniculares. Horat.1.Serm.ſat.5.26.

Splendida ſigna,Aſtra.Lucret.lib.4.91.

Vaga ſigna.Ouid.1.Faſt.62.

Nox cœlo diffundere ſigna parat.Horat.1.Serm.ſat.5.1.

Obitus ſignorum ſpeculari.Virg.1.Georg.51.

Ortus ſignorum ſuſpicere.Virg.eclog.9.9.

Sigillum,Diminutiuum, Paruum ſignum. Cic.6.Verr.43, Apposuit patellã,in qua ſigilla erant egregia. Et paulo poſt,Sigilla anulis,reliquum argenti ſine vlla auaritia reddidit. Et ad Atticum,lib.1.6.5, Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere,& putealia ſigilla duo. Vetus exẽplar habet ſigillata. Apud Martialẽ lib.14.187,titulus eſt,Sigillum Giberi fictile.

Perparuula ſigilla,Vide Perparuulus.

Imprimere ſigilla annulo,Vide Imprimo.

Grata ſigilla pudico. Horat.1,epiſt.11.1,Odiſti claues & grata ſigilla pudico. Horatius dicit librũ ſuum non optare vt includatur,& non amare eſſe ſub ſigillo,quod verecundi ſolent.

Sigillo, ſigillas, ſigillare, Sigillum alicui rei apponere. Vnde Scyphi ſigillati dicuntur,emblematis & incruſtamentis ornati.Cic. 6.Verr.17,Accurrit Verres:iubet me ſcyphos ſigillatos ad Prætorem ſtatim afferre. Id eſt, in quibus erant ſigilla: vt ibidem, Patella grandis cum ſigillis ac ſimulachris deorum.

¶Sigillare,Clandere.Varro,Contrà,lex minus impia eſt,ne filii parentibus luce ſigillent oculos.

Sigillãtus,penul.prod.Participium.Cic.ad Atticum,lib.1.6.5,Præterea typos tibi mando,quos in tectorio atrioli poſſim includere,& putealia ſigillata duo. Alii legunt ſigilla.

Sigillãris,& hoc ſigillãre,pen.prod.Quod ad ſigillũ pertinet.Vnde Sigillaria opera dicũtur paruæ imagines fictilib' deſcriptæ: dicta à ſigillis,id eſt paruis ſignis.

SIGILLARIA, plurali numero, Viculi erant Romæ vbi ſigilla vendebantur. Gell.lib.5.cap.4,Apud Sigillaria fortè in libraria, ego & Iulius Paulus poeta,vir memoria noſtra doctiſſimus,conſederamus. Idem lib.2.cap.3,Oſtendiſſe mihi librum Æneidos ſecundum mirãdæ vetuſtatis,emptum in Sigillariis x x aureis.

Sigillaria, Dies feſti Saturnalibus additi, vt teſtatur Macrobius lib.1.Saturnal. cap.10.ad finem. In his ſigilla, id eſt parua ſigna miſſitabant amici, vt in Saturnalibus cereos. Originem eorum ſic deſcribit Macrobius 1. Saturnal. cap.11, Epicadus refert, Herculem occiſo Geryone, quũ victor per Italiam armenta duxiſſet,Ponte qui nunc Sublicius dicitur,ad tempus inſtructo, hominũ ſimulacra pro numerò ſociorum quos caſu peregrinationis amiſerat, in flumen demiſiſſe:vt aqua ſecunda in mare deuecta, pro corporibus defunctorum veluti patriis ſedibus redderẽtur: & inde vſum talia ſimulachra fingẽdi inter ſacra mãſiſſe. Aliam tamen rationem,quam & putat veriorem, tum ibidem,tum cap.7,multis verbis explicat.

Signifer,pen.corr.ſigniferi,pen.corr.Qui fert ſigna,quaſi vexillifer.Cic.4.Tuſc.88,Et quidẽ ipſam illã iram Cẽturio habeat aut ſignifer,vel cæteri,de quib' dici nõ neceſſe eſt, ne rhetorũ aperiamus myſteria. Idem 1. de Diuin.131, Quo tempore quũ ſignifer primi haſtati ſignũ non poſſet mouere loco, &c. Idem 4.Verr.54, Sit in eius exercitu ſignifer, &c. Liu.2.ab Vrbe,158, Signo amiſſo ſigniferos ad hoc Centuriones,&c. Ouid.5.Faſt. 117,Romanæq; aquilæ ſignifer hoſtis erat. Idem 1.Amor eleg. 12.3,Ipſe eques,ipſe pedes,ſignifer ipſe fui.

Sæuus ſignifer.Stat.10.Thebaid.110.

Puppis ſignifera.Lucan.lib.3.111.

Polus ſignifer.Lucan.lib.3.51.

Crater ſignifer,Ornatus ſignis.Valer.1.Argon.69.

¶Signifer,dicitur circulus, in quo x 11 ſigna ſunt,qui Græcè Zodiacus appellatur,ab effigie animalium quæ in eo ſunt.Plin. lib.2.cap.4, Admirat rerum ordo,deſcripto circulo, qui ſignifer vocatur,in duodecim animalium effigies, & per illas ſolis curſus congruens tot ſeculis ratio. Cic.2.de Nat.deorum,77,Infra autem hãc ſtellã Mercurii eſt,quæ anno ferè vertente, ſignifero luſtrat orbem. Idem 1. de Diuin.133, Vim quandam eſſe aiunt ſignifero in orbe,qui Græcè ζωδιακὸς dicitur.

Signo,ſignas,ſignare,Signũ imprimere.Virg.3.Geor.35, -& ſummo veſtigia puluere ſignent. Ibidem,1.54,Quinetiam cæli regionem in cortice ſignant.

Area ſignabitur noſtro curru.Ouid.1.de Arte,8.

Cera ſignatur figuris.Ouid.15.Metam.34.

Humum ſignare limite.Ouid.3.Amor.eleg.7.9.

Mœnia aratro ſignat Romulus.Ouid.4.Faſt.165.

Nomina ſignata ſaxo.Ouid.8.Metam.108.

Carmine ſaxum ſignare.Ouid.1.Metam.66.

Signare argentũ,Signo alicuius principis honeſtũ reddere & approbare.Cic.ad Plancũ,lib.13.30.3,Quũ ſignaretur argentum Apolloniæ,nõ poſſum dicere eũ præfuiſſe,neque poſſum negare affuiſſe. Plin.lib.18. cap.3.4, Seruius rex,ouium, boũmque effigie primus æs ſignauit. Cic.3.de Legib.9,Æs,argẽtum,aurumve publicè ſignanto. Sic Liuius 4.ab Vrbe,261.

Imago ſignatur titulo.Ouid.epiſt.1.15.

Signare ex auro denarium. Plin.lib.33.cap.3.4, Proximũ ſeculo fecit qui primus ex auro denarium ſignauit.

Signare in animis. Cic.4. Acad.118, Nihil ita ſignari in animis noſtris à vero poſſe, quod non eodem modo poſſit à falſo.

¶Signare,Oſtendere,ſigno indicare. Plaut.Ciſtell.10.19, Eccam locum ſignat,vbi ea excidit. Idem,Hic meretricem deperit,ſignat tamen ſe eam non amare.

Oculis ſignari.Virg.12.Æneid.1.

Diem ſignare honore celebri.Ouid.5.Faſt.95.

¶Signare numeris,Verſibus declarare, & exprimere.Colum. lib.1.cap.3.8,Huc pertinet præclara noſtri poetæ ſententia, -laudato ingentia rura,

Exiguũ colito. Quod vir eruditiſſimus, vt mea ſert opinio,traditum vetus præceptum,numeris ſignauit.

Carmine rem ſignare.Virg.3.Æneid.58.

Verba ſignare. Quintil.lib.2.cap.14.2, Sed nõ omnia nos ducentes ex Græco ſequuntur, ſicut ne illos quidem, quoties ſuis vtique verbis ſignare noſtra voluerunt.

Signare appellatione,Signare differentiã aliquã.Quintil.lib. 4.cap.1,Oratores quoq; ea quæ prius quàm cauſam exordiantur,ad conciliandos ſibi iudicum animos præloquuntur, ea appellatione ſignarunt. Idem lib.6.cap.3, Et vt proximè vtriuſque differẽtiam ſignem,illud comœdiæ,hoc tragœdiæ ſimile.

Signandus,participium.vt Iura ſignanda.Propert.lib.3.eleg.20 3, Fœdera ſunt ponenda prius,ſignandáque iura,

Et ſcribenda mihi lex in amore nouo.

Signãtus,pen.prod.Participiũ.Vlpianus,De rebus eorum qui ſub tutela vel cura ſunt,L.Ad teſtium, Signatas tabulas accipi oportet,etſi linteo quo tabulæ inuolutæ ſunt,ſigna impreſſa fuerint. Iuue.Saty.14.14, -differre in tempora cœnæ

Alterius conchem æſtiui cum parte lacerti

Signatam,vel dimidio,putrique ſiluro.

Pectus ſignatum ſanguine.Ouid.1.de Arte.77.

Tabellis ſignatis mandare aliquid.Tibull.lib.4.ele.7.1.

Cicatrix ſignata in ſtirpe.Virg.2.Georg.77.

¶Signatus,pro Inſigni aliquãdo captũ à veteribꝰ legitur:vnde Signatã virginem dicebant, quaſi inſignem virginitate, & integram,vt ait Nonius. Plautus, Negat ſe puellam ſignatam domum reuerſuram. Lucilius lib.29,Primam Chryſicum negat ſignatum reddere.

Signãtor,pen.prod.Verbale, Qui teſtamentis ſignandis adhibetur.Saluſt.in Catil. Ex illis teſtes, ſignatoréſque falſos commodare: fidẽ, fortunas,pericula vilia habere. Sueton.in Tiberio, cap.13,Illatum deinde Auguſti teſtamẽtum,nõ admiſſis ſignatoribus niſi Senatorii ordinis. Quintil.lib.5.cap.7,2, Si reprehenſionem non capit ipſa perſona, infamare ſignatores licet. Iuuenalis Saty.10.34, -veniet cũ ſignatoribus auſpex. Idem Saty.1.7,Et multum referens de Mecœnate ſupino Signator.

Signatorius, Adiectiuum, Quod ſignat: ſeu quo ad ſignandum vtimur. vt Signatorius annulus. Valerius Max.lib.8.cap.15. De Lucio Sylla,Vt annulo quo ſignatorio vtebatur,ſculptam illam traditionem haberet. Paulus Iureconſ. Annulus ſignatorius ornamenti appellatione non continetur.

Significo,ſignificas,pen.corr.ſignificare,Signum facere, ſiue per ſigna notum facere,Demonſtrare. Plaut.Trucul.17.12, Etenim ſic iſtuc volo: ne inter vos ſignificetis,ego ero paries.

Significare & annuere.Cic.5.Verr.183,Hoc enim mihi ſignificaſſe & annuiſſe viſus eſt.

Res ſignificanda per geſtum.Ouid.5.Triſt.eleg.11.8.

¶Significare,Oſtendere.Cic.pro Roſcio Amer.59, Quid hæc tanta celeritas feſtinatióque ſignificat? Idem pro Fonteio,2, Vnæ tabulæ proferantur in quibus veſtigium ſit aliquod,quod ſignificet pecuniam Fonteio datam. Plin. lib.7.cap.19.3, Nec difficulter ex iis quæ deus ſignificaſſet,intellexit: pacémque funeri dedit. Liu.1.ab Vrbe, 87, Manúque ad digitos vſque inuoluta,rem diuinam facere: ſignificantes fidem tutandam, ſedémque eius etiam in dextris ſacratam eſſe.

Significare & apertè oſtendere.Cic.4.Verr.105,Ex tua Prætura primum nata eſt hæc poſtulatio: qua quum vtuntur, hoc ſignificant,atque adeò apertè oſtendunt,ſeſe ad ſtatuas pecuniã metu ac malo coactos inuitiſſimos contuliſſe.

Significare claré. Cæſar 7.bel.Gall.9, Nam vbi maior atque

illustrior incidit res, clarè per agros, regionésque significant.

Significare aliquem in appellando. Cic. pro Fonteio, 14, Is igitur vir quem ne inimicus quidem satis in appellando significare poterat, nisi antè laudasset.

Significare per literas. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 3, Ac ne illud mirere, cur quũ ego antea tibi significarem per literas, me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idè videar dissidere.

Significare si. Cic. pro Rosc. Amer. 33, Anseribus cibaria publicè locantur, & canes aluntur in Capitolio, vt significent si fures venerint.

Significans, pen. corr. Nomen ex participio. vt Verba significantia. Quintil. lib. 8. cap. 2, Quo nihil inueniri potest significãtius. Idem lib. 4. cap. 2, Verbis propriis & significantibus. Et lib. 9. cap. 2, Dilucida & significans descriptio. Vitruuius lib. 11. cap. 4. Plin. lib. 35. cap. 12.

Significanter, Aduerbiũ, Quod vulgus *intelligibiliter* dicit, vel *notabiliter*. Quintil. lib. 6. cap 3, Non parum significanter etiam illa in scholis ẽto dixerimus.

Dicere significanter atque ornatè. Quintil. lib. 1. cap. 7. 16.

Disponere significãtius. Quintil. lib. 3. cap. 6. 48, Colligere tantùm eadem, ac disponere paulò significantius conor.

Significatio, significatiõnis, Verbale, Indicatio, indicium. Author ad Herennium, lib. 4. 166, Exclamatio est quæ conficit significationem doloris.

Inueteraui aliena verbi significatio, Vide **Inuetero.**

Significatio virtutis vel probitatis. Cic. de Amicitia, 45, Quũ autem contrahat virtus amicitiã, vt suprà dixi, siqua significatio virtutis eluceat, ad quam se similis animꝰ applicet & adiungat: id quũ contigerit, amor exoriatur necesse est. Ibidem, 51, Quãobrem hos quidem ab hoc sermone remoueamus: ipsi autem intelligamus à natura gigni sensum diligendi, & benenolentiæ charitatem facta significatione probitatis.

Significatio aduẽtus, Declaratio. Cæsar 6. bel. Gall. 104, Monet vt ignes fieri in castris prohibeat, nequa eius aduentus procul significatio fiat.

Facere significationes, Vide **Facio.**

¶ Significatio, Nútiũ. Cæs. 1. bel. Ciuil. 331, Id verò militibꝰ fuit pergratũ & iucũdum, vt ex ipsa significatione potuit cognosci.

Significatione vna literarum. Cic. pro Lege Manil. 4, Quòd is qui vna die tota Asia, tot in ciuitatibus, vno nuntio, atque vna literarum significatione, ciues Romanos necãdos, trucidandósque denotauit.

Significatio magna fit, nõ, &c. Cic. 1. Offic. 183, Ex quibus magna significatio fit non adesse constantiam.

Significãtus, huius significãtus, penul. prod. Idem. Plin. lib. 18. cap. 15. 13, Ipsi dies rarò non aliquos tempestatum significatus habent. Idem lib. 2. cap. 15. 1, Acontiæ iaculi modo vibrãtur ocyssimo significatu.

SIGOVESVS, Vide AMBIGATVS

Sil, silis, n. g. Genus pigmẽti, luteum colorem, quemadmodum ochra reddens, inuenitúrque ceu limus quidã in argenti & auri fodinis: quemadmodum etiam id aliud pigmentũ quod cæruleum à colore dicitur. Plin. lib. 33. cap. 11. 7, Argẽtum medicatis aquis inficitur, atque etiam afflatu falso, sicut in mediterraneis Hispaniæ. In argenti & auri metallis nascũtur etiamnum pigmẽta, sil & cæruleum. Sil propriè limus est. Optimum ex eo quod Atticũ vocatur. Ibidem, cap. 13. 1, Sile pingere primi instituêre Polygnotus & Mycon, Attico duntaxat.

Silaceus color, apud Plinium lib. 35. cap. 7. 2, hoc est, sile compositus & luteus: Quatuor coloribus solis immortalia opera illa fecere: ex albis, melino: ex silaceis, Attico: ex rubris, sinopide Pontica: ex nigris, atramento.

Silanus. Lucretius, Corpora silanos ad aquarum strata iacebant. Cels. lib. 11, Confert aliquid ad somnum silanus iuxtà cadens. Festus in dictione Tullio. Sed vterque locus fœdè corruptus est. Sic enim legitur apud Lucretium lib. 6. 154,

Corpora sola amneis ad aquarum strata iacebant. Celsi verò locus sic habet lib. 3. cap. 18, Confert etiam aliquid ad somnum, saliens iuxta cadens, vel gestatio post cibum.

SILARVS, vel Silaris, pen. corr. Lucaniæ amnis, cuius hæc natura est, vt in eum nõ virgulta modò immersa, verùm & folia lapidescant, aliàs salubris potus eius aquæ. Plinius lib. 2. cap. 103. Silius item Italicus libro 8. 116,

Nunc Silarus quos nutrit aquis, quos gurgite tradunt
Duritiem lapidum mersis inolescere ramis. Hoc amne Lucanus ager terminatur. Virgil. 3. Georg. 30,
Est luco Silari circa, ilicibúsque virentem
Plurimus Alburnum volitans, &c.

Silatum, pen. prod. (inquit Festus) antiquꝰ pro eo quod nunc ientaculum dicimus, appellabant: quia ieiuni vinum sili condi-tum ante meridiem absorbebant.

Silaus, Herba. Plin. lib. 26. cap. 8. 40, Silaus nascitur glareosis & perennibus riuis, cubitalis, apii similitudine. Hanc herbam sunt qui pro phellandrio lieleoselinóque vsurpent. Barbarus autem in castigatione Pliniana verbum illud Silaus adulterinum arbitratur, nec silaus, sed lauer scribendum. Hoc autem lauer sumit pro ea herba quam vulgus *crestionem* appellat.

Sile, silis, n. g. Herba quam alio nomine seselim vocãt: cuius vel radice, vel semine vinum cõdiebatur apud antiquos, quod ante meridiem sumere mos erat. Propterea Silatũ antiqui dixere, quod nunc ientaculum dicimus. Sipontinus.

SILENVS, penult. prod. Bacchi nutritius, vel pædagogus. De quo Virgilius ecloga 6. 3,

-Chromis & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem.

Famulúsque dei Silenus alumni. Horat. de Arte, 49.

Nysigeni Sileni. Catull. Argon. 59. 51.

Pater Silenus. Propert. lib. 3. eleg. 3. 6.

Sileo, siles, silui, silẽre, dicitur qui nõdum cœpit loqui. Frequenter præpositioni **De** adiungitur. Plin. in Paneg. 89, Quinetiam tãto maiore consensu in venerationem tui theatra ipsa consurgent, quãto magis de te scenæ silebunt. Cic. 6. Verr. 71, Me non solùm silere de vestris monumẽtis oportebit, sed etiam lætari, P. Africani eiusmodi esse fortunas mortui, vt eius honore, &c. Plin. lib. 16. cap. 11. 1, Itaque mirum est, Græcis authoribus proditum, apud nos postea sileri.

Muta silet virgo. Ouid. 10. Metam. 78.

Facti culpam silere. Ouid. 2. Trist. 41.

Causa mala silenda est. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 19.

Illenefastus erit per quem tria verba silentur. Ouid. 1. Fast. 10. Vide **Verbum.**

Et nunc omne stratum silet æquor. Virg. eclog. 9. 11.

Silent inter arma leges. Cic. pro Milone, 7, Silent enim leges inter arma, nec se expectari iubent.

Iura silent. Ouid. ad Liuiam, 38.

Leges bello siluere coactæ. Lucan. lib. 1. 57.

Loca latè silent. Virg. 9. Æneid. 39.

Silent Musæ. Cic. 1. Acad. 4, Silent enim diutius Musæ Varronis quàm solebant. Hoc est, Nihil scribit, nihil edit Varro.

¶ Silẽtur, pen. prod. Impersonale. Terent. Phor. 5. 1. 13, De iurgio siletur. Cicero ad Brutum, lib. 11. 6. 4, Nefas esse duxi, aut ita haberi Senatum, vt de tuis diuinis in Remp. meritis sileretur: aut, &c.

Sileãtur ille. Apud Plinium epist. 175, Quisquis ille, qualiscũque, sileatur: quem insignire, exempli nihil: non insignire, humanitatis plurimum refert. Plin. maior, lib. 11. in Proœm. 1, Nullum sileatur rerum naturæ opus.

Silens, silentis, Participium, siue Nomen ex participio.

Mox etiam lemures animas dixere silentum, Hoc est mortuorum. Ouid. 5. Fast. 97.

Cœtus silentum. Ouid. 15. Metam. 14.

Concilium silentum. Virg. 6. Æneid. 87.

Sedes silentum. Ouid. 15. Metam. 155.

Vulgus silentum. Seneca Medea, 10. 1.

¶ Cælũ silens, pro Tempore sereno. Plin. lib. 18. cap. 18. 18, Silente cælo, sereníque noctibus.

Dies silens à ventis. Colum. lib. 4. cap. 19, Diem quoque tepidum, silentémque à ventis eligat.

Flos silens, qui nõ amplius crescit & quodammodo declinat. Columella lib. 11. cap. 7. 1, His præparatis circa vernum Æquinoctium herbas in vsum colligi, & reponi oportebit, cymam, caulem, capparim, apii coliculos, rutam, olusatrum cũ suo caule ante quàm de folliculo exeat, item ferulæ cum coliculo silẽtes, quamtenerrimum florem pastinacæ agrestis, vel satiuæ cũ coliculis, silentẽ florem vitis albæ, & asparagi, &c. Ego tamen florem silentem dici putauerim, qui nõdum se explicat & aperit. Tunc enim silet, nec se promit.

Luna silens, Deficiens, & declinans: quando nõ amplius apparet super terram, vt pote in interlunio, nobis non lucens. Columella lib. 2. ca. 10, Silente luna fabam vellito ante lucẽ. Plin. lib. 16. cap. 39. 3, Inter omnes verò conuenit vtilissimùm in cultu eius sterni, quem diem alii interlunium, alii silentis lunæ appellant. Cato cap. 50, Prata primo Vere stercorato luna silenti.

Luci silentes. Silius lib. 17. 5.

Nox silens. Virg. 4. Æneid. 106.

Spiritus silentis dies. Colum. lib. 3. cap. 19. 2, Veruntamen præstat eligere sationi silentis vel certè placidi spiritus diem.

Surculi silentes, Nondum germinantes. Columel. lib. 11. cap. 2. 19, Surculi quoque silentes ad insitionem nunc præcipuè, vtiliterque leguntur,

Venti silẽtes. Colum. lib. 11. cap. 15. 3. Quòd si ager maritimus est, silentibus ventis de alto quàm quietissimo mari sumenda est aqua.

Vineæ silẽtes. Colum. lib. 4. cap. 17. Fossor protinus, adhuc silentibus vineis inducendus est. Id est nondum gemmantibus.

Vmbræ silentes. Virg. 6. Æneid. 53.

Vnda silens. Valer. 5. Argon. 105.

Silẽtium, silẽtii. Plin. lib. 10. cap. 69. 2. Silentium in mari piscãtibus.

Somni silentia. Ouid. 4. Fast. 110.

¶ Silentiũ noctis pro intempesta nocte, quam alii cõcubium, alii cõticinium vocant. Liu. 5. ab Vrbe, 148. Eodem anno M. Cæditius ex plebe entũciauit Tribunis: se in Noua via, vbi nunc sacellum est: supra ædem Vestæ vocem noctis silentio audisse clariorẽ humana.

Acre silentium & intentum, & cupidum vlteriora audiendi. Plin. epist. 10. lib. 2. Vide Acer adiectiuum.

Alta silentia. Ouid. 1. Metam. 71. Virg. 10. Æneid. 13.

Alti & egregii silentii homo. Horat. 2. Serm. saty. 6. 11.

Iurantem mescire nihil, mirantur, vt vnum
Scilicet egregii mortalem, altique silenti.

Amica silentia tacitæ Lunæ. Virg. 2. Æneid. 51.

Cæca silentia. Silius lib. 7. 71.

Fidele silentium. Horat. 3. Carm. ode 2. 5.

Muta silentia noctis. Ouid. 7. Metam. 37.

Rabiosa silentia. Pers. Saty. 5. 9. Murmura quum secum, & rabiosa silentia rodunt.

Sacrum silentium. Horat. 2. Carm. ode 13. 6.

Veruque sacro digna silentio
Mirantur vmbræ dicere.

Seuera silentia noctis. Lucret. lib. 4. 94.

Suspicax silentium. Tacit. lib. 3. Plus sibi in principem occultæ vocis, aut suspicacis silentii permisit.

Taciturna silentia. Ouid. 2. de Arte, 101.

Tranquilla silentia noctis. Stat. 1. Thebaid. 88.

¶ Adesse cum silentio, Vide Silentium.

Agere silentiũ de aliquo. Quintil. lib. 10. cap. 1, Quippe quum Tullius tot millibus versuum de Romanis tantũ oratoribus loquatur, & tamen de omnibus ætatis suæ, quibuscũ conuiuebat, exceptis Cæsare atque Marcello, silentium egerit: quis erit modus si & illos qui postea fuerunt, & Græcos omnes, & philosophos, & poetas persequi velim?

Agere alta silentia. Ouid. 1. Metam. 71.

Animaduertere cum silentio, Vide Cum præpositionem.

Audire silentio, Vide Audio.

Confiteri silentio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 48, Cuius artis est malam esse causam silentio confiteri.

Continere suos silentio, Vide Contineo.

Descendere in silentium. Quintil. lib. 10. cap. 3, Accidit etiã ingeniosis adolescentibus frequenter, vt labore cõsumantur, & in silentium vsque descendant nimia bene dicendi cupiditate.

Dissimulare aliquid silentio. Quintil. lib. 5. cap. 13, Quare illud stultissimè præcipitur quod desendi non possit, silentio dissimulandum.

Facere silentium. Quintil. lib. 2. cap. 5. 4, Nam mihi quum facilius, tum etiam multò magis videtur vtile, facto silẽtio, vnum aliquem, &c.

Tectis facta silentia. Virg. 1. Æneid. 147.

Longa silentia facere. Ouid. 2. Fast. 37.

Facere silentia maiestate manus. Pers. Saty. 4. 2.

Silentio aliquid ferre. Cic. 2. Tusc. 80, Tũne quum pueros Lacedæmone, adolescẽtes Olympiæ, barbaros in arena videris excipientes grauissimas plagas, & ferentes silentio, si te fortè dolor aliquis peruellerit, exclamabis vt mulier.

Iubere silentia. Lucan. lib. 2. 60, -vultu, dextráq; silẽtia iussit.

Eximia est virtus præstare silentia rebus. Ouid. 2. de Arte, 111.

Rumpere silentia sermone. Ouid. 1. Metam. 41.

Rumpere alta silentia. Virg. 10. Æneid. 13.

Rumpere taciturna silentia. Lucret. lib. 4. 118.

Suadere silentia digito. Ouid. 9. Metam. 139.

Silentium esse à, Vide A præpositionem.

Silẽtiũ est causarũ & iuris. Cic. 7. Verr. 26, In foro silẽtiũ esse summæ causarum atque iuris, non ferebant homines molestè.

Est silentium de. Cic. ad Atticum, lib. 5. 104. 4, De Partho silentium est, sed tamen concisos equites nostros à barbaris nuntiabant ii qui veniebant.

Tenuere silentia cuncti. Ouid. 1. Metam. 41.

Furibunda silentia torquent illam. Stat. 10. Thebaid. 178.

Tramittere aliquem silentio. Tacit. lib. 1, Scaurum, cui implacabilius irascebatur, silentio tramisit.

Transire quidpiam silentio. Quintil. lib. 1, cap. 3. 1, Ne illorum quidem persuasio silentio transeunda est, qui etiam, &c.

¶ Silentium dicimus in auspiciis, quod omni vitio caret. Cicero 2. de Diuinat. 109.

¶ Silentio, vice aduerbii. Liu. 9. ab Vrbe, 103, Nocte deinde, silentio (vt mos est) L. Papyrium Dictatorem dixit.

Silentiarius, minister erat Imperatoris in palatio. de quo Iustinianus, C. de Silentiariis, & Procopius belli Persici libro 1, Romani, inquit, ad ea quæ quietis sunt in palatio ministrum, Silẽtiarium vocant: sicuti Domesticum, arcanorum principis conscium. vt in eodem opere legitur. Alciatus.

Silesco, silescis, silescere, Tacitum fieri, Silẽre. Terent. Adel. 5. 2. 10,

-quid ego nunc agam,
Nisi dum hæ silescunt turbæ, interea in angulum
Aliquò abeam, atque edormiscam hoc villi: Id est sedabitur hic tumultus.

Deũm domus Ioue dicente silescit. Virg. 10. Æneid. 21.

Furor exli silescit. Catull. ad seipsum, 43. 1.

Siler/sileris, pen. corr. n. g. Frutex nonnunquam arboreſcẽs, vt baculos rustici ex eo faciãt: aquosis locis crescit quasi pumila salix, cuius etiã generibus annumerari creditur, inquit Ruellius, contenditque non esse id quod *sesseli Massiliense* officinæ, & siler montanum appellant. Virg. lib. 2. Geor. 3,

Nanque aliæ nullis hominum cogentibus, ipsæ
Sponte sua veniunt, campóque & flumina latè
Curua tenent, vt molle siler, lentæq; genistæ. Plin. lib. 24. cap. 10. 1, Sileris folia illita fronti, capitis dolores sedant.

Silex/silicis, pen. corr. masc. g. Lapis durus, ex quo ignis excuti solet. Dictus quòd de eo ignis saliat. Vel quòd lentum intra se ignem habeat, qui attritu, aut percussu excitetur. Ouid. lib. 7. Metamor. 11, Aut vbi terrena silices fornace solutæ. Plin. lib. 7. cap. 56. 9, E silice ignem Pyrodes inuẽnit.

Silex, fœminino genere protulit Virgilius lib. 8. Æneid. 47, Stabat acuta silex præcisis vndique saxis.

Venæ silicis. Virg. 2. Æneid. 2.

Acutus silex. Catul. de Berecynth. 58.

Atra silex. Virg. 6. Æneid. 110.

Durus silex. Ouid. 2. Metam. 142.

Impenetrabilis silex ferro, Vide Impenetrabilis.

Nuda silex. Virg. eclog. 2. 3.

Numidicus silex, Vide NVMIDICVS.

Ordinarius silex, Vide Ordinarius in Ordo.

Rigidi silices. Ouid. 9. Metam. 46.

Validi silices. Lucret. lib. 2. 91.

Scintillam silicis excudere. Virg. 2. Æneid. 36.

Et silicis venis abstrusum excuderet ignem. Virg. 2. Georg. 18.

Ab vsu silices tenuantur. Ouid. 3. de Arte, 19.

Stat tibi silex in corde. Tibull. lib. 2. eleg. 2. 13,

Flebis, non tua sunt duro præcordia ferro
Vincta, nec in tenero stat tibi corde silex.

Siliceus, Adiectiuum, Quod est ex silice. Cato cap. 18. 3, Inibi lapides siliceos in totũ forũ statuito lõgum ped. v, latum ped. c x v.

Silicãtus, Aliud adiectiuum, Quod est ex silice factum. Vnde stratæ viæ dicuntur silicatæ.

SILIA, fluuius est: de quo Strabo lib. 15, In regione Montana, Siliam flumen esse, in quo nihil innatet, quanquam id Democritus nõ credat, qui multam Asiæ partem peragrauit: sed nec id Aristoteles concedit: etsi aeres quidam sint adeò tenues, vt nulla in eis volatilia inueniantur.

Silicernium/silicernii, scribit Nonius esse funebre cõuiuium quod senibus exhibetur. Festus docet esse sarciminis genus, quo familia in luctu à fletu purgatur. quia cuius nomine instituebatur ea res, is iam silentiũ cerneret. Cæcilius, Credidi me silicerniũ eius esse esurũ. Donatus inquit esse cœnã quæ infertur diis Manibus: vel quòd eã silentes cernãt vmbræ, id est vmbræ possideant: vel quòd qui hæc inferãt, cernant, neque degustẽt. nam de his quæ libantur inferis, quisquis ederit vel biberit, funestatur. Hinc Terẽtius in Adelphis, 4. 2. 49, appellat senem silicerniũ, qui iamiã silentibus cernẽdus sit. Alii silicernii nomẽ fictum à Terentio existimarũt pro sene: quòd incurui tate silices spectet. Qui rectè sentiũt, affirmant silicerniũ, funebre cõuiuiũ esse: quod apud veteres senibus exhiberi solebat: dictũ quòd cũ silẽtio edentes cernerentur: vel quòd cogitarent se mox illum secuturos. Quapropter abeuntes à cõuiuio, veluti se amplius nõ visuri, mutuò se salutabant. Varro, Funus executi, lautè ad sepulchrum antiquo more silicernium cõfecimus. Id est cõuiuiũ in quo pransi discedẽtes dicimus aliis alii VALE. Silicerniũ ergo Terentius senem vocat, atque decrepitũ, id est, dignũ vel cui silicernium fiat, vel qui ad silicernium vocetur.

Silicia/silicix, Herba, de qua sic Plinius lib. 14. ca. 19. 13, Nec fœnograeco minor authoritas quod telin vocãt, alii carphos, alii buce

rat, alii xgoceras, quoniã corniculis semẽ est simile, nos siliquã.

Siligo penult.prod.siliginis, f.g. Tritici species, quæ Græcis olyra, Gallis olim arinca dicebatur, inquit Ruellius. est autem tritici vitium. vnde Columella retulit post ternam sationem triticũ in siliginẽ degenerare. Iuuen.Saty.6.48, Tot medicaminib⁹ coctæq; siliginis offas. Plin.lib.18.cap.8.4, Siliginem propriè dixerim tritici deliciis: candor est, & sine virtute, & sine pondere, conueniens humidis tractibus, quales Italiæ sunt, & Galliæ comatæ. Sed & trans Alpes in Allobrogum tantum, Aruernorúmque agro pertinax, in cæteris ibi partibus biennio in triticum trãsit. Ibidem, cap.9.1, E siligine laudatissimus panis, pistrinarúmq; opera laudatissima. Ibidem, cap.10.1, Siligo nunquam matureſcit pariter, nec vlla segetum minus dilationem patitur propter teneritatem, iis quæ maturuere protinus granum dimittentibus. Sed minus quàm cætera frumenta in stipula periclitatur, quoniam semper rectã habet spicam: nec rosem continet, qui rubiginem faciat.

Exceptitia siligo. Plin.lib.18.cap.10. Vide **Oriza**.

Siligineus, Adiectiuum, Ex siligine factum. vt Siligineus panis. Plin.lib.18.cap.9.2, Siliginex farinæ modius Gallicæ xxii libras panis reddit.

Siliqua/siliquæ, pen. corr. Folliculum seu integumentum vbi grana leguminum includuntur, & siquid leguminibus simile. Virg.1.Georg.39, Grădior vt sætus siliquis fallacibus esset. Plinius lib.18.cap.11.4, de fabis loquẽs, Nam siliquæ, caulésq; gratissimi sunt pabulo pecori. Colum.lib.2.cap.10, de lente, Nam etiam dum est in siliqua, æstus. Horat.2.epist.1.25, -vivit siliquis, & pane secundo. Pers.Saty.3.6,

-quibus indetonsa iuuentus
Innigilat siliquis, & grandi pasta polenta. Iuuen.Saty.11.6, Sed laudem siliquas occultus ganeo.

Quassam legumen siliqua. Virg.1.Georg.15.

¶ Siliqua, Fœnumgræcum aliàs dicitur. Colum.lib.2.cap.11, Fœnumgræcum (quod siliquam vocãt rustici) duo tempora sationum habet: quorum alterum est Septembris mensis (quum pabuli causa seritur) iisdẽ diebus quib⁹ vitia circa Æquinoctiũ. Alterum autẽ mẽsis Ianuarii vltimo, vel primo Februarii, quũ in messem seminatur. Idem lib.2. cap.12.5, Siliquæ modii sex vel septem totidem operis obruuntur, metuntur vna.

¶ Siliqua, arbor quæ Græcis ceratonia dicitur, vt Galeno lib. 7 Simplicium: Latinis etiam siliqua Græca, quòd fructum ferat siliqua obtectum fabæ cuiusdam more. Colum.lib.5.cap.10, Siliquam Græcam, quã quidam ceration vocãt, & persicum, ante brumam per Autumnum serito.

Siliqua, Fructꝰ prædictæ arboris, lignosus, falcatus, digitali lõgitudine, latitudine pollicari: quatuor intus grana cõtinẽs quæ ceratia à cornu similitudine appellãtur. Plinius Dulces siliquas vocat: quòd dũ eduntur, prædulces sentiãtur, & succũ cassiæ referant, libro 15.cap.14, Haud procul abesse videntur & prædulces siliquæ: nisi quòd in iis cortex ipse mãditur. digitorum hominis longitudo illis, & interim falcata pollicari latitudine.

¶ Siliqua, alia arbor quam Iones ceraniã appellant, omnino diuersa à siliqua Græca. de hac sic Plinius lib.13 cap.8, Similis his siliqua, quam Iones ceraniam vocãt, trunco & ipsa fertilis, sed pomo siliquæ, &c.

Siliquor, pen.corr. siliquãris, siliquári, Siliquas facere: hoc est integi siliquis, quod de leguminibus siliquis tectis dicitur. Plinius lib.17.cap.9.6, Inter omnes autem constat nihil esse vtilius lupini segete prius quàm siliquetur, aratro vel bidentibus versa. Idem lib.18. cap.7.10, Siliquantur verò omnia diuersis diebus, & ab ima primùm parte paulatim flore subeunte.

Siliquastrum/siliquastri, Herba quæ & piperitis dicitur, à piperis sapore, vulgus nostrũ costum appellat. Plin.lib.19.cap.11.4, Panax piperis saporem reddit, magis etiam siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto. Idem lib.20.cap.17.1.

SILIS, Plinio lib.3.cap.18, fluuius est Venetiæ ex montibus Tarvisanis fluẽs. Silys verò cũ y Græco in vltima, nomen est, quo, vt idẽ testatur li.6.ca.7. & 16, Scythæ Tanaim fluuiũ appellant.

SILLA, vt vult Diodorus, Vide **SILIA**.

Silli, σίλλοι dicacitates & sales. Vnde Gellius lib.3.cap. 17, refert Timonem quendam scripsisse librum maledicentissimum, qui Sillos inscribitur.

SILLVRA, insula in Oceano Britannico, vt Solinus inquit, cuius homines numos refutant. Dant res & accipiunt mutationibus.

Silo, silõnis, Qui prominẽtia habet supercilia, à Sileno, quẽ hirsutis superciliis fuisse tradũt: vt author est Fest⁹. Plaut. Rud. 4.11, -eccum Recaluum, ac silonem senem statutum. Silonẽ quidam naso repando hominem dicunt: quod Plinius sensisse videtur lib.11.cap.37, de naso loquens. Vide **Simus**.

SILON, insulam Indiæ docet esse Augustinus, de ciuitate Dei lib.21, quæ ex eo cæteris terris præfertur, quòd omnis arbor, quæ in ea gignitur, nunquam foliis nudatur.

SILOSON, Vide **STLOSON**.

SILPHII, populi Libyci ab insula Plateæ vsque ad os Syrtium protensi, teste Herodoto lib. Historiarum 4.

Silphium, silphii, Idem quod Laserpitium, Vide **Laser**. Plin. lib.19.cap.3.8. & lib.22.cap.13.5.

Siluro, siluri, pe.prod. Peculiaris Nili pisces traditur: quãquã & in Danubio reperiatur: quẽ non absimilẽ ei putant quidam doctissimi, quem sturionem appellamus. Plinius lib.9.cap.15.1. Iuue.Saty.4.4, Vendere municipes fracta de merce siluros.

Silus, Nasus sursum versum aduncus. Vnde galeæ quoque à similitudine, silæ appellatæ sunt. Hæc Fest⁹. Cic.1.de Nat.deo.109, Ecquos silos, flaccos, frontones, capitones, quæ sunt in nobis?

Simbella, simbellæ, Libellæ dimidiũ, hoc est semis assis. Sipõt.

Simbella, Instrumentũ paruũ quo singuli nũmi põderantur.

SIMBRVINA stagna. Tacit.lib.14, Nam quia discumbẽtis Neronis apud Simbruina stagna, cui Sublaqueum nomen est, ictæ dapes mensáque disiecta erat, &c.

SIMETHIS, Nympha. Ouid.13.Meta.162, Acis erat Fauno Nymphá que Simethide cretus.

Simethius, Adiectiuum. Ouid.13.Metam.86,

Terga fugæ dederat conuersa Simethius heros. Hoc est Acis filius Nymphæ Simethidis.

Simoꝰ**um** cognomen, Vide in **Simus**.

Simia, simiæ: & Simius, simii, Hominũ figuris proxima animalia quæ cauda carent, & in Libya nascuntur. Dictæ quòd simæ sint, id est naribus depressis: vel quasi mimæ, id est imitatrices. Martialis lib.14.207, Callidus emissas eludere simius hastas. Vide Plinium lib.8. cap.54.1. Cic.2. de Diui.119, Simia quam rex Molossorũ in deliciis habebat, & sortes ipsas, & cætera quæ erãt ad sortem parata disturbauit, & aliud alio dissipauit.

Simulator humani oris simius. Claud.1.in Eutropium, 61.

Simia, Per translationẽ, qui alium imitatur. Plin.epist.5.2, In quo Rusticũ insectatur, atque etiam Stoicorũ simiam appellat. Horat.1.Serm.sat.10.4, -quos neque pulcher
Hermogenes vnquam legit, neque simius iste, &c.

Simiolus, pen.corr. Diminutiuum, Qui vtcunque alterum imitatur. Cic.ad Marium lib.7.12.6, Hic simiolus animi causa, me, in quem inueheretur, delegerat.

SIMICHIDA, pastor, ponitur Theocrito in carmine Bucolico, quem enarratores ipsius Theocriti patrem dicunt fuisse.

Simila/similæ, pen.corr. vel **Similago**/pen.prod. similáginis, fœ.g. Farina alba & flos, seu deliciæ farinæ triticeæ. Martia. lib.13.10, Nec poteris similæ dotes numerare, nec vsus. Plin. lib.18.cap.10, Similago ex tritico fit laudatissima. Ex Africo iustũ est è modiis redire semodios, & pollinis sextarios quinque. Ita enim appellant in tritico, quod florem in siligine.

Similax/Vide **Smilax**.

Similis/& hoc simile, pen.cor. Quasi simul is. Terent.in Prologo Phormio. 32, Ne simili vtamur fortuna, atque vsi sumus. Plaut.Mostell.3.15, Sibi quisque simile sumit.

Similis atque eadem, Vide **Idem**.

Magis similis, Vide **Magis**.

Similis, genitiuo iunctum, ad morum, vel doctrinæ, vel huiusmodi imitationem refertur. Horatius 1.Serm.saty.1.1,

-similésque meorum
Mille die versus describi posse Trebati. Cicero, Vt aliquorum similes in dicendo valeamus esse. Terent.Euno.3.1.43, Domini similis es. Ibidem, 4.130, Deos esse similes tui putas? Terent. Heaut.5.3.17,

Id quod est consimilis moribus
Conuinces facilè ex te natum: nã tui similis est probe. Cic.ad Cornificiũ, lib.11.21.3, Spes tamen vna est, aliquando Populum Romanum maiorum similem fore. Idem 3.Verr.81, Valde sit mirum, neminem fuisse, qui istius se similem dici vellet.

Similis, datiuo iunctum, de forma, vel ætate, vel fortunis, aut aliis huiusmodi reb⁹. Virg.1.Æn.119, Os humerósq; deo similis. Plinius, Effigie ac lineamentis corporis patri similis. Hæc differentia Diomedis dicentis, Sum similis tui, moribus: similis tibi, figura: non semper vera est: quia vtrũque indifferenter reperitur. Cic.1.de Legib.43, Nihil est enim vnum vni, tam simile, tam par, quàm omnes inter nosmetipsos fuimus. Idem lib.5.de Finib.21, Sed nõ video cur nõ potuerit patri similis esse filius. Non loquitur de figura, sed de moribus & doctrina, ingenióque Nicomachi filii Aristotelis. Sic 7.Verr.25. Liuius 1. ab Vrbe, Fratri similior, quàm patri. De moribus loquitur. De figura in genitiuo. Plaut.Menæch.14.31,

Nec aqua aquæ, nec lacte lacti (crede mihi) vsquam similius,
Quàm hic tui est, tuq; huius. Cic.1.Tusc.117, Quærerẽ ex eo

cui⁹ ſuorũ ſimilis fuiſſet Africani fratris nepos, facie, patris: vita, iſte omnium perditorum ita ſimilis, vt eſſet facilè teterrimus.

Anhelanti ſimilis. Virg. 5. Æneid. 51.

Hinnuleo ſimilis. Horat. 1. Carm. ode 23. 1.

Nimbo ſimiles. Virg. 5. Æneid. 64.

Primus ad extremum ſimilis ſibi. Horat. in Arte, 51.

Sæpius tamen per genitiuum mores ſignificamus. Terentius Adelph. 3. 3. 57, Saluus ſit filius: ſpero eſt ſimilis maiorum ſuũm. Ouid. epiſt. 16. 6, -ſimilis non fuit ille tui.

Similes eorum, vel illorum. Cic. 4. Acad. 26, Quum aliquos ex antiquis claros viros proferunt, quos dicant fuiſſe populares, vt eorum ipſi ſimiles eſſe videãtur. Idem 4. de Finibus, 71, Stoici autem, quòd finem bonorum in vna virtute ponunt, ſimiles ſunt illorum.

Similis mœrenti. Plin. lib. 9. cap. 8. 6, Triſtis, & mœrenti ſimilis, ipſe quoque (quod nemo dubitaret) deſyderio expirauit.

Simile veri & vero. Cic. 4. Acad. 178. Etenim is quoque qui à vobis ſapiens inducitur, multa ſequitur probabilia, non comprehenſa, neque percepta, neque aſſenſa, ſed ſimilia veri. Liu. 8. bel. Maced. 244, Similius autem veri eſt, argenti quàm auri maius pondus fuiſſe. Quintil. lib. 6. cap. 3, Vero ſimilis dolor. Idem lib. 3. cap. 10, Quod eſt vero ſimilius.

Similis ac. Cic. 4. de Finib. 51, Nec ſi ille ſapiẽs ad tortoris eculeum à tyranno ire cogatur, ſimilem habeat vultum, & ſi ampullam perdidiſſet. Liu. ab Vrbe, Similem pauorem inde, fugámq; fore, ac bello Gallico fuerat. Cæſar 8. bel. Gall. Nequod ſimile incommodum accederet de incurſione Barbarorum ac ſuperiore æſtate.

Similis atque. Cic pro Rabirio perduellionis reo, 9, Et ſimilis viri tu vlciſceris patrui mortem, atque ille perſequeretur fratris ſui, ſi iſta ratione agere voluiſſet? Idem 5. de Finib. 71, Itaque & ſimilis erit finis boni atq; antea fuerat. Cæſar in Cõment. Hortatur eos vt ſimili ratione atque ipſi fecerunt, ſuas iniurias perſequantur. Colum. lib. 5. cap. 7. 3, Cætera ſimili ratione atque in arbuſto Italico adminiſtrantur.

Similes inter ſe. Cic. 4. Acad. 111, Anaxagoras materiam infinitam, ſed ex ea particulas ſimiles inter ſe minutas, eas primùm confuſas, poſtea in ordinem adductas mẽte diuina. Idem pro Cluentio, 34, C. & L. Fabrini fratres gemini fuerunt ex municipio Aletrinate, homines inter ſe cum forma, tum morib⁹ ſimiles, municipum autem ſuorum diſſimillimi.

Similis in re diſſimili. Cicero ad Lentulum, libro 1. 7. 5, Simillimámque in re diſſimili, tui temporis nunc, & noſtri quódam fuiſſe rationem.

Similes ſunt vt ſiqui gubernatorem in nauigando agere nihil dicant, quum alii malos ſcandant, alii per foros curſent, alii ſentinam exhauriant: ille autem clauum tenens ſedeat in puppi quietus, &c. Cic. de Senect. 16.

¶ Similior & Simillimus, Comparatiuum & ſuperlatiuũ, Cic. pro M. Marcello, 5, Hæc qui faciat, non ego eum cũ ſummis viris comparo, ſed ſimillimum deo iudico. Plaut. Aſin. 5. 63, Hic noſter quæſtus, aucupii ſimillim⁹ eſt. Plin. lib. 12. cap. 17. 1, Maſtice tertia in Ponto bituminis ſimilior. Quintil. lib. 10. cap. 5, Legendos Demoſthenem atque Ciceronem, tum ita vt quiſque eſſet Demoſtheni & Ciceroni ſimillimus.

Furtis & fraude ſimillimus illi. Ouid. 13. Metam. 7.

Amni puro ſimillimus. Horat. 1. epiſt. 2. 14.

Buxo ſimillimus. Ouid. 11. Metam. 84.

Flos violæ ſimillimus. Ouid. 4. Metam. 54.

Pallor ſimillimus buxo. Ouid. 11. Metam. 84.

Quies ſimillima morti placidæ. Virg. 6. Æneid. 106.

Similè, aduerbialiter poſitum. Cicero 1. Acad. 18, Similè vos quum perturbare, vt illi Remp. ſic vos philoſophiam benè iam conſtitutã velitis, Empedoclem, Anaxagorã, Democritũ, &c. proferris.

¶ Simillimè, pen. cor. Superlatiuum. Cic. 4. Tuſc. 94, Simillimè animus intentione ſua depellit preſſum omnem ponderũ: remiſſione autem ſic vegetur, vt ſe nequeat extollere.

Simillimè atque. Cic. pro Lege agraria, 7, Hic tamen excipit Pœnium: ſimillimè vt mihi videtur, atque in illa lege, qua peregrini Roma eiiciuntur, Glaucippus excipitur.

Símilo, ſimilas, pen. corr. ſimilare, conſtruitur cum accuſatiuo, Similem eſſe. Martial. lib. 2. 35, ad Phœbum,

Quum ſint crura tibi, ſimilent quæ cornua Lunæ,
In rhytio poteras Phœbe lauare pedes. Alii legunt ſimulent, per vltimam vocalem.

Similitũdo, pen prod. ſimilitúdinis, Ipſa rei ſimilis forma. Cic. lib. 1. Offic. Nihil autem amabilius, nec copulatius quàm morum ſimilitudo bonorũ: in quibus enim eadem ſtudia ſunt, eædem voluntates, in iis fit vt æquè quiſque altero delectetur ac ſeipſo.

Ad ſimilitudinem, Vide Ad præpoſitionem.

Similitudo periculi. Cic. 7. Verr. 74, Excipitur ab omnib⁹ eiuſmodi clamore, vt ei Lampſaceni periculi ſimilitudo verſaretur ante oculos.

Similitudo veri. Plin. lib. 34. cap. 7. 6, Cuius eximiũ miraculum & indiſcreta veri ſimilitudo non ex eo ſolùm intelligitur, &c.

Abripere à parentis ſimilitudine, Vide Abripio.

Accedere ad ſimilitudinem alicuius rei. Vide Accedo.

Arripere alicuius ſimilitudinem, Vide Arripio.

Similitudine veri capi. Liu. 5. bel. Pun. 91, Gracchus fraudem & ſermoni & rei abeſſe ratus, ac ſimilitudine veri captus, cum lictoribus ac turma equitum è caſtris profectus, duce hoſpite in inſidias præcipitatus.

Eludere ſimilitudines. Quintil. lib. 5. cap. 13. 18, Illas verò ſimilitudines, quæ ducuntur ex mutis animalibus, aut inanimis, facile eſt eludere.

Similitudo cum. Cic. 2. Tuſc. 94, Sunt enim quædam animi ſimilitudines cum corpore.

Similitas, pen. corr. ſimilitãtis, f. g. antiquũ pro Similitudine. Cæcilius, Vide quid ferat morum ſimilitas. Nonius.

Símiliter, pen. corr. Aduerbium, Pariter, eodem modo. Author ad Herennium, lib. 4, Similiter cadens exornatio dicitur, quum in eadem conſtructione verborũ, duo aut plura ſunt verba, quæ ſimiliter iiſdem caſibus efferuntur. Cic. pro Roſc. Amer. 2, Ego etiam ſi omnia quæ dicenda ſunt, liberè dixero, nequaquã tamẽ ſimiliter oratio mea exire, atq; in vulgus emanare poterit.

Similiter ac. Cic. 3. de Nat. deorum, 11, Tu antè quid quæris: ſimiliter facis ac ſi me roges, cur te duobus contuear oculis.

Similiter atque. Cic. 1. Philipp. 6, Neque verò illum ſimiliter, atque ipſe eram, cõmotum eſſe vidi. Idem 4. Acad. 118, Similiter à nobis de antiquis philoſophis cõmemorari, atque ſeditioſi ſolerent claros viros, ſed tamen populares aliquos nominare.

Similiter, vt. Cic. de Offic. Similiter facere eos, qui inter ſe cõtenderent, vter Rempub. potius adminiſtraret, vt ſi nautæ inter ſe certarent, quis eorum potiſſimum gubernaret.

Similiter, cũ datiuo. Plin. lib. 11. cap. 25. 1, Similiter his & ſcorpiones terreſtres, vermiculos eorum ſpecie pariunt.

Simitu, pro Simul poſuere veteres. Plaut. Sticho, 4. 94, Vt mecũ ſimitu ires ad ſeſe nunc domum. Idem Merc. Ita tres ſimitu res agendæ ſunt. Sic Amphit. 7. 73, Non enim ego cum vino ſimitu ebibi imperium tuum.

Simiolus, Simius, Vide Simia.

SIMMIAS, philoſophus Thebanus, ſcripſit dialogos XXIII, qui ordine à Diogene Laertio commemorantur.

SIMOESIVS, vir Troianus, ſic dictus quòd ad ripas Simoentis fluuii natus eſſet. Is ætate florens, necdum vxorem, ſortitus, ab Ajace Telamonio interfectus eſt, vt author eſt Homerus libro Iliados 4.

SIMOIS, penult. corr. huius Simoentis, fluuius qui ex Ida monte Troiano defluens, iuxta Troiam labitur: & mari appropinquãs, cõmiſcetur Xantho, ac in paludem cogitur. deinde exit in mare iuxta Sigæum promontorium.

Lubricus Simois. Horat. Epod. 13. 3.

Phrygius Simois. Virg. 1. Æneid. 115.

SIMONES plures, hoc nomen poſt Philippum Græcis, Latinis, Hebræiſque pariter commune. Ex his antiquiſſimum ſanè legimus Athenienſem ac philoſophum Socratis diſcipulum fuiſſe, qui ſcripſit dialogos XXXIIII. Alius fuit qui ſcripſit de arte Rhetorica. Alius medicus. Alius ſculptor: quorum omnium author Diogenes Laertius. Simon Magneſius muſicus egregius, qui & ipſe ſuperiorum muſicorum more corrupto, Simodiam introduxit, quemadmodum etiam & Lyſis Lyſiodiam. Strabo libro 14. Simon Conſtantinopolitanus, ludi magiſter, annos abhinc circiter ducentos compoſuit Græcè Metaphraſtas, id eſt ſanctorum vitas, quæ habentur in bibliotheca Vaticana. Ex hebræis verò Simonem Magum legimus, caput & authorem totius Hæreſeos. De quo Euſebius lib. 2. latiſſimè: & Iuſtinus in apologia ad Antonium principem, in hanc ſententiam ſcribit, Simon quidam Samaritanus ſub Claudio principe, artibus magicis & ope dæmonum ſublenatus in vrbe noſtra, complurimis per phantaſiam deceptis, deus eſt creditus, & honore ſimulachri donatus, à vobis inter duos pontes Tyberis colitur, cum titulo literis Latinis deſcripto, Simoni deo ſancto. Quem omnes penè Samaritæ, & nonnulli alii, tanquam deum adorant ac fatentur. Sed & Selenen quandam erroris comitem, quæ prius in lupanari fuit apud Tyberiadem, cum ipſo conſecrauerunt. Similia quoque Irenæus in primo aduerſus hæreſes libro. Simon idẽ ille qui à Petro Spiritus ſancti gratiam mercari volebat, vnde vitio nomen inditũ: aliique complures, præter Apoſtolum. Præter hos, Simon Tridentinus puer. Hic ſedente Sixto quarto Pontifice, die Ve-

neris ſancti à Iudæis clàm comprehenſus, ac omnibus cruciatibus prius affectus, demum cruci affixus eſt. Ex quo templum ei velut martyri dicatum. Volaterranus.

Emunctus Simon. Horat. in Arte, 44.

Simonia/vt putatur, à Simone mago dicta, vox eſt non Latina, qua ſoli theologi vtuntur. Dicitur autem quando quis vult dare aut accipere dona Dei, data aut accepta pecunia.

SIMONIDES, pen. corr. Cæus poeta Melicus. De quo Cicero in Oratore, Simonides (inquit) Cæus primus artem memorãdi inuenisse fertur. Quũ cœnaret in Theſſalia Simonides apud Scopam fortunatũ hominem & nobilem, cecinisſe atque id carmen, quod in eum ſcripſiſſet, in quo multa ornandi cauſa poetarum more, in Caſtorem & Pollucem ſcripta fuiſſent, nimis illum ſordidè Simonidi dixiſſe, ſe dimidiũ eius ei, quod pactus eſſet pro illo carmine, daturum: reliquum à ſuis Tyndaridis, quos æquè laudaſſet peteret, ſi ei videretur. Paulo poſt eſſe ferunt nuntiatum Simonidi vt prodiret, iuuenes ſtare ad ianuam duos quoſdam, qui cum magnopere euocarent: ſurrexiſſe illum ipſum, prodiſſe, vidiſſe neminem. Hoc interim ſpatio conclaue illud, vbi epularetur Scopas, concidiſſe: ea ruina ipſum oppreſſum cum ſuis interiiſſe: quos quum humare vellent ſui, nec poſſent obtritos internoſcere vllo modo, Simonides dicitur ex eo quòd meminiſſet, quo eorum loco quiſque cubuiſſet, demonſtrator vniuſcuiuſque ſepeliendi fuiſſe. Hac tum re tunc admonitus inuenisse fertur, ordinem eſſe maximè, qui memoriæ lumen adferret. Hactenꝰ Cicero. Plinius octauã chordã in lyra inuenisſe ſcribit: Euſtachius verò tres duplices literas, ſ, ł, ſ. Simonides, Iambicus poeta. De quo Quintilianus libro 10. cap. 1, Simonides tenuis, alioqui ſermone proprio, & iucunditate quadam commendari poteſt: præcipua tamen eius in commouẽda miſeratione virtus, vt quidam in hac eum parte omnibus eiuſdem operis authoribus præferant. In quibus ſanè diſſidere videntur authores. Iambicum poetam Strabo fuiſſe dicit: Suidas verò Caryſtium ſiue Erythræum, qui ſcripſit Græcorũ apud Aulidem conuentum, trimetrorum libros duos, & alia. Præter hos, alios duos ponit: vnum filium ſororis Simonidis Cæi, cognominatum Melicertam, qui ante bellum Peloponneſiacum fuit, ſcripſitque genealogiam libris tribus. Alterum Simonidem Magnetem, poetam Antiochi magni tempore, cuius res geſtas ſcripſit, ac bellum aduerſus Galatas. Suidas.

Somnium de Simonide. Cic. 1. de Diuinat. 100.

Simplex/ſimplicis, penult. corr. om. gen. Nomen numerale. Terentius in Prol. Heaut. 6, Duplex quæ ex argumento facta eſt ſimplici.

Crinis ſimplex collectus in vnũ nodum. Ouid. & Metam. 64.

¶ Simplex, Verum & ſyncerũ: cui Falſum opponitur. Mattius Ciceroni, libro 11. 28. 10, Trebatio noſtro magnas ago gratias, quòd tuum erga me animum ſimplicem atque amicũ aperuit. Idem de Senect. 71, Et quum ſimplex animi natura eſſet, neque haberet in ſe quicquam admiſtum diſpar ſui atque diſſimile, non poſſe eum diuidi. Idem 1. de Finib. 77, His initiis inducti omnia vera diligimus, id eſt fidelia, ſimplicia, conſtantia: tũ vana, falſa, fallẽtia odimus, vt fraudem, periurium, malitiam, iniuriam. Hîc ſimplici oppoſuit falſum.

In docendo ſimplicem eſſe. Quintil. lib. 2. cap. 2. 4, Simplex in dicendo, patiens laboris, aſſiduus potius, quàm immodicus. De moribus & officiis præceptoris.

Mũditiis ſimplex. Horat. 1. Carm. ode 5. 1. Id eſt, inquit Acron, Animo factioſa. Meretricis enim aſtutias inſectatur, quæ ſimplici munditia inſidias mentiretur.

Ætas ſimplex. Stat. 9. Thebaid. 176.

Anni ſimplices, Primi & qui ſimplici numero efferũtur, nempe vſque ad decimum: vel in quibus ſimplex toga & pura quæ prætexta dicebatur, ſumi ſolebat. Mart. lib. 10. 20,

Tu mihi ſimplicibus Mani dilectus ab annis,
Et prætextata cultus amicitia.

Verum & ſimplex bonum. Cic. 1. Acad. 10.

Cibus ſimplex, Purus, non affectatus, aut alio cõdimento corruptus vel compoſitus. Mart. lib. 1. 137,

At tu, dum potes, innocens recede,
Lactis ſimplicibus cibis in vndas. Plinius libro 11. cap. 53. 5, Homini cibus vtiliſſimus ſimplex.

Condimentum orationis ſimplex. Quintil. lib. 6. cap. 3. 11, Salſum igitur erit, quod nõ erit inſulſum, velut quoddam ſimplex orationis condimentum.

Domus ſimplex & inſcia fraudum. Stat. 3. Sylu. 1. 7.

Homo ſimplex, Purus, apertus, nihil tectum, nihil ſimulatum habens. Cic. 4. Acad. 100, Cum ſimplici homine ſimpliciter agerem, nec magnopere contenderem.

Iter ſimplex & directum. Cic. 1. de Nat. deorũ, 115, Flexuoſum iter habet, nequid intrare poſſit, ſi ſimplex & directum pateret.

Natura vocis ſimplex. Quintil. lib. 1. cap. 11. 4.

Rura ſimplicia. Plin. lib. 12. cap. 1. 1, Priſco ritu ſimplicia rura etiam nunc Deo præcellentem arborem dicant.

Via mortis ſimplex. Virgil. 3. Georg. 97.

Vtilitas ſimplex. Quintil. lib. 2. cap. 4. 15.

Simplicior ſiquis, qualem me ſæpe libenter
Obtulerim tibi Mecœnas. Horat. 1. Serm. ſat. 3. 13.

Simplicitas, pen. corr. ſimplicitãtis, ſ. g. Martialis lib. 10. 47,
Vitam quæ faciunt beatiorem,
Iucundiſſime Martialis hæc ſunt:
Res non parta labore, ſed relicta:
Non ingratus ager, focus perennis,
Prudens ſimplicitas, pares amici.

Fabularum conuiualium ſimplicitas. Tacit. lib. 5.

Nuda ſimplicitas. Ouid. 1. Amorum, eleg. 3. 3.

Rudis ſimplicitas. Ouid. 3. de Arte, 13.

Gloriari ſimplicitate. Quintil. lib. 5. cap. 7. 26, In paucis atque humilibus accuſator ſimplicitate gloriari poteſt.

Simpliciter, pen. corr. Purè, aperté. Plin. epiſt. 108, Magna res acta eſt omniũ, qui ſunt prouinciis præfuturi: magna omniũ qui ſe ſimpliciter credunt amicis. Idem epiſt. 98. 2, Amicè & ſimpliciter reprehẽderunt. Idẽ epiſt. 97. lib. 5, Recipies ergo epiſtolas ſteriles, & ſimpliciter ingratas. Cic. in Topic. 45, Quũ autẽ quæritur quale id ſit, aut ſimpliciter quæritur, aut cõparatè.

Dicere ſimpliciter. Mart. lib. 14. 211,

Dic mihi ſimpliciter comœdis & citharœdis Fibula qd præſtas?

Oberrare ſimpliciter. Plin. lib. 8. cap. 4. 1, Elephas homine obuio fortè in ſolitudine, & ſimpliciter oberrante, clemens placidúſque etiam demonſtrare viam traditur.

Viuere ſimpliciter. Cic. 1. Offic. 131, Hæc præſcripta ſeruantem licet graniter, magnificè, animoſeque viuere, atque etiam ſimpliciter, fideliter, & vitæ hominum amicè.

Sequi docẽtes ſimplicius. Quintil. lib. 2. cap. 11. 9, Præterea ſecundum aliam ætatis illius facilitatem, velut ſimplicius docenteis ſequuntur.

Simplicitus, antiquũ, pro Simpliciter. Plau. Merc. 3. 14, Vt ſimplicitus dicã. Fortè legẽdũ ſimplici⁹, vt ſit cõparatiuũ à ſimpliciter.

Simplus/Adiectiuũ, Vnicus, vel ſemel tãtum. Plaut. Moſtel. 7. 71, Sceleſtæ hæ ſunt ædes, ſimpla eſt habitatio. Idem Pœn. 10. 15, Verũm obſecro te vt liceat ſimplum ſoluere. Varro 1. de Reruſt. cap. 10. 4, Aut ſi mancipio non datur, dupla promittit: aut ſi ita pacti, ſimpla.

Simplarius, Aliud adiectiuũ. Simplariæ venditiones ſunt, pro quibus neceſſe venditor nõ habet de dupla emptori repromittere, quarũ meminit Vlpianus in L. Emptoria. infra De euictionib⁹. Ita enim ſimplariæ venditiones à Pomponio dicuntur, vt ſimplariæ actiones, & duplariæ, & quadruplariæ dicebantur, quæ in ſimplum, duplum, quadruplum dabantur. Eadem ratione Armaturæ ſimplares, duplaréſque à Vegetio dicuntur, lib. 1. de Re militari: quas qui geſtabant, ſingulas & duplas conſequebantur annonas. Et à Modeſto De vocabulis rei militaris, Torquarii ſimplares, duplaréſque: quòd qui illa præmia virtutis & decora militiæ meruiſſent, ſingulas & binas præter alios conſequebantur annonas. Sic hodie in ſacerdotalibus collegiis ſacerdotia quædam ſimplaria dici poſſunt & quædam duplaria: à ſimplice duplicéque ſtipe in conſeſſu eccleſiaſtico accipienda. Budæus.

Simpulum/ſimpuli: ſiue Simpuuium, ſimpuuii, Calix fictilis, quo vinum in ſacrificiis libabatur: à ſumendo, quòd eo vinum prolibaretur minutatim. Bayfius autem legendum putat Simpullum, ea forma qua ampullam dicimus.

In ſimpulo aliquid facere, prouerbialis locutio. Cic. 3. de Legi. 53, agens de lege Tabellaria, hoc eſt de iure ferendorum per tabellam ſuffragiorum, Et auus quidem noſter, inquit, ſingulari virtute in hoc municipio quoad vixit, reſtitit M. Gratidio, cuius in matrimonio ſororem aui am noſtram habebat, ferẽti legem Tabellariã. Excitabat enim fluctus in ſimpulo, vt dicitur, Gratidius, quos poſt filius eius Marius in Ægæo excitauit mari. Hactenus Cicero. Quantũ igitur coniectura conſequi licet, In ſimpulo fieri dicebant, quod vel clanculum, vel in re minuta atque humili fieret. Eſt enim ſimpulum, authore Feſto, vas parũ, nõ diſſimile cyatho: vnde mulieres diuinis rebus deditæ ſimpulatrices vocentur. M. Varro ſcribit vas eſſe minutim fundens, in cuius locum ſucceſſerit epichyſis: vnde veteres, res minutas, nullíuſque pretii, ſimpularias appellabant. Plin. lib. 35. cap. 12. 9, In ſacris quidem etiam inter has opes non murrhinis, cryſtallinisve, ſed fictilibus prolibatur ſimpulis innocentius. Vetus exẽplar habet ſimpuuiis. Atteſtatur & M. Varro quum apud Nonium Marcellũ ait, deos ipſos vili ſimpulo inuitari. Item Apuleius,

In hodiernum, inquit, Populus Ro. diis immortalibus simpulo & catino fictili sacrificat. Sunt qui pro simpulo legunt sympunium, cuius meminit Iuuenalis Satyra 6.35, -aut quis
Sympunium ridere Numæ, nigrúmque catinum:
Aut Vaticano fragiles de monte patellas,
Ausus erat M. Tullius in Paradoxis, Quid à Numa Pompilio munúsue gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse, quas ille sanctitatis pateras arbitramur? Polemon apud Athenæum libro 11, tradit ad ipsius etiamnum ætatem Græcos quosdam bibere solitos ex fictilibus, velut Argiuos in publicis conuiuiis, ac Lacedæmonios in festis, aut epinicijs, aut nuptijs virginum. Proinde non absurdum mihi videtur, siquis existimet sumptam allegoriam à puerorum lusu, quo solent per fistulam angustam in simpulum insufflates, quasi fluctus quosdam & aquæ strepitum excitare. Hæc Erasmus.

Simul, Aduerbium cõgregandi. Terẽt. Eunucho, 2.2.10, Simul cõsilium cũ re amisi. Plaut. Amphit. 3.18, -quãobrem venerim Dicam. simúlque ipse eloquar nomen meũ. Idem Trinúmo, Multa rogitas simul. Plin. epist. 136, Simul militauim⁹. Virg. 9. eclog 4, -heu tua nobis
Penè simul tectum solatia capta Menalcæ?

Simul tecum. Plaut. Amphit. 3.111, Qui ipsius equidem nunc primùm vltanc tecum conspicio simul. Cic. pro Fonteio, 19, Quod ego profectò non crederem, nisi aliquoties ex ipsis accusatoribus vobiscum simul iudices audissem. Idem pro Domo sua, 61, Hodiéque Volaterrani non modò ciues, sed etiam optimi ciues fruuntur nobiscum simul hac ciuitate.

Simul cum. Cic. de Amicitia, 11, Neque enim assentior iis qui hæc nuper disserere cœperunt, cũ corporibus simul animos interire, atque omnia morte deleri. Idem 3. Tusc. 69, Quòd si cui, vt ait idem, simul animus cũ re cõcidit, quod felicitatem exaggerat, habere non casu, sed ingenio partas opes, &c.

Simul cũ datiuo constructũ more Græco. Tacit. lib. 4, Verùm Hypæpeni, Trallianíque Laodicenis ac Magnetibus simul tramissi. Idem lib. 5, Aceruatim ex eo Annius Pollio, Appius Sillanus, Scauro Mamerco simul, ac Sabino Caluisio, maiestatis postulantur. Nam sic suum ἅμα Græci cum datiuo copulare solẽt, Vt, ἅμα δὲ χαῖται σὺν πήματι σὺν νίκῃ τε καὶ τῷ δὲ ἐγένοντο.

¶ Simul, Deinde, etiã, vel præterea. Vatinius ad Ciceronem, lib. 5. 10. 4, Ciues Romanos occidit, abripuit, disperdidit, regiones vastauit, simul verò semissis homo contra me arma tulit. Vetus exẽplar legit Semius, nõ semissis homo. Cic. pro Rosc. Amer. 45, Et simul tibi in mentem veniat facto, quẽadmodum vitam huiusce depinxeris. Sallustius, His amicis, sociisque coniuratis Catilina, simul quòd æs alienum per omnes terras ingens erat. Id est etiam. Terent. Andr. 1.1.131,
Et nunc id operã do, vt per falsas nuptias vera obiurgandi causa sit, si deneget:
Simul sceleratus Dauus, siquid consilii
Habet, vt consumat nunc. Plaut. Merc. 13.9,
Et eodem accedit seruitus, sudor, sitis:
Simul hæc etiam quæ mecum porto, deprimunt.

Simul, cũ particula QVE iunctum: & cum AC vel ET. Quintil. lib. 10. cap. 1, Qualis ferri fulgor quo mens simul visúsque perstringatur. Plin. lib. 9. cap. 35. 16, Superbo simul ac procaci fastu, vt regina meretrix. Plin. Iunior epist. 7. lib. 2, Sordidum simul & sumptuosum.

¶ Simul, pro Eadem opera. Plaut. Merc. Duas res simul nunc agere decretum est mihi.

¶ Simul, quandoque geminata legitur, & habet eandem penè vim quam CVM & TVM, siue PARTIM. Quintil. in Præf. lib. 1, Simul vt pleniore obsequio demererer amantissimos mei: simul ne vulgarem viam ingressus, alienis demum vestigiis insisterem. Liu. 1. ab Vrbe, 36, Nusquam benignè legatio audita est, adeò omnes simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. Idem 7. bel. Pun. 11, Milites ædificiis emotos, simul vt cum agro tecta vrbis fruenda locarentur: simul metuẽs ne suum quoque exercitum, sicut Annibalis, &c. Et 2. bel. Pun. Nanque Gelo maximus stirpis contẽpta simul senectute patris, simul post Cannensem cladem Romana societate, ad Pœnos deficit.

Simul ac, significat Quãprimùm, vel statim quũ, siue postquã. Sallustius, Iam primùm iuuentus, simul ac belli patiens erat. Cic. 6. Verr. 31, Nam Tindaritani statuam istius, quã sibi propter Marcellos altiore etiã basi poni iusserat, deturbarunt, simul ac successum isti audierunt. Idem 4. Acad. 94, Quis enim quum sibi fingit aliquid, & cogitatione depingit, non simul ac se commouit, atq; ad se reuocauit, sentit quid interfit inter perspicua & inania? Idem 3. Verr. 18, Verres simul ac tetigit prouinciam, statim Messanã literas dedit. Sic Cælius ad Ciceronẽ, lib. 8. 2. 7. Cic. ad Leptam, lib. 6. 18. 1, Simul ac accepi à Seleuco tuo literas, statim quæsiui è Balbo per codicillos quid esset in lege. Virg. 4. Æneid. 18, Quam simul ac tali persensit peste teneri.

Simul ac primum. Cic. 3. Verr. 13, Simul ac primum ei occasio visa est, aduersa pecunia publica Quæstor Consulem, exercitũ, prouinciámque deseruit. Ibidem, 97, Simul ac potestas primùm data est, adeunt hi quos dixi. Idem 2. de Nat. deorum, 184, Quædámque serpẽtes ortæ extra aquam, simul ac primùm niti possunt, aquam persequuntur.

Simul atque, Idem. Cic. 4. Verr. 11, Qui simul atque ei sorte prouincia Sicilia obuẽnit, statim Romæ, & ad vrbẽ, antequam proficiscereture, quærere ipse secum & cogitare cum suis cœpit. Idem 1. de Finib. 45, Omne animal simul atque natum sit, vóluptatem appetere, eáque gaudere vt summo bono. Idem 5. Ver. 106, Vt temporibus illis simul atque hostis superatus esset, ager araretur omnis? Idem pro Rosc. Amer. 16, Quod is simul atque sensit, de amicorum cognatorúmque sententia Romam confugit. Sic Cæsar 3. bel. Ciuil. 105.

Simul &, pro Atque etiam, vel præterea. Cic. 3. Verr. 74, Tutores, pecuniam Prætori, si pupillæ nomine dedissent, &c. quẽadmodum sine periculo suo dare possent, non videbant, simul & istum fore tam improbum non arbitrabantur.

Simul primũ. Liu. 6. ab Vrbe, 3, Quum ciuitas in opere ac labore reficiẽdæ vrbis teneretur: interim Q. Fabio simul primum magistratu abiit: ab C. Martio Tribuno pleb. dicta dies est.

Simul vt. Plin. lib. 11. cap. 49. 1, Verso quoque simul vt spirauerit, corneſcere aiunt genitalia. Cic. 2. de Finib. 57, Omne autẽ animal simul vt ortum est, & seipsum, & omnes partes suas diligit. Idem 4. Acad. 95, Itaque simul vt experrecti sumus, vlsa illa contemnimus.

Simul, sine particulis AC, vel ATQVE. Liuius 6. bel. Pun. 116, Hi sunt obsides omniũ nobiliũ regũ populorúmq; qui simul in potestate vestra erũt, extẽplò omnia quæ nũc sub Carthaginiẽsibus sint, in ditionẽ tradẽt. Cic. 4. Acad. 151, Et simul inflauit tibicen, à perito carmẽ agnoscitur. Horat. 1. Carm. ode 8. 1,
Dente si nigro fieres vel vno
Turpior vngui,
Crederem. sed tu simul obligasti
Perfidum votis caput, enitescis, &c.

Simulachrum, simulachri, pen. prod. à Simulo, simulas, Propriè dicitur alicuius rei ficta imago. Simulachra enim principio ex desyderio mortuorum orta sunt, vt qui iam defecerant, viuere viderentur. Plaut. Mostell. 3.4, -hominem cuius rei,
Quãdo natus est, similẽ esse arbitrarer, simulachrúmq; habere. Cæsar 6. bel. Gall. 65, Deũ maximũ Mercurium colũt: huius sunt plurima simulachra. Cic. pro Domo sua, 86, Mulieris simulachrũ è marmore. Ibidem, 85, Libertatis simulachrum in ea domo collocabas. Idẽ ad Atticũ, li. 13. 28. 6, Ego quid possũ, tamẽ nescio qd è quercu exculpserã, quod videretur simile simulachri.
Effigies, simulachrúmque Mithridatis. Cic. 4. Verr. 114.
Diuum simulachra. Virg. 1. Æneid. 104.
Non ita antiqua simulachra. Vide **Hon.**
Augusta simulachra. Vide **Augustus.**
Aurea simulachra. Lucret. lib. 2. 5.
Inania simulachra. Ouid. 3. Metam. 134.
Lignea simulachra deorum. Ouid. 10. Metam. 138.
Nitentia simulachra fragili cera. Iuuenalis Saty. 11. 9.
Vasta ferarum simulachra. Ouid. 2. Metam. 39.
Imbecilla ac mortalia vultus simulachra. Tacit. in vita Agricolæ, Sed vt vultus hominum, ita simulachra vultus imbecilla ac mortalia sunt.

¶ Simulachrum ciuitatis, metaphoricũs pro signo & nota. Cicero ad Plancum, lib. 10. 1. 4, In qua nec Senatus, nec populus vim habet vllam: nec leges vllæ sunt, nec iudicia, nec omnino simulachrum aliquod ac vestigium ciuitatis.

Ciuitatis particulæ simulachrum. Quintil. lib. 2. cap. 15. 17.

Simulachra animorũ. Cic. pro Archia, 11, Statuas & imagines nõ animorum simulachra, sed corporum, studiosè multi summi homines reliquerunt.

Simulachra virtutum. Cic. 1. de Finib. 176, Ergo in bestiis erũt secreta à voluptate humanarum quædam simulachra virtutũ: in ipsis hominibus virtus nisi voluptatis causa nulla erit?

Belli simulachra cientes. Lucret. lib. 2. 9. & 65.

Pugnæ simulachra. Quintil. li. 2. ca. 10. 6, Affici verò, & ira vel luctu permouere, cuius est ludibrii, nisi quibusdã pugnæ simulachris ad verum discrimen, aciémque instam consuescimus?

Multa modis simulachra videt volitãtia miris. Virg. 7. Æn. 18.

Simulo, simulas, pen. cor. simulare, Imitari & referre. A simil s derivatur: vel, vt quidam volũt, à simul. nihil enim aliud est simulare, quàm ea quæ absunt, simul esse ostẽdere. Hora. 2. epist. 1.

-ducereт æra Fortis Alexandri vultum ſimulantia.
Simulare annum.Ouid.3.Metam.17.
Lumine tecto ſomnus ſimulatur.Ouid.epiſt.20.40.
Simulare, Fingere, ac pro verò falſum tradere, vt ait Donatus. Plaut. Aulul.18. 4, Qui ſimulauit mei honoris mittere huc cauſa coquos. Idem Trin.4.114, Qui omnia ſe ſimulant ſcire, nec quicquam ſciunt. Terent.Heaut.4.1.13, Non ſimulare mortem verbis, re ipſa ſpem vitæ dare. Cicero, Simulabat ſe Romã rediturum quum in Africam nauigaturus eſſet. Idem de Amicitia, 81, Et litigare ſe ſimulans, blandiatur. Idem 3.Verr.13, Vt tertius dies ſic hominem proſterneret, vt morbo ſimulato non quid reſponderet, ſed quemadmodum non reſponderet, deliberaret. Liu.5.bel.Pun.41, Vbi quominus mirum eſſet vno eodémque loco ſtatiua eum tandiu habere: ægrũ ſimulabat. Sic apud Cæſarem, 1.bell.Gall.194, Simulare amicitiam. Et Cic.2. Verr.10, Simulat his ſe rebus confidere, ſed video quid agat.
Gaudia vultu ſimulare.Ouid.1.de Arte,136.
Vultu ſpem ſimulat.Virgil.1. Æneid.43.
Simulo non ſentire, pro Diſſimulo. Plinius epiſt.14.lib.3, Ille ſiue quia nõ ſentiebat, ſiue quia non ſenture ſimulabat, immobilis & extentus fidem peractæ mortis impleuit.
Non es quod ſimulas, inquit Horatius 1.Serm.ſatyr.7.11.
Simulat quaſi. Plaut.Amp.4.46, Verum quaſi affuerim, tamẽ ſimulabo, atq; audita eloquar. Idẽ Curcul.3.11, -ſequere me, Simulabo quaſi non nouerim.

Simulans, pen.corr. Nomen ex Participio. Ouid.2.Amor.eleg.6.5, Non fuit in terris vocum ſimulantior ales.

Simulatus, pen.prod. Aliud nomen ex participio: vt Dolor ſimulatus. Lucan.lib.9.214.
Amorem ſimulatum fingere. Propert.lib.2.eleg.15.10.
Conſcientia ſimulata. Tacit.lib.2, Hortatur, ſimulata conſcientia adeant, offerant pecuniam. Hoc eſt ſimulatè, ſiue poſtquam ſimulauerint ſe conſcios eius rei eſſe.
Verba ſimulata. Virgil.1. Æneid.143.

Simulatè, pen.prod. Aduerbium, cui opponitur Ex animo. Cic.2.de Natu.deorum, 149, Mala enim & impia conſuetudo eſt, contra deos diſputandi: ſiue ex animo id fit, ſiue ſimulatè.

Simulatio, ſimulatiõnis, f.g. Fictio, ſimulata & ficta alicuius rei interna per vultum repræſentatio: vnde pro deceptione & circunuentione ponitur, quòd animo vel vultu, aut voluntate ſimulata fiat. Cic.ad Lentulum, lib.1.9.61, A quibus tuendus fuerat, derelictus: idque non ſolum fronte, atque vultu, quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur. Terent.Heaut.4.5.34,
Non ego in perpetuum dicebam vt illam illi dares.
Verùm vt ſimularet. c. non mea eſt ſimulatio. Cic.3.Offic.79, Quòd ſi Aquiliana definitio vera eſt, ex omni vita ſimulatio diſſimulatióque tollenda eſt.
Simulatione belli, &c. Cæſar 1.bel.Ciuil.39, Retineri legiones duas quæ ab ſe ſimulatione Parthici belli ſunt abductæ. Cic.3. Verr.17, Nullæ ſunt occultiores inſidiæ quàm hæ quæ latent in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine.
Fallax Imitatio, ſimulatióque virtutis. Cic.4.Acad.153.
Induere ſimulationem alicuius rei, Vide **Induo**.

Simulator, pen.prod. Verbale. Cic.1.Off.151, De Græcis autem dulcem & facetum, feſtiuique ſermonis, atque in omni ratione ſimulatorem, quem εἴρωνα Græci nominauerunt, Socratem accepimus. Idem ad Q.fratrem, lib.1.3.13, Meſſalam tui ſtudioſum eſſe arbitror, Pompeium etiam ſimulatorem puto.
Tãtum ne pateas verbis ſimulator in illis. Ouid.2. de Arte, 63.
Artifex & ſimulator figuræ Morpheus. Ouid.11.Metam.117.

Simulâmẽ, pe.prod. ſimulãminis, Simulachrum. Ouidius de Adonide interempto ab apro. lib.10. Metam. 145, Annua plangoris peraget ſimulamina noſtri. Singulis annis Adonia, id eſt ſacra in Adonis honorem celebrabantur: in quibus Adonis plangebatur, ac luctus Veneris referebatur.

Simultas, ſimultãtis, f.g. Latens odium, inquit Valla in Rudenſem: ea ſimultas plerunque intelligi contenta eſt, quum inimicitia opere ſe oſtendat. Plaut.Pſeud.5.51, Nã hic id metuit, ne illam vendas ob ſimultatem ſuam. Cic.pro Lege Manil.50, Vt multas etiã ſimultates, partim obſcuras, partim apertas intelligã mihi non neceſſarias, vobis non inutiles accepiſſe. Idẽ ad Q. fratrem, lib.1.1.18, Hæc inſtitutio atque diſciplina poteſt ſuſtinere in rebus ſtatuendis, decernendiſque eam ſeueritatem qua tu in his rebus vſus es, ex quibus nõnullas ſimultates cum magna mea lætitia ſuſceptas habemus.
Simultas (inquit Feſtus) eſt odium: dicta ex contrario, quia minimè ſint odientes ſe ſimul. Poteſt & à ſimulatione dicta exiſtimari, quia ſimulata loquuntur adinuicem.
Vetus atque antiqua ſimultas inter finitimos. Iuue.Saty.15.4.
Gerere ſimultates cum aliquo. Quintil.lib.4.cap.1.15.
Huic ſimultas cum Curione intercedebat, Vide **Intercedo**.

Simus, Adiect. Quod eſt preſſum. Plin.lib.11.ca.37.51, Et altior homini tantũ, quem noui mores ſubdolæ irriſioni dicauere, naſus. Nõ alii animalũ nares eminent. Auibus, ſerpẽtibus, piſcibus foramina tantũ ad olfactus, ſine naribus. Et hinc cognomina, ſimorũ, ſilonũ. Virg.10.eclo.1, Dũ tenera attondent ſimæ virgulta capellæ. Mart.lib.6.39, Atq; ille ſima nare, turgidis labris.

Sin, ex SI & NE cõponitur, abiecta e, ſignificãtque ſi vero: quod nunquam in prima parte collocatur, & niſi præceſſerit ſi: ſed in ſecunda, vbi ferè duorum eſt oppoſitio. Terent.Hecyra, 4.4.15,
Ego Pamphile eſſe inter nos, ſi fieri poteſt,
Affinitatem hanc ſanè perpetuam volo:
Sin eſt vt aliter tua ſiet ſententia,
Accipias puerum. Ibidem, 4.1.45, -ſi eſt vt dicat velle ſe,
Redde: ſin eſt autem vt nolit, rectè conſului mea. Idem Phor. 5.8.31, -ſi vis mihi vxorem dare
Quam deſpondiſti, ducam: ſin eſt vt velis
Manere illam apud te, dos hic maneat Demipho. Cic.ad Atticũ, lib.9.288.1, Si mihi veniam quã peto, dederit, vtar illius cõditione: ſin minus, impetrabo aliquid à meipſo. Idẽ ad Q.fratrẽ, li.2.10.3, Si perficiũt, optimè: ſin min⁹, ad noſtrũ ſouẽ reuertamur
Sin poſitum non præcedente ſi. Cic.3.de Oratore, 74, Nunc contrà, plerique ad honores adipiſcendos & ad Rempub. gerendam nudi veniunt atque inermes, nulla cognitione rerum, nulla ſcientia ornati. Sin aliquis excellit vnus è multis, effert ſe, &c. Id eſt, Quod ſi aliquis, &c. Saluſt.in Iugurth. Imperat vt pretio, ſicuti multa confecerat, inſidiatores Maſſiuæ paret, ac maximè occultè: ſin id parum procedat, quouis modo Numidam interficiat. Id eſt, ſi poteſt, occultè: ſi non poteſt, vtcunque.
Sin aliter. Cic.ad Brutum, lib.11.14.6, Si ita eſt omnia faciliora: ſin aliter, magnum negotium.
Sin autem. Cic.ad Atticum, lib.10.196.5, Si vir eſſe volet, ſynodia: ſin autem, erimus nos qui ſolemus. Idem ad Terentiam, lib.14.3.10, Si perficitis quod agitis, me ad vos venire oportet: ſin autem. ſed nihil opus eſt reliqua ſcribere.
Primùm, ſin. Terent.Adelph.3.4.46,
Hæc primùm vt fiant, deos quæſo, vt vobis decet:
Sin aliter animus veſter eſt, ego Demea
Summa vi hanc defendam, atque illum mortuũ. Cic.de Amicitia, 67, Quamobrem primùm danda opera eſt, nequa amicorum diſſidia fiant: ſin tale aliquid euenerit, vt extinctæ potius amicitiæ, quàm oppreſſæ videantur.

SINA, Vrbs Meſopotamiæ: quo nomine etiam dictus eſt mons Petræ Arabiæ.

SINADA, pen.cor. ciuitas Aſiatica ad Cariæ fines. De hac Strabo lib.2, ſic ſcribit, Sinada, vrbs eſt non magna, ante quam planities iacet oleis conſita, ſexaginta ferè ſtadiorum. Vlterius eſt Docimia vicus, & Sinadici lapidis lapicidifodina (ſic enim eum Romani appellant) Indigenæ verò Docimitem & Docimeam. Vena in initio paruas glebas emittebat, nunc propter maximos Romanorum ſumptus columnæ integræ & ingentes extrahũtur & varietate alabaſtritæ lapidi proximæ. Alii per y ſcribunt, inflectúntque Synas, huius Synadis.

SINARVM regio, authore Ptolemæo lib.7.ca.3, terminatur à Septentrione parte Serum expoſita, ab ortu Solis atque meridie terra incognita, ab occaſu India extra Gangem.

Sinapi, indeclinabile, n.g. & Sinape, media producta, herba quã Græci etiam napi quaſi naphy vocant, vt Athenæus interpretatur, quoniam acri, & proinde incommoda natura eſſe videtur. Sinapi verò dici putat, quia olfactum luminibus officiat. Plin. lib.10.ca.21.1, Sinapi, cuius in ſatiuis tria genera diximus, Pythagoras principatum habere ex his, quorum ſublime vis feratur, iudicauit, quoniã nõ aliud magis in nares & cerebrũ penetret.

Sinâpis, pen prod. etiam fœminino genere legitur. Plau.Pſeud.13. 18, Teritur ſinapis ſcelerata cum illis. Plin.lib.19.cap.8.7, Vſus iis, & cum lente ac faba, idémque qui oleris: & præcipuus, vt lenitas excitetur acrimonia ſinapis. Colum.lib.10, Séque laceſſẽti fletum factura ſinapis.

Sinape, ſinapis, neutro genere. Colum.lib.11.ca.3.13, Sinape atque coriandrum, nec minus erucam & ozimum, ita vti ſata ſunt, ſua ſede immota permanent. Varro 1.de Re ruſt.cap.59.3, Seruare rapa iniecta in ſinape, nuces iuglandes in arena. Varus exemplar habet confecta. Proinde ſinape accuſatiuus nõ eſt, ſed ablatiuus à nominatiuo ſinapis.
Sinapiſmus, Compoſitio medica ex ficubus & ſinapi, efficaciſſima ad morbos permultos.

Sincerastum, Vide **Syncerastum**.
Sinciput, Vide **Synciput**.
Sincerus, Vide **Syncerus**.

Sindon, ſindonis, pen.corr.m.g. Velum ſubtiliſſimum, linteũ.

Martial.lib.4.19,
Ridebis ventos hoc munere tectus,& imbres,
Nec ſic in Tyria ſindone tutus eris.

Sine Præpoſitio ſemper ſeparatiua, ſignificat Abſque.Terent. Heaut.2.3.47,Sine auro tum ornatam. Plau.Pœnulo,3.71,Sine damno magno quæ elui neutiquam poteſt.

Sine cortice nare dicuntur,qui iam per ætatem non egent cuſtode morum:aut qui eò doctrinæ proceſſere, vt iam præceptorum opera non habeant opus.Horat.1.Serm.ſaty.4.25,
-ſimul ac durauerit ætas
Membra,animúmque tuum,nabis ſine cortice. Id eſt, citra cuſtodem ac pædagogum ipſe te reges ac moderaberis.Acrō prouerbii admonet: putátque metaphoram mutuò ſumptam à iuuenibus,qui quum primitus nare diſcunt,corticibus aut ſuberibus ventri ſubligatis natant: deinde exercitatiores citra huiuſmodi adminicula natare incipiunt. Plaut.in Aululari,17.9,
Quaſi pueris qui nare diſcunt, ſcirpea indūtur ratis,
Qui laborant minus,facilius vt nent,& moueant manus.

Sine fine. Ouid.2. Metam.101, Immotóſque oculos in ſe ſine fine tenentem Neſcius extimuit.

Imperium ſine fine.Virgil.1.Æneid.57.

Singultus/huius ſingultus,m.g.Dicitur quoties ſpiritus vacās ab humore,in loco ſpiritui deputato retinetur:hic enim dum emittitur,nec poteſt erumpere,& diſtentionem inducit,quæ appellatur ſingultus. Plin.epiſt.95.b.lib.4,Nā illa quoque quanquam prona & vergentia, per quaſdam oblactantes animæ moras,crebris quaſi ſingultibus ſiſtūt quod effundūt. Plin.lib.28. ca.6.1,Sternutamēta pituna grauedinē emendāt, & ſiquis muris nares(vt tradunt)oſculo attingat.Sternutamenta & ſingultum. Columel.lib.8.cap.11,Reducuntur ad villam,perſequentes,vt dixi,nutricis ſingultus. Cic.pro Plancio,61,Nō modò lachrymulā,ſed multas lachrymas,& fletū cum ſingultu videre potuiſti.

Ciere ſingultus. Catull.Argon.59.26,Frigidulos vdo ſingultus ore cientem.

Coactant membra ſingultus.Lucret.lib.6.233.
Concutiente ſingultu ſonant ora.Ouid.3.Amor.eleg.8.3.
Frequens ſingultus corripit neruos.Lucret.lib.6.233.
Singultu medios impediente ſonos.Ouid.1.Triſt.eleg.3.9.
Longis ſingultibus illa pulſat.Virgil.9.Æneid.84.
Ruptáque ſingultu verba loquētis erāt.Ouid.1.de Remed.41.
Ilia tendere ſingultu.Virg.3.Georg.101.

Singultus,de gallinis. Colu.lib.8. cap.5.3, Aſſiduus autem debet eſſe cuſtos,& ſpeculari parientes: quod ſe facere gallinæ teſtantur crebris ſingultibus interiecta voce acuta.

Singultio,ſingultis,ſingultiui, ſingultum,ſingultire, Singultum emittere. Plin.lib.23.cap.1.35, Nec ſingultientibus,nec ſi cum febre diſpnœa ſit,&c.

Singultiens gallina.Colu.lib.8.cap.11,Poſſunt autē poſt quintum & triceſimum diem quàm nati ſunt,etiā in agro ſatis tutò educi,ſequiturque grex velut matrem gallinam ſingultientem.

Singultans, Qui frequentes ſingultus emittit,vt ferè nunquam ſolus ſingultus auditur: apud Quintilianum lib.10.cap.7, Nō minus proſpectu procedamus, quàm gradu,ſi non interſiſtentes offenſantéque breuia illa atque cōcīſa ſingultantium modo iecturi ſumus. Virgil.9.Æneid.67,

Tum caput ipſi aufert domino,truncúmque relinquit
Sanguine ſingultantem. Id eſt cum ſingultu animam efflātem, vt ait Seruius.

Anima ſingultans.Ouid.5.Metam.17.

Singultim,Aduerbium.Hora.1.Serm.ſat.6.11,Vt veni corā,ſingultim pauca loquutus.Id eſt verbis interruptis.Budæus.

Singulus/pen.corr.Adiectiuum, Quaſi ſine angulo:quòd ea quæ vnica ſunt,nequeant conſtituere angulum. Dicitur autem ſingulum, vnumquodque per ſe,hoc eſt ſeparatū ab aliis. Plaut. Ciſtel.10.35,At at ſingulum video veſtigium.Hoc eſt vnum tantum,vel vnius tantum hominis. Idem Amp.4.197,Rex Creon vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat. Idem Truc.6.44,
-quid maceria illa ait,in orto
Quæ eſt,quæ in noctes ſingulas látere ſit minor? Idē Menæh. 10.10,At forū eſt hominū indies qui ſingulas eſcas edunt. Cic.3. de Orat.117,Refert etiā qui audiant,Senatus,an populus,an iudices,frequentes,an pauci,an ſinguli. Idē in Oratore,131,Sæpe ſingulis vtendum eſt,plerúque binis & vtríſque addi pedis pars poteſt,non ferè ternis amplius. Idem 7.Verr.104,Vt non modò plures, ſed ne ſinguli quidem poſſint accedere. Idem 2.de Lege agrar.21,Itaque me non extrema tribus ſuffragiorum,ſed primi illi veſtri concurſus: neque ſingulæ voces præconum, ſed vna voce vniuerſus Populus Ro. Conſulē declarauit. Idem in Ora.113,Duo extremi chorei ſunt,id eſt è ſingulis lōgis & breuib⁹.

Luſtrare ſingula.Virgil.1.Æneid.91.

Pándere ſingula ordine.Virgil.6.Æneid.145.

In ſingulis annis.Cic.2.de Nat.deorum,147,Sol binas in ſingulis annis reuerſiones ab extremo contrarias facit.

Singulis diebus.Cic.2.de Nat.deorū,116,Quod efficitur in cælo ſingulis diebus & noctibus. Idem pro Murena,21,Qui ſingulis diebus ediſcendos faſtos populo propoſuit.

In ſingulos dies. Cic.ad Atticū, lib.5.94.1, Quotidie vel potius in dies ſingulos,breuiores literas ad te mitto. Idem 4.Verr.87, Lex eſt de religione quæ in annos ſingulos Iouis ſacerdoté ſortito capi iubeat. Et 1. in Catil.3, Creſcit in dies ſingulos hoſtium numerus. Item ad Atticum,lib.6.114.7, Scaptius cētesimis renouato in ſingulos annos fœnore contentus non fuit.

Verba inter ſingula fudit lachrymas.Virg.3.Æneid.70.

Singulâris,& hoc ſingulâre,pen.prod. Quod eſt vnicum. Plin.lib. 28.ca.10.2,Democritus etiamnum effectus auget eius qui ſingularis natus ſit.

Verbis ſingularibus gratias agere,Hoc eſt,quæ vnū tantū,non etiam plures cōplecterētur.Cic.4.in Catil.77,Primū quod mihi gratias egiſtis ſingularibus verbis, & mea virtute atq; diligētia perditorū hominū patefactam eſſe coniurationem decreuiſtis.

Rate ſingulari fluctum ſecant.Sene.Troade,11.4.

¶ Singularis,accipitur aliquādo pro excellenti:& tam in malum quàm in bonū ſumitur.Plin.epiſt.144.2, Neptem paruam noui,nepotem familiariſſimè diligo,adoleſcentem ſingularem. Idem epiſt.45.b,Mox vehiculum aſcendit, aſſumit vxorem ſingularis exempli,vel aliquem amicorū. Cic.pro Sylla,6,Me ſingulari immanitate & crudelitate præditum. Idem 4. Verr.12, Quo facilius de ſingulari eius impudentia exiſtimare poſſitis. Sic pro Cluentio,9,Singulare ſcelus. Et 5.de Finibus,100, Singulari nequitia præditi.

Singularia in te quædam.Cic.5.Ver.177,Sunt quædam omnino in te ſingularia, quæ in nullum aliud hominē neque dici, neque conuenire poſſint:quædam tibi cum multis communia.

Singularis in.Cic.4.Acad.139, Omitto per ipſum Ariſtotelem, meo iudicio in philoſophia propè ſingularem.

Singularius,Adiectiuum antiquum.Plaut.Cap.4.3, His indito catenas ſingularias.Hoc eſt,ſingulis catenam vnam.

Singulāriter,penul.corr.Aduerb.Magnopere, mirum in modum. Plin.epiſt.49.2,De vita Pomponii Secundi duo:à quo ſingulariter amatus,hoc memoriæ amici, quaſi debitū munus expleuit. Cic.4. Ver.81, Quē ego in Prætura mea ſingulariter dilexiſſem.

Singulātim,pe.pro. Aduerbium, Vnumquodque per ſe.Cæcilius, Primùm malo publico ſingulatim gratias agere. Hoc eſt vnicuique ſeparatim. Suetonius in Nerone,cap.15,In cognoſcendo, morem eum tenuit,vt continuis actionibus omiſſis,ſingulatim quæque per vices ageret. Cic.1.Ver.40,Si tantulum offenſum titubatúmque ſit,vt ea quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt,vno tempore vniuerſa perdamus.

Singulatim vnicuique reſpondere.Cic.1.Verr.17.

Singulatim de vnoquoque genere in ſecundo libro dicemus. Cic.1.de Inuent.65.

Singillātim,ſiue ſigillātim,pen.pro.Aliud aduerbium,Idem. Lucilius,Singillatim vnuſquiſque noſtrum monetur. Cic.5.Tuſc. 134,Hæque voluptates ſingillatim extenuantur. Idem 5.Verr. 43, Etenim quoniam ſummam & numerum iniuriarum iudices vobis non poſſum exponere, ſigillatim autem de vniuſcuiuſq; incommodo dicere infinitum eſt, Ibidem,7.80,Quærit ex his ſigillatim, quot quiſque nautas habuerit. Et 6.67, Sigillatim vnicuique calamitati fore ſe denuntiabat,vniuerſam ſe ſunditus euerſurum eſſe ciuitatem minabatur. Sic ad Atticum,lib.1.9.8. Et Cæſar 5.bel.Gall.194,Centuriones ſigillatim, Tribunóſque militum appellat,quorum egregiam fuiſſe virtutem teſtimonio Ciceronis cognouerat. Idē 3.bel.Gall.359, Detractis cohortibus duabus & compluribus ſigillatim. Plautus Trin.13.36, -ſin vnum quicquid
Singillatim & placidè percontabere. Terent,Phorm.5.9.43,
-quid ego nunc commemorem Demipho
Singillatim qualis in iſtum fuerim?

Sigillatim,Generatim,ſine vniuerſe,contraria.Cic.7.Ver.111, Nam quid ego de cæteris ciuium Rom.ſuppliciis ſigillatim potius,quam generatim atque vniuerſē loquar? Hīc Generatim & vniuerſē oppoſuit aduerbio Sigillatim.

Siniſtra/ſiniſtræ,Manus læua dicitur:à Sino,ſinis,quòd gerere nos dextra manu,quæ aptior eſt,ſinat.

Infirma ſiniſtra.Ouid.3.Faſt.174.

Siniſtra,pro ea parte quæ verſus manum ſiniſtram eſt. Cic.1. de Diuin.143, Cur à dextra coruus, à ſiniſtra cornix faciat ratū. Idem 16.Philipp.111,Aſpicite à ſiniſtra.

Ad ſiniſtram,Vide Ad præpoſitionem.

Siniſtrà,Aduerb.pro A parte ſiniſtra.Cic.4.Aca.115,Et quū in vno

mundo ornatus hic tam sit mirabilis, innumerabilis, suprà infrà, dextra sinistra, antè pòst, &c.

Sinister, sinistra, sinistrũ, Quod ad sinistram est. vt Sinistrũ cornu. Liu. 3. ab Vrbe, 264, Nam quum æquassent aciem, duo extra ordinem millia, quæ in sinistrum cornu Romanorum in ipso certamine impressionem facerent, tenuere.

Cubitus sinister. Ouid. 9. Metam. 104.

Lateri sinistro affixus. Virgil. 10. Æneid. 33.

Pars sinistra murorum. Virgil. 9. Æneid. 94.

Sinistrum soli. Colum. lib. 1. cap. 5, Ferè pestilens habetur quod est remotum ac sinistrum soli, & apricis flatibus.

¶ Sinisterior, & hoc sinisterius. Var. 2. de Re rust. ca. 5. 11, Siquidẽ si mas est, in dexteriorẽ partem abit: si fœmina, in sinisterioré. Cic. in quadam epist. Cornu sinisterius quod erat infirmius.

Rota sinisterior. Ouid. 2. Metam. 18.

¶ Sinistrum, quantum ad augurium pertinet, significat Prosperum. Plaut. Pseud. 11. 71,

Omnes ordines sub signis ducam, legiones meas
Aui sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia. Cic. 3. de Leg. Is auc sinistra dictus populi magister est. Idem ad Cecinnam, lib. 6. 6. 16, Nõ igitur ex altis involatu, nec è cantu sinistro oscinis. Et 2. de Diuinat. 114, Quanquam haud ignoro quæ bona sint, sinistra nos dicere, etiamsi dextra sint: sed certè nostri sinistrum nominauerunt, externi dextrum.

Sinistra, meliora quare sint auspicia, quàm quæ dextra, declarat Varro lib. 5, Epistolicarum quæstionũ, his verbis, A deorum sede quũ in Meridiem spectes, ad sinistram sunt partem mundi Exorientes, ad dexteram Occidentes, factum arbitror vt sinistra meliora auspicia, quàm dextera esse existimentur. Idem ferè sentiunt Sisinius Capito & Cincius. Festus.

Tonitrus sinistri. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 10.

¶ Sinistrum, Aduersum, noxiũ: quòd quæ sinistra manu fiũt, minus rectè fieri videmus. Virgil. lib. 1. Georg. Arboribúsque, satísque Notus, pecorique sinister. Plin. epist. 148, Igitur ad alios hanc sinistram diligentiam conferant. Idem epist. 9. b, Nemo me apud quẽquam sinistris sermonibus carpit: neminẽ ipse reprehendo, nisi vnum me. Virgil. 9. eclog. 2, Antè sinistra caua monuisset ab ilice cornix.

Aues sinistræ. Ouid. epist. 2. 23.

Fama sinistra. Tacit. lib. 5.

Et fuit ad cœptas hora sinistra vias. Ouid. epist. 20. 14.

Liberalitas sinistra. Catul. in Iulium Cæsarem, 27. 4.

Omen sinistrum. Ouid. 13. epist. 10.

Sinistéritas, pen. corr. sinisteritâtis, f. g. Plin. epist. 182, Pleriqi autem dũ verentur ne gratiæ potentiũ nimiũ impartire videãtur, sinisteritatis atque etiã malignitatis famam cõsequuntur. Id est Asperitatis: quia nimium seuerè in potentes prouinciales se gerũt.

Sinistrè, Aduerbium: vt Accipere cædem sinistré. Tacit. lib. 17, Cæterùm vtraque cædes sinistrè accepta.

Excepta sinistré. Horat. in Arte, 41.

Sinistrorsum, Aliud aduerb. Versus sinistrã. Apud Festũ sinistrorsus etiam legitur. Cæsar 6. bel. Gall. 91, Hinc se flectit sinistrorsus, diuersis à flumine regionibus.

Sinistrorsum, cui opponitur Dextrorsum. Horat. 2. Serm. sat. 3. 10, Ille sinistrorsum, hic dextrorsum abit.

Sinistimum veteres dixerunt pro sinistro. Festus.

Sino/sinis, siui, situm, sinere, Permittere. Plaut. Asinaria, 16. 48, Sine veniam modò domum. Terent. And. 1. 1. 116, Sine nũc meo me viuere interea modo. Ibidem, 5. 3. 30, Sine te hoc exorem. s. sino. Plaut. Sticho, 4. 71, Nullos meliores esse parasitos sinam. Varro, Sine is ad pubertatis annos peruenìat. Cæsar 4. bel. Gal. 471, Vinum ad se importari omnino non sinunt.

Sine vt. Terẽtius And. 3. 5. 16, Sed paululum sine ad me vt redeam. Idem Eunucho, 4. 6. 1, Sine vt veniat.

Situs, Participium, Permissus: Et Siturus. Cic. pro P. Sestio, 83, Accusare eum moderatè, à quo ipse nefariè accusatur, per Senatus authoritatem non est situs. Idem ad Q. fratrem, lib. 2. 10. 6, Cato concionatus est, comitia haberi non siturum.

SINON, insignis proditor apud Virgilium. De quo Seruius, Autolycus quidam fur fuit, qui se varias formabat in species. hic habuit liberos, Sisyphum, vnde natus est Sinon: & Autoliam, vnde Vlysses. Cõsobrini ergo sunt: nec immeritò Virgilius Sinoni dat & fallaciam, & proditionis officium, ne multum discedat à fabula: quia secundum Euphorionem Vlysses hoc fecit. Hæc Seruius, enarrans hunc locum Virgilii 2. Æneid. 16,

-nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacémque improba finget.

Periurus Sinon. Virgil. 2. Æneid. 39.

SINONIA, Plinio lib. 3. cap. 6, Insula Corsicæ vltra Tyberina ostia in Antiano.

SINOPE, pen. prod. vel vt scribunt alii Synope. vrbs Ponti, Cynici Diogenis patria, Gymnasio olim clarissima fuit, & rubrica Sinopica cognominata celebris. Cicero in oratione pro Pompeio haud obscurè indicat in Sinope & Amiso, Mithridatis olim domicilia fuisse omnifariis rebus ornatissima refertissimáque. De Sinope item Strabo lib. 11.

Magna Sinope. Valer. 5. Argon. 11.

Opima Sinope. Valer. 5. Argon. 11,

Assyrios complexa sinus stat opima Sinope,
Nympha prius, blandósque Iouis quæ luserat ignes,
Cælicolis immota procis, deceptus amatæ
Fraude deæ non solus Halys, non solus Apollo.

Sinopeus, trisyllabũ, Qui est ex Sinope. Ouid. 1. de Põto, eleg. 4. 14, Non doluit patria Cynicus procul esse Sinopeus. De Diogene.

Sinopis/pen. prod. sinópidis, f. g. Color quidam natiuus seu rubrica dicitur, quæ primò apud Sinopem inuenta est. Plin. lib. 35. cap. 6. 1, Nascuntur sinopis, rubrica, prætonium, melinum, eretria, auripigmentũ. Cæteri finguntur, primúmque quos in metallis diximus. Præterea è vilioribus ochra, cerussa vsta, sandaraca, sandix, syricum atramentum. Sinopis inuenta est primùm in Ponto, inde nomen à Sinope vrbe. Nascitur & in Ægypto, Baleribus, Africa: sed optima in Lemno & in Cappadocia. Effussa & in speluncis. Quæ saxis adhæsit, excellit. Glebis suus color, extrà maculosus. Hacque vsi sunt veteres ad splendorem. Species sinopidis tres, rubra, & minus rubens, & inter has media. Pretium optimæ in libras X I I I denarii. Vsus ad penicillum, aut si lignum colorare libeat.

Sinópicus, pen. corr. Adiectiuum. Sinopicam rubricam vocat Vitruuius lib. 7, de qua Strabo lib. 12. sic scribit, In Cappadocia nascitur ea quæ sinopica rubrica dicitur, omniũ optima quæ cum Iberia decertat. Idcirco sinopica appellatur, quòd eã mercatores eò deferebãt prius quàm Ephesiorũ emporium tã celebre esset.

SINVESSA, teste Plinio lib. 3. cap. 5, ciuitas mediterranea Campaniæ, vino satis abũdans, quod Sinuessanũ dicitur. De hac Liu. 10. ab Vrbe, 110, In salu Vestino Falernum contingente agrum, Sinope dicitur Græca vrbs fuisse, Sinuessa deinde à Romanis colonis appellata. Strabo lib. 5, Sinuessa in Sentino sita est sinu, à quo nomen vendicat. Ei proximæ calidæ sunt balneæ ad ægritudines quasdam accommodatissimæ. Hora. 1. Ser. saty. 5. 8, Postera lux oritur multo gratissima, namque
Plocius, & Varius Sinuessæ, Vergiliúsque Occurrunt.

Tepens Sinuessa. Silius lib. 8. 105.

Sinuessãnus, pen. prod. Adiectiuũ. Horat. 1. epist. 5. 1, Inter Minturnas, Sinuessanúmque Petrinum. Vide PETRINVS.

Sinuo/Sinuosus/Vide Sinus.

Sinus/huius sinus, m. g. Dicitur illa pars quæ est intra pectoris, brachiorúmque complexum, inquit Valla, & tunc S I corripitur, teste Seruio. Terent. Adelph. 4. 5. 76, Hic non amãdus: hic cine non gestandus in sinu est?

Tepidus sinus. Ouid. epist. 3. 23.

¶ Abstrahere sinu vel gremio. Vide Abstraho.

Complecti sinu. Vide Complecto.

Blando sinu fouens nepotem. Sene. Troade, 11. 4.

Fouere dextram sinu. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 1.

In quæ mei cupido rapta ferêre sinu. Ouid. epist. 19. 10.

¶ Hinc sinus vestiũ appellati sunt, quas *plicaturas* vulgus dicit, quales erant tunicæ Romanorum, & laxitas illa supra cinctura. Virgil. 1. Æneid. 65, -nodóque sinus collecta fluentes.

¶ Dissutus sinus. Ouid. 1. Fast. 81.

Enormes sinus. Stat. 2. Sylu. 27.

Lacer sinus. Ouid. epist. 11. 15.

Vt fieret torto nexilis orbe sinus. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 5.

Purpurei sinus. Ouid. epist. 14. 11.

¶ Ferre nuces sinu laxo. Horat. 2. Serm. saty. 3. 35.

Onerato sinu portare aliquid. Senec. Hippol. 10. 6.

Rumpere sinum. Ouid. 10. Metam. 144.

Soluere sinus. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 11.

Substringere sinus veste remissa. Senec. Troade, 2. 5.

Ex toga facere sinũ. Liu. 1. bel. Pun. 66, Tum Romanus sinu ex toga facto, Hîc, inquit, vobis bellum atq; pacem portamus: vtrũ placet sumite. Et paulo pòst, Quum sinu effuso bellum se dare dixisset. Hoc est excussa toga quam in sinum collegerat. Budæ.

Subducere sinum bonis. Sene. Thyeste, 5. 6,

Quæ causa cogit genitor à patria gradum
Referre visa: cur bonis tantis sinum Subducis?

¶ Sinus, pro ipsis præcordiis. Ouid. epist. 5. 8,

Attoniti micuêre sinus: gelidúsque cucurrit,
Vt mihi narrasti, dura ter ossa timor.

E sinu illius aut illius esse dicimus, quos ex intima familiaritate volumus intelligi. Cicero 3. Verr. 18, Verres simulac tetigit

prouinciã,ſtatim Meſſanam literas dedit,Dionem euocauit,calumniatores ex ſinu ſuo appoſuit qui illam hæreditatem Veneri Erycinæ commiſſam eſſe dicerent. Ibidem,4.16,Satiſne vobis magnam pecuniam Venerius homo, qui è Chelidonis ſinu in prouinciã profectus eſſet, Veneris nomine quæſiſſe videtur? Idem 1.in Caul.42, Poſtremũ autem genus eſt non ſolũ numero,verum etiam genere ipſo atque vita,quod proprium eſt Catilinæ,de eius delectu,imò verò de cõplexu eius ac ſinu. Eraſmus.

In ſinu ſuõ habere,pro In poteſtate ſua clã habere. Caius Iureconſ.Titio centum do lego,quæ mihi pertulit,quæ ideo ei nõ caui,quòd omnem fortunam & ſubſtantiam,ſiquam à matre ſuſceperat,in ſinu meo habui ſine vlla cautione. In ſinu meo dixit,pro In occulto,& penitus apud me & in poteſtate mea . Sic intelligo illud ſcitè dictum à Cicerone ad Q. fratrem, lib.1.ep.1, Mihi crede in ſinu eſt,neque ego diſcingor. Ac ſi diceret,In poteſtate habeo: neque periculum eſt vt imprudenti mihi vel immemori excidat,& ita in poteſtate mea eſſe deſinat. Vel In ſinu, hoc eſt in occulto: neque periculum eſt vt indicio meo excidat, qui noui tacenda ſilere & continere. Budæus.

In tuum ipſius ſinum inſpue. Hac noſtra tẽpeſtate multis regionibus hoc circunfertur adagium. Iubent enim hominẽ aliena vitia taxantem,in ſuum ipſius ſinum inſpuere tanquam admonentes vt domeſticorum malorũ recordatione,deſinat arrogantius inſectari vitam alienam. Idẽ antiquis fieri ſolere,colligi vtrunque poteſt ex verbis Plinianis, qui lib.18.cap.43,ſcribit hunc in modum, Veniam quoque à deis ſpei alicuius audacioris petimus,in ſinum ſpuendo. Idẽ in eodem capite ſcribit ex authoritate Salpæ,torporem ſedari quocũque membro inſtupẽte,ſiquis in ſinum exſpuat. Quorum vtrunque non prorſus abhorret à noſtro vulgato prouerbio. Siquidem qui carpit aliena, ſpe quadã improba peccat, quaſi ſperet ſibi nihil ſimile à quoquam opprobrari poſſe,quum nemo ſit qui non aliquo vitio teneatur. Eraſmus.

In ſinu gaudere,Eſt tacitam apud ſe voluptatem ſentire. Vide Gaudeo.

Soluto ſinu. Budæus,Sinus pro copia ponitur:quo modo id accipitur à Seneca,Non recipit ſordidum virtus amatorem:ſoluto ad eã ſinu veniendũ eſt.Id eſt,plena liberalitate & copia effuſa.

Sinus,pro Securitate & præſidio. Plin.in Paneg. Geſtus Cõſulatus nõ in hoc vrbis otio & intimo ſinu pacis,ſed iuxta Barbaras gentes. Alibi, Confugit in ſinum tuum concuſſa Reſpub. ruenſque imperium ſuper imperatorem, imperatoris tibi voce delatum eſt.Id eſt in præſidium.

¶Sinus vrbis. Saluſt.in Catil. Alii intra mœnia, atque in ſinu vrbis ſunt hoſtes.

¶Sinus, Per trãſlationem vocantur litora quæ curua ſunt ad ſimilitudinem ſinus, & quaſi brachiis mare amplectentia. Plin. lib.12.cap.10.1,Tylos inſula in eodem ſinu eſt. Virgil.11.Æneid. 126, -extremámque ſinu perfudit arenam. Vbi Seruius, Sinu, curuatione & flexu vndarum.

Orbis extremi ſinus. Virgil.2.Georg.25.
Anguſtus ſinus. Virgil.2.Georg.16.
Ater ſinus Adriæ. Horat.3.Carm.ode 17.4.
Curui ſinus. Stat.6.Thebaid.44.
Falcatus ſinus. Ouid.epiſt.2.17, Eſt ſinus adductos modicè falcatus in arcus.
Gelidi ſinus. Ouid.1.de Ponto,eleg.10.11.
Perſicus ſinus, Vide Perſicus in PERSIA.
Profundus ſinus. Senec.Troad.6.13,
Specu reuulſam ſcinde tellurem Stygis.
Sinu profundo conde depoſitum meum.
Vadoſi ſinus. Sene.Troad.10.15.
Vaſtus ſinus. Virgil.4.Georg.73.
¶Monſtriferos agit vnda ſinus. Lucan.lib.5.114.
Stryntonis abſciſſo fertur aperta ſinu. Propert.lib.4.eleg.4.15.
Immenſo ſinu labitur amnis. Senec.Herc.furente,9.13.
Scindit ſe vnda in ſinus reductos. Virgil.1.Æneid.33.
Laxant arua ſinus. Virgil.2.Georg.67.

SINVS magnꝰ Ptolemæo, in India is eſt,quem *mare de Sur* hodie vocant , ad quem Hiſpani verſus Occidentem nauigando perueniunt, terreſtri itinere duorum dierum interiecto.

¶Sinus, Concauitas oculorũ,ſcilicet palpebræ,vbi lachrymarũ conceptacula ſunt,propter quandam ſimilitudinẽ. Virgil.lib.4. Æneid.6,Sic effata,ſinũ lachrymis impleuit obortis. Ex Seruio.

¶Sinus, Retia. Virg. Impleuitque ſinus. Mart.lib.13.101, Pulcher adeſt onager,mitti venatio debet
Dentis Erythræi:iam remouete ſinus.

¶Sinus, Velum quod ventis flantibus curuatur, & ſinũ facit. Iuuen.Saty.1.16,Totos pande ſinus.
Plenáque curuata pandere vela ſinu. Ouid.3.de Arte,99.
Crepantes ſinus carbaſei. Virgil.11.Æneid.155.
Obliquat ſinus in ventum. Virgil.5.Æneid.4.

¶Sinus,huius ſinus: vel Sinũ,ſini,Genꝰ vaſis,galeolæ cuiuſdã formam habens:tunc autem s i producitur,teſte Seruio. Plaut. Curcul. Hic cũ vino ſinus fertur. Idem Rud.30.31,
Talentum argenti commodum magnum inerat in crumena:
Præterea ſinus,epichiſis,cantharus,gaulus,cyathus. Varro,Vbi erat vinũ poſitũ in mẽſa,aut galeola, aut ſinu. Virg.7.eclog.7, Sinũ lactis,& hæc te liba Priape quotannis Expectare ſat eſt.

Sinuoſus penult.prod. Adiect. Quod habet multos ſinus. vt Mare ſinuoſum,Vela ſinuoſa,quæ ſinꝰ,id eſt curuationes faciũt. Claudianus lib.1.de raptu Proſerpinæ,37, -ſinuoſa draconum
Membra tegens. Id eſt nodoſa. Plin.lib.11.cap.37.51,Cor prima domicilia intra ſe animo & ſanguini præbet,ſinuoſo ſpecu, & in magnis animalibus triplici,in nullo non gemino.
Æquora ſinuoſa. Valer.3.Argon.56.
Arcus ſinuoſus. Ouid.1.Amor.eleg.1.6.
Terga ſinuoſa draconis. Stat.5.Thebaid.105.
Vela ſinuoſa. Propert.lib.4.eleg.1.3.
Veſtis ſinuoſa. Ouid.5.Metam.14.
Volumina ſinuoſa ſerpentis. Virgil.11.Æneid.151.
Vorago ſinuoſa. Stat.9.Thebaid.101.
Narratio ſinuoſa. Quintil.lib.2.cap.4.3.

Sinuo,ſinuas,ſinuare, Curuare,in ſinus flectere. Virg.lib.2.Æneid. 42, -ſinuátq; immenſa volumine terga. Id eſt in ſinus flectit. Ouid.lib.2.Metam.176, -tremulæ ſinuantur flamine veſtes. Id eſt formantur,rugantur,vel in ſinus colliguntur. Claud.1.de raptu Proſerp.54.
Cœperat & vitreis ſummo iam margine texti
Oceanum ſinuare vadis. Plin.lib.9.cap.33.1,Denſata,porrecta, ſinuata breui nodo ligatis,toto latere connexis. Celſus libro 7. cap.2, Nequis humor intus ſubſidat, qui proxima & adhuc ſana rodendo ſinuet.
In orbem luna ſinuata. Plin.lib.2.cap.9.1.
Serpens ſinuatur in arcus ſaltu immenſo. Ouid.3.Metam.9.
Arcus ſinuare. Ouid.8.Metam.6,Impoſitis calamis patulos ſinuauerat arcus.

Sinuâtus,pen.prod. Participium:vt
Gurges ſinuatus in curuos arcus. Ouid.14.Metam.11.
Chlamydem ſinuatam implere re aliqua. Stat.10.Theb.17.

Sion/huius ſii,n.g.Herbæ nomen. Plin.lib.12.cap.21.17,His adnumerant ſion,latius apio, in aqua naſcens, pinguius,nigriúſque,copioſum ſemine,ſapore naſturtii. Prodeſt vrinis,renibus, lienibus,mulierúmque menſibus,&c. Ruellius lib.2.cap.59,docet ſion ſiue lauer herbam eam eſſe quam officinæ *berulam* vocant expunctis à lauere duabus literis prioribus: *Laberlam* Gallicum vulgus, vel *berlam* adhuc appellat. In quo nomine veteris vocabuli relucent veſtigia: vt quod antiquitas lauer dixerit, ſequuta ætas diminutione gaudens, lauerulũ pronuntiarit:& tãdem,vt in pleriſque moris eſt, extritis prioribus elementis, in verulum & berulum appellationem deflexit. Paulo pòſt, Non ſunt audiendi qui herbam vulgò *creſſionem* dictam, ſion ſeu lauer eſſe contendant. Idẽ Ruellius lib.1.cap.20, Sion ſibi nomẽ aſciuit à concuſſu, quod Græci σίαν dicunt. nam excutiẽdi vim nactum eſt,vt pote quod renibus calculos emoliatur, vrinam & menſes exigat. Lauer,vt mea fert opinio, nomen à lauatu cõtraxit,quòd perſonantibus aquis enatum ſemper elui gaudeat.

Siparium/ ſiparii, Velum mimicum, quod Apuleius appellat ſcenicum. Eo vtebantur mimi,ſcenicique ad ſcenam velãdam. Et hæc ſiparia pro aulæis poſtera ætas vſurpauit. Cic.de Prouin. Conſul.11,Itaq; ille alter,aut ipſe eſt homo doctus,& à ſuis Græcis ſubtilius eruditus,quibuſcum iam in orcheſtra helluatur,antea poſt ſiparium ſolebat. Quintil.lib.6.cap.4,Ridiculè negauit Mammius Curius. Nam quum eius accuſator in ſipario omnibus locis, aut nudũ eum in neruo, aut ab amicis redemptum ex alea pinxiſſet,Ergo ego,inquit,nunquam vici.

SIPHNVS, inſula eſt vna ex Cycladibꝰ in Ægæo. authores Plinꝰ, Strabo,& Pomponius Mela libro 2. Hæc inſula locupletiſſima erat,teſte Herodoto lib.3. vt in qua auraria & argẽtaria metalla eſſent,vnde tantum pecuniæ fiebat, vt ex decima eius parte reponeretur apud Delphos theſaurus locupletiſſimo cuiq; par, Siphniis pecuniam(quæ quotannis conficiebatur)diſtribuentibus.

Siphon/ſiphõnis,m.g.Canalis fiſtula,vel tibia,per quam vrgẽte ſpiritu,aqua vel alius liquor emittitur. A ſono vocis dictus σίφων. Iuuen.Satyra 6.31, Effigiémque dex longis ſiphonibus implent. Plinius libro 2.cap.65.8,de aqua in ſummis iugis erumpente,Quò ſpiritu acta,& terræ pondere expreſſa,ſiphonũ modo emicat. Columel.lib.3.cap.10, Naturali enim ſpiritu omne alimentum virentis quaſi quædam anima per medullam trũci veluti per ſiphonem,quem diabeten vocant mechanici,trahitur

in ſummum. Idem lib.9.cap.14.de apibus, Optimum eſt per aditū veſtibuli ſiphonibus dulcia liquamina immittere. Plin. lib.31.cap.10.11, Ergo ſugentia ora forcipibus præcidunt, ac veluti ſiphonibus defluit ſanguis, paulatimque morientium capita ſe contrahunt, nec relinquuntur.

Siphúnculus, ſiphúnculi, pen.corr.maſc.g. Diminutiuum. Plin.ad Apollinarem, In hoc fonte crater, circà ſiphunculi plures miſcét iucundiſſimum murmur. Idem, Aqua velut expreſſa cubantium pondere ſiphunculis effluit, cauato lapide ſuſcipitur, gracili marmore continetur.

Sipho, ſiphas, ſiphare: vel Sipo, ſipas, ſipare, Spargere. A quo Diſſipo. Vide ſuo loco.

SIPONTVM, Vrbs Apuliæ iuxta Garganum montem à Diomede ædificata, quæ & Sipyus, & à Græcis (ob multitudinem ſepiarum quæ ibi capiuntur) Sepius, Sepiuntis, dicitur. Hinc Siponti nus à Siponto, & Sepiuntinus, à Sepiunte. Vulgò *Sipento*. Vide Pomponium lib.3.cap.1.

SIPYLVS, pe.corr. vrbs eſt, & mõs Phrygiæ, cuius meminit Strabo lib.1, Dicta quoque ad hæc ab Democle memoria repetit, qui ingentes quoſdam olim circa Lydiam & Ioniam vſque Troadẽ factos terræmotus ſcribit. A quibus & vici ſunt abſorpti, & Sipylus ſubmerſa regnante Tantalo. Idem lib.11, circa finem, Quæ verò de Sipylo & eius euerſione memorantur, non debent fabula exiſtimari: nam & Magneſiã, quæ ſub eo eſt, nuper terræmotus deiecerunt. Ouid.6.Metam.50, Tunc quum Mœonian virgo, Sipylúmque colebat.

Flebile ſaxum Sipyli. Senec.Herc.Œt.20.3.3.

Phrygius Sipylus. Senec.Herc.furente, 6.11.

Sipyleius, Adiectiuum. vt Genitrix Sipyleia, Niobe. Stat.5.Syl.1.7.

Siquando/Aduerbium temporis, Id eſt ſi aliquãdo, vel aliquo tempore, primam productam & acutam habet. Terent. Eunucho, 3.1.14, -tum ſicubi eum ſatietas

Hominum, aut negoti ſiquando odium ceperat. Cic.de Amicitia, 48, Nõ ergo erunt homines diuitiis diffluentes audiendi, ſiquando de amicitia, quam nec vſu, nec ratione habent cognitam, diſputabunt. Idem pro Fonteio, 17, Qui etiam ſiquando aliquo metu adducti deos placandos eſſe arbitrantur, humanis hoſtiis eorum aras ac templa funeſtant. Et 3. de Finibus, 24, Et tamen puto concedi nobis oportere vt Græco verbo vtamur, ſiquãdo minus occurret Latinũ. Item 6. Ver. 115, Siquãdo taceãt omnes, tũc cogũtur ſortito dicere. Liu.4.ab Vrbe, 123, Siquãdo promiſcui honores, cõmunicata Reſp. eſſet. tum ſe animaduerſuros, nequa ſuperbia magiſtratuum irrita Senatuſcõſulta eſſent.

Siquidem/Coniunctio, accentum habet in prima ſyllaba. Significat enim Certè, nam, quoniã. Terentius Heau.2.3.90, Quid aliud tibi vis? CLIT. ſi quidẽ hoc ſit. 1. ſiquidem experiũdo ſcies. Cic. Dolabellæ, lib.9.12.1, Gratulor Bais noſtris, ſiquidem vt ſcribis, ſalubres repente facti ſunt. Idem 1.Tuſcul.5, Antiquiſſimũ è doctis genus ſit poetarum: ſiquidem Homerus fuit & Heſiodus ante Romam conditam. Et de Claris Orator.19, Videſne igitur, vt in ea ipſa vrbe, in qua & nata & alta ſit eloquentia quàm ea ſero prodierit in lucem; ſiquidem ante Solonis ætatem & Piſiſtrati de nullo vt diſerto, memoriæ proditum eſt.

Si quidem, Interdum duæ dictiones ſunt, pro Si certe. Plaut. Curcul.4.56, Si quidem hercle mihi regnum detur, nunquam id potius perſequar. Terent.Eunuch.1.2.102, -biduum

Saltem vt concedas ſolum. PH. ſi quidem biduum:

Verùm ne fiant viginti iſti dies.

Siquis/ſiqua, ſiquod vel ſiquid, Pronomẽ, Si aliquis. Plin.epiſt. 6.lib.3, Nec vitia, ſiqua ſunt, celant.

Siquis alius, Elocutio ornata: vt quũ dicimus, Varro doctus eſt, ſiquis alius. hoc eſt, ſiquis alius doctus eſt, vel reperiri poteſt. Suetonius in Claudio, Siquem alium, & ſe liberum eſſe, &c.

Siquid tale acciderit. Cicero ad Atticum, lib.16.33.6, Itaque nõ mihi videor erraſſe quòd ad Balbum ſcripſi apertius: vt ſiquid tale accidiſſet, vt non concurrerent nomina, ſubueniret: méque tibi etiam mandaſſe, vt ſiquid eiuſmodi accidiſſet, cum eo communicares.

Siquid cum periculo experiri velis, in Caria id potiſſimum eſſe faciendum. Cic.pro Flacco, 51.

Siquo pacto. Cic.ad Atticum, lib.1.7.7, Et nebulonem illum, ſiquo pacto potes, ex iſtis locis amoue.

Siquo vſui. Liuius 10.bel. Maced. Imperatum, vt claſſem primo quoque tempore duceret in Ligurum oram, ſiquo vſui eſſe L. Æmylio, atque eius exercitui poſſet.

SIRACES, populi Meridiem verſus, vſque ad Caucaſi montes deſcendunt. Author Strabo lib.11.

Sircumps/(inquit Feſtus) dicitur quaſi ſimilis res ipſa. habetur hoc in libris Catonis.

SIREN, Sirẽnis, vel Sirẽna, Sirẽnæ, pen.prod.f.g. Mõſtrum maris, ab *σύρω*, quod connectere vel retinere ſignificat. Vel ab *σειρὰ* catena, eo quòd libidinis vinculum Sirenes fuerint. Quidam hoc nomen à *σύρω*, traho deducunt, & per y ſcribunt.

Sirenes (inquit Seruius) ſecundum fabulã partim virgines fuerunt, partim volucres, Acheloi fluminis & Calliopes Muſæ filiæ. Harum vna voce, altera tibiis; alia lyra canebat: & primò iuxta Pelorum, pòſt in Capherei inſulis habitauerũt, quæ illectos ſuo cantu in naufragia deducebãt. Secundũ veritatẽ meretrices fuerunt, quæ tranſeuntes, quoniã quos ducebant ad egeſtatem, his fictæ ſunt inferre naufragia: has Vlyſſes contẽnendo deduxit ad mortem. Hæc Seruius apud Virgilium in fine libri 5. Æneid. 173, Iámque adeò ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat

Diffĭciles quondam, multorúmque oſſibus albos.

Voces Sirenum. Horat.1.epiſt.2.5.

Acheloidum Sirenum ſcopuli. Ouid.14.Metam.18.

Volucres Sirenes. Claud.3.de raptu Proſerp.88.

Sirenes, Aues in India, Vide Plinium lib.10.cap.49.2.

Siriaſis, huius ſiriaſis, pen.cor.f.g. Aduſtio infantium, & diſtillatio indifferenter Plinio dicitur, libro 30.ca.15.2, Oſſibus in canino ſimo inuentis, aduſtio infantium quæ vocatur ſiriaſis, adalligatis emendatur. Idem lib.22.cap.22.8, Folia infantium diſtillationibus, quod ſiriaſin vocant, illita medentur.

SIRIS, ab Æthiopibus dicitur Nilus, antequam totus confluat. Nam (vt inquit Plinius) nec antè Nilus dicitur, quàm ſe totum aquis concordibus iunxit. Rufus ex Dionyſio,

Hic qua ſecretis incidit flexibus agros,

Æthiopum in lingua Siris ruit. vtque Syenen

Cærulus accedens diti loca flumine inundat,

Nomine ſe claro Nilum trahit. & reliqua. Dictum Sirin autumat Stephanus & Euſtathius, à Sirio, quoniã ſub ortũ Canis per introitum Solis in Leonem augeatur, vt Hermolaus ſcribit.

SIRIVS, Sirii, m.g. Stella in ore Canis perniciosa. Cõuenit enim Canis, XVIII. ſtellas. Lucan.lib.10.41, -rapidus qua Sirius ignes

Exerit. Statius lib.1.Syl.3.1, -nec calido latrauit Sirius aſtro.

Dictum nomen *ἀπὸ τῦ σύρειν*, hio: quod per æſtum præcipuè canes faciunt, quo tempore pleruque in rabiem conuertuntur. Vel *ἀπὸ τῦ σαφοῦν*, quod eſt arefacio: quia tunc maxima ſiccitas eſt, amnibus ac fontibus deficientibus. Vel dicitur Sirius, à lõgo tractu, quoniam magnitudine ſua trium ſignorum ſpatium occupare videtur. Hæc annis omnibus, vt ait Seruius, oritur circa VIII Calend. Iulii. Ea quantum in ipſa eſt, peſtifera eſt: ſed pro qualitate adiacẽtium aut vincitur, aut maioribus vtitur viribus. Hinc eſt quòd quum tempore certo oriatur, non ſempet eſt noxia. Seruius, enarrans illud Virgilii lib. Æneid. 10,

Non ſecus ac liquida ſiquando nocte cometæ

Sanguinei lugubre rubent, aut Sirius ardor.

Rapidus Sirius. Virg.4.Georg.85. Iam rapidus torrens ſitientes Sirius Indos Ardebat cælo.

SIRMION, Ptolemæo lib.2.cap.16, Vrbs eſt Pannoniæ inferioris procul à Danubio fluuio.

Sirpus, Vide **Scirpus**.

Sis, pro Si vis dixere veteres. Ad verba enim imperatiua, quia videbãtur cõtumelioſa, addebãt ſis pro ſi vis: vt Fac ſis, Vide ſis. Plaut.Amp.4.131, Modò ſis veni huc, inuenies infortuniũ. Ibidẽ, 7.27, Iã ſequere ſis, herũ qui ludificas dictis delirãtibus. Cic. pro Sexto Roſc.17, Age nunc, refer animum ſis ad veritatem.

Siſama, ſiſamæ, f.g. Genus leguminis. Vide **Seſama**.

SISAMVS, pen.corr. Vrbs Paphlagoniæ, teſte Homero lib.2.Iliad.

SISAPO, pen.corr. teſte Plinio lib.3.cap.1, oppidum eſt Hiſpaniæ, vnde & Siſaponẽſis regio in Bætica, vbi optimum minium naſcebatur, eodem Plinio authore lib.33.cap.7.

Siſara, ſiſaræ, pen.corr. Frutex eſt, quem & ericam ſiue ericen vocant. Plin.lib.11.ca.16.1, Ericen Athenienſes tetralicen appellant, Euboea ſiſaram, quam putant apibus eſſe gratiſſimam, fortaſſis quia nulla tunc alia ſit copia.

Siſaron, ſiue Siſarum, ſiſari, pe.corr. appellant Græci, quod Latini ſiſer: inter ea olera annumeratur à Dioſcoride, quorũ radix tantum in vſu eſt: duorum generum eſt, ſatiuum & erraticum.

Siſer, ſiſeris, penult.corr.neut.g. Idem quod ſiſarum. Plin.lib.20. cap.5.4, Siſer erraticum ſatiuo ſimile eſt & effectu: ſtomachum excitat, faſtidium abſtergit. Colum.lib.11.cap.3, Paſtinaca & ſiſer atque inula conualeſcunt, altè paſtinato & ſtercorato loco. Horat.1.Serm.ſaty.8.2, -ſiſer.alec, fecula Coa.

SISCIA, Pannoniæ ſuperioris vrbs, Ptolemæo lib.2.cap.15. hodie Lablatum. *Lablana*.

SISIGAMBIS, vxor fuit Darii, quæ nulli ſuæ ætatis fœminæ pulchritudine ceſſit, teſte Curtio. quam tamen victo Dario Alexander non ſolùm non violauit, ſed & ſummam adhibuit curam, nequis captiuo corpori illuderet.

Siſto/ſiſtis, ſtiti, ſtatum, ſiſtere, Facere vt aliquid cõſiſtat, ſeu re-

tinere.vt,Siſte gradũ,Siſte lachrymas.Plin.lib.26.ca.11.8,Sãguinis profluuium ſiſtit herbæ pæoniæ ſemen rubrum. Virgilius 6. Æneid.93,Siſte gradum, teque aſpectu ne ſubtrahe noſtro. Plaut.Truc.16.37.

-intrò acceptum quando acceptum eſt,non poteſt

Ferri foras.bene vale.D.ſiſte.A.omittas me. Plin.epiſt.35.b,Nã illa quoque quanquã prona & vergẽtia, per quaſdam obluctantes animæ moras, crebris quaſi ſingultib⁹ ſiſtũt quod effundũt.

Tramite facili vos ſiſtam.Virgil.6.Æneid.136.

Aciem ſiſtere,Vide Acies.

Aluũ ſiſtere,Reprimere. Plin.lib.20.cap.6.5, Capita bis aqua mutata cocta aluum ſiſtunt,& inflationes veteres.

Amnes ſiſtere.Virgil.1.Georg.96.

Aquam ſiſtere fluuiis.Virgil.4.Æneid.98.

Pace ſiſtitur bellum.Ouid.14.Metam.161.

Fletus ſiſtere.Ouid.14.Metam.167.

Fugam.Liu.10.bel.Pun.48,Ibi Syphax, dum obequitat hoſtiũ turmis:ſi pudore,ſi periculo ſuo fugam ſiſtere poſſet: equo graviter ictu effuſus, opprimitur capiturque. Idẽ 10.ab Vrbe,141, Romani,duce amiſſo,quæ res terrori aliàs eſſe ſolet,ſiſtere fugã, ac nouam de integro velle inſtaurare pugnã. Stat.9.Theb.175.

Gradum. Liuius 9.ab Vrbe,8, Siſtunt inde gradum ſine vllius imperio.

Labores immenſos.Ouid.5.Metam.98.

Lachrymas.Ouid.6.Faſt.31.

Legiones ferociter inſtantes.Liu.1.ab Vrbe,167.

Metum.Ouid epiſt.19.35. Opus.Ouid.3.Metam.31.

Minas.Ouid.1.Triſt.ele.1.11. Pedem.Oui.1.de Reme.16.

Modum.Ouid.15.Meta.99. Querelas.Ouid.7. Met.145.

Profluuium genitale,vel ſanguinẽ. Plin.lib.7.ca.14.1, Mulier poſt quinquageſimum annum non gignit,maiórque pars profluuiũ genitale ſiſtit. Sic lib.20.cap.7.1,Sanguinẽ ſiſtit. Apud eundem lib.20.cap.4.6,Siſtere vlcera. Et apud Martialem lib. 13.116,Siſtere ventrem.

Templũ iiſdem veſtigiis ſiſteretur.Tacitus.Hoc eſt cõderetur.

¶ Siſtere,Præſentare, & quaſi præſentiam corporis exhibere. Cic.Attico,lib.3.67.1,Des operam,id quod mihi affirmaſti, vt te ante Calend.Ianuarias, vbicunque erimus ſiſtas. Idem 3.Off. 59,Vas factus eſt alter ſiſtendi eius:vt ſi ille non reuertiſſet, moriendum eſſet ipſi. Plaut.Rud.18.70, -nam promiſimus

Carnufici aut talentum magnum, aut iſtunc hodie ſiſtere. Et Mil.6.70,Ego iã illam huc tibi ſiſtam in viam. Item Curc.4.6, Vbi tu es qui me libello Venerio citaſtirecce me ſiſto, ades cõtrà: Siſto ego tibi me, & mihi contrà itidem vt ſiſtas, ſuadeo. Sic Pœnul.14.54,Tacitus rem ſiſtam tibi,quàm quod dictũ eſt mulieri malæ. Ibidem,16.110.

Haud poſtulo aliter,reſtituentur omnia:

Suam rem ſibi ſaluam ſiſtam,ſi ſibi aduenerit. Idẽ Rud.14.5,

-perimus miſeræ.

D.Ego vos ſaluas ſiſtam,ne timete. Item Trinum.10.93,

-non ſiſti poteſt,video caculam militarem

Me futurum. Cic.ad Atticum,lib.10.107.6,Tu quoniã quartana cares,& nouum morbum remouiſti,ſed etiam grauedinem: téqi vegetũ nobis in Græcia ſiſte, & literarum aliquid interea.

¶ Siſtere,pro Conſiſtere & ſtare.Cic.5.Verr.191,Qui Remp.ſiſtere negat poſſe,ni ad Equeſtrem ordinem iudicia referantur?

¶ Siſtebas capite cadum.Plaut.Milit.11.35,

Mihi imperabas,ego promebam:poſtea

Hic illi Sceledro capite ſiſtebas cadum.

Siſtet capite quencunque offendero. Plautus Curcul.7.8, Nec quiſquã fuerit tam opulentus,qui mihi obſiſtat in via. Et paulo poſt,Quin cadat,quin capite ſiſtat in viam de ſemita. Idem Capt.13.11,

Eminor,interminórque,nequis mihi obſtiterit obuiam,&c.

Nam qui obſtiterit,ore ſiſtet. Id eſt,ore terram calcabit, quemadmodum pedibus cæteri ſiſtere ſolent.

¶ Siſtere,Confirmare,corroborare. Plin.in Pane.81,Magnum hoc tuum nõ erga homines modò, ſed erga tecta ipſa meritum ſiſtere ruinas, ſolitudinem pellere, ingentia opera eodem quo extructa ſunt animo,ab interitu vendicare. Virg.6.Æneid.171,

Hic rem Romanam magno turbante tumultu

Siſtet eques.

Statum,Supinum.Vlpianus,Siquis in ius vocatus,L. tertia,Quum quis iudicio ſiſti promiſerit, neque adiecerit pœnam, ſi ſtatum non eſſet. Idẽ,Si ex noxali cauſa,L.prima, Non videri in eadem cauſa ſtatum.

Stator,ſtatõris,m.g. Qui apud magiſtratũ aſſiduè eſt, quales ſunt nuntii,vel tabellarii,vel apparitores,qui reos in ius vel in carcerem ducunt. Plancus Ciceroni,lib.10.21.4,Præſto mihi fuit ſtator eius cum literis,quibus ne venirem denuntiabat. Cic.Caninio,libro 2.16.1, Literas à te mihi ſtator tuus reddidit Tharſi. Tullius M. F. Cæſio,lib.2.18.5, Vt ad te ſtatores meos & lictores cum literis mitterem.

Stator Iupiter dictus eſt quia ſtitit, id eſt ſtare fecit Romanos in fugam à Samnitibus verſos. Cic.1.in Catil.34,Senatum in ædẽ Iouis ſtatoris vocaui. Idẽ Antè quàm iret in exilium, 15, Iupiter ſtator, quem verè huius imperii ſtatorẽ maiores noſtri nominauerũt,cuius in templo hoſtilem impetum Catilinæ repuli à muris, cuius templum à Romulo victis Sabinis in Palatii radice cum victoria eſt collocatum. Sic 3.de Finibus,104,Iouem quum Optimum & Maximum dicimus, quúmque eũdem ſalutarem,hoſpitalem,ſtatorem dicimus,hoc intelligi volumus, ſalutem hominum in eius eſſe tutela. Ouid.6.Faſtorum,159, Tempus idem Statoris erit,quod Romulus olim

Ante Palatini condidit ora iugi.

Siſtrum/ſiſtri,Muſicum inſtrumentum,hoc eſt cornu recuruũ, peculiare Ægyptiorum,quo vtuntur in Iſidis ſacris,argutũ & ſonorum,dum percuteretur:qui ob id ſiſtrati dicuntur. Ouidius 2. Amo.ele.13.2,Per tua ſiſtra precor,per Anubis ora verẽdi. Apul. Æreis, & argenteis, & aureis ſiſtris argutum tinnitum conſtrepentes. Martialis lib.14.54,

Siquis plorator collo tibi vernula pendet,

Hæc quatiat tenera garrula ſiſtra manu. Sipontinus,Siſtrũ, æneum crepitaculum, cuius per anguſtã laminam in modum baltei recuruatam,traiectæ mediæ paucæ vngulæ criſpante brachio trigeminos ictus reddunt argutum ſonum.

Siſtrum, apud Ægyptios vicem tubæ exhibebat. Virgilius 8. Æn.137,-patriovocat agmina ſiſtro. Inde à Martiale dicitur Siſtrata turba,lib.11.15,Linigeri fugiunt pueri,ſiſtrataque turba.

Ægyptia ſiſtra.Ouid.3.Amor.eleg.8.7.

Multiſonum ſiſtrum.Stat.3.Sylu.1.11.

Ouanti ſiſtro perſonat Io.Valer.4.Argon.84.

Sonabile ſiſtrum crepuit.Ouid.9.Metam.156.

Tinnula ſiſtra.Ouid.1.de Ponto,eleg.1.8.

Siſymbrium/ſiſymbrii,Herbæ genus quod lætiſſimum naſcitur circa piſcinas,ſtagna,& in puteorum parietib⁹. Prouenit, vt Dioſcoridi placet,in incultis, hortenſi mentæ proximum,latioribus tantum foliis,& odorationibus. Hoc nũc noſtrates officinæ *mentam aquaticam*,aut *ſymbretam* appellant,quòd quandam mentæ ſpeciem exprimat, & riguos tractus plerunq; ſequatur. Hæc Ruellius li.2.ca.60, vbi multo plura potes legere. Ouid.4.Faſt. 175, Cúmque ſuæ dominæ data grata ſiſymbria myrto.

SISYPHVS, pen.corr.fuit Æoli filius,qui ob latrocinia à Theſeo fertur occiſus, & hac pœna apud inferos affici,vt grande ſaxum ſupra montem portare coactus,quum ad apicem deduxerit,cõtinuò ad ima relaxetur. Vnde Ouidius lib.13.Metamorph. Aut petis,aut vrges rediturum Siſyphe ſaxũ. Sic Ibidem,6. Quod etiam reſpexit Virgilius lib.6.Æneid.13,

Saxum ingens voluunt alii,radiiſque rotarum

Diſtricti pendent.

Æolides Siſyphus. Horat.2.Carm.ode 14.4.

Siſyphêus,pen.prod.Adiectiuum.Senec.Herc.fur.9.28.

Sitanius/Adiectiuum.Sitanius panis dicitur ex nouo frumento intra trimeſtre à tempore meſſis factus.Græci enim *σῖτον* frumentum dicunt,*νέον* nouum. Hinc *σιτάνιος*,quaſi *σῖτος νέος*.Plin. lib.22.ca.25.18,Sitanius,hoc eſt trimeſtris,incuſſa in facie,aut diſquamata cum melle aptiſſimè curat.

Sitella/Vide Situla.

SITHONIA, ſiue Sythonia, Regio litoralis Macedoniæ, verſus Thermopontum, teſte Herodoto lib.7, in qua mons eſt Sithon niuoſus. Virgilius 10.eclog.14, Sithoniáſque niues hyemis ſubeamus aquoſæ. Hoc etiam nomine dicta fuit Thracia,vt inquit Gellius libro 10. Vnde ſpirat Aquilo, quoniam ad Septentrionem expoſita.

Sithonis,pen.corr. huius Sithónidis. Patronymicum ſ.g.pro poſſeſſiuo. Nec vehit Actæas Sithonis vnda rates.Ouid.epiſt.12.

Sithonius,Adiectiuum: vt

Matres Sithoniæ.Senec.Herc.Œtæo,15.7.

Agri Sithonii.Ouid.13.Metam.116.

Aquilon Sithonius.Ouid.epiſt.11.3.

Nurus Sithoniæ.Ouid.6.Metam.118.

Sitticines,penult.correp. Nonius,Vt liticines à lituo,vt tubicines à tuba, ita ſiticines qui apud funeratos vel ita functos & ſepultos,hoc eſt iam ſitos,canere ſoliti erant, honoris cauſa,cãtus lamentabiles.Hoc in libris coniectaneis Attei Capitonis inuenitur,& Cato id vocabulum indubitanter apposuit.

Sitis/huius ſitis,f.g.Bibendi appetitus.Plin.lib.11.ca.34, Æquè eſt mira ſanguinis & hirundinum generi in paluſtri aqua ſitis.

Deſerta ſiti regio,Virgil.4.Æneid.9.

Anhela ſitis.Lucret.lib.4.176.

Auida, Vide Auidus. Insedabilis, Vide Insedatus.
Importuna. Horat. 1. epist. 19. 5.
Rabida. Sene. Herc. Œtæo, 8. 10.
¶ Abluitur sitis de corpore. Lucret. lib. 4. 176.
Accendere sitim, Vide Accendo.
Adduxere sitim tempora. Horat. 4. Carm. ode 12. 3.
Ardere siti. Claud. 1. in Ruff. 21.
Auertere sitim fluuio. Silius lib. 8. 114.
Colligere sitim, Vide Colligo.
Compescere sitim multa vnda. Ouid. 4. Metam. 10.
Concipere sitim labore. Ouid. 5. Metam. 90.
Consumi siti, Vide Consumo.
Defendere sitim fonte. Silius lib. 7. 43.
Depellere sitim potione. Cic. 1. de Finib. 58, Quum cibo potioneque fames sitisque depulsa est.
Deponere sitim in vnda. Ouid. 4. Metam. 10.
Enectus siti Tantalus. Cic. 1. Tuscul. 16.
Excessit sitim potio. Cels. lib. 1. ca. 2, Post multas potiones, quæ aliquantū sitim excesserunt, nihil edendum est: Post satietatem nihil agēdum. Hoc est, quæ maiores fuerint largiorésque quàm pro siti.
Excutere sitim vndis. Senec. Herc. Œtæo, 8. 10.
Explere sitim. Ouid. 3. Trist. ele. 11. 11. Cic. de Senect. 14, Græcas literas senex didici, quas quidē sic auidè arripui, quasi diuturnam sitim explere cupiens.
Extincta est sitis bibendo. Ouid. 7. Metam. 116.
Exurit miseros sitis. Lucret. lib. 3. 188.
Arua siti findit Canis æstifer. Virgil. 1. Georg. 71.
Finit sitim copia lymphæ. Horat. 2. epist. 2. 30.
Incensum siti flagrat cor. Senec. Thyeste, 1. 20.
Leuare sitim de fonte. Ouid. 15. Metam. 65.
Pellere sitim. Horat. 1. Carm. ode 2. 3.
Pulsa sitis fluuio. Stat. 5. Thebaid. 1.
Quærere sitim. Cic. 5. Philip. 177, Ipse interea, &c. de me in Tyburtino Scipionis declamitauit, sitim quærens: hæc enim ei causa esse solet declamandi.
Releuare sitim. Ouid. 6. Metam. 71.
Restinguere sitim riuo. Virgil. 5. eclog. 10.
Sedare sitim flumine. Lucret. lib. 2. 133.
Dúmque sitim sedare cupit, sitis altera creuit. Ouid. 3. Meta. 83.
Sistere & Alere sitim, contraria. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1. 4,
Nec tibi sunt fontes, laticis nisi penè marini:
Qui potus dubium est sistat, alatne sitim.
Sitis sorbet ora. Stat. 3. Thebaid. 66.
Torret miseros sitis arida. Lucret. lib. 3. 188.
Arenti siti torret arua Canis. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 9.
Vincere sitim. Senec. Herc. Œtæo, 5. 8.
Arida sitis vrit guttur. Ouid. 11. Metam. 16.
Vsserat herbas sitis. Ouid. 4. Fast. 60.
¶ Sitis, Nimia auiditas cuiuscunque rei dicitur, per translationem. Plautus, Cupio te amplecti, neque aliter sitim tandiu conceptam sedare possum. Cicero in Parad. 7, Neque enim vnquam expletur, nec satiatur cupiditatis sitis.
Argenti sitis. Horat. 1. epist. 19. 5.
Famæ sitis. Iuuenal. Satyr. 10. 14.
Scelerata sitis prædæ. Claud. 1. in Ruffinum, 45.
Facere alicui sitim audiendi. Quintil. lib. 6. ca. 3. 13, Ita hi quoque in dicendo habent quiddā, quod nobis faciat audiēdi sitim.
Sitio, sitis, sitiui, sitire. Ci. in Pisone, 48, Ipse cum hominibus quindecim malè vestitis ad portā Cælimontanā sitiens peruenerim.
Ipsi fontes iam sitiunt. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 17.
Gēmant vites, sitiūt agri. Cic. in Oratore, 45. Et Sitire segetes, per metaphoram dici, docet Quintilianus lib. 6. cap. 6.
Herba sitit. Virg. 7. eclog. 11, Aret ager: vitio moriens sitit aeris herba. Idem 4. Georg. 81.
Tellus tota sitit. Ouid. 4. Fast. 189.
¶ Sitiri, Passiuū. Plin. li. 17. ca. 2. 5, Sed quomodo sitiatur distillās.
Aquæ sitiuntur. Ouid. 1. Fast. 44.
¶ Sitire, per translationem, pro Vehementer cupere. Iustinus, Satiare sanguine quem sitisti. Cic. ad Q. fratrē, lib. 3. 21. 4, Nec sitio honores, nec desydero gloriā. Idem 5. Philipp. 178, Etenim aderat L. Frater gladiator Asiaticus, qui Myrmillo Tralib⁹ depugnaret, qui sanguinem nostrum sitiebat.
Sitiens, Participium, siue Nomen ex participio.
Sitiens voluptates. Cic. 5. Tuscul. 15, Quòque affluentius voluptates vndique hauriat, eo grauius, ardentiúsque sitientē, nónne rectè miserrimum dixeris?
Sitiens annus. Plin. lib. 13. cap. 4. 1, Gaudet & palma riguis, totóque anno bibere quum amet, anno sitienti.
Sitientes loci. Plin. lib. 12. cap. 18. 1, Dein Syriaca, duntaxat in

locis sitientibus odorata.
Hortus sitiens. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 11.
Sitientes aures. Cic. ad Atticum, lib. 2. 19. 1, Proinde ita fac venias ad sitientes aures.
Famæ sitiens. Silius lib. 3. 117.
Sermonis sitiens. Claud. 8. Paneg. 50.
Sitiens virtutis. Cic. pro Plancio, 10, Deinde sitientem me virtutis tuæ deseruisti, ac dereliquisti.
Sitienter, Aduerb. Ardenter. Cice. 4. Tuscul. 56, Nec sitienter quid expetens.
Sitibundus, Adiectiuum, Vehementer sitiens.
Siticulósus, pen. prod. Aliud adiectiuum idem significans. Plin. lib. 23. cap. 6. 4, Melimela & reliqua dulcia stomachum & ventrem soluunt, siticulosa, æstuosa, sed neruos non lædunt.
Siticulosa loca, Aspera & arida. Colum. de Arb. cap. 16. 1, Sed si aspera & siticulosa loca arboribus obserenda erunt, neque opulus, neque vlmus tam idonex sunt quàm orni. Idem lib. 3. ca. 11. 8, Id autem sōlum vel vliginosum est, vel salsum, vel amarum, & vel siticulosum, & perarandum.
Apulia siticulosa. Horat. Epod. 3. 3.
Sitocomia, nomen est magistratus, qui frumenta & annonam curabat. Arcadius Iureconsultus in L. Numerū. De nume. & hono. Personale, inquit, munus est cura emēdi frumenti & olei. nā harum specierum curatores, quos ἀγορανόμους Græci vocant, creari moris est. Vlpianus quoque De vacatione mune. L. 1, Sextumdecimum, inquit, annum agentem ad munus sitocomiæ vocari non oportet. Nomen ipsum deducitur ἀπὸ τῦ σίτου, id est à frumento, καὶ κέιμαι, quod est curare. Nec te moueat, quòd Arcadius eo nomine appellari tradat eos, qui etiam oleum emi curant. Nā ea quibus vescimur, omnia possunt σῖτα, hoc est cibaria dici, vt videre est non infrequenter apud Homerum. Alciatus.
Situla, situlæ, pen. corr. Cista qua populi suffragia in creandis magistratibus legibúsque ferendis colligebantur. Plaut. Casin. Sortiar illa in situla.
Situla etiam vas ad hauriēdam aquam accommodum, quòd aquam sitiat. Plaut. Amphit. 8. 37, -si situlam iam cepero,
Nunquam ædepol tu mihi diuino quid credas post hūc diem,
Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnē intertraxero. Idem Casina, 7. 17, Et situlam huc tecum affero cum aqua, & sortes.
Sitella, sitellæ, Diminutiuum. Plaut. Casina, 8. 34,
Conficiam sortes in sitellam, & sortiar
Tibi & Chalino. Ci. pro Corn. Balbo, Neqi maius est legere codicem quū intercedatur, quàm sitellam ipsam cum ipso interfessore deferre. Idē 1. de Nat. deor. 147, Vt igitur T. Gracchum quum videor cōcionantē in Capitolio videre de M. Octauio deferentem sitellam, tum eum motū animi dico esse inanē. Liu. 5. bel. Pun. 16, Testulis datis, Tribuni populum summouerunt: sitellāque allata est vt sortirentur vbi Latini suffragium ferrent.
Situlum barbatum. Festus, Nanum Græci vas aquarium dicūt humile & concauum, quod vulgò vocant situlum barbatum: vnde nani, pomiliones appellantur.
Situs, sita, situm, Positus. Plaut. Milite, 7. 10, -scio crucem
Futuram mihi sepulchrum: ubi enim mei maiores sunt siti. Idē Capt. 11. 4, Res omnis in incerto sita est. Teren. Phorm. 2. 2. 47, Ea sita erat ex aduerso.
Situs in. Liu. 10. bel. Pun. 108, Ea sinum ab alto claudit, in quo sita Carthago est.
Sita spes in. Terent. Adelph. 3. 4. 9, In te spes omnis Hegio nobis sita est.
Situm est in te. Cic. 1. de Finib. 86, Est autem situm in nobis, vt & aduersa quasi perpetua oblitione obruamus, & secunda iucundè ac suauiter meminerimus. Terent. And. 1. 5. 41, Haud vereor si in te solo sit situm.
Situm in potestate. Cic. 4. Acad. 71, Aut ei sensus adimendus est, aut ea quæ est in nostra potestate sita, reddenda assensio.
Sita potestas in te. Cic. pro Murena, 75, Quanquā huiusce rei potestas omnis in vobis sita est Iudices, totam Remp. vos in hac causa tenetis, vos gubernatis.
¶ Situs, pro Conditus. Tacit. lib. 3, Vrbémque Philippopolim à Macedone Philippo sitam. Idem lib. 19, Iisdem rursus vestigiis situm est.
Ara sita Druso, pro Posita, siue constituta Druso. Taci. lib. 1, Et veterem aram Druso sitam desiecerant.
¶ Siti (inquit Cicero lib. 2. de Legib. 87,) dicuntur ii qui cōditi sunt, nec tamē eorum antè sepulchrum est, quàm facta iusta & corpus incensum est. Liu. 6. bel. Pun. 131, Hic siti sunt Acarnanes, qui aduersus vim atque iniuriam Æ tolorum pro patria pugnantes, mortem occubuerunt.
Situs, huⁱ situs, m. g. Positus, siue positio, & qualitas loci. Virg. lib. 1. Geor. 15, Et segnē patiere situ durescere cāpū. Id est, sicut stat.

Cæſar 5.bel. Gall.115, Sub caſtris eius vagabatur, aliàs vt ſitũ caſtrorum cognoſceret, aliàs collocandi aut territandi cauſa. Ibidem, lib.3.394. Erant eiuſmodi ferè ſitus oppidorum. Cicero 6. Verr.3, Nam ipſa Meſſana, quæ ſitu, mœnibus, portúque ornata ſit, ab his rebus quibus iſte delectatur, ſanè vacua atq; nuda eſt.

Situs membrorum. Cic.1.Tuſcul.65.

Terrarum ſitus dicere. Horat.1.epiſt.1.51.

Regalis ſitus pyramidum. Horat.3.Carm.ode 30.1.

Aquilonius ſitus, Vide **Aquilo.**

¶ Situs, Eſt etiã, vt ait Seruius, lanugo ex humore creata, quæ ſit in locis ſole carentibus. Donatus, Situs eſt corruptio ex humore & diuturnitate contracta, qua deteriores fluunt ſpecies vno loco & prolixo tempore conſtitutæ. Valla lib. 6, Situs ſordes illa & illuuies, qualis naſcitur inter opaca domus quæ diu non repurgatur. Plin.lib.21.cap.6.6, Peſſimum crocũ, quod ſitum redolet. Plin.in Paneg.81, Datur intueri pulcherrimas ædes deterſo ſitu adauctas, ac vigentes.

¶ Situs, eſt etiam in vultu, capite, totóque corpore & habitu, præſertim inopum, qualem Lucanus deſcribit lib. 6.104, Fœda ſitu macies. Virgilius 7. Æneid.88, Sed te victa ſitu, veriq; efœta ſenectus. Id eſt ſenio & nihil agẽdo corrupta. Ex Valla li.6.

¶ Situs, etiam in vitibus eſt. Columella libro 4.cap.24.6 Iã verò muſcus, qui more compedis crura vitium deuincta cõprimit, ſitúque & veterno macerat, ferro diſtringendus & eradẽdus eſt.

Loca ſenta ſitu. Virgil.6. Æneid.93.

Araneoſus ſitus. Catull.ad Thalum, 12.1.

Immundus ſitus. Ouid.1.Amor.eleg.11.6.

Iners ſitus. Ouid.1.de Ponto, eleg.6.1.

Informis ſitus & deſerta vetuſtas. Horat.1.epiſt.1.14.

¶ Turpi ſitu caneſcunt tecta. Ouid.1.Amor.eleg.8.11.

Corrumpi ſitu, Vide **Corrumpo.**

Depellere ſitum curis. Stat.5.Syl.3.7.

Detergere ſitum ferro. Silius lib.7.108.

Ducere ſitum. Quintil.lib.1.cap.2.14, Excitãda mens & attollenda ſemper eſt, quæ in huiſmodi ſecretis, aut langueſcit, & quendam velut in opaco ſitum ducit, aut contrà tumeſcit inani perſuaſione.

Exeſi ſitu ligones. Claud.1.Paneg.39.

Horrent ſitu campi. Claud.3.de raptu Proſ.8.

Cano ſitu obductus color, Vide **Obduco.**

Obrutum ſitu vetuſtatis, Vide **Obruo.**

Pati ſitum indignum. Stat.3.Thebaid.20.

Pigro ſitu perit forma. Ouid.1.Amor.eleg.3.3.

Rigido ſitu relicta ceſſat terra. Ouid.3.Triſt.eleg.10.1.

Fœdo ſitu ſqualent ſceptra. Claud.1.de raptu Proſ.17.

Siue/ Coniunctio, quum ex S I & V E compoſita ſit, duorum generum vim ſimul obtinere videtur. Itaque quum oratione inchoat, minimè mirum eſt, ſi præter morem aliarum cõiunctionum tres minimũ ſenſus poſtulat, quum & S I continuatiua ſua apodoſin, & V E alteram diſiunctiuam exigat: vt Siue me amas, ſiue odiſti, nõ magni æſtimo. Aliquãdo quatuor. Ouid.1.epiſt.3, Siue quis Antilochum narrabat ab Hectore victum,

Antilochus noſtri cauſa timoris erat:

Siue Menœtiaden falſis cecidiſſe ſub armis:

Flebam ſucceſſu poſſe carere dolos. In qua figura notandũ eſt ſolere eleganter cum protaſibus apodoſes miſceri. Ex Linacro.

Siue, ſemel poſitum. Terẽt.And.1.2.19, Dehinc poſtulo, ſiue æquum eſt, te oro Daue, vt redeat iam in viam.

Siue, Diſiunctiua cõiunctio. Terent.And.1.3.11, Siue iſta vxor, ſiue amica eſt, grauida è Pamphilo eſt. Cic.4.Acad.65, Quamobrem ſiue tu probabilem viſionem, ſiue improbabilem, & quæ non impediatur, vt Carneades volebat, ſiue aliud quid proferes, &c.

Siue, cum ſubiunctiuo. Plin.epiſt.41.lib.1.l, Quæ præſtãt multarum vrbium faciem, ſiue ipſo mari, ſiue littore vtare.

Siue, Aliquando explanãdi vim habet, ſiue declarandi. Quintil.lib.1.cap.6, Vt Ariſtarchus & ætate noſtra Palæmon, qui vocabulum ſiue appellationem nomini ſubiecerunt.

Siue dolo: ſubaudi, id fecerit: ſequẽte Seu. Virgilius 2.Æneid.7,

-primúſque Timœtes

Duci intra muros hortatur, & arce locari,

Siue dolo, ſeu iam Troiæ ſic fata ferebãt. Pro, ſiue dolo id fecerit.

Siue etiam, pro Vel etiã. Cic.ad Q.fratrem, lib.1.1.6, Quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas aut demittas animum, néve te obrui, tanquam fluctu, ſic magnitudine negotii ſimas: contráque erigas ac reſiſtas, ſiue etiam vltra occurras negotiis.

S M

Smaragdus/ ſmaragdi, m.g. Gemma qua oculorum acies recreatur, eáque nihil viridius. Plin.lib.37. cap.5.1, Smaragdos verò tanto libẽtius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret. Præterea ſoli gemmarum cõtuitu oculos implent, nec ſatiant, &c. Martialis lib.5.11, Sardonychas, ſmaragdos, adamãtas, iaſpidas, vno Portat in articulo.

Claris ſmaragdis lucens ſolium. Ouid.1.Metam.5.

Grandes viridi cum luce ſmaragdi. Lucret.lib.4.117.

Graues ſmaragdi. Claud.de Nupt.Honorii, 18.

Virides ſmaragdi. Ouid.1.Amor.eleg 6.5.

Smarágdinus, penult.corr. Adiect. Quod factum eſt ex ſmaragdo.

Smecticum/ Dicitur quod habet vim abſtergendi & purgandi. Vnde Smectica vis, quæ & ſmegmatica. Plin.lib.30.cap.4.3, Omnium quidem cochlearum cinis ſpiſſat, calfacit ſmectica vi.

Smegma/ ſmégmatis, pen.corr.n.g. Dicitur omne illud quod purgat, à σμήχω purgo, abſtergo. Plin.li.21.ca.15.35, Si verò cæleſti aqua diſcoquãtur, ſucc' ille ſmegma fit: quo fouere gangrænas.

Smegma, Deterſorium medicamentum. Plinius lib.14.cap.7.7, Item maſtiche lentiſci replicãdis palpebris, & ad extendendã cutem in facie, & ſmegmata adhibetur.

Smegmáticus, pen.cor. Adiectiuum. Plin.lib.31.cap.7.17, Sudorem cient, aluum ſoluit in vino & aqua, acopicis & ſmegmaticis vtilis. Hoc eſt, medicamentis quæ laſſitudinem tollunt, & deterſoriis.

SMERDIS, Cambyſæ Perſarum regis frater, quem quum Cambyſes per ſomnium vidiſſet regio throno inſidentem, metuens ne regnum occuparet, occidi iuſſit. Fuit & alter Smerdis, vt ſcripſimus in dictione PATIZITES.

Smilax/ ſmilacis, pen.corr.fœ.g. Arbor, quam Latini taxum vocant. Plin.lib.16.cap.20.11, Similis etiamnum his aſpectu eſt taxus, minus virens, graciliſq; & triſtis ac dura, nullo ſucco, ex omnibus ſola bacciſera. Et paulo pòſt, Hãc Seſtius ſmilacẽ à Græcis vocari dixit, &c. Vetus codex habet milacẽ. Dioſcor.lib.4. cap.83, Smilax à Græcis, taxus à Latinis appellatur, &c.

Smilax, Genus herbæ denſis geniculatæ caulibus, ſpinoſæ, fruticoſæ ramis, folio hederaceo, flore cãdido, olente lilium, infauſtæ omnibus ſacris atque coronis. Plin.lib.24.ca.10.9, Smilax quoque qui & nicophoros cognominatur, ſimilitudinem hederæ habet, tenuioribus foliis. Coronam ex eo factam impari foliorum numero, aiunt capitis doloribus mederi. Quidam duo genera ſmilacis dixere. Alterũ immortalitati proximum, in cõuallibus opacis, ſcandentem arbores comantibus acinorum corymbis, contra venenata omnia efficaciſſimis, in tantum, vt acinorum ſucco infantibus ſæpe inſtillato, nulla poſtea venena nocitura ſint. Altetũ genus culta amare, & in his gigni, nullius effectus. Illam eſſe ſmilacem priorem, cuius lignũ ad aures ſonare diximus. Hactenus Plinius. Smilacũ autem multa genera. eſt enim hortenſis, quæ noſtris phaſeolis rubentibus à Ruellio comparatur. eſt & ſmilax, quæ Græcis τραχεῖα, Latinis læuis. & alia quæ ſmilax aſpera dicitur, de qua Plinius loco ſuperiori. Plura ex Dioſcoride petito.

SMILAX, puella, quæ amore Croci iuuenis tabeſcens, mutata fertur in herbã ſui nominis, quæ ſimilis eſt hederæ. Ouid.4.Metamor.57, Et Crocon in paruos verſum cum Smilace flores.

SMINTHEVS, Nomen eſt quo Apollo vocitatus eſt, cuius duplicem originem refert Homeri interpres. Primam hanc fuiſſe in Chryſe oppido Myſiæ, Crinim ſacerdotem Apollinis: cui deus iratus, immiſit in agros illius mures, qui fructus illius vaſtabant. A quo exoratus deus, quũ rurſum placatus peſtem hanc tollere vellet, ad Ordem paſtorem illius venit: à quo hoſpitio acceptus, pollicitúſque mali remedium, mures ſagittis omnes interfecit: eúque facto iuſſit paſtorem Crinidi indicare, ipſum Apollinem humana ſpecie apud ſe diuerſiſſe, & ab eo mures occiſos: quod audiens Crinis, templũ deo cõſtruxit, vocauitq; Apollinis Sminthei, quòd eius linguæ dialecto mures σμίντα vocantur. Altera talis eſt, Quum Cretenſes aliquando coloniam deducturi eſſent, ab Apolline reſponſum acceperunt, vt ibi vrbem conderent, vbi eis terra geniti obſtitiſſent. Venientibus igitur ad Helleſpontum, noctu mures clypeorũ lora arroſerunt: itaque mane quum id factum videret, memores oraculi, vrbem poſuerũt, eámque Sminthiam appellauerunt.

Intonſus Smintheus. Ouid.12.Metam.117.

SMYRNA, vrbs Ioniæ in Aſia, de qua Strabo lib.14, Quum Lydi Smyrnam euertiſſent, circiter annos quadringentos in vici modum manſit habitata: poſtmodum Antigonus eam ſuſcitauit, deinde Lyſimachus, & nunc omnium pulcherrima eſt. Eius pars in monte ſita eſt, pars maxima in campo præter portum, & gymnaſium, & matronarum locum. Viæ ſunt in rectum pro viribus diſtinctæ, & lapidibus inſtratæ, porticus magnæ, quadratæ, plenæ & altæ. Habet etiam bibliothecam & Homereũ & porticum quadratam cum Homeri templo & ſtatua. Nam & hi maximè hunc poetam ſibi vendicant, vnde & nummus quidem æneus apud eos, Homerus vocatur. Vrbis mœnia Melas amnis præterfluit: ad cæteram ſtructuram etiam portum clauſum

habet. Hactenus Strabo. Smyrna etiã à Græcis myrrha dicitur. Inde Smyrnium, herba quæ & olusatrũ. Theophrastus lib. 9. cap. 3. Dioscorides lib. 1 cap. 77.

Smyrnæus, Adiectiuũ, Plectra Smyrnæa, Homerica. Silius li. 8. 119.

S O

SOANA, Ptolemæo lib. 7. cap. 4, fluuii ostia in Taprobana insula.

SOANES, Populi Asiæ, Caucasi extrema obtinẽtes, vt Strabo refert lib. 11, qui ducenta hominum millia cogunt in exercitum, Vide TIROPHAGI.

Soboles/sobolis, pen. cor. fœm. ge. Successio, aut rectius propago dicitur: ab olescendo, id est crescendo, vt quidam putant, dicta. Plin. lib. 10. cap. 34. 1, Amor vtrique sobolis æqualis.

Propagatio & soboles. Cic. 1. Offic. 80, Sequuntur connubia & affinitates, ex quibus etiã plures propinqui. Quæ propagatio & soboles, origo est Rerumpub.

Noua soboles. Stat. 3. Syl. 1. 36.

Chara deũm soboles. Virg. eclog. 4. 10.

Suscepta soboles. Virg. 4. Æneid. 66,

Saltem siqua mihi de te suscepta fuisset
Ante fugam soboles.

Densior soboles. Virg. 3. Georg. 61,

Densior hinc soboles, hinc largi copia lactis,
Quàm magis exhausto spumauerit hubere mulctra.

Robur & soboles militum interiit. Pollio Ciceroni, lib. 10. 33. 3.

Soboles, in plurali. Cic. 1. de Legib. 9, Cẽsores, populi æuitates, soboles, familias, pecuniásque censento. Colum. lib. 9. cap. 14, de apibus, Ne nouæ soboles diffugiant. Gellius lib. 19. cap. 11, Soboles vitiũ è radicibus caudicũ super terrã fusas reuellentẽ.

Soboleſco, soboleſcis, soboleſcere. Liuius 9. bel. Pu. 10, Illis Romanam plebem, illis Latium iuuẽ tutem præbuisse, maiorem semper, frequentioremque pro tot cæsis exercitibus soboleſcẽtem.

Sobrinus/sobrina, pen. prod. Sobrini, duarum pluriúmve sororum filii, quasi sororini dicuntur. Plautus Pœn. 16. 105, Nam mihi sobrina Ampsigura tua mater fuit. Terent. And. 4. 6. 6, Quem videorẽstne hic Crito sobrinus Chrysidis? Vbi Donatus, Sobrini, sunt consobrinorum filii: nam sic dicit Menander. Verùm, vt alii putant, de sororibus nati: vt sint sobrini, quasi sororini. Cic. 1. Offic. 80, Sequuntur fratrũ coniunctiones, pòst cõsobrinorum sobrinorúmque: qui quum vna domo iã capi non possint, in alias domos tanquam in colonias exeunt.

Sobrinus, pro quocunque cognato. Terent. Phorm. 2. 3. 37, Eho tu, sobrinum tuum non noras? Hũc superius paulò, cognatum vocauerat.

Sobrius/Adiectiuum, qui in cibo ac potu temperans est, quasi sine ebrietate: item qui nõ est actu ebrius. Cic. 4. Acad. 96, Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadẽ approbatione faciunt qua sobrii. Hic sobrium vinolento opposuit. Idem in Oratore, 54, Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur. Et hic sobrium vinolento opposuit.

Sobrius, Sanæ mentis. Terent. And. 4. 5. 39, Tu pol homo non es sobrius.

Cor sobrium. Plaut. Trucul. 18. 2, Si alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.

Mens sobria. Claud. 1. in Eutropiũ, 46, Iámque oblita sui, nec sobria diuitiis mens.

Nox sobria. Propert. lib. 3. eleg. 17. 3.

Opera sobria. Plaut. Persa, 17. 2,

Ædepol dedisti virgo operam laudabilem,
Probam, & sapientem, & sobriam.

Paupertas sobria. Claud. 7. Paneg. 83.

Pocula sobria. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 6, -at ipse bibebam
Sobria suppositæ pocula victor aquæ.

Rura sobria. In quibus vinum non nascitur. Stat. 4. Syl. 1. 8,

-sic vitifero sub palmite nudos
Vmbrauit colles, & sobria rura Lyæus.

Terræ sobriæ, Steriles. Stat. 4. Syl. 3. 3,

Qui castæ Cereri diu negata
Reddit iugera, sobriásque terras.

Sobriè, Aduerbium, Temperanter. Cic. 1. Offic. 149, Intelligemus quàm sit turpè diffluere luxuria, & delicatè ac molliter viuere: quámque honestum, parcè, continenter, seuerè, sobriè.

Sobriè, Prudenter. Plaut. Pseud. 14. 33, Dona dabo, & faciam, si quidem hanc rem accurassis sobriè. Idẽ Milit. 10. 116, Hæc præcepta sobriè vt cures face.

Sobriè & frugaliter accurare rem aliquam. Plaut. Persa, 3. 1,

Si quam rem accures sobriè, aut frugaliter,
Solet illa rectè sub manus succedere. Idem Epid. 11. 37,

Ille eam rem adeò sobriè & frugaliter accurauit, vt alias Res.

Soccus/socci, Genus calceamenti, à sacco deductum, ad cuius similitudinem erat factum, ita quòd ligatum supra pedem, plicas multas per totum effundebat.

Soccis vtebantur viri, quemadmodum etiã mulieres. Plautus Bacchid. 5. 97,

Sed diuéſne est illic Theotimus? G. etiam rogas,
Qui soccis habeat auro suppactum solum?

Idem Ciſtel. 10. 30,

Sed is hâc, aut hâc socci video vestigium
In puluere. Terent. Heaut. 1. 1. 71, Assidò accurrunt serui, soccos detrahunt. Plinius lib. 36. ca. 5. 19, Alii è cornu cogerent bibere, alii calciarent soccis. Sueton. de Caligula, ca. 52, Sæpe depictas gemmatásque penulas indutus, manuleatus & armillatus in publicum processit, aliquando sericatus, & cycladatus, ac modò in crepidis vel cothurnis, modò in spiculatoria caliga, nónunquam socco mulebri. Cic. pro Rab. Posthumo, 17, Consularis homo soccos habuit & pallium. Idem 3. de Orat. 70, Sed annulum quem haberet, pallũ quo amictus, soccos quibus indutus esset se, sua manu confeciſſe.

Lutheus soccus. Sene. Hippol. 3. 10,

Crura distincto religauit auro.

Lutheo plantas cohubente socco. Claud. in Epithal. Iulix, 56. 1.

Adimere soccos, Vide **Adimo**.

Calceare soccos, Vide **Calceo**.

Soccis vtebantur & Comœdi. Horatius, Hunc socci cepere pedem. Plin. lib. 7. cap. 30. 1, Magnum & Menandro in comico socco testimonium regum Ægypti, & Macedoniæ contigit. Quintil. lib. 10. cap. 1, Nec Comœdia in cothurnos assurgit, nec contrà Tragœdia socco ingreditur. Ouid. 1. de Remed. 76,

Grande sonant Tragici, Tragicos decet ira cothurnos,
Versibus è mediis soccus habendus erit. Horat. de Arte, 19,

Indignatur item priuatis, ac propè socco
Dignis carminibus narrari cœna Thyestæ. Idem 2. epiſt. 1. 35,

Quantus sit Dorsennus edacibus in parasitis,
Quàm non adstricto percurrat pulpita socco.

Risus socci, & Luctus cothurni, contraria. Claud. 1. in Eutrop. 60, -exempla creantur
Quæ socci superent risus, luctúsque cothurni.

Sóccŭlus, sóccŭli, pen. corr. Diminutiuũ. Suet. in Vitellio, cap. 2, Pro maximo munere à Messalina petiit, vt sibi pedes præberet excalceandos: detractúmque soccŭlum dextrum, inter togam tunicásque gestauit assiduè. Plin. lib. 9. cap. 35. 10, Quin & pedibus margaritas, nec crepidarum tantũ obstragulis, sed totis soccŭlis addunt. Idẽ lib. 37. cap. 2. 4, Qui super omnia muliebria soccŭlos induebat è margaritis.

Socer/sóceri, pen. cor. m. g. Vxoris meæ pater. Cic. 1. Offic. 180, Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lauantur. Sic 2. Tusc. 44.

Gener & socer. Ouid. 1. Metamorph. 30,

-non hospes ab hospite tutus
Nec socer à genero: fratrum quoque gratia rara est.

Magnus socer, Vide **Magnus**.

Socerus, soceri, Idem. Plaut. Menæch. 10. 54, Abiit socerus, abiit medicus, nunc solus sum.

Socialis, Societas, Socio, Vide **Socius**.

SOCION, philosophus Peripateticus, genere Hispanus, scripsit πέρι ἀμαθίας, id est Comu copiæ, librũ multæ variæque doctrinæ. Author Gellius.

Socius, socii. Socii dicuntur qui pari cõsilio & authoritate rem aliquam simul aggrediuntur: vel etiam qui in re seria & laboriosa, aliquorũ pares sunt. Vnde socii Pop. Romani dicebantur, ita cum his fœdere coniuncti, vt pacis ac belli participes essent. Plin. in Paneg. 101, Bellorum istud sociis, olim periculorum consortibus, parcè tamen tribuebatur. Cic. 5. Verr. 40, Nam socii putandi sunt quos inter res communicata est.

Nauales socii, Vide **Nauis**.

Iugales socii. Silius lib. 16. 81. De equis dixit.

Conditione socii. Cic. 3. Verr. 57.

Ad malam rem socius, & ad salutem. Plaut. Asin. 7. 11, Hic homo socium ad malam rem quærit quem adiungat sibi. Idem Ciſtella. 10. 88,

Confabulari volo, sociam te mihi opto
Ad meam salutem. Hoc est volo vt me adiuues.

In negotio aliquo socius. Terent. Heaut. 3. 1. 9, -atq; æquali suo
Video inseruire, & socium esse in negotiis.

Consiliorũ socius. Plaut. Milite, 14. 21, -quem ego hic audiui PA. Socium tuorum cõsiliorum, & participẽ consiliarium. Cic. Attico, lib. 11. 12. 3, Et eo minus, quòd huius consilii iam ne socium quidem habeo quenquam.

Culpæ socius. Ci. Attico, lib. 11. 12. 2, Ita præter Lælium, neminem habeo culpæ socium.

Doloris & periculorũ socius. Plin. lib. 35. cap. 11. 17, Aristophon

Ancæo vulnerato ab apro cum ſocia doloris Aſtipale. Cic.ad Seruilium,lib.15.ep.2,T.Auguſius & comes meus fuit illo miſerrimo tempore,& omnium itinerum,nauigationum, laborum, periculorum meorum ſocius.

Flagitiorum & rapinarum ſocius.Cic.4.Ver.79,Te omnium Siculorum patronum vna Mamertina ciuitas ſocia furtorum ac flagitiorum tuorum publicè laudat. Ibidem,33, Socii prædæ ac rapinarum.

Hæreditatis ſocius,apud Plinium iuniorem in Paneg.61.

Operum ſocii.Horat.2.epiſt.1.29.

Regni ſocii.Lucan.lib.1.19,Nulla fides regni ſociis.

Noſtri ſocius ſanguinis.Cic.2.Tuſcul.40,Titanum ſoboles ſocia noſtri ſanguinis.Ex poeta.

¶Addere ſe ſocium alicui.Virg.2.Æneid.69.

Adhibere aliquem ſocium ſibi.Virg.8.Æneid.11.

Adiungere ſibi ſocium,Vide **Adiungo.**

Pars amiſſa ſociorum.Ouid.14.Metam.49.

Aſciſcere ſibi ſocios,Vide **Aſciſco.**

Capere aliquem ſocium conſiliis.Virg.5. Æneid.143.

Inferre ſe ſocium.Virg.4.Æneid.19,

-ipſe ante alios pulcherrimus omnes
Infert ſe ſocium Æneas.

Recuſare ſocium.Senec.Agamem.7.15.

Socia,ſociæ, fœ.gen. Ouid.10.Metam.54,Appellátque tori ſociã.

Thalami ſocia.Senec.Hippol.8.1.

Aſſumere ſociam. Plaut.Stich.3.44. Pudicitia eſt pater eos magnificare,qui nos ſocias ſumpſerunt ſibi.

Socius,Adiectiuum.vt Acies ſociæ,Vide **Acies.**

Agmina ſocia.Virg.2.Æneid.75.

Arma ſocia ferebat auxilio.Silius lib.7.118.

Claſſis ſocia. Ouid.13. Metam.71.

Honor ſocius.Ouid.13.Metam.101, Dii maris exceptum ſocio dignantur honore.

Linguæ ſociæ commercia.Ouid.5.Triſt.eleg.11.7.

Exercent illi ſociæ commercia linguæ:

Res eſt per geſtum ſignificanda mihi.

Nox ſocia,Quæ alicuius facinoris perpetrationem iuuat.Cicero 2.Philipp.61, Quum tamen tu nocte ſocia, hortante libidine,cogente mercede,per tegulas demitterêre. Aliter vſus eſt Statius 3.Syl.4.1,

Quid mihi mœſta die,ſociis quid noctibus vxor
Anxia,&c. Id eſt quas ſimul tranſigimus.

Sanguis ſocius.Ouid.2.Amor.eleg.14.7,

Vtraque ſæua parens:ſed triſtibus vtraque cauſis
Iactura ſocii ſanguinis vlta virum eſt.

Sermo ſocius.Ouid.1.de Arte,19.

Sorores ſociæ.Ouid.4.Metam.1.

Sociâlis,& hoc ſociâle,penul.prod.Quod eſt ſociorum:vt Sociale bellum,Quod cum ſociis geſtum eſt.Cic.pro Fonteio,16,Cuius ſanguine non ſolùm Aſculanorũ manus à qua interfectus eſt, ſed totum illud ſociale bellum macula ſceleris imbutum eſt. Plin.lib.33.ca.1.15, Inter Cepionem quoque & Druſum ex annulo in auctione nauali inimicitiæ cœpere:vnde origo ſocialis belli,& exitia rerum.

Amor ſocialis.Ouid.7.Metam.163.

Anni ſociales.Ouidius 2.Triſt.31,Liuia ſic tecum ſociales impleat annos.

Carmina ſocialia,Nuptialia carmina. Oui.epiſt.12.18,Tibiáque effudit ſocialia carmina vobis.

Cœtus ſocialis.Liu.7.ab Vrbe,111,Ciuili quippe ſtandũ exercitu eſſe,quando ſocialis cœtus deſereret.

Equitatus ſocialis.Liu.6.bel.Pun.24.

Exercitus ſocialis.Liuius 3.ab Vrbe,16.

Fœdus ſociale. Liuius 4.bel.Macedon.109, Quum qui hoſtes nunquam fuerint, ad amicitiam ſociali fœdere inter ſe iungẽdam coeant.

Iudicium ſociale.Cic.4.Ver.10,Primùm ſi ita eſſet,tamẽ vos in quæſtione de pecuniis repetundis, quæ ſociorum cauſa conſtituta eſt,lege iudicióque ſociali, ſociorum querimonias audire oporteret.

Iura ſocialia lecti.Ouid.3.Amor.eleg.10.9.

Sacra ſocialia.Ouid.epiſt.20.31.

Torus ſocialis.Ouid.2.Faſt.146.

Sociâlitas,pen.corr.ſocialitâtis. Plinius iunior in Paneg.79, Non remiſſionibus tuis eadem frequentia, eadémque illa ſocialitas intereſſet?

Sociâliter,pen.corr. Aduerbium.Horat.de Arte,53,

-non vt de ſede ſecunda
Cederet,aut quarta ſocialiter.

Societas,pe.corr.ſocietâtis,Quaſi participatio,quæ fit dum ſociũ ad aliquod negotiũ gerẽdum nobis adiungim⁹. Cic. pro Roſc. Comœdo,31,Quũ præſertim ex tua oratione,quodcunque tibi peteres,huic peteres: quodcũque tibi exigeres,id in ſocietatem recideret. Idẽ 5.Verr.141,Primùm eam, quũ poſita eſſet apud eas ſocietates vnde erat attributa,binis centeſimis fœnerat⁹ eſt.

Societas rei alicuius cum altero. Cic.1.Verr. 17, Video enim permulta eſſe crimina,quorum tibi ſocietas cum Verre ciuſmodi eſt,vt ea in accuſando attingere non audeas.

Captioſa ſocietas, Vide Captio in **Capio.**

Interior & propior ſocietas,Vide **Intra.**

Infida regni ſocietas,Vide **Infidus.**

¶Abire in societatem,Vide **Abeo.**

Accedere ſocietatem alicuius,Vide **Accedo.**

Accipere ſocietatem,Vide **Accipio.**

Adiungere aliquem in ſocietatem,Vide **Adiungo.**

Aſſumere in ſocietatem,Vide **Aſſumo.**

Auctus ſocietate.Tacit.libro 10,Ciuilis ſocietate Agrippinenſium auctus.

Coire ſocietatem,Vide **Coeo.**

Coire ſocietatem ſalutis & periculi cum aliquo. Cic.pro Rabirio perduel.reo,16,An cum Mario, Scauro,Camlo, Metello, Scæuola, cum bonis denique omnibus coire nõ modo ſalutis, verùm etiam periculi ſocietatem?

Cum eo tu volũtariam ſocietatem coibas , qui te in hæreditaria ſocietate fraudarat.Cic.pro Quintio,51.

Coitur ſocietas.Cic.pro Roſc.Amerino,11.

Colere ſocietatẽ fide.Cice.pro Quintio,15, Etenim ſi veritate amicitia,fide ſocietas,pietate propinquitas colitur,&c.

Componere ſocietatem,Vide **Compono.**

Conferre ſe in ſocietatem,Vide **Confero.**

Conflare ſocietatem,Vide **Conflo.**

Coniunctus ſocietate.Cic.1.Acad.31,Hominẽ eſſe cenſebant quaſi partẽ quandã ciuitatis & vniuerſi generis humani,eúmque eſſe coniunctum hominibus humana quadam ſocietate.

Conuocare ad vitæ ſocietatem,Vide **Conuoco.**

Copulare ſocietatem cum deo,Vide **Copulo.**

Deuincire ſocietatem. Cic.1.Offi.34,Tum artibus,tum operã, tum facultatibus deuincire hominum inter homines ſocietatẽ.

Dirimere ſocietatem.Cic.2.Philipp.46,Vtinam Cn. Pompeii cum C. Cæſare ſocietatem aut nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes. Idem pro Domo ſua,ad Pontif.13, Hanc noſtram coniunctionem,hanc cõſpirationem in Rep.bene gerenda, hãc iucundiſſimam vitæ atq; officiorum omnium ſocietatem,certi homines fictis ſermonibus & falſis criminibus diremerunt.

Facere ſocietatem cum aliquo.Cic.pro Quintio,6,Qui ſocietatem cum Sex.Næuio fecerit. Paulo pòſt,Quintius fecit ſocietatem earum rerum quæ in Gallia cõparabantur.

Gerere ſocietatem magna fide.Cic.pro Quintio,7,Qua in re diligens erat,quaſi ii qui magna fide ſocietatem gererent,&c.

Implicare ſe ſocietate omnium,Vide **Implico.**

Ingenerauit natura ſocietatem vtriſque,Vide **Ingenero.**

Inire ſocietatem cum aliquo. Cic.13.Philipp.374, Parúmque videtur,omnium facinorum ſibi cum Dolabella ſocietatem initam confiteri?

Iungere ſocietatem alicui,Vide **Jungo.**

Iungi ſocietate alicui regi,Vide **Jungo.**

Manet ſocietas,Vide **Maneo.**

Pangere ſocietatem,Vide **Pango.**

Perſtare in ſocietate,Vide **Perſto.**

Renuntiare ſocietatem alicui, pro Direptam ſignificare. Liuius libro 8.bel.Maced.Decreuerunt renuntiandam ſocietatem Achæis.

Societas eſt.Cic.pro Quintio,7, Quũ annos iam plures ſocietas eſſet,&quum ſæpe ſuſpectus Quintio Næuius eſſet,&c.

Socienus,ſocieni,Idem quod Socius,antiquè. Plau.Aul.24.31, Ibo intrò,atque illic tuo ſocieno iam interſtringam gulam.

Socio,ſocias,ſociare,Quaſi ſocium ſocio apponere,adiungere, cõiungere. Colum.lib.3.cap.3.6, At ſiqui cum ſcientia ſociauerint diligentiam. Liu.9.bel.Maced.48, Raptos à diis homines dici quos machinæ illigatos ex cõſpectu in abditos ſpecus abripiãt. eos eſſe qui aut coniurare, aut ſociari facinoribus,aut ſtuprum pati noluerint. Cic.pro Flacco,16, Quid ſi teſtiũ ſtudium cum accuſatore ſociatum eſt? Silius libro 1.16, Et ſe participem caſus ſociarat in omnes.

Vrbe & domo ſociare aliquem.Virg.1.Æneid.111,

-terræque,mariſque
Omnibus exhauſtos iam caſibus,omnium egenos,
Vrbe,domo ſocias.

Cubilia ſociare cum aliquo.Ouid.10.Metam.116,

-quòd ſi fœlicior eſſem,

Nec mihi coniugium fata importuna negarent:
Vnus erat cum quo sociare cubilia vellem.
Curas sociare. Valer. lib. 5. Argon. 56,
At Iuno, & summi virgo Iouis intima secum
Consilia, & varias sociabant pectore curas.
Dextras sociare, & fœdere iungi. Silius lib. 11. 30.
Iuuencos sociare impositio aratro. Stat. 1. Thebaid. 27.
Gaudia sociare cum aliquo. Tibul. lib. 3. eleg. 3. 2.
Vires sociarunt iuncto aggere. Silius lib. 17. 22.

Socians, Participium: vt
Carmina socians nerui. Ouid. 11. Metam. 1.

Sociándus, Aliud participium: vt Verba sociandachordis. Horatius 4. Carm. ode 9. 1.

Sociâtus, pen. prod. Similiter participium: vt Fœdere lecti sociata mihi. Ouidius in Ibin, 3.
Corpus sociatum. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 1, Quis fuit inter nos sociati corporis index?
Labor sociatus. Ouid. 8. Metam. 110.
Vitis sociata palmite. Stat. 5. Sylu. 1. 10.

Sociátrix, pen. prod. Verbale f. g. Valer. 5. Argon. 100,
Sed me nuda fides, sanctique potentia iusti
Huc tulit, ac medii sociatrix gratia Phryxi.

Sociábilis, & hoc sociábile, pen. corr. Quod facilè coniungitur alteri. Plinius libro 16. cap. 42. 3, Eadem & curribus, maximè sociabilis glutino, in tantum vt findatur antè quàm solida est. De abiete.
Sociabilis consortio, pro Sociali. Liu. 10. bel. Maced. 30, Meliora quoque exempla parte altera posui, sociabilem consortionem inter binos Lacedæmoniorum regei salutarem per multa secula ipsis patriæque.

Socórs/socordis, qui & secors dicitur, Qui nihil se ad probitatẽ exercet, & qui tardus vel negligens est in consulendo, meditando, prospiciendóve quid opus sit facto: Quasi sine corde & ignauus. Plaut. Cistel. 10. 5, -formido malè,
Si hera mea tam socordem esse me, quàm sum, sciat. Terent. Adelph. 4. 5. 61, Nolim cæterarum rerum te socordem eodẽ modo. Cic. 1. de Nat. deor. 8, Cõtra quos Carneades ita multa disseruit, vt excitaret homines non socordes ad veri inuestigandi cupiditatem. Idem de Claris Orat. 119, Nam eius æqualem M. Glabrionem bene institutum aui Scæuolæ diligentia, socors ipsius natura, negligénsque tardauerat. Colum. lib. 1. cap. 1. 14, Itaque istam vitam socordem persequitur valetudo.
Futuri socors. Tacit. libro 19, Gregarius miles futuri socors, & ignobilitate tutior, perstabat.

Socordia, socordiæ, siue secordia, Ignauia. Terẽt. And. 1. 3. 1, Enimuero Daue nihil loci est segnitiæ neq; socordiæ. Liu. 2. bel. Pu. 61, Sed Pœnus aduena, ab extremis orbis terrarum terminis nostra cunctatione & secordia iam huc progressus.
Industria, Socordiæ opponitur. Tacit. lib. 2, Languescet alioqui industria, intenderur socordia.
Socordia cæca, ac sopita. Quintil. lib. 1. cap. 2. 5.
Per socordiã. Liu. 7. ab Vrbe, 167, Cũ hoste res est qui hesterno die delendi omnis exercitus fortuna per socordiã vsus non sit.
¶ Abiicere socordiam, Vide **Abiicio.**
Accedere ad maiorem socordiam, Vide **Accedo.**
Compellere socordiam, Vide **Compello.**
Intendere socordiam. Tacit. libro 2, Languescet alioqui industria, intenderur socordia. Hoc est augebitur.

Socórditer, pen. corr. socordius, socordissimé. Liu. 1. ab Vrbe, 89, Ab Albanis socordius res acta.

SOCRATES, pen. corr. Philosophus Athenienſis, vnus omniũ sapientissimus iudicatus, qui philosophiam naturalem, in moralem transtulit. Pater Socratis fuit Sophroniscus lapidarius, mater Phanarista obstetrix. Qui in paupertate beatissimus, amicis olim audientibus, Emissem, inquit, pallium si numos haberem. Neminẽ popposcit: omnes admonuit: à quo acciperet ambiguus fuit. Hic auditor fuit Anaxagoræ & Damonis, postea ad Archelaum Physicum se contulit. Qui animaduertens, naturalis speculationis fructum nullum esse, inuenit primus ethicen, id est moralem philosophiam, ad quam trãsiens, fertur dixisse, Quæ supra nos, nihil ad nos. Author est Xenophon Socratem nunquam de natura rerũ, neque de sublimioribus rebus disputasse, quum ea sint supra captum hominum. Quòd ipse præter cæteros suo tempore mortales, & vita castissimus, & moribus patientissimus fuerit, exempla vtriusque rei constant. Nam & patientiam Gellius pulchro scommate refert: Quum vxorem Xãtippen cõtumacius ac clamosius in se agentem diu toleraſſet, postremò aqua ab ea esset persusus, cœpit ridẽs dicere, Sciebam Xantippen tonantem, quandoque pluituram. Interrogauit Alcibiades quur mulierem tam acerbã domo non exigeret. Quoniam, inquit Socrates, quum illam domi talẽ perpetior, insuesco & exerceor, quò foris petulantium iniuriam facilius feram. Iterum dicenti Alcibiadi intolerandam esse Xantippes maledicentiam: Tu, inquit, nónne toleras anseres clamore perstrepentes? Illo annuente, Quoniam mihi ova & pullos pariũt. Et mihi ait, Xantippe filios gignit. Habuit duas vxores, Xantippen & Myrtonen vno tempore: quæ quum crebrò inter se iurgarent, & ille eas esset solitus deridere, quòd propter se fœdissimum hominem, simis naribus, recalua fronte, pilosis humeris, repandis cruribus disceptarent, nouissimè verterũt in eum impetum, & malè multatum fugientémque diu persecutæ sunt. Castitatis illud ab Æliano memoratur, quòd Zopyrus Physiognomus dixisse fertur, Socratẽ ex Physiognomia omniũ libidinosissimum esse: ciuibus autem tanquam falsa locutum eum ridentibus, Socrates minimè mẽtitum dixit, sed naturæ vim se animi virtute attulisse. Cicero tamen de Fato nõ lasciuum, sed bardum ac mente stupidum & obtusum dicit. Nihil vnquam scripsisse constat, sed eius dissertationes à Platone commemorãtur. Dæmonem se habere fatebatur, qui ei futura prædiceret. Accusatus postremò ab Athenienſibus, quòd de diis malè sentiret, ac in carcere causam dicere iussus, neglexit, & Lysiæ orationem elegantissimam respuit, vt scribit Cicero libro 1. de Oratore. Imitatus est, inquit, homo Romanus & Consularis veterem illũ Socratem, qui quũ omnium sapiẽtissimus esset, sanctissiméq; vixisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, vt non supplex aut reus, sed vt magister aut domin⁹ videretur esse iudicũ: quinetiam quũ ei scr. ptã orationem disertissimus orator Lysias attulisset, quã, si ei videretur, ediſceret, vt ea pro se in iudicio veteretur, nõ inuitus legit, & commodè scriptam esse dixit: Sed (inquit) vt si mihi calceos Sicyonios attul. sses, non vterer, quanuis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent virules: sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem nõ videri. Hactenus Cicero, qui pluribus persequitur historiã de morte Socratis eodem lib. 1. de Oratore. Hic æquabilitatem in omni vita seruauit, vt idem semper vultus, eãdémque frons, siue prosperis, siue aduersis rebus extiterit vsque ad extremũ. Plin. lib. 7. cap. 19. 1, Ferunt Socratem clarum sapiẽtia, eodem semper visum vultu, nec aut hilari magis aut turbato. Solebat item dicere Socrates, teste Ælian, otium fratrẽ esse libertatis, indicióque esse Persas & Indos, qui perpetuo liberi in otio degunt. At contrà, negotiis intẽtos, Lydos ac Phryges qui seruiunt. Ex Socratis variis in omnem partem diffusis disputationibus, plures fluxere discipuli. Et quum alius aliud apprehenderet, prosemi natæ sunt quasi familiæ dissentientes inter se, quum tamen omnes se philosophos, Socraticos & dici vellent & esse arbitrarẽtur. Primum ab ipso Socrate Plato, à Platone Aristoteles & Xenocrates. Deinde ab Antisthene, qui patientiam & duritiam in Socratico sermone maximè adamarat, Cynica: quum ab Aristippo quem maximè voluptariæ disputationes delectarunt, Cyrenaica philosophia manauerunt. Fuerunt etiam alia genera philosophorum, vt Eretricorum, Megaricorum, Pyrrhoniorum, qui se Socraticos esse dicerent. Vnde meritò philosophorũ fons Socrates appellatus est. Quintil. libro 1. cap 10. 13, Quid de philosophis loquor, quorum fons ipse Socrates iam senex instituí lyra non erubescebat?
Clarus scientia Socrates, Vide **Clarus.**
De Græcis dulcis & facetus Socrates. Cic. 1. Offic. 151.

Socráticus, pen. corr. Adiectiuum: vt
Chartæ Socraticæ. Horat. in Arte, 63.
Domus Socratica. Horat. 1. Carm. ode 19. 3.
Opus Socraticum. Ouid. in Ibin, 100.
Sermones Socratici. Hora. 3. Carm. ode 11. 2.
¶ Socrates alter pictor, inter cuius opera, piger qui appellatur ἰξίων, spartum torquens quod asellus arrodit. Author Plinius lib. 35. cap. 11. Pausanias autem dicit hunc à Polygnoto pictum. Ad hanc tabulam adludens ait Propertius lib. 4. eleg. 3. 5,
Dignior obliquo funem qui torqueat ocno,
Æternúsque tuam pascat aselle famem.
¶ Alius Socrates Cõstantinopolitanus, qui historiã ecclesiasticam, à tempore Apostolorum vsque ad Chrysostomũ scripsit, quo tempore fuisse par est, vnus ex his qui in Tripartita cõnectitur historia.

Socrus/huius socrus, Vxoris mater, aut mariti. Nam & ad generum, & ad nurum refertur. Cic. pro Cluentio, 10, Nubit genero socrus, nullis auspicib⁹, nullis authoribus, funestis ominibus omnium.
Arida socrus. Claud. 1. in Eutropium, 54,
-qualis venit arida socrus
Longinquam visura nurum, vix lassa resedit,
Et iam viua petit.

Magna ſocrus, Vide Magnus.

SOCVS, vir Troianus Hippaſi filius, generoſus animo & corporis dignitate. Hic, teſte Homero, magno animo Vlyſſem vulnerauit: ſed ab eo deinde ipſe interfectus eſt.

Sodalis, huius ſodâlis, penul. prod. dicitur in rebus leuioribus: & ferè in conuiuiis dicuntur ſodales, quaſi ſimul edales: vel, vt quibuſdam placet, quia vnà ſedeant, & ſint ſimul in menſa. Quintilianus in Gladiatore, Et tempeſtiua conuiuia & periucundos iocos aduocata ſodalium turba ſolutus atque affluens agere. Cicero pro Plancio, 37, Quos tu ſi ſodales vocas, officioſam amicitiã nomine inquinas criminoſo. Plaut. Merc. 11. 4. -ſex ſodales repperi,

Vitam, amicitiam, ciuitatem, lætitiam, ludum, iocum. Cicero 4. Acad. 210, At hoc Anaximandro populari & ſodali ſuo nõ perſuaſit. Idem 3. de Nat. deorum, 115, Cur ſodalis meus interfectus domi ſuæ Druſus?

Chari ſodales. Horat. 1. Carm. ode 36. 1.

Dilecti ſodales. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 1.

Fidus ſodalis. Ouid. 1. de Arte, 151.

Ingrati ſodales. Iuuen. Satyr. 11. 19.

Iucundus ſodalis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 5.

Primus meorum ſodalium. Horat. 1. Carm. ode 7. 1.

Se alicui ſodalem facere. Martia. libro 12. 30, Nulli te facias nimis ſodalem.

Sodales ſunt (inquit Caius Iureconſ.) qui ſunt eiuſdem collegii. Tacit. lib. 1, Idem annus nouas cæremonias accepit, addito ſodalium Auguſtalium ſacerdotio, vt quondam T. Tatius retinendis Sabinorum ſacris ſodales Tatios inſtituerat.

In ſodalibus illis es, Vide In præpoſitionem.

In morbo ſodalis. Cic. 3. Verr. 64, Nã ille quoque ſodalis iſtius erat in hoc morbo & cupiditate. Id eſt eodem animi vitio tenebatur.

Turba ſodalis. Ouid. 1. de Remed. amor. 38.

Sodálitas, pen. corr. ſodalitâtis, f. g. Collegium multorum, ſeu cõuiuium. Cic. de Senect. 41, Sodalitates autem me Quæſtore cõſtitutæ ſunt. Idem pro Plancio, 30, Cuiuſcunque tribus largitor eſſet, & per conſenſionem magiſtratuum quæ honeſtè ſodalitas nominaretur. Idem ad Q. fratrem, lib. 2. 7. 9, Eodem die Senatuſcõſultum factũ eſt, vt ſodalitates decuriatique diſcederent. Plaut. Moſtel. 16. 5, Nũc ego de ſodalitate ſolus ſum orator datus.

Paſtoritia ſodalitas, Vide Paſtor.

Sodalitium, ſodalitii, Idem. Author ad Herennium, lib. 4. 132, Venit in ædes quaſdam, in quibus ſodalitium erat eodẽ die futurum. Idem pro Plancio, 19, Sed aliquãdo veniamus ad cauſam in qua tu nomine legis Liciniæ, quæ eſt de ſodalitiis, omnes ambitus legis complexus es.

Dulce ſodalitium. Catul. de Cælio & Quintio, 95. 1.

Fraternum ſodalitium. Catul. de Cælio & Quintio, 95. 1.

Sodalitium ſacrilegii. Cic. in Saluſtium, 9, Nõ ita eſt, ſed abiit in ſodalitium ſacrilegii Nigidiani.

Sodes, Blandientis vel exhortantis aduerbium, ſeu manis interiectio, quaſi tu dicas quæſo, rogo, obſecro. Priſcianus putat eſſe verbum. ait enim quædam verba eſſe, quæ in vſu deficiũt perſonis, vt cedo, ſodes, ſalue, aue.

Sodes, dictum quaſi ſi audes, vt Sis, pro ſi vis. Terent. Heaut. 4. 4. 16, At ſcin' quid ſodes? Cic. in Oratore, 86, Libenter etiam copulando verba iungebãt, vt ſodes pro ſi audes, ſis pro ſi vis. Varro 3. de Re ruſt. cap. 9. 1, De gallinis dic ſodes Merula. Cic. Attico, lib. 7. 113. 16, Tarteſium iſtum tuum mihi exeũti iube ſodes nummos curare. Horat. de Arte, 89,

Quintilio ſiquid recitares, corrige ſodes
Hoc aiebat, & hoc. Idem 1. epiſt. 1. 13,
Roſcia, dic ſodes, melior lex, an puerorum
Nænia? Ibidem, 7. 3, -veſcere ſodes.

SODOMA, & Sódomum, pen. corr. & Sodoma, Sodomorum, pluraliter tantùm, Oppidum fuit Iudææ, de quo legitur in Geneſi, Antequam ſubuerteret Dominus Sodomam & Gomorram. Et iterum, Habitauit in Sodomis. Solinus de Situ Iudææ, Ibi duo oppida, vnum Sodomum, alterũ Gomorrum. Hinc Sodomítæ, pen. prod. dicti ſunt Sodomorum incolæ.

SOGDIANA, prouincia Aſiæ, quæ, vt ſcribit Ptolemæus libro 6. cap. 12, à Septentrione parte Scythiæ terminatur, ab Oriente Sacis, à Meridie & Occaſu Bactriana. In ea ſunt vrbes, Oxiana, Maruca, & Alexandria, quam (vt Solinus ait) Alexander tertiã condidit, ad conteſtandos itineris ſui terminos.

Sol, ſolis, maſc. ge. Plaut. Stich. 3. 53, Meliorem neque tu reperies, neque ſol videt.

Sol, à Solus fit, quòd ſolus ex omnibus ſyderibus ſit tantus: vel quòd ſolus quum eſt exortus, obſcuratis omnibus aliis apparet. Ita Cicero libro 2. de Natura deor. 99, Græcè ἥλιος dicitur.

A' primo ſole, Hoc eſt poſt ſolis ortum. Iuuenalis Saty. 2. 14, -officium eras

Primo à ſole mihi peragendum in valle Quirini. Liu. 7. belli Pun. 9, Poſtero die Romani ab ſole orto in multum diẽ ſtetêre in acie.

Primo cum lumine ſolis. Virg. 7. Æneid. 16.

Acceſſus ſolis, Vide Accedo.

Defectus ſolis varii. Virg. 2. Geor. 96.

Fulgura ſolis. Lucret. lib. 2. 33.

Imago ſolis nitidiſſima. Ouid. 14. Metam. 154.

Incurſus ſolis, Vide Incurro.

Labores ſolis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 11.

Lumina ſolis radiantia. Ouid. 2. Triſt. 65.

Meatus ſolis lunæque. Lucret. lib. 2. 16.

Occaſus ſolis. Virg. 2. Georg. 81.

Ortus ſolis, Vide Ortus in Orior.

Iniqui ſolis plaga, Plaga ſeu Zona torrida. Virg. 7. Æneid. 46.

Acer ſol, Vide Acer adiectiuum.

Acutus. Horatius 1. epiſt. 10. 4.

Æſtiuus. Virgil. 4. Georg. 6.

Ætherii ſolis orientia lumina. Virgil. 8. Æneid. 14.

Almus. Horatius in Carm. ſeculari, 2.

Ardens. Virg. 2. eclog. 3.

Aureus. Virg. 2. Georg. 47.

Aſſus, Vide Aſſuo.

Auricomus. Vale. 4. Arg. 19.

Cadens. Virgil. 3. Georg. 80, -quod iam tenebris, & ſole cadente, &c.

Candidus. Ouid. 15. Meta. 6.

Flammeus. Stat. 4. Syl. 3. 52.

Clariſſimus. Quintil. lib. 5. cap. 12. 7.

Flãmiger. Valer. 5. Arg. 117.

Grauis. Horat. 2. Ser. ſaty. 4. 5.

Exoriens. Virg. 2. Georg. 88.

Igneus. Claud. 2. Paneg. 13.

Incertus. Ouidius 2. Metam. 161, -lentáque miſerrima tabe
Liquitur, vt glacies incerto ſaucia ſole.

Infuſus. Virgilius 9. Æneid. 93, Iam ſole infuſo, iam rebus luce retectis.

Luridus, Vide Luridus.

Medius operum ſol. Stat. 5. Thebaid. 17,
Sol medius operum ſummo librabat Olympo
Lucentes, ceu ſtaret, equos.

Nitidus, Vide Nitidus in Niteo.

Pulcher. Horatius 4. Carm. ode 2. 10.

Potens. Virg. 2. Georg. 75.

Purus. Hora. 3. Car. ode 29. 9.

Præclarus. Lucretius lib. 5. 25.

Rapidus, pro Veloci. Virgil. 1. Georg. 19, Si verò ſolem ad rapidum, lunáſque ſequentes. Seruius.

Roſcus. Claud. 6. Paneg. 27.

Supremo ſole, Id eſt ſub occaſum. Horat. 1. epiſt. 5. 1, Supremo te ſole domi Torquate manebo.

Surgens. Horat. 1. Serm. ſatyra 4. 6.

Vernus. Ouid. 3. Tri. ele. 12. 6.

Veniens, Oriens. Virgilius 7. Æneid. 44.

Tepidus. Virg. 1. Georg. 80.

Abiit ſol, Vide Abeo.

Accendit ſol medios æſtus. Virg. 4. Georg. 81.

Admittere ſolem, Vide Admitto.

Calor ſolis adurit, Vide Aduro.

Arcere ſolem, Vide Arceo.

Caligare in ſole, Vide Caligo, caligas, in Caligo, caliginis.

Carens ſole domus. Ouid. 11. Metam. 153.

Circumuoluitur ſol magnum annum. Virg. 3. Æneid. 57.

Collucet mundo ſol, Vide Colluceo.

Colorat ſol. Quintil. lib. 5. ca. 10. 58, Sol colorat, non vtique qui eſt coloratus à ſole eſt.

Condit ſe ſol in vndas. Virg. 1. Georg. 88.

Coqui ſole, Vide Coquo.

Diſcutit vmbras ſol. Virg. 3. Georg. 72.

Diſſipat ardorem ſol. Lucret. lib. 2. 43.

Decedens ſol creſcentes duplicat vmbras. Virg. eclog. 2. 14.

Exuri in ſole. Celſ. li. 1. ca. 3, Siquis verò exuſtus in ſole eſt, &c.

Altiſſimus ſol exiguas fecerat vmbras. Ouid. 3. Metam. 10.

Acri ſole ferueſcunt terræ. Lucret. lib. 6. 171.

Frangunt ſolem frigora. Stat. 1. Syl. 3. 2.

Igneus ſol medium hauſerat orbem. Virg. 4. Georg. 86.

Radiis ſolis inardeſcit nubes. Virg. 8. Æneid. 115.

Inclinat ſe ſol, Vide Inclino.

Incoqui ſole, Vide Incoquo.

Laxauit pruinas ſole Ortus. Stat. 3. Thebaid. 94.

Luſtrans omnia ſol. Lucret. lib. 6. 148.

Proferre in ſolem, Vide In præpoſitionem.

Repercuſſum ſole lumen. Virg. 8. Æneid. 5.

Ruit ſol.Virg.3.Æneid.101.
Occiduo ſole tepeſcunt littora.Ouid.1.Metam.13.
¶Soles, in plurali numero, pro diebus legimus. Virgilius 3. Æneid.41,
Tres adeò incertos cæca caligine ſoles
Erramus pelago. Mart.lib.10.6,
Fœlices,quibus vrna dedit ſpectare coruſcum
Solibus Arctois,ſyderibúſque ducem.
Arcti ſoles,Dies breues.Stat.1.Sylu.3.18.
Aſſiduo curata cuticula ſole. Perſ.Sat.4.1.
Blandi ſoles.Ouid.1.Faſt.31.
Candidi ſoles fulſere mihi, Id eſt fortunatus fui.Catullus ad ſeipſum,8.1.
Dulces ſoles mihi ſurgunt.Valer.4.Argon.116.
Hyberni ſoles properant ſe tingere Oceano.Virg.1.Geor.97.
Longi ſoles.Virg.9.eclog.10, -ſæpe ego longos
Cantando puerũ memini me condere ſoles.Id eſt æſtiuos dies finire,inquit Seruius.
Occidunt ſoles & redeunt.Catul.ad Leſbiam,5.1.
Conſumere longos ſoles cum aliquo.Perſ.Saty.5.5.
¶Niger ſol,Infauſtus.Horat.1.Serm.ſatyr.9.15,
-ſiuncine ſolem
Tam nigrum ſurrexe mihi? Surrexe,pro ſurrexiſſe.
Sole nouo.Virg.1.Georg.58, Aut quum ſole nouo terras irrorat Eous. Id eſt oriente die & ſole adhuc recenti, necdum feruenti.Seruius.
Sol nouus,propriè eſt octauo Calen.Ian. Virg.7. Æneid.144.
Vel quũ ſole nouo denſæ torrentur ariſtæ.Id eſt,prima æſtatis parte.Seruius.
¶Soles,Solis ſplendores vel radii dicuntur.Mart.lib.8.15,
Hybernis obiecta Notis ſpecularia puros
Admittunt ſoles,& ſine fœce diem.
Ætherei ſoles.Ouid.1.Metam.88.
Incerti cæca caligine ſoles.Virg.3.Æneid.40.
Maturi ſoles.Virgil.1.Georg.14, -glebáſque iacentes
Pulueruleuta coquat maturis ſolibus æſtas.
Rapidi ſoles.Ouid.3.Amor.eleg.5.11.
Longis ſolibus tepuerunt ſydera.Stat.5.Thebaid.91.
¶Soles, Æſtus,vel ardores ſolis.Horatius 1.epi.11.5,Corporis exigui,præcanum,ſolibus aptum.
Æſtas euocat ſoles.Sene.Herc.Œtæo,5.3.
Altis ſolibus obruta hyems.Stat.4.Sylu.5.2.
Aſſiduis ſolibus peruſta pars terræ.Lucret.lib.5.51.
Aſſiduis ſolibus vſta ariſta.Ouid.epiſt.5.13.
Peruſta ſolibus vxor.Horat.Epod.2.9.

Sóliferi,pen.corr.Adiectiuum.Senec.Herc.Œtæo,2.11,
Aut qui ſoliferæ ſuppoſitus plagæ
Vicino Nabathæ vulnera dirigit.

Soligena,pen.corr.Adiectiuum.Valer.5.Argonaut.64,
-nec fama fefellit
Soligenam Æeten media regnare ſub Arcto.

Solâris,& hoc ſolâre,penult.prod.Quod eſt ſolis.vt Radii ſolares.
Annus ſolaris, quum ſol expleto per omnia ſigna circuitu,ad id vnde digreſſus fuerat,rediit:quod fit ferè CCCLXV diebus.
Lumen ſolare.Ouid.5.Triſt.eleg.10.8.
Solaris herba, Cornelio Celſo,ea eſt quæ Græcè heliotropiũ dicitur,quòd ſe cum ſole circũagat,etiam nubilo die:tantus eſt eius ſyderis amor.

Solânus,pen.pro.Adiectiuum,Idem quod ſolaris. Vnde Subſolanus ventus,qui ſub ſole oriente naſci videtur.

Solarium,ſolarii, Locus in quo horæ ad ſolem conſpiciũtur,veruto vmbram faciente,vel pinula.Varro de Lingua Latina,lib.5,Solariũ id,in quo horæ in ſole inſpiciebantur.Cic.pro Quintio,Non ad ſolarium,non in campo,non in conuiuiis verſatus eſt.Id eſt in foro Romano vbi erat ſolarium.
Ad ſolarium verſari,Vide **Ad** præpoſitionem.
¶Solarium,Locus in domo ſuperior ſtratus.Plaut.Milit.7.15,
Nã certò neque ſolarium apud nos eſt,neque ortus vllus,neq; Feneſtra niſi clatrata.
¶Solarium,pro vectigali,Vide **Solum**,ſõli.

Solâtus,pen.prod.Adiectiuum,Sole correptus,quemadmodũ Syderatus,qui ſydere.Plin.lib.19.cap.6.11,Sic & ſolatis proſunt.

Solſtitium,ſolſtitii,Solis ſtatio,quum ſol vltra non progreditur, ſed retrocedere incipit. Singulis quippe annis duo ſunt ſolſtitia,vnum æſtiuum,alterũ hyemale.ſunt enim duo tropici,hybernus & æſtiuus.Hybernus enim eſt,per quem ſol tranſmittẽs octauam Capricorni partem, ſolſtitium hybernum facit VIII Calend.Ianuarias,quo tempore ſol altiores incipit circulos petere.Æſtiuus verò,per quem ſol octauam partem Cæri tranſmittens,ſolſtitium æſtiuum facit VIII Calend.Iulii:quo tempore remeare ſol ad inferiores incipit circulos.
Solſtitium veteres ferè vocant æſtiuum,licet nihil adiiciatur. Virgil.1.Georg.10,
Humida ſolſtitia,atque hyemes optate ſerenas
Agricolæ. Cic.2.de Nat.deorum,19,Poſſéne vno tempore florere,dein viciſſim horrere terra,aut tot rebus ipſis ſe immutantibus,ſolis acceſſus,diſceſſuſque ſolſtitiis brumiſque cognoſci.
Solſtitium brumale.Colum.lib.9.cap.16,Calend. Ianuarii ſol in Capricornum tranſitum facit,brumale ſolſtitium.

Solſtitiâlis,& hoc ſolſtitiâle,penul.prod.Quod ad ſolem pertinet, vel ſolſtitiũ.vt Solſtitialis circulus.Plin.lib.2.cap.11.2. Et Solſtitialis dies,Cic.2.Tuſc.151. Et Solſtitialis orbis, Cic.3.de Natura deor.48. Et Liu.1.ab Vrbe,80.
Tempus ſolſtitiale.Ouid.6.Faſt.158.
Solſtitialis herba. Plin.lib.26.ca.5,Cõdurdon herba ſolſtitialis,flore rubeo,ſuſpenſa in collo, comprimere dicitur ſtrumas. Plaut.*Pſeud.*3.36,
Quaſi ſolſtitialis herba pauliſper ſui: [illegible]
Repentè exortus ſum,repentinò occidi.
Solſtitialis morbus.Plaut.Trinum.3.109,
-nemo extat qui ibi ſex menſes vixerit:
Ita cũcti ſolſtitiali morbo decidũt.Id eſt repẽtinò & ſubitaneó.

SOLIS fons,Vide in dictione **FONS SOLIS**.

SOLIS inſula eſt in mari Indico,ſemper rubẽs:&,vt Solinus refert,omni animantium generi inacceſſa: quippe quæ nullum non animal illatum necet.

SOLIS menſa, Æthiopiæ locus apparatis epulis ſemper refertus, & quia vt libet (inquit Pomponius) veſci volentibus licet,ἀπὸ τράπεζαν,id eſt,Solis menſam appellant:& quæ paſſim appoſita ſunt,affirmant naſci ſubinde diuinitus.Ad quem locum Seuerus imperator,quum Alexãdriam veniſſet, rei fama permotus profectus eſt.Author Spartianus. Cælius libro Antiquarũ lectionum 29.cap.4,ſcribit,Solis menſam,adagio dici diuitum opulentorúmque hominum domos, omni rerum copia hubertim affluentes, expoſitáſque inopum neceſſitatibus & alimentis.

SOLIS oſtia,de quibus Pomponius in deſcriptione Indiæ, loca ſunt,ob æſtum intolerabilem,& aquarum longo tractu penuriam, ſic dicta:ideo periclitatum Alexandri illis locis exercitum Diodorus lib.17,ſcribit.

Solamen/ſolaminis,Vide **Solor**.

Solanum, pen.prod.Herba quam Græci ſtrychnon vocant, vt tradidit Cornelius Celſus. huic vis reprimendi,refrigerandíque Plinius lib.27. cap.13.1, Sunt autem multæ ſolani ſpecies: eſt enim hortenſis: eſt & quæ veſicaria dicitur.Item ſolanum ſomniferum, & ſolanum quod manicum dicitur. de quibus videto quid Ruellius doceat.

Solarîs,**Solarium**,Vide **Sol**,& **Solum**,ſõli.

Soldum,pro Solidum.Martial.lib.1.143,
Ex inſulis,fundíſque tricies ſoldum,
Ex pecore redeunt ter ducenta Parmenſi.

Soldurii, apud Gallos, qui Latinè dicuntur deuoti. Cæſar belli Gall.lib.3,Adcãtuanus,qui ſummam imperii tenebat, cum ſexcentis deuotis,quos illi ſoldurios appellant:quorum hæc eſt cõditio,vt omnibus in vita commodis vnà cum his fruantur,quorum ſe amicitiæ dediderint: Siquid iis per vim accidat,aut eundem caſum vnà ferant,aut ſibi mortem conſciſcant. Neque adhuc hominum memoria repertus eſt quiſquam, qui eo interfecto cuius ſe amicitiæ deuouiſſet,mori recuſaret.

Solea/ Id genus calceorum eſt quo plantæ tantum obteguntur, cæteris propè relictis nudis pedis partibus, ſuperne pedem vinciens anſis, quas ligulas vocant. alio nomine ſuberes dicuntur,& à Græcis crepidæ:licet hæc differre putent aliqui. Dictæ ſoleæ,quòd ſolo pedis ſubiiciantur,vt ait Feſtus. Plaut.Trucul. 8.9, Cedò ſoleas mihi. Idem Caſina,16.64, -ſi
Effexis hoc,ego ſoleas tibi dabo,& annulum
Indigito aureum. Cic.de Aruſp.reſponſ.40, P. Clodius à crocota,à mitra,à muliebribus ſoleis,purpureiſque faſciolis,à ſtrophio. Propert.lib.2.ele.30.8,Proſilit in laxa nixa pedem ſolea. Horat.1.Serm.ſaty.3.16,Nec ſoleas fecit,ſartor tamen eſt bonus. Catull.ad Mallium,63.15,
-& trito fulgentem limine plantam
Innixa,arguta conſtitit in ſolea.
Rubra ſolea.Perſ.Saty.5.17, -ſolea puer obiurgabere rubra.
¶Soleæ ferreæ equis & mulis applicantur. Catullus ad Colonias,17.6,Et ſupinam animam graui derelinquere cœno,
Ferream vt ſoleam tenaci in voragine mula. Sueton.in Nerone cap.30, Nunquam carrucis minus mille feciſſe iter traditur,ſoleis mularum argenteis,canuſinatis mulionibus.
Soleæ ligneæ.Cic.2.de Inuent.131, Quidam iudicatus eſt pa-

trẽ occidiſſe:ei ſtatim,quòd effugiendi poteſtas non fuit, ignea ſolea in pedes inducta ſunt.

Induere ſoleas iumentis,Vide **Induo.** Plin.lib.33.cap.11.2, Noſtra quoque ætate Poppea coniunx Neronis principis delicatioribus iumẽtis ſuis ſoleas ex auro quoque induere ſolebat.

Solearum lanatarũ epigramma eſt Martialis tale,lib.14.65,

Deſuerit ſi fortè puer,ſoleáſque libebit
Sumere:pro puero proderit ipſe ſibi.

¶Solea,Inſtrumentum oleo conficiendo aptum.Colum.lib. 12.cap.50.5,Oleo autem conficiendo molæ vtiliores ſunt,quàm trapetum:trapetum,quàm canalis & ſolea.

¶Solea,Genus piſcis plani,à ſimilitudine ſolæ. Plin.li.9.ca. 20.1,Marinorum alii ſunt plani,vt rhombi,ſolea,paſſeres. Plinius iunior epiſt.41,ad finem,Mare non ſanè pretioſis piſcibus abundat:ſoleas tamen,& ſquillas optimas egerit.

¶Solea,Materia roborea,ſuper quam parietes cratitijs extruitur.Feſtus.

Solearius,ſolearii,[illegible].Solearum ſutor.Plautus Aulul.15.41, Solearii aſtant.

Soleâtus,pen.prod.Adiectiuum,Qui ſoleis indutus eſt. Gellius libro 13.cap.20,Cur ſoleatos dixiſſet,qui gallicas,non ſoleas habe rent? Cic.7.Verr.69,Stetit ſoleatus Prætor Pop. Rom. cũ pallio purpureo,tunicáque talari,muliercula nixus,in litore. Idẽ in Piſonem,9,Quum ad te quinta ferè hora cum C.Piſone veniſſem,neſcio quo è gurguſtio te prodire inuoluto capite,ſolea tum? Mart.lib.11.79,

Colliget,& referet lapſum de puluere ſollem:
Etſi iam lotus,iam ſoleatus erit.

Solemnis/& hoc ſoléne, Quod omnib⁹ annis præſtari debet. Compoſitũ nomen ex ſolo & anno.Valerius Max.Maiores ſtatas ſolennéſque cæremonias Pontificũ ſcientia,bene gerendarum rerum authoritate,&c. Plin.in Paneg.109,Peracta erant ſolennia comitiorum,ſi principẽ cogitares. Idem epiſt.152, Solennia vota pro incolumitate tua,qua publica ſalus continetur,& ſuſcipimus domine,pariter & ſoluimus.

Arx ſolennes.Virg.1.Æneid.40.
Auſpicia ſolennia.Claud.1.Paneg.73.
Curſus ſolennis.Claud.1.in Ruffinum,10.
Dapes ſolennes.Virg.3.Æneid.61.
Solennis dies.Sueton.de Oct.Auguſto,cap.53,Officia cũ multis mutuo exercuit:nec prius dies cuiuſque ſolẽnis frequentare deſiit, quàm grãdior iam natu,& in turba quondam ſponſalium die vexatus.
Dies ſolennis mihi.Horat.4.Carm.ode 11.4.
Epulæ ſolennes.Liuius lib.10.bel.Maced.
Feſtum ſolenne.Ouid.1.Faſt.50.
Habitus ſolennis.Liuius lib.7.bel.Maced.
Ignis ſolennis.Ouid.3.Triſt.eleg.13.4.
Imperium ſolenne.Virg.11.Æneid.39.
Iter ſolenne.Cic.pro Milone.10,Interim quum ſciret Clodius (neque enim erat difficile ſcire)iter ſolenne,legitimũ,neceſſarium,ante diem x i i i Calen.Februarii Miloni eſſe Lanuuium ad Flaminem prodendũ,quòd erat Dictator Lanuuii Milo,&c.
Ludi ſolennes.Ouid.5.Faſt.119.
Luſtrale ſolenne exercitus.Tacit. lib.10.
Mos ſolennis ſacrorum.Lucret.lib.1.10.
Opus ſolenne.Horat.1.epiſt.19.10.
Pompas ſolennes ducere.Virg.3.Georg.5.
Preces ſolennes mouere.Ouid.6.Faſt.115.
Sacramentum ſolenne.Tacit.li.17,Inferioris tamen Germaniæ legiones ſolenni Calen.Ian.ſacramento pro Galba adactæ.
Sacrum ſolenne.Sene.Troade,8.9.
Sacra ſolennia,inquit Feſtus,dicuntur quæ certis temporibus anni fieri conſueuerunt.Saluſt.in Catil.Sicuti in ſolennibus ſacris fieri conſuenit.
Verba ſolennia.Liu.8.bel.Maced.114,Et in ſolennibus verbis habet,quum ſupplicationem aut triumphum decernit. Stat. 5.Syl.5.1. Ouid.10.Metam.1.
Vota ſolennia reddere.Virg.eclog.5.15.

¶Solenne,pro Solitum.Suet.de Auguſto,ca.44,Fœminis ne gladiatores quidem,quos promiſcuè ſpectari ſoléne olim erat, niſi ex ſuperiore loco ſpectare conceſſit. Cicero ad Atticum, lib.7.116.1,Tantum igitur noſtrum illud ſolenne ſeruemus, vt nequem iſtuc euntem ſine literis dimittamus.

Solenne & ſtatutum ſacrificium.Cic.1.Tuſc.183,Quum enim illam ad ſoléne & ſtatutum ſacrificium curru vehi ius eſſet, ſatis longè ab oppido ad fanum, morarentúrque iumenta,&c.

Solenne,Subſtantiuum,neu.g.vt Funeris ſolenne.Tacit.libro 11, Et funeris ſolenne perinde ac diuo Auguſto celebratur.

Inſtituere ſolenne. Liuius 1.ab Vrbe,18,Ibi Euãdrum qui ex eo genere Arcadum multis antea tempeſtatibus ea tenuerat loca,ſolenne allatum ex Arcadia inſtituiſſe, vt nudi iuuenes Lycæum Pana venerantes,per luxum atque laſciuiam currerent. Ibidem,86,Et ſoli Fidei ſolenne inſtituit.ad id ſacrarium Flamines bigis curru arcuato vehi iuſſit.

Solẽnia,ſolenniorũ, Feſta quæ ſingulis annis certo tẽpore fiunt.

Magna ſolennia.Iuuen.Saty.10.16,
Incolumi Troia Priamus veniſſet ad vmbras
Aſſaraci magnis ſolennibus.
Tumulo referre ſolennia.Virg.5.Æneid.111.
Mittere ſolennia tumulo.Virg.6.Æneid.76.
Funerum ſolennia.Tacit.lib.3.
Nuptiarum ſolennia.Tacit.lib.11, Cuncta nuptiarum ſolennia celebrat.
Pietatis ſolennia. Tacit.in vita Agricolæ, Igitur ad ſolennia pietatis profectus Agricola.
Regni ſolennia.Tacit.lib.5, Mox conſultans quonam die ſolennia regni capeſſeret.

Solénnitas,pen.corr.ſolennitãtis,Quæ quotannis celebratur.Gellius lib.1.cap.24,Per dierum varias ſolennitates.

Solénniter,pen.corr.Aduerbium.Liuius 5.ab Vrbe,103,Ibique omnibus ſolenniter peractis,eadem reuertens,ſimiliter conſtanti vultu graduque ſatis propitios eſſe deos ſperans. Plin.lib.8. cap.1.2,Ibique ſe purificantes ſolenniter aqua circunſpergi,atque ita ſalutato ſydere in ſylvas reuerti,&c.

Solennitas,Idem:apud Lucilium.Obſoletum verbum.

Soleo/ſoles,ſólitus ſum,ſolẽre.Sipontinus,Soleo, quod ſignificat conſueui,quaſi ſolus,hoc eſt totus eo.Plaut. Amphit.4.265, Qui potitare ſolitus eſt patera aurea. Terẽt.And.3.4.4,Quod vulgus ſeruorum ſolet,dolis vt me deluderes. Virg.eclo.10.15, -ſolet eſſe graui cantantibus vmbra.

¶Solui præterito, vſus eſt Saluſtius libro 1.Hiſt.Neque ſubſidiis vti ſoluerat compoſitis.

¶Sólitus,pen.corr.Virgilius 1.Æneid.93,
-vnde omnis Troia videri,
Et Danaûm ſolitæ naues,& Achaica caſtra. Cic. de Orat.107, Antipater ille Sidonius,ille quem tu probe Catule meminiſti, ſolitus eſt verſus hexametros alióſque variis modis atq; numeris fundere ex tempore. Idem de Amicit.3,Si prius quod maxime reprehendere ſolitus ſit,edixero.

¶Solere,Cõſuetudinem habere.Plaut.Ciſtel.1.18, -frigidam Subdolè ſuffundunt: viris cum ſuis nos ſolere prædicant.

¶Solet, impẽſonale, vt Scribi ſolet. & Vt ſolet,pro Vt ferè ſit. Cic.pro Cluẽtio,130,Quum quædã in collibus,vt ſolet, controuerſia paſtorum eſſet orta. Idem 1.de Orat.50, Vt in conditionibus ſcribi ſolet. Ibidem,1.31, Quod optimo cuique Athenis accidere ſolitum eſt.

Solens,Participium.Plaut.Epid.5.54, -ego abſceſſi ſolens
Paulùm abillis. Id eſt vt ſoleo. Idem Amphit.4.44, Si dixero mendacium,ſolens meo more fecero. Et Caſina,11.11, Lubens fecero,& ſolens.

Sólitus, pen.corr.Nomen ex participio: vt Mos ſolitus. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.33.
Labori ſolito finem impoſuere.Ouid.6.Metam.48.

Sólito,ſólitas,penult.corr.ſolitare, Frequentatiuum. Gellius lib.7. ca.1, Scipionem hunc Africanũ ſolitauiſſe noctis extremo,prius quàm dilucularet,in Capitolium ventitare.

Solito ablatiuus à Solitus participio verbi Soleo, qui niſi aduerbiis aut nominibus comparatiuis non iungitur. Liu.5.bel.Pun. 36,Reate ſaxum ingens viſum volitare: ſol rubere ſolito magis, ſanguineóque ſimilis.
Blandior ſolito.Ouid.1.de Arte,85.
Tardior ſolito orta eſt dies.Ouid.1.Amor.eleg.13.10.
Velocius ſolito currere.Ouid.14.Metam.78.

Solers,ſolertis,om.g.Cõtrarium eſt Inerti,In omni re prudẽs, quaſi totus ars: Ingenioſus,perſpicax, ſagax. Cic.de Senect.50, Nec conſitiones modò delectant, ſed etiam inſitiones: quibus nihil inuenit agricultura ſolertius. Terent.Eunuch.2.2.25, -fac periculum in literis,
Fac in palæſtra,in muſicis: quæ liberum
Scire æquum eſt adoleſcentem: ſolertem dabo.
Solers & ingenioſus.Cic.pro Roſc.Comœdo,18,Iã quo quiſq; eſt ſolertior,& ingenioſior, hoc docet iracundius & laborioſius.
Solers & ſubtilis.Cic.2.de Nat.deorum,180, Solers,ſubtiliſque deſcriptio partium,quámque admirabilis fabrica membrorum.
Ambagibus ſolers. Plin.lib.28.cap.8.7, Mox,vt eſt ſolers ambagibus vanitas magorum,capi iubent,&c.
Cunctandi ſolers Fabius.Silius lib.7.16.
Ancilla ſolers.Ouid.1.Amor.eleg.8.18.
Animo ſolerti rem nouam excogitare.Liu.7.ab Vrbe,61.

Solerti auditu animal. Plin. lib. 8. cap. 18. 1.
Cor solers. Catul. Argon. 59. 59.
Custodia solers. Colum. lib. 8. cap. 13. 1, Solertiorem custodiam præbet, quàm canis. De anſere. Virg. 4. Georg. 65.
Genus virile ſolertius eſt multo. Lucret. lib. 5. 272.
Ingenium ſolers. Ouid. 3. Faſt. 168.
Manu ſolerti facere aliquid. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 6.
Natura hominum ſolers. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 9.
Prouida, ſolérſque natura. Cic. 1. de Nat. deor. 93.
Vir ſolers. Ouid. in Ibin, 56.

Solerter, Aduerbium, Ingenioſè, perſpicaciter, ſubtiliter. Cic. 1. de Legib. 38, Artes verò innumerabiles repertæ ſunt docēte natura, quam imitata ratio, res ad vitam neceſſarias ſolerter conſequuta eſt. Idem 1. de Nat. deor. 117, Præſertim cū multis partibus ſint illa perfecta, quàm hæc ſimulata ſolertius. Idem 6. Verr. 88, Tu illius æris temperationem, tu operum liniamenta ſolertiſſimè perſpicis? Ouid. 11. Metam. 128,

-non illo iuſſos ſolertius alter
Exprimit inceſſus, vultúmque ſonúmque loquendi.

Solertia, ſolertiæ, In omni re prudentia & induſtria, perſpicacitas & ingeniorum acumen. In bonā & in malam partē accipitur.

In bonam. Cic. de Senect. 55, Tum eum dixiſſe, mirari ſe non modò diligentiam, ſed etiam ſolertiam eius à quo eſſent illa dimenſa & deſcripta. Idem 4. Acad. 116, Negatis hoc tam politè támque ſubtiliter effici potuiſſe ſine aliqua ſolertia.

In malam partem. Cic. lib. 1. Offic. 50, Itaque illorum fines, ſicut ipſi dixerāt, terminauit: & in medio relictum quod erat Populo Rom. adiudicauit. Decipere hoc quidem eſt, non iudicare. Quocirca in omni re fugiēda eſt talis ſolertia. Plin. lib. 14. cap. 22. 11, Heu mira vitiorum ſolertia inuētum eſt quemadmodum aqua quoque inebriaret. Claud. lib. 3. de rapt. Proſerp. 6,

-rerúmque remotas
Ingenioſa vias paulatim explorat egeſtas,
Vtque artes pariat ſolertia, nutriat vſus.

Adhibere ſolertiam, Vide **Adhibeo.**

Solertia in venatu. Plin. lib. 8. cap. 40. 6, Sed in venatu ſolertia & ſagacitas præcipua eſt.

Machinatio & ſolertia. Cic. 1. de Nat. deor. 183, Data eſt quibuſdam etiam machinatio quædam atque ſolertia, vt in araneolis. De beſtiis.

Belli ſolertia. Silius lib. 6. 62.

Solertia agendi & cogitandi. Cic. 1. Offic. 119, Sic homines, ac multo etiam magis, natura congregati adhibent agendi congregandique ſolertiam.

Mentis agitatio atque ſolertia. Quintil. lib. 1. cap. 1. 2.

Solicitudo, pe. pr. ſolicitudinis, Cura & inquietudo quæ mentib⁹ inhæret. In verſu, duplici ll ſcribitur, vt producatur prima ſyllaba. Cic. 4. Tuſc. 29, Solicitudo, eſt ægritudo cū cogitatione. Ibidē, 91, Nulla reliqua cura, nulla ſolicitudo futura. Idē 3. Off. 111, Angores, ſolicitudines, diurni & nocturni met⁹. Et 1. de Diu. 111, Perfugiū videtur omniū laborū & ſolicitudinū eſſe ſōn⁹.

Aculei ſolicitudinum, Vide **Aculeus.**

Altior ſolicitudo. Quintil. in Procæ. lib. 4. 1.

Mordaces ſollicitūdines. Horat. 1. Carm. ode 18. 15.

Abducere animum à ſolicitudine, Vide **Abduco.**

Abſtrahere ſe à ſolicitudine, Vide **Abſtraho.**

Adducere in ſolicitudinem, Vide **Adduco.**

Adire ſolicitudinem pro aliquo. Plin. epiſt. 9. lib. 2, Et quā pro me ſolicitudinem non adii, quaſi pro me altero patior.

Afferre ſolicitudinem, Vide **Affero.**

Afficit me ſolicitudo. Cic. de Clar. Orat. 186, Ex te duplex nos afficit ſolicitudo, quod & ipſe Rep. cares, & illa te.

Alleuare ſolicitudines, Vide **Alleuo.**

Conficere alicui ſolicitudines, Vide **Conficio.**

Demere ſolicitudinē. Tacit. li. 18, Agnitī dēpſere ſolicitudinē.

Exedi ſolicitudine. Cic. 1. de Fin. 79, Eáſque ipſas ſolicitudines, quibus eorum animi noctes diéſque exeduntur, à dijs immortalibus ſupplicii cauſa importari putant.

Habere ſolicitudinem. Cic. pro Cluentio, 155, Quicquid hoc tempore habeat ſolicitudinis ac negotii, id omne à matre eſſe conflatum.

Importare ſolicitudines, Vide **Importo.**

Diris ſollicitudinibus leuare pectora. Horat. Epod. 15. 2.

Omittere ſolicitudinem, Vide **Omitto.**

Pati ſolicitudinem, Vide **Patior.**

Struere ſolicitudinem. Cic. ad Atticum, lib. 5. 109. 4, Sed dices meipſum mihi ſolicitudinem ſtruere.

Eſſe ſolicitudini alicui. Plautus Milite, 10. 76, Quibus eſſe me experior ſummæ ſolicitudini.

Eſſe ſolicitudini dicitur res aliqua. Terent. Phorm. 4. 1. 22, Scio ita eſſe, & iſtæc mihi res ſolicitudini eſt.

Iſſe magna ſolicitudine. Cic. Non minore nunc ſunt ſolicitudine, quàm tum erant ſtudio.

Diſtractum ſollicitudine torqueri. Horat. 2. Serm. ſat. 8. 14.

Vrgeri ſolicitudine. Cic. ad Atticum, lib. 6. 116. 4, Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur.

Solicitus, pen. cor. Adiectiuum, Inquietus, & curis affectus. In carmine, gemino ll ſcribitur, vt prima producatur. Plautus Merc. 7. 14, Sollicitus mihi neſcio quare videtur.

Solicitum eſſe & angi. Cic. ad Auicum, lib. 9. 175. 10, Antea ſolicitus erā, & angebar ſicut res ſcilicet ipſa cogebat, quum conſilio explicare nihil poſſem.

Suſpenſus & ſolicitus. Cic. pro Domo ſua, 73, Suſpenſa ac ſolicita tota ciuitate, &c. Idem ad Atticum, lib. 2. 33. 1, Suſpenſo animo & ſolicito ſcire aueres quid eſſet noui.

Suſpecta atque ſolicita ſemper omnia in vita tyrannorum. Cic. de Amicit.

Solicitus de. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 10. 6, Te tamen hoc ſcire volo, vehementer populum ſolicitum fuiſſe de P. Syllæ mor te, antè quàm certum ſcierit. Idē Cælio, lib. 2. 11. 1, Solicitus equidem eram de rebus vrbanis. Idem ad Tironem, lib. 16. 2. 1, Q. autem pater & filius Butroti ſoliciti eramus de tua valetudine mirum in modum.

Solicitus ex. Terēt. And. 1. 5. 33, Laborat è dolore, atque ex hoc miſera ſolicita eſt.

Solicitus in. Quintil. lib. 8. ca. 3, Nec ſum in hoc ſolicitus, cum res ipſa volentibus diſcere appareat.

Solicitus pro anima. Gel. lib. 19. cap. 1.

Solicitus quid. Cic. ad Cælium, li. 2. 10. 1, Mirificè ſum ſolicitus quidnam de prouinciis decernatur. Idem ad Atticū, li. 8. 150. 1, Quàm ſum ſolicitus quidnam futurum ſit!

Solicitus ſuſpicione. Cic. 1. de Lege Agrar. 14, Solicitam mihi ciuitatem ſuſpicione, ſuſpenſam metu, perturbatam veſtris legibus & concionibus, & ſeditionibus tradidiſtis.

Solicitus vicem. Liu. 8. bel. Pun. 231, Cōmemoranit quantum eſſem periculi aditurus, ſi in Africā traiicerem: vt meā quoque, nō ſolum Reip. & exercit⁹ vicem videretur ſolicitus. Ibidem, lib. 8. 104, Iā ſubiecerat haud mediocri periculo mœnia, quum clamor vndique ab ſoliciti vicē imperatoris militib⁹ ſublatus.

Agere ſolicitum. Quintil. lib. 4. cap. 1. 11.

Solicitū habere. Cic. Mario, lib. 7. 3. 1, Solicitū autē te habebat cogitatio cū officii, tum etiam periculi mei. Idē de Senect. 61, Quarta reſtat cauſa quæ maximè angere, atque ſolicitam habere noſtram ætatem videtur. Et Cælio, libro 2. 15. 1, Quæ non meum animum magis ſolicitum haberent, quàm tuum.

Tenere aliquem ſolicitum. Liu. 1. ab Vrbe, 272, Cornicines, tubicinéſque in equos impoſitos canere antevallum iubet, ſolicitúmque hoſtem ad lucem tenere.

¶ Actiones accuratæ, & ſolicitæ. Quintil. lib. 4. cap. 1. 40, Ipſi iudices exigunt ſolicitas & accuratas actiones.

Amores ſolliciti. Virg. 10. eclog. 1.

Amor ſolicitus atque anxius. Cic. ad Atticum, lib. 2. 39. 1.

Animi ſolliciti. Horat. 1. epiſt. 5. 4.

Anxio & ſolicito animo eſſe. Cic. 2. de Finibus, 90, Num igitur eum poſtea cenſes anxio animo aut ſolicito fuiſſe?

Armis ſollicitis quæritur victoria. Ouid. 14. Metam. 91.

Aures ſollicitæ. Lucret. lib. 6. 139.

Carcer ſollicitus. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 13.

Curæ ſollicitæ. Stat. 9. Thebaid. 111.

Rei cuſtodia ſolicita, & Libera: contraria. Cic. 1. Offic. 116, Id enim eſt proprium, vt ſupra dixi, ciuitatis atq; vrbis, vt ſit libera, & non ſolicita ſuæ rei cuiuſque cuſtodia.

Diligentia ſolicita. Quintil. in Procæm. lib. 6. 2, Solicitam quoque parentis diligentiam merebatur.

Dolor ſollicitus. Ouid. 3. de Arte, 75.

Manus ſollicitæ, Dubiæ, & quæ aliquid frangere metuunt. Martialis libro 14. 16,

Frangere dum metuis, frangis cryſtallina, peccant
Securæ nimium, ſollicitæque manus.

Mare ſollicitum ſtridet refluentibus vndis. Virg. 4. Georg. 53.

Mentes ſollicitæ pauent. Ouid. 3. Faſt. 73.

Metus ſollicitus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11. 2.

Opes ſollicitæ. Horat. 2. Serm. ſaty. 6. 16.

Pectore ſollicito repetens ſuſpiria. Ouid. 2 Metam. 25.

Pecus ſollicitum. Mart. lib. 5. 31,

Nec trepidant greſſus, ſed de diſcrimine palmæ
Securus puer eſt, ſollicitúmque pecus.

Res ſolicita, Plena ſolicitudinis. Cic. de Amicitia, 48, Omnia ſemper ſuſpecta atque ſolicita ſunt, nullus locus eſt amicitiæ.

Status ciuitatis ſolicitus. Quintil. lib. 6. cap. 1. 13.

Timor ſollicitus.Ouid.epiſt.1.3.

Vita ſollicita.Propert.lib.3.eleg.7.1.

Voce ſollicita inuocare aliquem.Ouid.10.Metam.117.

Solicitior, cõpartiuum. Plãcus Ciceroni lib.10.18.9, Solicitiorem certè hominem non ſuis cõtractis, neminem puto fuiſſe. Quintil. lib.7.cap.1.30, Quibus nos circa lites raras ſolicitiores ridiculi videmur.

Solicitior locus.Senec.de Benefic.lib.3.ca.15, Multo tardiores futuros ad accipienda beneficia ſi periculũ cauſæ dicendæ adituri erant,& innocentiam ſolicitiore habituri loco.

Solicite,pen.cor.Aduerbiũ.Quintil.lib.1.15.13, Ouid.4.de Ponto,eleg.6.9,Qui mala ſollicitè noſtra leuatis.

Solicito,ſolicitas,ſolicitare,Inquirere,& curam iniicere,ſeu cõtriſtare,vt ait Valla lib.5. Terẽt.And.5.3.16, Cur meã ſenectutẽ huiut ſolicito amentia? Plaut.Aul.16.4,

-quia iſtuc facinus,quod tuum

Sollicitat animũ,id ego feci,& fãteor. Ibidem.4.17,Quod me ſolicitat plurimis miſerum modis. Terent.Eun.1.1.81,Egóne id timeo? & id.quid ſe ergo aliud ſolicitat? Idem Heaut.1.3.10, Quid iſtuc̃que res te ſolicitat autem? Idem Hecyra, 4.4.54, Aut quid ſit id quod ſolicitere ad hunc modum? Id eſt,perturberis,cõmoueare,inquit Donatus. Sic And.4.1.8,Siccine me, atque illam opera tua nunc miſeros ſollicitarier? Id eſt perturbari,vt ait Donatus.

Arcu ſollicitare feras.Ouid.1.Amor.eleg.7.3.

Stamina ſollicitat docto pollice.Ouid.11.Metam.35.

Excruciare & ſolicitare. Cic.1.de Fin.77,Quemadmodum temeritas & libido & ignauia ſemper animũ excruciant,& ſemper ſolicitant, turbulentæque ſunt.

Solicitare & angere. Cic.1.de Finibus,65,Nec præterea eſt res vlla quæ ſua natura aut ſolicitare poſſit,aut angere.

Sollicitant hæc toreumata furem. Mart.lib.11.71.

Cura quietos ſollicitat.Virg.4.Æneid.76.

Metus ſollicitant.Ouid.4.Triſt.eleg.7.2.

Bello ſollicitare aliquem.Ouid.5.Faſt.8.

¶Solicitare,Inſtare,& velut allicere,vel ſpem oſtendẽdo, vel metum,vt ait Valla lib.5. Curtius lib.3,Verùm enimvero quũ modò milites meos literis ad proditionẽ, modò amicos ad perniciem pecunia ſoliciter, ad internecionem mihi perſequẽdus eſt,non vt inuiſus hoſtis,ſed vt percuſſor veneficus.Plaut.Moſtellaria 9.11,Neminem ſolicitat ire dormitum ſopor. Terẽtius Andria 5.4.9,

Tũne impune hoc facias:tũne hìc hominẽs adoleſcentulos,
Imperitos rerum,eductos libere,in fraudem illicis?
Solicitando,& pollicitando eorum animos lactas?Plaut.Caſin. 6.12,Myropolas ſolicito omnes,vbicunque vnguentum eſt lepidum. Cæſar 5.bel.Gall.9, Quod hi neque ad concilia veniebant,neque imperio parebant, Germanóſque trãſrhenanos ſolicitare dicebantur. Idem 1.bel.Gall.134, Deinde quòd nónnulli Gallis ſolicitarentur.

Solicitare pretio animos.Cic.4.in Cat.89,Quare ſiquẽ veſtrũ fortè commouet hoc, quod auditum eſt,lenonem quendã Lẽtuli concurſare circũ tabernas,pretio ſperantem ſolicitari poſſe animos egentium atque imperitorum:eſt id quidem cœptũ atque tentatum.

Iudicium alicuius ſollicitare donis.Ouid.epiſt.15.16.

Precibus ſollicitare aliquem.Ouid.9.Metam.137.

Votis ſollicitare numina.Tibul.li.3.eleg.4.11.

Solicitare ad.Cic.pro Cluentio,35, Cuius ſeruum Diogenem Fabritius ad venenum Habito dandum ſpe & pretio ſolicitare cœpit.Liu.1.ab Vrbe,131,Inde ob reſiduas bellorum iras maximè ſolicitatis ad defectionem animis,voluntario traxere. Plinius epiſt.50.2,Talia denique omnia,vt poſſint artificum oculos tenere,delectare imperitorum:quod me quanquam tyrunculum,ſolicitauit ad emendum.

Ad laborem ſolicitare.Senec.de Benefic.lib.3.ca.11, Solicitandi ad hunc laborem erant incertam adituri formam.

Solicitare pacem,Inſtare vt fiat pax.Liu.4.bel.Maced.67,Iterum ſubacti:ſed non eadẽ venia victis fuit.ſub corona veniere omnes,ne ſæpius pacem ſolicitarent.

Toros legitimos ſollicitare.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.10.

Voluptas ſollicitat concubitus.Virg.3.Georg.26.

¶Solicitare,Propriè terram vertere eſt.Tibul.Et tenerã ſerro ſollicitauit humum.

Tellus ſollicitanda.Virg.2.Georg.84.

¶Solicitare,pro Nauigare aliquando ponitur, quòd ſõlum de mari etiam dicatur. Claudianus in Præfatione lib.1. de raptu,Et rudib' remis ſollicitauit aquas.Hoc eſt monit.& agitauit.

¶Solicitare,Eſt ſolo citare,id eſt ex ſuo ſolo mouere. Solum autem quin ſignificet locum quis dubitat, quum exules quoq; dicantur ſolo patriæ ſuæ pulſi?Feſtus.

Forem ſollicitare,Mouere aut aperire ianuam. Ouid.3.Amorum,eleg.1.10,

Per me decepto didicit cuſtode Corinna
Liminis adſtricti ſollicitare forem.

Solicitatio, ſolicitatiõnis, Verbale, dicitur quæ ab alio fit, vt ait Donatus.Terent.And.1.5.16,

Tot me impediunt curæ,quæ meum animũ diuerſè trahunt,
Amor,miſericordia huius,nuptiarum ſolicitatio. Cic.in Catil.66,Iam verò illa Allobrogum ſolicitatio à Lentulo, cæteriſque domeſticis hoſtibus,tanta res, tã dementer credita & ignotis & barbaris,commiſſæque literæ nunquam eſſent profectò. Idem pro Cluentio,41,Et de ſolicitatione Diogenis receti re ſecum Cleophantum locutum eſſe dicebat.

Solicitãtor,pen.prod.Verbale maſc.Paulus de extraord. crimin. Solicitatores alienarum nuptiarum,itémque matrimoniorum interpellatores.

Sólidus,pen.corr.Adiectiuum, Plenum,integrum, nihil concaui aut vacui habens. Vnde ſolidum corpus dicimus quod conſtat lõgitudine,latitudine,& altitudine.Virgilius, Solidóq; adamãte columnæ. Idem 3.Georg.

In foribus pugnam ex auro,ſolidóque elephanto
Gangaridum faciam.Id eſt, ex ebore integro, non ſectili,vt ait Seruius. Plaut. Curc.8.69,

Quia nudiuſquartus venimus in Cariam
Ex India:ibi nunc ſtatuam volt dare auream
Solidam faciundam ex auro Philippeo.

¶Solidum,Iuge ac continuũ ſignificat. Plaut. Decem annos ſolidos erraui puer.Terent.Eunuch.5.1.31,Vt ſolidum pãrerem hoc mihi beneficium.

Fragile & Solidum,contraria.Horat.2.Serm.Saty.1.16,

-& fragili quærens illidere dentem,
Offendet ſolido.

Agger ſolidus.Stat.4.Sylu.4.1.

Annus ſolidus, Integer. Liu.1.ab Vrbe,80, Quem quia tricenos dies ſingulis menſibus luna non explet,deſũntque dies ſolido anno,&c.

Argentum ſolidum.Virg.9.Æneid.71,

Multa virũm ſolido argento perfecta relinquunt,
Armáque,crateráſque ſimul,pulchróſque tapetas.

Aurum ſolidum.Ouid.3.Amor.eleg.7.11.

Cautes ſolida.Ouid.12.Metam.15.

Ceruos ſolidos haurire.Plin.lib.8.cap.14.1.

Columna ſolida.Cic.1.de Diui.87,Quum columnam auream quæ eſſet in fano Iunonis Laciniæ auferre vellet, dubitaréque virum ea ſolida eſſet,an extrinſecus inaurata.

Cornu ſolido grauiter ſonat vngula.Virg.3.Georg.18.

Corpus ſolidum,Terent. Eunuc.2.3.26,Color verus,corpus ſolidum,& ſucci plenum. Vbi Donatus,Solidum corpus,quia non vitiatum. Lucret.lib.1.193.

Solidam & expreſſam virtutis effigiem tenere. Cic.3.Offic.91.

Ferrum ſolidum.Ouid.15.Metam.161.

Fœlicitas ſolida,Integra. Plin.lib.7.ca.40.1, Quo ſemel recepto,ſolida fœlicitas non eſt. Ibidẽ,ca.44.5, Nulla eſt profectò ſolida fœlicitas,quã contumelia vlla vitæ rumpit,nedum tanta.

Gaudium ſolidum.Terent.And.4.1.23,

-nónne tibi ſatis eſſe hoc viſum ſolidum eſt gaudium,
Niſi me lactaſſes amantem, & falſa ſpe produceres? Vbi Donatus,Solidum,plenum,idoneum,integrum.

Glacies ſolida. Virg.3.Georg.73.

Gratia ſolida.Ouid.12.Metam.116. Plaut.Curcul.8.34,

Sed hunc quem quæro,commonſtrare ſi potes,
Inibis à me ſolidam & grandem gratiam.

Humus ſolida.Ouid.epiſt.11.19.

Infortunium ſolidum.Plaut.Merc.3.11, -ſed quenq; attigit,
Magno atque ſolido multauit infortunio.

Mare ſolidum.Iuuen.Sat.10.18, -quũ ſtratũ claſſibus iſidem,
Suppoſitúmque rotis ſolidum mare.

Marmor ſolidum.Virg.6.Æneid.14.

Mens ſolida.Horat.3.Carm.ode 3.1.

Montes ſolidi.Ouid.4.Metam.130.

Nomen ſolidum. Cic.1. de Finibus, 91, Illi enim negant bonum quicquam eſſe, niſi neſcio quam illam vmbram quod appellant honeſtum,non tam ſolido quàm ſplendido nomine.

Pax ſolida.Senec.Troade,6.40.

Robur ſolidum.Virg.2.Georg.13.

Spiritus ſolidus.Ouid.ad Piſonem,15.

Summa ſolida,Vide Summa excurrit,in Excurro.

Tellus ſolidiſſima.Ouid.15.Metam.51.

Vires ſolidæ ſuo ſtant robore.Virg.1.Æneid.118.

Vellitas ſolida. Cic. 1. de Finibus, 108, An ille tempus aut in poetis euoluendis conſumeret, in quibus nulla ſolida vtilitas, omniſque puerilis eſt delectatio?

¶ Petere ſolidum. Quintil. lib. 5. cap. 10. 73, Argentarius ab argentario ſolidum petit.

Solidum ſuum cuique ſoluere. Cic. pro Rabirio Poſthu. 18, At hoc etiam optat miſer, vt condemnetur à vobis: ita bona væneant, vt ſolidum ſuum cuique ſoluatur, nihil ſam aliud niſi fidem curat. Id eſt integrum.

Crepare ſolidũ. Perſius Satyra 5. 3. -pulſa, dignoſcere cautus
Quid ſolidum crepet, & pictæ tectoria linguæ.

Sólidus, ſólidi, pen. corr. Subſtantiuũ, Genus nummi, quod pro aureo accipitur. Solidi ideo dicuntur, quia iuſto & integro pondere erant percuſſi, non dimidiati, aut trientales. Lampridius in Alexandro, Vectigalia publica in id contraxit, vt qui decẽ aureos ſub Heliogabalo præſtiterant, tertiam partem aurei præſtarent: tũncque primùm ſemiſſes aureorum formati ſunt: tum etiam quum ad tertiam partem aurei vectigal deciditſet, tremiſſes, dicente Alexandro etiã quartarios futuros: ſed quum non potuiſſet per publicas neceſſitates, conſtari eos iuſſit, & tremiſſes tantum, ſolidóſque formari. Ex his verbis Lampridii, facile intelligimus ſolidos primum dictos eſſe aureos nummos certi cuiuſdam, ſuique ponderis, quaſi integros. Budæus.

Sólide, pen. cor. Aduerbiũ, Integrè. Plaut. Trinum. 13. 7, Neqi noui, neqi natus nécne is fuerit, id ſolidè ſcio. Ibidẽ, 44. -hic homo Solidè ſycophanta eſt. Terent. And. 5. 5. 8, Nam hunc ſcio mea ſolidè ſolum gauiſurum gaudia.

Soliditas, pen. corr. ſoliditãtis, f. g. Cic. 1. de Nat. deorũ, 69, Vt manu doceat eam eſſe vim & naturam deorum, vt primum non ſenſu, ſed mente cernatur: nec ſoliditate quadam, nec ad numerũ. Idem 1. de Finib. 26, Ille atomos quas appellat, id eſt corpora individua, propter ſoliditatem cenſet in infinito inani. Idem de Vniuerſit. 19, Sed quum ſoliditas mundo quæreretur, ſolida autem omnia vno medio, nunquã duobus ſemper copulentur, &c.

Solidipes, pen. corr. ſolidípedis, pen. cor. om. g. Quod ſolidos habet pedes, non biſurcatos. Plin. lib. 10. cap. 65. 1, Contra naturam ſolidipedum, aut biſulcorum.

Solidarios venditores, Gallicè vocamus *Groſſiers*. Budæus.

Sólido, ſólidas, pen. cor. ſolidãre, Roborare, firmare. Virg. 1. Geo. 36,
Area tum primùm ingenti eſt æquanda cylindro,
Et vertenda manu, & creta ſolidanda tenaci. Apud Plinium, epiſt. 173. b, Solidantur fracta. Plinius maior, lib. 14. cap. 16. 10, Boum neruos abſciſſos vomere ſolidari ea, rurſúſque iungi addita axungia affirmant. Idem lib. 35. cap. 6. 6, Spumam maris eſſe dicunt ſolidatam cum limo.

Facies ſolidata veneno. Lucan. lib. 8. 135, -tunc arte nefanda
Summota eſt capiti tabes, raptóque cerebro
Adſiccata cutis putríſque effluxit ab alto
Humor, & infuſo facies ſolidata veneno eſt. Hoc eſt medicamẽto firmata contra putrefactionem.

Solideſco, ſolideſcis, ſolideſcere, Solidum fieri. Plin. lib. 11. ca. 17. 76, Veſica membrana conſtat, vulnerata cicatrice non ſolideſcit.

Soliferreum, ſoliferrei, Genus teli, appellatum quaſi totũ ferreum. Liuius 4. bel. Maced. 60, Vt emiſſis ſoliferreis falarícíſque gladios ſtrinxerunt, tum velut redintegrata eſt pugna.

Solifuga, ſólifugæ, pen. corr. Genus formicæ venenatæ, à fugiendo ſole dicta. Plin. lib. 11. cap. 15. 41, Et leguminibus innaſcuntur beſtiolæ venenatæ quæ manus pungunt, & periculum vitæ afferunt, ſolifugarum generis.

Solipunga, ſolipungæ, Genus beſtiolæ maleficæ, quæ acrius cõtractiuſque fertur calore ſolis. Vnde etiam nomen traxit. Hæc Feſtus. Fortaſſe legendum Solifuga, vel Solpuga, vt eſt apud Plinium, Vide **Solpuga**.

Solíſtimum, pen. corr. (inquit Feſtus) Appius Pulcher auguralis diſciplinæ libro primo, ait eſſe tripudium, quod excidit ex eo, quòd illa ferit ſaxum ſolidum, aut arbos viuiradix, quæ nec præ vitio humani cædantúrve, aciántúrve, pellantúrve. Cicero 1. de Diuinat. 53, Quod autem ſcriptum habetis, aut tripudium fieri ſi ex ea quid in ſolum ecciderit, hoc quoque quod dixi coactum tripudium, ſoliſtimum dicitis. Liuius 10. ab Vrbe, 199, Nã quũ pulli non paſcerentur, pullarius auſpicium mentiri auſus, tripudium ſoliſtimum Conſuli nuntiauit.

Solitanus, pen. prod. Adiect. vt Cochlex ſolitanæ, quæ in Africa reperiuntur. Plin. lib. 30. cap. 6. 1, Laudatiſſimæ autem ſunt cochleæ Africanæ, ex his ſolitanæ. Varro 3. de Re ruſt. cap. 14. 4, Nam & valde amplæ ſunt quædam ex Africa, quæ vocãtur ſolitanæ, ita vt earũ calices quadrantes octoginta capere poſſint.

Solitarius, Vide **Soluo**.

Solitaurília, ſolitauriliorum, n. g. plu. n. Feſta erant, ſiue ſolennia ſacrificia Romanorum, in quibus trium diuerſi generis beſtiarum immolatio fiebat, tauri, arietis, & verrisquia omnes ſolidi, integríque corporis ſint. Hoc ſacrificium Cenſores, vt ſcribit Aſconius, Vrbem completo quinquennio luſtrantes, de ſue, oue, tauro faciebant. Liu. 8. ab Vrbe, 54, Telo ſuper quod ſtans Conſul precatus eſt, hoſtem potiri fas non eſt: ſi potiatur, Marti Solitaurilibus piaculum fieri. Vetus codex habet Suouetaurilibus.

Solito, ſolitas, & **Solíto** ablatiuus, Vide **Solco**.

Soliuagus, Vide **Solus**.

Solium, ſolii, Armariũ ex vno ligno factũ, in quo reges ob corporis ſui tutelam ſedebant. Dictum quaſi ſolidum, quoniam ex prædura materia roboris fiebat. Vel dicitur quaſi ſoli: quòd in his ſoli ſederent. Vel, ſecundum Aſperum, per antiſtichon, quaſi ſedium, à ſedendo. nam & ſella, quaſi ſeda dicta eſt. Ex Seruio.

Eburno ſolio fultus. Claud. 3. Paneg. 40.

Rudi ſolio fultus. Claud. 1. de Raptu Proſerp. 16.

¶ Soliũ, abuſiuè quandoq; ponitur pro ſella regali. Virg. 8. Æneid. 109, Præfatus diuos ſolio rex inſit ab alto. Liu. 1. ab Vrbe, 205, Dii te penates, patríqi, & patris imago, & domus regia, & in domo regale ſoliũ, & nomen Tarquiniũ creat, vocátque regem.

Aureum ſolium. Virgil. 10. Æneid. 14.

Regale ſolium. Ouidius 6. Faſt. 71.

Sublime ſolium. Ouid. 14. Metam. 53.

¶ Surgere ſolio. Virgil. 10. Æneid. 14.

Tollere ſe à ſolio. Virgil. 8. Æneid. 109.

¶ Solium, pro Vaſe ſaligno, vel abiegno ponitur. eo etiã vtimur ad vnũ, plurimóſq; liquores tranſferẽdos: & ad pannos lineos cum lixiuio calido & cinere emaculandos. Eſt & ſolium vas quo in balneis mulieres vtebantur, & in quo ſedentes lauabantur. Vnde nobiles Romanas ait Plinius lib. 33. cap. 11. 2, ſoliis argenteis ad delicias vſas. Celſus, Interpoſitis duabus horis, in ſolium is aquæ calidæ reſupinus dimittẽdus eſt, ſic vt à genubus ad vmbilicũ aqua teneat. Martia. Non vis in ſolio prius lauari. Et lib. 1. 41, in Zoilũ. Suet. de Auguſto, ca. 81. At quoties neruorũ cauſa, marinis, Albuliſq; calidis vtendũ eſſet, contentus hoc erat, vt inſidens ligneo ſolio, quod ipſe Hiſpanico verbo duretã vocabat, manus ac pedes alternis iactaret. Cato cap. 10. 3, Labrum vinaticum vnum, ſolium vnum, labra aquaria quinque habere oportet villicum. Plin. lib. 16. cap. 1. 8, Quippe in balneis ſolia temperabantur humano ſanguine ad medicinam eam.

Deſcendere in ſolium. Celſus lib. 1. cap 3, Cõmunia deinde omnibus ſunt poſt fatigationẽ cibũ ſumpturis, vbi paulũ ambulauerũt: ſi balneum non eſt, calido loco, vel in ſole, vel ad ignem vngi, atque ſudare. ſi eſt, ante omnia in tepidario reſidere: deinde vbi paulũ conquieuerũt, intrare & deſcẽdere in ſoliũ: tũ multo oleo vngi, lenitérq; perfricari, iterum in ſolium deſcendere.

Deſidêre in ſolio. Celſus lib. 1. cap. 17.

¶ Soliũ, Loculamentũ ſepulchrale, in quo condũntur defuncti. Plin. lib. 35. cap. 11. 19, Quin & defunctos ſeſe multi fictilibus ſoliis condi maluere. Vetus exemplar habet doliis. Curtius lib. 10, ad finem, Septimus dies erat, ex quo corpus regis iacebat in ſolio. Paulo pòſt, Purgauere corpus, repletúmq; eſt odoribus aureum ſolium. De corpore Alexandri loquitur. Idem libro eodẽ, Fortè enim ſepulchrũ Cyri Alexander iuſſit aperiri, in quo erat conditũ eius corpus, cui dare volebat inferias. auro argentóque repletũ eſſe crediderat: quippe ita fama Perſæ vulgauerant. Sed præter clypeum eius putré, & arcus duos Scythicos, & acinacem, nihil reperit. Cæterũ corona aurea impoſita, amiculo cui aſſueuerat ipſe, ſoliũ in quo corp' iacebat velauit, mirás tãti nominis regem tantis præditũ opibus, haud pretioſius ſepulchrum, &c.

Solo, ſolas, Vide **Soluo**.

SOLOE, numero plurali, more Græcorũ σόλοι, ſicut Dioſcuræ pro Dioſcuri, vt placet Hermolao, ciuitas eſt Ciliciæ. Ab hac Solenſes, vt Solenſis Aratus, Chryſippus Stoicus, & Philemon, poeta comicus. Strabo libro 14. Plinius ex Polycleti tradit authoritate iuxta Solos fontem fuiſſe, cuius aquæ olei vicem præſtiterint vtentibus. Curtius Heliopolin eam Solis ciuitatem nominat. Vide Solinum. Euſtathius, Dionyſii interpres, hoc oppidum, ab exulante Solone colonis Atticis ornatum fuiſſe ſcribit. Quum verò barbari linguam Atticam paulatim coinquinaſſent, Soloeciſſare dicti ſunt, & inde Soloeciſmi. Lege in Solonis vita Laertium & Strabonem lib. 4.

Soloeciſmus, ſoloeciſmi. Impar & inconuenies compoſitura partium orationis. A noſtris imparilitas, à veteſtioribus Latinis ſtribiligo dicebatur: nempe inuerſura & prauitas quædam tortuoſa orationis, tanquã ſtrebligo. Siquidem στρέβλη torqueo, & deprauo ſignificat. Vide Gellium lib. 5. cap. 20. Quintil. lib. 1. cap. 5. 33, Quædam tamen & faciem ſoloeciſmi habent, & dici vitioſa non poſſunt.

Fœditas ſoloeciſmi. Quintil. lib. 1. cap. 5. 3, Prima barbariſmi, ac ſoloeciſmi fœditas abſit.

¶Solœciſmus, per trãſlationẽ ſumitur aliquãdo à poetis. Iuuen. Saty. 6. 46, -ſolœciſmum liceat feciſſe marito. Mart. lib. 5. 39, Vnus quum ſitis, duo Calliodore ſedetis:
Surge, ſolœciſmum Calliodore facis.

¶Solœcon etiã dicitur, ſicut & barbaron. Solœci autẽ nomen à Solone deductum Laertius teſtatur: qui quũ in Cilicia vrbem à ſuo nomine Solos condidiſſet, pauci ex Athenienſibus, quos in ea reliquit, non multo interiecto tempore, corrupto patrio ſermone, incõuenienti partium ſtructura loqui cœperũt. Quapropter qui eo vitio aliquando vterentur, dicti ſunt ϲολοικίζειν, hoc eſt ſolœciſſare. Vide Gellium, lib. 5. cap. 20.

Solœcophanes, pen. corr. Quæ & allœoſis, figura eſt: vt Præneſte ſub ipſa. quum Præneſte ſit neutri generis. ſed retulit ad ciuitatem. Et Terentius in Prolog. Eunuc. 31, In Eunuchũ ſuam. referens ad comœdiam cogitatum.

SOLON, Salaminius genere, vnus è ſeptem ſapiẽtibus, Atheniẽſibus leges dedit: ac eas quas Draco tulit, præter quàm quæ ex ea de erant, omnes abrogandas curauit, ob magnitudinem pœnarum. Nam vna omnibus pœna conſtituta fuerat, vt etiam qui otij damnati eſſent, aut quæ furripuiſſent, capite plecterẽtur. Ob quam cauſam Demades dicere ſolebat, Draconem non atramento, ſed ſanguine leges ſcripſiſſe. Florebat tũc in Repub. Piſiſtratus æmulus Solonis, cui & genere propinquus erat. Illius igitur eloquentia plus potuit apud populum, quàm huius ſapitia. Ceſſit ſponte Solon, tyrannum fugiens, primùm in Ægyptũ, deinde in Cyprum, poſtremò ad Cræſum regem: cuius quum opes videret, oſtentanti Cræſo, atque interroganti num quis eo fœlicior eſſet, reſpondit Tellum quendam pauperem admodum, alioqui iuſtum Athenis agentem: ſimul affirmãs nihil eſſe fœlix, quod temporum mutationi ſubiaceat, fœlicitatem tantùm finẽ indicare. Cuius ſententiæ Cræſus poſtea à Cyro captus meminiſſe dicitur. Solon inde in Ciliciam profectus, ciuitatẽ à ſuo nomine Solos dixit, in qua Athenienſes colonos ſtatuit, qui interuallo temporis ab Attica lingua deſciſcentes, Solœciſſare dicti ſunt: vnde verbum Solœciſmus tractum. Deceſſit in Cypro annorum LXXX: mandauit oſſa Salaminem tranſferri, ibique per regionem proiici ac diſſipari, ne Athenas inferrentur, quoniam diſcedens iureiurando ciues adegit, non antiquaturos leges ſuas, donec rediret. reliquit etiam cõciones & epiſtolas quaſdam. Epigramma ſepulchro inſcriptum huiuſcemodi commemorat Cicero lib. 1. Tuſcul. 191,
Mors mea ne careat lachrymis, linquamus amicis
Mœrorem, vt celebrent funera cum gemitu. Ex Plutarcho, & Diogene Laertio.
Ærumnoſi Soloner. Perſius Satyra 3. 8. Per Soloner intelligit aut philoſophos, aut quoſcunque viros bonos.
Iuſtus Solon. Iuuenalis Satyra 10. 18.

SOLOPHYTVS, Iuuenis fuit regius, qui cum Ilino regio ſimiliter per optimatum factionem, domo regia pulſus, ingentem iuuentutem ſecum contraxit, & in Cappadociæ ora conſedit.

Solor, ſolãris, ſolari. Quaſi ſolidum redintegrare. Plautus Aſina. 10. 37, Aliquam habet peculiarẽ, qui ſpem ſoletur ſuam. Virgilius 1. Georgic. 59,
Interea longum cantu ſolata laborem,
Arguto coniunx percurrit pectine telas.
Allocutione ſolari aliquem. Catul. ad Cornificium, 36. 1.
Dictis amicis ſolari aliquem. Virgil. 5. Æneid. 154.
Verbis amicis ſolari aliquem. Ouid. 5. Faſt. 48.
Amorem ſolatur muſa. Virgil. 10. Æneid. 39.
Famem ſolari. Virgil. 1. Georg. 33, Concuſſáque famem in ſyluis ſolabere quercu.
Lachrymas alicuius ſolari. Ouid. 2. Faſt. 164.
Metum alicuius ſolari. Virgil. 11. Æneid. 11.
¶Lenire dolentem ſolando. Virgil. 4. Æneid. 79.

Solandus, Particip. Ouid. 5. Triſt. eleg. 5. 9, -qua conſolatus amicũ
Sit ope, ſolandus quum ſimul ipſe fores.

Solãtor, pen. prod. Verbale: vt Solator lugentum. Stat. 5. Syl. 5. 8.

Solatium, ſolatii, Oblectamentum: quod & Solamẽ dicitur. Quintil. in Pariete palmato, Cæcitatis miſeræ ſolatium eſt, habere rẽ videntium. Cic. Mario, lib. 7. 3. 13, Vacare culpa, magnum eſt ſolatium. Virgil. 9. eclog. 6, -heu tua nobis
Penè ſimul tecum ſolatia rapta Manalca!
Oblectamentum & ſolatium. Cic. 6. Verr. 118, Vt illi, &c. haberent hæc oblectamenta & ſolatia ſeruitutis.
Solatium & fomentum dolorum. Cic. 2. Tuſcul. 101, Hæc ſunt ſolatia, hæc fomenta ſummorum dolorum.
Dulcia ſolatia. Lucretius lib. 5. 5.
Exigua ſolatia ingentis luctus. Virgil. 11. Æneid. 13.
Frigida ſolatia. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 2. 9.
Mœſta ſolatia. Stat. 2. Achilleid. 56.

Vnicum aduerſorũ ſolatiũ literæ. Quintil. in Proœm. lib. 6. 11.
¶Adhibere ſolatia, Vide Adhibeo.
Admittere ſolatia, Vide Admitto.
Afferre ſolatium, Vide Affero.
Afficere ſolatio. Tacitus lib. 3, Solatio affecit D. Sillanus Iuniæ familiæ redditus.
Conſolari ſe ſolatio. Cic. de Amicitia, 9, Sed non egeo medicina: me ipſe conſolor, & maximè illo ſolatio, quod, &c. Idem ad Atticum, lib. 4. 15. 1, Nóſque malo ſolatio, ſed non multo tamen conſolamur, quòd ipſius vicem minimè dolemus.
Dare ſolatia. Cic. de Claris Orat. 6, Vos verò, inquam, Attice, & præſentem me cura leuatis, & abſenti magna ſolatia dediſtis. Et ad Atticum, lib. 4. 85. 14, Multa mihi dant ſolatia. Ouid. 8. Metam. 103.
Habet hæc res aliquid ſolatii. Cicero ad Atticum. libro 3. 40. 3, Quæ quidem tamen aliquid habebant ſolatii antè quàm eò venirẽt à Pompeio.
Luctum alicuius nullo ſolatio leuare poſſe. Cic. 9. Philipp. 165.
Præbere ſolatium. Cic. pro Archia, 12, Hæc ſtudia adoleſcentiã alunt, ſenectutem oblectant, ſecundas res ornant, aduerſis perfugium ac ſolatium præbent.
Proponere ſibi aliquid ſolatii. Cæſar 7. bell. Gall. 54, Quæ etſi magno cum dolore omnes ferebant, tamen hoc ſibi ſolatii proponebant, quòd ſe prope explorata victoria celeriter amiſſa recuperaturos confidebant.
Recolere aliquem in ſolatium. Tacit. lib. 17, Et recens ab exilio reuerſos nobileis adoleſcentulos auitis ac paternis ſacerdotiis in ſolatium recoluit.
Reportare ſolatium ex aliqua re. Cic. 7. Verr. 100.
In ſolatio eſſe. Plautus Amphit. 8. 11,
Sed hoc me beat, quòd perduelles vicit, & domum
Laudis compos reuenit, in ſolatio eſt.
Solatio eſſe. Cæſar 1. bel. Ciuil. 87, Quod de ſua ſalute impetrauerit, fore etiam reliquis ad ſuam ſpem ſolatio.
Vti ſolatio. Brutus Ciceroni, lib. 11. 26. 1, Maximo meo dolore hoc ſolatio vtor, quòd, &c.

Solatiolum, pen. corr. Diminutiuum. Catull. ad paſſerem Leſbiæ, 12, Vt ſolatiolum ſui doloris.

Solãmen, pen. prod. ſoláminis, Idem. Hoc tamen poetæ frequentius vtuntur. Virg. 3. Æneid. 133, Solamẽque mali de collo fiſtula pẽdet. Cic. de Amicit. 86, Etſi illis planè orbatus eſſe, magnũ tamen afferret mihi ætas ipſa ſolamẽ. Vet⁹ exẽplar legit ſolatiũ.
Mali ſolamen. Virg. 3. Æneid. 133.
Breue ſolamen malorum. Senec. Octau. 33.
Petere ſolamen. Sene. Medea, 7. 11.

Solor, ſolôcis, m. g. Lana craſſa, quaſi ſolida: Item pecus lana tectum. Titinnius in Barathro, Lana ſoloci ad purpurã data. Lucilius, Montano hirco, atque ſoloce. Feſtus.

Solpuga, ſolpúgæ. pe. prod. Genus formicarum venenatũ, quod à fugiendo ſolem, ſolifuga etiã nominatur: cõcitatur enim acriore ſolis: ideóque eum fugit quantum poteſt. Nõ nouit eas Italia Bætica. Lucan. lib. 9. 168, Quis calcare tuas metuat ſolpuga latebras? Vbi quidã corrupte legunt, ſalpinga. Plin. lib. 8. cap. 19, Latè deſerta regio eſt, à ſcorpionibus & ſolpugis gente ſublata. Fortaſſe f in p verſum eſt. Solifuga aliàs dicitur, vt diximus. & ſolipunga à Feſto, niſi codex mendoſus eſt.

Solſtitium, Vide Sol.

Solum, ſõli, priore correpta, Dicitur omne quod ſuſtinet, & vnicuique rei ſubiacet.
Solum aquæ, ſuperficies dicitur, quæ nauium fundamentum eſt. Virg. 5. Æneid. 40, Subtrahiturque ſolum.
Solũ foſſæ. Cæſar 7. bel. Gall. 185, Foſſam, pedum viginti latã, directis lateribus duxit: vt eius ſolum tantundem pateret, quantum ſumma labra diſtabant.
Solum ſtellarum, cælum eſt. Ouid. 1. Metamor. 15, Aſtra tenent cæleſte ſolum.
Viridi ſedẽre ſolo. Virg. 6. Æneid. 39.
Tellus tremefacta ſolo. Virg. 10. Æneid. 21.
Terræ ſolum. Lucret. lib. 1. 43.
¶Solũ, Terra: quia hominũ & animalium fundamentum eſt. Colum. lib. 2. cap. 8. 4, Nam quod ſicco ſolo ingeſtum, & inoccatum eſt, perinde ac ſi repoſitum in horreo, non corrumpitur. Ouid. 2. Metam. 84,
-inque ſolo quod texerat herba iacebat.
¶Solum, propriè terra dicitur, inquit Feſtus. Neuius lib. 1, Tarquinio dedit imperiũ, ſimul & ſola regni. Et alibi, Sed ſola terrarum poſtquam permenſa parumper.
Bonitas ſoli. Quintil. lib. 2. cap. 19. 3, At in ſolo fœcundo plus cultor, quàm ipſa per ſe bonitas ſoli efficiet.
Accliue ſõlum, Vide Accliuis.

Crudum solum, Vide **Crudus.**
Culti soli magna iugera. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 1.
Exiguum solum. Tibul. lib. 1. eleg. 1. 5.
Ferax & fœcundum solum. Ouid. 7. Metam. 84.
Fœcúdũ. Quintil. lib. 2. ca. 19. 3. Macrum, Vide **Macer.**
Lætum, Vide **Lætus.** Marmoreũ. Tibul. li. 3. ele. 3. 4.
Mite. Horatius 1. Carm. ode 18. 1.
Natale solum, Patria, hoc est terra in qua nati sumus. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 47, Nescio qua natale solum dulcedine cunctos
Ducit, & immemores non sinit esse sui.
Nudũ. Claud. 2. in Eutrop. 60. Præpingue. Virg. 3. Æne. 140.
Pingue. Virg. 1. Georg. 13. Putre. Virgil. 2. Georg. 41.
Puluereum. Ouid. 7. Metam. 13.
Siccum, & sine humore vllo. Quintil. lib. 2. cap. 4. 7.
Summum. Quintilia. lib. 1. cap. 3. 3, Vt quæ summo solo sparsa sunt semina, celerius se effundunt, &c.
Triste. Ouid. 8. Metam. 140. Vile. Ouid. epist. 11. 30.
Vinax. Ouid. 1. Metam. 85, -fœcundáque semina rerum
Vinaci nutrita solo.

¶ Æquare solo magistratum, Deprimere, euertere. Liuius 6. ab Vrbe, Solo æquandæ sunt Dictaturæ Consulatusq; vt caput attollere plebs Romana possit.
Compingere solum axibus, Vide **Compingo.**
Concedere solum, Vide **Concedo.**
Dissilit omne solum. Ouid. 1. Metam. 52.
Exercere solum presso sub vomere. Virgil. 2. Georg. 71.
Findere solum. Tibul. lib. 1. eleg. 2. 10, Hæc cantu finditque solum, manésque sepulchris Elicit.
Hæret solo immobilis. Virgil. 7. Æneid. 50.
Ingredi solo. Virg. 4. Æne. 36. Insultare solo. Virg. 3. Geor. 14.
Pingue solum fortes inuertant tauri. Virgil. 1. Georg. 13.
Mutare solum, Vide **Muto.**
Recubãs solo. Virg. 3. Æne. 79. Reptãs solo. Stat. 5. Sylu. 5. 17.
Vertere solum, Cicero pro Cecinna, 72, interpretatur his verbis, Nam qui volũt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt, hoc est sedem ac locum mutant. Idẽ pro Corn. Balbo, Hanc antè amittere non potuissent, quàm huius solum ciuitatis mutatione vertissent.
Arida sola. Virgil. 1. Georg. 16.
Saturare sola fimo pingui. Virgil. 1. Georg. 16.
¶ Sola dura, in plurali dixit Catullus de Berecynthia, 58. 8,
Sed vbi horis aureis sol radiantibus oculis
Lustrauit æthera album, sola dura, mare ferum.
¶ Solum, Mensam appellauit Virgilius 7. Æneid. 13, Et cereale solum pomis agrestibus augent.
¶ Solum, Inferior pars pedis, quam vulgus *soleas* vocat, quæ callosa fit, & dura etiam discalceatis. Cic. 5. Tusc. 15, Mihi amictui est Scythicum tegmen, calceamentum solorum callum, cubile terra.
¶ Solũ, pro Solea calceamẽti, & corio. Mart. lib. 9. 75, in sutorẽ,
Dentibus antiquas solitus producere pelles,
Et mordere luto putre vetúsque solum.

Solarium, solarii, Quid sit declarat Vlpianus, ff. Nequid in loco vel itinere publico fiat. L. prima, Siquis nemine prohibente, Si tamen obstet ædificium id publico vsui: vtiq; is, qui operibus publicis procurat, debebit id deponere: aut si non obstet, solarium ei imponere. Sic enim vectigal hoc appellatur, ex eo quòd pro solo pendatur.

Solum, Aduerbium à solus, Id est tantum. Cic. in Philipp. Nos nuntiationem solùm habemus, Consules & reliqui Magistratus etiã inspectionem. Idem 2. de Legib. 80, De re vna solum dissident, de cæteris mirificè congruunt.
Non solum oratione, sed multò etiam magis vi & dolore. Cic. 2. de Orat. 107. Et pro Cor. Balbo, 20, Neq; solùm dicatione, &c. sed etiam postliminio potest ciuitatis fieri mutatio.
Quasi solùm, ac nõ, vel nõ etiã. Cic. 3. Tusc. 18, Quasi verò atrabili solùm mens, ac non sæpe vel iracúdia grauiore, vel timore, vel dolore moueatur. Idẽ 1. de Finib. 18, Quasi verò, inquit, perpetua oratio rhetorum solùm, non etiam philosophorum sit.

Soluo, soluis, solui, solũtum, pen. prod. Soluere, Quod ligatũ erat, non ligatum facere. Virg. 7. Æn. 81, Soluite crinales vittas, capite Orgia mecũ. Terent. And. 5. 4. 53, Iube solui obsecro.
Aluũ soluere, Laxare & liberã facere. Plin. lib. 14. ca. 18. 21, Thasiam vnã Ægyptius vocat apud se prædulcẽ, quæ soluit aluum.
Amores alicuius soluere. Propert. lib. 1. eleg. 4. 3.
Ab amplexu alicuius solui. Ouid. epist. 13. 3.
Animum arctum soluere. Horat. 2. Serm. saty. 6. 17.
Cæde soluere aliquem, Id est purgare à crimine cædis. Ouid. 2. Fast. 8, Actoriden Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci
Cæde per Æmonias soluit Acastus aquas.
Capillos soluere. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 1.
Corpora soluere in venerem. Virgil. 4. Georg. 40.
Crimine soluere aliquem. Stat. 11. Thebaid. 76.
Crinem soluere. Ouid. 3. de Arte, 156.
Somnus soluerat curas. Ouid. 10. Metam. 74.
Dementia soluere aliquem. Horat. epod. 17. 9.
Ebrietatem soluere, pro Discutere. Celsus lib. 2. ca. 6, Nisi febris accessit eo tempore quo ebrietas solui debet.
Fidem soluere, Rumpere & non seruare. Terent. And. 4. 1. 19, Itáne' imprudens, tandem inuenta est causa, soluisti fidem.
Fœdera soluere. Virgil. 10. Æneid. 19.
Soluent formidine terras. Virgil. eclog. 4. 3.
Ieiunia soluere. Ouid. 5. Met. 107. Iras soluere. Ouid. 9. Meta. 55.
Arator soluit iuga tauris. Virgil. eclog. 4. 9.
Lachrymas soluere, Here. Stat. 2. Achil. 51.
Legibus soluere. Liuius 1. bel. Maced. 202. Petente Flacco vt legibus solueretur, Senatus decreuit vt si Ædilis, qui pro se iuraret, arbitratu Consulum daret. Vide **Lex.**
Soluere linguam ad iurgia. Ouid. in Nuc. 54.
Luctu soluere se. Virgil. 2. Æneid. 6, Ergo omnis longo soluit se Teucria luctu.
Lumina alicuius soluere in lachrymas. Lucan. lib. 8. 11.
Maiestatem soluere, Vide **Maiestas.**
Membra soluere formidine. Virgil. 12. Æneid. 174.
Membra soluuntur frigore. Virgil. 12. Æneid. 191.
Mentes soluere, Liberare curis. Virgil. 4. Æneid. 98.
Metum soluere corde. Virgil. 1. Æneid. 114.
Metu & curis soluere animum, vel aliquem: Hoc est liberare metu & curis. Virgil. 1. Æneid. 114, Soluite corda metu Teucri, secludite curas. Terent. Hecy. 2. 1. 33, Quæ hic erant curare esq; quũ ego vos solui curis cæteris.
Morem soluere, Antiquare. Liuius 1. bel. Maced. 111, Hic enim regum primus traditum à prioribus morem de omnibus Senatum consulendi soluit.
Nodum soluere. Horat. 3. Carm. ode 11. 5.
Obsidionem soluere, pro Recedere ab obsidione. Liu. 4. bell. Pun. 190, Eam obsidionem sine certamine aduenies Cn. Scipio soluit. Ibidẽ, lib. 6. 37, Ne desponderent animos, tolerando paucos dies totam soluturos obsidionem.
Obsidione soluere. Plinius de Viris Illustr. 74, Cizicon obsidione solnit. De L. Lucullo.
Obsidium soluere. Tacit. lib. 4, Primo sui incessu soluit obsidium, locorúmq; opportuna permuniuit. De Dolabella.
Pudorem soluere. Virg. 4. Æneid. 11.
Quies soluerat homines. Ouid. 7. Metam. 37.
Textá soluere. Propert. lib. 2. eleg. 10. 2.
Ventrẽ soluere, & ventris onus. Colu. lib. 9. cap. 13. 2, Tithymallus maiorum quoq; animaliũ ventrem soluit. Mart. lib. 13. 19, Pruna peregrinæ carie rugosa senectæ
Sume, solent duri soluere ventris onus.
Vincla soluere alicui. Tibull. lib. 2. eleg. 2. 2.
Vitam soluere alicui. Propert. lib. 1. eleg. 10. 8.
Vita soluere aliquem, Occidere. Plaut. Menæh. 10. 5, Quẽ ego hominem, si quidem viuo, vita solnam sua.
¶ Soluere dicuntur qui naui vehuntur, quum soluto fune quo nauis retinetur, recedunt. Dicimus autem Soluere simpliciter, nullo adiecto, & Soluere nauẽ. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 9. 3, Nos eo die cœnati soluimus. Plaut. Milit. 16. 50, Nisi eat, te soluturum esse nauim, ventum operam dare.
Soluere Alexandria. Cic. 3. Offic. 66, Si idẽ sciat cõplures mercatoret Alexandria soluisse, nauésque in cursu frumento onustas petentes Rhodum viderit, dicturúne sit Rhodiis id?
Soluere è portu. Cic. pro Murena, 3, Quòd si è portu soluentibus, ii qui iam in portum ex alto inuehantur, præcipere summo studio solent, &c.
Puppis soluit iter de littore. Stat. 5. Sylu. 1. 49.
Soluere naues è portu. Cæs. 4. bel. Gal. 568, Naues octodecim, de quibus suprà demonstratum est, quæ equites sustulerant è superiori portu leni vento soluerũt. Idem 1. bel. Ciuil. 113, Pompeius sub noctem naues soluit. Plaut. Amphit. 4. 158, Nam noctu hac soluta est nauis nostra è portu Persico.
Vela soluere. Virg. 4. Æneid. 115.
¶ Soluere, Aperire. Colu. lib. 6. cap. 14, Ea porrò vena, quæ in aure videtur esse amplissima, sarmento prius verberatur: deinde quum adictum intumuit, cultello soluitur. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 5, Reuertor nunc ad Antoniũ, &c. ergastula soluendo. Vide Ordinatim in **Ordo.**
Argumentum soluere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 21.
Contradictiones soluere. Quintil. lib. 7. cap. 2. 17.
¶ Soluere, Mollè facere. Hora. 1. Car. ode 4. 1, Solutur acris hy-

ems,grata vice Veris. Plin.lib.2.ca.39.2,Soluti humores. Ouid. 2.Meta.171,Quippe color niuis eſt,quam nec veſtigia duri
Calcauere pedis,nec ſoluit aquaticus Auſter.
Niues ſoluuntur.Ouidius ad Liuiam,21.
Æſtu ſolui.Ouid.2.de Arte,64.
¶ Anima ſoluitur in aera.Ouid.15.Metam.169.
Cælum ſoluere in Tartara.Virgil.11.Æneid.41.
¶ Soluere, Debitas pecunias creditori numerare. Cic.5. Verr. 145,Pro frumento nihil ſolui omnino. Terent.Adelp.4.4.19, Egomet rapui,ipſe egomet ſolui argentum. Plaut.Curcul.8.9, Pugnis rem ſoluant,ſiquis poſcat durius. Idem Aulul.19.53,
Vbi nugiuendis res ſoluta eſt omnibus,
Ibi ad poſtremum cedit miles,æs petit. Cic.2.de Legib.79, Extrema illa perſona eſt,vt is qui ei qui mortuus ſit,pecuniam debuerit,neminique eam ſoluerit,perinde habeatur quaſi eam pecuniam ceperit. Idem ad Atticum,lib.1.1.13,Miſimus qui pro vectura ſolueret. Cæſar 1.bell.Ciuil.334, Militibus æqua facta æſtimatione pecuniam pro his rebus ſoluit.
Ad denarium ſoluere. [illegible]ro Quintio,9,Decidis,ſtatuiſq; tu propter neceſſitudinẽ quæ tibi cum Scapulis eſt, quid iis ad denarium ſolueretur.Quem locũ ſic interpretãtur viri docti à nobis in conſilium adhibiti.Galli ſuas rationes(vulgò *computos* vocant)conficiunt ad denarios,ſolidos,libras. Romani nũ vno genere conficiebant:alii ad denariũ,alii ad ſeſtertium:fortaſſe etiã ad quinariũ,ac victoriatũ.Igitur vt facilẽ explicaretur ſolutio pecuniæ quæ Scapulis debebatur,ea denariis æſtimata eſt. Proinde intelligũt vniuerſum debitũ ad eã monetæ ſpeciẽ redactum: vt cõſtaret quot in ſumma denarii Scapulis eſſent perſoluendi.
Rem ſolui ab trapezita meo,Vide A vel Ab præpoſitiones.
Se à me ſoluere,Vide A vel Ab præpoſitiones.
¶ Soluere verbis.Terent.Adel.2.1.10,Neque tu verbis vnquam ſolues,quod mihi re malefeceris. Vbi Donatus,Solues,lues,perſolues,Id eſt ſatisfacies & te purgabis.
Fidem ſoluere voti.Ouid.1.Faſt.118.
Inferias ſoluere alicui.Seneca Hippol.11.9.
Iuſta ſoluere alicui.Seneca Hippol.11.18.
Soluere iuſta funeri.Cic. pro Roſcio Amer.13,Hunc miſerum luctu perditum,qui nondum etiam paterno funeri iuſta ſoluiſſet,nudum eiicit domo.
Munera ſoluere.Ouid.11.Metam.21.
Suprema alicui ſoluere,pro Parentare. Tacit.lib.1, Igitur cupido Cæſarem inuadit ſoluendi ſuprema militibus.
Soluere votum,pro Adimplere.Plau.Rud.2.61,Ait ſeſe Veneri velle votum ſoluere. Martialis lib.11.87,
Cœperunt certam medici ſpondere ſalutem,
Ne votum ſoluat,nunc Maro vota facit. Liuius 1.bel.Mace. 34,Quod niſi factum eſſet: votum rite ſolui non poſſe. Cic.ad Atticum,lib. 15.316.6,Etenim erat abſurdũ, quæ ſi ſtetiſſet Reſpub. bonis non ſoluere, at euerſa illa vota dis ſoluere. Correctius exemplar ſic legit,vouiſſem, ea me euerſa illa vota diſſoluere. Virgil.1.Georg.88.
¶ Soluendo eſſe, Id eſt ſatisfacere pro eo quo obligatus ſum, ſiue pecunia,ſiue remuneratione.Cic.1.Offi.116,Nam cui res ereptа eſt,eſt inimicus:cui data eſt,etiã diſſimulat ſe accipere voluiſſe, & maximè in pecuniis creditis occultat ſuum gaudium, ne videatur non fuiſſe ſoluendo.
Soluendo non eſſe.Cic.2.Philip.31,Quo enim tempore me augurem à toto collegio expetitum Cn.Pompeius & Qu.Hortenſius nominauerunt (neque enim licebat à pluribus nominari) nec tu ſoluendo eras, nec te vllo modo niſi euerſa Repub. fore incolumem putabas, Idem ad Atticum, lib.13.168.4, Quanquam nihil habeo quod dubitẽ,niſi ipſi Magio quæ fuerit cauſa amentiæ,Pro quo quidem etiam ſponſor factus. & nimirum id fuit: ſoluendo enim non erat.
Soluendo æri alieno eſſe.Liu.1.bel.Maced.50,Quum & priuati æquum poſtularent : nec tamen ſoluendo æri alieno Reſpub. eſſet: quod medium inter æquum & vtile erat,decreuerunt.
Tempus ſoluendi.Lucretius lib.5.246.
¶ Soluiſſe.quatuor ſyllabarũ per diæreſim.Tibull.lib.4.eleg. 5.4.Sed potius valida teneamur vterque catena,
Nulla queat poſthac quam ſoluiſſe dies.

Solûtus,pen.prod.Participium,ſiue Nomen ex participio. Cicero ad Atticum,lib.1.8.1,Tertiam quam (vt ſcribis)anchoris ſolutis de phaſelo dediſti.
Expeditus,ſolutus & liber.Cic.4.Acad.188, Sic igitur indicta & cõſtituta probabilia,& eo quidẽ expedito,ſoluto,libero,nulla re implicato,vides profectò Luculle facere iam illud tuũ perſpicuitatis patrocinium. Idem 4.Acad.16,Hoc autẽ liberiores & ſolutiores ſumus,quòd integra nobis eſt iudicandi poteſtas.
Culpa liberat⁹,& crimine nefario ſolut⁹.Cic.pro Roſ.Ame.85.

Solutus à cupiditatibus. Cic.pro Lege agraria,17,Omnes qui ſe incolumes volent, ſequentur authoritatem conſulis ſoluti à cupiditatibus,liberi à delictis.
Belli cura ſolutus.Plin.lib.11.ca.4.1,Decreuit in triumphis Senatus,cura belli ſolutus,& populus otioſus: graminea nunquam niſi in ſuprema deſperatione.
Iureiurando ſolutus.Cic.1.Offic.63, Deinde egreſſus è caſtris, iureiurando ſe ſolutum putabat: & erat verbis,re non erat.
Languore molli ſolutus.Ouid.11.Metam.31.
Legibus ſolutus,pro Abſolutus.Cic.pro Lege Manil.43,Quid tam ſingulare,quàm vt ex Senatuſconſulto legibus ſolutus Conſul ante fieret,quàm vllum alium magiſtratum per leges capere licuiſſet? Idem 1.de Legib.91, Aut eos ſiqui hoc, vt. Fabritius,virtutis cauſa ſoluti legibus conſecrati ſunt. Sic ad Atticũ, lib.1.11.11,Lurco autem Trib. plebis qui magiſtratum ſimul cũ lege Ælia iniit, ſolutus eſt & Ælia & Fuſia,vt legem de ambitu ferret. Horat.2.Serm.ſat.6.14. Vulgò dicitur *Diſpenſatus de lege*.
Luxu ſoluta.Quintil.lib.3.cap.8.19.
Morbo ſolutus,Mortuus.Plin.de Viris illuſt.3, Morbo ſolutus, in Ianiculo ſepultus eſt.
Morte ſoluta.Ouid.in Ibin,30.
Famuli ſoluti operum.Horatius 3.Carm.ode 17.4.Hoc eſt,vacantes,& ab opere feriati.Acron.
Somno ſoluta.Cic. 1.de Diuinatione,210,Sic animum quum aut ſomno ſoluti vacant corpore, aut mente permoti per ſe ipſi liberi incitati mouentur, cernunt ea quæ permiſti cum corpore animi videre non poſſunt. Liuius 5.ab Vrbe,199,Nuſquam prælium,omnibus locis cædes eſt: nuda corpora & ſoluta ſomno trucidantur.
Vino ſolutus.Virgilius 9.Æneid.38,
Cernis quæ Rutulos habeat fiducia rerum,
Lumina rata micant: ſomno vinóque ſoluti
Procubuere: ſilent latè loca.
Animo ſoluto ac libero.Cic.7.Verr.65.
Soluto ac vacuo animo cogitare,Cic.2.Verr.16.
Soluto ac quieto animo eſſe.Cic.pro Roſcio Comœdo,25,Hoc ego loco,ſoluto & quieto ſum animo: & quorſum recidat reſpõſum tuum,non magnopere laboro.
Cœtu ſoluto diſcedunt.Ouid.13.Metam.190.
Culpa ſoluta mea eſt.Ouid.4.Triſt.eleg.4.2.
Solutior cura.Liu.3.ab Vrbe,34,Quãto longius ab vrbe hoſtiũ abſcederent,eo ſolutiore cura in Lucretiũ incidunt Conſulem.
Gradu ſoluto labitur moriens.Sene.Hippol.4.2.
Libido ſolutior,Liu.2.ab vrbe,12,Erant in Romana iuuentute adoleſcentes aliquot,nec li tenui loco orti,quorum in regno libido ſolutior fuerat.
Merces ſoluta.Ouid.1.Amor.eleg.10.9.
Nix ſolita verno ſole.Ouid.3.Triſt.eleg.12.6.
Optio ſoluta eligendi,Libera. Cic.1.de Legib.51,Nam libero tẽpore,quũ ſoluta nobis eſt eligendi optio,quumque nihil impedit quominus id quod maximè placet, facere poſſimus, omnis voluptas aſſumenda eſt,omnis dolor depellendus.
Oratio ſoluta,Quæ metrica lege non tenetur, & pedibus non obuincitur.Plin.epiſt.16.b, Plautum vel Terentium metro ſoluto legi credidi. Idem epiſt. 119.d, Ineſt his quoque eadem, quæ aliis carminibus vtilitas , quòd metri neceſſitate deuincti, ſoluta oratione lætamur. Varro 1.de Re ruſt.cap.1.8, Ii, quos dixi,omnes ſoluta oratione ſcripſerunt. Quintil.lib.9.cap.4, Oratio alia vincta atque contexta,alia ſoluta, qualis in ſermone.& epiſtolis. Ibidem,Quanuis iuncta ſit,tamen ſoluta videri debet oratio.
Ratio ſoluta.Cic.ad Appium,lib.3.5.5,Quo mea ratio facilior & ſolutior eſſe poſſet.
Riſus ſolutus,Magnus & à curis liber. Virg.2.Geor.78,Verſib⁹ incõptis ludũt riſuſq; ſoluto.Hoc eſt cachinno, inquit Seruius.
Sopor ſolutus clamore.Ouid.3.Metam.116.
Terra ſoluta,Rara,cõtraria ſpiſſæ.Plin.li.18.ca.6.13. & Colu. lib.1,Soli pinguis vel macri,ſoluti vel ſpiſſi,humidi vel ſicci.
Zonæ ſolutæ.Horat.1.Carm.ode 30.1.
Solutiſſimus.Cic.ad Lentulum,lib.1.9.87,Si eſſent omnia mihi ſolutiſſima,tamen in Rep.non alius eſſem atque nunc ſum. Id eſt,etiam ſi liberrimum eſſet mihi.

Soluté,pen.prod.Aduerb.Cic.2.de Diuin.150, Si aut furore diuino incitatus animus, aut ſõno relaxatus ſolutè moueatur ac liberè.

Solutio,Verbale.vt Solutio ſtomachi,quod & diſſolutio dicitur,nẽ pe quum vires ventriculi infirmæ diſſoluuntur.Plin.lib.20.cap. 21.13,Cum melle aut adipe,aut cera,ſtomachi ſolutiones,inſperſum polentæ modo.
Solutio, ad omnem liberationem quoquo modo factã tranſfertur, magiſque ad ſubiectum obligationis,quàm ad nummo-

rum solutionem. Vlpianus de Verb.significat.Solutionis verbo satisfactionem quoque omnem accipiendam placet.Soluere dicimus eum qui facit id quod facere promisit. Cic.2.Offic.14, Nec enim vlla res vehementius Rempub.continet,quàm fides: quæ esse nulla potest, nisi erit necessaria solutio rerum creditarum. Idem Attico,lib.6.111.31,Quod de Philotimo, & solutione ita x x d c.scribis,&c.

Solútilis & hoc solútile,pen.corr.Quasi solubilis,Quod facilè solui potest, vel quod solutum & non fideliter consutum est.vt nauis qua Nero matri Agrippinæ fecit naufragium. Suetonius in Nerone,cap.34,Solutilem nauem, cuius vel naufragio, vel cameræ ruina periret,commentus est.

Solus,priore producta,Adiect. à Solon dicitur, quod Oscorum lingua Totum significat.Cic.3.Offi.114,Cui quū visum esset vtilius solum se quàm cum altero regnare,fratrem interemit.

Solus,more superlatiuorum,genitiuum aliquādo regit.vt Solus omnium acipenser squamis ad os versis,cōtra aquas natādo meat.Apud Plinium,lib.9.cap.17.Vnus omnium,legitur. Ibidem,cap.51, Ita fit vt sola piscium & animal & ova concipiant.

Solus ex omnibus,vel inter omnes,etiā dicimus.Cic. de Prouinc.Consul.15,Tib.Gracchus,&c.solus ex toto illo collegio,&c. Idem 3. de Orat.37,Stoicos autem,quos minimè improbo,&c. soli ex omnibus eloquentiam virtutem ac sapientiā esse dixerunt. Ibidem,71,Gorgias solus ex omnibus.

Solæ in plurali dicimus,quum in singulari pluralitatē significet.Terent.Adelph.3.1.4,Solæ sumus.

¶Solus,Desertus.Virgil.3.Georg.50,Heu malè tum Libyæ solis erratur in agris.

Locus solus,id est solitudo.Salust.in Iugurtha,Marius interea exercitu in hybernis cōposito, cum expeditis cohortibus,& parte equitatus proficiscitur in loca sola,obsessum turrim regiam. Cic.1.de Diuinat.105,Quum in locis solis mœstus errares. Terent.And.1.4.3,Venit meditatus alicunde ex solo loco.Id est deserto,vt ait Donatus.

Sola sub rupe iacentem.Virgil.eclog.10.3.

Terræ solæ,Idem.Plautus Mostel.14.3,

Sed etiam in terras solas,oráque vltimas
Sum circunuectus. Terent.Phorm.5.8.86,Nónne hoc publicitus scelus hinc deportarier in solas terras?

¶Solis tribus idibus.Plautus Bacchid. 10.50,Eos ego hodie omnes contruncabo duobus solis idibus. Terent. Phorm.3. 3. 14,Quantum opus est tibi argenti?loquere. P.Solæ triginta minæ. Cic. ad Atticum,lib.5.105.4. Quod Scæuolæ contigit, qui solos nouem menses Asiæ præfuit. Idem 3.Verr.110,Is mihi etiam quæritur quòd à nobis nouem solis diebus prima actio sui iudicii transacta sit.

¶Solius in genitiuo facit,& soli,solæ,soli.Terent.Eunuch.5.7. 3.Mihi solæ ridiculo fuit.

Solitarius,Adiectiuum,Qui solus est.Cic.de Amicitia,74,Sic natura solitarium nihil amat,sempérqi ad aliquid,tanquam adminiculum,annititur. Ibidem,70, Virtutum amicitia adiutrix à natura data est,non vitiorum comes: vt quoniam solitaria non potest virtus ad ea quæ summa sunt,peruenire,coniuncta & sociata cum altera perueniret. Sic 1.Offi.55,Solitario homini,atque in agro vitam agenti.

Solitarium & rarum.Cic.1.de Inuent.96, Oportet autē animaduertere,ne quum aliter multa sint iudicata,solitariū aliquod, aut rarum iudicarum afferatur.

Solitus,Aliud adiect.à solus.Plaut.Amph.Qui soliti inuiti cubant.

Solitúdo,pen.prod.solitúdinis,fœ.ge.Vbi vnus vel nullus habitat, recessus,inhabitata plaga.Cæsar 6.bel.Gal.81,Ciuitatibus maxima laus est, quàm latissimis circum se vastatis finibus solitudines habere.

Solitudo hominis dicitur, quando neminem habet qui eum defendat.Terent.Adelph.3.1.5,

Tot res repentè circunuallant,vnde emergi non potest:
Vis,egestas,iniustitia,solitudo,infamia.

Solitudo puerorum. Cic.3. Verr. 108, Habemus enim liberos paruos: incertum est quàm longa nostrum cuiusque vita futura sit: consulere viui ac prospicere debemus,vt illorum solitudo & pueritia quàm firmissimo præsidio munita sit.

Solitudo ab oratoribus.Cic.de Claris Orat.110.

Solitudo ante ostium.Terent.Andria,1.1.25,Quum illò aduenio,solitudo ante ostium.Id est neminē ante ostium stare vidi. Cic.5. de Finib.2, Quum autem venissemus in Academiæ non sine causa nobilitata spatia,solitudo erat ea quam volueramus.

Insueta solitudo,Vide **Insuetus**.

Capere solitudines,Vide Capto in **Capio**.

Collocare in solitudinem,Vide **Colloco**.

Considere in solitudines,Vide **Considco**.

Fugæ,solitudinique mandare vitam,Vide **Mando**,mādas.

Obturbare alicuius solitudinem,Vide **Obturbo**.

Soliuagus,pen.corr.Adiect. Qui solus vagatur: cui opponitur Cōgregatus.Plin.lib.8.cap.7.6,Nec nisi lacessiti nocēt,ideróqi gregatim semper ambulent,minimè ex omnibus soliuagi. Cic.5. Tusc.54,Alias volucres cælo frui libero,serpētis quasdā, quasdā esse gradientis:earū ipsarū partim soliuagas,partim cōgregatas.

Soliuagum cælum.Cic.de Vniuers.26,Deinde quum circundedit corpore,& vestiuit extrinsecus,cælóque soliuago & volubili, & in orbem incitato complexus est.

Soliuaga cognitio,& ieiuna.Cic.1.Offic.110.Ieiaque nisi ea virtus quæ constat ex hominibus tuendis, id est ex societate generis humani, attingat rerum cognitionem, soliuaga cognitio & ieiuna videatur.

Solo,solas,solare,Solum & desertum facere locum aliquem. Stat. 5.Thebaid.30, -furor omnibus idem,
Idem animus solare domos,inuenúmque,senúmque
Præcipitare colos,plenísque adfringere paruos
Vberibus,ferróque omnes exire per annos.

SOLYMI,pen.corr.Straboni lib.14,Populi iuxta Lyciam,quos Homerus pugnacissimos fuisse scribit,& à Bellerophonte deuictos. Cor. Tacitus de Iudæorum origine,Alii clara Iudæorum initia Solymos carminibus celebratam Homeri gentem,conditam vrbem Hierosolymam nomine suo fecisse: vnde Iuuenalis Satyra 6.55,Interpres legum Solymarum. De Solymis ita Strabo lib. 14,Poeta Solymos diuersos facit à Lyciis,nam Bellerophontes à rege Lyciorum missus, Hic Solymis iterum præstantibus intulit arma. Quod verò Lycios prius Solymos vocatos dicunt, postea Termilas,qui ab iis,qui cum Sarpedone ex Creta venerūt, & postea Lycios à Lyco Pandionis filio,qui quum à propria terra exisset, in regni partem à Sarpedone acceptus est. cum Homero non concordauit.At qui dicunt eos à poeta Solymos dici, qui nunc Milyes appellantur,melius sentiunt. Valerius 1. Argonaut.3,Nanque potens Solymo nigrantem puluere fratrem.

Declinatur vrbs,Solymæ,Solymarū:& Hierosolymæ,Hierosolymarum: Hierosolyma,Hierosolymæ. Vnde Hierosolymitanus.

Somnus,somni,m.g.Dicitur quū dormimus,Nempe ipse dormiendi actus. Virgil.3.Georg.106, -nec somnos abrumpit cura salubres. Terent.Heaut.3.1.81,Somnū hercle ego hac nocte oculis non vidi meis. Cic.pro Rosc. Amer.39,Nemo enim putabat quenquam esse, qui quum omnia diuina atque humana iura scelere nefario polluisset,somnum statim capere potuisset.

Somnus,Nox.Terentius And.2.1.18,

-quo æquior sum Pamphilo,
Si se illam in somnis,quàm illum amplecti maluit. Vbi Donatus,In somnis,per noctem.Virg.1.Georg.41,Libra die,somnique pares vbi fecerit horas. Plautus,Miris modis ludos faciunt hominibus,minúsque exēplis, omnia in somnis. Cic.1.de Diuinat.76,Quia mater grauida párere se ardentem facem
Visa est in somnis Hecuba. Ibidem,88,Annibalem,quum cepisset Saguntum,visum esse in somnis à Ioue in deorum concilium vocari.

In somnis,Vide **In** præpositionem.

Somnus Græcè dicitur *Ypnos*. Apud antiquissimos autē primū dicebatur ypnus:postea sopnus, mutata aspiratione in s, & v in o,sicut fit in herpyllon serpyllon.Frequētius nūc somnus,quàm sopnus dicimus.

Perfugium omniū laborum & solicitudinum est somnus.Cicero 2.de Diuinat.111.

Mortis imago & simulachrum est somnus.Cic.1.Tusc.147.

Nihil morti est tā simile,quàm somnus.Cic.de Senect.73.

Languidus somno.Quintil.lib.4.cap.2.76,Somnóne te langui dum,an graui lethargo putem pressum?

Lumina expertia somno.Lucret.lib.6.138.

Grauis somno.Ouid.3.Metam.111.

Marcidus somno,Vide **Marceo**.

Vacuus somno.Ouid.1.Amor.eleg.2.1.

Benignus somni,Qui bene dormit.Horat.2.Serm.saty.3.1.

Inertia somni.Ouid.epist.14.15.

Domitor curarum somnus. Senec.Agamemn.2.4.

Domitor malorum somnus.Senec.Herc.furen.2.3.

¶Breuis somnus,Vide **Brcuis**.

Celer somnus.Senec.Hippol.4.33.

Deterior somnus.Stat.1.Thebaid.37.

Dulces somni.Virg.1.Georg.69.

Facilis somnus.Horat.2.Carm.ode 11.1.

Fallax somnus.Catull.Argon.59.11.

Ferreus somnus.Virg.10.Aneid.149,

Olli dura quies oculos,& ferreus vrget
Somnus: in æternam clauduntur lumina noctem. Epitheton

est Homericum χάλκεος ὕπνος, vt adnotauit Seruius quoque.
Frigidus somnus, Mori. Valerius 3. Argon. 36.
Furentes somni. Lucanus lib. 7. 155.
Ignauus somnus. Ouid. 11. Metam. 119.
Immolici somni. Ouidius 1. de Arte, 29.
Incestus somnus. Claudianus de bello Gildonico, 90.
Lenis somnus. Horat. 3. Carm. ode 1. 5. Ouid. 8. Metam. 166.
Leuis somnus. Silius lib. 7. 61.
Liquidus somnus. Valerius 4. Argonaut. 4.
Longus somnus. Horat. 3. Carm. ode 11. 8.
Medicatus somnus. Ouid. epist. 11. 13, Flammea subduxi medicato lumina somno.
Molles somni. Virgil. 2. Georg. 94. Ouid. 1. Metam. 130.
Parcus & breuis somnus, Vide Parcus.
Placidus somnus. Ouid. 6. Metam. 98.
Primo somno prodita tentoria. Virgil. 1. Æneid. 95.
Quieti somni. Seneca Hercule furente, 10. 3.
Salubres somni. Virg. 3. Geor. 106. Soporifer. Lucanus lib. 3. 2.
Tacitus somnus. Tibullus lib. 2. eleg. 1. 18.
Tener somnus. Ouid. 2. de Arte, 10.
Volucer somnus. Virg. 6. Æneid. 141, -manus effugit imago
Par leuibus ventis, volucrique simillima somno.
¶ Abducere somnum, Vide Abduco.
Abrumpere somnum, Vide Abrumpo.
Matutinos abrumpere murmure somnos. Stat. 2. Sylu. 1. 14.
Abrumpit somnos cura. Virgil. 3. Georg. 106.
Accedit somnus, Vide Accedo.
Dulces accersere somnos. Stat. 5. Sylu. 5. 18.
Accersitus somno, Vide Accerso.
Otia somni accipere, Dormire. Statius 3. Thebaid. 1.
Adimere somnum, Vide Adimo.
Adoperta somno lumina. Ouid. 1. Metam. 144.
Afferre somnum, Vide Affero.
Allicere somnum, Vide Allicio.
Amouere somnum, Vide Amouco.
Auertere somnum alicui. Horat. 1. Serm. Saty. 5. 3.
Auferre somnos pauore. Horat. Epod. 5. 11.
Capere somnum. Cic. ad Atticum, lib. 8. 14. 5. 6, Ego si somnum possem capere, tam longis te epistolis non obtunderem.
Nimio è labore somnũ capiũt sine Cerere. Catul. de Bere. 58. 8.
Captare somnos, Vide Capto in Capio.
Carpere somnos, Vide Carpo.
Circundatus somnus fuluis alis. Tibullus lib. 2. eleg. 1. 18.
Cõplectitur nos somnus. Cic. in Som. Scipi. 4, Deinde vt cubitũ discessimus, &c. arctior quàm solebat, somnus complexus est.
Conciliare somnum, Vide Concilio.
Concitare somnum, Vide Concito.
Condit lumina natantia somnus. Virgil. 4. Georg. 100.
Conterere partem æui somno. Lucret. lib. 3. 213.
Corripere corpus è somno. Virgil. 4. Æneid. 115.
Defendit somnos excubitor. Seneca Thyeste, 5. 11.
Leuis somnus delapsus ab astris ætheriis. Virgil. 5. Æneid. 168.
Depellere somnos. Seneca Troade, 6. 9.
Deuincti somno. Lucretius lib. 4. 107.
Dulci deuictus lumina somno. Catul. Argonaut. 59. 25.
Cura diuellit somnos. Horat. 1. epist. 10. 4.
Dare corpora somno. Ouidius 6. Metam. 98.
Dare se somno. Cic. 1. Tusc. 184, Pòst epulatos cũ matre adolescentes somno se dedisse. Plin. lib. 8. ca. 25, In litore somno datum, parua auis inuitat ad hiandum, sui pabuli gratia.
Ducere somnos. Virgil. 4. Æneid. 111, -potes hoc sub casu ducere somnos?
Ducere somnos & arcere. Ouid. 2. Metam. 148,
Vt teres in dextra, qua somnos ducit & arcet,
Virga fit. De caduceo Mercurii loquitur, quo dat somnos, adimitque, & lumina morte resignat, vt canit Virgilius 4. Æn. 40.
Eripitur somnus. Celsus lib. 1. cap. 7, Oratorum quoq; frequẽs motus, & in capitis dolore offusæ oculis tenebræ: vel nullo dolore substante ereptus somnus.
Euincere somnos. Ouid. 1. Metam. 130.
Excitare ex somno. Cic. in Som. Scip. 8, Quæso, inquit, ne me è sono excitetis. Sic pro Sylla, 17. Et 4. Tusc. 67, E sõno suscitari.
Excitus somno. Silius lib. 17. 21.
Excutior somno. Virgil. 2. Æneid. 61.
Expellere somnos. Ouidius epist. 14. 15.
Facere somnum. Celsus lib. 3. cap. 39, Quæ quia leuat morbũ, potest etiam somnum facere.
Fusa corpora vino somnóque. Virgil. 9. Æneid. 64.
Grauatus somno. Virgil. 6. Æneid. 104.
Habet somnus animalia, Id est dormiunt animalia. Virgil. 3. Æneid. 30, Nox erat, & terris animalia somnus habebat.
Iacẽs somno. Virg. eclog. 6. 3, -Chromis & Mnasylus in antro
Silenum pueri somno videre iacentem.
Nigros imitantia murmura somnos. Stat. 1. Sylu. 3. 9.
Indulgere somno. Claud. de Theodoro & Adriano, 44.
Inire somnum, Vide Inco, inis.
Interrumpere somnos, Vide Interrumpo.
Inuitat somnos riuus. Ouidius 11. Metam. 111.
Labitur somnus in artus. Ouid. 11. Metam. 117.
Moliri corpora ex somno, Vide Molior.
Mulcens pectora somnus. Ouid. epist. 17. 6.
Breuis somnus fessis obrepsit genis. Seneca Troade, 6. 7.
Obrepens somnus mouet caput. Ouid. epist. 18. 10.
Obruta somno legio. Statius 10. Thebaid. 38.
Oppressit somnus virginem, Vide Opprimo.
Parere somnum alicui mero. Tibullus lib. 1. eleg. 6. 6, Sæpe mero somnum peperi tibi.
Pellere inertes somnos, Vide Pello.
Perfundere somnos sanguine. Stat. 5. Thebaid. 24, Sanguine securos iuuenum perfundere somnos. Id est occidere dormientes iuuenes. Satis licenter.
Lethæo somno perfusa papauera. Virgil. 1. Georg. 16.
Petere somnum. Quintil. lib. 9. cap. 4, Pythagoræis moris certè fuit & quum euigilassent, animos ad lyram excitare, quo essent ad agendum erectiores: & quum somnum peterent, ad eandem prius lenire mentes, vt siquid fuisset turbidiorum cogitationũ, componerent. Virg. 7. Æneid. 18, -sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnóque petiuit.
Porrectus somno sub frondibus. Stat. 2. Achill. eid. 15.
Silentia præbent somnum. Ouidius 5. Fast. 86.
Priuare somno. Cicero ad Atticum, lib. 9. 18. 1, Quum me ægritudo non solum somno priuaret, verum ne vigilare quidem sine summo dolore pateretur.
Proflare somnum pectore. Virgil. 9. Æneid. 66.
Imbelli somno recubant littora. Statius 3. Thebaid. 51.
Reducere somnum alicui. Horat. 3. Carm. ode 1. 5.
Reliquit me somnus. Virgil. 8. Æneid. 14.
Repetere somnum. Cic. ad Atticum, lib. 13. 190. 1, Deinde cum somno repetito simul cum sole experrectus essem, &c.
Sepulti somno, dicuntur qui profundo maximè somno tenẽtur. Lucret. lib. 1. 17. Idem lib. 5. 195.
Sepulta vrbs somno vinóque. Virg. 2. Æneid. 53.
Fugam somni lux alma secuta est. Ouid. 15. Metam. 133.
Solutus vino somnóque. Virg. 9. Æneid. 38.
Sopitus somno. Virg. 1. Æneid. 137.
Sternere se somno. Virg. 4. Georg. 87.
Tegit ocellos somnus quiete. Catull. ad Licinium, 47. 2.
Pigro torpebant æquora somno. Stat. 3. Sylu. 2. 15.
Trahere somnum per suspiria. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 11.
Irriguo somno turgescere. Pers. Saty. 5. 6.

Somnium, somnii, Illusio quam patimur quum dormimus. Cicero 1. de Lege agrar. 1, Hæc per deos immortales vtrũ esse vobis cõsilia siccorũ, an vinolentorũ somnia: & vtrum cogitata sapientum, an optata furiosorum videntur? Idẽ 4. Acad. 191, Vera esse aruspicum auspicia, oracula, somnia, vaticinationes.
Ægri somnia. Horat. de Arte, 1,
Credite Pisones isti tabulæ fore librum
Persimilem: cuius velut ægri somnia, vanæ
Fingentur species, vt nec pes, nec caput vni
Reddatur formæ.
Vigilantium velut quædam somnia. Quintil. lib. 6. cap. 2. 14, Nã vt inter otia animorũ, & spes inanes, & velut somnia quædam vigilantium, ita nos, &c.
Per somnium. Cic. 2. de Diuinat. 40, Illud autem naturale aut concitatione mentis edi, & quasi fundi videbatur, aut animo per somnium sensibus & curis vacuo prouideri.
Admonitio in somniis. Cic. 1. de Diuinat. 58, Eandem in somniis admonitionem fuisse tertiam.
Colores somniorum & superstitionum. Quintil. lib. 4. ca. 2, 67, Somniorum & superstitionum colores ipsa iam facilitate authoritatem perdiderunt.
Concursatio somniorum, Vide Concursatio in Concurro.
Coniector somniorum. Cic. 2. de Diuin. 184.
Somniorum interpres vaferrimus Chrysippus. Cic. 1. de Natura deorum, 56.
Ratio somniorum. Cic. 4. Academ. 94.
¶ Dira somnia. Valerius 3. Argon. 11.
Lymphatica somnia, Vide Lympha.
Nigra somnia. Tibull. lib. 3. eleg. 1. 18.
Nocturna somnia. Horat. 4. Carm. ode 13.

Sæua somnia.Seneca Hercule furente,ii.6.
Et fusus humi sæua ferox Corde volutat somnia.
Sollicitum somnium.Seneca Troade,5.8.
Tristia somnia.Virgil.5.Æneid,168.
Vaga somnia.Statius 10.Thebaid.21.
Vera somnia.Horat.1.Serm.satyra 10.7,Post mediam noctem visus,quum somnia vera,&c.
¶ Cernere somnia.Lucretius lib.3.113.
Alicui enarrare somnium.Cic.1.de Diuinat.48.
Explicare interpretatione somnia.Cic.1,de Diuinat.71.
Fingere somnia.Lucret.lib.1.21. Virgil.eclog.8.21, -an qui amant,ipsi sibi somnia fingunt?
Interpretari somnium,Vide **Interpretor.**
Pertinet somnium ad hoc,Vide **Pertineo.**
Terrent me insomnia.Virgil.4.Æneid.1.
Videre somnia.Ouidius 9.Metam.96,
Me miseram,quid vult tacitæ sibi noctis imago?
Quàm nolim rata sit.cur hæc ego somnia vidi?
Vti somniis iucundissimis.Cic.5.de Finib.100,Itaq; ne si iccũ dissimis quidẽ nos somniis vsuros putemus,Endymionis somnũ nobis velimus dari: idque si accidat,mortis instar putemus.
¶ Somnium,Ironicè dictum,quemadmodum nugæ, & similia.Terent.Phorm.5.6.34,
Quid ais?cũ eius consuenit matre olim in Lemno clanculũ.
P. Somnium: vtine hæc ignoraret suum patrem? Quasi dicat, non est verum. Idem Adelph.2.1.50,
Vbi me dixero dare tanti,testes faciet ilico
Vendidisse me.de argento somnium,mox cras redi.Id est nulla mentio,negligitur,non curatur.
Somnio,somnias,somniare,Per quietem aliquid,quasi siquis vigilaret,videre.Terent.And.5.6.7, -num ille somniat ea,quæ vigilans voluit? Plaut.Curcul. Quos tu mihi luscos libertos,quos sumanos somnias?Id est somniando loqueris.
Si ita natura paratũ esset,vt ea dormientes agerent quæ somniarẽt,alligãdi omnes essent qui cubitũ irent.Cic.2.de Diui.181.
Mortuum esse somniare.Cic.4.Academ.95.
Somniare aliquem.Terent.Eunuch.2.2.114,
Dies noctésque me ames: me desyderes,
Me somnies,me expectes,de me cogites,&c. Cic.Atti.li.9.185.7.
Somniare ineptias.Colum.lib.1.cap.8.1,Nunquam non easdẽ ineptias somniat. Cic.Attico,lib.7.132.2,Sine Senatu,sine magistratu,ne somniare quidem poterit quicquam ῥᾳθυμῶς. Vetus codex habet simulare.
¶ Sóniari,Impersonale.Plin.lib.18.cap.4.10,Aristoteles & Fabianus plurimũ somniari circa Vernum & Autumnũ tradunt.
Somnians,Particip.Cic.1.de Diui.188,Hæc somniãtis est diuinatio.
Miracula non differentium philosophorũ, sed somniantium. Cic.1.de Nat.deorum,18.
Somniôsus,pen.pro.Adiect.Qui crebris sõniis vexatur.Plin.lib.18. cap.19.14,Sõniosos fieri lépore sumpto in cibis,Cato arbitratur.
Somnifer,pe.cor.Aliud adiect.Quod affert sõnũ,& Soporiferũ etiã dicitur.Pli.lib.18.ca.15.19, Vlsq; somnifera etiã satiuo papaueri.
Venena somnifera.Ouid.9.Metam.139.
Somnificus,pen.cor. Item adiectiuũ.Plin.lib.37.cap.10.19,Et viso dracone spargere somnifica medicamenta,atque ita præcidere. Idem lib.29.cap.4.6,Quoniã vincatur aspidum somnifica vis.
Sõniculôsus,pe.pro.Similiter adiect.Somno plenũ & ignauia.Cic. de Senect.31,Quæ vitia sunt non senectutis,sed inertis, ignauæ, somniculosæ senectutis. Colum.lib.1.cap.8.1,Socors & somniculosum genus id mancipiorum,otiis,campo, circo,alea, popinæ,lupanaribus consuetũ,nunquam non eadem ineptias somniat. Idem lib.11.cap. 1.11, Nam & ebrioso cura officii pariter cum memoria subtrahitur,& somniculoso plurima effugiunt.
¶ Somniculosus interdũ dicitur non qui somno indulget,sed qui somnum inducit,habétque vim somnificam: vnde Sisenna aspidem vocat somniculosam,non quòd ipsa dormiat,sed quòd vi somnifica homines percussos enecet.
Somniculósè,pen.prod.Aduerbium,Negligenter.Plaut.Capt.5.35, Haud somniculosè hoc agendum est.
Somnolentus,Somno plenus.Huius nullum exemplum repperi.
Somnorinus,Adiectiuũ.apud antiquos dicebatur id quod in somnis videbatur.Varro Prometheo,lib.1,Hic somnorinas imagines affatur. Nonius.
Sonabilis,Vide Sonus.
Sonchos,Herba,quã Latini,atque adeò Columella cicerbitam vocant,intybi siue ambubaiæ,& lactucæ quædam species:nã & lacte abundat,quæ antiquis esui erat,& in hortis serebatur:núc autẽ nobis neglecta, & tantum cuniculorum cibis cõmendata. Plin.lib.22.ca.22.10,Estur & sonchos,vt quẽ Theseo apud Callimachum apponat Hecate,vterq; albus & niger, lactucæ similes ambo,nisi spinosi essent,caule cubitali angulosõ,intus cauo, sed qui fractus copioso lacte manat.Vulgus nostrũ vocat Dulceron.
Sonipes,Sonitus,& Sono,Vide Sonus.
Sons,sontis,um.g. Propriè dicitur cuius culpa iã sonat: hoc est qui erroris conuictus est.Festus,Sons,nocens:Insons, innocens. Plaut.Capt.8.16, Quàm in tribu aperto capite sontes condemnant reos. Cic.3.de Legib.9,Vincula sontium seruanto, capitalia vindicanto. Sic 1.Tuscul.71. Et 1.Offic.115,Punire sontes.
Animam sontem dare.Virgil.10.Æneid.171.
Protegere sontes.Ouid.1.Trist.55.
Furiis sontibus impulsus.Valer.5.Argon.9.
Sanguine sonti fœdatus.Ouid.13.Metam.114.
Thalami sontes.Statius 4.Thebaid.17.
Turbæ sonti decreta plaga.Seneca Herc.furente,15.17.
Sónticus,pen.corr.Adiect.Quod nocet.vnde Sonticus morbus,qui perpetuò nocet,& totum inuadit corpus. Plin.lib.26. cap.19.5, Deprehendit sonticum morbum & virginitatem sustitus.
Causa sontica.Tibullus lib.1.elegia 8.11,.
Parce precor tenero:non illi sontica causa est,
Sed nimius lutho corpora tingit amor.
Sonticus,pro Iusto aliquando accipitur. Nævius,Sonticã esse oportet causam,quamobrẽ perdas mulierem.Ex Festo.
Sonus,soni,Omnis vox,& quicquid auribus percipi potest.Cicero 1.de Diuinatione, 185, Qui sono quodam vocum & Phrygiis cantibus incitantur.
Sonus pronuntiandi.Cic.1.de Oratore,41.
Acuti soni.Quintil.lib.1.cap.8.10.Vide **Acuo.**
Cæcus sonus.Seneca Troade,3.1,
Quum subitò cæco terra mugitu fremens
Concussa cæcos traxit ex imo sonos.
Creber sonus,Vide **Creber** adiectiuum.
Dulcis sonus.Cic.in Somnio Scip.17,Quis est qui cõplet aures meas tantus & tã dulcis sonus? Horat.2.Carm.ode.13.8.
Grauis. Quintil.li.1.ca.8.10. Inanis vocis.Cic.5.Tuscul.167.
Imus.Vide **Imus.** Legitimus.Horat.de Arte,56.
Lenis sonus,Vide **Lenis.**
Magici soni.Ouidius 1.de Arte,21,
Non facient vt vinat amor,Medeides herbæ,
Mistáque cum magicis Marsa venena sonis.
Medius.Quintil.lib.1.cap.8.10. Miserabilis,Vide **Miser.**
Peregrinus sonus.Quintil.lib.1.cap.1.10,Hinc enim accidunt & oris plurima vitia in peregrinum sonum corrupti.
Pinguis sonus.Quintil.lib.1.cap.7.14.
Repens sonus.Senec.Medea,11.19, -quid repens affert sonus? Interpretes exponunt Repens,id est repentinus.
Sonus summus,medius,imus,Vide **Medius.**
Vastus sonus.Senec.Herc.fur.9.34.
¶ Addere sonum vocis historiæ,Vide **Addo.** Cic.2.de Orat. 19,Paululum se erexit,& addidit lustoriæ maiorem sonum vocis vir optimus Crassi familiaris Antipater.
Blandis sonis adire aliquem.Ouid.epist.15.51.
Admouere sonum vocis,Vide **Admouco.**
Grauior sonus auditur.Virg.4.Georg.51.
Longè remotos sonos audire.Senec.Thyeste,1.13,
Concipere sonos aure.Senec.Thebaid.1.45.
Lætum sonum crepuit populus.Horat.2.Carm.ode 17.6.
Concordi sono dicere aliquid.Ouid.5.Metam.135.
Dare sonum.Virgil.3.Georg.17,
-tum siqua sonum procul arma dedere, Stare loco nescit.
Efficere sonum. Cic.2.de Nat. deor.113, In ore sita lingua est finita dentibus,&c.quæ sonos vocis distinctos & pressos efficit, quum,&c.
Elicere sonum nervorum. Cic.2.de Nat.deorum,114.Itaq; ad pingendum,fingendum,ad scalpendum, ad neruorum eliciendos sonos,ad tibiarum,apta manus est.
Immanis sonus ferri.Stat.4.Sylu.3.1.
Fundere sonum. Cicero 4.Academ.131, Furere tibi Empedocles videtur:at mihi dignissimum rebus his,de quibus loquitur, sonum fundere. Idem 5.Tuscul.104,Dicátque nos in vocibus occupatos,inanes sonos fundere.
Inflare vi sonum,Vide **Inflo.**
Infuscare sonum,Vide **Infusco.**
Multiplicare sonos.Stat.6.Thebaid.6.
Peragere sonos.Ouid.3.Fast.6,
Languida consurgit,nescit cur languida surgat,
Et peragit tales arbore nixa sonos.
Reddit sonum chorda.Horat.de Arte,70.
Blæso sono reddere verba.Ouid.2.Amor.eleg.6.5.
Summisere sonum fremitus virorum.Stat.10.Thebaid.19.
Sonor,sonôris,pen.prod.m.g.Vehementior sonus.Virg.7.Æneid. 93, -magno veluti quum flamma sonore

Virgea ſuggeritur coſtis vndantis aheni. Idem 9. Æneid. 130, Et crines albos, & ſxua ſonoribus arma.
Clarus ſonor. Lucretius lib. 4. 116.
Sentire ſonorem. Lucretius lib. 4. 47.
Plenæ ſonoribus aures. Lucretius lib. 6. 239.

Sonôrus, pen. prod. Adiectiuum, Graue ſonans. Virgil. 1. Æneid. 12, Luctantes ventos, tempeſtatéſque ſonoras.
Cithara ſonora. Tibullus lib. 3. eleg. 4. 14.
Flumina ſonora. Virgil. 11. Æneid. 18.
Tempeſtates ſonoræ. Virgil. 1. Æneid. 11.
Tonitru ſonoro cuncta concutiens. Claud. 1. Paneg. 6.

Sono, ſonas, ſónui, ſónitum, pen. corr. & rarò ſonáui, ſonâtum, ſonâre, Sonum facere. Plaut. Curcul. 3. 17, Amabo cuia vox auribus ſonat procul? Horatius 1. Serm. ſaty. 4. 9, Magna ſonaturum des nominis huius honorem.
Graniter ſonare. Virgil. 3. Georg. 18.
Acutè ſonare, Vide Acutus in Acuo.
Dulce ſonant tenui gutture carmẽ aues. Tibul. lib. 1. eleg. 3. 11.
Leuiter ſonant cachinni. Catul. Argonaut. 59. 55.
Plenis ſonans aureo plectro. Horat. 1. Carm. ode 13. 6.
Plangore ſonat mœſta domus. Ouid. ad Liuiam, 36.
Tinnitibus acutis ſonuit enſis. Ouid. 5. Metam. 41.
Nimbi ſonuerunt toto æthere. Virgil. 1. Æneid. 13.
Plauſu ingenti ſonuerunt omnia. Virgil. 5. Æneid. 102.
Sonat pharetra, Sonant tela. Virgilius, -pharetrámque fuga ſenſere ſonantem. Idem 4. Æneid. 30, Tela ſonant humeris.
Ripæ ſonant balatu pecorum. Virgil. 3. Georg. 111.
Rupes ſonant carmina. Virg. ecloga 5. 13.
Diuerſa ſonare. Ouid. 10. Metam. 30,
Et ſenſit varios, quanuis diuerſa ſonarent,
Concordare modos.
¶ Vox hominem ſonat. Virgil. 1. Æneid. 67.
¶ Idem ſonant hæc verba, pro Significant. Cic. 3. Offic. 112, Honeſtate igitur dirigenda vtilitas eſt, & quidẽ ſic, vt hæc duo verba inter ſe diſcrepare, re vnum ſonare videantur. Idem 1. de Finibus, 9, Non intelligere interdum quid ſonet hæc vox voluptatis, id eſt quæ vis huic voci ſubiiciatur. Hîc Cicero quid ſonare ſignificet, declarat.
¶ Acerba ſonans. Virgil. 3. Georg. 30.
Grande ſonare. Stat. 3. Sylu. 1. 10, -ſocius tibi grande ſonabit
Alcides, tenſóque modos imitabitur arcu.
Lene ſonans aqua. Ouid. 2. Faſt. 141.
Mortale ſonans. Virgil. 6. Æneid. 10, -ſed pectus anhelum,
Et rabie fera corda tument, maiórque videri,
Nec mortale ſonans, &c. De Sibylla.
Pingue & peregrinum ſonare dicuntur rudes poetæ. Cic. pro Archia, 19, Qui præſertim vſque eo de ſuis rebus ſcribi cuperet, vt etiam Cordubæ natis poetis pingue quiddam ſonantibus atque peregrinum, tamen aures ſuas dedere.
Raucum quiddam ſonare. Ouid. 3. de Arte, 58.
Rauca ſonans amnis. Virg. 9. Æneid. 26.
Saxoſum ſonans Hypanis. Virgil. 4. Georg. 74.

Sonans, Nomen ex participio: vt Æs ſonans. Ouid. 11. Metam. 10.
Auræ ſonantes. Virgil. 11. Æneid. 173.
Fila ſonantia. Ouid. 10. Metam. 18.
Ora ſonantia centum linguis. Ouid. 8. Metam. 107.
Scopuli ſonantes. Virgil. 1. Æneid. 41.
Turba ſonans. Virgil. 3. Æneid. 47.

Sonandus, Particip. Ouid. 5. Faſt. 9, -ſigni cauſa ſonãda mihi eſt.
Ore magno ſonandus. Ouid. 1. de Arte, 41,
Auguror, en vinces, votiuáque carmina reddam,
Et magno nobis ore ſonandus eris.

Sonábilis, & hoc ſonábile, pen. corr. Adiectiuum. vt Siſtrum ſonabile. Ouid. 9. Metam. 157.

Sono, ſonis, ſónere, Tertia coniugandi forma dixerunt veteres. Lucret. lib. 3. 31, Caligare oculos, ſonere aures, ſuccidere artus.
Syncerum ſonere. Lucretius lib. 3. 179.

Sónitus, huius ſónitus, pen. corr. maſ. g. Idem quod Sonor. Virgil. 6. Æneid. 118, Dum flammas Iouis & ſonitus imitatus Olympi.
Plaut. Trinum. 17. 51, -quis homo
Tam tumultuoſo ſonitu me exciuit ſubitò foras? Idem Milite, 10. 67, Quis exit hinc? ſonitum fecêre fores.
Sterilia ſonitu corpora. Lucret. lib. 2. 169.
Innúmeri ſonitus æris. Stat. 1. Sylu. 1. 14.
Aquæ ſonitus. Tibullus lib. 1. eleg. 1. 16.
Armorum ſonitus. Virgil. 1. Georg. 95.
Plangoris ſonitus. Ouid. 3. Metam. 100.
Fracti ſonitus tubarum. Virgil. 4. Georg. 15.
Perterricrepus ſonitus. Lucretius lib. 6. 16.
Quadrupedans ſonitus. Virgil. 8. Æneid. 110, Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.
Sonans ſonitus. Lucretius lib. 1. 169.
Terribilis ſonitus. Virgil. 9. Æneid. 101.
Vagus ſonitus Aſopi fluentis. Propert. lib. 3. eleg. 15. 6.
¶ Creber ſonitus adeſt ad aures. Virgil. 2. Æneid. 147.
Agnoſcere ſonitum, Vide Agnoſco.
Capere ſonitum, Vide Capio.
Captare ſonitum, Vide Capto in Capio.
Clareſcunt ſonitus. Virgil. 2. Æneid. 61.
Acrem ſonitum dare. Virgil. 4. Georg. 81.
Ingentem ſonitum dedit ignis. Virgil. 2. Georg. 62.
Vaſtos ſonitus dare. Virgil. 5. Æneid. 87.
Excitur ſonitus pedibus. Lucretius lib. 2. 66.
Faciunt ſonitus venti. Lucretius lib. 6. 27.
Venti ferunt ſonitum ad littora. Virgil. 11. Æneid. 91.
Increpuit ſonitum tuba. Virgil. 9. Æneid. 101.
Quatit ſonitu campum vngula. Virgil. 8. Æneid. 110.
Terrere aues ſonitu. Virgil. 1. Georg. 31.

Sónipes, pen. corr. ſonipedis, pen. corr. maſ. gen. ſignificat Celerem equum, à Sonitu pedis, quòd pedibus ſonet. Cic. 3. de Orat. 101, Aut à breuibus deinceps tribus extrema producta atque longa: ſicut illa ſunt, domuerant, ſonipedes.
Acrior ſonipes. Statius 5. Thebaid. 1.
Inſignis oſtro & auro ſtat ſonipes. Virgil. 4. Æneid. 27.
Martius ſonipes. Silius lib. 1. 45.
Nobilis ſonipes. Claud. de Nupt. Honorii & Mariæ, 58.
Vegeti ſonipedes. Catullus de Berecynth. 58. 9.
Celſos ſonipedes ocyus ſubigit iugo. Seneca Hippol. 10. 3.

Soníuius, Adiectiuum. Feſtus, Soniuio, ſonanti. Cic. ad Cecinnam, lib. 6. 6. 16, Non igitur ex alitis inuolatu, nec è cantu ſiniſtro oſcinis, vt in noſtra diſciplina eſt: nec ex tripudiis ſoliſtinis, aut ſoniuiis tibi auguror: ſed habeo alia ſigna quæ obſeruem.

SOPHENÆ, pen. prod. Armeniæ populi: quos Plinius lib. 6. cap. 9. 4, vocat Sophenos: eorúmque regionem Sophenen, lib. 5. ca. 21. 1. & lib. 6. cap. 13. 9.
Molles Sophenæ. Lucanus lib. 2. 118, -& dedita ſacris
Incerti Iudæa Dei, molléſque Sophenæ.

Sóphia, ſóphiæ, penul. corr. Latinè Sapientia dicitur. Martialis lib. 1. 8, à fine, Quum tibi ſit ſophiæ par fama, & cura deorum.
Cic. 1. Offic. 114, Princépſque omnium virtutum eſt illa ſapientia, quam σοφίαν Græci vocant.

Sophus, ſophi, m. g. Sapiens. Virgilius, Hinc omnis certa dialectica turba ſophorum. Cic. 5. Tuſcul. 10, Itaque & illos ſeptem, qui à Græcis σοφοὶ, ſapientes à noſtris, & habebantur & nominabantur. Martialis lib. 7. 31,
Te pia Cecropiæ comitatur turba Minervæ:
Te ſecreta quies, te ſophos omnis amat.
Grande ſophos. Mart. lib. 1. 32,
Audieris quum grande ſophos, dum baſia captas,
Ibis ab excuſſo miſſus in aſtra ſago. Vbi Sipótinus, Mos eſt Græcorum, dum ſcripta alicuius vel legerint vel audierint, aſſentando dicere, σοφὸν, hoc eſt ſapiens, doctus. Neutro autẽ genere dixit poeta, Grãde ſophos, id eſt grandem illam & adulatoriam vocem tot hominum clamantium Sophos. Sic alibi,
Quòd tam grande ſophos clamet tibi turba togata,
Non tu Pomponi, cœna diſerta tua eſt. Idem lib. 1. 46,
Mercetur alius grande & inſanum ſophos,
Miſerere tu fœlicium.

Sophiſtes, ſophiſtæ, vel ſophiſta, Orator, præceptor, ſapiẽs. Olim autẽ ſophiſtæ dicebãtur philoſophi & ſapientiæ profeſſores: deinde verò rhetores: poſtremò abiit nomen in inuidiã, vt Sophiſtæ dicerentur, qui fictã quandã ſapientiæ ſpeciẽ factitarẽt. Cic. 1. de Nat. deor. 86, Abderites quidem Protagoras, cuius à te modò mentio facta eſt, ſophiſtes tẽporibus illis vel maximus. Idẽ 4. Acad. 119, At quis eſt nũc hic ſophiſtes? Sic enim appellantur hi qui oſtentationis aut quæſtus cauſa philoſophantur. Idẽ 2. de Finib. 2, Eorum erat iſte mos qui tunc ſophiſtæ nominabantur.

Sophiſma, ſophiſmatis, pe. corr. n. g. quid ſignificet, declarat Cicero 4. Acad. 134, his verbis, Atqui habebam moleſtos vobis, ſed minutos Stilbonem, Diodorum, Alexinum, quorum ſunt contorta & aculeata quædam ſophiſmata. Sic enim appellantur fallaces concluſiunculæ.

SOPHILVS, pen. cor. Sicyonius, vel Thebanus Comicus mediæ comœdiæ, ipſius fabulas nonnullas commemorat Athenæus.

SOPHOCLES, pe. cor. Atheniẽſis, poeta Tragicus, æqualis Periclis, ciúſque Collega quãdoq; in Prætura: docuit fabulas CXXIII, victorias retulit XXIII, authore Suida. Deceſſit poſt Euripidem annos VI, cui ſtyli magnitudine præfertur, licet eius ſententiis inferior. Filios habuit Leophontem, Leoſthenem, Auſtonẽ, Stephanum, Meneclidem. Hæc ex Suida. De quo Cicero

de Senectute, 10, ſic ſcribit, Sophocles ad ſummam ſenectutem tragœdias fecit: quod propter ſtudium quum rem familiarem negligere videretur, à filiis in iudicium vocatus eſt, vt quēadmodum noſtro more malè rem gerentib⁹ patribus, bonis interdici ſoleat: ſic illū quaſi deſipientem à re familiari remouerēt iudices. Tum ſenex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat, & proximè ſcripſerat, Œdipum Colonæum recitaſſe iudicibus, quæſiſſéque num illud carmen deſipientis videretur: quo recitato, ſententiis iudicum eſt liberatus. Hæc Cicero. Sophoclen ex inſperato gaudio ob victoriam ex tragœdia quadā repentino obiiſſe, Valerius author eſt. Hunc Cicero diuinum poetam lib. 1. de Diuinat. vocauit.

Sophocles non ignobilis Tragicus. Quintil. libro 1. cap. 12. 11. Horat. 2. epiſt. 1. 33.

Et poſt Punica bella quietus, quærere cœpit
Quid Sophocles, & Theſpis, & Æſchylus vtile ferrent.

Sophoclēus, pen. pro. Poſſeſſiuū: Vnde Carmina Sophoclea. Cic. ad Tironē, lib. 16. 18. 5, An pāgis aliquid Sophocleū? Mart. lib. 3. 20,

An in cothurnis horridus Sophocleis,
An otioſus in ſchola poetarum? Virgil. 8. eclog. 2, Sola Sophocleo tua carmina digna cothurno. Ouidius 1. Amor. eleg. 15. 3,
Nulla Sophocleo veniet iactura cothurno.

¶ Sophocles ſuperioris nepos, poeta item Tragic⁹, qui docuit tragœdias χ 2, vicit υ 1 1 1, commemoratur à Suida.

¶ Sophocles etiā grāmatic⁹, minor appellat⁹, enarrauit Lycophronem, Apollonium, aliōſque poetas, cuius opera habemus.

¶ Sophocles alius, dux Athenienſium Soſtratidæ filius, apud Thucydidem.

Sophron, ſophronis, penult. corr. m. g. Latinè temperans: & Sophroſyne, ſophroſynes, fœ. g. Temperantia dicitur, qua carnales frænantur libidines, ne in quæque vitia mentem conſentientem trahant. Cic. 3. Tuſc. 28, Veriſimile etiam illud eſt, qui ſit tēperans, quem Græci σώφρονα appellāt: eámque virtutem σωφροσύνην vocant, quam ſoleo equidem tum tēperantiam, tum moderationem appellare, nonnunquam etiam modeſtiam.

SOPHRON Syracuſanus, Xerxis & Euripidis tēpore, ſcripſit mimos viriles, & mimos fœmineos lingua Dorica & ſoluta oratione. Dicitur Plato quum in eos incideret, obdormire ſolit⁹. Fuit alter eiuſdem nominis Comic⁹, cuius meminit Athenæus. Implicitum hunc vocat Statius lib. 5. Syl. 3. 32,

-tu pandere doctus
Carmina Battiadæ, latebráſque Lycophronis atri,
Sophronáque implicitum, tenuiſque arcana Corinnæ.

SOPHRONIA, Matrona Romana, altera Lucretia Chriſtiana, quum vim Decii principis videret ſe eſſe paſſuram, conſentiente viro, adrepto gladio ſeipſam tráſfixit, ac inter ſanctas mulieres eſt relata. Author Euſebius in hiſtoria.

Sopor, ſopōris, m. g. Idem quod Somnus. Cic. 1. de Diuinat. 79,

Quum iam quieti corpus nocturno impetu
Dedi, ſopore placans artus languidos. Ex poeta. Idem in Saluſtiū, 9, Noli nobis languorē ac ſoporem nimium exprobrare.

Conſanguineus lethi ſopor. Virg. 6. Æneid. 56.
Altus ſopor, Vide **Altus**.
Doloſus ſopor. Stat. 1. Syl. 2. 49.
Dulci ſopore languidus. Horat. Epod. 5. 13.
Fœlix ſopor. Stat. 5. Thebaid. 91.
Grauiſſimus ſopor. Lucret. lib. 4. 193.
Impauidus ſopor. Silius lib. 13. 51.
Piger ſopor. Catull. de Berecyntia, 58. 8, Piger his labātes languore oculos ſopor operit.

Semiſomnus ſopor. Quintil. lib. 4. cap. 2. 88, Nec dormire excitatus, nec vigilare ebrius poterat: ſed ſemiſomno ſopore inter manus Cēturionum concubinarúmque iactabatur. De quadam M. Cælii in Antonium deſcriptione.

Temulentus ſopor. Quintil. lib. 4. cap. 2. 87.
Trepidus ſopor. Stat. 1. Achill. 16.

¶ Collocare aliquem in ſoporem, Vide **Colloco**.

Complectitur artus ſopor. Virg. 2. Æneid. 51.
Firmare ſoporem alicui. Ouid. 1. Metam. 144,

-firmátque ſoporem,
Languida permulcens medicata lumina virga.

Suaui ſopore deuinxit membra ſomnus. Lucret. lib. 4. 93.
Altus ſopor habet animalia. Virg. 8. Æneid. 6.
Irrigat artus ſopor. Virg. 5. Æneid. 103.
Languens ſopore. Lucret. lib. 4. 8.
Securo ſopore mulcens membra. Silius lib. 3. 35.
Occupat artus ſopor. Virg. 4. Georg. 38.
Pati ſoporem. Ouid. 15. Metamor. 65, Aut furit, aut patitur mirum grauitate ſoporem.
Grauitate ſoporis preſſus. Ouid. 15. Metam. 5.
Profligatus temulento ſopore. Quintil. lib. 4. cap. 2. 87, Nanq; ipſum offendunt temulento ſopore profligatum.
Receptus ſopor parte oculorum. Ouid. 1. Metam. 138,
Et quanuis ſopor eſt oculorum parte receptus,
Parte tamen vigilat. De Argo.
Remouet ſoporem cura. Ouid. 6. Metam. 69.
Sopitus ſopore. Claud. 3. de raptu Proſerp. 5,
Sopitóſque diu populos ſopore paterno
Sollicitæ placuit ſtimulis impellere vitæ. Sed omnino legendum eſt torpore: id quod metrum ipſum clamat.
Segnis ſopor tenuit corpora noſtra. Lucan. lib. 5. 138.
Vincere caput ſopore. Propert. lib. 3. eleg. 17. 9,
Tu modò ſeruitio vacuum me ſiſte ſuperbo:
Atque hoc ſollicitum vince ſopore caput.
Victa ſopore corpora. Ouid. 1. Faſt. 85.
Perpetuus ſopor vrget illū, Mortu⁹ eſt. Horat. 1. Car. ode 24. 1.

Sopórifer, pen. corr. Adiectiuum, Quod ſoporem inducit. Plin. lib. 9. ca. 13. 2, Præterea dextræ pinnæ vim ſoporiferam ineſſe, ſumnóſque allicere ſubditam capiti tradunt. Idem lib. 19. cap. 8. 3, A' copia lactis ſoporiferi.

Aula ſoporifera Somni. Ouid. 11. Metam. 118.
Flos ſoporifer. Stat. 10. Thebaid. 21.
Lethe ſoporifera. Ouid. 4. Triſt. eleg. 1. 10.
Noctis ſoporiferæ dona. Silius lib. 7. 58.
Papauer ſoporiferum. Virg. 4. Æneid. 97.

Sopôro, ſopóras, pe. pro. ſoporare, Soporē inducere. Plin. lib. 28. ca. 8. 19, Cauda, flumina & aquarū impetus ſiſti, ſerpentes ſoporari. Idem lib. 21. cap. 31. 6, Nec illud prætеribo, aſpidum naturæ halicacabum in tantum aduerſam, vt radice eius propius admota ſoporetur, illa ſopore enecans vis earum. Stat. 11. Thebaid. 19,

-& inſuetos angues nimia aſtra ſoporant.

Soporâtus, pen. prod. Participium. Plin. lib. 10. cap. 75. 1, Aquatilia ipſa quiete cernuntur placida ceu ſoporata.

Artus ſoporatos premit quies. Valer. 5. Argon. 67.
Dolor ſoporatus. Curtius lib. 7, nō procul ab initio, Recruduit ſoporatus dolor. Hoc eſt ſopitus, & qui interquieuerat.
Oſſa ſoporata melle. Virg. 6. Æneid. 84.
Ramus ſoporatus vi Stygia. Virg. 5. Æneid. 170.

Sopórus, pen. prod. Adiectiuum: vt
Nox ſopora. Lucan. lib. 1. 48. Stat. 1. Thebaid. 81.

Sopio, ſopis, ſopiui, ſopītum, ſopīre, pen. prod. Soporem inducere. Liu. 9. ab Vrbe, 157, Die feſto alii alios per ſpeciē celebrādarum cantu epularū cauſa inuitant: & vino, cuius auidū ferme genus, oneratos ſopiunt. Idē 4. bel. Pun. 110, Lentior denique æqualiórque accidens auribus, magnam partem hominum ſopiuit.

Somno ſopire aliquem. Ouid. 7. Metam. 43.
Deus me ſopierat. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 4.

Sopītus, pen. prod. Participium. Liu. 5. bel. Pun. 47, Nico ex improuiſo ad portas ſopitos vigiles in cubilibus ſuis obtrūcat, portáſque aperit. Idem 7. ab Vrbe, 168, Quem videntem ac vigilantem ſic eluſeritis, ſopitum oportet fallatis.

Lecto ſopitus, In lecto dormiens. Lucret. lib. 3. 185,
Tu quidem vt es lecto ſopitus, ſic eris æui
Quod ſupereſt cunctis priuatu' doloribus ægris.

Somno ſopitus. Virg. 1. Æneid. 137.
Quiete ſopitus. Lucret. lib. 3. 211.
Sopitus vino & epulis. Liu. 8. ab Vrbe, 83.

¶ Sopitus anguis cantibus magicis. Colum. lib. 10. 35.

Aras ſopitas excitat ignibus. Virg. 8. Æneid. 109.
Brachia ſopita. Ouid. epiſt. 14. 14.
Ignis ſopitus, Nō apparēs, occultus. Virg. 8. Æn. 81, Impoſitum cinerem, & ſopitos ſuſcitat ignes. Idem 5. Æneid. 149.
Manus ſopitæ. Ouid. 3. Faſt. 61.

Sopitus, Qui ſenſus amiſit. Liuius lib. 1, Iubet bono animo eſſe: ſopitū fuiſſe regem ſubito ictu, ferrum haud altè in corp⁹ deſcendiſſe: iam ad ſe rediiſſe: inſpectum vulnus abſterſo cruore, omnia ſalubria eſſe: confidere propediem ipſum eos viſuros.

SORA, oppidum Volſcorum in Campania, cuius meminit Plinius lib. 3. cap. 5. Liu. 10. ab Vrbe, 1. Meminit etiam Iuuenalis, quum ait Saty. 3. 21, -optima Soræ

Aut Phabrateriæ domus. Silius lib. 8. 79,
Sylla Ferentinos, Priuernatúmque manipios
Ducebat ſimul excitos Soræque iuuentus
Addita fulgebat telis.

SORACTE, Mons in Phaliſcis, Apollini ſacer, quo ſpelunca cooperta, latebrā ſibi elegit diuus Syluester. Et eſt generis neutri. Quod & hæc Sorax, & Soractes Soractis dicitur. Silius lib. 8. 48,

-& ſacrum Phœbo Soracte frequentant. Virg. 11. Æneid. 157,
Summe deūm ſancti cuſtos Soractis Apollo. Plin. lib. 7. cap. 2. 10, Sacrificio annuo quod fit ad montem Soractem Apollini.

Idem lib.31.cap.2.10, Varro ad Soractem in fonte,&c. Horat. 1.Carm.ode 9.1, Vides vt alta stet nive candidum Soracte?
Phœbeum Soracte.Silius lib.7.133.
¶Item dicitur Soractis,huius Soractis: quemadmodum Prænestæ,& Prænestis.

SORANI (inquit Seruius) dicti sunt populi Hirpini. Nam lupi, Sabinorum lingua hirpi vocantur. Sorani verò, à Dite: nam Ditis pater Soranus appellatur, quasi Lupi Ditis patris. Hactenus Seruius.

SORANVS,Ephesius medicus, Alexandriæ vixit.Deinde Romam venit,vbi artem exercuit,Traiani & Adriani temporibus. Suidas.

Sorbeo,sorbes,sorbui,sorbitum,penul.corr.vel sorpsi,sorptum, sorbere, Deglutire quicquam molle. Factitium verbum à sono vocis quem faciunt qui sorbent.Plaut.Mil.11.6,
-sorbet dormiens.
PA.Quid sorbet? L. v.illud,sternit volui dicere.
Sed quia consimile est,quod sternas quasi sorbeas. Idē Bacch. 6.5.Apage istas à me sorores,quæ hominum sorbent sanguinē. Plin.lib.9.cap.35.10,Atque vt mirè placuêre,ne solus hoc sciret, singulos vniones conuiuis ad sorbendum dedit.
Sorbere ouum.Plin.lib.7.cap.53.5.
Terra arida sorbet cælestes aquas.Ouid.2.de Arte,71.
Charybdis sorbet fluctus in abruptum.Virg.3.Æneid.84.
Flumina sorbentur à terra.Ouid.1.Metam.8.
Charybdis sorbet fretum.Ouid.7.Metam.13.
Cruor vestigia sorbet.Silius lib.4.33.
Arua natant,altúsque virûm cruor,altus equorum
Lubrica belligeræ sorbet vestigia turmæ.
Puppis sorbet mare vasto hiatu.Valer.1.Argon.118.
Medullas sorbere.Lucan.lib.7.171.
Sitis sorbet ora.Stat.3.Thebaid.66.
Sanguis sorbetur ab hubere.Lucan.lib.4.64.
¶Sorbere odia alicuius,per translationem.pro Perferre. Cic. ad Q.fratrē,lib.3.14.11, Sed me ab eo ita obseruari scio, vt eius ista odia non sorbeam solùm,sed etiam concoquam.
¶Sorbere animo.Cic.11.Philipp.196,Quem gurgitem,quam voraginem,quid eum nō sorbere animo,quid non haurire cogitatione,cuius sanguinem non bibere censetis?

Sorbitio, sorbitiōnis, Ipse sorbendi actus: & interdū id quod sorbetur.Persius Saty.4.1,
-barbatum hoc crede magistrum
Dicere:sorbitio tollit quē dira cicutæ. De Socrate. Plin.li.20.ca. 6.4,Pulmonis & arteriæ sanat vitia,datū in sorbitione ptisanæ.
Sorbitio,lusculum ad sorbendum præparatum. Columel.lib. 6.cap.10.1,Sextarii duo,factáque sorbitio per cornu infunditur. Celsus lib.4.cap.7,Ergo primis diebus danda est sorbitio ptisanæ,vel alicæ,vel orizæ.

Sorbitiúncula,pen.corr.Diminutiuum.

Sorbillo, sorbillas,sorbillare, Diminutiuum à Sorbeo: propriè est Parum,& frequenter sorbere.Terent.Adelph.4.1.53,
-quod quidem bellissimum
Carpam:& cyathos sorbillans, paulatim hunc producam diem.

Sorbillum,sorbilli, Potio sorbitioni apta. Plaut.Pœn.4.173,Hem, mihi iam video propter te victitandum sorbillo.

Sorbilis,& hoc sorbile, pen.prod. Quod facilè sorbetur:vt Ouum sorbile,apud Celsum lib.4.cap.7. Colu.lib.8.cap.17.12,Et nuces digitis infractæ sunt dandæ,nec minus elixū molle sorbum, quique sunt cibi sorbilibus proximi,vt mulctra,recens caseus.
Oua sorbilia crassiorem faciunt pituitam. Cels. lib.2. cap.13.
Ouum durum valētissimæ materiæ est:molle vel sorbile imbecillissimæ.Celsus lib.2.cap.18.

Sorbus,sorbi,fœm.gen. Arbor est procera, quam Græci ορν & ορϊεν, Fructúmque eius oa & ua vocant. cuius longiorem descriptionem videbis apud Theophrastum libro 3.cap.11. Columella lib.5.cap.10,Sorbi quoque & Armeniaci,& Persici,non minima est gratia.

Sorbum,sorbi,Prædictæ arboris fructᵘˢ,quod malū sorbum etiam Columella appellat lib.5.cap.10,Et mala sorba,pruna,post mediam messem,vsque ad Idus Febr.serito. Martialis lib.13.26,
Sorba fumus,molles nimium durantia ventres:
Aptius hæc puero,quàm tibi,poma dabis. Columella, Sorba manu lecta in vrceolos picatos adiicito. Plinius lib. 15.cap. 11, Sorbi quadruplex differentia. Aliis enim eorum rotunditas mali, alii turbinatio piri, alii ouata species, ceu malorum aliquibus. Hæc obnoxia acori.Odore & suauitate rotunda præcellunt. Cæteris vini sapor. Generosissima, quibus circa pediculos tenera folia.Quartū genus torminale appellant,remedio tantum probabile,assiduum prouentu,minimúmque pomo,arbore dissimili,foliis penè platani. Non ferunt ante trimatum ex vllo genere. Cato cap.7, Sorba in sapa quum vis condire vel siccare,viridia faciat.
Acida sorba.Virg.3.Georg.76,
-& pocula læti
Fermento,atque acidis imitantur vitea sorbis.

Sordeo,sordis,f.g.Immunditia.Plaut.Pœnulo,4.91,
Vidén' tu pleni oculi sordium qui erant,iam splendet mihi?
N.Imò etiam in medio oculo parum sordis est. Cic.1.de Nat. deorum,116,Sordes aurium.
Collecta sorde dolentes auriculæ.Horat.1.epist.2.11.
¶Sordes, pro Reorum squalore. Quintil. lib.6.cap.1.1, Non solùm autem dicendo, sed etiam faciendo quædam,lachrymas mouemus: vnde & producere ipsos qui periclitentur, squalidos atque deformes,& liberos eorum ac parentes,institutum. Paulo pòst, At sordes, & squalores, & propinquorum quoque similem habitum scio profuisse, & magnum ad salutem momentum preces attulisse. Idem Declamat.17,Non exuo,non depono sordes: & mihi quoque senex tanquam accusatur occurrit.
Lugubres sordes.Vide **Lugeo**.
Iacēre in sordibus,Vide **Jaceo**.
Sordes hominis. Cic.ad Marīū,li.7.12.3, Putas enim,vt scribis, propter hominis sordes minus me magnā illā lætitiam putare.
Accipere sordes,Vide **Accipio**.
Sordem vrbis,Homines nequā,vel potius plebē vocat Cicero Attico scribēs,lib.1.11.18, Apud bonos iidē sumᵘˢ quos reliquisti: apud sordem vrbis & fœcem, multò meliᵘˢ nūc quàm reliquisti.
¶Sordes,pro Auaritia. Cicero ad Q.fratrem,lib.1.1.16, Neq; enim mihi sanè placet, præsertim quum iis mores tantum iam ad nimiam lenitatem & ambitionem incubuerint, scrutari te omnes sordes, excutere vnumquenque eorum. Plinius epist. 11.lib.2.b, Damnatúmque sordium vel damnare alios, vel absoluere? Id est rapinarum,auaritiæ. Quintil.lib.6.cap.4.Incusans eius sordes, calceos eum veteres dicebat vendere solere. Idem lib.4.cap.1.6,Sed vt præcipua in hoc dicentis authoritas, si omnis in subeundo negotio suspicio sordium, aut odiorum, aut ambitionis abfuerit: ita &c. Sanè tria sunt quibus corrumpi solent iudicia:auaritia,odium,ambitio. Horat.1.Serm.saty. 5.11, -sepulchrum
Commissum arbitrio sine sordibus extrue.
Luxuriæ sordes. Iuuenalis Saty.1.15,
-sed quis ferat istas
Luxuriæ sordes? Id est summam prodigalitatem cum insigni auaritia coniunctam. loquitur enim de illis qui quum vēribus suis indulgerent omnia,in aliorum egestate subleuanda parciſſimi essent. gaudet autē Iuuenalis antitheta hoc pacto coniūgere,vt alibi, Socraticos Cynædos, tristia obscœna, lacernatam amicam. Horat.1.Serm.satyra 6.14,
Si neque auaritiam,neque sordes,ac mala lustra
Obiiciet verè quisquam mihi.

Sorditūdo,pen.prod.sorditúdinis,Idem quod sordes. Plaut.Pœn. 16.9,Vt mihi absterserunt omnem sorditudinem.

Sórdidus,pen.corr.Adiectiuū,Sordibus plenum. Cic.3. Tuscul.94, Sæpe est etiam sub palliolo sordido sapientia. Ex Cæciliano.
Amictus sordidus.Virg.6.Æneid.61.
Caput sordidum tabo.Senec.Herc.furen.9.34.
Casæ sordidæ.Senec.Herc.Œtæo,2.5.
Cera sordida.Propert.lib.3.eleg.23.1.
Color sordidus.Colum.lib.8.cap.8.9,Nam siquæ steriles, aut sordidi coloris interueniunt,similiter vt gallinæ farciuntur.De auibus Gangeticis & Ægyptiacis.
Fumus sordidus.Horat.4.Carm.ode 11.3.
Lana sordida.Ouid.3.de Arte,45.
Mappa sordida.Horat.1.epist.5.5.
Puluis sordidus.Ouid.3.Amor.eleg.1.9.
Rura sordida.Virg.eclog.1.6.
Sanguis sordidus.Lucan.lib.4.64.
¶Sordidus homo, Egens,vel vilis,& nullius reputationis, aut tenax,auarus.Cic.3.de Finib.49,Quis non odit sordidos, varios, leues,futiles? Idem 3.de Legib.30,Quos & quantos viros homo omnium infimus & sordidissimus Trib. plebis,P. Curiatius in vincula coniecit. Et ad Acilium,lib.13.37.1.Quómque propter quosdam sordidos homines, qui Cæsari beneficia vendebāt,tabulam,in qua nomina ciuitate donatorū incisa essent, iussisset reuelli,eidem,&c. Sic 1.Offic.109,Sordidi etiam putantur qui mercantur à mercatoribus quod statim vendant.
Sordido loco natus,Ignobili.Liu.1.bel.Pun.116, Vnus inuentus est suasor legis C.Terentius Varro,qui prior anno Prætor fuerat,loco non humili solùm,sed etiam sordido ortus. patrem lanium fuisse ferunt,ipsum institorem mercis,filióque hoc ipso in seruili eius artis ministerio vsum.
Sordidum ad famam. Cic.1. Offic.71, Id quum periculosum

ipſi eſt,tum etiam ſordidum ad famam,committere vt accuſator nominêre.

Cupido ſordidus.Horat.1.Carm.ode 16.4.

Illiberalis & ſordidus quæſtus. Cic.1.Offic.208. Illiberales autem & ſordidi quæſtus mercenariorum, omniúmque quorum operæ,non quorum artes emuntur.

Lingua ſordida, Impura,mendax. Tibull.lib.3.eleg.7.3, Aut fallat blanda ſordida lingua fide.

Gaudia ſordida. Stat.3.Sylu.c.4, Sed probitas,& opaca quies, & ſordida nunquam Gaudia.

Sordidum cõſilium,pro Corrupto. Cicero ad Q.fratrem,lib. 3.10.1, Gabinius abſolutus eſt: omnino nihil accuſatore Lentulo, ſubſcriptoribúſque eius infantius:nihil illo conſilio ſordidius. Budæus.

¶Sordida oratio, cui opponitur Nitida.Quintil.lib.8.cap.3, Quædam hebes,ſordida,ieiuna, triſtis, ingrata,vilis oratio eſt. Quæ vitia facillimè fiunt manifeſta contrariis virtutibus.Nam primum acuto,ſecundum nitido, tertium copioſo,deinceps hilari, iucundo,accurato diuerſum eſt.

Nubes ſordidior.Senec.Hippol.6.11.

Sórdide,pen.corr.Aduerbium,Auarè.Plin.epiſt.9.lib.3,Proconſulatum ſed ſordidè geſſerat.

Sordidè dicere,vel concionari,Id eſt auarè.Cic.ad Atticũ,lib. 15.311.2,Lucium Antonium concionatum eſſe cognoui tuis literis & aliis ſordidè: ſed id quale fuerit,neſcio. Idem 1.de Orat. 284,Si aſperè,ſi arroganter,ſi turpiter,ſi ſordidè,ſi quoquo animi vitio dictum eſſe aliquid videatur.

Sordidulus,pen.corr.Adiectiuum diminutiuum.Plaut.Pœn.4.48, Seruulorum ſordidulorum ſcorta diobolaria?

Toga ſordidula.Iuuen.Saty.3.15.

Sordeo,ſordes,ſordui,ſordêre,Sordidum eſſe.Mart.lib.1.115,Dum nulla téneri ſordent lanugine vultus.

Iter ſordet.Stat.3.Sylu.1.20,

Ne ſorderet iter,curui tu littoris ora
Clauſiſti calidas gemina teſtudine lymphas.

¶Sordere alicui res aliqua dicitur,Id eſt contẽni,& vilis æſtimari.Plin.lib.35,Vitã nõ iuuare fortaſſis crederet aliquis,quum hæc quoq; cura friuola exiſtimetur, adeò deliciis ſordẽt & quæ ad ſalutẽ pertinent.Id eſt,Delicias nõ curant,imò floccifaciunt ea quæ ad ſalutẽ. Ibidem,cap.10.11, Sordebat ille ſuis, vt plerunque domeſtica. Cic.ad Octauium,6,Cui ſordebat Macedonia prouincia,quam victor ſibi ſumpſerat Cæſar.

Voluptas ſordet oculis.Stat.1.Sylu.3.10.

Sordere ſuis,& cõtẽni ab eis. Liu.4.ab Vrbe,107,Adeò ſe ſuis etiam ſordere, nec à plebe minus, quàm à Patribus contemni.

Sordeſco,ſordeſcis,ſordeſcere,Idẽ. Plin.lib.11. ca.11.1, Nũc verò è tanta cadẽs altitudine,multúmq; dum venit ſordeſcẽs. Idem lib.9.ca.35.3,Si verò turbidus ros fluxerit,& fœtũ ſordeſcere,&c. Cælius ad Ciceronem, lib. 8.14.11, Nam ſordeſcit vere vultu & venas ſibi omnes,& viſcera aperit.Vetus codex legit,Nam ſordes eluere vult. Horat.1. epiſt.20.3, Contrectatus vbi manibus ſordeſcere vulgi Cœperis. Alloquitur librum ſuum.

Sórdido,ſórdidas,penult.corr.ſordidare,Sordidum facere,fœdare. Plaut.Aſin.9.90, -quanquam ego ſum ſordidatus,
Frugi tamen ſum,nec poteſt peculium enumerari. Id eſt ſordidè indutus. Cic.1. Philipp.8,Argentea vaſa colliſa,ſordidata mancipia. Id eſt, ob inopiam vel auaritiam obſoleta veſte, vel detrita induta. Terent.Heaut.2.3.56,
Neglecta,immunda illuuie. c i t r.ſi hæc ſunt Clinia
Vera,ita vti credo,quis te eſt formunatior?
Scin' hanc quam dicit ſordidatam & ſordidam?

¶Sordidãtus,pen.prod.Qui reus delatus eſt. Cic.Poſt reditũ in Senatu,9,Quum innumerabilis multitudo bonorum de Capitolio ſupplex ad eum ſordidata veniſſet. Idem 4. Verr. 45, Hîc nunc de miſeria Siculorum Iudices audite. Et Heraclius ille Syracuſanus, & hic Iidinus Epicrates expulſi bonis omnibus Romam venerunt. ſordidati, maxima barba & capillo, Romæ biennium propè fuerunt. Ibidem,6.36,Diodorus Romæ ſordidatus circum patronos atque hoſpites curſare, rem omnibus narrare. Idem in Piſonem,80,Nec minus lætabor,quum te ſemper ſordidum,quàm ſi pauliſper ſordidatum viderẽ.Sordidum dixit vilem & abiectũ, ac ſine vllo vitæ nitore ac lautitia vitã agentem. Sordidatũ autẽ,accuſatum & reum. Budæus.

Sorex,ſóricis,pen.corr.m.g. Animal paruũ,à ſono vocis,quem rodendo facit.Quidã dicunt eſſe murem ſylueſtrem. Colu.lib. 11.cap.11,Si ſerpẽs,aut mus,ſoréxq; in muſtũ ceciderit. Idem lib.de Arboribº,ca.15.1, Vites quæ ſecũdũ ædificia ſũt,à ſoricibº aut muribus infeſtantur. Plin.lib.30. cap.15, Sorices fugari,ſi vnus caſtratus emittatur. Terent.Eunuc.5.7.23, Egomet meo indicio miſer,quaſi ſorex,hodie perii.

Deſticat ſorex.Author Philomelæ,15, Et grillus grillat,deſticat inde ſorex.

Soriceus,Adiectiuum,Quod ad ſoricem pertinet.

Soricinus,pen.prod.Aliud adiectiuum.Vnde Soricinos dentes dixit Plautus.

Soriculãtus,pen.prod. Similiter adiectiuũ.Soriculata veſtis, Quæ variis conſerta coloribus erat.Plin.lib.8.cap.48.4,Vndulata veſtis primò lautiſſimis fuit,inde ſoriculata deſluxit.

Sortilla,Nauigia Iſtrica vocãtur, quòd lino & ſparto conſerantur,& condenſentur.

SORITAE,pen.prod.Populi ſunt ichthyophagi,quos Arabis fluuius ab Indis diſterminat, nullũ alium cibũ noſcẽtes quàm piſcium,quos vnguibus diſſectos torrent ſole, panémq; ex eis cõficiunt. Plin.lib.7.cap.2.21, Oritas vocat.

Sorites,pe.pro.Græci vocãt captioſum & multiplex argumẽtandi genus,in quo ex vno conceſſo, ad multas cõcluſiones cõnexas aſſurgũt. Aº σωρὸς,quæ ſignificat cumulũ & aggerẽ:quia ſemper aſcendũt in cumulum hæc argumẽta.Vulgò vocant De primo ad vltimum. Cic.4. Acad.90, Soritas hos vocant qui aceruũ efficiunt vno addito grano. Vide Aceruus in Acervus.

Soror,ſorõris,f.g. Dicta eſt,quòd quaſi ſeorſum à ſua ſtirpe naſcitur, ſeparatúrq; ab eo ſtemmo in qua oritur, & in aliam familiam tranſgreditur.Vel ſoror,quaſi diuerſa ſorte orta.

Soror germana. Cic.pro Milone, 54, Eum quẽ cũ ſorore germana nefarium ſtuprum feciſſe L. Lucilius iuratus ſe quæſtionibus habitis dicit comperiſſe.De Clodio.

Sororis filius.Cic.6.Ver.19,Ita C.Cato duorũ hominũ clariſſimorũ nepos, L.Pauli & M.Catonis, & P.Africani ſororis filius.

Nymphæ ſorores.Virg.1.Georg.99.

Doctæ ſorores.Ouid.5.Metam.51. Sic vocat Muſas.

Lanificæ ſorores,Parcæ,Vide Lanificus in Lanus.

Piæ ſorores.Ouid.8.Metam.105.

Pulchræ ſorores.Stat.1.Achill.60.

Viperææ ſorores.Ouid.6.Metam.133.Furias ſic appellat.

Maxima ſororum.Ouid.2.Metam.70.

Dicere Mineruam ſororem ſuam.Cic.pro Domo ſua,71.

Sorores arbores. Plin.lib.13.cap.4.15, Minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarum ſorores,ob hoc adelphides dictæ.

Sororius, ſororii, Cui ſoror mea nupſit. Sororius ſimiliter dicitur frater & ſororis filius.

Sororius,Adiectiuum,Sororia cœna.Plaut.Curcul.14.59.
-& ego,nobis omnibus.
Tu vt hodie aduenienes cœnam des ſororiam,
Hîc nuptialem eras dabit.

Stuprum ſororium.Cic.pro Seſtio,11, Qui enim in eiuſmodi vita nerui eſſe potuerũt,hominis fraternis flagitiis,ſororiis ſtupris,omni inaudita libidine infamis?

Sororium tigillum appellabatur locus ſacer in honorem Iunonis,quem Horatius quidem ſtatuerat cauſa ſororis à ſe interfectæ ob ſuam expiationem.Hæc Feſtus.

Sororicida,ſororicidæ,pe.pro.Qui ſororem occidit.Cic.pro Domo ſua,11,Quid de me quod tuliſte te dicis,patricida,fratricida,ſororicida,nonne extra ordinem tuliſti?

Sors,ſortis,f.g.A ſerie ſecundum Varronem dicitur, fortuito alicuius rei euentu.Cic.lib.1.de Diuin.117, Dicẽdum igitur putas de ſortib? Quid enim ſors eſt?Idem propemodum quod micare,quod talos iacere,quod teſſeras:quibus in rebus temeritas & caſus,non ratio,nec conſilium valet.Tota res eſt inuenta fallaciis,aut ad quæſtum,aut ad ſuperſtitionẽ,aut ad errorẽ. Cic.1. Ver.36,Accuſaui eum quicũ Quæſtor fueram,quicum me ſors, conſuetudóque maiorum,quicum me deorum,hominúmq; iudicium coniunxerat. Virg.5.Æneid.98,
-deiectámque ærea ſortem Accepit galea.

Cæca ſors.Lucan.lib.5.14.

Deterior ſors.Senec.Thebaid.1.13.

Improuiſa ſors.Claud.de bello Getico.75.

Inaudita Græcis ſors iſta,Vide Inaudio.

Iniqua ſors.Virg.6.Æneid.67.

Mala ſors prædæ.Ouid.13.Metam.98.

Noua pugnæ ſors.Virg.11.Æneid.11.

Salutifera ſors.Ouid.15.Metam.117.

Arripere id quod ſors offert.Cic.6.Verr.85.

Tueri ſortem quam tribuit fortuna.Ouid.epiſt.16.13,

Audacem iuuant ſórſque Venúſque.Ouid.1.de Arte,122.

Sors omnia verſat.Virg.eclog.9.1.

¶Sors.pro Vice & munere.Liuº,Si ita videretur patribº,mitterent ad Collegam,vt is qui profligatum bellũ haberet,ad comitia Romam rediret.Si id facere grauaretur,quòd nõ ſuæ ſortis id negotium eſſet, ſe quidem id facturum quodcunque Senatus cenſuiſſet. Budæus.

Æqualis sors.Horat.3.Carm.ode 14.4,
Defunctúmque laboribus
Æquali recreat sorte vicarius.
Gratam sortem habemus.Ouid.5.Metam.55.
Humana sors.Ouid.3.Trist.eleg.11.14.
Intentata sors.Virg.10.Æneid.8,
Nunc etiam manet(hæc intentata manebat
Sors rerum)monet. Id est regnum,inquit Seruius.
Irrequieta sors.Ouid.2.Metam.78.
Miserandæ sortis asellus.Ouid.2.Amor.eleg.7.3.
Mortalis sors.Ouid.2.Metam.11,
Sors tua mortalis: non est mortale quod optas. Verba solis ad Phaethontem.
Onerosa sors.Ouid.9.Metam.136.
¶Ratio dedit mihi sortẽ.Horat.1.Serm.saty.1.1.
Tori sorte gaudent.Ouid.3.Fast.93.
Sors obiecit mihi sortem.Horat.1.Serm.saty.1.1,
Qui fit Mecœnas,vt nemo,quam sibi sortem,
Seu ratio dederit,seu sors obiecerit,illa Contentus viuat?
¶Sors,pro Progenie.Ouid.6.Fast.6,
Si genus aspicitur,Saturnum prima parentem
Feci,Saturni sors ego prima fuit. Verba sunt Iunonis.
¶Sors,Fatalis necessitas.Virg.2.Æneid.111.
-hic exitus illum Sorte tulit.Seruius.
Acerba sors.Senec.Herc.Œtæo,7.10.
Aspera sors.Stat.1.Thebaid.59, Senec.Medea,7.1.
Crudelis sors.Senec.Octau.3.1, -me crudeli
Sorte parentes raptos prohibet Lugere timor.
Diuina sors. Cic.3.Philipp.141, Qui sunt igitur reliqui, quos sors diuina delectet?
Durissima sors.Claud.1.in Eutropium,15.
Durissima sors fati.Lucan.lib.9.111.
Ferrea difficilisq; sors vitæ me premit.Ouid.5.Trist.eleg.4.6.
Funesta sors.Stat.11.Thebaid.63.
Pessima sors rerum.Ouid.14.Metam.98.
Suprema sors.Virgil.5.Æn.38, -nunc nunc insurgite remis
Hectorei socii:Troiæ quos sorte suprema Delegi comites.
Toleranda nulli sors.Stat.1.Thebaid.39.
Vltima sors rerum.Lucan.lib.5.139.
¶Sors,Summa est,siue caput,& prima pecunia,quæ confertur in societatem,vt inde lucrum fiat.Plaut.Mostell.8.133,
Quatuor quadraginta illi debentur minæ,
Et sors,& fœnus,tantum est. Ibidem,66,
Molestus si sum,reddite argentum,abiero.
¶ Responsiones omnes hoc verbo eripit:
Sorte accipe.n.imò fœnus: id primùm volo. Terẽt.Adel.1.1.35,
Hei mihi,etiam de sorte nũc venio in dubium. Hoc est,de pretio quo empta erat fidicina. Ex Donato.
¶Sors,Iudiciũ.Virg.6.Æn.87,Nec verò hæc sine sorte datæ, sine iudice sedes.Tractũ ex Romano more.Nõ enim audiebãtur causæ,nisi per sortẽ ordinatæ: nam quo tẽpore causæ agebãtur,conuenjebant omnes:& ex sorte,dierũ ordinẽ accipiebãt, quo post tricesimum diem causas suas exequerentur.Ex Seruio.
Virg.1.Æneid.19, Nõ illi imperium pelagi,sæuúmq; tridẽtem,
Sed mihi sorte datum.
¶Assignare aliquid alicui æqualiter aut sorte. Brutus Ciceroni,lib.11.10.8.
Tristi damnatur sorte catenæ.Silius lib.6.69.
Conijcere aliquem in sortem.Cælius Ciceroni,lib.8.8.17.
Sorte sumus lecti.Ouid.14.Metam.51.
Loca sorte legunt.Virg.1.Æneid.17.
Nanciſci sortem,Vide Nanciſcor.
Quum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt,res reuocatur ad sortem.Cic.4.Verr.88.
Sortiri & renuntiari extra sortem .Cic.4.Verr.88.
Simia vrnam euertit, sortem dissipauit. Cic.1.de Diuin. 104.
Ducere sortem prædæ.Virg.9.Æneid.54. Idem .6.Æneid.5,
-stat ductis sortibus vrna. Claud.2.de raptu Proserp. 67, Vrna nec incertas versat Minoia sortes.
Conijcere sortes in hydriam,Vide Conijcio.
¶Sortes,Oracula seu responsa, siue syngrapha,in quib° responsa inscripta cõtinebãtur.Valerius lib.1,Cuius rei explorãdæ gratia,legati ad Delphicum oraculum missi,retulerũt præcipi sortibus,vt aquam eius lacus emissam per agros diffunderent.
Duræ sortes.Ouid.13.Metam.37,
-duræque iubent Agamemnona sortes
Immeritam sæuæ natam mactare Dianæ.
Faticinæ sortes.Ouid.15.Metam.88.
Malignæ sortes tacita ambage.Claud.de bello Getico,110.
Obscuræ sortis ambages.Ouid.4.Fast.53.

Sacræ sortes.Ouid.1.Metam.75,
-placuit cœleste precari
Numen,& auxilium per sacras quærere sortes.
Fatigare sortes.Lucret.lib.4.149, Nequicquã diuûm numen, sortésque fatigant.
¶Sortẽ trahere,pro Educere,vt ait Seruius. Sueton.in Tib. Cæsare,cap.14,Et mox,quum Illyricum petẽs, iuxta Patauium adisset Geryonis oraculũ,sorte tracta, qua monebatur vt de cõsultationib° in Aponi fontẽ talos aureos iaceret,euenit vt summum numerum iacti ab eo ostenderent, hodiéq; sub aqua visuntur hi tali. Virg.1.Æneid.103,
-operúmque laborem
Partibus æquabat iustis,& sorte trahebat.
Sorticula,sorticulæ,pen.corr.Diminutiuum.Suetonius in Nerone Claudio,cap.11,Ac sine mora nomen suum in albo profitẽtium citharœdorum iussit ascribi,sorticuláque in vrnam cum cæteris demissa,intrauit ordine suo.
Sortior,sortiris,sortiri,pen.prod.Sortes facere.Plaut.Casina,7.19,
Nam si sic nihil impetrare potero,saltem sortiar.
Sortiri aliquibus.Plaut.Casina,8.34, -ego sic agam,
Coniiciam sortes in Cistellam,& sortiar
Tibi & Chalino.
Ad pœnam sortiri.Cic.pro Cluentio,101.
Sortiri quid loquare. Cic.1.de Nat. deorum,137, Hoc est non considerare,sed quasi sortiri quid loquare.
Sortiri vter.Liu.2.ab Vrbe,36, Nondum dedicata erat in Capitolio Iouis ædes.Valerius,Horatiúsq; Consules sortiri vter dedicaret:Horatio sorte euenit.
Sortitum in singulos,Sorte datũ. Cic.ad Atticum,lib.4. 85.8, Senatus decreuit,vt tacitum iudicium ante comitia fieret,ab iis consiliis quæ erant omnibus sortita in singulos candidatos,magnus timor candidatorum.
Sortiri dicas,Vide Dico. Cic.4.Verr.25.Interea dies aduenit quo die sese ex instituto ac lege Rupilia dicas sortiturũ Syracusijs iste edixerat.
Domos sortiri.Virg.5.Æneid.151,Interea Æneas vrbem designat aratro: Sortiturque domos.
Sortiti remos.Virg.3.Æneid.102,
Sternimur optatæ gremio telluris ad vndam
Sortiti remos. Vbi Seruius, Sortiti remos, per sortem diuisi ad officia remigandi, quis esset proreta, quis pedem teneret.
Idem 8.Æneid.90,
Ocyus incubuere omnes,paritérque laborem
Sortiti.Id est,diuiserunt inter se laboris officium. Et lib.9.17,
Omnis per muros legio sortita periclum
Excubat,exercétque vices quod cuique tuendum est.Id est sorte diuisa ad defensionem pericli.
Vices sortiti.Virg.3.Æneid.117, -nos magna precati
Numina,sortitique vices,vnà vndique circum Fundimur.
Sortiri iudices,Per sortem eligere.Cic.ad Q.fratrem,lib.1.5.4, Is quum graniter de Clodianis incẽdijs,trucidationibus,lapidationibus quæstus esset,sententiam dixit,vt ipse iudices per Prætorem vrbanum sortiretur.
Sortiri Magistratum vel prouincias, Per sortem,siue sorte obtinere. Cic.7. Philipp.117, Est enim patronus triginta quinque tribuum,quarum sua lege,qua cum C. Cæsare magistratũ sortitus est,suffragium sustulit. Idem ad Lentulum,lib.1.9.104,Si licitum esset legem Curiatam ferre, sortiturum esse cũ Collega prouinciam. Liu.7.ab Vrbe,86,Censuit igitur Senatus neutrã negligendam rem esse,vtroque legiones scribi:Consulésque sortiri prouincias iussit. Idẽ 4.bel.Maced.135,Illa tacita suberat cura,ne nouus Consul Græciam prouinciam sortiretur:& inchoati belli victoria successori tradenda esset. Horat.2.Serm.saty.6.19,
-terrestria quando
Mortales animas viuunt sortita.
Amicum sortiri.Horat.1.Serm.saty.6.12,
-fœlicem dicere non hoc
Me possum casu,quòd te sortitus amicum.
Breuis vitæ spatium sortiri.Ouid.3.Metam.14,Iámque brevis vitæ spatium sortita iuuentus.
Tempora nouissima sortitus.Ouid.11.Meta.151, Laomedónq; senex,Priamúsque nouissima Troiæ Tempora sortitus.
Fortunam oculis sortitus. Virg.11.Æn.184. Cunctanti Æneas telum fatale corusçat Sortitus fortunam oculis.
¶Sortiri,Disponere.Virgil.3.Æneid.76,
-sic fata deûm rex
Sortitur,voluitque vices, is vertitur ordo. Horat.3. Carm.ode 1.3, -æqua lege necessitas
Sortitur insignes,& imos.
¶Sortiri,pro Substituere & subministrare.Virg.3.Georg.15,

Semper chim refice:ac ne pòst amiſſa requirat.
Ante veni,& ſobolem armento ſortire quotannis. Vbi Seruius, Sortire,ſubſtitue,ſubminiſtra. Et eſt verbum iudiciorum. Nam ſubſortiri dicuntur iudices, qui occupatorũ ſunguntur officio.

Sortiri ſecula.Senec.de Senefic.lib.1.cap.18,Quanto ſatius eſt ad contemplationem tot tãtorúmque beneficiorum reuerti, & agere gratias,quòd nos in hoc pulcherrimo domicilio voluerũt ſecula ſortiri,quòd terrenis præfecerunt.

Sortitio,Verbale,fœm.gen.Ipſe ſortiẽdi actus. Cic.pro Cluentio, 60, Ecce tibi eiuſmodi ſortitio,vt in primis Bulbo & Staleno, & Gutæ eſſet indicandum. Ibidem,101, Statuerũt enim ita maiores noſtri, vt ſi à multis eſſet flagitiũ rei militaris admiſſum, ſortitione in quoſdam animaduerteretur: vt metus videlicet ad omnes,pœna ad paucos peruenireț. Quibus verbis Cicero morem antiquum ſignificat,quo,vt ait Liuius,in decimum quenque militem ſortitò animaduertebatur capitaliter.vnde & legimus decimatas legiones.

Sortitio prouinciarũ.Cic.3.Philipp.141.Et ad Atticũ,lib.1.11.2.

Sortitio iudicum.Cic.ad Q.fratrem,lib.2.5.4,Sententiam dixit vt ipſe iudices per Prætorem vrbanum ſortiretur: iudicũ ſortitione facta,comitia haberentur.

Prærogatiuæ ſortitio.Cic.1.Philipp.87.

Religioſa ſortitio.Cic.3.Philipp.141.

Iudicare ſortitionem.Cic.3.Philipp.141.

Sortitus,huius ſortitus,pen.prod.m.g.pro Sortitione.Cic.pro Domo ſua,40, Quid ſi etiam pluribus de rebus vno ſortitu retuliſti? Virg.3. Æneid.65,

O fœlix vna ante alias Priameia virgo.
Hoſtilem ad tumulum Troiæ ſub mœnibus altis
Iuſſa mori,quæ ſortitus non pertulit vllos,
Nec victoris heri tetigit captiua cubile.

Sortitor,pen.prod.Verbale.Senec.Troadæ,10, -& iniquæ ſeruus Sortitor vrnæ.

Sortilegus,pen.corr.Qui per ſortes futura prænuntiat,vel per ſortem aliquid eligit. Cic.1.de Diuinat.114, Hæc habui, inquit, de diuinatione quæ dicerem: nũc illa teſtabor,non me ſortilegos, nec eos qui quæſtus cauſa ariolentur, nec pſychomantia quidẽ quibus Appius amicus tuus vti ſolebat, agnoſcere. Horat. de Arte,45, -& diuina futuri
Sortilegis non diſcrepuit ſententia Delphis.

Sorti,Aduerbium.Virg.4.Georg.Sunt quibus ad portas cecidit cuſtodia ſorti. Vbi Seruius,Sorti,ex ſorte.nam aduerbiũ eſt,quod traxit à militia.

Sortito, penult. prod. Aliud aduerbium, Ex ſorte,vel per ſortem. Plautus Merc.4.15, At ibi ſortitò id obtigit. Idem Caſin.9.37, Mihi ſortitò vt eueniat. Cælius ad Ciceronem,lib.8.8.15,Cum imperio in prouincias pro Prætore mitti oporteret: eos ſortitò in prouincias mitti placere. Cicero pro Seſtio,117,Quum verò ne de vænalibus quidem homines electos, ſed ex ergaſtulis emptos nominibus gladiatoriis ornarit, & ſortitò alios Samnites,alios prouocatores fecerit.

Sortitò dicere. Cic.6.Verr.115, Siquando taceant omnes,tunc ſortitò coguntur dicere.

Sortitò ſacerdoté capere.Ci.4.Ver.87,Syracuſis lex eſt de religione quæ in ãnos ſingulos Iouis ſacerdoté ſortitò capi iubeat.

Sortitò obtingere.Horat.Epod.4.1,

Lupis,& agnis quanta ſortitò obtigit,
Tecum mihi diſcordia eſt.

Sorracus,ſorraci,Quo portãtur inſtrumenta ſcenicorũ.Plaut. Perſa, 10. 64, Librorũ enim ecce illum plenum ſorracũ habeo.

Sos,pro Eos antiqui dicebant,teſte Feſto.

SOSIBIVS,Grammaticus Laconicus,cuius meminit Suidas.

SOSII,Bibliopolæ olim erant celeberrimi, quorũ meminit Horatius de Arte,70,Hic meret æra liber Soſiis.Idem 1.epiſt.11.1, Scilicet vt proſtes Soſiorum pumice mundus. Alloquitur librum ſuum.

SOSITHEVS,penult.corr.Syracuſanus,vnus de numero eorum qui Pleiades appellantur apud Ptolemæum, æmulus Homeri tragici.Suidas.

SOSIPATRA,penul.corr.Fœmina ac vates doctiſſima è Libya, vxor Ædeſii ſophiſtæ,educata dicitur à quibuſdam numinibus. Author Eunapius.

Soſpes,ſoſpitis,penult.corr.com.gen.quanuis ſoſpita fœmininum habeat,Non ſolùm ſignificat eum qui ſeruatur,id eſt ſaluus eſt: ſed etiam eum qui ſeruat: Vnde Ennius ſoſpitem pro ſeruatore poſuit. Plautus Aſin.3.1,

Sicut tuum vis vnicum gnatum tuæ
Supereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem,&c. Idem Capt.13.104, Modò in portu Philopolemum viuum,ſaluum & ſoſpitem
Vidi. Idem Caſin.20.1,Soſpes iter incipe hoc. Liu.5.ab Vrbe, 130,Adductóſque in publicum hoſpitium legatos cum præſidio etiam nauium Delphos proſequutus,Romam inde ſoſpites reſtituit. Ibidem, lib.2.60, Soſpitéſque omnes Romam ad propinquos reſtituit.

Natus ſoſpes.Virg.11. Æneid.11.

Curſu ſoſpite mutare lares.Horat.in Carm.ſeculari,8.

Domus ſoſpes ab incurſu.Ouid.10.Metam.81.

Nauis ſoſpes ab ignibus.Horat.1.Carm.ode 37.3.

Iuuenes ſoſpites.Horat.3.Carm.ode 14.2.

Sóſpita,ſóſpitæ,pen.corr.fœm.gen.Cic.pro Murena,81,Nolite à ſacris patriis Iunonis ſoſpitæ, cui omnes Conſules facere neceſſe eſt. Sic 1.de Diuinat.8. Idem 1.de Nat.deor.111,Tam hercle quàm tibi illam veſtrã ſoſpitam,quam tu nũquam ne in ſomnis quidem vides niſi cum pelle caprina.

Soſpitãlis,& hoc ſoſpitãle,penult.prod.Qui ſoſpitem facit. Plaut. Pſeud.5.19, -quis eſt qui moram occupato moleſtam obtulit? P.qui tibi Soſpitalis fuit.

Sóſpito,ſóſpitas,pen.corr.ſoſpitare,Incolumẽ ſeruare.Plaut.Merc. 19.28,Periſtrata di tibi vnicum gnatum ſoſpitent. Idem Aulul. 20.10,Plus plúſque te,ac ſoſpitent quod nunc habes. Idẽ Aſin. 11.93,Quæſo hercle Litane, ſcis herum tuis factis ſoſpitari. Liu. 1.ab Vrbe, 66, Pacem precibus expoſcunt, vti volens propitius ſuam ſemper ſoſpitet progeniem.

SOSTRATVS,pen.corr. Architectus,qui turrim excitauit in inſula Pharo, iuſſu Ptolemæi Philadelphi,ad oſtentandos nocturnos ignes nautarum curſibus,eique nomẽ ſuum inſcripſit. Fuit autem inſcriptio huiuſmodi, Soſtratus Gnidius Dexiphanis filius,diis ſeruatoribus pro nauigãtibus.Nam quum ora ex vtraque parte importuoſa & humilis eſſet,& cautes & breuia haberet,ſignum aliquod neceſſarium fuit,altum & clarum,quo nauigantes ad portus ingreſſum dirigerentur. Hæc Strabo lib. 17.

Soſtratus ſculptor qui ex ære ſigna faciebat. Plin.lib.36.ca.11.

Soſtratus Cereris ſacerdos,apud Tacitũ. Soſtratus vates, qui per furorem multa Græcis prædixit. Nam Bacchis Nauſeus & Soſtratus, Athenienſibus Xerxis aduentum prædixerunt, vt eſt author Herodotus. Soſtratus item Sicyonius cognomento Acrocherſites.vt ſcribit Suidas.

SOTADES,pen. corr. Maronites poeta turpiſſimus ſcripſit Iamborũ libros,quos appellauit Cynædos lingua Ionica, vbi libidinũ laſciua ſpecies & deſcriptio inerat. Fuere & alii duo Athenienſes: alter comicus mediæ comœdiæ: alter philoſophus qui ſcripſit de myſteriis librum vnum.Author Suidas.

Sotadeum carmen conſtat è quinque pedibus, primis duobus Ionicis à maiore, & tribus reliquis trochæis. Et quia Ionicus à maiore conſtat è duabus primis longis, & reliquis duabus breuibus,primus pes interdum ſoluta prima Ionici in duas breues, fit meſomacros conſtans è media longa,& duabus vtrinq; breuibus:ſoluta ſecũda,fit paropæon, cõſtãs è prima longa & quatuor breuibus.De hoc ſic eſt Atilii Fortunatiani fragmentũ, Primus ſpondeus, ſecundus pariambus, tertius ſpondeus, quartus pariambus, quintus tribrachys, ſextus item tribrachys, vltimus ſpondeus.Et quo magis mirum videri poteſt,totus ſotadeus numerus è trochæis poteſt conſtare pedibus,& duo habet Ithyphallica metra,& vnum trochæum pedem,&c. Vide diligenter quid Aldus de hac re in ſuis grammaticis dicat.

Soter,ſotêris,pen.prod.m.g.Cic.4.Verr.109,Itaque eum nõ ſolùm patronum iſtius inſulæ,ſed etiam ſotera inſcriptum vidi Syracuſis.Hoc quantum eſt? Ita magnum,vt Latino vno verbo exprimi non poſſit.is eſt nimirum ſoter,qui ſalutem dedit. Vetus codex ſcribit per aſpirationem ſother.

Soteria,ſoteriæ,Salus.

Soteria,ſoteriorum, Munera quæ conualeſcentibus ab amicis mittebantur.Mart.ad Soſibianum,

Ægrotas quoties,ſoteria poſcis amicos:
Iam precor ægrota Soſibiane ſemel.

SOTERICVS, Aſſites poeta,ſub Diocletiano, ſcripſit encomium Diocletiani,Dionyſiaca,vitam Apollonii Tyanei, & alia.Suidas.

SOTERIDES, Epidaurius ſcripſit muſicæ libros tres,vt ait Dionyſius.

S P

SPADO,nutrix fuit Cyri regisque dictio quoniam Medorũ lingua canem ſignificat,factum eſt vt Cyrus creditus ſit nutritus à cane.teſtis Herodotus in primo.

Spadix,ſpadicis,pe.prod.m.g.quid ſit declarat Gellius lib.2. ca. 26,his verbis,Et rutilus & ſpadix, phœnicei ſynonymaque facti Græcè noſter eſt,exuberantiã,ſplendorémq; ſignificat ruboris: quales ſunt fructus palmæ arboris non admodum ſole incocti: vnde ſpadici & phœnicei nomen eſt.Spadica enim Dorici vocãt anuſum è palma termitem cum fructu.Virg.3.Georg.17,

Luxuriãtque toris animoſum pectus;honeſti
Spadices,glaucique,color deterrimus albis.

¶ Spadix,Inſtrumẽtum muſicum.Iulius pollux author lib.4.

Meminit & Cælius lib.9. cap.4. Quintil.lib.1.cap.17, de Muſica, Quanuis autem ſatis iam ex ipſis quibus ſum modò vſus exemplis, credam eſſe manifeſtum quæ mihi & quatenus Muſice placeat: apertius tamen profitendum puto, nō hanc à me præcipi, quæ nunc in ſcenis effœminatā, & impudicis modis fracta, non ex parte minima ſiquid in nobis virilis roboris manebat, excidit: ſed qua laudes fortium canebantur, quáque & ipſi fortes canebant (nam pſalteria & ſpadices etiam virginib⁹ probis recuſanda) ſed &c.

Spado, ſpadōnis, maſc. gen. dictio Græca, idem quod Eunuchus ſignificans, nempe cui cremaſteres ſunt euulſi, id eſt nerui quibus colei ſuſpenſi ſunt. Ἀ σπάω, quod eſt euello, quòd ab eo pars maxima virilitatis auferatur. Plin.lib.11.cap.37.9, Defluuium capillorum in ſpadonibus non viſum.

Rugoſis ſpadonibus ſeruire. Horat. Epod.9.3.

¶ Spadones, Surculi qui nihil adferūt. Colum.lib.3.cap.10.11, Eiuſmodi ſurculos, qui nihil attulerint, ſpadones appellant: quod non faceret, niſi eos ſuſpicarentur inſ[illegible]biles frugib⁹: quæ & ipſa appellatio rationē mihi ſubiecit non eligēdi malleolos, quanuis probabili parte vitis enatos, ſi fructum non tuliſſent. quanquam & hos ſciam non in totum ſterilitate affectos.

SPARGAPISES, Herodoto lib.1, filius Tomyridis Maſſagetarum reginæ, qui captus à Cyro ſeipſum interfecit.

Spargo, ſpargis, ſparſi, ſparſum, ſpargere, Paſſim aliquid iactare, quaſi per ſpatiū aliquid agere. Plaut. Trucul.8.11, -ſparſiſti Aquam: iam rediit animus. Virg.9.Æneid.115, Iam cornu petat, & pedibus qui ſpargat arenam.

Spargere ſe in ariſtas, vel brachia, dicitur herba, quando ſuccreſcit. Plinius lib.11. cap.11.2, Cacumina in ariſtas ſe ſpargunt. Idem lib.13.cap.9.2, Differt, quòd in brachia ramorum ſpargitur. Id eſt expanditur.

Spargit ſe in amnem Moſam. Plinius lib.4.cap.15, Ita appellantur oſtia, in quæ effuſus Rhenus, ab Septentrione in lacus, ab Occidente in amnem Moſam ſe ſpargit.

Sparſerant ſe toto paſſim campo. Liu.7.bel.Maced.81.

In fluctus ſpargere aliquē, Proiicere in fluct⁹. Virg.3.Æn.111.

Spargere per. Virg.3.Æneid.16,

-niueámque Paron, ſparſáſque per æquor Cycladas. Columella lib.1.cap.16.2, Si tamen aliqua cauſa tempeſtiuam ſtercorationem facere prohibuerit, ſecūda ratio eſt, antè quàm ſarrias, more ſeminantis ex aniariis puluerem ſtercoris per ſegetem ſpargere. Virgil.4.Georg.105, Diſcerptum lætos iuuenem ſparſére per agros.

Sparſi per agros & per vias. Liuius 9.bel.Pun.16. Et lib.9.ab Vrbe,118.

Comæ canæ ſparguntur per caput omne. Ouid.2. de Arte,16.

Arenam ſpargere pedibus. Virg.3.eclog.18.

Auxilium toto ſpargit in orbe ſuum. Ouid.de Nuce,30.

Bellum ſpargere per æquora. Lucan.lib.2.135.

Solis equi ſparſere diem. Silius lib.5.11.

Fama ſpargitur in turmas. Stat.9.Thebaid.7.

Flammas per nubila ſpargit Iuppiter. Ouid.3.Faſt.57.

Flores ſpargere. Virg.6.Æneid.177.

Spargere humum foliis. Virg.5.eclog.8, Spargite humum foliis, inducite fontibus vmbras. Id eſt implete. Seruius.

Eurus ſpargens naufragium. Silius lib.10.65.

Nebulam ſpargere ſtellis candidis. Horat.3.Carm.ode 15.1.

Fama ſparſerat nomen per vrbes. Ouid.8.Metam.54.

Semen ſpargere. Cic.pro Roſc.Amerino,19, Etenim qui præeſſe agro colendo flagitium putes, profectò illū Attilium, quem ſua manu ſpargentem ſemen, qui miſſi erant conuenerunt, hominem turpiſſimum atque inhoneſtiſſimum iudicares. Id eſt ſeminantem.

Humo ſpargere ſemina. Ouid.5.Metam.130.

Suſpiciones quāmaximè variè ſpargere. Quintil.li.7.ca.3.10.

Voces ambiguas ſpargere in vulgus. Virg.2.Æneid.10.

Vulcanum ſpargere totis tectis. Virg.7.Æneid.16.

¶ Spargere, Guttatim infundere, & miſcere. Virg.11.Æne.68, -ſpargit rapida vngula rores Sanguineos. Idē lib.4.97, Spargens humida mella, ſoporiferúmque papauer. Ex Seruio.

¶ Spargere, Madefacere. Lucilius lib.19, Latere pendens, ſaxa ſpargés tabo, Sanie, & ſanguine atro. Sic Cic.1.Tuſc.171. Vnde aſpergere dicimus. Solebāt enim veteres aqua corpus purgationis cauſa madefacere, diis inferis ſacrificaturi.

Spargere corpus aqua. Virg.6.Æneid.117,

Occupat Æneas aditum, corpúſque recenti
Spargit aqua: ramúmque aduerſo in limine figit.

Ora ſpargunt lachrymis. Lucret.lib.2.195.

Spargere venena. Cic.2.Catil.42, Hi pueri tam lepidi ac delicati, non ſolùm amare & amari, neque cantare & pſallere, ſed etiam ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt.

¶ Spargere, Complere. Virg.9.Æneid.91, Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras. Idem 4.Æneid.117.

Spargendus, Participium: vt

Ignis ſpargendus. Senec.Herc.Œtæo,15.11.

Membra ſpargenda procellis dare. Lucan.lib.5.137.

Sparſus, Aliud participium. Terent.Heaut.5.5.18, Rufámne illam virginem, cæſiam, ſparſo ore, adunco naſo?

Sparſus albo. Virg.1.eclog.9,

Præterea duo, nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo. Vbi Seruius, Sparſis pellibus albo, Qui habent adhuc maculas à prima ætate venientes. Acceſſu enim temporis mutant colorem: & eorum maculæ eſſe gratiæ minoris incipiunt.

Tempora ſparſus raris canis. Ouid.8.Metam.114.

Sparſus, nomen. Plinius lib.16.cap.34.3, Item ſelenitium, cuius eſt minor acinus, ſparſior racemus.

Arena ſparſa. Virg.3.Georg.47.

Capilli ſparſi. Propert.lib.2.eleg.1.2.

Corpus ſparſum Senatus. Lucan.lib.7.59,

Calcatúſque ſimul reges, ſparſúmque Senatus
Corpus, & immenſa populos in cæde natantes.

Humerus ſparſus capillis. Horat.3.Carm.ode 10.3.

Humus ſparſa cæleſti rore. Ouid.1.Faſt.63.

Manus ſparſæ cruore. Virg.4.Æneid.133.

Sparſæ manus. Plin.lib.7.ca.17.1, Quod ſit hominum ſpatiu à veſtigio ad verticem, id eſſe ſparſis manibus inter lōgiſſimos digitos obſeruatum eſt. Vetus exemplar habet paſſis.

Sparſæ humanitatis ſale literæ. Cic.ad Atticum, lib.1.8.1, Purè loquuntur cum humanitatis ſparſæ ſale, tum inſignes amoris notis.

Veſtigia ſparſa ſunt laceri currus. Ouid.2.Metam.64.

Sparſim, Aduerbium, Huc atque illuc. Plin.lib.36.cap.7.2, Differētiáque eorum eſt ab ophite, quum ſit illud ſerpentium maculis ſimile, vnde & nomē accepit, quòd hæc maculas diuerſo modo colligunt: Auguſtum vndatim criſpum in vertices: Tiberium ſparſim conuoluta canitie. Gell.lib.11.cap.2, Præterea ex eodē libro Catonis hæc etiam ſparſim & interciſè commeminimus.

SPARTA, Spartæ: & Sparte, Spartes, Eadem eſt quæ & Lacedæmon, vrbs Laconiæ in Peloponneſo, à Sparto Phoronei filio, qui eam condidit, appellata Sparta. Fuit autem ciuitas Græciæ inſignis, quæ diu cum Athenienſibus grauia bella geſſit, quæ Lycurgi legibus optimè inſtituta fuit. Virgil.3. Georg.51,

Veloces Spartæ catulos, acrémque moloſſum
Paſce ſero pingui.

Animoſa Sparte. Stat.5.Syl.3.12.

Immunita Sparte. Ouid.10.Metam.34.

Nobilis Sparte. Senec.Thebaid.16.

Potens Sparta. Stat.1.Achill.81.

Ab ea dicti ſunt Spartiatæ, Spartæ, & Spartani. Spartiatas legimus in libris Machabæorum Romanis fuiſſe confœderatos.

Genſ Spartâna. Ouid.3.Metam.41.

Virgo Spartâna. Virg.1.Æneid.64.

SPARTACVS, pen.corr. Famoſus gladiator fuit, vt ſcribit Appianus lib.1, ex Thracia oriūdus, robore animi & corporis præſtāns, qui vnà cum Chyſo & Œnomao, effracto Lentuli ludo gladiatorio, cum ſeptuaginta gladiatoribus erupit Capua, manuque ſeruorum congregata, quaſi iuſto exercitu comparato, bellum ingens excitauit: ſed victus à Craſſo fuit, de quo Lucanus, lib.2.110, Vt ſimili cauſa caderes, qua Spartacus hoſtis. Vide Appianum. Cic.4.Philipp.162, Eſt igitur Quirites Populo Rom. victori omnium gentium, omne certamen cum excurſore, cum latrone, cum Spartaco.

Acer Spartacus. Horat.Epod.16.1.

Vagans Spartacus. Horat.3.Carm.ode 14.4.

SPARTIO, Promontorii eſt Sithoniæ in Thracia, nobile Orphei vatis origine, quod multi Sperchiū eſſe volunt. Stat.1.Sylu.6.14,

Iam noctis propioribus ſub vmbris
Diues Spartio, quos agit tumultus.

SPARTOPOLIOS, ſignificat caniciem. Sed in Tragœdia, virili ſpecie, nigra, ac ſubpallida: in Comœdia verò muliebri erat habitu perſona. Nā inter perſonas tragicas & comicas (vt ait Iulius Pollux) numerantur Polia & Spartopolios. Polia (inquit) erat anus, ætate dignitatéque cæteris anteſtans.

Spartum, ſparti, ſiue ſpartium Dioſcoridi lib.4. id eſt quod noſtri geniſtam appellāt, fortaſſis quia genu modo flexilis ad nexus ſit, vel quia genibus medeatur dolentibus. Eſt & aliud ſparti genꝰ quod in Hiſpania naſcitur, de quo Plinius lib.19.ca.2.1, Sparti quidem vſus multa poſt ſecula cœptus eſt: nec ante Pœnorum arma quæ primùm Hiſpaniæ intulerunt. Herba & hæc ſponte

naſcens,& quæ non queat ſeri,iuncúſque propriè aridi ſoli,vni terræ dato vitio. Nanque id malum telluris eſt,nec aliud ibi ſeri aut naſci poteſt. Idem lib.24.cap.9.8, Geniſta quoque vinculi vſum præſtat. Flores apibus gratiſſimi. Dubito an hæc ſit, quam Græci authores ſparton appellauêre,quum ex ea lina piſcatoria apud eos factitari docuerim:& nunquid hanc deſignauerit Homerus,quum dixit,Nauium ſparta diſſoluta. Nondum enim fuiſſe Africanum vel Hiſpanum ſpartum in vſu certũ eſt. Et quum ſutiles fierent naues, lino tamen,non ſparto vnquam ſutas. Semen eius quod Græci eodem nomine appellant,in folliculis phaſeolorũ modo naſcens, purgat ellebori vice,drachma & dimidia pota in aquæ mulſæ cyathis quatuor ieiunis.

Sparto fiebant funes nautici. Liu.2.bel.Pun.89,Inde iam præda grauis ad Longunticam peruenit claſſis:vbi vis magna ſparti fuit ad rem nauticam congeſta ab Aſdrubale.

Spartarium,ſpartarii,Loc⁹ in quo ſpartorũ frequẽtia eſt,vel ſpartis conſitus. Plin.lib.11.cap.8.1,Ceras ex omnium arborum,ſatorúmque floribus confingunt, excepta rumice & chenodope. Herbarum hæc genera. Fallò excipitur ſpartum, quippe cum in Hiſpania multa in ſpartariis mella herbam eam ſapiant.

Sparteus,Adiectiuũ,Sparto cõpactũ & cõpoſitum. Colu.lib.6.cap.12.1, At ſi iam in vngulis eſt, inter duos vngues cultello leuiter aperies. Poſtea linamenta ſale atque aceto imbuta applicantur, ac ſolea ſpartea pes induitur. Id eſt iuncea, vel ex ſparto facta.

Spartei funes. Cato cap.3.3,Trochleas Græcanicas binas quæ ſparteis funibus duçantur.

Spartea ſporta. Colum.lib.12.cap.6.1.

Spartæ vmæ,& ſpartæ amphoræ. Cato cp.12.1.

Sparus, ſpari,m.g.vel Sparum, n.g. Telum ruſticum in modum pedis recuruum, vt ait Seruius. Eſt & militare quoque,vt in ſequentibus exemplis patet. Virg.11.Æneid.137, Agreſtiſque man⁹ armat ſparus. Saluſtius,Sed ex omni copia circiter quarta pars,militarib⁹ armis inſtructa,cæteri vtut quoſque caſus armauerat, ſparis aut lanceis, alii peracutas ſudes portabãt. Feſtus, Spara minimi generis ſunt iacula,à ſpargendo dicta:quòd paſſim pugnando ſpargerentur. Lucilius, Tum ſpara, tum muricet portantur,tragula porrò.

Spaſmus,ſpaſmi:ſiue Spaſma,ſpaſmatis,n.g. Contractio,neruorum rigor, ſiue diſtenſio,conuulſio. Plin.lib.21.cap.8.1,Item ex mulſa auxiliatur renibus,ſtrãgurix,opiſthotonicis,ſpaſmis, lumbis. Idem lib.20.cap.21.7,Ruptis,conuulſis,ſpaſmatũ neruis ſalutare. Quo loco Hermolaus admonet ex veteri lectione legendum,Ruptis,conuulſis,ſpaſticis neruis.

Spaſticus,pen.corr.Adiectiuum,Dicitur cui aliquid intus conuulſum eſt. Plin.lib.21.cap.19.10,Radicem decoctam bibere ſpaſticis,cuerſis,conuulſis,ſuſpiriioſis ſalutare eſt. Sic lib.23.cap.1.36.

Spatha,ſpathæ,Longior enſis,ac latior à quibuſdam eſſe dicitur:à σπάω,ſcindo,vel dilacero:vel à σπάω,quod cuello ſiue enagino ſignificat. Apuleius,Et militaris ſacramenti genium ob amiſſam ſpatham verebatur. Vegetius gladios maiores, ſpathas vocari docet:minores verò,ſemiſpathas.

Spatha etiã dicitur qua coctura in vaſis permiſcentur & agitantur. Plin.lib.23.cap.7.13,Permiſcentes ſpatha coquebant. Sic in vetuſto codice, & in omnibus. Apud Celſum ſpatha ſæpe legitur. Hæc Budæus. Columella lib. 12.cap.21.1, Deinde permiſceto ſpatha lignea.

Spathula,ſpathulæ,penult.corr. Diminutiuum. Celſus lib.8, At ſi vaſtius corpus, neruíve robuſtiores ſunt, neceſſaria eſt ſpathula lignea,& quæ craſſitudinem duorum digitorũ habeat. Quidam rudiculam vocant.

Spathe,ſpathes,Gen⁹ arboris. Plin.lib.12.ca.18.1,Eſt præterea arbor ad eadẽ vnguẽta pertinẽs, quã alii elaten vocãt,quod nos abietem,alii palmã,alii ſpathen. Laudatur Ammoniaca maximè,mox Ægyptia. Dein Syriaca,dũtaxat in locis ſitiẽtib⁹ odorata,pingui lachryma, quæ iſi vnguẽta additur ad domãdũ oleũ.

¶Spathe,Ramus palmæ. Theophraſtus corticẽ palmæ vocat. Plin.lib.16.ca.26,Palma ſola(vt dictum eſt)in ſpathis habet fructum,racemis propendentem. Idem lib.23.cap.5.1,Palma,ſiue elate,ſiue ſpathe,medicinæ confert germina,folia,corticem.

Spathalium, Diminutiuum,Palmæ ramulus cum dactylis dependentibus: de quo tale eſt Martialis epigramma,lib.13.17,

Aurea porrigitur Iani caryota calendis,
Sed tamen hoc munus pauperis eſſe ſolet.

¶Spathaliũ,Ornamentũ muliebre inter delicias mulierũ annumeratum. A⁹ verbo Græco σπαλάω,ſiue σπαλαίω,quod ſignificat delicias ago & laſcinio. Plin.lib.13.cap.25.6,Iuba tradit circa Troglodytarum inſulas fruticem in alto vocari Iſidos plocamon, corallio ſimilem ſine foliis, præciſum mutato colore in nigrum dureſcere. Quum cadat,frangi. Item alium qui vocetur charitoblepharon, efficacem in amatoriis. Spathalia eo facere,& monilia fœminas.

Spatium,ſpatii,nõ ſolùm de loco dicitur,ſed etiam de tẽpore.

De loco. Liuius 1.ab Vrbe,51,Metius Curtius ab Sabinis princeps ab arce decurrerat, & effuſos egerat Romanos,toto quãtũ foro ſpatium eſt. Cic.2.de Nat.deor.70,Sydus ſpatiis immutabilibus ab Ortu ad Occaſum cõmeans. Et 1.de Orat.15,In ambulationem ventum eſſe dicebat,tum Scævolam duobus ſpatiis tribúſque factis dixiſſe,&c.

Diſcrimina ſpatii. Ouid.8.Metam.116.

Interius ſpatium,pulchérque receſſus. Ouid.7.Metam.136.

Aduerſa ſpatia. Virgil.5.Æneid.117, Inde alios ineunt curſus, alióſque recurſus Aduerſis ſpatiis.

Deſertum ſpatium. Lucret.lib.1.119.

Diſtans ſpatium. Quintil. libro 1.cap.10.3, Qualis illius fuit, qui grana ciceris ex ſpatio diſtante miſſa in acum continuò,& ſine fruſtratione inſerebat. De matæotechnia,id eſt ſuperuacua artis imitatione. Ouid.de Nuce,17.

Extremum ſpatium. Virg.5.Æneid.66.

Immenſum & enorme ſpatium. Tacit. in vita Agricolæ, Sed immenſum & enorme ſpatium procurrentiũ extremo iam litore terrarum velut in cuneum tenuatur.

Maxima campi ſpatia. Virg.3.Georg.41.

Multiplex loci ſpatium. Lucret.lib.1.33.

Mediocre ſpatium,Vide Mediocris in **Mediuo**.

Remotum ſpatium. Ouid.2.de Arte,98.

Sylueſtria ſpatia. Cic.1.de Legibus,21.

Tritum ſpatium. Ouid.2.Metam.34,

-tritúmque relinquunt
Quadriiuges ſpatium,nec quo prius ordine currunt.

¶Abeſſe ſpatio,tranſitu,paſſibus,&c. Vide **Abſum**.

Addere ſe in ſpatia. Virg.1.Georg.103,

Vt quum carceribus ſeſe effudêre quadrigæ:
Addunt ſe in ſpatia:& fruſtra retinacula tendens
Fertur equis auriga,neque audit currus habenas.

Complere ſpatium. Lucan.lib.5.31,

-nec vox antri complere capacis
Sufficiens ſpatium.

Conficere viam ſpatiis. Virgil.2.Georg. 109, Sed nos immenſum ſpatiis confecimus æquor.

Corripere ſpatium, Vide **Corripio**.

Iniquis ſpatiis diſcluſus. Virg.4.Georg.30.

Æquali ſpatio diſtare. Ouid.8.Metam.50.

Pari ſpatio diſtare vtrinque. Ouid.10.Metam.35.

Emetiri ſpatium oculis. Virg.10.Æneid.155.

Euadere ſpatium. Virg.11.Æneid.181.

Facere ſpatium. Quintil.lib.1.cap.10.31,At centeni,& octogeni in quãque partem pedes Idem ſpatiũ extremitatis,ſed multò amplius clauſæ quatuor lineis areæ faciunt.

Patenti ſpatio inſurgere. Ouid.3.Amor.eleg.2.16,

Nunc ſaltem propera,ſpatióque inſurge patenti. Loquitur de curſibus equorum.

Interſtincta ſpatia columnis. Stat.3.Syl.5.18.

Ampla ſpatia vacuis laxantur locis. Senec.Herc.fur.9.11.

Nobilitata ſpatia Academiæ, Vide **Nobilito**.

Notata inſcriptis lapidibus ſpatia. Quintil.lib.4.cap.5.16.

Porrigere membra in ſpatium. Ouid.1.Metam.40,

Scorpius,& cauda,flexíſque vtrinque lacertis,
Porrigit in ſpatium ſignorum membra duorum.

Planis ſpatiis porrectus locus. Horat.1.epiſt.7.9.

Relicto ſpatio ſequi aliquem, Id eſt poſt interuallum ſpatii. Virgil.5.Æneid.65,

Proximus huic,longo ſed proximus interuallo,
Inſequitur Salius, ſpatio pòſt deinde relicto
Tertius Euryalus.

Tenere ſpatii aliquid. Ouid.1.Metam.89.

Viæ ſpatium me terret. Ouid.8.Metam.161.

Tranſcurrere ſpatium. Lucret.lib.2.33.

Infinitum vacat ſpatium. Lucret.lib.2.210.

Spatium vnum baſilicæ,pro Vno verſu ambulationis. Cic.pro Murena,64, de ſectatoribus loquens, A quibus ſi domus noſtra celebratur,ſi interdũ ad forum deducimur,ſivno baſilicæ ſpatio honeſtamur,diligenter obſeruari videmur,& coli. Budæus.

¶De tempore,vt Spatium cogitandi. Terent. Phorm.4.4.20, Spatium quidem tandem apparandis nuptiis,
Vocandi,ſacrificandi dabitur paululum. Idem And.1.1.11,Ne eſſet ſpatiũ cogitandi ad diſturbandas nuptias. Cic.1.Offi.166, Spatium etiam deliberandi habuerunt,quem,&c.

Spatium & tempus. Cic.pro Quintio,1.Quæ quãta ſit,niſi tẽpus,& ſpatium datum ſit,intelligi non poteſt.

Spatium ad. Cic.2.Verr.34,Etiamſi ſpatium ad dicendum no-

ſtro commodo, vacuóſque dies habuiſſemus, tamen oratione longa nihil opus fuiſſe. Idem 4.de Finib.1, Aut ſpatium ſumamus ad cogitandum. Plancus ad Ciceronem,lib.10.13.8, Pontéſque quos feceram, interrupi: vt ſpatium ad colligendum ſe homines haberent.

Ad diſturbãdas nuptias cogitãdi ſpatiũ, Vide **Ad** præpoſit.

¶ Spatium,pro Curriculo.Lucret.lib.4.241,

Nam facit ex animo ſæpe:& communia quærens
Gaudia,ſolicitat ſpatium decurrere amoris.

Spatium & curriculũ. Cic.de Amicitia,38,Deflexit enim iam aliquãtulũ de ſpatio curriculóque conſuetudo maiorũ. Idem in Oratore,6,Fateor me oratorẽ ſi modò ſim,aut etiã quicúq; ſim,non ex rhetorum officinis,ſed ex academiæ ſpatiis exiſtiſſe: illa enim eſſe curricula multiplicium, variorúmque ſermonum. Idem pro Rabirio Perduel. Reo,5, Méq; ex cõparato & conſtituto ſpatio defenſionis, in ſemihoræ curriculum coegiſti.

Spatium vitæ.Cic.pro Archia,11, Siquib⁹ regionibus vitæ ſpatium circunſcriptum eſt,&c.

Spatium tẽporis. Cic. pro Archia, Quoad longiſſimè poteſt mea mens reſpicere ſpatium præteriti temporis.

Trium dierum ſpatium. Cic.4.Verr. 67, Et erat ſpatium dierum ferè triginta ante Cal.Decẽ[illegible]

Biennii ſpatio. Cic.ad Q.fratrem,lib.1.1.20,Qui tibi biennii ſpatio nunquam in ſuſpicionem auaritiæ venerit. Liuius 1.ab Vrbe,71,Quinque dierum ſpatio finiebatur imperium.

Spatium & longinquitas vitæ. Plin. lib.7.cap.48.1, De ſpatio atque longinquitate vitæ hominum, non locorum modò ſitus, verum exempla ſua cuique ſors naſcendi incertum fecêre.

Sine fine ſpatium.Lucret.lib.2.19.

In medio ſpatio. Cic.3.de Orat.4,O fallacem hominũ ſpem, fragilémque fortunam,& inanes noſtras contentiones, quæ in medio ſpatio ſæpe franguntur.

Spatium annuum. Plin.lib.9.cap.10.3,Educant fœtus annuo ſpatio. Horat.4.Carm.ode 5.3.

Breue ſpatium.Lucret.lib.2.16.

In tam breui ſpatio,Vide **In** præpoſitionem.

Diurnum & nocturnum ſpatium.Cic.1.de Inuent.55.

Longo ſpatio.Cic.1.Offic.119,Propterea quòd tam longo ſpatio multa hæreditatibus tenebantur.

Longius ſpatium anno.Ouid.epiſt.17.5.

Medium noctis ſpatium.Ouid.9.Metam.138.

Paruum ſpatium.Propert.lib.1.eleg.15.9.

Velocis ſpatii meta nouiſſima.Senec.Troad.5.6.

¶ Arcto ſpatio coercere aliquem.Ouid.2.Triſt.106,

Inuida me ſpatio natura coercuit arcto:
Ingenio vires exiguáſque dedit.

Hoc interim ſpatio conclaue illud concidit.Cic.1.de Orat.192.

Dare ſpatium. Cicero 1.de Oratore,131,Quantum in hac acie quotidiani muneris ſpatii nobis datur. Idem pro Plancio,39, Deinde habere cœpit ſubitò, præter opinionem omnium, vt, ne ſi cogitaſſet quidẽ quiſpia largiri,daretur ſpatiũ cõparandi.

Euaneſcit dolor ſpatio. Ouidius in Ibin,9. Spatio ſcilicet temporis.

Habere ſpatium ad dicendum. Cic.2.Verr.34, Etiam ſi ſpatium ad dicendũ noſtro cõmodo,vacuóſque dies habuiſſemus.

Intercedit ſpatium dum,Vide **Intercedo.**

Interiecto ſpatio,Vide **Interſicio.**

Interponere ſpatium,Vide **Interpono.**

Interpoſitum ſpatium longius æquo.Lucret.lib.4.114.

Occidit ſpatium,Vide **Occido**,pen.corr.

Breuis vitæ ſpatium ſortitus.Ouid.3.Metam.25.

Quum erit ſpatium,vtrunque dabo.Cic.ad Atticũ. Et Varroni lib.9.5.4, Mihi ſi ſpatium fuerit,in Tuſculanum ante Nonas veniendi,iſtic te videbo.

Sumere ſpatium ad aliquid faciendum,Vide **Sumo.**

Surripere aliquid ſpatii.Cic.Attico,lib.5.104.1.

Vitæ ſpatium tranſcribere alicui.Ouid.7.Metam.35,

-ergo ego cuiquam
Poſſe tuæ videor ſpatium tranſcribere vitæ?

¶ Spatium hominum à veſtigio ad verticem, Menſura, dimenſio altitudinis. Plinius lib. 7.cap.17.1, Quod ſit hominum ſpatium à veſtigio ad verticem, id eſſe ſparſis manibus inter lõgiſſimos digitos obſeruatũ eſt. Vetus exemplar habet paſſis.

¶ Spatium,pro Menſura & tẽporibus pedum in carmine.Cic. in Oratore, Trochæum autẽ qui eſt eodẽ ſpatio quo choræus, cordacem appellat. Quintil.lib.9.cap.4,Poema nemo dubitauit perito quodam initio fuſum,& aurium menſura,& ſimiliter decurrentium ſpatiorum obſeruatione eſſe generatum.

¶ Spatium, pro Dilatione. Liuius libro 8,Orabant vt rem in poſterum diem differret: & iræ ſuæ ſpatium,& conſilio tempus daretur. Budæus.

Spatior,ſpatiãris,ſpatiari,Deambulare.Virg.1.Georg.78,

Tum cornix plena pluuiam vocat improba voce,
Et ſola in ſicca ſecum ſpatiatur arena. Idẽ 4.Æn.13,Aut ante deũm pingues ſpatiatur ad aras. Cic.de Opt.gen.Ora.145,Sed ita vt palæſtricè ſpatiari in xyſto liceat. Plin.lib.5.cap.9.11, Per totam ſpatiatus Ægyptum. Ouid.1.Metam.115,

-nam quum per littora lentis
Paſſibus,vt ſoleo,ſumma ſpatiarer arena.

In vmbra ſpatiari.Propert.lib.4.eleg.9.10.

Palæſtricè ſpatiari,Vide **Palæſtra.**

Paſſibus coniunctis ſpatiantur ambo.Ouid.11.Metam.15.

Spatians,ſpatiãtis,Participium. Plin.lib.37.cap.8.1, Petitur ex alto,in centenos pedes actis plerunque puteis, ore anguſtatis,intus(vt in metallis)ſpatiante vena.

Flumine lato ſpatiantẽ Gangem bibit.Ouid.5.Triſt.eleg.4.5.

Brachia ſpatiantia compeſcere.Ouid.14.Metamor.116. Brachia intelligit arborum aut vitium.

Spatiãtus,pen.prod.Participium:vt

Litore curuo ſpatiata coniunx.Ouid.3.Faſt.94.

Spatiatorem pro Erratore poſuit Cato,authore Feſto.

Spatiõſus,pen.prod.Adiectiuũ,amplũ ſignificat.Colu.lib.6.cap.1.1, Primum omnium ſpatioſum ſtabulum præparetur, vbi domitor facilè verſari,& vnde digredi ſine periculo poſſit. Idem lib.5.cap.5.3, Laxiora interordinia relinquenda:ſiue bidentibus anguſtiora: ſed neque ſpatioſiora quàm decem pedum, neque contractiora quàm quatuor.

Æuum ſpatioſum.Ouid.8.Metam.107.

Bellum ſpatioſum,Quod diu durat.Ouid.13.Metam.41.

Corpus ſpatioſum.Ouid.3.Metam.11.

Nox ſpatioſa.Ouid.epiſt.1.1.

Senectus ſpatioſa.Ouid.11.Metam.38.

Tempus ſpatioſum.Ouid.1.Amor.eleg.8.17.

Theſes ad exercitationem dicendi ſpatioſæ, atque huberes. Quintil.lib.2.cap.4.18.

Vetuſtas ſpatioſa.Ouid.15.Metam.115.

Æquo ſpatioſior.Ouid.2.de Arte,129,Omnibus Andromache viſa eſt ſpatioſior æquo.

Spatioſè, ſpatioſius, ſpatioſiſſimè, Huberius, copioſius, diffuſius.

Spatioſius & huberius amplecti.Plin.epiſt.6.2,Bono ciui conuenientiſſimum credidi, eadem illa ſpatioſius, & huberius volumine amplecti. Plin.maior lib.15.ca.8.11,Et in Creta autem non ſpatioſè naſcitur. Idem lib.16.cap.36.9, Spatioſius à nodo ſcandente complexu. Idem lib.19.cap.5.14, Quoniam ſpatioſè fruticat. Propert.lib.3.eleg.10.3,

Tu quoque,qui æſtiuos ſpatioſius exigis ignes,
Phœbe moraturæ contrahe lucis iter.

Species,ſpeciẽi,f.g.Effigies,facies,imago.Plaut.Bacchid.18.40,

Bellán' videtur ſpecie mulier? Idẽ Moſtel.4.13, Ain' alios meã ſpeciem irridere? Idem Milite,18.20,

-vbi me viderint,
Atque eius elegantia meam extemplo ſpeciem ſpernat.

Accipere ſpeciem,Vide **Accipio.**

Species & figura humana.Cic.pro Roſc.Amer.38,Portentum atque monſtrum certiſſimum eſt, eſſe aliquem humana ſpecie & figura,qui tantum immanitate beſtias vicerit.

Species oris.Liu.2.ab Vrbe,96, Adhoc promiſſa barba & capilli efferauerant ſpeciem oris.

Specie ouorum.Plin.lib.11.ca.25.1, Similiter his & ſcorpiones terreſtres,vermiculos ouorum ſpecie pariunt.

Species ſõli,Forma,& qualitas.Colum.lib.1.cap.2.16,Nec contentos eſſe nos oportet prima ſpecie ſummi ſoli,ſed,&c.

Magnificæ ſpecies,culnſque locorum.Stat.3.Syln.5.18.

Species vrbis,pro Forma & ſitu.Plaut.Perſa,16.84,Vrbis ſpeciem vidi,hominum mores proſpexi parum.

Animorum ſpecies vertuntur.Virg.1.Georg.84.

¶ Decolor æris ſpecies,Vide **Decolor.**

Decora ſpecies,Vide **Decorus.**

Eximia pulchritudinis ſpecies.Cic.in Orat.5.

Fœda ſpecie teter.Lucret.lib.2.85.

Formoſa & illuſtris ſpecies.Cic.3.de Orat.31.

Globoſa ſpecies. Plinius lib.37. cap. 10.35.

Liberalis ſpecies.Cic.1.Offic.136.

Miranda ſpecies.Lucret.lib.2.207.

Miſera & flebilis ſpecies.Cic.11.Philipp.153.

Multiformes ſpecies,Vide poſt **Multus.**

Ouata ſpecies,Vide Ouatus in **Ouum.**

Sacra ſpecies.Senec.Octauia,3.11, -orbem ſpecie tu ſacra regis Patriæ parens.

Semiferæ hominum ſpecies.Lucret.lib.2.141.

Serena ſpecies mundi. Lucret. lib. 4. 18.

¶ Forma, notio & ſpecies viri boni. Cic. 3. Offic. 107.

Præter ſpeciem ſtultus es. Plaut. Moſtel. 3. 26. Hoc eſt, ſtultior quàm vel ex vultu appareat.

Speciem boni viri præ ſe ferre. Cic. 2. Offic. 55, Quod eſt difficile, niſi ſpeciem præ te boni viri feras.

Conſingere quandam formam & ſpeciem deorum. Cic. 1. de Nat. deorum, 55.

Ætatis ſpecie vti. Ouid. 5. Faſt. 71.

Inſidebat in eius mente ſpecies eloquentiæ. Cic. in Orat. 9.

Probabilis, idonea ſpecies honeſtatis. Cic. 3. Offic. 54.

Habere humanitatis ſpeciem. Cic. 4. Tuſc. 49.

Cõmouere animos aliquorũ natura & ſpecie. Cic. 2. Offic. 45.

Scurrantis ſpeciem præbere. Horat. 1. epiſt. 19. 1.

Diſſimili ſpecie viuere. Lucret. lib. 1. 133.

Vera comitia adumbrata ad ſpeciem & veruſtatis vſurpationem. Cic. 1. de Lege agrar. 41.

Intueri huius vitæ ſpeciem. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 60.

Suſtinere alicuius dignitatem, non ſolum conſilio, ſed ipſa ſpecie. Cic. pro Domo ſua, 1.

¶ Speciem priſci Iuriſconſ. appellant, quod recentiores legis caſum. Vlpianus in Tract. de Donat. inter virũ & vxorem, cap. Sed interim, Quando itaque non retro agitur, emergunt vitia, vt Marcellus animaduerſit in ſpecie huiuſmodi. Paulus in Tractatu 1. de Legatis, cap. Latinus Largus, Proximè ex facto incidit ſpecies talis. Ibidem tamen, In hunc caſum, inquit ille, ancillas ſubſtitutas videri, in quem caſum fideicom. meruerunt. ita quum contingit Fidecommiſ. mereri. Quinctilianus thema vocat quaſi facti poſitionem vel euentus. In hac igitur ſpecie, ſignificat Quum ita contingit.

¶ Species definitur à dialecticis, vt ſit id quod dicitur de pluribus differẽtibus numero. vt homo eſt ſpecies ſub qua cõprehẽdũtur Socrates, Plato, &c. Cic. in Topic. 14, In diuiſione formæ ſũt, quas Græci εἴδη vocant: noſtri, ſiqui hæc fortè tractant, ſpecies appellant: non peſſimè id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo. Nolim enim, ne ſi Latinè quidem dici poſſit, ſpecierum & ſpeciebus dicere: & ſæpe his caſibus vtendum eſt. at formis & formarũ velim. Quum autem vtroque verbo idem ſignificetur, commoditatem in dicendo non arbitror negligendam. Genus & formam diffiniũt hoc modo, Genus eſt notio ad plures differentias pertinens. Forma eſt notio, cuius differentia ad caput generis & quaſi fonte referri poteſt. Idem 1. Acad. 45, Mẽtem volebant rerũ eſſe iudicẽ, ſolam cenſebãt idoneã cui crederetur, quia ſola cerneret id quod ſemper eſſet ſimplex, & vnius modi, & tale quale eſſet. Hanc illi εἶδος appellabant, iam à Platone ita appellatam: nos rectè ſpeciem poſſumus dicere.

Partes generis communione quadam ſimiles, ſpecie autem differentes. Cic. 1. de Orat. 93.

Obiici formæ, & offerre ſpeciem. Cic. 1. de Diuinat. 138.

Optima ſpecies, & figura dicendi. Cic. in Orat. 2.

¶ Species, Demõſtratio, ſimulatio, prætext⁹, & quaſi velamẽtum: cui res ipſa opponitur. Cic. de Amicitia, 43, Quæ eſt enim iſta ſecuritas? ſpecie quidem blanda, ſed reipſa multis locis repudianda eſt.

Veri ſpecies. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 42.

Species adulationis. Plin. epiſt. 98. b, An ego vererar (neminem viuentium, nequam in ſpeciem adulationis incidã, nominabo) &c. Tacit. lib. 1, Ea ſola ſpecies adulationis ſupererat. Iterum, Sed Pompeiũ imagine pacis, & Lepidũ ſpecie amicitiæ deceptos.

Species rixæ. Liu. 1. ab Vrbe, 178, Quibus conſueti erãt vterq; agreſtibus ferramẽtis, in veſtibulo regiæ quàm potuere tumultuoſiſſimè ſpecie rixæ in ſe omnes apparitores regios cõuertũt.

Pietas ineſſe non poeſt in fictæ ſimulationis ſpecie. Cic. 1. de Nat. deorum, 6.

In ſpeciem, Aliter: hoc eſt, ipſa ſpecie, ipſo externo conſpectu. Cic. 7. Verr. 69, Præclara claſſis in ſpeciem, ſed inops & infirma propter dimiſſionem propugnatorum atque remigum. Liu. 4. bel. Pun. 111, Et quũ tumultus ab re in ſpeciem atrociore cauſam aliis ignorantibus ortus eſſet: ſilentio tandem facto, indicem in curiam introduxerunt.

In ſpeciem, Simulatè. Liu. 4. ab Vrbe, de Sẽpronio reo, Ægrè Hortenſius pati, tentationem eam credere eſſe perſeuerantiæ ſuæ: nec precibus Tribunorum, quæ in ſpeciem modò iactentur, ſe auxilio conſidere reum.

Per ſpeciẽ legationis in Aſiã ablegatus eſt, vt inuidiæ ſubtraheretur. Plin. de Viris illuſt. 64. Liu. 9. ab Vrbe, Celata morte Tarquinii, per ſpeciẽ alienæ ſungendæ vicis, ſuas opes firmauit.

¶ Accommodatus ad ſpeciem, Vide Accommodo.

Adornari ad ſpeciem, Vide Ad præpoſitionem.

Excellentis eloquentiæ adumbrare ſpeciem. Cic. in Orat. 15.

Deuincere aliquos ſpecie clementiæ. Cic. 2. Philip. 111.

Speciẽ hoſti abeuntis exercitus dedit. Quintil. lib. 2. cap. 17. 11.

Duci vtilitatis ſpecie. Quintil. lib. 3. cap. 8. 3.

Speciem exercitus efficere. Caſſius ad Ciceronem, lib. 12. 13. 11, Ex quibus vtriſque ciuitatibus, Græcorũ militum numero, ſpeciem exercitus effecit.

Speciem habere. Cic. ad Plancũ, lib. 10. 11. 13, Hæc omnia quæ habent ſpeciem gloriæ, collecta ex inaniſſimis ſplendoris inſignibus, contemne. Eidem lib. 15. 30. 1, Non dubito quin ſciat, in his neceſſariis, qui tibi a patre relicti ſunt, me tibi eſſe vel cõiunctiſſimum, non his modò cauſis quæ ſpeciem habent magnæ cõiunctionis, ſed iis etiam quæ familiaritate & conſuetudine tenentur.

Voluptas vilitatis ſpeciem habere dicitur. Cic. 3. Offic. 165.

Habet interim aliquã ſpeciẽ probationis. Quintil. li. 5. ca. 7. 4.

Induere ſpeciem latronis, Vide Induo.

Præbere ſpeciem. Cæſar lib. 4. Cõment. Auxiliaréſq; quibus ad pugnam non multum Craſſus confidebat, lapidibus, teliſque ſubminiſtrandis, & ſuccedere cæſpitibus comportandis, ſpeciem atque opinionem pugnantium præberent.

In ſpeciem eſſe, Id eſt in decorum. Plaut. Moſtel. 3. 19, -parant ſedulò infirmitatem: & vt

In vſũ boni, & in ſpeciẽ populo ſint, ſibiq; & materiẽ Reparãr.

¶ Species, Aſpectus, res viſa. Virg. 2. Æneid. 81, Non tulit hanc ſpeciem furiata mente Chorœbus.

Flebilis ſpecies tacitæ aulæ. Claud. 3. de raptu Proſerp. 30.

Species cæleſtium. Liuius 1. ab Vrbe, 137, Nec ſolum nullam ei oblatã cæleſtium ſpeciem, ſed ira Iouis ſolicitati praua religione fulmine ipſum cum domo conflagraſſe.

Variæ illudunt ſpecies. Virg. 4. Georg. 81.

Eadem eſt in ſomniis ſpecies eorum quæ vigilãtes videmur. Cic. 4. Acad. 95.

Vanæ finguntur ſpecies. Horat. de Arte, 2.

Moueri falſa viſione & ſpecie doloris. Cic. 2. Tuſc. 73.

¶ Species in plurali, pro Aromatibus aliquando ſumitur, ſed obſolerum. Macrobius lib. vltimo. Saturn. Species & aeres & calidæ ſuper faciem quum apponuntur, exulcerant. Martianus Iureconſ. Species pertinentes ad veſtigal, cinnamomum, piper longum, piper album.

¶ Reſiſtentes ſpecies, Vide in dictione Adæro.

Specialis & hoc ſpeciale, pen. prod. non tã particulare quàm proprium, & veluti peculiare ſignificat. Iulius Capitolinus, Macrianorum familiam id ſpeciale ſemper habuiſſe, vt Alexandrum Magnum in auro atque argento exculptum ſemper haberent.

Specialim, pen. pro. aduerbium, Contrariũ habet generatim. Cic. Poſt reditum in Senatu, 19, Multa de me C. Meſſinius & amicitiæ & Reipub. cauſa dixit, legem ſpecialim initio de ſalute mea promulgauit. Vetus exemplar legit ſeparatim.

Specialiter, pen. cor. Aduerbium, Idem. Columella lib. 3. cap. 9, Atque de cura eligendi malleoli generatim præcepimus: nunc illud propriè ſpecialiter, vt nõ ſolùm ex feraciſſima vite, ſed etiã è vitis parte feraciſſima ſemina eligantur. Quintil. lib. 16. ca. 11. 1, Et ſpecialiter in iis quæ rerum geſtarum authoritate nituntur. Ibidem lib. 5. cap. 7. 3, Sequens ratio eſt, quum ſpecialiter quidem, ſed tamen multos pariter inuadere patroni ſolent.

Speciõſus, penul. prod. Adiectiuum, Pulcher ſpecie & forma. Plin. lib. 13. cap. 4. 15, Minus ſpecioſæ, ſed ſapore caryotarum ſorores. Idem lib. 18. cap. 30. 1, Triticum quo celerius, eo ſpecioſius & robuſtius. Celſus lib. 1. ca. 1, Si plentor aliquis, & ſpecioſior, & coloratior factus eſt: ſuſpecta habere bona ſua debet. Horat. 1. epiſt. 19. 11, -adde, virilia quòd ſpecioſius arma

Non eſt qui tractet.

Honore tituli ſpecioſus. Ouid. ad Liuiam, 54.

Specioſa dictu. Liuius 1. ab Vrbe, 94, Sed ſi vera potius quàm dictu ſpecioſa dicenda ſunt, cupido imperii duos cognatos, vicinoſque populos ad arma ſtimulat.

Minus ſpecioſa criminatio, Quòd parum coloris & prætexti habet. Liu. 1. ab Vrbe, Quidam in quibus minus ſpecioſa criminatio erat futura, cædem interfecti. Budæus.

Habere iuſtas, magnas, & ſpecioſas cauſas. Cicero Attico, lib. 16. 334. 8.

Eloquentia locuples & ſpecioſa. Quintil. lib. 5 cap. 14. 13.

Fabula ſpecioſa iocis. Horat. de Arte, 65.

Front ſpecioſa altis cornibus. Ouid. 3. Metam. 4.

Iuuentus ſpecioſa. Valer. 7. Argon. 111.

Mulier ſpecioſa. Ouid. 3. de Arte, 85.

Miracula ſpecioſa. Horat. de Arte, 32.

Nomina ſpecioſa imponere culpæ. Ouid. 7. Metam. 14.

Specioſas perſonas accipere debem⁹ clariſſimas perſonas vtriuſque ſexus: item eorum qui ornamentis Senatoriis vtuntur.

Hæc Iuriſconſ.

Vlmus ſpecioſa nitentibus vuis. Ouid.14.Metam.133.

Vocabula ſpecioſa. Horat.2.epiſt.2.14.

Specioſiſſimus, pen.corr. Senec.de Benefic.lib.3.cap.7, Hoc enim ſpecioſiſſimū eſt in illo, quòd dedimus vel perdituri, quòd totum permiſimus accipientium arbitrio.

Specioſè, ſpecioſius, ſpecioſiſſimè, Aduerbium, Ornatè. Liu.4.bel. Maced.34, Et quū tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula vti, matremfamiliâs tuam purpureum amiculum habere nō ſines? Et equus tuus ſpecioſius inſtratus erit, quàm vxor veſtita?

Specioſè ingredi, Cum ornatu. Colum.lib.2.cap.2.18, Igitur in opere boues arctè iunctos habere cōuenit, quo ſpecioſius ingrediantur ſublimes, & elatis capitibus.

Specimen, pen.corr. ſpecimĭnis, Argumentū quoddā, & probatio, ſiue exēplar rei alicuius occultæ: quale eſt quod in mercib⁹ emptori ſolet oſtēdi, vt in pānis: vel deguſtatio in eſculētis. Plaut. Moſtel.3.35, Igitur tū ſpecimen cernitur quò eueniat ædificatio.

Egregium ſpecimen. Senec. Thebaid.1.16.

Specimen innocentiæ, prudentiæ, virtutis. Sæpe eſt indiciū. Cic. in Piſonem, 75, Dānatio iſta quæ in te fiagitatur, obſtitit P. Rutilio, quod ſpecimen habuit hæc ciuitas innocentiæ. Id eſt, exemplum, vt ait Budæus. Idem 3.de Nat.deorum, 116, Cur temperantiæ, prudentiæque ſpecimen, ante ſimulachrum Veſtæ Pontifex Maximus eſt Q. Scæuola trucidatus?

Popularis iudicii ſpecimen. Cic.de claris Orat.98.

Adhibere ſpecimen, Vide Adhibeo.

Capere ſpecimē. Cic.1.Tuſc.50, Quid illud, num dubitas quin ſpecimen naturæ capi deceat ex optima quaque natura?

Capere ſpecimen omnis affectus. Senec. Medea, 6.2,

Proclamat obe ſuperi, oculos fletu rigat,
Renidet, omnis affectus ſpecimen capit,
Hæret, minatur, æſtuat, queritur, gemit.

Dare ſpecimen. Virg.2. Georg.49, Salſa autem tellus, & quæ perhibetur amara, Tale dabit ſpecimen, &c.

Dare aliquod ſpecimen aliquibus. Cic.1.Verr.15.

Dare ſpecimē, & ſui periculū facere. Cic.1.Ver.15, Tu verò Cæcili quid potes? quo tēpore, aut qua in re nō modò ſpecimē cæteris aliquod dediſti, ſed tute tui periculum feciſti? Vide Do.

Specimen indolis dare, Vide Indoleo.

Habeo hoc ſpecimen probatis illius. Plinius in Paneg.103, Si vnius tertium Conſulatum eundem in annum, in quem tuum contuliſſes, ingentis animi ſpecimen haberetur. Vide Specimen innocentiæ.

Eſſe aliquibus ſpecimen. Cic.3.de Leg.14.& 42.

Sumere ſpecimen. Plin.lib.7.cap.55.4, At quanto facilius, certūſque ſibi quenque credere, ac ſpecimen ſecuritatis antegenitali ſumere experimento?

Specio, ſpecis, ſpexi, ſpectū, ſpecire, apud antiquos in vſu fuit, quod Videre ſignificat. Vnde augures ſpecire, hoc eſt inſpicere aues dicebantur. Ennius, Vos epulo poſtquam ſpexit. Plautus Caſina, 11.2,

Nunc amici, ánne inimici ſis imago Alceſime mihi,
Sciam: nunc ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur.

Specito, ſpecitas, ſpecitare, Frequentatiuum antiquum à ſpecio. Plaut. Ciſtel.2.81, -per Dionyſia
Mater pompam me ſpecitatum duxit.

Specto, ſpectas, ſpectare, Aliud frequentatiuum, Sæpe, ſeu fixè intueri. Plaut. Amphit.3.118, -age, me huc aſpice.

2.Specto. Idem Moſtel.10.63, Quæſo huc ad me ſpecta, comicem vt cōſpicere poſſis. Apud eundem in Caſina, 2.6, Spectare fabulas. Cic.3.Verr.36, Spectantibus omnibus. Terēt. Eucho, 5.6.18, Here ne me ſpectes: me impulſore hæc non facit.

Viſere & ſpectare aliquid. Cic.1.Tuſc.70.

Nō ſemper dicere, ſed ſpectare debem⁹. Cic. Lēculo, lib.1.9.87.

Oculis proteruis ſpectare aliquem. Ouid.epiſt.16.16.

Oculo irretorto ſpectare aliquid. Horat.2.Carm.ode 2.5.

Spectare ad aliquem. Ouid.1. Metam.116, Conſtiterat quocunque loco ſpectabat ad Iò.

Intrò ſpectare, Vide Intro aduerbium.

Tergo ſpectari. Ouid.3.de Arte, 154.

In omnem partem ſpectare. Quintil.lib.2.cap.12.2.

¶ Spectat Græciam, pro Tēdit in Græciam. Cic.ad Atticum, lib.9.18.2, Ille, vt ad me ſcripſit, legiones ſingulas poſuit Brundeſii, Tarenti, Siponti. Claudere mihi videtur maritimos exitus, & tamen ipſe Græciam ſpectare potius, quàm Hiſpanias.

Spectat orientem, & ſimilia: pro E regione eſt, & vergit. Plin. lib.6.cap.17.5, Nec ante dimidiam fermè lōgitudinem eius ora, quæ ſpectat æſtiuum orientem, inhabitatur illa regio. Idem lib.5.cap.1.5, Eūdem opacum nemoroſūmque, & ſcatebris fontium riguum, quā ſpectat Africam.

Spectat ad, Hoc eſt verſus. Cic.7.Ver.133, Quid enim attinuit, quū Mamertini more atque inſtituto ſuo crucem fixiſſent poſt vrbem in via Pompeia, te iubere in ea parte figere quæ ad fretum ſpectaret? Cæſar 5.bel.Gall.51, Huius lateris alter angulus qui eſt ad Cantium, quò fere omnes ex Gallia naues appellūntur, ad Orientem ſolem, inferior ad Meridiem ſpectat.

Spectare in Meridiem, in ventum Fauonium. Cato cap.1.1, Si poteris, ſub radice mōtis ſiet, in Meridiem ſpectet, loco ſalubri. Varro 1.de Re ruſt. cap.14.1, Agrum oliueto conſerendo, niſi qui in ventum Fauonium ſpectet, & ſoli oſtentus ſit, alium bonum nullum eſſe.

Spectare deorſum. Colum.lib.12.cap.16.4, Tum ſcrobibus bipedaneis ſicco loco intra tectum factis vrceolos ita collocato, vt oblita ora eorum deorſum ſpectent.

Spectare & æſtimare aliquem. Cic.pro Roſc. Comœd.16, Nemo enim illum ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat.

Spectare aliquem ex bona vita, ex cenſu, &c. pro Conſyderare aliquem. Cic. pro Roſcio Comœd.10, Quem ſi tu ex cenſu ſpectas, eques Ro. eſt: ſi ex vita, homo clariſſimus eſt: ſi ex te, iudicē ſumpſiſti: ſi ex veritate, id quod ſcire potuit, & debuit, dixit.

Aliquem ex vocibus ſpectare. Cic.5.Tuſc.46.

Spectare animum alterius ex ſuo. Terent. And.4.1.11, Heu me miſerum, qui tuum animum ex animo ſpectaui meo.

Vitam alicuius non ex oratione, ſed ex moribus ſpectare debemus. Cic. in Saluſtium, 2.

Aurum ſpectatur in ignib⁹, Probatur. Ouid.1. Triſt.eleg.4.5, Scilicet vt ſuluum ſpectatur in ignibus aurum,
Tempore ſic duro eſt inſpicienda fides.

¶ Spectare aliquē, Ratione habere alicuius. Cic.2.Offic.102, At verò ille tenuis, quū quicquid factū ſit, ſeſe ſpectatum, nō fortunam, putat. Id eſt, Non ob gratiæ relationem expectatum, beneficium ſibi collatum arbitratur, quum dines aliter opinetur & potens. Budæus.

Si ſpectes ad vitulum. Virgil.eclog.3.10, Si ad vitulam ſpectes, nihil eſt quod pocula laudes. De duobus poculis loquitur Damon, quæ fecerat illi Alcimedon.

Spectare à deteriore parte. Senec.de Benefi.lib.1.cap.18, Nūquam deerunt cauſæ quærendi, ſi beneficia à deteriore parte ſpectaueris.

Ad ſuam gloriam magis, quàm ad cuiuſpiā ſalutem ſpectare. Cic.pro Seſtio, 29.

Non tā faſtidioſè in nobis, quàm in hiſtrionibus ſpectari puto. Cic.1.de Orat.135.

Rem, non hominem ſpectari oportet. Author ad Herē.li.1.9.

Trademus quæ nos ſequi in dicendo, quæque maximè ſpectare ſolemus. Cic.1.de Orat.113.

Quid in iudicando ſpectare oportet. Cic.pro Milone, 11.

Spectare ſemper vt. Cic. Licinio lib.5.8.8, Sed vt primùm forum attigerim, ſpectaſſe ſemper vt tibi poſſem quammaxime eſſe coniunctus.

Virtus vetat, dum præſtatur fides, fortunam ſpectare. Cic.2. de Diuinat.118.

In iudice debet & fortuna & dignitas ſpectari. Cic.1. Phil.15.

In pactionibus faciendis legē ſpectare. Cic. Q.fratri, lib.1.1.12.

Iuuenes magna ſpectare, & ad ea rectis ſtudiis cōtendere debent. Cic.2.Offic.63.

Nihil niſi ſempiternū ſpectare. Cic.pro Rabirio Perduellionis reo, 11.

Victoriam ſpectare. Quintil.lib.5.cap.11.17, Iam in ſchola victoriā ſpectet, & ferire vitalia ac tueri ſciat. De futuro oratore.

Acquieſcere, intueri, & ſpectare. Cic.pro Deiotaro, 3.

Spectare voluntatem alicuius, Diligenter conſyderare. Cic.4. Verr.13, Séque in eo capitis periculum aditurum, voluntatem ſpectet eius, quem ſtatim de capite ſuo putet iudicaturum.

Propius ſpectare aliquid. Horat.1.epiſt.1.14.

¶ Spectat, Tendit, pertinet, aſpirat: vt Quò vel quorſum ſpectat illud? Cic.1.Tuſcul.93, Quorſum igitur hæc ſpectat oratio? Quæ ſit illa vis, & vnde ſit, intelligēdum puto. Idem 4.Acad. 158, Quò enim ſpectat illud, quum artificia tolli quereris à nobis, niſi vt opifices concitentur? Idem ad Plancum, li.13.30.4, Expectare te arbitror, hæc tam lōgè repetita principia quò ſpectent. Idem 3.de Finib.51, Sed eorum definitiones paulum oppidò inter ſe differunt, ſed tamen eodem ſpectant.

Quæ ſcripta ſunt, eò ſpectant, vt te horter & ſuadeam. Cicero Valerio, 13.4.7.

Quid iſta edicta valeant, aut quò ſpectent, planè non video. Cic. Attico, 16.134.9.

Ad aliquid ſpectare. Quintil.lib.2.cap.4.25, Quæ diuiſo ad laudem magis ſpectat.

Consilium eius ad bellum spectat. Cicero Attico, lib.15.ep.5.

Spectat ad concordiam. Cicero ad Sulpitium, lib.4.ep.5, Omnia versusque consilia ad concordiam spectauerunt. Et ad Terentiam, lib.14.ep.4, Ad arma rem spectare.

Sermo tuus ad perorandum spectare videtur. Cicero de Claris Oratoribus, 161.

Spectat res ad interregnum. Cic. ad Q. fratrem, lib.3.ep.8.

Spectat ad rebellionem res. Liu.4. bel. Maced.104, Boiorum quoque gẽtem ad rebellionem spectare. Idem 1.ab Vrbe, 76, Concursu hominum rixa ac propè prælium fuit: paruáque ex re ad rebellionem spectare res videbatur.

Spectat ad seditionem. Liu.5.bel. Pun.17, Nónne videtis, inquit, vos in ordinẽ coactos esse, & rem ad seditionem spectare?

Beneficia quæ ad singulos spectãt, & ad vniuersos pertinent. Cic.2.Offic.106.

Spectat res ad vim. Liu.1.ab Vrbe, 36, Ægrè id Romana pubes passa: & haud dubiè ad vim spectare res cœpit.

Aliquid inquirere quod ad bene beatéque viuendum valeat & spectet. Cic.2.Offic.7.

Prima & media verba ad vltimum spectare debent. Cicero in Oratore, 116.

Spectat in. Cic.1.de Orat.45, Artem verò negabat esse vllam, nisi quæ cognitis, penitúsque perspectis, & in vnum exitũ spectantibus, & nunquam fallentibus rebus contineretur.

¶ Spectari, Passiuũ. Plin.lib.11.cap.1.3, Antequã eodem ebore numinum ora spectarentur, & mẽsarum pedes. Plaut. Sticho, 3.59, Vbi facillimè spectatur mulier quæ ingenio est bono.

¶ Spectare ne, pro Cauere. Plau. Asi. 13.33, Spectãdum ne cuiquam annulum det, neque roger.

¶ Spectatur, Impersonale. Plin. lib.10.cap.70.1, Plausu congregari feros ad cibum, consuetudine spectatur. De piscibus.

Spectando, Gerundium. Propert. lib.3.eleg. 21.2, Crescit enim assiduè spectando cura puellæ.

Spectãtum, pen.prod. Supinum. Horat. de Arte, 1, Spectatum admissi risum teneatis amici?

Spectatu, Supinum. Cic.2.Offic.54, Maximéque admirantur eum qui pecunia non mouetur: quod in quo viro perspectum sit, hunc dignum spectatu arbitrantur.

Spectans, Participium: vt

Inuicem spectans ambos. Ouid.6.Metam.115.

Spectandus, Participium: vt

Oculis nigris spectandus. Horat. de Arte, 8. Plin.lib.10.cap. 42.3, Nec vulgaris pstacis forma, quanuis non spectanda.

Spectãtus, pen.prod. Participium, siue nomẽ ex participio, Probatus, cuius scilicet plurimum consyderata ac probata & spectata iam virtus est. Virgil.8. Æneid.31, -sunt nobis fortia bello

Pectora: sunt animi, & rebus spectata iuuentus. Plaut. Merc.6. 47, Fecère talẽ antè alii spectati viri. Idem Sticho, 10.48, Satis spectata est mihi tua fœlicitas. Terent. Adel.5.6.5, Nam is mihi est profectò seruus spectatus satis. Idem And.5.1.1, Satis sã satis simo spectata erga te amicitia est mea. Plau. Persa, 5.4, Vitam equidem iam satis tibi spectatam esse censueram,

Et meos mores.

Spectatus & cognitus in rebus iudicandis. Cic.2.Verr.18.

Spectatus in literas. Gellius lib.13.cap.20, Summa vir authoritate grauitatéque, & à diuo Hadriano in mores atque literas spectatus.

Adolescentia spectata. Cic. post Reditum in Senatu.33.

Fabula spectata. Horat. de Arte, 39.

Fides nostra spectata est per mala. Ouid.2. de Põto, eleg.7.17.

Confugere ad fidem cognitam & spectatam. Cic.1.Verr.7.

Forma spectata. Ouid.14.Metam.131.

Omniũ artium homo probatus & spectatus. Cic.1.de Orat.61.

In multis & magnis rebus singularis integritas spectata. Cic. 3.Philip.142.

Spectatæ integritatis vir. Liu.6.bel.Pun.154.

Medicus ignobilis, sed spectatus. Cic.pro Cluentio, 35.

Pietas spectata. Ouid.4.Fast.8.

Virtus spectata belli domique. Horat.2.epist.1.47

Virtus nobilitata & spectata. Cic.pro Flacco, 49

Vir maximus & spectatus. Cic.de Amicitia, 8.

Fortes & spectati viri. Cic.1.Verr.13.

Spectatus & honestus vir. Cic.5.Verr.49.

Spectatissimus sui ordinis Potitius. Cic.3.Verr.96.

Fœmina spectatissima. Cic.pro Rosc.Amerino, 87.

Spectatè, Aduerbium, Fœliciter, egregiè. Plin.lib.11.cap.2.2, Flores verò, odoresque in diẽ gignit: magna (vt palàm est) admonitione hominũ, quæ spectatissimè floreant, celerrimè marcescere.

Spectatio, Verbale fœm. Ipse spectandi actus. Cic.5.Verr.155, Ex omni pecunia quam aratoribus soluere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant. Primùm pro spectatione & collybo: deinde pro nescio quo cerario. Hæc probationẽ significat.

Spectãtor, pœnul. prod. spectatõris, m.g. Qui ludos, aut aliud quidpiam, animi causa spectat. Plaut. Amphit.19.3, Nunc spectatores, Iouis summi causa clarè plaudite. Cic.7. Verr.105, Aut si omnes in culpa fuissent, non oportuisse Cleomenem constitui spectatorem illorum mortis atque cruciatus. Idem 1.Offic.36, Spectatoréque se otiosos præbuerunt Leuctricæ calamitatis. Sic 2.de Nat.deorum, 110.

Homo rerum superarum atque cælestium spectator. Cic.1.de Nat.deorum, 110.

Ineptiarum alicuius constituere testem & spectatorem. Cic.1. de Oratore, 56.

Superbi spectatoris fastidia. Horat.2.epist.1.44.

¶ Spectator, Probator. Terent. Eunucho, 3.5.18, Quum ipsum me noris quàm elegans formarum spectator siem. Vbi Donatus, Spectator elegans est, qui sit cunctantis & fastidiosi iudicii: cui nó quid placet facilé. Spectator, probator, vt spectatores pecuniæ dicuntur.

Equorum spectator. Ouid.3.Amor.eleg.2.1.

Auditor gloriæ & spectator laudis. Cic. pro Domo sua, 51.

Laudum alicuius spectator. Cic. Curioni, lib.2.6.6.

Officiorũ cuiuspiam diligẽs spectator. Cic. de Petit. Cõsul. 16.

Operum multorum spectator. Ouid.12.Metam.38.

Spectãtrix, pen.prod. spectatrícis, Verbale fœm. Plaut. Merc.12.12, Diuûm atque hominũ quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus. Ouid.epist.17.19, -protinus addis

Spectatrix animos, vt valeámque facis.

Scelerum spectatrix turba. Lucan.lib.3.16.

Spectatiuus, pen.prod. Adiectiuum. Quintil.lib.3.cap.5, Vt illa sit spectatiuæ partis, hæc actiuæ.

Spectãbilis, & hoc spectãbile, pen.corr. Spectatione dignum & admiratione: vel etiam magni nominis. Apul. Iubet construi pulchrum & spectabilem currum. Plin. lib.5. cap.1. 12, Indigenæ tamen tradunt in ora ab Sala c 1.M.pass. flumen Asanam marino hausu, sed potu spectabile. Idem lib.11.ca.14.1, Aliubi enim fani cera spectabiles gignuntur.

Ore placido spectabilis. Ouid.1.de Ponto, eleg.2.16.

Campus spectabilis vndique. Ouid.3.Metam.141.

Corpus spectabile, Quod videri potest. Ouid.3.Trist.eleg 8.7.

Facie spectabilis puer. Ouid.4.Fast.45.

Heros spectabilis. Ouid.7.Metam.101.

Opus spectabile. Valer.1.Argon.87.

Signum spectabile. Iuuenalis Saty.8.11.

Victoria pulchra & spectabilis. Tacit. in vita Agricolæ, Et extremo metu corpora defixêre in his vestigiis, in quibus pulchrã & spectabilem victoriam ederetis.

Spectaculum, spectãculi, penult.corr. Dicitur id quod spectatur, vt ludi, & alia id genus. Virgilius, Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane. Liu.lib.1, Indici deinde finitimis spectaculum iubet. Plin.in Paneg.74, Obtinuit aliquis vt spectaculũ pantomimorum Populo Romano tolli pateretur. Cic.5.de Finib. 87, Vt pompa, ludis, atque eiusmodi spectaculis teneantur, &c. Idem 3.Verr.53, Constituitur in foro Laodicex spectaculum acerbum & miserum, & graue toti Asiæ prouinciæ. Ibidem, 7. 78, O spectaculum miserum atque acerbum, ludibrio esse vrbis gloriam. Vide Miser. Liuius 1.ab Vrbe, 101, Itaque ergo erecti, suspensique in minimè gratum spectaculum animo intenduntur. Et paulo pòst, 116, Auertêre omnes à tanta fœditate spectaculi oculos.

Populi sensus maximè theatro & spectaculis perspectus est. Cic. Attico, lib.1.34.4.

Acerbum spectaculum, Vide Acerbus.

Admiranda spectacula leuium rerum. Virg.4.Georg.1.

Annua spectacula. Ouid.5.Fast.59.

Apparatissimum spectaculum. Cic.1.Philip.17.

Magnum spectaculum. Horat.1.Serm.saty.6.4.

¶ Scenæ spectacula amantur. Ouid.3.de Arte, 71.

Concelebrare spectaculum, Vide Concelebro.

Excitatus est plausus ex omnib' spectaculis. Ci. pro Sestio, 108.

Indicere spectacula, Vide Indico/pen.prod.

Circuitus Solis & Lunæ præbent hominibus spectaculũ. Cic. 1.de Natura deorum, 133.

Rerum cælestium spectaculum ad hominem solum pertinet. Cic.1.de Nat.deorum, 110.

¶ Spectaculum, Locus vnde spectatur. Suet. De spectaculo excitatus descẽdit. Liu.Decad.1.lib.1.160, Tũ primùm Circo, qui nũc maximus dicitur, designatus est locus, loca diuisa patribus equitibúsque, vbi spectacula sibi quisque faceret, fori dicti.

Resonant spectacula plausu. Ouid.10.Metam.233.

Spectâmen,penult.prod.ſpectaminis,Idem quod ſpecimen.Plautus Menæch.ii.i,Spectamen bono ſerno id eſt, qui rem herilem procurat,videt,collocat.

Spéculum,ſpecii,Inſtrumentũ teres & paruum, quo medici ad tentãdum vulnerum ac fiſtularũ viam & profunditatẽ vtuntur. Pacuuius,Vt medici faciunt,qui peius ſpecio vulnus tentant.

Spectabilis, Spectaculum, Spectator, Spectatus, Specto, Vide Specio.

Spectrum,ſpectri.Spectra ſunt quæ Græcè idola dicuntur,hoc eſt ſimulachra & imagines rerum intellectui occurrentium. Cic.ad Caſſium,lib.15.16.2,Fit enim neſcio quid,vt quaſi coràm adeſſe videare,quum ſcribo aliquid ad te: neque id κατ' ἀπόλαυσιν φαντασίας,vt dicunt tui amici noui, qui putant etiã ἀναισθητικὰς φαντασίας ſpectris Catianis excitari.Nam ne te fugiat,Catius inſuper Epicureus qui nuper eſt mortuus,quæ ille Gargettius, etiam antè Democritus ἀΐδωλα, hic ſpectra nominat. His autem ſpectris etiam ſi oculi poſſent feriri, quòd vel iis ipſa occurrũt animus qui poſſit,ego non video. Doceas tu me oportebit,quũ ſaluus veneris, in meáne poteſtate vt ſit ſpectrum tuum,vt ſimulac mihi collibitum ſit de te cogitare, illud occurrat. neque ſolùm de te qui mihi hæres in medullis, ſed ſi inſulam Britanniam cœpero cogitare, eius ἄϊδωλον mihi aduolabit ad pectus. Idem 1.de Nat.deorum,149,imagines has Democriti appellat, quo in loco ſic inquit, Orpheum poetam docet Ariſtoteles nũquam fuiſſe,&c.at Orpheus,id eſt imago eius, vt vos vultis, in animum meũ ſæpe incurrit. Ex his imaginibus fiunt viſa, id eſt phãtaſiæ: quorũ in Academicis lõga eſt diſputatio apud eũdẽ.

Specula,ſpéculæ,pen.corr.accipitur pro loco edito & eminenti, vnde aliquid longè videri & ſpeculari poteſt, ſiue ſit mons, ſiue turris,ſiue lapis,ſiue arbor, ſiue quid aliud eminẽs.Valla in Raudẽſem, Specula,locus vnde fiunt excubiæ an hoſtes veniãt, tranſeántve,an maneãt,quot ſint,& quæ ſunt id genus. Virg. 8.et log.10,Præceps aerii ſpecula de montis in vndas Deferar. Ouid.epi.17.3, -in ſpeculis omnis Abydos erat. Liu.8.bel.Pu.15, Ipſe in Ciſſeo (mons eſt in altitudinẽ ingentẽ cacuminis editi) ſpeculam poſuit:vt ignibus procul ſublatis ſignũ,vbi quid molirentur hoſtes, momento temporis acciperet. Cic.7. Verr.73, Non enim ſicut antea conſuetudo erat, prædonum aduentum ſignificabat ignis è ſpecula ſublatus,aut tumulo.

Alta ſpecula.Virg.3.Æneid.48,
-dat ſignum ſpecula Miſenus ab alta.

In ſpeculis eſſe. Cic.ad Atticum,lib.9.18i.11,Satius eſſe exiſtimo vos diſpertitos,& in ſpeculis eſſe. Idem in Verrem,Nunc autem homines in ſpeculis ſunt,obſeruant quemadmodum ſe vnuſquiſque veſtrum gerat.

Ex ſpecula proſpectare tempeſtatem futuram. Cic.ad Sulpitium, lib.4.3.3, Multo enim ante, tanquam ex aliqua ſpecula, proſpexi tempeſtatem futuram.

¶Speculæ ſunt quod nos Gallicè dicimus *Cornettes*. Virg.4. Æne. Regina è ſpeculis vt primùm albeſcere lucẽ Vidit, &c.

Specula,ſpeculæ,Diminutiuum à ſpe,Vide Spes.

Spéculor,pen.corr. ſpeculâris,ſpecular,A ſpecula fit, quaſi è ſpecula proſpectare,vel vt aliquis videat,intẽdere.Plaut.Mil.10.13, Sed ſpeculabor nequis aut hinc ab læua,aut ab dextera
Noſtro cõſilio venator aſſit cũ auritis plagis. Idẽ Moſtel.6.81, Concedam à foribus huc:hinc ſpeculabor procul
Vnde aduenientũ ſarcinã imponam ſeni. Idem Trinum.13.10, Ædepol quo mox furatũ veniat, ſpeculatur loca magis. Idem Aulul. 11.19, Is ſpeculatum huc miſit me:vt quæ fierent, fierent particeps. Cæſar 8.bel. Gall.14, Qui ſpeculandi gratia eſſent remiſſi. Plin.lib.31.cap.3.15, Certior multo nebuloſa exhalatio eſt,ante ortum ſolis longius intuẽtibus, quòd ex edito quidam ſpeculantur,proni terram mento attingente. Cic.in Catil.4, Multo te etiam oculi & aures non ſentientem, ſicut adhuc fecerunt,ſpeculabuntur atque cuſtodient. Idem 7.Verr.116,Tũ iſte ſe comperiſſe ait,eum ſpeculandi cauſa in Siciliam ab ducibus fugitiuorum eſſe miſſum. Cæſar 8.bel. Gall.84, Concurrunt reliquarum ciuitatum legati,quæ Bellouacorum ſpeculabantur euentum,obſides dant.

Obitus & ortus ſignorum ſpeculamur.Virg.1.Georg.51.

Acriter ſpeculari. Tacit.lib.19, Satis patuit iis,qui principum offic:ias acriter ſpeculantur.

Inſidiari & ſpeculari.Cic.1.de Orat.67.

Obſidere & ſpeculari.Cic.pro Hacco,45.

Perſcrutari & ſpeculari.Cic.5.Tuſc.83.

Speculatus,Participium.

Speculâtus,huius ſpeculátus,pe.pro. Ipſe ſpeculãdi actus. Plin.li. 10.ca.73.4, Feles quàm occulto ſpeculatu in muſculos exiliũt

Speculátor, pen.prod. Verbale, Qui tacitè, & à longè ſpeculatur &rimatur.Cæſar 2.bel.Gall.171, Hac re Cæſar ſtatum per ſpeculatores cognita inſidias veritus,&c. Cic.7.Ver.118,Gauiũ iſtum, quem repentinum ſpeculatorem fuiſſe dicis, oſtendam in lautumias Syracuſis à te eſſe conjectum. Idem pro Lege Manil. 31,Ii quibus ſemper erat moleſtum, ad eum potiſſimũ eſſe miſſum,ſpeculatorem,quàm legatum iudicari maluerunt. Ouid. 3.Triſt. eleg.9.3. Quẽ procul vt vidit tumulo ſpeculator ab alto. Tacit.lib.2,Suggeſtiſque propius ſpeculatores audiri fremitum equorum, immenſique & inconditi agminis murmur attulere.

Matutinus ſpeculator amicæ.Propert.l.b.1.eleg.30.7.

Communium miſeriarum ſpeculator. Cic. pro Domo ſua.15.

Reformidare ſpeculatorem.Cic.1.Verr.28.

Speculator naturæ.Cic.1.de Nat.deorum,111,Non pudet igitur phyſicum,id eſt ſpeculatorem,venatorémque naturæ,ab animis conſuetudine imbutis petere teſtimonium veritatis?

Speculatores oculi.Cic.1.de Nat.deorum,111, Nam oculi tanquam ſpeculatores altiſſimum locum obtinẽt, ex quo plurima conſpicientes,fungantur ſuo munere.

Speculátrix, pen.prod. ſpeculatricis, Verbale fœm. Cic.3.de Nat. deorum,61, Furiæ dex ſunt, ſpeculatrices, credo, & vindices, & facinorum & ſceleris. Stat.2.Sylu.2.1, Celſa Dicarchæi ſpeculatrix villa profundi.

Speculatorius,Adiectiuũ,Quod ad ſpeculatorem pertinet:vt Speculatoria nauigia, quibus in mari ſpeculamur quid fiat. Cæſar 4.bel.Gal.168, Item ſpeculatoria nauigia militibus cõpleri iuſſit. Liu.1.bel. Pun.83,Inde duæ Maſſilienſiũ ſpeculatoriæ præmiſſæ renuntiarunt,&c. Ibidem,lib.10.39.

Speculabundus. Tacit. lib.10, Feſtus Adrumeto vbi ſpeculabundus ſubſtiterat,ad legionem tendit.

Speculabũdus ex altiſſima rupe.Suet.in Tiberio,cap.65, Aptatis etiã nauibus ad quaſcũq; legiones,meditabatur fugã,ſpeculabũdus ex altiſſima rupe idenidẽ.Hoc eſt ſubinde ſpeculãs.

Speculum,ſpéculi,pen.corr.In quod inſpicimus,ac ſpeciem, id eſt imaginem noſtram contemplamur.Plaut.Curc.11.11,
At ita me volſellæ,pecten,ſpeculum,calamiſtrum meum
Bene me amaſſint. Idem Moſtel.4.91,
Mulier quæ ſe,ſuámque ætatem ſpernit,ſpeculo eiuſa eſt.
Quid opus ſpeculo tibi,quæ tute ſpeculo ſpeculũ es maximũ? Terent.Adel.3.3.61, Inſpicere tanquã in ſpeculum vitas omniũ iubeo. Cic.de Vniuerſ.31. Id fit quũ ſpeculorum læuitas hinc illincque altitudinẽ aſſumpſit, & ita dextra detruſit in læuam partem oculorum,læuáque in dextram.

Imago ſpeculi.Lucret.lib.4.57.

Nobile ſpeculum gemmato auro.Stat.3.Sylu.4.19.

Conſulere ſpeculum.Ouid.3.de Arte,18,
Nec genus ornatus vnum eſt,quod quamque decebit
Eligat,& ſpeculum conſulat ante ſuum.

Intueri vitam in ſpeculo.Cic.in Piſonem,56.

Naturæ ſpeculum.Cic.1.de Finl.55,Nec tamen argumentum hoc Epicurus à paruis petiuit,aut etiam à beſtiis,quæ putat eſſe ſpecula naturæ.

Specillum ſpecilli,Diminutiuum.Cornelius Celſus lib.5,de fiſtulis & earum curationibus,Ante omnia autem ſpecillum dimitti in fiſtulam conuenit, vt quò tendat, & quàm altè perueniat, ſcire poſſimus. Ibidem ſæpius.

¶Specillum dicimus inſtrumentum, quod curandis auribus adhibetur.Celſus lib.5.& lib.6.cap.7,de iis quæ in aures inciderunt,extrahendis.

¶Specillũ inſtrumentum quo oculos inungimus. Plin.lib.7. cap.53.4,Super omnes C.Iulius medicus dum inungit, per oculum ſpecillum trahens,expirauit. Idem lib.29.cap.6.10. Celſus lib.6,Specillo ſuper oculum inducatur.

¶Specillum, Inſtrumẽtum vitreũ quòd oculis admonemus, quo facilius ſpectemus aliquid. Varro de Ling. Lat.lib.5, Hinc quo oculos inungimus,quibus ſpecimus,ſpecillum.

Speculare,ſpeculâris,penult. prod.n.g.Et per apocopen ſpéculari & ſpecularium,Idem quod ſpeculum.

Speculare,interdũ pro vitreata ſiue pro ocularijs,vtpote olim facta è ſpeculari lapide trãſlucido, nũc autem è vitreis orbibus vel teſſellis plũbo iũctis.Vlpianus,Specularia &vela quæ frigoris cauſa vel imbrium in domo ſunt, inſtrumento domus non cõtineri Caſſius exiſtimauit. Budæus, A ſpeculari lapide ſpecularia dicebãtur integumenta quibus ambulationes in hortis tectæ erãt.Iuuen.Saty.4.3, Quæ vehitur clauſo lætus ſpecularib' antro. Plin.epiſt.41.b,Egregiũ hæc aduerſum tẽpeſtates receptaculũ: nam ſpecularibus,ac multo magis imminẽtibus tectis muniuntur. Hic autem Vlpianus de iis ſpecularibus intelligi voluit, quibus feneſtrarum hiatus obſtruebantur ad tranſmittendam lucẽ:quæ tamen exemptilia erãt,vt quũ liberet,auferrentur. Nunc vitro vtimur. Plinius, In Arabia eſſe lapidem aiunt,vitri modo trãſlucidum,quo vtuntur pro ſpecularibus.

Possumus & de specularibus intelligere quibus pars quædã domus ad voluptatem operiebatur: varium enim vsum specularia præstabant. Mart. lib. 8. 15,

Hybernis obiecta Notis specularia puros
Admittunt soles, & sine fæce diem. Est etiam exẽplum apud Plinium lib. 19. cap. 5. 1, vbi de cucumeribus, Cartilaginei generis, extráque terram est cucumis, mira voluptate Tiberio principi expetitus. Nullo quippe nó die contigit ei, pensiles eorum hortos promouẽtib⁹ in soles rotis olitorib⁹: rursúsq; hybernis diebus intra specularium munimenta renocantibus. Huiusmodi autem specularia hyeme vsui erant, æstate eximebantur interdũ.

Specularis, & hoc **specularе**, pen. prod. Adiectiuum: vt

Specularis significatio. Plin. lib. 7. cap. 56. 12, Speculare significationẽ Troiano bello Sinon inuenit. Hoc est quæ fit è specula.

Specularis lapis, Quo olim specularia fiebant. Plin. lib. 36 cap. 22. 3, Specularis verò (quoniam & hic lapis nomen obtinet) faciliore multo natura findit̃ in quamlibet tenues crustas. Hispania hunc olim citerior cãtum dabat, nec tota, sed intra cẽtum millia passuum circa Segobricam vrbem. Idem lib. 3. cap. 3. 14, Metallis, plũbi, ferri, æris, argẽti, auri, tota fermè Hispania scatet: Citerior & specularibus lapidibus: Bætica & minio. Idem lib. 21. cap. 14. 1, Multa aluearia speculari lapide fecere.

Specularius, specularii, m. g. Qui specula facit, & qui vitrea specilla. Possunt & specularii dici, qui fenestris specularia ad arcẽdũ hyeme frigus, componũt: quorũ meminit Vlpianus in L. Quæsitum. § Si domus. De fundo instructo. Meminit & Iustinianus lib. 10. Codicis. Alciatus.

Specus/i. d est Spelunca, vnde spectare licet. Secundæ vel quartæ declinationis, tam masculini quàm fœminini generis: tertiæ verò, solũm neutri generis. Vlpianus, De riuis, Specus autem locus est ex quo despicitur. Inde Spectacula sunt dicta. Plinius lib. 8. cap. 36. 1, Specus si non habuere, ramorũ fruticúmque cõgerie ædificant, impenetrabiles imbribus, mollique fronde cõstratos.

Ingens specus in latere exesi montis. Virg. 4. Georg. 84.

Masculini. Horat. lib. 3. Carm. Quæ nemora, aut quos agor in specus. Ouid. lib. 3. Metamorph. Est specus in medio syluis & vimine densus. Liu. 1. ab Vrbe, 148, Ex infimo specu. Ibidem, 86, Ex opaco specu.

Aonii specus. Catul. in Epithal. Iulix, 56. 6,

Quare age huc aditum ferens
Perge linquere Thespiæ
Rupis Aonios specus.

Fœminini, Silius lib. 6, Tabificam expirat saniem specus vltima. Gellius lib. 4. cap. 14, Specũ quãdam nactus remotam, latebrosámque, &c. Pacuuius, Aduenio in scrupulosam specum. Cato, Specus opposita, quo aqua de via abiret.

Defessæ specus. Virg. 3. Georg. 76.

Neutri. Virg. lib. 7. Æneid. Hic specus horrẽdum, & sæui miracula Ditis
Monstrantur. Ita legendum esse docet Seruius. Silius lib. 13. Tum qua se primùm rupta tellure recludit
Inuisum cælo specus.

Lectum est hæc Speca, specæ: hoc Specum, speci: & hoc specu indeclinabile.

Spelæum/Idem quod spelunca. Virg. eclog. 10. 11,

Certum est in syluis inter spelæa ferarum
Malle pati.

Metuenda ferarum spelæa. Claud. de bello Getico, 71.

Spelunca/speluncæ, Rupes excauata. Virgil. 6. Æneid. 48,

Spelunca alta fuit, vastóque immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro, nemorúmq; tenebris. Cic. 1. Tusc. 57, Adsum, atque aduenio Acheronte vix via alta atque ardua,
Per spelũcas saxis structas asperis. Ex poeta. Idẽ. 6. Ver. 95, Etenim propter est spelunca quædam, conuersa ad Aquilonem, infinita altitudine, qua Ditem patrem ferunt repentè cum curru extitisse. Plin. lib. 10 cap. 70. 2, Pisces speluncis latẽtes piscator expellit.

Atræ spelunca. Virg. 1. Æneid. 13. & lib. 6. 48.

Immanis spelunca vasto hiatu. Virg. 6. Æneid. 48.

Viridis spelunca. Propert. lib. 3. eleg. 3. 3.

Iacêre in spelunca. Cic. 2. de Finib. 151, At iam decimum annum in spelunca iacet. De Philoctete.

Perdere aliquid ad spelunças. Cic. pro Flacco, 30.

SPERCHIVS, penul. prod. Thessaliæ fluuius, ortus in iugis Pelii montis, & velocissimo cursu in Maliacum sinum defluens. Author Strabo lib. 8. De quo etiam Virgilius Georg. 2,

–ô vbi campi
Sperchiúsque, & virginibus bacchata Lacænis
Taygeta, &c.

Minax Sperchius. Stat. 4. Thebaid. 168.

Populifer Sperchius. Ouid. 1. Metam. 117.

Sperchionides, pen. corr. Patronymicum masc. Ouid. 5. Metam. 18,

Caucaseúmque Abarim, Sperchionidémque Lycetum.

Sperchias, penult. prod. huius Sperchiadis, pen. corr. Patronymicum fœm. Ouid. 2. Metamorph. 50, Æstuat Alpheus, ripæ Sperchiades ardent.

Vndæ Sperchiades. Ouid. 7. Metam. 46.

Sperma spérmatis, n. g. Latinè dicitur semen.

Spernо/spernis, sprẽui, sprẽtum, spẽrnere, Fastidire, despicere. Cic. de Senectute, 7, Tum quòd spernerentur ab iis à quibus essent coli soliti. Terent. Eunucho, 1. 2. 91, Ob hæc facta abs te spernor. Cic. pro Cælio, Cur huic, qui te spernit, molesta es? Et 1. de Finibus, 7, Quis enim iam inimicus nomini Romano est, qui Ennii Medeã aut Antiopã Pacuuii spernat, aut reiciat?

Modicè spernere, Vide **Modus**.

Animo spernere aliquem. Virg. eclog. 3. 15.

Repudiare & spernere aliquem. Cic. in Orat. 7.

Repelli & sperni à quibusdam. Cic. in Orat. 52.

Retinere & spernere, oppositа. Cic. 2. de Nat. deorum, 13, Veritas auspiciorum sprẽta est, species tantùm retenta.

Spernere & parui putare. Catul. ad Furium, 10. 5,

Hæc tu commoda, quæ beata Furi
Noli spernere, nec putare parui.

A quibusdam sperni, & pro nihilo putari. Cic. 13. Philip. 359.

Cibum vilem spernere. Horat. 2. Serm. saty. 2. 3.

Consilium alicuius spernere. Ouid. 6. Metam. 6.

Diues vicinia spernebat inopes generos. Ouid. 5. Fast. 38.

Monentem vera spernere. Ouid. 13. Metam. 167.

Numina diuûm spernere. Ouid. 8. Metam. 150.

Voluptates spernere. Horat. 1. epist. 1. 11.

Vulgus spernere. Horat. 2. Carm. ode 16. 8.

¶ Spernere, pro Separare posuerunt veteres. Ennius, Ius atque æquum se à malis spernit procul. Nonius.

Spretus, Participium, siue Nomen ex participio. vt Preces sprętæ. Ouid. 1. Metam. 141.

Fides sprẽta. Sene. Octau. 6. 16.

Forma sprẽta. Virgil. 1. Æneid. 7.

Legum sprẽtarum reus. Ouid. 15. Metam. 8.

Spernendus, Item nomen ex participio. vt

Morum spernẽndus. Tacit. lib. 14, Marcellus Asinio Pollione proauo clarus, neque morum spernendus habebatur.

Spernax, spernãcis, pen. prod. Verbale. Silius lib. 8. 91, Ductor Piso viros spernaces mortis agebat.

Spretor, Verbale, vt Deorũ spretor. Ouid. 8. Met. 114, -vtque deorũ
Spretor erat, mentísque ferox Ixione natus.

Spero/speras, sperare, Vide **Spes**.

Spes/spei, f. g. Opinio futurorum. Referturque tam ad bona, quàm ad mala. Terentius Adelph. 2. 2. 11, Spem pretio nó emo. Cic. 4. Tusc. 130, Spes est expectatio boni.

Plenus spei bonæ. Cæsar belli Ciui. lib. 1, Plenus spei bonæ atque animi, aduersus eos profecisitur. Curtius lib. 3, Nó securũ modo hæc vox, sed etiam lætũ régem ac plenũ bonæ spei fecit.

Spes & metus diuinationem & auguria repererunt. Vide Amantes sibi somnia fingunt, in **Animo**.

Nihil spei. Cic. ad Atticum, lib. 3. 65. 9, Sin, vt ego perspicio, cum tua coniectura, tum etiam mea spe nihil est, oro, obtestórque te, vt Q. fratrem ames.

Malorum spes. Cic. Attico, lib. 1. 15. 4, A spe malorum ad mearum rerum laudem conuertissem.

Anni spes. Ouid. 15. Metam. 23, -quia semina pando
Eruerit rostro, spémque interceperit anni.

Gemelli spes gregis. Virg. eclog. 1. 3.

¶ Auaræ spes. Horat. 4. Carm. ode 11. 6.

Adolescentes cum bona spe, Vide **Cum** præpositionem.

Caduca spes. Ouid. epist. 15. 35, Spem modo ne nostram fieri patiare caducam
Deprecor.

Credula spes. Horat. 4. Carm. odẽ 1. 6,

Iam nec spes animi credula mutui,
Nec certare iuuat mero.

Desperatissima spes. Balbus Ciceroni in Epist. ad Atticum, lib. 9. 178. 3.

Diues spes. Horat. 1. epist. 15. 5, -generosum, & lene requiro,
Quod curas abigat, quod cũ spe diuite manet. Vinũ intelligit.

Non dubia spes, Vide **Non**.

Exigua spes. Cic. ad Atticum, lib. 3. 66.

Eximia spe adolescens. Cic. Lẽtulo, lib. 1. 7. 36, Lentulũ eximia spe, summæ virtutis adolescẽtem, cũ cæteris artibus, quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui hac erudias.

Fallax spes. Cic. pro Milone, 72, O frustra, inquit, suscepti mei labores, ô spes fallaces, ô cogitationes inanes meæ.

Fidissima spes Teucrũm Hector. Virg. 1. Æneid. 57.

Firmior ſpes. Cic. ad Atticũ, lib. 8. 157. 1, Quoniam authoritate & conſilio tuo in ſpe firmiore ſumus.

Immodicæ ſpes. Stat. 6. Thebaid. 139.

Inanes ſpes. Quintil. lib. 6. cap. 2. 24.

Incerta ſpes futuri. Virg. 8. Æneid. 116.

Inconceſſa ſpes. Ouid. 9. Metam. 118, Iámque palàm eſt demens, inconceſſámque faterur Spem Veneris.

Indubitata ſpes, Vide **Indubito.**

Inuidioſa ſpes. Ouid. 4. Metam. 159, clariſſima forma, Multorúmque fuit ſpes inuidioſa procorum Illa.

Læta ſpes. Virg. 5. Æneid. 37.

Lenta ſpes. Ouid. epiſt. 2. 2.

Leues ſpes. Horatius 1. epiſt. 5. 2, Mitte leues ſpes, & certamina diuitiarum.

Longa ſpes. Horat. 1. Carm. ode 4. 3.

Longinqua ſpes. Stat. 2. Sylu. 2. 11, Ouibi venturæ ſpes nõ longinqua inuentæ. Idem 11. Thebaid. 68.

Mera ſpes, Vide **Merus.**

Minuta hoſtium ſpes. Tacit. in vita Agricolæ.

Miſella ſpes. Lucret. lib. 4. 101.

Mitior ſpes. Tacit. lib. 15, Deinde oblata [illegible] ſpe.

Obſcœnæ ſpes. Ouid. 9. Metam. 95.

Obſcura ſpes, Vide **Obſcurus.**

Obſcura & cæca ſpes. Cic. 2. de Lege agrar. 68.

Pertenuis ſpes oſtenditur. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 3. 4.

Publica ſpes. Ouid. ad Liuiam, 73.

Stulta ſpes. Ouid. 3. Faſt. 138.

Summa ſpe præditus adoleſcens. Cic. 2. Philipp. 61, Adoleſcentem ſumma ſpe & animi & ingenii præditum rei familiaris facultatibus.

Tenuis ſpes. Cic. ad Atticum, lib. 3. 60. 2.

Timida ſpes. Ouid. epiſt. 15. 76.

Vana ſpes. Quintil. lib. 6. cap. 4. 13.

Spe hac. Terent. Adelph. 2. 2. 19, Hac illi ſpe hoc incœperunt.

Contra ſpem, Vide **Contra** præpoſitionem.

Citius ſpe. Ouid. 4. Faſt. 111, Spéque redit citius.

In ſpem, Vide **In** præpoſitionem.

Inter ſpem metúmque, Vide **Inter** præpoſitionem.

Dubii inter ſpem & metum. Virg. 1. Æneid. 45.

¶ Salutis ſpes abiit. Ouid. 7. Metam. 115.

Abiicere ſpem de aliquo. Brutus Ciceroni, lib. 11. 11. 1, Ne de Planco quidem ſpem adhuc abiecit, vt ex libellis eius animaduerti, qui in me inciderunt. Idem 3. Verr. 39, Socii verò, nationéſque exteræ, ſpem omnium tum primum abiecere rerũ. Hoc eſt deſperare cœperunt de ſuis rebus omnibus.

Abiicere ſpem faciendi aliquid. Cic. 2. de Orat. 77.

Abrumpere ſpem & metum, Vide **Abrumpo.**

Abrupta ſpes è medio. Silius lib. 8. 11.

Abſciſſa ſpes. Liu. bel. Macedon. lib. 4, Nec niſi abſciſſa omni ſpe, auxilium Antiochi imploraturos fuiſſe.

Abeſſe longe à ſpe Conſulatus, Vide **Abſum.**

Accendere ſpem, Vide **Accendo.**

Accingere ad ſpem maiorem, Vide **Accingo.**

Addita ſpes tacitis votis. Stat. 2. Achill. 29.

Adducere nos in ſpem dicuntur literæ, quum faciunt vt ſperemus. Cic. ad Atticũ, lib. 3. 60. 2, Me tuæ literæ nunquam in tantam ſpem adduxerunt, quantam aliorum. attamen mea ſpes etiam tenuior ſemper fuit, quàm aliorum.

Adduci in ſpem. Cicero pro Milone, 58, In ſpem maximam, & (quemadmodum confido) veriſſimam adducti ſumus, hunc ipſum annum, &c.

Adduci in ſpem vt. Cic. ad Atticum, lib. 2. 37. 4, In eam ſpem adducimur, vt nobis ea contento quæ impẽdet, interdum non fugienda videatur.

Adduci ſpe mercedis, Vide **Adduco.**

Adimere ſpem. Cic. pro Lege Manil. 15, Idem Cretẽſibus, quũ ad eum vſque in Pamphiliam legatos deprecatoréſque miſiſſent, ſpem deditionis ademit, obſidéſque imperauit.

Admota ſpes, Vide **Admouco.**

Affecta ſpes. Valer. 4. Argon. 60.

Affectare ſpem aliquam. Ouid. 5. Metam. 76, -Cereris quoq; filia virgo, Si patiemur, erit: nam ſpes affectat eaſdem.

Afferre ſpẽ. Cic. Appio, lib. 3. 5. 10, Mihi nõ dubiã ſpẽ mei conueniẽdi afferebas. Idem Furfano, lib. 6. 9. 2, Spẽ mihi magnam afferebat ſũmæ probitatis, ſummæq; eloquentiæ. Idẽ Attico, lib. 3. 63. 2, Lẽtulus ſuo in nos officio, quod & re & promiſſis, & literis declarat, ſpem nobis nõnullam affert Pompeii voluntatis.

Affirmare ſpem, Vide **Affirmo.**

Affulget ſpes. Liu. Decad. 5. lib. 2, Quum ex inſperato obſtinatis mori ſpes affulſit.

Agitare animũ alicuius ſpe, metu, admonitionibꝰ, &c. Quintilianus lib. 4. cap. 1. 13.

Inanes ſpes agitare. Ouid. 7. Metam. 68.

Alere ſpẽ. Cic. 1. in Catilinã, 21, Quãquam nõnulli ſunt in hoc ordine, qui aut ea quæ imminent non videant: aut ea quæ videant, diſſimulent: qui ſpem Catilinæ mollibus ſententiis aluerunt, cõiurationémque naſcẽtem nõ credẽdo corroborauerũt.

Alternant ſpéſque timórque fidem. Ouid. epiſt. 6. 8.

Arrectæ ſpes iuuenum. Virg. 3. Georg. 21.

Aſſumere ſpem. Tacit. in vita Agricolæ, Nec ſpem modò ac votum ſecuritas publica, ſed ipſius voti fiduciam ac robur aſſumpſerit.

Auertere à ſpe. Cic. pro Murena, 41, Primùm accuſandi terrores, & minæ, quibus tu quotidie vti ſolebas, ſunt foris: viri: ſed & populi opinionem à ſpe adipiſcẽdi auertunt, & amicorum ſtudia debilitant.

Auferre ſpem. Cic. 3. Offic. 13. Vide **Aufero.**

Augere ſpem. Cic. 11. Philip. 310, Auxerat autẽ meam quidem ſpem, credo item veſtram, quòd domũ Antonii afflictam mœſtitia audiebam, &c.

¶ Ad irritum ſpes cadit, Vide **Ad** præpoſitionem.

Calere ſpe. Curtius lib. 4, Ille vtendum animis, dum ſpe calerent, ratus, ad Peluſii oſtium penetrat.

Capere ſpẽ de aliquo. Quintil. lib. 1. ca. 1. 1, Igitur nato filio, pater ſpem de illo primùm quàm optimam capiat. Vide **Capio.**

Inani ſpe captus. Virg. 11. Æneid. 10.

Carere ſpe. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 12, Sed ſi eſt ſpes aliqua rebꝰ cõmunibus, ea tu quicũque ſtatus eſt futurus, carere nõ debes.

Collocare ſpem. Cicero 1. de Oratore, 14, Exierãt autem cum ipſo Craſſo duo adoleſcentes, & Druſi maximè familiares, & in quibus magnam tum ſpem maiores natu dignitatis ſuæ collocarant. Vide **Colloco.**

Cõplere aliquem bona ſpe. Cæſar belli Ciuilis lib. 1, Reliquos in poſterum bona ſpe complet.

Omnes ſpes atque opes cõciderunt, hoc eſt perierũt, perditæ ſunt atq; amiſſæ. Cic. 3. in Catil. 60, Nũc quoniã Quirites ſceleratiſſimi periculoſiſſimíque belli nefarios duces captos iam & cõprehẽſos tenetis: exiſtimare debetis omnes Catilinæ copias, omnes ſpes atque opes his depulſis vrbis periculis, cõcidiſſe.

Concipere ſpem, Vide **Concipio.**

Cõfirmare ſpẽ. Ci. Plãco, li. 13. 30. 18, Hãc rẽ mi Plãce, ſi effeceris, meã de tua erga me benenolẽtia ſpẽ cõfirmaueris. Idẽ Terẽtiæ, li. 14. 4. 6, Si eſt ſpes noſtri reditꝰ, eã cõfirmes, & rẽ adiuues.

Omniũ rerũ deſperatione cõfligit bona ſpes. Ci. 2. in Cati. 44.

Conſolatur aliquem ſpes. Cic. Luceio, lib. 5. 13. 9, Te enim ſpes conſolatur.

Conſolari aliquem ſpe, Vide **Conſolor.**

Conſolari ſpe inani & tenui, Vide **Inanis.**

Conſtituere ſpem in aliquo, Vide **Conſtituo.**

Conuertere in fidem ſpem alicuius, Vide **Conuerto.**

Anni ſpem credere terræ. Virg. 1. Georg. 45,

Antè tibi Eoæ Atlantides abſcondantur,
Gnoſiáque ardentis decedat ſtella coronæ,
Debita quàm ſulcis committas ſemina, quámque
Inuitæ properes anni ſpem credere terræ.

¶ Debilitare ſpẽ. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 91. 2, Gratiſſima eſt mihi tua cura de illo meo primo, & maximo mãdato: ſed tua profectio ſpem meã debilitat. Idẽ 7. Philip. 110, Faueas tu hoſtis literas ad te ille mittat de ſua ſpe rerum ſecundarũ ſuarum: eas tu lætus proferas: recites: deſcribendas etiã des improbis ciuibus: eorum angeas animos: bonorum ſpem virtutémque debilites.

Decerpere ſpes. Quintil. in Prooem. lib. 6. 9, Obſeruatum ferè eſt, celerius occidere feſtinatã maturitatẽ: & eſſe neſcio quam quæ ſpes tantas decerpat, inuidiam. De filio ſibi erepto.

Decidere à vel de ſpe, Vide **Decido** pen. corr.

Deficit ſpes. Cic. ad Atticum, lib. 7. 13. 2, Deficit enim non voluntas, ſed ſpes.

Depelli ſpe. Liu. 1. bel. Maced. Philippꝰ magna ſpe depulſus, &c.

Depelli de ſpe & conatu. Cic. 2. in Catil. 35. Vide **Depello.**

Deponere ſpem. Horat. 2. Serm. ſaty. 5. 6.

Deponere ſpem in re aliqua. Curtius lib. 10, Perdica vnicam ſpem ſalutis ſuæ in Meleagri morte deponebat.

Deſeri ſpes. Ci. de Inuẽ. Si tũ quũ ſpes deſeruiſſet, opitulatꝰ ſit.

Deturbare ſpe, vel ex ſpe. Ci. Cornificio, li. 12. 15. 5, Neq; ſolùm ſpe, ſed certa re iam, & poſſeſſione deturbatus eſt. Idẽ Pompeio, lib. 5. 7. 2, Sed hoc ſcito, tuos veteres hoſtes nouos amicos, vehementer literis perculſos, atque ex magna ſpe deturbatos iacẽre.

Deuolui ad ſpem inanem. Cic. 7. Philipp. 125, Cui quum pridie frequentes eſſetis aſſenſi, poſtridie ad ſpem eſtis inanem pacis deuoluti. Vide **Deuoluo.**

Deuorare ſpe hæreditatẽ, lucrũ, prædam: Hoc eſt ſperare futurum vt aſſequamur & deuoremus. Ci. ad Atticũ, lib. 1. 11. 18, Ille autẽ regis hæreditatẽ ſpe deuorarat. Idẽ pro Flacco, 44, Amiſſum eſt enim præter ſpem, quod erat ſpe deuoratum lucrum. Idem 3. Verr. 95, Iſte qui iam ſpe & opinione prædam illam deuoraſſet, neque vlla æquitate orationis, neque authoritate M. Marcelli commotus eſt. Vide Deuoro.

Deuouere ſpem. Ouid. epiſt. 3. 19, -fratribus orba
Deuouit nati ſpémque, capútque parens.

Dimittere ſpes animo. Ouid. 9. Metam. 95.

Diſcedit ſpes. Cæſar belli Gall. lib. 2, Quorum aduẽtu, & Rhemis cum ſpe defenſionis ſtudium propugnãdi acceſſit, & hoſtibus eadem de cauſa ſpes potiundi oppidi diſceſſit.

Dare ſpẽ alicui. Cic. Metello, li. 5. 4. 1, Literæ Q. fratris & T. Põponii neceſſarii mei tantũ ſpei dederãt, vt in te nõ minus auxilii, quàm in tuo collega mihi cõſtitutũ fuerit. Idẽ, Qui negare noluit eſſe in eo numero Syllam, quo plus ſpei Gallis daret.

Bona ſpes dat vires. Ouid. epiſt. 11. 13.

Dare ſpem bonæ indolis. Quintil. lib. 1. cap. 3. 2, Nõ dabit mihi ſpem bonæ indolis, qui hoc imitandi ſtudio petet, &c.

Dare ſpem dubiæ menti. Virg. 4. Æneid. 11.

Datur ſpes opis. Virg. 2. Æneid. 161.

Domare ſpem. Stat. 1. Sylu. 2. 15, -qui pectore magno
Spémque, metúmque domas.

Duci ſpe. Cic. 1. de Lege agrar. 17, Quòd ſiquis veſtrum ſpe ducitur, ſe poſſe turbulentia honori velũcari ſuo, &c.

¶ Elucet ſpes. Quintil. lib. 1. cap. 1. 3, In pueris elucet ſpes plurimorum.

Abiicere metum, & erigere ſpem. Cic. pro Domo ſua, 10.

Erigere ad ſpem, Vide Erigo.

Erectus in ſpem. Tacit. lib. 17, Cliẽtes libertíque damnatorum & exulum, in ſpem erecti.

Eripere ſpẽ. Cic. 4. in Catil. 80, Adiũgit graue pœnã municipib⁹, ſiquis eorũ vincula ruperit: horribiles cuſtodias circũdat, & digna ſcelere hominũ perditorũ ſancit, nequis eorũ pœnã, quos cõdemnat, aut per Senatũ, aut per populum leuare poſſit: eripit etiam ſpem, quæ ſola hominem in miſeriis conſolari ſolet.

Euaneſcit ſpes, Vide paulo pòſt Extenuare ſpem.

Euerſa ſpes cum mœnibus. Ouid. 13. Metam. 116.

Exardere ad ſpẽ libertatis, Id eſt incitatum eſſe. Cic. 4. Philip. 163, Hodierno autem die primum referente viro fortiſſimo, vobiſque amiciſſimo M. hoc Seruilio, &c. me authore, & principe ad ſpem libertatis exarſimus.

Excitare ad ſpem. Cic. pro Plancio, 45, Alia te ratio, alia cogitatio ad ſpem huius opprimendi excitauit.

Excluſa ſpes. Cic. in Bruto, 184, Quum pacis ſpem à publico conſilio eſſe excluſam videremus.

Expectare ſpem. Cic. ad Atticum, lib. 3. 64, Ego iam aut rem, aut ne ſpem quidem expecto.

Explorata ſpes. Cic. Philipp. 10, Magna nos quidẽ ſpe & propè explorata libertatis cauſam ſuſcepimus.

Extenuare ſpem. Cic. ad Atticum, lib. 3. 53. 1, Poſteaquam extenuari ſpem noſtram, & euaneſcere vidi, mutaui conſilium.

¶ Facere ſpẽ. Cic. ad Atticũ, lib. 1, Tuæ literæ quo ſæpius à me legũtur, hoc ſpem faciunt mihi minorem, quàm quũ latæ ſunt: tum id quod attulerunt ad ſpem, infirmant. Ouid. epiſt. 15. 3, Iandudum gratum eſt, quod epiſtola noſtra recepta eſt.

Spem facit, hoc recipi me quoque poſſe modo.

Fallere ſpem alicuius. Cic. Lẽtulo, lib. 1. 9. 54, In quo ego ſpem fefelli non modò inuidorum, ſed etiam inimicorum meorum.

Fallit eum ſpes. Cic. 1. Verr. 3, Tuli graniter & acerbè Iudices, in eum me locũ adductũ, vt aut eos homines ſpes falleret, qui opem à me atque auxilium petiſſent. Idem Lentulo, lib. 1. 3. 3, Quæ ne ſpes eum fallat, te vehementer rogo.

Firmare aliquẽ ad ſpem. Tacit. lib. 14, Atq; eũ authore Burro, prima Cẽturionũ, Tribunorúmq; adulatio ad ſpem firmauit.

Fluitare ſpe dubiæ horæ. Horat. 1. epiſt. 19. 23,
Sit bona librorum, & prouiſæ frugis in annum
Copia, neu fluitem dubiæ ſpe pendulus horæ.

Fluit ſpes, Dubia eſt. Virg. 2. Æneid. 34, Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri Spes Danaũm. Vide Fluo.

Spes eum fruſtratur. Lentulus Ciceroni, lib. 12. 14. 3, Vt ſi Syriæ ſpes eum fruſtrata eſſet, conſcenderet in naues.

¶ Habere ſpem, Sperare. Cic. Curioni, lib. 2. 4. 4, Siue habes aliquam ſpem de Republica, ſiue deſperas. Idem Appio, lib. 3. 10. 2, In te ipſo maximam ſpem, & in tuis magnam habebam. Et Trebatio, libro 7. 7. 1, Spem maximam habeo in Balbo, ad quem de te diligentiſſimè, & ſæpiſſimè ſcribo. Vide Habeo.

Habere ſpem in fide alicuius. Cic. 1. de Inuent. 86.

Miſerum eſt non habere ne ſpei quidem extremum, & commune ſolatium. Cic. 3. de Nat. deorum, 18.

Habere ſpem, pro Spẽ oſtendere. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 2. 16. 13, Reliqua nõ equidem contẽno, ſed plus habẽt tamẽ ſpei, quàm timoris, magiſque ſum ſolicitus expectatione ea quàm metu.

Habere aliquid in ſpe. Sperare. Cicero ad Atticum, lib. 11. 216. 2, Quod nulla equidẽ habeo in ſpe: ſed quia tu leniter interdum ſignificas, cogis me ſperare quod optandum vix eſt.

Habere ſpem in manibus. Cicero 1. Verr. 10, Quam ſpẽ nunc habeat in manibus, & quid moliatur, breuiter iã Iudices exponã. Placus Senatui, lib. 10. 8. 4, Nã quis in ea fortuna, quæ mea eſt, & ab ea vita, quam in me cognitam hominibus arbitror, & cum ea ſpe, quam in manibus habeo, aut ſordidum quicquam pati, aut pernicioſum concupiſcere poteſt?

Hæret ſpes in aliquo. Curtius lib. 9, In Ariſtono ſpes vltima hærebat.

¶ Impellere in ſpẽ. Cic. ad Brutũ, lib. 10. 4, Sed Cæſarem meis cõſiliis adhuc gubernatũ, præclara ipſum indole, admirabiliq; conſtantia, improbiſſimis literis quidã fallacibúſque interpretibus ac nuntiis, impulerunt in ſpem certiſſimam Conſulatus.

Implere ſpem quam quis de nobis cõcepit, Vide Impleo.

Inchoare ſpem. Horatius 1. Carm. ode 4. 3, Vitæ ſumma breuis ſpem nos vetat inchoare longam.

Inciſa ſpes, Vide Incido, pen. prod.

Incitant me ſpe non dubia, Vide Incito.

Incubare ſpe alicui pecuniæ. Cic. pro Cluẽtio, 57, Hic ille planus improbiſſimus, quæſtu iudiciario paſtus, qui illi pecuniæ, quam condiderat, ſpe iam atque animo incubaret, contrahit frontem. Vide Incubo.

Incumbit illi ſpes, Vide Incumbo.

Inducere in ſpem, Vide Induco.

Inducti in ſpẽ. Cic. pro Plancio, 84, Ego magno in metu meo ſubitò inducor in ſpẽ, vos eoſdẽ in hoc cõſeruando futuros, qui fueritis in me, quoniam iſtis veſtris lachrymis de illis recordor, quas pro me ſæpe, & multum profudiſtis. Tacit. lib. 10.

Inducta ſpes rapinæ. Ouid. de Nuce, 8, Non odium facit hoc, ſed ſpes inducta rapinæ.

Inductus falſa ſpe pollicebar, Vide Induco.

Inferre ſpem, Vide Infero.

Inflammari ſpe potiendi, Vide Inflammo.

Inflare ſpem alicuius, Vide Inflo.

Inſlari ſpe. Cic. in Piſonem, 71, Quo in oppido quum tibi ſpe falſa, quòd Q. Achariũ non eſſe ſucceſſurũ putares, animos rumor inflaſſet, quo te modo ad tuã intẽperantiã ſcelerate inno naſti? Idem pro Murena, 31, Spe atque animis inflata peteret.

Infringi ſpes dicitur. Cic. in Orat. 4, Quare nõ eſt cur eorum, qui ſe ſtudio eloquentiæ dediderunt, ſpes infringatur, aut langueſcat induſtria.

Infringere ſpes immodicas. Stat. 6. Thebaid. 139.

Ingredi in ſpem. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 3, Ego mi Cornificî in ſpem libertatis ingreſſus ſum. Idem 5. Philip. 171, Quæ niſi authoritate Senatus reſcindãtur, quoniã ingreſſi in ſpem Reipublicæ recuperandæ ſumus, imago nulla liberæ ciuitatis relinquetur. Vide Ingredior.

Inhibere ſpem alicuius. Curtius lib. 9, Conſpectúſque ab incolis, ſpem hoſtium falſo nuntio conceptam inhibuit.

Inicere ſpem. Cic. ad Atticum, lib. 16. 333. 15, Bruto quũ ſpem iniecíſſem de ἀμνηστίᾳ, nõ perinde, atque ego putarã, accipere viſus eſt. Vetus exẽplar legit, quũ ſæpe. Eidem, lib 3. 63. 1, Spes homini eſt iniecta nõ eadẽ, quæ mihi, poſſe nos vnà decedere.

Implere ſpem, Vide Impleo.

Intercipere ſpem. Ouid. 15. Metam. 15.

Intercludere ſpem commeatus, Vide Intercludo.

Interdictæ ſpes, Quæ ſperare nõ licet nec æquum eſt. Ouid. 10. Metam. 67,

Inueteraſcit ſpes. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3. 7, Nunc ſpes reliqua eſt in nouis Trib. plebis, & in primis quidem diebus: nam ſi inueterarit, actum eſt.

Inuitat ſpes, Vide Inuito.

Irritus ſpei. Curtius lib. 4, Illa cauſata ſine cuſtode regnũ reliquiſſe, petere perſeuerabat, ne ſe irritam ſpei pateretur abire. Hoc eſt ſua ſpe fruſtratam.

¶ Labi ſpe. Cæſar bel. Gall. li. 5, Hac ſpe lapſus Inducíomarus, nihilominus copias cogere, &c.

Laborare in ſpem. Ouid. 15. Metam. 74, Rura colunt, operique fauent, in ſpémque laborant.

Laudari ſpe & expectatione. Cic. in Orat. 57.

Vana ſpe ludere aliquem. Virg. 1. Æneid. 72.

¶ Spem mentita ſeges. Horat. 1. epiſt. 7. 18.

Minuere ſpem, Vide Minuo.

¶ Nanciſci ſpem. Cic. Clauio, lib. 13. 8. 8, Tamen maiorẽ ſpem

impetrãdi nactus ſum poſtea quàm mihi dictum eſt, hoc idem à te Rhegienſes impetraſſe.

Nati in ſpem honorum, Vide Naſco.

Niti ſpe. Cic. ad Atticum, lib. 3. 49. 4, Nunc ſi ita ſunt quæ ſperas, ſuſtinebimus nos, & ſpe qua iubes nitemur. Vide Niſor. Catul. Argon. 59. 36, Nã quò me referã? quali ſpe perdita nitar?

Nuntiare ſpem. Cic. Summam ſpem nuntiabant, fore vt Antonius cederet.

¶ Obiecta ſpes. Liu. lib. 4. bel. Maced. Sed tardauit impetũ eorum ſpes obiecta dedendæ vrbis, mox deinde etiam turbata.

Obtentat me ſpes. Cic. Attico, lib. 9. 18. 6, Vrbem autem & populum noſtrum ſeruandum ad immortalitatem, quantum in nobis eſſet, putabam. Et tamen ſpes quædam me obtentabat, fore vt, &c.

Occidit ſpes noſtra, Vide Occido pen. corr.

Offerre ſpem, Vide Offero.

Omittere ſpẽ. Curtius lib. 3, At Darius omiſſa omni alia ſpe, ſtatuit ipſe decernere.

Orbari ſpe. Cic. Cecinnæ, lib. 6. 6. 4, Quibus te conſoler vt afflictum, & iam omni ſpe ſalutis orbatum.

Oſtendere ſpem alicuius rei. Cic. Filius Cn. Pu[illegible], lib. 5. 7. 1, Tãtam enim ſpem otii oſtẽdiſti, quantã ego ſemper omnibus te vno fretus pollicebar. Cic. Pater Terentiæ, lib. 14. 3. 4, Spes autem ſalutis pertenuis oſtenditur. Idem 3. Verr. 95, Iſte Rabonium quieſcere iubet, & ſimul ei nonnullam ſpem ſocietatis oſtendit. Vide Oſtendo.

Ne ſpes quidẽ vlla oſtẽdatur fore melius. Cic. Atti. lib. 11. 219. 1.

Oſtendere improbis ſpem, & iniicere bonis timorem. Cic. 1. de Lege agrar. 14.

Oſtentare ſpem. Cic. pro Cluentio, 15, Mulier amiſſis liberis, quum vnius filii recuperandi ſpes eſſet oſtentata, omnes ſuos propinquos, filiique ſui neceſſarios cõuocauit: & ab his ſẽs petiuit, vt negotium ſuſciperent: adoleſcentem inueſtigarent: ſibi reſtituerent eum filium, quem tantum vnum ex multis fortuna reliquum eſſe voluiſſet.

¶ Pendet ſalus ſpe exigua & extrema. Cic. pro Flacco, 3, Quãobrem niſi hoc loco, niſi apud vos, niſi per vos Iudices, non authoritatem quæ amiſſa eſt, ſed ſalutem noſtram, quæ ſpe exigua extremáque pẽdet, tenuerimus: nihil eſt præterea quò cõfugere poſſumus. Idem Caſſio, lib. 12. 9. 4.

Pendẽre ſpe extrema, Vide Pendeo.

Laudis magna ſpes percuſſit meum cor. Lucret. lib. 1. 189.

Perdere ſpem. Cic. pro Murena, 25, Itaque non modo beneficii collocandi ſpem, ſed etiam illud quod aliquando fuit, licet conſulere: iam perdidiſtis.

Falſam ſpem ponere, Hoc eſt deponere. Ouid. ad Liuiam, 8,

Gaudia magna foues, ſpem pone miſerrima falſam,
Deſine de Druſo læta referre tuo.

Ponere ſpẽ in aliquo, vel in re aliqua. Cic. Furnio, lib. 10. 16. 1, Quod de Planci & Bruti concordia ſcribis, in eo vel maximam ſpẽ pono victoriæ. Idem ad Atticũ, lib. 6, In Pompeio te omnem ſpẽ otii ponere nõ miror. Idẽ, Grãdis natu parẽs cuius ſpes ſenectutis omnis in huius adoleſcẽtia poſita eſt. Idẽ de Sõnio, 17, Nec in præmiis humanis ſpem poſueris rerum tuarum.

In arcto ſpem ponere. Ouid. 9. Metam. 137,

Sed tamen vſque ſuum vanis Telethuſa maritum
Sollicitat precibus, ne ſpem ſibi ponat in arcto.

Ponere ſpem in armis. Virg. 2. Æneid. 136.

Ponere maiorem ſpem ſuæ emptionis in alicuius exitio. Cic. pro Roſc. Amerino, 86.

Ponere delectatiõis ſpẽ in cuiuſpiã humanitate. Ci. Att. 1. 4. 3.

Ponere & defigere ſpem in cuiuſpiã poteſtate. Cic. pro Flac. 2.

Ponere in ſpe. Cic. ad Atticum, lib. 13. 180. 4, Alteris iam literis nihil ad me de Attica: ſed id quidẽ in optima ſpe pono. Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 14. 2, Plura ponuntur in ſpe, quàm in pecuniis, reliqua ad iacturam ſtruentur.

Præbere ſpem alicuius rei. Caſſius ad Ciceronem, lib. 12. 13. 9, Qui ſpem ſæpe tranſitionis præbendo, neque vnquam nõ decedendo, nouiſſimè Corycum ſe contulit.

Præcidere vel incidere ſpem alicui. Cic. 3. Verr. 13, Id ſum aſſecutꝰ, vt vna hora, qua cœpi dicere, reo audaci, pecunioſo, profuſo, perdito, ſpem iudicii corrumpendi præciderem. Liu. 3. ab Vrbe, 14[illegible]taque ſpe inciſa, prius quàm prædicta dies adeſſet, Appius ſibi mortem conſciuit.

Præditus ſpe. Cic. 2. Verr. Vnum illud intelligo, quod Prætor in reiectione iudicũ indicauit, ea ſpe iſtum fuiſſe præditum, vt omnem rationem ſalutis in pecunia poneret.

Præſumere aliquid ſpe. Virg. 11. Æneid. 4, Arma parate animis, & ſpe præſumite bellum.

Producere ſpem vitæ. Tacit. lib. 11.

Proponere ſpem. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 10, Niſi fortè hanc cõditionem vobis eſſe vultis, quam ſerui, ſi libertatis ſpem propoſitam non haberent, ferre nullo modo poſſent. Plancus Ciceroni, lib. 10. 11. 6, Duáſque ei ſpes eſſe propoſitas: vnam Lepidi, ipſius alteram exercitus.

¶ Rapi ad ſpem immortalitatis. Cic. Lucceio, lib. 5. 12. 4, Neq; enim me ſolum commemoratio poſteritatis ad ſpem quãdam immortalitatis rapit.

Redintegrare ſpem. Cæſar lib. 7. bel. Gal. Quum in omnibus locis conſumpta iam reliqua parte noctis pugnaretur, ſempérque hoſtibus ſpes victoriæ redintegraretur.

Reducere ſpem anxiis mentibus. Horat. 3. Carm. ode 11. 4.

Referre domum ſpem falſam. Cic. pro Roſc. Amerino, 65.

Remorari ſpem. Cicero Attico, lib. 3. 54. 1, Et ſcio te me his epiſtolis potius & meas ſpes ſolitum eſſe remorari.

Repelli à ſpe. Cæſar belli Gall. lib. 5, Ab hac ſpe repulſi Nerrii, vallo pedũ vndecim, & foſſa pedũ quindecim, hyberna cingũt.

Reponere ſpem in aliquo. Cic. 5. Tuſc. 32.

Reponere ſpẽ vnicã ſenectutis in aliquo. Quintil. in Proœ. 6. 3.

Reſidet ſpes in. Cic. Ante quàm iret in exilium, 5, Quomodo ſpes ſalutis reliquis reſidebit? Idem Caſſio, lib. 12. 3. 4, Etiam nũc reſidet ſpes in virtute tua.

¶ Secare ſpem, Sequi ſpem. Virg. 10. Æneid. 11, Quæ cuique eſt fortuna hodie, quam quiſque ſecat ſpem.

Sequi ſpem. Cic. Varroni, lib. 9. 6. 2, Sequuti enim ſumus nõ ſpem, ſed officium: reliquimus autem non officium, ſed deſperationem. Ouid. epiſt. 16. 28,

Quid bibulum curuo proſcindere littus aratro,
Spémque ſequi coner, quam negat ipſe locus?

Serenare ſpẽ vultu, Id eſt Sereno vultu ſpẽ bonã præ ſe ferre. Virg. 4. Æneid. 96, Cõſilium vultu tegit, ac ſpem fronte ſerenat.

Subeſt ſpes. Curtius lib. 4, Etiam ſi ſpes non ſubeſſet, neceſſitas tamen ſtimulare deberet.

Subminiſtrare ſpẽ alicuius ſceleris. Saluſtius, Nũc videdũ eſt, ſpẽ atrociſſimi ſceleris vnde illi ſubminiſtratã fuiſſe iudicemus.

Eſſe ſpe bona, pro Bene ſperare. Cic. Cornificio, lib. 12. 17. 4, Ego ſum ſpe bona. Idem ad Atticum, lib. 6. 12. 3, De Egnatii nomine, nec nulla nec magna ſpe ſumus.

In ſpe eſſe, pro Sperare. Cic. Seruio, lib. 13. 20. 3, Et ſi eramus in magna ſpe, te meis literis, commendationéque diligentiſſimè facturum id quod feciſti. Idem ad Atticum, lib. 6. 13. 6, Magna autem in ſpe ſum, mihi nihil temporis prorogatum iri.

Eſſe in ſpe firmiore. Cic. Attico, lib. 8. 17. 1.

In ſpe eſſe dicitur aliquis, pro Sperari. Cic. Terentiæ, lib. 14. 3. 5, Sed tamen quandiu vos eritis in ſpe, non deficiam, ne omnia mea culpa cecidiſſe videantur: id eſt, dum & de vobis, & de ſtatu veſtro ſpes aliqua erit. Idem ad Atticum, lib. 2, An eſt aliquid in ſpe? Eidem, lib. 8. 149. 11, Dum in ſpe pax fuit.

Spes eſt. Plaut. Sticho, 1. 16, Spes eſt eũ melius facturũ. Idem Menæchmis, 4. 4. 4, Spes mihi eſt vos inuenturos fratres germanos. Cic. pro Quintio, 63, Spes eſt & hunc miſerum atque infœlicem aliquando tandem poſſe conſiſtere.

Spes eſt de. Plaut. Moſtel. 8. 41, -ſalvos ſum,
Spes eſt de argento, hic hilarus eſt.

Nulla eſt ſpes iuuentutis, ſeſe omnes amant. Plau. Capt. 4. 19. Cic. pro Milone, 33, Quis ignorat maximam illecebram eſſe peccandi impunitatis ſpem? Idẽ Attico, lib. 2. 11. 4, Vide quid narrent, & quæ ſpes ſit denarii.

Spes erat in curſu. Ouid. 6. Faſt. 73.

Spes eſt in eo. Cic. Plãco, li. 10. 12. 1, In te & Collega omnis ſpes eſt. Ibidem, 1. 4, Quæ poteſt enim ſpes eſſe in ea Rep. in qua hominis impotentiſſimi atque imperantiſſimi armis oppreſſa ſunt omnia? Idem ad Brutum, 10. 7, Spes omnis eſt in te. Item Caſſio, lib. 12. 2. 10, Quare ſpes eſt omnis in vobis: qui idcirco abeſtis vt ſitis in tuto, ne in vobis quidem. Sic 1. Verr. 16, Spes tuæ in hoc omnes ſunt.

Superare ſpem. Cic. de Amicitia, 10, Qui ſummam ſpem ciuium, quam de eo iam puero habuerant, continuò adoleſcens incredibili virtute ſuperauit.

Fallere & ſuperare ſpem alicuius. Cic. 4. in Catil. 9.

¶ Teneri ſpe. Cic. pro Clu. 4, Quãobrẽ magna me ſpes tenet, ſi ea quæ fuit in cauſa, explicare, atq; omnia dicẽdo cõſequi potuero, &c. Idem, Quò cõfugient ſocii? quẽ implorabunt? qua ſpe denique, vt viuere velint, tenebũtur? Sic Lucceio, lib. 5. 13. 7.

Tollere ſpem. Cic. ad Atticum, lib. 3. 66. 1, Quòd illa ipſa ſpes exigua quæ erat, videtur eſſe ſublata.

Trahere ſpem morã. Ouid. 3. Faſt. 138,

Dixerat. illa deum promiſſo ludit inani,
Et ſtultam dubia ſpem trahit vſque mora.

Trahi ſpe. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5. 5,

Spe tralior exigua,quam tu mihi demere noli,
Tristia leniri numina posse dei.

¶Venire in spem. Cic. Varroni,lib.9.1.1,In spem tamen venio appropinquare tuum aduentum. Cæsar 1. belli Gall. Siquid accidat Romanis,summam in spem regni obtinendi per Heluetios venire,&c.

Lubrica spes me versat.Stat.1.Achill.111.

Videre spem.Cic.ad Atticum, libro 3.50.1,Nam si erit causa, siquid agetur, si spem videro, aut ibidem opperiar, aut me ad te conferam.

Vincere spem.Cic.Terentiæ,lib.14.4.13,Salustius officio vincet omnes spes.Vetus exemplar non habet spes.

Vna spes,quèadmodum Vna salus,pro Sola. Cic.Cornificio, lib.12.21.3,Spes tamen est vna,aliquando Populum Rom.maiorum similem fore.

Vocare in spem.Cic.Attico,lib.11, Hæc nisi videris expediri, quam in spem me vocas?

¶Spes,pro Lætitia.Virg.1. Æneid.43, Spē vultu simulat,premit altum corde dolorē.Vbi Seruius,Spem,lætitiam.Est & crebra apud Virgilium figura,quæ fit quoties significatur ab eo quod præcedit,id quod sequitur.Nam spem lætitia sequitur: spes verò in vultu non videtur,sed lætitia.

¶Spes,in plurali.Plaut.Capt.7.86,Spes mea tibi commendo. Et Curcul.7.18,Spes meæ vbi sunt? Liu.1.ab Vrbe,155,Has spes cogitationésque secum portantes,vrbem ingressi sunt. Cic.3. in Catil.60,Nunc quoniam Quirites sceleratissimi periculosissimique belli nefarios duces captos iam & comprehensos tenetis,existimare debetis omnes Catilinæ copias,omnes spes atque opes,his depulsis vrbis periculis concidisse. Horat.1.epist.5.4, Spes iubet esse ratas,ad prælia trudit inermem.

Speres,speris,pro Spes,spei,antiqui dixerunt,authore Festo. Varro, Quibus suam delectet ipse amicam , & sese speribus iactet suis.Vnde Aspere,quasi sine spere:& Prospere,pro Spere.

Spécula,spéculæ,pen.corr.Diminutiuum. Plaut.Mostel.8.113, Nā quid ita specula clamat clamorem merum? Idem Persa,9.9, -quid agitur Sagaristio? vt valetur?
Ecquid quod mandaui tibi,est mihi in te speculæ? Cic.ad Cælium,lib.2.15.16,An dubitas quum scias quanti cum illum,tum verò Tullium meam faciam, quin ea me cura vehementissimè soliciter? & eo magis quòd in communibus miseriis hæc tamen oblectabar specula.

Degustare aliquid ex sermone speculæ.Cic.pro Cluentio,56.

Spero,speras,sperare,Ad dolorem & ad voluptatem refertur.Speramus ad diem,& lætā,inquit Donatus. Virg.4. Æneid.84,
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,
Et perferre soror potero. Sperare(inquit Seruius)id est futurū opinari,siue timere. Ibidem,59,
-sese interea quando optima Dido
Nesciat,& tantos rumpi non speret amores. Horat.1.epist.4.2,Grata superueniet quæ non sperabitur hora. Plinius lib.11, Speratur largior prouentus. Cic.Attico,lib.1.8.4,A quo nihil speres boni Reip.quia,&c.

Spero cónsore.Terent.And.1.1.140, -restat Chremes,
Qui mihi exorandus est,& spero cónsore. Cic.de Amicit.14, Quàm quòd amicitiæ nostræ memoriam spero sempiternam fore. Idem 1.Tusc.118,Spero fore vt contingat id nobis.

Iubeo te bene sperare,& bono animo esse.Cic.pro Deiot.17.

Sperare de re aliqua. Cic.Attico, libro 9.175.2,Neque de otio nostro spero iam,nec vllam acerbitatem recuso.

Desperare & Sperare,contraria.Cic.in Pisonem,8.

Expectare & sperare.Cic. ad Octauiū,6, Quid de hoc sperare aut expectare nos oportebat?

Auxilium sperare.Catul.Argon.59.36.

Pretium sperare.Ouid.6.Metam.17.

Salutem sperare.Virg.1.Æneid.91.

¶Spero,pro Confido, vel Credo, tam de præsenti, quàm de præterito dicitur.Terent.Eunuc.1.1.113,
-nam me eius spero fratrem propemodum
Iam reperisse adolescētem adeò nobilem. Idē Heaut.1.1.107,
-at porrò rectè spero illum tibi
Saluum affuturum. Et Eunucho,5.3.11, Spero me habere, qui hūc meo excrucié modo. Rursū Heaut.4.4.14,Sperabit sumptum sibi senex leuatum esse harum abitu. Quintil. in Gladiatore, Facilis (vt animaduertere vos spero) defensionis meæ cursus est. Idem Declamat.15,Et innocentiam quidem puellæ satis(vt spero)defendimus. Hic de præterito. Et Cicero, Spero iam probatam esse amicitiam nostram. Idem Attico,lib.1.1.10,Spero tibi me causam probasse.cupio quidem certé.

Confidere & sperare.Cicero Cornificio,lib.12.18.3,Ego & speraram prudentia tua fretus:& vt confiderem,fecerunt tuæ gratissimæ mihi literæ.

Bene de aliquo sperare.Cic.Attico,lib.9.17.5.7.

Lenius sperare aliquid de se.Ouid.3.de Ponto,eleg.7.7, Cur aliquid de me speraui lenius vnquam?

Melius speraui.Ouid.epist.2.13.

Vt spero,prope diem te videbo.Cic.Attico,lib.6.114.10.

¶Sperare,Timere.Virg.1.Æneid.110,
Si genus humanum, & mortalia temnitis arma:
At sperate deos memores fandi atque nefādi.Vbi Seruius,Sperate,abusiuè timete. Vt libro 4.84,
Hunc ego si potui tantum sperare dolorem? Quum speremus bona,timeamus aduersa. Item lib.11.55,
Hæc adeò ex illo mihi iam sperāda fuerunt
Tempore,quum ferro,&c.

¶Sperare,Gaudere,authore Donato. Terent.Adelph.1.2.71, Sperabā iā defuisse adolescētiā. Vbi Donat°, Rectè Sperabā, pro Gaudebam.Sic enim dicimus,quum errasse nos cernimus.

¶Spero non veniet vsus. Terent.Heaut.3.2.41, Non vsus veniet spero.

¶Deos speraui mus.Plautus Casina,7.39,Diis sum fretus,deos speraui mus.

Sperans,Participium.Virg.6.Æneid.106,Scilicet id magnum sperans fore munus amanti.

Sperātus,pen.prod.Aliud participium. Plaut. Merc.11.1,Spē speratam quum hanc obtuliſti mihi,grates ago.

Aura sperata deserit ratem.Ouid.4.de Ponto,eleg.11.9.

Laborare de reliqua & sperata gloria.Cic.Q. fratri,lib.1.1.63.

Honos speratus fugit.Stat.5.Syl.3.47.

Voluptas sperata.Ouid.2.Metam.173.

¶Speratum veteres dicebant eum qui vxorem petit. Et Speratam virginem quæ petitur. Afranius, Curre,& nuntia venire,& mecum speratam adducere,vt videat puellam. Speratam suam vocat vxorem Plautus in Amphitruone,8.41,Amphitruo vxorem salutat lætus speratam suam.Ex Nonio.

Sperábilis,& hoc sperábile,pe.cor.Quod sperari potest.Plau.Cap. 10.3,Hic ille est dies, quū nulla vitæ salus sperabilis est mecum.

Spéustícus/pen.cor.Adiect.Dicitur panis qui celerrimè fit & coquitur:à verbo σπεύω,quod est festino.Plin.libro 18.cap.11.3, Panis ipsius varia genera:aliàs ab opsoniis appellati, vt ostreari:aliàs à deliciis,vt artolagani:aliàs à festinatione,vt speustici.

SPEVSIPPVS,Philosoph° Athenien̄sis,Platonis ex sorore nepos, qui octo annos Platonicæ scholæ præfuit.Ferūt hunc senio cōfectū, sibi mortem conscisisse mœrore impulsum. Plutarchus verò scribit,illum pediculis efferuescentibus interiisse. Primus inuenit,quo pacto ex graciliorib⁹ lignis fierent vasa capacia.

Sphæra/ sphæræ, Latinè dicitur globus, nempe qui ex omni parte exteriore rotundus apparet. Cic.1.de Natu. deorum,68, Quúmq; duæ formæ præstantes sint,ex solidis globus(sic enim sphæram interpretari placet) ex planis autē circulus aut orbis, qui κύκλος Græcè dicitur,his duabus formis cōtinpit solis.vt omnes earum partes sint inter se simillimæ, à medióque tātum absit extremum quātum idem à summo:quo nihil fieri potest aptius. Idem lib.1.Tusc.98,Nam quum Archimedes Iunæ,solis,quinque errantium motus in sphæram illigauit, effecit idē quod ille qui in Timæo mundum ædificauit Platonis deus, vt tarditate & celeritate dissimillimos mot° vna regeret cōuersio.

Id autē mediū,infimū in sphæra est. Cic.1.de Nat.deor.174.

Habere secretam & liberam sphæram. Cic.2. de Nat.deo.79.

Sphæram in scenam afferre. Cic. 3.de Oratore, 88, Quanuis sphæram in scenā (vt dicitur) attuleris Ennius, tamē in sphæra fornicis similitudo non potest inesse.

Sphærica,sphæricæ,pen.corr. Placentæ genus quæ ex multis globulis in sphæram & rotūdam formam coactis, ac deinde simul compactis fiebat.Cato cap.81,Sphæricam sic facito ita vti spirā, nisi sic fingito,detractis caseo,melle: sphæras pugnum altas facito, eas in solo componito, densas eodem modo componito, atque spiram,itémque coquito.Vetus exēplar habet Spæritam.

Sphæristerium,sphæristerii, Locus balinei,in quo veteres fictiones suas & varia exercitationum genera facere solebant. Suetonius in Vespasiano,cap.20,Valetudine prosperrima vsus est, quanuis ad tuendam eam nihil amplius quàm fauces,exteráque membra sibimet ad numerum in sphæristerio defricaret, inediámque vnius diei per singulos mēses interponeret. Plin. in epist.Apodyterio suppositum est sphæristerium, quod plura genera exercitationis, plurésque circulos capit. Sed in primis ad exercitium pilæ deputatus est quam Græci ἐφαῖραν appellant.Nam ἐφαίρειν Græcè significat pila ludo:à quo Sphæristæ, eius ludi studiosi : & Sphæristici , eius ludi periti dicebantur. inquit Budæus. Lampridius in Alexandro, Post lectionē operam palæstræ, aut sphæristerio, aut cursui, aut luctaminibus

molioribus dabat.

Sphinx/sphingis vel sphingos,fœ.g. Æthiopicum animal est,è simiarũ genere,fusco pilo,mammis in pectore geminis, ad hominis speciem accedens, solo pilo & solitudine feram assimulans.Poetæ id monstrum faciem habere virginis fingunt, pennas auium,pedes leonis.

Sphinx,ab effectu nomẽ sortita:quòd homines suis quæstionibus ita stringeret ,vt se expedire non possent . Nam Græcè σφίγγειν,constringere,vel vincire dicitur:vel quasi omniũ mentes suis propositionibus ligare. Lactãtius in primum Thebaid. scribit,Sphingã monstrum fuisse,alas &vngues habẽs in similitudinem Harpyiarum: quod insidens scopulo viæ imminenti, insolubilia ænigmata transeuntibus proponebat: quæ quum soluere non possent, ex improuiso veniens, alis & vnguibus ad se in rupem trahebat. Hoc autem ænigma proponebat, Quod animal bipes,idémque tripes,ac quadrupes esset. Cuius locutionis ambages tandem calliditate sua ita Œdipus dissoluit, vt hominem esse diceret , qui in infantia manibus & pedibus nitens, quadrupes est. Factus vir, vt qui nullo alio quàm pedum auxilio gradiatur,bipes. At in senectute, viribus deficientibus, baculo utens,tripes. Inde origo huius adagij apud Terentium, Dauus sum, non Œdipus. Id est,seruili officio, non quæstionibus soluendis aptus sum. De sphungibus sic Diodorus Siculus lib.4, Sphinges & apud Troglodytas, Æthiopésque nascuntur, forma haud ei dissimili, qua pinguntur, sed paulo pinguiores. Naturam habent mansuetam,pluribus exercitiis disciplinisque aptam. Idem alibi, Œdipus orta inter Phocẽses seditione ira accensus,Laium parentem inscius occidit.Sphinx belua biformis Thebas eo tempore venisse traditur,proposuisséque ænigma:quod qui non solueret,periret.Vnde plerique ob rem ambiguam ac perobscuram interempti sunt. Plin.lib.8.cap.21.1, Lyncas vulgò frequentes & sphingas,fusco pilo,mammis in pectore geminis Æthiopia generat. Idem lib.37.cap.1.6, Diuus Augustus inter initia sphinge signauit. Tradunt & de his fabulæ sphinga triforme monstrum,cuius pars vna volucris, altera leonis,virginis tertia.Ausonius in Gripho Ternarij,

Terruit Aoniam volucris,leo,virgo,triformis
Sphinx,volucris pennis,pedibus fera,fronte puella.

Iniqua sphinx.Stat.1.Thebaid.13, -si sphingos iniquæ
Callidus ambages te præmonstrante resolui.Verba Œdipi.

Victa cadit sphinx. Stat.11.Thebaid.98.

Ænea sphinx. Quintil. lib.6.cap.3.68, Acceperat autem ille à Verre sphingem æneam magnæ pecuniæ.

Sphyræna/Græcis animal marinum,quod Latinis fudis dicitur,vt ait Plinius lib.32.cap.11.11,Sunt præterea à nullo authore nominati,fudis Latinè appellata, à Græcis sphyræna, rostro similis nomine,magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener: & pernæ concharum generis, circa Pontias insulas frequentissimæ.Stat velut fusillo crure longo in arena defixæ,hiantésque quà limpitudo est,pedali non minus spatio cibum venantur. Dentes in circuitu marginum habent pectinatim spissatos.Intus pro spondylo grandis caro est.

Spica/spicæ:& Spicus,spici antiquè,authore Festo: & Spicum, spici,dicitur quum per culmi folliculum, id est extremũ tumorem,aristæ adhuc tenues in modum spiculi eminẽt, vt ait Seruius.Cic.5.de Fin.156, Ne seges quidem igitur spicis vberibus & crebris,si auenam vipiam videris.

Spica dicta est à spe,vt ait Varro de Re rust.lib.1.ca.48,Nam quum fruges in spicam exit,spem præbet hominibus.

Spica in hordeo & tritico tria habet continẽtia, granum,glumam,aristam:& etiam primitus spica quum oritur,vaginam. Varro 1.de Re rust.cap.48.1.

Flauentes spicæ.Ouid.9.Metam.118.

Fruges spicæ ordine structa. Cic.de Senect.47, Quanquam non modò fructus quidem me,sed etiam ipsius terræ vis ac natura delectat,&c. diffundit & elicit herbescentem ex eo viriditatẽ,&c. vaginis iam quasi pubescens includitur: è quibus quũ emerserit,fundit frugẽ spicæ ordine structam,& contra auium minorum morsus munitur vallo aristarum.

Cererẽ in spicis intercipere.Oui.8.Met.59,de apro Calydonio,

Is modò crescentes segetes proculcat in herba:
Nunc matura metit sperati vota coloni,
Et Cererem in spicis intercipit. Quid sit Cererẽ in spicis intercipit, iam expoſuit ipse quum inquit Matura vota coloni. Primo enim herbescit seges,vnde illud est,Segetes proculcat in herba. Et in epistolis, Adhuc tua messis in herba est. Deinde verò vbi maturuit,in spica esse dicitur.

Spicus in masculino genere,in vtroque numero legitur.Spicum verò tantum in singulari.Cic.1.de Nat.deo.159,Spicum illustre tenens splendenti corpore virgo. Ex poeta.

Spica,Signum in cælo oriens in Virginis parte decima.Firmianus,Quicunque in ortu Spicæ natus fuerit,erit ruralibus officiis semper applicatus, & multas fruges horreis condet. Columella lib.11.ca.2.41, Decimoquarto Calend.Octob. Spica Virginis exoritur.

Spica mutica, Quæ non habet aristam. Aristæ enim sunt quasi cornua spicarum.Varro de Re rust.lib.1.cap.48.

Spica, Nucleus quo numeroso caput allii compactum est. Colum.lib.11.cap.3.14,de vlpico, Habet enim velut allium plures cohærentes spicas:exque quum sint diuisæ, liratim seri debent. Paulo post , Inter palmaria spatia spicæ vlpici,vel allii (nam id quoque similiter conseritur) disponendæ sunt. Ibidem,Deinde quum ternas fibras emiserunt spicæ,sarriantur. Ruellius lib.1.cap.2,Cohærentes bulbi,in quos allii caput extumuit,qui seorsum cõsiti nouam creant sobolẽ, & nuclei & spicæ Latinis authoribus appellantur.

Spiceus,Adiectiuum,Quod ex spicis est.vt

Corona spicea.Tibullus lib.1.eleg.1.3.
Flaua Ceres tibi sit nostro de rure corona
Spicea. Plin.lib.18.cap.2.1, Spicea corona quæ vitta alba colligaretur. Horat.in Carm.secul.6.

Messis spicea.Virg.1.Georg.63.

Serta spicea.Ouid.1.Metam.6.

Spicilegium,spicilegii,Collectio spicarũ. Varro 1.de Re rust.ca.53, Messe facta, spicilegiũ venire oportet, aut domi legere stipulã.

Spico,spicas,spicare,à quo passiuum Spicor ,spicaris, Id est spicas emittere,legitur apud Plinium lib.18.cap.7.11,Grana in stipula crinito textu spicantur.

Spicãtus,pen.prod.Adiect.Quod habet spicas.Plin.lib.21.ca.17.1, Aliud rursus spicatarũ genus herbarũ. Idẽ lib.24.ca.15.5,Chamæcissos spicata est tritici modo, ramulis quinis ferè foliosa.

Spicatum vnguẽtum Romæ dici solitum Galenus prodidit, & fœminis præsertim diuitibus familiare . Idem & nardinũ dictum,vt refert Hermolaus in Corollario . Dictũ spicatũ quòd ex spica nardi cõficiatur,vt docet Marcellus interpres Dioscoridis.

Spicatum pauimentum. Plin.lib.36.cap.25.4, Similiter fiunt spicata testacea.

Spicifer,pen.corr.spicifera,spiciferum,pen.corr.Quod fert spicas. vt Spicifera Ceres à poetis dicitur.Mart.lib.10.74, Non Hybla, non me spicifer capit Nilus.

Dea spicifera,Ceres.Senec.Herc.Œtæo,5.4.

Ora spicifera.Silius lib.3.82.

Spicio/spicis,spexi,spectũ,spicere, Aspicere,intueri. Antiquũ. Plautus Milit.10.99,Flagitium est, si nil mittetur,quo supercilio spicit.Verbum obsoletum,ex quo in vsu est Specto spectas,& cõposita notissima,vt Aspicio,despicio,&c.

Spiculum/spiculi,pen.co.Lancea brevis:seu,vt Vegerius ait, telum missile,cuius ferrũ est triangulum vnciarũ nouẽ, hastile pedũ quinque & semis. Plaut.Casin.6.17,Si nõ impetrauit,spicula etiã insortita sunt mihi. Cic.in Pisonẽ,40. L. Crassus homo sapiẽtissim⁹ nostræ ciuitatis,spiculis propè scrutatus est Alpes,vt vbi hostis nõ erat,ibi triumphi causam aliquã quæreret.

Lucida spicula lunato ferro.Virg.5.Æneid.61.

Epaminundas sibi auelli iubet spiculũ.Cic.Lucceio,lib.5.12.17.

Lenta spicula contorquent lacertis.Virg.7.Æneid.33.

Contorsit manu emissa spicula.Virg.11.Æneid.136.

Fundere spicula.Silius lib.17.17.

Quatere spicula.Ouid.8.Metam.76.

Vellere spicula.Virg.10.Æneid.178.

Vibrare spicula.Virg.11.Æneid.122.

Spiculum accipitur pro Sagitta. Virg.11.Æneid.131, Spicula conuerso fugientia dirigit arcu.

Scelerata succis spicula.Silius lib.3.55.Hoc est venenata.

Dirigere certa spicula.Ouid.12.Metam.122.

Exercere spicula.Ouid.13.Metam.11, -volucréſque petendo
Debita Troianis exercet spicula fatis.

Promere spicula de pharetra.Ouid.3.de Arte,102.

Tincta venenis spicula.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.7.

Spiculum,Sagittæ ferrũ, seu cuspis ipsa, & aculeus: vt sunt spiculæ sagittarum & aculei apum. Curtius, Alexander sagitta ictus est,quæ in medio crure reliquerat spiculum. Virgil.4. Georg.48, -& spicula cæca relinquunt
Adfixæ venis.De apibus. Liuius 3.bel.Maced.37,Ad Monetæ duarum hastarum spicula arserant.

Calami spicula Gnosii.Horat.1.Carm.ode 15.4.

Hastarum spicula.Ouid.2.Metam.76.

Acuta spicula.Ouid.3.de Arte,102.

Noxia spicula.Ouid.in Ibin,109.

In quæ tuis opifex,vati quos fecit Achæo,
Noxia luminibus spicula condat apis.

Defigunt ſpicula crabrones nudo vertice. Ouid. 3. Faſt. 151.
Exacuunt ſpicula roſtris. Virg. 4. Georg. 15.
¶ Spiculum dictum à ſpicarum acie.

Spiculo, ſpiculas, pen. cor. ſpiculare, Cuſpidé acuere. Plin. lib. 11. ca. 1. 2, Telum verò perfodiendo tergori, quo ſpiculauit ingenio!

Spiculâtor, pen. prod. ſpiculatóris, m. g. Spiculatores dicti ſunt ſatellites principum, à ſpiculis quæ geſtãt. Corn. Tacitus, Dilapſis ſpiculatoribus, cætera cohors non aſpernata concionantem.

Spina/ſpinæ, ld in ſentibus & rubis aut aliis fruticibus vel herbis, quod dum tangitur, aculeatum ſentitur & pungit. Plin. lib. 10. cap. 32. 3, Putant ex ſpinis aculeatis.

Conſertum tegmen ſpinis. Virg. 5. Æneid. 119.

Spinam facere dicitur aſparagus quum percrenit, & ſpinoſus fit. Columella libro 11. cap. 3. 57, Deinde quum ſpinam fecerit, collectis ſeminibus ipſis, ſcorpiones ita vti ſunt, in ſuo loco perurendi ſunt.

Acutis ſpinis ſurgit paliurus. Virg. 5. eclog. 8.

¶ Spina, pro Aculeo, qualis ſerpẽtibus & hyſtricibus, & pleriſque piſcibus ineſt. Plin. lib. 8. cap. 35, Hyſtrices generat India & Africa, ſpina contectas. Ibidem, ca. 37. 2, de herinaceis, Volutati ſupra iacentia poma, affixa ſpinis, vnum non amplius tenentes ore, &c. Idem lib. 9. cap. 12, Cruſtis & ſpinis teguntur vt echini. Ibidem, ca. 39. 4, Iidem anthiæ quum vnum hamo teneri viderint, ſpinis quas in dorſo ſerratas habent, lineam ſecare traduntur.

Animantes aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. Cicero 1. de Nat. deorum, 180.

¶ Spina etiamnum appellatur vertebrarum in quocunque animali contextus inter ſe, qui eſt à collo ad extremum vſque os, quod ſacrum dicitur. ſic autem appellata eſt, quòd ipſæ vertebræ in ſuo contextu proceſſus vtrinque oſtendãt ſpinis haud abſimiles. Plin. libro 11. cap. 37. 49, Spina lumbis oſſea, ſed tereti ſtructura per media foramina, à cerebro medulla deſcendente. Eandem eſſe ei naturam quam cerebro colligunt, quoniam prætenui eius membrana modò inciſa ſtatim expiretur. In ſpinæ igitur parte ſuperiore ſcapulæ, à lateribus dorſa: quæ omnia dicuntur terga. Varro 1. de Re ruſt. cap. 7. 4, Scapulis latis, ſpina maximè duplici. Ouid. 6. Metam. 76, de ranis, Spina viret, venter, pars maxima corporis, alber.

Crates ſpinæ. Ouid. 8. Metam. 163, de Fame dea,
Ventris erat pro ventre locus. pendêre putares
Pectus, & à ſpinæ tantummodo crate teneri.

Lentæ ſpinæ curuamen. Ouid. 3. Metam. 14.

Putrefacta ſpina. Ouid. 15. Metam. 78.

¶ Spinæ, per tranſlationem, pro Difficultatibus. Cic. 4. de Fin. 117, Quam illorum triſtitiam atque aſperitatem fugiẽs Panætius, nec acerbitatem ſententiarum, nec diſſerendi ſpinas probauit, fuitque in altero genere mitior, in altero illuſtrior. Idé 4. Tuſc. 15, Peripatetici autem ad placandos animos multa affe runt, ſpinas partiendi & definiendi prætermittunt.

Vellere ſpinas. Cic. 4. de Finib. 9, Deinde ea quæ requirebant orationem ornatam & grauem, quàm magnificè ſunt dicta ab illis! quàm ſplendidè! de iuſtitia, &c. de fortitudine hominum, de ſpinas vellentium, &c.

Spinifer, pen. corr. Adiectiuum. Cic. in Arato, ſt,
Quod ſupereſt gelido delapſum flumine fontis
Spiniferum ſubter caudam piſtricis adhæſit.

Spineus, Aliud adiectiuũ: vt Spinea corona, Quæ è ſpinis facta eſt.
Teda ſpinea. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 3.
Vincula ſpinea. Ouid. 2. Metam. 158,
-baculúmque capit, quem ſpinea tortum
Vincula cingebant.

Spinóſus, pen. prod. Item adiectiuum, Spinis abundans. Varro 1. de Re ruſt. cap. 3. 7, Quod vſu ſæpe venit his, quòd inter ſe cornibus pugnant, atque in ſpinoſis locis paſcuntur. Plin. lib. 11. ca. 15. 2, Corticé Iunem myrrhæ, ſimilémque vnedoni, ſcabrum alii ſpinoſúmque dixere.

Herbæ ſpinoſæ. Ouid. 2. Metam. 163.
Iugum ſpinoſum. Propert. lib. 4. eleg. 4. 10.

¶ Spinoſa oratio, per trãſlationé: hoc eſt dura & aſpera. Cic. 1. de Orat. 41, Sed hæc erat ſpinoſa quædam & exilis oratio, lon géque à noſtris ſenſibus abhorrebat. Idem in Orat. 61, Nam & ipſe Ariſtoteles tradidit præcepta plurima diſſerendi, & poſtea qui dialectici dicuntur, ſpinoſiora multa pepererunt.

Spinoſum diſſerendi genus. Catul. Argon. 59. 15.

Hæc enim ſpinoſiora prius vt confitear me cogunt, quàm vt aſſentiar. Cic. 1. Tuſc. 17.

Spinêtum, ſpinéti, pen. prod. Locus ſpinis conſitus. Plin. lib. 10. ca. 74. 2, Aſinus ſpinetis ſe ſcabendi cauſa atterens, nidos æ githi diſſipat. Virg. 2. eclo. 2, Núc virides etiã occultant ſpineta lacertos.

Spinter/ſpinteris, n. g. Significat aut fibulam in humeris, aut armillã, vt ait Priſcianus lib. 5. Feſtus, Spinter armillæ genus, quo mulieres vtebãtur brachio ſummo ſiniſtro. Plau. Menæch. 11. 4, Iubeáſque ſpinter nouum reconcinnarier.

SPINTHARVS, nobilis architectus Corinthius, Delphicum templum ædificauit. Author Pauſanias.

Spinturnix/ſpinturnícis, f. g. Auis inauſpicata, quæ & incendiaria dicitur. Plin. lib. 10. ca. 13, Inauſpicata eſt & incẽdiaria auis, propter quã ſæpenumero luſtratã vrbẽ in annalib⁹ inuenimus, ſicut L. Craſſo, C. Mario COSS. quo anno & bubone viſo luſtrata eſt. Quæ ſit auis ea, nec reperitur, nec traditur. Quidã ita interpretantur incendiariam eſſe quæcúque apparuerit ear bonem ferens ex aris vel altaribus. Alii ſpinturnicem eã vocãt.

Spinus/ſpini, fœ. g. Agreſtis ſiue ſylueſtris prunus: pruni enim ſylueſtres genera ſpinarum ſunt, inquit Columella. Vnde Virg. 4. Georg. 19, Eduramque pyrum, & ſpinos iam pruna ferentes.

Spinéolus, ſpinéoli, pen. corr. m. g. Fructus ſpini.

SPIO, Bocatio lib. 7. cap. 14, Nympha ſic dicta à ſpeluncis in quibus habitare Nymphæ dicuntur. *Spio* enim, ſpelunca dicitur.

Spionia/vitis, quæ & ſpinea quibuſdã dicitur. Colu. lib. 3. cap. 2. 16, At ſpionia dapſilis muſto & ãplitudine magis vuarũ, quàm numero fertilis. Plin. lib. 14. cap. 1. 11, Æſtum fert ſpionia, quã quidam ſpha-m vocant, Autumniſque & imbribus pingueſcit, quinimo nebulis vnà alitur, ob id Rauennati agro peculiaris.

Spiónicus, pen. corr. Adiectiuum. Colum. lib. 3. cap. 11. 9, Iam & illud magnæ dotis eſt, poſſe guſtum cuiuſque generis non miſtum, ſed verè merum condere, ac ſeparatim reponere, ſiue eſt ille biturícus, ceu baſilícus, ſeu ſpionícus.

Spira/ſpiræ. Spiræ ſunt reuolutiones ſiue circuli, qui in ſeipſos non recurrunt, quales ſunt funium nauticorum & rudentũ conuolutorum, & ſerpentium. Plin. lib. 37. ca. 10. 11, Capnites plurimis ſpiris fumida.

Anguis ſe colligit in ſpiram. Virg. 2. Georg. 31,
Nec capit, immenſos orbes per humum, neque tanto
Squammeus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. Id eſt, in circulũ.
Idem 1. Æneid. 44,
-ſpiriſque ligant ingentibus, & iam
Bis medium amplexi. Vbi Seruius, Spiris, nodis.

Ligare aliquem ſpiris. Virg. 2. Æneid. 44.

¶ Spira, Propriè (vt ait Seruius) eſt volubilitas funium: ſiue (vt vult Feſtus) funis nauticus in orbem conuolutus.

¶ Spira, ſubligaculum, ſiue ligula quæ à pileo ad fauces diſtenditur, & ſub mento alligatur. Iuuenalis Sat. 8. 11,
-de fancibus aurea quum ſe
Porrigat, & longo iactetur ſpira galero.

¶ Spira, Ornamẽtum muliebre. Plin. lib. 19. cap. 35. 13, Lolliam Paulinam quæ fuit Caii principis matrona, ne ſerio quidé aut ſolenni cæremoniarũ aliquo apparatu, ſed mediocrium etiam ſponſalium cœna, vidi ſmaragdis margaritiſq; opertã, alterno textu fulgentibus, toto capite, crinibus, ſpiris, auribus, collo, manibus, digitiſque, quæ ſumma quadringenties ns colligebat.

¶ Spira, Baſis columnæ vnius tori, aut duorum, vt ait Feſtus. Plin. lib. 36. cap. 15. 6, In Epheſiæ Dianæ æde primùm columnis ſpiræ ſubditæ, & capitella addita.

¶ Spira, Genus operis piſtorii, vt ait Feſtus. Cato cap. 77, Spiram ſic facito, Quantum voles pro ratione, ita vti placenta ſit, eadem omnia facito, &c.

¶ Spiram, hominũ multitudinem vocauit Ennius, quum ait, Spiras legionibus nex. Feſtus.

Spirula, ſpirulæ, pen. corr. Baſis columnarum. Seruius.

Spiro/ſpiras, ſpirare, Exhalare. Plinius, Hæc duo genera fiſtulis ſpirant quæ ad pulmonem pertinent. Idem lib. 9. cap. 7. 1, Spirant autem confeſſione omnium & pauciſſima alia in mari.

Sine cura quieſcere, & ſine metu ſpirare. Cic. pro Sex. Roſcio Amerino, 40.

Valentius ſpirat Eurus, Hoc eſt flat. Ouid. 11. Metam. 97.
Æquatæ ſpirant auræ. Virg. 5. Æneid. 16.
Clementius ſpirant Auſtri. Stat. 2. Sylu. 2. 6.
Flamina ſpirant. Ouid. 4. Faſt. 4.
Fons ſpirat dulcis aquæ. Lucret. lib. 6. 179.
Aræ ſpirant odoratis floribus. Stat. 3. Sylu. 3. 43.

Spirare, Accuſatiuo iuncto, ſignificat Emittere. Virg. 1. Æne. 81,
Ambroſiæque comæ diuinum vertice odorem
Spirauere. Columella lib. 1, Reliquiſque immunditæ tetrum odorem ſpirantibus.

Amores ſpirare. Horat. 4. Carm. ode 13. 4,
Quæ ſpirabat amores,
Quæ me ſurpuerat mihi.

Ira ſpirat ſanguinem. Seneca Thyeſte, 6. 3.

Spirare anima ſua. Cic. Poſt reditum ad Quirites, 19, Quapro-

pter memoriam vestri beneficii colam benevolentia sempiterna, nō solùm dum anima spirabo mea, sed etiam cum mortuo monumenta vestri in me beneficii permanebunt. Vetus exemplar legit anima superero mea.

Quæ deseri à me dum quidem spirare potero, nefas iudico. Cic.3.de Nat.deor.137.

Spirans, Participium: vt Altum spirans. Stat.5.Sylu.3.

Certè ego magnanimûm qui facta attollere regum
Ibam altum spirans, Martémque æquare canendo.

Spirans, Quod spirat, & aliquando quod redolet. Virgilius 3. Georg.7. Stabunt & Parii lapides spirantia signa. Hoc est, tam artificiosè facta vt spirare & viuere videantur.

Æra spirantia. Virg.6.Æneid.170,

Excudent alii spirantia mollius æra:
Credo equidem, viuos ducent de marmore vultus.

Fretis spirantibus feruet æquor. Virg.1.Æneid.66.

Graviter spirantis copia thymbræ. Virg.4.Georg.7.

Spirans, pro Viuente. Cic.pro Milone,69, Sunt qui de via Appia querantur, taceant de Curia ecquando ab eo spirāte forum potuisset defendi, cuius non restiterit cadaueri Curia?

Imponere bustum in caput viui & iam spirantis. Cic.pro Domo sua,103.

Quædam effigies spirantis mortui. Cic.Q.fratri lib.1.3.

Artus spirantes. Lucan.lib.3.146.

Spirantia, Palpitantia, quasi adhuc viua. Virgil.4.Æn.13, Spirantia consulit exta.

Aura spirans, Vitalis, qua spiramus & viuimus. Virg.9.Æneidos,119, -ab alto
Æthere se mittit, spirantes dimouet auras.

Corpora spirantia. Lucan.libro 1.74, Dum mouet hic calidus spirantia corpora sanguis.

Spiritus, huius spiritus.pen. corr.m.g. Halitus, id quod spiramus, & quo viuimus. Plaut.Milite,5.17, Cuius tu legiones diffluisti spiritu, quasi ventus folia. Virg.3.Georg.

-atque attractus ab alto
Spiritus. Cic.1.de Nat.deor.101, Tribus rebus animantium vita tenetur, cibo, potione, spiritu. Ibidē,103, Aspera arteria &c. excipit animam eam quæ ducta est spiritu, eandémque à pulmonibus respiret & reddat. Ibidem,175, Itaque & mari continuatus & iunctus est, & natura fertur ad cælum cuius tenuitate & calore temperatus, vitalem & salutarem spiritum præbet animantibus. Ibidem,108, Sanguis per venas in omne corpus diffunditur, & spiritus per arterias. Idem in Orat.57, Quid enim tam commune quàm spiritus viuis, terra mortuis &c.

Cæli spiritus. Cic.1.in Catil.10, Potéstne huius vitæ hæc lux Catilina, aut huius cæli spiritus esse iocundus?

Angustus spiritus, Breuis anhelitus. Cic.1.de Orat.136, Deinde quum spiritus eius esset angustior, tantum continenda anima in dicendo est assecutus, vt, &c. De Demosthene. Idem 3.de Orat.100, Animæ intercluſio, & angustiæ spiritus.

Anhelans spiritus. Author ad Herennium, lib.4.100, Anhelās ex imis pulmonibus præ cura spiritus ducebatur.

Animalis spiritus, Vide Animal.

Continuus spiritus siue inflexus, Vide Continco.

Creber spiritus, haud ingēs, raróque coortus. Lucret. li.6.139.

Dirus spiritus. Senec.Octauia,5.3. En ipsi diro spiritu sæui ducis polluitur æther.

Extremus spiritus. Cic.de Senect.15, Quorum vsque ad extremum spiritum prouecta est prudentia. Idem pro Sestio,68, Aliquis extremo spiritu exanguis & confectus.

Liber spiritus, vt Supplicium à libero spiritu & communi luce seclusum. Id est, in carcere. Cic.7.Verr.19.

Mortiferum spiritum exhalare. Plin.lib.2.cap.93.5.

Teter spiritus. Horat.3.Carm.ode 11.4.

Vno spiritu. Ci.1.de Orat.137, Demosthenes summa voce versus multos vno spiritu pronuntiare consuescebat. Ibidem,3.100, Longissima est igitur complexio verborum, quæ volui vno spiritu potest. Idem 2.de Nat.deor.30, Hæc ita fieri omnibus inter se conuenientibus mundi partibus profectò non possent, nisi ea vno diuino ac continuato spiritu continerentur.

¶ Attractus ab alto spiritus. Virg.3.Georg.101.

Auferre spiritum sine sensu doloris. Cic.7.Verr.91.

Auferre spiritum alicui, Occidere aliquem. Senec.Octau.5.5.

Flammata facies spiritum exalto citat. Senec.Medea,6.2.

Vita continetur corpore & spiritu. Cic.pro Marcello,16.

Ducere spiritum, Spirare. Cic.2.de Diuin.148, In puero referre ex qua affectione cæli primum spiritum duxerit. Idem 1.de Inuent.98, Si spiritum ducit, viuit. Liu.bel.Maced.2, Perire nanque semel ipsis satius esse, quàm sub acerbissimi carnificis arbitrio spiritum ducere. Hoc est vitam extendere.

Vitam & spiritum ducere. Cic. pro Lege Manil.23, Atque eos portus, quibus vitam & spiritum ducitis.

Ducere ad tempus spiritum. Cic.Planco, lib.10.1.3.

Aer spiritu ductus alit animantes. Cic.1.de Nat.deor.146.

Tranquillum & otiosum spiritum ducere. Cic.pro Archia,12, Quum vsque ad extremum spatium, nullum tranquillum otiosum spiritum duxerimus.

Elidere spiritum. Celsus lib.4.cap.14, de morbo intestini plenioris, Vehemens inflatio vehementes dolores dextra magis parte: intestinum quod verti videtur, propè spiritum elidit.

Infœlix spiritus in auras ibit. Ouid.epist.10.25.

Euadit spiritus per angustias. Celsus lib.4.cap.4, de difficultate spirandi, His communia sunt, quòd propter angustias, per quas spiritus euadit, sibilum elidit dolor in pectore, &c.

Excipere extremum spiritum alicuius. Cic.7.Verr.91, Matrésq; miseræ pernoctabāt ad ostium carceris, ab extremo complexu liberūm exclusæ, quæ nihil aliud orabant, nisi vt filiorum extremum spiritum excipere sibi liceret.

Nefastum spiritum ferro exige. Senec.Œdipo,14.7.

Extenuandus spiritus in auras. Ouid.1.Trist.eleg.4.3.

Cadentem spiritum firmare. Senec.Troad.10.19.

Communi spiritu frui. Cic.4.in Catil.79, Puncto tēporis frui vita & hoc communi spiritu non putat oportere. Id est, viuere.

Rudes spiritus hausi. Senec.Œdipo,10.7,

Qua primum luce spiritus hausi rudes
Iam morte dignus.

In pulmonibus inest raritas ad hauriendum spiritum aptissima. Cic.2.de Nat.deor.205.

Ludere extremo spiritu. Cic.1.Tusc.154.

Oris spiritus reluctanti obstruitur. Virg.4.Georg.60.

Inde Nepæ cernes propter fulgentis acumen
Aram quam flatu permulcet spiritus Austri. Cic.in Arato,21.

Petitus spiritus imo latere. Horat.Epod.11.2.

Graui spiritu pressæ antennæ. Senec.Œdip.11.1.

Reddere spiritum patriæ. Cic.11.Philipp.184, Eum spiritum quem naturæ quis debeat, patriæ reddere.

Graviorem spiritum reddit tibia. Quintil.lib.1.cap.11.5, Sic appellatur cantus tibiarum, quæ præclusis quibus clarescunt foraminibus, recto modo exitu graviorem spiritum reddunt.

Regit artus spiritus. Virg.4.Æneid.67, Dum memor ipse mei, dum spiritus hos reget artus.

Suspendere spiritum in lectione. Quintil.lib.1.cap.8.1, Superest lectio, in qua puer vt sciat vbi suspendere spiritū debeat, &c.

Trahere spiritum. Celsus lib.3.cap.27, Et plerunque miserum spiritum trahunt, memoria quoque amissa. De paralyticis.

Vanescit spiritus in auras. Ouid.epist.11.17.

¶ Spiritus aliquādo pro animi elatione accipitur, quod Græcè φρόνημα dicitur. Cic.ad Q.fratrē, lib.1.2.9, Quid L.Cæcilium, nonne omni ratione placaui? quē hominem? qua ira? quo spiritu? Idem pro Sylla,20, Res enim gestæ credo meæ, me nimis extulerunt? ac mihi nescio quos spiritus attulerunt?

Fiducia ac spiritus. Cæsar 3.bel.Ciuil.152, His rebus tantum fiduciæ ac spiritus Pompeianis accessit, vt non de ratione belli cogitarent, sed vicisse iam sibi viderentur.

Auidus spiritus. Horat.2.Carm.ode 2.2,
Latius regnes auidum domando
Spiritum, quàm si Libyam remoris Gadibus iungas.

Contaminatus spiritus. Cic.in Pisonem,15.

Hostiles spiritus. Tacitus lib.10.

Ingentis spiritus vir, Vide Ingens.

Minax spiritus. Ouid.ad Liuiam,56.

Regius spiritus. Cic.2.de Lege agraria,91.

Solidus spiritus. Ouid.ad Pisonem,15.
Quod si iam validæ mihi robur mentis inesset,
Et solidus primos impleret spiritus annos, &c.

Superbus spiritus. Ouid.ad Liuiam,56.

Tumidus spiritus. Seneca Agamemn.4.5.
Tamen superba, & impotens flatu nimis
Fortuna magno, spiritus tumidos daret. Tacit.lib.4.

¶ Spiritus, odor. Virg.4.Æneid.
Ardentésque notate oculos, quis spiritus illi,
Qui vultus, vocisve sonus, vel gressus cuntis. Seruius.

Vnguenti spiritus. Lucretius lib.3.45,
-Bacchi quum flos euanuit, aut quum
Spiritus vnguenti suauis diffugit in auras.

Operis spiritus atque animus. Quintil.lib.6.ca.2.7, Adeò vel spiritus operis huius atque animus est in affectibus.

Acer spiritus. Horat.1.Serm.sat.4.10.

Tenuis spiritus. Horat.2.Carm.ode 16.8, -mihi parua rura, & Spiritum Graiæ tenuem Camœnæ

Parca non mendax dedit.

¶ Spiritus, pro Vento. Columella lib.3.cap.19.2, Veruntamen præstat eligere fationi, silentis, vel certè placidi spiritus diem.

¶ Spiritus, pro Aere. Plin.libro 2.cap.5.1, Proximum spiritus, quem Græci, nostrique eodem vocabulo aera appellant. Ibidem.lib.6, Inter terram, cælúmque eodé spiritu pendent certis discreta spatiis septé sydera, quæ ab incessu vocamus errantia.

Suscipi in lucé, & augeri cæleſti spiritu. Cic.de Aruſp.reſp.55.

Afflari spiritu diuino. Vide Afflo.

Spirituâlis, & hoc spirituále, & per ſyncopen, Spiritâlis & hoc spiritâle, pen.prod. Quod halitum emittit. Vnde Spiritales auras dicimus, id est vitales.

Spirábilis & hoc spirábile, pen.corr. Vitale, quo spiramus, inquit Seruius. Virg.3.Æneid.120, -per sydera testor,
Per superos, atque hoc cæli spirabile lumen. Cic.1.Tuſcul.66, Illam verò fundítus eliciamus indiuiduorum corporum læuiú & rotundorum concursionem fortuitam, quam tamen Democritus concalefactam & spirabilem, id est animalem esse voluit. Et paulo antè, 64, Animales, id est spirabiles. Sic 2.de Natura deor.131, Spirabilis natura.

Igneus & spirabilis. Cic.1.Tuſc.111, Sed fac igneam, fac spirabilem, &c.

Sumere animum spirabilem à pluribus. Cic.2.de Nat.deo.17.

Spirâmen, pen.prod. spiráminis, Per quod exit spiritus: vt Naris spiramina. Luca.li.1.37, Hic aures, alius spiramina naris adúcæ.

Reficit spiramina fessi ignis. Stat.12.Theb.54.

Spiramentum, spiramenti, Idem. Virg.4.Georg.8, -neque illæ
Nequicquam in tectis certatim tenuia cera
Spiramenta linunt. Idem 9.Æneid.116,
Et læuo infixa est lateri manus, abditáque intus
Spiramenta animæ lethali vulnere rupit. Plin.lib.31.cap.10.9, Quippe eadem ratio earum quæ cucurbitarum medicinalium, ad corpora leuanda sanguine, spiramenta laxanda indicatur. Idem lib.34.cap.17.5, Hoc videtur facere relaxatis spiramentis ad satietatem infusus aer. Colum.lib.9.cap.11.1, Et posito cibo dum conuersari consuescant, exiguis spiramentis relictis, tridúo ferè clausas habere.

Cæca spiramenta. Virg.1.Georg.18,
Seu plures calor ille vias, & cæca relaxat Spiramenta.

Spiramentum, Emissarium fumi. Plin.lib.34.ca.10.5, Circunlito spiramento in caminis. Vbi In spiramento caminí legendum videtur. Budæus.

Exhalantia flammam spiramenta. Ouid.15.Metam.69,
Nam siue est animal Tellus, & viuit, habétque
Spiramenta locis flammam exhalantia multis.

Spiramentum cauernæ. Iustinus, Vbi acrior per spiramenta cauernarum ventus incubuit.

Spiramenta temporum. Tacit.in vita Agricolæ, Quo Domitianus non iam per interualla ac spiramenta temporú, sed continuo, & velut vno ictu Remp.exhausit.

Spiraculum, spiraculi, Idem. Virg.7.Æneid.114,
Hic specus horrendum, & sæui spiracula Ditis
Monstrantur. Id est aditus, inquit Seruius. Plin.lib.2 cap.93.1.

Spissus/spissa, spissum, Propriè densum significat. A sepium densitate. Virg.1.Georg.49,
-& sentibus superabit terra repletis
Spissus ager.

Æther spissus. Ouid.1.Metam.5.

Amoma spissa tergit de comis. Ouid.epist.19.54.

Arena spissa. Virg.5.Æneid.68.

Caligo spissa. Ouid.7.Metam.107.

Coma spissa. Horat.3.Carm.ode 19.5.

Corona spissa viris. Virg.9.Æneid.102,
Quà rara est acies, interlucétque corona
Non tam spissa viris.

Corpus spissum. Lucret.lib.6.16.

Flatu spisso implere sedilia. Horat.de Arte, 42.

Grandine spissa glomeratur corpus. Ouid.9.Metam.45.

Igne spisso coit Pleiadum chorus. Propert.lib.3.eleg.5.8.

Laurea spissa ramis. Horat.1.carm.ode 15.2.

Littus spissum, Arenosum. Ouid.15.Metam.144.

Nubes spissa. Ouid.1.Amor.eleg.13.6.

Spissa, & Solutioris humi regio, opponuntur. Colum.lib.1.ca.2.7, Fossarum duo genera cognouimus: cæcarum, & patẽnum. spissis atque cretosis regionibus apertæ relinquuntur: at vbi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, &c.

Theatra spissa, Repleta spectatoribus. Horat.1.epist.19.9.

Vimine spisso quali. Virg.1.Georg.49.

Vmbræ spissæ noctis. Virg.1.Æneid.115.

¶ Spissus tactus, Qui rem aliquam spissam esse deprehendit. Plin.libro 12.cap.24.1, Aspalathi probatio est in colore rufo vel igneo, tactúque spisso.

¶ Spissum, Tardum. Plaut. Pœn.11.47, Qui siquid boni promittunt, pro spisso cuenit. Idem Ciſtell.2.66, Spissum istud amanti est verbum, veniet, nisi venit.

Tardum & spissum. Cicero ad Atticum, lib.10.208.5, Sed hoc quoque timidè scribo, ita omnia adhuc tarda & spissa. Idem 3.de Orat.81, Me quidem in Academiam totum compulisti: in qua velim sit illud quod sæpe posuisti, vt non necesse sit consumere ætatem, atque vt possit is illa omnia cernere, qui tãtummodo aspexerit: sed etiam si est aliquãto spissius, aut si ego sum tardior, profectò nunquam conquiescam.

Spissus & productus exitus. Cic.2.de Orat.118, Et principia tarda sunt, & exitus tamen spissi & producti esse debent.

Spissum opus & operosum. Cic.Q.fratri, lib.2.15.5, Scribebam illa quæ dixeram ἀκριβῶς, spissum sanè opus & operosum.

¶ Spissior & spississimus. Plin.lib.12.cap.21.3, Ediuerso Arabica glans viridis ac tenuior: & quoniam montosa sit, spissior. Idem lib.16.cap.40.4, Spississima ex omni materie, ideo & grauissima iudicatur ebenus.

Spissè, Aduerbium. Plin.lib.36.ca.25.4, Dein spissè calcatis carbonibus inducitur sabulo calce ac fauilla mistis.

Spissius virere. Plin.lib.37.cap.8.7, Non translucet molochites, spissius virens.

Spissè arare. Colum.lib.2.cap.21.8, Vtraque cruda terra nõ incommodè fit, datúrque opera vt spissè aretur, nec tamen altè.

Spissè atque vix. Cic.de Claris Oratoribus, 71, Quãdiu in eorum enumeratione versamur, quum tamen spissè atque vix, vt dudum ad Demosthenem & Hyperidem, sic nũc ad Antonium Crassúmque peruenimus.

Spisso, spissas, spissare, Spissum facere. Plin.libro 11.cap.41.3, Omne lac igne spissatur.

Spissari in panem farinæ modo. Plin.lib.13.cap.4.17.

Spissare pectinatim, Vide Pectino in Pecten.

Spissátus, pen.prod. Participiũ: vt Nubes spissatæ. Lucan.lib.4.16.
Ignis spissatus. Ouid.15.Metam.51.

Spissesco, spissescis, spissescere, Spissum fieri. Celsus li.5, de curatione aduersus ictum aspidis, Ladè ergo vi verisimile est spissescentem quoque intus humorem hominis ab eo discuti, & sic dari sanitatem. Lucretius lib.6.56, Fecit vt ante cauam docui spissescere nubem.

Spissamentum, spissamenti. Spissamenta vocantur, quæ Græcis σύμματα dicũtur, quæ ad vnguentorum confectiones extrema superponuntur, ne fluitet quod cõditum fuerit. Columella lib.12.cap.46.1, de conditura inulæ, Posthæc in vmbra triduo siccẽtur, & ita in fideliam picatam recõdantur adiecto passo vel defruto quod supernatet, spissaméque cunilæ imposito cõrectũ vas pelliculetur. Ibidé, cap.7.3, Fœniculique aridi, quod est per vindemiam proximo anno lectũ, spissamentũ imponitur, ita vt herbas deprimat, & ius vsq; in summũ labrũ fideliæ perueniat.

Spissigradus, spissigradi, pen.corr.m.g. A quo spissigradior, spissigradissimus. Plaut. Pœnulo, 7.3, -homines spissigradissimes,
Tardiores multo, quàm corbitæ sunt in tranquillo mari.

Spissitas, pen.corr. spissitâtis, fœ.g. Plin.lib.18.cap.30.7, Quoniam spissitate sua concalescit.

Spissitúdo, pen.prod. spissitúdinis. fœm.g. Idem.

Spithama/spithamæ, pen.corr. Latinè dicitur dodrans, & est palmus cõstans xii digitis. Plin.lib.7.ca.2.17, Super hos extrema in parte montiú Spithamæi Pygmæi narrantur, ternas spithamas longitudine, hoc est ternos dodrantes non excedentes.

Splen/splenis, masc.g. Latinè dicitur lien. Celsus lib.4.cap.1, At lienis sinistra nõ eidem septo, sed intestino innexus est, natura mollis & rarus, lõgitudinis, crassitudinisq; modicæ. Plin.lib.8.ca.25.3, Sanguis in corde & circa oculos tantũ: viscera sine splene.

Petulanti splene cachinno. Persius Saty.1.2.

plenéticus, pen.cor. Adiectiuum, Qui ex splene laborat. Plin.lib.20.cap.9.8, Item spleneticis in vino albo per dies quadraginta.

Splenium, splenii, vt Iulius Pollux inquit, est caput splenis pinguis. Hinc splenia velut per similitudinẽ dicuntur facta ex panno laneo vel lineo, quæ ad curam corporis superimponi solent. Plin.lib.19.cap.6.19, de oculis cruore suffusis loquens, Superimponi oportet splenium è melle decoctum, lanámque succidam ex oleo & vino. Plin.epist.88.2.lib.6, Quanuis non posset dediscere illud ipsum, quod oculum modò dextrũ, modò sinistrũ circũlinebat: dextrum, si à petitore, alterum si à possessore esset asturus: quòd candidum splenium in hoc, aut illud supercilium transferebat. Quidam frõtem liniebant vnguento vel cerussa: deinde panniculum siue fasciam ponebant, quod splenium dicebatur: à quibusdã existimatũ oculorum operimentum ad arcendam nimiam lucem. Eius meminit Martialis lib.12.19,

Et numeroſa linunt ſtellantem ſplenia frontem:
Ignorat quid ſit ſplenia tolle, leges. Idem lib. 8. 34, Talia lunata ſplenia fronte ſedent.

Spleniātus, pen. prod. Adiect. Splenio obuolutus. Mart. lib. 10. 22,
Cur ſpleniato ſæpe prodeam mento,
Albáve pictus ſana labra ceruſa,
Phileni quæris: baſiare te nolo.

Splendeo/ſplendes, ſplendui, ſplendēre, Lucere. Plaut. Pœn. 4. 91, Vidén' tu, pleni oculi ſordium qui erant, iam ſplendent mihi? Idem Rud. 2. 3, Ita vt videtis, ſum ſplendens ſtella candida. Mart. lib. 4. 34, Et facies multo ſplendeat alba pilo.

Latè ſplendere. Horat. de Arte, 3.
Colore claro ſplendere. Lucret. lib. 5. 255.
Pontus ſplendet tremulo ſub lumine. Virg. 7. Æneid. 1.
Lucere & ſplendere dicitur virtus. Cic. pro Seſtio, 51, Quid denique virtus valeret, quæ in tempeſtate ſæua quieta eſt, & lucet in tenebris, & pulſa loco manet tamen, atque hæret in patria, ſplēdétq; per ſe ſēper, neque alienis vnquā ſordibus obſoleſcit.

Splendens, Participium: vt Purius marmore ſplendens. Horatius 1. Carm. ode 19. 1.
Ferro ſplendenti lancea. Ouid. 3. Metam. 11.
Fuco ſplendente comas ornare. Tibul. lib. 1. eleg. 8. 3.
Splendentes habeo authores in equeſtri ordine. Plinius lib. 9. cap. 5. 1.

Splendeſco, ſplendeſcis, ſplendeſcere, Splendidum fieri. Apuleius, Quum iam aurora ſplendeſceret. Mart. lib. 8. 39,
Deſtuat, & lento ſplendeſcat turbida limo
Amphora, centeno Cōſule facta minor. Cic. in Parad. 3, Nihil tam horridum, tam incultum, quod non ſplēdeſcat oratione, & tanquam excolatur. Hîc per tranſlationem. Plin. lib. 13. cap. 15. 7, Nutriuntur optimè, ſplendeſcúntque. Cic. de Senect. 15, Omnino canorum illud in voce, ſplendeſcit etiā neſcio quo pacto in ſenectute. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 10. 5, Vidimus Ætnæa cælum ſplendeſcere flamma.
Corpora ſplendeſcunt ſucco oliuæ. Ouid. 10. Metam. 36.
Vomer attritus ſulco ſplendeſcit. Virg. 1. Georg. 10.

Splendor, ſplendōris, Lux dicitur. Plin. Merc. 11. 39, Cælū vt ſplendore eſt plenum nónne ex aduerſo vides?
Aquæ ſplendor. Lucret. lib. 4. 43.
Argenti ſplendor. Horat. 1. Serm. ſat. 4. 6.
Clarus ſplendor veſtis purpureæ. Lucret. lib. 2. 11.
Niger ſplendor, Vide **Niger**.
Tremuli ſplendores. Claud. 5. Paneg. 15.

¶ Splendor, per tranſlationem ponitur pro decore, dignitate, gloria. Vnde Splendor nominis, Spendor familiæ, ſpendor virtutum. Id eſt claritas. Cic. pro Lege Manilia, 28, Nunc imperii noſtri ſplendor illis gētibus lucet. Idem pro Flacco, 21, In imperio, atque in publica dignitate omnia ad gloriam, ſplendorémque reuocarent. Et pro Cluentio, 156, Honeſti homines, & ſummo ſplendore prædīti. Sic 1. Offic. 95, Harum rerum duarum ſplendor omnis & amplitudo, addo etiam vtilitatem in poſteriore. Item pro Cælio, 61, Siquem etiā minimorum horum aliquid offendit, ſi purpuræ genus, ſi amicorū cæteræ, ſi ſplendor, ſi nitor, &c. Rurſum pro Quintio, 40, Cuius ſplendor omnis his moribus obſoleuit.
Splendor & dignitas. Cic. 1. Ver. 30, Conſtat inter omnes, poſt hæc conſtituta iudicia quibus nunc vtimur, nullum hoc ſplendore atque hac dignitate conſilium fuiſſe.
Equeſtris ſplendor. Cic. pro Roſcio Amer. 83.
Homo eo ſplēdore, ea virtute qua omnes exiſtimatis, &c. Cic. 5. Verr. 78.
Splendor nominis. Cic. 1. de Finib. 66.
Splendor ordinis. Cic. pro Cecinna, 10.
Accerſere ſplendorem, Vide **Accerſo**.
Afferre ſplendorem, Vide **Affero**.
Obſcurare & inquinare ſplendorem, Vide **Inquino**.
Obſoleuit ſplendor, Vide **Obſoleo**.
Obtinere ſuæ dignitatis ſplendorem. Cic. pro Sylla, 1.
Parum ſplendoris habere. Horat. 2. epiſt. 2. 23.
Habere magnum ſplendorem in voce. Cic. de Claris Orat. 119.
Verborum ſplendor. Cic. in Orat. 93.

Splēndidus, pen. corr. Adiect. Clarus, fulgens. Dicitur etiam qui operas ſuas ad liberalitatem conuertit. Cic. in Parad. 48, Reuiniſcat M. Curius, aut eorū aliquis quorum in villa ac domo nihil ſplendidum, nihil ornatum fuit præter ipſos.
Splendidiſſimum videri quod animo magno, elatóque factū ſit. Cic. 1. Offic. 88.
Splendidus propter virtutem. Cic. 6. Ver. 33, Homo & domi nobilis, & apud eos, quò ſe contulit, propter virtutem ſplendidus & gratioſus.

Splēdidus domi, gratioſus extra domū. Cic. Q. fratri, li. 1. 15. 8.
Solidum & ſplendidum nomen. Cic. 1. de Finib. 95.
¶ Bilis ſplendida. Horat. 2. Serm. ſat. 3. 19.
Candor ſplendidiſſimus. Cic. in Somnio Scip. 11
Cera ſplendida. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 4.
Crinis ſplendidus oſtro. Ouid. 8. Metam. 2.
Diſputatio ſplendida. Cic. 1. de Finib. 109, Et certamen honeſtum, & diſputatio ſplendida.
Domus ſplendida luxu regali. Virg. 1. Æneid. 119.
Eques ſplendidus. Cic. 1. de Finib. 94.
Facta ſplendida. Horat. 2. epiſt. 1. 48.
Fama ſplendida. Propert. lib. 3. eleg. 10. 2.
Fons ſplendidior vitro. Horat. 3. Carm. ode 13. 1.
Humor ſplendidus ſudoris. Lucret. lib. 6. 239.
Ingenium ſplēdidum. Cic. 1. Off. 39, In maximis animis, ſplendidiſſimiſque ingeniis plerunque exiſtunt honoris, imperii, potentiæ, gloriæ cupiditates.
Lucifer ſplendidior quàm cætera ſydera. Ouid. 2. Metam. 145.
Lumina ſplendida ſolis. Lucret. lib. 2. 11.
Nomen ſplendidum. Cic. 1. de Fin. 91, Illi enim negāt bonum quicquam eſſe, niſi neſcio quam illam vmbram, quod appellāt honeſtum, non tam ſolido quàm ſplendido nomine.
Illuminari nominibus ſplendidis. Cic. in Orat. 93.
Magnificentius & ſplendidius oratorum genus. Cic. de Clar. Orat. 105.
Orbis ſplendidus oculi. Lucret. lib. 3. 84.
Palla ſplendida multo croco. Ouid. epiſt. 10. 33.
Tenere rationem ſplendidam. Cic. de Claris Orat. 142.
Signa ſplendida. Lucret. lib. 4. 91. Intelligit aſtra.
Sol ſplendidior. Tibull. lib. 4. ad Meſſalam, 1. 25.
Verba ſplendida. Ouid. 1. de Remed. amor. 48.
Ornatiſſimus & ſplendidiſſimus vir. Cic. pro Flacco, 38.

Splēndide, pen. corr. Aduerb. vt Splendidè dicta. Cic. 1. de Finib. 9, Quid habent cur Græca anteponant his, quæ & ſplendidè dicta ſint, neque ſint conuerſa de Græcis?
Splendidè acta ætas. Cic. 3. Tuſcul. 103, Et acta ætas honeſtè ac ſplendide, tantam adfert cōſolationem, vt eos qui ita vixerint, aut non tangat ægritudo, aut perleuiter pungat animi dolor.
Dicere ornatè & ſplendidè. Cic. 1. Offic. 6.
Splendidè mendax. Horat. 3. Carm. ode 11. 7.
Magnificè & ſplendidè ornare conuiuiū. Cic. pro Quintio, 63.
Recipere aliquem ſplendidè. Author ad Herenn. lib. 4. 23.
Splendidè vti authoritatis præmiis erga omnes. Cic. de Sene. 59, Quæ ſunt igitur voluptates corporum cū authoritatis præmiis comparandæ? Quibus qui ſplendidè vſi ſunt, ii mihi videntur fabulam ætatis peregiſſe, nec tanquam inexercitati hiſtriones in extremo actu corruiſſe.
Multo ſplendidius. Horat. 1. epiſt. 18. 4. -rectius hoc, & Splendidius multo eſt, equus vt me portet, alat rex.

Splenēticus/**Splenium**/Vide **Splen.**

Spodium/ſpodii: ſiue Spodos Græcis, Latini cinerulā vertunt: id eſt repurgamentū quod ex fornacum parietibus euerritur, in quibus æs Cypriū aut plumbū decoquitur. Quinetiā extinctorū carbonū reliquiæ, & craſſius illud excrementū, quod quidā ſcoriam appellant, comprehendit. Videto Plinium lib. 34. cap. 18.

SPOLETIVM, cum i ante um, ciuitas in Vmbria. Liu. lib. 5. Decad. 5, Rex Gentius cū liberis, & coniuge, & fratre Spoletiū in cuſtodiā ex Senatuſconſulto ductus. Hæc nūc ducatus Spoletinus dicitur, nō Spoletanus: ſicut ab Aretio Aretinº. Martia. li. 13. 120,
De Spoletinis quæ ſunt cariosa lagenis
Malueris, quàm ſi vina Falerna bibas. Sic Cicero de Claris Oratorib. P. Cominium Spoletinum dixit. Liuius lib. 3. Decad. 5, Itaque quum ſpei nihil ad reſiſtendum eſſet, C. Caruilius Spoletinus, & C. Afranius à præſidio Romano miſſi. Et mox, Magno vſui Caruilius Spoletinus erat in colloquiis. Ex quo facilè intelligi poteſt, in manu ſcripto Taciti codice legi Spoletinus, pro quo Spoletanus quiſpiam in vulgatis æditionibus ſuppoſuit, vt ait Rhenanus.

Spolium/ſpolii, Quodcunque hoſtibus detrahitur, vt ait Seruius. Plin. lib. 7. cap. 16. 1, Magnique nomine ſpolio inde capto, eques Rom. (id quod antea nemo) curru triumphali reuectus eſt. Virg. 8. Æneid. 41, -nam maximus vltor
Tergemini nece Geryonis, ſpoliiſque ſuperbus
Alcides aderat. Idem 10. Æneid. 90,
Aut ſpoliis ego iam raptis laudabor opimis. Ibidem, 173,
Viximus, aut hodie victor ſpolia illa cruenta,
Et caput Æneæ referes, &c.
Ferarum ſpolia. Lucret. lib. 5. 191.
Leonis ſpolium. Ouid. 3. Metam. 17.
Serpentum ſpolia, Leberides. Lucret. lib. 4. 11.
Memorabile ſpolium monſtri viperei. Ouid. 4. Metam. 113.

Opimis ſpoliis inſignis Metellus. Virg. 6. Æneid. 171.
Onuſtus ſpoliis Orientis. Virg. 1. Æneid. 59.
Superbus ſpolio. Ouid. 7. Metam. 31.
Nobile ſpolium. Silius lib. 5. 28.
Opima ſpolia. Liuius 4. ab Vrbe, Spolia in æde Iouis Feretrii prope Romuli ſpolia, quæ prima opima appellata ſola ea tempeſtate erant, cum ſolenni dedicatione dono fixit.
Salmacida ſpolia ſine ſudore & ſanguine. Cic. 1. Offic. 88.
¶ Adimere ſpolia, Vide Adimo.
Adnolare ad alicuius ſpolia detrahenda aliquo ſpirante. Cic. pro Seſtio. 45.
Capere ſpolia, Vide Capio.
Detrahere cuipiam cruenta ſpolia. Cic. pro Roſc. Amer. 87.
Indutus ſpoliis. Virg. 10. Æneid. 155.
Nitens ſpoliis. Seneca Octau. 4. 6.
Occidere hominem cauſa ſpoliorum. Cic. pro Roſ. Amer. 86.
Ornatus locus exuuiis nauticis & claſſium ſpoliis. Cic. pro Lege Manilia, 38.
Victores præda ſpoliiſque potiti. Virg. 9. Æneid. 90.
Ampla ſpolia referre. Virg. 4. Æneid. 19.

Spolio, ſpolias, ſpoliare, Priuare. Plaut. Pſeud. 8. 10,
-vt facilè vincam,
Vt facilè ſpoliem meos perduelles perfidiis meis. Terent. Hecyra, 1. 1. 8, Quin ſpolies, mutiles, laceres.
Fanum ſpoliare. Cic. 3. Verr. 35, Seſe, quum eſſet Trierarchus, & Verrem ex Aſia decedentem proſequeretur, ſuſſu Dolabellæ fuiſſe vnà cum iſto Sami: ſeſéque tum ſcire, ſpoliatum eſſe fanum Iunonis, & oppidum Samum.
Templa ſpoliantur triſti rapina. Lucan. lib. 3. 54.
Aras ſpoliare. Virg. 5. Æneid. 133.
Orbatu & ſpoliatú foru voce alicu' erudita. Ci. de Cla. Ora. 4.
Omni argento aliquem depeculari & ſpoliare. Cic. 6. Verr. 31.
Spoliare opibus. Cic. Attico, lib. 2. 24. 3.
Spoliare veſtitu. Cic. 3. Offic. 36.
Spoliare, ad omnia alia tranſfertur: vt Spoliare auxiliis. Cic. 3. Verr. 54, Neſciebas ab eo Cn. Carbonem Conſulem, cuius re vera Quæſtor fuit, non modò relictum, ſed etiam ſpoliatum auxiliis, pecunia, nefariè oppugnatum, & proditum?
¶ Animum ſanitate ſpoliare. Cic. 4. Tuſc. 34.
Deos ſpoliare, Simulachra deorum. Lucan. lib. 1. 77.
Detrahere & ſpoliare dignitatem. Cic. pro Cælio, 1, Quæ accuſatores deformandi huius cauſa, detrahendæ ſpoliandæque dignitatis gratia dixerunt. Ibidem, 35, Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam.
Omni dignitate ſpoliari. Cic. pro Murena, 80.
Spoliare fama. Cic. 3. Offic. 101, Itaque ei dixiſſe Fimbriã, ſe illã rem nunquã iudicaturum, ne aut ſpoliaret fama probatum hominem ſi contrà iudicaſſet. Idem pro Quintio, 13, Neceſſe eſt iſte qui amicum, ſocium, affinem, fama ac fortunis ſpoliare conatus eſt, vanum ſe, & perfidioſum, & impium eſſe fateatur.
Fana ſociorum ſpoliare. Cic. pro Sylla, 55.
Augeri dignitate, & ſpoliari fortunis. Cic. pro Plancio, 18.
Spoliare iudicio. Cic. 4. Acad. 111, Eam philoſophiam ſequere, quæ cõfundit vera cum falſis, ſpoliat nos iudicio, priuat approbatione, omnibus orbat ſenſibus.
Laudibus ſpoliari. Cic. 1. Tuſc. 39, Nec quiſquam è noſtris ſpolia cepit laudibus.
Ornatu alieno aliquam artem denudare atque ſpoliare. Cic. 1. de Orat. 111.
Prouincia ſpoliare. Cic. Attico, lib. 10. 195. 3, Nunc alia ex parte perſequi, ex alia prouincia ſpoliare conatur.
Syluæ ſpoliantur robore. Lucan. lib. 3. 79.
Sociis ſpoliare aliquem. Ouid. 14. Metam. 15.
Terra ſpoliatur lumine. Lucret. lib. 4. 76.
Spoliare virtutem ſuo decore. Cic. 1. Acad. 48, Spoliauit enim virtutem ſuo decore, imbecillámque reddidit, quòd negauit in ea ſola poſitum eſſe beatè viuere.
Spoliare vita, Occidere. Virg. 6. Æneid. 34, Poſtquã illum victor vita priuauit Achilles. Ouid. in Ibin, 115.
Spoliare vitem pampinis. Colu. lib. 11. cap. 2. 46, Multi etiam, ſi pluuius eſt ſtatus cæli, ſicut ſuburbana regione Italiæ, pãpinis vitẽ ſpoliãt, vt percoqui fruct' poſſint, nec putreſcere imbrib'.
Vrbes ſpoliauerat populis. Stat. 4. Theb. 8.

Spolior, ſpoliãris, Deponens fuit apud antiquos, authore Nonio. Afranius, Quos impunè depopulatur & diſpoliatur dedecus.

Spoliandus, Particip. vt Templa ſpolianda. Lucan. lib. 5. 61.

Spoliãtus, pen. pro. Aliud particip. ſiue nomen ex participio. Cic. Attico, lib. 6. 111. 9, Et mehercule ego ita iudico, nihil illo regno ſpoliatius, nihil rege egentius.
Putare ſe ſpoliatum ornamento. Cic. 1. de Orat. 78.
Corpus ſpoliatum lumine. Virg. 12. Æneid. 187.
Cõferre ſpoliatã fortunã cũ fortuna alicuius. Cic. in Piſonẽ, 29.
Armis ſpoliata nauis. Virg. 6. Æneid. 71.
Magiſtro ſpoliata nauis. Virg. 5. Æneid. 45.

Spoliatio, Verbale. Cic. 4. Verr. 11, Quũ in legatione, oppidorum, fanorumque ſpoliationes cogitaret. Ibidẽ, 6. 117, Nullas Græci homines grauius tulerunt, nec ferunt, quàm huiuſcemodi ſpoliationes fanorum, atque oppidorum.
Omnium rerum ſpoliatio. Cic. pro Seſtio, 38.
Nobiliſſimi atque antiquiſſimi tẽpli ſpoliatio. Cic. 6. Ver. 91.
Dignitatis ſpoliatio. Cic. 2. Philipp. 48.
Miſericordiam ſpoliatio Conſulatus magnam habere debet. Cic. pro Murena, 79.

Spoliãtor, pen. prod. Aliud verbale, m. g. Cic. 6. Verr. 71, Neque ſolùm ſpoliata illa patiêre, ſed etiam eorum ſpoliatorem, vexatorémque defendere?
Pupilli proſtantis ſpoliator. Iuuenalis ſaty. 1. 5.

Spoliãtrix, pen. pro. Verbale fœm. Martialis lib. 1. 136, Sic ſpoliatricem commẽdat Fauſtus amicam. Cic. pro Cælio, 40, Tũne aurum ex armario tuo promere auſa es? tunc Venerem illam tuã ſpoliatricem ſpoliare ornamentis?

Spoliarium, ſpoliarii, Vbi homines ſpoliantur. Plin. in Paneg. 57, Quàm iuuat cernere rarium ſilens, & quietum, & quale ante delatores erat? nunc templum illud, nũc verè deus non ſpoliarium ciuũ, cruentarúmque prædarum ſæuũ receptaculũ. Seneca, de gladiatoribus loquens, Nunquid aliquem eſſe tam cupidũ vitæ putas, vt iugulari in ſpoliario, quàm in arena malit?

Sponda, ſpondæ, Latus lecti. Spódæ ſunt tabulæ quæ vtrinque latos lecti ſuſtinent. Virg. 1. Æneid. 14,
Quum venit, aulæis iam ſe regina ſuperbis
Aurea compoſuit ſponda, mediámque locauit. Mart. lib. 1. 88,
Sed ſi nec focus eſt, nudi nec ſponda grabati. Idem lib. 10. 5,
Vocet beatos, clamitétque fœlices,
Orciniana qui ferantur ſponda.
Extrema & in ſponda cubet. Horat. Epod. 3. 5.

Spondalium. Cic. 2. de Oratore, 104, Tamen in hoc genere ſæpe vidi quum ex perſona mihi ardere oculi hominis hiſtrionis viderentur, ſpondalia illa dicentis.
Segregare abs te auſus, aut ſine illo Salamina ingredi.

Spondaicus, Vide Spondeus.

Spondeo, ſpondes, ſpopondi, ſponſum, ſpondẽre, A ſponte fit, quod veteres pro dico vſurpabãt: quia qui ſpõdet, ſponte, id eſt voluntariè dicit. Poſtea ſpondere acceptũ eſt pro ſpõte promittere. Plaut. Epid. 1. 6, Cœna tibi dabitur. T. Spondeo. 1. quid? T. me acceptarũ, ſi dabis. Cic. ad Atticũ, lib. 16. 331. 5, Egit autẽ pater & filius vt tibi ſponderẽ: ſed ita, vt tũ crederes quũ ipſe cognoſces. Idẽ 5. Phil. 184, Quibus, &c. honores ac præmia ſpopondiſtis. Ibidem, 14. 401, Pœna aut morte, aut victoria ſe ſatisfacturum Reip. ſpopondit.
Promittere & ſpondere. Cic. pro Murena, 82, Inimiciſſimum huic coniurationi futurum eſſe promittam & ſpondeam, quæ nunc Remp. labefactat.
Officium ſpondere alicui. Ouid. 10. Metam. 84.
Spõdere pro aliquo. Cic. ad Atticũ, lib. 12. 141. 1, Sed tamẽ ſcire velim quomodo dicar ſpopondiſſe, pro patre, an pro filio. Idẽ 1. de Lege agrar. 97, Nulli Populo Romano pro me maiores mei ſpoponderunt. Idem Lentulo, lib. 1. 9. 15, Dependendum tibi eſt quod mihi pro illo ſpopondiſti. Idem ad Brutum, 18. 5. Magis enim illum pro quo ſpopondi, quàm me obligaui.
Spondeo de. Cic. ad Treboniũ, lib. 15. 21. 3, Quod ego nõ modò de me tibi ſpondere poſſum, ſed de te etiã mihi. Idem ad Cæſarem, lib. 7. 5. 7, De quo tibi homine luxe ſpondeo. Plin. epiſt. 7. b, Cui tamen iam nunc licet ſpondeas de animo meo.
Fortuna ſpondet ſalutem. Virg. 11. Æneid. 118.
Sydera nihil placidum ſpondentia. Ouid. in Ibin, 44.
Spõdere puellã dicitur pater alicui, quũ pollicetur futurũ eſſe vt eã in vxorem ducat. Plaut. Curc. 14. 73, Spondẽſne miles mihi hanc vxorem? M. Spondeo. Idẽ Trinũ. 17. 33, -ſpondẽn' ergo
Tuam gnatam vxorem mihi? C. M. Spondeo, & mille auri
Philippũm dotis.

Sponſus, Particip. ium, Promiſſus. Terent. Phorm. 4. 3. 51,
-etiam nunc, ſi vult Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quæ ſponſa eſt mihi,
Nullam mihi malim, quàm iſtanc, vxorem dari. Idem Eunucho, 5. 9. 6, Scis Pamphilam meam inuentam ciuem? P. A. audiui. C. ſcis ſponſam mihi?
P. A. Bene, ita me di ament, factum. Cic. ad Atticũ, lib. 14. 318. 4, Suã cuique ſponſam, mihi meã ſuũ cuique amorẽ, mihi meũ.

Sponſo, ſponſas, ſponſare, Promittere: vt Sponſare filiã, Paulus de ritu nuptiarũ, 1. Siquis officiũ in aliqua prouincia adminiſtrat,

ſnde orirndã, vel ibi domicilium habentem vxorem ducere nõ poteſt, quanuis ſponſare non prohibeatur, ita ſcilicet, vt ſi poſt officium depoſitum noluerit mulier nuptias cõtrahere, liceat ei hoc facere, arris tantummodo redditis quas acceperit. Budæus.

Sponſus, huius ſponſus, Sponſio. Seruius Sulpitius apud Gellium, lib. 4. cap. 4. Si poſt eas ſtipulationes vxor non dabatur, qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat, iudices cognoſcebant.

Sponſus, ſponſi, maſc. g. Cui ſpondetur puella, ſiue qui ſpopondit eam ſe ducturum.

Sponſa, ſponſæ, Puella quæ ſpondetur. Plaut. Caſina, Hinc veniſti ſponſam præreptum meam.

Deducere ſponſam marito, Vide **Deduco.**

Turpes ſponſæ. Iuuenalis ſaty. 1. 8.

Sponſor, ſponſõris, m. g. Qui puellam ſpondet.

Coniugii ſponſor & obſes. Ouid. epiſt. 2. 7.

¶ Sponſor, Qui alicui promittit. Cic. Leptæ, lib. 6. 19. 5. De tuo negot. o quòd ſponſor es pro Pompeio, ſi Galba conſpõſor tuus redierit. Idem pro Quintio, 49. Cur cæteri ſponſores & creditores non conuenerint nemõne fuit cui deberet Quintius? fuerunt. Et Attico, lib. 1. 5. 3. Tulliola deliciæ noſtræ, tuum muſculum flagitat, & me vt ſponſorem appellat. Plin. epiſt. 3. lib. 3. Vita hominum altos receſſus magnáſque latebras habet, cuius pro genitore me ſponſorem accipe.

Sponſio, ſponſiõnis, Verbale, Promiſſio. Paulus de verb. ſignif. L. Sponſio appellatur non ſolùm quæ per ſpõſi interrogationem fit, ſed omnis ſtipulatio, promiſſióque.

Audax ſponſio. Iuuenalis ſaty. 11. 20.

¶ Sponſio, Genus erat actionis apud antiquos: quæ fiebat interpoſita ſtipulatione certæ pecuniæ, quam perderet is qui ſponſione vinceretur, & corã Recuperatoribus, aut alio iudice diſceptabatur. Erat autẽ decima pars rei cõtrouerſæ in cauſis priuatis: in publicis autẽ quinta apud Græcos, authore Polluce & aliis ſcribẽtibus, τὸ ἐπὶ δίκαστον τῆ τιμήματος τῆ δίκης, pœna ſcilicet temere litigantium. Cic. 5. Verr. 115. Quid, quum palàm Syracuſis te audiente maximo conuentu P. Rubrius Q. Apronium ſponſione laceſſiuit, ni Apronius dictitaret te ſibi in decumis eſſe ſocium? Hæc te vox non perculit? non perturbauit? non, vt capiti, & fortunis tuis proſpiceres, excitauit? tacuiſti, ſedaſti etiam lites illorũ, & ſpõſio illa ne fieret laborasti. Et paulo poſt. 115. Spõſio eſt, ni te Apronius in decumis ſocium eſſe dicat, prouincia tua eſt: ades, abis te iudicium poſtulatur. Valerius lib. 2. Perinacius progreſſa cõtentione, Valerius ſponſione Luctatiũ prouocauit, nõ ſe petiturum triumphum, ni ſuo ductu Punica claſſis eſſet oppreſſa. nec dubitauit reſtipulari Luctatius. Itaque iudex conuenit inter eos Attilius Calatinus. Hactenus Valerius. Prouocans igitur ſponſione, ita dicebat, Spondeo me tantã pecuniam daturum, ni, & reliqua. Prouocatus autem contrà reſtipulabatur. Simile eſt illud Ciceronis lib. 3. Offic. 101. Fimbriam Cõſularem audiebam de patre noſtro puer iudicem Marco Luctatio Pinthiæ fuiſſe equiti Romano ſanè honeſto, quũ is ſponſionem feciſſet niſi vir bonus eſſet. Idem 5. Verr. 115. Cum eodem Apronio poſtea Scandilius eques Romanus, quem vos omnes noſtis, eandem ſponſionẽ de ſocietate fecit quam Rubrius facere voluerat. inſtitit, oppreſſit, non remiſit: facta eſt ſponſio feſter. quinque milibus. Cœpit P. Scandilius Recuperatores aut iudicem poſtulare. Hæc Budæus. Plaut. Menæch. 14. 19.

plus minus opus quàm erat, multo dixeram
Controuerſiam, vt ſponſio fieret.

Fiebat ſpõſio plerũque in interdictis: id quod oſtẽdit Quintilianus in ſeptimo, Quoties autem, inquit, poterimus, efficiendũ eſt, vt de re quacũq; bene ſentiat iudex: ſic enim iuri noſtro libentius indulgebit. vt in ſpõſionibus quæ ex interdictis fiunt, etiã ſi nõ proprietatis eſt quæſtio, ſed tantũ poſſeſſionis: tamen nõ tantum poſſediſſe nos, ſed etiã noſtram poſſediſſe dicere oportebit. Exemplum ſponſionis eſt apud Ciceronem in oratione pro Cecinna. Erat enim Cecinna de fũdo vi armata deiectus: propterea Prætor interdixerat De vi, id eſt interdicto Vnde vi cõceſſo iuſſerat Ebutium, qui vim fecerat, reſtituere Cecinnam in poſſeſſionem. Quum autem Ebutius Prætoris ſe edicto ſatisfeciſſe diceret: Cecinna autem ſe planè reſtitutũ eſſe negaret, facta eſt ſponſio ni Cecinna reſtitutus ex edicto Prætoris eſſet. Verba autẽ Ciceronis appoſuimus, quo res tota melius percipi poſſit. Quum igitur Cicero vim illatam Cecinnæ iudicibus ſponſionis expoſuiſſet, ita demum ſubdidit, His rebus ita geſtis, P. Dolabella Prætor interdixit, vt eſt cõſuetudo De vi hominibus armatis ſine vlla exceptione: tantum vt vnde deiciſſet, reſtitueret. Reſtituere ſe dicit. Sponſione vobis iudicandum. Budæus.

Sponſiones facere. Plin. lib. 9. cap. 35. 16. Ergo ſponſionibus factis poſtero die quo iudicium agebatur, magnificam aliàs cœnã, ne dies periret, ſed quotidianam Antonio appoſuit.

Spõſionem facere cum aliquo. Plin. lib. 7. cap. 37. 3. Sed maxime, ſponſione facta cum Fortuna, ne medicus crederetur, &c.

Spõſio quæ in verba facta eſt: Si ex edicto Pr. bona P. Quintii conceſſa non ſunt. Cic. pro Quintio, 56.

Sponſio voti. Cic. 2. de Legib. 66. Diligentia votorum ſatis in lege dicta eſt, ac voti ſponſio, qua obligamur deo: pœna verò violatæ religionis iuſtam recuſationem non habet.

Spõſalia, ſpõſaliorũ, neutro genere, plurali numero, Promiſſio ſiue cõtractus ſtipulationũ futurarũ nuptiarũ. Seruius Sulpitius in libro quem ſcripſit de dotibus, apud Gellium lib. 4. cap. 4. Qui vxorẽ ducturus erat, ab eo vnde ducenda erat, ſtipulabatur eam in matrimonium ductũ iri: qui daturus erat, itidem ſpondebat. Is cõtractus ſtipulationum, ſponſionúmque, dicebatur ſpõſalia. Tũ quæ promiſſa erat, ſpõſa appellabatur: qui ſpoponderat ducturum, ſponſus. Sed ſi poſt eas ſtipulationes vxor nõ dabatur, aut non ducebatur: qui ſtipulabatur, ex ſponſu agebat, iudices cognoſcebãt. Iudex quamobrem data, acceptáve nõ eſſet vxor, quærebat. Si nihil iuſtæ cauſæ videbatur, litẽ pecuniæ æſtimabat. Quantíque interfuerat eã vxorem accipi, aut dari, eum qui ſpoponderat, aut qui ſtipulatus erat, condemnabat. Hactenus Sulpitii verba. Hoc ius ſponſaliorum obſeruatum dicit Seruius ad id tẽpus quo ciuitas vniuerſo Latio lege Iulia data eſt. Hæc eadẽ Neratius ſcripſit in libro quem de nuptiis cõpoſuit. Vlpianus De ſpõſalibus, L. 1. Sponſalia dicta ſunt à ſpondendo. Nã moris fuit veteribus ſtipulari & ſpondere ſibi futuras vxores. Ibidem, Florentinus, L. 1. Sponſalia ſunt mentio & repromiſſio futurarum nuptiarum. Iuuenalis ſaty. 6. 3.

Cõuentũ tamen & pactum, & ſpõſalia noſtra Tẽpeſtate paras.

Sponſaliorum dies. Suet. in Auguſto, cap. 55.

Mediocria ſponſalia, Vide **Mediocris.**

Præbere alicui ſponſalia. Cic. Q. fratri, lib. 1. 8. 4.

Spondeus/ſpondẽi, pen. prod. Pes duabus ſyllabis longis conſtans. Legitimus quidem hic qui in Heroico verſu omnem ſibi vendicat locum, licet raro quinto loco reperiatur. Dictus, quòd in ſacrificiis & libamentis eo maximè vterentur. Nam σπονδὴ libamentum, fœdúſque, ac ſponſionem ſignificat.

Spondylio/huius ſpõdyli, pe. corr. f. g. Animal de quo Plinius lib. 17. ca. 13. 11. Et animalium quidem cæterorum nullũ aliud radices à nobis dictas attingit excepta ſpõdyli, quæ omnes perſequitur. Gen° id ſerpẽtis eſt. Verticellã Gaza vertit in Ariſtotelẽ.

Spondylium/ſpondylii, Siue Spondylion Dioſcoridi, ferula eſt, inquit Barbarus, differens à panace foliis, & platani diuiſura. Plin. lib. 12. cap. 16. 1. Ab hac panace, ferula differt, quæ vocatur ſpondylion, foliis tantum, quia ſunt minora, & platani diuiſura, nõ niſi in opacis gignitur. Semen eodem nomine ſilis ſpeciem habet, medicinæ tantum vtile.

Spondylus/ſpõdyli, pen. cor. m. g. Nodus ſeu vertebra ſpinæ dicitur. Sũt autẽ in ipſa ſpina ſpõdyli quatuor & viginti, quorũ ſeptẽ collũ cõſtituũt, duodecim thoracẽ, quinque aliæ lumbos.

¶ Spondylus in mari animal, apud Plinium lib. 31. cap. 11. 9.

¶ Spondylus, Calculus æneus quo ſuffragia ſua iudices Athenis dabant, vt eſt apud Iulium Pollucem.

¶ Spondylus, Verticulum quod apponitur fuſis, vt nendo melius vertantur.

¶ Spondylus, Callus ſiue caro interior oſtreorũ. Plin. lib. 31. ca. 6. 3. Neque in luto capta, neq; in arenoſis, ſed ſolido vado, ſpõdylo breui atque non carnoſo, nec fibris lacinioſo, ac tota in aluo. Colum. lib. 8. cap. 16. 6. Eadem quoque maximè idonea eſt conchyliis, muricibus, & oſtreis, purpurarúmque tum cõcharum pectunculis, balanis, vel ſpondylis.

¶ Spondylo vtitur Martialis pro animalium officulis, lib. 7. 19.

Roſos tepenti ſpondylos ſinu condit.

Spongia/ſpongiæ, Græcis ſpógos, Quiddam eſt in natura tertium ordinem habẽs, vt neque animal, neque frutex, ſed tertiũ quiddã ac mediũ inter vtrunque genus dici poſſit, quod Græci zoophyton appellant. Plurimis locis in ſaxis marinis naſcũtur ſpongiæ, diuerſiſque nominibus ab antiquis diſtinctæ, quoniã nõ vna ſit earũ formæ bonitas & vſus. Spongias antiqui in deliciis habuerunt, ſtrigilum vice linteorúmque illis vtẽtes ad diſtringenda & mũdãda corpora. Quapropter purpura tingebãt eas, alias cura candidas faciebant tinctas per æſtatẽ ſalis ſpuma ad lunam & pruinas ſternentes inuerſas, vt candorem biberẽt. Menſas etiam his tergere mos erat. Martialis lib. 14. 149.

Hæc tibi ſorte datur tergendis ſpongia menſis
Vtilis, expreſſo quũ leuis imbre tumet. Naſcitur in petris, alitur conchis & piſce, & limo. Intellectũ ineſſe iis apparet, quia vbi anulſoré ſenſere, cõtractæ multo difficilius abſtrahuntur. Anulſæ relinquũt in petris veluti cruoris veſtigiũ, atq; ex his quaſi molliores penicilli recreſcũt. Quidã ſpongias ita diſtinguũt. Alias ex his mares exiſtimauere, tenui fiſtula, ſpiſſiores, perſorbẽ-

tes: & tinguntur in deliciis aliquando purpura. Allas fœminas maioribus fistulis ac perpetuis. Hæc Sipontinus ex Plinio lib.9. cap.45.1.& lib.31.cap.11.1.

Plenam spongiam aquæ manu premere & siccare. Lucretius libro 4.115.

¶Spongias, Olitores antiqui appellabant radiculas asparagorum inter se implicatas. Colu.lib.11.cap.3.55. Ferè post quadragesimũ diẽ inter se implicantur, & quasi vnitatem faciũt, quas radiculas sic illigatas atque cõnexas olitores spongias appellãt.

Spongiarum oculi. Colum.lib.11. cap.3.52, Stirpes præfractæ angunt oculos spongiarum, & quasi excæcant, nec patiuntur asparagum emittere.

Spongiola, spongiolæ, pen.corr. Diminutiuum.

Spongiola, Quæ alijs amentum, aliis cachrys dicitur, officinis *bedegar*, id est quod præter naturam in quibusdam fruticibus vt cynorhodo nascitur, & squammatim compactum spongiolæ cuiusdam modo propendet è ramis. Plin. libro 15.cap.1.15, Aliàs apud authores cynorhodi vna medicina erat, spógiolæ quæ in mediis spinis eius nascitur, cinere cum melle alopecias capitis expleri.

¶Spógiolæ, Radiculæ asparagorũ inter se implicitæ. Colum. lib.11.cap.3.35, Sulci autem inter se pedali mẽsura distantes fiũt non amplius dodrantalis altitudinis, in quam ita spógiolæ deprimuntur, vt facilè superposita terra germinent.

Spongiósus, pen.prod. Adiectiuum, Quod similitudinem spongiæ habet. Plin.lib.11.cap.37.58, Idcirco pulmo spongiosus.

Spongites/pe.prod. Gemma est à spongiæ similitudine. Plinius lib.37.cap.10.40.

Sponsa/Sponsalia/Sponsio/Sponso/Sponsus/ Vide Spondeo.

Sponte/Ablatiuus, cuius genitiuus est in rariore vsu: significat voluntate propria, & suapte natura, sine hominis labore. Plautus Truc.10.47, Neque iam queo pedibus mea sponte ambulare. Terent. And.4.1.9, Age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga. Idem Adelph.1.1.50,

-potius consuefacere filium
Sua sponte rectè facere, quàm alieno metu. Cic.de Senect.64, Senes autẽ, sicut sua sponte, nulla adhibita vi cõsumptus ignis extinguitur. Idem ad Lẽtulum, lib.1.7.8, Itenim Pompeium, qui mecum sæpissimè non solum à me prouocatus, sed etiã sua sponte de te communicare solet, scis temporibus illis non sæpe in Senatu fuisse. Idem pro Rosc.Amerino, 77, Ego hæc à Chrysogono mea sponte remoto Sex.Roscio, quæro, &c. Ibidem, 58, Sua spóte Mallius nuntiat quæso eius intereratn Sic 6.Ver.64. & 115, Solet sua sponte dicere.

Ostia patuere sua sponte. Virg.6.Æneid.17.

Sequi sponte. Quintil.lib.5.cap.10.88, Et vt literæ, syllabæque scribentium cogitationem nõ exigunt, sic rationes sponte quadam sequantur.

Italiam non sponte sequor. Virg.4.Æneid.71.

¶Spóte, Arbitrio. Taci.li.11, Trãsfertur regimen cohortiũ ad Burrhũ Afranniũ egregiæ militaris famæ, gnarum tamen cuius sponte præficeretur. Idem lib.19, Nec sponte Antonii properatum. Et lib.5, Nomine tantum, & authore opus, vt spóte Cæsaris, vt genus Arsacis, &c. Luca.lib.1.10, Páxque fuit non sponte ducum.

Sponte naturæ, Hoc est, à natura, & per naturam. Plin.lib.11. cap.49.3, Testes homini tantum iniuria, aut sponte naturæ frangũtur. Idẽ lib.9.cap.51.1, Mituli & pectines sponte naturæ in arenosis proueniunt. Idem lib.25.cap.1.34, Ad omnia hæc vtilius, id quod sponte naturæ suæ picem resipit, picatúmque appellatur.

Viuere sua sponte, Sine aliorum ope sustentare vitam suam. Lucret.lib.5.174,

At quis nil horum tribuit natura, nec ipsa
Sponte sua possent vt viuere, nec dare nobis
Vtilitatem aliquam, &c.

Spõtis, genitiuus. Varro libro 2, Spontis suæ statuerat finem. Gellius lib.13, Spontis suæ mortem manet. Columella lib.11, Neque suæ spontis aquam ministrare patitur. Idem lib.9.cap. 4.1, Est enim satiua & altera suæ spõtis, itémque semper virens pinus & minor ilex.

Homo suæ spontis. Celsus lib.1. cap.1, Sanus homo qui & bene valet, & suæ spontis est, nullis obligare se legibus debet.

Sponte, Aduerbialiter positum. Plin.epist.89.lib.4, Hic spóte beatissimo otio fruitur, alius exercitũ regit. Idem epist.139.2, Contraxit hãc dum assidet Iuniæ virgini, sponte primùm (est enim affinis) deinde etiam ex authoritate Pontificum.

Spontaneus, adiectiuum, Voluntarium & naturale.

Spontãlis, & hoc spontãle, pen.prod. Idẽ quod spontaneum & vltroneum. Apuleius lib.4, Quúmque nulli nostrum spórale parricidium suadens, persuadere posset, gladium per medium pectus ictu fortissimo transadigit.

SPORADES, penul.corr. Insulæ quædam circa Cretam in mari Carpathio, sicut Strabo lib.10, scribit. Dictæ quòd in mari sparsæ sint. Sunt autem harum nomina, Helene, Phocusa, Hecaria, Schimusa, Polegrados, Thera, Anepho, Astypalia, Laguse, Ion, vbi sepultus fertur Homerus.

Sporta/sportæ, Vasis genus quasi fiscella. A sparto herba, quæ frequens apud Hispanos nascitur: aut ab asportando, vt ait Nonius. Sallust. libro 1.histor. E muris canes sportis demittebant. Sueton. de claris Rhet.1.c, Diu expectauerunt dum retia extraherentur, aliquando extractis piscis nullus infuit, sed sporta auri obsuta. Varro de vita Pop.Ro.lib.1, Neque enim obsonium in tota cœna cœptum ex variis rebus coniectum in vnam sportam perspicitur. Columella lib.8.cap.7.1, Locus ad hanc rem desyderatur calidus maximè, & minimi luminis, in quo singulæ caueis includantur angustioribus, vel sportis inclusæ pendeant apes. Idem libro 11. cap.2. 69, Siue enim vineas possidemus, pali & ridicæ possunt dolari, exacuique: siue regio ferulæ vel corticis ferax est, apibus alueraria fieri debent: siue palmæ, spartive fœcunda est, fiscinæ sportæque, seu virgultorum corbes ex vimine.

Spórtula, spórtulæ penul.corr. diminutiuum. Plautus Curcul.7.10, Qui incedunt suffarcinati, cum libris, cum sportulis. Idem Menæch.6.1.

Sportulam cape, atque argentum. eccos tres nummos habes? c.Habeo.1.abi, atque obsonium affer.

¶Sportula aliquãdo pro distributione quæ ad populum fiebat, aliquãdo pro ipsis cibis accipitur, quòd in sportis pecunia, quandoque etiam cibus in quotidianum vsum deferri solebat. Martial.lib.8.44, Promissa est nobis sportula, recta data est. Id est cœna. Suet.in Claudio Cæs.ca.21, Gladiatoria munera plurifariã ac multiplicia exhibuit. Anniuersarium in castris Prætorianis: sine venatione, apparatúque iustum, atque legitimum in sẽptis: ibidem extraordinarium, & breue, dierúmque paucorum, quódque appellare cœpit sportulam, quia primùm datarum se dixerat, velut ad subitam conditámque cœnulam inuitare se populum. Idem in Nerone, ca.16, dicit Neronem cœnas ad sportulas reuocasse: id est ad parua cõuiuia. Iuue.Saty. 3.14, Nonne vides quãto celebretur sportula fumo? Sueton.in Domitiano cap.7, Sportulas publicas sustulit, reuocata cœnarũ rectarum consuetudine. Sportula, inquit Budæus, dicta est obsonium quod diuites Romani salutatoribus dabant secreto ipsi cœnantes. In limine autem domus sportulæ constituebantur. Iuuen.Saty.1.10, -nunc sportula primo
Limine parua sedet turbæ rapienda togatæ. Idem Budæus alio loco, Hos verò ius rectæ cœnæ habuisse cum singulis assectis inuenio, id est *buccam ad aurem*: & præterea sportulas iumentorum nomine, id est id genus erogationis, quod liberalitas, liberationésque vocabant. Iuuen.Sat.10.5, Defossa in loculis quos sportula fecit amicos.

¶Sportula, Locus in atrio domus, in quo proponebãtur quæ quolibet die dono danda erant.

Sportella, sportellæ, Aliud diminutiuũ, Genus quoddam bellariorum significans. Cic.ad Papyrium Pætum, lib.9.20.5, Dediscendæ tibi sunt sportellæ & artolagani tui. Nos iam & artis tantum habemus, vt Verium tuum, & Camillum, qua munditia homines? qua elegantia?

Spuma, spumæ, Sordes earum rerum à quibus eiicitur, nempe quũ per ebullitionẽ vel maximã agitationẽ fæx quædã supernatat, vt mero, æri, sali, &c. Virg.1.Æneid.8, -& spumas salis ære ruebãt. Plin.lib.33.ca.61.1, Est autem, vt ex nomine ipso intelligi potest, ferueſcentis & futuræ materiæ spuma. Distat à scoria, quo potest spuma à fæce distare: alterum purgantis se materiæ, alterum purgatæ vitium est. Mart.lib.14.63,

Rusticus es, nescis quid Græco nomine dicar:
Spuma vocor nitri, dicor & aphronitrum.

Albentes spumæ. Ouid.7.Metam.83.
Albida spuma. Ouid.3.Metam.15.
Cana spuma. Sene.Hippol.10.5.
Feruida spuma. Ouid.8.Metam.58.
Virides spumæ serpentum. Claud.de bello Gildon.35.
¶Agere spumas, Vide ΑΓΩ. Lucret.lib.3.99,

Ante oculos aliquis nostros, vt fulminis ictu
Concidit: & spumas agit, ingemit, & tremit artus.

Sonantibus spumis albet mare. Ouid.11.Metam.101.
Elisa spuma. Virg.3.Æneid.114,

Ter ſcopuli clamorem inter cauа ſaxa dedere,
Ter ſpumam eliſam, & rorantia vidimus aſtra.
Stridentem ſpumam fudit cum ſanguine. Ouid.8.Metam.84.
Incaleſcens ſpuma, Vide Incaleſco.
Incanuit vnda ſpumis.Catul.Argon.59.3.
Oblitus & ſpumis, & craſſo ſanguine rictus.Ouid.11.Met.74.
Salis ſpumas ære ruebant.Virg.1. Æneid.8.
Nautæ adnixi torquent ſpumas.Virg.3. Æneid.41.

Spumeus, Adiectiuum, Quod ſpumæ colorẽ refert. Plin.lib.15.ca. 18.1, Spumeus color malis. Idem lib.37.ca.2.14, Quæ verò ſine vitio ſunt, puras eſſe malunt, acenteta appellantes, nec ſpumei coloris limpidæ aquæ.
Amnis ſpumeus, Id eſt ſpumans, vel ſpumoſus. Virgil.1. Æneidos, 100.
Ora ſpumea.Lucan.lib.4.38.
Semen ſpumeum.Plin.lib.20.cap.19.3, Foliis (ſi procul intuea ris) ſpeciem paſſerum præſentantibus, radice in ſumma terræ cute, ſemine ſpumeo.
Vnda ſpumea.Virg.10. Æneid.43.

Spumóſus, pen.prod. Adiect. Quod ſpumam facit. Plin.lib.11.cap. 7.6, Lycion aptiſſimum medicinæ, quod eſt ſpumoſum.
Æquor ſpumoſum.Lucan.lib.2.124.
Littora ſpumoſa.Catul.Argon.59.24.
Vnda ſpumioſa.Virg.6. Æneid.35.

Spúmifer penul.corr. Adiectiuum: vt Fluctus ſpumiferi, apud Statium, lib.1.Achil.12.

Spúmiger, penul.corr. Aliud adiectiuum: vt Fons ſpumiger, apud Ouidium lib.11.Metam.29.
Sus ſpumiger.Lucret.lib.5.197.

Spumo, ſpumas, ſpumare, Spumas emittere. Plin.lib.31.cap.7.11, Subinde ſpuma pennis deterſa, & poſtquã deſierit ſpumare, tepidum infundere. Virgilius 8. Æneid.135, Sed fluctu ſpumabãt cærula cano.
Aſpergi ne ſalſa ſpumant cautes.Virg.3. Æneid.107.
Freta ſpumant verſa lacertis.Virg.5. Æneid.29.
Vindemia ſpumet plenis labris.Virg.2.Georg.2.

Spumans, Participium: vt Aper ſpumans.Virg.1. Æneid.66.
Enſis ſpumans cruore.Virg.4. Æneid.133.
Cymbia ſpumantia lacte.Virg.3. Æneid.14.
Equus ſpumans.Virg.6. Æneid.177.
Fræna ſpumantia mandit ferox ſonipes.Virg.4. Æneid.17.
Pateram ſpumantem hauſit.Virg.1. Æneid.149.
Pocula ſpumantia lacte.Virg.eclog.5.14.
Sanguis ſpumans.Virg.9. Æneid.91.
Vuæ ſpumantes.Colum.lib.10.5, Sordidus, & muſto ſpumantes exprimit vuas.

Spumãtus, pen.prod. Adiectiuum. Cic.1.de Diuin.11,
Saxáque cana ſalis niueo ſpumata liquore
Triſtificas certant Neptuno reddere voces.

Spumãtus, huius ſpumãtus, Subſtantiuum. Stat.1.Syl.4.14,
Dictami florentis opem, quóque anguis abundat
Spumatu.

Spumeſco, ſpumeſcis, ſpumeſcere, Inchoatiuum: vt Æquora ſpumeſcunt remo. Ouid.epiſt.2.18.

Spuo, ſpuis, ſpui, ſputum, ſpuere, Salinam emittere. Virg.lib.4. Georgic.20,
Nanque aliæ turpes horrent, ceu pulnere ab alto
Quum venit, & terram ſicco ſpuit ore viator
Aridus. Plin.lib.28.ca.4.3, Veniam quoque à deis ſpei alicuius audacioris petimus, in ſinum ſpuendo. Vide Sinuo.

Sputo, ſputas, ſputare, Frequentatiuum. Plautus, Nam illic iſtic quæ ſputatur interdum morbus venit. Idem Merc.4.27, Tua cauſa rupi ramices, iandudum ſputo ſanguinem.

Sputãtor, pen.prod. ſputatõris, m.g. Verbale. Plaut.Mil.10.52, Minimè ſputator, ſcreator ſum.

Sputum, ſputi, Salina. A pure deſcẽdit. Dicitur & ſputus, ſputi, m.g. Mart.lib.1.26, Inque ſuos mittit ſputa ſubinde ſinus.
Minuta ſputa.Lucret.lib.6.239.
Salſa ſputa.Lucret.lib.6.239.
Tenuia ſputa.Lucret.lib.6.239.
Edere ſputum.Celſ.lib.2.cap.9, Nihil peius eſt quàm ſputum ſyncerum edi.

Sputatilicus, penul.corr. Adiect.Cic.de Claris Orat.141, Et ille fuit accuſator, inquit, vetus, quo accuſante Chriſilium, Siſenna defendẽs dixit quædam eius ſputatilica eſſe crimina. Tum C. Ruſcius, Circũuenior, inquit, Iudices, niſi ſubuenitis. Siſenna quid dicas neſcio, metuo inſidias. Sputatilica quid eſt hoc? Sputa quid ſit ſcio: tilica neſcio. Maximi riſus: ſed ille tamen familiaris meus rectè loqui putabat eſſe, inuſitatè loqui.

Spurcus, Adiectiuum, Quod eſt impurum, obſcœnum, luxu-

lentum, inquit Nonius. A ſpuendo dictũ, quòd tale ſit vt de eo ſputur. Cic.1.Tuſcul.71, Samnis ſpurcus homo, vita illa dignus locóque. Ex poeta. Idẽ de Opt.gen.Orat.150. Horat.1.Serm. ſaty.5.4, Viſne tegam ſpurco Damæ latus?
Salina ſpurca.Catull.ad Iuuentium, 94.1.
Spurcum, Fœtidus. Apulei⁹, Tam multæ res ſpurcæ & graues, nares infeſtant.
Spurca tempeſtas, Spurcus ager. Cic. Iactati tempeſtate ſpurciſſima. Id eſt vehementi. Colum.in Præf.lib.1.11, Atque in his ipſis haberet cognitum quid recuſet coltis, quid cãpeſtris poſitio, quid cultus, quid ſylueſter ager, quid humidus & graminoſus, quid ſiccus & ſpurcus, ratione quoque diſpicere.
Spurcus gladiator, Sænus, ſanguinarius. Varro, Spurcus gladiator & carnifex.
Spurcæ lupæ. Martialis lib.1.118, Abſcondunt ſpurcas hæc mo nimenta lupas.
Spurciſſim⁹ helluo, præguſtator libidinũ. Ci. pro Dom. ſua, 10.
Spurcum vinum dicebant antiqui, cum aqua miſtum, tanquam nó amplius purum foret, aut igne calefactum, aut miſtũ antè quàm deferueſcat: quod ſacris adhiberi non licet. Ex Feſto.

Spurcè, ſpurcius, ſpurciſſimè, Aduerb. Cic.1.de Inuent.31, In odiũ ducentur, ſiquid eorum ſpurcè, ſuperbè, crudeliter, malitioſè factum proferetur. Idem Attico, lib.7.111.5, An bene cõueniat, inquit, Carneades, ſpurcè: ſed tamen prudentius quàm Lucius noſter & Patron. Eidem lib.11.211.3, Deinde perſcribit ſpurciſſimè quas ob cauſas fecerit.
Dicere in aliquem ſpurcè. Cic.2.Philipp.99, An crudelior qui in illam miſeram tam ſpurcè, tam impiè dixerit?

Spurcitia, ſpurcitiæ: vel Spurcities, ſpurcitiẽi, fœm.g. Immunditia. Lucretius libro 6.196,
At contrà nobis cœnum teterrima quum ſit
Spurcities, eadem ſuibus hæc munda videtur. Plin.lib.33.cap. 4.4, Quæ è catino iactatur ſpurcitia, in omni metallo ſcoria vocatur. Idem lib.17.cap.9.4, Proximè ſpurcitias ſuum laudant. Columella libro 11.cap.11, Cinis autem odorem aufert, & eluit ſpurcitiam. Idem lib.1.cap.5.7, Nulla alia vis poteſt nocturnas pruinas, & quodcunque rubiginis aut ſpurcitiæ reſedit, ſiccare atque detergere. Lucre.lib.5.10, Quidve ſuperbia, ſpurcitia, ac petulantia, quantas Efficiunt cladeſ?

Spurco, ſpurcas, ſpurcare: vel Spurcor, ſpurcaris, Deponẽs, Fœdare, vitiare. Celſus Iuriſcõſ. Cum eo agi poſſe Aquilia, qui vinũ ſpurcauit, vel effudit, vel acetũ fecit, vel alio modo vitiauit. Plaut. Menæch.4.55, Næ ex iſto loco ſpurcatur naſum odore illuuibili.
Senectus ſpurcata impuris moribus. Catul.in Siconium, 103.1.

Spurcificus, pen.cor. Adiectiuum, Qui ſpurca & fœda facit. Plaut. Trin.11.7, Spurcificum, immanem, intolerandum, veſanum.

Spurcidicus, pen.cor. Aliud adiectiuum, Qui ſpurca & obſcœna dicit. Plaut.Capt.1.56, Neque ſpurcidici inſunt verſus.

SPVRINA, pen.prod. dux regis Parthorum, qui Craſſum interemit. Itẽ Mathematicus ac vates, qui Cæſari prædixit, vt Martias caueret Idus, cuius Tranquillus in Cæſare, cap.81, & Valerius meminere. Tertius huius nominis adoleſcens egregia forma, qui quum fœminas viróſque ad libidinem aſpectu decoro inuitaret, oris pulchritudinem vulneribus ſponte dehoneſtauit. Author Valerius de Verecundia.

Spurius, Adiectiuum, Qui ex muliere non nota ortus eſt, vel incerto patre. ab σπόρος ſeminare: quia nihil habet à patre niſi ſemen. Vnde ſpurios verſus dicimus, incerti authoris. Spurium Modeſtin⁹ Vulgò conceptũ appellari ſcribit, & eum eſſe qui incerto patre natus ſit, ſiue illum qui eum patrẽ habet quem habere nó licet. Budæus, Plutarchus in Probl. de hoc verbo loquẽs ita inquit, Spurius primum nomen eſt apud Romanos, vt Sextus, & Decimus, & Caius. Prima autem nomina non tota ſcribunt: ſed aut vna litera, vt T. Titum: aut duabus, vt Cn. Cneum: aut tribus, vt Sex. Sextum, & Ser. Seruium. Sic Spurius, Sp. ſcribebatur. Eos autem qui ſine patre erant, qui ἀπάτορες Græcè dicuntur, ſ & p deſignabant, quaſi ſine patre. Hoc errore factum, vt ſpurii ſine patre dicerentur. Hæc ille. Cæterum quos vulgo *baſtardos* vocamus, interdum ſpurii dici poſſunt, interdum non poſſunt: vt hi quos principes agnoſcere ſolenniter ſolent, quóſque adoptare, quod vulgò *adnouere* dicimus.

S Q

Squalco, ſquales, ſqualui, ſqualère, Quicquid nimis inculcatũ, obſitúmque aliqua re erat, ita vt incuteret viſentibus horrorem, à crebritate atque aſperitate ſquamarum, ſqualere veteres dicebant. Hinc poſtea tractũ, vt corpora inculta & veluti ſquamoſa, alta congerie ſordidium, ſqualere dicantur. Virgil.1.Æneid. 56, Squalentem barbam, & concretos ſanguine crines. Huc Siponimus. Plaut.Perſa, 10.1,

Transcidi loris omnes aduenienſ domi,
Ita mihi ſupellex ſqualet,atque ædes meæ. Cic.pro Seſtio.15.
Erat igitur in luctu Senatus, ſqualebat ciuitas publico conſilio veſte mutata. Plin.lib.5.ca.9.7,Ex hoc lacu profuſus Nilus indignatur fluere per arenoſa & ſqualentia. Quint.lib.10.ca.1, Neq; ego arma ſqualere ſitu ac rubigine velim. Cic.pro Mil. 15,Tota ciuitas confecta ſenio eſt,ſqualent municipia, afflictãtur coloniæ. Virg.2.Geor.70, -aut ſqualentes infode conchas.
Arua ſqualent abductis colonis.Virg.1.Georg.102.
Corpora ſqualebant exangui morbo.Ouid.15.Metam.116.
Crines ſqualent à puluere effuſo.Silius lib.4.51.
Serpentibus atris ſqualet humus.Ouid.14.Metam.81.

Squalens, Participium:vt
Squalens auro,Fulgens.Virgil.1.Georgicorum,Alter erit maculis auro ſqualentibus ardens. Idem 10.Æn.65. Per tunicam ſqualentem auro, latus haurit apertum. Sic Seruius. Sipontinus autem plenum interpretatur.
Arua ſqualentia.Lucan.lib.1.41.
Barba ſqualens.Virg.2.Æneid.56.
Campi ſqualentes.Silius lib.3.133.
Coma ſqualens.Ouid.3.Faſt.118.
Lorica ſqualens auro albóque orichalco.Virg.3.Æneid.18.
Maculæ ſqualentes auro.Virg.4.Georg.19.
Ora ſqualentia.Ouid.4.Metam.132.
Tela ſqualentia venenis.Ouid.5.Faſt.80.
Veſtes ſqualentes atro puluere.Lucan.lib.8.11.

Squálidus,pen.corr.Adiectiuum,Incultum & ſordidũ:quòd proximè ſimilitudinem haberet ſquamæ piſcium,ſic appellatum, inquit Feſtus. Plaut.Trucul.19.39,
Huncine hominẽ te amplexarier tam horridũ,atque ſqualidũ?
Quãquam hic ſqualidus eſt,quãquam hic horridus,citos bellum init. Terent.Eun.1.2.5,Video ſentum,ſqualidum, ægrũ, pannis,anniſque obſitum. Liu.1.bel.Pun.141, Otium etenim ex labore,copia ex inopia,cultus ex illuuie,tabéque ſqualida & propè efferata corpora variè mouebant.
Squalidi atque deformes.Quintil.lib.6.cap.1.25.
Humus ſqualida humanis albet oſſibus.Ouid.1.Faſt.112.
Membra ſqualida.Lucret.lib.5.191.
Mors ſqualida.Senec.Medea,10.1.
Rubigo ſqualida.Catul.Argon.59.9.
Sudor ſqualidus.Stat.3.Thebaid.66.
¶Squalã veſtẽ,pro Squalida veteres dixere. Ennius Telamone,Strata terra lauere lachrymis veſtem ſqualam & ſordidam. Ex Nonio.
¶Squalidæ materiæ.Cicero in Orato.62, Sed quia ſua ſponte ſqualidiora ſunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor.

Squálide,pe.cor.Aduerbium.Cic.4.de Fin.9,Primum enim ipſa illa quæ ſubtiliter diſſerenda erant, politè, aptéq; dixerũt,quũ definientes,tum partientes,vt veſtri etiam,ſed vos ſqualidius illorum vides quàm niteat oratio.

Squalor,ſqualóris,m.g.Inquinatio,ſordes.Gel.lib.2.cap.6, In corporibus incultis,ſquamoſiſq; alta cõgerte ſordiũ,ſqualor appellabatur. Plau.Ciſtel.2.106,Immundas fortunas meas æquũ eſt ſqualorẽ ſequi. Liu.2.ab Vrbe,95,Obſita erat ſqualore veſtis,ſœdior corporis habitus pallore ac macie perempti. Cic.5.Verr. 15,Surrexiſſet Apronius,noua dignitas publicani,non vt Decumanus ſqualoris plenus ac puluneris,ſed vnguẽtis oblitus,vino, vigiliiſque languidus.
Incultus ſqualor.Senec.Hippol.6.10.
Terribilis ſqualor.Virg.6.Æneid.60.
Squalor & lachrymæ Siciliæ.Cic.5.Verr.61.
Squalor,ſordéſque ſociorum.Cic.7.Verr.100.
Detergere ſqualorem rudis ſeculi. Quintil.li.2.ca.5.15,Deterſo rudis ſeculi ſqualore, tum noſter hic cultus clarius eniteſcet.
Squalor & mœror.Cic.ad Terentiam,li.14.3.4,Nam mi ante oculos dies noctéſque verſatur ſqualor veſter & mœror,&c.
In ſqualore & luctu eſſe.Metellus ad Ciceronem,lib.5.1.3,Itaque in luctu & ſqualore ſum,qui prouinciæ,qui exercitui præſum,qui bellum gero.

Squalus/ſquali,Genus piſcis,qui parit circa æquinoctiũ.Plin. lib.9.cap.51.5.Varro 3.de Re ruſt.cap.3.6.Et in ea dũtaxat ſqualos ac mugiles piſces.

Squama/ſquamæ,Qua corpus piſcis aut ſerpẽtis tegitur.Plin. lib.9.cap.11,Aquatilium tegmenta plura ſunt:alia corio & pilis teguntur,vt vituli,&c.ſquamis,vt piſces.
Aſtantes ſquamæ,Erectæ.Virg.3.Georg.109.
Crepitans ſquama.Ouid.15.Metam.145.
Arrectis ſquamis horret ſerpens.Virg.11.Æneid.151.
Recenti ſquama nitet ſerpens.Ouid.9.Metam.54.

Fulgor incendebat ſquamam.Virg.5.Æneid.18.
Rutilis ſquamis clari.Virg.4.Georg.19. De regibus apum.
¶Squamæ, Loricarum catenulæ etiam dicuntur in modum ſquamarum compoſitæ.Virgilius,11.Æneid.154,
Spumantémque agitabat equum quem pellis ahenis
In plumam ſquamis auro conſerta tegebat. Idem 9.Æn.141, de phalarica contorta, -quam nec duo taurea terga,
Nec duplici ſquama lorica fidelis & auro Suſtinuit.
Nexilis ſquama.Silius lib.5.28,
Loricam induitur:tortos huic nexilis hamos
Ferro ſquama rudi,permiſtóque aſperat auro.
¶Eſt & ſquama æris,de qua Plinius lib.34.cap.11.1, Et ſcoria æris ſimuli modo lauatur, minori effectu quàm æs ipſũ. Sed & æris flos medicinæ vtilis eſt.Fit ære fuſo,& in alias fornaces trãſlato:ibi flatu crebriore excutiũtur velut milii ſquamæ,quas vocant florem.Cadunt autem,quum panes æris aqua refrigerantur,rubéntque.Similiter ex eis fit,quã vocant lepida,& ſic adulteratur flos,vt ſquama veniat pro eo. Eſt autẽ ſquama hæc decuſſa vi clauis, per quos panes ærei ferruminantur. In Cypris maximè officinis omnia.Differentia hæc eſt,quòd ſquama excutitur ictibus iiſdem panibus,flos cadit ſponte.Squamæ eſt alterum genus ſubtilius, ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum, quod vocant ſtomoma.

Squameus,Adiectiuum,Plenum ſquamis.Virg.2.Georg.31,
Nec rapit immenſos orbes per humum:neque tanto
Squameus in ſpiram tractu ſe colligit anguis. Idem 2.Æn.44, -ſpiriſque ligant ingentibus,& iam
Bis medium amplexi,bis collo ſquamea circum
Terga dati ſuperant capite & cervicibus altis. Sic 3.Georg.86.
Membrana ſquamea.Ouid.7.Metam.55.

Squámiger,pen.corr.ſquamigera,ſquamigerum,pen.cor. Quod habet ſquamas.Lucret.lib.1.33, -e terra poſſet oriri
Squamigerum genus.Id eſt piſces. Plin.lib.11.cap.37.15,Simili modo ſquamigeris atque ſerpentibus.
Pecudes natantes ſquamigerum.Lucret.lib.2.69.
Nitentes ſquamigeri.Lucret.lib.1.76.

Squamôſus,pen.prod.Adiect.Squamis plenum. Pli.lib.9.ca.16.1, Vagantur gregatim ferè cuiuſque generis ſquamoſi. Cic.1.de Natu.deor.168,Hanc Aries tegit,& ſquamoſo corpore Piſces.
Orbes ſquamoſos volubilibus nexibus torquet.Ouid.3.Met.9.
Draco ſquamoſus.Virg.4.Georg.81.
Squamoſum pecus,pro Piſcibus.Plau.Rud.25.5,Non vides me referre vuidum rete ſine ſquamoſo pecu? Colum.lib.8.cap.17. 2,Eorúmq; alios ſimplices & rectos,quò ſecedant ſquamoſi greges.De piſcinis.

Squamâtim,pen.prod.Aduerbiũ. Plin.lib.16.cap.10.10,Nucamẽta ſquamatim compacta dependent.Id eſt velut ſquamæ compacta & colligata.

Squaroſus/pen.prod.Adiectiuum.A ſquamarum ſimilitudine dicti ſquaroſi,quorũ cutis exturget ob aſſiduã illuuiem.Lucilius,Varonum ac rupicum ſquaroſa incondita coſtra.Feſtus.

Squatina,ſquatinæ,Ex planorum piſcium genere,quo propter ſqualorem, hoc eſt aſperitatem cutis, ligna & ebora poliuntur. Plin.lib.9.ca.51.5, Ex planis ſquatina ſola bis, Autumno & Vergiliarum occaſu parit. Ibidem,cap.11,Aſpera cute vt ſquatina, qua lignum & ebora poliuntur.

Squilla/ſquillæ,Varroni:ſiue ſcilla Plinio,& ſcella Hippocratis radix ſit,bulbus,an cyma,ſiue fructus,à Theophraſto dubitatur. Varro lib.1.de Re ruſt. Alia in mari, vt palmas & ſquillas. Videto Plinium lib.19. cap.5.15. & lib.20. cap.9.16. & Theophraſtum lib.7.cap.11.
¶Squilla,Genus piſcis,quod ſocietatem init cum pinna,& in ipſa pinnæ concha inuenitur incluſum.Plin.lib.9.cap.51.1,Reliqua mollium tergis coeunt, vt canes. Item locuſtæ, & ſquillæ, cancri ore. Plin.epiſt.41.1,Mare non ſanè pretioſis piſcibus abundat,ſoleas tamen & ſquillas optimas gerit. Rurſus Plinius maior lib.9.ca.42,Naſcitur in limoſis ſubrecta ſemper,nec vnquã ſine comite,quem pinnoterem vocant, alii pinnophylacẽ, is eſt ſquilla parua. De pinna. Cic.1.de Nat.deorũ,185, Pinna verò(ſic enim Græcè dicitur)duabus grandibus patula conchis, cum parua ſquilla quaſi ſocietatem coit comparandi cibi. Horat.2.Ser.ſat.4.11,Toſtis marcẽtem ſquillis recreabis. Idẽ Saty. 8.9,Adferatur ſquillas inter muræna natantes. Iuuen.Sat.5.9, Aſpice quàm longo diſtendat pectore lancem
Quæ ferтur domino ſquilla,& quibus vndique ſepta
Aſparagis,qua deſpiciat conuiua cauda,
Quum venit excelſi manibus ſublata miniſtri.

S T

St/Vox eſt ſilentium indicentis.Terent.Phorm.5.1.16,
-quid? non is obſecro es,

Quem ſemper te eſſe dictitaſtis e. ſt. s. quid hæc metuis foresi c. Concluſam hic habeo vxorem ſæuam.

Stabilimen/ Stabilio/ Stabilis/ Stabilitas/ Vide Sto/ſtas.

Stabulum/ſtábuli,pen.cor.A ſtādo dicitur. Locus in quē qui longo itinere feſſi ſunt,ſuccedere ſolēt: quod & diuerſorium & hoſpitiū dicitur. Vnde proſtibulæ meretrices dictæ, quòd quæſtus copioſioris gratia cōcurrēbus illuc aduenis māſionēs ante ſtabula habuere. Plau.Aul.7.56,Neutrobi habeā ſtabile ſtabulū.

Stabulum confidentiæ,flagitii,nequitiæ.Plaut.Moſtel.6.3,

-nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ:

Nec Salus nobis ſaluti iā eſſe ſi cupiat,poteſt. Idem Truc.11.30,

Tu bona fide,túne ais impudentē me eſſe,ipſa quæ ſis ſtabulū Flagitiī; Idem Caſin.4.11,Stabulū nequitiæ. Cic.1. Philip.78,

Huius in ſedib° pro cubiculis ſtabula,pro triclinijs popinæ ſūt.

Stabula,generaliter dicūtur loca in quibus arméta,gregéſq; conſiſtūt,in agris & ſub dio:vt ſint veluti quædam animalium ſtationes. Virg.8. Æneid.41,

Quatuor à ſtabulis præſtanti corpore tauros
Auertit. Ibidem,
Interea quum iam ſtabulis ſaturata moueret
Amphitryoniades armenta,abitúmque pararet.

Alta ferarum ſtabula. Virg.6. Æneid.36.

Auia ſtabula. Ouid.6. Metam.119.

Gelida ferarum ſtabula. Catul.de Berecinth.58.11.

Mollia ſtabula. Virg.3. Georg.59.

Munita ſtabula. Silius lib.7.26.

Pinguia ſtabula. Virg.4. Georg.3.

Clauſa tenent ſtabulis armenta. Virg.3. Georg.71.

Recluſis ſtabulis armenta rapere. Ouid.epiſt.8.4.

Tenere armenta propius ſtabulis. Virg.1. Georg.71.

Habitare in ſtabulis. Ouid.3. Faſt.59.

¶Stabulum pauonum. Colum.lib.8.cap.11.

¶Stabulum,Præſepe in hoſpitiis. Apuleius, Duriſſimo caſui meo ſeruiēs,ad equum illum vectorem meum probiſſimum in ſtabulum cōcedo: vbi alium etiam Milonis quondam hoſpitis mei aſinum ſtabulantem inueni.

¶Stabulum etiam ſumitur pro quacunque ſtatione,ſeu habitatione & loco vbi quis ſtare conſueuit. Virg.7. Æneid.103,

Ardua tecta petit ſtabuli,& de culmine ſummo
Paſtorale canit ſignum.

Stábulo,ſtábulas,pen.cor.ſtabulare:& frequentius ſtabulor,ſtabulāris,ſtabulari,deponens,Stare,diuertere,& quaſi ſtationem habere. Virg.6. Æneid.58, Centauri in ſoribus ſtabulant. Vbi Seruius,Stabulant,habitant. Et vſurpatiuè dixit,vt populat,luctat: nam ſtabulor dicimus. Idem 3.Geor.46,Nec mos bellātes vnà ſtabulare. Stat.3.Sylu.2.21,

Iſi Phoroneis quondam ſtabulata ſub antris,
Nunc regina Phari,numénque Orientis anheli. Idem Theb. lib.2,Geticæque pecus ſtabulare ſub Hæmo. Gell.lib.6.cap.3, Tubero in hiſtoriis ſcriptum reliquit,bello Punico primo,Attiliū Regulum Conſulē in Africa apud Bagradam flumen poſitis præſidium grande & acre caſtris feciſſe aduerſus vnum ſerpentem in illis locis ſtabulantem,inuſitatæ immanitatis. Colum. lib.6,Sed idoneis temporibus ad præſepia,ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus:curæque fuerit vt ſtabulētur in ſicco loco,ne humore madeſcāt vngulæ. Varr.2.de Re ruſt.ca.3. 4,Stabulatur pecus meli° ad hybernos exortus ſi ſpectat, quod eſt alſioſum. Martialis lib.9.75, Ipſe licet videas, cauea ſtabulantur in vna.

Pecudes ſtabulantur in antris. Ouid.13.Metam.176.

Turdi & pauones ſtabulantur. Varr.3.de Re ruſt.cap.3.5. Vide **Omithon.**

¶Stabulare pecus. Varro lib.1.de Re ruſt.cap.2.1,Si prata ſunt in fundo, neque pecus dominus habet, danda opera vt pabulo vendito,alienum pecus in ſuo fundo paſcat,& ſtabulet.

Stabulatio,Verbale,Manſio in ſtabulo. Colum.lib.6.cap.3.1,Boues calore ſub dio, frigoribus intra tectum manere oportet. Itaq; hybernæ ſtabulationi eorum præparanda ſunt ſtramēta. Id eſt quando tempore hyberno ſtabulabuntur.

Stabularius,ſtabularii,Hoſpes,viatores pretio recipiens. Apuleius, Sumo ſarcinulam,& pretio manſionis ſtabulario perſoluto,capeſſimus viam. Vlpianus, Caupones & ſtabularios eos æquè accipiemus,qui cauponam & ſtabulum exercent.

Stabularius,Qui ſtabuli,hoc eſt loci vbi animalia ſtāt,curam gerit. Colum.lib.6,Hic enim recognoſci grex poterit,numerúſque cōſtare,ſi velut ex militari diſciplina intra ſtabularii caſtra manſerint. Varro 2.de Re ruſt.ca.10.9,In quibus ſtabularii ſolent equas abigere.

Stachys/huius ſtachys,Frutex eſt,marrubio ſimilis,ſed lōgior, folia ferens numeroſa,hirſuta,&c. inquit Dioſcorides. Dicta autem quaſi ſpicata ob caulem quem ex ſe mittit, floribus & ſemine ſpicatum. Plinius lib.24. cap.15.7, Ea quoque quæ ſtachys vocatur,porri ſimilitudinem habet,longioribus foliis,pluribuſque, & odoris iucundi, coloriſque in luteum inclinati. Pellit menſtrua.

Stacte/ſtactes,f.ge.vocatur,inquit Dioſcorides,pinguitudo recentis myrrhæ cum exigua aqua tuſæ,& organo expreſſæ,à diſtillando dicta,quod Græci στάζειν dicunt,quia è ſtillatitia dunta xat myrrha fiat. Lucretius lib.2.171, Sicut amaracini blandum ſtactæque liquorem. Pro vnguento & odoramento ſumpſit. Colum.lib.10,Et melior ſtacte ponatur Achaica myrrha. Plī. lib.12.cap.15.3,Inciduntur bis & ipſæ,iiſdémque tēporibus,ſed à radice vſque ad ramos qui valent. Sudant autem ſpóte priuſquam incidantur,ſtacten dictam,cui nulla præfertur. Plautus Curcul.3.6,Tu ſtacte,tu cinnamum,tu roſa,tu crocū & caſia es.

Stacteus,Adiectiuum,Myrrha ſtactea,quæ ſtacten producit,& diſtillat vnguentum,quaſi ſtillatitia:quā plaſten,hoc eſt fictitiam Theophraſtus vocat. Plin.li.12.ca.16.1,Genera myrrhæ cōplura, Troglodytica,ſylueſtriū prima, Erythræa ſequens, & Minea,in qua ſtactea & Atramitica eſt, &c. Vetus exemplar non habet ſtactea.

Stadium/ſtadii,Latinè curriculū dicitur,ſiue locus in quo equi hominéſve currūt,& certant athletæ. Nā & Domitianus inter cætera ſtadiū extruxit. Dictū ſtadiū ἀπὸ τῆς ϛάσεως,hoc eſt à ſtatione, quòd Hercules eo ſpatio vno ſpiritu confecto, cōſtitiſſet. Inſtitutum quippe ab Hercule ſtadiū tradūt, eúmque pedibus ſuis metatū eſſe id ſtadiū quod eſt Piſis apud Iouem Olympicū, feciſſéque id longum pedes ſexcentos. Inde poſtea cætera ſtadia terris Græciæ ab aliis inſtituta pedū quidē ſimili modo ſexcētorū,verūtamen aliquantulū breuiora. Ex Gel.li.1.ca.1. Cī.1. Tuſc.95,Vt in ſtadio curſores exclamant quāmaximè poſſunt.

Olympicum ſtadium. Senec.Thyeſte,2.1.

Celebrata ſtadia. Sene.Thyeſte,5.1.

Currere ſtadium,Vide **Curro.**

Conficere ſtadia,Vide **Confício.**

Stadiū,inquit Plinius lib.2.cap.23.1,Centum viginti quinque noſtros efficit paſſus, hoc eſt pedes ſexcentos viginti quinque. Idem lib.10. cap.33.3, Stadii ferè vnius ſpatio. Cicero ad Atticum,lib.16.334.1,Quum à Leucopetra profectus(inde enim trāmittebā) ſtadia circiter trecenta proceſſiſſem,relectus ſum Auſtro vehementi ad eandem Leucopetram.

Stadiódromus,ſtadiódromi,pen.cor. Qui in ſtadio curſu certat,& ſtadium percurrit. Firmicus, Si Mars reſpexerit leporem cæleſtē in horoſcopo,faciet ſtadiodromos.

Stadiodromus etiam locus in quo ludi & curſus exercentur. Plin.lib.34.cap.8.11,Eundem vicit & Leontius, qui fecit ſtadiodromon Aſtylon qui Olympiæ oſtenditur.

Stagnum,ſtagni,A ſtando dicitur, aqua ſtans, vt ait Seruius. Plin.lib.10.ca.55.2,Poſtremò lamēta circa piſcinæ ſtagna. Cic. 1.de Diuin.15,Abſurdóque ſono fontes & ſtagna cietis.

Ripa ſtagni. Ouid.6. Metam.75.

Fontis ſtagna. Virg.7. Æneid.30.

Alta ſtagna. Virgil.3. Georg.66.

Dulcia ſtagna. Virgil.1. Georg.77.

Extenta latius ſtagna,Horat.2.Carm.ode 15.2.

Humida ſtagna. Virg.12. Æneid.96.

Immenſa ſtagna. Ouid.1. Metam.8.

Inferna ſtagna,Vide **Infernus.**

Liquentia ſtagna. Catull.ad Sirmionem,29.1.

Mite ſtagnum. Virg.8. Æneid.18,

Mitis vt in morem ſtagni,placidæque paludis
Sterneret æquor aquis,remo vt luctamen abeſſet.

Modeſta iacent nullo tumultu ſtagna. Stat.2.Sylu.2.6.

Nauale ſtagnum. Stat.4.Sylu.4.2.

Operta carinis ſtagna. Stat.1.Achill.89.

Profunda ſtagna. Ouid.ad Liuiam,48.

Virentia muſco ſtagna. Virg.4. Georg.4.

Confueſcunt aues ſtagno,Vide **Conſuéſco.**

¶Stagnū pro parte maris profūdiſſima poſuit Virgiliº 1.Æn. 16,quòd ea minime moueatur, ſempérque ſtet,id eſt quieſcat:

Emiſſámque(inquit)hyemem ſenſit Neptunus,& imis
Stagna refuſa vadis. Ex Seruio.

Stagno,ſtagnas,ſtagnare,de aqua dicitur quæ non effluit nec ſorbetur. Virg.lib.4. Georg.58,

Nam quos Pellæi gens fortunata Canopi
Accolit effuſo ſtagnantem flumine Nilum. Plinius, Vbi marini fluctus effuſi ſtagnare ſolent. Idem libro 5. cap.9.7, Originem in monte inferioris Mauritaniæ non procul Oceano habet lacu protinus ſtagnante,quem vocant Nilidem. Tacit.

li.1, Auctus Tyberis plana vrbis ſtagnauerat. Hoc eſt in planis, ſiue per plana.
Orbis ſtagnat paludibus. Ouid.1. Metam.66.
Ripæ ſtagnantes. Silius lib.10.18.
Vndæ ſtagnantes. Silius lib.5.19.
Stagnare terram dicimus, quæ non abſorbet, ſed cõtinet aquam. Plinius, Agris humidis atque ſtagnantibus.
Campi ſtagnantes infuſo æquore. Silius lib.3.10.

Stagnantior, Comparatiuus. Claudia. de Nilo, 6.8, Effluit Ægeo ſtagnantior.

Stagnãtus, pen.prod. Adiectiuum. Colum.lib.10.2,
Nam neque ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude
Perpetitur querulæ ſemper conuitia ranæ.

Stalagma/ſtalágmatis, pen.corr.n.g. vnguentum quod ſuccõ cõſtat, quaſi diſtillatio. quippe στάλαγμα, ſtillo ſignificat. Hinc ſtalagmia, id eſt ſtiria. Plin.lib.34.cap.12.9, Fit & pluribus modis, genere eo in ſcrobes cauato quarum è lateribus diſtillantes hyberno gelu ſtirias, ſtalagmias vocant, neque eſt purius aliud.

Stamen/ſtáminis, pen.corr.n.g. A ſtando, dicitur quicquid in colo ad nendum ponitur. Plaut. Mil.10.34, Tam capulari ſtamine tibi dim videor vluere? Alludit ad Parcam, quæ, dũ morimur, reſcindere noſtrum ſtamen dicitur. Plin.lib.8.cap.48.4, Inde factum vt nubentes virgines comitaretur colus compta, & fuſus cum ſtamine. Mart.lib.6.58,
Si mihi lanificæ ducunt non pulla ſorores
Stamina, nec ſurdos vox habet iſta deos. Idem lib.4.11,
Vltima voluentes orauit penſa ſorores
Vt traherent paruæ ſtamina pulla morę.
Albi ſtaminis lanificæ. Iuuen.Saty.11.7.
Aurea ſtamina. Stat.11. Thebaid.80, -& pollice docto
Stamina purpureæ ſociauerat aurea linguæ.
Candida ſtamina. Ouid.6. Metam.115.
Tenuiſſima ſtamina. Ouid.4 Metam.36.
Operoſum ſtamẽ. Ouid.1. de Arte, 140, Reſice ſuccinctos operoſo ſtamine fuſos.
¶ Leuia ſtamina ducere verſato fuſo. Ouid. 4. Metam.45.
Gracili ſtamine intendere telas. Ouid.6. Metam.11.
Minuunt colos ſtamina. Ouid. epiſt.3.16.
Nectere ſtamina. Sene. Herc. Œtæo, 8.14.
Nere ſtamina. Ouid.2. Faſt.154.
Fatalia ſtamina nentes Parcæ. Tibul.lib.1.eleg.7.1.
Sollicitat ſtamina docto pollice. Ouid.11. Metam.35.
Torquere ſtamina digitis. Ouid. epiſt.9.16.
Pretioſo ſtamine velare aliquem. Claud.1. in Eutrop.61.
¶ Stamina in ligno, vel herbis, ſunt veluti filamenta. Plin.li.16.ca.38.5, Pulpa mero ſtamine & tenui conſtat. Idẽ lib.21.ca.5.1, Ita odor colórque duplex, alius calycis, alius ſtaminis, differentia anguſta.

Stamineus, adiectiuum. Plin.lib.16.cap.43.1, Magna autem & glutini ratio, propter ea quæ ſectilib⁹ laminis, ac in alio genere operiuntur. Stamineam hoc vſu probant venam, & vocant ſertilem, argumento ſimilitudinis, quoniam lachrymoſè criſpa.
Rota ſtaminea. Propert.lib.3.eleg.6.6,
Improba non vicit me moribus illa, ſed herbis.
Staminea rhombi ducitur ille rota.

Stannum/ſtanni. Plin.lib.34.cap.16.3, Plumbi nigri origo duplex eſt. Aut enim ſua prouenit vena, nec quicquam aliud ex ſe parit: aut cum argento naſcitur, miſtiſque venis conflatur. Eius qui primus fluit in fornacibus liquor, ſtannum appellatur: qui ſecundus, argentum: quod remanſit in fornacibus, galena, quæ portio eſt tertia addita venæ. Hæc rurſus conflata, dat nigrum plumbum, deductis partibus duabus. Ibidem, cap.17.1, Stannum illitum æneis vaſis, ſaporem gratiorem facit, & compeſcit eruginis virus: mirúmque, pondus non auget.

Stanneus, Adiectiuum, Quod ex ſtanno factum eſt. Colum.lib.12. cap.41.1, In cacabo figuli nouo, vel in ſtãneo coquitur muſti arbuſtiui aminæi vrna. Plin.lib.19.cap.1.7, Tum in ſtannea pyxide conditur.

Staphis/huius ſtáphidis, pen.cor.f.g. Quæ etiã ſtaphis agria, & Latinis pituitaria & pedicularis dicitur. Plin.libr.13.cap.1.7, Aſtaphiſagria, ſiue ſtaphis quam vuam taminiam aliqui vocãt falſò (ſuum enim genus habet) cauliculis nigris rectis, foliis labruſcæ: fert folliculos verius quàm acinos, virides, ſimiles ciceri: in his nucleum triangulum. Matureſcit cum vindemia, nigreſcitque, quum taminiæ rubentes norimus acinos: ſciamúſque illam in apricis naſci, hanc nonniſi in opacis.

Staphylinus/ſtaphylíni, pe.pr.m.g. Paſtinaca agreſtis, quam Diocles ſtaphylinum vocauit. Colum.lib.9.ca.4.5, Tum agreſtis paſtinaca, & eiuſdem nominis edomita, quam Græci σταφυλῖτιν vocant. Plin.lib.20.cap.5.1, Alterũ genus eſt ſtaphylinos, quod paſtinacam erraticam vocant. Idem lib.25.ca.9.9, Si iã maxime tertium genus facere libeat, eſt ſimile ſtaphylino, quod paſtinacam erraticam appellant.

STAPHYLVS, pen.corr. Sitheni filius, teſte Plinio lib.7.cap.56 primus vinum aqua miſceri docuit.

STARCATERVS, rex Danorum, qui quum Lennum quendam per nefas occidiſſet, pœnitẽtia ductus, eius filio Hathero ſe præbuit occidendum. Saxo lib.8.

STASEAS Neapolitanus, philoſophus Platonicus, vt ſcribit Cicero de Finibus bonorum & malorum.

STATANVS, Deus puerilitatis præſes credebatur antiquis, teſte Varrone de Liberis educandis. Nonius.

Statarius/Vide Sto.

Stater/ſtatẽris, pe.pr.m.g. Genus nũmi, quatuor drachmas habẽs: valẽtes quatuordecim ſolidos noſtros, vt author eſt Budæ⁹.

Statera/ſtatéræ, pe.prod. à ſtando dicta eſt: Inſtrumentũ quo res ponderantur. Cic.1. de Orat.87, Hæc enim noſtra oratio multitudinis eſt auribus accommodanda, ad oblectãdos animos, ad impellendos, ad ea probãda quæ nõ aurificis ſtatera, ſed quadã populari trutina examinãtur. Stat.4. Syl.3.7, -ſed impeditũ
Tardabant iter orbitæ tacentes,
Dum pondus nimium querens ſub alta
Repit languida quadrupes ſtatera.
¶ Statera, pro Tympano, & quæ Græci magidas vocabãt. Plin.lib.33.cap.11.8, Tympana verò ſe inuene appellata ſtateras, & lãces, quas antiqui magidas appellauerant.

Statice/ſtátices, pe.cor.f.g. Genus herbæ. Plin.lib.26.ca.8.9, Eoſdẽ effect⁹ præſtat & ſtatice ſeptẽcaulib⁹, veluti roſæ capita ſuſtinẽs

Staticulum/ſtaticuli, pe.cor. Genus geſtatorii, ſiue vehiculi vt eſſedum, & petorritũ. Plin.li.34.ca.17.3, Similique modo ad aurea quoque & argẽtea ſtaticula inanis luxuria peruenit: quæ q̃ in ſcyphis cerni prodigiũ erat, hæc in vehiculis atteri, cultus vocatur. Idẽ lib.37. cap.10.2, Reddunt enim ſpecies fluminũ, nemorũ & iumentorũ etiam eſſeda & ſtaticula, & equorum ornamẽta. Plaut. Sticho, 17.4,
Nunc pariter ambo omnes voco cynædos, cõtra ſtaticulis ſtare
Non magis potis eſt, quàm fungus imbri.
¶ Staticulus, vel Staticulũ. Saltationis genus, in quo nunc ſubitò quaſi ſtandum, nunc proſiliendũ. Cato apud Macrobium lib.3. Satur. de Cæcilio Senatore non ignobili, Deſcendit de cantherio: inde ſtaticulos dare, ridicularia fundere. Et alibi in eũdem, Præterea cantat vbi collibuit: interdum Græcos verſus ãgit, locos dicit, voces demutat, ſtaticulos dat. Hactenus Cato. Plaut. Perſa, 13.44, Nequeo leno quin tibi ſaltem ſtaticulũ deni, quem Hegea Faciebat.

Statim/ Aduerb. priore producta, à ſtando, Cõſtanter, perſeueranter, continuè: quaſi inſiſtẽdo, & vno ſtatu. Plaut. Amphit.4.85, Nec recedit loco quin ſtatim rem gerat. Ibidem, 4.111,
Nec lugula, nec Veſperugo, neque Vergiliæ occidunt,
Ita ſtatim ſtant ſigna. Ex Nonio.
¶ Statim, priore correpta, Mox, ilico: quòd ea quæ mox fiũt, continenter fieri videãtur. Cic. in Verrem, Statim ad Meſſanam literas dedit. Id eſt ſine mora, ſine intermiſſione temporis. Idẽ pro Roſc.Amer.64, Cur tria prædia, tantæ pecuniæ, ſtatim Capitoni dantur? Idem 4. Verr.135, Statim ſuſpicione offenſi, ad ea ipſa nomina oculos, animúmque tranſtulimus.
Confeſtim & ſtatim. Cic. in Oratore, 116, Antè enim circũſcribitur mente ſententia, confeſtimq; verba concurrunt, quæ mẽs eadem, qua nihil celerius, ſtatim dimittit, vt, &c.
Statim à. Plin.lib.17.ca.9.3, Semipedalibus ramulis quinis, ſeniſve, à radice ſtatim folioſis.
Statim atque. Vlpian⁹ Ad legem Iuliam, L. Si maritus, Et primũ Pomponius putat admitti ad accuſationẽ extraneum poſſe ſtatim atque negauerit: cui aſſentiendum puto. Idẽ de ædilitio edicto, L. Ædiles, Iudici eorum, ſtatim atque iudex factus eſt, omnium rerum officium incumbit. Paulus ad Senatuſconſultum Velleianum, L. Debitrix, Quamuis ſtatim atque interceſſerat mulier, competierat.
Statim in. Cic. de Aruſp.reſp.1, Haud poteſt grauioribus à me verbis vulnerari, quàm eſt ſtatim in facto ipſo à grauiſſimo viro P. Seruilio confectus ac trucidatus.
Statim quàm. Martian⁹ de Officio Procõſulis. L. Omnes, Procõſules ſtatim quàm vrbẽ egreſſi fuerint, habẽt iuriſdictionem.
Statim vt. Cic. ad Atticũ, lib.1.27.4, Literas ſcripſi 11. x. Cerialibus ſtatim vt tuas legerã. Idẽ 1. de Orat.171, Male enim ſe res habet, quæ non ſtatim vt dici cœpta eſt, non melior fieri videtur. Idem pro Quintio, 39, Quæſiuit à te ſtatim vt Romam rediit Quintius. Idem Cælio, lib.1.9.69, De Vatinio autem primum reditus interceſſerat in gratiam per Pompeium, ſtatim vt ille Prætor eſt factus.

Vt, ſtatim. Cic. Attico, lib. 11. 24. 11, Nam vt heri me ſalutauit, ſtatim Romam profectus eſt.

Statim, ſequente ablatiuo. Cic. in Oratore, Itaq; hoc ſum aggreſſus ſtatim Catone abſoluto.

Statio/Statiua/ Vide **Sto.**

STATIVS, nomen poetæ comici, qui Cæcilius dictus eſt. Statius autem appellatus fuit, quoniam ſeruus fuit. Statius enim nomẽ ſeruile eſt. Fuit & alius poeta hoc nomine, qui Heroico carmine multa conſcripſit.

Stator/ ſtatoris, Vide **Sto.**

Statua/& Statuarius/ Vide **Statuo.**

Statuo/ ſtátui, ſtátui, ſtatũtum, pen. prod. ſtatúere, Decernere. Plaut. Amphit. 15. 18, De ſummo ſummus Iuppiter ſic ſtatuit, ſic ſatũ habet. Liu. 1. ab Vrbe, 177, Ferro igitur eam arcere cõtumeliam ſtatuunt.

Velle mori ſtatuit. Ouid. 10. Metam. 17.

Deliberare & ſtatuere. Cic. 3. Verr. 1, Iſte certè ſtatuerat ac deliberauerat non adeſſe.

Statuere & perſeuerare in eo. Cic. de Prouinc. Conſ. 8, Statuit ab initio, & in eo perſeuerauit.

Ex alicuius ſermone ſtatuere. Cic. Attico, lib. 9. 190. 2.

Statuere & decernere. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 28, In rebus ſtatuendis & decernendis. Idem ad Atticũ, lib. 16. 343. 3, Lex earum rerum, Res quas Cæſar ſtatuiſſet, decreuiſſet, egiſſet, &c.

Senatus ſtatuit. Cic. 5. Verr. 69, Statuit Senatus hoc, ne illi quidem eſſe licitum cui conceſſerat omnia, à populo factarũ quæſitarúmque rerum ſummas imminuere.

¶ Statuere, Prouidere: vel exiſtimare, expectare: vel prorſus ita opinari. Cic. 7. Ver. 61. Præſertim quũ ſtatuiſſes, vt ais, cauſam tibi eſſe dicendam. Ibidem, 80, Cauſam ſibi dicendã eſſe ſtatuerat, iam antè quàm hoc vſu venerit. Budæus.

Non poſſum ſtatuere vtrum, &c. Cic. 3. de Orat. 47, Neq; tamẽ poſſum ſtatuere, vtrũ magis mirer, te illa quæ mihi perſuades maxima eſſe adiumẽta, potuiſſe in tuis tãtis occupationib⁹ perdiſcere: an ſi non potueris, poſſe iſto modo dicere.

Statuere & iudicare. Cic. 1. de Orat. 67, Sine vlla dubitatione ſic ſtatuo & iudico, neminem omnium tot & tanta quanta ſint in Craſſo habuiſſe ornamenta dicendi.

Statuere ſummũ bonũ non dolere. Cic. 1. de Fin. 33, Qui ſummum bonum ſtatuit non dolere. Idem 1. Off. 9, Fortis verò, dolorem ſummum malum iudicans: aut tẽperans, voluptatẽ ſummum bonum ſtatuens, eſſe certè nullo modo poteſt. Idẽ 1. Academic. 56, Statuebat enim ignem eſſe ipſam naturam, quæ quicque gigneret, & mentẽ atque ſenſus. Ibidẽ, 4. 241, Præcide inquit, ſtatue aliquãdo quid libet. quid: quæ dicuntur quidem.

Sic ſtatuunt. Cic. 4. Acad. 173, Quũ Dialectici ſic ſtatuant, omne quod ita diſiunctum ſit, quaſi aut etiam, aut non, non modò verum eſſe, ſed etiam neceſſarium.

Apud animos vel animum ſtatuere. Liu. 6. ab Vrbe, 165, Proin de ipſi primùm ſtatuerent apud animos quid vellent: deinde comitiis Tribunitiis declararent voluntatem. Idem 4. bel. Maced. 5, Atque ego vix ſtatuere apud animum meum poſſum, vtrum peior ipſa res, an peiore exemplo agatur.

Cum animo ſtatutum ac deliberatum habere. Cic. 5. Verr. 79, Tu ſic ordinẽ Senatorium deſpexiſti, ſic ad iniurias libidinéſq; tuas omnia coarguiſti, ſic habuiſti ſtatutũ cum animo, ac deliberatũ. omnes qui habitarent in Sicilia, aut qui Siciliam te Prætore attigiſſent, iudices relicere?

De aliquo ſtatuere, pro Aliquem dãnare. Tacit. lib. 5, Eorum qui deſe ſtatuebãt, humabãtur corpora, manebãt teſtamenta, pretium feſtinandi. Hoc eſt, qui ſeipſos dãnabant. Idẽ li. 1. Satis viſum de Viſtilia ſtatuere. Et lib. 11, Ius ſtatuendi etiam de procuratoribus dederat.

De re aliqua ſtatuere. Pli. epiſt. 98. c, Deinde quòd de quibus dubitat, quaſi ex conſilii ſententia ſtatuit.

Documentũ ſtatuere ne. Cic. ad Brutũ, 15. 16, Dixi igitur ſentẽtias in Antoniũ, dixi in Lepidũ ſeuerè, neque tam vlciſcendi cauſa, quàm vt & in præſens ſceleratos ciues timore ab impugnanda patria deterrerem, & in poſterum documẽtum ſtatuerem nequis talem amentiam vellet imitari.

Ex dignitate ſtatuere. Cic. ad Licinium, lib. 5. 8. 11, Quamobrẽ tu quantum tuo iudicio tribuendũ eſſe nobis putes, ſtatues ipſe, & vt ſpero, ſtatues ex noſtra dignitate.

Exemplum ſtatuere in homine, Idem quod Edere exẽplum, Vide **Exemplum.** Cic. 4. Ver. 77, Sed vt illi quoq; qui in ea prouincia nõ fuerũt, intelligere poſſint in quo homine tu ſtatueris exẽplum eiuſmodi, quod tum propter iniquitatem rei, tum etiam propter hominis dignitatem acerbum omnibus, atque intolerandum videretur. Terẽt. in Prol. Heaut. 51, Exemplum ſtatuite in me, vt adoleſcentuli, &c.

Exemplũ in aliquem ſtatuere. Cic. 5. Ver. 181, In quos aliquid exempli Populus Rom. ſtatui putat oportere, ab iis tu defenſionis exempla quæris?

Statuite exemplum impudẽti, date pudori præmium. Plaut. Rud. 16. 6.

Exilium in aliquem ſtatuere. Tacit. lib. 5, Etiã in Pompeiam Macrinam exilium ſtatuitur. Sic Cicero dixit, Et in quos aliquid exempli Populus Rom. ſtatui putat oportere.

Finem aliquẽ ſtatuere. Cic. Attico, lib. 7. 131. 4, M. quidem Lepidus (nam fuimus vnà) eum finem ſtatuit. Idem ad Domitium, lib. 6. 22. 4, Sed quum conſilii tui bene fortitérque ſuſcepti, eum tibi finem ſtatueris. Liuius 6. bel. Pun. 4, Huic generi militum Senatus eundẽ quẽ Cannenſibus finẽ ſtatuerat militiæ.

Finem ſtatuit cupedinis atque timoris. Lucret. lib. 6. 6.

In aliquem ſtatuere. Cæſar belli Gall. lib. 1, Diuitiacus Cæſarẽ complecti multis cum lachrymis obſecrare, nequid grauius in fratrem ſtatueret.

Æquabile ius in omnibus ſtatuere. Author ad Herennium, libro 3. 95.

Ius actioni ſtatuere. Cicero ad Trebatium, li. 7. 12. 3, Quod ius ſtatues communi dinidendo, quum commune nihil poſſit eſſe apud eos qui omnia voluptate ſua metiuntur?

Legem ſibi ſtatuere. Cic. 5. Ver. 4, Ego in iſto reo legem hanc iudices, mihi ſtatuo: viuendum ita eſſe vt iſti non modò factis, dictiſque omnibus, ſed etiã oris, oculorúmque illa cõtumacia, ac ſuperbia quam videtis, diſſimillimus eſſe ac ſemper fuiſſe videar.

Locum colloquio ſtatuere. Liuius 8. bel. Pun. 184, Tranſgreſſus tres principes Numidarum præmittit ad tempus, locúmque colloquio ſtatuendum: duos pro obſidibus retineri à Scipione iubet, remiſſo tertio.

Mercedem ſtatuere. Brutus Ciceroni in epiſt. ad eundem, 16. 13, Quum verò iudicas, tantùm illi non modò licere, ſed etiam à teipſo tribuendum eſſe vt rogandus ſit ne nolit eſſe nos ſaluos, nimium magnam mercedem ſtatuis.

Modum ſtatuere alienæ induſtriæ. Cic. 1. de Finib. 6, Sin laboramus, quis eſt qui alienæ modum ſtatuat induſtriæ?

Modum ſtatuit natura cupidinibus. Horat. 1. Serm. ſaty. 2. 23.

Statuere ne. Cic. 2. Philipp. 97, Nuper fixa tabula eſt, qua ciuitates locupletiſſimæ Cretenſium vectigalib⁹ liberantur: ſtatuitúrque ne poſt M. Brutum Proconſulem ſit Creta prouincia.

Pretium ſtatuere. Liu. 1. bel. Maced. 63, Oppidanis extẽplo vitæ ac libertas conceſſa eſt: Macedonibus trecẽi nummi in capita ſtatutum eſt pretium, & vt armis traditis abirent. Terent. in prologo Heaut. 48, Si nunquam auarè pretium ſtatui arti meæ.

Statuite quanti. Cic. 7. Verr. 19, Primum inſimulatio eſt repẽtina, capitalis atque inuidioſi criminis: Statuite quanti hoc putetis, & quàm multo redemiſſe.

Statuere enim qui ſit ſapiens, vel maximè videtur eſſe ſapiẽtis. Cic. 4. Acad. 17.

Stipendium alicui ſtatuere de publico. Liu. 1. ab Vrbe, 81, His vt aſſiduè templi antiſtites eſſent, ſtipendium de publico ſtatuit.

Triſte aliquid ſtatuere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 24.

¶ Ante oculos ſtatuere. Ci. 1. de Orat. 117, Vel ſi cauſam ageres militis, patrem eius, vt ſoles, dicendo à mortuis excitaſſes, ſtatuiſſes ante oculos, complexus eſſet filium, ſtẽnſque eum Centumviris commendaſſet.

¶ Statuere, Firmare, ponere. Plaut. Pſeu. 7. 138, At nunc diſturba quas ſtatuiſti machinas. Liu. 9. bel. Mace. 189, In quo quum toto foro ſtrata triclinia eſſent: tempeſtas cum magnis procellis coorta coegit pleroſque tabernacula ſtatuere in foro. Cic. 3. in Catil. 65, Illud verò nõnne ita præſẽs eſt, vt nutu Iouis Opt. Max. factum eſſe videatur, vt quum hodierno mane per forum meo iuſſu & coniurati, & eorum iudices in ædem Cõcordiæ ducerẽtur, eo ipſo tempore ſignũ ſtatueretur, quo collocato atq;, &c.

Aras binas ſtatuit è cæſpite. Ouid. 7. Metam. 48.

Crateras magnos ſtatuunt. Virg. 1. Æneid. 146.

Templa ſtatuere. Propert. lib. 2. eleg. 7. 5.

Terminos ſtatuere. Liu. 1. bel. Pun. 164, Quos ne excedamus, neque eos quos ſtatuit terminos obſeruat.

Tumulum ſtatuere. Virg. 6. Æneid. 76.

Vrbem præclaram ſtatui. Virg. 4. Æneid. 131.

¶ Statuere, Dedicare. Virg. 5. eclog. 14, Crateráſque duos ſtatuã tibi pinguis oliui. Id eſt dedicabo. Plaut. Aſin. 11. 122, Datiſne argentum? 2. 1. ſi quidem mihi ſtatuam & aram ſtatuis, Atque vt deo mihi hîc immolas bouem.

Statuere ſtatuã alicui. Ci. pro Seſtio, 71, Nõ dubito quin ſi modo eſſet in Rep. Senatus, ſi maieſtas Pop. Roma. reuixiſſet, aliquando ſtatua huic ob Remp. interfecto in foro ſtatueretur.

Idem ad Brutum,15.13,At in Lepido reprehendimur,cui quum ſtatuam in roſtris ſtatuiſſemus,indè illam euertimus. Sic Plinius lib.34.cap.6.2.

¶Statuo,Do elle,quod & conſtituere dicitur.Cic.1.de Finib. 64, Statue contra aliquem confectum tãtis animi corporiſque doloribus,&c.Supra autem dixerat,conſtituamus aliquè.Bud.

¶Statuere,Concutere.Terent.Adelph.3.2.18,

Sublimem mediũ arripere,& capite primum in terrã ſtatuerè,
Vt cerebro diſpergat viam.

¶Statutũ eſt. Cic.Attico,lib.11.epi.9,Equidem neque de genere dubito,placet enim mihi Cluatii:neque de re,ſtatutum eſt enim de loco nonnunquam.

Iam habeo ſtatutũ quid mihi agendũ ſit. Cic.Sulpi.li.4.ep.9.

Statũtus,pen.prod.Particip.vt Statuta dic,hoc eſt cõſtituta,& data ac decreta ex conuentione.Liu.1.bel.Maced.108,Concilium Ætolorum ſtatuta die,quod Panætolium vocant,futurũ erat.

Qui ſacrificia gentilitia illo ipſo in ſacello ſtatuto loco anniuerſaria factitarint.Cic.de Aruſp.reſ.19.

Solenne ſacrificium & ſtatutum.Cic.2.Tuſcul.183,Quũ enim illam ad ſolenne & ſtatutum ſacrificium curru vehi ius eſſet,ſatis longè ab oppido,&c.

Statuti pali,quaſi ſtãtes defixi, Id eſt ita collocati in terrã,vt ſtãtes,non trãſuerſi aut obliqui appareant. Varro 1.de Re ruſt. cap.14.1,Fit autẽ palis ſtatutis crebris,aut virgultis implicatis.

Statũtum,ſtatũti,pen.prod.neu.ge.Decretum.Cic.Cornificio lib. 11.25.11, Neque enim ſtatuti quid in tanta perturbatione habere potuiſti.

Statua,ſtatuæ,à ſtatuo deduci videtur,& eſt imago quæ alicui vel mortuo vel etiam viuẽti antiquitus decernebatur,& in foro aut aliquo loco conſpicuo collocabatur, ad alicuius rei bene geſtæ memoriam . quanquam nonnulli hoc inter ſe differre putent imagines & ſtatuas:quòd ſtatuæ ſint æneæ,eboreæ,lapideæ: imagines,cereæ,& pictæ. Suet.in Tiberio, cap.16, Etiam ſtatuas atque imagines,niſi permittente ſe,poni prohibuit.Cic.9.Philip.166,Maiores quidem noſtri ſtatuas multis decreuerũt, ſepulchra paucis:ſed ſtatuæ intereũt tempeſtate,vi,vetuſtate: ſepulchrorum autem ſanctitas in ipſo ſolo eſt, quod nulla vi moueri,neque deleri poteſt. Idem 5.Philipp. 154, Eiuſque in Remp. meritorum Senatum Populúmque Ro . memorem fore: eique ſtatuam equeſtrem inauratam in roſtris,aut in quo alio loco in foro vellet,ex huius ordinis ſententia ſtatui placere.

Inaurata ſtatua pallidior. Catul.ad Iuuentium,76.1.

Infantes ſtatuas findit Canicula.Horat.2.Serm.ſat.5.9.Hoc eſt mutas.Acron.

Loricata ſtatua,Vide **Lorica.**

Mediocris ſtatua,Vide **Mediocris.**

Conſecrare alicui ſtatuam,Vide **Conſecro.**

Decernere ſtatuam,Vide **Decerno.**

Omnibus vicis ſtatuæ factæ ſunt,ad eas thus & cerei. Cic.3. Offic.106.

Tempeſtate,vi,& vetuſtate intereunt ſtatuæ. Cic.9.Phil.166.

Simulachrum,imago & ſtatua. Cic.pro Archia,11, An quum ſtatuas & imagines nõ animorum ſimulachra,ſed corporum, ſtudioſe multi ſummi reliquerunt,&c.

Statuarius, ſtatuarii, pro ſtatuarum artifice & ſculptore ponitur à Quintiliano lib.5.cap.11. Et apud Plinium lib.34.cap.7, caput eſt de antiquis ſtatuariis.

Statuarius,Adiectiuum,vt Statuaria ars.Plin.lib.34.cap.7.1,Fuiſſe autem ſtatuariam artem familiarem Italiæ quoque & vetuſtam,indicat Hercules ab Euandro ſacratus.

Statũra,ſtatũræ,pen.prod.Propriè ipſa corporis qualitas & eminentia aut breuitas.Cic.5.de Finib.61,Corporis igitur noſtri partes,totáque figura & forma & ſtatura quam apta ad naturã ſit, apparet.

Velim mihi dicas,niſi moleſtũ eſt,L.Turſecius qua facie fuerit,qua ſtatura.Cic.2.Philipp.59.

Apponere formam,ſpeciem,& ſtaturam ad dignitatem.Author ad Herennium,lib.4.26.

Commoda ſtatura,Vide **Commodus.**

Noſcere figuram & ſtaturã.Cic.1.Tuſc.82, Nõ enim credo id præcipit,vt membra noſtra aut ſtaturã,figurámve noſcamus.

¶Statura arboris.Colum.lib.5.ca.5, Producat in tantam ſtaturam quantam permittit agricola.Hoc eſt craſſitudinẽ aut altitudinem. Idem lib.12.cap.48.4.Maturam oliuam in ſtatura factam colymbadem,de muria tollito.

Statũmen, pen.prod.ſtatũminis,neut.gen. Id quo fulcitur vitis, vt pali & pedamenta,& quicquid pro munimento accedit.Colum.lib.4.cap.16.2, Quũ menſem trigeſimum exceſſerit poſita vinea,id eſt tertio autũno,vehementioribus ſtatuminibus ſtatim impedanda eſt.Corruptè paſſim legitur impedienda. Ibidem,cap.2.1,Duo vidnantur ſtatumina. Idem lib.5.cap.4,Defixis arundinibus circũmunitæ vites per ſtatumina calamorum, materiis ligatis in orbiculos gyroſque flectuntur. Ibidẽ,cap.5 Materiis ſummiſſis arundinum ſtatuminibus per orbem connectitur.Scilicet vitis.

¶Statumẽ,apud Vitruuiũ dicitur quicqd pro ſtrato adiicitur.

¶Statumina,pro Fixis ſtipitibus cuiuſdã machinæ qua iunctã clauſa curãtur.Colum.li.6.ca.19,Primis autẽ duob⁹ ſtatuminibus imponitur firmum iugũ,ad quod iumenta capiſtrantur.

Statũmino,ſtatũminas,pen.cor.ſtatuminãre,Statuminib⁹ firmare.Plin.lib.17.cap.22.28,Eodem modo vineam ſtatuminato.

Statuminare lapidibus.Plin.lib.18.cap.6.14,Ora vtrinque lapidibus ſtatuminari,& alia ſuperintegi. De foſſis.

Status/ſtata,ſtatum,& **Statvs**/huius ſtatus. Vide **Sto.**

Statyelli, Plinio lib.3.ca.5, populi ſunt Ligurię celeberrimi,vnde & aquæ Statyellæ. Strabo,Via ea quæ ab oppido Genua ducit Placentiam,aquæ Statyellæ habentur.

Stega/ſtegæ,Tuguriũ eſt.A στέγω,tego.Plaut.Bacchid.5.44,

Fortè vt adſedi in ſtega. Idem Sticho,7.11,
Sine aduocatis, ibidem in cercuro,in ſtega,
In amicitiam,atque in gratiam conuortimus.

Stela/ſtelæ, Græcis στήλη,dicitur colũna,vel id quod vulgò *pilare* dicimus:ſtructura cõſtat aut lapidea,aut cæmentitia,aut lateritia.Plin.li.6.ca.29.11,In altera ſtelæ lapideæ literis incognitis. Stelæ autẽ propriè lapideæ pilæ ſurrectæ,in quibus fœdera inſcribi ſolebant,vt omnibus innoteſcerent,& in quibus etiã homines proſcribi ſolebant.Iſocrates in Paneg. circa finẽ vtitur, & Demoſthenes identidem.Hodie ſtelæ propriè vocari poſſunt lapideæ cruces,vel huiuſmodi monumẽta quæ in militarib⁹ viis extructa videmus,literis interdũ inſculptis ad memoriã alicui⁹ rei prodẽdã.Latinè cippi dicũtur,qualesſuper ſepulchra extruũtur

Stella/ſtellæ,A ſtando dicitur:quòd ſtellæ in cælo ſtare videãtur,cuius innumera exempla apud authores.

Sunt autem ſtellæ natura flammeæ.Cic.2.de Nat.deor.176.

Heraclides errantibus ſtellis diuinitatẽ tribuit. Cic.1.de Natura deorum,50.

Facilè vincũt magnitudinẽ terræ ſtellarũ globi.Ci in Som.13.

Traiectio ſtellæ. Cic.2.de Diuin.89,Ita te nec terræ fremitus, nec cæli diſceſſus,nec lapideus aut ſanguineus imber, nec traiectio ſtellæ,nec faces viſæ terrebunt.

Acceſſus ſtellarum,Vide **Accedo.**

Alba ſtella.Horat.1.Carm.ode 12.6.

Ardentes ſtellæ.Virg.4.Æneid.97.

Aureæ ſtellæ.Sene.Herc.furente,1.3.

Caliginoſa ſtella,Vide **Caligo.**

Candidæ ſtellæ.Horat.3.Carm.ode 15.1.

Comans ſtella.Ouid.15.Metam.150.

Crinita ſtella,Vide **Crinis.**

Gelidæ ſtellæ.Lucret.lib.6.145,

Nam dubio procul hæc aduerſo flabra feruntur
Flumine,quæ gelidis à ſtellis axis aguntur. Gelidis dixit non propter ſtellas,ſed propter axem,Septentrionalem ſcilicet.

Micantes ſtellæ.Ouid.7.Metam.10.

Proterua ſtella canis Icarii.Ouid.1.Amor.eleg.16.1.

Salubres ſtellæ.Horat.1.Serm.ſaty.7.5.

Vagæ ſtellæ. Lucan.lib.9.3.

¶Agmina ſtellarum cogit Lucifer.Ouid.2. Metam.23.

Depulit ſtellas aurora.Ouid.7.Metam.10.

Diffugiunt ſtellæ.Ouid.2.Metam.23.

Dinumerare ſtellas.Cic.1.Offi.116,Quis eſt enim tam cupidus in perſpicienda cognoſcendáque rerum natura,&c. cui ſubuenire opitularique poſſit: non illa omnia relinquat atque abiiciat,etiam ſi dinumerare ſe ſtellas,aut metiri mundi magnitudinem poſſe arbitretur?

Fixæ ſtellæ.Ouid.2.Metam.40, -altóque ſub æthere fixis
Incurſant ſtellis.

Dies clara fugarat ſtellas.Virg.5.Æneid.9.

Sparſa micant ſtellarum lumina cælo.Silius lib.15.134.

Acies obtuſa ſtellis.Virg.1.Georg.79.

Palantes polo ſtellæ.Virg.9.Æneid.5.

Reſtrinxit ſtellas exortus ſol.Lucret.lib.5.111.

Cælum voluit ſtellas rapida vertigine.Silius lib.8.34.

¶Stella,Piſcis. Plin.li.9.ca.60,Præter hæc claros ſapiẽtia authores video mirari ſtellã in mari. Ea figura eſt, parua admodũ caro intus,extra duriore callo.Huic tã igneũ feruorẽ eſſe tradũt, vt omnia in mari contacta adurat,omnẽ cibũ ſtatim peragat.

Stello,ſtellas,ſtellare, Propriè ſtellarũ eſt, quum ſplendorẽ ſuum emittunt.Eſt & ſtellare,lucere ſtellarum in morẽ.Mart.lib.2.29, Et numeroſa linunt ſtellantẽ ſplenia frontẽ. Plin.lib.37,Quoniam ſtellarum hyadum & numero & diſpoſitione ſtellantur.

¶ Stellare, Inuidere, à ſtellione animali, cuius natura eſt inuida. Vide Stellio.

Stellans, Participium. Claud. lib. 2. de raptu Proſerp. 73,
Ducitur in thalamum virgo, ſtat pronuba iuxtà
Stellantes nox picta ſinus. Id eſt ſtellarum ſplendore cõſpicuos.
Cæli ſtellantis regia. Virg. 7. Æneid. 42.
Gemmæ ſtellantes. Ouid. 1. Metam. 146.
Nox ſtellans. Cic. 1. de Diuin. 33,
Quum claram ſpeciem concreto lumine luna
Abdidit, & ſubitò ſtellanti nocte peremptа eſt. Ex poeta.
Olympus ſtellans. Cic. 1. de Diuinat. 37, Nam pater altitonans ſtellanti nixus olympo. Ex poeta.
Ora ſtellantia Tauri. Ouid. 5. Faſt. 111.
Stellans volatus, Hoc eſt qui à ſtella fit, vel qui ita in cælo cõſpicitur, præſertim æſtate ſuper nocte, quaſi à ſtella aliqua volante fiat. Plin. lib. 18. cap. 26. 18, Ita appellant ruſtici ſtellãtes volatus, Græci verò lampyridas.

Stellãtus, pen. prod. Adiectiuum, Stellis plenum: propriũ cæli epitheton quum eſt clarum & ſerenum: quanquam ad alia etiam tranſfertur. Plin. lib. 10. cap. 67, Salamãdra animal lacerti figura ſtellatum. Cic. 5. Tuſcul. 11, Nec verò Atlas ſuſtinere cælũ, nec Promethe' affixus Caucaſo, nec ſtellatus Cepheus cum vxore, genero, filia traderetur, niſi cæleſtium diuina cognitio, nomen eorum ad errorem fabulæ traduxiſſet. Claud. lib. 3. de Rapt. 3,
Vt patuit ſtellata domus, conſidere iuſſit. Ouid. 1. Metam. 134,
Talia dicenti ſtellatus ſummouet Argus.
Enſis ſtellatus fulua iaſpide. Virg. 4. Æneid. 51.

Stéllifer, penult. correp. Adiectiuum. Quod fert ſtellas. proprium cæli epitheton. Cic. in Somnio Scipionis, 17, Quam ob cauſam ſummus ille cæli ſtelliferi curſus, cuius conuerſio eſt incitatior, acuto & excitato mouetur ſono: grauiſſimo autem hic lunaris atque infimus.
Olympus ſtellifer. Sene. Herc. Œtæo, 15. 9.

Stélliger, pen. cor. Aliud adiectiuum: vt Polus ſtelliger. Statius 12. Thebaid. 115.
Axis ſtelliger. Stat. 3. Sylu. 3. 16.

Stellatura/ſtellaturæ, pe. prod. Nomen erat annonæ militaris. Lampridius in Alexandro, Annonas, inquit, militum diligenter inſpexit: Tribunos qui per ſtellaturas militibus aliquid abſtuliſſent, capitali pœna affecit. Spartianus in Peſcennino, nam & imperator Tribunos duos, quos conſtitit ſtellaturas accepiſſe, lapidibus obrui ab auxiliaribus iuſſit. Budæus.

Stellio/ſtelliõnis, maſc. gen. Animal lacertæ ſimile, tergo circulis quibuſdam depictum, lucentibus guttis ad modum ſtellarum, à Græcis dicitur aſcalabotes: quòd apud eos ἀσκάλαβος circulus eſt. Stelliones, inquit Marcellinus, in nouis domibus cernuntur, fortè ii quos Romanum vulgus *ſaxonulas* vocat, albas, innocuas, & puſillis lacertis ſimiles. Stelliones, inquit Barbarus, fraudulentiſſima ſunt animalia, phalangiorum forſaſſe generis. Plinius lib. 30. cap. 10. 6, Tunicula ſtellionis, quam eodem modo vt anguis exuit, pota. Quidam & ipſum arũdine exenteratum, inueteratúmque bibendũ dedere. Alii in cibo in ligneis verubus inaſſatum. Operæpretium eſt ſcire quomodo præripiatur, quũ exuitur membrana hyberna, aliàs deuoranti eam, quoniã nullum animal fraudulentius inuidere homini tradunt. Inde ſtellionum nomen aiunt in maledictum tranſlatum. Obſeruãt cubile eius æſtatibus. Eſt autem in locis oſtiorum feneſtrarúmq; aut cameris, ſepulchriſve: Ibi Vere incipiẽte, fiſſis arundinibus textas opponunt caſas, quarum anguſtiis etiam gaudet, eò facilius exuens circundatum torporem. Sed eo derelicto, non poteſt remeare. Nihil ei remedio in comitialibus morbis præfertur.
Virgil. 4. Georg. 49,
-nam ſæpe fauos ignotus adedit Stellio.

Stello, ſtellas, ſtellare, Inuidere, à ſtellione animali deductum. Inuidentiſſimum enim hoc animal eſt, quoniam ſenectutis ſuæ membranam deuoret.

Stellionãtus, huius ſtellionãtus, pen. prod. maſ. gen. Crimen apud Iuriſcon. à ſtellione nomen ſumpſit. quod fit quum aliquid dolo factum eſt: vt ſiquis rem alii obligatam diſſimulata obligatione, per calliditatem alii diſtraxerit, vel permutauerit, vel in ſolutum dederit. aut ſiquis merces ſuppoſuerit, vel obligatas auerterit, vel corruperit, aut impoſturam fecerit: cuius nulla pœna ordinaria eſt, ſed extraordinariè plectitur, & ad præſidẽ ſpectat. Hæc ex Vlpiano, De crimine ſtellionatus. L. Stellionatus.

Stemma/ſtémmatis, neu. ge. Coronamentum quod ex multis floribus compoſitum eſt. Dictum à Græco, quaſi στέφανωμα. ſtipa enim corono: & στέφανος corona. Firmicus lib. 4, Magnos viros faciet Mercurius, qui ſacris & religioſis ſtématibus coronentur.
¶ Stemmata, Imagines maiorum, quæ poni ſolebant in atriis. Martialis, Atria Piſonum ſtabant, cum ſtémate toto. Iuuenalis Satyr. 8. 1,
Stemmata quid faciunt: quid prodeſt Pontice, longo
Sanguine cenſeri, pictóſque oſtendere vultus
Maiorum? Suet. in Nerone. cap. 73, Quod in vetere gentilium ſtémate C. Caſſii percuſſoris Cæſaris imagines retinuiſſet. Plinius lib. 35. cap. 2. 3, Expreſſi cera vultus ſingulis diſponebãtur armariis, vt eſſent imagines quæ comitarẽtur gentilitia funera. Sempérque defuncto aliquo totus aderat familiæ eius, qui vnquam fuerat, populus. Stemmata verò lineis diſcurrebant ad imagines pictas.
A proauis demiſſum ſtemma. Stat. 3. Sylu. 3. 9.
¶ Stemma, pro facinore nonnunquam accipitur: quoniã mos erat apud antiquos, vt qui quicquam bene geſſerant, coronis donarentur, & eædem ſtatuarum capitibus imponerentur. Martialis lib. 1. 16,
Cæſaris atque Iouis confer nunc ſtemma iuuentus:
Par onus vt tulerint, altius iſte tulit.
¶ Stemmata, Inſcriptiones ſaxorũ. Martialis, Triſtia ſaxorum ſtemmata delet herus.

STENNIO, Bocatio lib. 10. ca. 10, filia Phorci, ex monſtro marino ſuſcepta: quæ debilitas interpretatur, id eſt timoris initium, quod tantùm mentem debilitat. Sthenio rectius ſcribitur. Fuit ſoror Meduſæ.

STENTOR, huius Sténtoris, pe. corr. vnus fuit è ducibus Græcorum qui ad Troiam profecti ſunt, cuius tantus erat vocis ſonitus, quantus aliorũ quinquaginta, vt ſcribit Homer' lib. 5. Iliad. Iuuc. Saty. 13. 11, Tu miſer exclamas, vt Stentora vincere poſſis.

Stephanitæ vites, Hoc eſt coronariæ, nẽpe quæ per ſtatumina calamorum materiis ligatis in orbiculos, gyróſque flectuntur, & materiis ſummiſſis, earundem ſtatuminibus per orbem, & in coronam connectuntur. Colum. lib. 3. cap. 2. 1, Nec ſolùm quæ iucunditate ſaporis, verumetiam quæ ſpecie commendari poſſint, conſeri debent: vt ſtephanitæ, vt tripedaneæ.

Stephanopolis, pe. pro. & Stephanoplocos/pe. cor. quid ſignificent declarat his verbis Plinius lib. 35. cap. 11. 4, Armauit in iuuenta Glycerã municipem ſuam, inuentricem coronarũ: certandóque imitatione eius, ad numeroſiſſimam florum varietatem perduxit artem illam: poſtremò pinxit illam ſedentẽ cum corona: quæ è nobiliſſimis eius tabula appellata eſt ſtephanoplocos, ab aliis ſtephanopolis, quoniam Glycera coronas venditando ſuſtentauerat paupertatem.

Stercus/ſtércoris, pen. corr. n. g. Plin. lib. 17. cap. 9. 6, Cato ſtercus vnde fiat, ſtramenta, lupinum, paleas, ſabalia, ac frondes ilignas, quernáſque. Plaut. Aſin. 9. 18, Iuſſin' ſceleſte ab ianua hoc ſtercus hinc auferri? Colum. lib. 2. cap. 6, Vineis emaciatis & aruis optimum ſtercus lupinum præbet. Ibidem cap. 15. 7, de generibus ſtercoris, Parum autem diligentes exiſtimo eſſe agricolas, apud quos minores ſingulæ pecudes tricenis diebus minus quàm ſingulas, itémque maiores denas vehes ſtercoris efficiũt, totidémque ſinguli homines, qui non ſolùm ea purgamenta, quæ ipſi corporibus edunt, ſed & quæ colluuies cortis & ædificii quotidie gignit, contrahere & congerere poſſunt. Illud quoque præcipiendum habeo, ſtercus omne quod tempeſtiuè repoſitum anno requieuerit, ſegetibus eſſe maximè vtile: nam & vires adhuc ſolidas habet, & herbas non creat. Quanto autem veruſtius ſit, minus prodeſſe, quoniam minus valeat. Itaque pratis quam recentiſſimum debere iniici, quòd plus herbarum progeneret.
Canino ſtercore fœda atria. Iuuen. ſaty. 14. 7.
Tetrum ſtercus. Lucret. lib. 2. 175.
Colõr fucatus ſtercore crocodili. Horat. Epod. 12. 3.
Auferre ſtercus ab ianua, Vide Aufero.
Iniectum ſtercus. Cic. 1. de Diuin. 102, Tum ei dormienti eundem illum viſum eſſe rogare, vt quoniam ſibi viuo non ſubueniſſet, mortẽ ſuã ne inultã eſſe pateretur, ſe interfectũ in plauſtrum à caupone eſſe coniectum, & ſupra ſtercus iniectum, &c.
Stercore ſaturare agrum. Colum. lib. 2. cap. 9. 13, Optimum eſt noualia pati anno ceſſare: ſi minus, ſtercore ſaturare.
Stercore ſatiatum ſolum. Colum. lib. 2. cap. 10, non procùl à fine, Subactum ſolum pluribus iterationibus aratri vel raſtri, largóque ſtercore ſatiatum poſtulant.
Ingerere ſtercus vitibus. Colum. lib. 3. cap. 16, 3, Nam idem negabat ſtercus vitib' ingerendũ, quòd ſaporem vini corrũperet.
Nolo ſtercus curiæ dici Glauciam. Cic. 3. de Orat. 89.

Stercoreus, Adiectiuum: vt Stercoreus miles. Plaut. Milite, 4. 11,
-miles meus eſt herus,
Qui hinc ad forum abiit: glorioſus, impudens,
Stercoreus, plenus periurii, atque adulterii.

Stércoro, ſtércoras, pen. corr. ſtercorare, Fimum agris fœcunditatis gratia inſpergere. Plin. lib. 18. cap. 13. 4, Ager ſi non ſtercoratur, alget: ſi nimium ſtercoratus eſt, aduritur. Colum. lib. 2. cap.

16.1, Nec ignorare colonos oportet, ſicuti refrigeſcere agrum, qui non ſtercoretur, ita peruri ſi nimium ſtercoretur: magiſque conducere agricolæ, frequenter id potius, quàm immodicè facere. Ibidem, cap.1.10, Celerius etiam, ſi eodem tempore ſtercores, & lupino vel faba conſeras.

Colere & ſtercorare. Cic. de Senect.50, At Homerus, qui multis vt mihi videtur, antè ſeculis fuit, Laertem lenientem deſyderiũ quod capiebat è filio, colentem agrum, & eum ſtercorantẽ facit.

Spiſſius, vel rarius ſtercorare. Colum. lib.2.cap.5, Iugerũ autem deſyderat, quod ſpiſſius ſtercoratur, vehes quatuor & viginti: quod rarius, duodeuiginti.

¶ Stercorare, Pinguefacere. Columel. lib.11, Vitia & faba ſtercorare agrum dicuntur. Idem lib.17.cap.9.7, Segetem ſtercorant fruges, lupinum, faba, vicia.

Stercorâtus, pen.prod. Participiũ, ſiue nomen ex participio, Stercore infectum. Colum. lib.1.cap.6.17, Pomaria quoque & hortos oportet ſepto circundari, & eſſe in propinquo, atque in ea parte quò poſſit omnis ſtercorata colluuies cortis, balineorúmque, & oleis expreſſa amurcæ ſanies influere. Idem lib.2. cap.11.6, Stercoratiſſimus locus. Sic apud Catonem, 4.6.

Stercoratio, Verbale, Ipſe ſtercorandi actus. Columel. lib.2.cap.16.1, Si tamen aliqua cauſa tempeſtiuam ſtercorationẽ facere prohibuerit, ſecunda ratio eſt, antè quàm ſarrias, more ſeminantis, ex auiariis puluerem ſtercoris per ſegetem ſpargere. Sic Plin. lib.18.cap.25.2.

Modica ſtercoratione terra refoueatur. Colu. lib.2.ca.2.ad finẽ.

Stercorarius, Adiectiuũ, Quod ad ſtercora pertinet: vt Crates ſtercorariæ. Varro lib.1.de Re ruſtica, Sic è ligno & ferro, vt plauſtra maiora tria, aratra cum vomeribus ſex, crates ſtercorarias quatuor. Cato cap.10.2, Crates ſtercorarias quatuor.

Stercorôſus, pen.prod. Adiectiuum, Plenum ſtercore. Colum. lib.8. cap.3.7, Nam plurimum refert, aquam nõ eſſe in ea niſi vno loco, quam bibant, eámque mundiſſimam: nam ſtercoroſa pituitam concitat. Idem lib.9.cap.4.6, Villaticum quod naſcitur in oleribus & ſtercoroſis herbis. Idem lib.11.cap.3.34, Ea quũ pingui & ſtercoroſo ſolo poſt Idus Februarias ſic obrueris. Cato de Re ruſt.51, Locus ſtercoroſiſſimus.

Sterquiliniũ, ſterquilinii, Locus ſtercoribus plenus, ſeu ſtercoris receptaculum. Colum. lib.1.cap.6.14, Sterquilinia duo ſint: vnum quod noua purgamẽta recipiat, & in annum conſeruet: alterum ex quo vetera vehantur: ſed vtrunque more piſcinarum deuexũ leni cliuo, & extructum, paulúmque ſolum habeat, ne humorem tranſmittant.

¶ Sterquilinium lenonem vocat Plautus in Perſa, II.3,

-eho lutum lenonium
Commiſtum, eho tu ſterquilinium publicum. Terent. Phorm. 3.2.41, -non pudet
Vanitatis id. minimè, dum ob rem. G. ſterquilinium.

STERENONTIVM, Ptolemæo, lib.2.cap.11, Germaniæ vrbs: hodie Caſſilium, vulgò *Caſſel*.

Sterilis, & hoc ſterile, pen.corr. Infœcundus, & fructum non ferẽs, ſine prole. στεῖρα enim Græcis primo ſeu careo. Et στερητικὸν, ſterilis. Plinius lib. 10.cap.60.1, Sunt autem ſterilia, & minora, ac minus iucundi ſaporis ona.

Sterilis in gignendo. Plin. lib.11.cap.39.4, Pubeſcit homo ſolus: quod niſi cõtingat, ſterilis in gignendo eſt, ſeu maſculus ſeu fœmina.

Veri ſterilis, Qui verum neſcit. Perſ. Satyr.5.8.
¶ Agros ſteriles exurit Sirius. Virgil.3.Æneid.19.
Amator ſterilis, Qui nõ habet quod det amicæ. Plau. Tru.5.19
Amor ſterilis. Stat.3.Sylu.4.9,
-quémque irrita fontis mago,
Et ſterilis conſumpſit amor. Intelligit Narciſſum.
Arena ſterilis. Virgil.1.Georg.14.
Auenæ ſteriles. Virgil.5.eclog.8.
Corpora ſterilia ſonitu. Lucret. lib.2.169.
Domus ſterilis. Propert. lib.4.eleg.11.13.
Februarius ſterilis. Cic. ad Q. fratrem, lib.1.14.2.
Herba ſterilis. Ouid.3.Amor.eleg.6.7.
Humo ſterili ponere ſemina. Propert. lib.2.eleg.11.1.
Iuuenca ſterilis. Ouid.5.Faſt.51.
Manus ſteriles, quæ nihil afferunt. Plaut. in Trucul.4.3.
Palus ſterilis. Horat. de Arte, 13.
Pax ſterilis. Tacit. lib.1.
Proſpectus ſterilis. Plaut. Mil.10.15,
Sed ſpeculabor nequis aut hinc ab læua, aut ab dextera
Noſtro conſilio venator adſit cum auritis plagis.
Sterilis hinc proſpectus vſque ad vltimam plateam probè eſt.
Nullum temporis punctum ſterile beneficio. Plin. in Paneg. 94, Quod momentum, quod imò temporis punctum aut beneficio ſterile, aut vacuum laude?
Rubigo ſterilis. Horat.3.Carm.ode 23.2,
Nec peſtilentem ſentiet Aphricum
Fœcunda vitis, nec ſterilem ſeges Rubiginem.
Seculum virtutum ſterile. Tacit. lib.17.
Syluæ ſteriles. Virgil.2.Georg.88.
Vacca ſterilis. Virgil.6.Æneid.51.
Venus ſterilis. Lucret. lib.4.149,
-pater à gnatis ne dulcibus vnquam
Appelletur: & vt ſterili venere exigat æuum.
Vir ſterilis. Catull. de Berecynth.58.14.

Sterileſco, ſterileſcis, ſterileſcere, Sterilem fieri. Plin. lib.8.cap.50.1, Capræ pinguedine ſterileſcunt. Ibidem, cap.16.4, Is ergo tradit leænã primo fœtu parere quinque catulos, ac per annos ſingulos, vno minus, ab vno ſterileſcere. Idem lib.7.cap.15.2, Sterileſcunt tactæ fruges. Varro 1.de Re ruſt. cap.31.2, Emucidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterileſcit.

Sterilitas, pen.corr. ſterilitâtis, Infertilitas, infœcunditas. Cic.1. de Diuinat.111, Quorum ex habitu atque ex colore cum ſalubritatis, tum peſtilentiæ ſigna percipi, nonnunquam etiam quæ ſit vel ſterilitas agrorũ, vel fertilitas futura. Idẽ 2.de Lege Agraria, 71, Alterum genus agrorum propter ſterilitatem incultum.

Abolere ſterilitatem fœminarum, Vide Abolco.
Annonæ ſterilitas inceſſit hominibus, Vide Inceſſo.
Natali & ingenita ſterilitate laborantes, Vide Ingigno/ & Naſco.

Sterno/ſternis, ſtraui, ſtratum, ſternere, Extendere. Valla, Sternimus quidẽ veſtes humi, ramos arborum, flores, & multa eiuſmodi: tamen frequentius dicimus Sterno humum floribus, ramis, veſtibus. Hinc eſt quare dicimus, toros, lectóſque ſternere, & equum ſternere: non quia ſint diuerſi ſenſus, ſed quia reſoluuntur vt ſit ſternere (verbi gratia) lectos & equos tapetis, idem quod ſternere tapeta lectis & equis.

Sternere equos, Stratis adornare. Liuius 8.bel.Pun.73, Teſſerã veſperi per caſtra dedit, vt ante lucẽ viri equíque pranſi eſſent, armatus eques fræna tos ſtratóſque teneret equos.

Sternere lectos, Adornare, inſtruere, apparare. Plau. Menæ.9.2.

-ſternite lectos, incendite
Odores. Terent. Heaut.1.1.73, Video alios feſtinare, lectos ſternere. Plaut. Pſeud.4.30,
-ſtrata, lauráque, coctáque omnia vti ſint: nam mihi
Hodie natalis dies eſt. Martial. lib.8.61, Sternantur lecti, Cæciliane fide. Cic.2.de Legib.96, Credóque quod erat factitatum, vt vni plura fierent, lectíque plures ſternerentur. Idẽ pro Cluentio, 10, Itaq; diutius ſuſpicionibus obſcuris læſi famam ſuam noluit, lectum illum genialem, quem biẽnio antè filiæ ſuæ nubenti ſtrauerat, in eadem domo ſibi ornari & ſterni expulſa, atque exturbata filia iubet.

Torus ſternitur. Ouid. ad Liuiam, 64.

Triclinia ſternere. Cic.2.Verr.53, Publicè ſibi conuiuia parari, ſterni triclinia etiam in foro iubebat. Idem pro Murena, 68, Is quum epulum Q. Maximus Africani patrui ſui nomine Populo Rom. daret, rogatus eſt à Maximo, vt triclinia ſterneret: quum eſſet Tubero eiuſdem Africani ſororis filius: atque ille homo eruditiſſimus ac Stoicus ſtrauit pelliculis hœdinis lectulos Punicanos, & expoſuit vaſa Samia.

Iuuenci cæſi ſtrauere terram. Hoc eſt operuerunt. Virgilius 8. Æneid.144.

Venti placidi ſtrauerunt æquora. Hoc eſt plana fecerunt, quæ prius intumuerant. Virg.5.Æneid.153.

Fama tibi ſtrauit benignum iter. Stat.12.Thebaid.163.
Iter argento ſternunt. Lucret. lib.2.117.
Viam ſtrauit per mare. Lucret. lib.3.109.

¶ Sternere, Deiicere, & quaſi in terram extẽdere. vnde etiam pro occidere ſumitur. Liu.7.ab Vrbe, 117, Hunc imitare miles, aiebat, & circa iacentem ducem ſterne Gallorum caterua. Idẽ 7.bel.Pun.151, Ita deſertum à ducibus agmen primò per agros palatur, feſſique aliquot ſomno ac vigiliis ſternũt corpora paſſim. Idem 1.ab Vrbe, 117, Stratis ariete muris.

Corpore toto ſternitur in vultus. Stat.12.Thebaid.64.
Humi ſternere aliquem. Horat.4.Carm.ode 14.7,
Primóſque & extremos metendo
Strauit humi ſine clade victor.
Pronum humi ſternere. Ouid.2.Metam.96,
Dixit, & arreptam prenſis à fronte capillis
Strauit humi pronam.
Terræ ſternitur toto proiectus corpore. Virg.11.Æneid.18.
Aciem ſternere, Vide Acies.
Viros ſternere cæde. Virg.10.Æneid.14.
Cæde ingẽti ſternere. Liu.1.bel.Maced.79, Et cornua ab equi-

tibus, & medii à pedite pulsi ac repentè, quum omni parte cæde ingenti sternerentur: Galli terga vertunt.

Torrens rapidus sternit agros. Virgil. 1. Æneid. 61.

Pauor humilis strauit corda. Virgil. 1. Georg. 67.

Exitio graui sternere aliquem. Horat. 1. Carm. ode 16. 4.

Iræ Thyestem exitio graui Strauere.

Sternere omnia ferro. Liuius 4. bel. Pun. 173, Quum toga signũ dedero, tum mihi vndique clamore sublato turbam inuadite, ac sternite omnia ferro.

Hostiliter sternit omnes. Ouid. 11. Metam. 75.

Ictu sternere aliquem. Senec. Medea, 8. 14.

Sternere locum saxis. Liu. 9. ab Vrbe, 183, Consul, vt loco paucitatem suorum adiuuaret, flectit paululum in clinos agmẽ (aspreta erant strata saxis) inde signa in hostem obuertit.

Morti sternere aliquem. Virgil. 12. Æneid. 93.

Pecus ferro strauit Aiax. Horat. 2. Serm. saty. 3. 41.

Segetes sternuntur. Ouid. 1. Metam. 55.

Sternitur omne solum iaculis. Virgil. 9. Æneid. 133.

Telo præcipitem sternere. Silius lib. 4. 37.

Vulnere sterni. Virgil. 10. Æneid. 157.

Sternere se somno, pro Ad iacendum se collocare, vt quiescamus. Virgil. 4. Georg. 87, Sternúnt se somno diuerso in littore Phocæ. Liu. 7. bel. Maced. 82, Pars in inuenales lusus, lasciuiámque versi, pars vescentes sub vmbra, quidam somno etiam strati. Idem 7. ab Vrbe, 170, Iam euaserant media castra, quum superscandés vigilum strata somno corpora miles offenso scuto præbuit sonitum. Idem 7. bel. Pun. 158, Nam & pars magna ab signis aberant, nocte dilapsi, stratique somno passim per agros.

Stratus, Participium. Virgil. 1. Æneid. 141,

-stratóque super discumbitur ostro.

Stratus ad pedes alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 10. 105. 3, Alter is qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublleuat quidem. Idem pro Quintio, 64, Non prætorem modò, à quo ius impetraret, inuenire non potuit, atque adeò ne vnde arbitratu quidem suo postularet, sed ne amicos quidem Sex. Neuii, quorum sæpe & diu ad pedes iacuit stratus obsecrans, &c.

Æquor stratum silet. Virgil. 9. eclog. 12.

Iter militari labore stratum. Quintil. lib. 13. 11.

Lectus lepide stratus, Vide Lectus.

Poma passim strata iacent. Virgil. 7. eclog. 11.

Via strata. Liu. 8. ab Vrbe, 80, Facto iudicio viua sub terram ad portam Collinam dextra via strata defossa Scelerato campo.

Vites stratæ, quæ & constratæ. Colum. lib. 5. cap. 4. 1, Vltima est conditio stratarum vitium, quæ ab enata stirpe confestim velut proiectæ per humum porriguntur.

Vnda strata æqualiter. Ouid. epist. 7. 10.

Stratum, strati, substantiuum, Id quod strati est, super quod quiescendum sit: vt culmi equis super quibus dormiãt, strata dicũtur: lectus item homini paratus, stratum dici potest. Plin. lib. 10. cap. 59. 1, Ova pauonis nisi molli strato excepta franguntur. Liu. 1. bel. Pun. 14, Id quod gerendis rebus superesset, quieti datum: ea neque molli strato, neque silentio accersita. Colum. lib. 11. cap. 2, Nec cubiculis modò, aut exedris, sed stratis etiam, similibúsque per ordinem committunt. Plin. lib. 7. cap. 56. 11, Frænos & strata equorum, Pelethronium inuenisse dicunt. Hic pro ornamentis equorum accipi videtur.

Dura strata. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 1.

Mollia strata lecti. Lucret. lib. 4. 171.

Picta strata. Ouid. 8. Metam. 7.

Corpus corripere è stratis. Virgil. 3. Æneid. 36.

Excita stratis iuuentus. Lucan. lib. 1. 48.

Exilire stratis. Ouid. 5. Metam. 7.

Incubare stratis. Virgil. 4. Æneid. 17.

Alto strato recondidit caput. Ouid. 11. Metam. 130.

Reponere membra stratis. Virgil. 4. Æneid. 79.

Surgere strato. Virgil. 3. Æneid. 105, Haud segnis strato surgit Palinurus, & omnes Explorat ventos.

Viarum strata. Virgil. 1. Æneid. 86, Miratur portas, strepitúmque, & strata viarum. Id est vias stratas.

Sternax, huius sternâcis, penult. prod. Adiectiuum. Equus sternax, qui facilè sternit sedentem. Virgil. 12. Æneid. 73, Et sternacis equi lapsum seruice Thymœten. Seruius.

Sternuo/sternuis, sternui, sternútum, pen. prod. sternúere, Flatum è pectore exurgentem cum capitis concussione emittere. Plin. lib. 7. cap. 6. 2, Oscitatio quidem in enixu lethalis est: sicut sternuisse à coitu, abortiuum. Idem lib. 18. cap. 6. 1, Theophrastus senes laborioſius sternuere dicit. Propert. lib. 2. eleg. 3. 5,

Num tibi nascenti, primis mea vita diebus
Aridus argutum sternuit omen Amor?

Colum. lib. 7. cap. 5. 15, At si molesta pituita est, cunilæ bubulæ, vel furculi nepetæ silueſtris lana inuoluti, naribus inseruntur, versantúrque donec sternuat ouis. Alii legunt sternutet. Catull. de Acme, & Septimio, 42. 2,

Hoc vt dixit, Amor sinistra vt antè,
Dextra sternuit approbatione.

Sternûto, sternútas, pen. prod. sternutare, frequentatiuum. Plinius libro 19. cap. 3. 3, Capra sternutante. Idem lib. 18. cap. 8. 1, Proboscidis tactu capitis dolor leuatur, efficacius si & sternutet. Columella libro 7. cap. 5. 15, Versantúrque donec sternutet ouis.

Sternutatio, Verbale, Ipse sternuendi actus.

Sternutamentum, sternutamenti, Idem. Plin. lib. 28. cap. 2. 14, Cur sternutamentis salutamur: quod etiam Tyberium Cæsarem, tristissimum (vt constat) hominum, in vehiculo exegisse tradunt. Idem lib. 20. cap. 11. 5, Semen tritum & haustum naribus, sternutamenta mouet. Cicero 1. de Diuinat. 116, Quæ si suscipiamus, pedis offensio nobis, & abruptio corrigiæ, & sternutamẽta erunt obseruanda. Gell. lib. 11. cap. 5, Quum sternutamẽtis quatiatur.

Euocare sternutamẽta. Cels. lib. 3. ca. 10. de lethargo, Hos ægros quidam subinde excitare nituntur, admotis his per quæ sternutamenta euocantur.

STEROPES, Vide in dictione CYCLOPS.

Sterquilinium/Vide Stercus.

Sterto/stertis, stertui, stértere, Dormire, siue dormiendo rhonchos emittere, in malum ferè semper sumitur. Plaut. Milit. 11. 7, -sorbet dormiens.

PA. Quid sorbet? LV. illud, stertit volui dicere.

Sed quia consimile est quod stertas, quasi sorbeas. Idẽ Asina. 16. 22, -ego censeo
Eum etiam hominem Senatui dare operam, aut clientibus,
Ibi labore delassatum, noctem totam stertere. Terent. Eunucho, 5. 9. 49, Fatuus est, insulsus, tardus, stertit noctésque & dies.

Persius, Saty. 5. 1,

Stertimus indomitum quod despumare falernum
Sufficiat, quinta dum linea tangitur vmbra. Cic. 2. de Diuinat. 193, Et quum stertétem aliquem viderint, obiicere his visa quædam tortuosa & obscura, quæ illi exterriti somnio ad coniectorem manè deferant. Idem 4. Academ. 165, Per me vel stertas licet, inquit Carneades, non modò quiescas. Iuuenal. saty. 1. 6, Doctus & ad calicem vigilanti stertere naso.

Supinus stertit. Horat. 1. Serm. saty. 5. 4.

Vigilans stertis. Lucret. lib. 3. 213,

Qui somno partem maiorem conteris æui:
Et vigilans stertis: nec somnia cernere cessas.

Diem totum stertere. Horat. 1. Serm. saty. 3. 4.

STESIBROTVS, pen. corr. ab Epaminonda patre Thebanorum duce interfectus est, quòd contra mandatum patris cum hostibus Lacedæmoniis manum conseruisset, quanuis parta victoria. Plutarchus.

STESICHORVS, pen. corr. nomen poetæ ex Himera Siciliæ vrbe, ex qua Himereus est dictus. Alii ex Methauria vrbe natũ dicunt. Alii ex Palantio Arcadiæ oppido. Ferunt inde profugum Catanam veniſſe, eóque in loco defunctum, & extra portam vrbis sepultum fuisse, portámque ab eo Stesichoriam nuncupatã. Horuit trigesima septima Olympiade, sextáque & quinquagesima obiit. Fertur luscíniam aliquando in ore Stesichori infantis cecinisse, mirabili auspicio, summum eum poetã futurum: & cantus suauitate omnes qui ante eum fuerũt, superaturum. Horat. 4. Car. ode 9. 2, Stesichorique graues Camœnæ. Fuit enim excellentissimus lyricus: à quo Stesichorium carmen dictum. Ideo autem dictus est Stesichorus, quòd primus saltare ad citharam instituit: hoc est choream ducere. Antè Tisias vocabatur. Fratrem habuit Mamertinum, optimum Geometram. Dicitur & scripsisse Helenæ vituperationem, ex quo exoculatum fuisse, rursúsque ob palinodiam visum recuperasse. Quintilianus verò lib. 10. cap. 1, sic eum taxat, Stesichorus quàm sit ingenio validus, materiæ quoque ostendunt, maxima bella & clarissimos canentem duces, & epici carminis onera lyra sustinentem. Reddit enim personis in agendo simul, loquendóque debitam dignitatem: ac si tenuisset modũ, videtur æmulari proximus Homerum potuisse, sed redundat, atque offenditur: quod vt est reprehendendum, ita copiæ vitium est.

STESILEA, mulier fuit admodum eleganti vultu, & rara in aliis pulchritudine, cui spectabilis forma causa fuit externarum litium inter Aristidem & Themistoclem, qui eã valde amabant. Author Plutarchus in Themistocle.

STESIMBROTVS, pen. cor. Tarsensis historicus, scripsit res gestas Cimonis ducis Athenienſium, vt ait Plutarchus in eius vita.

STENELVS, pe. corr. Capanei & Euadnes filius in bello Troiano, cuius meminit Homerus, & Virgilius Æneid. 2. 53, Thessandrus, Stenelúsque duces, & dirus Vlysses. Fuit & alter eiusdem no-

minis, quem in concione Agamemnonis refert Homerus Persei filium fuisse ex Andromeda coniuge.

Sciens pugnæ Sthenelus. Horat.1. Carm. ode 15.5. Idem 4. Carm.ode 9.4, -non pugnauit ingens
Idomeneus, Stheneluſve ſolus Dicenda Muſis prælia.

Stheneleius, Adiectiuum. Ouid.epiſt.9.5.
Quem non mille feræ, quem non Stheneleius hoſtis,
Non potuit Iuno vincere, vicit Amor.
Proles Stheneleia Cycnus. Ouid.12.Metam.74.

STHENOBOEA, vxor Prœti regis Argiuorum. De qua in dictione BELLEROPHONTES.

Stibadium/ſtibadii, accipitur pro ſella & abaco, quo ſulti diſcumbunt conuiuæ: quod primò herbidum fuit: poſtea verò intaleſcente luxuria, marmoreum. Hic torus rectius appellabatur, quando à tortis herbis inflectatur. nam apud Græcos ſtibades, herbæ ſunt aptæ ad diſcumbendum. Hinc ſtibadion, cubile ex ſtibade herba cõſtructum. Plin.lib.5. epiſt.101.l, In capite ſtibadium candido marmore vite protegitur.

Stibadia, vt alii volunt, paruæ cœnationes erãt, in quibus ſcriptum eſſe ſolebat quot conuiuas cœnatio caperet. De quo titulus eſt apud Martialem lib.14.91,
Accipe lunata ſcriptum teſtitudine ſignum,
Octo capit: veniat quiſquis, amicus erit.

Fiebant etiam ſtibadia in tabulis quæ ebore atque auro ornabantur, tranſferebantúrque de loco ad locũ, prout libido animi ferebat. De hoc loquutus eſt Martialis, quum inquit, lib.9.60,
Et teſtudineum menſus quater hexaclinon,
Ingemuit citro nõ ſatis eſſe ſuo. Hexaclinon vocat ſtibadium ſex capiens conuiuas. Ex Sipontino.

Stibium/ſtibii: ſiue ſtibi abſolutè, quod Græci ſtimmi appellãt, Spumoſus lapis, candicans & nitens, qui in argenti metallis inuenitur, & apud antiquos ad medicinæ vſum plurimum valuit: nũc autem corruptis moribus paulatim ad formæ mulierum lenocinium conceſſit, vnde στιμμίζειν, id eſt muliebre ornamẽtum dici cœptum eſt. Plin.lib.33. cap.6.6, In iiſdem argenti metallis inuenitur vt propriè dicamus, ſpumæ lapis cãdidæ, nitentiſque, non tamen tranſlucentis, ſtimmi appellant, alii ſtibium, alii alabaſtrum, alii larbaſum. Duo eius genera, mas & fœmina. Magis probant fœminam, horridior eſt mas, ſcabriórque & minus ponderoſus, minúſq; radtãs, & arenoſior. Fœmina contrà, nitet, friabilis, fiſſuriſque, non globis dehiſcens. Vis eius adſtringere, ac refrigerare: principalis autẽ circa oculos. Nanque ideo etiam plerique platyophthalmon id appellauere, quoniã in callíblepharis, mulierúmque epiphoris dilatet oculos, & fluxiones inhibeat oculorum, exulcerationéſque, &c.

Stichos/Latinè verſus ſiue ordo dicitur. Vnde diſtichon.

Stigma/ſtigmatis, pen.cor.n.g. Nota ſiue ſignum quod inuritur. ab στίζω, pungo. Martial.lib.6.64, Stigmata nec vafra delebit Cinnamus arte. Plin. ſcribit ſtigmata deleri columbino ſimo. Martial.lib.12.58, Frõs hæc ſtigmate non meo notãda eſt. Plin. lib.25.cap.13.16, Ideo ad lepras & pſoras vtuntur, & ad tollenda ſtigmata, cauſticiſquè omnibus miſcent.

Dignus ſtigmate. Iuuen.Saty.10.19, Mitius id ſanè, quod nõ & ſtigmate dignum Credidit.

¶ Stigma, per tranſlationẽ pro ſugillatione & infamia. Suet. in Iulio, cap.73, Valerium Catullum, à quo ſibi verſiculis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ſatisfacientem, eadem die adhibuit cœnæ: hoſpitióque patris eius, ſicut conſueuerat, vti perſeueravit.

Stigmáticus, pen.corr. Adiect. Famoſus & nocens, qui nota aliqua adũſtus eſt, vt ſemper appareat. Cicero ſcribit Alexandrum Pheræum, quum ad vxorem in cubiculum veniret, ſolitum præmittere ſtigmaticum ſeruum compunctum notis Thraciis, diſtricto gladio ob metum. Eius verba ſunt hæc lib.2.Offic.35, O miſerum qui fideliorem & barbarum & ſtigmaticum putaret, quàm coniugem. Exemplar vetus legit ſticmatiam.

Stigmóſus, pen.pro. Aliud adiect. Idem. Plin.epiſt.5.2, In quo ruſticum inſectatur, atq; etiam Stoicorum ſimiam appellat, adũcit Vitelliana cicatrice ſtigmoſum.

Stigo/ſtigas, ſtigare, Stimulare, irritare. à quo Inſtigo, caſtigo, fuſtigo.

STILBO, Stilbonis, Philoſophus, qui capta patria, amiſſis liberis & vxore, quum ex incendio ſolus, & tamen beatus exiret, interroganti Demetrio (cui cognomen ab exitio vrbium Poliorcetes fuit) nunquid perdidiſſet, Omnia (inquit) mea bona mecũ ſunt. Quo dicto dubitare Demetrium coegit an viciſſet. Nihil (inquit) perdidi, omnia mea mecum ſunt: videlicet virtutes, quas nulla vis hoſtilis eripere quiuit, quibus ſapiens ſeptus, nullum poteſt ſubire diſpendium.

STILBON, Stilbontis, Mercurii ſtella dicitur: id eſt radians. Fit à verbo Græco στίλβω reſplendeo, quòd eius orbis ſplendeat. Cic. 2.de Nat. deorum, 76, Infra autem hanc ſtellã Mercurii eſt, ea στίλβων appellatur à Græcis, quæ anno ferè vertente, ſignifcrum luſtrat orbem: neque à ſole longius vnquam vnius ſigni interuallo diſcedit, tum anteuertens, tum ſubſequens.

STILICO, pen.corr. Honorii imperatoris ſocer, & Occidentis adminiſtrator, multis laudibus à Claudiano poeta celebratus.

Bellipotens Stilico. Claud.6.Paneg.19.
-Magnanimi virtus Stiliconis. Claud.1.in Ruffinum, 51.
Pulcher Stilico. Claud.4.Paneg.91.

Stiliconius, Adiectiuum. Claud.de Nupt.Honorii, 36, Agnoſcat famulum virgo Stiliconia Pontum.

Stilla/ſtillæ, Diminutiuum à ſtiria, vt ait Feſtus, accipitur pro gutta. vt ſtilla olei, ſtilla aquæ. Apuleius, Et ſanguinis eruptionẽ vtriculo admoto, excipit diligenter, vt nulla ſtilla compareat vſquam. Vitruuſius lib.2, Faſtigia facientes, luto inducto proclinatis tectis ſtillicidia deducebãt, per id ſtillæ decidunt in impluuium. Martialis, Atque olei ſtillam donaret Opellicus vnctor. Plin.lib.19.cap.4.13. Ex eo quum opus ſit ternis ſtillis additis in oleum, perunguntur, vt omnes beſtiæ fugiant eos.

Stillicidium, ſtillicidii, Quaſi ſtillarum cadium, quòd guttatim cadat, vbi è tectis guttæ fluunt. Cic.1.de Legib.21, Quãobrem quò me vocas: aut quid hortaris vt libellos conficiam de ſtillicidiorum, ac de parietum iure? Idem in Oratore, 39, Quàm enim indecorum eſt, de ſtillicidiis quum apud vnum iudicem dicas, ampliſſimis verbis & locis vti communibus: de maieſtate Populi Romani ſummiſſè & ſubtiliter? Idem 1.de Oratore, 84, Parietum, luminum, ſtillicidiorum, teſtamentorum ruptorum, aut ratorum, cæterarúmque rerum innumerabilium iura perſentur. Plin.lib.17.ca.11.4, Stillicidii breuis definitio eſt. Omnium quæ projectu frondis ita diffunduntur, vt per ipſas non defluant imbres, ſtilla ſæua eſt. Ibidem, 2, Stillicidia pinus, quercus, illicis ponderoſiſſima.

Stillo, ſtillas, ſtillare, Guttatim fluere. Martialis lib.1.7, Viuebant lacerti membris ſtillantibus artus. Plin.libro 28.cap.7.4, Et contra morſum eiuſdem bibitur, ſtillatúrque.

Stillare lachrymam, & lachryma in ablatiuo. Plinius lib.12.ca. 13.1, Africa Ammoniaci lachrymam ſtillat in arenis ſuis. Idem, Frutex eſt reſina ſtillans.

Rorem ſtillare ex oculis. Horat.de Arte, 87.
Arbor ſtillauit ſanguineis roribus. Lucan.lib.7.170.
Coma ſtillabat Tyrio rore. Tibull.lib.3.eleg.4.6.
Dies ſtillat plumis. Stat.3.Thebaid.108,
Cernis inexperto rorantes ſanguine ventos,
Et plumis ſtillare diẽ? De cycnis loquitur qui in aere ab aquilis diſcerpebãtur, quorũ qi plumæ & ſanguis in terras defluebãt,
In aurem ſtillare. Iuuenalis Saty.3.13,
-nam quum facilem ſtillauit in aurem
Exiguum de naturæ, patriæque veneno,
Limine ſummouear. Id eſt, ſi clanculum me tibi traduxerit noxiis mendaciis.

Stillans, Particip. vt Culter ſtillans ſanguine. Ouid.2. Faſt.168.

Pugio ſtillans. Cic.2.Philipp.50, Ille qui ſtillantem præ ſe pugionem tulit, is à te honoris cauſa nominatur?
Sydera ſtillantia ſanguine. Ouid.2.Amor.eleg.8.3.

Stillãtus, pen.prod. Aliud participium. Ouid.2.Metam.73,
Inde fluunt lachrymæ, ſtillatáque ſole rigeſcunt
De ramis electra nouis.

Stillatio, Verbale, Ipſe ſtillandi actus.

Stillatitius, Adiectiuũ: vt Reſina ſtillatitia. Plin.lib.16.cap.11.2, Eadem reſina ſi cum aqua leuius decoquatur, coletúrque, ruſſo colore lenteſcit, ac ſtillatitia vocatur.

Stilobatæ/Vide **Stylobatæ**.

STILPO, Megarenſis philoſophus, tempore primi Ptolemæi diſcipulus Paſichis Thebani, præfuit ſchołæ Megarenſi, ſcripſit dialogos non minus xx. Author Suidas. De hoc Cicero in libro de Fato, 15, Stilponẽ Megarenſem philoſophum, acutum ſanè hominem, & probatum temporibus illis accepimus. Hunc ſcribunt ipſius familiares & ebrioſum & mulieroſum fuiſſe. Neque hæc ſcribunt vituperantes, ſed potius ad laudem: vitioſam enim naturam ab eo ſic edomitã & compreſſam eſſe doctrina, vt nemo vnquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis veſtigium viderit. Hactenus Cicero.

STIMICON, pen.cor. Proprium paſtoris cuiuſdã, apud Virgilium eclo.5.11, -& iſta Iampridẽ Stimicon laudauit carmina nobis.

Stimmi/indeclinabile nomen, Idem quod ſtibium. Vide **Stibium**.

Stimulus, ſtimuli, pen.cor.m. g. ἀπὸ τῦ στίζω. Propriè dicitur fuſtis acutæ cuſpidis, quo ruſtici boues ſuppungunt. Plau.Trucul, 16.53, -ſi ſtimulos pugnis

Cædis, manibus plus dolet. Idem Aulul.4.9,Si hodie hercle fuſtem ceperis,aut ſtimulum in manum,&c.

¶Stimulus,per tranſlationem,quicquid nos pungit, & à quo vexamur.Plaut.Caſina.9.8.

-te vno adeſt plus, quàm ego volo.

c ii. Tibi quidem ædepol ita videtur, ſtimulus ego nunc ſum tibi. Idem Trucul.17.75,

-næ iſta ſtimulum longè habet,quæ vſque illinc

Cor pungit meum. Idem Aulul.4.6, Tibi ego rationem reddam,ſtimulorum ſeges? Cicero 2.Tuſcul.iii,Nam ſi omnia fugiendæ turpitudinis,adipiſcendæq; honeſtatis cauſa faciamus, non modò ſtimulos doloris, ſed etiam fulmina fortunæ contemnamus licebit.

Veneris ſtimuli.Lucret.lib.4.245.

Acres ſtimuli,Vide **Acer** Adiectiuum.

Acriores ſtimuli. Tacit.lib.17, Secúdæ res acrioribus ſtimulis animum explorant.

¶Accenſæ ſtimulis maioribus iræ,Stat.12.Thebaid.100.

Addere ſtimulos,Vide **Addo.**

Adhibere ſtimulos,Vide **Adhibeo.**

Adiicere ſtimulos,Vide **Adiicio.**

Admouere alicui ſtimulos.Ci.pro Seſtio,9,Hîc ego quid prædicem,quibus hic rebus Conſulem ad rem gerendam excitarit, quos ſtimulos admouerit homini?

Agitatus ſtimulis amoris.Ouid.2.Faſt.156.

Auertere ſtimulos cæci amoris.Virgil.3.Georg.41.

Cæcos ſtimulos condidit in pectore. Ouid.1.Metamorp.146, de Iunone,

Protinus exarſit,nec tempora diſtulit iræ:
Horrificámque oculis,animóque obiecit Erinnym
Pellicis Argolicæ,ſtimulóſque in pectore cæcos
Condidit,& profugam per totum terruit orbem.

Dare ſtimulos laudum,Exhortari ad laudes.Stat.1.Achil.41.

Inuidiæ ſtimulo mentes fodit Saturnia.Silius lib.7.103.

Frangere ſtimulos nequitiæ.Propert.lib.3.eleg.19.1.

Haud mollibus ſtimulis incitat iras.Virgil.11.Æneid.146.

Mouere acres ſtimulos irarum.Lucan.lib.2.65.

Parce puer ſtimulis,& fortius vtere loris.Ouid.2.Metam.26.

Subiectare ſtimulos laſſo.Horat.2.Serm.ſatyr.7.19.

Cæcus aliquis ſtimulus ſubeſt cordi.Lucret.lib.3.179.

Suffigere nouos ſtimulos dolori.Senec.Thebaid.1.41.

Vertere ſtimulos ſub pectore alicui.Virgil.6.Æneid.20,

-ea fræna furenti
Concutit,& ſtimulos ſub pectore vertit Apollo.

Stimulo,ſtimulas,pen.corr.ſtimulare,Pungere,agere, commouere,incitare.Plaut.Ciſtel.5.4,Iactor,crucior,agitor, ſtimulor,verſor in amoris rota. Terentius Heaut.2.1.11,

Magis me nunc amicæ dicta ſtimulant,
Da mihi,atque affer mihi. Liuius 1.ab Vrbe,100, Criminandi Seruii apud patres,creſcédique in curia ſibi occaſionem datam ratus eſt,& ipſe iuuenis ardétis animi, & domi vxore Tullia inquietum animum ſtimulante.

Currum ſtimulare.Silius lib.16.74,

Nobilis hunc Durius ſtimulabat in æquore currum. Currum pro equis dixit, quẽ admodum & Virgilius lib.1.Georg. in fine,

Neque audit currus habenas.

Verbere caudæ ſtimulauit ſe leo.Lucan.lib.1.42.

Stimulare ad.Liuius 2.ab Vrbe,153, Hæc ira,indignatióq; ferocem animum ad vexandum ſæuo imperio exercitũ ſtimulat.

Stimulare ad arma.Liuius 1.ab Vrbe,95.

Accendere & ſtimulare. Liuius 5.bel.Pun.69, Ob id caſtigatis ab Hannone,quòd ne fames quidem quæ mutas accẽderet beſtias, curam eorum ſtimulare poſſet, alia producta dies ad frumentum petendum.

Stimulare & incitare.Liuius 3. ab Vrbe,141, Niſi fortè aſſentatores publicos,plebicolas iſtos,qui vos nec in armis,nec in otio eſſe ſinunt:veſtra vos cauſa incitare & ſtimulare putatis.

Stimulare ac pungere.Cice.pro Roſcio Amerino,4,Hunc ſibi ex animo ſcrupulum,qui ſe dies noctéſque ſtimulat ac pungit, vt euellatis poſtulat.

Iras functas ſtimulauimus,Id eſt compoſitam litem, & ſopitam iracundiam iterum concitauimus.Stat.12.Thebaid.88.

Stimulat me ſolitudo.Cic.ad Atticum,lib.12.140.1.

Stimulâtus,pen.prod.Participium,vt

Rabie furenti ſtimulatus animus.Catull.de Berecynth.58.1.

Iurgia ſtimulata vino.Ouid.1.de Arte,119.

Stimulatio,Verbale,Ipſe ſtimulandi actus.Plin.lib.35.cap.2.4, Et erat hæc ſtimulatio ſumma, & ingens, exprobrantibus tectis, quotidie imbellem dominum intrare in alienum triumphum. Vetus codex legit Et erat hæc ſtimulatio ingens, exprobrantibus, &c.

Stimulâtor,pen.prod. Aliud verbale,m.g. Cic. pro Domo ſua,9, Sin in cauſa fuit annona, ſeditionis quidem ſtimulator & concitator tu fuiſti.

Stimulátrix,penul.prod.ſtimulatricis,Verbale,fœm.g.Plaut.Moſtell.4.62, -vt veneficæ illi

Fauces prehendam,atque enicem ſceleſtam ſtimulatricem.

Stimuleus,Adiectiuum:vt Supplicium ſtimuleum.Plau. Mil.9.31,

Niſi tibi ſupplicium ſtimuleum deditur,
Dedecoris pleniorem herum faciam tuum.

Stingo/ſtingis: vel ſtinguo, ſtinguis,ſtinxi,ſtinctũ, ſtinguere, Idem quod extinguere. Cice.in Prognoſt.

Vt quum Luna means Hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radii cæca caligine tecti. Lucret.lib.2.166,

-vt cernere poſſis
Euaneſcere paulatim,ſtinguíque colorem. Idem lib.4.221,

Vt bibere in ſomnis ſitiens quum quæris,& humor
Non datur,ardorem qui membris ſtinguere poſſit.

Stipa/ Vide **Stupa.**

Stipator/ Vide **Stipo.**

Stipendium/ſtipendii,Æs militare,ſeu præmium quod militibus datur.Varro de vita Pop.Ro. Stipendium appellabatur æs quod militi ſemeſtre aut annuũ dabatur: cui datũ non ſit propter ignominiã,ære dirutus eſſet. Compoſitum nomẽ ex ſtipe, & pendo,quaſi ſtips póderata ſit.Vlpianus de verborum ſignif. L.Ager,Stipẽdium,a ſtipe appellatum eſt,quòd per ſtipes,id eſt modica æra colligatur. Plaut.Epid.1.36,In ſingulis ſtipendiis ad hoſtes exuuias dabit. Plin.lib.33.cap.3.5, Quin & militum ſtipendiorum,hoc eſt ſtipis ponderandæ penſatores, libripẽdes dicuntur. Liuius lib.1, Vt diuites conferrent quæ oneri ferendo eſſent, pauperes ſatis ſtipendii péndere, ſi liberos educent. Horat.epod.17.8, Quæ finis,aut quod me manet ſtipendium?

Stipendiis duobus.Plin.libro 7.cap.28.4, Secundo ſtipendio dexteram manum perdidit: ſtipendiis duobus ter & vicies vulneratus eſt.

Caſtrenſia ſtipendia,Vide **Caſtrum.**

Accipere ſtipendium,Vide **Accipio.**

Afficere ſtipendio.Cic.pro Corn.Balbo,49,Idem in angustiis ærarii victorem exercitum ſtipendio affecit.Vide **Afficio.**

Capere ſtipendium,Vide **Capio.**

Cogere ſtipendium,Vide **Cogo.**

Conferre ſtipendium,Vide **Confero.**

Confectis ſtipendiis. Cic.pro L.Manilia,17,Partem militum, qui iam ſtipendiis confectis erant,dimiſit.

Conſtituere ſtipendium militi.Quintil.lib.3.cap.8.13.

Decernere triumphum alicui,ac ſtipendium, & eum decretis omnibus ornare.Brutus ad Atticum in Epiſt.ad Brutũ,17.4. Et Lentulo,lib.1.7.34,Stipendium Cæſari decretum eſt.

Emerita ſtipendia ambitionis.Cic.de Senect.45,At illa quanti ſunt,animum,tãquam emeritis ſtipendiis libidinis, ambitionis,contentionis,inimicitiarum,cupiditatum omnium, ſecum eſſe,ſecúmque(vt dicitur)viuere?

Explere ſtipendia.Tacit.lib.3,Quãquam ipſe plureis per prouincias quadraginta ſtipendia expleuiſſet.

Facere ſtipendia pedibus. Liuius,Sed quitum ſtipendia pedibus propter pauperiatem feciſſet. Vide **Facio.**

Imbui ſtipendiis caſtrenſibus,Vide **Imbuo.**

Imponere ſtipendium,Vide **Impono.**

Mereri ſtipendia. Cic.pro Cælio,7. Et 1.de Orat.143, Quum Aſellus omnes prouincias ſtipẽdia merentẽ ſe peragraſſe gloriaretur. Et pro Mure.10,Merere ſtipẽdia in bello. Vide **Mereo.**

Metiri ſtipendium,Vide **Metior.**

Numerare ſtipendium.Cic.in Piſonem,69,Quid ſtipendium militibus per omnes annos à ciuitatibus menſis palàm propoſitis eſſe numeratum?

Perſoluere ſtipendium,Vide **Perſoluo.**

Stipendiâlis,& hoc ſtipendiâle,pen.prod. Quod pertinet ad ſtipẽdium.Sidonius,Poſſit fœdere ſub ſtipendiali.

Stipẽdiarius, Adiectiuũ,Tributarius,qui ſoluẽdo ſtipendio obnoxius eſt, qui alio nomine vectigalis dicitur. Vnde multi populi ſtipẽdiarii Reip.Romanæ dicebãtur,hoc eſt ſoluebãt ſtipendiũ. Cæſar in Cõment.lib.1, Reliquáſque ciuitates ſtipendiarias haberent. Sic lib.7.bel.Gall.33,Ne ſtipẽdiariis Heduorũ expugnatis,cũcta Gallia deficeret. Plin.lib.3.ca.3.2,de Hiſpania citeriore loquens,Prouincia ipſa ccc xiii continet oppida. in his colonias xii. oppida ciuiũ Romanorum xiii.Latinorum veterum xviii. fœderatorum vnum,ſtipendiaria cxxx. Idem lib.3.cap.1.4, de Bætica, Oppida habet Latio antiquitus donata xxix.libertate ſex,fœdere tria,ſtipendiaria cxx. Cic.1.Verr. 5,Socii,ſtipendiariíque Pop.Rom.afflicti,miſeri. Sic pro Corn.

Balbo,17,Quæ pateant ſtipendiariis, pateant hoſtibus. Et 3.de Legib.60. Plin.lib.5.cap.4.8,Stipendiarium oppidum.

¶ Stipendiarum vectigal, Id eſt certum.Cic.5. Verr.10, Inter Siciliam cæteráſque prouincias iudices, in agrorum vectigaliũ rationibus hoc intereſt, quòd cæteris aut impoſitum vectigal eſt certum,quod ſtipendiarium dicitur,&c.aut cenſoria locatio conſtituta eſt.

Stipendióſus,pen.prod.Adiectiuum,Stipendioſos Vegetius vocat ærarios milites,ſiue mercenarios, qui ſtipendia faciunt: quantis & ſtipendioſi dicantur,ſtipendus plenus:hoc eſt qui ſtipendia plurima fecerunt.

Stipendior,ſtipendiâris,ſtipẽdiari, Stipendium recipere. Plin.lib. 6.cap.19.4,Regi eorum peditum ſexcenta milia, equitum xxx milia,elephantorum nouem milia,per omnes dies ſtipendiantur.Id eſt,ſtipendia faciunt & merent.

Stipes,ſtipitis,pen.corr.m.g.Fuſtis terræ defixus,vt ait Feſtus. Cæſar 1.bel.Ciuil.109, Foſſas tranſuerſas viis perduſit, atq; ibi ſudes,ſtipitéſque præacutos defigit.

Grauis ſtipes.Senec.Herc.furente,13.20.
Inanis ſtipes.Ouid.de Nuce,7.
Quernus ſtipes.Ouid.4.Faſt.67.
Vaſtus ſtipes.Senec.Herc.furente,13.19.
Viridis ſtipes.Ouid.in Ibin,48.
Defoſſus in agro ſtipes.Ouid.1.Faſt.119.
Ramoſo ſtipite nixus.Ouid.3.Faſt.151.
Nodoſo ſtipite mactare aliquem.Ouid.epiſt.10.11.

¶ Stipes,per tranſlationem accipitur pro Stulto,inſulſo,& fatuo.Terẽt.Heaut.5.1.4, -in me quidnis harũ rerum conuenit, Quæ ſunt dicta in ſtultum,Caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus. Cic. in Piſonem,14,Sed qui tanquam truncus atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modò,poſſet ſuſtinere tamen titulum Conſulatus.

STIPHELVS,pen.cor.Vnus ex Lapithis in cõuiuio à Cæneo interfectus.Ouid.12.Metam.91,

Quinque neci Cæneus dederat,Stiphelúmque,Bromúmque,
Antimachúmque,Helimúmque,ſecuriferúmque Pyracmon.

Stiphelus, Bocatio, vnus ex Centauris, Ixionis & Nubis filij.

Stipo,ſtipas,ſtipare,Claudendo coarctare, denſare que,& quaſi ſtipa ſiue ſtupa obſturare,quod in nauibus fieri videmus. Virgilius 3.Æneid.93,

Dona dehinc auro grauia,ſectóque elephanto,
Imperat ad naues terri,ſtipátque carinis
Ingens argentum,Dodonæóſque lebetas. Columel.lib.9.cap. 13.11, Quoniam ſi non ſperant ceras omnes liquoribus ſtipare, fœtibus expleant. Idem lib.7.cap.8.4, Deinde quo tenerior permaneat,clauſo,neque ventis obnoxio loco ſtipatur per plura tabulata. Virg.1.Æn.88,de apibus, -aut quũ liquẽtia mella
Stipant,& dulci diſtendunt nectare cellas.

Turba ſtipat fora.Ouid.ad Piſonem,8.

¶ Stipare,Circundare aliquem,defendendi illius cauſa.Cic. pro Murena,46,Catilinam interea alacrem,atque lætum, ſtipatum choro iuuentutis,vallatum indicibus atque ſicariis. Idẽ pro Milone,1,Non enim corona conſeſſus veſter cinctus eſt,vt ſolebat:non vſitata frequentia ſtipati ſumus. Idem Attic.lib. 1.13.3,Quum ad forũ ſtipati gregibus amicorũ deſcendimus:reperire ex magna turba neminem poſſumus quicum aut iocari liberè,aut ſuſpirare familiariter poſſumus. Idem 3.Philip.145, Senatum ſtipauerit armatis: armatos in cella Cõcordiæ, quum Senatum haberet incluſerit. Virgil.4.Georg.44,

Ille operum cuſtos:illum admirantur,& omnes
Circunſtant fremitu denſo,ſtipantque frequentes.

Cœtus miniſtrũm huc ſtipantur.Stat.3.Syl.1.18.

Caterua magna ſtipante inceſſit.Virgil.1.Æneid.100,

Regina ad templum forma pulcherrima Dido
Inceſſit,magna iuuenum ſtipante caterua. Idem 4.Æneid.17,
Tandem progreditur magna ſtipante caterua.

Stipâtus,pen.prod.Participium:vt Curia ſtipata veterũ patribus. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.28.

Comitum turba ſtipata eſt dea. Ouid.5.Metam.38.
Turba ſtipata tegebat eam.Virgil.11.Æneid.3.

Stipatio,Verbale,Ipſe ſtipandi actus. Cic.pro Sylla,49, Eius aſpectus,cõcurſatio,ſtipatio,greges hominum perditorum, metum nobis ſeditionéſque afferebãt. Plin.lib.10.cap.21.3,Feſſi proferuntur ad primos,ita cæteri ſtipatione naturali propellũt eos.

Aggreſſionum, & enthymematum ſtipatio. Quintil.libro 5. cap.14.21.

Stipâtor,pen.prod.ſtipatôris,m.g.Qui in nauibus ſtipã, ſiue ſtupam componit,inquit Seruius.

¶ Stipatores, Qui regum vel aliorum corpora cuſtodiunt. A ſtipe quam accipiebant: vel quòd reges ſtipent,& vndique circundent. Cic.libro 2.Offic.34, Præmittebátque de ſtipatoribus ſuis,qui ſcrutarentur arculas muliebres, & nequod in veſtimẽtis telum occultaretur,exquirerent. Idem 5.Verr.53,Apronius ſtipatores Venerios ſecum habebat,ducebat eos circum ciuitates. Idẽ pro Lege agraria,43, Ianitores ex equeſtri loco ducentos in annos ſingulos, ſtipatores corporis conſtituit,eoſdem miniſtros & ſatellites poteſtatis. Feſtus, Stipatores Acteius Capito ait dictos à ſtipe, quam mercedis nomine accipiant cuſtodes cuiuſque corporis: vnde ſtipam,in quam amphoræ, quum extruuntur,formari ſolent. Idem alioloco, Stipatores,corporis cuſtodes, quos antiqui latrones vocabãt.Stipati enim ferro circundant corpora regum. Horat.1.Serm.ſaty.3.18,

-dum tu quadrante lauatum
Rex ibis,neque te quiſquam ſtipator,ineptum
Præter Criſpinum ſectabitur.

Stipticus,pe.cor.Adiectiuum, Quod ſtipat:hoc eſt obſtruit. Plin. lib.21.cap.13.3,Quæ ex his phœnicium colorẽ habet,radice contrita cuicunque animalium impoſita, vlcerum facit ſtipticam vim.Scribitur & per y pſilon,à Græco στύφω.

Stipo,ſt.pis:vel ſtip.s,huius ſtipis,fœm.g.dicitur pecunia quam antiqui vel in ærariũ reponebant,vel diis offerebant,vel mendicis porrigebant ad ſuſtentationem vitæ. Plin.epiſt.16.1.2,Elutiatuſque facit gargitem, qui lato gremio pateſcit purus & vitreus,vt numerare lactas ſtipes & relucentes calculos poſſis.

Mercenariæ ſtipis ancilla,pro Scorto.Plin.lib.10.cap.63.1.

¶ Cogere ſtipem. Cic.2.de Leg.36,Præter Idææ matris famulos,eóſque iuſtis diebus,nequis ſtipem cogito.

Colligere ſtipem,Vide **Colligo**.

Stipem conferre, Vlpianus de Collect. illic. Sed tenuioribus permittitur ſtipem menſtruam conferre, dum tamen ſemel in mẽſe coeant. Liu.5.ab Vrbe,114,Nihil de collatione dicere ſtipis verius quàm decimæ,quãdo eaſe quiſque priuatim obligarit,liberatus ſit populus.

Stipem confert hæc res, Id eſt fructum. Columel.lib.8.cap.1, Quippe villaticæ paſtiones,ſicut pecuariæ, non minimam colono ſtipem conferant.

Largifica ſtipe ditantes omnia.Lucret.lib.2.117.
Focilare miſerum parua ſtipe.Ouid.ad Piſonem,26.
Parua ſtipe opes quærere.Ouid.4.Faſt.70.

Stipem ſpargere.Plin.lib.33.cap.10.5,Populus Ro.ſtipem ſpargere cœpit,Sp.Poſthumio,Q.Martio c o ſſ. tanta pecunia erat, vt eam conferret L.Scipioni,ex qua is ludos fecit.

Stipula, ſtipulæ,pe.cor.A ſtipa ſiue ſtupa deducitur:ſiue quòd ſtupæ inſtar vratur, ſiue quòd ea quoque ſtipari tectorum rimæ conſueuerũt.Calamus eſt frumenti, puta tritici,hordei,& ſimilium,quod ſcilicet continet ſpicam. Plin.lib.14.cap.16.3, Proximum ſit è milii ſemine maturo cũ ipſa ſtipula. Virg.3.eclog. 6,Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen.

Crepitans ſtipula.Ouid.4.Faſt.158,

Móxque per ardentes ſtipulæ crepitantis acernos
Traiicias celeri ſtrenua membra pede.
Fabalis ſtipula.Ouid.4.Faſt.140.
Leuis ſtipula. Virg.1.Georg.17.
Viridis ſtipula.Virg.1.Georg.63.
Volantes ſtipulæ.Virg.1.Georg.65.

¶ Stipula,Quæ remanet in campo,demeſſo frumento.Terẽt. Adelph.5.3.62, -præter hæc
Meridie ipſo faciem vt ſtipulam colligat.

Stipulor,pe.cor.ſtipulâris,ſtipulári,Verbum iuris eſt,Poſtulare ſibi promitti aliquid ſolennib⁹ verbis. Cic.2.de Legi.84,Si is cui legatũ eſt, ſtipulat⁹ eſt id ipſũ quod legatũ eſt, vt ea pecunia ex ſtipulatione debeatur. Idẽ pro Roſ.Com.7,Stipulat⁹ es:vbi:quo die:quo tẽpore: quo præſente: quis ſpopõdiſſe me dicit:nemo. Varro 2.de Re ruſt.ca.1.15,In emptione aliàs ſtipulandũ ſtatim eſſe è valetudinario,aliàs è ſano pectore,aliàs è neutro. Ibidẽ, ca.3.4, Itaque ſtipulátur paucis exceptis verbis,ac Manilius ſcriptũ reliquit,ſic,Illas capras hodie rectè eſſe, & bibere poſſe, haberé:q; rectè licere. Iuriſc.Si ita à te ſtipulatus fuero,Quãto minus à Titio cõſecutus fuero, tantũ dare ſpõdes? non ſolet dubitari quin ſi nihil à Titio fuero cõſecutus, totũ debeas quod Titius debuerit. Colu.in Præf.lib.10,Fœnoris tui Syluine, quod ſtipulanti ſpoponderam tibi, reliquam penſiunculam percipe.

¶ Stipulor, Verbum commune eſt ſecundum Priſcianum lib. 8.quod tam in actiua, quàm in paſſiua ſignificatione ablatiuo iungitur.Plin.epiſt.35.12,Nam & rationibus Martiani,& ſermone quem ille habuerat in ordine Leptitanorum, operam ſuam priſco ad turpiſſimum miniſterium commodaſſe,ſtipulatúſque de Martiano quinquaginta millia denariorum probabatur. Plaut. Curc.9.15, Ibidem erunt ſcorta exoleta, quique ſtipulari ſolent. Suetonius,Prætorum lectoria quæ vitat minorem annis vigintiquinque ſtipulari. Id eſt interrogari.

Stipulâtor,pen.prod.ſtipulatôris,Verbale maſc.Qui per interrogationem obligat promiſſorẽ. Cic. pro Quintio,40, Literæ P. Quintii,teſtes tot, quibus omnibus cauſa iuſtiſſima eſt cur ſcire potuerint: nulla cur mentiantur, quum à ſtipulatore tuo comparabuntur.

Stipulatio,Verbale.Pomponius Stipulationum,Stipulatio eſt verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum, facturúmve ſe quod interrogatus eſt,reſpondet. Senec.de Benefic. lib.3.cap.15, Vtinam nulla ſtipulatio emptorem venditori obligaret: nec pacta conuentáque impreſſis ſignis cuſtodirentur, fides potius illa ſeruaret, & æquum colẽs animus. Cic.ad Atticum,lib.16.epiſt.6.9, Etſi nõdum ſtipulationes legeram(nec enim Eros venerat)tamen rem pridie Idũm velim cõficias. Idem 1.de Legib.21, Quamobrem quò me vocas, aut quid hortaris? &c.aut ſtipulationum & iudiciorum formulas componã, quæ & ſcripta à multis ſunt diligenter, & ſunt humiliora quàm illa quæ à nobis expectari puto.

Stipulatiũcula,pen.corr.Diminut.Cic.1.de Oratore,85,Tu mihi, quum in circulo decipiare aduerſarii ſtipulatiuncula, & quum obſignes tabellas clientis tui, quibus id ſit ſcriptum,quo ille capiatur, ego tibi vllam cauſam maiorem committẽdam putem?

Stipulâtus,huius ſtipulátus,pen.prod.m.g.Idem quod ſtipulatio. Plinius,Iouis deorum ſummi ſtipulatu.

Stiria/ſtiriæ, Propriè eſt aqua frigore concreta pendens, gutta timque ſtillans.Martial.lib.7.36,Turpis ab inuiſo pẽdebat ſtiria naſo. Virgil.3.Georg.74,Stiriáque impexis induruit horrida barbis. Plin.lib.34.cap.12.9,Fit & pluribus modis,genere eo in ſcrobe cauato: quarum è lateribus diſtillantes hyberno gelu ſtirias,ſtalagmias vocant,neque eſt purius aliud,&c.

Stiricidium, ſtiricidii,quaſi ſtillicidium,quum ſtillæ concretæ frigore cadunt.

Stirps/ſtirpis.quum de homine dicitur, f.g.eſt.Dicitur & ſtirpis,teſte Seruio.Virg.7.Æneid.59,Heu ſtirpem inuiſam. Idem 3.Æneid.19, -quæ vos à ſtirpe parentum
Prima tulit tellus.
Stirps ſceleratorum hominum.Cæſar 6.bel.Gall.112.
A ſtirpe,Vide **A** vel **Ab** præpoſitiones.
Author ſtirpis.Senec.Agamem.4.14,Phœbum nefandæ ſtirpis authorem vocas?
Egẽs ſtirpis.Stat.1.Syl.2.35, -at enim hic tibi ſanguine toto
Deditus,vnam omnes inter miratur,amátque,
Nec formæ,nec ſtirpis egens.
Altæ ſtirpes ſtultitiæ.Cic.3.Tuſcul.11.
Antiqua à ſtirpe ortus.Virgil.1.Æneid.13.
Diuinæ ſtirpis alumnus.Ouid.2.Metam.117.
Egregia ſtirps.Virgil.5.Æneid.60,
Regius egregia Priami de ſtirpe Diores. Subauditur NATVS.
Fœminea ſtirps.Ouid.13.Metam.141.
Humili de ſtirpe creatus.Ouid. 14.Metam.140.
Lemniaca ſtirps,Vide LEMNOS.
Nefanda ſtirps.Senec.Agamem.4.14.
Præclara ſtirps.Virgil.4.Geor.64.
Virilis ſtirps.Ouid.13.Metam.107.
Vltima ſtirps.Senec.Herc.furente,4.11,Ipſúmque Cadmi nobilis ſtirpem vltimam occidere.
¶Stirps,quum de arboribus dicitur, maſc. gen.eſt. Virgil.11. Æneid.42, Quum ſemel in ſyluis imo de ſtirpe reciſum. Cic. 7.Verr.107,Ego naues inanes fuiſſe dico: remiges, nautáſque dimiſſos: reliquos ſtirpibus vixiſſe palmarum.
Committere ſtirpes ramis.Lucret.lib.5.174.
Cum imis ſtirpibus euellere aliquid.Virgil.2.Georg.42,
Et nemora euertit multos ignaua per annos:
Antiquáſque domos auium cum ſtirpibus imis Eruit.
Obruere ſtirpes aruo.Virgil.1.Georg.5.
Inuenitur etiam fœmininũ. Horat.Stirpéſque raptas,& pecus,& domos. Columel.lib.2.cap.2,Præfractas ſtirpes. Ibidẽ, cap.9.Locis glabrentibus ſine vlla ſtirpe ſeminum areas reddit. Idem lib.3.cap.5,Nam depoſitæ ſtirpes valido ſolo,&c.
Octogenæ ſtirpes,Vide Octogenus in **Octo**.
Validæ ſtirpes.Virgil.2.Georg.74.
Stirps quæſtionis,Origo, Fundamentum: per tranſlationem. Cicero 4. de Finib.7, Differo eam partem quæ quaſi ſtirps eſt huius quæſtionis.

Stirpeſco,ſtirpeſcis,ſtirpeſcere,In ſtirpẽ conuerti.Plin.lib.19.cap. 8.11, Sarriri iubet idem non antè quàm aſparagus natus fuerit, ne in ſarriendo radices vexentur, ex eo velli aſparagum ab radice.Nam ſi defringatur,ſtirpeſcere & intermori.

Stirpitus,pen.corr.Aduerbium,Id eſt radicitus.Cic.lib.4. Tuſcul. 35,Hunc errorem, quaſi radicem omnium malorum, ſtirpitus Philoſophia ſe extracturam pollicetur.

Stiua,ſtiuæ,Aratri manica, nẽpe quæ tenetur manibus quum aratur.Virgil.1.Georg.35,Stiuáque quæ currus à tergo torqueat imos.Dicta ſtiua à ſtãdo,quia ſuper eam regula ſtat,& eſt quaſi temo inter boues. Columel. lib.1.cap.9.2, Quod in re ruſtica nullo minus opere ſatigatur prolixior, quia in arando ſtiuæ pene rectus innititur.
Innixus ſtiuæ arator.Ouid.8.Metam.44.
Premere ſtiuam. Ouid.4.Faſt.166, Inde premens ſtiuam deſignat mœnia ſulco.

Stlata,ſtlatæ,Genus nauigii(inquit Feſtus)latum magis quàm altum:à latitudine ſic appellatum:ſed ea cõſuetudine qua ſtlotum,pro lotum:ſtlitem,pro litem dicebant antiqui: qui dictionibus ab l incipientibus,ſ & t literas præponere ſolebant.

Stlatarius,ſtlatarii,Qui ſtlata vehit:ſicut à ſcapha ſcapharius.

Stlatarius,adiect.Quod mari portatum eſt, quaſi ſtlata aduectũ. Iuuen.Saty.7.14, Spondet enim Tyrio ſtlataria purpura filo.

Stlembus,ſtlembi,m.g.Grauis & tardus.Lucilius, Atque equũ pedibus ſtlembum.

Stlopus,ſtlopi,m.g.Sonus qui ex inflatione buccarum erumpit.Perſius Saty.5.2,Nec ſtlopo tumidas intendis rumpere buccas. Alii ſcribunt ſcloppo.

Sto,ſtas,ſteti,ſtatũ,ſtare,In ſe,& ſua mole cõſiſtere,cui opponitur ſedere.Plau.Cap.2.1,Hos quos videtis ſtare hîc captiuos duos
Illi qui ſtant,hi ſtant hîc ambo,non ſedent:
Vos,vos mihi teſtes eſtis,me verum loqui. Idem Merc.2.2.16,
-ilico
Sta Charine.c.qui me reuocat? Terent.Phorm.1.4.18,
-ſta illo.o.hem,
Satis pro imperio,quiſquis es. Idem Eunuch.5.2.4, -interim
Dum ante oſtium ſto,notus mihi quidam obuiam Venit.
Stant aduerſis veſtigiis contra noſtra veſtigia Antipodes.Cic. 4.Acad.110.
¶Stare,de inanimatis etiã dicitur,vt nauis,flumẽ,currus.ſol quoque & luna ſtare dicuntur. Plaut.Amphit.4.110, Neque ſe luna quoquam motat, ſtátque vti exorta eſt ſemel. Virgil.8. Æneid.47, Stabat acuta ilex. Stat.11.Thebaid.85,
-& flentes ſtabant ad flumina ſylvæ.
¶Stare & Fugere,contraria.Cic.2.Tuſcul.43,Abiecto ſcuto fugiat quantum poſſit, ob eámque cauſam pereat nonnunquã, etiam integro corpore,quum ei qui ſteterit,nihil tale euenerit.
¶Stare,In ſententia manere.Cic.ad Brutũ,10.7, Qui ſi ſteterit idem,miliúque parauerit,&c.
¶Stare,cũ aduerbio per locũ ſignificãte,vt hac,illac, qua,&c. Ouid.1.de Ponto,eleg.1.3, Quà ſteterãt artes,pars vacat illa tibi.
¶Stat à me,Vide in **A** præpoſitione,A me ſtat.
Stat à cauſa bonorũ. Cic.de Clar.Orat.148, Talis Trib. plebis fuit vt nemo contra ciuium perditorũ popularem turbulẽtámque dementiam à Senatu, & à bonorum cauſa ſteterit conſtãtius. Idẽ 2. de Inuent.94,Ergo horũ vnumquodque in reprehenſione,aut non eſſe ſignum, aut parum magnum eſſe,aut à ſe potius,quàm ab aduerſariis ſtare.
Acies ſtat.Quintil.lib.6.cap.4.13, Dum ſtat acies, multi in re conſilii atque artis eſt.
In acie ſtare. Plancus ad Ciceronem, lib.10.13.13,Tu mi Cicero,quod adhuc feciſti,idem præſta,vt vigilanter neruoſéq; nos qui ſtamus in acie,ſubornes.
Ad vndam ſtare.Virg.4.Georg.71.
Stetit ad eã diẽ ciuitas illa Lycurgi legib⁹. Liu.9.bel.Mac.136.
Stare ad curiam.Cic.1.in Catil.18, Hos,quos video volitare in foro, quos ſtare ad curiam, quos etiam in Senatum venire, qui nitent vnguentis,qui fulgẽt purpura,&c. Idem 3.Verr.41,Ne hæc quidem duo ſigna pulcherrima quæ nunc ad impluuium tuum ſtant, quæ multos annos ad valuas Iunonis Samiæ ſteterunt,habes quomodo emeris.
Stare ad cyathum,Vide **Cyathus**.
Stare ad Senatum in Capitolio.Cic.4.Acad.148.
Ad verbera ſtare.Ouid.1.Amor.eleg.6.4,
Certè ego quum poſita ſtarem ad verbera veſte,
Ad dominam pro te verba tremente tuli.
In æquo alicui ſtare,Æqualẽ eſſe.Sene.de Benef.lib.2.cap.29, Vix ſibi temperant quin eouſque impudentiæ prouehantur, vt naturam oderint, quòd infra deos ſumus,quòd non in æquo illis ſumus,quòd non in æquo illis ſtetimus.
Stat ager ſentibus,apud Cæcilium,pro Horret.
Animis ſtare,Animũ non abiicere.Cic.Attico,lib.5.10&3,Stamus animis:& quia cõſiliis,vt videmur,bonis vtimur,ſperamus.
Animo ſtare,& Deſipere,contraria.Horat.2.Serm.ſaty.3.43,
Alax immeritos dum occidit,deſipit,agnos:
Quum prudens ſcelus ob timulos admittis inanes,
Stas animo?

Ante pedes alicuius ſtare, Coram aliquo. Virg. 5. Æneid. 76.
Ante oculos noſtros ſtetit. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 4.

Authore certo ſtare. Liu. 8. ab Vrbe, 106, Nec quiſquã æqualis temporibus illis ſcriptor extat, quo ſatis certo authore ſtetur.

Stare circùm, pro Circunſtare. Virgilius 10. eclog. 4, Stant & oues circùm.

Conditionibus & conuentis ſtare. Cic. ad Atticum, lib. 7. 134. 1, Omnes cupiebant Cæſarem ſtare abductis præſidiis conditionibus his quas tuliſſet.

Conſilio alicuius ſtare. Liuius 7. ab Vrbe, 166, Vbi ſententiam meam vobis peregero, tum quibus eadẽ placebũt, in dexteram partẽ taciti trãſibitis: quæ pars maior erit, eo ſtabitur conſilio.

In conſpectu ſtare. Liu. 7. bel. Pun. 106, Scipio circunnectus ordines ſignáque, oſtendebat hoſtẽ, prædamnata ſpe æquo dimicandi campo, captantem tumulos loci fiducia, non virtutis aut armorum ſtare in conſpectu.

Contra aliquem ſtare. Virgil. 5. Æneid. 83,
Hæc germanus Eryx quondam tuus arma gerebat:
Sanguine cernis adhuc, ſparſóque infecta veneno.
Hic magnum Alciden contra ſtetit. Idem 5. Æneid. 96, Dixit, & aduerſi contra ſtetit ora iuuenci. Quintil. lib. 11. cap. 1, Poteſt aliquando mater & in re leuiore aut minus infeſta contra filium ſtare. Cic. de Clar. Orat. 66, Quum is contra populi ſtudium ſtetiſſet.

Stare à mendacio contra verum. Cic. 1. de Inuent. 6, Quibus in controuerſiis quum ſæpe à mendacio contra verum ſtare homines conſueſcerent, dicendi aſſiduitas abluit audaciam.

Conuentis ſtare. Cic. 3. Offic. 119, Facere promiſſa, ſtare cõuentis, reddere depoſita: commutata vtilitate fiunt inhoneſta.

Cum aliquo ſtare, pro Partes eius ſequi, & ei fauere. Terent. Phorm. 1. 2. 39, Nam ni hæc ita eſſent, cum illo haud ſtares Phædria. Id eſt pro illo. In eius parte ſtamus pro quo facimus, inquit Donatus. Liu. 6. bel. Pun. 116, Quid igitur minus conueniat milites, quàm quum alix ſuper alias clades cumularentur, ac dii prope ipſi cum Annibale ſtarent, &c. Sic 7. bell. Maced. 111. Cicero 4. de Fin. 74, Mihi autem æquius videbatur, Zenonem cum Polemone diſceptantem, à communibus vitiis progrediẽtem videre vbi primum inſiſteret, & vnde cauſa controuerſiæ naſceretur, non ſtantem cum his, qui ne dicerent quidem ſua ſumma bona à natura profecta. Idem 1. de Inuent. 117, Quẽadmodum ei dicebamus, qui à ſcripto diceret, hoc fore vtiliſſimum, ſiquid de æquitate ea quæ cum aduerſario ſtaret, derogaſſet: ſic huic, &c.

Decreto Senatus ſtare, pro Obedire, & non pronocare. Cæſ. 6. bel. Gall. 51, Siquis aut priuatus aut publicus eorum decreto nõ ſtetit, ſacrificiis interdicunt. Liu. lib. 3. ab Vrbe, Siquis collegam appellaſſet, ab eo ad quem venerit, ita diſcedebat, vt pœniteret non prioris decreto ſtetiſſe.

Fabula dicitur ſtare. Terẽt. in prol. Hecyræ, 15, Partim ſum earum exactus, partim vix ſteti. Vbi Donatus, Agitur fabula quũ recitatur: ſtat quum placet.

Fide ſtare. Liu. 3. bel. Pun. 113, Itaque niſi fide ſtaret Reſp. opibus non ſtaturam.

Stat parum fides apud eum. Plaut. Pſeud. 7. 61,
Ædepol meritò eſſe iratum arbitror,
Quum apud te ſtet parum fides.

In fide ſtare. Cic. pro Rabirio, perduel. reo, 11, Ac ſi fides Saturnio data eſt, quod abs te ſæpiſſime dicitur, non eam C. Rabirius, ſed C. Marius dedit, idémq; violauit, ſi in fide non ſtetit.

Fiducia belli ſtetit auxiliis Palladis. Virgil. 2. Æneid. 35.

Ad finem ſtare, Durare vſque ad extremũ. Ouid. 1. Amor. ele. 6. 3, Et ſtetit ad finem longa tenáxque fides.

Firmum ſtare, Non moueri, conſtantem eſſe. Liuius, Reſiſtis autem aduerſus famam, rumoréſque hominum, ſi ſatis firmus ſteteris.

Stat gratia. Virgil. 4. Æneid. 108, Et bene apud memores veteris ſtat gratia facti.

Imperiũ puero ſtetit. Liu. 1. ab Vrbe, 10, Tantiſper tutela muliebri (tanta indoles in Lauinia erat) res Latina, & regnum auitum paternúmque puero ſtetit.

In eo quod iudicatum eſt ſtare. Cic. 1. de Finib. 72, Nec enim ſatis eſt iudicare quid faciendum, non faciendúmve ſit: ſed ſtare etiam oportet in eo quod ſit iudicatum. Id eſt obtemperare, aſſentiri, fidem habere, hærere, vel perſiſtere.

In eo quod oſtenderis, ſtes. Cic. ad Atticum, lib. 2. 19. 1, Si in eo quod oſtenderat, non ſtat, mihi maximè placeat, ea quæ malè empta ſunt reddi.

Spes & victoria ſtabat in ducibus. Silius lib. 17. 81.

Inſtitutis alicuius ſeruandis ſtare dicitur vrbs. Cic. 4. Acad. 6, In eodem tanta prudentia fuit in conſtituendis, tẽperandiſque ciuitatibus, tanta æquitas, vt hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſeruandis, & quaſi veſtigiis perſequendis.

Iudicio alicuius ſtare, pro Eius iudicio adhærere, obtemperare, aſſentiri. Cic. ad Atticum, lib. 8. 148. 1, Dionyſius quidem tuus potius quàm noſter, cuius ego quũ ſatis cognoſſem mores, tuo tamen potius ſtabam iudicio, quàm meo, &c. Idem 1. Tuſcul. 107, Stare iudicio multitudinis.

Iudicata re ſtare. Cice. pro Flacco, 39, M. Gratidius legatus, ad quẽ eſt aditum, actionem ſe daturum negauit: re iudicata ſtari oſtendit placere.

Iureiurando alicuius ſtare. Quintil. lib. 5. cap. 6, Alieno iureiurando ſtare quàm ſuo mauult.

Ius exemplis ſtat. Liu. 7. bel. Pun. 44, Prætor non exoletis vetuſtate annalium exemplis ſtare ius, ſed recentiſſimæ cuiuſque conſuetudinis vſu volebat.

Iuxta aliquem ſtare. Stat. 11. Thebaid. 114.

Loco ſtare. Colum. lib. 6. cap. 6. 2, Qui nec capere cibos ſinit, gemitus exprimit, locóque ſtare non patitur, ſæpe decumbere, & agitare caput, caudámque crebrius agere. Cæſar 6. bel. Gal. 161, Tertiæ cohortis Centuriones ex eo quo ſtabãt loco receſſerũt. Virg. 3. Georg. 17, -tũ ſiqua ſonũ procul arma dedẽre, Stare loco neſcit. Lucan. li. 1. 29, -ſed neſcia virtus Stare loco.

Stare meliore loco, per tranſlationem. Cic. in Saluſtium, 4, At quanto meliore loco Reſpub. ſtaret, ſi tu par ac ſimilis ſceleſtorum ciuium, vnà cum illis adnumeratus eſſes!

Mare placidum ſtat ventis. Virgil. 1. eclog. 6.

Mens ſtetit in dubio. Lucan. lib. 7. 50.

Nox ſtetit ante oculos meos. Ouid. in fragmento, 10,
Dixerat interpres: gelido mihi ſanguis ab ore
Fugit, & ante oculos nox ſtetit alta meos.

Opinione alicuius ſtare. Cice. pro Cluentio, 105, Et ſi vterque Cenſor, Cenſoris opinione ſtandum putauit, quid eſt quamobrem quiſquam noſtrum Cenſorias ſubſcriptiones omnes fixas, & in perpetuum ratas putet eſſe oportere?

Ordine ſtare. Quintil. lib. 7. cap. 1, Nec mihi videntur errare qui ipſam rerum naturam ſtare ordine putauerunt.

Ordine certo ſtetit acies. Lucan. lib. 7. 44.

Pacto ſtare. Liu. 9. ab Vrbe, 53, Nec ego iſtã deditionem accipiam, inquit: nec Samnites ratam habebũt: quin tu Spuri Poſthumi, ſi deos eſſe cenſes, aut omnia irrita facis, aut pacto ſtas?

Pariter ſtare. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 11.

Pede in vno ſtans. Horat. 1. Serm. ſaty. 4. 2.

Per aliquem ſtare, pro Manere in ſtatu. Cic. ad Plancum, lib. 13. 30. 16, Quam partẽ in Rep. cauſámque defenderim, per quos homines ordinéſque ſteterim, quibuſque munitus fuerim, non ignoras.

Stat per me, per te, per illum quo min' id fiat, quàm ego aut tu aut ille cauſa ſumus ne quid fiat. Plinius lib. 18. cap. 18. 9, Nõ ſtat per me quo minus cælũ intelligas, & cæleſtia ſcias. Quintil. lib. 3. ca. 8, Nõ per me ſtetit, ſed per illa. Terent. And. 4. 2. 16,
Si poterit fieri vt ne pater per me ſtetiſſe credat,
Quo minus hæ fierent nuptiæ, volo. Liu. 4. bel. Pun. 76, Adeò grauiter eſt ab Conſule increpatus: vt per eum ſtetiſſe diceret, quominus accepta ad Cannas redderetur hoſti clades. Idẽ 6. ab Vrbe, 119. Et 9. bel. Maced. 193, Alia nõ per ſe ſtetiſſe quominus facerent, ſed per eos ipſos qui recuſarent. Cæſar 1. bel. Ciuil. 51, Graniterque eam rem pertulerunt, quòd ſtetiſſe per Trebonium quominus oppido potirentur, videbatur.

Prælia ſtant mihi cum domina mea. Propert. lib. 3. eleg. 5. 1,
Pacis Amor deus eſt, pacem veneramur amantes,
Stant mihi cum domina prælia dura mea. Id eſt non exercemus prælia.

Pretium ſtat merci. Plaut. Milite, 10. 131,
Sicuti merci pretium ſtat, pro virtute vt væneat:
Quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.

Pro aliquo ſtare. Quintil. lib. 5. cap. 11, Pro Iuba atq; Afris inimiciſſimis Populi Rom. ſtetiſſe. Liu. 8. bel. Maced. 110, Et ſucceſſiſſet fraus, ni pro iure gentium, cuius violandi conſilium iritum erat, ſtetiſſet fortuna.

Procul ſtare. Tibull. lib. 1. eleg. 6. 9.

Promiſſis ſtare. Cic. 1. Offi. 48, Iam illis promiſſis ſtandum nõ eſſe quis non videt, quæ coactus quis metu, quæ deceptus dolo promiſerit?

Propius ſtare. Horat. de Arte, 73.

Ratio & fortuna cum aliquo ſtat, quũ quid iure facit, & fortuna arridente. Liu. 5. ab Vrbe, 171, Adeò non fortuna modò, ſed ratio etiam cum Barbaris ſtabat.

Sanguis ſtetit. Plin. epiſt. 154.

Stat ſententia, pro Immobile & fixum eſt. Terent. Eun. 1. 1. 18, Vide quid agas. 2 H. ſtat ſententia. Plaut. Curcul. 5. 35, Quod

eis reſpondi, ea omnes ſtant ſententia. Liu.4.bel. Maced.51, Stat ſententia, non minuere copias, nequid interim hoſtes inferant ignominiæ. Idē 1.bel.Pun.108,Poſtquam ipſi ſententia ſtetit pergere ire, atque Italiam petere. Ouid.1.Metam.49,

-dent ocyus omnes
Quas meruere pati(ſic ſtat ſententia)pœnas.

In eadē ſententia ſtare.Liu.4.ab Vrbe,190,Stetitq; in eadē ſententia,nequa largitio ceſſura in trium gratiā Tribunorū fieret.

Stare eodem ſtatu.Cic.1.Offic.4.Atque vtinam Reſp.ſtetiſſet quo cœperat ſtatu,nec in homines non tam commutandarum quàm euertēdarum rerum cupidos incidiſſet. Liu.1.bel.Pun. 248,Et C.Attilius Seranus Prætor vota ſuſcipere iuſſus, ſi in decem annos R.P. eodem ſtetiſſet ſtatu.

Suppliciter ſtabat.Horat.1.Serm.ſatyr.8.7.

Talo recto ſtare.Hora.1.epiſt.1.36,Securus,cadat,an recto ſtet fabula talo.

Verbis ſtare.Quintil.lib.7.cap.2.35.

Vi ſtare.Ou.6.Faſt.60,Stat vi terra ſua,vi ſtādo Veſta vocatur.

Voluntate ſtare. Quintil.lib.7.cap.2.35,Generalis igitur quæſtio verbis an voluntate ſit ſtandum.

¶Stat,Conſtat,& in pretio eſt.Liu.3.bel.Pun.137,Multorúmque ſanguine ac vulneribus ea Pœnis victoria ſtetit. Gellius, Magno ei ſtet ea nocte abſentem fuiſſe. Quintilianus Declamat.13.1,Neque ipſe hoc periculum ignoro, expertus non leui documento, quanti ſteterit mihi quòd ſemel imperata nō feci. Plin.epiſt.13.6,Magno mihi ſeu ratio hæc,ſeu facilitas ſtetit.

Pretio magno ſtare,Cōſtare magno pretio.Hora.1. Ser.ſa.2.15

Stat illi res centum talentis. Liu.4.bel.Maced.187,Multitudinis eorum argumentum eſt, quòd Polybius ſcribit centum talentis eam rem Achæis ſtetiſſe: quum quingenos denarios pretium in capita,quod redderetur dominis ſtatuiſſent.

¶Stare,Poſitum eſſe:& cum IN conſtruitur.Virgil.1. Æneid. 131,Omnis in Aſcanio chari ſtat cura parentis.

Aliquando ſine præpoſitione IN.Plautus Captiuis,11.81, Periculum vitæ meæ tuo ſtat periculo poſt mortem.

¶Stare,Manere,& ad multum tempus durare.Cice.1.de Leg. 3, Multáque alia multis locis diutius commemoratione manēt, quàm natura ſtare potuerunt. Virg.1.Æn.11, Troiáque nunc ſtares, Priamíque arx alta maneres.

¶Stare,pro Dignitatem & authoritatem ſuam retinere. Cic. ad Lentulum,lib.1,Ad XVI Calend.Februarias,quum in Senatu pulcherrimè ſtaremus, quòd iam illam ſententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, &c. Id eſt,quum noſtram dignitatem & authoritatem in cauſa defendenda retinemus,fracta Bibuli ſententia. Idē Cecinnæ,lib.6.6.4,Quum me ex Repub. expuliſſent ii, qui illam cadere poſſe ſtante me non putauerunt,memini me,&c. Idem ad Atticum, Vt ea breuiter,quæ poſt tuum diſceſſum acta ſunt,colligam, iam exclames neceſſe eſt,res Romanas diutius ſtare non poſſe.

¶Stat,Certū eſt,decretū eſt,in animo fixū eſt.Virg.2. Æn.150, Stat caſus renouare omnes,omnémque reuerti
Per Troiam. Idem 12.Æn.136, Stat conferre manum Æneæ.

Non adhuc ſtat,pro Non conſtat, certum, vel deliberatū eſt. Cic.ad Atticū,lib.3.54.3, Hinc ſi aliquid à comitiis audierimus, nos in Aſiam conuertemus:neque adhuc ſtabat quò potiſſimū: ſed ſcies.

Stet illud nobis,pro Certum & deliberatum ſit. Cic.Varroni, lib.9.1.11, Sed hæc tu melius: modò ſtet nobis illud,vnà viuere in ſtudiis noſtris, à quibus antea delectationem modò petebamus,nunc verò etiam ſalutem.

¶Statur,Impersonale. Plaut. Pſeud.7.41,Quid agitur?P. ſtatur hīc ad hunc modum. Terent.Eunucho,2.2.40, Summum ſuum impertit Gnato. quid agitur?P. ſtatur.G. video. Pro quid agis?ſto,inquit Donatus.

Stādi,ſtando,ſtandū,Gerundiū.Virgil.5. Æn.77, Quæ finis ſtādi? Standum eſt epiſtolis Domitiani.Plin.in epiſtolis.

Stans,& ſtatūrus, pen.pro.participia.Cic.in Catil.16,Quòd incolumes ciues,quòd ſtantē vrbem reliquit,quanto tandē illū mœrore afflictum eſſe & proſtigatū putatis? Plin.lib.15.cap.13.10, Anaxilaus author eſt,māmas à virginitate illitas,ſēper ſtaturas.

Anni ſtantes in limine vitæ.Stat.2.Syl.1.8.

Freta ſtantia,Quieta.Ouid.7.Metam.41.

Oculi ſtantes.Ouid.6.Faſt.17,Grande caput,ſtantes oculi,roſtra apta rapinæ. Deſcribit Striges.

Paludes ſtantes.Horat.3.Carm.ode 17.2.

Vina ſtantia gelu.Ouid.4.de Ponto,eleg.7.2.

Status,Adiect.Firmus.Plin.libro 18, Iam primum hanc iniuriam omnibus annis accidere nō poſſe propter ſtatos ſyderū curſus. Idem lib.2.cap.13.1, Omnibus autē annis fieri vtriuſq; defectus ſtatis diebus horiſque ſub terra. Ibidē cap.12.4,Quis enim hæc cernēs & ſtatos ſyderū(quoniā ita placuit appellare)labores,&c.

Stati dies, dicūtur qui iudicii cauſa cum peregrino inſtituūtur,vt ait Feſtus.Plaut.Curcul.2.5,Status cōdictus cum hoſte intercedit dies.

Status dies.Plin.epiſt.16,lib.9.ad Muſtium, Ædes vetus ſanè, & anguſta,quum ſit alioqui ſtato die frequentiſſima. Id eſt die feſto. Plin.maior lib.20.29.10,Œnanthe quidem etiam ſtatos latebræ dies habet.

Status dies cum hoſte. Cic.1.Offic.57,Indicant XII TAB. AVT STATVS DIES CVM HOSTE.

Stata forma.Vide Forma.

Stati reditus. Plin.epiſt.109,libro 5, ad Valerianum,Sed prius quàm ſententiæ dicerentur, Nigrinus Trib. plebis recitauit libellum diſertum & grauem, quo queſtus eſt vænire aduocationes,vænire etiam præuaricationes, in lites coiri, & gloriæ loco poni ex ſpoliis ciuium magnos & ſtatos reditus.

Sacra ſtata.Ouid.1.Faſt.131.

Solenne & ſtatum ſacrificium.Cic.1.Tuſcul.183, Quum enim illam ad ſolēne & ſtatum ſacrificium curru vehi ius eſſet, ſatis longè ab oppido ad fanum,&c. Sic Liu.10.bel.Maced.12.

Statum tempus.Plin.lib.9.cap.25.1,Muræna quocunque tempore parit,quum cæteri piſces ſtato pariant.

Status,huius ſtatus,m.g.Conditio,habitus.Plaut.Amph.4.111, Enimuero quando formam cepi huius in me,& ſtatum, Decet & facta, moreſque huius habere me ſimiles item. Idem Mil.5.51,Concrepuit digitis,laborat cerebro,commutat ſtatus. Terent.Eunucho,3.5.50,

Tum equidem iſtuc os tuum impudens videre nimium vellem, Quis eſſet ſtatus,ſtabellum tenere te aſinū tantū. Cic.5.de Fin. 85,Perſe vt quidam habitus oris & vultus,vt ſtatus & motus,in quibus ſunt præponēda quædam & reiicienda. Idē in Bruto, Motu ſic vtetur,vt nihil ſuperſit in geſtu.Stat' erectus,& celſus, rarus inceſſus,nec ita longus. Idē 1.Offic. Status,inceſſus,&c.

Status ſtatuæ. Ci.ad Atticum,lib.6.111.30,Quam ſtatuam eſſe eiuſdem ſtatus,amictus,annulus,imago ipſa declarat.

Status bruti animalis. Columel.lib.7.cap.9, Scrofæ laudātæ longiſſimi ſtatus.

Mediocris ſtatus ſermonis,Vide Mediocris.

Statum animi pellere ictu,Vide Ico,icis.

Indecorus ſtatus.Quintil.lib.1.cap.11.9.

Minax ſtatus,Habitus aut geſtus minax.Hora.3.Car.ode 4.11, Sed quid Typhoeus,& validus Minas,
Aut quid minaci Porphyrion ſtatu,&c.

¶Stat' apud Rhetores dicitur,in quo cauſa maximè vertitur. Quintil.lib.3.ca.6,Status eſt quod ex prima conflictione naſcitur. Exēpli cauſa,Intentio eſt,feciſti homicidiū.Depulſio eſt,nō feci. Quæſtio,an fecerit. Hinc conſtitutio coniecturalis, quæ & ſtatus dicitur. Cic.in Topic.50, Refutatio accuſationis,in qua eſt depulſio criminis,Græcè στάσις dicitur,Latinè ſtat' appellatur: in quo primo inſiſtit quaſi ad repugnandum congreſſa defenſio. Idem 3.Tuſc.135,Vt in cauſis non ſemper vtimur eodē ſtatu(ſic enim appellamus controuerſiarū genera)ſed ad tempus, ad controuerſiæ naturam, ad perſonam accommodamus: ſic in ægritudine lenienda.

Coniecturalis ſtatus,Vide Coniectura.

Legalis ſtatus.Quintil.lib.3.cap.6.48.

Ratiocinatiuus ſtatus,Id eſt ſyllogiſmus. Quintil.li.3.ca.6.31.

Conſtituere ſtatum,Vide Conſtituo.

Facere ſtatum.Quintil.lib.3.cap.6.10, An ſemper is faciat ſtatum,qui reſpondet.

¶Status,pro Fortunæ cōditione,ordine,loco, caſúque: variis verbis fungitur.

Rerum mearum ſtatus.Ouid.7.Metam.103.

Amplus ſtatus,Vide Amplus.

Baſilicus ſtatus,Vide Baſilicus in Baſilica.

Incolumis ſtatus,Vide Incolumis.

Amittere ſtatū vitæ. Cic.Attico,lib.10.195.1, Nō enim tā quā dignitatē,quos honores,quem vitæ ſtatū amiſerim, cogito: ſed quid conſequutus ſim,quid præſtiterim,qua in laude vixerim.

Collocare aliquem Reip.ſtatum.Cic.ad Brutum,15.18,Tua nobis authoritate opus eſt ad collocandum aliquem Reip.ſtatum.

Collocare in ſtatu ampliſſimo.Author ad Herenn.lib.4.169, Quam nobis facultatem fortuna dediſſet, iniquum erat in eorum ſupplicio conſumere, quos eadem fortuna paulo antè in ampliſſimo ſtatu collocarat.

Cōcidere ex amplo ſtatu.Cic.Attico,lib.3.50.1, Ecquis vnquā ex tā amplo ſtatu,in tam bona cauſa, tantis facultatibus ingenii,conſilii,gratiæ,tantis præſidiis bonorū omnium concidit?

Conſiſtere in aliquo ſtatu.Cicero,Quod ſi(vt ſpero)victis hoſtibus noſtris veneritis,authoritate veſtra Reſpub. exurget,& in aliquo ſtatu conſiſtet.

Conuellere de ſtatu.Cic.ad Atticum,lib.8.167.2,Habei ad priſ-
inam epiſtolã:ſecutæ ſunt duæ,pridie Calend.ambæ datæ,quæ
me cõuellerunt de priſtino ſtatu,iam tamen,vt antè ad te ſcri-
pſi,labantem.

Conuellere Reip. ſtatum. Cic.in Piſonem,1, Ego adoleſcen-
tes bonos & fortes, ſed vſos ea conditione fortunæ, vt ſi eſſent
Magiſtratus adepti Reip.ſtatum cõuulſuri viderentur,meis inī-
micitiis, nulla Senatus mala gratia, comitiorũ ratione priuati.

Declinare de ſtatu ſuo.Cicero de Prouinc.Conſul.34, Quan-
uis excipere fortunam,ſubire vim atque iniuriam malui,quàm
aut à veſtris ſanctiſſimis mentibus diſſidere, aut de meo ſtatu
declinare. Idem pro Cluentio, 85, Neque enim dubito quin
ii tales viri ſuſpicione aliqua perculſi repentina de ſtatu ſuo
declinarent.

Deducere aliquem de ſtatu vitæ ſuæ. Cicero 4.Verr.7,Fece-
runt etiam,vt me,cuius fidem,continẽtiãmque cognouerant,
propè de vitæ meæ ſtatu, dolore ac lachrymis ſuis deducerent:
vt ego iſtum accuſarem, à quo mea longiſſimè ratio, volun-
tãſque abhorrebat.

Deiicere aduerſarium de ſtatu. Cic.in Orat.71, Quo genere
nos mediocres, aut multo etiam minus, ſed magno ſemper vſi
impetu,ſæpe aduerſarios de ſtatu omni deiecimus.

Deterrere aliquem de ſtatu ſuo. Brutus ad Ciceronem,lib.11.
11.4, Maleuolentiæ hominum in me,ſi poteris,occurres: ſi non
poteris, hoc aconſolabere, quòd me de ſtatu meo nullis contu-
meliis deterrere poſſunt.

Dimouere de,vel ex ſtatu. Cicero pro Cecinna,31,Non ea ſo
la vis eſt,quæ ad corpus noſtrum,vitãmque peruenit:ſed etiam
multo maior ea quæ periculo mortis iniecto, formidine animi
perterritum loco ſæpe,& certo de ſtatu dimouet. Idem in Pa-
rad.17, Atqui ſi voluptas (quæ plurimorum patrociniis defen-
ditur)in rebus bonis habenda non eſt,eáque quo eſt maior, eo
magis mentem ex ſua ſede & ſtatu dimouet.

Figere & fundare ſtatum Reipub.Cicero Attico libro 1.11.11,
Reipub. ſtatum illum,quem tu meo conſilio, ego diuino con-
firmatum putabã, qui bonorũ omnium coniũctione & authoꝛi-
tate Conſulatus mei fixus & fundatus videbatur,niſi quis nos
deus reſpexerit,elapſum eſſe ſcito de manib⁹ vno hoc iudicio.

Manere ſuo ſtatu, Vide Manco.

Obtinere ſtatum. Cic.pro Com.Balbo,13,Si quo quiſque lo-
co noſtrum eſt iudices natus, aut ſi in qua fortuna eſt naſcendi
initio conſtitutus, hunc vitæ ſtatum vſque ad ſenectutem obti-
nere debet:& ſi,&c.

Ordinare ſtatum Reip.Vide Ordino.

Peruenit in hunc ſtatũ Reſp.Cic.ad Atticũ,lib.9.177.3,Quo-
rum artificiis effectum eſt vt Reſp. in hunc ſtatum peruenireꝛ.

Retinere ſtatũ. Cic.de Aruſp.reſp.56,Hũc ſtatũ qui nunc eſt,
qualiſcunq; eſt,nulla alia re niſi concordia retinere poſſumus.

Reſtituere prouinciam in antiquum ſtatũ. Cic.1.Verr.8,Iam
verò omnium vitiorum ſuorum plurima & maxima conſtituit
monumẽta,& indicia in prouincia Sicilia: quam iſte per trien-
nium ita vexauit,ac perdidit,vt ea reſtitui in antiquum ſtatum
nullo modo poſſit.

Tenere ſtatum ſuum.Cic.Marcello,lib.4.9.11, Nam adhuc &
factum tuum probatur: & vt in tali re etiam fortuna laudatur,
&c. quòd honeſto otio tenueris & ſtatum & famam dignitatis
tuæ. Idem ad Torquatum, lib.6.1.4, Etſi cum magna mole-
ſtia tuos tuáque deſyderas:tamen illa quidem quæ requiris,ſuũ
ſtatum tenent: nec melius ſi tu adeſſes, tenerent: nec ſunt vllo
in proprio periculo.

Tueri ſtatum ſuum.Cic.Pæto,lib.9.16.18,Ego me non putem
tueri meum ſtatum ſic poſſe, vt neque offendam animũ cuiuſ-
quam,nec frangam dignitatem meam.

Statio,Verbale,Loc⁹ in quo naues aut milites tutò ad tẽpus ſtant,
vel in quo frequẽter cõſiſtitur.Plaut.Mil.11.11,Nanq; in ſtatio-
ne ſtat ſenex. Curtius,Cognitũ id per exploratores,qui ſtatio-
nes hoſtium fuerant ingreſſi. Virg.1.Æneid.5,Nũc tantum ſi-
nus,& ſtatio malè fida carinis. Idẽ 10.Æn.60,Frãgere nec tali
puppim ſtatione recuſo. Lętulus Cõſulibus,lib.11.15.7,Tãtum
enim abfuit vt illorum præſidio noſtrã firmaremus claſſem,vt
etiã à Rhodiis,vrbe,portu, ſtatione,quæ extra vrbẽ eſt,cõmea-
tu,aqua deniq; prohiberẽtur noſtri milites. Virg.9.Æn.45,illi
Succedunt,ſeruántque vices:ſtatione relicta
Ipſe comes Niſo graditur. Cæſar 4.bel. Gall.579, Hi qui pro
portis caſtrorum in ſtatione erant, Cæſari renuntiarunt, &c.
Sic lib.1.196.

Comitiaria ſtatio,Vide Comitia.

Malè fida carinis ſtatio.Virg.1.Æneid.5.

Gratiſſima ſtatio mergis.Virg.5.Æneid.16.

Tutiſſima ſtatio nautis.Virg.4.Georg.85.

Agere ſtationem. Tacit.lib.17,Placuit tentari animũ cõhoꝛ-
tis,quæ in Palatio ſtationem agebat. Ibidem,Stationem in ea
ſtris agebat Iulius Martialis Tribunus.

Publica ſtatio mihi clauſa eſt.Ouid.3.Triſt.eleg.1.16.

Manere in ſtatione.Lucret.lib.4.78.

Tuta ſtatione recepi ciectum fluctibus.Ouid.epiſt.7.18.

Portæ ſtatione relicta.Stat.11.Thebaid.48.

Vigili muros ſtatione tueri.Claud.1.in Rufinum,11.

¶ Statio,Officina in quam multi conueniunt.vt de aliqua re
decernatur,& ius dicatur.Gellius lib.13.cap.13,Quæſitũ eſſe me-
mini,in pleriſque Romæ ſtationibus ius publicè docentiũ,&c.
Iuuenalis Saty.11.1, -ſtationes,omne theatrum. Sipontinus.

Peracta ſtatio.Lucan.lib.1.9, -quum ſtatione peracta
Aſtra petes ſerus.

Statiúncula,ſtatiúnculæ,pen.corr.Diminutiuum,Parua ſtatio.

Stationari⁹,ſtationarii.Stationarii milites dicũtur, quib⁹ cuſtodiæ
aut præſidii gratia ſtatio aſſignata eſt. Item qui in vrbibus aut
prouinciis tenentur ad populorũ quietem tuendam. Sipõtinus.

Stationãlis,& hoc ſtationãle,pen.prod. Firmiter ſtans. Plinius de
Syderibus,lib.2.cap.15.3,Eadem ſtationalis ſenis menſibus com-
moratur in ſignis,alioqui bimeſtris:quum exteræ vtraque ſta-
tione quaternos menſes non impleant.

Statiua,pen.prod.ſtatiuõrũ: vel Statiuæ,ſtatiuarũ,Stationes dicun
tur,ſiue munitiones in quibus vt propius pugnent milites,cõſi-
dent. Liu.lib.1.149, Tentata res eſt ſi primo impetu capi Ardea
poſſet.Vbi id parum proceſſit,obſidione munitionibuſq; cæpti
premi hoſtes.In iis ſtatiuis(vt fit)longo magis, quàm acri bello
ſatis liberi cõmeatus erant. Idem lib.9,Statiua noſtra muni-
mento ſatis tuta ſunt. Idẽ 3.ab Vrbe,4,Q.Seruilius in ſequẽti
anno in Æquos miſſus,in Latino agro ſtatiua habuit. Cic.pro
Lege agrar.49,Nũquid cauſæ eſt quin omnes agroꝛ,vrbes,ſta-
tiua,portus,totam denique BithyniamDecemuiri vẽdituꝛi ſunt?

Statiuus,penul.prod.Adiectiuum:vt Statiua caſtra.Cic.7.Verr.14,
Iſte nouo quodam ex genere imperator, pulcherrimo Syracu-
ſarum loco ſtatiua ſibi caſtra faciebat. Idem 12.Philip.335,Hæc
vigilia,hæc cuſtodia,hoc præſidium ſtatiuum.

Statarius, Adiectiuum,Á participio ſtatus, quaſi ſtabilis ſiue ido-
neus ad ſtandum. Terent.in Prolog.Heaut.36,
Adeſte æquo animo,date mihi poteſtatem
Statariam agere vt mihi liceat per ſilentium. Liu.9.ab Vrbe,
103.Statarius vterque miles ordines ſeruant.

Stábilis & hoc ſtábile,pen.corr.Firmum & fixum.Terent.Adelph.
1.1.41, -errat longè,mea quidem ſententia,
Qui imperium credat grauius eſſe aut ſtabilius
Vi quod ſit, quàm illud quod amicitia adiungitur.

Stabile eſt,Hoc eſt certum & ſtatutũ.Plaut.Bacchid.9.15,Profectò ſtabile eſt me patri aurum reddere.

Incertum & Stabile,contraria.Cic.in Topic.36.

Nihil eſt enim tam inſigne,nec tam ad diuturnitatẽ memoꝛi-
æ ſtabile,quàm id in quo aliquid offenderis.Cic.1.de Ora.64.

Stabile & immutabile.Cic.4.Academ.47,Quam nos non cõ
prehenſionem modò rerum, ſed etiam ſtabilem quoque & im-
mutabilem eſſe cenſemus.

Stabilis & firmus animus.Cic.3.de Finib.44,Quod verò nega
ri nullo modo poſſit, quem,inquam,ſtabili & firmo & magno
animo,quem fortem virum dicimus effici poſſe,niſi conſtitutũ
ſit,non eſſe malum dolorem?

Bonum permanens fixum & ſtabile.Cic.5.Tuſc.57.

Connubium ſtabile.Virg.1.Æneid.16.

Habere domicilium certum & ſtabile.Cic.pro Marcello,17.

Fauor nunquam ſtabilis.Senec.Thyeſt.4.4.

Fortitudo robuſta & ſtabilis.Cic.4.Tuſc.78.

Fundamento ſtabili manet fortuna.Lucret.lib.5.216.

Mãla ſtabilia, Non decidua poma, & quæ diutius in arbore
ſtant,vel diu maturitatem retinent, neque citò corrumpuntur.
Cato cap.7.2, Eo lotium ſuillum aut ſtercus ad radicem eorum
addere oportet,vt ſtabilia mãla fiant.

Matrimonium ſtabile & certum.Cic.1.Philipp.61.

Patria ſtabilis,In qua quis perpetuò habitat,nec huc atque il
luc diſcurrit. Plaut.Merc.11.68, -qui finis fugæ?
Quæ patria aut domus tibi ſtabilis eſſe poterit?

Pede ſtabili manere.Ouid.5.Triſt.eleg.15.6.

Quæſtus ſtabilis. Cato in præfat. Maximéque pius quæſtus,
ſtabiliſſimúſque conſequitur,miniméque inuidioſus.

Stabili,firmáque ratione contemnere.Cic.1.Offic.96.

Regnum haud ſtabile.Senec.Herc.furen.6.2.

Stabilis & certa ſententia.Cic 1.de Nat.deorum,1,Eſt enim &
Philoſophi & Pontificis & Cottæ, de diis immortalibus habere
non errãtem & vagam,vt Academici, ſed vt noſtri ſtabilẽ,cer-
támque ſententiam.

Terminus ſtabilis rerum. Horat. in Carm. ſecul. 6.

Via præceps & lubrica, plana & ſtabilis. Cic. pro Flacco, 81.

Vita ſtabilis, Fœlix, & nõ variis caſib⁹ ſubiecta. Lucret. li. 3. 14,

Turpis enim famæ contemptus, & acris egeſtas
Semota ab dulci vita, ſtabilique videtur.

Stabilitas, pen. corr. ſtabilitâtis, Firmitas. Cæſar 4. bel Gall. 584, Ita nobilitatem equitum, ſtabilitatem peditum in præliis præſtãt. Plin. lib. 23. ca. 3. 5, Gingiuis & oris vlceribus, dentium ſtabilitati efficaciſſimè ſubuenit.

Motus, & Stabilitas, contraria. Cic. 2. de Finib. 16.

Qui enim poterit aut corporis firmitate, aut fortunæ ſtabilitate confidere? Cic. 5. Tuſcul. 57.

Stabilitas & firmitas. Cic. 3. de Fin. 77, Quod idẽ in artib⁹ non ſit, & quod virtus ſtabilitatẽ, firmitatem, conſtantiam totius vitæ complectatur, nec hæc eadem in artibus eſſe videamus.

Stabilitas amicitiæ vacillat. Cic. 1. de Fin. 101, Quo loco videtur quibuſdam ſtabilitas amicitiæ vacillare.

Dare aliquibus ſtabilitatem. Cic. 2. de Nat. deor. 179.

Stabilio, ſtãbilis, penult. corr. ſtabilíui, ſtabilítum, penult. prod. ſtabilíre, Stabilem facere, firmare. Plautus Amphit. 4. 40, Regique Thebano Creonti regnum ſtabiliuit ſuum. Plin. lib. 9. cap. 18, Ex his longiſſimi & aſperi quibus ad ora admouent cibos, & in fluctibus ſe velut anchoris ſtabiliunt, cæteri cirri quibus venantur.

Turres quaſſas ſtabilire. Seneca Thyeſte. 7. 5.

Stabilire & figere. Cicero 1. Tuſcul. 139, Hoc igitur probè ſtabilito & fixo, excutiendum eſt vt ſciatur quid ſit carere, ne relinquatur aliquid erroris in verbo.

Magis ſtabilita. Lucret. lib. 3. 41.

Stabilire Remp. cui opponitur Euertere. Cic. 4. de Finib. 107, Niſi fortè cenſeres T. Gracchũ patrem beatiorem fuiſſe quàm filium, quum alter ſtabilire Rempub. ſtuduerit, alter euertere.

Stabiſſmen, pen. prod. & Stabilimentum, ſtabilimenti, Quod aliquid firmiter retinet. Plautus Curcul. 7. 78,

Atque aliquid prius obtrudamus, pernam, ſumen, glandium:
Hæc ſunt ventri ſtabilimenta: panis, & aſſa bubula,
Poculum grande. Cic. 3. de Nat. deorum, 95,

Addo (inquit) huc quod mihi portento cæleſtium pater
Prodigium miſit, regni ſtabilimen mei.

Stœbe, ſtœbes, f. g. Frutex aculeat⁹ cum caule tum folio, ſemine molli, rubido, radice pecoris pabulo gratiſſima, nõ alibi quàm in aquaticis naſcens. Plin. lib. 21. cap. 15. 7, Quædam ſpinã habent in folio, & in caule, vt phleos, quod aliqui ſtœben appellauêre. Idem lib. 21. cap. 21, Stœbe, quam aliqui phleon vocãt, decocta in vino, præcipuè auribus purulentis medetur: item oculis ictu cruentatis, hæmorragiæ quoque & dyſenteriæ infuſa. Si ſtœba vel ſtœbe, idẽ eſt quod phleos (inquit Ruellius) plurimũ à veritate deficiunt, qui ſtœbam eam eſſe herbam contẽdunt, quæ vulgò ſcabioſa dicitur: folio erucæ, laciniato, ſubhirſuto, nõ tamen ſpinis horrente: flore ſpecioſo, diuturno, cærulei coloris, & ex cæſio albicantis, ex qua ſcopæ fieri ſolent. atqui ſcabioſa potius ea eſt quæ pſora Aetio à ſcabie dicta eſt.

STOECHADES, penul. cor. Inſulæ tres Maſſilienſium litori vicinæ, ſingulis nominibus, Prote, Meſe, Hype, hoc eſt, prima, media, & infima. Stœchades ob ordinẽ quo ſitæ ſunt dictæ. Author Plinius lib. 3. ca. 5. Græci enim στοῖχοι dicunt ordinem & verſum. Lucan. lib. 3. 104, ſingulariter protulit, quando dixit, Venerat in fluctus Rhodani cum gurgite claſſis, Stœchados arua tenẽs.

Stœchas, ſtœchadis, penul. cor. Herba à Stœchadibus inſulis ex aduerſo Maſſiliæ, in quibus frequentiſſima eſt, nomen accepit, tenues habet circulos, comam hyſſopi, amaram guſtu. Hanc hodie vocant imperiti *ſticados citrinum*. nanque frutex oſtenditur ſurculoſus, odoratus, capitibus luteolis, ex concoloribus floſculis cõpactis, vnde citrinum vocatur. Plin. lib. 27. cap. 11. 24, Stœchas in inſulis tantum eiuſdẽ nominis gignitur. odorata herba, coma hyſſopi, amara guſtu. Mẽſes ciet potu, pectoris dolores leuat. Antidotis quoque miſcetur. Idem lib. 26. cap. 7. 10, Iſchiadicos dolores & ſpinæ leuat agaricũ potum, vt in tuſſi. Item ſtœchadis aut betonicæ farina ex aqua mulſa. Obſeruauerũt (inquit Ruellius) Arabæ factionis authores alterũ ſtœchados gen⁹, caule ſeſquipedali, pallido, coma tenui, oblonga, ſpica ſterili, quod ſuo gentili cognomẽto Arabicũ vocauerãt, eiuſdẽ cuius & Gallicum effectus. Suſpicatur præterea idem author, Arabicam ferè ſtœchadem inter origani genera comprehendi ſub onitide.

STOICI, pen. corr. Philoſophi appellati ſunt ab στοὰ, quod ſignificat porticũ, quò cõuenire ac diſſerere ſolebãt. Erat enim portic⁹ Athenis dicta Pœcile, ex varietate picturæ. Græci enim ποικίλον variũ dicunt. In hac porticu Zeno philoſophus diſcipulos docebat. Vnde & ſecta Stoica, & philoſophi Stoici nũcupati ſũt, qui antea Zenonii dicebantur à Zenone doctore. Hæc eſt illa porticus Stoicorũ memoratiſſima, quam Chryſippus dictus eſt fulcire, quam pinxit Polygnotus gratuitò. Cic. pro Murena, 56, Fuit enim quidam ſummo ingenio vir Zeno, cuius inuentorum æmuli Stoici nominantur.

Ad Stoicos ſe inclinare. Cic. 3. de Finib. 15.

Stóicus, pen. corr. Adiectiuum: vt Libelli Stoici. Horat. Epod. 8. 3.

Stoicè, Aduerbium. Cic. in Parad. 4, De diis immortalibus, de charitate patriæ, Stoicè ſolet, nullis oratoriis ornamentis adhibitis, dicere. De Catone. Idem pro Murena, 67, At enim agit mecum auſterè, & Stoicè Cato.

Stoícida, ſtoícidæ, pen. corr. Patronymicum maſc. Iuuen. Saty. 2. 7, Fugerunt trepidi vera ac manifeſta canentem
Stoicidæ.

Stola, ſtolæ, Apud veteres dicebatur quicquid tegebat. nam & apud Græcos στολὴ indumẽtum ſignificat. vnde ſtola deducitur. Ennius Telepho, Cedo & cauco cũ veſtitus ſqualida ſeptus ſtola. Idem in eadẽ, Regnum reliqui ſeptus medici ſtola. Ex Nonio. Mart. lib. 3. 51, Rugoſiorem quum geſtas ſtola frontem.

Velatus ſtola. Horat. 1. Serm. ſaty. 2. 15.

Stola, Honeſtæ mulieris veſtis, vſque ad imos pedes demiſſa. Tibullus, Impediat crines, nec ſtola lõga pedes. Varro Eumenidibus, Partum venuſta muliebri ornat ſtola. Cic. 2. Philipp. 61, Quam ſtatim muliebrem ſtolam reddidiſti. Iocus eſt in Antonium qui ſe Curioni proſtituerat. Horat. 2. Serm. ſaty. 3, Ad talos ſtola demiſſa, & circundata palla.

Stola, pro Honeſta muliere. Stat. 1. Sylu. 2. 47,

Omnis plebeio terſtur prætexta tumultu,
Hinc eques, hinc iuuenum cœtu ſtola miſta laborat. Mart. lib. 10. 5, Quiſquis ſtolæve, purpuræve contemptor,
Quos colere debet, læſit impio verſu.

Stolãtus, pen. prod. Adiectiuum, Matronale, atque honeſtum dicimus. Martialis lib. 2. 119,

Quis floralia veſtit, & ſtolatum
Permittit meretricibus pudorem?

Stolata mulier, pro Locuplete & primaria: contrà Togata pro plebeia, & ſecundæ claſſis. Horat. 1. Serm. ſaty. 2. Budæus.

Stolidus, pen. corr. Adiectiuũ, Excors, teter, moleſtus, atque illepidus. Plaut. Amphit. 14. 8, Quid me aſpectas ſtolide? Idem Epid. 9. 36, Ego illic me autem adſimulabam quaſi ſtolidũ. Terentius Heaut. 3. 2. 34, Nónne ad ſenem aliquã fabricam fingit? ſtolidus eſt. Idem And. 3. 2. 12, -ah
Vix tandem ſenſi ſtolidus.

Aures ſtolidæ. Ouid. 11. Metam. 36.

Fiducia ſtolida. Liu⁹ 4. bel. Maced. 175, Cõſul exemplo armis capere milites iuſſit, armatos inde pauliſper continuit, vt & ſtolidam fiduciam hoſti augeret: & diſponeret copias quibus quæque portis erumperent.

Linguæ ſtolidæ conuitia fundere. Ouid. 13. Metam. 62.

Mens ſtolida. Ouid. 11. Metam. 30.

Pecus ſtolidum. Propert. lib. 2. eleg. 17. 2.

Saxum ſtolidũ. Plaut. Milit. 14. 33, Nullũ eſt hoc ſtolidius ſaxũ.

Vatum ſtolidiſſimus. Ouid. 13. Metam. 166.

Stólide, pen. corr. Aduerbiũ. Liu. 5. bel. Pun. 108, Id non promiſſum magis ſtolidè, quàm ſtolidè creditum: tanquam exdem militares, & imperatoriæ artes eſſent. Idem 7. ab Vrbe, 38, Armatum, adornatúmq; aduerſus Gallum ſtolidè lætum, & linguam etiam ab irriſu exerentem, producunt. Plin. lib. 15. ca. 14. 5, Stolidè tument pulmonea.

Ferox ſtolidè. Tacit. lib. 1, Rudem ſanè bonarum artium, & robore corporis ſtolidè ferocem, nullius tamen flagitii compertum. De Agrippa Poſthumo.

STOLO, Stolonis, ciuis Romanus.

Stolo, ſtolõnis, m. ge. quid ſit declarat his verbis Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 2. 8, Nam Stolonis lex illa, quæ vetat plus quingenta iugera habere ciuem Romanum, & qui propter diligentiã culturæ Stolonum cõfirmauit cognomen, quòd nullus in eius fundo reperiri poterat ſtolo, quòd effodiebat circum arbores è radicibus, quæ naſcerẽtur è ſolo, quos ſtolones appellabãt. Plinius lib. 17. ca. 1. 7, Fuere ab arboribus cognomina antiquis: Fróditio militi illi, qui præclara facinora Vulturnũ tranſnatans fróde capiti impoſita, aduerſus Annibalem edidit. Stolonũ Licinæ gentilitia enim appellatur in ipſis arboribus fruticatio inutilis, vnde & pampinatio inuenta primo Stoloni dedit nomen.

Stomacace. Plinius lib. 15. cap. 3. 1, In Germania trans Rhenum caſtris à Germanico Cæſare permotis, maritimo tractu fons erat aquæ, dulcis ſolus, qua pota intra biennium dentes deciderent, compagéſque in genibus ſoluerentur. Stomacacen medici vocabant, & ſceletyrben ea mala.

Stomachus, ſtómachi, pen. corr. maſc. ge. Fiſtula per quam cibus deſcendit, gula ſiue guttur. Plin. lib. 11. cap. 37. 50, Summum

gulæ fauces vocantur postremum, stomachus. Cic.1.de Nat. deor.22, Linguam autē ad radices eius hærens stomachus excipit,quo primùm illabūtur ea quæ accepta sunt, oris vtraque ex parte tōsillas attingēs, palato extremo atq; intimo terminatur. Cels.li.4.ca.1, Deinde duo itinera incipiūt:alterū asperā arteriā nomināt,alterum stomachū.Arteria exterior ad pulmonē,stomach⁹ interior ad vēticulū fertur. Illa spiritū,hic cibū recipit. Paulo pōst,Stomach⁹ verò,qui intestinorū principiū est,nervosus,sept⁹ à septimæ spinæ vertebra incipit,ac circa præcordia cū vēticulo cōmittitur.Vēticul⁹ autē qui receptaculū cibi est,&c.

Stomachus ponitur etiam pro ventriculo, id est receptaculo ciborum.Ab *στόμα τῦ στόματι* ore,& *ἴχω ἀχῶ* habeo,quia os sic habet, vt effundat alió. Iuuen.Satyr.5.5,Si stomachus domini feruet vinóque,cibóque.

Stomachi dissolutio,Vomitus. Plin.lib.9.ca.48,de lepore maris Indici.Vomitum, dissolutionémq; stomachi protinus creat.

Resolutio stomachi. Cels.lib.4.ca.5,Vulgatissimū verò pessimúmque stomachi vitiū est resolutio: id est quum cibi non tenax est,solétque desinere ali corpus,ac sic tabe consumi.

Accipere vulnus in stomacho.Seruius Ciceroni,lib.4.ep.4.

Corroborare stomachum,Vide **Corroborō.**

Ieiunus stomach⁹ rarò vulgaria temnit. Horat.2.Serm.sat.2.8.

Imbecillus stomacho.Celsus lib.1.cap.2,Et imbecillis stomacho(quo in numero magna pars vrbanorum, omnésque penè cupidi literarum sunt)obseruatio maior necessaria est: vt quod vel corporis,vel loci,vel studii ratio detraxit,cura restituat.

Imbecillus stomachus. Celsus lib.1.cap.2,Secunda mensa bono stomacho nihil nocet:in imbecillo coacescit.

Infirmus stomachus. Celsus libro 1.cap.8,Stomachum autem infirmum indicant pallor, macies, præcordiorum dolor, &c. Quæ in quo non sunt,is firmi stomachi est.

Laborare stomacho. Celsus lib.1.cap.8,Siquis verò stomacho laborat,legere clarè debet,&c.

Tumultum stomacho fert pituita.Horat.1.Serm.saty.2.16.

Latrāt stomachū bene lenit cū sale panis. Hor.2.Ser.sat.2.4.

Marcescent stomachus pridiani cibi onere,Vide **Marceo.**

Lassum stomachum peruellere.Horat.2.Serm.saty.8.2,

Rapula,lactucæ radices,qualia lassum
Peruellunt stomachum,siser,alec,fœcula Coa.

Reficitur stomachus diuersitate ciborū.Quintil.lib.2.ca.11.4.

Ruens stomachus.Horat.2.Serm.saty.3.31,

Deficient inopem venæ te,ni cibus,atque
Ingens accedat stomacho sultura ruenti.

Ægrum stomachū sollicitat mala copia. Horat.2.Ser.saty.2.9.

Esse languenti stomacho.Cælius Ciceroni,lib.8.ep.4.

Ius enim dādū nō fuit,quū *κακοστόμαχοι* essēs.Cic.Tiro.16.6.3.

¶Stomachus pro Animo: quia quēadmodū stomach⁹ facilè eo cibo mouetur à quo natura abhorret: sic anim⁹ eas res maximè auersatur & abhorret,quas suæ naturæ cōtrarias esse sentit.Cic.ad Cæliū,lib.2.15.5,Nosti enim nō modò stomachi mei, cui⁹ tu similē quondā habebas, sed etiā oculorū in hominū insolentiū indignitate fastidiū.Hoc est,Nosti animū meū præ fastidio id ferre nō posse. Plin.in epist.Oportet enim omnia aut ad alienū arbitrium,aut ad suū facere:mei certè stomachi hæc natura est,vt nihil nisi totum & merum velit.Id est animi mei.

Narrare stomachum,Vide **Narro.**

¶Stomachus,pro Re quæ oblectat. Cic.ad Marium,lib.7.1.5, Omnino,si quæris,ludi apparatissimi,sed nō tui stomachi:coniecturam enim facio de meo. Id est qui tibi minimè placuissent. Budæus.

Stomacho suo viuere. Plin.in epist.Sed quia vnusquisque vivit stomacho suo,& amicus nō statim dominus est alienæ voluntatis,&c.Id est pro sententia animi. Budæus.

¶Stomachus,Æquitas animi.Plin.in Præfatione,8,Argumēta huius stomachi mei habebis,quòd in his voluminibus authorum nomina prætexui.Id est æquitatis meæ, & cādoris animi,quòd scilicet nihil malignitati dederim. Budæus.

Nec tam animū me, quàm stomachum non habere arbitrātur.Cic.Dolabellæ in epistolis ad Atticum,lib.15.318.6.

Bonū stomachū Martialis pro æquitate animi posuit. Quintilianus lib.2. cap.3, Error tamen in re duplex: vnus quòd interim sufficere illis minores præceptores existimāt, & bono sanè stomacho contenti sunt. Id est,Contenti sunt stomacho præceptorum qui hæc elementa disciplinæ docere non dedignantur, nec fastidiunt. Budæus.

Stomachus pro affectu animi. Quintil.lib.6,Hæc aut Catonis animo,aut Ciceronis stomacho ferenda sunt. Budæus.

¶Stomach⁹ aliquādo pro ira,odio,& fastidio. Cic.4.Tusc.81, Tracta definitionē fortitudinis,intelliges eā stomacho nō egere. Idem ad Cæliū,lib.1.15,19,Hoc asperū vt scires me tamen in stomacho solere ridere.Id est,etiam in indignatione.

Epistola plena stomachi & querelarū.Cic.Q.fratri,lib.3.ep.1.

Grauis stomachus Pelidæ.Horat.1.Carm.ode 6.2.

Exardere iracundia & stomacho.Cic.4.Verr.33.

Solicitudo ac stomachus. Cic.ad Brutum,15.3.Scribere multa ad te neque possum præ solicitudine ac stomacho, neque debeo. Idem pro Murena,16, Seruius hic nobiscum hanc vrbanam nullitiam respondendi,scribendi,cauendi, plenam solicitudinis ac stomachi sequutus est.

Stomachum facere,pro Dolore afficere ac commouere. Cic. ad Lentulū.lib.1.epist.9.30, Erat hoc mihi dolendum:sed multo magis illud,quòd ininuicum meū sic amplexabātur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me præsente osculabantur: non illi quidem vt mihi stomachum facerēt, quem ego funditus perdidi: sed certè vt facere se arbitrarentur.

Stomachum mouere,Idem.Cic.pro Murena,15,Itaque si mihi homini vehemēter occupato stomachum moueritis, triduo me Iurisconsultum esse profitebor. Idem ad Atticū, lib.6.1.14. 12,In quo tamen ille mihi risum magis,quàm stomachum mouere solet.Vide **Moueo.**

Stomacho esse dicitur res aliqua.Cic.Attic.lib.5,Et multa præterea quæ tū mihi maiori stomacho fuerūt quàm ipsi Quinto.

Stomachum erumpere in aliquem. Cic.ad Atticum,libro 16. 333.2, Hunc tu tralatum in Macrocolum lege in arcano conuiuis tuis: sed, si me amas, hilaris & bene acceptis, ne in me stomachum erumpant,quum sint tibi irati.

Non sine stomacho.Cic.ad Q.fratrem,lib.3.21.4,Puto enim te existimaturum à me illos libros non sine aliquo meo stomacho esse relictos.

Stómachor,pe.corr.stomachāris,stomachari,Indignari ac turbari. Quādoq; accusatiuo iungitur,quandoq; absolutè,quandoq; cum præpositione ponitur.Terent.Eunuc.2.3.31, -Id quidem aduenienti mecum stomachabar modó. Cic. ad Cassium,lib. 15.16.5, Si enim stomachabere & molestè feres, plura dicemus. Idem Attico, Ille verò: sed stomachari desinamus. Brutus ad Atticum, in epist. ad Brutum,17. 10, Dolet mihi quòd tu nunc stomacharis amantissimus tum tuorum omnium, tum Ciceronis. Idem 4.Tusc.72,An verò vir fortis nisi stomachari cœperit,non potest fortis esse? Idem 4.Academ. 23, Et homo natura lenissimus(nihil enim poterat fieri illo mitius)stomachari tamen cœpit. Idē ad Atticū,lib.14.319.3,Amariorē enim me senectus facit,stomachor omnia,sed mihi quidē,&c.Horat.1.epist. 2.21, -& prauè sectum stomacheris ob vnguem.

Non dubito quin mirere,atq; etiā stomachere,quòd tecū de eadē re agam sæpius.Cic.Capitoni in Epist.ad Atti.lib.16.346.1.

Iucundissimis tuis literis stomachatus sum in extremo. Cic. Furnio,lib.10.26.3.

Stomachabatur senex siquid asperē dixerā.Cl.1.de Nat.deo.118.

Stómachans,pen.corr.Participium. Cic.ad Atticum, lib.4.85. 16, Quid aliud nouit & tamen absoluto Gabinio stomachantes alii iudices.

Videre quēpiā irascentē & stomachātē.Cic.de Clar.Orat.183,

Stomáchicus,pen.cor.Adiectiuum. Qui è stomacho laborat.Plin. lib.25.cap.5.21,scribit helleborum mederi stomachicis. Idē lib. 10.cap.9.18.Item ad spleneticos & stomachicos,si non sentiant vlcus,quibus innatet cibus.

¶Stomáchicum dicitur alio modo quod vim habet aperiendi.Celsus lib.5.cap.18,Sunt etiam quædam malagmata, quæ *στομαχικὰ* Græci vocant,quoniā aperiendi vim habēt. Titul⁹ est, Malagmata stomachica ad aperiēdū. fortasse legēdū stomatica.

Stomachósus,pen.prod.stomachosior,stomachosissimus, Qui facilè indignatur,ac cuncta fastidit.

Eques stomachosus.Horat.1.epist.15.3.

Stomachosa res.Cic.2.de Oratore,154,Me quidē hercule valde illa mouēt stomachosa,& quasi submorosa ridicula,nō quum à morosō dicūtur,tū enim non sal,sed natura ridetur. Idem de Claris Orat.117,Habuit à natura genus quoddā acuminis,quod etiam arte limauerat,quod erat in reprehendēdis verbis versutū & solers,sed sæpe stomachosum,nonnunquam frigidum.

Cicero Appio Pulchro,li.3.11.15, scribēs,accipit pro eo qui iniuriam contumeliámque facit,Stomachosiores(inquit)meas literas quas dicas esse non intelligo.

Stomáticus,pen.cor.Adiect.à *στόμα στόματος*,quod ori siue buccā latinè significat:dicitur qui vlcus aliquod in ore habet.Plin. lib.24.ca.14.3,Huius flos cū melle epiphoris illinitur,& ignibus sacris,stomaticisq; ex aqua bibendus datur. Hoc est,iis qui oris vlceribus laborant,vel cū iis medicamentis quæ stomatica dicūtur.Ob eandem rationē Stomatice est,hoc est ori confert,& oris affectus sanat. Plin.lib.22.cap.9.3, de glycyrrhiza, Ideo & commāducata,stomatice est, vlceribus oris insperſa sæpe,& pterygiis,

Stomoma, pen.prod.ſtomómatis,n.g. Plin.lib. 34.cap.11.2,de ſquama æris,Squamæ eſt alterũ genus ſubtilius,ex ſumma ſcilicet lanugine decuſſum,quod vocant ſtomoma.

Storea,ſtoreæ,Quam extẽdimus ſuper terram. Plin.lib.15.cap. 16,Colligi mâla poſt æquinoctium autumnale,neque ante ſextamdecimam lunam, neque ante primam horam. Cadiua ſeparari,ſtramentis,ſtoreis,paleiſve ſubſterni. Dicta ſtorea ἀπὸ τῆ στέννυμι, quod ſignificat ſternere. Liu.10.bel.Pun.13,Numidæ præcipuè arũdine texta ſtoreáq; pars maxima tectis paſſim nullo ordine:quidam vt ſine imperio occupatis locis,extra foſſam etiam vallúmque habitabant. Cæſar 2.bel.Ciuil.35,Vbi quantum ſtoriarum demiſſio quatiebatur, tantum eleuabant. Quidam ſtoriam,per tertiam vocalem ante a,ſcribunt.

Strabo,ſtrabõnis,maſc.g. Qui oculos habet diſtortos. Cic.1.de Nat.deor. 108, Redeo ad deos, ecquos ſi non tam ſtrabones, at petulos eſſe arbitramur? Plin.lib.11.cap.37.26,Vni animalium homini oculi depraũãtur, vnde cognomina Strabonum & Petorum.Varro Flexabulis,Multi enim qui limina intrarunt integris oculis,ſtrabones ſunt facti.

STRABO, eruditione Græcus, profeſſione geographus & philoſophus Stoicus,ortus ex Amaſia ciuitate Ponꝛica,id quod ipſe de ſe teſtatur,& Stephanus prodidit.matre fuit è Gnoſo Creteſi vrbe orta.Amicitia vſus eſt Ælii Galli,cum quo Nilum nauigauit,& totam ferè Ægyptum luſtrauit,ac bonam etiam Africæ partem.Claruit Romæ temporibus Auguſti & Tiberii.Scripſit autem præter geographicos cõmẽtarios, libros hiſtoriarũ, quorum commeminit lib.11, vbi de Parthorum moribus. Citat quoque lib.11,rerum Italicarum librum à ſe editum.

Strages, ſtragis,f.g. Eſt,inquit Valla,multitudo cadauerũ interfectorũ. Liu.lib.8, Per arma,per vicos latè ſtragem dedere. Cic.ad Atticum,lib.1.11.2, Quas ego pugnas & quantas ſtrages edidi. Idem 1.de Diuin.40,Stragem horribilem,cædémq; vereri. Idem 3.de Legib.31,Sed ille quas ſtrages edidit? Idem 3. Philip.146,Ille autem ex myrmillone dux,ex gladiatore imperator,quas fecit ſtrages,vbicunque poſuit veſtigia? Idem Poſt reditũ in Senatu,5,Qua ſtrage nõnulli permoti magiſtratꝰ partim metu mortis, partim deſperatione Reip. paululum à mea cauſa receſſerunt.

Confuſæ ſtragis acerꝛuus.Virg.6.Æneid.101.
Cruenta ſtrages.Lucan.lib.2.43.
Lacera ſtrages.Stat.11.Thebaid.144.
Sanguinea ſtrages.Stat.2.Thebaid.141.
Ciere ſtragem.Virg.6.Æneid.166.
Cumulata vrbs ſtrage virorum.Silius lib.15.80.
Magnam latè dat ſtragem.Lucan.lib.1.31.
Nimbus dat ſtragem ſatis.Virg.11.Æneid.91.
Dare ſtragem cateruatim.Virg.3.Georg.111.
Hiatu immani ſtragem meditatur tigris.Silius lib.4.68.
Propagare ſtragem.Lucret.lib.1.56.
Vndans amnis ſtrage virũm.Silius lib.17.112.
Nemorum ſtrages.Silius lib.3.42.

Stragula,ſtrágulæ,pe.cor. Genꝰ veſtis,ſiue quicquid inſternitur vel lecto,vel equo,vel alii rei:quod in feſtiuante altare ſternunt in pauimẽto, ſtragulũ rite vocabimꝰ. Hæc ex Valla lib.6. cap.46. Cic.4.Verr.117,Dico te maximũ põdus auri & argẽti, eboris,purpuræ,plurimã veſtẽ Meliteſem, plurimã ſtragulam, multã Deliacã ſupellectilẽ,plurima vaſa Corinthia,magnũ numerum frumenti, vim mellis maximam Syracuſis exportaſſe.

Picta ſtragula.Tibull.lib.1.eleg.1.16.

Stragula veſtis,Idem. Cic.3.Verr.19,Argenti,veſtiſq; ſtragulæ quod fuerit,curaſſe auferendum. Idem 4.Verr.33,Dicebãt ſcyphorũ paria cõpluria, hydrias argenteas, pretioſam veſtẽ ſtragulam,multa mancipia pretioſa Verri data eſſe. Sic pro Roſc. Amerino,79. Et Liu.4.bel.Maced.34,Et quum tibi viro liceat purpura in veſte ſtragula vti: matremfamiliãs tuã purpureum amiculum habere non ſines? Horat.2.Serm.ſaty.3.14.

Strágulum,ſtráguli,pen.corr.pro eodem accipitur,nempe pro lectorum operꝛorio, vbi & dormiebant antiqui & diſcumbebãt, vario deliniamento figurarum & acu picto. Varro de lingua Latina,Quicquid inſternebãt,à ſternẽdo ſtragulũ appellabant. Tibul.li.1.ele.1.16,Nam neque tunc plumæ, nec ſtragula picta ſoporem. Martialis lib.14.91, Stragula ſuccincti venator ſume veredi. Idem lib.1.16,Zoilus ægrotat,faciunt hãc ſtragula febrem. Sic Plinius lib.10.cap.14.10. Et lib.13.cap.11.6,Et è libro vela,tegeteſque,necnon & veſtem atque ſtragula.

Textile ſtragulum. Cic.5.Tuſc.86, Quum ſe ille cupere dixiſſet,collocari iuſſit hominem in aureo lecto ſtrato pulcherrimo, textili ſtragulo,magnificis operibus picto,&c.

STRAGONA, Ptolemæo libro 1.cap.11, Germaniæ vrbs. vulgò Poſſenau.

Stramen,ſtráminis,pe.cor.n.g. Stipula,vel quiduis aliud ſtramineũ,quod ſolo quieſcẽdi gratia ſterniturinẽpe id propriè in triticeis culmis quod terræ hæret,& poſtea ſubſecatur,quod alii à ſtãdo dictũ putant, alii à ſtrato, quòd id ſubſternatur pecori.

Contecta ſtramine caſa.Ouid.5.Metam.80.

Agreſte ſtramen.Virg.11.Æneid.14.

Stramẽtũ,ſtramẽti,ldẽ. Varro de Re ruſt.lib.1.ca.50,Tertio modo mẽtitur,vt ſtramẽtũ medium ſubſecẽt, quod manu ſiniſtra ſummũ prehẽdũt,à quo medio meſſem dictã puto. Infra manum ſtramẽtũ quod terræ hæret,poſtea ſubſecatur. Liu.5.bel. Pun.118,Pars ignis eſcas ſtramẽto arido tectis iniiciũt,pars portas occupant. Colum.lib.2.cap.19, Omnem ſuccum ſi fœnum amiſit,ſtramenti vicẽ obtinet. Idem lib.6.cap.3,Hybernæ ſtabulationi boum præparãda ſunt ſtramenta. Plaut.Truc.6.23, -noctem in ſtramentis pernoctare perpetem,

Quàm tuas centum cœnatas noctes mihi dono pati. Plin.lib. 18.cap.3.5, Nũdinis vrbem reuiſitabant,& ideò comitia nundinis haberi non licebat,ne plebs ruſtica auocaretur.Quies,ſomnúſque in ſtramentis erat. Cæſar 8.bel.Gall.60,Faſces vbi cõſederant per manus ſtramẽtorum ac virgultorum, quorũ ſumma erat in caſtris copia,inter ſe traditos,ante aciem collocauerunt. Ibidem,lib.6.157,Et feruefacta iacula in caſas,quæ more Gallico ſtramentis erant tectæ, iacere cœperunt. Liu.1.ab Vrbe,19, Deſectam cum ſtramẽto ſegetem magna vis hominum ſimul immiſſa corꝛibus fudẽre in Tyberim.

Incubare ſtramentis.Horat.1.Serm.ſaty.3.24.

Stramineus,Adiectiuum,Quod eſt ex ſtramine. Propertius lib.2. eleg.17.4,Straminea poſſet dux habitare caſa.

Caſæ ſtramineæ.Ouid.2.Amor.eleg.9.4.

Stramentitius,Aliud adiectiuum,Quod ex ſtramento fit.

Strangulo, ſtrángulas,penul.corr.ſtrangulare,Stringendo gulam necare. Plinius lib.7.cap.7.2, Fabius Senator Prætor,in lactis hauſtu vno pilo ſtrangulatus. Columella libro 3.cap.11.3, Eadémque velut cõclauſa & coarctata ſemina comprimere atque ſtrangulare. Plinius lib.20.cap.7.5, Aliis quoque venenis reſiſtunt, exceptis quæ ſtrangulando necant. Cicero ad Pætum, libro 9.22. 11, Nos autem ridiculè ſi dicimus, Ille patrem ſtrangulauit:honorem non præfamur. Cælius ad Ciceronem, lib.8.15.6,Bellienus verna Demetrii,qui ibi cum præſidio erat, Domitium quendam nobilem illic Cæſarũ hoſpitem à contraria factione nũmis acceptis comprehendit,& ſtrangulauit. Iuuenalis Satyra 10.2,Sed plures nimia congeſta pecunia cura Strangulat.

Liquor ſtrangulat ora.Ouid.in Ibin,119.

Arca ſtrangulat diuitias. Stat.2.Sylu.2.30, Nõ tibi ſepoſitas infelix ſtrangulat arca Diuitias.

Strangulare ſegetes dicitur nimia terræ lætitia.Quintil.lib.8. in Proœm.Et velut læto gramine ſata ſtrangulant.

Natura ſtrangulante ſonitum.Plin.lib.2.cap.43.2.

Strangulãtus,pen.prod.Participium.

Strangulãtus,pe.prod.Verbale,Ipſa ſtrangulatio:vt Strangulatus vuluæ,quæ & ſtrangulatio dicitur, pro compreſſione, & angustia vteri.Plin.lib.10.cap.18.2,Datur & olfactandum ex aceto in ſtrangulatu vuluæ. Idem lib.11. cap.20.2, Vuluarum quoque ſtrangulatus diſcutit.Id eſt compreſſiones.

Strangulatio,Ipſe ſtrangulandi actus.

Strangulatio vuluæ.Plin.lib.10.cap.15. 2,Strangulationes vuluæ potum invino aperit,tribus drachmis in tribus cyathis vini.

Stranguria,ſtranguriæ,Difficultas vrinæ quæ ex meatus conſtrictione accidit:vnde fit vt ſtillatim vrina emittatur. Vnde etiam vrinæ ſtillicidium Latinis dicitur.Ab στραγγάλιω conſtringo,& τὸ οὖρον.Vel ab σαγὸν σαγόνος,quod apud nos guttam ſignificat:ſtrio, meio. Latinè ſubſtillium dicitur. Plin.lib.10.cap.5.2, Philiſtion in lacte coquit,& ad ſtranguriam dat radicis vncias quatuor. Cic.2.Tuſc.79,Quanuis idem forticulum ſe in torminibus & in ſtranguria ſua præbeat. Cato cap.117, Ad dyſpepſiam & ſtranguriam malum Punicum vbi florebit, colligito. Sic Plin.lib.20.cap.5.2.

Stratagema,ſiue ſtrategẽma,pe.prod,ſtratagématis,n.g. Stratagemata,aſtutiæ rei militaris,geſta militaria,exẽplaſiue cõſilia militaria,quibꝰ poſteri ad ſimilia faciẽda docũtur.στρατὸς enim, exercitꝰ:ἄγω duco.Stratia,militia,exercitus. Cic.3.de Nat.deo. 40,Conſiliũ illud imperatoriũ fuit,quodGræcis στρατήγημα appellãt,ſed eorũ imperatorũ qui patriæ cõſulerẽt,vitæ nõ parcerẽt. Idem ad Atticũ,lib.5.89.2,Quũ interim Ruſio noſter quòd ſe à Veſtorio obſeruari videbat,ſtratagemate hominem percuſſit.

Strategus,ſtratégi,pen.prod.m.g.Dux exercitus. Plaut.Curc. 7.6,Nec ſtrategus,nec tyrannus quiſquam.

Strategũ te facio huic cõuiuio, dixit Plautus in Sticho,14.19.

Stratiotes,ſtratiõtis,pen.prod.m.g.Miles.

¶Stratiotes,vel Stratiotis,Herba quæ Latinè militaris dici potest, quoniã omnia ferè vulnera ferro facta intra dies quinque sanat ex oleo imposita.Plin.li.24.ca.18.2,Celebratur autẽ à Græcis stratiotis,sed ea in Ægypto tantũ,& inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni maiora haberet folia. Refrigerat mirè, & vulnera sanat ex aceto illita,&c. Quo in loco Plinⁱ de ea specie stratiotis intelligit quæ potamios stratiotes Græcis , hoc est, militaria fluuiatilis nominatur: ꝙ aquis supernatet,radice nulla.diuersa est ab hac militaris herba(inquit Ruellius)quæ vulgò *lactaria*,& *lactaria herba* & *nabula* dicitur,oleæ folio,sed minore,flore luteo. Stratiotes autem qui chiliophyllus,hoc est millefolium dicitur,frutex est pusillus,palmum altus,foliis pinnæ aduum similibus,umbella densiore & adultiore:nascitur in agris solo macriusculo. vulgus nostrum,*cuminum silvaticum* & *anethum silvestre*,& *daucum asininum* vocat.

Strategia,strategiæ,pen.cor.Militatio,prætura,imperium rei militaris & gubernatio. Plin.lib.6.ca.9.4,Aˋ Tigranocerta ad Iberiam.Diuiditur(quod certum est)in præfecturas,quas ii strategias vocant. Idem lib.4.cap.11.1, Thracia sequitur inter validissimas Europæ gentes in quinquaginta strategias diuisa.

Stratioticus,pen.cor.Adiectiuum,Militaris.Plaut.Pseud.9.11,Stratioticum nuntium aduenientem percutiam probè.

STRATIPHOCLES,Nomen viri.

STRATIVS,Vnus ex filiis Nestoris.

STRATONES octo fuerũt. Primus Isocratis auditor. Secundus Lampsacenus, Theophrasti discipulus,qui vocatus est Physicus,propter speculationem physicæ. Præceptor fuit Ptolemæi Philadelphi:scripsit multos libros. Tertius medicus qui Erasistratum audiuit. Quartus historicus. Quintus poeta Epigrammatũ.Sextus antiquus medicus,vt ait Aristoteles. Septimus Peripateticus,qui vixit Alexandriæ.Hæc Diogenes Laertius.Octauum Plutarchus Stratonẽ ponit Rhetorices præceptorẽ, ac Bruti familiarem,qui vnà cum eo in bello Philippensi fuit: saluúsque adhibitus, dum ille sibi mortẽ consciuit. Cõciliatus postea Augusto per M.Messalam, qui comes ad bellũ Actiacum fuit. Lachrymãs enim Messala,Hic est(inquit Augusto)qui meo Bruto gratias extremas subministrauit. Ælianus quoque de varia historia, Stratonem Sidonium quendã scribit in conuiuiis valde delicatum,ac lautitia victus,amicissimum Neoclis Cyprii regis pari luxuria certantis. Vide Ælianum. Hic(vt Hieronymus scribit) manu propria se volens confodere , ne imminentibus Persis ludibrio foret , quorũ fœdus Ægyptii regis societate neglexerat , retrahebatur formidine: & gladium quem arripuerat,circunspectans,hostium pauidus expectabat aduẽtũ. Quem iam iamque capiendum vxor intelligens,extorsit acinacem de manu,& latus eius transuerberauit.Compositóque ex more cadauere se moriens superiecit,ne post virginalia fœdera alterius coitum sustineret.

Strator,Stratum, Vide **Sterno.**

Straturnino, Vide Staturnino in **Statuo.**Plin.lib.18.cap.6, 14,Maiores, potentioréſq; ,si sit occasio, silice vel glarea sterni, ora vtrinq; lapidibus straturninari,& alio superintegi. Nonnulli legunt hoc loco staturninari,& rectius.

Strebula, lingua Vmbrorum appellabãtur partes carnium sacrificatarum.Festus.

Strena, strenæ,Munᵃ quod datur die festo,ominis boni gratia, qualia quæ passim dãtur die Dominicæ natalitatis,& principio anni noui: Aˋ numero,quo significatur alterũ,tertiúmq; vẽturum similis cõmodi:veluti trena,quæ præposita ſ litera,strena: vt in lite solebãt antiqui,dicẽtes stlitem.Hæc ex Festo.Quidã à strenuitate strenam dici putant. Põponius,Affide,siqua vẽtura est strena strenæ. Suet.in Caligula,ca.42,Edixit & strenas ineũte anno se recepturũ. stetitq; in vestibulo ædiũ Calẽdis Ianuariis ad captãdas stipes,quas plenis ante eũ manibᵘ ac sinu omnis turba ferebat. Plaut.Stic.11.18,Bona cœna,strenáq; obolet.

Strenuus, Adiect. Fortis,celer,vigilãs,& ad res gerẽdas promptus.Terent.Phor.3.1.11,Tum Phormio itidẽ hac re(vt in aliis) strenuũ hominẽ præbuit. Salust.in Catilin.ad finẽ,Nam strenuus quisq; aut occiderat in prælio, aut grauiter vulneratᵘ discesserat.Aliqua exemplaria habent strenuissimus. Colum.lib. 7,Magister pecoris acer,durus,strenuus, laboris patientissimus, alacer,atque audax esse debet.

Vt cognosceret te,si minᵘ fortẽ,attamẽ strenuũ.Cic.2.Phil.85.
Putare aliquẽ strenuũ. Hirtᵘ Ciceroni epist.ad Att.li.15.315.1.
Dextra strenua.Ouid.de Medicamine faciei,13.
Facies strenua.Plaut.Rud.9.9; -dum hîc ætatis,
Strenua facie,rubicundum,mediocri statura,fortem,
Qui tres duceret chlamydatos cum machæriis,vidistis?
Inertia strenua.Horat.1.epist.11.6.
Ministra strenua faciendis iussis.Ouid.9.Metam.61.
Membra strenua.Ouid.4.Fast.158.

Strenuior, pro Magis strenuus & superlatiuũ Strenuissimus. Plaut.Epid.19.10, Nam strenuiori deterior si prædicet suas pugnas,de illius ore fiunt sordidæ. Cato in Præfat.At ex agricolis & viri fortissimi,& milites strenuissimi gignũtur. Plin.lib. 18.cap.5.1.Fortissimi viri,& milites strenuissimi.

Strenuè,Aduerbium,Fortiter,diligẽter, quod Barbari *aireuose* dicunt. Plaut.Pseud.10.71, Strenuè me hercule isti,quãuis permix hic est homo. Idem Milit.12.63,Bene vale igitur. ꝑa.Ire melius est.ꝑ r.strenuè. Idem Trinum.15.8,
-strenuè curre in Piræum,atque vnum curriculum
Face. Idem Bacchid.8.41. -cho senex minimi pretii
Ne attingas puerũ ista causa, quãdo fecit strenuè. Idẽ Aul.7. 86,Heus Strobile,sequere properè me ad macellũ strenuè. Cic. ad Atticũ,lib.16.333.18, Peruenì enim Vibonem & Siccam:magis commodè quàm strenuè nauigaui. Idem ad Q.fratrẽ,lib. 2.8.3,Domus vtriusque nostrum ædificatur strenuè.

Capere arma pro aliquibᵘ strenuè. Cic.pro Rab.perd.Reo.21.
Comparare aliquid strenuè.Author ad Heren.lib.4.233.
Sanè strenuè accepi tuas literas.Cic.Terentiæ lib.14.5.2.

Strenuitas,pen.cor.strenuitãtis,Fortitudo,celeritas,agilitas.Ouid. 9.Metam.65,Strenuitas antiqua manet.

Strepo, strepis,strepui,strépitum,penul.corr.strépere. Pedibus aut aliquo quocunque alio modo strepitum facere. Plin.lib.11. cap.10.5,Quum adueſperascit,in alueo strepunt.

Murmure strepit omnis campus.Virg.6.Æneid.141.
Cornua strepuerunt rauco cantu.Virg.8.Æneid.1.
Manors strepit per omnem Ausoniam.Silius lib.4.3.
Strepere aliquid,pro Submurmurare.Liui.1.ab Vrb.194,Hæc quum sub ipso vallo portisq; streperẽt,haud ægrè Cõsules pati.
Strepere inter se.Cic.1.de Diuinat.55,Inter se strepere,apertéque artem obterere,&c.

Strepunt aures clamoribus plorantium. Liuius 2.bel.Pun.63, Strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, sæpius nos, quàm deorum inuocantium opem.

Strépitus,huius strépitus,pen.corr.Propriè pedum ambulãtium, manuúmque aliquid pertractãtium sonus est. Plaut.Aul.13.19, Et strepitus est intus:numnam ego cõpilor miserr Cic.2.Verr. 18. Tum verò non strepitu, sed maximo clamore suam Populus Romanus significauit voluntatem. Idem ad Atticum,lib. 13.295.4,Heri nescio quid in strepitu videor exaudisse, quum diceres te in Tusculanum venturum. Liu.1.ab Vrbe,51, Metius in paludem sese strepitu sequentium trepidante equo coniecit. Cæsar 4.bel.Gall.583, Atque ipso terrore equorum, & strepitu rotarum ordines plerunque perturbant.

Strepitus arboris.Plin.lib.16.ca.42.2,Cupressus frangi se prænuntiat strepitu.
Concursus hominum forique strepitus.Cic.de Clar.Orat.176.
Fulminum strepitus.Cic.1.de Leg.31.
Pedum crepitus,& strepitus hominum.Cic.in Topicis,15.
Strepitus,fremitus,clamor,tonitruũ.Cælᵘ Ciceroni lib.8.2.4.
Acerbus plagarum strepitus.Iuuen.Saty.14.2.
Demens strepitus.Horat.3.Carm.ode 19.5.
Dulcis strepitus arteæ testudinis.Horat.4.Carm ode 3.4.
Ingens valuarum strepitus.Horat.2.Serm.saty.6.23.
Nocturni atque diurni strepitus.Horat.2.epist.2.16.
Popularis strepitus.Horat.de Arte,17.
¶Audire strepitũ cũ fremitu in aliquo loco.Ci.de Aru.resp.18.
Fit strepitus tectis.Virg.1.Æneid.146.
Haurire strepitum,Audire strepitum.Virg.6.Æneid.111,Constitit Æneas,strepitúmque exterritus hausit.
Remugit strepitu ianua.Horat.3.Carm.ode 10.1.
Pedum strepitu terrere aliquem.Tibull.lib.1.eleg.2.8.
¶Strepitus,Pompa diuitiorum,à comitantium strepitu dicta. Quintil.Declamat.13,Hic quum me euocasset subitò trepidum, totóque fortunæ suæ strepitu circunstetisset.

Strépito, strépitas, penult.corr. strepitare,Sæpe strepitum facere. Virgil.lib.1.Georg.83,
Nescio qua præter solitum dulcedine læti
Inter se foliis strepitant.
Arma strepitantia.Tibull.lib.2.eleg.6.7.

Stria, strix,Canaliculus & sulcus quidã in eo columnarum genere quod striatum dicitur. Vitru.lib.3.cap.vltimo nõ procul à fine,Columnarum striges faciendæ sunt x x 1111,ita excauatæ,vt norma in cauo strigis quum fuerit conjecta, circũacta, ita anconibus striarum dextra ac sinistra angulos tangat,vt acumen normæ circunrotundatione tangendo peruagari possit. Plin.lib.21.cap.11.25, Quorundam ex his facilè noscuntur venena,diluto rubo, rancido aspectu,liuido intus colore,rimosa stria,pallido per ambitum labro.

Stria,& Strix hoc differũt ex Vitruuii deſcriptione:In colũna ſtriata,pars eminula dicitur ſtria:pars caua,ſtrix.Vitru.lib.10.ca. 15,Canaliculi,qui Græcè ῥαβδοὶ dicitur, lõgitudo,&c. Idẽ lib.4. cap.4,Circa ſtrigium caua,& angulos ſtriarũ. Paulo pòſt,Striarum & ſtrigium circuitus. Sic enim legendum putauit Iucũdus Veronẽſis. Aliſtamẽ ſtrigilũ legũt,citãtes illud Celſi lib.6.ca.7, In aurẽ verò infũdere aliquod medicamẽtũ oportet,quod ſæpe antè tepefieri conuenit,cõmodiſſimẽq; per ſtrigilem inſtillatur.

Striæ etiam in herbis (inquit Ruellius) ſunt partes quædã, & vt ita dicam,femora quæ protuberant:ἰσχάδες Græci vocãt:ſicuti caua canaliculique, ſtrigiles, ſi Vitruuio credimus,appellantur.

Strio,ſtrias,ſtriare, Strias facere. Vitruuius lib.4.cap.3, Columnas autem ſtriari viginti ſtriis oportet.

Striare etiam videntur boues, quum peracto aut non peracto priore verſu,alius ſuper alium innititur.Hoc autẽ fieri,dum boues adhuc in priore verſu anhelant,nõ conuenit.Plin.lib.18.ca. 19.4,In arando verſum peragi,nec ſtriare in actu ſæpius.

Striãtus,pen.prod.Participiũ,Striis diſtinctum:vnde & folia ſtriata, & columnæ ſtriatæ, & conchæ ſtriatæ dicuntur. Plin.lib.11. cap.5.1, Candor eius eximius, foliis foris ſtriatis, & ab anguſtiis in latitudinẽ paulatim ſeſe laxantibus,effigie calathi. Idẽ lib. 37.cap.10.21,Eureos,nucleo oliuæ ſimilis eſt, ſtriata concharum modo, non adeò candida. Idem lib.9.cap. 33.1, Conchis leuibus,rugatis,denticulatis,ſtriatis,vertice muricatim intorto.

Striatus ſcapus. Plin.lib.26. cap.7.2, Molon ſcapo eſt ſtriato, foliis mollibus paruis.

Striatam frontem vocat Apuleius contractam,caperatámq;, & quaſi ſulcos facientem præ triſtitia.

Striatũra,ſtriatúræ,pen.prod.Vitruuius lib.4.cap.3,Striaturæ paribus lateribus. Paulo pòſt,Ita Dorica colũna ſui generis ſtriaturæ habebit perfectionem.

Stribiligo, pen.prod.ſtribiliginis,f.g.A' vetuſtioribus Latinis dicebatur, quæ nunc imparilitas & ſolœciſmus appellatur, qui ab Aſinio Capitone definitur impar & inconueniens compoſitura partium orationis. Vide Gellium lib.5.cap.20.

Stricte,Strictim,Strictura,Strictiu' Vide **Stringo**

Stridco, ſtrides,ſtridui,ſtridẽre, pen.prod. Dicũtur propriè funes quum ſonum faciunt. Tranſfertur etiam ad alia.

Cardo foribus ſtridebat ahenis.Virg.1.Æneid.91.
Ignes ſtrident.Lucan.lib.6.36.
Mare ſollicitum ſtridet.Virg.4.Georg.53.
Merum fuſum in igne ſtridet.Ouid.5.Triſt.eleg.6.3.
Syluæ ſtridunt.Virg.1.Æneid.84.
Tibia ſtridebat cantu.Tibull.Argon.59.53.
Vulnus infixum ſtridet ſub pectore.Virg.4.Æneid.138.

Stridó,ſtridis,ſtridi,ſtridere,pe.cor.Idẽ.Plin.epi.103.b,At quũ ſtridũt funes,curuatur arbor,gubernacula gemũt. Virg.8.Æn.85, -ſtridúntque caminis Stricturæ chalybum. Idẽ 4.Georg. 111, -liquefacta boum per viſcera toto
Stridere apes vtero,& ruptis efferuere coſtis. Plin. lib.19.ca.6. 30,Quoniam retro ambulet,terrámq; terebret,ſtridat noctib'.

Stridere ad alia tranſfertur. Horat.2. Serm.ſaty.8.16, Stridere ſecreta diuerſos aure ſuſurros. Lucan.lib.6.124,Auribus incertum feralis ſtrideat vmbra.

Stridens,Participiũ:vt Horrendum ſtridens bellua.Virg.6.Æn.58.

Alis ſtridentibus ludunt cygni.Virg.1.Æneid.81.
Haſta ſtridens.Virg.9.Æneid.84.
Plauſtra ſtridentia.Virg.3.Georg.108.
Procella ſtridens.Virg.1.Æneid.21.
Serræ ſtridentis horror.Lucret.lib.2.83.

Stridor,ſtridóris,pen.prod.ni.g. Virg.1.Æneid.19, Stridórque rudentum. Plin.lib.7.cap.2.15,Choromãdarũ gentem vocat Tauron ſylueſtrem ſine voce, ſtridoris horrendi,hirtis corporibus. Sic lib.8.cap.9,Stridor ſuis. Et lib.17.cap.24.6,Sonúmq; edunt paruuli ſtridoris.

Acutus ſtridor,Vide Acutus in **Acuo**.

Aut denſus ſtridor quum celſo è vertice montis
Ortus adaugeſcit ſcapulorũ ſæpe repulſus. Cic. 1.de Diui.21.
Ferus ſtridor.Ouid.9.Metam.13.
Horrifer Aquilonis ſtridor.Cic.1.Tuſc.107.
Ingens ſtridor.Virg.7.Æneid.13.
Raucus ſtridor.Ouid.8.Metam.58.
Terrifici ſtridores.Silius lib.5.38.
Terrſonus ſtridor.Claud.1.Paneg.11.

¶Audire ſtridorẽ ſerræ. Cic.5.Tuſc.163,At vocẽ citharœdi nõ audiunt,ne ſtridorem quidem ſerræ tum quum acuitur,aut,&c.

Acri ſtridore impulit validas fores.Valer.1.Argon.55.
Magnis ſtridoribus indignatum æquor.Virg.1.Georg.33.
Reddit ſtridorem ianua verſo cardine.Ouid.11.Metam.111.

Stridulus,penult.corr.Adiectiuum,vt Plauſtra ſtridula. Ouidius 3. Triſt.eleg.11.6.

Fax ſtridula lachrymoſo fumo.Ouid.10.Metam.1.
Conuitia ſtridula.Ouid.ad Piſonem,16.

Striga,ſtrigæ. Strigæ,ordo rerum inter ſe cõtinuatè collocatarum,vt ait Feſtus: quòd vnà ſint conſtrictæ. Columel.lib.1.cap. 19.1,Vtrunq; ſiccatum coarctabim' in ſtrigam,atque ita in manipulos vinciemus. Altera lectio habet ſtriam.Sed fortè legendum eſt ſtruem.Paulo enim pòſt vocat metas.

Striga,Longitudo maior latitudine.A' quo ſtrigatus ager vocatur,qui per ſtrigas creſcit à Septentrione in Meridiem.

Strigilis,huius ſtrigilis,pen.corr.fœm.gen. In ablatiuo ſtrigili, Inſtrumentum ferreum, dentatum. A' ſtringendo,id eſt radendo, quo equos & id genus iumenta expolire ſolent equiſones,è corpore ſordes abradendo.

¶Strigili vtebantur veteres in balineis ad radendas corporis ſordes, ſudorémq; detergendum, præcipuè in frictionib',antè quàm comederent. fiebat autẽ hæc ex auro,argento,ferro:interdum etiam lapidib' quibuſdam:nunc linteis vtũtur. Perſius Saty.5.13, I puer,& ſtrigiles Criſpini ad balnea defer. Plautus Sticho,4.77, Rubiginoſam ſtrigilem, ampullámque rubidam. De ſtrigili eſt epigramma tale apud Martialem,lib.14.51,

Pergamus has miſit curuo diſtringere ferro:
Non tam ſæpe teret lintea fullo tibi. Iuuenalis Satyra 3.26,
-& ſonat vnctis Strigilibus. Horat.2.Serm.ſaty.7.11,
-an hic peccat,ſub noctem qui puer vnam
Furtiua mutat ſtrigili?

¶Strigiles quidam accipiunt pro pectinibus fricatoriis, quos Indi ex hebeno faciebant. Legimus apud Strabonem lib.15, de moribus Indorum, illos exercitium,præcipuè frictionem probare,& maximè ſtrigilib' hebeni leuibus corpora expolire:reges quoque corpora ſtrigilum perfrictione curare. Plinius de ſpongiis loquens,lib.31.cap.11.8,Plurimum proficiente eo cinere contra ſcabritias genarum, excreſcentéſque carnes, & quicquid opus ſit ibi deſtringere. Et paulo pòſt, Præſtant & ſtrigilum vicem, linteolorúmque affectis corporibus.

¶Strigilem aliqui accipiunt pro quodam vaſis genere.Strabo, Inde ſtrigilum & ampullarum artifices matutè euaſerunt. Plautus Perſa,4.43,

Ampullam,ſtrigilem,ſcaphium,ſoccos,pallium,
Marſupium habeat. Cic.lib.4.de Finib.50,Si ad illam vitam, quæ cũ virtute degatur, ampulla aut ſtrigilis accedat, ſumpturum ſapientem eam vitam potius quo hæc adiecta ſint,nec beatiorem tamen ob eam cauſam fore. Quanquam tamen etiam his locis pro ſtrigili balneatoria ſumi poſſit, quæ cum ampulla vnguentaria ferebatur, vt poſt frictionem & ſudoris abſterſionem,quæ ſtrigili fiebat,vngerentur.

¶Strigil,Aluminis genus pumicoſum,& foraminoſum fiſtulis ſpongiæ ſimile,rotundúmque natura.

¶Strigiles (inquit Plinius lib.33.cap.3.11.)Hiſpania vocat auri paruulas maſſas, quod ſuper omnia ſolum in maſſa aut ramento capitur,quum cætera in metallis reperta,igni perficiantur.Hoc ſtatim' aurum eſt, conſummatámque materiam protinus habet,quum ita inuenitur.

¶Budæus, Strigiles in antiquis libris Vitruuii impreſſis bene legebatur, vbi nunc ſtriges legitur, & ſtrigium, lib.4.cap.4. Et lib.5.cap.7.Nam id verbum apud Celſum legitur lib.6.cap.7,licet in impreſſis ſtrigem pro ſtrigilem legatur. Iucundus Veronenſis ita immutauit,qui ſtrigem affirmat in antiquis legi.Græcum eſt verbum,vt Vitruuius ait,lib.10.ca.15. Sic enim appellat partẽ catapultæ,qui canaliculus ab eo dicitur.Vernacula lingua *Coulouoire* dicitur.Vide in **Stria**,Stria & Strix hoc differunt.

¶Strigilis, inquit Nonius, certum eſt eſſe fœminini generis antiqui & neutro genere protulerunt.

Strigilécula,pen.corr. Diminutiuum à ſtrigilis pro Vaſe, vt vult Calepinus.Apuleius,Qui magno incœpto prædicauit, fabricatũ ſemet ſibi ampullam quoque olearium,quam geſtabat lenticulari forma,tereti ambitu, preſſula rotunditate, iuxtáque honeſtam ſtrigileculam,recta faſtigiatione clauſulæ,flexa tribuli ligulæ,vt & ipſa in manu capula moraretur,& ſudor ex ea riuulo laberetur. Certè hic locus apertiſſimè, vas non eſſe ſtrigilem notat,ſed inſtrumentum quod cum ampulla in balineis ſeruiebat,poſt frictionem & ſudorem.

Strigilo,ſtrigilas,pen.corr.ſtrigilare, Idẽ ſignificat quod ſtringere.

Strigmentum, ſtrigmenti, Sordes quæ ex corporibus raduntur. Celſus libro 1.cap.6, Aluus quoque varia peſtifera eſt, quæ ſtrigmentum,ſanguinem,bilem viridem,aliquid modò diuerſis tẽporibus,modò ſimul & in miſtura quadam, diſcreta tamen repræſentat. Plin.lib.9.cap.51.3,Anguillæ atterunt ſe ſcopulis,ea ſtrigmenta viuiſcunt.

¶Strigmenta olei dicimus cæromata,id eſt ſordes olei,quæ ex

unctorum athletarum corporibus raduntur. Plin. libro 15.cap. 4. 1, Notum est magistratus honoris eius octogenis sestertiis strigmenta olei vendidisse. Idem libro 20.cap.3.4, Succus ex strigmentis illitus cum rosaceo & aceto febrium ardores refrigerat. Idem lib.28.cap.4.16, Quippe ea strigmenta molliunt, calfaciunt, discutiunt, complent, sudore & oleo medicinam facientibus.

Strigo, strigônis, m.g. Antiquis densarum virium homo dicitur, authore Festo, apud quem strigores legitur.

Strigôsus, penul.prod. Adiectiuum, Quod est exhaustum & macilentum, quasi stringosum. Vnde iumenta strigosa dicta sunt, quòd corpora eorum restricta sint fame, aut alia vitii causa. Colum. lib.6.cap.37.3, Quanquam possit huic aliquatenus cõparari, quod progenerat onager, nisi & indomitum, & seruitio contumax syluestri more, strigosum patris præferret habitum. Idem lib.7.cap.6.8, Placidè ac lentè pabuletur, vt & largi sit huberis, & nõ strigosissimi corporis. De capris. Gellius lib.4.cap. 20, Equum nimis strigosum & malè habitum, sed equitem eius huberrimum & habitissimum viderunt. Columella lib.7.cap. 12.7, Pecuarius canis, neque tam strigosus aut pernix debet esse, quàm qui damas, ceruosque & velocissima sectatur animalia. Liu.7.bel.Pun.148, Et strigosiores equos.

¶ Strigosus orator per trãslationem, Ieiunus, ineptus. Cic.de Clãris Orat.31, Habet enim certos sui studiosos, qui nõ tam habitus corporis opimos, quàm gracilitates consectẽtur, quos valetudo modò bona sit, tenuitas ipsa delectat: quanquam in Lysia sunt sæpe etiam lacerti, sic vt & fieri nihil possit valentius: verùm est certè genere toto strigosior, sed habet tamen suos laudatores, qui hac ipsa eius subtilitate admodum gaudeant. Id est, gracilior & tenuior, vt ipse ibidem: cui opponit habitum corporis opimum.

STRIMON, Vide STRYMON.

Stringo, stringis, strinxi, strictum, stringere, Arctare. Plinius, Apprehensámque manu strinxit. Plaut.Pseud.4.67,

-eras te quasi Dircen olim (vt memorant) duo gnati Iouis
Ad taurum deuinxêre, item hodie te stringam ad carnarium.

Metis pressis stringere aliquid, Breuiter enarrare. Sili. li.3.10,

Sed pressis strigam reuocatam ab origine famam
Narrandi metis, breuitérque antiqua renoluam.

Nullum vinculum ad stringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt. Cic.3.Offic.131.

Vultus stringere. Stat.1.Sylu.2.49,

Non talis niueos strinxit Lauinia vultus
Quum Turno spectante rubet.

¶ Stringere, per translationem, pro Percutere ponitur. Virg. 9.Æneid.59, Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.

Pectora tua stringuntur nostro delicto. Ouid.5.Trist.eleg.7.5,

Spiritus hic, Scythica quem non bene ducimus aura,
Quod cupio, membris exeat antè meis:
Quàm tuo delicto stringantur pectora nostro:
Et videar merito vilior esse tibi.

¶ Stringere, Rarefacere, excidere. Virg.9.eclog.5,

-hîc vbi densas
Agricolæ stringunt frondes. Id est amputant, decutiunt, vt ait Seruius. Idem 1.Georg. Et fragili iam stringeret hordea culmo. Columella lib.6. cap.3.6, Possunt etiam & folia ficulnea probè dari, si sit eorum copia, aut stringere arbores expediat.

¶ Stringere, Decerpere, colligere. Virg.1.Georg.61,

Sed tamen & quernas glandes tunc stringere tempus,
Et lauri baccas.

¶ Stringere, Radere. Virg.8.Æneid.13,

-ego sum pleno quem flumine cernis
Stringentem ripas. Idem 5.Æn.33, Littus ama, & lævas stringat sine palmula cautes.

Metas stringere rotã. Ouid.3.Amor.eleg.2.3.
Æquor stringitur aura. Ouid.4.Metam.28.
Vnda stringitur Noto. Ouid.1.Amor.eleg.7.11.

¶ Stringere ensem, Educere gladiũ. Virg.10.Æn.116, -stricto rotat acer Lucagus ensem. Liu.7.ab Vrbe,18, Procul inde omnibus abire iussis, cultrum stringit. Ibidẽ,198, Prius in me strinxeritis ferrum. Et Martialis lib.5.111.

Gladios stringunt manibus. Virg.11.Æneid.56.

¶ Stringere, Vulnerare. Virg.9.Æneid.116,

-hunc primum leuis hasta Themilæ Strinxerat.

Strictus. Participium: vt Strictus gladius, euaginatus. Cic.2.Philip. 44, Quidnam homines putarent, si tum occisus esset, quum tu illum in foro spectãte Populo Rom. gladio stricto insecutus est Liu.1.ab Vrbe,108, Stricto itaque gladio, simul verbis increpans transfigit puellam.

Acies ferri stricta mucrone coruisco. Virg.1.Æneid.67.

Ferro stricto ferit retinacula. Virg.4.Æneid.116.

Stricta ex arboribus folia. Cæsar.3.bel.Ciuil.113.

Insequi aliquem gladio stricto. Cic.2.Philipp.44.

Lex stricta. Stat.3.Sylu.5.18, Nulla foro rabies, aut strictæ iurgia legis.

Manus strictæ in mea fata. Ouid.1.Amor.eleg.6.3.

Mucronibus strictis obsedere fores. Virg.2.Æneid.90.

Strictè, Aduerbium. A quo strictius & strictissimè.

Obseruare strictè ne plus reddat quàm acceperit. Cic.de Amicitia,52. Vetus exemplar legit restrictè.

Strictim, Aliud aduerbium, Cõpressius & breuiter. Cic.pro Rosc. Amerino,57, Videamne nûc strictim, sicut cætera, quæ post mortem Sexti Roscii abs te T. Roscii facta sunt. Idem ad Atticum, lib.2.16.3, Quem tu Corcyræ, vt mihi aliis literis significas, strictim attigisti. Idem pro Cælio,10, Posuistis enim, atque id tamen titubanter & strictim, coniurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuisse.

Breuiter & strictim. Cic.pro Cluentio,21, Audistis quæ ea quæ copiosissimè dici possunt, breuiter à me, strictimque dicuntur.

Strictim, & multa dicere contraria. Cicero 3.de Nat.deorũ.15, Quibus de quæstionibus tu quidem strictim, nostri autem multa solent dicere.

Subiungere strictim. Quintil.lib.2.cap.10.1, Nunc de cæteris artibus, &c. strictim subiungam.

Strictim attondere. Plaut.Capt.6.18,

Sed verum strictimne attõsurum dicam esse, an per pectinem, Nescio.

Strictûra, strictúræ, pen.prod. Nonius, Strictvræ dicuntur proprie scintillæ quæ de ferro feruenti exeunt, quòd aut strictæ emittantur, id est celeriter: aut oculos sui fulgore perstringant. Virgilius 8.Æneid.85, Strictvræ chalybum, & fornacibus ignis anhelat. Lucilius Sat.lib.3, Crebræ vt scintillæ in strictvris, quod genus olim Feruenti ferro.

¶ Strictvræ, pro Massa terræ, ex qua ferrũ fit. Plin.lib.34. ca. 14.6, Aliud rubiginem celeriùs sentit. strictvræque vocantur eæ omnes, quod non in aliis metallis, à stringẽda acie vocabulo imposito. Budæus.

Strictuus, penult.prod. Adiectiuum: vt Strictiuæ oleæ, quæ manu colliguntur, ad differentiam caducarum. Cato cap.146, Præconium præsens ms.2. & oleum Romanici pondo m.d, viridis pondo c c. oleæ caducæ modii 2. strictiuæ modii decem.

Stringor, stringôris. Lucret.lib.3.141, de anima,

Nanque ita connexa'st per venas, viscera, nervos,
Ossáque: vti dentes quoque sensu participentur:
Morbus vt indicat, & gelidai stringor aquai. Hoc est leuicula percussio aquæ frigidæ dentes ferientis.

Strio, Vide **Stria**.

Strix, strigis, fœm.g. Auis quædam nocturna & importuna, à stridendo dicta. Lucanus lib.6.138, Quod trepidus bubo, quod strix nocturna queruntur. Plin.lib.11. cap.39.7, Fabulosum enim arbitror de strigibus, vbera eas infantium labris immulgere. Esse in maledictis iam antiquis strigem conuenit: sed quæ sit auium, constare non arbitror. Statius 3.Thebaid.101,

Nocturnæque gemunt striges, & feralia bubo
Damna canent.

Infaustæ strigis omen triste. Senec.Herc.furen.9.15.

Violenta strix. Tibull.lib.1.eleg.5.11,

Hanc volitent animæ circùm sua fata querentes
Semper, & è tectis strix violenta canat.

De strigibus ita habet Ouidius 6.Fast.17,

Sunt auidæ volucres, non quæ Phinèia mensis
Guttura fraudabant, sed genus inde trahunt.
Grande caput, stantes oculi, rostra apta rapinæ,
Canicies pennis, vnguibus hamus inest.
Nocte volant, puerósque petunt nutricis egentes,
Et vitiant cunis corpora rapta suis.
Carpere dicuntur lactentia viscera rostris:
Et plenum poto sanguine guttur habent.
Est illis strigibus nomen: sed nominis huius
Causa, quòd horrenda stridere nocte solent.

¶ Strix, Idem quod canaliculus. Vide Stria & Strix hoc differunt, in **Stria**.

¶ Striges, strigis, Frumẽti genus apud Hippocratẽ, quod tritico leuius est: & ventrẽ magis soluit: nescio an pro tragorum accipiẽdũ.

¶ Striges, Sunt olera vilia. Plaut.Pseud.13.13,

Ei homines cænas sibi coquunt: quum condiunt,
Non condimentis condiunt, sed strigibus.

Strobilus, strobili, Nux pinea, siue nucis pineæ nucleus, qui etiam Græcis conus & cocalus appellatur.

¶ Strobilus, Arbor ex pinastrorũ genere, è natalium cog

tione ſic dicta. Plinius lib.16.cap.10.4,de pinaſtro loquens,Eaſdem arbores(inquit)alio nomine eſſe per orā Italiæ,quas ſtrobilos vocant,plerique arbitrantur, ſed graciles,ſuccinctioréſq;, & enodes,liburnicarum advſus,penè ſine reſina. Vetus codex legit quos tibulos.

¶Strobilum à Romanis cardunm ſatiuum appellari Dioſcorides ait, Græca quidem voce, ſed tunc forte quotidiana, & in vſu populi: quæ à pineæ nucis figura,cui ſimile in ſūmo carduus capitulum habet,facta eſt. Græci enim στρόβιλον, arborem pinum,& nucem eius pariter vocant. Quæ quoniam coni figura in pinaſtris & oblonga eſt(quam formam cardui capitulum habet) communicata appellatione ſtrobilos carduus hic à Romanis dici potuit. Hæc Marcellus in Dioſcoridem.

Strobus, ſtrobi,ſ.g. Arbor odorifera, de qua ſic Plinius lib.12. cap.17.8, Petunt & in Carmanos arborem ſtrobum ad ſuffitus, perfuſam vino palmeo accendentes. Huius odor redit à cameris ad ſolum iucundus,ſed aggrauās capita,citra dolorē tamen.

Stroma, ſtrōmatis,pen.corr.n.g. Dicitur omne quod ſubſternitur,à quo fit peripſtroma.

Strombus, ſtrombi,m.g. Animal in mari. Plin.lib.32.ca.11.9.

STRONGYLOS, & Strōngyle, Strōngyles.pe.cor. Inſula in mari Ægæo, vna ex Æoliis: ſic dicta, quia ſit rotunda & globoſa, quod στρογγύλον Græcè deſignat. Hæc(vt Plinius lib. 4.cap.12.18, ſcribit)vinearum fertilis eſt, cuius ambitus patet LXXV milibus paſſuum. Ea nunc Naxos,ſed antea Dia vocata. Silius lib. 14.51, Mille Agathyrna dedit, perflatáque Strongylos Auſtris.

Stropha, ſtrophæ, Acumē, ſubtilitas, Cūctatio ſubdola, aut tergiuerſatio fraudulēta & ludificatrix fallacia. Plin.ep.18.b, Quod dubites ne feceris,id ipſum reſcribe.ego aliquam ſtropham inueniam,agámque cauſam tuam. Mart.lib.3.7,

Regis ſuperbi ſportulæ receſſerunt,
Nihil ſtropharū eſt,iam ſalarium dandum eſt. Idem lib.11.8, Cæſar in Albanum iuſſit me mane venire,
Cæſar Cirænſiam ſtropha talis abit.

STROPHADES, pen.corr. Inſulæ duæ in Ionio mari ſupra Zacynthum in meridiem ſitæ, ab aliis Plotæ dictæ,quibus Seruius à conuerſione Harpyiarum ex Arcadia volantium nomen datum voluit. Virg.3. Æneid.42,

Seruatum ex vndis Strophadum me littora primum
Accipiunt.Strophades Graio ſtant nomine dictæ
Inſulæ Ionio in magno,quas dira Celæno
Harpyiæque colunt aliæ. Vide Seruium.

Strophium, ſtrophii, Faſcia pectoralis,quæ virginalē tumorē papillarū cohibet. Turpil. Me miſeram,quòd inter vias epiſtola excidit mihi,infœlix inter tuniculam ac ſtrophium collocaram. Catull. Argon.59.13, Non tereti ſtrophio lactātes vincta papillas.

Strophia etiam coronæ dicebantur ab inſigni quod imponebatur capitibus ſacerdotū. Quod fit ἀπὸ τῆ στρέφειν, hoc eſt à vertendo. Plin.lib.21.cap.2.1, Tenuioribus vtebantur antiqui,ſtrophia appellātes,vnde nata ſtrophiola. Quin & vocabulū ipſum tardè inde cōmunicatū eſt, inter ſacra tātum & bellicos honores coronis ſuum nomen vindicātibus. Cic.de Aruſp.reſponſ. 40,P.Clodius à crocota, à mitra,à muliebrib⁹ ſoleis,purpureiſque faſciolis, à ſtrophio,à pſaltrio, à flagitio,à ſtupro eſt factus repente popularis.

Strophiolum, ſtrophioli, pen.corr. Diminut. Vide in Strophium.

Strophiarius, ſtrophiarii, Qui ſtrophia facit. Plautus Aulul.19.44, Strophiarii aſtant,ſemiſonarii.

STROPHIVS, Rex Phocidis,pater Pyladis. Vide PYLIADES.

Structilis, Structor, Structura, Struco, Vide **Struo**

Strufectari, dicebantur qui fictū genus libi afferebāt. Feſtus.

Struferrarios dicebant,inquit Feſtus,qui quædam ſacrificia ad arbores fulgoritas faciebant,à ferto ſcilicet quodam ſacrificii genere.

Strúſces, inquit Feſtus, antiqui dicebant omnium rerum extructiones. Plaut.Menæch.3.26,

Cereales cœnas dat,ita menſas extruit,
Tantas ſtruicēs concinnat patinarias.

Struma, ſtrumæ, Tumor vel morb⁹, qui à ſcrophis quæ id morbi patiuntur, ſcrophula dicitur: in quo ſubtus cōcreta quædam ex pure & ſanguine,quaſi glandulæ oriuntur. Hæc ex Celſo lib. 5.cap.28. Naſcitur maximè,vt idem teſtatur,in ceruice:ſed etiā in alis,& inguinibus,& lateribus. Plin.lib.11.cap.37.51, Guttur hominū tantum & ſuibus intumeſcit, aquarū quæ potātur plerunque vitio. Idem multis locis meminit ſtrumarum morbi.

Propter quod quædā tubera ſpongioſa per corpus aliquando inſperſa, ſcrophulæ dicuntur,quæ etiam ſub ſtrumæ appellatione continentur, vt rectius ſtrumulæ,quaſi paruæ ſtrumæ, quàm ſcrophulæ nominentur.

Malè eum habet ſtruma. Celſus lib.5.cap.28.

Frigida aqua ſtrumas excitat. Celſus lib.1.cap.9.

¶Struma(inquit Celſus)extantia quædā in tergo. Cic.ad Att. lib.2.14.4, Proinde iſti licet faciant quos volēt Conſules, Trib. plebis denique etiam Vatinii ſtrumam ſacerdotii διάδημα veſtiant. Fortaſſe viri proprium eſt,quem ludit, vt alio loco Bulbū.

¶Struma ciuitatis. Cic. pro Seſtio.119, Il medentur Reip.qui exſecant peſtem aliquam tanquam ſtrumam ciuitatis.

Strumōſus, penult.prod. Adiectiuum, Qui id vitium patitur. Iuuenalis Saty.10.31,

Nec prætextatum rapuit Nero loripedem,nec
Strumoſum,atque vtero pariter, gibbóque tumentem. Columella lib.7.cap.10.2, Strumoſis ſub lingua ſanguis mittēdus eſt. De ſuibus.

STRVMA, Nomen viri apud Catullum,49.1, Sella in curuli Struma Nonius ſedet.

Strumea herba, Quarta ranunculi ſpecies. Plin.lib.25. cap.13. 17,de quarta ranūculi ſpecie, Noſtri(inquit)herbarii ſtrumeam vocāt,quoniam medetur ſtrumis,& panis,parte in fumo ſuſpēſa.vel,addit Ruellius,quòd ſtrumoſam radicē habeat. Hæc herba eſt, qua validi mendicantes ſibi crura & lacertos dilaniant, quo poſſint impudentius ſtipem extorquere,vel hac impoſtura pecuniolam aucupari. hinc nonnullis herbariis ulcerata vulgò dicitur,aliis ſcelerata.

Struo, ſtruis,ſtruxi, ſtructū,ſtruere,Ordinare,& in ordinē redigere. Liu. lib.1,Poſtquam ſtructi vtrinque ſtabant, cum paucis procerum in medium duces prodeunt. Cic.1. Tuſcul.57, Per ſpelūcas ſaxis ſtructas aſperis. Ouid.1.Metam.31,

Affectaſſe ferunt regnum cœleſte Gigantes,
Altáque congeſtos ſtruxiſſe ad ſydera montes.

Durè ſtruere,Quintil.lib.1.cap.5.41,Cæterū etiam ex præpoſitione & duob⁹ vocabulis durè videtur ſtruxiſſe Pacuuius, Nerei repandi roſtrum,incuruiceruicum pecus.

Struere aliquid, Machinari,moliri. Terent.Heaut.3.2.3,Num me fefellit hoſce id ſtruere? Tacit.lib.1,Variis mox criminibus,ſtruente Tiberio,circunuēti ſunt. Hoc eſt Tiberio inſidiāte.

Struere,pro Inſtruere. Tacit.lib.4,Struebantur,qui morierent perfugere,&c. Hoc eſt inſtruebantur.

¶Aciem ſtruere. Cic.ad Octauium,9, A⁹ quibus exercitū abducis,& aduerſus quos aciem ſtruis? Virg.9.Æneid.9.

Aggeres ſtruere. Cæſar 8.bel.Gall.143, E⁹ regione eius vineas agere aduerſus montem, & aggeres ſtruere cœpit, magno cum labore,& continua dimicatione.

Arcus ſtruere. Tacit.lib.2,Structi & arcus.

Bellū ſtruere. Cic.ad Att.lib.9.18i.10, Ego,ſi Pōpeius manet in Italia,nec res ad pactionē venit,longius bellū puto fore: ſin Italiam relinquit,ad poſterum bellum ἀπαρασκεύαστον ſtrui exiſtimo.

Calamitatem alicui ſtruere. Cic.pro Cluentio,141, Vt velle atque optare aliquid calamitatis filio potius, quàm id ſtruere & moliri videretur.

Cauſas ſtruere. Tacit.lib.2,Struxítque cauſas.

Cōſilia ſtruere. Liu.2.ab Vrb.14,Legati cū aliis alia moliri,aperte bona repetētes, clàm recuperandi regni conſilia ſtruere.

De nomine & vocabulo cōtrouerſiā ſtruere. Ad Heren.li.2.81.

Conuiuia ſtruere. Tacit.lib.15,Publicis locis ſtruere conuiuia.

Copias ſtruere. Cæſar 3.bel.Ciuil.144. Et caſtris poſitis poſtero die mane copias ante frontem caſtrorum ſtruit.

Crimen alicui ſtruere. Tacit.lib.17. Tāquam crimen,ac mox inſidias Fonteio Capitoni ſtruxiſſet.

Frondes congeſtæ ſtruxere cubilia. Lucan.lib.9.169.

Dolos ſtruere. Senec.Herc.Œtæo,11.10.

Domos ſtruere. Horat.1.Carm.ode 18.4.

Epulas ſtruere. Tacit.lib.15,Enimuero liberales ſemper epulas ſtruxiſſe.

Fercula luxuriosè ſtruere. Colum.in Præf.5,Contemptiſſimorū vitiorum officinas guloſius cōdiendi cibos, & luxurioſius fercula ſtruendi,&c.

Inſidias alicui ſtruere. Liu.3.bel.Pun.79, Ibi quū dies aliquot ſuſpecti Cāpanis,timentéſque cauendis ac ſtruendis inuicem inſidiis traduxiſſent,&c. Tacit.lib.4. Ouid.1.Metam.40.

Medicina ſtruitur dolori. Stat.5. Sylu.1.4, Sera quidem tanto ſtruitur medicina dolori.

Mēdacium ſtruere. Liuius 3.bel.Bun.161, Xenophanes primo ſatis iam ſemel fœlix mendacium ſtruere,à Philippo ſe ad Romanos miſſum,ad M.Valerium ad quem vnum iter tutum fuerit peruenīſſe.

Moles ſtruere. Tacit.lib.1, Et manebant ſtructis molibus literæ Ægyptiæ.

Odium ſtruere in aliquem. Cic.2.de Oratore,114, Atque iiſdē his ex locis & odium in alios ſtruere diſcemus,& à nobis ac noſtris dimouere.

Opes ſtruere.Liu.1.ab Vrbe,174,Sed & publica patrib' ſolicitudo inerat, largitione Cõſulẽ periculoſas libertati opes ſtruere.

Orationem ſolutam ſtruere.Gellius lib.1.cap.19,Si aut,inquit, pangis verſum,aut orationem ſolutam ſtruis,atq; ea verba tibi dicenda ſunt,&c.

Ordine,non aceruatim ſtruere. Vitruuius lib.1.capite 8. Vide **Orthoſtata.**

Penum ſtruere.Virgil.1.Æneid.141.

Periculum ruinæ ſtruere. Cecinna ad Ciceronem, lib.6.7. 8, Quemadmodum igitur ſcalarum gradus ſi alios tollas, alios incidas,nonnullos malè hærentes relinquas, ruinæ periculũ ſtruas,non aſcenſum pares.

Pyram ingentem ſtruxere.Virgil.6.Æneid.43.

Reliqua ad iacturam ſtruentur.Cic.ad Q. fratrem,lib.3.24.1.

Solicitudinẽ ſibi ſtruere.Cic.ad Atticũ, lib.5.109.4, Sed dices, meipſum mihi ſolicitudinem ſtruere: cogor,& velim ita ſit.

Struere ſycophantias.Plaut.Aſina.3.57,Neque pudait eum id ætatis ſycophantias ſtruere.

Verba ſtruere.Cic.3.de Orat.94,Collocationis eſt cõponere & ſtruere verba ſic,vt néve aſper eorũ concurſus,néve hiulcus ſit.

Structus,Participium. Cic.de Senectute, 47, Fundit frugem ſpicæ ordine ſtructam.

Acies ſtructa,Vide **Acies.**

Atria ſtructa leuibus tophis.Ouid.8.Metam.113.

Compoſiti oratoris bene ſtructam collocationem diſſoluere permutatione verborum.Cic.in Oratore,136.

Eloquentia,collocata & quaſi ſtructa & nexa verbis.Cicero in Oratore,77.

Mœnia ſtructa meis manibus.Virgil.5.Æneid.163.

Scena in tempus ſtructa.Tacit.lib.14.

Templa ſtructa vetuſto ſaxo.Virgil.5.Æneid.17.

Via ſtructa labore Herculeo.Propert.lib.3.eleg.18.1.

Structor,ſtructôris,maſ.ge.Qui aliquid ſtruit.Cic.ad Qu.fratrem, lib.2.8.5,A' puero vt diſceſſi,in aream tuam veni: res agebatur multis ſtructoribus.

¶Structor pro Cellario ponitur,qui inſtruendæ menſæ & ciborũ curam habet.A' ſtruendo,id eſt ordinando & cõponendo. Martial. lib.10.48, Et quæ non egeant ferro ſtructoris ofellæ.

Structores annonæ.Cic.Attico,li.1.4.301.1,Ecce autẽ ſtructores noſtri ad frumentũ profecti,quũ inanes rediiſſent,rumorẽ attulerũt magnũ, Romæ domũ ad Antoniũ frumentũ omne portari.

Structûra,ſtructúræ,pen.prod. Ædificium, ſiue compoſitio & ordinatio lapidum in ædificiis. Colum.lib.1, Igitur ad ſtructuram quum primum fundamenta iaciuntur, enitendum eſt. Plin. lib.7.cap.16.4,Nec cibo tantum & alimentis neceſſarii,quippe vocis ſermoniſque regimen primores tenent,concentu quodam excipientes ictum linguæ,ſeriémque ſtructuræ.De dentibus loquitur. Liuius 1.bel.Pun.43,Structura antiqua.

Surgens operum ſtructura.Lucan.lib.6.13.

Verborum eſt ſtructura quædã.Cic.de Opt.gen.Orat.143,Sed & verborum eſt ſtructura quædam duas res efficiens,numerum, & lenitatem,&c. Sic de Claris Orat.16.

Videamus quale ſit, quod vel maximè deſyderat diligentiam (eſt enim quaſi ſtructura quædam) nec id tamen fiet operoſè. Cic.in Oratore,83.

Carminis ſtructura mirifica.Ouid.4.de Ponto,eleg.13.1.

Strúctilis,& hoc ſtrúctile,pen.cor.Quod conſtructũ eſt multis materiis:vt colũnæ ſtructiles,quæ nõ ſunt ex vno lapide,ſed ex multis.Colu.lib.11.ca.3.2, Veruſtiſſimi authores viuã ſepem ſtructili prætulerũt. Mart.lib.9.79,Non ſilice duro,ſtructilive cæmẽto.

Strues,ſtruis,f.g.Proprie lignorum congeries eſt. Liu. 1.bel.Pun. 136,Struem ingentem lignorum faciunt. Cic.ad Atticum,lib. 5.99.3,Strues ſalinarum.

Strues vuarum.Plinius lib.14.cap.4.6.

¶Strues,Genus libi quod in ſacris antiqui prolibabant.Ouid. 1.Faſt.55,Hæc adolet flammis cum ſtrue farra ſuis.

Struppi,inquit Feſtus,vocabantur in puluinaribus faſciculi de verbenis facti,qui prædeorum capitibus imponebantur.

Struthia mala,quæ & Struthiomẽla,pen.prod.vno vocabulo proferuntur, Dicuntur vulgò mala cotonea ſiue cydonia fœminina.Cato cap.7.2,Mala ſtruthia,cotonea,ſcantiana. Columel. lib.5.ca.10.13, Cydonia,quorum genera tria ſunt,ſtruthia,chryſomeliana,muſtea.Plin.lib.21.cap.10.6,Dolori capitis cum cotoneis malis aut ſtrutheis illinitur.Legitur & ſtruthiis.

Struthium,ſtruthii,Latinè Paſſeculas dicitur.

¶Struthium,Herba quæ radicula dicitur.Plin.lib.19.cap.3.10, At quæ vocatur radicula,lauandis demum lanis ſuccum habet: mirum quantum conferens candori mollitiæq;. Et paulo pòſt, Struthion Græci vocant.floret æſtate,&c.

Struthiocamẽlus,ſtruthiocamẽli,pen.prod.m.g.Maxima aulũ eſt, ſi tamen aulis eſt dicenda.Plin.lib.10.cap.1.1,Sequitur natura auium: quarum grandiſſimi & penè beſtiarum generis,ſtruthiocameli Africi vel Æthiopici,altitudinem equitis inſidentis equo excedunt,celeritate vincunt: ad hoc demum datis pennis,vt currentem adiuuent: extero non ſunt volucres,nec à terra tolluntur.Vngulæ iis cerui nis ſimiles,quibus dimicant,biſulcæ, comprehendendis lapidibus vtiles,quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus.Concoquendi ſine delectu deuorata mira natura,ſed non minus ſtoliditas,in tanta reliqui corporis altitudine, quum colla frutice occultauerint,latére ſeſe exiſtimantiũ.Præmia ex iis oua,propter amplitudinẽ pro quibuſdam habita vaſis: conóſque bellicos & galeas adornantes pennæ.

STRYMON,huius Strymonis,pen.corr.Fluuius Thraciæ,de quo Virgil.4.Geor.102,Rupe ſub aduerſa deſerti ad Strymonis vndã. Niuoſus Strymon.Ouid.5.Triſt.eleg.4.5.

Strymonius,Poſſeſſiuum: vt Grues Strymoniæ.Virgil.1.Georg.14, Strymoniæque grues,& amaris intyba fibris Officiunt,&c. Idem 10.Æneid.53, -quales ſub nubibus atris Strymoniæ dant ſigna grues.

Aquilo Strymonius.Seneca Agamem.6.18.

Matres Strymoniæ,Mulieres Thraciæ.Ouid.in Ibin,21.

Studium,ſtudii, Eſt vehemens applicatio animi circa aliquid. Donatus,Studium eſt dedita opera voluntatis hominis attentior atque impenſior.Cicero 1.de Inuentione,53,Studium autem eſt animi aſſidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, vt philoſophiæ,poetriæ, geometriæ, literarum. Plautus Aſina.5.58,

Vbi quid dederam,quaſi columbæ pulli ore ambæ meo
Vſque eratis: meo de ſtudio ſtudia erant veſtra omnia:
Vſque adhærebatis: quod ego iuſſeram,quod volueram,
Faciebatis. Terent.Hecyra.1.1.5, Viris eſſe aduorſas, æquè ſtudium eſt,ſimilis pertinacia eſt. Plaut.Sticho,4.45,

Sed curioſi ſunt hîc quamplures mali,
Alienas res qui curant ſtudio maximo. Horat.2.Serm.ſaty.1.5, Molliter auſterum ſtudio fallente laborem.

Alacritas ac ſtudium.Cæſar 4.bel.Gall.555, Quibus rebus noſtri perterriti,atque huius omnino generis pugnæ imperiti, nõ omnes eadem alacritate ac ſtudio, quo in pedeſtribus vti prælíis conſueuerunt.

Pondere ſtudiorum feſſus.Ouid.ad Piſonem,38.

Formæ ſtudium.Tibul.lib.1.eleg.8.9.

Belli ſtudiis aſperrima vrbs.Virgil.1.Æneid.4.

Laſſus ſtudio venandi.Ouid.3.Metam.83.

Acre ſtudium,Vide **Acer** adiectiuum.

Agile ſtudium.Stat.6.Thebaid.111.

Fortia ſtudia.Quintil.lib.6.cap.1.16,Periclitantem verò commendat dignitas,& ſtudia fortia,& ſuſceptæ bello cicatrices.

Inane ſtudium.Vide **Inanis.**

Pertinax ſtudium.Quintil.in Prooem.lib.1.10.

Væcordiæ plena ſtudia.Tacit.lib.3,Studia illi vt plena væcordiæ,ita inania & fluxa ſunt.

Puellare ſtudium.Ouid.5.Metam.79.

Virilia ſtudia.Ouid.12.Metam.41.

¶Adhibere ſtudium,Vide **Adhibeo.**

Ardeo ſtudio hiſtoriæ.Cic.Attico,lib.16.337.4.

Ardere ſtudio belli,Vide **Ardeo.**

Eundi ſtudio incautus cecidit.Ouid.8.Metam.76.

Anili ſtudio celerare gradum.Virg.4.Æneid.119.

Conſurgunt ſtudiis Teucri.Virg.5.Æneid.90.

Contendere omni ſtudio,Vide **Contendo.**

Contendere ad magna rectis ſtudiis,Vide **Contendo.**

Fideli ſtudio diſpoſita dona.Lucret.lib.1.10.

Dare ſtudium alicui rei.Quintil.lib.3.cap.2.1, Nã cui dubium eſt, quin ſermonem ab ipſa rerum natura geniti protinus homines acceperint: quod certe principium eſt eius rei.Huic ſtudium & incremẽtũ dederit vtilitas, ſummã ratio & exercitatio?

Duris ſtudiis exercere aliquem.Claud.7.Paneg.64.

Inani ſtudio iactare aliquid.Virg.eclog.2.1.

Incenſus ſtudio diſcendi.Cic.1.de Orat.1.

Incẽſã ſtudio,quod ad agrũ colẽdũ pertinet,Vide **Incendo.**

Quorum ſtudio legendi,meum ſcribendi ſtudium vehementius in dies incitatur.Cic.1.de Diuinat.8.

Inflammatum ſtudium,Vide **Inflammo.**

Inhærere ſtudio alicui.Ouid.8.Metam.175.

Iniicere ſtudium alicui,Vide **Iniicio.**

Inſtigare aliquem ſtudiis.Virg.5.Æneid.46.

Interponere ſtudium,operam,Vide **Interpono.**

Ponere ſtudium alicuius rei. Horat.4.Carm.ode.11.6, Verum pone moras,& ſtudium lucri.Vide **Pono.**

Perenni ſtudio ſeruatum odium.Silius lib.1.4.

Studium in aliquo eſſe.Cæſar 1.bel.Ciuil.140,Traducto incolumi exercitu copias inſtruit, triplicémque aciem ducere incipit: ac tantum fuit in militibus ſtudium,vt millium ſex ad iter addito ad vadum circuitu,&c.

In ſtudio eſt mihi labor.Cic.2.Tuſcul.61, Illi autem volueruñt nihil horum ſimile eſſe apud Lacænas virgines, quibus magis palæſtra, Eurotas,ſol, puluis, labor, militia in ſtudio eſt, quam ſertilitas barbara.

Studiũ in aliquo eſt,Hoc eſt ſtudiorum & literarũ amor,& ſcientia ac doctrina.Cic.1.Acad.11,Sed meos amicos,in quibus eſt ſtudium,in Græciã mitto,id eſt ad Græcos ire iubeo,vt ea,&c.

Teneri ſtudio aliquo.Horat.1.epiſt.1.17.

Seueris ſtudiis vigilare.Propert.lib.1.eleg.3.2.

¶Studium alicuius in ſalutem alterius.Cic.ad Q.fratrem,lib.3.17.14,Ego Curtium(id quod ipſi dixi)nõ modò rogatione,ſed etiam teſtimonio tuo diligo, quòd literis tuis ſtudium illius in ſalutem noſtram ſæpiſſimè perſpexi.

Inſigne ſtudium alicuius erga alterum,Vide **Inſignio.**

Studium tuum erga me.Cic.ad Appium,lib.3.10.16,Neque enim de meo erga te ſtudio dubitare debes, neque id eſt obſcurum cuiquam in prouincia,nec Romæ fuit.

Studium meũ dignitatis tuæ,Labor & diligentia mea in conſeruatione tuæ dignitatis. Cic.ad Licinium,lib.5 8.1, Quantum mecum ſtudium extiterit dignitatis tuæ vel tuendæ,vel etiam augendæ,non dubito quin ad te omnes tui ſcripſerint.

Cupiditas & ſtudium defendendæ nobilitatis.Cic.3.Verr.24.

Conferre ſua ſtudia in aliquem,Vide **Confero.**

Studio alicuius aliquid habere,Hoc eſt diligentia & labore.Cicero ad Curionem,lib.2.5.16,Eam autem tui vnius ſtudio me aſſequi poſſe confido.

Incenſus eſt ſtudio vtriuſque veſtrum,Vide **Incendo.**

Tibi omnes nauare operã & ſtudiũ volunt.Cic.ad Brutũ,8.1.

Polliceri alicui ſuum eximium & ſingulare ſtudium. Cicero Licinio,lib.5.8.11.

¶Studium,Exercitatio: vt quum dicimus,ſtudia literarũ.Columel.Et ne ſingula perſequar: ei ſtudio,quod quiſq; agere velit,conſultiſſimum rectorem adhibeat.Id eſt exercitio,vel operi,vel arti. Terent.And.1.1.29,

Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli
Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant,aut equos
Alere,&c. Idem Heaut.2.3.39,
Hinc ſciri potuit,haud vſquam alibi,Clinia,
Quo ſtudio vitã ſuam te abſente exegerit. Cic.de Senect. 46,
Atque hæc quidem ſtudia ſunt doctrinæ,quæ quidem prudentibus & bene inſtitutis,pariter cum ætate creſcunt. Idem 1.de Inuent.7, Mihi videntur cuncta ſtudia recta atque honeſta per otium concelebrata ab optimis eniteuiſſe. Sic 1.Tuſcul.2,Studio ſapientiæ,quæ philoſophia dicitur. Tacit.lib.14.

Claritudo ſtudiorum.Tacitus lib.11.

Hiſtrionale ſtudium.Tacitus lib.1.

Muſicum ſtudium,Vide Muſicus in **Muſa.**

Conſortes ſtudii.Ouid.5.Triſt.eleg.4.10,Vos quoque conſortes ſtudii,pia turba,poetæ,&c.

Cupidus ſtudiorum.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.7.

Sacri ſtudii communia fœdera.Ouid.4 de Ponto,eleg.13.9.

Participem ſtudiis habere aliquem. Ouid.1.de Ponto,ele.5.9.

Lenius ſtudium.Ouid.1.de Remed.amor.41.

¶Adhærere ſtudio alicui.Lucret.lib.4.195,Et quo quiſque ferè ſtudio defunctus adhæret.

Adhibere multum ſtudii ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum diſciplinas.Cic.de Claris Orat.77.

Mollibus ſtudiis aſſuetus.Ouid.1.Triſt.eleg.4.15.

Celebrare ſtudium agriculturæ,Vide **Celebro.**

Collocare ſtudium,Vide **Colloco.**

Concitari cohortatione alicuius ad ſtudiũ cognoſcendæ virtutis.Cic.1.de Oratore,102.

Conuertere ſtudium ad operam ſcribendi,Vide **Conuerto.**

Deditus ſtudio citharæ.Horat.2.Serm.ſaty.3.21.

Otii ſtudiis florens.Virgil.4.Georg.113,
Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope,ſtudiis florentem ignobilis oti.

Formare boues ad ſtudiũ atq; vſum agreſtẽ.Virg.3.Georg.53.

Aſperioribus ſtudiis formandæ mẽtes.Horat.3.Car.ode 24.11.

Impertire ſtudium philoſophiæ,Vide **Impertio.**

Ingredi diſciplinarum ſtudia.Quintilian.lib.1.cap.10.1,Nam iiſdem ferè annis aliarum quoque diſciplinarum ſtudia ingredienda ſunt.

Verſari in ſtudio literarum.Vide **Litera.**

¶Studia,pro Literarum ſtudiis.Quintil.lib.11.cap.3,Sed etiãſi noſſe quid quiſque ſenſerit,volet:lectionis opus eſt,qua nihil eſt in ſtudiis minus laborioſum. Idem, Neque enim minores eũ quum hæc fecerit,ſtudiorum fructus ſequentur. Idem,Quantulum enim temporis ſtudiis partimur?

Secreta ſtudia.Quintil.lib.2.cap.18.3.

Abhorrere ſtudio,Vide **Abhorreo.**

Abruptum ſtudium,Vide **Abruptus.**

Accerſita ſtudia,Vide **Accerſo.**

Aſſerere ſe ſtudiis,Vide **Aſſero.**

Attingere leuiter ſtudia,Vide **Attingo.**

Auferre ſtudium alicui.Catul.ad Mallium,63.4.

Colere ſtudia,Vide **Colo.**

Concelebrare ſtudia,Vide **Concelebro.**

Conferre ſe ad ſtudia,Vide **Confero.**

Confluere ad ſtudia,Vide **Confluo.**

Conquieſcere in ſtudiis,Vide **Conquieſco.**

Detinere animum ſtudiis.Ouid.5.Triſt.eleg.8.8.

Flagrans ſtudium.Cic.3.de Orat.117.

Formare ſtudia alicuius ab infantia. Quintil.in Proœ.lib.1.5.

Iacent ſtudia,Vide **Iaceo.**

Impedita ſtudia,Vide Impeditus in **Impedio.**

Incitari in ſtudia,Vide **Incito.**

Incumbere ad vel in ſtudia,Vide **Incumbo.**

Ingredi ſtudia,Vide **Ingredior.**

Mori in ſtudio,Vide **Morior.**

Reuocare intermiſſa ſtudia,Vide **Intermitto.**

Inutile ſtudium tentare.Ouid.4.Triſt.eleg.9.5.

¶Studium,pro Deſyderio.Cic.de Senect.75, Equidem efferor ſtudio patres veſtros(quos colui & dilexi)videndi. Idem 1.Academ.63.Archeſilas ſibi omne certamen inſtituit,non pertinacia aut ſtudio vincendi,(vt mihi quidem videtur)ſed earum rerum obſcuritate, quæ ad confeſſionem ignorationis adduxerant Socratem. Idem pro Roſcio Amerino,55,Sed in animo eſt leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere vnamquanque rem, vt omnes intelligant,me non ſtudio accuſare,ſed officio defendere. Sic.2.Verr.17,Tanto ſtudio requiſiuit.

Alicuius ſtudio & cupiditati morẽ gerere. Cic.pro Quintio,5.

Immane ſtudium loquendi.Ouid.5.Metam.136.

Adduci certandi ſtudio,Vide **Adduco.**

Famæ ſtudium creſcit honore.Ouid.1.de Remed.amor.79.

Ardentibus ſtudiis depoſcunt.Ouid.1.Metam.41.

Fallens laborem ſtudium.Ouidius 6.Metamorph.11,
Vtraque feſtinat,cinctæque ad pectora veſtes,
Brachia docta mouent,ſtudio fallente laborem. Studium, id eſt vincendi cupiditas.

Minuens labores ſtudium.Ouid.4.Metam.59,
Ignotis errare locis,ignota videre
Flumina gaudebat,ſtudio minuente labores.

Rapi ad aliquẽ locũ ſtudio inflãmato.Cic.pro Lege Manil.15.

Petere ardentiore ſtudio,Vide **Ardeo.**

¶Studium,Fauor,amor.Saluſtius,D.Syllanum certè ſcio quæ dixerit,ſtudio Reip.dixiſſe.Plaut.Trin.10.71, -ſcio equidem
Te,animatus vt ſis ſtudio, ſubolet, ſentio. Cic.de Amicitia,85,
Nam quid ego de ſtudiis dicã cognoſcendi ſemper aliquid, aut diſcendi? Idẽ pro Plancio,8, Illud debes putare,comitiis, præſertim Ædilitiis,ſtudium eſſe populi,non iudicium,eblandita illa,non enucleata eſſe ſuffragia.

Accendere ſtudium,Vide **Accendo.**

Accinctus ſtudio popularium,Vide **Accingo.**

Acquirere ſtudia vulgi,Vide **Acquiro.**

Hæc amicorum ſtudia debilitant.Cic.pro Murena,41.

Mouere ſtudia hominum,Vide **Moueo.**

¶Studium,Voluntas,ſententia. Virg.2.Æneid.8, Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus. Terent.Adeph.1.1.16,
Atqui ex me hic non natus eſt,ſed ex fratre,is adeò
Diſſimili ſtudio eſt iam inde ab adoleſcentia.

Voluntas & ſtudiũ.Cic.de Amicit.14,Id in quo eſt omnis vis amicitiæ,voluntatum,ſtudiorũ ſententiarum ſumma conſenſio.

Studio habere aliquid.Terent.Adel.3.3.18, -di veſtram fidem
Vtrum ſtudióne id ſibi habeat,an laudi putet
Fore,ſi perdiderit gnatum?

Indulgere aliquid ſtudio ſuo,Vide **Indulgeo.**

Studiôſus,pen.prod.Adiectiuum.Aſſiduus & perſeuerans in re aliqua.Author ad Herennium,Ideóque bonis viris & ſtudioſis amicus erat. Cic.4.Academ.176,Homo & acutus vt Pœnus,& valde ſtudioſus ac diligens.

Cohors ſtudioſa.Horat.1.epiſt.3.2.

Pectora ſtudioſa.Ouid.4.Triſt.eleg.9.19.

Studioſa placendi,Cupida.Ouid.3.de Arte,85.

Studioſiſſimi defenſores,Diligentiſſimi. Cic.4.Verr.8,Videte quid potuerit, qui quatuor in prouincia quæſtores, ſtudioſiſſi-

mos defensores,propugnatoresque habuerit.

¶Studiosus,pro Literarum cupido.Plin.epist.5.lib.3,Itaq; soleo ridere,quum me quidam studiosum vocant.

Suscepi laborem vtilem studiosis.Cic.de Opt.gen.Orat.148.

Instruere studiosos scientiam alicuius rei,Vide Instruo.

Studiosa quæstio vel disputatio,Literata & docta. Quintil.lib. 11.cap.1, Inter eos non forensem contentionem, sed studiosam disputationem crederes incidisse.

¶Studiosus,pro Cupido,addicto siue dedito alicui rei,Genitiuo iungitur, rarissime datiuo.vt Studiosus laudis,id est cupidus: & Studiosus Cæsaris,id est amator vel beneuolus.

Genitiuo.Cicero Cecinnæ,Viri sunt optimi,& tui similiũ studiosi,& mei necessarii. Idem de Amicitia,63, Nec siqui ineunte ætate venandi aut pilæ studiosi fuerint,eos habere necessarios oportet,quos tum eodem studio præditos dilexerunt. Ouid.14. Metam.115,Nec fuit arboreꝰ studiosior altera fœtus.

Habet enim certos sui studiosos,qui &c.Cic.de Claris Orat.31.

Doctrinarum studiosus.Cic.Sulpitio,lib.4.3.11.

Studiosi & amantes doloris.Cic.2.Tuscul.60,Itaque industrios homines illi studiosos,vel potius amantes doloris appellant,nos commodius laboriosos.

Eloquentiæ studiosi.Quintil.lib.5.cap.10.85.

Equorum studiosus.Ouid.14.Metam.64.

Quem in prouincia existimationis meæ studiosissimum, cupidissimúmque cognoui.Cic.4.Verr.81.

Nemorum studiosus.Ouid.7.Metam.137.

Nobilitatis studiosus.Cic.4.Acad.114,Semper enim, vt scitis, studiosus nobilitatis fuit. Idem pro Roscio Amer.11, Hominis studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus. Idem 4. de Finib.99,Studiosissimus philosophiæ.

Ille restituendi mei quàm retinendi studiosior. Cicero Attico,lib.8.147.4.

¶Datiuo.Plautus Milite,10.206, Qui nisi adulterio studiosus, nulli aliæ rei est improbus.

Studiosè,pen.prod.Aduerbium,Diligenter.Terent.Eunuc.1.1.36, Mater vbi accepit,cœpit studiosè omnia
Docere. Idem Heaut.1.3.44, Texentem telam studiosè ipsam offendimus. Cic.de Senectute,54,Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt,quos legite quæso studiosè.

Audire studiosè.Cic.4.Acad.14.

Colere studiosè prædia.Cic.pro Roscio Amerino,29.

Conquirere studiosè omnia. Cic.4.Acad.153.

Studiosè diligenterque curare aliquid.Cic.Planco,in epist.ad Atticum,lib.16.341.7.

Defendere studiosè sententiam alicuius.Cic.4.Acad.151.

Legere aliquid studiosius.Quintil.lib.3.cap.6.45.

Ludere studiosè pila.Cic.1.de Oratore,140.

Polliceri studiosè.Cic.4.Verr.114, Facturos esse, siquid imperasset,studiosè pollicerentur.

Requirere aliquid studiosè.Ouid.1.de Arte,19.

Studeo,studes,studui,studêre,Operam dare alicui rei.Plau.Pseud. 7.108,Studeo hercle audire: nam auscultabo lubens. Terentius Eunucho,5.5.8,
Perdidisti istum quem adduxti pro eunucho adolescentulum,
Dum studes dare verba nobis. Ibidem,1.3.21,
-quas matres student
Demissis humeris esse. Cic.5.de Finib.13,Studet enim meus audire Cicero,quæná sit istius veteris quam commemoras,Academiæ,de finibus bonorum,Peripateticorúmque sententia. Idè in Partit.1,Studeo mi pater,Latinè ex te audire ea quæ mihi tu de ratione dicendi Græcè tradidisti.

Stude verum inuenire.Author ad Herennium,lib.4.194.

Studet rem ad arma deduci.Cæsar 1.bel. Ciuil.16,Simul infamia duarum legionum permotus, quas ab itinere Asiæ Syriæque ad suam potentiam,dominatumq; conuerterat,rem ad arma deduci studebat.

¶Iungitur hoc verbũ datiuo aliquãdo,aliquando accusatiuo.

Datiuo.Cæsar in Comment.Cupiditate regni adductus, nouis rebus studebat. Plautus Merc.4.78, Armamentis componẽdis & complicandis studuimus. Ibidem,3.23,Præter quàm res patitur,studet elegãtiæ. Idem Sticho,13.4, Festinamus omnes,lectis sternendis studuimus,munditiisque apparandis.

Cui rei,cui gloriæ, cui virtuti studes? Cic.1.de Oratore,114.

Studere optimis disciplinis & artibus.Cic.1.Verr.21, In quo si te multum natura adiuuaret,si optimis à pueritia disciplinis atque artibus studuisses,&c.

Artibus & literis studere. Cic.ad Lentulum,lib.1.7.37, Lentulum eximia spe,summæ virtutis adolescentem,cum cæteris artibus quibus studuisti semper ipse, tum in primis imitatione tui fac erudias. Idem ad Torquatum,lib.6.4.11,Non tantum literæ,quibus semper studui.

Studere literis,quibus fons eloquentiæ continetur. Cicero de Claris Orat.179.

Laudi & dignitati studere.Cic.4.de Finibus.107,Sed quia studebat laudi & dignitati,multum in virtute processerat.

Student magis mellificũs,quàm fœtibus apes. Columella lib. 9.cap.13.10.

Ego semper otio studui.Cic.8.Philip.141.

Studere pecuniæ,imperiis,gloriæ.Cic.1.de Finib.91.

Rebus nouis studere.Cic.1.in Catil.2.

¶Studere,Fauere.Ouidius,Cui studeat deus omnis habet. Cicero pro Cælio,8,Studuit Catilinæ, quũ iam aliquot annos esset in foro Cælius.Id est,fauit.coluit,& studio eius tenebatur.

¶Accusatiuo iunctum,significat Cupere,velle.Plaut.Truc.7. 11, Credo militem illum studet iam quasi volturii. Cic. Post reditum in Senatu,11,Quum verò literas studere incipit, & helluo immanis cum Græculis philosophari.tum est Epicureus. Idem lib.5.epist.Qui si nihil aliud studeat,nisi id quod agit. Terent.Hecyra,2.1.2,Vt omnes mulieres æquè studeant,nolintque omnia. Plautus Milite,Si sic aliis mœchis fiat, minus hic mœchorum siet,magis metuant, minus has res studeant.Id est, velint,cupiant,affectent. Terent.And.1.1.31,
Horum ille nihil egregiè præter cætera
Studebat. Id est affectabat. Sic in Heaut.Id dum studuisti. Ibidẽ,1.4.24,Quid studes Antiphila? Rectius legitur stupes. Cic. 6.Philipp.116, Vnum sentitis omnes,vnum studetis.

Accusatiuo, cum præpositione In. Quintil.lib.10.cap.1,Poetæ & pictores in id solum studeant,vt describere tabulas mensuris ac lineis sciant.

Ablatiuo,cũ præpositione In.Gellius, Siquis in ea re studebat.

¶Absolutè,Amare,siue fauere. Salust. in Catilin.in oratione Cæsaris,Neque studere,neque odisse,sed minimè irasci decet.

¶Studere,pro Literis operam dare.Quintilianus libro 12.cap. vltimo, Nunc computamus annos, non quibus studuimus, sed quibus viximus. Et in primo, Vtiliúsne sit domi, atque intra priuatos parietes studentem continere, an publicis præceptoribus tradere.

¶Studere,cum Genitiuo.Cic.3.de Natura deorum,102,
Parentem habere anarum,illepidum in liberos,
Difficilem,qui te nec amet,nec studeat tui. Ex antiquo poeta.

Studens,Participium.Cic.pro Plancio,71,Hîce ego auxiliis studentibus atque incitatis vti me Laterensis potuisse confiteor.

Stultus,Adiectiuum,Imprudẽs,improuidus.Nam & multi nó insipientes aliquando stultè aliquid vel agunt, vel loquuntur. Afranius, Ego stultum me existimo, fatuum esse non opinor. Terent.Eunucho,2.1.13, Ex stultis insanos facit. Cic.ad Curionem,lib.7.29.6,Quanquam me non ratio solùm cõsolatur,quæ plurimum debet valere,sed etiam dies,quæ stultis quoque mederi solet. Horat.1.Serm.saty.5.17,
Hîc ego mendacem stultissimus vsque puellam
Ad mediam noctem expecto.

Stultorum plena sunt omnia.Cic.Præto,lib.9.12.14.

Vt hominem stultum magis etiam infatuet mercede publica. Cic.3.Philipp.139.

Amor stultus & improbus.Horat.1.Serm.saty.3.5.

Ars stulta.Ouid.2.de Ponto,eleg.9.15.

Stultus auditor & credulus.Cic.pro Fonteio,11.

Consilium stultum capere.Cic.7.Verr.80.

Credulitas stulta.Ouid.3.Amor.eleg.3.5.

Dies stulti præterierunt, Id est in stultitia peracti. Tibull.lib.1. eleg.4.7,
Vidi iam iuuenem premeret quum serior ætas,
Mœrentem stultos præteriisse dies.

Iuuenta stulta.Tibull.lib.3.eleg.7.7.

Senex stultus,credulus,obliuiosus,dissolutus.Cic.de Senect.31.

Stultè,Aduerbium,Imprudẽter.Plaut.Menæh.14.15,Quæso ignoscas,siquid stultè dixi atque imprudens tibi. Terent.Heaut.1.3. 8,Factum à nobis stultè est.

Agere omnia stultè & incautè.Cic.Attico,lib.7.119.2.

Arrogas stultè.Cic.1.de Legib.26,Quid est enim verius quàm neminem esse oportere tam stultè arrogantẽ,vt in se rationem & mentem putet inesse,in cælo,mundóque non putet?

Credere stultè.Cic.1.de Nat.deor.102,Hæc & dicũtur & creduntur stultissimè,& plena sunt futilitatis,summæque leuitatis.

Dicere stultè.Cic.4.de Finib.34,Itémque illa quæ in corpore excellerent,stultè antiquos dixisse,per se esse expetẽda & sumẽda potius quàm expetenda?

Quasi stultè aliquid cum sale dicere.Cic.2.de Orat.151,Habet nonnunquam aliquid etiam apud nos loci, vt vel non stultus quasi stultè cum sale dicat aliquid,&c.

Mirari ſtultè aliquid.Horat.de Arte,55.

Stultitia,ſtultitiæ,Imprudentia.Plin.lib.11.cap.51.4,Auricularum magnitudo loquacitatis & ſtultitiæ nota eſt. Terẽt.Heaut.4.1.33,Vt meæ ſtultitiæ iuſtitia tua ſit aliquid præſidi. Ibidem,5.1.14,Ibi tuæ ſtultitiæ ſemper erit præſidium Clitipho.

Ita ſunt altæ ſtirpes ſtultitiæ.Cic.3.Tuſcul.22.

Eſt enim proprium ſtultitiæ, aliorum vitia cernere, obliuiſci ſuorum.Cic.3.Tuſcul.135.

Miſerius ſtultitia nihil dici poteſt.Cic.1.de Nat.deor.34.

O delirationem incredibilem:non enim omnis error ſtultitia dicenda eſt.Cic.1.de Diuinat.135.

Sed huius iſtius facti ſtultitiam maior iam ſuperior ſtultitia defendit.Cic.pro Rab.Poſthu.15.

Loquax ſtultitia. Cic.3.de Orat.79, Malo indiſertam prudentiam,quàm ſtultitiam loquacem.

Mala.Horat.1.Serm.ſaty.3.0. Praua.Ibidem,4.44.

Abdere ſtultitiam,Vide Abdo.

Damnare ſe ſtultitiæ.Lucret.lib.4.138.

Errare ſtultitia.Horat.2.Serm.ſaty.3.41,Stultitiáne erret, nihilum diſtabit,an ira.

Stultitia eſt à quibus bona precamur, ab iis porrigentibus & dantibus nolle ſumere.Cic.3.de Nat.deorum,111.

Stultiloquium,ſtultiloquii,Imprudens ſermo.Plautus Milite,6.15, -paratum eſt dupliciter,ni reprimas tuum Stultiloquium.

Stultiloquentia,ſtultiloquentiæ.Idem. vt Occluſior ſtultiloquentia.Vide Occluſus in Occludo.

Stupa,ſtupæ,vel Stypa, vt quibuſdam placet,Linum vile, quod lini cortici proximũ eſt,vt ait Plinius,à Græco στύπη,quod ſtupam ſignificat:vel à ſtipando,quòd ea ſtipetur nauis. Liuius 1.bel.Pun.31,Id ſicut in pilo,quadratum ſtupa circunligabant.linebántque pice. Idem 8.bel.Maced.22,Alii cum ardentibus facibus, alii ſtupam,picémque, & malleoſos ferentes, tota colluccente flammis acie,aduenére. Lucretius lib.6.177,

Frigidus eſt etiam fons,ſupra quem ſita ſæpe
Stupa iacit flammas concepto protinus igni. Virgilius 5.Æneidos,137, -vdo ſub robore viuit
Stupa vomens tardum fumum,&c.

Stuparius,Adiectiuũ,Quod ad ſtupam pertinet:vt Stuparius malleus,quo lina tunduntur.Plin.lib.19.cap.1.10, Mox arefactæ in ſaxo tunduntur ſtupario malleo.

Stupeus,Aliud adiectiuum. Virgil.8.Æneid.139,

Stupea flamma manu,teliſque volatile ferrum
Spargitur:arua noua Neptunia cæde rubeſcunt. Idẽ 1.Æneid.48,Subiiciunt lapſus,& ſtupea vincula collo Intendunt.

Retinacula ſtupea puppis.Ouid.14.Metam.109.

Stupeo,ſtupes,ſtupui,ſtupẽre,Eſt ita timere,vt quodãmodo ſenſum rerũ non habeamus. Perſius Saty.3.4, Sed ſtupet hîc vitio. Id eſt inſanus factus eſt vitiis. Plin.in Panegyr.109,Stupeo r.c. necdũ ſatis aut oculis meis,aut auribꝰ credo atq; itentidẽ me an audierim an viderim,interrogo. Terẽt.And.1.1.5. Ita poſtquã ademptа ſpes eſt,laſſus,cura confectus ſtupet. Cic.ad Atticum, lib.7.119.2,Cn.noſter quid cõſilii ceperit,capiátve,neſcio: adhuc in oppidis coarctatus,ſed ſtupent omnes. Idem 7.Verr.75,Cõfirmant ipſi ſe,quum is etiam tum ſemiſomnis ſtuperet. Ouid. 5.Metam.102,Mater ad auditas ſtupuit,ceu ſaxea,voces.

Occurſu ſtupuere ducis.Lucanus lib.8.4.

Acies oculorum ſtupet,Vide Acies.

Ars ſtupet ambiguis malis.Ouid.1.Triſt.eleg.1.7.

Corda ſtupent ſepulta mero.Ouid.1.de Remed.amoris,82.

Verba ſtupuerunt ignauo palato.Ouid.2.Amor.eleg.6.10.

Re aliqua ſtupere,Id eſt propter rem aliquã obſtupeſcere.Horat.1.Ser.ſaty.4.6,Hunc capit argenti ſplẽdor,ſtupet Albius ære.

Stupere in aliquo, Id eſt aſpectu alicuius ſtupere. Valerius 1.Argonaut.54,de Achille adhuc puero,

-ſtupet in ducibus: magnúmque ſonantes
Haurit: & Herculeo fert cominus ora leoni.

Stupẽs,Particip.vt Carminibus ſtupẽs bellua.Hor.2.Car.ode 13.7.

Stupere aliquem.Cicero 2. de Finib.112, Hæc quum loqueris, nos Varrones ſtupemus,tu videlicet tecum ipſe rides. Vetus exemplar habet Barones.

Stupens ad frigus natura vini.Plin.lib.14.cap.21.1,Vini natura non gelaſcit,aliàs ad frigus ſtupens tantúm.

Stupefacio,ſtupẽfacis,pen.corr.ſtupefẽci, pen.prod.ſtupefactum, ſtupefacere.Liuius 5.ab Vrbe,175,Priuatos deinde luctus ſtupefecit publicus pauor,poſtquam hoſtes adeſſe nuntiatum eſt.

Fratris aſpectu ſtupefactus hæſit.Seneca Thyeſte,7.1.

Corda ſtupefacta.Virgil.5.Æneid.119.

Stupeſco,ſtupeſcis,ſtupẽſcere,Stupidum fieri.Cic.3.de Orat.57, Incidat,aſpiciat,admiretur,ſtupeſcat.

Stupefio,pen.prod.ſtupefis,pen.indifferẽter,ſtupefieri.Cic.3.de Oratore,30, In quo igitur homines exhorreſcunt? quem ſtupefacti dicentem intuentur?

Stúpidus,penult.corr.Adiectiuum, Stupefactus,Aliquando dicitur Stultus. Plautus Epid.2.3,Quid ſtas ſtupida?quid taces? Idem Pœnulo,18.78,

Miſera timeo quid hoc negotii ſit mea ſoror,
Ita ſtupida ſine animo aſto. Terent.in Prologo Hecyræ,4,Ita populus ſtudio ſtupidus,in funambulo animum occuparat.

Stupidus & bardus.Cic.de Fato,16.

Detinere aliquem ſtupidum.Cic.in Parad.43.

Omnes ſtupiditimore obmutuerũt.Author ad Herẽ.lib.4.134.

Stupida membra,Quæ nihil ſentiunt.

Stupiditas,pen.corr.ſtupiditãtis, Idẽ quod Stupor.Cic.2.Philip.86, In quo primùm incredibilem ſtupiditatẽ hominis cognoſcite.

Stupor,ſtupôris,m.g.Alienatio quædã ſenſuum,quòd ſcilicet ſenſus cõſtipentur.Cic.in Piſonẽ,1,Pauci iſta tua lutulẽta vitia noueramus,pauci tarditatẽ ingenii,ſtuporẽ,debilitatémq; linguæ. Idem 2.Philip.75, Tantus igitur te ſtupor oppreſſit? Ibidem,3.135,Qui propter hæſitantiam linguæ,ſtuporémq; cordis,cognomen ex cõtumelia traxerit. De Bambalione loquitur. Idem 3.Tuſcul.11,Immanitas in animo,ſtupor in corpore.

Stupor & Virtus, contraria. Cic.pro Domo ſua,75, Tum verò neque illud meum factum laudabile, &c. eámque animi duritiam,ſicut corporis,quod quum vritur,non ſenſit,ſtuporem potius,quàm virtutem putarem.

Sinautem id nõ videt, periculum eſt,ne ſe ſtuporis excuſatione defendat.Cic.de Aruſp.reſpon.4.

Qui morbo aliquo & ſenſus ſtupore, ſuauitatẽ cibi non ſentiunt.Cic.2.Philipp.110.

Oculos ſtupor vrget inertes.Virgil.3.Georg.105.

In verbis eius eſt ſtupor.Cic.1.Philip.51.

Sed ſtuporẽ hominis,vel dicã pecudis, attẽdite.Cic.2.Phil.50.

Stuprum,ſtupri,Coitus lege vetitus.Cic.ad Octauiũ,16,Audiet Brutus eum populum,&c. pro turpi ſtupro datus in ſeruitutem. Idem 4.Tuſc.11,Stupra dico,& corruptelas & adulteria, inceſta deniqi. Idẽ Poſt reditũ in Senatu,11,Quũ verò in circo Flaminio nõ Trib.pleb.Conſul in concionẽ,ſed à latrone,&c.primùm proceſſit,qua authoritate vir? vini,ſomni,ſtupri plenus.

Author ſtupri.Ouid.1.de Arte,142.

Nefandi ſtupri raptor.Senec.Hippol.5.18.

Fœda ſtupra.Claud.de bello Get.17.

Appellare aliquem de ſtupro,Vide Appello.

Compertus in ſtupro.Vide Comperio.

Furtiuo ſtupro conceptus.Senec.Troade,4.19.

Debilitatus ſtupris,Vide Debilito.

Facere ſtuprum cum aliqua.Cic.pro Miloné,54,Clodius cum ſorore germana nefarium ſtuprum fecit.

Inferre ſtuprum virgini.Cicero 3.Offic.49,Gyges reginæ ſtuprum intulit. Idem in Piſonem,76,Cum ſtuprum Bonæ deæ puluinaribus intuliſſet.

In aliquam domum ſtuprum inferre.Cic.in Parad.18.

Illicere in ſtuprum.Cic.3.de Nat.deorum,93, Qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum.

Obſidere ſtuprum,Vide Obſideo.

Offerre ſtuprum,Vide Offero.

Paſſa ſtuprum ſæui tyranni Lucretia.Senec.Octau.6.7.

Polluere ſtupro ceremonias.Cic.pro Domo ſua,81,Qui nõ ſolũ aſpectu,ſed etiã inceſto flagitio & ſtupro polluit ceremonias.

Repetere luxuries ac ſtupra alicuius ab aliquo. Cicero Antequam iret in exilium,11.

Solutus morbis ſtupriſque.Claud.de bello Gildon.90.

¶ Stuprũ pro Turpitudine.Næuius,Seſéq; ii perire mauolũt ibidẽ,quàm cũ ſtupro redire ad ſuos populares. Item,Sin illos deſerant fortiſſimos viros,magnu ſtuprum populo fieri pergetis.Feſtus.

Intercutia ſtupra,Vide Intercus.

Stuprè,Aduerb.In Nelei carmine,Fœde,ſtupréq; caſtigor.Feſtus.

Stupro,ſtupras,ſtuprare,Stuprum inferre,vel committere.Plautus Trucul.17.44, -loquere,filiam meam
Quis integram ſtuprauerit. Idem Aulul.3.36,
Is adoleſcentis illius eſt auunculus,
Qui illam ſtuprauit noctu Cereris vigilijs. Vatinius ad Ciceronem,lib.5.10.3, Hominem vnum omnium crudeliſſimum, qui tot ingenuas matreſſamiliàs ſtuprauit. Cic.5.de Finib.114,Qui interficeret filiam ne ſtuprarẽtur.

Stuprare per vim.Cic.2.de Fin.106,Stuprata per vim Lucretia à regis filio,teſtata ciues ſeipſa interemit. Liu.1.ab Vrb.251,Ibi Sex.Tarquiniũ mala libido Lucretiæ per vim ſtuprandæ capit.

Polluere religiones ementiendo aut ſtuprando. Cic.pro Domo ſua,96.

Puluinar quod stupraras. Cic. de Aruſp. reſpon. 19.

Stuprator, pen. prod. Verbale maſc. Quintil. lib. 7. cap. 5. ad finem, Stuprator an decem milia dare debeat, quæ pœna huic crimini conſtituta eſt. Seneca Hippol. 8. 7.

Hic dicet enſis, quem tumultu territus Liquit ſtuprator.

STYRAX, Plinio lib. 4. cap. 15, Inſulæ in Gallico Oceano, inter Helium ac Flenum.

Sturnus, ſturni, Auis gregatim volans. Plin. lib. 18. cap. 8. 11, Adulterant amylo aut cimolia, ſed maximè ſturni, quos captos oryza tantum paſcunt. Ex veteſto exemplari legendum, Sed maximè qui captos. Martialis lib. 9. 57,

Nunc ſturnos inopes, ſtringillarúmque querelas
Audit, & arguto paſſere vernat ager.

Stygius, Vide **Styx**.

Stylio, huius ſtyli, Latinè columella dicitur: quo nomine dictus eſt locus quidá qui turriculæ modo erectus ex aduerſo turrem in Peloro ſitam reſpicit, hodiéque à multis appellatur Stylarion.

Stylobata, ſtylóbatæ, pen. corr. Palus, lignum, trabs per quam poteſt decurrere aqua, quaſi canale, & inſtrumẽtum ligneũ quo aqua traiicitur, vt ſub tegulis fieri ſolet. Varro lib. 1. de Ruſt. cap. 13. 3, Chortes in fundo magno duæ aptiores: vna, vt interius complanium habeat lacum, vbi aqua ſaliat, qui intra ſtylobatas quum venit, ſit ſemipiſcina. Boues enim ex aruo æſtate reducti, hic bibunt, hic perfunduntur. Idem lib. 3. cap. 5. 11, Subter columnarum ſtylobaten. Ibidem cap. 5. 10, Et ab epiſtylio ad ſtylobaten hæ ſunt auibus omne genus oppletæ. Budæus, Stylobates apud Varronem idem ſignificat quod Stereobates: vel eſt quod *parietem* vocant.

Stylus, ſtyli, m. g. vel Stylum, ſtyli, Dici poteſt columna.

Stylus, Inſtrumentum æneum, quo in albo, id eſt in ceratis tabellis antiquitus ſcribebatur, vt nunc in libellis ligneis vel codicillis mercatores ſcribunt. Plaut. Bacchid. 15. 66, -eſſer cito. P. Quid? c. ſtylum, ceram, tabellas, & linum. Plinius lib. 34. cap. 14, Et ſtylo ſcribere, inſtitutum eſt, vt veteſtiſſimi authores prodiderunt. Cic. 4. Verr. 70, Vertit ſtylum in tabulis ſuis, quo facto cauſam omnem euertit ſuam. Idem de Claris Oratoribus, 47, Dein quum otioſus ſtylum prehenderat, motúſque omnis animi, tanquam ventus homine defecerat, flacceſcebat oratio.

¶ Stylus ſignificat etiam quicquid vel ligneũ vel ferreũ aut alterius materiæ acuminatũ eſt ad columnæ ſimilitudinẽ. Colum. lib. 11. cap. vlt. 38, Deinde eas confecto æquinoctio paululũ infra terram ſecare: & ligneo ſtylo laxatis vel rubi, vel ferulæ medullis, ſtercus immittere, atque ita ſemina cucumeris inſerere.

¶ Stylus, Structura ipſa orationis. Terent. in Prologo And. 11, Diſſimili oratione ſunt factæ ac ſtylo. Vbi Donatus, Oratio, in ſenſu: ſtylus, in verbis. Oratio, ad res: ſtylus, ad verbum. Plin. epiſt. 8. b, Onerabit hoc modeſtiam noſtram, etiam ſi ſtylus ipſe fuerit preſſus, demiſſúſque. Cic. 1. de Orat. 72, Stylus optimus & præſtantiſſimus dicendi effector ac magiſter. Ibidem, 73, Sub acumen ſtyli ſubeant & ſuccedant neceſſe eſt. Sic ibidem, 134, Stylus perfector dicendi ac magiſter.

Acumen ſtyli, Vide Acumen in **Acuo**.

Stylus dicendi opifex. Cic. Gallo, lib. 7. 26. 4.

Vnus enim ſonus eſt totius orationis, & idem ſtylus. Cicero de Claris Oratoribus, 51.

Exercitatio & ſtylus. Cicero de Oratore, Hanc ad legem cum exercitatione, tũ ſtylo, qui & alia & hoc maximè ornat & limat, formanda nobis oratio eſt.

Orationes Attico ſtylo ſcriptæ. Cic. de Claris Orat. 86.

Confuſus ſtylus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21, Nam quum ſit in ſtudiis præcipuum, quóq; ſolo verus ille profectus, & altis radicibus nixus paretur, ſcribere ipſum, tardior ſtylus cogitationem moratur, rudis, & confuſus intellectu caret.

Exercitatus ſtylus. Cic. in Oratore, 83, Sed tamen ſtylus exercitatus efficiet facilè hanc viam componendi.

Negligens ſtylus. Quintil. lib. 2. cap. 4. 9.

Rudis ſtylus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.

Tardior ſtylus. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.

¶ Aſſequi ſtylo. Plin. epiſt. 3. lib. 1, Syllogiſmi circunſcripti & effecti, quod ſtylo quoque aſſequi magnum eſt. Id eſt meditatione, tempore, ſcriptione, cura, diligentia.

Conſcribere ſcelera ſtylo impuro. Cic. de Aruſp. reſpon. 9.

Stylo depaſcere hubertate orationis. Cic. 1. de Orat. 54, In ſumma hubertate ineſt luxuries quædam, quæ ſtylo depaſcenda eſt.

Requieſcit ſtylus lectione. Quintilianus libro 1. cap. 11. 4, Ideóque & ſtylus lectione requieſcit, & ipſius lectionis tædium vicibus leuatur.

Vertere ſtylum. Horat. 1. Serm. ſaty. 10. 15, Sæpe ſtylum vertas, iterum quæ digna legi ſunt, Scripturus.

¶ Stylus, pro Pũctione ac reprehenſione aliquando accipitur, quæ ſcriptis & inuectiuis libellis fieri ſolet. Plin. in Præfatione. Quòd ſi hoc Lucilius, qui primus condidit ſtyli naſum, dicendũ ſibi putauit, &c. Cic. pro Aulo Cluentio, 97, Si ideo quia ſubſcripſerint: videte quid agatis, ne in vnunquenque noſtrum Cẽſoribus in poſterum poteſtatem regiam permiſeritis: ne ſubſcriptio Cẽſoria non minus calamitatis ciuibus, quàm illa acerbiſſima proſcriptio poſſit afferre: ne Cenſorium ſtylum, cuius mucronem multis remediis maiores noſtri retuderunt, æquè poſthac, atque illum Dictatorium gladium pertimeſcamus.

Dare pœnas ſtyli. Cecinna Ciceroni, lib. 6. 7. 2.

¶ Stylus, pro Stolone. Colum. lib. 5. cap. 10. de nuce arbore, Omnis autem nux vnam radicem mittit, & ſimplici ſtylo prorepit. Legitur & Stolone.

Stymma, ſtýmmatis, pen. corr. n. g. Eſt, vt ait Hermolaus, ſpiſſamentum, & domitura vnguenti, authore Dioſcoride. Columella ſpiſſamentum nominat id craſſamentum exuctũ quod poſt expreſſionem remanet, quaſi vinacea ex vua. *στύφω* enim aſtringo & exprimo ſignificat. Vulgò *marrum* vocant. Plin. lib. 13. cap. 1. 5, Narciſſinum quoque ex flore narciſſi deſiit componi. Ratio faciendi duplex, ſuccus & corpus. Ille olei generibus ferè conſtat, hoc odorum. Hæc ſtymmata vocant, illa hedyſmata.

STYMPHALVS, penul. prod. Arcadiæ lacus eſt, ex quo Erasinus fluuius erumpit in Arginam terram.

Æriſonus Stymphalus. Stat. 4. Thebaid. 60.

Niualis Stymphalus. Statius 4. Sylu. 6. 11.

Stymphala, Accuſat. apud Lucretiũ. lib. 5. 7, -vnciſq; timẽdæ
Vnguibus Arcadiæ volucres Stymphala colẽtes. A' Stymphalo, Stymphalides aues appellatæ, tantæ magnitudinis, vt ſolis radios obumbrare dicerentur, omnem Arcadiam deuaſtantes.

Stymphalius, Adiect. vt Mõſtra Stymphalia. Catul. ad Malliũ, 63. 13.

Stymphălum, penu. prod. Oppidum ſitum ad lacum, vt ſcribit Plinius lib. 4. cap. 6. Hinc Stymphălis, Stymphălidis, Patronymicum. Hierony. contra Iouin. Ariſtoclides Orchomeni tyrãnus adamauit virginem Stymphalidem, quæ quum patre occiſo ad templum Dianæ confugiſſet, & ſimulachrum eius teneret, nec vi poſſet auelli, in eodem loco confoſſa eſt. Ob cuius necem cãto omnis Arcadia dolore commota eſt, vt bellum publicè ſumeret, & necem virginis vlciſceretur.

Vndæ Stymphalides. Ouid. 2. Faſt. 55.

Stỹpticus, pen. cor. Adiectiuũ, Strictiuus vel obſtructorius Latinè dicitur. à *στύφω*. Plin. lib. 24. cap. 13. 8, Inter medicamẽta quæ ſtyptica vocant, nihil efficacius rubi mora ferentis, radice decocta in vino ad tertias partes.

Styrax, ſtýracis, pen. corr. m. g. Arbor eſt cotoneæ malo ſimilis, fructu maiore quàm auellana, ſpecie cãdidi pruni. manat & ex ea liquor eiuſdem nominis, coloris flaui, ſordidi, reſinoſi: albicãtibus fragmentis, odoris perſeuerantis: hodie officinæ *ſtoracem* appellant. Plin lib. 12. cap. 17. 9, Ex Syria reuehunt ſtyracem, acri odore eius in focis abigentes ſuorum faſtidium. Cætero, nó alia ligni genera ſunt in vſu quàm odorata.

Idæus ſtyrax. Virgil. in Ciri, Non ſtyrace Idæo flagrantes plecta capillos.

STYX (inquit Seruius) palus quædam apud Inferos dicitur: de qua legimus, 6. Æneid. 65, -Stygiámque paludem,
Dii cuius iurare timent & fallere numen. Quod ſecundũ fabulas ideo eſt, quia dicitur Victoria Stygis filia bello Gigantum Ioui fauiſſe: pro cuius remuneratione Iupiter tribuit, vt iurantes dii per eius matrem, non audeant fallere. Ratio autem hæc eſt. Styx mœrorem ſignificat: vnde *ἀπὸ τῆ στύγειν*, id eſt à triſtitia Styx dicta eſt. Dii autem læti ſunt ſemper. vnde & immortales. Ergo quia mœrorem non ſentiunt, iurant per rem ſuæ naturæ contrariam, id eſt triſtitiam, quæ eſt æternitati contraria. Ideo iuſiurandum per execrationem habent. Hactenus Seruius, enarrans hunc locum Virgilii 6. Æneid. 27,

Quod ſi tantus amor menti, ſi tanta cupido eſt
Bis Stygios innare lacus, bis nigra videre
Tartara, &c. Hæc de Styge idcirco ficta ſunt, quia Styx, fons eſt ad Nonacrin Arcadiæ è ſaxis profluens, exitioſus animalibus. Eius aqua venenũ eſt præſentiſſimũ, epota illico necat. Eſſe piſces in ea paruos tradit Theophraſtus, lethales & ipſos. Noxiam putant eſſe nimio frigore, vtpote quũ profluens ipſa ſtatim lapideſcat: tradúntque etiã æs ac ferrum ea erodi, & ſola mulæ vngulam cõtineri. Cætera vaſa nullo modo eã vim ferre poſſe, ſed ſtatim frigoris magnitudine diſrumpi. Vide Plinium lib. 30. ca. 16. 3, Antipatrum hoc venenum conſilio, vt quidam putant, Ariſtoteli, Alexandro regi tradũ dediſſe. Eſt & alia paludis in Ægypto iuxta Memphim, quam veteres Styga vocauere.

Atra Styx. Virg. 1. Georg. 49. Violẽta Styx. Ouid. 3. Faſt. 161.

Stygius, Poſſeſſiuum. Colum. lib. 10. 7, Tũmque ſimul Stygium regem videre trementem Tartara.

Amnes Stygii.Ouid.14.Metam.118.
Aqua Stygia.Tibullus lib.1.eleg.10.8.
Canis Stygius,Cerberus.Seneca Hercule furente,9.34.
Ianitor Stygius,Cerberus.Silius lib.3.8.
Iuppiter Stygius,Pluto.Virgil.4.Æneid.118.
Mors Stygia.Ouid.3.Metam.139.
Os Stygium,Venenatũ.Ouid.3.Metam.15, -quiq; halitus exit
Ore niger Stygio vitiatas inficit herbas.De serpente quodam.
Palus Stygia.Virgil.6.Æneid.74.
Regnum Stygium.Lucanus lib.7.34.
Rex Stygius,Pluto.Virgil.6.Æneid.51.
Tenebræ Stygiæ.Virgil.3.Georg.111.
Vallis Stygia.Ouid.6.Metam.133.
Vmbræ Stygiæ.Ouidius 1.Metamor.29.
Vndæ Stygiæ.Virgil.3.Æneid.43.

S V

Suadeo,suades,suasi,suasum,suadêre,Accommodatis & suauibus verbis conari aliquem in opinionem nostram inducere:hoc est hortari aliquem ad id quod intendimus. Plaut.Milite,10.61, Nam si honestè censeam te facere posse,suadeam. Idem Trinum.10.46,Ille qui aspellit,is compellit: ille qui non suadet,vetat. Terent.And.4.1.38, Suadere,orare, vsqueadeò donec perpulit. Ibidem,2.5.11,Suadere noli. Ouidius 1.Amor.eleg.6.11, Nox,& amor,vinúmque,nihil moderabile suadent.

Hortari & suadere. Cicero Valerio,lib.13.4.7, Hæc quæ supra scripta sunt,eò spectãt vt te horter & suadeam:reliqua sunt quæ pertinent ad rogandum.

Suadere & rogare.Cic.de Prouinc.Cõsul.34,Nam postea me, vt sibi essem legatus,non solùm suasit,verùm etiam rogauit.

Suadere & persuadere.Cic.ad Atticũ,li.13.190.4,Tu autẽ quòd ipse tibi suaseris,idẽ mihi persuasum putato. Idẽ 2.Phil.48,An C.Trebonio persuasi,cui ne suadere quidem ausus essem?

Suadere alicui contra alterũ.Cic.2.Philip.46,Duo tempora tamen inciderũt,quibus aliquid cõtra Cæsarẽ Pompeio suaserim.

Suadere alicui aliquid per alterum. Cic.ad Atticũ, lib.8.160.5, Memini quid mihi tum suaseris per Theophanẽ,per Culeonem.

Amor suasit sacinus.Ouid.8.Metam.18.

Fugam suadere.Stat.11.Thebaid.11.

Legem suadere. Cic.de Senect.14, Legem Voconiam magna voce & bonis lateribus suasissem. Idem de Claris Orat.45, M. Cato legem suadens,in Galbam multa dixit.

Luxum suasere rapinæ.Lucan.lib.1.33.

Paupertas multa suasit.Lucret.lib.6.156.

Egestas suasit nefas.Lucan.lib.1.35.

Pacem suadere,& de pace.Cic.Mario,lib.7.3.6,Primum cœpi suadere pacem. Quintil.lib.3.cap.10, Ideoque suasurus de pace,bello,copiis, operibus, vectigalibus, hæc duo præcipuè nota esse voluerunt.

Digito suadere silentia.Ouid.9.Metam.139.

Nox humida somnos suadet.Ouid.1.Fast.117.

Sydera cadentia suadent somnos.Virgil.2.Æneid.2.

¶ Suadêtur,pen.prod.Passiuum.Plaut.Trinum.10.44, Minus placet magis quod suadetur: quod dissuadetur,placet.

Suadens,Participium: vt Verba suadentia.Stat.11.Thebaid.87.

Suadêla,suadélæ,pen.prod.Suasio dicitur.Plautus Cistell.7.15,Iam perducebam illam ad me,suadela mea. Apud Quintilianum dicitur dea quædam persuadendi. Horat. 1.epist.6.8, Ac bene numatum decorat Suadela,Venúsque.

¶ Suada,suadæ,Pitho,suasionis dea dicta est.Cicero de Claris Oratoribus,29,πειθὼ quam Græci vocant, cuius effector est Orator,hanc Suadam appellauit Ennius:eius autem Cethegum medullam fuisse vult,vt quãdam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitauisse,huius hic medullam nostrũ Oratorem fuisse dixerit.

Suasor,suasôris,Verbale,Qui suadet.Cicero 3.Offi.148,Atque huius deditionis ipse Posthumius qui dedebatur, suasor & author fuit. Idem ad Atticum,lib.16.334.3,Etsi quãuis non fueris suasor & impulsor profectionis meæ, approbator certè fuisti. Eidem,lib.16.341.3, Quanquam hæc epistola non suasoris est, sed rogatoris. Idem 3.Philipp.50, Quid enim interest inter suasorem facti & probatorem?

Suasorius,Adiect.Quod pertinet ad suadẽdum.vt Suasorium munus,id est officium suadendi. Et pars deliberatiua, à Rhetoricis suasoria dicitur.vt apud Quintilianum,lib.3.cap.8. Et apud eundem lib. 8.in Procem. Suasoriis accedere tertiam partem ex coniectura,possétne fieri,an esset futurum quod deliberaretur.

Suasoriæ sunt apud Rhetorem materiæ inter rudimenta dicendi.Quintil.lib.2.cap.1.6.

Declamare suasorias.Quintil.lib.3.cap.8.42.

Suasio,Verbale fœm.Cic.in Orat.10,Sed quoniam plura sunt orationũ genera,eáque diuersa,neq; in vnã formã cadunt omnia, laudationũ,scriptionum,& historiarum,& aliũ suasionum,qualem Isocrates fecit panegyricum. Et 1.de Orat.181,Præcepta quæ de suasionibus tradenda sunt. Sic de Claris Orat.164,Suasio legis Seruiliæ. Sic ad Atticum,lib.13.283.5. Itẽ pro Cluentio,111.

Sualternicum,pen.corr.Genus electri.Plinius lib.37.cap.2.10, Candidum atque cerei coloris,quod vocaretur electrum:in alio loco fuluum,quod appellaretur sualternicum.

Suamet,pen.pro.Ablatiuus à Suus,cũ syllabica adiectione met. Plin.lib.10.cap.59.3,Anseres suamet vi colla sua abrumpunt.

Suapte,Sua ipsius natura: & Suopte,ablatiui à Suus,cũ syllabica adiectione pte: vt Suopte nutu,pro Suo ipsius:sicut Meopte, meo ipsius.Cic.4.Tuscul.Terrena & humida suopte nutu & suo pondere ad pares angulos in terram & in mare feruntur.

Suapte, Sine adiecto. Cicero ad Atticum,lib.6,Quintius filius suapte,piè sanè,me quidem certè multum hortante,sed currente, animum patris sui sorori tuæ reconciliauit. Verus autem codex non habet Suapte. Lucret. lib.6.152,Sed natura loci hoc opus efficit ipsa suapte.

Suasor,**Suasio**,Vide **Suadeo**.

Suasum,suasi,Color appellatur(inquit Festus)qui fit ex stillicidio fumoso in vestimento albo.Plaut.Truc.6.16,Quia tibi suaso infecisti propudiosa pallulã. Quidã legunt Insuaso.Nec desunt qui dicant omnẽ colorẽ qui fiat inficiendo,suasum vocari,quòd quasi persuadetur in alium ex albo transire.Hæc Festus.

Suatim,pen.prod.ad similitudinem suis,inquit Nonius,Nigidius Commento grammatico, Sunt etiã adsimiliter dicta hæc, canatim,suatim,bouatim,quæ ab animalibus sumuntur.

Suauis,& hoc suaue,Dulcis.Plaut.Cistell.1.13,

Ventum gaudeo ad te ecastor ita hodie hîc acceptæ sumus
Suauibus modis.Cic.pro Corn.Balbo,19,Comes,benigni,faciles, suaues homines esse dicuntur.

Amicitia suauis.Lucret.lib.1.19.

Amicus suauis. Cic.ad Cælium,lib.2.12.3, Nam & honorificus in me Consul fuit,& suauis amicus.

Amor suauis.Lucretius lib.1.189.

Auræ suaues.Lucretius libro 3.25,

Quod genus est Bacchi quum flos euanuit,aut quum
Spiritus vnguenti suaues diffugit in aurat.

Consuetudo suauis,vel coniunctio. Cic.ad Sulpitiũ,lib.13.17, 3,Tum pro familiari consuetudine sæpe ex me audierat quàm suauis esset inter nos,& quanta coniunctio.

Flores suaues.Lucret.lib.1.2.

Herbæ suaues.Virg.eclog.2.11.,

Homo suauis,per ironiam.Terẽt.Phorm.2.3.64,Ha ha he homo suauis.

Lingua suauis.Lucret.lib.1.84.

Loquelæ suaues.Lucret.lib.1.8.

Sermo suauior.Horat.1.Serm.saty.10.5.

Sopore suaui deuinxit membra.Lucret.lib.4.93.

Suáuitas,pen.corr.suauitâtis,f.g.Dulcedo.Plin.lib.10.cap.19.6,Vt non sit dubium hanc suauitatẽ præmonstratã efficaci auspicio. Cic.ad Atticũ,lib.6.114..13,Miram in eo pietatem,suauitatẽ,humanitatémque perspexi. Idem ad Tironẽ,lib.16.1.1,Vide quãta in te sit suauitas. Idem ad Appiũ Pulchrũ,lib.3.1.3,Sic enim tibi persuade,charissimũ te mihi esse,quũ propter multas suauitates ingenii,officii,humanitatis tuæ.

Odoris suauitas.Plin.lib.12.cap.12.2,Syncerum quidem deprehenditur suauitate odoris.

Oris suauitas.Quintil.in Procem.lib.6.10.

Suauitûdo,pen.prod.suauitudinis,f.g.Idem.Plautus Sticho,15.14, Age mulsa mea,suauitudo salta. Author ad Herennium,lib.3.115, Quoniam igitur res eædem vocis firmitudini,& pronuntiationis suauitudini profunt.Aliqui legunt suauitati.

Suáuiter,pen.corr.Aduerbium.Cic.4.Academ.251,Veruntamẽ video quàm suauiter voluptas sensibus nostris blandiatur. Idẽ Trebonio lib.15.21.10, Nunc ad epistolam venio, cui copiosè & suauiter scriptæ nihil est quod multa respondeã. Idẽ 1.de Finib.87,Et secunda incũdeac suauiter meminerimus. Horat.1. Serm.satyra 9.1,

Accurrit quidam notus mihi nomine tantum
Arreptáque manu,Quid agis dulcissime rerum?

Suauiter,vt nunc est,inquam. Lucret.lib.4.116,Suauiter atque gunt & suauiter omnia tractant.

Multo suauius.Horat.2.Serm.saty.3.18,

Suauè,Aduerbiũ,Idem quod suauiter.Virg.eclog.3.13, -& suauè rubens hyacinthus. Idem eclog.4.9,

Ipse sed in pratis aries iam suaue rubenti
Murice,iam croceo mutabit vellera luto.

Suauidicus,pen.cor.Adiect.Qui suauiter dicit:vt Versus suauidici.

Lucret.lib.4.37, Suauidicis potius quàm multis versibus edam.
Suauiloquus,pen.corr.Aliud adiectiuum,Idem.vt Versus suauiloqui.Lucret.lib.1.107.
Suauiloquens,om.g.Idem.Cic.de Claris Orat.18,
Additur Oratori Cornelius suauiloquenti
Ore Cethegus. Marcus studio collegam, filius & oratorem appellat,&c.
Carmen suauiloquens.Lucret.lib.1.193.
Suauiloquentia,suauiloquentiæ.Cic.de Claris Orat.19, Et oratorẽ appellat,& suauiloquentiam tribuit.
Suauium,suauii: vel Sauium,sauii,per detractionem literæ v,Voluptas dicitur.Terent.Eunucho,3.1.3, -ô Thais mea,
Meum suauium,quid agitur?
Suauium,Basium lasciuum.Horatius Epod.3.4,Manum puella suauio opponat tuo.
Suauium dare.Cic.ad Atticum,lib.16.336.10, Atticæ quoniam (quod optimũ in pueris est)hilarula est, meis verbis suauiũ des.
Suauium facere,Idẽ.Plaut.Asin.13.53, -tu labellũ abstergeas
Potius,quàm cuiquam illa suauium faciat palàm.
Sumere suauium,Plautus Asina.5.72,Suauium si sumpsit, sumere eum licet sine retibus.
Suauiolum,suauioli.pen.corr. Diminutiuũ. Catullus ad Iuuentiũ, 94.1,Suauiolum dulci dulcius ambrosia.
Suauior,suauiâris,suauiâri,Suauium dare.Gellius lib.3.cap.15,Quũ ibi eum tres adolescentes amplexi, coronis suis in caput patris positis suauiarentur. Cicero ad Atticum,lib. 16.333.7,Atticam nostram cupio suauiari: ita mi dulcis salus visa est per te missa ab illa. Catul.ad Verannium,9.1,
-applicánsque collum, Iucundum os, oculósque suauiabor.
Idem de Acme & Septimio,41.3,
Et dulcis pueri ebrios ocellos
Illo purpureo ore suauiata.
Suauiatio,Verbale. Gellius libro 18.cap.2, Suauiationes puerorum & puellarum.

Sub, Præpositio, vtrique casui seruit,& accusatiuo & ablatiuo: variáque significat,vt sequentibus exemplis docetur.

Sub posteaquam literas communes cum Oppio ad te dedi,ab Cæsare epistolam accepi,cuius exemplum ad te misi.Cicero ad Atticum,lib.9.178.1.Id est statim vt dedi.

Sub,Ablatiuo iunctum.Plaut.Epid.5.33, Pleræque hæ sub vestimentis secum habebant retia. Virg.8.Æn.124,Arma sub aduersa posuit radiantia quercu. Suet.in Othone,cap.6, Vt se in foro sub æde Saturni ad milliarium aureum operirentur,&c. Colum.lib.6.cap.7,Atque ita sub cauda sanguis emittitur.

Sub Alexandro, Id est tempore Alexandri. Quintil.lib.5.cap. 10,Nunc,olim,tunc,sub Alexandro.

Sub aduentũ,pro In aduentu. Liu.3.bel.Pun.63,Sub aduentũ Prætoris Romani Pœnus agro Nolano excessit. Ibidẽ,lib.8.51, Qui Hetruscorum,Vmbrorúmve populi defectionis ab Romanis ad Asdrubalem sub aduentũ eius consilia agitassent,&c.

Sub conditione,Ea lege,hoc pacto.Plin.epist.78.lib.4.ad Cor. Tacitum,Iniungo autẽ,& pro rei magnitudine rogo,vt ex copia studiorum, quæ ad te ex admiratione ingenii tui conuenit, circunspicias præceptores,quos solicitare possimus, sub ea tamẽ cõditione,ne cui fidem meam obstringam. Cic.pro Archia,19, Statim ex his rebus quas tunc vendebat,iubere ei præmium tribui sub ea conditione,nequid postea scriberet.

Sub corona lege belli vænire.Liuius 8.ab Vrbe,191,Pollix sententia fuit,puberes verberatos necari: coniuges, liberósque sub corona belli vænire. Ibidem,lib.5.101,Postero die libera corpora Dictator sub corona vendidit. Sic, Sub hasta vænire, Liuius 3.bel.Pun.176.

Sub dio,siue diuo.Varro 3,de Re rust.ca.14.1,Nam & idoneus sub dio sumendus est locus cochleariis,quem totum circùm aqua claudas. Sic apud Columellam lib. 1.cap. 8.6, Nullus dies tam intolerabilis est,quo non sub diuo moliri aliquid possit.

Sub diuo carpere somnos.Virgil.3.Georg.87.

Sub domina meretrice,Id est sub imperio & in potestate meretricis.Horat.1.Epist.2.5,Sub domina meretrice fuisset turpis.

Sub exemplo.Plin.epist.61.lib.3,ad Curium Seuerum,Deinde vt futuri principes,non quasi à magistro, sed tamen sub exemplo præmonerentur,qua potissimum via possent ad eandẽ gloriam niti. Idem epist.18.b, Proinde dispice an tu quoque sub exemplo somnium istud in bonum vertas. Sic in Panegyr.88, Quòd licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari,& futuros sub exemplo præmonere, nullum locum, nullum esse tempus quo funestorum principum manes à posterorum execrationibus conquiescant.

Sub exitu vitæ,pro Sub exitũ:hoc est circa exitũ.Suet.in Claud. Cæsare cap.43,Sub exitu vitæ signa quædam,nec obscura pœnitentis de matrimonio Agrippinæ, déq; Neronis adoptione dederat. Idem in Nerone Claudio,cap.54,Sub exitu quidem vitæ palàm vouerat,si sibi incolumis status permansisset,&c.

Sub imperio alicuius esse.Terent.Heaut.1.2.4,Locus,occasio, ætas,mater,sub imperio cuius est,mala. Plaut. Pseud.3.13,Sub Veneris regno vapulo, non sub Iouis. Cæsar 5.bell. Gall.144, Qui omnes sub eorum imperio sunt,quã maximas manus possunt,cogunt.

Sub ipsa die.Plin.lib.8.cap.32,de ceruis,Cornua mares habẽt, solíque animalium omnibus annis statu Veris tempore amittunt:ideo sub ipsa die quàm maximè inuia petunt.

Sub manu tabellarios habere,Id est in promptu,& ad manũ, quod dicitur. Plãcus Ciceroni,libro 10.13.5, Vocontii sub manu vt essent,per quorum loca fideliter mihi pateret iter.

Sub manus,hoc est Faciliter,non ægrè,appositè.Plaut.Milite, 11.58,Lepidè hoc succedit sub manus negotium. Ibidem, 16.7, Bono animo es,negotiũ omne iã succedit sub manus. Idẽ Persa,13.2,Siquam rem accures sobriè,aut frugaliter,
Solet illa rectè sub manus succedere.

Sub oculo adactum pilum in vitalia capitis venerat. Plinius lib.8.cap.7.3.

Sub oculis,pro Ante oculos Cæsar 1.bel.Ciuil.161,Neque verò id Cæsarem fugiebat,tanto sub oculis accepto detrimento, perterritum exercitum sustinere non posse.

Sub pœna mortis vel capitis.Suet.in Calig.cap.48,Et iam sub mortis pœna denuntiasset. Idẽ in Tiberio Cæs.ca.36, Reliquos gentis eiusdem, vel similia sectantes vrbe submouit sub pœna perpetuæ seruitutis,nisi obtemperassent.

Sub specie pacis, pro Prætexiu pacis. Liuius 6. bel. Maced.19, Ante omnia hoc semper affirmauit: fremere Philippum, & ægrè pati sub specie pacis leges seruitutis sibi impositas.

Sub vmbra fœderis.Liuius 8.ab Vrbe,14, Nam si etiam nunc sub vmbra fœderis æqui seruitutem pati possumus, quid abest quin proditis Sidicinis non Romanorũ solùm, sed Samnitium quoque dicto pareamus? Hanc loquendi formam retinuerunt Galli,*soubz ombre*.

Sub vrbe est agelli paululum: Id est iuxta. Terent. Adelph.5. 8.17. Sic Varro 1.de Re rust.cap.50.2, Tertio modo métitur, vt sub vrbe Roma,& locis plerisque. Virgil.3.Æneid.1,
-classémque sub ipsa Antandro.&c.

¶ Sub,accusatiuo ferè iungitur quum tempus significatur, vt ait Seruius:vt Sub tẽpus,& sub idem tempus:hoc est circa.Suet. in Tib.Cæsare,cap.58, Sub idẽ tempus cõsulente Prætore,an iudicia maiestatis cogi iuberet,&c. Idẽ in Octauio Augusto,ca. 65,Certe quum sub idẽ tempus vna ex cõsciis liberta,fœde nomine,suspendio vitã finisset,&c. Idẽ in Othone,cap.8,Sub idẽ verò tempus Germaniciani exercitus in Vitellii verba iurauerãt. Liu.1.ab Vrbe,89, Vtrinque legati ferè sub idẽ tempus ad res repetũdas missi. Ibidẽ,157,Eo magis Tarquinius instare priusquàm primum comitia regi creando fierent:quibus indictis sub tempus pueros venatum ablegauit. Sic 6.bel.Pun.196.

Sub finem.Liu.2.bel.Pun.195,Sub equestris finem certaminis coorta est peditum pugna.

Sub ipsam finem.Virg.5.Æneid.66.

Sub prima frigora Autumni.Virg.2.Georg.65.

Sub horã pugnæ tã arcto repente somno deuictus,vt ad dandum signũ ab amicis excitaretur.Suet.de Augusto,cap.16.

Sub lucem,Surgente sole. Virg.3.Georg.81,
Quod surgente die mulsere,horisque diurnis,
Nocte premunt:quod iam tenebris,& sole cadente,
Sub lucem exportant calathis. Liuius.9.ab Vrbe,131, Partim togati,tectis veste gladiis,qui sub lucem apertis portis vrbes ingrederentur.

Sub lucis ortum.Liu.7.bel.Pun.91,Tum clamore sublato sub ortum fermè lucis nullo obuio armato in forum peruenium.

Primi sub lumina solis & ortus.Virg.6.Æneid.51.

Sub noctem,Incipiente nocte.Horat.1.Carm.ode 9.4,
-nunc & campus,& areæ,
Lenésque sub noctem susurri,
Composita repetantur hora.

Sub noctem,Noctu.Cæsar 1.bel.Ciuil.113, Pompeius sub noctem naues soluit.

Sub hoc tempus.Horat.2.epist.1.7,Fortè sub hoc tẽpus castellum euertere Prætor Nescio quod cupiens.

Sub iudicii tempus.Liuius 4.ab Vrbe,190,Cui actioni semper acerrimè C.Sempronius restiterat:ratus id quod erat,aut deposita causa leuiorem futurum apud Patres reum,aut persecuturum sub iudicii tempus plebem offensurum.

Sub vesperum. Cæsar in Cõment. Sub vesperum Cæsar intra hanc fossam legiones deducit. Idem, Tantam nostri eorum

multitudinem interfecerũt,quantum fuit diei ſpatium, ſub occaſúmque ſolis deſiterunt. Idem 1.bel.Gal.345, Sub veſperum Cæſar portas claudi,militéſque ex oppido exire iuſſit. Cic. ad Qu.fratrem,lib.1.5.1,Menſe Decembri ſub dies feſtos.

¶Sub & Statim. Cic.Planco, libro 10.16.1, Sub eas literas ſtatim recitatæ ſunt tuæ,non ſine magnis quidem clamoribus.

Statim ſub.Cælius ad Ciceronem, lib.8.4.11, Pompeius ſe legionem adducturum,ſed non ſtatim ſub mentionem,& conuitium obtrectatorum.

¶Sub,pro Ante.Virgil.1.Æneid.89, -poſtéſque ſub ipſos
Nituntur gradibus.

¶Sub,Poſt.Virgil.5.Æneid.65, -quo deinde ſub ipſo
Ecce volat,calcémque terit iam calce Diores.Seruius.

¶Sub,pro In.Virgil. 1.Æneid.91,Nanque ſub ingenti luſtrat dum ſingula templo. Idem 1.Æne.87,Exercet ſub ſole labor.

¶Sub,Per.Virgil.7.Æneid.18, -huc dona ſacerdos
Quum tulit,& cæſarum ouium ſub nocte ſilenti
Pellibus incubuit ſtratis. Idem 4.Æneid.106,
-ſomno poſitæ ſub nocte ſilenti
Lenibant curas,& corda oblita laborum.

¶Sub leges pacis tradere ſe.Virgil.4 Æneid.114.

¶Sub amplexus alicuius ire.Ouid.epiſt.16.19.

Subabſurdus,Adiectiuum,Parum,ſiue vtcunque abſurdũ ſignificat.Cicero 2.de Orat.151,Sunt etiam illa ſubabſurda, ſed eo ipſo nomine ſæpe ridicula, non ſolùm mimis perappoſita, ſed etiam quodammodo nobis.

Subabſurdè,Aduerbium. Cic.2.de Oratore,151,Valde hæc ridentur,& hercule omnia,quæ à prudẽtibus,quaſi per diſſimulationem non intelligendi,ſubabſurdè falſéque dicuntur.

Subacíduo,pen.corr.Adiectiuum,Aliquantulum acidũ ſignificat.Plin.lib.11.cap.15.7,Eſſe enim debet lenis,non ſubacidus. Cato cap.108,Si ſubacidum erit,non durabit.

Subacidulus,pen.corr. Adiectiuum diminut. Cato de Re ruſt. Vinum ponito ſub dio,poſtridie mane guſtato:ſi id ſapiet,quod in dolio eſt,ſcito id duraturum: ſubacidulum non durabit.

Subaccuſo,ſubaccuſas,pen.prod.ſubaccuſare,pro Nõnihil accuſare,& leuiter. Cic.pro Plancio, 69,Sed ſunt hæc leuiora, illa verò grauiora atque magna,quòd meum diſceſſum, quem ſæpe defleras,nunc quaſi reprehendere & ſubaccuſare voluiſti. Idem ad Atticũ,lib.13.194.3, Subaccuſa quæſo Veſtorium. Idẽ lib.16.334.2,Addebant etiam me deſyderari,ſubaccuſari.

Subactus,ſubacta,ſubactum,Vide **Subigo**.

Subæratus, pen.prod.Adiectiuũ,Quod habet æs ſubter.Perſius Satyra 5.11,Nequa ſubærato mendoſum tinniat auro.

Subagito,ſubágitas,pen.cor.ſubagitare.Subtus ſodiendo arare.Vnde per tranſlationẽ Subagitare dictis aliquẽ: hoc eſt multis verborũ lenociniis allectare & cõmouere. Plaut.Ciſtel.7.14, Subagito blandis & benedicis
Dictis. Frequentatiuum à Subigo.

Subagreſtis,& hoc ſubagreſte,Aliquantũ agreſtis.Cic.de Claris Orat.140,Cotta, quia ſe valde dilatãdis literis à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat,ſonabáſq; contrariũ Catulo,ſubagreſte quiddam,planéque ſubruſticum, alia quidem quaſi inculta & ſylueſtri via ad eandem laudem peruenerat.

Subalbico, ſubálbicas,pen.cor.ſubalbicare, Aliquantum albũ fieri.Varro 3.de Re ruſt cap.9.3,Roſtro breui,acuto,oculis rauis aut nigris,palea rubra ſubalbicanti.

Subálbidus, pen.corr.Adiectiuũ. Quod aliquantùm albidum eſt. Plin.lib.21.cap.15.1,Ramulos habet candidos,folia ſubalbida abrotono ſimilia. Celſus lib.5, de puſtularum generibus, Phyzacion autem paulo durior puſtula eſt,ſubalbida,acuta, ex qua ipſa quod exprimitur humidum eſt.

Subalaris, & hoc ſubalâre,pen.prod. Quod ſub alis eſt. Vnde ſcribit Lampridius,Heliogabalum ſolitum fuiſſe in accubitis habere plumas ſubalares,& ſubalares calcitras.

Subalpinus, pen.prod.Adiectiuum, Quod ſub Alpibus montibus eſt. Plin.lib.15.cap.7.2,Radice lenta,ſubnigra, ſine odore, aquoſa,montibus ſubalpinis plurima. Idem lib.16.ca.11.3,Nec niſi in paucis locis ſubalpinæ Italiæ.

Subamarus,pen.prod.Adiectiuum,Aliquantulum amarũ ſignificat.Cic.de Fato,13,At enim quoniam in naturis hominum diſſimilitudines ſunt,vt alios dulcia, alios ſubamara delectent. Idem 1.de Inuent.37,Nam vt cibi ſacietas & faſtidiũ,aut ſubamara aliqua re releuatur,aut dulci mitigatur: ſic animus defeſſus audiendo,aut admiratione integratur,aut riſu renouatur.

Subaquæus,Adiectiuum,Quod ſub aqua manet: vt Scopulus ſubaqueus.Sipontinus.

Subaquilus, pen.corr.Adiectiuum,Subfuſcum. Plaut.Rudente,11.9, -ceia corpus cuiuſmodi
Subuolturium? illud quidem ſubaquilum volui dicere.

Subare,vt Equire,Vide **Subo**,ſubas.

Subargutus, pen.prod.Aliquantulum argutus. A quo diminutiuum Subargutulus apud Gellium lib.15.cap.30.

Subaro,ſubáras,pen.cor.ſubarare,Subtus arando terrã mouere.Plin.lib.16.cap.17.3,Item quæ ſubarantur, aut quæ ablaqueantur,celeriora neglectis.

Subaratio,& Subarâtor,Verbalia.Plin.lib.17.cap.24.11,Vel etiam ſubarator imprudens luxauit radices.

Subarrogans, pen.corr.om.gen.Aliquantum arrogans.

Subarroganter,Aduerbium. Cic.4.Acad.104, Vereor ne ſubarroganter facias,ſi dixeris tuam.

Subauſculto,ſubauſcultas,ſubauſcultare,Leuiter,& quaſi prætereundo auſcultare.Plaut.Mil.14.3,Tace,ſubauſcultemus ecqua de me fiat mẽtio. Idẽ Aſin.11.40,Opprime os,is eſt,ſubauſcultemus. Cic.2.de Orat.84,Subauſcultando tamẽ excipere voces eorum,& procul quid narrarent attendere. Idẽ in Topicis,40, Qui ea locutus eſt bonis viris ſubauſcultãtibus pariete interpoſito,quibus patefactis,in iudiciúmque prolatis,rei capitalis iure damnatus eſt. Idem ad Atticum,lib.10.208.4,Omnes enim ἀνωμάλως videntur ſubauſcultare quæ loquor.

Subbaſilicanus,pen.prod.Adiectiuũ,Qui libenter & frequẽter ſub baſilica ſpatiatur.ita Priſcianus appellari docet.In baſilica nanque negotiationes & publicæ conciliationes tractabãtur, & iudicia quoque in baſilicis fiebant. Plaut.Capt.13.46, Quorũ odos ſubbaſilicanos omnes abigit in forum.

Subbibo, ſubbibis,pen.corr.ſubbibi,ſubbibitum,pen.corr.ſubbibere,Aliquantulum bibere.Plaut.Trucul.17.55,
Qui improbus eſt,ſiue ſubbibit.ſiue adeò caret temeto,
Tamen ab ingenio eſt improbus. Suetonius in Nerone, cap. 20.Si paulum ſubbibiſſet.

Subblandior,ſubblandiris,pen.prod.ſubblandiri,Paululũ, vel leuiter blandiri. Plautus Caſina,13.13,
Non matronarum eſt officium,ſed meretricum,viris alienis,
Mi vir,ſubblandirier.

Subcærulus, pen.corr.Adiectiuum, Aliquantulum cærulum. Celſus lib.6.cap.5, In ea pares portiones ſunt myrobalani, magmatis,cretæ cimoliæ ſubcærulæ, nucum amararum,&c.

Subcandidus,pen.cor.Adiectiuum,Aliquantulum candidum ſignificat.Plinius lib.17.cap.8.6,Folia bouis linguæ ſimilia,minora,ſubcandida.

Subcenturio,ſubcenturiõnis,m.ge.Qui centurioni ſubiicitur. Liuius.8.ab Vrbe,43,Romano haud ſatis fidẽti viribus iam Romæ permiſſũ erat ab Conſulibus vt ſubcenturionem ſibi quem vellet legeret,qui tutaretur eum ab vno deſtinato hoſte.

Subcerniculum,ſubcerniculi,pen.corr.Farinarium cribrum, quod ſit è ſetis equorum,quemadmodum excuſſorium & polinarium ſit è lino.

Subcineritius, Adiectiuum, Quod ſub cineribus coquitur & aſſatur,Vnde ſubcineritium panem legimus in ſacris literis.

Subcingulum, ſubcinguli, penult.corr. Idem quod balteus. Plaut.Menæch.5.18, -nimio ego hanc periculo
Surripui hodie meo animo:ab Hippolyta ſubcingulum
Haud Hercules æquè magno vnquam abſtulit periculo.

Subciſiuum,Vide **Succido** pen.producta.

Subcœno, ſubcœnas, ſubcœnare, apud Quintilianũ lib.6.cap. 3.61,Et Galba de piſcib⁹, qui quũ pridie ex parte adeſi,& verſati poſtero die appoſiti eſſent,Feſtinemus,alii ſubcœnant,inquit.

Subcontumelioſus,penult.prod.Adiectiuum,Aliquantulum contumelioſus.A quo

Subcontumelioſè,Aduerbium.Cic.ad Atticum,lib.1.11.3, Hercule, verũ vt loquamur,ſubcõtumelioſè tractatur noſter Publius:primùm qui quum in domo Cæſaris quondam vnus vir fuerit, nunc ne in viginti quidem eſſe potuerit.

Subcreſco,Vide **Succreſco**.
Proles ſubcreſcat tibi.Tibull.lib.1.eleg.7.11,
At tibi ſubcreſcat proles,quæ facta parentis
Augeat,& circa ſtet veneranda ſenem.

Subcriſpus,Adiectiuum,Qui crines habet aliquantulum criſpos.Cic.4.Verr.74, Videtis illum ſubcriſpo capillo,nigrum,qui eo vultu non intuetur.Varro 1.de Re ruſt.cap.5.7, Coda profuſa vſque ad calces, vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis ſubcriſpam.

Subcrudus,pen.prod.Adiectiuum,Quod nõ omnino coctum eſt.Cato cap.156.5,Sumito braſſicam,conijcito in aquam feruẽtem,coquito pauliſper,vti ſubcruda ſiet.

Subcrudum tuberculum.Celſus lib.6.cap.13,Subcrudum incidendum,ne ſi diutius ibi pus permanſerit,os lædat.

Subcruentus,Adiect.Aliquantulum cruentũ.Celſus lib.4.ca. 18,Deſcendunt autẽ pituitæ,nuciſque ſimilia, interdum etiã leuiter ſubcruenta. Id eſt,cruentum aliquid admiſtum habentia.

Subcurator/pen.prod. ſubcuratóris, Qui curatoris locum tenet. Iulianus in L. Ex facto, De nego. geſtis, Quendam ad ſiliginem emendum decreto ordinis conſtitutum, eidémque alium ſubcuratorem conſtitutum.

Subcuſtos ſubcuſtódis, penul. prod. m. g. Qui pro alio cuſtode ſubſtitutus eſt. Plaut. Mil. 11.55,

Quia Sceledrus dormit, hunc ſubcuſtodem ſuum
Foris ablegauit, dum capſe tranſire huc placet.

Subdebilitatus/pen. pro. Adiect. Aliquantulum debilitatus. Cic. Attico, libro 11.213.2, Equidem ex tuis literis intellexi, & iis quas communiter cum aliis ſcripſiſti, & iis quas tuo nomine, quod etiam mea ſponte videbam, te ſubdebilitatum, nouas rationes tuendi mei quærere. Vetus codex ſic legit, Te ſubdita re quaſi debilitatum, nouas &c.

Subdialis/& hoc ſubdiále, pe. pro. Quod ſub dio eſt. Plin. lib. 34. cap. 11.1, D. ſtat à Cadmia, quod illa ſuper terram ex ſubdialibus petris excidítur, hæc exobrutis.

Subdiales inábulationes. Pli. li. 14. ca. 1.3, Vnavitis Romæ in Iulix porticib' ſubdiales inábulationes vmbroſis operculis opacat.

Subdialia pauimenta, apud Plinium, lib. 36. cap. 25.3, quas terrácias vocamus.

Subdifficilis & hoc ſubdifficile, pen. corr. Aliquantum difficile. Cic. de Amicitia, 59, Exiſtit autem hoc loco quæſtio quædam ſubdifficilis.

Subdiu/Idem ſignificat quod Die. Plautus Moſtell. 6.69, Nam ſubdiu ſol agit hic perpetuum diem.

Subdo/ſubdis, ſubdidi, ſubditum, pe. cor. ſúbdere, Supponere, ſubiicere. Cato de Re ruſtica, Ignem ſubdito: vbi bullabit vinú, ignem ſubducito. Plin. lib. 14. cap. 11.11, Furcas ſubdere his neceſſarium. Liu. 8. ab Vrbe, 151, Subdito igne concremauit.

Subdere ſub ſólum, In terram conijcere. Plaut. Curc. 7.18,

Tum iſti qui ludunt datatim ſerui ſcurrarum in via,
Et datores & fautores omnes ſubdam ſub ſólum.

Oculorum viſu ſubdere aliquid. Lucret. lib. 5.11.

Subdere in locum alterius. Plin. in Paneg. 40, Qui poſt edictum tuum, in locum craſorum ſubditi fuerant. Cic. 3. Verr. 7, Videat quid de illis reſpondeat, quos in eorum locum ſubditos domi ſuæ reſeruauit. Idem pro Domo ſua, 66, Quis in meum locum iudicem ſubdidit? Quintil. lib. 3. ca. 6. 40, Sed in horum trium locum ſubditæ quatuor legales.

Subdere boues iugo. Plin. lib. 8. ca. 16. 13, Iugo ſubdidit eos, primúſque Romæ ad currum iunxit M. Antonius.

Calcar ſubdere equo. Ouid. 1. de Arte, 147.

Calcaria ſubdere. Liu. 5. bel. Maced. 38, Poſtremò ſubditis calcaribus per mediàs ſtationes hoſtium eruperet: in agrum latiorem euecti, omnia propinqua viæ loca incendunt.

Maieſtatis crimina ſubdebantur. Tacit. lib. 3.

Flamma ſubdita medullis. Virg. 3. Georg. 55.

Ignem ac materiam ſeditioni ſubdere, per tranſlationem, pro Angere & opem ferre. Liu. 8. ab Vrbe, 163, Ita irritatis militum animis ſubdere ignem ac materiam ſeditioni, non eſſe ætatis, non prudentiæ eius.

Puerum ſubdere. Plau. Merc. 2.9, Hic filium ſubdiderat vicini. pater vicinum. Terent. Heaut. 5.3.11, Subditum ſe ſuſpicatur. c. ſubditum, aín' tu?

Reum ſubdere. Tacit. lib. 1, Metuēs ne reus ſubderetur. Rurſum, V'tque mos vulgo, quanuis falſis, reum ſubdere.

Rumorem ſubdere. Tacit. lib. 5, Et ſubdito rumore tanquam Meſopotamiam inuaſurus.

Spiritus ſubdere. Liu. 7. ab Vrbe, 197, Ac ſicuí genus, ſicuí ſua virtus, ſicuí etiam maieſtas, ſicuí honores ſubdere ſpiritus potuerunt: is eram natus. Id eſt, animos ſiue ſtimulos.

Stimulos ſubdere. Liu. 6. ab Vrbe, 137, Cæterum is riſus ſtimulos paruis mobili rebus animo muliebri ſubdidit.

Fama ſubdit ſtimulos ingenii. Ouid. 5. Triſt. eleg. 1.16.

¶Subdere, Quaſi periculo committere. Plin. epiſt. 65.2, Contrà, vereor ne ſit cautum rem tam magnam iiſdem tempeſtatibus ſubdere. Plaut. Epid. 3.37,

Mén' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam,
Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccidaneum?

Subditus, pen. corr. Particip. Subtus immiſſus. Cic. 1. de Nat. deor. 40, Quæ efferueſcunt ſubditis ignibus.

Subditus partus, Suppoſitus, hoc eſt ſublatus ab ea muliere quæ peperit, & alteri ſuppoſitus.

Subditum teſtamentú apud iuriſconſultos dicitur, quum vero teſtamento occultato, aliud clàm fuit appoſitum.

Subditiuus, pe. pro. Adiect. Qui ſubdit' eſt, & in alteri' locú poſitus. Plau. Amp. 8.197, Nanq; de illo ſubditiuo Soſia mirú nimis eſt.

Subditítius, Aliud adiectiuum, Idem. Plaut. Amphit. 5.35,

Amphitruo ſubditítius eccum exit foras
Cum Alcumena vxore vſuraria. Cic. 7. Verr. 55, Quòd eodem cæteros piratas contrudi imperarat, intellexit, ſi hunc ſubditítiú archipiratam in eandem cuſtodiam dediſſet, fore, &c.

Libri ſubditítii. Quintil. lib. 1. cap. 4.2.

Subdoceo/ſubdoces, pen. corr. ſubdocui, ſubdoctum, ſubdocere, Vtcunque, vel aliquantum docere. Cic. Attico, lib. 8. 148.2, Ciceronéſque noſtros meo potius labore ſubdoceri, quàm me alium vis magiſtrum quærere.

Subdolus/pen. cor. Adiect. Occultè decipiés. Plaut. Aul. 10.8,

-Strobile ſubdole,
Hucine detruſiſti me ad ſenem parciſſumum? Idem Epid. 6.13,
-atque ei prænonſtrabitur
Quo pacto fiat ſubdola aduerſus ſenē. Et Capt. 10.5, Nec mendacíis ſubdolis mihi vſquam mantellum eſt meis. Sic Mil. 11.68, Haud vereor ne nos ſubdola perfidia peruincamur. Mart. lib. 5. 114, Sed tendit auidis rete ſubdolum turdis.

Lingua ſubdola. Ouid. 1. de Arte, 110.

Pellacia ſubdola. Lucret. lib. 5. 101.

Súbdole, pen. cor. Aduerb. Cautè & fraudulenter. Plaut. Trin. 5.11,

-eos conſectatur, ſubdolè blanditur, ab re
Conſulit. Idem Ciſtel. 1.18,
-clàm ſi occaſio vſquam eſt, frigidam
Subdolè ſuffundunt. Cic. de Claris Orat. 17, Nihil acutè inueniri potuit in eis cauſis, quas ſcripſit, nihil (vt ita dicam) ſubdolè, nihil verſutè, quod ille non viderit.

Subdubito. ſubdubitas, pen. cor. ſubdubitare, Parum dubitare. Cic. Cælio, lib. 2. 12.5, Hæc eò pluribus ſcripſi, quòd nonnihil ſignificabant tuæ literæ, ſubdubitare qua eſſem erga illum voluntate. Idem Attico, lib. 14. 313.1, Iam enim dico meum, antea (credo mihi) ſubdubitabam.

Subduco/ſubdûcis, pen. prod. ſubduxi, ſubductum, ſubducere, Subter ducere. Iuuenalis ſatyra 1.3, Et nos ergo manum ſeruæ ſubduximus.

¶Subducere, Subtrahere: cui opponitur Subdere. Cato de Re ruſtica, Ignem ſubdito: vbi bullabit vinum, ignem ſubducito. Plau. Aſin. 16.62, Tempus eſt ſubducere hinc me.

Aurum ſubducitur terræ. Ouid. 3. de Arte, 25.

Subducere cibum athletæ. Cic. 2. Tuſc. 69, Subduc cibum vnú diem athletæ, Iouem Olympium, eum ipſum cui ſe exercebit, implorabit, ferre non poſſe clamabit. Ouid. 2. Metam. 133, Iam mihi ſubduci facies humana videtur.

Colla ſubducere oneri. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.5.

Subducere lac agnis. Virgil. eclog. 3.2, Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.

Memoriam ſubducere. Seneca de Benefic. lib. 3. ca. 1, Hæc prauitate naturæ accidere quibuſdam non negauerim pluribus, quia memoriam tempus interpoſitum ſubduxit.

Vires ſubducere alicui. Ouid. 13. Meta. 13, Ergo aut exilio vires ſubduxit Achiuis,
Aut nece.

Producere & Subducere, contraria. Cicero pro Domo ſua, 17, Quem tu in eo nō pro illius dignitate produxeras, ſed pro tuo ſcelere ſubduxeras.

Morti ſubducere aliquem. Claud. 3. Paneg. 15.

Pugnæ ſubducere aliquem. Virg. 10. Æneid. 10.

Nimbo ſe ſubducere. Ouid. 5. Triſt. eleg. 15.6.

Subducere ſe de vel ex aliqua ſocietate vel loco, Eſt ſenſim & clàculú diſcedere, ita vt nullus videat. Terēt. Eu. 4.1.14, Vbi primùm poterit, ſe illinc ſubducet ſcio. Ibidem, 4.7.25, Et cum eo clàm ſubduxi te mihi? Saluſtius, Præterea ex gregariis militibus quéque armatum in prima acie ſubducit. Id eſt, extrahit, vt alibi locaret. Cic. ad Q. fratrē, lib. 3.10.2, De circulo ſe ſubduxit.

Animā ſubducere morti, Eripere & cōſeruare à periculo mortis. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3.16,

Parcite exrulei vos ſaltem numina Ponti,
Infeſtúmque mihi ſit ſatis eſſe Iouem.
Vos animam ſæuæ feſſam ſubducite morti,

Si modò qui perit, non periiſſe poteſt.

Subducta ex prælio ala. Liuius 5. bel. Maced. 15.

¶Subducere, Furtim ſubtrahere. Plaut. Curcul. 7.81,

-propino magnum poculum: ille ebibit,
Caput deponit: quum dormiſcit, ei ſubduco annulum. Mart. lib. 11.15, Subduxit mappas quattuor Hermogenes. Sic lib. 8.53,
Lapſa nec à cubito ſubducere pallia neſcit.

Subducere furto. Liuius 9. ab Vrbe, 55, Obſides Porſenæ dediſſet: furto eos ſubduxiſſet?

¶Subducere. Surſum ducere, leuare, extollere. Plin. de Viris illuſt. 4.b, Ipſe à Tullo in auxilium accerſitus, aciem in collem ſubduxit. Tacit. lib. 2, Iámqi ſero diei ſubducit ex acie legionē faciendis caſtris.

Subducere copias in collem ſatis arduum. Liu. 3. bel. Pun. 111.

Colles ſubducunt ſe. Virg. 9. eclog. 2,
Certè equidem audieram, quà ſe ſubducere colles
Incipiunt, mollíque iugum demittere cliuo, &c.
Terra ſe pedibus raptum ſubducit. Lucret. lib. 1. 118.
Hinc ſubducere naues dicimus, In terram trahere: quod terra mari altior ſit. Virgil. 1. Æneid. 111,
Quaſſatam ventis liceat ſubducere claſſem,
Et ſyluis aptare trabes. Plaut. Bacchid. 5. 70,
Quum extemplo à portu abire nos cum auro vident,
Subducunt lembum. Idem Caſina, 3. 17, Ibo intrò, vt ſubducã nauim rurſum in poluinarium. Et Moſtell. 9. 42,
-quæ ne ſubducta erat
Tuto in terram? Cæſar 3. bel. Ciuil. 93, Naues reliquas, ſi vellet, ſubduci, & refici iuberet. Idem 5. belli Gall. 87, Subductis nauibus, &c.
Puppes ſubductæ ſicco littore. Virg. 3. Æneid. 17.
Subducere ſurſum è puteo. Plaut. Aulul. 2. 4,
-vt in puteo cœnam coquant,
Inde coctam ſurſum ſubducemus corbulis.
Subducere ſupercilia. Seneca de Benef. lib. 1. cap. 1, Promiſit, ſed difficulter, ſed ſubductis ſuperciliis, ſed malignis, & vix exeuntibus verbis.
Vultu ſubducto procedere. Propert. lib. 2. eleg. 11. 2, Tunc volo ſubducto grauior procedere vultu.
Subducere animam, Spiritum & anhelitum ſurſum attrahere. Cato cap. 157. 11, Et ſi polypus in naſo introierit, braſſicam erraticam aridam tritam in malum conlicito, & ad naſum admoueto. Ita ſubducito ſurſum animam quàm plurimum poteris, in triduo polypus excidet: & vbi exciderit, tum aliquot dies idé facito, vt radices polypi perſanas facias.
¶ Subducere aliquem, Decipere. Plaut. Menæh. 2. 65, Rapidè raptorem pueri ſubduxit fides.
¶ Subducere aliquem dictis, Circunuenire. Terent. And. 4. 1. 10, Etiam nunc me ſubducere iſtis dictis poſtulas?
¶ Subducere cum hoc nomine RATIO, Significat computare, quod & inire & habere & facere rationem dicimus. Plaut. Capt. 4. 89,
Ibo intrò, atque intus ſubducam rationculam,
Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.
Subducta ratione eſſe ad vitam. Terent. Adelph. 5. 4. 1,
Nunquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit,
Quin res, ætas, vſus ſemper aliquid apportet noui. Vbi Donatus, Ducere, eſt digitis computare. ſed ducere eſt apud alium & palàm: Subducere, apud ſeipſum & ſecreto. quo magis in verbo iſto maioris attentionis & diligentiæ ſignum eſt. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 31, Rationibuſque ſubductis, ſummam feci cogitationum mearum.
Inita & ſubducta ratione ſcelera meditari. Ci. 3. de Nat. deo. 101, Medea modò & Atreus cõmemorabantur à nobis heroicæ perſonæ inita ſubductáque ratione, nefaria ſcelera meditantes.
Subducere calculos voluptatum. Cic. 1. de Fin. 97, Quid fortes viri voluptatúmne calculis ſubductis prælium ineunt, ſanguinem pro patria profundunt? Id eſt Computant quantum voluptatis percepturi ſint. Budæus.
Numerum ſubducere rei alicuius, Numerare rem aliquam. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 41,
Ille puluis Erithræi,
Syderúmque micantium
Subducat numerum prius,
Qui veſtri numerare vult
Multa millia luſoum.
Subducere ſummam, quod vulgus *ſummare* dicit. Cic. ad Atticum, libro 5. 10. 11, Collaudani homines, Rectè, inquit, Scaptius, ſed ſubducamus ſummam. Colum. lib. 3. cap. 1. 10, Huius ſummam quartamdecimã ſubduco, ſcilicet pedes tria millia octingenti, & quinquaginta.
¶ Subducere, non adiecto nomine RATIO. Cic. Attico, lib. 5. 10. 15, Quid vos, quãtum inquam debetis: Reſpondet, CVI. Refero ad Scaptiũ: homo clamare. Quid opus eſt, inquã? rationes conferatis. Adſidunt: ſubducunt: ad nummum conuenit.
¶ Subducere fundamẽta alicuius rei. Cic. 4. de Fin. 69, Neque intelligunt ſe rerum illarum pulchrarum atque admirabilium fundamenta ſubducere. Id eſt eximere, vt ait Budæus.
¶ Subductum omnibus vẽtis ædificium. Plin. epiſt. 41. lib. 2. ad Gallum, Poſt hanc cubiculum cum procœtone, altitudine æſtiuum, munimentis hybernũ. eſt enim ſubductũ omnibus vẽtis.
Subductio, Verbale, Ratio, & quod vulgus *computum* vocat. Cic. 1. de Orat. 71, Quo perſpecto, ſtatim occurrit naturali quadã prudentia, nõ his ſubductionibus, quas iſti docent, quid faciat cauſam.
Subductio, Ipſe extollendi ſiue leuãdi actus. Cæſar 5. bel. Gall. 1, Ad celeritatem onerandi, ſubductionéſque paulo facit humiliores, quàm quibus in noſtro mari vti conſueumus.
Subductarius, Adiect. vt Funis ſubductarius, quo quid leuatur. Cato cap. 11, Funes loreos quinque, ſubductarios quinque, medipontos quinque. Idem cap. 68, Vbi vindemia & oleitas facta erit, prælia extollito, funes torculos, medipontos, ſubductarios, aut in carnario, aut in prælo ſuſpendito.
Subdulcis, & hoc ſubdulce, Parum dulce. Plin. lib. 26. cap. 8. 15, Radix ſubdulcis, in petris naſcens, aut ſub arboribus veruſtis.
Subeo, ſubis, ſubiui vel ſubii, ſubitum, pen. corr. Subire, Aſcendere. Accuſatiuo iungitur. Cæſar libro 1. belli Gallici, 147, Qui intra annos quatuordecim tectum non ſubiiſſent. Plin. epiſt. 103. b, Ideo nequaquam par gubernatoris eſt virtus, quum placido, & quum turbato mari vehitur: tunc admirante nullo illam datus, inglorius ſubit portum. Plin. auunculus libro 8. cap. 3. 1, Mirum maximè & aduerſis quidem funibus ſubire, ſed regredi magis vtique pronis. De leonibus. Colum. lib. 11. ca. 1. 16, Tum verò quũ tectum ſubierit, idem faciat, &c. Plin. lib. 36. cap. 3. 1, Sed hi rationem adferunt, quoniam leuiſſima ſit imbrium aqua, vt quæ ſubire potuerit ac pendẽre in aere. Lucan. lib. 8. 14, Nulla tibi ſubeunda magis ſunt mœnia victor.
Tecta ſubire. Virg. 3. Æneid. 17.
Vrbem ſubire. Lucan. lib. 3. 20.
Nemus ſubire. Ouidius 1. Meta. 84, Quum ſubit illa nemus, quod nulla ceciderat ætas.
Paſſiuũ protulit Iuuenalis ſat. 16. 1, -nam ſi ſubeantur proſpera caſtra.
Subire ad. Liu. 2. ab Vrbe, 131, Cum Æquis pòſt aliquanto pugnatum eſt, inuito quidem Conſule, quia loco iniquo ſubeundum erat ad hoſtes. Idem 6. bel. Pu. 114, Vnde quum tam parui operis munitio eſſet, non obiecit vallum imperator Romanus, ſeu fiduciam hoſti ſuperbè oſtẽtans, ſiue vt ſubeundi ſæpe ad mœnia vrbis recurſus pateret. Sic 4. bel. Maced. 64, Subire ad portam. Et 1. ab Vrbe, 121, Subire ad montes.
Subire in. Plinius lib. 9. cap. 17, Subit in ſumma maria, piſcis ex argumento appellatus lucerna, &c. Idem libro 31. cap. 3. 2, Nec leuitatis inpluuia aqua argumẽtum eſt, ſubiiſſe eam in cælum, quum etiam lapides ſubire appareat.
Subire vultum alicuius, In eius conſpectum venire. Cic. pro Quintio, 64, Denique ipſius inimici vultum ſuperbiſſimũ ſubiit, ipſius Sex. Næui lachrymans manum apprehendit, in propinquorum bonis proſcribendis exercitatam.
Subire muro in dariuo. Virg. 9. Æneid. 74, Iámq; propinquabant caſtris, muróque ſubibant. Idem 6. Æneid. 45, -pars ingenti ſubiêre pheretro.
¶ Leones ſubiêre currum. Virg. 3. Æneid. 13,
Onus ſubire dorſo. Horat. 1. Serm. ſaty. 9. 5,
Demitto auriculas vt iniquæ mentis aſellus,
Quum grauius dorſo ſubiit onus.
¶ Subire aliquid, pro Suſcipere defendẽdum, onus accipere. Plinius epiſt. 196. 2, Magis quem tu reprehendis miratus, atque ita vt non putaris vnquam laudari poſſe, cuius nunc mihi ſubeunda defenſio eſt. Idem in Paneg. 70, Quis enim curæ tuæ molem ſponte ſubeat?
Pectus ſubit amores. Ouid. 4. epiſt. 5.
Subire conditionem pacis. Cæſar 7. bel. Gall. 318, Illo tamen potius vtendum conſilio, ſi rescogat, atque auxilia morentur, quàm deditionis aut pacis ſubeundam conditionem.
Subire deditionẽ. Cæſar 1. bel. ciuil. 309, His eos ſupplices malis Cæſar neceſſariã ſubire deditionẽ, q̃ prælio decertare malebat.
Hæreditatem ſubire, pro quo vſitatius dicimus Adire hæreditatem. Iuriſc. de verb.
Iuſſa ſubire. Claud. 7. Paneg. 60.
Labores ſubire. Cic. ad Atticum, lib. 3. 55. 14, Iſtos labores, quos nunc in ſuffragiis ſuſcipis, non ſubiiſſes.
Labores duros ſubire. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 10.
Nauigationem ſubire. Cæſar, 4. bel. Gall. 592, Quòd propinqua die æquinoctii infirmis nauibus hyemis nauigationẽ ſubeundam non exiſtimabat.
Partes ſubire. Quintil. lib. 6. ca. 1. 18, Et ipſe patronus has partes ſubit.
¶ Subire, Succedere. Liuius 7. bel. Pun. 8, Primæ legioni tertia, dextræ alæ ſiniſtra ſubiit: & apud hoſtes integra feſſis pugnam accepere.
Subire per vices. Plin. lib. 8. cap. 7. 6, Equitatu circunuenti, infirmos, aut feſſos vulneratóſue in medium agmen recipiunt: ac velut imperio ac ratione per vices ſubeunt. De elephantis.
Subire in locum alicuius. Varro, In quarum locum ſubierunt inquilinæ, impietas, perfidia, impudicitia. Ouid. 1. Metam. 17, -fugêre pudor, verúmque, fidéſque:

In quorum subiere locum, fraudésque, dolique, &c.
In partes alicuius subire. Ouid. 4. de Ponto. eleg. 9. 2.
Et quoniam sine me tanges Capitolia Consul,
Et fiam turbæ pars ego nulla tuæ:
In domini subeat partes, & præstet amici
Officium iussa littera nostra die.

¶ Subire, Pati. Plin. epist. 42. b, Nec ignoro suscipiendas offensas in eligendo præceptore. Sed oportet me nō modò offensas, verumetiam simultates pro fratris tui filiis tam æquo animo subire, quàm parentes pro suis. Idē epist. 48. b, Præterea quū recordarer, quanta pro illdem Bæticis priore aduocatione etiā pericula subissem, conseruandum veteris officii meritum nouo videbatur. Cic. 3. Offic. 143, Qui retinendi officii causa cruciatum subierit voluntarium? Cælius Ciceroni, lib. 8. 11. 9, Curio omnia potius subire constituit, quàm id pati.

¶ Aleam subire, Fortunā, ac sortē experiri alicuius rei. Colu. lib. 3. cap. 11. 5, Si verò interiectibus capere cuiusque generis fructū aueat, primum necesse est vt vindemiatorū aleam subeat.

Calamitatem subire. Cic. Bruto, 12. 4, Atque ille si armis positis de vi damnatus esset, quo in iudicio certè defensionem non haberet, eandem calamitatem subirent liberi bonis publicatis, quanquam quod tua mater & soror deprecatur pro pueris.

Casum subire. Cic. Attico, lib. 8. 14. 4, Eundum, vt quencunq; fors tulerit casum, subeam potius cū iis qui dicantur esse boni, quàm videar à bonis dissentire. Sic Cæsar 3. bel. ciuil. 51. Et 320. Plancus Ciceroni, lib. 10. 13. 3. Item Cicero ad Terentiam, lib. 14. 5. 4, Quando subeunda fortuna est. Liu. 4. bel. Pun. 139, Enimuero conclamant bonum vt animum haberent, omnem se cum illis fortunam subituros.

Crimen subire. Liu. 2. ab Vrbe, 33, Ego me illum acerrimum regū hostē, ipsum cupiditatis regni crimen subiturū timerem?

Dolorem subire. Cic. 2. Tusc. 21, Quæ vt effugias, quis est non modò non recusandus, sed vltro appetendus, subeundus, excipiendus dolor?

Famam crudelitatis subire. Cic. in Catil. 85, Sin remissiores esse voluerimus, summæ nobis crudelitatis in patriæ ciniúmq; pernicie fama subeunda est. Brutus ad Atticum, in epist. ad Brutum, 18. 5, Itaque ad reliquos hic quoque labor mihi accessit, vt omnes adhibeam machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeam temeritatis. Id est, ne dicar temerarius.

Incommoda subire. Cic. 3. Offic. 35, Cuius societatis arctissimū vinculū est, magis arbitrari esse cōtra naturā, hominē homini detrahere sui cōmodi causa, quàm omnia incōmoda subire vel externa vel corporis, vel etiā ipsius animi quæ vacent iustitia.

Infamiam sempiternam subire. Cic. Q. fratri, lib. 3. 10. 5.

Inuidiam orationis subire. Cic. 1. Verr. 15.

Iudicium imperitæ multitudinis subire. Ci. pro Flacco, 1, Existimabam L. Flacco multitudinis imperitæ potius, nullo tamen cum periculo, quàm sapientissimorum & lectissimorum virorum iudicium esse subeundum. Sic pro Sestio, 57. Et Liuius 8. bel. Maced. 317.

Pagina subitura iudicium docti principis. Ouid. 1. Fast. 4.

Leges subire. Stat. 1. Syl. 2. 6, - subiit leges, & fræna momordit
Ille solutus amor.

Nomen exulis subire. Cic. pro Domo sua, 57, Vtrū igitur peccato meo exulis nomen subeo, an re iudicata.

Nomina vitiorum subire. Cic. 3. Offic. 74, Hæc tot & alia plura nónne inutile est vitiorum subire nomina?

Notam turpitudinis subire. Cic. in Pisonē, 31, Vos autem sempiternas fœdissimæ turpitudinis notas subieritis?

Odium alicuius subire. Cic. Attico, libro 11. 25. 4, Quanquam quid mea interfuit vt eorum odium subeam, non intelligo.

Periculum omne subire. Horat. Epod. 1. 1.

Periculum subire. Cic. 3. Verr. 103, Si pupilli calamitas, propinquorū lachrymæ, D. Bruti, cuius prædia subierūt periculum, M. Marcelli tutoris authoritas apud te pōderis nihil habebat, ne illud quidē animaduertebas? Cæsar 1. bel. Gal. 19, Vt domū reditionis spe sublata, parationes ad omnia pericula subeūda essēt.

Pœnam subire. Cic. 3. Offic. 84, Nam quum ex duodecim tabulis satis esset ea præstari quæ essent lingua nuncupata, quæ qui inficiatus esset, dupli pœnam subiret. Idem pro Cluē. 101. Ne autem nimium multi pœnam capitis subirent, idcirco illa sortitio comparata est.

Pœnas meritas subire. Ouid. epist. 11. 24.

Pœnas subiere ex merito. Ouid. 5. Metam. 40.

Sermonem subire. Cic. Attico, libro 11. 24. 3, Minus sermonis subiissem, minus accepissem doloris, ipsum hoc me nō angeret. Id est, Non tantus de me sermo sinister esset, Non ita mihi obloquerentur homines.

Supplicia subire. Cic. Bruto, 12. 3.

Tela subire. Ci. pro Cor. Balbo, 41, Tum certè dignissimi sunt qui ciuitate ea donentur, pro qua pericula ac tela subierunt.

Tempestatem inuidiæ subire. Cic. 2. in Catil. 36.

Tempestates subire. Cæsar 8. bel. Gall. 15, Cæsar erumpentes eo maximè tempore acerrimas tempestates quum subire milites nollet, in oppido Camutum Genabo castra ponit.

Tristitiam subire. Cic. Attico, lib. 8. 16. 5, Atque ego qui omnia officio metior, recordor tamen tua consilia: quibus si paruissem, tristitiam illorum temporum non subiissem.

Turpitudinem subire, siue turpitudines. Cic. 3. Verr. 97, Qui nulla conditione istam turpitudinem subiissent, nisi officii, necessitudinisque ratio coegisset. Sic 14. Philipp. 390.

Verbera subire. Plin. lib. 10. cap. 13. 1. Horat. 1. Serm. sat. 3. 24.

Vim subire, atque iniuriam malui, quàm aut à vestris sanctissimis mētibus dissidere, aut de meo statu declinare. Cic. de Prouinc. Consul. 24.

Vim legis subire. Cicero pro Cecinna, 71, Qui si in ciuitate legis vim subire vellent, non prius ciuitatē, quàm vitā amitterēt.

Vituperationem subire. Cicero ad Atticum, libro 14. 317. 3, Postremò se libenter vituperationem subire, quòd amaret etiam mortuum Cæsarem.

¶ Subire, Succrescere. Virg. 1. Georg. 36, Neu subeant herbæ, neu puluere victa fatiscat.

¶ Subeunt morbi. Virg. 3. Georg. 14.
Optima quæque dies miseris mortalibus æui
Prima fugit, subeunt morbi, tristisque senectus. Id est aduenit, inquit Seruius.

Curæ subeunt. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 5,
Tunc subeunt curæ, dum te lectúsque, locúsque
Tangit, & oblitam non sinit esse mei.

Senecta subiens. Silius lib. 7. 10,
Qualis post iuuenem nondum subeunte senecta
Rector erat Pylius bellis ætate secunda.

Sopor subit fessa lumina. Ouid. epist. 18. 11,
Tædia subeunt animo. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 15. 6.

¶ Subit religio animos. Plin. libro 5. ca. 1. 6, Incolarum neminem interdiu cerni, silere omnia haud alio quàm solitudinum horrore, subire tacitam religionem animos propius accedentium. Id est aduenire.

Timor subit animū. Liu. lib. 9. bel. Mac. 61, Vbi deorū numen prætenditur, sceleribus subit animū timor, ne fraudibus humanis vindicandis, diuini iuris aliquid immistum violemus.

Spes subit animū. Liu. 10. bel. Maced. 19, Sed interdū spes animū subibat, deflagrare iras vestras, purgari suspiciones posse.

¶ Subire, In memoriam venire. Plin. lib. 7. cap. 46. 1. Subeunt in hac reputatione Delphica oracula, velut ad castigādam hominum vanitatem à deo emissa.

Datiuo. Curtius, Cogitationi nostræ nūquā subiit. Quintil. Declamat. 6, Nobis verò aduersus exanimes genuit non solùm miserationē, quæ cogitationi nostræ subit, sed etiā religionē.

Fastidia subeunt mihi. Ouid. epist. 15. 10.

Accusatiuo. Plin. epist. 31. c, Quod me recordātem, fragilitatis humanæ miseratio subit. Curtius lib. 3, Sera pœnitentia subiit regem. Idem lib. 5, Subiit regem verecundia.

Imago me subit. Ouid. 1. Fast. 151,
Ment abit, & morior quoties pugnantis imago Me subit.

Infinitiuo. Plin. lib. 35, Subit antiquitatem mirari. Idem l. b. 11. in Proœm. 2, Quo magis ac magis admirari subit, ab iis principiis cædi montes in marmora.

Subit recordatio. Plin. epist. 89. 2. lib. 4, Proximè quum apud Centumviros in quadruplici iudicio dixissem, subiit recordatio egisse me iuuenē, æquè in quadruplici. Idem epist. 9. 2, Tunc enim subit recordatio quot dies quàm frigidis rebus absumpsi.

Subit cogitatio. Plin. lib. 36. ca. 15. 11, Subit verò cogitatio quota portio harum fuerint aræ illæ. Liuius 5. bel. Pun. 141, Ea quum vniuersa occurrerent animo, subiretque cogitatio, iam illa momento horæ arsura omnia, & ad cineres rediura.

Subiit cogitatio animum. Liuius 6. bel. Maced. 86, Deinde cogitatio animum subiit: quum cōmuni decreto Bœotiorum posita esset statua, indignum esse in vnum Coronensem agrum sæuire. Curtius lib. 6, Horum cogitatio subibat animum.

Subit cogitatio animū, quomodo. Li. 10. ab Vrb. 11. Subibat cogitatio animū: quonā modo tolerabilis futura hiemis via fuisset.

Subit animum. Liuius 6. bel. Pun. 35, Multa secum, quò iam inde ire pergeret, volucti, subiit animum impetus caput ipsum belli Romam petendi. Idem 2. ab Vrbe, 179, Dukedo agrariæ legis ipsa per se dempto authore subibat animos.

Subit animos memoria. Liu. 7. bel. Maced. 199. Et eò vetera & obliterata repetēdo rē adduxerunt, vt haud paulò plurū maleficiorum memoria subiret animos patrum. Curtius lib. 5, Subit

ipſa per ſe, dempto authore ſubibat animos.

Subit memoria. Liu. 10. bel. Maced. 19, Subiturâ vobis aliquando germanitatis memoriâ, puerilis quondam ſimplicitatis conſuetudiniſque inter vos, meorum denique præceptorum, &c.

Subit mentem. Plinius lib. 14. cap. 11, Verùm inter hæc ſubit mentem, quum ſint genera nobilia, &c. Virgil. 10. Æneid. 165,

Ingemuit miſerans graviter, dextrámque tetendit:
Et mentem ſubiit patriæ pietatis imago.

Affectu ſubire. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 3,

Laſſus in extremis iaceo populiſque, locíſque,
Et ſubit affectu nunc mihi quicquid abeſt.

¶ Subire, Subdere, ſupponere. Virg. 10. Æneid. 160,

Æneas ſubiit mucronem, ipſúmque morando Suſtinuit.

Humeris ſubire aliquem, Ferre aliquem humeris. Virgilius 4. Æneid. 110, Quem ſubiiſſe humeris cófectũ ætate parentẽ, &c.

¶ Subiri, Paſſiuum. Cic. 7. Verr. 141, Inimicitiæ ſunt, ſi ſubeantur: labores ſuſcipiantur. Plin. libro 4, Hæmi excelſitas, v. i. m. paſſ. ſubitur.

¶ Subire, Obſequioſè colere, alicui ſe vẽditare, & eũ obſeruare. Quintil. lib. 4. cap. 5, Fallendus eſt iudex, & variis artibus ſubeundus, vt aliud agi, quàm quod nos petimus, putet. Budæus.

Auxilio ſubire alicui. Virg. 2. Æneid. 44,

Pòſt ipſum auxilio ſubeuntem, ac tela ferentem Corripiunt.

¶ Subire, Reſpõdere, ſeu reſiſtere. Cicero de Diuin. Poteríſne orationem eius ſubire? Idem pro Roſcio Amer. 18, Quoniam quidem ſemel ſuſcepi, licet hercules vndique omnes terrores, minæ, periculáque impendeant omnia, ſuccurrã atque ſubibo.

Loquentem ſubire, Reſpondere loquenti. Claud. 8. Paneg. 36,

-ſubit ille loquentem Talibus.

Súbitus, pen. corr. Adiect. Idem quod Repentinus. Plaut. Capt. 10. 2, Neque in hac ſubitæ cogitationes ſunt, vllæve amatio. Terent. Phorm. 1. 4. 14, Nam quod ego huic nunc ſubito exitio remedium inueniam miſero? Idem Adel. 5. 9. 18, Quod proluuiũ, quæ iſtæc ſubita eſt largitas? Cic. Planco, lib. 10. 16. 4, Néve in rebus tam ſubitis, támque anguſtis, à Senatu conſilium petendum putet. Idem 1. Verr. 14, Subita lætitia.

Subiti nihil eſt. Plaut. Perſa, 16. 36, Si tibi ſubiti nihil eſt, tantundem eſt mihi.

Subitum eſt. Plau. Aul. 8. 5, Verum ecaſtor non poteſt, ſubitũ eſt nimis. Cic. Memmio, lib. 13. 2. 1, Nam propter opera inſtituta multa multorum, ſubitum eſt ei remigrare.

Aſpectu ſubito territus hæſit. Virg. 11. Æneid. 140.

Conuerſus ſubiti. Ouid. 14. Metam. 109.

Dolores ſubiti. Ouid. epiſt. 11. 10.

Flammas ſubitas extinguere. Ouid. in Ibin, 4.

Formidine ſubita trepidus. Virg. 6. Æneid. 58.

Fragore ſubito intonuit. Virg. 2. Æneid. 139.

Imber ſubitus. Ouid. 4. Faſt. 77, Plura locuturi ſubito ſubducimur imbre. Lucret. lib. 5. 44.

Morte ſubita ſternere aliquem. Virg. 11. Æneid. 160.

Rubor ſubitus notauit ora. Ouid. 6. Metam. 10.

Timore ſubito intremuere genua. Ouid. 1. Metam. 36.

Vim ſubitam tolerare. Lucret. lib. 1. 57.

Súbito, pen. corr. Aduerb. Repentè, confeſtim. Plaut. Amph. 6. 4,

Quid iſtuc eſt mi vir negoti, quòd tu tam ſubitò domo
Abeas? Martialis, Nam ſubitò collapſa ruit. Plaut. Bacch. 5. 104, Ab eo licebit, quanuis ſubitò, ſumere. Cic. Terentiæ, lib. 14. 8. 1, Nam mihi & ſcriptum & nuntiatum eſt te in febrim ſubitò incidiſſe.

Mutata ſemina ſubitó. Virg. 2. Georg. 54.

Subitò & improuiſò. Ci. pro Fũcio, 27, Quũ tot bella aut à nobis neceſſariò ſuſcipiãtur, aut ſubitò atq; improuiſo naſcantur.

Subitò quum. Cic. ad Atticum, lib. 2. 14. 1, Subitò quum mihi diciſſet Cæcilius Quæſtor puerum ſe Romam mittere, hæc ſcripſi raptim.

Sub tũ, Properé. Plaut. Amphit. 17. 10,

-nam vbi parturit, deos inuocat,
Strepitus, crepitus, ſonitus, tonitrus vt ſubitò! vt properè! vt tonuit validé. Idem Trinum. 17. 50, -ita
Subitò eſt properè quod eũ cõuentum volo. Idem Curc. 7. 4, Ita núc ſubitò, properè, & celere obiectum eſt mihi negotium.

De ſubito, Vide De præpoſitionem.

Subitaneus, Adiect. Idem quod Subitus. Colum. li. 1. ca. 6. 16, Huic autem nubilarum applicari debet, maximéque in Italia, propter inconſtantiam cæli, quo collata ſemitrita frumenta protegantur, ſi ſubitaneus imber inceſſerit.

Subitarius, Aliud adiectiuũ, Idem. Plaut. Mil. 5. 70, Hanc age rem, res ſubitaria eſt.

Subitarii milites, pro Repentino auxilio. Liu. 3. ab Vrbe, 16, Ad eum explendũ Latini Hernicique, & colonia Antiũ dare Quintio ſubitarios milites (ita tum repentina auxilia appellabant) iuſſi. Idem 1. bel. Maced. 8, Duabus legionibus ſubitariis tumultus eius cauſa ſcriptis, additíſque ad eas quatuor cohortibus de exercitu ſuo, &c. Ibidem, lib. 10. 107.

Suber, ſúberis, pen. cor. maſculini vel fœminini generis eſt, ſæpius neutri. Plin. lib. 16. cap. 15. 5, Tardiſſimo germine ſuber. Ibidem, cap. 8. 4. Suberi minima arbor, glans peſſima, rara, cortex tantum in fructu præcraſſus ac renaſcens, atq; etiam in denos pedes vndique explanatus. Vſus eius anchoralibus maximè nauium, piſcantiúmque tragulis, & cadorum obturamentis: præterea in hyberno fœminarum calceatu. Quamobrem non infacetè Græci corticis arborem appellant. Sunt qui fœminam ilicem vocent, atque vbi non naſcitur ilex, pro ea ſubere vtuntur, in carpẽtariis præcipuè fabricis, vt circa Elin & Lacedæmonem. Nec in Italia tota naſcitur, aut in Gallia omnino. Colu. lib. 4. cap. 26. 41, Nam eſt præcipua cuneis fiſſa olea, quercus & ſuber, & ſiqua ſunt ſimilia. Perſius ſaty. 1. 10, Vt ramale vetus vegrandi ſubere coctum.

Subereus, Adiectiuum, apud Columellam.

Suberro, ſuberras, ſuberrare. Claud. 5. Paneg. 50,

Indigenas fluuios, Italis quicunque ſuberrant
Montibus, Alpináſque bibunt de more pruinas.

Subferuefactus / Participium à Subferuefacio, Paulùm feruefactum ſignificat. Plin. libro 28. cap. 9. 15, Contra ſcabiem verò quiuis admiſto iumentorum ſeuo, pro parte tertia & pice, paritérque ſubferuefactis. Idem lib. 20. cap. 9. 11, Bibitur & cũ oleo ſubferuefactus, vel per ſe elixus ad conuulſa & rupta intus. Et lib. 24. cap. 7. 3, Ad mulierum mammas brutia ex vino ſubferuefacta cum polline Farraceo.

Subfrigidus / pen. corr. Adiectiuum, Aliquãtum frigidum ſignificat. A quo

Subfrigidè, Aduerb. Gell. lib. 2. cap. 9, Nimis minutè, ac propè etiã ſubfrigidè.

Subgrandis / Adiect. Vtcunque grãde, vel aliquãtulum. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 4, Subgrande cubiculum autem, & hybernum altum valde probaui, quòd & ampla erant, & loco poſita ambulationis vno latere, eo quod eſt proximum balneariis.

Subgraueo / & hoc ſúbgraue, pen. corr. Aliquantũ graue. Plin. lib. 17. cap. 9. 5, Radice tenui, nigra, ſubgraui odore.

Subgrunda / ſubgrundæ, ſiue ſuggrũdæ, Pars tecti prominẽs, qua ſtiricidia à parietibus arcentur (inquit Budæus) qualia ferè ſunt Lugdunẽſia tecta, quæ à Græcis ὑπαὶ & ὑπὲα dicũtur. Varro 3. de Re ruſt. cap. 3. 4, Apes enim ſubter ſubgrundas ab initio villatico vſq; tecto.

Subgrundatio, Verbale, Huiuſcemodi prominentiũ partium conſtructio. Vitruuius lib. 4. cap. 2, Sub tectis (inquit) ſi maiora ſpatia ſunt, columẽ in ſummo faſtigio culminis, vnde & columnæ dicuntur, & tranſtra, & capreoli: Si commoda, columen & canterii prominentes ed extremam ſubgrundationem.

Subgrundia, ſubgrundiorũ, pl. nu. ge. neu. Idẽ quod ſubgrũdæ, vel ſuggrundæ. Plin. li. 15. ca. 15, Alii ſtergetron vocãt, & amatoriis cõueniat, alii hypogeſon, quoniã in ſubgrundiis ferè naſcitur.

Subhorridus / pen. corr. Adiectiuum, Aliquantum horridus. Cic. pro Seſtio, 16, Quia triſtem ſemper, quia taciturnum, quia ſubhorridum atque inculcum videbant.

Subiaceo / ſúbiaces, pen. corr. ſubiacui, ſubiacêre. Subtus iacêre. Plin. epiſt. 101. 2. lib. 5. Sed hi procul à mari receſſerunt: quinetiam Apennino, ſaluberrimo montium ſubiacent. Colum. lib. 10. 10, Et mater facili molliſſima ſubiacet aruo.

Ad aliquid ſubiacêre. Quintil. lib. 3. cap. 6. 65, Quæſtionũ autem, quæ velut ſubiacentes ad illud, quo, &c.

Subiacto / ſubiactas, ſubiactare, Sæpe in altum iactare, quod fit quum in areis frumenta à paleis ſecernuntur. Varro 1. de Re ruſt. cap. 52. 1, His tridũ, oportet è terra ſubiactari vallis aut ventilabris, quum ventus ſpirat lenis. ita fit, vt quod leuiſſimum eſt in eo, atque appellatur acus, euannetur foras extra aream: ac frumentum quod eſt ponderoſum, purum veniat ad corbem. Dicitur & ſubiecto, Vide **Subiicio**.

Subigo / ſubigis, pen. corr. ſubẽgi, pen. prod. ſubactum, ſubigere, Ex ſub & ago agis compoſitum, ſignificat cogere. Plau. Moſt. 21. 14, Qui ſubegi, fœnore argentum ab daniſta vt ſumeret. Idem Ciſtel. 1. 91, Nam eum pater eius ſubegit. Idem Curcul. 11. 8, Nec tu me quidem vnquam ſubiges, redditum vt reddam tibi. Idem Pſeud. 3. 6, -neceſſitas
Me ſubigit vt te rogitem. Tacit. lib. 14, Notos quoque equites Romanos operas arenæ promittere ſubegit. Liu. lib. 5. Decad. 5, Prima percontatio fuit, qua ſubactus iniuria contra Populum Romanum bellum tam infeſto animo ſuſcepiſſet.

Subigit fateri. Virgil. 6. Æneid. 113, Caſtigat, auditque dolos, ſubigítque fateri. Id eſt cogit fateri.

Ad deditionem ſubigere. Liu. 6. ab Vrbe, 11, Perſecutus deinde fugientes, quum omnem Volſcum agrum depopulatus eſſet, ad deditionem Volſcos demum ſeptuageſimo anno ſubegit.

¶ Subigere, Subiícere, domare, Saluſtius, Poſteaverò quàm in Aſia Cyrus, in Græcia Lacedæmonii & Athenienſes cœpere vrbes atque nationes ſubigere. Plaut. Curcul. 8. 77,

Dimidiam partem nationum vſque omnium
Subegit ſolus intra viginti dies.

Arma inimica ſubegi metu. Lucan. lib. 5. 133.

Subigere armis, & in ditionem redigere. Cic. pro Cor. Balbo, 18, Hanc tu igitur patrone fœderũ ac fœderatorũ conditionem ſtatuis tuis ciuibus, vt quod his, quos Gaditanis adiutoribus armis ſubegimus, atque in ditionem noſtram redegimus, liceat.

Subigi imperio. Liu. 1. ab Vrbe, 90, Illi omniũ ignari primum purgando terunt tempus, ſe inuitos quicquam, quod minus placeat Tullo, dicturos: ſed imperio ſubigi.

¶ Subigere glebas, ſiue terram, Colere, arare. Cic. pro Lege agra. 83, Atqui illi miſeri nati in illis agris & educati, glebis ſubigendis exercitati, quò ſe ſubitò cõferãt nõ habebũt. Colu. lib. 2. ca. 1. 10, Cenſet exiguis vomeribus & dẽtalibus terrã ſubigere, quo minoris formæ bub⁹ adminiſtrari id poſſit. Cic. 1. de Nat. deor. 137, Quibus quum terræ ſubigerentur fiſſione glebarũ ab illo aureo genere, vt poetæ loquuntur, vis nulla vnquam aſſerebatur. Virg. 1. Georg. 25, Ante Iouem nulli ſubigebant arua coloni. Colum. lib. 1, Sequitur vt tempora quoque ſubigendi arui præcipiamus. Cic. de Senect. 47, Quæ quum gremio molito ac ſubacto ſparſum ſemen excepit, primum id occatum cohibet, ex quo occatio (quæ hoc efficit) nominata eſt.

Boues preſſo ſubigebant vomere terram. Ouid. 10. Metam. 7.

Subigere in cote ſecures, Acuere. Virg. 7. Æneid. 116,

Pars læues clypeos, & ſpicula lucida tergent
Armina pingui, ſubiguntque in cote ſecures.

Subigere terga equi, pro Defricare. Colum. lib. 6. cap. 30, Prodeſt preſſa manu ſubegiſſe terga.

Farinam ſubigere. Cato cap. 74, Farinam in mortarium indito, aquæ paulatim addito, ſubigitóque pulchrè.

Opus ſubigere digitis. Ouid. 6. Metam. 4,

Siue rudem primos lanam glomerabat in orbes,
Seu digitis ſubigebat opus, &c.

Scrobem ſubigere, Fodere. Virg. 2. Georg. 10,

-tamen hæc quoque ſiquis
Inſerat, aut ſcrobibus mandet mutata ſubactis.

¶ Subigere, Surſum agere, compoſitum à Sus, id eſt ſurſum. Virg. 1. Georg. 41,

Non aliter quàm qui aduerſo vix flumine lembum
Remigiis ſubigit.

Ratem conto ſubigere. Virg. 6. Æneid. 61.

Subactus, Participium: vt Subactus ab imperatoribus, & domitus. Cic. pro Fonteio, 1.

Inſidiis ſubactus. Virg. 11. Æneid. 99.

Gentes ſubactæ. Lucan. lib. 1. 59.

Mundus ſubactus. Lucan. lib. 1. 51.

Subactus, pro Coactus. Tacit. lib. 5, Multitudine periclitantiũ ſubactus. Idem lib. 13, Donec vi amoris ſubactus.

¶ Subactus, Aliquãdo idem eſt quod vſu crebro exercitatus. Liu. lib. 1. Decad. 5, Ipſi à pueris eruditi artibus militiæ, tot ſubacti atque durati bellis. Sumpta metaphora à luto, quod ſubigitur, ſi valere debeat, aut farina.

Subactum ingenium, pro Exercitato, per trãſlationem poſuit Cicero, li. 1. de Orat. 71, Subacto mihi ingenio op⁹ eſt, vt agro nõ ſemel arato, ſed nouato, & iterato, quo meliores fœtus poſſit & grãdiores edere. Subactio autem eſt vſus, auditio, lectio, literæ.

Subactus, huius ſubactus, m. g. Idem quod Subactio. Plin. libro 18. cap. 7. 17, Quod in ſubactu congium aquæ capiat.

Subactio, Verbale, Vide Subactum ingenium.

Subigátrix, pen. prod. ſubigatrícis, fœ. g. Plau. Perſa, 6. 46, Ne me attrecta ſubigatrix.

Subiício, ſubiícis, pen. corr. ſubiéci, pen. prod. ſubiectum, ſubiícere, Supponere. Virg. 4. Georg. 61. -& ramea coſtis
Subiiciunt fragmenta. Plaut. Moſtell. 11. 9,

Malam rem prius cauendam multo eſſe, quàm vt meum
Tergum ſubiiciam culcitram vibicibus.

Subiicere ſub. Varro 3. de Re ruſt. ca. 16. 17, Itaque imbecilliores ſecretas ſubiiciunt ſub alterum regem. Cic. 5. Tuſc. 3.

Subiicere ſecuri cernices. Liu. 3. ab Vrbe, 153, Et iam ne tergo quidẽ abſtinebatur: virgis cædi alii, alii ſecuri ſubiici. Id eſt occidi. Cic. 1. Philipp. 66, Tum iſte vẽditum atque mancipatum Tribunatum conſiliis veſtris oppoſuit, ceruicéſque ſuas ei ſubiecit ſecuri, qua multi in minoribus peccatis occiderunt. Liu. 6. bel. Pun. 70, Vt deinde in carcere aut ad palum deligatus, lacerato virgis tergo, ceruicem ſecuri Romanæ ſubiiciant. Cicero in Piſonem, 66, Quem ne maiorum quidem more ſupplicio affeciſti, quum miſer ille ſecuribus hoſpitis ſui ceruices ſubiicere geſtiret.

Prælo ſubiicere. Colu. lib. 11. cap. 39. 1, Tum permiſcere, & ſubactam briſam prælo ſubiicere, &c. Plin. libro 15. cap. 6. 3, Protinus prælo ſubiicerentur.

Ignem ſubiicere. Cic. 3. Verr. 48, Omnes ad eam domũ in qua iſte diuerſabatur, profecti ſunt, cædere ianuã ſaxis, inſtare ferro, ligna & ſarmenta circundare, ignem ſubiicere cœperunt.

Oua ſubiicere gallinis. Plin. lib. 10. ca. 53. 4, Plus vicena quina oua incubãda ſubiici vetant. Colu. lib. 8. ca. 5. 8, Quũ deinde quis volet quãplurimos mares excludi, lõgiſſima quæque & acutiſſima oua ſubiiciet: & rurſus quum fœminas, quàm rotũdiſſima.

Sæculum puluino ſubiicere. Seneca de Benef. libro 1. cap. 10, Quum clàm ſuccurrendum iudicaſſet, puluino eius ignoranti ſæculum ſubiecit.

Brachia ſubiicere pallæ, Accipere pallã in vlnas. Ouid. 3. Met. 34, Altera depoſitæ ſubiecit brachia pallæ.

Pedibus ſubiicere, Contẽnere, nihili facere. Virg. 3. Georg. 98,

Atque metus omnes, & inexorabile fatum
Subiecit pedibus, ſtrepitúmque Acherontis auari.

¶ Subiicere, Subiugare. Plaut. Rud. 18. 41,

Túne hic fallis virginales liberos parentibus,
Subiectos habebis, atque indigno quæſtu conteres? Plin. in Paneg. 110, In noſtris quoque ſimili religione, ipſe te legibus ſubieciſti. Cic. Tot ſibi populis repentè ſubiectis.

Subiici præliis. Cic. Attico, lib. 8. 159. 11, Subiicerer eiſdem præliis, vt mea perſona ſemper ad improborum ciuium impetus aliquid videretur habere populare.

Subiicere ſacra publica & priuata ſcitis Põtificis. Li. 1. ab Vr. 84

Subiici tutelæ alicuius. Cic. 4. de Fin. 64, Quũ autem aſſumpta ratio eſt, tanto in dominatu loquatur, vt omnia illa prima naturæ, huius tutelæ ſubiiciantur.

Omnia ſubiecta eſſe libidini alicuius. Cic. pro Domo ſua, 82.

Subiicere ſe imperio. Cic. 2. Offic. 30, Atque etiam ſubiiciunt ſe homines imperio alterius & poteſtati pluribus de cauſis.

¶ Subiicere ferro terram, pro Colere. Cic. 1. de Leg. 73, Terræ cultum ſegniorem ſuſpicor fore, ſi ad eam tuendam ferróque ſubiiciendam, ſuperſtitionis aliquid acceſſerit.

¶ Subiicere, Suggerere, ſubmonere, In memoriam redigere. Plin. in Paneg. 111, Arduum erat has precationes tuas laudibus adæquare: adæquauimus tamen, qui amoris ardor, qui ſtimuli, quæ faces illas nobis acclamationes ſubiecerunt. Terentius Phorm. 2. 3. 40, Si meminiſti quod olim dictum eſt, ſubiice. Liuius 6. bel. Pun. 117, Quod mens ſua ſponte diuinat, idem ſubiicit ratio haud fallax.

Subiicere cogitationi ſuæ. Cic. pro Cluẽtio, 3, Ne ipſi quæ cõtraria ſunt, taciti cogitationi veſtræ ſubiiciatis, ſed ad extremũ expectetis, & me meum dicendi ordinem ſeruare patiamini.

Subiicere ſpem dicitur res aliqua. Cic. 8. Philip. 143, Has mihi ſpes ſubiicit fortuna Populi Romani.

Subiicere carmina alicui. Propertius lib. 1. eleg. 7. 4,

Et fruſtra cupies mollem deducere verſum,
Nec tibi ſubiiciet carmina ſæuus amor.

¶ Subiicere aliquid oculis, Ita aliquid narrare alicui, vt tãquã oculis ſubiectum & oblatũ cõſpicere videatur. Plin. epiſt. 101. p. Similiter nos, vt parua magnis, quũ totã villam oculis tuis ſubiicere conamur, ſi nihil inductum, & quaſi denium loquimur.

Subiicere oculis, Aliter. Liuius 5. ab Vrbe, 194, Et agreſtium fuga, ſpoliatique in agris, & vulnerati, fœdiora his quæ ſubiiciebantur oculis, nuntiantes, totam vrbem ira impleuere. Id eſt, cõſpiciebantur. Idem 7. bel. Pun. 148, Subiecta res oculis certius dabit conſilium. Id eſt, Quum rem ipſam intuebimur. Horatius de Arte, 37,

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Subiicere ſenſibus. Cic. 1. Acad. 45, Senſus autem omnes hebetes & tardos eſſe arbitrabantur, nec percipere vllo modo res eas quæ ſubiectæ ſenſibus viderentur.

¶ Subiicere calumniæ, per trãſlationẽ. Liuius 8. bel. Maced. 214, Sed ego in ea ciuitate, quæ ideo omnibus rebus incipiendis gerendiſque deos adhibet, quia nullius calumniæ ſubiicit ea quæ dii comprobauerunt.

Subiici crimini. Liuius 6. ab Vrbe, 79, Authoréſque defectionis ab Romanis, metu, ne ſoli crimini ſubiecti piacula iræ Romanorum deferentur, auertiſſent colonias à conſiliis pacis.

Fortunas innocẽtiũ facto ſermoni ſubiicere. Cic. pro Plãc. 46.

Subiicere faces inuidiæ alter⁹. Cic. pro Milone, 74, Quin hoc tẽpore ipſo quũ omnes à ſuis inimicis faces inuidiæ meæ ſubii-

ciantur,tamen omni in hominum cœtu gratiis agendis & gratulationibus habendis,& omni celebratione celebramur.

Subiicere odio ciuium aliquid.Cic.1.de Orat.101, Tũ qui ſcelus, fraudémque nocentis poſſit dicẽdo ſubiicere odio ciuium, ſupplicióque conſtringere.

¶ Subiicere,pro Loco alterius ponere.Liu.9.bel.Pun.116,Relictiſq; quos non idoneos credebat, in locũ eorũ ſubiecit quos ſecum ex Italia adduxerat:ſuppleuitque ita legiones eas.

Subiicere teſtaméta,Hoc eſt pro veris falſa ſupponere.Ci.14. Philip.389,Interrecti nota teſtamenta credo ſubiiciunt,aut efficiunt vicinos,aut adoleſcentulos circunſcribunt. Idem in Parad.59,Qui illam Syllani téporis meſſem recordetur, qui teſtamenta ſubiecta,qui ſublatos tot homines. Quintil.lib.9.cap. 2,Ream tuebar quæ ſubieciſſe dicebatur marito teſtamentum.

¶ Subiicere,Addere.Varro 1.de Re ruſt.cap.7.1,Subiicit Scropha.De formæ cultura hoc dico,&c. Cic.7. Verr.114. At quæ cauſa tum ſubiiciebatur ab ipſo Iudices huius tam nefariæ crudelitatis:eadem quæ nunc in defenſione commémorabitur.

Subiicere exemplum.Colum.li.5.ca.11.10, Quod ne longiore exordio legẽtem fatigem,vnum quaſi exemplum ſubiiciemus, quo poſſit omne genus ſurculi omnibus arboribus inſeri.

Subiicere rationem.Cic.2.de Diuin.156,Et quidem cur ſic opinetur,rationem ſubiicit: ſed nihil eſt neceſſe dicere quæ ſequuntur. Idem 1.de Inuent.175.

Materiámque ei res omnes de quibus dicere oporteret,ſubiecimus.Quintil.lib.3.cap.1.1.De Rhetorice. Silius lib.1.25,His acuit ſtimulis,ſubicitque haud mollia dictu.

¶ Subiicere,Reſpondere.Virg.3.Æneid.63,

Hector vbi eſt:dixit:lachrymáſque effudit,& omnem
Implenit clamore locum.vix pauca furenti
Subiicio,& raris turbatus vocibus hiſco.

¶ Subiicere aliquid præconi.Cic.Attico,lib.12.15.3,De hortis Scapulanis hoc videtur effici poſſe,aliud tua gratia,aliud noſtra vt præconi ſubiiciantur. Idem 1.Offic.111,Sic par eſt agere cũ ciuibus,non vt bis iam vidimus,haſtam in foro ponere, & bona ciuium voci ſubiicere præconis.

¶ Subiicere vim voci alicui,pro Significationẽ dictionis exprimere.Cic.1.de Fin.9,Eúmque qui crebrò dicat,diligenter oportere exprimi quæ vis ſubiecta ſit vocibus:non intelligere interdũ quid ſonet hæc vox voluptatis,id eſt quæ vis huic voci ſubiiciatur. Ibidem,10,Huic verbo, omnes qui vbique ſunt, qui Latinè ſciunt,duas res ſubiiciunt, lætitiam in animo, commotionem ſuauem iucunditatis in corpore.De voluptate.

¶ Subiicere,Surſũ iacere.Virg.12.Æneid.58,-aut corpora ſaltu Subiiciũt in equos. Liu.1.bel.Maced.147,Saluti fuit eques,qui raptim ipſe deſiluit, pauidúmque regem in equum ſubiecit.

Brachia ſubiecit collo.Ouid.3.Amor.eleg.6.2.

Subiectus,Participium:vt Subiectus ignis.Cic.in Catil.49.

¶ Subiecti oculis imperatoris.Liu.8.ab Vrbe,161.

Subiecta oculis vrbs.Liu.5.bel.Pun.141.

¶ Subiectus alicui. Cic.1.Acad.43, Omniúmque rerum quæ ſunt ei ſubiectæ.

Nulli naturæ eſt obediens aut ſubiectus Deus. Cic.2.de Nat. deorum,111.

Subiect⁹,& In ſua poteſtate,cõtraria.Author ad Her.li.4.170.

Parcere ſubiectis.Virg.6.Æneid.171.

Omnes res ſubiectæ ſunt naturæ ſentienti. Cicero 2.de Nat. deorum,108.

Subiectus miſeriis.Cic.3.Tuſc.115.

Amori ſubiectus.Propert.lib.1.eleg.10.6.

Subiectus animus.Plin.in Paneg.16, Paruiſti enim Cæſar,& ad principatum obſequio perueniſti: nihilque magis à te ſubiecti animi factum eſt,quàm quòd imperare cœpiſti.

Subiectæ triſti ſeruitio gentes.Liu.6.bel.Pun.151.

Subiecta inuidiæ lex.Liu.4.ab Vrbe,154.

Mare eſt ventis ſubiectum. Cic.4. Tuſc.91, In hanc tu igitur tanquam in mare quod eſt ventis ſubiectum, perturbationem cadere tibi dixiſti videri.

Sed inuidioſũ nomẽ eſt,& infamiæ ſubiectũ.Cic.2.de Fin.18.

Pedibus ſubiecta relligio.Lucret.lib.1.16.

Verborum ſonitus inanis,nulla ſubiecta ſententia. Cic.1.de Oratore,27.

Subiecta ſub varios caſus virtus.Cic.5.Tuſcul.3,Sinautem virtus ſubiecta ſub varios incertóſque caſus famula fortunæ eſt, nec tantarum virium eſt,vt ſeipſa tueatur.

Sub metum ſubiecta ſunt pigritia, pudor, terror, timor,&c. Cic.4.Tuſc.26.

Subiectior,Comparatiuum.Horat.2.Serm.ſat.6.10,

Per totum hoc tempus ſubiectior in diem,& horam Inuidiæ.

Subiectio,Verbale,Ipſe ſubiiciẽdi actus.Ci.3.de Orat.111, Rerúmque,quaſi gerantur,ſub aſpectum penè ſubiectio,quæ & in exponenda re plurimũ valet,& ad illuſtrandũ id quod exponitur

Rationis ſubiectio.Author ad Heren.lib.4.170,Sed illud quoque probandum eſt genus ſententiæ,quod confirmatur ſubiectione rationis,hoc modo,&c.

Subiectio teſtamentorum.Liu.9.bel.Maced.68,Qui falſis teſtimoniis,ſignis adulterinis, ſubiectione teſtamentorum, fraudibus aliis contaminati eos capitali pœna afficiebant.

Subiector,ſubiectôris,Verbale:vt Subiector teſtamentorum. Cic. 2.in Catil.30, Quis tota Italia veneficus, quis gladiator, quis latro,quis ſicarius:quis parricida, quis teſtamentorum ſubiector, quis circunſcriptor:&c.

Subiices Ennius Achille pro ſubiectis poſuit,quum dixit,

Ergo deum ſublimes ſubiices,humidus
Vnde oritur imber ſonitu ſæuo & ſtrepitu.Hæc Feſtus. Gellius de hac dictione ſic ait lib.5.cap.17,vbi de obiices locutus eſt,Cógruens igitur eſt,inquit,vt ſubiices etiam,quod perinde vt obiices compoſitum eſt,u litera breui dici oporteat. Ennius in tragœdia quæ Achilles inſcribitur,ſubiices pro aere alto ponit,qui cælo ſubiectus eſt,in his verſibus,

Ergo deum ſublimes ſubiices,humidus
Vnde oritur imber,ſonitu ſæuo & ſtrepitu.Pleraſque omnes tamen legere audias u litera producta.

Subiecto,ſubiectas,ſubiectare,Sæpe ſubiicere. Virgil.3.Georg.49,

Nigrámque altè ſubiectat arenam.Dicitur & ſubiacto. Ouid. 4.Metam.71,Subiectárque manus,inuitáque pectora tangit.

Subicito.ſubicitas,pen.cor.ſubicitare,Aliud frequentatiuũ.Plautus Caſin.16.1,

Nunc tu ſi venis ſubicitare me,proba eſt occaſio,
Periſti hercle,age,accede huc.

Subiculum,ſubiculi,pen.corr.Qui ſemper flagris ſubiicitur.Plautus Perſa,11.13,

Vir ſumme populi ſtabulum ſeruitritium,
Scortorum liberator,ſubiculum flagri,
Compedum contritor, piſtrinorum ciuitas.

Subimpetrandus/Participium à verbo Subimpetro. Tacit. lib.4, Nam priores duces ſubimpetrando triumphaliũ inſigni, ſufficere res ſuas crediderant.

Subimpudens/pe.cor.Adiect.Aliquántulũ impudẽs.Cic.Trebatio,lib.7.17.2,Interdum timidus in labore militari, ſæpe autem etiam(quod à te alieniſſimum eſt)ſubimpudens videbare.

Subinanis/& hoc ſubinâne,pen.pro.Aliquantulũ inane.Cic. Attico,lib.2.32.2,Quinetiam,quod eſt ſubinane in nobis,& non κρυπτόφυλον (bellum eſt enim ſua vitia noſſe) afficitur quadam delectatione.

Subinde/ſignificat deinde,vel ſtatim póſt.Horatius 1.epiſt.8.5, Si dicet rectè: primùm gaudere,ſubinde

Præceptũ auriculis hoc inſtillare memento. Liu.Decad.1.lib. 7.10,Vno alteróque ſubinde ictu ventrẽ atque inguina hauſit. Idem lib.8,Subinde acceptus à populo. Sueto.in Galba.cap.1, Ergo nouiſſimo Neronis anno,& ſylua omnis exaruit radicitus, & quicquid ibi gallinarũ erat, interiit:ac ſubinde tacta de cælo Cæſarũ ædes,capita omnibus ſtatuis ſimul deciderũt. Ibidem, ca.10,Ac ſubinde Alexándrina nauis detorſa appulit,armis onuſta. Idẽ in Veſpaſiano,ca.5,Cepitque eã natali filiæ ſuæ,tanto militũ gaudio ac fauore,vt in gratulatione imperatorem eum cõſalutauerint, & ſubinde decedentem prouincia detinuerint.

¶ Subinde, Frequenter,ſiue identidẽ: hoc eſt crebro,ſed tamen cũ quodã interuallo. Suet.in Tib.cap.57, Sæua natura ne in puero quidẽ latuit: quã Theodorus Gadareus & proſpexiſſe primus ſagaciter, & adſimulaſſe aptiſſimè viſus eſt, ſubinde in obiurgando appellans eum,lutum à ſanguine maceratũ. Plin. epiſt.7.lib.2,Erit ergo pergratum mihi, hanc effigiem eius ſubinde intueri,ſubinde reſpicere,ſub hac conſiſtere.

Subingere arietem (inquit Feſtus)Antiſtius eſſe ait,dare arietem,qui proſe agatur,cædatúrve.

Subinſulſus, Adiectiuũ,Aliquantulum inſulſum.Cic.de Opt. gen.Orat.144,Eſt enim vitioſum in ſententia, ſiquid abſurdũ, aut alienum,aut non acutum,aut inſulſum eſt.

Subinuideo,ſubinuides,pen.corr.ſubinuidi,ſubinuiſum, pen. prod.ſubinuidẽre,Aliquantulum inuidere. Cic. Trebatio lib.7. epiſt. 10.2, Subinuideo tibi vltro te etiam accerſitum ab eo,&c.

Subinuiſus/ Adiectiuũ,Aliquantum inuiſus. Cic.pro Rabir. Poſthumo,14,Ille Puteolanus ſermo illius temporis, vectorum curſus atque oſtentatio, tum ſubinuiſum apud malenolos Poſthumi nomẽ propter opinionem pecuniæ neſcio quam,æſtatem vnam complores aures reſerſit iſtis ſermonibus.

Subinuito,ſubinuitas,pen.prod.ſubinuitare,Aliquantum inuitare,& prouocare. Cic.ad Marium,lib.7.1.19,Hæc ad te pluribus verbis ſcripſi quàm ſoleo, non otii abundantia, ſed amoris

erga te,quòd me quadam epistola subinuitaras.

Subiratus/subirásceris,subiráscere,subirátus sum,subiráscere,Nónihil irasci Cic.ad Atticum,lib.9. 175.9, In Epeirum quòd me non inuitas comitem,nõ molestè subiráscor,sed vale. Idem 1.de Orat.116. Sed vt solebat C. Lucilius sæpe dicere homo tibi subiratus,mihi propter eam ipsam causam,minus quàm volebat,familiaris. Idem 1.de Fin.18,Etsi satis clemens sum in disputando, tamen interdum soleo subiráscí.

Subiugis/& hoc subiuge,pen.corr. Idem quod Subiugalis & quod sub iugo est. vt Equa subiugis,quæ iugo assuevit. Plin.li. 11.cap.49.5, Nero ostentabat hermaphroditas subiuges carpento suo equas.

Subiugia,Lora quibus iugum collis boum vel equorum aptabatur.Cato cap.63,Subiugia in plostrum p.xix. funiculum p. xv.in aratrum subiugia lorum p.xvi. funiculum p.viii. Idem cap.135.3.Subiugia in lustrum lora ped.xix.

Subiugo/subiugas,pen.corr.subiugare,Debellare,& imperio suo subicere.Claud.4.Paneg.50, -nulla est victoria maior, Quàm quæ confessus animo quoque subiugat hostes.

Subiungo/subiungis,subiunxi,subiunctum,subiungere,Addere. Plin.epist.153.b, Venimus ad Consules, dicit Seuerio quæ res ferebat : aliqua subiungo. Cic.de Aruſp.resp.32, Video in Aruspicum responsis hæc esse subiuncta.

Oratori omnes artes subiungere.Cic.1.de Orat.110.

Oportunè alicui rei quidpiã subiungere. Quintil.li.4.ca.3.3.

Tigres subiungere curru.Virg.3.eclog.6.

Brachia subiuncta sunt lacertis.Ouid.14.Metam.61.

Subiungere vrbem sub imperium Romanum.Cic.3.Verr.37, Quid de L. Múmio,qui vrbem pulcherrimã atque ornatissimã Corinthũ plenissimam rerũ omniũ sustulit, vrbésque Achaiæ, Bœotiæque multas sub imperium Populi Ro. ditionémq; subiunxit? Idem 1.de Lege agrar. 95, Vt sub vestrum ius,iurisdictionem,potestatem,&c.terrarum denique orbem subiúgeretis.

Subiunctiuus modus dicitur,quia subiungitur alteri verbo: nam eget aliqua re vt impleat sententiam. vt si dico,Quũ clamem, quare me tacere dicis?

Sublabor/pen.prod.subláberis,sublapsus sum,sublábi,Latenter,ac ferè labi,siue etiam subtus labi ac decidere. Virg.1.Geor. 34, -sic omnia fatis

In peius ruere,ac retro sublapsa referri Spes Danaûm.

Sublabro/sublabras,pen.corr.sublabrare, Cibum intra labra mittere,inquit Nonius.Næuius Decuma, Iam ego illis subiens sublabrabo esui illud sinciput.

Sublatè/pen.pro. Aduerbium à Sublatus participio verbi Sustollo,Vide suo loco.

Sublatéo/sublates,pen.cor.sublatêre.Varro 1.de Re rust.cap. 48.3, Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum : quæ primitus quum oriuntur,neque planè apparent:in qua sublatent herba, ea vocatur vagina, vti qua latet conditus gladius.

Sublatio/& **Sublatus**/Vide **Sustollo**. Quintil.lib.7.cap. 2,An restitutio pro sublatione iudicii sit.

Sublego/sublegis,pe.corr.sublégi,pe.pro.sublectũ,sublegere, Idem quod cursim,& primis tantum oculis legere, ac in transcursu.Gellius libro 13.cap.12,Quum hoc in ea Capitonis epistola sublegissemus.

¶Sublegere,Furto aliquid surripere.Virg.9.eclog.4,Vel quæ sublegi tacitus tibi carmina nuper.

¶Sublegere,Colligere.Colum.libro 11.cap.50.1,Sed acerbum oleum facere patrifamilias rationibus non cõducit, quoniam exiguum fluit,nisi bacca tẽpestatibus in terram decidit, & necesse est eam sublegere,ne à domesticis pecudibus seriúsve consumatur. Ibidem,cap.17.1,de ficu, Propter imbres in terram decidit:quæ quum sublecta est,&c. Horat.1.Serm.sat.8.3,

-puer altè cinctus,acernam

Gausapè purpureo mensam perterſit,& alter

Sublegit quodcunque iaceret inutile.

¶Sublegere in locum demortui,Legendo substituere. Liu.3. bel.Pun.106,Et ita in demortuorum locum sublecturum,vt ordo ordini,non homo homini prælatus videretur.

¶Sublegere sermonẽ alicuius.Plaut.Mil.14.97,Clàm nostrum hũc illæ sublegerũt sermonem.Id est,Exceperũt quod diximus.

Sublestus/Adiect.antiquum,Infirmum,leue,friuolũ,debile. Plaut.Mil.14.73,Quid ergo tu sublestus? Idem Persa,10.20,

Nam vbi ad paupertatem accessit infamia,

Grauior paupertas fit,fides sublestior. Et Bacch.11.13,Lingua factiosi,inertes opera,sublesta fide.Ex Festo.

Subleuo/subleuas,pen.corr.subleuare, Sursũ leuare,erigere. Cic.Attico,lib.10.195.3, Alter is qui nos sibi quondamad pedes stratos ne subleuat quidem.

Sinistra mentum subleuare.Author ad Heren.lib.4.130.

¶Subleuare,Auxiliũ,defẽsionémq; præstare,vt alt Valla li.5. Cic.4.Tusc.131,Quũ multa in cẽuentu vitia collegisset in cũ Zopyrus,qui se naturã cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est à cæteris qui illa in Socrate vitia nõ agnoscerẽt. Ab ipso autẽ Socrate subleuatus est,quũ illa sibi signa,sed ratione à se deiecta diceret. Idẽ pro Domo sua,44,Quid:cũ Gabinio Syria dabatur,Macedonia Pisoni &c.vt tibi omnia permitterent, te adiuuarẽt,tibi manũ,copias,tibi suos paratos cẽturiones,tibi pecunias,tibi familias cõpararent:te suis sceleratis concionibus subleuarent.Id est,defenderent,& tibi suffragarentur, & pro te orationẽ haberent,& testimonio suo tuerentur. Plin.epist.53. h,Cõcipere animo potes quàm sumus fatigati,quibus toties agendum,toties altercandũ,tam multi testes interrogandi, subleuãdi,refutandi. Plancus Ciceroni,li.10.18.6,Hoc omne assignatũ iri aut pertinacię mex,aut timori videbã, si aut hominem offensum mihi,aut coniunctũ cũ Rep. non subleuassem.

Euertere & Subleuare,contraria. Cic.5. Verr.185, Sed eadem ista æstimatione alter subleuarat aratores,alter euerterat.

Subleuare & Lædere,contraria.Cic.pro Cecinna,17, Etenim non minus nos stultitia illius subleuat,quàm lædit improbitas.

Stratum atque abiectũ subleuare. Cic.Anteq. iret in exil.16.

Erigere & subleuare se.Cæsar 6.bel.Gal.95, Neq; siquo afflictæ casũ conciderunt,erigere sese,aut subleuare possunt.

Subleuari adiumento & solatio aliquo. Cic.pro Quintio,28, Hoc tamen in miseriis adiumento & solatio subleuatur.

Auxilio suo subleuare aliquem.Ouid.1.Trist.eleg.3.21.

Causam inimici sui subleuare.Cic.1.Verr.7.

Defendere & subleuare homines.Cic.1.Verr.4.

Subleuare inopiam. Cæsar 3.bel. Ciuil.338, Docuit quantum vsum haberet ad subleuandam omnium rerum inopiam.

Subleuare laborẽ.Cæsar 5.bel.Gal.115,Tũ quòd superioris annis munitiones integræ manebãt vt militũ laborem subleuaret.

Impartire suum laborem hominum periculis subleuandis.Cicero pro Murena,7.

Res aduersas alicuius subleuare.Cic.pro Sylla,56.

Vicinos suos facultatibus suis subleuare.Cic.7.Philipp.131.

¶Subleuare testimonio aliquem, dicidebet quod *exonerari* vulgo dicimus,inquit Budæus.Cic.pro Cluentio,134,Pater inquam illius adolescentis, quem propter animi dolorem pertenuis suspicio potuisset illo loco testem in Aulum Cluentium cõstituere,is hunc suo testimonio subleuat.

Sublica/sublicæ,pen.corr.quæ & sublicium dicebatur,Pertica & palus ligneus, qui rectus in aquã defigebatur ad põtis alicuius cõstructionẽ.Cæsar 4.bel.Gall.513,in descriptione Rhenani pontis,inquit, Non subficæ modo directa ad perpendiculũ,sed pronæ ac fastigiata,vt secundũ naturam fluminis procũberẽt.

Sublicium,sublicii,Idẽ quod sublica.Liu.3.bel.Pun.173,Quia muro satis per se alto,subiectis validis sublicibus pro solo vsus erat.

Sublicius,Adiect. Pons sublicius Romæ dictus est quia ex sublicis ita extructus erat,vt trabes sine fulturis eximerentur. Liu.1.ab Vrbe,149,Id non muro solum,sed etiam ob commoditatem iteneris,ponte Sublicio,tũ primum in Tyberi facto, coniungi vrbi placuit.

Subligo/subligas,pen.corr.subligare,Idẽ quod subtus ligare. Plin.lib.17.ca.12.28, Vbi vua varia fieri cœperit,vites subligato.

Subligare ensem alicui.Virg.8.Æneid.Tum lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem. Idem 11.Æneid.2, -clypeúmque ex ære sinistræ Subligat.

Subligar,pen.corr.subligãris, pen.prod.n.g. Quo pudendæ partes obteguntur.Martialis in Dionem.lib.3.4,

Tecta tamen non hac qua debes parte lauaris:

Si pudor est,transfer subligar in faciem. Plin.lib.11.ca.14.7.

Subligaria signãtur opifici. Iuuenalis Saty.6.7,Personam, thyrsúmque tenent,& subligar Acci.

Subligaculum,subligaculi,pen.corr. Idem.Cic.1.Offic.180.Scenicorum quidem mos tantã habet vetere disciplina verecũdiam, vt in scenam sine subligaculo prodeat nemo.

Sublimis/& hoc sublime, pen.prod.In altum elevatus.Plaut. Menæch.12.3,Illic homo iam in medicinas ablatus sublimis fiet. Terent.And.5.2.20,Audi obsecro.DR.quid vis? 1.sublimem hũc intrò rape,quantum potes.Id est,in sublime,per altum,inquit Donatus. Idem Adelph.3.2.18,

Sublimem mediũ arripere,& capite primum in terram statuere, Vt cerebro dispergat viam. Virgil.1.Æneid.84,Ipsa Paphon sublimis abit. Colum.lib.1,Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit, quo speciosius ingrediantur sublimes, & elatis capitibus. Liu.1.ab Vrbe,66,Etsi satis credebat patribus qui proximi steterant,sublimem raptum procella,tamen velut orbitatis metu ictã,mœstum aliquandiu silentiũ obtinuit. Cicero 2.Tusc.19,Ex sublimi vertice saxi. Ex poeta.

Anhelitu ſublimi fugere. Horat. 1. Carm. ode 15. 7.
Atrium ſublime. Horat. 3. Carm. ode 1. 10.
Carmina ſublimia. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 8.
Nomen ſublime. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 25.
Pectora ſublimia. Ouid. 1. Faſt. 61.
Sceptrum ſublime Iouis. Claud. 3. Paneg. 41.
Solio ſublimi ſedet. Ouid. 14. Metam. 53.
Tectum ſublime centum columnis. Virg. 7. Æneid. 34.
Verſus ſublimes ructatur. Horat. de Arte, 92.

¶ Sublimé abire, pro In cælũ abire. Liu. 1. ab Vrb. 68, Hæc (inquit) locutus, ſublimis abiit. Ibidem, 155, Ibi ei carpento ſedẽti cum vxore, aquila ſuſpenſis demiſſa leniter alis pileum auſert: ſupérque carpentũ cum magno clamore volitans, rurſus velut miniſterio diuinitus miſſa, capiti reponit: inde ſublimis abiit.

Rapere ſublimem. Virgil. 5. Æneid. 51, Sublimem pedibus rapuit Iouis armiger vncis.

In ſublime, In altũ. Plin. lib. 8. cap. 7. 4, Arrepta ſcuta faciens in ſublime. Idem li. 11. ca. 51, Leuibus in ſublime tendentibus. Iacere in ſublime, Vide **Iacio.**

Sublimitas, pen. corr. ſublimitãtis, Exaltatio. Plin. libro 19. cap. 5. 6, Natura ſublimitatis auida. Idem lib. 7. cap. 25. 1, Nec virtutem conſtantiámque nunc commemoro, nec ſublimitatem omniũ capacem quæ cælo continentur. Colum. lib. 8. cap. 3. 1, Eæque longitudinis & altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis, quàm media ſublimitas.

Sublimiter, pen. corr. Aduerb. Alté. Cato cap. 70, Hæc omnia ſublimiter legi, teri, darique oportet. Colum. lib. 8. cap. 11. 1, Quoniã nec ſublimiter poteſt, nec per longa ſpatia volitare. De pauone. Idem cap. 15. 1, Locus planus eligitur, iſque munitur ſublimiter pedum quindecim maceria.

Sublime, pen. prod. pro Sublimiter, cui opponitur Humi. Cic. 1. de Diuin. 101, Edi ſcuta quæ fuerãt ſublime fixa, ſũt humi inuẽta.

Nihil mea intereſt humine, an ſublime putreſcã. Cl. 1. Tu. 164

Ferri ſublime. Cic. 1. Tuſc. 64, Perſpicuum debet eſſe animos biles, ſiue ignei, ſublime ferri.

Ferre ſublime ad ſydera. Virgil. 9. eclog. 3, Cantantes ſublime quum è corpore exceſſerint, ſiue illi ſint animales, id eſt ſpiraferent ad ſydera cygni.

Extenuatus aer ſublime fertur. Cic. 1. de Nat. deor. 145.

Sublimo, ſublimas, pen. prod. ſublimare, Exaltare, in altum mittere, iréve. Ennius, Siqui candenté in cælo ſublimat facé. Nonius.

Sublino/ſublinis, pen. cor. ſubléui, ſublini, ſubliui, pe. pro. ſublitũ, pen. corr. ſublinere, Aliquantulũ tingere, vel notare, & ceu quodam modo illinere. Cornel. Celſus, Idem quoque vmbilico ſublitum facit. Plin. li. 35. cap. 6. 4, Hac minium ſublinunt, adulterántque. Et apud Catonem cap. 15, Maceriam ſublinere.

Os ſublinere alicui, pro eo quod eſt Dare verba, & arte quadã illudere, reperitur aliquoties apud authores. Nonius Marcellus tractũ putat à ridiculo quodã luſus genere, quo dormientibus ora pinguntur, &, vt Budæus legit, fuligine inficiuntur. Plaut. Aul. 11. 2, Fidei cenſebam maximam multò fidem eſſe, ea ſublecuit os mihi peniſſume. Idem Capt. 11. 114, Ita mihi ſtolido ſuis os ſubliuere offuciis. Et Epid. 9. 45,

Ego ſi allegaſſem aliquem ad hoc negotium
Minus hominẽ quàm doctũ, minúſque ad rem hanc callidum,
Os ſublitum eſſet. Ex Eraſmo.

Sublitio, ſublitiõnis, Verbale, Eſt quaſi primũ tectorium & fundamẽtũ coloris eius quẽ reddi volumus inductione manus vltima.

Subliuidus/pen. corr. Aliquantulum liuidus. Celſus lib. 5. cap. 28. 1, Puſtulæ eminent ſubliuidæ, aut pallidæ. Ibidem, de puſtularum generibus, Ea colore vel ſubliuida, vel ſubnigra, vel alba eſſe conſuenit.

Sublucanus/pe. prod. Adiect. vt Antelucanus. Plin. lib. 11. cap. 21. 1, Venit mel ex aere, nec omnino prius Vergiliarum exortu, ſublucanis temporibus.

Subluceo/ſublúces, pen. prod. ſubluxi, ſublucẽre, Aliquantulũ lucere. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 1,

Qualia ſublucent fugiente crepuſcula Phœbo:

Aut vbi nox abiit, nec tamen orta dies. Plin. lib. 14. cap. 10. 6, Experimentum verò ſi fragmenta ſublucẽant. Idem lib. 9. cap. 36. 1, Nigricantis roſæ colore ſublucens.

Hunc retinens aries ſublucet corpore totus. Cic. in Arato, 33. Candida nec miſto ſublucent ora rubore. Ouid. epiſt. 20. 44. Violæ ſublucet purpura nigræ. Virg. 4. Georg. 55.

Subluco/ſublúcas, pen. pro ſublucare. Feſtus, Sublucare arbores, eſt ramos earum ſupputare, & veluti ſubtus lucem mittere.

Subluo/ſublouis, ſublui, ſublũtũ, pe. pro. ſublúere, Subẽ lauare. Colum. lib. 6. cap. 31, Intertrigo bis in die ſublúitur aqua calida: mox decocto ac trito ſale cum adipe defricatur, dum ſanies vis emanat. Mart. lib. 6. 81,

Iratus tanquam populo Charideme lauaris,
Inguina ſic toto ſubluis in ſolio.

Subluridus/pen. corr. Adiect. Aliquãtum luridum ſignificat. Plaut. Amphit. 16. 64, -eodem in loco,

Signo eodem apparet probè, vt primum coiuit cicatrix ruſula, Sublurida.

Subluſtris/& hoc ſubluſtre, Subluſtria verba dicuntur non ex toto corpore luminoſa, ſed aliquid luminis habentia. Subluſtris nox, & ſubluſtris vmbra, quæ habet aliquid luminis. Gell. lib. 13. ca. 13, de Catonis oratione, Quæ quoniã ſunt eloquẽtiæ Latinæ tunc primum exorientis lumina, verba quædam subluſtria libi tum eſt mihi ἀναπαστικὰ. Liu. 5. ab Vrbe, 107, Nocte ſubluſtri quum primo inermem qui tẽtaret viam præmiſiſſent, &c.

Nox ſubluſtris. Horat. 3. Carm. ode 27. 7.
Vmbra ſubluſtris. Virg. 9. Æneid. 76,
Et galea Euryalum ſubluſtri noctis in vmbra
Prodidit immemorem.

Subluuio/ſubluuiẽi, Quemadmodum Illuuies, & Proluuies, pro Sordibus & Immunditiis accipitur.

Subluuies, Genus morbi in diſcrimine vngulæ oriũ naſcens. Colum. lib 7. cap. 5, Claui quoque dupliciter infeſtant ouem: ſine quum ſubluuies atque intertrigo in ipſo diſcrimine vngulæ naſcitur: ſeu quum idem locus tuberculum habet, cuius media ferè parte canino ſimilis extat pilus, eique ſubeſt vermiculus. Subluuies & intertrigo pice per ſe liquida, vel alumine & ſulphure atque aceto miſtis rite eruentur.

Submergo/ſubmergis, ſubmerſi, ſubmerſũ, ſubmergere, Sub aquas mergere, Cic. 1. de Nat. deorum, 170,

Propter quæ Centaurus
Cedit Equi partis properans ſubmergere Chelis. Ibidem, 145, Quot genera, quámqi diſparia partim ſubmerſarũ, partim fluitantiũ, & innantiũ belluarũ, partim ad ſaxa natiuis teſtis inhærentiũ? Liu. 1. ab Vrb. 12, Qui in traiectu Albulæ amnis ſubmerſus, celebre ad poſteros nomẽ flumini dedit. Cæſar 3. bel. Ciuil. 154, Faucibuſque portus nauem onerariã ſubmerſã obiecit.

Medio in fluctu ſubmerſus. Virg. 1. Æneid. 18.

Submerſus voraginibus. Cic. 1. de Diuin. 116, Qui quum per agrum Leontinum iter faciens, equum ipſe demiſiſſet in flumen, ſubmerſus equus voraginibus non exitit.

Puppes ſubmerſas obruere. Virg. 1. Æneid. 15.

Innatare & Submerſum eſſe, contraria. Colum. li. 12. cap. 4. 4, Quum ea res innoxia penora conſeruet: vbi non innatent, ſed ſemper ſint iure ſubmerſa. De quodam genere vaſorum ſalgamis condiendis aptorum.

Virtus ſubmerſa tenebris. Claud. 7. Paneg. 45.

Submerum/ſubmeri, pe. cor. Id eſt ferè merũ. Plau. Stic. 4. 116, Næ iſte ædepol vinum poculo pauxillulo
Sæpe exantlauit ſubmerum ſcitiſſumé. Quædam exemplaria legunt ſubmerrum.

Subminia/ſubminiæ, Veſtis genus apud Plautum in Epidico, 5. 49, -crocotulam,

Supparum, aut ſubminiam, ricum, baſilicum, aut exoticum.

Subminiſtro/ſubminiſtras, ſubminiſtrare, Subſeruire, ſupporrigere. Cæſar 1. bel. Gall. 168, Hæc ſibi eſſe curæ, frumentum Sequanos, Leucos, Lingones ſubminiſtrare: iámque eſſe in agris frumenta matura. Cic. pro Cælio, 15, Palàm in eũ tela iaciuntur, clàm ſubminiſtrantur. Idẽ pro Deiotaro, 16, Quo tum erga te rex animo fuit, qui auctionatus ſit, ſeſéque & filium ſuũ expoliare maluerit, quàm tibi pecuniam non ſubminiſtrare?

Ad manum tela ſubminiſtrare. Quintil. lib. 5. cap. 7. 6.

Subminiſtrare auxilia & adiumenta. Cæſar 4. belli Gall. 135, Quòd omnibus ferè Gallicis bellis hoſtibus noſtris inde ſubminiſtrata auxilia intelligebat. Cic. 1. de Inuẽt. 11, Ariſtoteles autẽ qui huic arti plurima adiumẽta atque ornamẽta ſubminiſtrauit, tribus in generibus rerum verſari rhetoris officiũ putauit.

Subminiſtrare tabellarios. Cicero ad Q. fratrem, lib. 2. 15. 5, Et quoniam tabellarios ſubminiſtras, hodierni diei res geſtas Lupercalibus habebis.

Subminiſtrare aquam radicibus. Columella lib. 5. cap. 10. 5, Per faſciculos ſarmentorum æſtate paruo labore aquam radicibus ſubminiſtrare poſſis.

Subminiſtrare vires. Colum. lib. 4. cap. 24. 9, Reciſo enim brachio, æqualiter vtrique parti vires mater ſubminiſtrat.

Submitto/ſubmittis, ſubmiſi, pen. prod. ſubmiſſum, ſubmittere, Notæ ſignificationis. Plin. lib. 7. cap. 30. 3, Faſces lictorios tanæ ſubmiſit is, cui ſe Oriens, Occidénſque ſubmiſerat.

¶ Submittere vitulos habendo pecori, Admiſſarios facere. Seruius. Virg. 3. Georg. 31,

Et quos aut pecori malint ſubmittere habendo,
Aut aris ſeruare ſacris, aut ſcindere terram.

Latus ſubmiſit in herbas.Ouid.3.Metam.5.

¶ Submittere progeniem vel pāpinum vitis,Id eſt in terram demittere vt deinde ſuccreſcat.Colum.lib.3.cap.6.1,Vitis autem fœcunda,cuius progeniem ſtudemus ſubmittere. Idem lib.4. cap.6,Primò tamen bini pampini ſubmittūtur, vt ſit alter ſubſidio,ſi forte alter decíderit.

Submittere ſarmentum in materiam. Colum.lib.4. cap.6, Idem tamen ſarmentū quod in materiam ſubmittimus. Idem lib.3. cap.10, Ideo in refecem ſubmitti, vt progenerare poſſit. Sic lib.5.cap.5.14.

Submittere prata in fœnum.Colum.lib.11.cap.1,Prata vel aqua purgantur,& in fœnum ſubmittuntur. Cato cap.8,Pratum ſi irriguum habebis,fœnum non deficiet,ſi non erit, ſiccum ne fœnum deſiet ſubmittito.

Submittere fœtum matribus, Supponere,ſiue alendum præbere. Colum.lib.3.cap.10, Caprarum ſubmittentem fœtus earū pecudū quæ trigemino partu cōmendantur. Idē lib.7.cap.4, Singuli agni binis matribus ſubmittendi. Ibidem, cap.3.14, Quod quiſquis faciet,ſeruare debebit,ne minori quadrimæ, neve ei quæ exceſſit annos octo,prolem ſubmittat.

Tauros ſubmittere.Virg.eclog.1.9,Paſcite,vt antè,boues pueri,ſubmittite tauros.

Submittere genua, pro Flectere & incuruare.Plin.lib.8.cap. 1.3,Nam quod ad docilitatē attinet,regem adorāt, genua ſubmittunt, coronas porrigunt. De elephantis. Idem lib.11. cap. 48.3, Solidipedes inter initia paſci, niſi ſubmiſſis genibus non poſſunt.

Somnus laſſos ſubmiſit ocellos.Ouid.in fragmento,1.

¶ Submittere,per tranſlationem.vt Submittere animos.Liu. 3.bel.Pun.114, Tum T. Sempronius Senatum habuit: conſolatuſque Patres eſt,& adhortatus,ne qui Cānenſi ruinæ non ſuccubuiſſent, ad minores calamitates animos ſubmitterēt. Idē 6.ab Vrbe,135, Adeò ergo obnoxios ſubmiſerant animos, non infimi ſolùm,ſed principes etiam plebis,vt,&c.

Animos ſubmittere amori.Virg.4.Æneid.83.

Submittere animū alicui periculo. Brutus ad Antonium,lib. 11.5.5,Quorum fiducia nihil eſt quod nos terreat. Neque enim decet,aut cōuenit nobis periculo vlli ſubmittere animū noſtrū.

Faſces populo ſubmittere.Quintil.lib.3.cap.7.13.

Cedere alicui, & faſces ſubmittere. Cic.de claris Orat.11, Quū enim in maximis cauſis verſatus eſſes,& quum tibi ætas noſtra iam cederet,faſcéſque ſubmitteret:ſubitò in ciuitate quum alia ceciderunt, tum etiam ea ipſa de qua diſputare ordimur, eloquentia obmutuit.

¶ Submittere aliquid in oratione:cui contrarium eſt augere. Cic.3. de Orat.57, Neque id actores prius viderunt, quàm ipſi poetæ,quàm denique illi etiā qui fecerūt modos,à quibus vtriſque ſubmittitur aliquid, deinde augetur, extenuatur,inflatur, variatur, diſtinguitur. Idem 1.Verr.16, Vt in actoribus Græcis fieri videmus, ſæpe illum qui eſt ſecundarum,aut tertiarū partium,quū poſſit aliquātò clarius dicere quàm ipſe primarum, multum ſubmittere,vt ille princeps quammaximè excellat.

¶ Submittere pretia,Minuere. Plin.lib.19.ca.1.21, Neq; enim pudor,ſed æmuli pretia ſubmittunt.

¶ Submittere ſe,cui Extollere ſe,opponitur.Cic.de Amicit.63, Quamobrem vt ii qui ſuperiores ſunt, ſubmittere ſe debent in amicitia, ſic quodā modo inferiores extollere. Idem de Prouinc.Conſul.7, Huic vos non ſubmittetis: hunc diutius manere patiemini? Liu.3.ab Vrbe.198,Et prælatus ille facilitati ſubmittentis ſe,comiter reſpondebat,communicando conſilia laudéſque,& æquando imparem ſibi. Idem pro Plancio,19,Appellabi populum,tribubus ſubmiſi me,& ſupplicaui. Horat.1.epiſt. 1.4,Et mihi res,non me rebus ſubmittere conor.

Submittere ſe in humilitatē.Liu.8.bel.Maced.119,Maior animus & natura erat, ac maiori fortunæ aſſuetus, quàm vt reus eſſe ſciret, & ſubmittere ſe in humilitatem cauſam dicentium.

Submittere ſe in faſtigium priuatum.Liu.7.bel.Pun.174,Vagabatur enim cum vno aut altero comite per maritas domos dies noctéſque: & ſubmittendo ſe in priuatum faſtigium, quo minus conſpectus,eo ſolutior erat.

Ad menſuram diſcentis ſe ſubmittere. Quintil.lib.1. cap.3.6. De officiis præceptoris.

Submittere capillum,pro Demittere.Plin.epiſt.147.f,Ex quo coniectari poteſt,quia reis moris eſt ſubmittere capillum, reciſos meorū capillos, depulſi quod imminebat periculi ſignum fuiſſe.

¶ Submittere,Clanculū & furtim mittere.Sueton.in Cæſare, Submiſſis nonnunquam lictoribus atque militibus.Cic.in Verrem,Iſte tametſi ſingulari eſt audacia, tamen ad pupillæ matrem ſubmittebat. Liu.6.bel. Pun.219, Et primò haud impari ſtetere acie. ſubſidia deinde identidem ſubmiſſa è caſtris, non auerterunt ſolum in fugam hoſtes:ſed adeò effuſis inſtiterunt, &c. Cic.5.Verr.57, Submittebat iſte Timarchidem,qui moneret eos,ſi ſaperent vt tranſigerēt. Cæſar 4.bel.Gall.561,Et quos laborantes conſpexerat,iis ſubſidia ſubmittebat.

Submiſſus,Participium,ſiue nomen ex participio.Liu.1.ab Vrbe, 16,Lupam ſitientem ex montibus qui circa ſunt,ad puerilem vagitum curſum flexiſſe: eam ſubmiſſas infantibus adeò mitem præbuiſſe mammas.

Submiſſa faſtigio planities.Liu.7.bel.Pun.106.

Submiſſa prata.Varro 1.de Re ruſt.cap.49,Primum de pratis ſubmiſſis, quum herba creſcere deſiit, & æſtibus areſcit, ſubſecari falcibus debet.

Submiſſus & abiectus, cui cōtrarium Efferens ſe. Cic.1.Offic. 174, Priuatū autem oportet æquo & pari cum ciuibus iure viuere,neque ſummiſſum &abiectum,neque ſe efferentem: tum in Rep.ea velle, quæ tranquilla & honeſta ſint.

Submiſſum & populare. Cic.ad Atticū,lib.1.15.3, Et is de quo ſcribis, nihil habet amplum, nihil excelſum, nihil non ſubmiſſum atque populare.

Submiſſum & molle aliquid facere.Cic.4.Tuſc.104,Nam videndum eſt in vtriſque nequid humile, ſubmiſſum, molle,effœminatum,fractum,abiectúmque faciamus.

Submiſſa oratione,vel voce loqui. Cæſar.3.bel.Ciuil.77,Submiſſa oratione loqui de pace,atque altercari cum Vatinio incipit. Cic.pro Planco,51, Submiſſa voce agam, tantum vt Iudices audiant. Mart.lib.8.69,

Hos comes inualidus ſubmiſſa voce precatur,
Vt quocunque velint,corpus inane ferant.

Sono ſubmiſſo dicere aliquid.Tibull.lib.3.eleg.1.3.

Submiſſū dicēdi genus cōcitato opponitur. Quintil.li.11.ca.1.

Submiſſa oratio & lenis. Quintil.lib.11.cap.1, Poteſt tamen aliquando mater & in re leuiore aut minus infeſta cōtra filium ſtare: tum lenior atque ſubmiſſior decebit oratio.

Submiſſio,Verbale,fœm.g.Ipſe ſubmittendi actus.

Contentio & ſubmiſſio vocis, contraria. Cic.1. Offic.103, Ex locutione, ex reticentia, ex contentione vocis, ex ſubmiſſione, ex cæteris ſimilibus facilè iudicabimus quid eorum aptè fiat.

Elatio & ſubmiſſio, contraria. Cicero in Topicis, 37. Parium autem comparatio nec elationem habet,nec ſubmiſſionem:eſt enim æqualis.

Submiſſio orationis. Cic.in Orat.46, Itémque ſiquæ verborum iterationes contentionem aliquam & clamorem requirēt, erunt ab hac ſubmiſſione orationis alienæ.

Submiſſè,Aduerbium.Cic.pro Plancio,9,Meum beneficium potius ad eum detuli, qui à me cōtenderat, quàm ad eū qui mihi non nimis ſubmiſſè ſupplicarat.

Submiſſè dicere. Cic.1.de Orat.118, Quare qui aut breuiter, aut ſubmiſſè dicunt, docere iudicem poſſunt: commouere nō poſſunt,in quo ſunt omnia.

Loqui ſubmiſſè.Quintil.lib.6.cap.5.5.

Submiſſè ſe gerere. Cic.1. Offic.118, Vt quanto ſuperiores ſimus,tanto nos geramus ſubmiſſius.

¶ Quidam ſcribunt ſummiſſè,conuerſo b in m: quod & in aliis dictionibus compoſitis à ſub ferè fit,quæ ab m incipiunt.

Submiſſim,Aduerbium, Idem quod ſubmiſſè.Sueto.in Auguſto, cap.74,Nam & ad cōmunionem ſermonis tacentes,etiam ſubmiſſim fabulantes prouocabat.

Submolestus/Adiectiuum, Parum moleſtus.Cicero ad Atticum,lib.16. 333.11, Illud eſt mihi ſubmoleſtum, quòd parū Brutus properare videtur.

Submoleſtè,Aduerbiū.Cicero ad Atticum.lib.5.109.1, Te in Eporum ſalnum veniſſe,& vt ſcribis, ex ſententia nauigaſſe, vehementer gaudeo: non eſſe Romæ meo tempore pernecceſſario, ſubmoleſtè fero.

Submoneo/ſúbmones,pen.cor.ſubmónui,ſubmónitum.pen. corr.ſubmonēre,Latenter,ſiue,vt ait Donatus,leuiter monere. Terent.Eunucho,3.5.12, -ſubmonuit me Parmeno Ibi ſeruus,quod ego arripui. Scribitur & ſummoneo. Plin. epiſt.2.lib.1,Quoties paulum itinere decedere non intempeſtiuis amœnitatibus ſubmonebamur.

Submóueo/ſúbmoues, pen. corr.ſubmóui, ſubmótum,pen. prod. ſubmouēre, Clàm ſiue ſubtus, vel à longe mouēre. Columella lib.5, Fructúſque ſubmotus à terra, minus putreſcit. Liuius 3.ab Vrbe, 198, I,inquit, lictor ſubmoue turbam, & da viam domino ad prehendendum mancipium. Cic. pro Flacco,11,Quæ ſciſceret plebs,aut quæ populus iuberet ſubmota cōcione,diſtributis partibus,&c.

Populum ſubmouere oppoſita ſera,Arcere.Ouid.3.Amorum eleg.13.1.

Insidias submouere. Propertius lib.1.eleg.19.6.
Tabes submota est capiti. Lucan.lib.8.135.
Submoueri maleficio magnitudine pœnæ. Cicero pro Rosc. Amerino,41, Vt quos natura ipsa retinere in officio nó potuisset,ii magnitudine pœnæ maleficio submouerentur.
¶Submouere,Separare. Plin.lib.3.ca.19.5, Germaniã ab Italia submouent.
Submouere aliquos in extremam aciem, Vide Elicio.
Arcere & submouere. Plin. in Paneg.92,Hic regnum ipsum, quæque alia captiuitas gignit, arcet, ac submouet, sedemque obtinet principis,ne sit domino locus. Ibidem,134.
Submouere aliquẽ à negotiatione, Procõsulatu, hasta:quod vulgus Demittere & deponere dicit. Colum.lib.1, Quum liceat vel cauere ne talis perficiatur negotiatio: aut iam præpositus vt submoueatur curare. Plin.epist.36.b, Submotum à Procõsulatu, quia se in legatione turpiter gesserat. Liu.9. bel. Mac. 184, Censores edicto submotis ab hasta, qui ludificati priorem locationẽ erant: omnia eadem paululum imminutis pretiis locauerunt. Scribitur & summoueo,vt dictum est de submitto.

Submorosus/pen.prod.Adiectiuum,Vtcunque morolum significat.Cic.1.de Oratore,154, Me quidẽ hercule valde illa mouent stomachosa,& quasi submorosa ridicula: nó quum à morosis dicuntur:tunc enim non sal,sed natura ridetur.

Subnascor/subnásceris,subnátus sum,subnasci, Vltra & post iam nata nasci, succrescere. Plin.lib.11.cap.23.1, Atque ita subnasci sui generis plumas. Idẽ lib.5.cap.1.5, Fructibus omnium generum sponte ita subnascentibus, vt nunquam satietas voluptatibus desit. Idem lib.11. cap.3.1, Malus Assyria omnibus horis pomifera est, aliis cadentibus, aliis matureſcentibus, aliis verò subnascentibus.

Subnecto/subnectis,subnexui,subnexum,subnectere, Nectere sub re aliqua. Virgil.1.Æneid.100, Aurea subnectens exertæ cingula mammæ. Idem 10.Æneid.17,
-fulos ceruix cui lactea crines
Accipit,& molli subnectit circulus auro. Et 5.Æneid.63,
-lato quam circumamplectitur auro
Balteus, & tereti subnectit fibula gemma. Plin.lib.28.cap.2. 19,M.Seruilius Nonianus princeps ciuitatis, nó pridem in metu lippitudinis,priusquam ipse eam nominaret,aliúsve ei prædiceret,duabus literis Græcis P & A chartam inscriptã, circunligatam lino,subnectebat collo.
¶Subnectere, Subiungere. Plin.lib.24.cap.14.8,His subnectemus ea quæ Græci communicatione nominum in ambiguo fecêre, ánne arborum essent. Aliud exẽplar habet subtexemus. Quintil.lib.5 cap.3.3.His adiecerunt quidam sextam partem,ita vt inuentioni iudicium subnecterent.

Subnexus,Participium:vt Comam subnexus. Stat.5.Sylu.3.13.

Subnego/subnegas, pen.corr. subnegare, Aliquantulum negare. Cic. Trebatio,lib.7.epist.10.1, Veruntamen quod præsenti tibi propè subnegarem.

Subniger/subnigra,subnigrum,pen.corr. Aliquantulum nigrum. Plautus Merc.12.55, -bucculentum, breuiculum,
Subnigris oculis, oblongis malis. Varro 2. de Re rust. cap.5.6, Subnigris labris pecudes. Vide Subluridus.

Subnitor/penult.prod.subniteris,subnixus sum,subniti,Idem quod niti.nihil enim videtur minuere compositio. Plaut.Persa, 5.6,Subnixis alis me inferam, atque amicibor gloriosé. Sic in Somnio,11,E quibus duos maximè inter se diuersos,& cæli verticibus ipsis ex vtraque parte subnixos,obriguisse pruina vides. Idẽ 1.de Oratore,134,Hæc quàm sit facilis, illi viderint qui eius artis arrogantia,quasi difficillima sit,ita subnixi ambulant.
Solio subnixa resedit. Virg.1.Æneid.102.
Subnixus & fidens innocentiæ animus. Liu. 4. ab Vrbe, 179, Vbi illi patricii spiritus, vbi subnixus & fidẽs innocẽtiæ animus esset quærebat:sub tribunitia vmbra cõsularem virũ delituisse.
Subnixus victoria. Liu.5.bel.Pun.130,Enimuero indignũ ratus Marcellus,se qui Annibalem subnixũ victoria Cannensi,ab Nola repulisset,histerra marique victis ab se hostibus cedere.
Barba subnixa rutilis capillis. Ouid.6.Metam.143.

Subnoto,súbnotas,pe.cor.subnotare, Subscribere. Mart.lib.1. 111,Et non sobria verba subnotasti. Idem lib.6.82,
Quidam me modò Ruffe diligenter
Inspectum,velut emptor aut lanista,
Quum vultu,digitóque subnotasset,
Tune es,túne ait,ille Martialis?

Subnubilus,pen.corr.Adiectiuum,Parum nubilum. Cæsar 3. bel.Ciuil.111,Et quinque intermissis diebus,alteram noctẽ subnubilam nactus,extructis omnibus castrorum portis,& ad impediendum obiectis,tertia intita vigilia, silentio exercitũ educit.
Limes subnubilus longa vmbra. Ouid.2.de Remed.41.

Subo,subas, subare, dicuntur sues quum libidine pruriunt: vt equæ,equire. Plin.lib.10.cap.63.11, Verres subantis audita uoce, nisi admittatur,cibum non capit. Horat.Epod.12.3,
-iamque subando
Tenta cubilia,tectáque rumpit.

Subatio,Verbale. Plin.lib.8.cap.51.1, Implentur vno coitu,qui & geminatur propter facilitatem abortiendi. Remedium ne prima subatione,neque ante flaccidas aures coitus fiat. De subus.

Subobscenus, Adiectiuũ.Cic.in Oratore,48, Illud admonemus tamen,ridiculo sic vsurum oratorem,vt nec nimis frequenti,ne scurile sit:nec subobscœno,ne mimicum.

Subobscurus,pen.prod.Adiectiuum, Aliquantum obscurus. Cicero de claris Orat.14, Grandes erãt verbis, crebri sententiis, compressione rerum breues,& ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

Subodiosus,penul.prod. Adiectiuum,Aliquantum odiosum. Cic. ad Atticum,lib.1.3.4,Nó mihi graue duxi scribere ad te de illius querimoniis, quum eas audire(quod erat subodiosum)leue putassem.

Suboffendo,suboffendis,suboffendi,suboffensum,suboffendere, Aliquantum offendere. Cic. ad Q.fratrem,lib.2.10.6, Nam apud perditissimam illam infimam fæcem populi, propter Milonem suboffendit & boni multa ab eo desyderant, multa reprehendunt.

Suboleo,súboles.pen.corr.subolui,subólitum,penult.corr.subolére, Quasi olere,& odorem sentire. Plaut.Pseud.13.103,Corrúpitur tam cœna hem subolet sis vide.
Subolere,per trãllationem,Præsentiscere, subdubitare. Plautus Casina,6.50, Tu ecastor tibi homo malam rem quæris, subolet senno. Ibidem,61, Subolet iã vxori quod ego machinor. Terent. Phorm.3.1.10, Nunquid patri subolet? G.nihil etiam.A. & quid spei porrò est?G.nescio.

Suborior,suboreris,pen.prod.vel subóreris, pen.corr. suborsus sum,suboriri, Idem quod oriri. Plin.lib.1.cap.53.1, Metallorum opulentia tã varia,tam diues,tam fœcunda,tot seculis suboriẽs. Lucret.lib.1.210,Ex infinito suboriri copia posset.

Suborno/subornas, subornare, Aliquantulum ornare,hoc est honorare,siue laudare. Plancus ad Ciceronem,libro 10.13.13,Tu Cicero,quod adhuc fecisti,idem præsta, vt vigilanter, neruosẽque nos qui stamus in acie,subornes.
¶Subornare aliquem,Latenter seducere. Plaut.Milite,2.14,
-mox ei dominus ædium
Suam clientem solicitandum ad militem
Subornat. Plinius in Paneg.68, Grata sint tamen recordantibus principem illum in capita dominorũ seruos subornãtem. Gellius,In caput meum subornauit. Plinius epistola 33.lz, E testibus quidã,siue iratus quòd euocatus esset inuitus,siue subornatus ab aliquo reorum, vt accusationem exarmaret. Norbanum Licinium legatum,&c. Id est seductus, & domi instructus. Cicero pro Deiotaro,11, Hæc suspicione sum perculsus: medicum iudicem subornabit,finget videlicet aliquod crimen veneni. Idem pro Roscio Comœdo,19,Falsum subornauit testem Roscius Cluuium,cur tam sero? Idem pro Cecinna,51, Quum quæritur,aliquid factum,nécne sit,verũ an falsum proferatur: & fictus testis subornari solet, & imponi falsæ tabulæ. Idem 1.de Legib.89, Et cum se ipse perspexerit, totúmque tẽtarit, intelliget quemadmodum à natura subornatus in vitam venerit. Idem pro Cluentio,131,Atque etiam,vt nobis renuntiatur, hominem multorum hospitum, A. Binnium quendam coponem de via Latina, subornatis, qui sibi à Cluentio, seruisque eius in taberna sua manus allatas esse dicat.
Aliqua pecunia aliquem subornare. Cic.13.Philip.370.
Cõfessus es à te accusatores esse instructos & subornatos. Cic. in Vatinium,2.

Subpallidus/pen.corr.Adiectiuum,Aliquantulum pallidus. Celsus lib.5.de meliceria,Alterum est minus super corpus eminens,durum,latum,subuiride,subpallidum,magis exulceratũ.

Subpinguis/& hoc subpingue, Aliquantum pingue. Celsus lib.6. cap.4, Peius est quod densam cutem, & subpinguem, & ex toto glabram fecit.

Subpudet/Vide Suppudet.

Subrancidus, pen.corr. Adiectiuum, Quod aliquantum rancidum est. Cic.in Pisonem, 53, Extructa mensa non conchyliis aut piscibus,sed multa carne subrancida.

Subraucus, Adiectiuum. Vtcunque raucum. Cicero de Claris Orat.73, Omnisque motus cum verbis sententiisque cõsentiens, vox permanens,verùm subrauca natura.

Rubrectus/Vide Subrigo.

Subremigo/subrémigas,pen.corr.subremigare,Subtus remigare. Plin.lib.9.cap.29.5,Cæteris subremigans brachiis, media

cauda vt gubernaculo ſe regit. Virg.10.Æneid.46,
-dextra puppim tenet,ipſáque dorſo
Innixa,ac læua tacitis ſubremigat vndis. Id eſt ſubnatat,vt ait Seruius.

Subrepo/ſubrêpis.penul.prod.ſubrepſi,ſubreptum,ſubrépere, Latenter repere. Plin.lib.34.cap.8.11, Fecit & puberem Apollinem ſubrepenti lacertæ cominus ſagitta inſidiantem.

Subrepere clatris animalia dicuntur. Columel.lib.9.cap.1.9, Hæc porrò animalia vel ſimilia his facilè intelligitur quàm nõ expediat cõferre in id viuarium quod vacerris circundatũ eſt: ſiquidem propter exiguitatem corporis facilè clatris ſubrepunt, & liberos nacta egreſſus fugam moliuntur.

Ætas ineris ſubrepit.Tibull.lib.1.eleg.1.15.

Peſtis ſubrepens in imos artus.Catull.de Leſbia,71.5.

Horror tacitus ſubrepſit fratribus.Stat.11.Thebaid.95.

Subrepere ſe alicui, Furtim ſiue clàm recedere.Plau.Mil.6.61, Ne imprudenti hîc ea ſe ſurrepſit mihi.

Subrepere ſub tabulas. Cic.pro Seſtio,109, Is quum quotidie gladiatores ſpectaret, nunquam eſt conſpectus: quum veniret, immergebat ſubitò,quum ſub tabulas ſubrepſerat.

Subrepſit hæc appellatio paulatim.Plin.lib.21.cap.1.3,Paulatim & Romæ ſubrepſit appellatio, corollis inter initia propter gracilitatem nominatis,mox & corollariis.

Subrepere animo dicitur res aliqua, per trãſlationem,quum in animum demittitur.Quintil.lib.4.cap.1.30, Benevolentiæ & attentionis poſtulatio,quia eſſe in turpi genere cauſæ non poſſit,inſinuatio ſubrepat animis,maximè vbi frons cauſæ non ſatis honeſta eſt. Idem, Ita ſubrepitur animo iudicis.

Subrepſit illi oblivio. Plin.lib.8.cap.11.5, Huic quæuis in fame mandẽti,ſi reſpexit,obliuionem cibi ſubrepere aiunt,digreſſúmq; quærere aliud. Scribitur & Surrepo,b in r conuerſo.

Subridĕo/ſubrides, pen.prod.ſubriſi,ſubrîſum,ſubridêre,Latenter vel aliquantum ridere, vel riſus ſigna oſtendere. Virg.1. Æne.51, Olli ſubridens hominum ſator atque deorum. Cic.pro Roſcio Comœdo,13, Qua de cauſa ſubridet Saturius veterator, vt ſibi videtur. Varro 3.de Re ruſt.cap.2.2,Ad quem quum acceſſiſſemus,Axius Appio ſubridẽs,Recipis nos,inquit, in tuum ornithona,vbi ſedes inter aues?

Subridere modicé.Mart.li.6.81,Subriſi modicè, lenique nutu.

Limis ſubriſit ocellis.Ouid.3.Amor.eleg.1.7.

Subriſit crudele pater.Claud.1.in Eutrop.22.

Irâ miſtâ ſubridens.Virg.10.Æneid.148.

Subridĭcule,pen.corr.Aduerbiũ.Cic.2.de Orat.138,Quid hoc Nævio ignauius? ſeuerè Scipio.At in malè olentem,Video me à te circunueniri.Subridĭculè Philippus.

Subrigo/ſúbrigis.pen.corr.ſubrexi,ſubrectum,ſubrigere,Idem quod paulatim arrigere, & in altum leuare. Plin.lib.9.cap.29. 4,Supinus in ſumma æquorum peruenit,ita ſe paulatim ſubrigẽs, vt emiſſa omni per fiſtulam aqua velut exoneratus ſentina,facilè nauiget. Idem lib.10.cap.19.10,Vpupa criſta viſenda plicatili, contrahens eam,ſubrigénſque per longitudinem capitis. Idem lib.36.cap.9.1,Opus id feciſſe dicũtur x x.m.hominum.Ipſe rex quum ſubrecturus eſſet, vereretúrque ne machinæ ponderi non ſufficerent,&c. Liu.8.ab Vrbe,40, Triarii ſub vexillis cõſidebant:ſiniſtro crure porrecto,ſcuta innixa humeris,haſtas ſubrecta cuſpide in terra fixas. Virg.4.Æneid.57, Tot linguæ, totidem ora ſonant, tot ſubrigit aures. Scribitur & ſurrigo.Colum.lib.7.cap.3.3.

Caput ſubrigens.Senec.Herc.furent.6.12.

Subrectus,Participium:vt Cuſpis ſubrecta.Silius lib.10.51,
-connixus in haſtam
Illa cornipedis ſubrecta cuſpide tranſit.

Subrĭguus/Adiectiuum,Idem quod Irriguus.Plin.lib.17.cap. 18.4,In craſſo, aut humido, aut ſubriguo à meſſe ad brumam.

Subripio/ſúbripis,penult.corr.ſubripui,ſubreptum,ſubripere, Clàm auferre,ſuffurari. Plaut. Menæh.4.19, Hanc modò vxori intus pallam ſubripui. Ibidem,14.72,Huic ſubrepta eſt, nõ tibi. Mart.lib.12.25,Prætori mappã ſubripit Hermogenes. Cato cap.67, In torculario & in cella caueat diligẽter nequid olei ſubripiatur.

Eripere & ſubripere.Cicero in Parad.65,Quanti eſt æſtimanda virtus,quæ nec eripi nec ſurripi poteſt:neque naufragio,neque incendio amittitur:nec tempeſtatum, nec temporum permutatione mutatur?

Subripere per fraudem. Cic.pro Lege agraria,53, Vtrum Populus Rom.eũ,cui velit,deferat,an is imprudẽter Populo Rom. per legis fraudem ſubripiatur?

Subreptum Senatuſconſultum.Cic.ad Atticum,lib.10.195.13.

Subripere ſpatium.Cic.ad Atticum,lib.5.104.1,Etſi in ipſo itinere & via diſcedebant publicanorum tabellarii, & eramus in curſu:tamen ſubripiẽdum aliquid putaui ſpatii, ne me immemorem mandati tui putares.

Scribitur & Surripio b in r conuerſo.

Subripere aliquando vſurpatur pro eo quod eſt per mendacem narrationem aliquid extorquere & quaſi furari.

Subreptio,ſubreptionis, Verbale fœminini,Ipſe ſubripiẽdi act°.

Subreptio, Impetratio quæ fit à principe, ſiue magiſtratu, per falſam rei narrationem.

Subreptitius, Adiectiuum, vt Subreptitia poſtulatio, ſubreptitiæ literæ,quæ ad falſam alicuius ſuggeſtionem conceſſæ ſunt.

Subreptitius puer,Furtim ſublatus. Plaut.menæh.2.66,Atque iſtic habitat geminus ſubreptitius.

Subrogo,ſubrogas,pen.cor.ſubrogare,Subſtituere.Plin.de Viris illuſt.15, Quia in locum Tricipitini collegæ Cõſulem ſubrogauerat. Cic.ad Atticum,lib.4.74.3,Vberiores,ſi & ille libenter accipiet,& hi ſubrogentur qui villam me moleſtè ferunt habere.Vbi vetus codex legit ſubringentur.Vide **Surrogo**.

Subrogare collegam Cõſul dicebatur,qui alterum in demortui Conſulis locũ ſufficiebat. Cic.ad Brutum,5.5. Liu.9.ab Vrbe, 180, M. Cornelium Maluginenſem collegam ſubrogauit. Ibidem, lib.3.80, Conſul antequam collegam ſibi ſubrogaſſet, negare paſſurũ agi de lege. Ibidem,lib.2.31, Regnum eum affectare fama ferebat:quia nec collegam ſubrogauerat in locum Bruti,& ædificabat in ſumma Velia.

Subrŏſtrarius, Adiectiuum. Cælius ad Ciceronem, lib.8.1.11, Te ad 1x Cal.Iunii,ſubroſtrarii(quod illorum capiti ſit)diſſiparant periiſſe.Vbi interpres, Subroſtrarii, qui erãt infra Senatores,hoc eſt qui ſub roſtris ſedebant.Vetus tamen exemplar habet ſubroſtrani.

Subrŭbeo,ſúbrubes,pen.cor.ſubrubui,ſubrubêre, Aliquãtũ rubere.Ouid.2.de Arte,64,Plenáq; purpureo ſubrubet vua mero.

Cælum ſubrubet.Ouid.2.Amor.eleg.5.8,
Quale coloratum Tithoni coniuge cælum
Subrubet,aut ſponſo viſa puella nouo.

Subrubicundus,,Adiectiuum,Aliquantum rubicundus. Plin.lib. 15. cap.13. 11, Herba eſt trixaginis ſpecie & mollitia, cauliculis ſubrubicundis. Sic apud Celſum lib.7.cap.11.

Subrufus,pen.prod.Adiectiuum,Aliquantum rufus.Plin.lib. 37.cap.10.30,Indica gentium ſuarum habet nomen,ſubrufo colore,in attritu ſudorem purpureum emanat. Idem lib.21.cap. 7.6,Rhizotomos ſubrufa.

Subrufus aliquantum. Plaut. Capt.11.116, Subrufus aliquantum,crẽſpus, cincinnatus.

Subrumio,ſúbrumi,pen.corr.m.g.Agnus qui adhuc ſub mãma eſt.Varro 1.de Re ruſt.cap.1.20,Etſi patũ habet lactis mater vt ſubiiciat ſub alterius mammam, qui appellantur ſubrumi,id eſt ſub mãma.antiquo enim vocabulo mãma rumis,vt opinor. Ibidem,cap.11.4,Mammæ enim rumis,ſiue rumæ,vt antè dicebant,à rumi: & inde dicuntur ſubrumi agni lactentes, à lacte.

Subrumor,ſubrumaris, ſubrumari,dicũtur hœdi quum ad mammam admouentur,inquit Feſtus.Columella lib.7.cap.4.3.Diligenti cura ſeruandum eſt vt & ſuis quotidie matribus & alienis non amantibus,agni ſubrumentur. Idem lib.11.cap.3.7, Nec minus intereſſe paſtoribus fructum cogentibus,aut fœtus ouiũ, aliarúmve pecudum ſubrumantibus.

Subruo,ſubruis,pen.corr.ſubrui,ſúbrutum, pen.corr. ſubrúere, Deſtruere. Cæſar 2.bel.Gall.15,Murúſque defenſoribus nudatus eſt,teſtudine facta portis ſuccedunt,murúmque ſubruũt, Liuius 1.bel.Pun.43,Tum Annibal occaſionem ratus, quingẽtos ferme Afros cum dolabris ad ſubruendum ab imo murum, mittit. Et 5.ab Vrbe,57,Séque vltimum illum diem agere,nihil minus timentes, quàm ſubrutis cuniculo mœnibus, arcem iam plenam hoſtium, &c.

Munenbus ſubruit reges.Horat.3.Carm.ode 16.5.

Natura omnis ſubruitur.Lucret.lib.4.174.

Dies ventura ſubruet arces mundi.Propertius lib.3.eleg.5.7.

Súbrutus,pen.corr.Participium:vt Caſtra ſubruta ferro.Propert. lib.3.eleg.9.11.

Veſtigia ſubruta limo.Stat.9.Thebaid.96.

Subrutilus/pen.corr.Adiectiuum,Parum rutilus.Plin.lib.10. cap.33.7,Mærops pallido intus colore pennarũ,ſupernè cyaneo, priori ſubrutilo. Idem lib.12.cap.14.4, Alii lentiſco ſimilem ſubrutilo folio arboré thuris prodidere. Idem lib.16.cap.3.3, Media magnitudine,colore ſubrutilo,rarum conſpectu.

Subrusticus,pen.corr.Adiectiuum,Aliquantum ruſticus.Cic. de Claris Oratoribus,70,Tum etiam ipſo ſono quaſi ſubruſtico proſequebatur atque imitabatur antiquitatem. Ibidem,140, Cotta, quia ſe valde dilatandis literis à ſimilitudine Græcæ locutionis abſtraxerat, ſonabátque cõtrarium Catulo, ſubagreſte quiddam,planéque ſubruſticum.

Quodiã ſubruſticũ videtur, olim autẽ politius. Cic. in Orat. 91.

Subſalſus, Adiectiuum. Aliquantum ſalſum ſignificat. Plin. lib. 11. cap. 29. 1. Subſalſa guſtanti herba.

Subſcribo, ſubſcribis, pen. prod. ſubſcripſi, ſubſcriptum, ſubſcribere, Subnotare, ſubſignare. Suet. in Auguſto, cap 27. Pinarium equitem Romanum quum concionante ſe, admiſſa turba paganorum, apud milites ſubſcribere quædam animaduertiſſet curioſum & ſpeculatorẽ ratus, coràm confodi imperauit. Plin. lib 35. cap. 9. 6. Adeóque ſibi in illo placuit, vt verſum ſubſcriberet, celebrem ex eo, inuiſurum aliquem facilius quàm imitaturũ. Sub. eſſe. Cic. ad Atticũ, lib. 8. 159. 3. At mihi quũ Calibus eſſem, affertur literarũ tuarum exẽplũ, quas tu ad Lentulũ cos. miſiſſes. Hæ ſic ſcriptæ erãt: Literas tibi à L. Domitio ad xiii Cal. Martii allatas eſſe, earúmque exemplum ſubſcripſeras.

Numerus aratorum quotannis apud magiſtratus ſubſcribitur. Cic. 5. Verr. 100.

Subſcribere audita. Quintil. lib. 11. cap. 8. Nec tanta ſit actura memoriæ fiducia, vt ſubſcribere audita pigeat.

Exemplum literarum alicuius ſubſcribere. Balbus Ciceroni in epiſtolis ad Atticum lib. 9. 186. 1.

¶ Subſcribere, Verbũ eſt iudiciis & foro accõmodatum, & ſignificat iudicium dictare, quaſique dicam ſcribere. Plin. lib. 5. epiſt. Poſt hoc Curianus à matre exhæredatus, cum cæteris cohæredibus, ſubſcripſit centumuirale iudicium: mecum non ſubſcripſit. Id eſt controuerſiam mouit hæreditatis, teſtamentum ſcilicet impugnare vt inofficioſum volens. Idem, Scis te non ſubſcripſiſſe mecum, & iam biẽnium trãſiſſe, omniáque me vſu cepiſſe. Id eſt, mecum quererìam non eſſe expertum. Budæus.

Subſcribere dicebant veteres Iuriſconſulti, quod nunc *adiungere ſe* dicunt. Subſcribendi igitur facta poteſtas dicendum, quod nunc dicunt, *Dictum eſt quod adiungere ſe poterit.* Cicero 3. Verr. 10. Ei qui iſtius Quæſtor fuiſſet, & ab iſto læſus inimicitias iuſtas perſequeretur, non modò deferendi nominis, ſed ne ſubſcribendi quidem, cum id poſtularet, facerent poteſtatem. Hoc etiam à Cicerone dicitur, Accedere ad cauſam, & Deſcẽdére in cauſam, & Incumbere in candẽ cauſam & Dimittere ſe in cauſam. Budæus.

¶ Subſcribere ſignificat aliquando fauere, aſtipulari, & aſſentiri. Celſus de Aſclepiade loquens, Vlterioribus diebus cubantis etiam luxuriæ ſubſcripſit, primis verò tortoris vicem exhibuit. Marcellus in 1. Non aliter, De Adoptio. Non aliter enim voluntati eius, qui arrogare pupillum volet, etiam ſi cauſam eius ob alia probauerit, ſubſcribendũ erit. Traianus ad Plinium, Tuo tamen deſyderio ſubſcripſi. Colum. lib. 1. cap. 2. 1. Quod ſi voto fortuna ſubſcripſerit, agrum habebimus ſalubri cælo, vberi gleba. Liuius 10. ab Vrbe, Subſcripſit orationi eius Conſul. Id eſt fauit, adiuuit.

Iræ alicuius ſubſcribere. Ouid. 1. Triſt. eleg. 1. 1.

Subſcribere odiis alicuius. Liu. 3. bel. Maced. 110, Itaque diu repugnante Scipione Africano, quia parum expugnantes ſe ducebat ſubſcribere odiis, accuſationibúſque Annibalis, & factionibus Carthaginenſium inſerere publicam authoritatem.

Votis alicuius ſubſcribere. Ouid. ad Piſonem 153.

¶ Subſcribere, cum accuſatiuo, eſt cauſam ſententiæ teſtari, & addere. Cic. pro Cluentio, 94. Video igitur Iudices, animaduertiſſe Cẽſores in iudices quoſdam illius cõſilii Iuniani, quum iſtam ipſam cauſam ſubſcriberẽt. Ibidem, 100, Nam hæc quidem, quæ de iudicio corrupto ſubſcripſerint, quis eſt qui ab illis ſatis cognita, & diligenter iudicata arbitretur? In M. Aquilium & T. Guttam video eſſe ſubſcriptum. Idem ad Atticum, lib. 2. 39. 6, Lucullum, à quo ſolitũ eſſe ad ſe mitti C. Fannium illum qui in P. Clodium ſubſcripſerat, L. Domitium, cuius domum cõſtitutam fuiſſe vnde eruptio fieret, me non nominauit.

Cauſam parricidii ſubſcribere. Cic. 1. de Inuent. 163.

Subſcriptio, ſubſcriptiõnis, Verbale. Cic. 1. Ver. 17, Quartum quem ſit habiturus, nõ video: niſi quem fortè ex illo grege oratorum qui ſubſcriptionẽ ſibi poſtulariũt, cuicũque vos delationem dediſſetis. Id eſt qui poſtulauerũt à vobis vt ad quẽcunque Veris accuſatio eſſet delata, ſibi liceret accuſationi ſubſcribere. Hæc Budæus. Cic. pro Cluentio, 93, Quare quicquid de ſubſcriptionibus eorũ mihi dicẽdum erit, eo dicam animo, vt omnem orationem meam, non de illorum facto, ſed de ratione cenſoria habitam exiſtimari velim.

Subſcriptio ac profeſſio agri. Cic. 5. Verr. 93, In Leontino iugerũ ſubſcriptio ac profeſſio non eſt plus triginta, decumæ triginta ſex medimnum vænierunt.

Iugerũ ſubſcriptio ac profeſſio nõ eſt plus xxx. Cic. 5. Verr. 93.

Subſcriptio Cenſoria. Cic. pro Cluẽtio, 97, Ne ſubſcriptio cenſoria non minus calamitatis ciuibus, quàm proſcriptio acerbiſſima poſſit afferre. Budæus cẽſuram interpretatur. Vide Quintillanum lib. 5. cap. 13. 27.

Subſcriptor, ſubſcriptôris. Subſcriptores Pædianus eos ait eſſe appellatos cauſidicos, qui adiuuare accuſatorem poterant: quos oportebat ſummiſſius agere, quàm eum quem ſequebãtur. Cicero 1. Verr. 16, Veruntamen L. Apuleium eſſe video proximum ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed vſu forenſi, atque exercitatione tyronem. Et rurſus ibidem, 18, Reſpondebo non eſſe hos tales viros commiſſuros vt ad cauſam tantam à me ſuſceptam, mihi creditam, quiſquam ſubſcriptor me inuito aſpirare poſſit. Hæc Budæus. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 10. 1, Omnino nihil accuſatore Lentulo ſubſcriptoribúſq; eius infantius. Ibidem, 17. 10, Gabinium tres adhuc factiones poſtulant, L. Lentulus Flaminis filius, qui iam de maieſtate poſtulauit: T. Nero cum bonis ſubſcriptoribus. Idem pro Fonteio, 11, M. Fabium ſubſcriptorẽ eius rogabimus vt Allobrogũ animos mitiget. Idem 1. Verr. 15, Feſto, ipſe nihil eſt, nihil poteſt. at venit paratus cum ſubſcriptoribus exercitatis & diſertis. Cælius ad Ciceronẽ, lib. 8. 8. 3, Itaque ſine vllo ſubſcriptore deſcendit.

Exercitatus & diſertus ſubſcriptor. Cic. 1. Verr. 15.

Vænalis aſcriptor & ſubſcriptor alicuĩ. Cic. pro Domo ſua, 39.

Subſcriptor & approbator. Gellius lib. 5. cap. 21, M. Cato & Q. Claudius, Val. Antias, L. Lælius, P. Nugidius, M. Varro, quos ſubſcriptores, approbatoréſque huius verbi habemus.

Subſcus, ſubſcũdis, pen. prod. f. g. Subſcudes tabellæ (inquit Feſtus) appellantur quibus tabulæ inter ſe cõfigũtur: ſic dictæ quia quà immittuntur, ſuccidítur. Pacuuius, Nec vlla ſubſcus cohibet compagem. Cato cap. 18. 6, Orbem oleariũ latum pedibus quatuor punicarnis coagmentis facito craſſum digitis ſex, ſubſcudes ilígneas adindito. Eas vbi confixeris, clauis corneis occludito. Vitruuius lib. 4. cap. 7, Et ita ſint compactæ ſubſcudibus & ſecuriculis, vt compactura duorum digitorum habeat laxationem. Idem lib. 10. cap. 21, Ita fabricatæ triplici materia alternis ſe cõtra ſubſcudibus inter ſe coagmentatæ, laminíſque ferreis ex frigido ductis alligatæ.

Subſcudes, quæ & Subcudes, & Suſcudes dicuntur, ſunt lígneæ retinacula, quæ etiam ſecuriclæ à forma vocantur, quaſi ſecuriculæ: quibus duo tigna tenaciſſimè inter ſe vinciuntur: vnde ſecuriclati cardines apud Vitruuium lib. 10. licet vulgò ſecuridati legatur. Galli *hirundinum caudas* appellant. Apud Auguſtinum libro 15. de Ciuitate, ſuſcudines legitur. Vitruuius lib. 10. cap. 10, de tympano ad molendam farinam loquẽs, Secundum id tympanum, malus item dentatum planum eſt collocatum: quo continetur axis habens in capite ſummo ſubſcudem ferream, qua mola cõtinetur. Quod Vitruuius ſubſcudem hîc appellat: noſtri *ferrum molendini* vocant, ex quo forma ſubſcudis intelligi poteſt. Budæus.

Subſeco, ſubſecas, pen. cor. ſubſecui, ſubſectũ, ſubſecare, Subtus vel paulatim ſecare. Colum. lib. 1, Quædã etiã ſubterraneæ peſtes, adultas ſegetes, radicibus ſubſectis enecant. Varro 1. de Re ruſt. cap. 50. 1, Vbi falce ſecũdum terram ſuccidunt ſtramẽtum: & manipulum, vt quenque ſubſecuerint, ponũt in terra. Plin. lib. 18. cap. 17. 14, Quæ velluntur è terra, nõ ſubſecantur. Ouid. 4. Faſt. 88, Illa papauereas ſubſecat vngue manus.

Vngues ferro ſubſecare. Ouid. 6. Faſt. 46.

Subſecundarius, Adiectiuum, Idem quod ſucciſiuus, & quod quaſi ſecundo tempore aduenit. Gellius libro 10. cap. vltimo, Quantum autẽ vitæ deinceps mihi deũm voluntate erit, quãtúmque à cura publica, & à re familiari, procurandóque cultu liberorum meorum dabitur otium, ea omnia ſubciſiua & ſubſecundaria tempora ad colligendas huiuſmodi memoriarum delectatiunculas conferam.

Subſellium/Vide **Subſideo.**

Subſentio/ſubſentis, ſubſenſi, ſubſenſum, ſubſentire, Aliquantulum ſentire, aduertere. Terent. Heaut. 3. 1. 62,

Per alium quæuis vt des, falli te ſinas
Technis per ſeruulum: etſi ſubſenſi id quoque,
Illos ibi eſſe, & id agere inter ſe clanculum.

Subſequor, pen. cor. ſubſequeris, ſubſequut' ſum, ſubſequi, Statim ſequi. Plau. Mer. 22. 31, Si quidẽ mecũ fabulari vis, ſubſequere. Idẽ Amph. 6. 52, Ibo. & Mercuriũ ſubſequar. Idẽ Bacchi. 15. 74, Cedo manũ, ac ſubſequere propius me ad fores. Cæſar 8. bel. Gall. 136, C. Calenũ legatũ cũ legionibus duabus reliquit, qui iuſtis itineribus ſe ſubſequerẽtur. Ibidẽ, lib. 4. 507, Agmen ſubſequi iuſſit. Liu. 7. bel. Pun. 173, Rapúmque cũ equitatu profectus, iuſſis ſe ſubſequi peditibus, palatos paſſim per agros, &c.

Ipſe cum legionibus ſubſequor. Plãcus Ciceroni, lib 10. 15. 8.

Furtim ſubſequi aliquem. Ouid. epiſt. 19. 27.

Omnes hos motus ſubſequi debet geſtus. Cic. 3. de Orat. 111.

¶ Subſequi aliquem, & imitari. Plin. in Paneg. 139, Te enim imitari, te ſubſequi ſtudent: ideo vtraque mores eoſdem, quia

vtraque tuos habet.

Iudicium alicuius subsequi. Ouid. epist. 4. 9.

¶ Aliud illico subsequatur aut atomos vllas, è quib⁹ quicquid efficiatur, illarum sit dissimillimum. Cic. 4. Acad. 114.

Subsequi sermone. Cic. ad Appium, lib. 3. 1. 6, Mirificè ipse suo sermone subsequutus est humanitatem tuarum literarum.

Subsequenti anno exitu veris emittunt paruas locustas. Plin. lib. 11. cap. 29. 1.

Subsero, /subseris, penult. corr. subséui, penult. prod. súbsitum, pen. corr. subsérere, Sub re aliqua vel iuxta rem aliquam serere. Colum. lib. 4. cap. 15. 1, Plurimum interest, adhuc noua consitione pedamen omne vestiri: nec mox vineam tum subseri, quum fructus capiendus est.

Subseruio, /subseruis, subseruiui, subseruitum, pen. prod. subseruire, Seruiendo obtemperare. Plautus Menæh. 17. 11,

-ita istæc solent, quæ viros
Subseruire sibi postulant, fretæ dote feroces.

¶ Subseruire alicui, vel Subseruire orationi alterius. Plautus Amphit. 1. 4, Habitu Mercurius ei subseruit Sosiæ. Terentius Andr. 4. 4. 14,

-ego quoque hinc ab dextera
Venire me assimulabo: tu, vt subsernias
Orationi, vtcunque opus sit verbis, vide.

Subsideo, /subsides, penult. corr. subsédi, pen. prod. subsessum, subsidêre, Subtus sedere. & sine motu est. Columella, Villica debet curâ adhibere, vt si quæ fæces aut amurcæ in fundis vasorum subsederint, semel statim emundentur. Idem lib. 11. cap. 19. 4, Itémque fasciculos fœniculi fustibus illigatos, quos possit vtique ad fundum vasorum demittere, vt quicquid fæcis subsederit, exagitet, & in summum reducat.

Subsidet pecunia apud eum. Plin. epist. 77, Quum in prouinciam Quæstor exisset, scribámq; qui forte obtigerat, ante legitimũ salarii tẽpus amisisset, quod acceperat scribæ daturus, intellexit, & statuit subsidere apud se nõ oportere. Id est, remanere.

Subsidere in. Cæsar 6. bel. Gal. 15, Magna præterea multitudo colonum, magna vis iumẽtorum, quæ in castris subsederat, facta potestate sequitur. Cic. in Sallustium, 11, Quicquid impudicorum cylonum, parricidarum, sacrilegorum, debitorum fuit in orbe, municipiis, coloniis, Italia tota, sicut in fretis subsederant. Virg. 5. Æn. 100, Extremus, galeæque imæ subsidit Acestes. Vbi Seruius, subsedit, remansit. nec enim proferebatur sors quæ remanserat sola: aut certè delituit. Idem 11. Æneid. 54, -deuicta Asia subsedit adulter.

Subsidere in via: Cic. ad Atticum, lib. 5. 10. 1, Itaque subsedi in ipsa via, dũ hæc quæ longiorem desyderant orationem, summatim tibi perscriberem.

¶ Subsidere, pro Insidiari. Cic. pro Milone, 38, Cur neque antè occurrit, ne in villa resideret: nec eo in loco subsedit, quo noctu venturus esset? Budæus.

Subsellium, subsellii. Subsellia antiquis dictæ sunt sedes & pulpita, vel, vt ita dicam, scamna in quibus qui poetas recitantes audiebant, sedere consueuerant: vel in quibus ab equitibus spectabantur ludi. A subsedendo dicta, quasi subsedia, permutatione d in l: vt sella pro seda. nã Senatores in sellis altioribus cõsedebãt. Persius, saty. 1. 9, Troffulus exultat tibi per subsellia læuis. Plaut. Capt. 3. 11, Nihil morantur iam Lacones imi subselli viros Plagipatidas. Idem Sticho, 3. 33,

Haud postulo equidem summo in lecto accumbere:
Scis tu me dudum esse imi subselli virum. Id est, qui soleam sedere in infimo loco. Scribit Asconius in Diuinationem Ciceronis, subsellia esse Tribunorũ, Triumuirorũ, Quæstorum & huiusmodi minora iudicia exercentium, qui non in sellis Curulibus, nec Tribunalibus, sed in subselliis cõsidebant. Vnde à Varrone subsellium dictum est, quòd non sit planè sella.

Destituere subsellia. Quintil. lib. 6. cap. 4. 5, At quidam litigatoribus suis illum modò ambitiosum declamãdi sudorem præstitisse contenti, cum turba laudantium destituunt subsellia.

Subsellia item erant in Curia, vbi Senatores sedebãt, vt ostẽdit Cicero 1. in Catil. 11.

¶ Subsellia etiam erant iudicum, id est eorũ qui publicis iudiciis disceptãtis operam dabant, authore Asconio in quarta in Verrẽ actione. Cic. pro Cluentio, 74, Accusabat Tribunus plcb. idem in cõcionibus, idem ad subsellia. Ad iudicium non modò de concione, sed etiam cum ipsa concione veniebat. Idem in Vatinĩ, 26, Quæro ex te &c. num quis reus post vrbẽ conditam in Tribunal sui quæsitoris ascenderit, cúmq; vi deturbarit, subsellia dissiparit, vrnas deleuerit, eásq; denique omnes res in iudicio disturbando commiserit, quarũ rerum causa iudicia sunt constituta. Hoc in loco Tribunal Cicero Prætori assignauit, qui iudiciis publicis præerat, & Quæstor vocabatur: subsellia verò iudicibus, qui reos sententiis suis tabellaribus iudicabant. Hæc Budæus. Cic. 4. Verr. 51, Nam hercule, inquit Q. Minutius, me quoque Petilius, vt sibi in consilio adessem, rogauit, & simul à subselliis abire cœpit.

Occupare locum in subselliis. Cic. de Clar. Orat. 160.

Subsellia, Iudicia publica dicebantur quæ in foro Romano exercebãtur sub diuo. Quintil. lib. 11. cap. 8, Nõnunquam etiam inter ipsa subsellia didicisse se gloriantur. Idem lib. 10. cap. 5, Quod accidisse Portio Latroni traditur, vt quum ei summam in scholis opinionem obtinenti causa in foro esset oranda, impensè petierit, vti subsellia in Basilicam transferrentur: ita illi cælum nouum fuit, vt omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur. Ex Budæo.

Optima fide & fama versari in subselliis. Cic. Bruto lib. 13. 11. 6.

Grãdiorem & pleniorem vocem desyderant subsellia. Cic. de claris Orat. 160.

A subselliis in rostra rem deferre. Id est à foro in rostra. Cic. pro Cluẽtio, 89, 15, quasi nó esset vllo modo ferẽdum, se ex iudicio discessisse victum, rem ab subselliis in rostra detulit.

¶ Subsellia, Sedes in theatro. Suet. In Augusto, cap. 44. Facto igitur decreto Patrum, vt quoties quid spectãdi vsquam publicè ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus.

¶ Subsellia, Vbi sedebant rei, & accusatores, & testes. Cic. pro Rosc. Amerino, 10, Erant ei veteres inimicitiæ cũ duobus Roscíis Amerinis, quorum alterum sedere in accusatorum subselliis video, alterum tria huiusce prædia possidere audio.

¶ Subsellia, pro ipsis iudicibus aliquando accipitur. Martial. lib. 1, Sexuliane bibis quantum subsellia quinque. Budæus.

Subsessor, subsessôris, Qui delitescẽs insidiatur, & insidiis circumuentum interimit. Subsessores vocantur qui occisuri aliquem delitescunt. Seruius in illud 5. Æneid. 100, -subsedit Acestes.

Subsessa, subsessæ. Subsessæ à Vegetio dicuntur insidiæ. quibus in itinere exercitus imparatus, ac nihil tale suspicans, opprimi solet. Subscribit Seruius in illud 11. Æneid. 54,

-deuicta Asia subsedit adulter.

Subsidium, subsidii, dicitur id (inquit Festus) quod postpositũ est ad subueniendũ laborãtibus. Erant autem triarii milites, nẽpe qui tertio ordine in acie cõstituerẽtur. Hi enim post omnes acies cũ scutis, galeis, ocreis, gladiis, plũbatis locabãtur: vt si fortè prima acies vinceretur, ab iis, velati deintegro reparato certamine, victoria speraretur. Subsidebãt itaque nixi genibus, à quo subsidium dictũ. Plautus, Agite nunc, subsidite, quasi solẽt triarii. Cæsar de gestis in Italia, Ad eum mittit, nisi subsidiũ sibi submittatur, se se diutius sustinere nó posse. Idem 1. bel. Gall. 31, Rem esse in angusto vidit, neque vllum esse subsidium quod submitti posset. Cic. ad Catonem, li. 15. 4. 44, His ego subsidiis ea sum consecutus, quæ nullis legionibus consequi potuissem.

Subsidia belli. Cic. pro Lege Manil. 3, Aguntur certissima Populi Rom. vectigalia & maxima, quibus amissis, & pacis ornamenta, & subsidia belli requiretis.

Bellissimum subsidium, Vide **Bellus.**

Fidissimum subsidium. Tacitus lib. 5.

Subsidium inutile bellis. Stat. 6. Thebaid. 111.

Miserum & innocens subsidium. Cic. pro Fonteio, 19.

¶ Comparare subsidium, Vide **Comparo.**

Constabilitæ subsidiis legiones. Lucret. lib. 2. 9.

Currere alicui subsidio, Vide **Curro.**

Inuocare subsidium, Vide **Inuoco.**

Mittere subsidium, Vide **Mitto.**

Missus subsidio globus. Stat. 5. Thebaid. 1.

Parare subsidium, Vide **Paro.**

Seruare quempiam subsidio bestiæ. Cic. Q. fratri, lib. 2. 9. 10.

Venire subsidio. Cic. pro Fonteio, 19, Venit huic subsidio misero atque innocenti Massiliensium cuncta ciuitas.

¶ Subsidiũ, pro Adminiculo & auxilio. Cic. 2. in Catil. 31, Idẽ tamen stuprorum & sceleru exercitatione assuefactus, frigore, & fame, & siti, & vigiliis perferendis, fortis ab iis istis suis sociis prædicabatur, quum industriæ subsidia atque instrumẽta virtutis in libidine, audaciáque consumerentur.

Subsidium senectutis. Cic. ad Atticum, li. 15. 17. 4, Res Hispanienses valde bonæ, modò Balbirium incolumẽ videam subsidium nostræ senectutis. Eidem, lib. 2. 6. 5, Ego omnes meas vindemiolas eò reseruo, vt illud subsidium senectuti parem.

Subsidiarius, Adiectiuum, Quod in subsidium datur aut venit. Liuius 5. ab Vrbe, 170, Paulum erat ab dextera editi loci, quẽ subsidiariis repleri placuit. Sub. militibus. Ibidem, lib. 9. 144, Qui subsidiarias cohortes, quæ integræ ad lõgioris pugnæ casus reseruabantur, in primam aciem extemplo emisit. Cæsar 1. bel. Ciuil. 315, Cæsaris triplex, sed primam aciem quam ternæ cohortes ex quinta legione tenebant, has subsidiariæ ternæ, & rursus

alix todidem,ſuæ cuiuſque legionis ſubſequebantur.

Acies ſubſidiaria,Vide Acies.

Subſidiarius palmes, qui & præſidiarius & reſex à Columella,à Catone cuſtos,& vinarius appellatur palmes. Columel.lib. 4.cap.24.11, Subſidiarius, idémque cuſtos in pollicem reſecari non debet, quum palmæ,ex quibus proximi fructus ſperantur, idoneo loco ſitæ ſunt.

Subſido/ſubſidis,pen.prod.præteritũ & ſupinũ mutuatur à ſedeo,ſubſedi,ſubſeſſum.ſubſidere,pen.cor.Subtus cadere,deſcẽdere:fit enim cũ motu. Virgil.Subſedit dubius. Idem lib.5.165,

Subſidunt vndæ,tumidúmque ſub axe tonanti
Sternitur æquor aquis. Ouid.1.Metamorph.70,
Iam mare littus habet,plenos capit alueus amnes:
Flumina ſubſidunt,colles exire videntur:

Iuſſit & extendi campos,ſubſidere valles. Id eſt depreſſas eſſe. Columella lib.6.cap.1.3, Lateribus porrectis, lumbis latis,dorſo recto,planóque, vel etiam ſubſidente,&c. Plin.lib.11.cap.8.1, Conditalibus; mulierum menſibus, ſine ſubſidant, ſiue abundent, &c. Idem lib.10. cap.1.1, Qui expreſſus ſuſcipitur aqua cæleſti atque ſubſidit. Varro 3.de Re ruſt.cap.16.18,Si ex aluo minus frequentes euadunt,ac ſubſidit aliqua pars, ſuffumigandum. Lucret. lib.1.101,

Quippe vbi materies omnis cumulata iaceret
Ex infinito iam tempore ſubſidendo.

Poplite ſubſidens. Virg.11.Æneid.99.

Mare ſubſidit.Ouid.1.Triſt.eleg.2.15.

Venti ſubſidunt.Propert.lib.1.eleg.8.3.

Vrbes ſubſident,terræque dehiſcent.Lucan.lib.1.118.

Subſidere & cõſurgere, contraria.Liu.8.bel.Pun.6, Subſidũt Hiſpani aduerſus emiſſa tela ab hoſte: inde ad emittenda ipſi conſurgunt.

¶ Subſidere,Inuadere aliquando ſignificat. Lucanus lib.5.46,

Iure ſed incerto mundi ſubſidere regnum.

¶ Subſidere in loco aliquo,pro Cõmorari:cui opponitur proficiſci.Cic.ad Cecinnam,lib.6.8.4,Quid ſim tibi author, in Sicilíane ſubſidas, an vt ad reliquas Aſiaticæ negotiationis proficiſcare?

Impetus dicendi ſubſidit. Quintil.lib.3.cap.8.41, Neque ego negauerim ſæpius ſubſidere in controuerſiis impetum dicendi proœmio,narratione,argumentis.

Subſigno/ſubſignas,ſubſignare.Feſtus,Subſignare,pro ſubſcribere vtimur.Plin.epiſt.21,Quũ ſit ergo finitum quod ſpes noſtras morabatur,non ſine magna fiducia ſubſigno apud te fidẽ pro moribus Romani mei,quos & liberalia ſtudia exornãt,&c. Idem epiſt.1.lib.3,Eundem mihi curſum,eundem terminũ ſtatuo,idque iam nunc apud te ſubſigno,vt ſi me lõgius cuchi videris,in ius voces ad hanc epiſtolã.Id eſt,ſubſcribo,ſigillo,obligo,affirmo. Calliſtratus De iure immunitatis,Sed ne extenuẽtur facultates eorũ,quæ ſubſignatæ ſint fiſco. Paulus Iurecõſ. Subſignatum dicitur quod ab aliquo ſubſcriptũ eſt: nam veteres ſubſignationis verbo pro aſcriptione vti ſolebant. Cic.pro Flacco,61,Illud quæro, ſúntne iſta prædia cenſui cenſendo: habeãt ius ciuile:ſubſignari apud ærarũ,apud Cenſorem poſſint?

Subſilio/ſubſilis,pen.cor.ſubſilui,& ſubſilíui,ſubſeltum.ſubſilire,paululum ſaltare.Plaut.Curcul.3.59,Peſſuli,&c.Subſilite obſecro,& mittite iſtanc foras.

Ignes ſubſiliunt ad tecta domorum.Lucret.lib.2.39.

Subſulto,ſubſultas,ſubſultare, Frequentatiuum, Idem. Plautus, Tu ſubſultas, ego miſer vix aſto præ formidine. Idem Caſin. 10.9,Vt ſubſultabat,poſtquam vicit villicus!

Subſultim,Aduerbiũ,Subſultando. Suetonius in Auguſto,cap.83, Mox nihil aliud quàm vectabatur & deambulabat:ita vt in extremis ſpatiis ſubſultim decurreret.

Subſilles/ inquit Feſtus,dicebantur quædam lamellæ ſacrificiis neceſſariæ.

Subſimus/ſubſima,ſubſimum, penul.prod. Parũ ſimus.Varro lib.2.de Re ruſt.cap.5.6, Vt ſint benè compoſitæ, vt integris membris,&c.piloſis auribus,compreſſis malis, ſubſimiſve,gibberibus demiſſis,&c.

Subſiſto/ſubſiſtis,ſúbſtiti,ſubſtitum.pen.corr.ſubſiſtere,Cõtra ſiſtere. Cæſar 1.bel. Gall.59, Quo prælio ſublati Heluetii quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant,audacius ſubſiſtere: nonnunquam ex nouiſſimo agmine, prælio noſtros lacceſſere cœperunt.

Clypeo & dextra ſubſiſtere. Virgil.9.Æneid.161,

Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantum. Nec dextra valet.

Vires infirmæ ſubſiſtere valent.Tibull.lib.4.ad Meſſalam,1.1.

¶ Subſiſtere feras,Excipere,nõ cedere irruentibus, vt aut Rudæus.Liu.1.ab Vrbe,17, Hinc robore corporibus,animiſq; ſumpto,iam nõ feras tantum ſubſiſtere, ſed in latrones prædã onuſtos impetum facere,paſtoribuſque rapta diuidere.

¶ Subſiſtere in aliquo loco, Cõmorari aliquádiu.Virg.2. Æn. -quater ipſo in limine portæ

Subſtitit,atque vtero ſonitum quater arma dedere. Plin.epiſt. 234,Grauiſſimis æſtibus atque etiam febriculis vexatus, Pergami ſubſtiti.Hoc eſt, reſtiti,remanſi, commoratus ſum. Liui.4. ab Vrbe,139,Conſules an ambo profecti ſint ad arcem Caruentanam, an alter ad comitia habenda ſubſtiterit, incertum diuerſi authores faciunt.

Subſiſtere & expectare. Cic.pro Milone,37, Sic Miloni quum inſidiator eſſet, ſi illum ad vrbem noctu acceſſurũ ſciebat, ſubſiſtendum atque expectandum fuit.

Circa ima ſubſiſtere. Quintil.in Proœm.lib.1.16, Quod ſi nõ contingat, altius tamen ibunt, quàm qui præſumpta deſperatione quò velint euadendi,protinus circa ima ſubſtiterint.

Lingua ſubſtitit in medio ſono.Ouid.1.Faſt.108.

Lingua ſubſtitit timore.Ouid.epiſt.13.18.

Ingeniúmque meis ſubſtitit omne malis.Ouid.epiſt.21.40.

Subſiſtit vnda,Stat,conſtitit.Virg.8.Æneid.18,

Tybris ea fluuium,quàm longa eſt, nocte tumentem
Leniit,& tacita refluens ita ſubſtitit vnda,
Mitis vt in morem ſtagni.

Subſiſtunt opes Romanorum apud eas gentes.Plin.lib.6.cap. 28.20,In vniuerſum gentes ditiſſimæ, vt apud quas maximè opes Romanorum Parthorúmque ſubſiſtant, vendentibus quæ è mari aut ſi luis capiant,nihil inuicem redimentibus.

Subſiſtit proceritas balſami intra bina cubita:Hoc eſt procera eſt balſamus duos cubitos,nec amplius.Plin.lib.12.cap.25.3.

Subſolanus,ſubſolani,pen.prod.Ventus Fauonio contrarius, vt ait Plinius lib.2.cap.47.Hic ſole oriente ſubnaſci videtur.

Subſortior/ſubſortiris,ſubſortitus ſum, ſubſortiri. Sorte in iudicum reiectorum locũ ſubſtituere.Vnde ſubſortitos iudices dicimus,qui etiam ſubſtituti dicũtur. Cic.3.Verr.34, Cur ea quandiu alium Prætorem, cum iis iudicibus, quos in horum locum ſubſortitus es,de te in conſilium iturũ putaſti,tandiu domi fuerunt? Idem pro Cluentio, 73, Si ex lege ſubſortitus non erat Iunius,aut ſi in legẽ aliquãdo nõ iurauerat,idcirco illius dãnatione aliquid de Cluentio iudicabatur? Ibidẽ,78, Abillo enim ſiue quòd in legem non iuraſſet, ſiue quòd ex lege ſubſortitus iudicem non eſſet,multa petita eſſe dicitur.

Subſortitio,ſubſortitiõnis,Verbale,Suffectio. Suet.in Iulio Cæſare,cap.41, Ac ne qui noui cœtus recẽſionis cauſa moueri quãdoque poſſent,inſtituit,quotãnis in demortuorũ locum, ex his qui recenſiti nõ eſſent,ſubſortitio à Prætore fieret. Aſconius actione 1.in Verrem,moris fuiſſe ſcribit, celebrata iudicum reiectione haberi in officio Prætoris & in arca reponi nomina iudicum ſelectorum:reiectionémque ideo dictã, quia quũ multi iudices à Prætore ſuo ad conſiliũ aduocãdi eſſent, qui quæſitor fuiſſet in publica aliqua cauſa,vt ambitus,vt repetundarũ,maieſtatis:neceſſe erat primùm de Curia cõſcribi Senatoria, eo ſcilicet tempore quũ Senatus iudicaret. Deinde in vrnam ſortito mitti,vt de pluribus neceſſarius numerus confici poſſet. Tertiò permitti accuſatori ac reo,vt ex illo numero reiicerẽt quos putarẽt ſibi inimicos, aut aliqua ratione incõmodos fore. Solebat autẽ ex moribus,ac fama iudicũ ex illorũ quos aut reiiciebant, aut retinebãt iudices,voluntate,coniecturam facere Prætor,qui cauſæ ſuæ cõfidere,qui corrũpere iudices vellet. Reiectione autẽ celebrata,in eorũ locũ qui reiecti fuerant, Prætor alios ſubſortiebatur,quoad numerus legitimus impleretur,quæ ſubſortitio dicebatur. nã prima delectio, ſortitio erat: hæc autẽ, ſubſortitio.His peractis iudices in leges iurabant,vt obſtricti religione iudicarẽt: quũ iuraſſent omnes præter Prætorẽ, nomina eorũ libellis cõtinebantur, & vbique habebãtur, ne pro ſelectis iudicibus (vt fit in multitudine) aliqui ſuppoſiti, corruptíque iudicarent.Hactenus ex Aſconio. Cic.3.Verr.111, Nam de ſubſortitione illa Iuniana Iudicum nihil dico. Idem pro Cluentio,73, Et quòd C.Verres Prætor vrbanus,homo ſanctus & diligẽs ſubſortitionem eius in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.

Subſtantia/Vide Subſto.

Subſterno/ſubſternis,ſubſtrãui,ſubſtrãtum.pen.prod.ſubſternere,Sternere ſubre aliqua.Terent.And.4.4.6,

-ex ara hinc ſume verbenas tibi,
Atque eas ſubſterne. Plin.lib.15.cap.16.1,Cadina ſeparari,ſtramentis,ſtoreis,paleiſve ſubſterni. Varro 1.de Re ruſt.ca.9.10, Subſternitur eis acus,aut quid aliud,quo molliore cubili facilè educantur. Idem lib.2.cap.5.15,His ſubſterni oportet frondem, aliúdve quid in cubilia, quo mollius conquieſcant. Ouid.15. Metam.80,Quaſſáque cum fulua ſubſtrauit cinnama myrrha.

Subſternere nidos molliſſime.Cic.1.de Nat.deorum,194,Iam

gallinæ, auésque reliquæ & quietum requirunt ad pariendum locũ, & cubilia sibi nidósque construunt, eósque quàm possunt mollissimè substernunt, vt quàm facillimè oua fermentur.

Substernere semina ordei. Columel. lib. 5. cap. 9. 8, Quæ antequam deponatur, oportebit solum scrobis imum fodere bidentibus, deinde terram aratro subactam immittere, & ita ordei semina substernere.

Substernere herbam ouibus. Cato cap. 37. 1, Stipulas, ebulum, & cicutã, & circum sata herbam altam succide, & eam substernito ouibus, bubúsque.

Brachia substernens collo. Catull. Argon. 59. 67,

Languidulósque paret tecum coniungere somnos,
Læua substernens robusto brachia collo.

Substernere animo omnia, Subiicere, supponere. Cic. de Vniuers. 34, Animũ igitur quum ille procreator mundi deus ex sua mente & voluntate genuisset, tũ denique omne quod erat cõcretũ atque corporeũ substernebat animo interiúsque faciebat.

Delitias multas substernere. Lucret. lib. 1. 5.

Substrãtus, huius substrátus, penult. prod. masc. gen. Ipse substernendi actus: & aliquando id quod substernitur. Plinius lib. 18. cap. 30. 4, Culmum saxosis locis quum inaruit, baculo frangunt substratu animalium. Idem lib 14. cap. 9. 6, Suffitu quoq; aut substratu fugant venenata.

Substrãmen, penult. prod. substráminis, neut. gen. Quod animalibus substernitur. Varro 3. de Re rust. cap. 10. 4, Eáque cellas prouident ne habeant in solo humorem, sed habeant molle substramen è palea, aliáve qua re. Ibidem, cap. 6. 4, Itaque pastorem earum cum bastilo circumire oportet, ac stercus tollere, ac conseruare, quod & ad agriculturam idoneum est, & ad substramen pullorum.

Substillum, substilli, Tempus dicitur quod ante pluuiam vel post pluuiam est non siccum, sed humidum, quòd aut iam stillet, aut nondum stillare desiſtat. Festus.

Substillum apud Catonem lib. de Re rust. cap. 156. 5, ponitur pro ægritudine, quando stillatim vrina emittitur, Nunc de iis (inquit) quibus ægre lotium it, quibúsque substillum est.

Substituo, substituis, substitui, substitútum, penult. prod. substituere, Subordinare. Plinius lib. 10. cap. 54. 1, Próque eis alia substituenda.

Substituere & supponere. Cic. 7. Verr. 57, Tum iste homo nefarius in eorum locum, quos domum suam de piratis abduxerat, substituere & supponere cœpit ciues Romanos, quos in carcerem antea coniecerat.

Permutare & substituere. Plin. lib. 5. cap. 9. 5, Quidam ex his aliqua nomina permutant, & substituunt alios nomos.

Substituere in locum & in vicem alterius, quod & sufficere dicimus. Colum. lib. 11. cap. 1. 5, Etenim qui me absente in meum locum substituitur, & vicarius meæ diligẽtiæ succedit, is ea quæ egi, scire debet. Idem lib. 5. cap. 6. 1, Primam quãque senio aut tempestate afflictam summouerat, & in vicem nouellam sobolem substituat. Cic. 6. Verr. 80, Itaque nunc Siculorũ Marcelli non sunt patroni: Verres in eorum locum substitutus est.

Substituere aliquem pro altero. Cicero 2. de Diuinat. 10, In libris enim sententiam dicebamus, concionabamur, philosophiam nobis pro Reip. procuratione substitutam putabamus. Idem 5. Verr. 137, Nunc pro te Verrẽ substituisti alterũ ciuitati.

Substituere animo speciem quandam. Liuius 8. bel. Pun. 185, Cœperat iam antè Numidam ex fama rerum gestarum admiratio viri, substituerátque animo speciem quoque corporis amplam ac magnificam.

Substitutio, Verbale, Ipse substituendi actus. Paulus Iureconſ. In vulgari substitutione, qua ei qui supremus morietur, hæres substituitur, rectè hæres substitutus etiam vnico intelligitur.

Substo, substas, stĭti, substitum, pen. corr. substãre, Cõstantem esse. Terent. Andr. 5. 4. 11, Perii, metuo vt substet hospes.

Substantia, substantiæ, Est quæ per se substat, & fundamentum est rei alicuius.

¶ Substantia, Materia, & quasi essentia & soliditas, ac nerui cuiusque rei. Plin. Substãtia omnis orationis fuit cohortatio eius ad pacẽ. Quintil. in Proœmio lib. 1, Prima apud Rhetorẽ elemẽta, & quæ de ipsa rhetoricæ substantia quæruntur tractabimus.

Substãtia, Facultates. Quintil. Vt pl' substãtiæ filio relinquerẽ.

Substantiuum nomen apud Grammaticos dicitur, Quod per se stare potest. Vide Priscianum.

Substrahere, Vide **Subtrahere**.

Substramen, Vide **Substerno**.

Substringo, substringis, substrinxi, substrictum, substringere, Subtus cõstringere. Colum. lib. 1. cap. 3. 1, Boues quũ ab opere disiunxerit, substrictos cõfricet, manibúsque comprimat dorsum. Quintilian. lib. 10. cap. 5, Omissa supplere, & effusa substringere. Martialis lib. 12. 25, Festinãt trepidi substringere carbasa nautæ. Iuue. Saty. 6. 44, Nauseat, atq; oculis bilem substringit apertis.

Comas substringens ligatas auro. Lucan. lib. 3. 57.

Aurem substringere loquaci. Horat. 2. Serm. saty. 5 10.

Substrictus, Participium, siue nomen ex participio, cui cõtrarium est prominens & effusus. Colum. lib. 6. cap. 10, Vt sit magna portio corporis, ventre paulo substrictiore, qui magis rectus, & ad incundas fœminas habilis sit. De tauri forma.

Crura substricta. Ouid. 11. Metam. 151.

Frænis substrictis ora domita ligat. Sene. Hippol. 10. 3.

Ilia substricta. Ouid. 3. Metam. 44.

Substricti testes. Plin. lib. 31. cap. 3. 1, Quinimo parnos esse substrictósq; & adhærẽtes spinæ, nec adimi sine vita animalis posse.

Substruo, substruis, substruxi, substructum, substruere, Subtus struere, subædificare. Plaut. Mostel. 3. 28, -& fundamentum
Liberorum substruunt. Liu. 6. ab Vrbe, 11, Capitolium quoque saxo quadrato substructũ est, opus vel in hac magnificẽtia vrbis conspiciendum.

Substructio, Verbale, Ipse substruendi actus. Cic. pro Mil. 39, Ante fundum Clodii, quo in fundo propter insanas illas substructiones facilè hominũ mille versabatur valentium aduersari. Ibidem, 65, Substructionum insanis molibus oppresserat. Cæsar 2. bel. Ciuil. 104. Altera theatro, quod est ante oppidũ substructionibus eius operis maximis, aditu ad castra difficili & angusto. Colum. lib. 1. cap. 2. 10, Quibusdam substructionibus partes agri sunt occupandæ. Idem lib. 1. cap. 5. 8, Sed & pro fultura & substructione fungentur aduersus ea, &c.

Subsulto, subsultas, Vide **Subsilio**.

Subsum, subes, subfui, subesse, Infra esse. Plinius, Suberant tecto abiegnæ trabes.

Subesse, Latenter inesse. Virg. 1. Georg. 10, Quippe solo natura subest. Quia naturaliter rerũ omnium mater est terra: & vniuersa in se cõtinet semina, licet nõ appareãt. Plaut. Truc. 11. 16,
-hoc saltem Seruat me: quum illi subest, apparet.

Causa subest. Ouid. 4. Fast. 74,

Non pudet herbosum, dixi, posuisse moretum
In dominæ mensisnan sua causa subest?

Subest intra cutẽ vulnus. Plancus ad Ciceronẽ, lib. 10. 18. 8, Sed nõ possum non exhorrescere, siquid intra cutẽ subest vulneris.

Subest causa. Cic. 5. de Finib. 51, Intelligatur aliquam subesse, eiusmodi causam. Idẽ 1. Offic. 58, Quũ verò de imperio decertatur, bellóque gloria quæritur, causas omnino subesse tamen oportet easdẽ, quas dixi paulo antè &c. Et ad Atticũ, li. 1. 6. 4.

Subest cura tacita. Liuius 4. bel. Maced. 135, Hæc propalam dicebat: illa tacita suberat cura, ne nouus Consul Græciam prouinciam sortiretur.

Subest simultas. Cic. pro Cælio, 48, Sinautem iam suberat simultas, extincta erat consuetudo, diffidium exiterat, hinc, &c.

Subest spes. Cic. ad Atticum, lib. 3. 67. 1, Neque enim (sed bonam in partem accipies) si vlla spes salutis nostræ subesset, tu pro tuo amore in me, hoc tempore discessisses,

Subest suspicio. Cicero 9. Philipp. 159, At ea fuit legatio Octauii in qua periculi suspicio non subesset. Idem pro Quintio, 45, Nequa subesse posset aliena aut ipsius officio, aut huius existimatione suspicio.

Subesse, Adiuuare. Plautus Trinum. 15. 16,

Hic homo est omniũ hominũ præcipuus, voluptatib' gaudiisq;
Anteponendis: ita commoda quæ cupio, eueniunt: quod ago
Assequitur, subest, subsequitur, ita gaudiis gaudium suppetat.

Subduo/subduis, pen. corr. subdui, subdútum, pen prod. subdúere, Subtus suere. Horat. 1. Serm. saty. 2. 6,
-sunt qui nolint tetigisse nisi illas
Quarum subsuta talos tegat instita veste. Subsutam vestẽ prætextam intelligit, quæ fimbriæ instita rum subsuebatur.

Subtal/subtãlis, n. g. Ex sub, & talus componitur, significátque canum pedis, quanuis & pro vola ponatur. Sipontinus.

Subtegmen/subtégminis, pen. corr. n. ge. Dicitur filum quod sub stamine texitur. Terent. Heaut. 2. 3. 51, -anus
Subtegmen nebat: præterea vna ancilla erat. Plau. Merc. 9. 10, Possin' tu, si vsus venerit, subtegmen tenue nere? Ouid. 6. Metamorph. 12, Inseritur medium radiis subtegmen acutis. Catullus Argon. 59. 66, Currite ducentes subtegmina, currite fusi.

Vestes picturatæ auri subtegmine. Virg. 3. Æneid. 97.

Subtegulanea/Loca sub tegulis: distinguntúrque à subdialibus, quæ Græci vocant ὑπαίθρια, sicut priora illa ὑπόστεγα & κατάστεγα siue στεγαστά. Plin. lib. 36. cap. 25. 2, Pauimenta credo primum facta, quæ nunc reuocamus barbarica atque subtegulanea.

Subtendo/subtẽdis, subtẽdi, subtẽntũ & subtẽsum, subtẽndere, Subtus extẽdere. Cato ca. 10. 4, Lectũ in cubiculo vnũ, lectos loris subtẽtos quatuor, & lectos cõmunes tres. Lectos loris subtentos

appellat,de solario loris propendẽtes, qui mos antiquorũ erat.

Subtento/subtentas, subtentâre, Idem quod tentare. Plautus Truc. 6.15, Aduenisti huc subtentatum exornatis ossibus.

Subtenuis/& hoc subtenue, Aliquantum tenue. Varro 1. de Re rust. cap.7.4, Non angusta inba, crebra, fusca, subcrispa, subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem ceruicis.

Subter/Præpositio, vtrique casui seruiens, accusatiuo & ablatiuo. Relatiuum habet Super. Ferè autem semper accusatiuũ habet, siue quies fuerit, siue motus. Statius,

Desilit in campos qui subter mœnia nudos
Asseruat manes. Poeticè ablatiuum habet. Virg. 9. Æneid. 103,
-quum tamen omnes
Ferre libet subter densa testudine casus. Cic. in Somnio, 15,
Deinde subter mediam ferè regionem sol obtinet dux & princeps & moderator luminum reliquorum. Plin. lib. 3. cap. 19. 5,
Subter radices earum. Virg. 3. Æneid. 140,
-Alpheum fama est huc Elidis amnem
Occultas egisse vias subter mare. Idem 3. Georg. 60,
Et multa duram stipula, filicúmque maniplis
Sternere subter humum.

Subter, cum ablatiuo. Catull. ad Ortalum, 60. 2,
Troia Rhœteo quem subter littore tellus
Ereptum nostris obterit ex oculis.

¶ Subter, sine casu. Plin. lib. 16. cap. 14. 1, Nernos callúmque & articulos in superiore habẽt partem incisuras verò subter, vt manus humana. Cic. 3. de Oratore, 11, Qui omnia hæc quæ supra & subter, vnum esse & vna vi, atque vna consensione naturæ constricta esse dixerunt.

Subterduco, subterdûcis, pen. prod. subterduxi, subterductũ, subterducere, Verbum Plautinũ, pro Subterfugere, & clàm sese proripere ex aliqua societate vel loco. Datiuo iungitur. Plaut. Milit. 6. 69, -serua istas fores,
Ne tibi clàm se subterducat istinc. Id est, ne hinc abeat, te insscio.

Subterduxit se tempus huic occasioni. Plaut. Asin. 7. 13,
Nam si huic occasioni tempus se subterduxerit,
Nunquam pol indipiscet quadrigis albis postea.

Subterfluo/subterfluis, subterfluxi, subterfluxum, subterfluere Plin. lib. 8. cap. 10. 2, Torrẽte rapido minaciter subterfluente.

Subterfugio, subtérfugis, pen. corr. subterfúgi. pen. prod. subterfúgium, pen. corr. subterfúgere, Clàm aufugere. Datiuo iungitur. Plaut. Bacchid. 17. 2,
Nimio illæc res est magnæ diuidiæ mihi,
Subterfugisse sic mihi hodie Chrysalum.

¶ Accusatiuo iunctum, Vitare significat. Plaut. Capt. 17. 17,
Non me censes scire quo dignus siem?
AR. At ea subterfugere potis es pauca, si non omnia.
ST. Pauca effugiam scio. Idem Merc. 4. 81, Nequicquam ego mare subterfugi sæuis tẽpestatibus. Cic. de amicitia, 34, Hæc ita multa quasi fato impendère amicitiis vt omnia subterfugere, non modò sapientiæ, sed etiam fœlicitatis diceret sibi videri.

Subterfugere, & deuitare. Cic. 2. Ver. 5, Vt quoniã criminũ vim subterfugere nullo modo poterat, procellam tẽporis deuitaret.

Subterfugere crimẽ. Cic. 3. Verr. 71, Homo stultissime & amentissime, tabulas quum cõficeres, & quum extraordinaria pecunia crimen subterfugere velles, satis te elapsurum omni suspicione arbitrabare, si quibus pecuniam credebas, his expensum non ferres?

Subterfugere imprudentiã alterius. Cic. 2. Ver. 2, Tãtum quisque habet in Sicilia, quantum hominis auariissimi & libidinosissimi aut imprudentiam subterfũgit, aut satietati superfuit.

Subterfugere militiam simulatione insaniæ. Cic. 3. Offic. 131.

Subterfugere pœnam & calamitatem. Cic. pro Cecinna. 71.

Subterfugere periculum. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 11.

Subterlabor, pe. prod. subterlàberis, subterlapsus sum, subterlábi, Clàm elabi & effugere. Liu. 10. bel. Pun. 111, Sed neq; rostro ferire celeritate subterlabentem poterant, neque transilire armati ex humilioribus in altiorem nauem. Virg. 10. eclog. 1,
Sic tibi quum fluctus subterlabère Sicanos,
Doris amara suam non intermisceat vndam.

Subtermeo, subtermeas, subtermeâre. Claud. de Aponi balneis, 5. 13. Et iunctos rapido pontes subtermeat æstu.

Subterlino, subtérlinis, pen. corr. subterlini. subterliui, & subterléui, pen. prod. subtérlitũ, pen. corr. subterlinere, Subtus linere. Plin. lib. 28. cap. 7. 13, Sotira obstetrix, tertianis, quartanisque efficacissimum dixit plantas ægri subtérlini.

Subtero, súteris, pen. corr. subteriui, subtritum, pen. prod. subtérere, Comminuere. Colum. lib. 11. cap. 5. 1, Salis sextarium subterito, & subtrita cũ quarto mellis aceto diluito. Ibidem, cap. 56. 2, Eámque cum torrido farre & exiguo melle subterito: quæ quum fuerit bene trita, &c.

Boues subterunt pedes, Continuo attritu vngulas subtus cõsumunt. Cato cap. 72, Boues ne pedes subterant, prius quàm in viam quoquam agas, pice liquida cornua infima vngito.

Subtritus, pen. prod. Adiectiuum, vt Subtritæ vngulæ: hoc est attritu nimio corrosæ. Plaut. Asin. 7. 74,
-sed tamen tu inepte cos asinos prædicas
Vetulos, claudos, quibus subtritæ ad femina iam erant vngulæ?

Subterraneus, Adiectiuum, Quod est sub terra. Colum. lib. 1. cap. 6. 2, Vinctis quàm saluberrimũ subterraneũ ergastulũ pluribus, sitque id angustis illustratum fenestris. Idem, Nam serè quum his partibus ædificia rimas egerunt, caua præbent, & latebras subterraneis animalibus. Plin. lib. 9. cap. 57. 4, Quicquid est, hoc certè minus admirabile talparum facit vita subterranei animalis, nisi fortè vermium terrenorũ & piscibus natura est. Idem lib. 36. cap. 13. 5, Subterranea domus.

Regna subterranea. Iuuen. Saty. 2. 15.

Subterraneæ venæ. Plin. lib. 9. cap. 15. 9.

Subtertenuo, subtertenuas, subtertenuâre, Conterere. Lucret. lib. 1. 63, Annulus in digito subtertenuatur habendo. Hoc est in subteriore parte quæ proxima est digito, minuitur & atteritur, dum habetur in vsu frequenti.

Subtexo, subtexis, subtexui, subtextũ, subtexere, Subiũgere. Trãslatione sumpta à textoribꝰ, qui dũ subtus texũt opus, claudũt & absoluũt. Plin. lib. 25. cap. 11. 1, Verùm & generatim, mẽbratimq; singulis corporũ morbis remedia subtexemꝰ. Liu. 7. bel. Maced. 198, Subtexit deinde fabulæ huic, Legatos Ætolos in Senatu inter cætera hoc quoq; interrogatos esse. Plin. li. 10. ca. 68. 2, Quapropter vt ingeniũ prædictorũ, ita & reliqua subtexat dissertatio. Colum. lib. 11. ca. 1. 2, Vt olitoris curã subtexerẽ villici officiis.

Cælum subtexere fumo. Virg. 3. Æneid. 117.

Cælum subtexitur vmbra. Stat. 3. Sylu. 1. 16.

Subtilis. & hoc subtile. pen. prod. Notæ significationis.

Subtilis argumẽtatio. Plin. lib. 2. ca. 108. 9. Quint. li. 1. ca. 5. 6.

Conclusio subtilis & ad morem dialecticorũ formata. Quintilianus lib. 7. cap. 4. 10.

Corpora subtilia. Lucret. lib. 3. 4.

Definitio subtilis. Cic. 1. de Orat. 54.

Filum subtile. Lucret. lib. 4. 18.

Genus subtile differendi. Cic. 3. de Finib. 4, Stoicorũ antè non ignoras quàm sit subtile, vel spinosum potius differendi genus.

Gula subtilior. Colum. lib. 8. cap. 16. 3, Hoc igitur periuriũ multorum subtiliorem fecit gulam, doctáque & erudita palata fastidire docuit fluuialem lupum.

C. Serenus subtilissimus homo fuit enim & animi satis magni & consilii. Cic. pro Plancio. 10.

Ignis subtilis fulminis. Lucretius lib. 2. 78.

Iudiciũ subtile. Cic. ad Catonem, lib. 15. 6. 4, Nam ad meum sensum, & ad illud syncerũ ac subtile iudicium nihil potest esse laudabilius, quàm est tua oratio. Horat. 2. epist. 1. 49.

Palatum subtile. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 8.

Succus subtilissimus. Plin. lib. 11. ca. 5. 1, Apes succum subtilissimum contrahunt.

Subtilitas, pen. corr. subtilitâtis. Plin. lib. 10. cap. 75. 4, Hæc nanque restant immensæ subalitatis animalia. Idem lib. 11. cap. 37. 66, Huic certè refertur accepta subtilitas mentis. Cic. 1. Acad. 10, Apud nostros enim non ignoras quæ sit & quanta subtilitas.

Alia est illa, quum veritas ipsa limatur in disputatione, subtilitas. Cic. 1. Offic. 49.

Subtilitas scriptorum. Cic. ad Sulpitium, lib. 4. 4. 3, Facilè cedo tuorum scriptorum subtilitati & elegantiæ.

Subtilitas iudiciorũ. Mart. lib. 11. 1, Siquid est enim in libellis meis quod placeat, dictauit auditor illam iudiciorũ subtilitatẽ.

Intima quæstionũ naturaliũ subtilitas. Quintil. lib. 1. ca. 4. 4.

Angusta subtilitas, Vide **Angustus.**

Inenarrabilis subtilitas, Vide **Inenarrabilis.**

Ludicra subtilitas, Vide **Ludus.**

Habere subtilitatem in dubiis. Quintilianus lib. 1. ca. 7. 1, Sed totam (vt mea fert opinio) subtilitatem in dubiis habet. De orthographia.

Subtiliter, pen. cor. Aduerbiũ, vt Subtiliter differere. Ci. 1. Acad. 50, Sed Zeno quũ Archesilã anteiret ætate, valdéq; subtiliter differeret, & peracutè moueretur, corrigere conatus est disciplinã.

Subtiliter connexæ res. Lucretius lib. 3. 148.

Subtiliter & dilucidè. Cic. 1. Tusc. 64, Si verò aut numerus quidã sit animus, quod subtiliter magis quàm dilucidè dicitur.

Versutè & subtiliter dicere. Cic. in Orat. 12.

Differere de aliqua re subtiliter & copiosè. Cic. pro Flacco, 33.

Subtiliter iudicare. Cic. 6. Verr. 113, Quod iste eruditus homo, & Græculus, qui hæc subtiliter iudicat, qui solus intelligit, si vnam literam Græcam scisset, certè non sustulisset,

Subtilissimè perpolitum. Cic. pro Com. Balbo, 40, A quo hæc quæ ego nunc percurro, subtilissimè sunt omnia perpolita.

Subtimeo/subtimes, pen. corr. subtimui, subtimère, Aliquantulũ timere, subuereri, subformidare. Cic. 2. Philipp. 55, Nunquid subtimes, ne ad te hoc crimen pertinere videatur?

Subtraho/subtrahis, subtraxi, subtractum, subtrahere, De medio auferre. Plin. lib. 11. ca. 18. 5, Subtrahitur itaque deducta multitudine. Ouid. in Ibin, 85, Subtrahitur presso mollis arena pede.

Solum subtrahitur. Virg. 5. Æn. 40,

-olli certamine summo
Procumbunt, vastis tremit ictibus ærea puppis,
Subtrahiturque solum.

Subtrahere fuga. Cæs. 8. bel. Gall. 118, Quæ si clandestina fuga subtrahere conarentur, effugere, &c. Plin. libro 8. cap. 37. 3, Etiam si viuat subtractus fuga.

Subtrahere è pondere. Plin. lib. 33. cap. 9. 4, Alii è pondere subtrahunt, quum sit iustum, ℔ x x x i i i i è libris signari.

Subtrahere aliquid alicui. Plaut. Casina, 4. 11,

-nam peculi probam nihil habere addecet
Clam viro: & quæ habet partum, ei haud cõmodi est, quin viro aut subtrahat, Aut stupro inuenerit.

Subtrahere aliquem bello dicitur morbus. Liuius, Furium grauí morbo implicitum fortuna bello subtraxit.

Subtrahere se, Id est otiũ amare & dignitates refugere. Plin. in Paneg. 141, O rem memoriæ, literisque mandandam, præfectum Prætorii, non ex ingerentibus, sed ex subtrahẽtibus legere: eundémque otio, quem pertinaciter amet, reddere.

Subtrahere se à curia. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 10. 7, Quo ego me libentius à curia, & ab omni parte Reipub. subtraho.

Amplexu alicuius subtrahere se. Virgil. 6. Æneid. 140.

Aspectu alicuius subtrahere se. Virgil. 6. Æneid. 93.

Colla iugo subtrahere. Ouid. 5. Trist. eleg. 2. 8.

Subtrahere famæ. Plin. epist. 145, O quantum eruditorum aut modestia ipsorum, aut quies operit, & subtrahit famæ.

Subtrahere aliquem inuidiæ. Plin. de Viris illust. 64, Vnde ille Vispillo dictus Nasica, vt inuidiæ subtraheretur, per speciem legationis in Asiam ablegatus est.

Subtrahere iudicio. Liu. 6. ab Vrb. 3, Cui iudicio eũ mors adeò opportuna, vt voluntariam magna pars crederet, subtraxit.

Subtrahere se labori. Colu. li. 1. ca. 9. 5, Id minimè cõducit agricolæ, seu quia nemo suum propriũ aliquod esse opus credit: seu quia quũ enixus est, nõ suo, sed cõmuni officio proficit, ideóq; labori multum se subtrahit. Idem lib. 7. cap. 9. 3, Suburbanis lactens porcus ære mutandus est: sic enim mater non educãdo labori subtrahitur, celeriúsque iterum cõceptum partum edet.

Materiam furori alicuius subtrahere. Cic. pro Domo sua, 9.

Neque verba sedem habere possunt si rem subtraxeris. Cic. 3. de Oratore, 12.

Timor ipse subtrahit vires. Ouid. epist. 14. 17.

Subtrahere & adimere vicarium suæ diligentiæ. Cic. pro Murena, 73, Nolite mihi subtrahere vicarium meæ diligentiæ: nolite adimere eum cui Rempub. cupio tradere incolumem ab his tantis periculis defendendam.

Subtristis/& hoc subtriste, Aliquantulum tristis. Terent. And. 2. 6. 16, Subtristis visus est esse aliquantulum mihi.

Subtundo/subtúndis, subtúdi, pen. corr. subtũsum, pen. prod. subtúndere, Idem quod simplex, vel aliquantum tundere. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 11,

Flet teneras subtusa genas, sed victor & ipse
Flet sibi dementes tam valuisse manus.

Subturpis/& hoc subturpe, Adiectiuum, Parum turpe. Cic. 1. de Orat. 147, Exprimenda enim sunt, & ponẽda ante oculos ea, quæ videantur & verisimilia, quod est proprium narrationis: & quæ sint, quod ridiculi proprium est, subturpia.

Subturpiculus, pen. cor. Diminut. Cic. ad Atticũ, lib. 4. 74. 1, Quid? etiam (dudum enim circunrodo quod deuorandum est) subturpicula mihi videbatur esse ταπεινόφρων.

Subtus/Aduerbium. Idem quod sub. Varro 1. de Re rust. cap. 9. 3, Labris subnigris aut rubicũdis, neque resimis superioribus, neque pendulis subtus, mento suppresso. Lucret. lib. 6. 174,

Extemplo subtus frigescit terra, coitque.

Subucula/subúculæ, penul. corr. Genus vestis, quæ ferè ex lino fit. Dicta, quòd ea subter induamur. Varro de vita Populi Rom. lib. 1, Postquam binas tunicas habere cœperunt, instituerunt vocare subuculam, & indusium. Horat. 1. epist. 1. 10,

-si fortè subucula pexæ Trita subest tunicæ.

¶ Subucula, Libum quod diis dabatur ex alica, oleo, & melle compositum. Festus.

Subuculãtus, pen. prod. Adiect. Subucula indutus. Quintil. libro 8. cap. 3, Nec à verbis modò, sed à nominibus quoq; deriuata sunt quædam, vt à Cicerone subuculatum, & ab Asinio fimbriatum & figulatum. Alii legunt Sullaturit.

Subuecho/subuehis, subuexi, subuectum, subuehere, Extollere siue portare. Plin. lib. 31. cap. 1. 1, Sæpe etiam lapides subuehunt, portantes aliena pondera. Liu. 9. ab Vrbe, 74, Nam insessis omnibus viis per quas commeatus ex Samnio subuehebatur, fame domiti Samnites qui Lucerix in præsidio erant, legatos misere ad Consulem Romanum. Stat. 3. Sylu. 1. 18,

-quali te subuehat aura Doris. Ouid. 8. Metam. 161,
-illa dato subuecta per æra curru Deuenit in Scythiam.

Subuehi flumine aduerso. Liu. 4. bel. Pu. 180, Nuntiantes, Philippum primùm Apolloniam tentasse, leuibus biremibus l x x flumine aduerso subuectum.

Subuehere naues amne contrario. Plin. lib. 11. cap. 11. 3, Noctibúsque quina millia passuum contrario amne naues subuehũt.

Subuehi ad arcem. Virgil. 11. Æneid. 31.

Subuehere in altitudinem. Plin. lib. 36. cap. 12. 6, Quæstionum summa est, quanam ratione in tantam altitudinem subuecta sint cæmenta.

Subuecto, subuectas, subuectare, frequẽtatiuum. Plaut. Asin. 7. 74, Ipsos qui tibi subuectabant rure huc virgas vlmeas. Virgil. 6. Æne. 61, Et ferruginea subuectat corpora cymba. Silius lib. 4. 5,

-subuectant saxa, cauásque
Retractant tueres, edit quas longior ætas. Stat. 1. Sylu. 6. 7,
Hi panaria, candidáque mappas
Subuectant, epulásque lautiores.

Subuectio, subuectiõnis, Verbale, Ipse subuehendi actus. Cæsar 7. bel. Gall. 34, Sin maturius ex hybernis educeret, ne ab re frumẽtaria duris subuectionibus laboraret.

Subuectus, subuectus, subuectui. Tacit. lib. 15, Et prouisi antè commeatus, quorum subuectu, &c.

Subuenio/súbuenis, pen. corr. subuẽni, pe. prod. subuentũ, subuenire, Interuenire. De hoc significatu nullũ exemplum reperi.

¶ Subuenire, Adiuuare, propitiũ esse. Plaut. Aulul. 13. 24, Apollo quæso súbueni mihi, atque adiuua. Idem Asin. 7. 43,

-audacter licet
Sis amanti subuenire familiari filio. Idem Aulul. 16. 3, Ni subuenisset eorum, periissem miser. Terent. Eunuch. 5. 5. 17,
-dicam hercle, etsi mihi magnum malum
Scio paratum: sed necesse est huic vt subueniat. Idem Adelp. 2. 1. 2, Subuenite inopi. Cic. ad Catonem, libro 15. 4. 11, Cùmque eo animo venissem, vt vtrique prouinciæ, si ita tempus ferret, subuenirem. Idem ad Plancum, lib. 10. 5. 7, His temporibus difficillimis Reipub. quicquid subueneris, id erit totum & proprium tuum.

Succurrere & subuenire. Cæsar 5. bel. Gal. 166, Succurrit inimicus illi Varenus, & laboranti subuenit.

Homini iam perdito, & collum in laqueum inferenti subuenire. Cic. 6. Verr. 31.

Curis subuenit sentẽtia. Stat. 1. Thebaid. 54, Subuenítque ruit sera hæc sententia curis.

Erroribus subuenire. Cic. 4. Acad. 84, Nã qui voluit subuenire erroribus Epicurus, is qui videntur conturbare veri rationẽ, &c.

Grauedini quæso omni ratione subueni. Cic. Attic. li. 16. 334. 4.

Acrioribus salutis suæ remediis subueniendum putauit. Cic. pro Cluentio, 51.

Solicitudini alicuius subuenire, Opem ferre, adesse. Cic. ad Curionem, lib. 2. 5. 12.

¶ Subuenítur, pe. prod. Impersonale. Plin. lib. 11. ca. 18. 5, Tunc quoque ni subueniatur, fame moriũtur. Idẽ lib. 7. ca. 51. 1, Auiola Consularis in rogo reuixit: & quoniam subueniri non potuerat prævalente flamma, vinus crematus est. Cic. de Aruspicum resp. 54, Idémq; earum templũ inflammauit dearum, quarum ope etiam aliis incendiis subuenitur.

Huic rei subuentum est. Cic. ad Atticum, lib. 1. 12. 13, Huic quoque rei subuentum est maxime à nobis.

Subuentũrus, pen. prod. Participium. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 6,

Quod si Neptuni ventura potentia vincat,
Et subuenturos auferat vnda deos.

Subuento, subuentas, subuentare, Frequẽtatiuum. Plaut. Rud. 6. 11.

Spes bona obsecro subuenta mihi.

Subuerbusta/subuerbustæ, Verubus vsta dicitur, inquit Festus. Plautus, Viscerosam, compeditam, subuerbustam, sordidam.

Subuereor/subuerêris, pen. prod. subuéritus sum, subuereri, Aliquantum vereri. Cic. ad Marcellum, lib. 4. 10. 1, Venit enim mihi in mentem subuereri interdum, ne te delectet tarda decessio.

Subuerto/subuertis, subuerti, subuersum, subuertere, Verbum rusticũ, id significãs quod fit dũ terra vel aratro, vel alio quouis instrumento super semina coniicitur, & ita vndecunque vertitur, vt ipsum semen operiatur. Colum. lib. 11. ca. 2. 34, Itẽ qui lupinum stercorandi agri causa serit, nũc demũ aratro subuertit.

¶ Subuertere, Demoliri, destruere. Salust. in Iugurtha, Probarémne tantum flagitium, an decretum Consulis subuerterent, parum constabat. Plin. lib. 15. cap. 18. 9, Quum Syluani simulachrum subuerteret.

Operum subuertere moles. Ouid. 6. Fast. 119.

¶ Subuertere, pro Perdere calumnijs. Tacit. lib. 3, Quum omnis domus delatorum interpretationibus subuerteretur. Item, Quæ florentes priuignos quum per occultum subuertisset, misericordiam erga afflictos ostentabat.

Subuersus, Participium: vt Maiestas foliorum subuersa iacet. Lucretius lib. 5. 129.

Subuerso, subuersas, subuersare, Frequentatiuum. Plaut. Curcul. 9. 23. Vel qui ipsi vortant, vel qui alii subuersandos præbeant.

Subuexus / Adiectiuum, vt connexus dicitur, & deuexus. Liu. 5. bel. Pun. 196, Omnia fastigio leni subuexa.

Subuiridis / & hoc subuiride, pe. corr. Aliquãtum viride. Plin. lib. 37. cap. 10. 10, Balanitæ genera duo habent, subuirides, & Corinthii æris similitudine. Idem libro 25. cap. 9. 10, Therionaca fruticosa, foliis subuiridibus, flore roseo.

Subula / subulæ, pen. corr. Instrumentum cerdonũ, quo ad perforandos calceos ac suendos vtũtur. Martial. lib. 1. 16, Quódque tibi tribuit subula, sica rapit. Columel. libro 6. cap. 5. 4, Ænea subula pars auriculæ latissima circunscribitur, ita, &c.

Subulo / pen. corr. subulõnis, m. g. Lingua Hetrusca dicitur tibicẽ. Ennius, Subulo quondã vicinas propter astabat aquas. Fest°.

Subulones dicuntur cerui, quibus sunt cornua simplicia, miniméque ramosa, ad subularum similitudinem. Plin. lib. 11. cap. 37. 3, Aliis simplicia tribuit, vt in eodem genere subulonibus ex argumento dictis. Idem lib. 28. cap. 17. 3, Sunt & qui suum fimi cinerem profuisse scripserint in passo: & cerui pulmonem, maximè subulonis, &c.

Subulcus / subulci, m. g. Qui suum dux est: cuique porcorum nutriendorum cura commissa est. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 4. 11, Altitudinis haræ modus sit, vt subulcus facilè circunspicere possit, nequis porcellus à matre opprimatur. Colum. in Præfat. lib. 1. 11, Porculatoris verò & subulci diuersa professio, diuersæ pastiones.

Subuolo / subuolas, pen. corr. subuolare, Paululum volare, vel Sursum volare. Colum. lib. 8. ca. 8. 10, Pulli verò facilius sub matribus pinguescũt, si iam firmis prius quàm subuolent, paucas subtrahas pinnas, & obteras crura, vt vno loco quiescant. Plin. lib. 10. ca. 8. 2, Itaque & columbæ nouere ex iis pericula, visúque considunt, aut subuolant. Ouid. 14. Metam. 101,

-numerúsque ex ordine maior
Subuolat, & remos plausis circunuolat alis.

In cælestem locum subuolare. Cic. 1. Tuscul. 63, Eam porrò naturam esse quatuor omnia gignentium corporum, vt quasi partita habeant inter se & diuisa momenta, vt terrena, & humida suopte nutu, & suo pondere ad pares angulos in terrã & in mare ferantur: reliquæ duæ partes, vna ignea, altera animalis, vt illæ superiores in medium locum mũdi grauitate ferantur & pũdere, sic hæ sursum rectis lineis in cælestem locum subuolent, siue ipsa terra superiora appetente, siue quod à grauioribus leuiora natura repellantur.

Subuoluo / subuoluis, subuóluere. Virgil. 1. Æneid. 86,

Instant ardentes Tyrii, pars ducere muros,
Molirique arcem, & manibus subuoluere saxa.

SVBVR, est Hispaniæ oppidum ad flumen Rubricatum, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 3. vulgò *Cabillet*.

Suburbia / suburbiorũ, n. g. plu. n. Quasi via sub vrbe, hoc est vrbi contiguæ: sunt frequentes extra vrbẽ domus instar vici vrbani ædificatæ. Cic. 12. Philipp. 335, Hisce ego me viis cõmittam, qui Terminalibus nuper in suburbiũ, vt eodem die reuerterer, ire non ausus sim? Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 18, In eius sermone ego vtrunque soleo admirari, & te de suburbano emendo, quum ad illum scribas, non modò ad me non scribere, sed etiam aliam in sententiam de suburbio scribere. Vetus exemplar de suburbano legit.

Suburbãnum, suburbãni, & pluraliter suburbãna, pe. prod. Significat prædium extra vrbem. Suburbana in plurali tãtum, significat frequentias domorum extra vrbem, quæ tamen sub vrbe sint. Plin. epist. 11. lib. 3, Fui apud illum in suburbano. Suet. de Augusto, cap. 6. Nutrimentorum eius ostenditur adhuc locus in antiquo suburbano iuxta Veliternas permodicus.

Deportare aliquid in suburbana amicorum. Cic. 3. Verr. 37.

Suburbãnus, pen. prod. Adiect. vt Suburbanus ager, qui vrbi vicinus & proximus est. Ci. 1. de Diuin. 105, Ita aqua Albana deducta ad vtilitatem agri suburbani non ad arcẽ vrbémque retinendã.

Fundus suburbanus. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 13.

Gymnasium suburbanum. Cic. 1. de Orat. 49.

Hortus suburbanus. Cic. pro Rabirio Posthum. 16.

Hortulus suburbanus. Plin. lib. 35. cap. 10. 38.

Littora suburbana. Plin. lib. 9. cap. 18, Mulum L x x x librarũ in Mari rubro captum Licinius Mutianus prodidit, quanti mercatura eum luxuria suburbanis littoribus inuentum?

Regio suburbana Italiæ. Col. li. 11. ca. 1, Multi etiã, si pluuius est cæli status, sicut suburbana regione Italiæ pãpinis vitẽ spoliãt.

Rura suburbana. Horat. 1. epist. 9. 15.

Rus amœnum & suburbanum. Cic. pro Rosc. Amer. 79.

Villa suburbana. Catull. ad Fundum, 41. 1.

Suburbánitas, pen. prod. suburbanitãtis. Cic. 4. Ver. 5, Et quoniam quasi quædã prædia Populi Rom. sunt vectigalia nostra, atque prouinciæ, quemadmodum propinquis vos vestris prædiis maximè delectamini: sic Populi Ro. iucunda suburbanitas est huiusce prouinciæ.

SVBVRRA, Suburræ, Vicus Romæ: à quo regio Suburrãna dicta est, vt scribit Iunius: ab eo quòd fuerit sub vrbe antiqua. Varro verò à pago Succusano, putat dictã Succusam: inde mutatis literis Suburram. Cuius rei indicium est, quòd antiquitus per c literam, nõ per b scribebatur. Hinc Suburrãnus, pen. prod. Adiectiuum. vt Regio Suburrana, in qua meretricum diuersoria erant: quæ ob id Suburranæ dicuntur à poetis. Hæc Sipõtinus ex Festo. Martial. lib. 6. 65, Famæ nõ nimium bonæ puellam,
Quales in media sedent Suburra,
Vendebat modò præco Gellianus. Liu. 3. ab Vrbe, 56, Premebat reum præter vulgatam inuidiam crimen vnum, quòd M. Volscius Fictor, qui ante aliquot annos Tribun° plebis fuerat, testis extiterat, se haud multo postquam pestilentia in vrbe fuerat, in iuuentutem grassantem in Suburra incidisse. Plin. lib. 18. cap. 3. 5, Itaque quatuor solæ erant à partibus vrbis, in quas habitabant, Suburrana, Palatina, Collina, Exquilina. Horat. Epod. 5. 13, Latrent Suburranæ canes.

Subuulturius, Adiectiuum, Corpus subuulturium Plauto dictum rapiens ad se homines, quemadmodum solent vultures.

Rudente, 11. 9, -eia corpus cuiusmodi
Subuulturium?

Succedo, succẽdis, pen. prod. successi, successum, succedere, Subire. Datiuo iungitur. Virgil. 3. Georg. 84,

Aut tecto assuetus coluber succedere, & vmbræ,
Pestis acerba boum, pecorique aspergere virus.

Succedere, Ingredi. Virgil. 8. Æneid. 25, Et nostris succede penatibus hospes. Idem 4. Æneid. 2, Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes?

Rex iussæ succedit aquæ. Ouid. 11. Metam. 19.

Antro succedimus. Virg. 5. eclog. 4.

Succedere muris, portis, &c. Liu. 3. bel. Pun. 104, Quem vt successisse muris Marcellus vidit, instructa intra portam acie cum magno tumultu erupit. Cæsar 2. bel. Gall. 155, Murúsque defensoribus nudatus est, testudine facta portis succedunt, murúmque subruunt.

Tectis succedere, Domum ingredi. Ouid. 1. Metam. 154, Constitit ante domum (neque enim succedere tectis Fas habet).

Terris alicuius succedere. Virg. 7. Æneid. 43.

Imo successit tumulo. Virg. 5. Æneid. 19.

Acies Romana successit vallo, Vide **Acies**.

Paruæ succedimus vrbi. Virg. 3. Æneid. 55.

Ad muros succedere. Liu. 8. ab Vrbe, 31, Et militum quidem is erat ardor, vt iam inde cum scalis succedere ad muros vellent, euasurósque contenderent. Ibidem, lib. 1. 117, Albano non plus animi erat, quàm fidei: nec manere ergo, ne transire apertè ausi, sensim ad montes succedit.

Aliquò succedere. Cic. pro Domo sua, 89, Posuit scilicet Statonem illum hominem sua virtute egentem, vt is qui in Marsis vbi natus est, tectum quo imbris vitandi causa succederet, nullum haberet.

Murum succedere. Tacit. lib. 1, Vt si murum succederent. Sic Liu. lib. 7. Decad. 3, Et assuetudine succedendi muros, & pertinacia animi subierunt primi.

Minutatim succedere. Lucret. lib. 6. 140, A' pedibúsque minutatim succedere frigus.

Subire & succedere sub. Cic. 1. de Orat. 73, Omnia sub acumen styli subeant & succedant necesse est.

¶ Succedere, In alterius locum venire. Cicero in Pisonem, 70, Quum tu non solùm quòd tibi succederetur, sed quòd Sabinio non succederetur, exanguis & mortuus concidisti. Idẽ ad Cassium, libro 12. 4. 5, Dolabella valde vituperabatur ab hominibus non insulsis, quòd tibi tam citò succederet. Cæsar 5. belli Gall. 64, Stationésque dispositas haberent, atque alios alii deinceps excipierent, integrique & recentes defatigatis succederent. Ibidẽ, lib. 3. 367, Sed hoc superari, quòd diuturnitate pugnæ ho-

res defeſſi, quum prælio excedebant, aliis integris viribus ſuccedebant.

Succedere in locum alterius. Cic. ad Brutum, 13.1, Sororis meæ liberos obliniſcaris eſſe Lepidi filios, méq; his in patris locũ ſucceſſiſſe exiſtimes. Idem 3. Off. 100, Quid ergo hic non noceat, qui quodam quaſi veneno perficiat vt veros hæredes moueat, in eorum locum ipſe ſuccedat? Columel. libro 12. in Proœm. 9, Quoniam & villici quoque ſucceſſerunt in locum dominorum qui quondam priſca conſuetudine non ſolùm coluerant, ſed habitauerant rura. Liuius 2. bel. Maced. 41, Et vt auerteret rem à ſuſpicione, biduo inſequenti laceſſere hoſtem diſpoſitis ab omni parte copiis, ſuccedentibúſque integris in locum defeſſorũ, non deſtitit.

In vicem alterius ſuccedere. Plinius lib. 11. cap. 37. 10, Sed exẽpta modicè non ſunt lethalia, in vicem eorum ſuccedente corporea cicatrice.

Succedere in orbem prælio. Liuius 6. ab Vrbe, 20, Labórque continuus non die, non nocte remiſſus ſubegit eos, quũ in ſex partes diuiſus exercitus Romanus ſenis horis in orbem ſuccederet prælio.

Succedere in pugnam. Liu. 9. ab Vrbe, 144, Commota equeſtri acie Samnitium, eques in pugnam ſuccedit.

Succedere in paternas opes. Liu. 1. bel. Pun. 8, Actáque res in Senatu etiam fuerat: Barchinis nitentibus vt aſſueſceret militiæ Annibal, atque in paternas ſuccederet opes.

Succedere ſub primam aciem. Cæſar 1. Gall. 95, Ipſi conferti ſſima acie, reiecto noſtro equitatu, phalange facta ſub primam noſtram aciem ſucceſſerunt.

Succeſſit vicarius muneri alterius. Cic. 6. Verr. 73, Succedã ego vicari' tuo muneri, ſuſcipiã partes quas alienas eſſe arbitrabar.

Ad ſummum ſuccedere honorem. Lucret. lib. 5. 226.

Alicui ſuccedere. Cic. de Clar. Orat. 43.

Proximè alicui ſuccedere. Quintil. lib. 1. cap. 9. 2, Igitur Æſopi fabellas, quæ fabulis nutricularum proximè ſuccedunt, narrare ſermone puro, &c.

Si proinde, vt ipſe mereor, mihi ſucceſſerit. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4. 9.

Nihil ſemper floret, ætas ſuccedit ætati. Cic. 11. Philipp. 318.

Honori alicuius ſuccedere Ouid. 2. Metam. 119.

Orationi ſuccedere. Cic. pro Corn. Balbo, 2.

Magnis ſuccedere, & æquales habere. Cic. in Orat. 56.

¶ Succedere, Proſperè cedere, & euenire. Plin. Mil. 16. 7, Bono animo es, negotium omne iam ſuccedit ſub manus. Ibidem, 11. 58, Lepidè hoc ſuccedit ſub manus negotium. Terent. And. 4. 1. 46, Hac non ſucceſſit, alia aggrediemur via. Liu. 8. ab Vrbe, 130, Vt ſi ſucceſſiſſet incœptum, cogitaret Populus Rom. potius cum quanto ſtudio, periculóque reditum in amicitiã ſuam eſſet, quàm qua ſtultitia & temeritate de officio deceſſum.

Si quando minus ſuccederet, magnum tamen periculum non adibit. Cic. in Orat. 53.

Succedit ex ſententia. Cic. ad Brutum, 9. 4, Nos te, tuúmque exercitum expectamus, ſine quo, vt reliqua ex ſententia ſuccedant, vix ſatis liberi videmur fore.

Si ex ſententia ſucceſſerit, bene erit opera poſita. Cic. Q. fratri, lib. 2. 15. 6.

Melius ſuccedit tempus. Cæſ. 3. bel. Ciuil. 198, Tum commeatus omni genere præter frumentum abundabat, quibus quotidie melius ſuccedere tẽpus, maiorémque ſpem maturitate frumentorum proponi videbant.

¶ Succeſſit, pro Accidit. Plin. lib. 28. cap. 8. 6, Quòd ſi ſucceſſerit alienari mente, ac vel ex equo hominem decidere.

¶ Succeſſum eſt, Imperſonaliter. Cic. ad Plancum, lib. 13. 30. 6, Qui quum fortè Quæſtor Macedoniam obtineret, neque ei ſuccеſſum eſſet, Pompeius in eam prouinciam cũ exercitu venit.

Succeſſus, Adiect. paſſiuũ, Quod proſperè ceſſit. Ci. ad Tironẽ, lib. 16. 21. 6, Nam quum omnia mea cauſa velles mihi ſucceſſa, tum etiã tua: ſociũ enim te meorũ commodorũ ſemper eſſe volui.

Succeſſus, huius ſucceſſus, ma. g. Euentus tam bonus quàm malus: ſæpius tamen bonus. Virg. 2. Æneid. 78, Atque hîc ſucceſſu exultans animiſque Chorœbus. Liu. 2. ab Vrbe, 119, Inde conſilium ex re natum, inſidiis ferocem hoſtem captandi, gaudere etiam multo ſucceſſu Fabiis audaciam creſcere.

Succeſſus & euẽtus. Plin. lib. 28. ca. 8. 18, Super omnia eſt, quòd extremam fiſtulam inteſtini contra ducum ac poteſtatum iniquitates commonſtrat, & ad ſucceſſus petitionum, indiciorũque ac litium euentus, ſi omnino tantum aliquis ſecum habeat.

Acrior ipſo ſucceſſu. Virgil. 5. Æneid. 41.

Lætior ſucceſſu. Ouid. 8. Metam. 77.

Succeſſus proſperi. Liu. 1. ab Vrbe, in præfatione, 8. Cũ bonis potius omnibus votiſque ac precationibus deorũ dearúmque, ſi vt poetis, nobis quoque mos eſſet, libentius inciperemus, vt orſis tanti operis ſucceſſus proſperos darent.

Augere ſucceſſus nouis ſucceſſibus. Claud. 1. Paneg. 1.

Carere ſucceſſu. Ou. epi. 1. 4, Flebã ſucceſſu poſſe carere dolor.

Vrgere ſucceſſus ſuos. Lucan. lib. 1. 30.

Succeſſa, ſucceſſorum, plur. num. Ouid. 2. Metam. 158,

Murmura parua dedit, ſucceſſorúmque Mineruæ Indoluit.

Succeſſor, Succeſſôris, Qui ſuccedit. Martial. lib. 9. 50, Sic quaſi Pythagoræ loqueris ſucceſſor & hæres. Cic. ad Caninium, lib. 2. 16. 9, Marium quidem ſucceſſorem tardè video eſſe venturum. Idem ad Q. fratrem, lib. 1. 2. 13, Succeſſorem habes perblandum.

Succeſſorem mittere vel dare alicui, eſt quod nunc *Officium auferre* vulgò dicimus. Lampridius de Alexandro, Si vnquã alicui præſentium ſucceſſorem dedit, ſemper illud addidit, Gratias tibi agit Reſp. eúmque ita muneratus eſt, vt priuatus poſſet honeſtè viuere. Capitolinus in Antonium, Succeſſorem viuenti iudici nulli dedit, niſi Orphito præfecto vrbis. Budæus. Ouid. 4. Triſt. eleg. 9. 11, -nec auara Tibullo

Tempus amicitiæ fata dedêre meæ.

Succeſſor fuit hic tibi Galle, Propertius illi,

Quartus ab his ſerie temporis ipſe fui. Idem 4. de Põto, ele. 9. 12, Succeſſor tanti frater honoris erit.

Quum ſucceſſor aliquid immutat de inſtitutis priorum. Cic. pro Flacco, 16.

Præfinit enim ſucceſſori diem. Cic. de Prouinc. Conſul. 30.

Succeſſio, ſucceſſiônis, Verbale, Ipſe ſuccedendi actus. Plin. lib. 12. cap. 14. 3, Feruntque M M M non amplius eſſe familiarium, quæ ius per ſucceſſiones id ſibi vindicent.

Succeſſio in locum. Iunius ad Atticum in epiſt. ad Brutũ, 17. 3, Quid hoc mihi prodeſt, ſi merces Antonii oppreſſi poſcitur, in Antonii locum ſucceſſio?

Succeſſio voluptatis. Cic. 1. de Finib. 58, Vt enim quũ cibo potioneque fames, ſitiſque depulſa eſt, ipſa detractio moleſtiæ cõſequutionẽ affert voluptatis: ſic in omni re doloris amotio ſucceſſionem efficit voluptatis.

Succeſſio prouinciarum. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 1. 7, Præterea Marcellus quod adhuc nihil retulit de ſucceſſione prouinciarum Galliarum. Idem eidẽ, lib. 8. 4. 11, Placitum eſt vt quũ primùm ad vrbem reuerteretur Cn. Pompeius, vt coram eo de ſucceſſione prouinciarum ageretur.

Succedaneus, Adiectiuum, Suppoſitus vicarius. Plaut. Epid. 3. 37,

Mén' piacularem oportet fieri ob ſtultitiam tuam,

Vt meum tergum ſtultitiæ tuæ ſubdas ſuccedaneum? Legitur & ſuccidaneum, pro eodem.

Succedaneus alieni periculi. Vlpian. de adminiſtratione tutorũ. L. Si plures. Planè ſi non cõſentiant res Prætori, ſed velint omnes gerere, quia fidem non habet electo, nec velint ſuccedanei eſſe alieni periculi: dicẽdum poſt Prætorem permittere eis omnibus gerere.

Succendo/ſuccendis, ſuccendi, ſuccenſum, ſuccendere, Incendere. Liu. 8. bel. Pun. 110, Quum turbam fœminarum puerorúmq; imbellem, inermémque ciues ſui cæderent, & in ſuccenſum rogum ſemianima pleraque iniicerent corpora, &c.

Crines ſuccendit flammã. Lucan. lib. 6. 36.

Claſſica ſuccendere cantu. Lucan. lib. 6. 34.

Succenſus, Particip. vt Ignibus ſuccenſis torreri. Cic. in Piſonẽ, 33.

Amore alicuius ſuccenſus. Ouid. epiſt. 21. 34.

Ira ſuccenſus. Silius lib. 1. 34.

Mero multo ad bella ſuccenſi Lapithæ. Sene. Herc. fur. 9. 33.

Ira ſuccenſa rabie. Claud. 7. Paneg. 49.

Mentes ſuccenſas agit libido. Sene. Hippol. 4. 37.

Succenſeo/ſuccenſes, ſuccenſui, ſuccenſere, In re graui, & iuſta iraſci, vt ait Donatus. Idem alio loco, Succenſere, inquit, is dicitur, qui quum amare debeat, læſus iraſcitur. Plaut. Aſin. 3 36,

-aut cur poſtremò filio ſuccenſeam,

Patres vt faciunt cæteri? Idem Milite, 10. 101, Iampridem quia nihil abſtulerit, ſuccenſet cellaria. Idem Capt. 2. 22, An obſecro hercle te, id nunc ſuccenſes mihi? Id eſt an propter id, vt interpretatur Donatus. Terent. And. 1. 3. 2,

Si id ſuccenſeat nunc, quia non det tibi vxorem Chremes,

Ipſus ſibi eſſe iniurius videatur. Ibidem, 4. 1. 30,

-& is nunc propterea tibi

Succenſet: nec te quiuit hodie cogere, illam vt duceres. Cic. 4. Acad. 22, Cur mihi magis ſuccẽſetis qui iſta nõ aſpernor, quàm eis qui quum audiunt, deſipere nos arbitrantur? Idem ad Atticum, lib. 2 16. 16, Mihi quòd defendiſſem, leuiter ſuccẽſuit. Ouidius epiſt. 16. 7, Nec tamen iraſcor: quis enim ſuccenſet amãti? Idem 4. de Ponto, elegia 14. 3, Talia ſuccenſent propter mihi verba Tomitæ.

Non enim iam metuo ne tu illi ſuccenſeas: illud vereor, ne

tibi illum ſuccenſere aliquid ſuſpicêre. Cic. pro Deiotaro, 15.

Dii hominibus iraſci & ſuccenſere conſuerunt. Cice. pro Roſcio Comœdo, 17.

Succenturio/ ſuccenturias, ſuccenturiare, Propriè ſignificat explendæ centuriæ gratia numerum ſupplere, authore Feſto. A re militari tranſlatio facta, vt ait Donatus.

Succenturiâtus, pe. prod. Adiectiuum. vnde Succenturiati milites dicuntur, non primæ, ſed ſecundæ centuriæ, vbi ad inſidiandum maximè collocabantur: ex quo in ſuccenturiis, quaſi in inſidiis, quempiam poſitum appellamus. Terent. Phorm. 1. 4. 54.

Nunc prior adito tu: ego in inſidiis hîc ero Succenturiatus.

Succerda/ ſuccerdæ, Stercus ſuillum. Titinnius, Quid habes, niſi vnam arcam ſine claue, cò condis ſuccerdas? Feſtus. Fortaſſe ſcribendum Suſcerda, vt Muſcerda.

Succerno/ ſuccernis, ſuccreui, ſuccrêtum, pen. prod. ſuccernere, Separare, ſecernere. Plinius lib. 18. ca. 11. 11, Farinario cribro ſuccernũt. Plaut. Pſeud. 7. 10, Nam iſte quidẽ gradus ſuceretus eſt cribro pollinario. Cato ca. 18. 5, Eo calcẽ cribro ſuccretam indito alitè digitos duos. Idem cap. 15, Vinaceos quotidie recentes ſuccernito lectos exiccato reſtibus ſubtentis.

Succernere de. Cato cap. 37. 1, Partẽ de nucleis ſuccernito, & in lacum coniicito.

Succeſſor/ **Succeſſio**/ Vide **Succedo.**

Succido/ ſuccidis, ſuccidi, ſucciſum, pen. prod. ſuccidere, Ex ſub & cædo. Plin. lib. 13. cap. 4. 10, Germinantes rurſus ab radice ſucciſæ. Idem lib. 16. cap. 11 1, Poſtea tota arbor ſucciditur, & medulla eius vritur. Liu. 3. bel. Pun. 111, Succiſa arbor. Ouid. 4. Faſt. 47, Naiada vulneribus ſuccidit in arbore factis.

Trunco ſucciſa fagus Senec. Here. Œtæo, 13. 3.

Nemus ſucciſum. Lucan. lib. 4. 28.

Segetes ſuccidere. Virg. 1. Geor. 69, At rubicunda Ceres medio ſucciditur æſtu. Cæſar 4. bell. Gall. 598, Omnibus eorum agris vaſtatis, frumentis ſucciſis, &c.

Seges ſucciditur enſe. Silius lib. 15. 105.

Succidaneus, Adiect. vnde Succidaneæ hoſtiæ dicebantur, quæ ſecundo loco cædebantur. Apud veteres enim, ſi primis hoſtiis litatum nõ fuerat, aliæ poſt eaſdẽ ductæ, hoſtiæ cædebãtur duæ, quæ prioribus iam cæſis, luendi piaculi gratia ſubdebantur.

Succidaneus. pro Vicario, Vide Succedaneus in **Succedo.**

Succidia, ſuccidiæ, Tergum, ſiue maſſa carnis porcina ſalita, & in neceſſariam vſum ſeruata: quæ quoties opus eſt, ſucciditur. Nonius ſuccidiam pro lardo exponit. Succidia autem continet pernam, petaſonem, & lardũ. Varro lib. 4. de Ling. Lat. Non à ſuccidendo, ſed à ſuibus cædendis, ſiue edendis. nam id pecus primũ occidere cœperunt domini: & vt id ſeruarent, ſalire. Idem de Re ruſt. lib. 2. ca. 4. 3, Quis enim noſtrum fundum colit, quin ſues habeat, & qui non audierit patres noſtros dicere, ignauum & ſumptuoſum eſſe, qui ſuccidiam in carnario ſuſpenderit potius ab laniario, quàm ex domeſticofundo. Ibidem, 10, E quas ſuccidias Galli optimas & maximas facere conſueuerunt.

Succidia, per tranſlationem. Cic. de Senect. 51, Iam ortum ipſi agricolæ ſuccidiam alteram appellant. Id eſt, vt ait Nonius, ſucceſſionem neceſſariam.

Súccida, ſúccidæ, pen. corr. Lana, à ſuccidẽdo: quòd talis ſit, qualis ſuccida eſt hoc eſt plena ſordibus. Varro de Re ruſt. lib. 2. ca. 11. 5, à ſudore deriuat: dicit enim, Tõſuræ tempus inter æquinoctiũ vernum & ſolſtitiũ, quum ſudare incœperunt oues: à quo ſudore, recens lana tonſa, ſuccida eſt appellata. Iuuen. Saty. 5. 3,

Qualis ſcena tamen? vinum quod ſuccida nolit
Lana pati. Plin. lib. 28. ca. 19. 1, Mulierum purgationes adiuuat fel taurinum lana ſuccida appoſitum. Martial. lib. 11. 28,

Aut quum perfricuit frontem, poſuitque pudorem,

Succida palliolo vellera quinque petit. Colum. lib. 6. cap. 15, Succida lana inuolatum. Celſus lib. 4. cap. 4. de tuſſi, Imponẽdáque extrinſecus ſupra id quod dolet, lana ſuccida ex aceto eſt.

Succiſiuus, pen. prod. Adiect. vnde Succiſiuum tẽpus, dicitur quod ſubtrahitur & ſucciditur à rebus neceſſariis & vrgentibus, vt ad aliquem vſum accommodemus. Gellius lib. 20. cap. 11, Quantum autem vitæ mihi deinceps deũm voluntate erit, quãtũmque à cura publica, & à re familiari, procurandóque cultu liberorum meorũ dabitur otium, ea omnia ſucciſiua & ſubſecũdaria tẽpora ad colligendas huiuſcemodi memoriarũ delectatiũculas conferã. Plin. in Præf. 7, Homines enim ſumus, & occupati officiis: ſucciſiuiſque tẽporibus iſta curamus, id eſt nocturnis, nequid putetis veſtris ceſſatum horis. Dies vobis impendimus. Cum ſomno valetudinem computamus, &c. Cicero 1. de Legib. 13, Succiſiua quædam tempora incurrunt, quæ ego perire non patior: vt ſiqui dies ad ruſticandum dati ſint, ad eorum numerum accommodentur quæ ſcribimus.

Succiſiuæ operæ, Quæ poſt neceſſarias fiũt, & quaſi intermiſſariæ. Cic. 2. Philip. 44, Nec verò tibi de verſibus reſpondebo: tãtum dicam breuiter, neque illos, neque vllas te omnino literas noſſe: me nec Reip. nec amicis vnquam defuiſſe: & tamẽ omni genere monimentorũ meorum perfeciſſe operis ſucciſiuis, vt meæ vigiliæ, meæq; literæ & iuuentuti vtilitatis, & nomini Romano laudis aliquid afferrent. Idem 1. de Orat. 198, An ſe neſcire, quæ ego ſerò, quæ curſim arripui, quæ ſucciſiuis operis, vt aiunt: iſte à puero ſummo ſtudio, ſummis doctoribus?

Temporum ſucciſiua. Quintil. lib. 1. cap. 12. 10, Quibus potius ſtudiis hæc temporum velut ſucciſiua donabimus?

In ſucciſiuũ eſſe, Menſorum agrorũ apud antiquos locutio, quum ad iugerum integrum peruenerant, & aliquid præter id quod demetiendũ erat, ſupereſſe videbatur. Varr. 1. de Re ruſt. cap. 10. 2, Adhoc principio mẽſores nonnunquam dicũt in ſucciſiuum eſſe vnciam agri, aut ſextantem, aut quid aliud, quũ ad iugerũ peruenerint. Scribitur & ſubciſiũ, integra præpoſitione.

Succido/ ſúccidis, ſúccidi, pen. corr. ſuccãſum. ſuccidere, Quaſi ſubtus cadere. Gellius, Iam continuo labore grauia genua ſuccciderant. Plaut. Curcul. 7. 30,

Tenebræ oboriuntur, genua media ſuccidunt.

P H. Laſſitudine hercle credo.

Artus ſuccidũt. Lucret. li. 3. 31. -ſonere aures ſuccidere artus.

Succiduus, Adiect. Quod eſt pronum ad caſum, ſiue fermè cadẽs. Ouid. epiſt. 16. 5, Succiduo dicor procubuiſſe genu.

Greſſus ſuccidui titubant. Claud. 3. de Raptu Proſerp. 31.

Poplite ſucciduo genua intremuẽre. Ouid. 10. Metam. 91.

Succidus, Vide **Succus.**

Succingo, ſuccingis, ſuccinxi, ſuccinctũ, ſuccingere, Subtus cingere, vt ſolemus quo expeditiores ſimus ad aliquod opus faciẽdum. Virgil. 6. Æneid. 111, Tiſiphonéque ſedens palla ſuccincta cruenta. Horat. 2. Serm. ſat. 7. 6. 11,

-veluti ſuccinctus curſitat hoſpes. Ouid. 13. Metam. 158,

Illa feris atram canibus ſuccingitur aluum,
Virginis ora gerens. De Scylla.

Veſtem ritu ſuccincta Dianæ. Ouid. 10. Metam. 106.

Miniſtri ſuccincti. Ouid. 4. Faſt. 85.

Succingere ſe canib⁹, armis, &c. pro Circũdare & ſepire copiis & potẽtia, vt ait Iudæus. Cic. 7. Verr. 114. Hoc etiã iſte infeſtior, quòd multo ſe plurib⁹ & maioribus canibus ſuccinxerat. Liu. 1. bel. Pu. 55, Iuuenẽ flagrantem cupidine regni, viámq; vnã ad id cernentẽ, ſi ex bellis bella ſerendo ſuccinctus armis legionibuſque viuat, velut materiam igni præbentes, ad exercitus miſiſtis.

Succinct⁹ cultro, ferro, pugione: hoc eſt qui ferrũ vel pugionẽ ſuccinctũ habet. Liu. 7. ab Vrbe, 17, Inſciẽtibus cũctis cultro ſuccinctus mane in vrbẽ atque à porta domũ confeſtim ad M. Põponium Tribunũ pergit. Idem 10. bel. Mac. 37, Quid inimicus ad iratũ? quid cũ ferro ſuccinctis iuuenib⁹ veniſ? Cic. 13. Philip. 371, Ser. Galbam eodem pugione ſuccinctum in caſtris videtis.

Gladio ſuccinctus. Author ad Herennium, lib. 4 234.

Pinus ſuccincta comas. Ouid. 10. Metam. 11.

Vrbs ſuccincta portubus, Circũſepta, ac munita. Cic. de Lege agrar. 85, Deleta Carthago eſt, quòd cum hominum copiis, tum ipſa natura ac loco ſuccincta portubus, armata muris, &c.

Neruis corpus ſuccinctum. Plin. lib. 10. cap. 17. 13.

Terrore ſe ſuccingere. Pli. in Pan. 79, Fruſtra ſe terrore ſuccinxerit, qui ſeptus charitate nõ fuerit. armis enim arma irritãtur.

Pectora ſuccincta curis. Stat. 5. Sylu. 1. 16.

Succinctus, Nomen ex participio. Plin. lib 16. cap. 10. 3, Eaſdem arbores alio nomine eſſe per oram Italiæ, quos tribulos vocant, plerique arbitrantur, ſed graciles, ſuccinctioréſque & enodes. Hoc eſt compactiores & denſiores.

Succingulum, ſuccinguli, pen. corr. Balteum, inquit Feſtus.

Succino/ ſúccinis, pen. corr. ſuccinere, Ex ſub & cano cõpoſitũ, Quaſi canendo ſubſequi, & inuicẽ reſpondere: vt ſolẽt mendici. Horat. 1. epiſt. 18. 10, -clamat Victum date. ſuccinit alter,
Et mihi diuiduo ſindatur munere quadra.

Succinum, ſúccini, pen. corr. Græcis electrum, Germani gentilitio nomine gleſſum appellãt: Autumno quibuſdam pinei generis arboribus exudatur, & vt gummi ex ceraſis, copia humoris erumpit, & rigore aut tepore autumnali denſatur. Intumeſcente æſtu raptum ex inſulis Septẽtrionalis Oceani expuitur in litus, ibique vadis inter cætera maris eructamenta rude colligitur. Ex Plinio libro 37. capite 3. 1. Ibidem, capite 2. 16, Proximum locum in deliciis fœminarum tamen adhuc tantum. ſuccina obtinent, eãdem omnia hæc quam gemmæ authoritatem, ſanè maiorẽ aliquibus de cauſis cryſtallina & murrhina, rigidi potus vtraq;. In ſuccinis cauſam ne deliciæ quidem adhuc excogitauerunt. Occaſio eſt vanitas Græcorum diligentiæ. Ibidẽ. ca. 3. 9, Succina etiam gemmis, quæ ſunt tranſlucidæ, adulterandi magnum habẽt locum, maximè amethyſtis, quũ omni

colore tingãtur. Succinum noſtræ officinæ (inquit Ruellius) ruráque, & vulgus medicorum ambram vocant citrinam: mauritani Izarabe. geſtant noſtræ mulieres decoris cauſa, quædã monilũ vice, aliæ in orbiculis quibus ſuas preces numerant. Plin. lib. 37. ca. 3. 1, Arboris ſuccũ eſſe priſci noſtri credidere, ob id ſuccinum appellantes.

Pinguia ſuccina. Iuuenal. ſaty. 6. 58.

Súccinus, pen. corr. Adiect. vt ſuccina gutta. Martial. lib. 6. cap. 15,

Dum Phaethontea formica vagatur in vmbra,
Implicuit tenuem ſuccina gutta feram. Pro Succinea.

Succipio, ſúccipis, ſuccépi ſucceptum, ſuccipere, Idem quod excipere. Virgil. 1. Æneid. 36, Succepitque ignem foliis.

Succiſiuum tempus, Vide **Succulo**/ſuccidis, pen. prod.

Succlamo/ſucclámas, pe. prod. ſucclamare, Idem quod acclamare. Liu. 6. ab Vrbe, 170, Obſecro vos Tarquinii Tribuni plebis putate me ex media concione vnum ciuẽ ſucclamare. Ibidem, lib. 3. 108, Hæc virginio vociferanti ſucclamabat multitudo, nec illius dolori, nec ſuæ libertati ſe defuturos.

Succlamare ad. Liu. 10. ab Vrbe, 119, Ain' tandem, inquit, num caſtra vallata non habetis ad hoc quum ſucclamatum eſſet: duplici quidem vallo, & foſſa: & tamen in ingenti metu eſſe.

Succlamãtũ eſt & frequẽter à militib⁹. Brutus Ciceroni, 11. 13. 6

Succlamatio, Verbale, Ipſe ſucclamandi actus. Liu. 10. bel. Maced. 146, Si ex eo quod aut inter ſe loquantur, aut ſucclamationibus apud concionantem imperatorem ſignificent, quid ſentiãt, &c. Idem 8. bel. Pun. 138, Vocati deinde ad concionem qui pridie venerãt, ferociter in forum ad Tribunal Imperatoris, vt vitro territuri ſucclamationibus, concurrunt.

Succo: trilla/Verbum antiquum, Vox tenuis & alta, authore Feſto. Titinnius, Fœmina fabula ſuccotrilla vocula.

Succollo/ſuccollas, ſuccollare, Collũ ſupponere, ſuſtollere, ſubleuare ceruicibus ſubiectis, quod proprie eſt eorũ qui aliquem in lectica geſtant. Sueton. de Nerone, Matris ſæpe lectica per publicum ſimul vectus eſt: ei ſuccollabãt bini duodenique ſerui, quib⁹ lõgo in itinere vicarium in laborem alii ſuccollabãt. Idem in Othone, cap. 6, Tunc abditus propere muliebri ſella in caſtra contendit: ac deficientibus lecticariis, quum deſcendiſſet, curſúmque cepiſſet, laxato calceo, reſtitit: donec omiſſa mora ſuccollatus, & à præſente comitatu imperator conſalutatus, inter fauſtas acclamationes, &c. Idem in Claudio Cæſare, cap. 10. Plin. lib. 35. cap. 10. 49, Sunt in eius exemplaribus nobiles paluſtri acceſſu villæ, ſuccollantium ſpecie mulieres labentes, trepidæque ferantur.

Succreſco/ſuccreſcis, ſuccréui, ſuccrẽtum, pen. prod. ſuccreſcere, Inferius vel paulatim creſcere. Plaut. Trinum, 3. 7,

-interim mores mali quaſi herba irrigua
Succreuerunt huberrimè. Colum. lib. 4. cap. 14. 2, Frequenter ſolum exercendum eſt, dum id incremento ſuo vites inumbrẽt, nec patiantur herbam ſuccreſcere. Ouid. 9. Metamorp. 71,

-ſuccreſcit ab imo,
Totáque paulatim lentus premit inguina cortex. Idem 8. Metam. 137, -hauſtum cratera repleri
Sponte ſua, per ſéque vident ſuccreſcere vina.

Succreſcere ætati alicuius. Cic. 3. de Oratore, 117, Non enim ille mediocris orator veſtræ quaſi ſuccreſcit ætati, ſed & ingenio peracri & ſtudio flagranti.

Succreſcere gloriæ ſeniorum. Liuius 10. ab Vrbe, 55, Et ſe gloriæ ſeniorum ſuccreuiſſe, & ad ſuam gloriam cõſurgentes alios lætum aſpicere, &c.

Succubi/dæmones dicũtur qui ſub humana ſpecie corporibus aſſumptis, ſe viris ſubiiciunt: Sicut incubi qui mulieres ineunt.

Succuba, pen. corr. dicitur, quæ ſe alieno marito ſubiicit, & alienũ thalamum violat. Ouid. epiſt. 6. 31, -lecti quoq; ſuccuba noſtri
Mœreat, & leges ſentiat ipſa ſuas.

Succumbo, ſuccumbis, ſuccũbui, ſuccũbitum, pe. corr. ſuccúmbere, Subiici, ſubtus cadere. vt Succũbere oneri. Liuius 6. ab Vrbe, 115, Cui ſuccumbere oneri coacta plebes.

Genu flexo ſuccumbere. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2. 1.

¶ Succũbere, ad animum relatũ, pro Frangi, & ita debili animo eſſe, vt ferre audacter quidpiam nequeamus. Cic. 1. de Fin. 153, Potius ergo illa dicantur, turpe eſſe viro debilitari, dolere, frangi, ſuccumbere.

Succubuiſſem enim potius ipſe. Cic. pro Domo ſua, 13.

Succumbentibus ſuccumbere, Brutus Ciceroni in epiſtolis ad Brutum, 16. 16.

Subuenire ſuccumbenti, oppreſſo oneribus alicuius. Cic. 1. de Lege Agraria, 71.

Animo ſuccumbere. Cic. 1. Tuſcul. 96, Pugiles verò etiã quum feriunt aduerſariũ, in factandis cæſtibus ingemiſcũt, non quòd doleant, animóve ſuccumbant: ſed quia profundenda voce omne corpus intenditur, venitque plaga vehementior.

Culpæ ſuccumbere. Virgil. 4. Æneid. 4.

Labori ſuccumbere. Cæſar 7. bel. Gall. 345, Ipſe adit reliquos, cohortatur ne labori ſuccumbant.

Doloribus ſuccumbere. Cic. 1. de Fin. 75, Vt enim mortis metu omnis quietæ vitæ ſtatus perturbatur: & vt ſuccumbere doloribus, cúſque humili animo imbecillóque ferre miſerum eſt, &c.

Fatis ſuccumbere. Lucan. lib. 8. 14.

Fortunæ ſuccumbere. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 11. 3, Non quo ita ſim fractus, vt aut hominem me eſſe oblitus ſim, aut fortunæ ſuccumbendum putem.

Fortunæ cedere & ſuccumbere. Cic. 3. Tuſcul. 63.

Precibus alicuius ſuccumbere. Ouid. epiſt. 3. 19.

Senectuti ſuccumbere. Cic. de Senect. 35, Quatuor robuſtos filios, quinque filias, tantam domum, tantas clientelas Appius regebat & ſenex & cæcus. Intentum enim animum tanquam arcum habebat, nec langueſcens ſuccumbebat ſenectuti.

Virtutem turbæ ſuccumbere vidit. Ouid. 7. Metam. 36.

Oculi ſuccumbunt. Ouid. 1. Metam. 144,

Talia dicturus, vidit Cyllenius omnes
Succubuiſſe oculos, adopertáque lumina ſomno.

Lumina neſcia ſuccumbere ſomno. Ouid. epiſt. 11. 10.

Succumbere viro dicitur mulier. Varro 1. de Re ruſt. cap. 19. 8, Necnon etiam hoc quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum viginti, quibus mos eorum non denegauit ante nuptias vt ſuccumberẽt quibus vellẽt, & incomitatus vt vagari liceret, & filios habere.

Succurro, ſuccurris, ſuccurri, ſuccurſum, ſuccurrere, Auxilium præſtare. Virg. 1. Æn. 117, Nõ ignara mali miſeris ſuccurrere diſco. Terẽt. Adel. 5. 3. 6, Reſciuit omnẽ rẽ, id nunc clamat ſcilicet: Paratæ lites, ſuccurrendum eſt.

Succurrere laborãtibus. Cæſ. 1. bel. Ciuil 21. Cic. 1. de Ora. 81.

Succurrere atque ſubire. Cic. pro Roſc. Amer. 18, Quoniã quidẽ ſemel ſuſcepi, licet Hercules vndique omnes terrores, minæ, periculáque impendeant omnia, ſuccurram atque ſubibo.

Succurrunt ſubſidia hæc tantis malis. Cæſar 3. bel. Ciuil. 193.

Dolori noſtro ſuccurre. Propert. lib. 2. eleg. 17. 3.

Expectationi aliquorũ q̃ celerrimè ſuccurrere. Cl. 2. de Or. 171.

Infamiæ communi ſuccurrere. Cic. 2. Verr. 2, Huic ego cauſæ Iudices cum ſumma voluntate, & expectatione Populi Rom. actor acceſſi, non vt augerem inuidiam ordinis, ſed vt infamiæ communi ſuccurrerem.

Labori alicuius ſuccurrere. Virg. 9. Æneid. 81.

Lapſis ſuccurrere. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 9. 3.

Miſeris ſuccurrere. Virg. 1. Æneid. 117.

Pudicitiæ & vitæ mulieris ſuccurrere. Cic. 3. Verr. 46, Hæc vbi filio nuntiata ſunt, ſtatim exanimatus ad ædes contendit, vt & vitæ patris, & pudicitiæ ſororis ſuccurreret.

Rebus ſuccurrite læſis. Ouid. 1. Triſt. eleg 4. 7.

Ferre opem patriæ, ſuccurrere ſaluti, fortuniſque communibus. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 2.

Vbi incenſæ ſuccurritis. Virg. 2. Æneid. 71.

¶ Succurrere, In mentem venire. Cicero, Neque enim mihi ſuccurrebãt verba, quæ ante diſceſſum à Dolabella audieram⁹. Plin. epiſt. 12. 6, Nam quæ audiui, quæ legi, ſpõte ſuccurrunt, ſed tanto dolore ſuperantur. Cic. filius ad Tironẽ, lib. 16. 21. 13, Deinde illud etiam mihi ſuccurrebat, graue eſſe me de iudicio patris iudicare. Idem ad Atticum, lib. 2. 31. 1, Cogitãti autem hæc ferè ſuccurrebant. Virg. 2. Æneid. 63, -pulchrumque mori ſuccurrit in armis.

Vt quidque ſuccurrit, libet ſcribere. Cic. Attico, lib. 14. 199. 3.

Mirari ſuccurrit. Plin. lib. 17. cap. 1. 1.

¶ Succurſum, Impersonale. Plin. lib. 13. cap. 1. 43, Intellectum ibi remedium eſt, potúque ſuccurſum. Liu. 3. ab Vrbe, 147, Se quoque id genero ac nomini dare: nec cum eo in gratiam redijſſe, cuius aduerſæ fortunæ velit ſuccurſum.

Succus, ſucci, m. g. A ſugo, quaſi ſugus: eſt humor quem ex alimentis membra ſugunt vt ſe repleant. Plaut. Aſin. 5. 17, Is habet ſuccum, is ſanitatem, eum quouis pácto condias, &c. Terent. Eunuch. 2. 3. 16, Color verus, corpus ſolidũ, & ſucci plenũ. Plaut. Capt. 3. 13, Suo ſibi ſucco viuunt (ſubaudi cocleæ) ros ſi non cadit. Cic. 1. de Nat. deor. 179, Principio eorum, quæ gignuntur è terra ſtirpes & ſtabilitatẽ dant iis quæ ſuſtinentur, ex terra ſuccũ trahunt quo alantur ea quæ radicibus cõtinentur. Virg. 1. Georg. 12, Pomáque degenerant ſuccos oblita priores. Idem 3. eclo. 1,

Et ſuccus pecori, & lac ſubducitur agnis.

Herbæ ſuccus. Ouid. 13. Metam. 209.

Succus lactis. Plinius libro 8. cap. 14. 1, Aluntur primo bubuli lactis ſucco.

Succo hordei elephantos mitificari tradit Plinius lib. 8. cap. 7.

Succus in purpuris. Plin. lib. 9. cap. 36. 1, Vitas capere contendunt, quia cum vita sua succum eum euomunt.

Succus arboris. Plinius libro 14. cap. 20. 1, Arborum succo manantium, picem resinámque aliæ ortæ in Oriente, aliæ in Europa ferunt.

Et si enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet. Cic. in Orat. 42.

¶ Acer succus, Vide Acer.

Acerbi succi. Ouid. de Medicamine faciei, 1, Cultus & in pomis succos emendat acerbos.

Amarus succus. Ouid. epist. 9. 36.

Atri succi. Ouid. 7. Metam. 53,

Illic Æmonia radices valle resectas,
Seminaque & flores, & succos incoquit atros.

Barbarus succus, Vide Barbarus.

Blandior succus, Vide Blandus.

Commodatus stomacho succus, Vide Commodo.

Crudus succus. Iuuenal. Satyr. 11. 8.

Dulces succi. Ouid. 3. Fast. 147.

Dulcis mellitúsque succus. Vide Mel.

Fuscus succus. Ouid. de Nuce, 31.

Horrendis infamia pabula succis. Ouid. 14. Metam. 9.

Humifer succus. Cic. 1. de Diuinat. 26,

Mollipedésque boues spectantes lumina cæli
Naribus humiferum duxere ex aere succum.

Ignauus succus, Vide Ignauus.

Infectus succus, Vide Inficio.

Languidus succus & euanidus, Vide Languor.

Mites succi. Ouid. 14. Metam. 138.

Tristes succi. Virgil. 2. Georg. 16.

¶ Corporis succus abit in aera. Ouid. 3. Metam. 80.

Adempti succi, Vide Adimo.

Vua & succo terræ, & calore solis augescit. Cic. de Senec. 49.

Veneni succos spargit. Ouid. 14. Metam. 81.

Nocituro succo tumescit herba. Senec. Herc. furente, 11. 9.

¶ Succus ciuitatis, Per translationem. Cic. ad Atticum, lib. 4. 85. 13, Amisimus, mi Pomponi, non omnem modò succũ ac sanguinem, sed etiam colorem & speciem pristinam ciuitatis.

Succus ille & sanguis incorruptus. Cic. de Clar. Orat. 18.

Ingenii succus. Quintil. in Procem. lib. 1. 18, Nam plerunque nudæ illæ artes nimiæ subtilitatis affectatione frangunt atque concidunt quicquid est in oratione generosius, & omnem succum ingenii bibunt.

Ornatur oratio genere primum, & quasi colore quodam, & succo suo. Cic. 3. de Orat. 53.

Succôsus, pen. prod. Adiect. Plenum succo. Columel. lib. 1. cap. 17. 2, Meliúsque habetur fœnum quod natura succoso gignitur ex lo, quàm quod irrigatum aquis elicitur. Plin. lib. 11. cap. 25. 11, Exit & in Pamphylia, sed aridior, minúsque succosus.

Succosior liber arboris. Columel. lib. 4. cap. 29. 1, Id porrò in aliis stirpium generibus, quæ firmioris & succosioris libri sunt, posse fieri sane concesserim.

Succidus, pen. corr. Adiect. Idem. Plaut. Mil. 10. 51, Minimè sputator, screator sum itidem minimè succidus. Ibidem, 191,

Lautam vis, an quæ nondum sis lautare A. sicco succidam,
Quàm lepidissimam potes.

Succida lana, Vide Succido.

Succutio/súccutis, pen. cor. succussi, succussum, succútere, Subtus quatere.

Currus altè succutitur. Ouid. 2. Metam. 34.

Succusso, succussas, succussare, Frequẽter excutere. Quod propriè de equo dicitur, qui gradario contrarius est, hoc est concutiendo sessorẽ graditur. Actius, Agite ac vulnus ne succusset gressus cautè ingredimini.

Succussus, huius succussus, Ipse succutiendi actus. Cic. 2. Tuscul. 85. Pedetentim, inquit, ite, & sedato nisu, ne succussu arripiat maior dolor.

Succussor, succussôris, ma. g. Equus qui sessorẽ frequenter excutit.

Succussarius, succussarii, m. g. Idem.

Succussatôr, penult. prod. succussatôris, masc. ge. Idem. Lucilius, Succussatoris tardi, rarique caballi.

Succussatûra, succussatúræ, pen. prod. Talis gressus.

Suctus, Vide Sugo.

Sucula/súculæ, pen. corr. Diminutiuum à sue. Plautus in Rudente 14. 116, Quin tui dierecta cum sucula, & porculis.

¶ Suculæ dictæ sunt stellæ, quæ alio nomine vocãtur hyades, à pluuia. Nam & orientes & occidentes, tempestates & pluuias cient. Exoriuntur x i i. Calend. Iulii. Cic. 2. de Nat. deorum, 161, de Tauro signo cælesti, Eius caput stellis conspersum est frequentibus. Has Græci stellas hyadas vocitare fuerunt, à pluendo. ὕειν enim est pluere: nostri imperitè Suculas, quasi à suibus essent, non ab imbribus nominatæ. Plin. lib. 18. cap. 26. 14, Ægypto Suculæ occidunt vesperi. Sydus vehemẽs, &c. quod nostri à similitudine cognominis Græci propter sues impositum arbitrantes, imperitia appellauere Suculas.

¶ Sucula. Cato ca. 18. 1, Stipites crassi pedes duos, alti cum cardinibus pedes decem: sucula præter cardines pedes nouem. Idem cap. 11, Præla temperata quinque, superuacanea tria, suculas quinque, superuacaneam vnam. Sucula (inquit Budæus) machina est tractorii generis. Constat autem tereti ligno, duobus aut pluribus vectibus traiecto, vtrinque æqua extantibus longitudine. hæc dum versatur, funis qui ductarius dicitur, circa eam obuoluitur. Huiusmodi machina hodie vietores, id est cuparii, vina ex hypogeis subuehunt, torcam eam appellantes. Budæus. Vectes autem baculi sunt validi per mediam machinam traiecti, quibus manu ductis machina dum versatur, funem ductarium aduoluit. Ab his vectibus vectiarii dicti sunt homines qui vectes versanda sucula manu ducunt. Hæc autem machina trium generum est. Vnum genus iam dictum: porrecta scilicet sucula & iacens, duobus tignis incumbẽs ad parietem admotis: qualis etiam domi visitur quum vina aut doliaria aut culearia ex hypogeis educuntur. Alterum genus est erectum, suis fulcimentis & suaveluti basi nixum: quod non ductu brachiorum, vt illud primum, versatur: sed ambientibus machinam vectiariis, ac brachiis & pectore connitentibus. Simia à fabris appellatur: à Vitruuio etiam ergata dicta. Tertium genus est etiam erectũ, quaternis tignis fibulatis constans. Quod genus visitur Parisiis quum in ponte sublicio fabri sublicas in aquam magna vi adigunt. Hac enim machina ad tollendam fistucam vtuntur: quæ fistuca identidem sublata demissáq; sublicas in alueum defigit. Hoc autem genus alterno brachiorum ductu, quomodo & illud primum, versatur: eodem vestigio vectiariis insistentibus. Vitruuius lib. 10. ca. 2, de tractoriis machinationibus loquẽs, Quũ autem funis habet caput ad suculam religatum, & vectes ducentes eam versant, funis se inuoluendo circum suculam extenditur: & ita subleuant onera ad altitudinem & operum collocationes. Ibidem, cap. 3, Vectibus autem coacta sucula versabitur: erigétque per se machinam sine periculo. ita circa dispositis funibus, & retinaculis in palis hærentibus, ampliore modo machina collocabitur: trochleæ & ductarii funes, vti supra scriptum est, expediuntur.

¶ Sucula, Genus intimæ vestis. Plaut. Rud. 24. 116,

Pòst est sicula argenteola, & duæ connexæ maniculæ,
Et sucula. 0. quin tu i dierecta cum sucula & porculis.

Sudes, sudis, f. g. Pertica seu genus teli militaris, hoc est paxillus igni torridus. Virg. 7. Æn. 105, -sudibúsve præustis. Idẽ 1. Geo. 5, Quadri fidáve sudes, & acuto robore vallos. Vbi Seruius, Vallus & sudes idem est. Cæs. 5. bel. Gall. 69, Eiusdémque generis sub aqua defixæ sudes flumine tegebantur. Ibidem, 149, Multæ præustæ sudes, magnus muralium pilorum numerus instituitur. Idem 1. bel. Ciuil. 109, Fossas transuersas viis perducit, atq; ibi sudes, stipitésque præacutos defigit.

Densæ sudes. Claud. de bello Getico, 44.

Ferratæ sudes. Virgil. 5. Æneid. 42.

Fraxineæ sudes. Virgil. 2. Georg. 72.

Vastæ sudes. Stat. 5. Thebaid. 78.

¶ Sudibus inter se cõcurrere. Liu. 6. bel. Pu. 160, Tertio die sudibus inter se in modum iustæ pugnæ cõcurrerunt: præpilatisque missilibus iaculati sunt.

Obusta sude figere aliquem. Ouid. 11. Metam. 60.

Crebris sudibus percussæ crates. Lucan. lib. 3. 99.

Torrere sudes. Stat. 1. Achill. 88.

Vibrare sudem. Silius lib. 8. 110.

Sudis, huius sudis, fœ. g. Pisces. Plin. lib. 31. ca. 11. 11, Sunt præterea à nullo authore nominati, sudis Latinè appellata, à Græcis sphyræna rostro similis nomine, magnitudine inter amplissimos, rarus, sed tamen non degener.

Sudo, sudas, sudare, ἀπὸ τῦ ὕδωρ, quod aquam vndámque significat, deriuatum existimant quidam.

Absolutè aliquãdo ponitur. Hora. de Arte, 84, Sudauit & alsit. Idem 2. Serm. saty. 2. 5, -tu pulmentaria quære Sudando.

In armis sudauit puer. Stat. 3. Sylu. 2. 25.

Nunciatum est alicui, deorum sudasse simulachra. Cic. 1. de Diuinat. 85.

Vultúsque in marmore sudat Elisæ. Silius lib. 1. 20.

Sine causa sudare. Cic. 2. de Orat. 113, Quum ille diceret se sine causa sudare, Minimè mirú, inquit: modò enim existi de balneis.

Cum ablatiuo. Liuius 7. bel. Pun. 19, Quatuor signa sanguine multo diem ac noctem sudasse.

Humore sudant saxa. Lucret. lib. 6. 189.

Lacunæ ſudant tepido humore. Virgil. 1. Georg. 14.
Cum acceſſatiuo. Virgil. eclog. 4. 7, Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella. Idem eclog. 8. 11, Pinguia corticibus ſudent electra myricæ. Martial. lib. 13. 98,
Hoc tibi Campani ſudauit bacca Venafri:
Vnguentum quoties ſumis, & iſtud olet.
Prælia ſudare. Claud. de Nupt. Honorii, 13.
Sudare ad. Virgil. 3. Georg. 41, de equis,
Hic vel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit ſpatia, & ſpumas aget ore cruentas.
¶ Sudare, per trãſlationem dixit Terentius, pro Vehementer laborare, quòd qui vehementer laborant, frequenter ſudant. in Phorm. 4. 3. 15, -eia ſudabis ſatis,
Si cum illo inceptas homines ea eloquẽtia eſt. Hoc eſt ſatis erit tibi negotii, ſatis laborabis.
Pro communibus commodis ſudare. Cic. pro Seſtio, 111.
Sudãtus, pen. prod. Participium: vt Labor gelido ſudatus in Æmo. Stat. 5. Thebaid. 38.
Fibula ſudata marito. Claud. 2. de raptu Proſerp. 4.
Sudãtor, pen. prod. ſudatôris, Verbale. Plin. lib. 13. cap. 1. 30, Dyſentericis, ſudatoribus, in longa tuſſi, in epiphoris, meracum.
Sudãtrix, pen. prod. Verbale fœm. Mart. lib. 12. 19,
Dum per limina te potentiorum,
Sudatrix toga venulat, vagúmque
Maior Cælius, & minor fatigant.
Sudatorius, Adiectiuum. Plaut. Stich. 4. 73,
Nullos meliores eſſe paraſitos ſinam,
Vel vnctiones Græcas, ſudatorias, vel alias malis.
Sudabundus, Adiect. Ouid. ad Piſonem, 38, -totáque ludos
Turba repentè ſuos iam ſudabunda relinquit.
Sudor, ſudôris, pen. prod. Plin. lib. 10. cap. 71. 2, Serpentes neque caloris, neque ſanguinis, neque ſudoris vim habent, quæ auiditatem naturalem ſale augent. Virgil. 9. Æneid. 92,
-& multo phaleras ſudore receptas.
Nec enim ſanguis, nec ſudor niſi è corpore fluit. Cicero 1. de Diuinat. 86.
Immundus ſudor. Virgil. 3. Georg. 113, Ardentes papulæ, atque immundus olentia ſudor Membra ſequebatur. Seruius interpretatur morbum pedicularem, id eſt φθειρίασιν.
Crudis virũm ſudoribus ardet puluis. Stat. 1. Thebaid. 85.
Tepidi ſudoribus effœti artus. Stat. 6. Thebaid. 94.
Calens ſudare belli. Stat. 8. Thebaid. 1.
Conſequi multum ſudorem. Cic. 3. de Orat. 4.
Elicere ſudorem. Celſ. lib. 1. cap. 17.
Emittere ſudorem. Plin. lib. 7. cap. 18. 1.
Salſus ſudor iit per artus. Virgil. 2. Æneid. 35.
Sudor fluit vndique riuis. Virgil. 5. Æneid. 40.
Fumantes ſudore equi. Virgil. 11. Æneid. 68.
Paruo ſudore madentes vultus. Silius lib. 11. 119.
Manat ſudor è toto corpore. Lucret. lib. 6. 189.
Gelidus toto manabat corpore ſudor. Virgil. 3. Æneid. 35.
Herculis ſimulachrũ multo ſudore manauit. Cl. 1. de Diu. 117.
Frigidus ſudor obſeſſos occupat artus. Ouid. 5. Metam. 117.
¶ Sudor pro Labore. Cic. pro Fonteio, 2, Qui cum ipſo M. Fonteio ferrum ac manus contulerunt: multóque eius ſudore ac labore ſub populi Romani imperium ditionémque ceciderunt. De Gallis.
Stylus ille tuus, multi ſudoris eſt. Cic. 1. de Orat. 155.
Sudarium, ſudarii, Linteum quo ſudor faciei detergitur, & nares purgantur. Suet. de Nerone, cap. 48, Adoperto capite, & ante faciem obtenſo ſudario, equum aſcendit, quatuor ſolis comitantibus. Ibidem, cap. 25, Parceret arteriis, ac ſudarium ad os applicaret. Martil. lib. 11. 57,
Iam mihi nigreſcunt tonſa ſudaria barba,
Et queritur labris puncta puella meis. Catul. in Aſinium, 12. 3,
Nam ſudaria Setaba ex Iberis
Miſerunt mihi muneri Fabullus,
Et Veranius. Idem ad Thallum, 21. 1,
Remitte pallium mihi meum, quod inuolaſti,
Sudariúmque Setabum. Quintil. libro 6. cap. 3. 41, Quum reus agente in eum Caluo, candido frontem ſudario tergeret, &c.
Sudum, ſudi, quaſi ſine vdo, Propriè pars ſerena dicitur quæ eſt inter nubes. Virgil. 8. Æneid. 106, Arma inter nubem, cæli in regione ſerena Per ſudum rutilare vident.
Sudum, Serenum tempus poſt pluuiam. Plaut. Milit. 3. 1.
Curate vt ſplendor meo ſit clypeo clarior
Quàm ſolis radii eſſe olim, quum ſudum eſt, ſolent. Idẽ Rud. 4. 35, Qui pertegamus villam dum ſudum eſt. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 18. 5, Horologium mittam & libros ſi erit ſudum.
Ver ſudum. Virgil. 4. Georg. 16.

Sueo, ſues, ſeui, ſuetum, ſuere, Antiquũ verbum: vnde Sueſco, ſueſcis. Lucretius lib. 1. 11, -& ſemina rerum
Appellare ſuemus. Id eſt, ſolemus. Ibidem, 61,
-nec frigora quimus
Vſurpare oculis, nec voces cernere ſuemus. Idem libro 6. 139, Concidere vt pronos qui morbus mittere ſueuit. Liu. 5. ab Vrbe, 194, Nec ſecus quàm diuino ſpiritu tactus, quũ ſe in mediã concionẽ intuliſſet, abſtinere ſuetus antè talibus conſiliis. Catull. de Berecyn. 58. 5, Vbi ſueuit illa diuæ volitare vaga cohors.
Has Græci ſtellas Hyadas vocitare ſuerunt. Cic. 1. de Natura deorum, 161. Lucret. lib. 4. 67,
Quinque etiam ſẽxve vt fieri ſimulachra ſuerint. Idẽ lib. 5. 11, Immortalibus è diuis dare dicta ſuerit. Idem lib. 5. 181,
-& gemmis florere arbuſta ſueſſe.
Sueſco, ſueſcis, ſeui, ſuetum, ſueſcere, Cõſuetudinem capere. Cic. Marcello, li. 15. 9. 3, A te id quod ſueſti peto in maiorem modum, vt me abſentem diligas, atque defendas. Claud. lib. 3. de Raptu. 35, -hæc poſt cunabula dulci
Ferre ſinu, ſummóque Ioui deducere paruam
Sueuerat, & genibus ludentem aptare paternis.
Suetus, Participium. Virgil. 5. Æneid. 81,
-geminos immani pondere cæſtus
Proiecit: quibus acer Eryx in prælia ſuetus Ferre manum.
Suetus legibus. Cic. ad Atticum, lib. 6. 113. 7, Ita multæ ciuitates omni ære alieno liberatæ, multæ valde leuatæ ſunt, omnes ſuis legibus & iudiciis ſuetæ ἀυτονομίαν adeptæ reuixerũt. Lucan. lib. 1. 66, Bella nefanda parat ſuetus ciuilibus armis.
Adulatio ſueta. Tacit. lib. 13.
Requies ſueta. Tacit. lib. 3.

SVESSA, Campaniæ oppidum, vt author eſt Plinius lib. 3. cap. 5, quod Tarquinius Superbus expugnauit. Silius lib. 8. 79,
-attritáque bellis Sueſſa.

SVESSIONES, Galliæ Belgicæ populi, Plinio lib. 4. cap. 17.

SVEVI, pen. prod. Germaniæ populi, Banaris finitimi, gens valida, & bellicoſiſſima. De qua Lucanus, lib. 2. 11,
Fundat ab extremo flauos Aquilone Suenos
Albis, & indomitum Rheni caput. Claud. 1. in Eutrop. 76,
-& flauis ſignabat iura Sueuis. Sene. Medea, 9. 9,
Aut quos ſub axe frigido ſuccos legunt
Lucis Sueui nobiles Hercinîs.
Crinis Sueuus, pro Crine flauo dixit Silius lib. 5. 17,
Caſſis erat munita viro, cui vertice ſurgens
Triplex criſta, ſubas effundit crine Sueuo. Poteſt tamẽ & propriè intelligi, quoniam Flaminius, de quo hîc loquitur, Ligures, Boios, & Suenos vicerat.

Suffarcino, ſuffarcinas, ſuffarcinare, Inſtipare, inculcare, degrauare, onerare. Plaut. Curcul. 7. 10,
Tum iſti Græci palliati, capite operto qui ambulant,
Qui incedunt ſuffarcinati cum libris. Terent. And. 4. 5. 31,
-verùm vidi Cantharam
Suffarcinatã. Vbi Donatus, Propriũ eſt anibꝰ ſuffarcinatas eſſe.

Suffarraneus, Adiectiuum, à farre, quemadmodum confarratio deduci videtur: & ſignificat eum qui far in caſtra cõuehit, ſed modicum, alienúmve: non iuſto commeatu aliquo, ſed crebris & vilibus inſtitorũ vecturis. Plin. lib. 7. cap. 43. 1, Cicero mulionem caſtrenſem ſuffarraneum fuiſſe, &c.

Suffero, pen. corr. ſuffers, ſuſtuli, pen. corr. ſublãtum, pen. prod. ſufferre, Suſtinere. Virg. 1. Æneid. 97, -nec clauſtra, nec ipſi
Cuſtodes ſufferre valent. Terent. Heaut. 3. 1. 44,
-Satrapes ſi ſiet
Amator, nunquam ſufferre eius ſumptus queat.
Laborem ſufferre. Plaut. Merc. 11. 10.
Laborem durum ſufferre. Lucret. lib. 3. 103.
Plus oneris ſuſtuli, quàm ferre poſſum. Cic. pro Roſc. Ame. 6.
¶ Sufferre, Pati. Plaut. Curc. 8. 6, Si magis me inſtabũt ad Prætorem, ſufferam. Idem Mercat. 4. 4, Simul enicat me ſpiritus, vix ſuffero hercle anhelitum. Idem Amphit. 11. 19, Deinde ille actũm ſufferet ſuus ſeruos pœnas Soſia. Terentius And. 5. 3. 17, -an
Vt pro huius peccatis ego ſupplicium ſufferam?
Malum: niſi hoc peius ſit, hæc ſufferre & perpeti ſeruius Ciceroni, lib. 4. 5. 10.
Mulctam ſufferre. Cic. pro Cecinna, 71, Quam mulctam ſi ſufferre voluiſſent, tamen manere in ciuitate potuiſſent.
Pœnam ſufferre. Cic. 1. in Catil. 47, Quod ego ſic adminiſtrabo Quirites, vt ſi vllo modo fieri poterit, ne improbus quidem quiſquam in hac vrbe pœnam ſui ſceleris ſufferat. Idem pro Flacco, 74, Nimiæ pietatis & ſummi amoris in patriam viciſſim nos pœnas, ſi ita diis placet, ſufferamus. Sic 3. de Nat. deor. 118, Et pro Fonteio, 31.

Suffertus/ta,tum.Seneca naturalium quæſtionum lib.1, Præterea quum dicitur tibi,nubem ſole eſſe ſuffertam,non dicitur, colorem illum immiſtum eſſe velut duro corpori ac ſtabili & manenti,ſed vt fluido & vago. Cælius lib.9.cap.10, ſuffertam nubem intelligit,interfuſam,aut illuſtratam. Sueton. in Nerone cap.20,Mediáque in orcheſtra frequente populo epulatus, ſi paulum ſubbibiſſet, aliquid ſe ſufferti tinnituru Græco ſermone promiſit. Hoc eſt,Cantaturũ ſe clarius aliquid,aut quod Græci dicunt τυρὸν, id eſt denſum quippiam ac ſucci plenum. Nam & diſſertum pro pleno legimus tũ apud Horatium, tum apud alios. Erit igitur aliquid ſufferti, plenius paulo quippiam & ſucculentius. Quæ vox duci videtur à Suffercio,vt Refertus à refercio.Farcio enim mutat a in e in compoſitis.

Sufferuco/ſufferues,ſufferbui,ſufferuĕre, Aliquãtum feruere. Plinius libro 18.cap.11.3,Vulgo verò nec ſufferuere faciunt.Vetus codex legit ſufferuefaciunt.

Sufferuefacio,ſufferuefacis,pen.corr.ſufferuefĕci,penul.prod.ſufferuefactum,ſufferuefăcere. Plin.lib. 11.cap.26.3, Odor verò in vino ſufferuefacti antecedit alios. Idem lib.12.cap.15.17,Inveſicæ verò dolore,ſemuncia amyli cum ono & paſſi tribus ouis ſufferuefacta à balneo. Vide **Subferuefactus.**

Sufferuefio,pen.prod.ſufferuefis,pen.indiff.ſufferuefieri,pe. corr. Aliquantũ feruens fieri.Plin.lib.27.cap.9.5, Qui fidem promiſſo huic quærunt,affirmant lapillos qui ſufferuefiant, vnà rũpi.

Suffes/ſuffetis,pen.corr.maſ.g.Lingua Punica Conſul dicitur. Liuius 10.bel.Pun.Senatum itaque Suffetes, quod velut Conſulare imperium apud Carthaginenſes erat,vocauerunt. Idem 8.bel.Pun.193, Infeſtæ ob direpta quædam ab cõſcendentibus naues militibus , ad colloquium Suffetes eorum , qui ſummus Pœnis eſt magiſtratus,cum Quæſtore elicuit.

Suffibulum/ſuffibuli,penult. corr.Eſt,vt ait Feſtus, veſtimentum album, prætextum , quadrangulum, oblongum, quod in capite Veſtales virgines ſacrificantes habebant: idque fibula cõprehendebatur.

Sufficio/ſufficis,pen.corr.ſuffĕci, pen.prod.ſuffectum, ſufficere,Satis eſſe. Conſtruiturque cũ datiuo. Plin.epiſt.116,Mihi autem vel ſola volũtas tua ſufficiſſet. Idem epiſt.96.d.lib.5,Igitur ſufficere tibi debet,ſi exhæredatus à matre, quartam partẽ ab hæredibus eius accipias. Stat.lib.5.Sylu.1.35,Vade puer,tãtiſque enixus ſuffice donis. Plin. in Paneg.130,Quis noſtrum idem curæ, idem ſudoris ſumit ? quis adeò expetitis honoribus aut deſeruit,aut ſufficit? Idem epiſt.151.2, Nunquam ſecundis reb' intumuit,nunquam officiorum varietate continuam laudem humanitatis infregit, eademque firmitate animi laboribus ſuffecit,qua nunc otium patitur. Sueto.de Claris Gram.13, Luxuriæ ita indulſit, vt ſæpius in die lauaretur, nec ſufficeret.

Poſteaquam immenſæ gulæ impudiciſſimi corporis quæſtus ſufficere non potuit.Cic.in Saluſtium,8.

Nec ſufficit vmbo ictibus: Id eſt,non poteſt ferre ictus. Virgilius lib.11.

Animus ſufficit malis,Ouid.3.Triſt.eleg.2.3.

Sufficit animus animo. Senec. de Benefic.lib.1.cap.31, Si illa inuita reſpondere non poſſum,ſufficit animus animo.

Sufficere paucorum cupiditati.Cicero 7.Verr.99,Paucorũ cupiditati tum quum obſiſtere non poterant,tamen ſufficere aliquo modo poterant.

Sufficit hic mons alimẽtis hominum.Liu.9.bel.Pun.156,Quẽ ceperant exules montem,herbidus,aquoſúſque eſt:& quia pecori bonus alendo erat,hominum quoque carne ac lacte veſcẽtium abundè ſufficiebat alimentis.

Largè ſufficiens prædium annuis victibus. Plin.lib.7.cap.46, Senior hic in anguſtiſſimo Arcadiæ angulo paruum,ſed annuis victibus largè ſufficiens prædium colebat.

¶ Sufficere,ſine datiuo.Virgil.lib.5.Æneid.5.

Nec nos obniti contrà,nec tendere tantum
Sufficimus.

Quanquam nec ſcribæ ſufficere,nec tabulæ nomina illorum capere potuerunt.Cic.2.Philipp.41.

Non ſufficientibus iam viribus: hoc eſt imbecillis . Liu.2. ab Vrbe,35,Qui magno natu,non ſufficientibus iã viribus ad Conſularia munera obeunda,intra paucos dies moritur.

Sufficere ad.Quintil.lib.1,Ad quas nec mens,nec corpus,nec dies ipſa ſufficiat.

¶ Sufficere,cum accuſatiuo,Subminiſtrare.Virg.li.2.Geor.85,

Ipſa ſatis tellus quum dente recluditur vnco,
Sufficit humorem. Ibidem 88,
Aut illæ pecori frondem,aut paſtoribus vmbram
Sufficiunt,ſepémque ſatis,& pabula melli. Et 3.Georg.60,
-iubeo frondentia capris
Arbuta ſufficere, & fluuios præbere recentes. Sic 1.Æneid.24,

Ipſe pater Danais,animos,viréſque ſecundas Sufficit.

¶ Sufficere,Subſtituere. Virgil.lib.2. Georgic. Atque aliam ex alia generando ſuffice prolem. Cic.pro L.Murena,74,Nam ne ſufficiatur Conſul,non timent. Ibidem,77, Vnus erit Cõſul, & is non in adminiſtrando bello,ſed in ſufficiendo collega occupatus. Liu.4.ab Vrbe,36.

Sufficere in locum.Liu.5.ab Vrbe,144,C.Iulius Cenſor deceſſit:in eius locum M.Cornelius ſuffectus. Ibidem,lib.2.35, Suffectus in Lucretii locũ M.Horatius Puluillus. Idem 2.bel.Pun. 113,Nec tamen ne ita quidẽ prius dimittendũ ad exercitum Q. Fabium,quàm c o s.in locum C.Flaminii ſuffeciſſet. Vatinius Ciceroni,libro 5.10.5, Si mehercules Appii os haberem, in cuius locum ſuffectus ſum, tamen hoc ſuſtinere non poſſem.

¶ Sufficere,Maculare. Cic.in Hortenſio,Vt ii qui cõmuni purpuram tuo ſufficiunt, prius ſanè me medicamẽtis quibuſdam. Ex Nonio. Virg.1.Æneid.42, Ardentéſque oculos ſuffecti ſanguine & igni.

Maculis ſuffecta genas.Valer.1.Argon.11.

Lumina ſuffecta fetho.Valer.1.Argon.165.

Suffectũrus,pen.prod.Participium,Illa ſuffectura calcaribus.Stat. 1.Sylu.1.10.

Suffigo/ſuffigis,pen.prod.ſuffixi,ſuffixum,ſuffigere,Affigere. Plin.libro 33.cap.3.11,Agonem Teium Alexandri magni præfectum aureis clauis ſuffigere crepidas.

Suffigere cruci,& in cruce.Cicero in Piſonem,31,An ego,ſi te & Gabinium cruci ſuffixos viderem,maiore afficerer lætitia ex corporis veſtri laceratione,quàm afficior ex infamia? Hirtius de bello Africano, lib.5.160, Poſtero die Iuba Numida eos qui loco amiſſo fuga ſe receperant in caſtra, in cruce omnes ſuffixit. Horat.1.Serm.ſaty.3.17.

Stimulos nouos ſuffixit dolori.Senec.Thebaid.1.41.

Suffixus,Participium:vt Robore erecto ſuffixus.Silius lib.1.31.

Caput ſuffixum veruto.Lucan.lib.8.133.

Suffio, pen.corr.ſuffis,ſuffini,ſuffitum, pen.prod.ſuffire,Suffumigare. Plinius, Hippocrates ruta vulnarũ cauſſa naturam ſuffire iubet. Virg.4.Georg.49.

At ſuffire thymo,ceráſque recidere inanes
Quis dubitet? Plin.lib.15.ca.5.11, Quo & domos ſuffiunt. Colum.lib.12.ca.18.1, Cella quoque vinaria omni ſtercore liberãda,& bonis odoribus ſuffienda. Lucret.libro 4.137,Et miſeram tetris ſe ſuffit odoribus ipſa. Propert.lib.4.eleg.9.12,

Dein quæcunque locum externæ tetigere puellæ
Suffit,& pura limina tergit aqua.

Ignibus ætheriis terras ſuffire feraces.Lucret.lib.2.219.

Suffitus,pen.prod.Participium.Plin.lib.20.cap.17.11,Aniſum dolores capitis leuat ſuffitum naribus. Colu.lib.9.cap.14.6, Suffitas deinde & æſtuantes apes refrigerare oportet.

Suffitus,huius ſuffitus, pen.prod. Suffumigatio. Plinius,Et vulnarum conuerſionem ſuffitu excitant. Idem lib.24.cap.11.14, A multis in ſuffitus pro thure aſſumitur. Ibidem paulo pòſt.

Suffitio,ſuffitiõnis,Verbale,Idem.Plin.lib.25.cap.2.10,Orpheus,& Heſiodus ſuffitiones commendauere. Colum.lib.1.ca.6.13, Ne rurſus nimia ſuffitione medicata ſint. Idem lib.12.cap.50.15.

Suffimen,pen.prod.ſuffiminis,Idem.Ouid.4.Faſt.148,

Ipete virginea populus ſuffimen ab ara:
Veſta dabit,Veſtæ munere purus eris.

Sanguis equi ſuffimen erit.

Suffimentum , ſuffimenti, Idem. Plin. Quod & ſuffimentis quibuſdam facere conſueuerunt.

Suffimenta à veteribus dicta ſunt quæ fieri ſolebant ex faba, milióq; molito,mulſo ſparſo,vt ait Feſtus. Ea diis eo tẽpore dabantur quo vuæ calcatæ prælo premebantur. Cic.1.de Legib. 57,Nam & in iis ſine illius ſuffimentis expiati ſumus.

Suffitor, penult.prod.ſuffitõris. Plin.lib.34.cap.8.30, Lycus & ipſe puerum ſuffitorem.

Suffiscus, ſuffiſci,m.g. Folliculus teſtiũ arietinorum,quo vtebantur antiqui pro marſupio.A fiſci ſimilitudine dictus.Feſtus.

Sufflo, ſufflas,ſufflare,Id dicitur quod fieri ſolet quum ignem accendere volumus.Plin.lib.34.cap.8.19, Buthyreus Lycius Myronis diſcipulus fuit, qui fecit dignum præceptore puerum,ſufflantem languidos ignes.

Sufflare buccas.Plaut.Sticho,14.41,

Age tibicen,quando bibiſti,refer ad labia tibias,ſuffla
Celeriter tibi buccas,quaſi proſerpens beſtia.

Sufflare buccis.Martial.lib.3.17,

Sed magis ardebat Sabidi gula:protinus ergo
Sufflauit buccis tẽque quaterque ſuis.

Sufflauit neſcio quid vxori, Hoc eſt inſufflauit, in aurẽ dixit. Plautus Caſina,14.19,

Verum hic ſodalis tuus,amicus optimus

Neſcio quid ſe ſufflauit vxori ſuæ,
Negauit poſſe, quando arceſſo, mittere.

Sufflatio, Verbale. Plin. lib. 9. cap. 7. 3, Præterea bullantiũ aquarum ſufflatio, lunæque effectu concharũ quoq; corpora augeſcẽtia.

Sufflátus, huius ſufflátus. pen. prod. m. g. Ipſe ſufflandi actus.

Sufflámen, pen. pro. ſufflámĭnis, n. g. Retinaculum rotæ decurrẽtis, ne velocius decurrat, vt ait Budæus. Eſt enim machinæ genus, quo in deſcenſu vel procurſu nimio, rota ſolet retineri.

Iuuc. Saty. 16. 5,
Quod placitum eſt illis præſtatur tempus agendi:
Nec res atteritur longo ſufflamine litis. Idem ſaty. 8. 15,
Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine Conſul.

Sufflámino, ſufflámĭnas, pen. corr. ſufflaminare, Sufflamine comprimere & retinere. Seneca, 4. Declamat. Tanta illi erat velocitas orationis, vt vitium fieret. Itaque diuus Auguſtus optimè dixit, Aterius noſter ſufflaminandus eſt. Adeò nedum currere, ſed decurrere videbatur: nec verborum tantum illi copia, ſed etiam rerum erat, &c. Vbi aliàs legitur ſufflamandus, aliàs ſuffibulãdus. Meminit Cælius lib. 9. cap. 10.

Suffoco/ ſuffócas, pen. prod. ſuffocare, Ex ſub & faux compoſitum, au in o productam conuerſa, ſignificat ſpiritum præcludere, veluti obſtrictis faucibus. Ouidius, Suffocent animam dira venena tuam. Lucret. lib. 3. 183, Aut in melle ſitum ſuffocari, atque rigere Frigore.

Gallum gallinaceum ſuffocare. Cic. pro Murena, 57.

Suffocare fame vrbẽ, pro opprimere & extinguere. Cicero ad Atticum, lib. 9. 175. 5, Conſilium primum eſt, ſuffocare vrbem & Italiam fame: deinde agros vaſtare, vrere, pecuniis locupletum non abſtinere.

Suffocátio, verbale, Ipſe ſuffocandi actus. Plin. lib. 20. cap. 5. 1, Eius ſemen contritum, & in vino potum, tumentem aluum, & ſuffocationes mulierum, doloréſque lenit.

Suffodio/ ſúffodis, pen. cor. ſuffódi, ſuffoſſum, ſuffódere, Subtus excauare. Columel. libro 1. cap. 18. 1, Neque ſuem velimus impaſci, quoniam roſtro ſuffodiat, & cæſpites excitet.

Suffodere equos, Confodere, enecare. Cæſar 4. bel. Gall. 499, Rurſus his reſiſtentibus, conſuetudine ſua ad pedes deſilierunt, ſuffoſſíſque equis, complurib'ſque noſtris deiectis, reliquos in fugã coniecerunt. Plin. lib. 7. cap. 28. 5, Siniſtra manu ſola quater pugnauit, duobus equis inſidente eo ſuffoſſis.

Suffodere montem. Plin. lib. 36. cap. 15. 6, Præterea cloacas, operum omnium dictu maximum, ſuffoſſis montibus, atque vrbe penſili, ſubtéque nauigata.

Suffoſſus, Participium, vt Suffoſſa ſacella, deſtructa. Cic. de Aruſp. Reſp. 29, A Sex. Serrano ſanctiſſima ſacella ſuffoſſa, incẽſa, inædificata, oppreſſa.

Equus ſuffoſus. Virg. 11. Æneid. 134,
-quorum alter habenas
Suffoſſo reuolutus equo, dum colligit, &c. Suffoſſo, id eſt cæſuro. nam ſuffoſſi equi dicuntur, quos vulgò incæſpitatores vocãt. Alii Suffuſo legũt, id eſt præcipiti & iam cadenti. Hæc Seruius.

Suffrago/ pen. pro. ſuffrãginis, f. g. Dicitur in poſterioribus pedibus animaliũ, quod in prioribus genua. Vel eſt nodus ſub crure, quo pedis verſura conſtat, ubíque ita annectitur pes, vt verti poſſit: id quod ſpectamus in bobus, equis, & cæteris armentis. Dictæ ſuffragines quòd ſuffringãtur, hoc eſt in altum frangantur. Conſtat ſanè genua animalium, quæ animal generant, ante ſe flecti: ſuffraginum verò artus in aduerſum. Quemadmodum igitur poplites dicti ſunt, quòd pòſt plicentur: ita ſuffragines, quòd ſubter frãgantur. Plinius lib. 8. cap. 45. 7, Victimarum probatio in vitulo, vt cauda articulum ſuffraginis contingat. Idem, Aues & quadrupedes alas in priora curuant, ſuffragines in poſteriora. Colum. lib. 6. cap. 15. 2, Minus tamen claudicabũt armenta, ſi opere diſiunctis multa frigida lauentur pedes, & deinde ſuffragines, coronæ, &c. Plin. lib. 8. cap. 15. 1, Nullo ſuffraginum flexu. Idem lib. 30. cap. 6. 10, Aquilæ pedes euellunt in aduerſum à ſuffragine, ita vt dexter dexteræ partis dolorib' adalligetur, ſiniſter læuæ, &c.

¶ Suffragines dicũtur etiam vitis ſoboles. Columel. lib. 4. cap. 24. 3, Et ſi ſoboles, quam ruſtici ſuffraginem vocãt, radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferróque allæuanda eſt, vt hybernas aquas reſpuat.

Suffragínoſus, pen. prod. Adiectiuum. Equus ſuffraginoſus, cuius ſuffragines morbo vitiatæ ſunt. Columel. Lib. 6. cap. 38. 1, de mula, Suffraginoſæ hordeacea farina imponitur.

Suffrago:/ pen. prod. ſuffrãgâris, ſuffragari, A ſuffragine, vt ait Sipontinus, ſignificat adiuuare, Fauorem ferre. Virgilius, Copia me perdit, tu ſuffragare rogatus. Cic. 1. De legib. 2, Mihi enim videris fratrem laudando ſuffragari tibi.

Si nihil erit præter ipſorum ſuffragium, tenue eſt: ſi vt ſuffragantur, nihil valent gratia. Cic. pro Murena. 65.

Nemo ab ignotis hominibus nullis ſuffragãtibus meritis honore afficitur. Cic. de Petit. Conſul. 19.

Vide ne hæc ipſa quæ deſpicis, huic ſuffragata ſint. Cicer. pro Plancio, 14.

Suffragari & Aduerſari, contraria. Cic. 7. Ver. 140, Cui legi quũ veſtra dignitas vehementer aduerſaretur, iſtius ſpes falſa & inſignis impudentia maximè ſuffragatur.

Laudibus cuiuſpiã ſuffragari. Lentulus Ciceroni lib. 12. 14. 10.

Suffragari alicui ad Conſulatum. Cic. 1. Offic. 193, Quæ quum vulgò viderẽtur, ſuffragata domino nouo homini ad Conſulatum putabatur.

Suffragante fortuna videris res maximas conſequutus. Cic. ad Plancum, lib. 10. 5. 6.

Suffragando. Liu. 8. belli Pun. Conuenerant vndique non ſuffragandi modò, ſed etiam ſpectandi cauſa P. Scipionis.

Suffragatio, verbale, Ipſe ſuffragandi actus. Cicer. pro Murena, 36, Tum verò in Conſule declarando multum etiam apud vniuerſum populum Rom. authoritatis habet ſuffragatio militaris.

Vrbana ſuffragatio. Cic. pro Murena. 37.

Facilis ſuffragatio pro ſalute. Cic. pro Domo ſua, 36.

Accedere ad dignitatem alterius ſuffragatione ſua. Plancus Ciceroni lib. 10. 9. 4.

Perdere alicuius officii ſuffragationem. Cic. pro Milone, 16.

Suffragãtor, pen. prod. ſuffragatôris, Qui ſuffragatur. Plaut. Caſin. 6. 10, Ibi ego te, & ſuffragatores vlciſcar tuos. Pli. epi. 64. b, Addebat quoſdam ex ſuffragatoribus: illi grauiter & paucis loquebantur. Idem in Paneg. 149, Vt idem honoribus noſtris ſuffragator in Curia, in campo delator exiſteres. Cic. pro Murena, 13, Tua verò nobilitas Serui Sulpiti tametſi ſumma eſt, tamen hominibus literatis & hiſtoricis eſt notior, populo verò & ſuffragatoribus obſcurior.

Suffragatorius, Adiectiuum. vt Amicitia ſuffragatoria. Cic. de Petit. Conſul. 18, Modò intelligat te magni æſtimare, ex animo agere, bene ſe ponere, fore ex eo non breuem & ſuffragatoriam, ſed firmam & perpetuam amicitiam.

Suffragia, Voces illæ dicebantur quæ dabãtur in comitiis. & in tabellis deſcribebantur, quibus vnuſquiſque ſuam declarabat voluntatem de aliquo in Magiſtratum eligendo. Fuit olim (inquit Budæus) modus geminus ferendi ſuffragii in cõciliis, & ſententiæ dicendæ in iudiciis. Interdum enim voce, interdum tabella eo munere fungebãtur. Cic. lib. 3. de Legib. 48, Dicã Attice, & verſabor in re difficili ac multum & ſæpe quæſita: ſuffragia in magiſtratu mandando, ac de reo iudicando, aut lege, aut rogatione ſciſcenda, clàm an palàm ferre melius eſſet. Deinde legum tabellarium meminit, id eſt quæ de ſuffragio tabellari latæ ſunt. Quoniam verò magnificentius erat, atque innocentius voce quàm tabella quidpiam decerni, ideo 2. de Lege agrar. 20, ita inquit, Sed tamen magnificentius atque ornatius eſſe illo nihil poteſt, quòd meis comitiis non tabellam indicem tacitæ libertatis, ſed vocem viuam præ vobis, indicem veſtrarum ergà me voluntatum ac ſtudiorum tuliſtis: itaque me non extrema tribus ſuffragiorũ, ſed primi illi veſtri concurſus, &c. Et pro Plancio, 12, Etenim ſi populo grata eſt tabella quæ frontes aperit hominum, mẽtes tegit, dátque eam libertatem, vt quod velint, faciant, promittant autem quod rogentur: cur tu in iudicio exprimis, quod non ſit in campo? Hactenus Budæus. Cic. 1. de Legib. 64, Si hæc ſuffragiis, aut ſcitis multitudinis probarẽtur. Idem 2. de Finib. 11. Stat. 2. Sylu. 2. 27, Tempus erat quum te geminæ ſuffragia terræ Diriperent.

Nihil eſt in ſuffragiis voce melius. Cic. 3. de Legib. 49.

Cæca ſuffragia. Silius lib. 8. 51.

Corruptum ſuffragium. Cic. 3. de Legib. 57.

Occulta de honore ſuffragia. Cic. 2. Offic. 33.

Triſtia ſuffragia. Silius lib. 15. 145.

Vitioſum ſuffragium. Cic. 3. de Legibus. 50.

¶ Captare ſuffragia populi. Horat. 2. Epiſt. 2. 21.

Libera dantur populo ſuffragia. Iuue. Saty. 8. 21.

Ferre ſuffragium de capite alicuius. Cic. pro Domo ſua, 37.

Fieri Conſulem cunctis ſuffragiis. Cic. Paulo, lib. 15. 12. 1.

Flagitare confuſionem ſuffragiorum. Cic. pro Murena. 45.

Indulgere ſuffragio alicuius, Vide **Indulgeo**.

Inire ſuffragia, Vide **Ineo**.

Mittere in ſuffragium, Vide **Mitto**.

Vnuſquiſque ſtudio & ſuffragio ſuo viam ſibi ad beneficium impetrandum munire poſſit. Cic. 2. de Lege agrar. 31.

Ornare ſuffragio, Vide **Ornio**.

Priuare populum ſuffragiis. Cic. 2. de Lege agrar. 31.

Tegere ſuffragium. Cic. 3. de Legib. 55.

¶ Suffragium, à frãgo, frangis, fra ſyllaba correpta, inuenitur.

Ouid. de Nuce,14, Quid niſi ſuffragiũ nimbis ruitantibus eſſem? Legitur & ſuffugium nimbos vitantibus.

Suffrenatio/ſuffrenationis, Colligatio & arcta ſtructura,quæ lapidem veluti fræno retineat.Plin.lib.36.ca.22.12,Globoſus,cõtra iniurias fortis, ſed ad ſtructuram infidelis,niſi multa ſuffrenatione deuinctus.De quodam lapidis genere loquitur.

Suffrico ſuffricas, pen.corr. ſuffricui, ſuffrictum, & ſuffricani, ſuffricãtum,ſuffricare. Columel.lib.12.cap.23.1,Nam oportebit poſt hunc numerum dierum confeſtim vinum emundare,& ſiquid fæcis aut labris vaſorũ, aut lateribus inhæſit, eradi,ac ſuffricari,& protinus operculis impoſitis oblini.

Suffringo,ſuffringis,ſuffrẽgi,pen.prod. ſuffractum, ſuffringere,Aliquantulum, ſiue per medium frangere. Plautus Rud.14.15,Homini iſti talos ſuffringi volo. Idem Truc.12.6,

-ſine quãtulo mihi opere nunc perſuaderi poteſt,vt ego hiſce
Suffringam talos. Cicero pro Roſcio Amerino,34,Quòd ſi luce quoq; canes latrent, quum deos ſalutatum aliqui venerint, opinor iis crura ſuffringãtur,quòd acres ſint etiam,tum quum ſuſpicio nulla ſit.

Suffrio,ſúffrias,pen.corr.ſuffriãre, Idem quod friare,ſiue minutim admodum friare. Columel.lib.12.cap.38.3,Scopulis aridæ myrti ſeria ſuffriatur, operculúmque ſuperimponitur, nequid eò decidat. Quædam exemplaria hîc legunt ſuffricatur, & fortaſſe rectius.

Suffucrat/ pro ſub eodem tecto fuerat, ſcripſere veteres, inquit Feſtus.

Suffugio/ſúffugis,pen.corr.ſuffúgi,pen.prod. ſuffúgitum,pe.corr.ſuffúgere,Clàm aufugere.Liu.4.bel.Pun.109,Imber à nocte media coortus,cuſtodes,vigiléſq; dilapſos è ſtationibus ſuffugere in tecta coegit.

Natura deũm ſuffugit tactum manuum.Lucret.lib.5.30.

Senſum ſuffugere.Lucret.lib.4.72,

Hinc,vbi ſuffugit ſẽſum ſimul angulus omnis, Fit quaſi,&c.

Suffugium,ſuffugii,Quò quis aufugit auxilii gratia. Quintil.li.9, Hæc diuerticula & anfractus ſuffugia ſunt infirmitati. Ouid. de Nuce,14,Quid,niſi ſuffugium nimbos vitantibus eſſem?

Suffulcio/ſuffulcis,ſuffulcíui,ſuffulctum,pen.prod.vel ſuffulſi,ſuffultum,ſuffulcire,Subtus fulciendo ſuſtinere.Varro,Vt maioribus pericis ſuffultæ vites,auras non pertimeſcant.Plaut.Milite,5.54,Ecce autem ædificat,columnam mento ſuffulcit ſuo.

Cibus ſuffulcit artus.Lucret.lib.4.175.

Suffultus.Participium.Author ad Herenn.libro 4.156,Nam grauis figuræ,quæ laudanda eſt,propinqua eſt ea,quæ fugiẽda eſt,quæ rectè videtur appellari ſi ſuffulta nominabitur.

Porticus ſuffulta paribus columnis.Lucret.lib.4.66.

Suffumigo/ſuffúmigas,pen.corr.ſuffumigare,Idẽ quod ſimplex fumigo,vel ſubtus fumum excito. Varro 3.de Re ruſt.cap.ca.16.28.Si ex aluo minus frequentes euadũt,ac ſubſidit aliqua pars,ſuffumigandum,& prope fumus apponendus bene olentium herbarum,maximè apiaſtri. Celſus lib.6.cap.6,de ſuffuſione oculorum,Suffumigare oculos acribus medicamentis.

Suffundo/ſuffundis,ſuffúdi,ſuffúſum,pe.prod.ſuffúndere,Superfundere,aut deorſum inijcere. Plaut.Curcul.4.3, Mane,ſuffundam aquulam. Idem Ciſtel.2.17,

-clam,ſi occaſio vſquam eſt,frigidam
Subdole ſuffundunt. Colum.lib.6,Laſſæ & æſtuanti mulæ ad os in fauces dimittitur,virunque in os ſuffunditur.

Suffundere vires cibo.Varro 1.de Re ruſt.cap.8.3,Hos paſcimꝰ præcipuè fœno atque ordeo,& id ante admiſſuram largius facimus,vt cibo ſuffundamus vires ad fœturam.

¶ Suffundere,Forinſecus ſpargere.Virg.lib.1.Georg.86,

At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem,
Ventus erit. Vbi Seruius,Suffuderit,Forinſecus habuerit. Lucret.lib.3.8,Omnia ſuffundens mortis nigrore.

Maculis ſuffundi.Stat.11.Thebaid.25.

Suffúſus,pen.prod.Participium:vt

Genæ ſuffuſæ igne.Sene.Herc.Œtæo,10.24.

Candor ſuffuſus purpureo ſanguine.Stat.2.Sylu.1.9.

Lachrymis oculos ſuffuſa.Virg.1.Æneid.47.

Impudẽtia in ore multo rubore ſuffuſa, Hoc eſt præ impudẽtia rubiendam & rubore conſperſam faciem habens.Plin.in Paneg.28,Adhæc ipſe occurſu quoque,viſáque terribilis,ſuperbia in fronte,ira in oculis,fœmineus pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore ſuffuſa.

Suffuſus rubor alicui dicitur,genis aſperſus,quod pudoris indicium eſt.Liu.10.bel.Pun.67,Maſaniſſæ hæc audienti non rubor ſolùm ſuffuſus,ſed lachrymæ etiam obortæ.

Suffuſus æther calore. Cic. 1.de Natura deor.79, Nam tenuis ac perlucens & æquali calore ſuffuſus æther,non ſatis aptus ad ſtellas contemendas videtur.

Suffuſus cordi ſanguis.Cic.1.Tuſc.30,Empedocles autem animum eſſe cenſet cordi ſuffuſum ſanguinem.

Suffuſus ſanguis oculis,& ſuffuſi cruore oculi.Plinius libro 20. cap.13,Radix rutæ ſanguinem oculis ſuffuſum,& in toto corpore cicatrices aut maculas illita emendat. Idem lib.31.cap.9.3, de ſale loquens, Ex iſtu ſuffuſis cruore oculis.

Lingua eſt ſuffuſa veneno.Ouid.2.Metam.156.

Suffuſus maleuolẽtia animus in cæteros, Id eſt plenus iræ & maleuolentiæ.Cic.Lentulo,lib.1.9.61,Noui animum cum mihi amiciſſimum,tum nulla in cæteros maleuolentia ſuffuſum.

Sales ſuffuſi felle.Ouid.2.Triſt.113.

Suffuſio,Verbale,Ipſe ſuffundendi actus.Plin.lib.11.ca.13.9, In tuſſi,vua,fellis veteri ſuffuſione.

Suffuſio,Morbus oculorum,quẽ vulgò *cataractam* vocant.hæc autem paracenteſi curatur. Eſt autem paracenteſis, quæ manu fit à chirurgis,dum curari aliter morbi non poſſunt. Inungitur prius locus,deinde vel acus vel hamulus infigitur, idq; paracẽteſis dicitur.Hæc Sipontinus. Plin.lib.21.cap.20.4, Habet ſuas vtilitates contra ſuffuſiones oculorũ. Idẽ li.24.ca.15.4,Claritati oculorum & contra ſuffuſiones vtiliſſima. Celſus libro 6.ca.6, Suffuſio quoque,quam Græci ὑπόχυσιν nominant,interdũ oculi potentiæ,qua cernit,ſe opponit.Quod ſi inueterauerit,manu curandum eſt.Inter initia nonnunquam etiam certis obſeruationibus diſcutitur.

Suffundatus/pen.prod.Adiectiuum, Dictum à fundamẽtis, vt ait Nonius. Varro, Antiqui noſtri domibus lateritiis paulum modò lapidibus ſuffundatis, vt humorem effugerent, habitabant.

Suffuror/penul.prod.ſuffurãris,ſuffurari,Clàm furari.Plautus Trucul.11.13,Hæc cũ video fieri,ſuffuror,ſuppilo,de præda prædam capio.

Suggero/ſúggeris,pen.corr.ſuggeſſi,ſuggeſtũ,ſuggerere, Subminiſtrare.Plaut.Menæch.5.30,Madida quæ mihi appoſita mensam miluinam ſuggerant.

Cibos ſuggerere alicui.Stat.9.Thebaid.143.

Tellus ſuggerit alimenta.Ouid.15.Metam.17.

Syluæ feras ſuggerunt. Plin.epiſt.31, Nam lacus piſcem,feras ſyluæ,quibus lacus cingitur, ſtudia altiſſimus iſte ſeceſſus affatim ſuggerunt.

Sumptus alicui rei ſuggerere.Terent.Adelph.1.1.37,

Cui perdis adoleſcentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus ſumptus ſuggeris? Hæc eadem verba adducit Cicero 1.de Inuent.40.

Copiam argumentorum ſuggerere. Cic.1.de Orat.64, Atque iſti quidem qui docent,quum cauſas in plura genera ſecuerunt, ſingulis generibus argumentorum copiam ſuggerunt.

Materiam criminibus ſuis ſuggerere. Liu.3.ab Vrbe,51, Accuſator pati reum ruere,inuidiæque flammam,ac materiam criminibus ſuis ſuggerere.

Suggerebantur etiam ſæpe damna aleatoria. Cic.2.Phili.77.

Ludum alicui ſuggerere. Cic.ad Atticum,lib.12.ep.4,Si nihil fiet,aut Druſo ludus eſt ſuggerendus, aut vtendum Tuſculano.

Rationes alicui ſententiæ ſuggerere. Cic.3. de Nat.deor.102, Atque huic incredibili ſententiæ ratiunculas ſuggerit.

Ambiguum explicatur,quum ea verba,quæ deſunt,ſuggeſta ſunt.Cic.1.de Orat.61.

¶ Bruto ſtatim Horatium ſuggerunt. Liu.1.ab Vrbe,36. Id eſt in locum ſufficiunt.

¶ Suggerere,pro Subiicere in memoriam.Cic.1.de Finib.74, Vbi ſi memoria fortè defecerit,tuum eſt vt ſuggeras.

Suggeſtus,huius ſuggeſtus,maſc.g.vel ſuggeſtum,ſuggeſti, A ſuggero,quòd ibi ligna ſuggerantur, in quibus ſtari poſſit. Significat enim locum editiorem. Varro lib.3. de Re ruſt. cap.5.13, Ex ſuggeſto faleris, vbi ſolent eſſe peripetaſmata, prodeunt anates in ſtagnum,& nant.

Suggeſtus comæ. Stat.1.Sylu.1.13,

-celſæ procul aſpice frontis honorem,
Suggeſtúmque comæ.

¶ Suggeſtus, Pulpitũ: hoc eſt locus excelſior, vnde oratio haberi ad populũ ſolet.Liu.8.ab Vrbe,77, Naues Antiatium partim in naualia Romæ ſubductæ,partim incenſæ: roſtriſque earum ſuggeſtum in foro extructum adornari placuit. Plin.lib. 34. cap.5.3, Eodémque in Conſulatu in ſuggeſtu roſtra deuictis Antiatibus defixerat. Cic.5.Tuſcul.84, Idémque quum in cõmunibus ſuggeſtis conſiſtere non auderet, concionari ex turri alta ſolebat.

Neque illud in ſuggeſtum in quo cauſam dixerat aſcendenti ſignum,ſibi vllum quod conſueſſet à deo,quaſi mali alicuius impendentis datum.Cic.1.de Diuin.102.

Suggredior/ ſuggréderis,ſuggreſſus ſum, ſúggredi,pen.corr.

Verbum deponens, pro Latenter gradi. Tacitus lib.2, Suggreſſique propius ſpeculatores. Idem lib.4, cum accuſatio, Quos dux Romanus acie ſuggreſſus, &c.

Suggrundia, ſuggrundæ: vel ſuggrundia, ſuggrundiorum, Partes tecti prominentes, quibus ſtillicidia à parietibus arcenturi qualia ſunt ferè Lugdunēſia tecta. Varro lib.3. de Re ruſt. Aues ſubtus ſuggrundas, ab initio villatico vſx tecto. Budæus.

Suggrundatio, ſuggrundationis, Verbale. Vitruuius lib.4. cap.2, Sub tectis ſi maiora ſpatia ſunt, columē in ſummo faſtigio culminis, vnde & columnæ dicuntur, & trāſtra, & capreoli. Si commoda, columen, & canterii prominentes ad extremā ſuggrundationem, Vide **Subgrundatio.**

Suggrundiaria veteres dicebant ſepulchra infantium, qui nec dum x l dies impleſſent, vt inquit Fulgētius Placiades, nec buſta dici potuerunt, quia oſſa quæ cōburerentur, non erant: nec tanta magnitudo cadaueris quæ loco tumeſceret. Sipontinus.

Sugillo/ ſugillas, ſugillare: vel, vt quibuſdam placet, ſuggillo, duplici g. Ex percuſſu carnem maculare. A ſugendo dictū, quòd ſuccus, hoc eſt liuor deducatur.

Sugillare propriè de facie dicitur, quum cōtuſa facies liuidis maculis dehoneſtata appareat: ſic enim ſugillata in facie dicuntur, vt vibices in corpore. Plin.lib.31.cap.9.3, de ſale loquens, Ex ictu ſuffuſis cruore oculis, ſugillatiſque cum myrrhæ pari pondere. Idem lib.17, Caſeus recens cum melle ſugillata emendat. Idem lib.10.cap.6.10, Cinis allii ex oleo & garo illitus, ſugillata aut liuentia, ac colorem reducit. Hæc Budæus.

¶ Sugillare, pro Pudorem & exiſtimationem lædere, & quaſi bonam famam exugere, quod vulgus *diffamare* dicit. Vlpianus, Si famoſa actio non ſit, vel pudorem non ſugillet. Liu.4. ab Vrbe, 155, Petiſſe viros domi militiæque ſpectatos: primis annis ſugillatos, repulſos, riſui patribus fuiſſe: deſiſſe poſtremò præbere ad contumeliam os.

Sugillatio, Verbale, Ipſe ſugillandi actus. Plin.lib.7.ca.45.4, Iuxta hæc Variana clades, & maieſtatis eius fœda ſugillatio. Hoc eſt inuſta infamiæ nota.

Sugo/ ſugis, ſuxi, ſuctum, ſugere, Succum labris extrahere. Cic. 2. de Nat.deor.182, Alia ſugunt, alia carpūt, alia vorant, alia mādunt. Idem 3.Tuſc.4, Nūc autem ſimul atque editi in lucem, & ſuſcepti ſumus, in omni continuò prauitate, & in ſumma opinionum peruerſitate verſamur, vt penè cum lacte nutricis errorem ſuxiſſe videamur.

Vbera ſugere. Ouid.1.Faſt.84.

Suctus, huius ſuctus, Ipſe ſugendi actus. Plin.lib.18.ca.3.1, Quorūdam hominū tota corpora proſunt, vt ex his familiis quæ ſunt terrori ſerpentibus, tactu ipſo leuant percuſſos, ſuctúve modico. Idem lib.8.cap.36.1, Aliis diebus reſidunt, ac priorum pedū ſuctu viuunt. De vrſis. Idem lib.9.cap.30.3, Et ſorbet acetabulis, ac numeroſo ſuctu detrahit.

Sui/ ſibi, Pronomen reciprocum. Duo ſunt pronomina reciproca: alterum primitiuū, quod vocant Sui, ſibi, ſe, à ſe, generis omnis, & vtriuſque numeri: Alterum poſſeſſiuum, ſuus, ſua, ſuum. Reciproco pronomine nūquā Latinè vtimur, niſi aliquod præceſſerit nomen in eadem oratione, aut altera vnita per copulam, ad quod referatur. nam Vis patrem ſuum, Pone ad pedes ſuos, Dedit ſibi, &c. pro illius, eius, & ei, barbarè dicūtur. Dixi, Aut altera vnita per copulam: nam Obſecrauit me vt ſe adiuuarem, Petiit me vt ſuo filio opitularer, Latinè dicitur. Sed ſi tollas copulam, barbariſmus erit. vt, Petrū ſemper amauī, filio ſuo non tam bene cupio: non Latinè dicitur. Brutus ad Ciceronem lib.11.9.3, Bellum nobis redintegrare poſſit Antonio ſibi coniūcto. Cic.ad Sulpitium, lib.13.11.1, Meámque commēdationem vſui magno ſibi fuiſſe.

Offenſio aduerſarii, commendatio ſui. Cic.in Orat.68.

Diſſimilis ſui. Ouid.11.Metam.55.

Vt & ſui & Metrodori memoria colatur. Cic.1.de Finib.161.

Natura eſt lena ſui. Cic.1.de Nat.deor.104.

Oblitus ſui. Virg.3.Æneid.116.

Imitantes genitorem & effectorem ſui. Cic. de Vniuerſ.54.

Hóſne viros tam cupidos ſui perire voluit? Cic.pro Sylla, 56.

Nihil malo, quàm & me mei ſimilem eſſe, & illos ſui. Cicero Attico, lib.9.189.2.

Error vulgi vtentis, vel potius abutentis SVI pro EIVS & ILLIVS, partim inde profectus eſt, quod nonnulli authores his abuſi videantur: partim quòd ita obſcurè vſi ſint, vt minus periti nequeāt perſpicere, ad quod fiat reciprocatio. Interdum tamen Latinè pro SVI & SVVS, licet vti IPSIVS, EIVS, vel ILLIVS, & maximè amphibologiæ vitādæ cauſa: nonnun quā varietatis aut ornatus gratia. Omnes optant quod ſibi vtile eſt, tibi, ipſi. Ille repetit quod ſuum ſiue ipſius eſt. Hæc indifferentia ſæpe fit interuentu præpoſitionis, ſed crebrius per IPSE quàm IS. Quintil. Quanquā aliqui reperiuntur, qui ne id quidē quod in ipſos recidere poſſit, cuitent.

Hæc autem præpoſitio INTER, id habet peculiare, vt ſi anteceſſerit genitiuus, datiuꝰ, aut ablatiuꝰ, ſemper liceat vti IPSE & SVI. Si præceſſerit accuſatiuus aut nominatiuus, reciprocum poſtulat. Cicero de Clar.Orat.42, Nec mihi cæterorū iudicio videtur ſolum, ſed etiam ipſorum inter ipſos cōceſſu ita tributum fuiſſe. Id de genitiuo exemplum eſt. nunc de datiuo. Quintilia.lib.8.cap.6, Circa quem inexplicabilis & grammaticis inter ipſos, & philoſophis pugna eſt. De ablatiuo, Idem lib.10.ca.1, Nam in magnis quoque authoribus incidunt vitioſa aliqua, & à doctis inter ipſos etiam mutuò repreheſa. Exempla de nominatiuo & accuſatiuo. Cic.3.Off.139, Quod inter ſe omnes partes quodam lepōre conſentiunt. non, inter ipſas. Idem 3.Offi. 58, Damonem & Pythiam Pythagoræos ferunt hoc animo inter ſe fuiſſe. non, inter ipſos. Id quod dictum eſt de primitiuo, itidem fit in poſſeſſiuo SVVS. Tamen hic nonnulla differentia eſt, eam vide.

Si ſubſtantiuum reciproci SVVS, reſpicit ad ſuppoſitum verbi, id eſt nominatiuum qui præcedit verbum, tum elegantius vtimur SVVS quàm IPSE, aut EIVS: vt Miſereatur noſtri deus propter ſuam clementiam. Inclamat me ante domum ſuā, potius, quam eius. Si ſubſtantiuum reſpicit ad appoſitum verbi, id eſt, obliquum qui ſequitur verbum, tum præſtat vti IPSE, aut IS, quàm SVVS: vt, Eieci columbam è nido ipſius. Alloquutus ſum Petrum ante domum eius: potius, quàm ſuam. Tamē nec ratio, nec authoritas vetat contrarium fieri. Si tamen appoſito adiungatur adiectiuum aut verbum, ad quod fiat reciprocatio: SVVS vtendum eſt, non IPSIVS. Video columbam triſtem in periculo pullorum ſuorum.

Suus, Poſſeſſiuum non ſemper reciprocè accipitur, ſed interdum pro proprius: vt, Suus cuique mos eſt, Sua cuique ſententia. Virgilius ecloga 2.13, Trahit ſua quenque voluptas. Idem ecloga 3.13,

-Phœbo ſua ſemper apud me
Munera ſunt. Sua cuique reddenda ſunt. Viuit cum ſuis. Inuentus eſt inter ſuos, &c. Hæc Eraſmus ex Vallæ opuſculo de reciprocis.

Imperioſus ſibi. Horat.1.Serm.ſaty.7.17.

Cum ſibi negotium daret Antonius. Cic. Attico, lib.15.319.15.

Sibi aliquando iungitur SVO, nulla neceſſitate, ſed tantū cuiuſdam feſtiuitatis gratia. Cicero, Suo ſibi victitant ſucco. Colum.lib.12.cap.54.2, Singula ſuo ſibi iure abluito. Terent. Adelph.5.8.36, -ſuo ſibi hunc
Gladio iugulo. Gellius lib.5.cap.10, Suo ſibi argumento confutatus eſt.

Se, aliquando ſimiliter poſitum reperitur. Plaut.Caſin.14.19, Neſcio quid ſe ſufflauit vxori ſuæ.
Negauit poſſe, quando arceſſo, mittere.

Abiicere ſe, Vide **Abiicio.**

Abripere ſe ab aliquo, Vide **Abripio.**

Auertit ſe ex oculis. Virg.4.Æneid.78.

Colligere ſe, Vide **Colligo.**

Ad ſe verſum, Vide **Ad** præpoſitionem.

¶ Seſe. Virgil.3.eclog.14, At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas. Vide **Sullo** ſuo ordine.

Suille, & **Suillus** Adiectiuum, Vide **Sus.**

Sulcus, ſulci. m.g. Proſciſſio terræ in longum producta, in quo à ſcrobe differt. Vnde tertio, quarto, quinto ſulco ſerere dicimus: id eſt ter, quater, quinquies arando. Plin.lib.18.cap.20.1, Quarto ſeri ſulco Virgilius exiſtimatur voluiſſe, quum dixit,

Illa ſeges demum votis reſpondet auari
Agricolæ, bis quæ ſolem, bis frigora ſenſit. Hoc eſt quæ bis per æſtatem, bis per hyemem aratur. Ibidem, Spiſſius ſolum, ſicut plerunque in Italia, quinto ſulco ſeri melius eſt. Cic.1.de Diuin.74, Tages quidam dicitur in agro Tarquiniēſi, quum terra araretur, & ſulcus altius eſſet impreſſus, extitiſſe repētè, & eum affatus eſſe qui arabat. Varro 1 de Re ruſt.cap.29.2, Qua aratrum vomere lacunam facit ſulcus vocatur.

¶ Sulcus, Aratio. Virg.1.Georg.14,

At ſi non fuerit tellus fœcunda, ſub ipſum
Arcturum tenui ſat erit ſuſpendere ſulco. Ibidem, 43,
Vere fabis ſatio: tunc te quoque medica putres
Accipiunt ſulci. Seruius.

Sulcus, pro Foſſa ponitur in longum proſciſſa ad vinearū vel arborū ſurculos in ſeminario deponendos, quando & ipſa quædam terræ proſciſſio eſt. Virg.2.Geor.58, Auſim vel tenui vitem committere ſulco. Ibidem, 5,
Hic plantas tenero abſcindens de corpore matrum
Depoſuit ſulcis. Seruius.

Sulci, inquit Festus, appellantur qua aratrum ducitur, vel sationis faciendæ causa, vel vrbis cõdendæ: vel fossura rectis lateribus, vbi arbores serantur. Virgil. 1. Æn. 86, Pars optare locũ tecto, & concludere sulco. Id est fossa, vt ait Seruius. Claud. 3. de raptu Pros. 86, -& ora fatiscunt
Vulneribus, grandésque rubent in pectore sulci.

Sulcus, inquit Nonius, omne quicquid in longitudine aculeatum est, dici potest, veterum authoritate doctorum. Virgilius 3. Georg. 88, -& linguis micat ore trisulcis.
Leni cæcbant æquora sulco. Valer. 3. Argon. 7.
Altus per gramina sulcus. Stat. 6. Thebaid. 63.
Aquarius sulcus, Vide Aqua.
Vasti sulci in puluere. Stat. 12. Thebaid. 55, -vestigia nigri
Raptoris, vastósque legens in puluere sulcos.
¶ Sata æquant sulcos. Virgil. 1. Georg. 23,
Arent sulci. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 6.
Delet sulcos iterata priores orbita. Stat. 6. Thebaid. 83.
Infindere sulcos telluri. Virg. eclog. 4. 7.
Infindunt pariter sulcos. Virg. 5. Æneid. 29,
Infindunt pariter sulcos, totúmque dehiscit
Conuulsum remis, rostris stridentibus, æquor.
Infodere sulcum, Vide Infodio.
Oblimare sulcos inertes. Virg. 3. Geor. 28,
Hoc faciunt, nimio ne luxu obtusior vsus
Sit genitali aruo, & sulcos oblimet inertes.
Longis sulcis obruta semina. Ouid. 1. Metam. 25.
Cerealibus sulcis obruta herba. Ouid. 3. Trist. eleg. 12. 5.
Patefacere sulcum impresso aratro. Ouid. 3. Metam. 21.
Subigere aruum sulcis. Plin. lib. 18. cap. 19. 4, Omne aruum rectis sulcis, mox & obliquis subigi debet.

Súlculus, pen. cor. Diminutiuum. Colum. lib. de Arboribus, cap. 30, Surculis dispoui per sulculos pedales conuenit.

Sulco, sulcas, sulcare, Sulcos facere, terram in sulcos proscindere. Columella lib. 11. cap. 1. 35, In subacta iam terra latiores porcæ sulcantur. Idem lib. 2. cap. 2. 21, Hubulcum autẽ per prosciſſum ingredi oportet, alternísque versibus obliquum tenere aratrũ, & alternis recto, plenóque sulcare, sed ita necubi crudũ solum & immotum relinquat. Ibidem, 19, Penitus aruis sulcatis maiore incremento segetũ arborúmque fœtus grandescunt. Plinius lib. 9. cap. 6. 3, Satiánsque se per complures dies, alueum in vado sulcauerat, accumulata fluctibus intantum vt circumagi nullo modo posset.
Agros sulcare. Tibul. lib. 2. eleg. 3. 17.
Æquor sulcare. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 5. 7,
Nos fragili ligno vastum sulcauimus æquor.
Sulcare cutem rugis. Ouid. 3. Metam. 56.
Fluctus sulcare remige. Claud. 4. Paneg. 76.
Humum sulcare vomere. Ouid. 3. Trist. eleg. 10. 14.
Longa sulcat maria alta carina. Virg. 5. Æneid. 40.
Sulcare maria arbore, Vide Arare.
Pedibus sulcare pruinas. Propert. lib. 1. eleg. 8. 2.
Longæ sulcant vada salsa carinæ. Virg. 5. Æneid. 51.

Sulcâtus, pen. prod. Participium: vt
Humus sulcata. Claud. 1. de raptu Pros. 38.
Æquora sulcata. Sene. Agamem. 6. 10.
Rura sulcata colono. Claud. 7. Paneg. 84.
Rura sulcata vomere. Lucan. lib. 1. 34.

Sulcâtor, pen. prod. Verbale: vt Sulcator nauita Ponti. Sil. lib. 7. 73.
Vndæ vmbriferæ sulcator, Charon. Sta. 8. Thebaid. 4. Idem libro 11. Thebaid. 118, -nigri sulcator Auerni.

Sulcâtim, pen. prod. Aduerbium, Per sulcos. Pomponius, Gerens præterea sulcatim conciſam faciem.

Sullanus dies, pro Syllanus, à Sylla: de quo suo loco. Cicero ad Atticum, libro 10. 197. 11, Nõ fuisset & illa nox tam acerba Africano sapientissimo viro, non tam dirus ille dies Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil vtrunque eorum fefellisset.

Sullaturire, Vide Proscripturire in Proscribo.

SVLMO, Oppidum in Brutiis Pelignæ regionis, Ouidii patria. Vnde ipse ait, 4. Trist. eleg. 9. 1,
Sulmo mihi patria est gelidis vbertimus vndis,
Millia qui nouies distat ab Vrbe decem. Dictus Sulmo à Solemo Æneæ comite, conditore eius vrbis. Idem 4. Fast. 16,
Huius erat Solemus Phrygia comes vnus ab Ida,
A quo Sulmonis mœnia nomen habẽt. Meminit huius Plinius lib. 3. cap. 5. Cn. Magnus Lentulo in epistolis ad Atticum, libro 8. 161. 2, Quod veritus sum, factum est, vt Domitius implicaretur, vt neque ipse satis firmus esset ad castra facienda, quòd meas XIX & suas XII cohortes tribus in oppidis distributas haberet: nam partim Albæ, partim Sulmone collocauit, neque si vellet expedire posset.
Aquosi Sulmonis hospes. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 3.

Sulphur/sulphuris, pen. corr. neu. gen. Scribi potest & sulfur, Græcis thion dicitur: In venis terræ ceu decoctus quidam ardor est, tam valida & firma partium confusione, vt oleum eius arte nulla separari possit in rebus cæteris. Plin. lib. 35. ca. 15. 5, de sulphure, Nascitur in insulis Æoliis inter Siciliam & Italiam, quas ardere diximus. Sed nobilissimũ in Melo insula. In Italia quoque inuenitur in Neapolitano, Campanóque collibus, qui vocantur Leucogæi: quod est cuniculis effossum, perficitur igni. Genera quatuor, &c. Lege totum caput.
Cæruleum sulphur. Claud. 4. Paneg. 65.
Calido de sulfure fumat aqua. Ouid. 1. de Arte, 51.
Lurida sulfura. Ouid. 14. Metam. 159.
Lutea sulfura. Ouid. 15. Metam. 71.
Odorum sulfur. Claud. 5. Paneg. 51.
Puro de sulfure fumi cærulei. Ouid. 4. Fast. 149.
Sacrum sulfur. Pers. Saty. 2. 3,
Ignouisse putas, quia quum tonat, ocyus ilex
Sulphure discutitur sacro, quàm túque, domúsque?
Viuum sulfur. Oui. 1. de Remedio amor. 51, Nec fugiet viuo sulfure victus amor. Virg. 3. Georg. 90.

Sulphurâtus, pen. prod. Adiectiuum, Quod sulphur habet. Plin. li. 31. cap. 3. 18, Depressis puteis sulphurata vel aluminosa occurrentia putearios necant.

Sulphurâta, pen. prod. Ligna dicuntur exilia, sulphure ab vtraque parte intincta, ad accendendas lucernas. Mart. lib. 1. 115,
Qui pallentia sulphurata fractis
Permutat vitreis.
Sulphurata lana, apud Celsum, lib. 4. cap. 5.
Sulphurata merx. Mart. lib. 11. 55,
Nec sulphuratæ lippus institor mercis
Numerare pigri damna qui potest somni.
Sulphuratum ramentum. Mart. lib. 10. 3,
Quæ sulphurato nolit empta ramento
Vatiniorum proxeneta fractorum.

Sulphureus, Adiectiuum, Quod sulphuris odorem, vel colorẽ reddit. Plinius libro 36. ca. 19. 4, Quum vritur, odorem sulphureum reddit.
Antra sulfurea. Stat. 1. Sylu 2. 53.
Color sulfureus. Plinius lib. 35. cap. 6. 11, Aut enim salsuginis modo manat, aut terra ipsa sulphurei coloris ad hoc probatur.
Fornacibus sulfureis ardet Ætna. Ouid. 15. Metam. 68.
Lux sulphurea. Plin. lib. 35. cap. 15. 5, Fulmina & fulgura quoq; sulfuris odorem habent, ac lux ipsa eorum sulfurea est.
Vndæ sulfureæ. Stat. 1. Thebaid. 18.

Sulfuraria, sulfurariæ, Locus vbi sulfur coquitur.

SVLPITIVS Galba, Romanus quidam, à quo horrea Sulpitia dicta leguntur, apud Horatium 4. Carm. ode 12. 4,
Nardi parnus onyx eliciet cadum
Qui nunc Sulpitiis accubat horreis.

Sultio/veteres dixerunt pro Si vultis. Plaut. Capt. 7. 96,
Seruate istum sultis, intus servi, ne quoquam pedem
Efferat sine custode. Idem Asin. 1. 1, Hoc agite sultis, spectatores, nunc iam.

Sum, es, est, Verbum substantiuum, dictum quòd per se subsistet. nec indigeat alio, sed in ipsum cætera verba resoluantur: vt Ego lego, id est ego sum qui lego, Tu legis, tu es qui legis.
Omne quod eloquimur, sic vt id aut esse dicamus, aut nõ esse. Cic. 1. de Orat. 86.
Sum, sæpenumero præpositis pronominibus demonstratiuis, non positum intelligitur. Virgil. 6. Æneid. 158,
-hic Cæsar & omnis
Iulia progenies. Idem 1. Æneid. 115, Túne ille Æneas, quẽ Dardanio Anchisæ. Idem 3. Æneid. 9, Nam Polydórus ego.
Sæpe etiã demóstratiuis aduerbiis positis, non est necesse huiusmodi verbũ ponere. Virg. 3. Æn. 96, Ecce tibi Ausoniæ tellus.
Item, nomine substãtiæ posito idem verbum frequentissimè deficit. Luca. lib. 1. 1, Quis furor, ô cines, quæ tanta licentia ferri? Virgil. 4. Æneid. 81,
Quis tibi nunc Dido cernentia talia sensus?
Quósve dabas gemitus?
Qualis quoque & Quantus, si addãtur in oratione, desunt aliquando verba substantiua. Iuuen. Saty. 10. 16, O qualis facies, & quali digna tabella.
¶ Sum, copulat aliquãdo similes casus. Virg. 1. Æneid. 110, Rex erat Æneas nobis.
¶ Sum, Genitiuo iungitur quinque modis. Primo, quando significat possessionẽ. Virg. eclo. 3. 1, -cuium pecus? an Meliboei?
Plautus Amph. 4. 147, Equidem Sosia Amphitruonis sum. Terentius Heaut. 5. 1. 31, Non esse horum te arbitror.

Iam me Pompeii totum eſſe ſcit.Cic.Cælio,lib.2.11.4.

Secundo,quando notat laudem vel vituperationem: vt, Hoc pecus eſt magnæ vtilitatis,vel magni detrimẽti. Cuius loco aliquando ponitur ablatiuus:vt,Catilina fuit magna vi corporis & animi. Plaut.Menæh.3.24,Ita eſt adoleſcẽs ipſius eſcæ maximæ. Idem Moſtel.9.86, Magni ſunt oneris: quicquid imponas vehunt.

Tertio,quando nullum habet nominatiuum,ſed genitiuum cũ infinitiuo: & ſignificat intereſt:vt,Diſcipuli eſt honorare magiſtrum.Plaut.Trucul.8.38,

-ſed ſociæ vnanimantis fidentis fuit
Officium facere,quod modo hæc facit mihi ſuppoſitionẽ pueri. Cic.pro Lege Manil.11,Erit igitur humanitatis veſtræ,magnum eorum ciuium numerum calamitate prohibere.

Hæc non erant eius,qui,&c.Cic.2.de Finib.163.

Boni iudicis eſt,facere coniecturam.Cic.6.Verr.19.

Hominis ingenui eſt,bene velle,&c.Cic.3.de Finib.87.

Eſt miſerorum,vt malevolentes ſint,atque inuideant bonis. Plaut.Capt.11.31.

Nõ eſt noſtrum onus,Id eſt, non pertinet ad onus nobis impoſitum.Cic.ad Atticum,lib.5.103.3,Illáne,non eſt noſtrũ onus, ſed feremus.

Nihil æquè diſſolucdæ religionis eſſe, quàm,&c. Liui°,Iudicabunt enim prudẽtiſſimi viri,nihil æquè diſſoluendæ religionis eſſe,quàm vbi nõ patrio,ſed externo ritu ſacrificaretur. Idem,Nihil tam æquandæ libertatis eſſe,quàm potentiſſimum quenque cauſam poſſe dicere. Idem Decad.4.lib.10.116, Lectis rerum ſummis quum animaduertiſſet pleraque diſſoluendarum religionum eſſe,&c.Concordiam ordinum diſſoluendæ Tribunitiæ poteſtatis rẽtur eſſe. Vbi(cauſam)accuſatiuum ſubintelligendum puto.Budæus.

Tota poteſtas eius rei tua eſt.Cic.Planco,in epiſt.ad Atticum lib.16.345.2.

Nõ eſt noſtri ingenii,veſtri auxilii eſt iudices, huic ſubuenire.Cic.pro Cluentio,2.

Quarto, quando ſumitur pro Valet, & ad pretium tendit: vt, Quanti eſt ſumito, pro, Quantum valet. In qua ſignificatione iungitur etiam ablatiuo,vt Eſt tribus ſeſtertiis modius,vt in ſubſequentibus apparet, Cæſar, Tãti eius apud ſe gratiã eſſe oſtendit: vti & Reipublicæ iniuriam, & ſuum dolorem eius voluntati ac precibus condonet. Saluſtius, Nunc vos æſtimate facta an dicta pluris ſint. Terentius Adelphis, 5.9.20, Argentum quanti eſt ſumito.Id eſt,quanto pretio valet,ait Donatus. Cic.lib.2.Offic.121,Vt commodius putarent numerari ſibi quod tanti eſſet,quàm ſuum recuperare. Idem ad Brutum,11.1,Nam tibi(quod mihi plurimi eſt)facilè me ſatiſfacturum arbitrabar. Idem ad Caſſium,lib.15.15.11,Magni erũt mihi tuæ literæ. Idem pro Seſtio,115, Quis Carthaginẽſium pluris fuit Hannibale,conſilio,virtute,rebus geſtis?

Magni apud aliquem eſſe.Cic.Seruilio,lib.13.73.4.

Minus penſi eſſe.Liuius libro 4. Decad.4, Si tales eſſetis,quales eſſe Carthaginienſes fama eſt,apud quos nihil ſocietatis fides ſancti haberet, in me quoque vobis quid faceretis, minus penſi eſſe,non mirarer.

Plurimi eſſe. Cicero in Parad.61, Siquidem vt quiſque quod plurimi ſit poſſideat,ita diuitiſſimus habendus ſit.

Emere denario,quod ſit mille denariũm.Cic.3.Offic.113.

Eſt tribus ſeſtertiis modius.Cic.in Verrem,Verum enimuero quum eſſet ſeſt.binis aut etiam trinis,quibuſuis in locis prouinciæ.De medimno loquitur. Ibidem,5.163, Quod quum in Sicilia ſeſtert.duobus tritici modius eſſet. Idem pro Roſc.Amerino,3,Bona patris huiuſce Sex.Roſcii quæ ſũt ſexagies,quæ duobus millibus nummum ſeſe dicit emiſſe.

Quinto,quãdo manſionẽ ſignificat: vt,Ego ſum domi meæ, tu es domi tuæ.Item,domi veſtræ, domi noſtræ, domi alienæ. Vbi notandum eſt,quòd cum aliis genitiuis non iũgeretur:neque enim diceremus,ego ſum domi honeſtæ,& domi pulchræ: ſed in domo honeſta,& in domo pulchra.Et licet dicere ſum domi,& ſum in domo:ſicut egredior domo,& egredior è domo.

Nónne mauis ſine periculo tuæ domi eſſe,quàm cum periculo alienæ?Cic.Marcello,lib.4.7.11.

Non licet mihi eſſe Romæ.Cic.4.Verr.70.

¶Sum,Datiuo etiã iungitur,& ſignificat habeo. Virg.1.Æn.15,Sunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore Nymphæ.

Eſt illis ars.Plinius lib.10.cap.37.2, Eſt enim illis columbis ars inter ſe blandiri.

Eras mihi mortuus,pro Videbaris mihi mortuus. Plaut.Perſa.2.11, -mihi quidem tu iam
Eras mortuus,quia non te viſitaui.

Duobus datiuis,pro Dat vel affcit.Plaut.Aſin.11.14,
Vbi periurarit,vbi ſacro manus ſit admolitus,
Vbi heris damno, moleſtiæ,& dedecori ſæpe fueris. Idem Mil.4.14,Is eſt deriſui,quaqua incedit,omnibus. Idẽ Caſin.10.17, Vt tibi morigerus hodie,vt voluptati fui? Cicero Curioni,libro 2.6.1, Sed tibi & gratulor,& vt ſempitemæ laudi tibi ſit iſte Tribunatus exopto.

Hæ pecuniæ tibi fraudi & damnationi eſſe debent. Cicero 5. Verr.77.

Poſtrema tua pagina mihi magnæ moleſtiæ fuit.Cic.Attico, lib.6.113.1.

Datiuo & ablatiuo. Plautus Milite,10.144, Nihil me pœnitet iam quanto ſumptu fuerim tibi. Idem Bacchid.23.61, Vbi tibi ſit lepidè victibus,vino atque vnguentis.

Datiuo & infinitiuo, ſine nominatiuo: vt, Non eſt cuipiam fallere.

Eſt mihi minus cum illo,Id eſt minus ſum ei familiaris. Cic. Marcello,lib.15.10.3,Ni mihi tecum minus eſſet, quàm eſt cum tuis omnibus,allegarem ad te illos à quibus intelligis me præcipuè dilĩgi.

Eſt mihi melius,pro Melius habeo.Cic.Tironi,lib.16.21.1,Spero ex tuis literis tibi melius eſſe, cupio certè. Vide Melius in Bonus.

Bene & malè eſt mihi.Terent.Adelph.1.1.9, Et tibi bene eſſe ſoli,quum ſibi ſit malè.

Malè eſſe animo,Vide Malus.

Amori eſſe,vel odio dicitur res aliqua,Amari,vel odio haberi.Caſſius ad Ciceronem,lib.15.19.3, Spero enim homines intellecturos quanto ſit omnibus odio crudelitas, & quanto amori probitas & clemẽtia.

Bono eſſe,Id eſt vtile,compendioſum,& commodum. Cicero pro Roſcio Amerino,8,Accuſant ii quibus occidi patrẽ Sext. Roſcii bono fuit. Et pro Milone,23,Cui bono fuerit.

Crimini eſſe.Cic.pro Roſc.Amerino,44,Et illam ſicariorum multitudinẽ, in qua ipſi duces ac principes erant, huic crimini putabunt fore.Hoc eſt,huic in crimen verti. Budæus.

Gloriæ eſſe.Cic.2.Philip.19,Tuámque à me alienationem ad ciues impios tibi gloriæ fore putauiſti.

Inuidiæ eſſe.Liu.4.ab Vrbe,118,Ea ignominia accepta cũ ad patres inuidiæ Menenio fuit, tum cæteris Tribunis,&c.

Miraculo eſſe. Plin.lib.11.cap.31.1, Indicæ formicæ cornua,Erythris in æde Herculis fixa,miraculo fuere.

Odio eſſe.Cæſar 8.bel.Gall.16,Quòd & ſummo odio eſſe nomen Populi Rom.intellexiſſent.

Offenſioni eſſe,Vide Offendo.

Oneri ferendo eſſe.Liu.2.ab Vrbe,41, Vt diuites conſtituerẽt qui oneri ferendo eſſent: pauperes ſatis ſtipendii pẽdere,ſi liberos educent.Hoc eſt qui onus ferre poſſent.

Prædæ eſſe. Quintil.in Proœm.lib.1.11, Ea verũ deſtituta, infirmioribus ingeniis velut prædæ fuit. De cura morum.

Præſidio eſſe.Cæſar 1.bel.Gal.99,Qui hominum millibus circiter x v. agmen hoſtium claudebant,& nouiſſimis præſidio erant.Cic.ad Senatum,lib.15.2.8.

Signo eſſe,vt Eſſe indicio.Cic.1.de Inuẽtione,75, Quæ ſigno ſunt omnia non mediocri quodam conſilio naturam mundi adminiſtrari.

Teſtimonio alicui eſſe. Plancus ad Ciceronem, lib.10.17.7,Amicum eum Reip.cognoſſe videor,libentérque ei ſum teſtimonio,& omnibus ero qui bene merentur.

Vitio eſſe.Ouid.de Nuce,5,
Nunc vterus vitio eſt,quæ vult formoſa videri,
Raráque in hoc æuo eſt,quæ velit eſſe parens.

Vſui eſſe. Cæſar 1.bel.Gall.151,Nanque omnium rerum quæ ad bellum vſui erãt,ſumma erat in oppido difficultas. Quintil.lib.2.cap.12.8,Quæ futura vſui bonæ mentis iuuenibus arbitramur,nobis certè ſunt voluptati.

¶Plus vnus fuerit Cato,quàm omnes leges. Cicero Q.fratri, libro 1.16.10.

¶Sum,variis præpoſitionibus iungitur:nunc cũ ad,vel apud, accuſatiuis: nunc cum ab,in,& aliis ablatiuis.

Ab aliquo eſſe.Cic.1.de Orat.19, Sed vide ne hoc Scæuola totum ſit à me.Hoc eſt,pro me faciat,meámq; tueatur ſententiã.

Eſt ad eam rem,pro Illi rei medetur, & prodeſt. Cato cap.12. 5,Id eſt ad aluum crudam,&ad lateris dolorem,& ad cæliacum, & ſi aluus non conſiſtet.

Ad vrbem eſſe,pro In Vrbe. Cic.ad Atticum,lib.7.135.6,Trebatius quidem ſcripſit,ſe ab illo 1 x. Calend.Febr.rogatum eſſe, vt ſcriberet ad me vt eſſem ad vrbem.

Eſt ad,pro Expoſitum eſt & vergit.Cæſar belli Gall.lib.1.6,Aquitania à Garumna flumine ad Pyrenæos montes,& ad eam partem quæ eſt ad Heſperiam. Alia exemplaria habent, & eam

partem Oceani, quæ ad Hiſpaniam pertinet.

Apud aliquem eſſe. Terent. Heaut. 1. 1. 110.

Apud ſe eſſe. Terent. And. 2. 4. 5, Proin tu face, apud te vt ſies.

Apud herum rectè erat: Hoc eſt, Bene ſe habebat herus, & valebat rectè. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. epiſt. 17. 2.

Apud matrẽ rectè eſt, Id eſt bene habet mater. Cic. ad Atticũ, lib. 1. 4. 3. Ibidem, 5. 1, Apud te eſt vt volumus.

Eſſe cum imperio. Cic. ad Lẽtulum, lib. 1. 1. 8, Cenſet enim etiã ex iis qui cum imperio ſunt. Vide Imperium in Impero.

In amore atque deliciis alicui eſſe. Cic. 6. Verr. 1.

In animo eſt, Decreui, propoſui, ſtatui. Cic. ad Atticum, li. 3. 6. 1, Mihi autem erat in animo iam, vt antea ad te ſcripſi, ire in Epyrum, & ibi omnẽ caſum potiſſimum expectare. Cæſar 1. bel. Gall. 17, Qui dicerent ſibi eſſe in animo, ſine vllo maleficio iter per prouinciã facere, propterea quòd iter haberẽt nullũ aliud.

In armis eſſe. Cæſar 6. bel. Gall. 6, Cæſar quum vndique bellũ parari videret, Neruios, Aduaticos ac Menapios, adiunctis Ciſrhenanis omnibus Germanis, eſſe in armis. Ibidem, lib. 4. 465, Hiterſus inuicem anno pòſt in armis ſunt. Cic. ad Senatum, lib. 15. 1. 9, Vt opprimerentur ii qui ex Cilicũ gente in armis eſſent.

In bonis eſt, pro In poſſeſſione bonorum, bona poſſidet. Cic. Acilio, lib. 13. 31. 2, Nullam omnino arbitror de ea hæreditate cõ trouerſiam eum habiturum, & eſt hodie in bonis.

Eſt in cõmemoratione omnibus omniũ flagitiorũ. Cic. 3. Ver. 71, Abſens non in oblitione iacuiſſet, ſed in aſſidua cõmemoratione omnibus omnium flagitiorum fuiſſet.

In deliciis eſſe alicui. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 29, Ita bene æſtimata naturæ indulgentia, confitearis neceſſe eſt, in deliciis te illi fuiſſe.

Diutius in hoc deſyderio eſſe non poſſum. Cic. de Amicit. 86.

In ditione eſſe. Cic. pro Quintio, 4, Propterea quòd oẽs, quorũ in alterius manu vita poſita eſt, ſæpius illud cogitãt quid poſſit is cuius in ditione ac poteſtate ſunt, quã quid debeat facere.

In exemplis eſt. Plinius lib. 11. cap. 18. 2, Eſt in exemplis, equos ab apibus occiſos.

In expectãdo ſum, pro Expecto. Gellius lib. 3. cap. 7, Quorſum ire pergant, in expectando ſunt.

In gratia eſſe cum aliquo. Cicero ad Atticũ, lib. 1. 14. 1, Etenim quantum coniectura auguramur, ſi erit nebulo iſte cum his Dynaſtis in gratia.

In incerto eſſe. Taci. lib. 19, An Tribunum appetierit, in incerto fuit.

In infamia eſſe. Terẽt. Heaut. 1. 5. 18, Propter quam in ſumma infamia ſum, & meo patri minus obſequens.

In integro eſſe. Tacit. lib. 19, Vos, quibus fortuna in integro eſt, legiones continete. Idem libro 3, Vita Clutorii in integro eſt, qui neque ſeruatus in periculum Reipub. neque interfectus in exemplum ibit.

In meis intimis eſt, Eſt in meis familiariſſimis, ſæpe apud Ciceronem, vt ad Acilium, lib. 13. 31. 4, Peto igitur abs te, vt eũ ſiue aderit, ſiue non venerit in Siciliã, in meis intimis, maximéque neceſſariis ſcias eſſe.

In inuidia eſt, Id eſt ei inuidetur. Cicero ad Atticum, lib. 1. 14. 3, Non enim poterimus vlla eſſe in inuidia ſpoliati opibus, & illa Senatoria potentia. Alia exemplaria nõ habent præpoſitionem IN.

In legationib⁹ eſſe. Liu. quinta Decade, lib. 5. 134, Secundis rebus elati Romanorum partis eius fautores, ſoli tum in magiſtratibus, ſoli in legationibus erant.

In longum eſſe, Tacit. lib. 11, Vnde tenuis fructus, nec in longum fuit.

In melius eſſe. Tacit. lib. 12, Vt aditus, abſceſſus, cuncta nobis importuna, & ſuis in melius eſſent.

In mentem fuit mihi. Plaut. Amph. 4. 16, Sum verò verna verbo, nunc verò mihi in mentem fuit.

In metu eſſe. Plaut. Ciſtell. 5. 59, Illud paueo, & hoc formido, ita tota ſum miſera in metu. Terent. And. 1. 1. 2, Vt metum in quo nunc eſt, adimam.

In mora alicui eſſe. Terent. And. 2. 5. 13, I iam nunc intrò, ne in mora, quum opus ſit, ſies. Idem Adelp. 5. 1. 56, Curre, obſtetricẽ arceſſe, vbi opus ſit, ne in mora nobis ſiet.

In noxia eſſe. Terẽt. Phorm. 1. 1. 36, Hic in noxia eſt, ille ad defendendam cauſam adeſt.

In aliquo numero atque honore eſſe. Cæſar 6. bel. Gall. 49, In omni Gallia eorũ hominum, qui in aliquo ſunt numero atque honore, genera duo ſunt. Subauditur aliquando præpoſitio: vt Cicero ad Valerium, lib. 1. 10. 2.

In oculis hominibus eſſe. Cic. ad Atticum, lib. 6. 113. 8, Itaque publicanis in oculis ſumus gratis, inquis, viris ſenſimus.

Eſſe in officio, Vide Officium.

In opere eſſe. Cæſar 7. bel. Gall. 103, Duæque legiones partitis temporibus in opere erant.

Sum in opinione, Id eſt habeo opinionem. Quintilianus libro 3. cap. 8.

Sunt in illa priore ſententia. Quintil. lib. 3. cap. 10.

In pabulo eſſe, dicitur res aliqua, quæ ad pabulum vtilis eſt. Plin. lib. 11. cap. 53. 2, Quin & ſubus ſerpentes in pabulo ſunt, & aliis venenum eſt.

In procuratione regni eſſe. Cæſar 3. bel. ciui. 410, Qui propter ætatem eius in procuratione erant regni.

In publico eſſe non audet. Cic. 7. Verr. 73.

In quæſtione eſſe. Plin. lib. 11. ca. 17. 5, Sed quomodo ſine aculeo fuci naſcantur, in quæſtione eſt.

In quæſtu linguam eſt. Quintil. in Proœmio libri 1. 10, Nam vt primum lingua eſſe cœpit in quæſtu, inſtitutúmque, &c.

In re præſenti fui. Plautus Amphit. 4. 95, Nam ego fui illic in re præſenti.

In rem communem eſt. Plau. Amp. 3. 10, -eáque vt nuntiem Quæ maximè in rem veſtram communem ſient.

In ridiculo eſſe. Plaut. Caſina, 3. 3, Ita nunc pudeo, atque ita nunc paueo, atque ita in ridiculo ſumus ambo.

In ea eſt ſententia. Quintil. libro 1. cap. 1. 11, In qua ſententia Heſiodum eſſe plurimi tradunt.

In ſpe eſſe, Sperari. Cæſar 1. bel. Ciuil. 67, Magna auxilia cõueniſſe, magna eſſe in ſpe atque expectatione.

In ſpe eſſe, Sperare. Cicero ad Terẽtiam, lib. 14. 3. 5, Sed tamen quandiu vos eritis in ſpe, non deficiam.

In tuto eſſe. Quintil. lib. 1. cap. 8. 5.

In venationibus eſſe multum, Multam venationibus operam dare. Cæſar 4. bel. Gall. 466, Neque multum frumento, ſed maximam partem lacte atque pecore viuunt, multúmque ſunt in venationibus.

In vita eſſe, pro Viuere. Cic. de ſenect. 13, de Gorgia Leontino, Qui quum ex eo quæreret, cur tandiu vellet eſſe in vita, Nihil habeo, inquit, quod accuſem ſenectutem.

In vſu eſſe. Plin. lib. 12. cap. 17. 9, Cætero non alia ligni genera ſunt in vſu quàm odorata. Quintil. lib. 1. cap. 1. 9, A ſermone Græco puerum incipere malo: quia Latinus, qui pluribus in vſu eſt, vel nobis nolentibus ſe perhibet.

¶ Pro aliquo eſſe. Tacit. in vita Agricolæ, Omnia victoriæ incitamenta pro nobis ſunt. Cic. pro Cluẽtio, 71, Iudicia partim nihil contra Habitum valent, partim etiam pro eo ſunt.

Pro meliore fuit. Tacit. lib. 11, Dein nobis pro meliore fuit, effugere hoſtes tertiũ damno.

¶ Sine eo eſſe non poſſum. Cic. 5. Verr. 18.

¶ Eſſe ſub, vt, Omnes ſub cælo ſumus. Eſſe ſub imperio. Cæſar 1. bel. Gall. 111, Neque recuſaturos, quominus perpetuo ſub illorum ditione atque imperio eſſent.

¶ Cum ablatiuo ſine præpoſitione: vt Hæc eſt præſtanti corpore. Plaut. Bacchid. 11. 4, Scio: fui ego illa ætate, & feci illa omnia. Idem Aulul. 19. 10,

Et illæ malam rem metuant, quàm metuunt magis:
Et nos minore ſumptu ſimus, quàm ſumus.

Mira ſum alacritate ad litigandum. Cic. Attico, lib. 2. 11. 1.

Eſſe aliqua conditione. Cic. 3. de Legib. 60, Eſt Senatori neceſſarium noſſe Remp. &c. quos ſocios Reſpub. habeat, quos amicos, quos ſtipendiarios, qua quiſque ſit lege, conditione, fœdere.

Eſſe ſummo honore. Cicero 4. Verr. 60, Sed eſt, & fuit tota in Græcia ſummo honore propter ingenium, & nomine. De ſtatua Steſichori.

Eſſe ſolicitudine incredibili. Cic. ad Tironem, lib. 16. 11. 2, Incredibili ſum ſolicitudine de tua valetudine.

Mirifico eſſe ſtudio, & officio in aliquem. Cic. Terentiæ, libro 14. 3. 6, Piſonem noſtrum mirifico eſſe ſtudio in nos, & officio, & ego perſpicio, & omnes prædicant.

¶ Sum, ſæpe aduerbiis iungitur. Plaut. Aululari, 5. 16, Occlude ſis fores ambobus peſſulis, iam ego hìc ero. Terentius Hecyra, 1. 2. 110, Vbi illic dies eſt complures, accerſi iubet. Virgil. 1. Æneid. 5, -hìc illius arma,
Hìc currus fuit.

Ego vos oro, vt hìc ſitis hodie. Cic. 2. de Orat. 16.

Intus eſſe, Vide Intus.

Longè eſſe. Vide Longus.

Malè ſit, Imprecantis, Vide Malus.

Nimium eſt, Vide Nimis.

Nunc eſt, Vide Nunc.

Obuiam eſſe, Vide Obuiam.

Cum infinitiuo. Terent. Heaut. 3. 3. 17, Sed noſtrum eſt intelligere vtcunque, atque vbicunque opus ſit obſequi.

Non enim eſt meum, contra ius alicuius dicere. Cicero pro

Corn.Balbo,16.

¶Sum variè vtimur,in variis locutionibus.

Sit vestra benignitas ad audiendum.Plaut.Mil.4.2.

Sunt semper bibentes in œnopolio.Plau.Curc.7.13.

Es pro Sis. vt, Bono animo es. Plaut. Amphit.8.37. Et apud Terentium Heaut.4.6.18.

Est illi consuetudo. Plin.epist.137. Et apud Plautum Curc.2.34,Si argentum est,emas.

Mors est plerisque.Quintil.lib.1.cap.1.10.

Fui daturus.Terent.Heaut.4.6.13,

Næ me istuc ex te prius audisse gaudeo,
Quàm argentum haberes quod daturus iam fui.

Opinor esse Herculem,tu autem Linus.Plaut.Bacch.2.47.

¶Sunt minus quindecim dies,quòd.Plaut.Trin.8.1,

Minus quindecim dies sũt,q̃ pro his ꝟdib' minas quadraginta Accepisti à Callicle.

Sunt decem dies ante.Cic.2.Verr.19,Decem dies sunt ante lu dos votivos,quos Cn.Pompeius facturus est.

Est hic tertius annus à.Cic.de Amicitia,Cuius à morte hic tertius & tricesimus est annus.

Sunt octo anni quum.Plaut.Mostell.Quia septẽ menses sunt quum in hasce ædes, &c. Cic. pro Cluẽtio.66, Anni sunt octo quũ ista causa in ista meditatione versatur. Idem 2. Offic.111, Nondum centum & decem anni sunt,quum,&c.

Est annus vt.Cicero 8.Philipp.251,Est enim iam annus vt repulsam tulit.

Fuerunt duæ horæ. Cic.pro Quintio,30, Horæ duæ fuerunt, Quintius ad vadimonium non venit:quid ago?

Sunt duo menses iam,dices. Cic.pro Rosc. Comœdo,4.

Quum annos iam cõplures societas esset.Cic.pro Quintio,7.

¶Estne,an non?Plaut.Epid.11.11, -estne ea,
An non quã animus retur meus? Idem Trinum.14.63,
-estne ipsus, an non est?is est,
Certè is est, is profecto.ô mi here. Idem Epid.7.3, Sitne quid, nẽcne sit,scire cupio.

¶Est mihi nomen Hecyra. Terent. in prologo Hecyræ,1,Hecyra est huic nomen fabulæ. Plaut. Menæch.14.9,Mihi est Menæchmus nomen.

In genitivo.Plaut.Amph.3.19,Nomen Mercurii est mihi.

Dativo.Plaut.Cistel.4.6,Nam nomen est mihi Auxilio.

¶Sum totus vester.Cic.Marcello,lib.15.8.2, Sum totus vester, & esse debeo.

¶Sit,nec sit spes,in te vno est.Plaut.Milit.14.59.

¶Est,respondeo. Terẽt.And.4.5.50,Sed est Simo intus?D.est.

Est ita vt dicis. Plaut. Trinum.17.8. Cic.3. de finib.30, Est vt dicis,inquam.

¶Est mihi iter in Lemnum.Terent.Phorm.1.2.16,
-evenit senibus ambobus simul,
Iter illi in Lemnum vt esset,nostro in Ciliciam
Ad hospitem antiquum.

¶Est,in tertia tantum persona,pro Convenit. Valerius Maximus lib.2,Non est inter patrem & filium,vllius rei comparationem fieri,præsertim diuinitatis fastigio iunctos.

Est cernere,deprecari,inuenire. Virg.6.Æneid.120,
Necnon & Tityon terræ omniparentis alumnum
Cernere erat. Id est,licebat. Cic.pro P.Sestio,21, Quẽ enim deprecari esset,quum omnes essent sordidati?Vetus exemplar habet deprecarentur. Gellius lib.11, Est tamẽ inuenire non nusquam ita scripsisse quosdam non ignobiles.

¶Est petitum.Plaut.Aulul.7.69,Nam si opulento sit petitum pauperioris gratiam.Videtur hoc loco legendum,si opulẽtos it, pro,si opulentus it petitum, &c.

¶Non hercle is sum qui sum, ni hanc iniuriam vltus fuero. Plaut.Menæch.11.7.

Nullus sum,Vide Nullus.

¶Fuit, quum aliquid olim factum narraturi sumus, præponere consuevimus.Terent.Heaut.3.3.30,
-fuit quædam anus Corinthia
Hic,huic drachmarum hæc argenti mille dederat mutuum.

Est,similiter à narraturis aliquid vsurpatur. Terẽt.Eun.2.2.17, Est genus hominum,qui esse primos se omnium rerum volũt, Nec sunt,hos consector. Plaut.Cistel.10.39.

Fuit quoddã tempus.Cic.1.de Inuent.3,Nam fuit quoddã tẽpus, quum in agris homines passim bestiarũ more vagabãtur.

Fuere qui.Plin.lib.12.cap.15.2, Necnon fuere qui è thuris arbore vtrunque nasci mentirentur.

Cn.Pompeius,vir omnium qui sunt, fuerunt,erunt, virtute, sapientia,gloria princeps.Cic.Post reditum ad Quirites,13.

¶Sunt qui volunt te conuentam.Plaut.Cistell.10.39.

¶Est quod,Id est,est aliquid quod.Plautus Pseud.4.57, Etiam est quod domi dicere penè oblitus fui. Idem Cap.2.53,Sed etiã est,paucis quod vos monitos voluerim. Idem Aulul.7.26,Iam ad te reuortar:nam est quod visam domum. Cicero Trebatio, lib.7.10.1,Est quod gaudeas,te in ista loca venisse,vbi aliquid sapere videre.

Nihil est,Vide Nihil.

Non est quod,Vide Non.

¶Hoc quod res est.Plau.Menæch.14.11,Quid ego ex te audio? MEN.hoc quod res est.

¶Erit vbi te vlciscar,si viuo.Plaut.Pseud.23.35,

Est etiam vbi profectò damnum præstet facere quàm lucrũ. Plaut.Capt.6.67.

¶Est verò huic credendum Chreme.Ironicè dictum.Terent. And.5.4.14.

¶Est vt.Terent.Phorm.5.8.31, -sin est vt velis
Manere illam apud te,dos hîc maneat Demipho.

¶Ero vt me voles.Plaut.Capt.5.35.

¶Esse,Convenire, & congruum esse. Cic. ad Atticum, Signa quàm cõmodissimè poteris velim imponas, & si quod præterea ἄγαλμα reperies, & maximè quæ tibi palæstræ & gymnasii videbuntur esse. Idem,Velim vt signa,& cætera quæ eius loci & nostri studii, & tuæ elegantiæ esse videbuntur, quamplurima, quamprimùmque mittas,Budæus.

¶Esse,Manere,& cõmorari. Cic.Attico,li.16.epi.7,Tu quidẽ & prudẽter & amice suades,vt in his locis potissimũ sim,quoad audiamus hæc quæ cõmota sunt,quorsum euadant. Ibidẽ,10, Qui minus autẽ ego istic rectè esse possim,quàm est Marcellus? Idem 1.de Orat.16.Nisi prius à vobis impetrabo.Quid nam inquit Catulus?Vt hîc sitis hodie. Et paulo post,Neq; domi imperaram, & hic, apud quem eram futurus, sine mea sententia tam facilè promisit.Budæus.

Si essetis,versareminique nobiscum. Cic.de Aruisp.resp.21.

¶Est,pro Possibile est.Celsus lib.5.cap.27, De remediis generalibus aduersus omnia venena,Non tã facile iis opitulari est, qui in cibo venenum,vel in potione sumpserunt.Budæus.

¶Esto,Concedentis.Plaut.Asin.14.18,Esto,istud curabo.
Terent.Heaut.3.3.11,
At mihi fides apud hunc est,nihil me istius facturum pater.
c.Esto:at certè concedas aliquò ab eorũ ore aliquantisper. Cicero 5.Verr.111,Esto,cætera negare non potes. Ibidẽ,59,Quare putabas emptori lucrum addi oportere? esto,putabas. Plin. lib.18.cap.1.6,Esto barbari externique ritus inuenerint:etiámne Græci suas fecere has artes?

Esto,pro Sit.Plautus Asin.13.56,
-hæc multa ei esto,vino viginti dies Vt careat.

Verum esto.Cic.4.Ver.106,Verum esto,alio loco de aratorum animo & iniuriis videro: nunc quod mihi abs te datur, id accipio,eos tibi esse inimicissimos. Ibidẽ,52,Verum esto,eripe hæreditatem propinquis,da palæstritis.

Sit sanè ita.Cic.4.Acad.151,Sit sanè ita quãquàm à Polemonis,& Peripateticorũ & Antiochi finibus non facile diuellor,&c.

¶Esse,pro Viuere.Cic.Attico,lib.11.141.10,Longúmque illud tempus quum non ero, magis me monet, quàm hoc exiguum, quod mihi tamen nimium longum videtur.

¶Es,pro Soles.Cic.Cornificio,lib.11.10.2,Quod si,vt es,cessabis,lacessam.

¶Siem,pro Sim. Plau.Amphit.3.57,Quasi nesciam vos velle, qui diuos siem. Teren.Phorm.5.4.6,Sin patefit,in probro siẽ. Cic.in Orat.88,Siet,plenum est: sit imminutum.

¶Est,pro Euenit.Terent.Hecyra,3.1.28,
-nam sæpe est,quibus in rebus alius ne iratus quidem est,
Quum de eadem causa est iracundus factus inimicissimus.

Ens, Participium præsentis temporis non est in vsu, authore Prisciano. Quintil.libro 8.cap.3,Multa ex Græco formata noua,ac plurima à Sergio Flauio,quorum dura quædam admodum videntur,vt Ens & Essentia:quæ cur tantopere aspernemur,nihil video:nisi quòd iniqui iudices aduersus nos sumus, ideóq; paupertate sermonis laboramus.

Futûrus,futûra,futûrum, pen.prod. Participium,idem quod erit significans.Plaut.Mostell.4.74. -quid illis
Futurum est cæteris qui te amant? Idem Pseud.3.111,
Satin' est si hanc hodie mulierem efficio tibi
Tua vt sit? aut si tibi do viginti minas?
c. Satis,si futurum est. Idem Pœnulo, 4.89, Si quidem tu es mecum futurus pro vna pensilis. Cic.de Senect.61, Aut etiam optanda si aliquò eum deducit,vbi futurus sit æternus.

Præsidio sperant esse futurum. Cicero 7. Verr.131, Sed quocunque venerint, hanc sibi rem præsidio sperant esse futurum.

Copulare futura cum præsentibus, Vide Copulo.

Augurari futura animi, Vide Auguro.

Scire futura. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 4.
Mihi cum illa posthac nihil futurum. Cic. 1. Philip. 84.
Genus omne futurum, Posteri. Virg. 4. Æneid. 115.
In futurum, vide In præpositionem.
Haud ignara futuri. Virg. 4. Æneid. 101.

Sumen, sũminis, pen. corr. neut. gen. Fit ex papillis suillis vno die post partum sectis ac salitis. Mart. lib. 13. 44.
Esse putes nondum sumen, sic vbere largo
Effluit, & viuo lacte papilla tumet. Plin. lib. 8. cap. 51. 5. Hinc Censoriarum legũ paginæ, interdictáque cœnis abdomina, glãdia, testiculi, vuluæ, sincipitia, vertina, vt iam Publii mimorum poetæ cœna, postquam seruitutẽ exuerat, nulla memoretur sine abdomine, etiam vocabulo suminis ab eo impositio. Hic Plinius vult sumen & abdomen idem esse. Plaut. Capt. 14. 4. Quanta labes larido, quanta sumini absumedo?
Sumen alii putant esse lac suis extractum, ac dẽsatum sue occisa. Vel quasi rumen, id est mammam, nomen à sugendo deductum. Vide **Abdomen.**
¶ Sumen, Per translationem. Varro de Re rust. lib. 1. cap. 7. ad finem, Cæsar Vopiscus ædilitius, causam quum ageret apud Cẽsores, campos Roscæ Italiæ dixit esse sumen, in quo relicta pertica postridie non appareret propter herbam.

Sumenalia, Vide **Summanalia.**

Summa, summæ, Est sententiæ alicuius, aut rerum, de quibus verba fiũt, aut quæ etiam numerantur. collectio. Virg. li. 4. Æn. 48. Nauiget, hæc summa est. Plaut. Epid. 3 1, Atque admodum meũm mœrorum, atque amorum summam edidaui tibi. Idẽ Mil. 3. 46. Quanta istæc hominum summa est? r. septem milia. Idem Pseud. 5. 139. Sicut hæc est præstituta summæ argentariæ dies. Plinius epist. 155. 2. Summæ amplissimæ. Cicero de Legibus, Leges autem à me edentur non perfecte (nam hoc esset infinitum) sed ipsæ summæ rerum ac sententiæ.
Explicare summam auaritiæ. Cic. in Pisonem, 68.
Belli summam credere puero. Virg. 10. Æneid. 14.
In hoc summa iudicii causáque tota consistit. Cic. pro Quintio, 17.
Summa militiæ. Tacit. lib. 18, E' gregario ad summa militiæ proiectum.
Numorum summa. Horat. de Arte, 78.
Operis summa. Horat. de Arte, 7.
Patrimonii summa. Horat. 2. Serm. sat. 3. 18.
Summã promissi sui cõplere, Promissum omnino absoluere. Cic. 5. Verr. 96, Verùm vt hac ipsa ratione summam mei promissi compleam, ad singula medimna multi sestertia duo, multi sestertia quinque accessionis cogebantur dare.
Summa rerũ. Terent. Phorm. 2. 2. 3, Ad te summa solum Phormio rerum redit. Tacitus in vita Agricolæ, Ac summa rerum, & recuperatæ prouinciæ gloria in ducem cessit.
Summæ rei periculum facere. Tacit. libro 10, Crebris interim nũntiis Valentinum monuere, ne summæ rei periculum faceret. Idem lib. 11, Ad maturandum summæ rei discrimen.
Communes rerum & generum summæ. Cic. 1. de Orat. 74.
Salutis summa. Lucret. lib. 1. 173.
Victoriæ summa in eo constat. Cæsar 7. bel. Gall. 81, Nec solis Biturigibus communem salutem committendam cẽsent: quòd penè in eo si oppidum retinuissent, summa victoriæ cõstare intelligebant.
Summa quadrant, Vide **Quadro.**
Breuis summa, Vide **Breuis.**
Dicere summam alicuius rei. Cic. 1. de Inuent. 41.
Ad summam pertinet. Quintil. li. 1, An Philippus Macedonũ rex Alexandro filio suo prima literarum elemẽta tradi ab Aristotele summo eius ætatis philosopho voluisset, ac ille suscepisset hoc officium, si nõ studiorum initia à perfectissimo quoque optimè tractari, & pertinere ad summam credidisset. Ad summam doctrinæ & eruditionis intelligo, quam filio destinauerat esse quærendam literarum studio. Budæus.
In summã. Tacit. lib. 15, Ergo Vologeses neque atrox in summam. Idem lib. 13, Nihil in summam pacis proficiebatur. Liuius lib. 1. Decad. 4, Quòd si modum in insequendo habuissent, non in præsentis modò certaminis gloriam: sed in summã etiã belli profectum foret.
In summam proficere. Quintil. libro 1, Maiora tamen aliqua discet puer eo ipso anno quo minora didicisset. Hoc per singulos annos prorogatum, in summam proficit. Id est, eam dicendi facultatem quam adolescenti aut iuueni cõparare volumus, & ad eum finem quem animo destinauimus. Budæus.
Summa illa sit. Cicero ad Thermum, libro 13. 54. 4, Summa illa sit: quicquid officii, beneficii, honoris in Genucilium contuleris, id te existimabo in meipsum atque in rem meam cõtuliſſe.
Summa fuit vt. Cic. ad Atticum, lib. 9. 190. 4, Summa fuit, vt ille quasi exitum quærens vt deliberarem, non fuit negandum: ita discessimus.
Summa illuc pertinet vt: &c. Cicero 7. Verr. 10, Summa illuc pertinet, vt sciatis, quoniam plura genera sunt imperatorum, ex quo genere iste sit.
Summa est in testibus. Cic. pro Flacco, 18, Summa est in testibus: hi viuunt cum inimicis, adsunt cum aduersariis, habitãt cũ accusatoribus.
Summa cõsistit in eo. Cic. 4. Acad. 56, Nihil posse percipi, non debere eos in suo decreto, sicut in cæteris rebus, fluctuare: præsertim quum in eo summa consisteret.
¶ Summa dicebatur quæstio antiquis, quod nunc *principale punctum* dicimus. Quintil. lib. 3, Quæstio latius intelligitur omnis, de qua in vtrãque partem, vel in plures dici credibiliter potest. In iudiciali autem materia dupliciter accipienda est: altero modo quo dicimus multas quæstiones habere controuersiam, quo etiam minores omnes complectimur: altero, quo significamus summam illam, in qua causa vertitur.
¶ Summã cogitationũ facere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 31, Circunspectis rebus meis omnibus, rationibúsque subductis summam feci cogitationum mearum omnium.
Hæc est summa. Plautus Persa, 1. 34.
Sed hoc me vnum excruciat. s. quidnam id est? r. hæc summa est, hodie mea
Amica sitne libera, an sempiternam seruiat
Seruitutem? Cicero ad Titium, lib. 13. 76. 4, Summa est in quo mihi gratissimum facere possis, Si curaris vt Auianus, quando se à me amari putat, me à te amari sciat, erit id mihi pergratũ.
¶ Summa pecuniæ. Cicero ad Fabium. lib. 7. 14. 9, Scilicet ista quidem summa næ ego multo libentius emerim diuersorium. Idẽ pro Q. Roscio, 1, Non refert parua nomina in codicem: imò omnes summas.
Verãne summa sit vniuscuiusque rationis. Cic. 1. de Orat. 86.
Addendo, deducendóque videre quæ reliqui summa fiat. Cicero 1. Offic. 86.
Creditor totius summæ. Quintil. lib. 5. cap. 10. 82.
Quum ipsa pecunia, quæ Staleno data est, numero ac summa sua, non modo quanta fuerit, sed etiam ad quam rem data fuerit, ostendat. Cic. pro Cluentio, 70.
Colligit summa. Plin. lib. 9. cap. 35. 14, Quæ summa quadringenties sestertiũm colligebat.
Concipere summam, Vide **Concipio.**
Conficere summã. Cic. de Lege agra. 67, Quum summã tantæ pecuniæ nullo teste sibi ipse ex sua voluntate confeciſſet. Alii legunt feciſſet.
Congruunt cum summa. Cic. ad Atticum, lib. 7. 131. 7, Reliqua patebant, & cum Terentiæ summa congruebant.
Decedet nihil de summa, Vide **Decedo.**
Detrahere de summa. Cic. ad Atticum, lib. 10. 195. 19, Rogaui vt siquid posset, ex ea summa detraheret.
Decessionem de summa facere. Cic. pro Rabirio Posthumo, 19, Non intelligo hoc quale sit: vtrum accessionem decumæ, vt nostri facere coactores solent, centesima, an decessionem de summa fecerit.
Facere summã. Cic. 4. Ver. 91, In censu habẽdo potestas omnis æstimationis habendæ, summæqi faciũdæ censori permittitur. Idem 5. Verr. 193, Summã faciam vobis ex publicis literis & testimoniis ciuitatum frumẽti in cellã imperati: reperietis quinquies tanto iudices amplius istum, quàm quãtum eiin cellam sumere licitum sit, ciuitatibus imperasse.
Imminuere summam, Vide **Imminuo.**
Remittere alicui de summa vel de capite. Cic. 5. Verr. 69.
Subducamus summam. Cic. ad Atticum, lib. 5. 110. 11.
¶ Habere summã orationis. Cic. Attico, lib. 1. 16. 13, At ille perpauca locutus, hanc summã habuit orationis, vt sibi ignoscerẽ.
Sed tamen hæc est summa conclusionis meæ. Cic. 1. Philip. 51.
Quicquid dixi, ad vnam summam referri volo, vel humanitatis, vel clementiæ, vel misericordiæ tuæ. Cic. pro Ligario, 18.
Efficere longam summam. Quintil. lib. 4. cap. 2. 30, Solet enim esse quædã partium breuitas, quæ lõgam tamen efficit summã.
Tendere ad summam. Quintil. in Procem. lib. 1. 15, Sed non ideo minus nobis ad summam tendendum est.
Ad summam nõ possunt istæc sic abire. Ci. Attico, li. 14. 199. 1.
In omni summa, me ad otiũ cõuerto. Cic. ad Q. frat. li. 3. 11. 8.
In summa. Cic. ad Q. frat. lib. 2. 16. 13, Quo die hæc scripsi, Drusus erat de præuaricatione Tribb. ærarii absolutus, in summa quatuor sententiis cum Senatores & equites damnassent.
Ad summam, Vide **Ad** præpositionem.
Ad summam dic M. Tulli, &c. Cicero ad Atticum. Idem de

Offic.lib.1.107, Ad ſummã, ne agã de ſingulis,cõmunem totius generis hominũ conciliationẽ & conſociationem colere, tueri, ſeruare debemus. Idẽ 4.de Finib.67,Ad ſummam,ea quæ Zeno æſtimanda & ſumenda,& apta naturæ eſſe dixit, eadem illi bona appellant.

Summãtim,pe.pro.Aduerb. Per ſingulas ſummas,vel In ſũma,& breuiter.Apuleius,Omnia ſummatim tetigerat. Plinius,Sed vt hæc de re ſũmatim dicã. Varro in Præf.libri 1.de Re ruſt.6,Qua de re pecuaria breuiter ac ſummatim percurrã. Cic.1.de Orat. 131,Quod & ſũmatim percipi ſine doctrina poteſt.De iure ciuili. Idẽ ad Atticũ,lib.13.313.11.Sũmatim adhuc ad te:nihildũ enim à Balbo. Eidẽ,lib.5.104.1,Itaq; ſubſedi in ipſa via,dum hæc quæ longiorem deſyderant orationẽ, ſummatim tibi perſcriberem. Idem pro Cluentio,13, Nunc iam ſummatim exponam quibus criminibus Oppianicus damnatus ſit. Sic 5.de Finib.65.

A' me pauca cognoſces,& ſũmatim.Cic.Trebonio, li.10.18.6.

Attingere aliquid ſummatim.Lucret.lib.3.53.

Breuiter & ſummatim deſcribere.Cic.in Oratore.18.

Nunc exponamus genera ipſa ſummatim.Cic.1.de Orat.137.

Narrare ſummatim & particulatim.Author ad Here. li.1.14.

Summanalia, Liba farinacea in modum rotæ ficta. Feſtus. Cælius lib.9.cap.16,ſumenalia vocat à ſumine.

SVMMANVS,pen.prod.Deus antiquis creditus, cui nocturna tribuebant.Plinius lib.2.cap.52.Diuturna attribuẽtes Ioui.nocturna Summano.De fulminibus. Cic.1.de Diuinat.19,Quid Summanus in faſtigio Iouis optimi maximi, qui tum erat fictilis, è cælo ictus eſſet, &c. Summani nomine intelligendus eſt Pluto,vt teſtatur Capella de Nuptiis Philologiæ lib.2,quem ita nũcupant,quaſi ſummũ deorũ Manium.Qui deus tamen ſit Summanus,addubitaſſe videtur Ouidius,quum 6.Faſtorũ,147,ſcribit XII.Calendas Ialias templum illi fuiſſe ſacratum,

Reddita,quiſquis is eſt,Summano templa feruntur
Tunc,quum Romanis Pyrrhe timendus erat.

Summergo,**Submitto**,Vide poſt **Summus**.

Summœnium,Dicebatur locus lupanaris,quòd fere ſub mœnibus eſſet: quaſi ſub mœnium. Inde Summœnianæ mercurices dicuntur.Martialis lib.3.40,

Conuiua quiſquis Zoili poteſt eſſe,
Summœnianas cœnet inter vxores.

Summoneo,Vide **Submoneo**.

Summouco,Vide poſt **Summus**.

Summus,Adiectiuum.Quod eſt omnium altiſſimum.Virgil. 4.Æneid.34, -ſummóque vlularunt vertice nymphæ. Cic.2. Tuſc.77,Summum,quo nihil ſit ſuperius.

Summum & Profundum,contraria.Cic.5.de Finib.74.

Summa nauium tabulis augent.Tacit.lib.19.

Euadere in ſummum, Vide **In** præpoſitionem.

Imit permiſcere ſumma.Lucanus lib.3.28.

Facere paria omnia infima ſummis.Cic.3.de Legib.19.

Ab imo euertere ſumma.Lucret.lib.5.35.

¶Summus,Extremus. Cic. in Hortenſio, Vixit ad ſummam ſenectutem valetudine optima. Plaut.Cap.11.84,

Etſi peruiuo vſque ad ſummam ætatem,tamen
Breue ſpatiũ eſt perferendi,quæ minitas mihi. Virg.1.Æne.65,
Venit ſumma dies,& ineluctabile tempus Dardaniæ. Ouidius 3.Amor.elegia 8.6, Hunc quoque ſumma dies nigro ſummerſit Auerno.

A ſummo,Vide **A** præpoſitionem.

¶Summus,Maximus,quo nihil ſit maius. Terent.Phorm.1.1. 1,Amicus ſummus meus,& popularis Geta.

Seueritatis,& munificentiæ ſummus.Tacitus lib.1.

Summus,aliquando ſolùm ponitur,& intelligitur AMICVS. Terent.Eunucho,1.2.40, -plurima ſalute Parmenonem
Summum ſuum impertit Gnato.

Concipere ſumma de aliquo.Quintil.in Proœm.lib.6.3.

Ad ſummum,Vide **Ad** præpoſitionem.

Biduo,ad ſummum triduo.Cic.pro Quintio,52.

Summus,medius,infimus.Cic.1.Philipp.27.

¶Summa aqua.Cic.1.Tuſcul.16, Mento ſummam aquam attingens ſiti enectus Tantalus?

Æſtas ſumma, pro Vltima. Cic.7.Verr.14, Quum verò æſtas ſumma eſſe iam cœperat,quod tempus,&c.

Amentia ſumma.Cic.2.de Inuent.140.

Artificiũ ſummũ. Cic.6.Verr.34, In his poculis duo quædam quæ Heraclea nominãtur,Metoris manu ſummo artificio facta.

Beneficium ſummum.Terent.Phorm.1.2.11.

In ſummo beneficio,Vide **In** præpoſitionem.

Summum illud bonum in animõne ſit,an in corpore:virtute an voluptate definiatur.Cic.1.de Oratore,113.

Quod honeſtũ ſit,id eſſe aut ſolũ,aut ſũmũ bonũ.Ci.3.Off.45.

Herillus in cognitione & ſcientia ſummum bonum ponit. Cicero 4.Acad.133.

Epicurus ponit ſummum bonũ in voluptate: Cic.3.Offic.161.

Cacumina ſumma.Virgil.6.Æneid.136.

Clamore ſummo. Plautus Merc.3.49.

Contumelia ſumma.Cicero 5.Verr.84.

Culmina ſumma villarum.Virgil.Eclog.1.17.

Deſperatio ſumma.Plin.lib.23.cap.1.37, Dari vtique non niſi in cibo debet,nec à ſummo, nec præcedente alio potu, hoc eſt vtique ſitienti,nec niſi in deſperatione ſumma.

Dolor ſummus.Plin.lib.11.cap.37.85.

Faſtigia ſumma rerum.Virgil.1.Æneid.70.

Vide ſumma. Liuius 4.ab Vrbe,161, Quum Senatus ſummã fide ex cenſu contuliſſet,primores plebis nobilium ex compoſito conferre incipiunt.

In ſummo fluctu pendent.Virgil.1.Æneid.21.

Forma ſumma.Terent.Eunucho,2.3.74,

Rogitas? ſumma forma ſemper conſeruam domi Videbit.

In honore ſummo vigere.Lucret.lib.4.135.

Hyeme ſumma.Cic.ad Munatium,lib.15.61.3,Pergratum mihi feceris ſi ille intellexerit ſe, quòd pro ſalute mea multa pericula adierit,ſæpe hyeme ſumma nauigauerit, pro tua erga me benenolentia gratum etiam mihi feciſſe.

Summus atque perfectus imperator.Cic.pro Lege Manilia,15.

Ingenia ſumma. Cic.4.Acad.30, Nihilne tot ſeculis,ſummis ingeniis,maximis ſtudiis explicatum putamus?

Inſcitiæ ſummæ mihi videtur.Cic.2.de Finib.58.

Iure ſummo agere cum aliquo.Cic.7.Verr.3.Vide **Ius**.

Summum ius,ſumma iniuria.Cic.1.Offic.49.

Laboris ſummi dolor.Cic.5.Verr.84,Cognoſcetis Iudices Entellinorũ ſummi laboris,ſummæ induſtriæ dolorem & iniurias.

De ſummo loco,ſummóque genere captus.Plaut.Capt.2.30.

Summo loco natus.Cic.ad Thermum,lib.2.17.4, Sed tamen etſi fratres ſummo loco natos,promptos,non indiſertos,te nolo habere iratos. Sic 3.Tuſcul.133.

Dicere dolorem ſummum malum.Cic.3.Offic.160.

Materia ſummi mali aurum.Horat.3.Carm.ode 24.10.

Ad ſummam magnitudinem peruenire putantur decem annis delphini.Plin.lib.9.cap.8.1.

Mœror ſummus.Cic.pro Quintio,8,Vt ad quẽ ſũmus mœror ſua morte veniebat,ad eũdẽ ſummus honos quoq; peruenirẽt.

Omnia ſumma in eo ſunt:Hoc eſt,vndecunque maximus & excellens. Cic.pro Lege Manil.7, Vident & ſentiunt hoc idem quod & vos,vnum virum eſſe in quo ſumma ſint omnia,& eũ prope eſſe,quo etiam carent ægrius.

Opes ſummæ.Lucret.lib.2.3.

Otium ſummum.Cic.3.Ver.42,Ad ſummum Græcorum otiũ potius,quàm ad vllam vim aut tumultum accommodati.

Pax ſumma.Lucret.lib.1.11.

Si homines non eruditi ſummam eſſent prudẽtiam atq; incredibilem eloquentiam conſecuti,inanis omnis noſter eſſet labor.Cic.1.de Orat.1.

Nihil niſi ſumma ratione facere.Cic.Cn.Magno in Epiſt. ad Atticum,lib.8.159.3.

Rector ſummus deũm.Ouid.13.Metam.131.

Reſp.ſumma Cic.ad Cornificiũ,li.12.25.10,Puer enim egregiæ præſidiũ ſibi primũ & nobis,deinde ſummæ Reip.comparauit.

Quid mihi cũ iſta ſumma ſanctimonia? Cic.pro Quintio,31.

Homo ſenectute ſumma.Cic.8.Philip.154,Ego Q.Scæuolã augurem memoria teneo bello Marſico,quum eſſet ſummã ſenectute & perdita valetudine, quotidie ſimulatque luceret, facere omnibus conueniendi ſui poteſtatem. Sic 7.Verr.142.

Studium ſummũ literarum erat in vtroque.Cic.1.de Fin.11.

Stultitiæ ſummæ eſt.Cæli Ciceroni in epiſt.ad Atti.lib.10.101.4.

Sũma ſummarũ in illo gloria fuit,Aſiam vltimã prouinciarũ accepiſſe,eandémq; mediã patriæ reddidiſſe.Plin.lib.7.ca.26.5.

Vi ſumma hortari.Liu.3.bel.Pun.107.

Vir ſummus.Plaut. Capt.6.19,Summus,atq; ab ſummis viris. Et,Summe deũm Ioppiter.

Voce ſumma reſonans.Horat.1.Serm.ſaty.3.1.

Voce ſũma pronũtiare verſus.Cic.1.de Orat.157,Qui etiã (vt memoriæ proditũ eſt)cõiectis in os calculis,ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronuntiare conſueſcebat. De Demoſthene.

Voluptas ſumma.Horat.1.Serm.ſaty.2.14.

¶Summa res,pro Summa rei,& pro tota Rep. Cic.1.Philipp. 37,Quod quidem erat magnum,de ſumma re diſſentientes, in eadem conſuetudine amicitiæ permanere.

¶Summum,Valde profundum.Plaut.Milit.16.16, Nunc hæc res apud ſummum puteum geritur. Ibidem,9.70,

Nã è ſummo puteo ſimilior nunquã poteſt Aqua aquæ ſumi

¶Summus,Laudabilis,gloriosus.Virgil.9. Æneid.40.
Méne igitur socium summis adiungere rebus Nisi fugis?
¶Summum,& Ad summum,pro eodem.Cic.5.Verr.174,Duo milia nummûm,aut summum tria dedisset. Idem ad Atticũ, lib.13.278.1, Expectabam hodie, aut summum cras ab eo tabellarios. Idem 4.Verr.90,Vt nonnunquam siquid discrepet,eximant vnum aliquem diem, aut summum biduum ex mense. Quintil.lib.5.cap.14.5,Mihi & plurimis nihilominus authoribus tres summum videntur.Vide Ad summũ in Ad præpositione.
Scies igitur fortasse cras,summũ perẽdie.Cic.Attic.li.11.257.5.
Ad summum,pro Optimẽ. Cic. ad Tironem,lib.16.11.4, Fac planè vt valeas,nos ad summũ. Scilicet valemus.Id est optimè, vt vix possimus melius.Vetus exemplar legit adsumus.
Summo,hoc est fine.Quintil.7.ca.1.7.& 8,Instat tamen huic parti vehementius, vt putet primo firmum aliquid esse ponendum,summo firmissimum, imbecillioria medio: quia & initio mouendus sit iudex, & summo impellendus.

Summè,Aduerbium, Maximè,excellenter. Plautus Pœnulo,11.1, Estne hic seruus meus?c.summè hercle verò Agorastocles.Plin. epist.143,Habui enim illum Quæstorem in Cõsulatu,mei summè obseruantissimum. Plaut.Trucul.5.5,Verum apud hũc me hera consilia summè loquitur libere. Matius ad Ciceronẽ,lib. 11.28.6,Neque bellum vnquam ciuile, aut etiam causam dissensionis probaui,quam etiam nascentem extingui summè studui. Idem pro Quintio,41,Hîc quoque summè constat procuratoris diligentis officium. Et paulo pòst,46, Sicut tu semper summè concupisti. Idem 4.Verr.136,Et quòd erat Carpinatii nota cũ isto Prætore societas ac fœneratio, summè expectabant omnes quid in tabulis contineretur.
Ab aliquo petere & summè contendere. Cic.pro Quintio,51.
Hoc me solicitare summè solet.Cic.1.de Orat.161.
Summè miser,Admodum.Cic.4.de Finib.36.
Summè officiosus in aliquem.Cic.5.Verr.41,Homines autem ipsi Lampsaceni,tum summè in omnes ciues Romanos officiosi,tum præterea maximè sedati & quieti præter cæteros.
Summè iucundam.Cic.ad Sulpitium, lib.13.19.4, Tale enim tuum iudicium de homine eo quem ego vnicè diligo, non potest mihi non summè esse iucundum.

Summoperè,Aduerbium.Cic.1.de Inuent.37, Vitia verò hæc sunt certissima exordiorũ,quæ summopere vitare oportebit. Ibidẽ 2.113, Quum puerorum igitur formas & corpora magno hic opere miraretur.

Summarius,summarii.Cic.ad Atticum,lib.10.192.5,Nisi fortè iste summarius ei potest persuadere,vt dum Oratores eant & redeant,quiescat. Vbi interpres Beroaldus legit Senatus, quem per fas & nefas collegit Cæsar,reliquias reliquiarum.Alii summariũ Cæsarem interpretãtur,qui prior esse volebat,malebat esse primus,ac reliquis præeminere.

Súmmitas,pen.corr.summitâtis,Altitudo.

Summâtes,summâtum,pen.prod.plu.n.Qui & Optimates & Primates appellantur.Plaut.Cistell.2.10,
-vbi istas videas summo genere natas
Summates matronas. Idem Pseud.4.90,Nunc tibi hæc ego loquor,deliciæ summatum virũm.

Summâtus,huius summátus,pen.prod. Imperium & rerum summa.Lucretius lib.5.230, Imperium sibi cum, ac summatũ quisque petebat.

Summâtim,pen.prod.Aduerbiũ,Per summum,vel à summa extremitate.Colum.lib.de Arboribus,cap.6.2, Sinautem eousq; exaruit (scilicet vineæ truncus) vt curuari non possit, primo anno summatim,ita ne radices eruas,aut lædas,ablaqueato.

Summergo,summergis,summergere.Ouidius 6.Metam.75,Et modò tota cana summergere membra palude.Scribitur & Submergo,vide suo loco.

Summitto,summittis,summittere, Notæ significationis. Virgilius 3.Georgic.15,
Necnon & pecori est idem delectus equino.
Tu modò, quos in spem statuis summittere gentis,
Præcipuum iam inde à teneris impende laborem.
Genu flexum summisit.Ouid.4.Metam.68.
Oculos summittere.Ouid.3.Fast.75.
Poples summissus in terra.Ouid.7.Metam.39.
Animos summittere.Statius 3.Thebaid.108.
Voce summissa rogare opem.Ouidius 4.de Ponto, eleg.3.9.
¶Sũmittere,pro Celeriter,vel clàm mittere. Plãc' ad Ciceronẽ,lib.10.11.11,Omniáq; vt integra seruẽ,dabo operã,quoad exercitus huc summittatis, pariq; fœlicitate Remp.hic vindicetis. Scribunt alii Submittere,vide suo loco.

Summouco,súmmoues,pe.cor.summouêre,Amouere,arcere. Ouid.1.de Põto,ele.2.5,Portáq; vix firma summouet arma sera.

Instantes summouere.Ouid.11.Metam.47.
Longè summotos arcet arena.Virgil.6.Æneid.64.
Patria summotus.Ouid.4.de Ponto,eleg.16.10.
Pudor summotus.Horatius Epod.11.4.
¶Summosses,pro Summouisses,per syncopen.Horat.1.Serm. satyra 9.12, -dispeream ni
Summossés omnes. Alii scribunt Submouco,vide suo loco.

Summuto,summútas,pen.pro.summutare, Aliud pro alio mutare.Cicero in Oratore,50,Hanc hypallagen rhetores,quia quasi summutãtur verba pro verbis,metonymian Grammatici vocant,quòd nomina transferuntur.

Sumo,sumis,sumpsi,sumptum,sumere,Accipere,tollere.Salust. in bello Iugurthino,Epistolã super caput temerè positã sumit. Plaut.Pseud.7.94, -tu mihi hercle argentum,tu dabis. Abi re equidem sumam. Terent. Adelphis,5.9.10, Postremo à me argentum,quanti est,sumito. Idem Heauton.3.1.56,Sumat, consumat,perdat,decretum est pati. Plautus Amphitry.4.204, Sumpsit fustem.
In manũ,vel manu sumere.Plin.epist.93.lib.6, Inuicẽ ego epistolas tuas lectito, atq; identidẽ in manus quasi nouas sumo. Idẽ epist.162,Olim non librũ in manus,non stylũ sumpsi. Cic. 2.de Lege agraria, 19, Itaque hoc animo legẽ sumpsi in manus, vt eam cuperẽ esse aptam vestris commodis,& ciusmodi quam Consul re,non oratione popularis, & honestè & libenter posset defendere. Idem 1.Tuscũl.11, Epicurum autem & Metrodorũ non ferè præter suos quisquam in manu sumit.
Sumere de.Colum.lib.11.cap.14.1,Ea deinde vt fiat condituris idonea,aqua marina quàm lõgissimè à littore de pelago sumẽda est,atque in dimidiam partem decoquenda. Cic.4.Acade. 176,Hæc autem quæ iam dicam,sunt sumpta de primo.
Sumpta est eò nauis.Cic.3.Off.110, Quoad enim peruentũ sit eò quò sumpta nauis est,nõ domini est nauis,sed nauigantium.
¶Sumere sibi aliquid,Multum & penè nimium sibi tribuere. Cic.pro Plancio,1,Quanquam mihi non sumo tantum iudices. Idem 5.Verr.130,Iam hoc quidem non reprehendo,quod ascripsit Accensus: cur enim sibi hoc scribæ soli sumant? Idem 1. Verr.13.& 2. de Lege agraria,51.
Sumere sibi vt. Cic.A.Cecinnæ,lib.6.5.4, His autem de rebus quas coniectura consequi possumus,nõ mihi sumo, vt plus ipse prospiciam, quàm te videre aut intelligere mihi persuaserim. Idem ad Atticum, lib.8.159.9, Mihi non sumo vt meum consilium valere debueris.Id est non arrogo,non tanti me facio.
Sibi sumere,Aliter.Cic.ad Atticũ,lib.16.341.5,Tamen hoc pro coniunctione & benenolentia nostra mihi sumpsi,vt id à te peterem, quod tua singularis humanitas, suauissimique mores à te essent impetraturi.
Vide quid mihi sumpserim.Cic.Cæsari lib.7.5.3.
Sumo mihi pro meo iure.Cic.2.de Orat.161,Duo denique illa quæ facillima videntur,quoniam quæ difficiliora sunt,nõ possum,mihi pro meo iure sumo.
Sibi pro alio sumere. Cicero ad Plancũ,lib.13.30.15, Tantum tibi sumito pro Capitone apud Cæsarem,quantum ipsum meminisse senties.
¶Sumere alicunde.Terent.Phorm.2.1.69,
Non ratio,verùm argentum deerat.D.sumeret Alicunde.
¶Sumere in re aliqua,Impẽdere.Plaut.Milit.10.78, In mala vxore siquid sumatur,sumptus est.
¶Sumere,Prouinciam recipere. Cic.4.Verr.119,Quod quum ita sit,nihil fingam tamen:meminero me non sumpsisse quem accusarem,sed recipisse quos defenderem.
¶Sumere,Eligere.Salust.in Iugurtha, Sumat aliquem ex populo monitorem officii sui.
Aliquem iudicem sumere.Brutus Ciceroni,6.4.
¶Animum sumere. Ouid.1.Fast.30,Sumpsi animum,gratésque deo non territus egi.
Aquam sumere è fluuio.Ouid.2.Amor.eleg.19.7.
Sumere aquam è puteo.Plaut.Milit.9.71.
Arbitrum sumere. Cic.pro Roscio Comœdo,7,Hic ab arbitro ad iudicem venire est ausus,qui quũ de hac pecunia,de tabularum fide arbitrum sumpsit,iudicauit sibi pecuniam non deberi.
Argumenta sumere.Cicero 4.de Finib.11,Qua ex omni copia,plurima & certissima argumenta sumuntur ad cuiusque rei naturam explicandam.
Arma sumere.Cic.1.Tuscul.136, Non enim cum socero bellũ gessisset, non imparatus arma sumpsisset. Ibidem,1.98. Virgilius 12.Æneid.7, Promissam eripui genero, atque arma impia sumpsi.
Authoritatem sibi sumere.Cæsar 1.bel.Gal.143,Qui ex re fieri,vti earum rerum memoria,magnam sibi authoritatem,magnósque in re militari spiritus sumerent.

Bellum ſumere.Plin.lib.15.cap.18.7, Statímque ſumptum eſt Punicum tertium bellum.

Bellum ſponte ſumebant.Tacitus lib.19.

Bellum ſumere pro aliquo.Ouid.Epiſt.15.75, Nec tamen indignor pro tanta ſumere bella Coniuge.

Beneficium ſumere.Plautus Perſa.11.13,

Nam improbus eſt homo,qui beneficium
Scit ſumere,& reddere neſcit.

Cibum ſumere.Plin.lib.11.ca.3.7,Apparatu belli Actiaci gratificationem ipſius reginæ Antonio timente,nec niſi præguſtatos cibos ſumente,&c.

Ora ſumebant cibos minimos.Ouid.epiſt.11.6.

Colorem ſumit,& capit faciem.Ouid.13.Metam.133.

Confidentiam ſumere.Plaut.Capt.13.36,Mirum ædepol ni hic in ventrem ſumpſit confidentiam.

Conſilia ſumere in aliquam rẽ.Plin.epiſt.114,Præſertim quũ me neceſſitas locandorum prædiorum plures annos ordinatura detineat,inquam noua conſilia ſumenda ſunt.

Conſilia noua ſumere.Horat.1.Epiſt.19.7.

Curam ſumere.Plin.in Paneg.130,Quis noſtrum idem curæ, idem ſudoris ſumit?

Diem ſumere.Cæſar 1.bell.Gall.19,Legatis reſpondit diem ſe ad deliberandum ſumpturum: ſiquid vellent, ad Idus April.reuenirentur. Cicero pro Cecinna,14,Colloquuntur: dies ex vtriuſque commodo ſumitur. Plautus Pſeud.11.18,

-hoc ego modo atque herus
Hunc diem ſumpſimus potiſſimè.

Diem hilarem ſumere.Terent.Adelphis, 5.3.68,I ergo intrò, & cui opus eſt rei hilarem hunc ſumamus diem. Ibidem,2.4.13.Ita quæſo,quando hoc bene ſucceſſit, lubens hunc ſumamus diem. Vbi Donatus, Sumamus,non accipiamus, ſed impendamus & conſumamus. Idem Phorm.5.5.4,

Nunc vna res reſtat mihi,quæ etiam conficienda,otium
A ſenibus ad potandũ vt habeã: nam aliquot hos ſumam dies.

Exempla ab aliquo ſumere.Cic.pro Lege Manilia,31, Quantum huius authoritas valeat in bello,ab eodem Cn.Pompeio omnium rerum egregiarũ exempla ſumantur. Plin.lib.7.cap.56.4,Gellio Doxius Cælii filius,lutei ædificii inuentor placet,exemplo ſumpto ab hirundinum nidis. Terent.Adelphis, 3.3.62,

Iubeo atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.

Exordia ſumere.Virgil.4.Georgic.57,

Heu quid agat? quo nunc reginam ambire furentem
Audeat affatu? & quæ prima exordia ſumat?

Faſtus ſumuntur ab imagine ſpeculi.Ouid.2.Amor.eleg.17.2.

Hoſtes ſumere.Ouidius epiſt.12.4.

Ientaculum ſumere.Martial.lib.13.31, Si ſine carne voles ientacula ſumere frugi,&c.

Imaginem alicuius ſumere.Plautus Amphit.4.114,Ego ſerui ſumpſi Soſiæ mihi imaginem.

In argumentum aliquid ſumere.Quintil.lib.7.cap.3.19.

Sumitur in conſcientiam Eudemus amicus ac medicus Liuiæ.Tacitus lib.4.

In optionem ſumere.Plaut.Aſina.3.89,

Tibi in optionem ſumito Leonidam,
Fabricare quidvis,quidvis comminiſcere.

Inimicitias ſumere.Cic.in Vatinium.11.

Initium ſumere.Cic.in Salluſtiũ,1,Quò me vertam? vnde Initiũ ſumam? maius enim mihi dicendi onus imponitur, quo notior eſt vterque noſtrum. Idem 1.de Legib.1, Quoniam & ſatis iam ambulatũ eſt,& tibi aliud dicendi initiũ ſumendũ eſt.

Iras nouas ſumpſit.Ouid.2.Metam.35.

Iudicem ſumere de controuerſia. Brutus ad Ciceronem, 6.4, Flauius noſter de controuerſia quam habet cum Dyrrhachinis hæreditariam,ſumpſit te iudicem.

Iudicium ſibi ſumere. Cæſar 3. bel. Ciuil.47,Illi verò daturos ſe negare, neque portas Conſuli præcluſuros, neque ſibi iudicium ſumpturos contrà, atque omnis Italia,populúſq; Romanus iudicauiſſet.

Laborem ſumere.Cæſar 3.bel.Gal.403,Compluribus expugnatis oppidis, Cæſar vbi intellexit fruſtra tantum laborem ſumi, neque hoſtium fugam captis oppidis reprimi,neque his noceri poſſe,ſtatuit expectandam claſſem.

Laudem ſumere à crimine.Ouid.6.Metam.95.

Literas commendatitias ad aliquem ſumere ab altero.Cic.ad Sulpitium,lib.13.17.7,Literas ad te à M.Lepido Conſule,nõ quæ te aliquid iuberent(neque enim id tuæ dignitatis eſſe arbitramur) ſed quodammodo quaſi commendatitias ſumpſimus.

Mutuum ſumere,pro Mutuo accipere.Plaut.Amph.8.185,Saltem tute,ſi pudoris egeas,ſumas mutuum.

Mutuas pecunias ſumere.Plaut.Aſin.5.95,Nam ſi mutuas non potero,certum eſt ſumã fœnore. Cæſar 1.bel.Ciuil.153, Simul à Trib.militum Centurionibúſq; mutuas pecunias ſumpſit, has exercitui diſtribuit. Cic.3.Verr.19,Quum per eos ipſos dies,per quos cauſam Dio diceret,reperiretur pecunias ſumpſiſſe mutuas,nomina ſua exegiſſe,prædia vendidiſſe. Idem pro Flacco.46, Pro quo quum à P.Varino Prætore pecuniam accepiſſet, celauit ſuos ciues,vtróque ni ſumptum intulit.

Nomen aliud ſumere.Ouid.6.Faſt.129.

Obſequium animo ſumere.Animo obſequi.Plautus Bacchid. 11.8, -ego dare me ludum meo gnato
Inſtitui,vt obſequium animo ſumere poſſit.

Operam ſumere ad rem aliquam.Plautus Mercat.11.94,

-certum eſt exequi,
Operam vt ſumam ad perueſtigandum vbi ſit illæc. Idem Sticho,3.11,Exorando,aduerſando,ſumendam operam cenſeo.

Operam in re aliqua ſumere.Terent.in Prolog.Hecy.15,

Quid ſi ſcripturam ſprouiſſem in præſentia,
Et in deterrendo voluiſſem operam ſumere.

Operam ſumere, Fruſtra laborare. Plaut. Moſtell.8.56,Quid ego huc recurſem? aut operam ſumam, aut conteram? Idem Curcul.9.7,Ne nimio opere ſumat operam,&c. Idem Menæch. 7.19,Operam præterea nunquam ſumam quærere.

Operam fruſtra ſumere.Idem. Terent.Heaut.4.3.15,Deorum vitam adepti ſumus.s.fruſtra operam hanc opinor ſumo.

Otium ſibi ſumere.Cic.3.Offic.3.

Partes alicuius ſumere.Cæſar 3.bel.Ciuil.103, Quæ res tamen fortaſſe aliquẽ reciperet caſum ne imperatorias ſibi partes ſumpſiſſe videretur. Cic.10.Philip.269,Quas enim partes ipſe mihi ſumpſeram,eas præoccupauit oratio tua.

Periculum pauci ſumpſere. Tacitus lib.19.

Perſonam magiſtri ſumere.Plin.epiſt.160,Sumam perſonam magiſtri,exerámque in librum tuum ius. Cicero pro Plancio, 81,Vi me inquam Plancius,& complexu ſuo retinuit, multóſq; menſes à capite meo non diſceſſit,abiecta Quæſtoria perſona, comitiſque ſumpta.

Pœnas ſumere.Virgil.2.Æneid.11.

Principium ſumere à re aliqua.Plinius lib.18.cap.4.2,Principium autem à Catone ſumemus.

Pro certo ſumere.Cic.2.de Diuin.156,Tantum ſat eſt intelligi id ſumere iſtos pro certo,quod dubium controuerſúmque ſit.

Res non conceſſas ſumere,& ex illis efficere quod velis.Cicero 4.de Finibus,81.

Simile ſibi ſumere.Plaut.Moſtell.3.15,

-ſibi quiſque inde exemplum expetunt,
Sibi quiſque ſimile ſumit.

Socerum ſumere.Ouid.2.Metam.104. -meóque
Collocat in thalamo,ſocerúmque Lycaona ſumit?

Spatium ad cogitandum ſumere. Cic.4.de Finibus,1, Itaque aut omittamus contra omnino velle aliquid,aut ſpatium ſumamus ad cogitandum.

Speciem hominis ſumit infans in aluo.Ouid.7.Metam.25.

Spiritus ſibi ſumere,& arrogantiam.Cæſar 1.bel.Gal.137,Ipſe autem Arioviſtus tantos ſibi ſpiritus, tantam arrogãtiam ſumpſerat,vt ferendus non videretur.

Superbiã ſumere.Horat.3.Carm.ode 30.3, -ſume ſuperbiam
Quæſitam meritis,& mihi Delphica
Lauro cinge volens Melpomene comam.

Sumere ſupplicium,Punire.Plaut.Merc.24.31,Supplicii ſumat quid volet ipſe ob hanc iniuriam. Idem Perſa,23.76,Satis ſumpſimus ſupplicii iam.

Supplicium de aliquo ſumere. Terent. And.3.5.17, Cur non habeo ſpatium, vt de te ſumam ſupplicium vt volo? Cæſar 1. bel.Gall.118, Hæc ſi enunciata Arioviſto ſint,non dubitare quin de omnibus obſidibus, qui apud eum ſint,grauiſſimum ſupplicium ſumat. Cic.pro Roſcio Amerino,40, Videtíſne quos nobis poetæ tradiderunt patris vlciſcendi cauſa ſupplicium de matre ſumpſiſſe? Idem 7.Verr.54,Quamobrem ſupplicium non ſumpſiſti? Et paulo poſt,59,Dixit ſe,quòd ſciret ſibi crimini datum iri,pecuniam accepiſſe,neque de vero archipiratæ ſumpſiſſe ſupplicium,ideo ſecuri non percuſſiſſe.

Tempus ſumere ad rem aliquã.Cic.1.de Legib.8,Quamobrẽ aggredere quæſumus, & ſume ad hanc rem tempus,quæ eſt à noſtris hominibus adhuc aut ignorata,aut relicta. Idẽ ad Q.fratrem,lib.1.11.5,De interpellatione tantum ſumam à vobis temporis ad ſcribendum,quantum dabitis.

Teſtimonium ſumere in res aliquas.Cic.pro Cecinna,17,Nã in eas ipſas res quas improbiſſimè fecit, teſtimonia ſumpſit, & eis in cauſa teſtimoniis vtitur.

Togam virilem ſumere.Liuius 6.bel.Pun.99, Adhæc iam inde ab initio præparans animos ex quo togã virilẽ ſumpſit,nub-

lo die prius vllam publicam, priuatámque rem egit, quàm in Capitolium iret.

Veſtis mihi ſumitur. Ouid. 5. Triſt. eleg. 6. 2.

Vires ſumunt incendia. Horat. 1. Epiſt. 19. 18.

Vitam ſumere. Horat. 3. Carm. ode 5. 8, Hic vnde vitam ſumeret inſcius, Pacem duello miſcuit.

¶ Quomodo autem ſumis, vt ſiquid cui ſimile eſſe poſſit, ſequatur vt etiam difficulter internoſci poſſit? Cic. 4. Acad. 92.

Sed quũ bis ſumpſit quod voluit, id tamen quod aſſumit, cõcedi nullo modo poteſt. Cic. 2. de Diuinat. 161.

Sumptus, Participium. Cic. de Amicitia, 1, Sumpta virili toga.

Vide hos quaſi ſumptos dies ad labefactandum illius dignitatem. Cic. pro Rabirio Poſthumo, 27.

Querela altè ſumpta. Lucret. lib. 4. 138.

Sumpturus, pen. prod. Aliud participium. vt Oſcula ſumpturus. Ouidius 5. Faſt. 130.

Sumptus, huius ſumptus, dicitur quod quis impendit, ſine Impenſa. Plaut. Moſtel. 3. 15, Sumptu ſuo operam poſcunt ſuam. Terẽt. Phorm. 4. 3. 61, Opus eſt ſumptu ad nuptias.

Annuus ſumptus, Vide Annuus in **Annus.**

Exiguus ſumptus. Cic. in Parad. 63, Non modò ad fructum ille eſt ſumptus, ſed etiam ad fœnus exiguus.

Liberales ſumptus, Vide Liberalis in **Liber** adiectiuo.

Legitimus & infinitus ſumptus. Cic. Appio, lib. 3. 8. 10.

Sumptus vbique Ciceroni pro Luxurie accipitur: vnde Sumptuoſus. vt pro Cælio, 35, Nulla luxuries reperietur, nulli ſumptꝰ, nullum æs alienum. Ibidem, 11, Sumptus vnius generis obiectꝰ eſt: x x x. M. dixiſtis eum habitare. Et 54, Vigeant apud mulierem venuſtate, dominentur ſumptibus. Budæus.

Egentiſſimarum ciuitatum ſumptus. Cic. Appio, lib. 3. 8. 5.

Magnificentia & ſumptus epularum. Cic. 5. Tuſcul. 137.

Dapſilis ſumptus, Vide Dapſilis in **Dapo.**

Infinitus ſumptus. Cic. 2. Offic. 81, In his immanibus iacturis, infinitiſque ſumptibus nihil nos magnopere mirari.

¶ Abire in ſumptus, Vide **Abeo.**

Accommodare ſumptus, Vide **Accommodo.**

Admittere ſumptum, Vide **Admitto.**

Afferre ſumptum, Vide **Affero.**

Publico ſumptu decorare oppida. Horat. 2. Carm. ode 15. 4.

Dare ſumptum. Cic. 2. de Inuent. 186, Legatis Quæſtores ſumptum quem opportebat dari, non dederunt.

Effuſus ſumptus. Cic. pro Roſcio Amerino, 41, Sumptus effuſi cum probro atque dedecore.

Prouinciam ſumptu exhauriri. Cic. Qu. fratri, lib. 1. 1. 13.

Facere ſumptum. Terent. Adelph. 5. 4. 11, Sibi vixit, ſibi ſumptum fecit. Cic. 6. Ver. 19, Mamertini magnum ſumptũ in Timarchidis prandium fecerunt. Eidem lib. 5. 103. 2, Ita viuam, vt maximos ſumptus facio.

Nullus teruntius factus ſumptus eſt. Cicero ad Atticum, lib. 5. 110. 3, Nullum teruntium me obtinente prouinciam ſumptus factum eſſe. Ibidem, 4, Hic facit vt mihi excipiendus ſit, quum teruntium nego ſumptus factum.

Facere ampliter ſumptum, Vide **Amplus.**

Facere ſumptum in rem militarẽ. Cic. Cornificio, lib. 11. 29. 8.

Facere ſumptum pro quæſtu. Horat. 1. Serm. ſaty. 2. 4.

Fit ſumptus in. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 104. 2, Leuantur tamen miſeræ ciuitates, quòd nullus fit ſumptus in nos, neque in legatos, neque in Quæſtorem, neque in quenquam.

Impendere laborẽ & ſumptũ ad incertũ caſum. Cic. 5. Ver. 195.

Impendent infiniti ſumptus in hos exercitus quibus nunc defendimur. Cic. Bruto, 18. 6.

Inferre ſumptum ciuibus, Vide **Infero.**

Inſumere ſumptum magnum, aut laborem in aliquam rem. Cic. 2. de Inuent. 105.

Leuare ſumptum, Vide Leuo in **Leuis.**

Minuere ſumptum in aliquem. Cic. 2. de Legibus, 57, Deorum Manium iura ſancta ſunto. Hos letho dato diuos habento: ſumptum in ollos luctúmque minuunto.

Minuere ſumptum, aut remittere. Cic. ad Appium, lib. 3. 8. 18, Atque hoc tamen te ſcire volo, me de iſto ſumptu legationum aut minuendo, aut remittendo, decreuiſſe nil: niſi quòd principes ciuitatum à me poſtulaſſent, ne, &c.

Mutuari in ſumptum, Vide Mutuor in **Mutuum.**

Parcere ſumptui, Vide **Parco.**

Ponere ſumptum. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 7, Sed præſtabo ſumptus nuſquam melius poſſe poni.

Prodire ſumptu extra modum. Cic. 1. Offic. 195, Cauendum eſt præſertim ſi ipſe ædifices, ne extra modum ſumptu & magnificentia prodeas.

Eſſe ſumptui. Plautus Milite, At tibi tanto ſumptui eſſe mihi

moleſtum eſt. Liui. 3. bel. Pun. 110, M. Claudio Proconſuli imperauit, vt retento Nolæ neceſſario ad tuendam vrbem præſidio, cæteros milites dimitteret Romam, ne oneri ſociis, & ſumptui Reipub. eſſent. Cic. Attico, lib. 5. 101. 2, Aduentus noſter minimi, nec minimo quidem fuit ſumptui.

Suppeditare ſumptus. Cic. ad Atticũ, lib. 11. 211. 4, Velim quoad poteris conſyderes, vt ſit vnde nobis ſuppeditentur ſumptus neceſſarii. Idem 2. Offic. 60, Pecuniæ non quærendæ ſolum ratio eſt, ſed etiam collocãdæ quæ perpetuos ſumptus ſuppeditet, nec ſolùm neceſſarios, ſed etiam liberales.

Temperare ſumptus. Ouid. 1. Amor. eleg. 3. 2.

¶ Sumptus, in genitiuo ſumpti, antiquè. Cato ea. 22. 3, Eo ſumpti opus eſt.

Sumptuarius, Adiectiuum, Quod ad ſumptum pertinet. Cic. ad Atticum, lib. 13. 295. 1, Tu velim è Pollice cognoſcas rationes noſtras ſumptuarias.

Sumptuaria lex. Quæ de moderãdis ſumptibus lata eſt, quam Cato cibariam appellat. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 13, Ad fungos me tuos conferam domum ſi habebo, in denos dies, ſingulos ſumptuariæ legis dies conferam. Idem ad Gallũ, lib. 7. 27. 4, Lex ſumptuaria, quæ videtur κατάρατα attuliſſe, ea mihi fraudi fuit. Sic ad Atticum, libro 13. 265. 1, Ne ſe abſente leges negligerentur, ſicut eſſet neglecta ſumptuaria.

Sumptuoſus, pen. prod. Aliud adiectiuũ, Qui magnos ſumptus facit. Cic. in Parad. 61, Venio enim iam ad ſumptuoſos: relinquo iſtum quæſtuoſum. Idem pro Cluentio, 55, Quum eſſet egens, ſumptuoſus, audax, callidus, perfidioſus. Sic 2. de Oratore, 74, Quòd ſumptuoſus, de luxuria: quòd alieni appetẽs, de auaritia. Nihil apud hũc lautũ, nihil elegãs, nihil exquiſitũ, ne magnopere quidẽ quicquã præter libidines ſuptuoſũ. Cic. in Piſonẽ, 55. Adoleſcẽtiæ ſumptuoſæ homo. Vide Adoleſcẽtia in **Adolco.**

Cœnæ ſumptuoſæ. Catullus ad Fundum, 41. 2. Cic. Pæto, lib. 9. 23. 3, Expecta igitur hoſpitem cum minimè edacem, tam inimi cum cœnis ſumptuoſis.

Conuiuia ſumptuoſiora. Martialis libro 1. 94.

Domus ſumptuoſa, Sumptuoſa familia. Terent. Adel. 4. 7. 41, Domus ſumptuoſa, adoleſcens luxu perditus.

Magnifica & ſumptuoſa funera. Cæſar 6. bell. Gal. 73.

Magnificus & ſumptuoſus homo. Terent. Heauton. 2. 1. 15, Mea eſt potens, procax, magnifica, ſumptuoſa, nobilis.

Hoſtia ſumptuoſa. Horat. 3. Carm. ode 23. 4.

Ludi ſumptuoſiores. Cic. Quinto fratri, lib. 3. 24. 7.

Reſperſio ſumptuoſa. Cic. 2. de Legib. 95.

Sumptuoſe, pen. prod. Aduerbium, Cũ magno ſumptu. Plin. epiſt. 189, Caſtigabat equidem filium ſuum, quòd paulò ſumptuoſius equos & canes emeret. Catull. ad Portium & Socrationẽ, 44. 1, Vos conuiuia lauta ſumptuoſè De die facitis.

Iactare ſe ſumptuoſius & inſolentius. Cic. 2. in Catil. 40.

Sumptio, ſumptitas, pen. corr. ſumptitare, Frequentatiuum. Plin. lib. 25. cap. 5. 13, Candidum autem vomitione, cauſáſque morborum extrahit, quondam terribile, poſtea tam promiſcuum, vt plerique ſtudiorum gratia ad prouidenda acrius quæ commentabantur, ſæpius ſumptitauerint.

Sumptio, Verbale, Ipſe ſumendi actus. Cic. 2. de Diuin. 61, Sed demus tibi iſtas duas ſumptiones, ea quæ λήμματα appellant dialectici, ſed nos Latinè loqui malumus.

SVNIVM, vicus & promontorium Atticæ regionis, quod in extima acie Helladis eſt, ſupra Athenas & Marathonem. Vide tabulam decimam Europæ apud Ptolemæum.

Suo, ſuis, ſui, ſutum, ſuere, Partes duas panni aut alterius rei inuicem coniungere & colligare. A ſue quidam hoc verbum deducunt quia huius animalis pilli in ſuendo ſutores vterentur. Cic. 2. de Nat. deorum, 115, Cultus dico agrorum, extructionéſque tectorũ, tegumenta corporũ vel texta, vel ſuta, omnémq; fabricã æris & ferri. Gellius, Sed hi pleriſque naues loris ſuebãt.

Aluearia ſuta lentis corticibus. Virg. 4. Georg. 7.

Pilea ſuta de lacernis cæſis. Stat. 4. Sylu. 9. 5.

Suere aliquid capiti ſuo, Appingere & affigere. Terent. Phor. 3. 2. 6, Heu metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat capiti.

Sutor, ſutõris, m. g. Qui ſuit: potiſſimum autem pro calceario ſutore ſumitur. Plaut. Aulul. 4. 34, Quaſi claudus ſutor domi ſedet totos dies. Cic. pro L. Flacco, 13, Se velle dixit, id ſutores & zonarii conclamarunt. Mart. lib. 2. 17.

Bonus ſutor. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 26.

Sutorius, Adiectiuum, Quod ad ſutorem pertinet. Cic. ad Atticum, libro 6. 111. 27, Noſtri enim credo graueis habent Turpionem ſutorium, & Vectium mancipem. Plin. lib. 10. cap. 11. 5, Verrucas miſto atramento ſutorio tollit. Vide **Atramentum.** Cic. ad Papirium, lib. 9. 21. 10, Iam pater eius accuſatus à M. Antonio, ſutorio atramento abſolutus putatur.

Sutúra,sutúræ,pen.prod.Liu.8.bell.Maced.115. Sed triplex scutale crebris suturis duratũ,ne fluxa habena voluteturin iactu glans.

Sutura,de aliis etiam rebus per similitudinem dicitur. Corn. Celsus lib.7,Rarò caluaria solida sine suturis est, & id caput firmissimum,atque à dolore tutissimum est:ex cæteris in quo suturæ pauciores sunt, eo capitis valetudo commodior est Idem lib.5.de glutinatione vulnerum,Sutura oras iungit,quæ ne ipsæ quidem inter se contingere ex toto debent.

Sútilis,& hoc sútile,pen.corr.Quod sutum est:vt Nauis sutilis.Plinius lib.24.cap.9.8.

Sutilis rosa.Martialis lib.9.58,

Sutilis aptetur decies rosa crinibus:vt sit,
Qui posuit sacræ nobile gentis opus. Idem lib.5.45,

Pinguescat nimio madidus mihi crinis amomo,
Lassentúrque rosis tempora sutilibus.

Coronæ sutiles.Plin.lib.11.cap.3.5,Summáq; authoritas pactili coronæ.Sutiles Saliorum sacris inuenimus & solennes cœnis.

Cymba sutilis.Virgil.6.Æneid.83.

Sutrína,sutrinæ,pen.pro.Officina sutoris in qua calcei fiunt.Liu.3.bel.Pun.137, Absumptis enim frugũ alimẽtis, carnisq; omnis generis quadrupedũ,sutrinæ postremò coriis,herbisq; & radicibus,& corticib⁹ teneris,strictisq; rubis vixere. Plin.lib.35.ca.10.45,Tonstrinas,sutrinásq; pinxit,& asellos,& obsonia,ac similia.

Sutrinus,Adiectiuum:vt Sutrina ars.Plin.lib.7.cap.56.6,Sutrinam Boethius inuenit.

Supellex,supelléctilis,pen.cor.f.g.vel hic & hæc supellectilis & hoc supellectile,in plurale supellectilia:in ablatiuo singulari supellectile vel supellectili.Domesticũ patrisfamiliãs instrumentũ, quod neque argento,autóre facto,vel vesti adnumeretur:id est res mobiles,vt vocant Iurisconsulti,apud quos titulus est,De supellectile legata. Cuius nomine (vt inquit Paulus) continentur mensæ,trapezophora,delphicæ,subsellia,scãna,lecti inargẽtati, culcitræ,toralia,mappæ villosæ,vasa aquaria,pelues,aquiminaria,cãdelabra,lucernæ,trullæ,vasa æneavulgaria,id est quæ nõ proprio sunt loco attributa: præterea capsæ,armaria,vitrea,escaria,& potoria. Hæc Sipontinus ex x x x i i i. digest. De supellectile legata,l.1.& 2.Supellectile. Plin.lib.15.cap.8.2,Totã supellectilem ligneam. Cic.4.Verr.58,Supellex ex ære elegantior,& Deliaca & Corinthia. Ibidẽ,6.37,Tu P.Cacuni promptissimi hominis & experientis, & in primis gratiosi supellectilẽ omnem auferre non dubitasti. Horat.1.Serm.saty.6.14,Vilis cũ patera guttus,Campana supellex.

Supellectilis nomẽclatura vnde ducta sit,his verbis palàm facit Vlpianus,De supellectili legata,Labeo ait originem fuisse supellectilis,quòd olim his qui in legatione proficiscerentur,locari solebant quæ sub pellibus vsui forent.Quo autem sensu capiendæ sint hîc pelles,nemo non nouit nisi planè illiteratus.

Instrumentum & supellex. Cic.6.Verr.87, In instrumento ac supellectili C.Verris.

Cogitatio supellectilis ad delicias.Cic.in Parad.11.

Supellex vitæ.Cicero de Amicitia,50, Amicos non parare optimam & pulcherrimam vitæ,vt ita dicam,supellectilem:

Barbarica supellex,Vide **Barbarus**.

Curta supellex.Vide **Curtus**.

Infelix supellex.Quintil.lib.1.cap.4.11.

Multa & lauta & magnifica supellex.Cic.1.Philip.76.

Munda supellex.Horatius 1.Epist.5.1.

Vilis supellex.Virgil.1.Georg.34.

Supellex Oratorum.Cicero 1.de Oratore,80,In Oratoris verò instrumento tam lautam supellectilem nunquam videram. Idem in Oratore,44,Verecundus est vsus oratoriæ quasi supellectilis: supellex est enim quodammodo nostra, quæ est in ornamentis: alia rerum,alia verborum.

Super,Præpositio,vtrique casui seruiens,accusatiuo & ablatiuo.

Accusatiuo,variis modis.Primò quando aduersatur præpositioni Subter. vt,Fama super æthera notus.Virgil.1. Æneid. 77. Cicero 1.de Legibus,104, Demetrius super terræ tumulum nolnit quid statui,nisi columnellam. Idem 1.de Finib.95,Et velle imprudentem super eam assidere.

¶Secundo pro Vltra.Virgil.6.Æneid.159,

-super & Garamantas & Indos
Proferet imperium. Apuleius,Iam enim super oppidum profectus,nos citra reliquerat. Studui super mediam noctem,bona locutio est, teste Seruio. Virgilius 9.Æne.13, hoc etiam per ablatiuum dixit,Nocte super media.

¶Super,pro Plusquam.Sueto.in Augusto,cap.35, Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim super mille,& quidam indignissimi,&c.) ad modum pristinum & splendorem redegit.

Super octingentos annos.Tacit.lib.13, Quæ super octingẽtos, & quadraginta annos Remi Romulique infantiã texerat. Sic Tranquillus in Augusto,Erant enim super mille.

Super omnem taxationem. Plin.lib.7. cap.11.7, Diuersarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri,super omnem esse taxationem.

Super omnia.Virgilius 8.Æneid.61,

Talia carminibus celebranti super omnia Caci
Speluncam adiiciunt.

¶Super,pro Præter.Plin.epist.41, Nam quũ vir grauissimus, doctissimus, disertissimus, super hæc occupatissimus, maximè proclinæ profuturus, tanti pũtes scripta nostra circunferre tecum,&c. Tacitus lib.3,Matrem Antoniam non apud authores rerum, non diurna actorum scriptura reperio vllo insigni officio functam,quam super Agrippinam,& Drusum, & Claudiũ, cæteri quoque consanguinei nominatim perscripti sint. Idem lib.3,Super eas ciuitates,quas memoraui. Paulo pòst,Super tot Senatores aduersos. Infra,Nec super cæterorum æqualitatem. Sueto.in Claudio Cæsare,cap.16,Quam quum comperisset super cætera flagitia atque dedecora,C.Silio etiam nupsisse, dote inter auspices cõsignata,supplicio affecit. Idem in Vitellio,cap.13,Famosissima super cæteras fuit cœna ei data aduentitia à fratre. Sic in Tiberio,cap.55, Super veteres amicos ac familiares, viginti sibi è numero principum ciuitatis depoposcerat velut consiliarios in negotiis publicis.

Super bellũ.Liu.1.ab Vrbe,213,Obsessáq; vrbs foret,super bellũ annona premẽte,ni Horatius Cõsul ex Volscis esset reuocatus.

¶Sauia super sauia.Plaut.Pseud.14.43,Ibidẽ aderit mulier lepida, sauia super sauia quæ dabit. Plin.epist. 118,Gratias aliis super alias epistolis agit.

¶Super Euclionis filiam.Plaut.Aulul.17.1,Iuxtà rem mecum tenes super Euclionis filiam.Id est de.

¶Super cœnam,Tempore cœnæ.Plin.epist.87.b,De huius nequitia,sanguinariisque sententiis in commune omnes super cœnam loquebantur.

Super mensam.Curtius lib.7,Conclamant temulenti vnã hîc sententiã salubrem esse: & Bessus circunferri merum lagius iubet,debellaturus super mensam Alexandrum.

Super vinum & epulas. Curtius lib.8, Pudebat amicos, super vinum & epulas socerum ex deditis esse electum. Hoc est inter epulas,inter conuiuandum.

¶Super se collocare aliquẽ.In loco superiore & honoratiore. Sueton.in Augusto,cap.43, Quodam autem munere die, Parthorum obsides tunc primùm missos, per arenam mediam ad spectaculum induxit, supérque se subsellio secundo collocauit. Curtius lib.8,Polypercon,qui cubabat super regem,&c. Hoc est in conuiuio discumbebat super Alexandrum.

¶Ablatiuo,pro De,vbi de re reliqua mentionẽ facimus.Virg. 1.Æneid.151,Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa.Id est,de Priamo & de Hectore. Cic.ad Atticum,lib.16.533. 20,Hæc supere re scribam ad te Rhegio. Tacitus,Multus ea super re,verúsque rumor. Idem,Consulendũ tali super re principem respondit. Gellius lib.2.cap.21,Maritus senex super vxore diuite,atque deformi querebatur. Plaut.Bacchid.3.8,

-quem ad epistolam
Mnesilochus misit super amica Bacchide. Idem Cistel.9.8,

-quid nuntias
Super anu? Idem Amphit.3.58,Teneo quid animi vestri super hac re siet. Cic.ad Atticum,lib.10.197.14,Sed super hac re nimis. Eidem,lib.14.320.4,Simúlque cogites quid agendum nobis sit super legatione votiua. Virgil.4.Georg.111,

Hæc super aruorum cultu,pecorúmque canebam:
Et super arboribus.

Paterfamiliãs vti super familia, pecuniáve sua legauerit, ita ius esto.Author ad Herenn.lib.1.13.

¶Super,pro Vltra.Virgil.9.Æneid.13,Nocte super media.Dicimus,& super mediam noctem teste Seruio.Id est,maiore eius parte transacta.

¶Super pro In.Virgilius Egloga 1.16,

Hîc tamen hac mecum poteris requiescere nocte
Fróde super viridi. Idẽ 6.Æn.41, -liquidúmq; per aera lapsæ
Sedibus optatis gemina super arbore sidunt.

¶Super,pro ipsa præpositione Pro.Virgil.4.Æne.47,Nec super ipse sua molitur laude laborẽ.Vbi Seruius,Super laude sua, id est pro sua laude: & Græcũ est schema. Sic enim Demosthenes,ὑπὲρ τῦ στέφανου,id est pro corona,ὑπὲρ τοῦ στεφάνου,pro illo.

Super gratiam esse,Maius esse,vincere,superare.Salust.in Iugurtha, At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit cõtra verum niti,quàm animaduertit super gratiam atque pecuniam suam,inuidiam facti esse.

¶Super efficitur aduerbium, vbi casum desiit habere. Plau-

tur, Hinc atque hinc ſuper, ſubtérque premor angustiis. Sic Plin.lib.2.cap.19.1. Cic.pro Q.Roſcio,6,Satis ſupérque habere dicit. Virgil.4.Æneid.100, -lectúmque iugalem
Quo perii,ſuper imponas.

Super,pro Deſuper. Virg.9.Æn.34,Et ſuper è vallo proſpectãt Troes. Idem 10.Ænei.77, -quem non ſuper occupat Hiſbon.

Super quàm quòd.Liu.7.bel.Pun.121, Marcellus etiam aduerſo rumore eſſe,ſuper quàm quòd primò malè pugnauerat, quia vagante per Italiam Annibale,media æstate Venuſiam in tecta milites abduxiſſet.Id eſt præter quàm quòd.

¶Super ſomnum ſeruus,Id eſt ſeruus à cubili.Curtius,Sed per diſpoſitos quos ſuper ſomnũ habebat, omnes procul relegatos, ne fremitu murmurantium inter ſe excitaretur.Budæus.

¶Super,pro valde.Virg.2.Æne.7,His accẽſa ſuper.Id eſt valde. Idẽ 3.Æne.98,O mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago. Id eſt valde,vehementer,expreſſe: hoc eſt valde mihi es imago Aſtyanactis,inquit Seruius.

Pro Supereſt.Virgil.4 Æneidos,Nec fuga iam ſuper. Sub.eſt.

Pro Inſuper & amplius.Virgil.2.Æneid.15,
Cui neque apud Danaos vſquam locus,& ſuper ipſi
Dardanidæ infenſi pœnas cum ſanguine poſcunt. Nonnulli legunt inſuper. Idem 11.Æneid.46,
Ecce ſuper mœſti magni Diomedis ab vrbe,
Legati reſponſa ferunt.

¶De, ſuper,Vide De præpoſitionem.

¶Super,compoſitionem ingreditur,vt Superſedeo,&c.

Superã,pro Suprã,Vide Supãã.

Superã,ſuperorum,Vide Superuo.

Superaddo,ſuperaddis,ſuperáddidi,ſuperádditum,pen.cor.ſuperáddere,Vltra addere.Virgil.eclog.3.8,Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis. Propert. lib.2.eleg.14.7, Et ſit in exiguo laurus ſuperaddita buſto.

Carmen ſuperaddere tumulo.Virgil.eclog.5.9.

Superalligare. Plinius lib.30.cap. 6.8, Caninus ſi viuenti eximatur,& in cibo ſumatur,liberat eo vitio. Quidam recentem ſuperalligant.

Superbibo,ſupérbibis,ſupérbibi,pen.cor.ſuperbíbitũ,pe.corr. ſuperbíbere,Poſtea bibere.Plin.lib.23.ca.1.28,Vino debemus homines,quod ſoli animalium non ſitientes bibimus.Aquæ potus interponere vtiliſſimum. Itémq; ingi ſuperbibere ebrietati,quã quidem frigidæ potus extemplo diſcutit.

Superbio,ſuperbis,ſuperbiui,ſuperbitũ, ſuperbire, Cõpoſitum ex Super & Eo,is,ĩ melioris ſoni gratia,interpoſita:& e in i mutata.Eſt autẽ ſuperbire,vel ipſo inceſſu,vel faſtu quodã ſeſe extollere.Plin.lib.10.cap.63.9, Equæ comantes gloria ſuperbiunt.

Superbire,ad inanimata tranſlatum. Plinius, Hinc geminæ certè apud Menandrum & Philomenẽ fabulæ ſuperbiunt. Hoc eſt alias antecellunt,& præ aliis ſocoſæ. Claudia.lib.3.de raptu Proſerpinæ,68, -Phlegræis ſylua ſuperbit
Exuuiis,totúmque nemus victoria veſtit. Hoc eſt nobilitatur,celebratur,illuſtratur.

Patriis actis ſuperbire.Ouid.epiſt.8.9.

Forma ſuperbire.Ouid.de Medicamine faciei,7.

Nomine aui ſuperbit ille.Ouid.11.Metam.44.

Superbia,ſuperbiæ,Eſt ſupergrediens elatio mentis.Cic.in Partit. 43,Magnitudinem animi ſuperbia imitatur,in animis extollendis. Idem 6.Verr.80,Illa tua ſingularis ſignificatur inſolentia, ſuperbia,contumacia.

Domiciliũ ſuperbiæ,& ſedes luxuriæ.Cic.1.de Lege agrar.94.

Damnoſa ſuperbia in vultu.Ouid.3.de Arte,101.

¶Abiicere ſuperbiam.Plaut.Mercat.11.10.

Accipere aliquid in ſuperbiam.Tacitus lib.5,Silentium ipſius non ciuile,vt crediderat,ſed in ſuperbiam accipiebatur.

Facere aliquid in ſuperbia & in humanitate.Cic.1.de Orat.50.

Superbiam,faſtidium,arrogantiámq; magnopere fugiamus. Cic.1.Offic.117.

Párere ſuperbiã.Quin.li.3.ca.6.41,An diuitiæ ſuperbiã pariãt.

Ponere ſuperbiam.Horat.3.Carm.ode.10.1.

Superbus,Adiect.Arrogans & faſtuoſus.Virgil.3.Æneid.66,Stirpis Achilleæ faſtus,iuuenémque ſuperbum. Idem 10.Æneid.103, -te Turne ſuperbum Cæde noua quærens. Catullus in Iulium Cæſarem,17.1,
Et ille nunc ſuperbus,& ſuperfluens
Perambulabit omnium cubilia.

Superbus cæde ferarum.Ouid.2.Metam.68.

Pecunia ſuperbus.Horat.Epod.4.1.

¶Superbus,Nobilis,magnificus,excellens. Virgil.1. Æneid.5, Hinc populum latè regem,belloque ſuperbum.

Superbus viribus.Plautus Amphit.4.59,Magnanimi viri,freti virtute,& viribus ſuperbi.

¶Superbus,Altus,elatus.Virg.7.Æne.116, -Atina potens,Tyburq; ſuperbũ.Hoc eſt altè exædificatũ,vel etiã magnificum.

¶Superbus,Ornatus.Virgil. 2.Æneid.101,
Barbarico poſtes auro,ſpoliiſque ſuperbi Procubuere.

Opibus ſuperbi omnes.Virgil.5. Æneid.54.

¶Superbus,Opulentus.Virgil.9.Æneid.65,
-ſimul enſe ſuperbum Rhamnetem aggreditur.

¶Superbus,Iniquus.Virg.8.Æneid.14,Quos illi bello profugos egere ſuperbo.

¶Superbos antiqui propter pompam funeris,mortuos dixere.Plautus Amphi.4.103,Faciam ego hodie te ſuperbũ,niſi hinc abis.Id eſt occidam.Nonius.

¶Achilles ſuperbus,Vide ACHILLES.

Ager ſuperbus.Martialis lib.12,
Hic vbi miramur velocia munera thermas,
Abſtulerat miſeris tecta ſuperbus ager.

Aures habere ſuperbas.Liu.4.bel.Maced.16, Superbas mediũſfidius aures habemus, ſi quum domini ſeruorum non faſtidiant preces,nos rogari ab honeſtis fœminis indignamur.

Coniugium ſuperbum.Virgil.3.Æneid.95, Coniugio Anchiſa Veneris dignitate ſuperbo.

Corpus ſuperbum.Horat.2.Serm.ſaty.2.21.

Curru ſuperbo victor ſtetit.Seneca Troade 3.6.

Dominis parêre ſuperbis.Virgil.12.Æneid.48.

Faſtidia ſuperba.Virgil.eclog.2.3.

Forma ſuperba.Ouid.Epiſt.20.7.

Fortuna ſuperba.Horat.1.Epiſt.1.14.

Gentes frænare ſuperbas.Virgil.1.Æneid.106.

Greſſus glomerare ſuperbos.Virgil.3.Georg.24.

Honor ſuperbus.Statius 1.Achilleid.56.

Inſigne ſuperbum belli.Virgil.8.Æneid.137.

Iudicium ſuperbiſſimum.Cic.in Orat.84,Quamuis enim ſuaues,graueſve ſententiæ,tamen ſi inconditis verbis efferuntur,offendent aures,quarum eſt iudicium ſuperbiſſimum.

Ius ſuperbum.Cic.3.de Legibus 15,Non enim ius illud ſolum ſuperbius populo,ſed violentius videri neceſſe erat.

Iuuenis ſuperbus.Virgil.3.Æneid.66.

Merum ſuperbum,Vinum pretioſum.Horat.2.Car.ode 14.6.

Oculi ſuperbi.Ouid.6.Metam.34.

Palla ſuperba.Ouid.3.Amor eleg.12.6.

Pyra ſuperba. Columella lib.5.cap.10.11.

Regna ſuperba.Tibull.lib.1.eleg.9.16.

Reges ſuperbi.Lucret.lib.5.146. Cic.Attico,lib.6.114.11, Tibi autem valde ſolet in ore eſſe, grauius autem, Nõ contemnere ſe,& reges odiſſe ſuperbos.

Sceptra ſuperba. Lucret.lib.5.219.

Sedes ſuperbæ.Virg.1.Æneid.157.

Tecta ſuperba.Virg.7.Æneid.3.

Triumphus ſuperbus.Horat.1.Carm.ode 37.7.

Verba ſuperba.Ouid.5.Triſt.eleg.9.1.

Victor ſuperbus.Virg.3.Georg.46.

¶Præbere ſe ſuperbum in fortuna.Cic.Attico,lib.8.148.1.

Laudato pauone ſuperbior.Ouid.13.Metam.172.

Vtrum ſuperbiorem te pecunia facit, an quòd te imperator conſulit:Cic.Trebatio.lib.7.13.3.

Superbum eſt.Cic.6.Verr.39,Superbũ eſt enim Iudices,& non ferendum,dicere Prætorẽ in prouincia homini honeſto, locupleti,ſplendido,Vende mihi vaſa cælata.

Superbè,Aduerbiũ,Elatè,faſtuoſè.Terent.Phorm.5.8.11,Satin' ſuperbè illuditis me? Liu.4.ab Vrb.116,Superbè ab Sãnitibꝰ,qui Capuam habebant,Cumáſq; legati prohibiti commercio ſunt.

Dictum ſuperbè.Lucret.lib.5.146.

Superbè reſponſum reddere.Liu.1.ab Vrbe,140.

Superbius aliquem appellare. Cic. pro Lege Manil.8, Legati quòd erant appellati ſuperbius, Corinthum patres veſtri totius Græciæ lumen extinctum eſſe voluerunt.

Accipere preces alicuius ſuperbius.Tacit.lib.2,Quo magis mirum fuit,quòd preces M.Hortali nobilis iuuenis in paupertate manifeſta ſuperbius accepiſſet.

Superbiter ſcripſit Næuiꝰbel.Pun.lib.6,pro Superbè.teſte Nonio.

Superbiloquentia, ſuperbiloquentiæ, Elatus atque arrogans ſermo.Cic.4.Tuſc.54,Quam vim mali ſignificantes poetæ,impẽdere apud inferos ſaxum Tantalo faciunt ob ſcelera, animiq; impotentiam & ſuperbiloquentiam.

Superbificus,pen.corr.Adiectiuum.Senec.Herc.furen.1.11,
-& ſuperbifica manu
Atrum per vrbes ducit Argolicas canem.

Supercalco,ſupercalcas,ſupercalcare.Colu.lib.12.cap.39.3, Vbi vnum tabulatum feceris,vinum vetus conſpergito, poſtea alterũ ſupercalcato,& item vinũ conſpergito: eodẽ modo tertium

calcato, & infuso vino superponito vt supernatet, & finito die quinque, postea pedibus proculcato.

Supercerno, supercernis, supercreui, supercrêtum, penul. prod. supercernere. Plinius lib. 17. cap. 10. 13, Terráque cribris supercernitur pollicis crassitudine.

Supercido, supércidis, pen. corr. supércidi, pen. cor. supercâsum, pen. prod. supercidere, Ex super & cadere. Columel. lib. 4. cap. 9, Ne si transuersa fuerit cicatrix, cælestem supercidentem aquam contineat. Alia exemplaria habent superincidentem.

Supercilium, supercilii, Ex super & cilium, Vltima pars frontis, pilis vestita, quæ ciliis prominet. Plin. lib. 11. cap. 37. 16, Supercilia homini, & pariter & alternè mobilia, & in iis pars animi. Ne gamus, annuimus. Hæc maximè indicant fastus. Superbia alibi ubi conceptaculum, sed hîc sedem habet. In corde nascitur, huc subit, huc pendet. Nihil altius simul abruptiúsq; inuenit in corpore vbi solitaria esset. Subiacent oculi, pars corporis pretiosissima, & qui lucis vsu vitam distinguant à morte.

Superciliorũ remissio aut cõtractio, mœstitia, &c. Ci. 1. Off. 103.

Abrasa supercilia. Cic. pro Ros. Com. 11, Nónne supercilia illa penitus abrasa, olere malitiã, & clamitare calliditatem videtur?

Constricta supercilia. Quintil. lib. 1. cap. 11. 6. Vide paulo pòst, Alleuare supercilia.

Depressum & sublatũ supercilium. Cic. in Pisonẽ, 9, Altero ad frontem sublato, altero ad mentum depresso supercilio.

Dissidentia supercilia. Quintil. lib. 1. cap. 11. 6.

Duris supercilijs torua. Ouid. epist. 16. 4.

Hirsutum supercilium. Virgil. 8. Eclog. 7, Hirsutúmque supercilium, prolixáque barba.

Inflexa iuxta tempora supercilia, Vide **Inflecto**.

Seueri supercilij matrona. Ouid. 2. Trist. 61.

Triste supercilium. Lucret. lib. 6. 236.

¶ Alleuare supercilia ad singulos vocis conatũs. Quintil. lib. 1. cap. 11. 6, Vidi multos, quorũ supercilia ad singulos vocis conatus alleuarentur, aliorum constricta, aliorum etiam dissidentia.

Libidines quas frõte & supercilio cõtegis. Cic. de Proui. Cõs. 7.

Decipere aliquẽ rugis & supercilio. Cic. Post. red. in Senatu, 14.

Vibrante supercilio loqui. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 3.

Niti supercilio. Cicero pro Sestio, Tanta erat grauitas in oculo, tanta frontis contractió, vt illo supercilio Respub. tanquam Atlante cælum niti videretur.

¶ Supercilium, pro Superbia aliquando ponitur. Iuuenal. Satyra 6. 17, -si cum magnis virtutibus adfers
Grande supercilium, & numeras in dote triumphos. Cic. pro Lege agraria, 91, Hunc Capuæ Campano supercilio ac regio ítre pitu quum videremus, Magios, Blosios mihi videbar illos videre, ac Iubellios. Martialis lib. 1. 34,
Contigeris nostros Cæsar si forte libellos,
Terrarum dominum pone supercilium.

¶ Supercilium salit. Quoties bona quædã spes titillat animũ nostrũ, dicere licebit nobis salire supercilijũ. Ita Pseudolus apud Plautũ in sui nominis fabula, amanti de argento quærenti, At id futurũ vnde respondet, Vnde dicã, nescio, nisi quia futurum est, ita supercilijũ salit. Sumptũ à vulgi superstitione, qui futurorum auguria captat ex corporis affectibus: vt siquod membrum pruriat præter euidentem causam, si dexter oculus saliat, si auris dextra tinniat. Nec me fallit aliter legi apud Plautum: verùm & ipsa sententia, & metri ratio docet esse legendum vt à me positum est. Sic enim legendi sunt senarii Iambici, 3. 105,
Verùm ego te amantem, ne pane, non deseram:
Spero alicunde hodie me bona opera, aut hac mea
Tibi inuenturum esse auxilium argentarium.
c. At id futurum vnde? r. vnde dicam, nescio,
Nisi quia futurũ est, ita supercilium salit. Erasmus in Chiliad.

¶ Supercilijũ montis, pro Summitate, per translationẽ. Liu. 7. bel. Pun. 108, Ipse expeditos, qui pridie stationes hostiũ pepulerant, ad leuẽ armaturã infimo stantẽ supercilio ducit. Plin. li. 6. ca. 5. 3, Inde promõtoriũ Cronea, quo supercilijũ arduũ tenẽt Toretæ. Vir. 1. Geo. 11, Ecce supercilijs cliuosi tramitis vndã Elicit. Stat. 6. Theba. 13, Summa crepant auro, Tyrióque attollitur ostro
Molle supercilium. De pyra erecta in funere pueri.

Supercrescо, supercrescis, supercrescere. Celsus lib. 6. cap. 6, de oculorum vlceribus supercrescentibus.

Supercubo, supércubas, pen. corr. supercubare, Superiacêre, superdormire. Colum. lib. 7. cap. 4. 5, Perforatis tabulis, quibus ouilia consternuntur, vt grex supercubet.

Superdico, superdicis. pen. prod. superdixi, superdictum, superdicere, Dictis addere, Dicere præter id quod dictũ est. Subiungere dictis. Cic. 1. de Legibus, 84, Admonet Iurisconsultus hic quidem ipse Mutius Pontifex, idem vt minus capiat, quàm omnibus hæredibus relinquatur: superdicebant quicquid corpisset astringi, rursus sacris liberantur.

Superdo, superdas, supérdedi, supérdatum, supérdare, pen. corr. Celsus lib. 7. cap. 1, Purgationis causa paulum mellis imponendum, dein glutinantia superdanda. Ibidem, cap. 7, Superdandum emplastrum quo id glutinetur.

Superduco, superdúcis. pen. prod. superduxi, superductum, superducere, Præter iam adducta, alia adducere. Plaut. Truc. 10. 53, Iam quin etiam superducas, quæ mihi comedant cibum.

Superedo, supéredis, pen. corr. supéredi, pen. prod. superèsum, superédere, Postea edere. Plin. lib. 19. cap. 6. 14, Menander è Græcis author est, allium edẽtibus, si radicem betæ in pruna tostam superederint, odorem extingui.

Supereminco, superémines, pe. cor. supereminui, supereminẽre, Amplius eminere. Colum. lib. 11. ca. 47. 1, Tũ fasciculũ viridis fœniculi superpositũ merge, vt oliuæ premátur, & iuí supereminent. Virg. 6. Æneid. 171, -victórq; viros supereminet omnes. Ouid. 3. Metam. 37, Colloque tenus supereminet omnes.

Superfero, pen. cor. superfers. supértuli. pen. cor. superlãtũ, pen. prod. superferre. Plin. lib. 32. cap. 10. 18. Sed si castoreum, fibrúmve supergrediatur grauida, abortum facere dicitur. & periclitari partus si superferatur. Idem lib. 28. cap. 8. 15, Sinistrum pedem superlatum parturienti lethalem esse: dextro illato facilè eniti.

Superlãtus, pen. prod. Particip. vt Superlata nomina, superlata verba, quæ augendi causa in oratione proferebantur. Cic. in Partit. 11, Illustris autẽ oratio est, si & verba grauitate delecta ponuntur, ac translata & superlata, & ad nomen adiuncta, & duplicata. Quintil. lib. 8. cap. 3, Delectant trãslata, superlata, ad nomen adiuncta, duplicia, & idem significantia.

Superlatio, Verbale, Ipse superferendi actus.

Superlatio, apud Oratores. Cic. 3. de Orat. 113, Tũ augendi mínuendive causa veritatis superlatio atq; traiectio & rogatio, atq; huic finitima quasi percõtatio, expositioq; sententiæ suæ. Quintil. lib. 1. cap. 10, Licet per comparationes & superlationes.

Superlatio, est oratio superans veritatem, alicuius augendi minuendive causa. Author ad Herennium, lib. 4. 149.

Superlatiuus, pen. pro. Adiectiuum: vt Superlatiuus gradus: de quo abunde apud Grammaticos.

Superlatiuum, cum quàm. Liuius 4. bel. Maced. Cum tyranno instituere amicitiam, & eo tyranno, quàm qui vnquam fuit sæuissimo & violentissimo in suos.

Superlatiuũ à Cõparatiuo interdũ superatur. Liu. 3. ab Vrbe, Orare, ne pessimum facinus peiore exemplo admitterẽt iudices.

Superficio, superficiei, f. g. Ex super & facie, quasi superfacies, superior pars cuiuscunq; rei, & facies quæ exterior ab oculis cernitur. Plin. lib. 9. ca. 10. 1, Testudines tãtæ magnitudinis Indicum mare emittit, vt singularum superficies habitabiles casas integant. Idem lib. 11. cap. 48. 2, Quia lógitudo superficiem corporum solam ampliat. Cic. ad Atticum, lib. 4. 70. 10, Qui si sustulerint religionem, aream præclaram habemus, superficiem Cõsules ex Senatusconsulto æstimabunt.

Ædium superficies. Cic. Attico, lib. 4. 7. 18.

Superficiarius, Adiectiuum. vt Superficiariæ ædes, quæ (inquit Caius) in conducto sólo positæ sunt, quarum proprietas & ciuili & naturali iure, eius est, cuius est sólum. Hactenus Caius, De superficiebus, L. Superficiarias.

Superficiarius, Qui in alieno sólo superficiem habet, ita vt certam pensionem præstet. Author est Vlpianus.

Superfit, pro Supereſt. Colum. lib. 11. cap. 1. 5, Tum separare quæ consumendã sunt: & quæ superfieri possunt, custodire, ne sumptus annuus, menstruus fiat.

Superfloresco, superfloresçis, superflorui, superflorescere. Plinius libro 19. cap. 5. 7, Particulatim cucumis floret, sibi ipse superflorescens.

Superfluo, superfluis, superfluxi, superfluxũ, superfluere, Abũdare, redundare. Plin. lib. 36. cap. 15. 15, Sed & reliquus apparatus tantus Attalicã veste, tabulis pictis, exteróque chorագio fuit, vt in Tusculanam villam reportatis quæ superfluebãt quotidiani vsus deliciis, incensa villa ab iratis seruis, cõcremaretur ad sestertia M. Cic. de Claris Orat. 175, Is dedit operam, si modò id consequi potuit, vt nimis redundantes nos, & superfluentes inueniſi quadam dicendi impunitate & licentia reprimeret, & quasi extra ripas diffluentes coerceret. Plin. lib. 31. cap. 4. 1, Apollonix in Ponto fons iuxta mare, æstate tantum superfluit, & maximè Canis ortu. parcius si frigidior sit æstas.

Superfluens pecunia. Sene. de Benefic. lib. 1. ca. 11, Illic erit pecunia nõ superfluens, sed ad sanum modum habendi parata.

Superfluítas, pe. corr. superfluitãtis. Plin. lib. 14. ca. 1. 4, Aliæ improbo reptatu, pampinorúmq; superfluitate atria media cõplentes.

Superfœto, superfœtas. superfœtare, Dicũtur quædam animalia dum post vnum fœtum editum, rursum aliũ edunt vno aut altero die, aut paulo pluribus. Plinius libro 10. cap. 63. 8, Dasypo-

des ſuperfœtant ſicut lepores. Idem libro 7.cap.11.1, Præter mu lieres, pauca animalia coitum nouere grauida. Vnum quidem omnino, aut alterum ſuperfœtat. Sic lib.8.cap.55.3, Lepus omnium prædæ naſcens, ſolus præter daſypodem ſuperfœtat, aliud educans, aliud in vtero pilis veſtitum, aliud implume, aliud inchoatum gerens pariter.

Superfulgeo, ſuperfulges, ſuperfulgêre. Stat.1.Sylu.1.7,

Ipſe autem puro celſum caput aere ſeptus
Templa ſuperfulges, & proſpectare videris.

Superfundo, ſuperfundis, ſuperfúdi, ſuperfúſum, pen.prod. ſufúndere, De liquoribus dicitur, quum alicui rei ſuperiiciuntur. Colum.lib.12.cap.57.1, Hanc miſturam quum in catillo compoſueris, oleum ſuperfundito. Idem 7.cap.5.11, Cũ alumine pinſito, ſuperfuſóque aceto, vel æris ærugine infriata, vel combuſta galla, &c. Idem lib.12.cap.7.2, Deinde ſi tantũ remiſerint humoris, vt ſuo ſibi iure ablui poſſint, ſi minus ſuperfuſa dura muria lauantur, & pondere impoſito exprimuntur.

Superfundens ſe lætitia, per tranſlationem, pro Vbertim ſeſe oſtendens. Liuius 5.ab Vrbe, 33, Tum verò iam ſuperfundenti ſe lætitiæ, vix temperatum eſt.

Superfúſus Tyberis, Inundãs. Liu.7.ab Vrbe, 10, Quinetiã quũ medios fortè ludos Circus Tyberi ſuperfuſo irrigat° impediſſet.

Superfúſa gẽs mõtib° Caucaſiis, Cõſperſim fuſa. Plin.lib.6.ca. 13.7, Hæc gens ſuperfuſa montibus Caucaſiis ad Cyrum amnẽ.

Superfuſi hoſtes. Liuius 9.bel Maced.199, Iacentem hoſtes ſuperfuſi oppreſſerunt.

Supergero, ſupérgeris, pen.corr. ſupergeſſi, ſupergeſtum, ſupergerere, Superiácere, & quaſi aggeratim ſuperimponere: nam propriè de terra dicitur. Columella lib.11.cap.3.5, Prædicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, & in longitudinem per vtrunque ſulcum porrecti obruuntur, ſed ita vt non nimium ſupergeſta terra ſemina ſpinarum quæ inhærent toris funiculorum enaſci poſſint.

Supergradior, ſiue Supergredior, ſupergréderis, ſupergreſſus ſum, ſupérgredi, pen.cor. Super aliquid greſſum facere. Plin.lib. 18.cap.7.11, Abortum facit illitus, aut ſi omnino prægnans ſupergrediatur. Idem lib.17.cap.12.5, Prægnans ſi edat eam, aut ſupergrediatur, abortum facere dicitur. Idẽ lib.8.cap.50.2, Alteram decubuiſſe, atque ita alteram proculcatæ ſupergreſſam. Tacitus lib.14, Hortorum quoq; amœnitate & villarum magnificentia quaſi principem ſupergrederetur. Statius 5.Sylu.3.13, Ora ſupergreſſus Pylii ſenis.

Supergredi omnẽ laudem, Excellere. Quinũl.lib.6.in Proœm. Ex matre optima, atque omnem laudem ſupergreſſa.

Superiacio, ſupériacis, pen.cor. ſuperiéci, pen.prod. ſuperiactũ, ſuperiácere: & Superiicio, ſupériicis, ſuperiicere, pro eodẽ. Colu. lib.1.cap.1.6, Quæq; temporibus Autumni fructus & arboribus delapſa folia ſuperiaciebantur, mox conuerſa vomeribus, &c.

Superiicere, Addere. Liu.10.ab Vrbe, 149, Magna eius diei quo in Sentinati agro bellatum, fama eſt, etiam vero ſtanti. Sed ſuperiecere quidam augendo fidem, qui in hoſtium exercitu, peditum quadringenta millia c c c x x x, equitum ſex & quadraginta millia, mille carpentorum ſcripſere fuiſſe.

Superiacto, ſuperiactas, ſuperiactare, Frequentatiuum. Plin.lib.9. cap.15.10, Quod & aliàs faciunt, aliorum vim timentes, mugiles maximè, tam præcipuæ velocitatis, vt trãſuerſa nauigia interim ſuperiactent. Id eſt tranſcendant.

Superiectus, huius ſuperiectus, m.g. Ipſe ſuperiaciẽdi actus. Colum. lib.6.cap.36.3, Ita enim efficitur, vt eius obiectu, quum mas etiã ſuperiectu eblanditus eſt, velut incenſus & obcæcatus cupidine, ſubtracta quam petierat, faſtiditæ imponatur equæ.

Superilligo, ſuperilligas, pen.corr. ſuperilligare. Plinius lib.19. cap.3.2, Eadem cum oleo trita ignes ſacros leniunt, betæ foliis ſuperilligatis.

Superillino, ſuperillinis, pen.corr. ſurperillini, ſuperillini, & ſuperillẽui, pen.prod. ſuperillitum, pen.corr. ſuperillinere. Plinius lib.30.ca.11.6, Reduuias, & quæ in digitis naſcũtur pterygia, tollunt canini capitis cinis, aut vulua decocta in oleo, ſuperillito butyro ouillo cum melle.

Superimpendens, Participium. Catullus Argonaut.59.57,

Confeſtim Peneos adit viridantia Tempe,
Tempe quæ ſyluæ cingunt ſuperimpendentes.

Superimpono, ſuperimpõnis, pen.prod. ſuperimpoſui, ſuperimpóſitum, pen.cor. ſuperimpónere. Plin.lib.31.cap.9.6, Phagedænis vlcerũ, tritus cũ farina hordei, ſuperimpoſito linteolo ma dente vino. Liu.1.bel.Pun.4, Et Sardiniã inter motum Africæ fraude Romanorũ, ſtipendio etiam ſuperimpoſito, interſeptã.

Superincido, ſuperincidis, ſuperincidi, pen.cor. ſuperincáſum, ſuperincidere, Ex ſuper & cado compoſitum. Liu.3.bel.Pun.68, Vtiq; Cannenſi pugna non prius prælio abſtiterit, quàm propè exanguis ruina ſuperincidẽtiũ virorũ, equorũ, armorúmque ſit oppreſſus. Colum.lib.4.cap.9, Ne ſi tranſuerſa fuerit cicatrix, cæleſtẽ ſuperincidentem aquam contineat. Liu.1.ab Vrbe, 46, Multiſque ſuperincidentibus telis, incolumis ad ſuos tranauit.

Superinduco, ſuperindũcis, pen.prod. ſuperinduxi, ſuperinductum, ſuperinducere. Plin.lib.15.ca.17.1, Duũm pedum terra ſuperinducta. Quintil.lib.5.cap.8, Neruis illis quibus cauſa continetur, adiiciunt ſuperinducti corporis ſpeciem.

Superinduo, ſuperinduis, ſuperindui, ſuperindũtum, pen.pro. ſuperinduere. Sueton.in Nerone cap.48, Vt erat nudo pede, atque tunicatus, penulam obſoleti coloris ſuperinduit.

Superingero, ſuperingeris, pen.cor. ſuperingeſſi, ſuperingeſtũ, ſuperingerere, Aggeratim, vel aceruatim ſuperimponere. Plin. lib.18.cap.30.10, Sunt qui leguminum aceruos ſuperingerant.

Superiniicio, ſuperiniicis, pen.corr. ſuperiniéci, pen.pro. ſuperiniectum, ſuperiniicere, Ex duabus præpoſitionibus, Super & in, & verbo iacio compoſitum. Celſus lib.5.de Curatione eryſipelatum, Aut ſi durior locus eſt, ſolani folia cõtrita, ſuillæ adipi miſcenda ſunt, & illita linteolo ſuperiniicienda. Plin.lib.17.ca.9.5, Farinæ vice cribris ſuperiniici. Virgil.4.Georg.10,

-raras ſuperiniice frondes. Ouid.5.Faſt.107, Tum ſuperiniecta texere madentia terra.

Superintego, ſuperintegis, pen.corr. ſuperintexi, ſuperintectũ, ſuperintegere. Plin.lib.18.cap.6.14, Ora vtrinque lapidibus ſtatuminari, & alio ſuperintegi.

Superintono, ſuperintonas, pen.corr. ſuperintonare, Deſuper tonare. Virg.9.Ænei.141, Dat tellus gemitum, & clypeum ſuperintonat ingens.

Superinungo, ſuperinungis, ſuperinunxi, ſuperinunctum, ſuperinũgere. Celſus lib.7.ca.7, de oculorũ vitiis, Dein ſuperinungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippiẽtes oculi ſuperinũgũtur.

Superior, Superius, Vide **Supra.**

Superlachrymo, ſuperlachrymas, pen.corr. ſuperlachrymare, de palmitibus vitis dicitur, quũ poſt reſectionẽ humorem quẽdam, veluti lachrymã emittunt. Colum.lib.4.cap.24.14, Oprimũ eſt igitur medio ferè internodio ſubſidiarium tondere palmitẽ, deuexámque reſectionem facere poſt gemmam, ne vt iam antè diximus, ſuperlachrymet, & gemmantem excet oculum.

Superlatio, Superlatiuus, Superlatum, Vide **Superfero.**

Superliminare, ſuperliminâris, pen.prod. n.g. Ea pars oſtii ſuperior, quæ ſuper limen eſt. Plin.lib.19.cap.4.14, Cuius generis propè videre poſſint quæ tradunt & de veſpertilione, ſi ter circunlatus domui vinus, per feneſtram inuerſo capite infigatur, amulerum eſſe: priuatimque ouilibus circunlatum toties, & pedibus ſuſpenſum ſurſum in ſuperliminari.

Supermando, ſupermandis, ſupermandi, ſupermanſum ſupermándere, Poſt manſum aliquid, aliud rurſus mandere. Plin.lib. 31.cap.6.8, Qui parum dedere, raphanos ſupermandi ex muſſo aceto iubent, vt ad vomitiones reuocent.

Supermeo, ſupermeas, ſupermeare, Superfluere, vel ſuperlabi. Plinius lib.2.cap.103.1, de miraculis aquarum, Dulces mari inue huntur, leuiores haud dubiẽ. Ideò & marinæ quarũ natura grauior, magis innecta ſuſtinent. Quædam verò & dulces inter ſe ſupermeant alias. Vt in Fucino lacu innectus amnis, in Lario Addua, &c.

Supernas, Vide **Supernus.**

Supernato, ſupérnatas, pen.corr. ſupernatare. Plin.lib.16.ca.8. 17, Effoditur Vere, tuſíque in fictili mergitur: deiectóq; quod ſupernatat, reliquus ſuccus purgat vtraque parte, ſeſquioboli in aqua muſſa. Columel.lib.12.cap.9.2, Deinde arido ſpiſſamento fœniculi ſic comprimi, vt ius ſupernatet. Plin.lib.7.cap.15.3, Quin & bituminum ſequax alioquin & lenta natura, in lacu Iudææ certo tempore anni ſupernatans, nequit ſibi auelli. Idem lib.16, Poſtea ſupernatant aqua, tollitur ſpongiis.

Supernatus, pe.prod. Adiect. Quod præter alia natũ eſt. Plin. lib.19.cap.3.7, Supernato caule quem magydarim vocarunt.

Supernus, Adiectiuum, Quod eſt ſupra, vt Superna regio. Plinius lib.11.ca.37.36, Dentes ſimiles aſpidi & ſerpentibus: ſed duo in ſuperna parte dextra lxuáque longiſſimi. Idẽ lib.7.cap.16. 3, Superna parte oris.

Crines à fronte ſuperni. Stat.8.Thebaid.128.
Numen ſupernum. Ouid.15.Metam.26.

Supérnas, ſupernâtis, pen.prod. f.g. Idem. Plin.lib.16.ca.39.8, Ideo Romæ infernas abies ſupernati præfertur.

Supernè, Aduerbium, pro Super vel deſuper. Plin.lib.7. cap.16.4, Quibus in dextra parte gemini ſupernè, à canibus cognominati, fortunæ blandimenta pollicentur. Liuius 1.ab Vrbe, 106, Malè ſuſtinenti arma gladium ſupernè iugulo defigit, iacẽtem ſpoliat. Idem 4.bel. Pun.175, Militéſque intenũ dudum ac

parati, alii ſuperne in aduerſam concionē clamore ſublato decurrunt, alii ad exitus theatri cōferti obſiſtunt. Virg. 6. Æneid. 151, -vnde ſupernè
Plurimus Eridani per ſyluam voluitur amnis.

Supero, ſúperas, pen. corr. ſuperare, Supergredi propriè ſignificat, & quaſi ſuperaſcēdere & excedere. Virg. 3. Geor. 54, -ſuperāt montes, & flumina tranant. Plin. lib. 7, Arbores quæ quidem tantæ proceritatis tradūtur, vt ſagittis ſuperari nequeāt. Plin. in Paneg. 134, Superare immenſa montiū iuga. Virg. 9. Æn. 63, Egreſſi ſuperant foſſas. Liu. 1. bel. Maced. 154, Inde ſatis comperto Erduzam petituros Romanos, ad aucupandas angustias, ne ſuperare hoſtes arctis faucibus incluſum aditū poſſent, præceſſit. Ibidem, lib. 4. 99, Et Parthenio monte ſuperato, præter Tegram tertio die ad Caryas poſuit caſtra.

Aſcenſu ſupero faſtigia tecti. Virg. 2. Æneid. 61.

Viam ſuperare ſaltu. Virg. 3. Georg. 29.

Superās genua aqua. Liu. 6. bel. Pun. 135, Et adeò nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenus aqua eſſet, alibi genua vix ſuperaret.

Superat ſumptus, Excedit. Plautus Perſa. 4. 64, Nō poteſt quæſtus conſiſtere, ſi eum ſumptus ſuperat ſuos. Varro 1. de Re ruſtica, cap. 53, Summa enim ſpectanda, ne in ea re ſumptus fructum ſuperet.

¶ Superare, Vincere, per tranſlationē. Virg. 5. eclog. 2, Quid ſi idem certet Phœbum ſuperare canendo? Plautus Aulul. 18. 2,
Pici diuitiis, qui aureos montes colunt,
Ego ſolus ſupero. Ter. Eun. 2. 1. 25, -hæc ſuperat ipſam Thaidē.

Si cum aliorum improbitate certet, longè omnes, multúmque ſuperabit. Cic. 7. Verr. 90.

Contendere & ſuperare. Cic. Licinio, lib. 5. 8. 12.

Fallere & ſuperare. Cicero 4. in Catil. 95, Quòd ſi meam ſpem vis improborum fefellerit atque ſuperauerit, commendo vobis paruum meum filium.

Vincere & ſuperare. Cic. 1. de Orat. 73, Si ſubitam orationem commētatio & cogitatio facilè vincit, hanc ipſam profectò aſſidua ac diligens ſcriptura ſuperabit.

Adamanta ſuperare duritia, Vide **Adamas**.

Cōſtātia & gratitate quēpiam ſuperare. Cic. Lētulo, li. 1. 9. 56.

Curſu ſuperare canem, vel viribus aprum. Horat. 1. epiſt. 19. 11.

Doctrina aliquem ſuperare. Cicero 1. Tuſculan. 4, Doctrina Græcia nos & omni literarum genere ſuperabat. Liu. 1. ab Vrbe, in Præfat. 1, Dum noui ſemper ſcriptores, aut in rebus certius aliquid allaturos ſe, aut ſcribēdi arte rudem vetuſtatem ſuperaturos credunt.

Dolores ſuperat virtute. Ouid. 8. Metam. 104.

Dolis ſuperare aliquē. Plaut. Pœnulo, 16. 146. & in Caſina, 11. 1.

Ferrum ſuperare duritia. Ouid. epiſt. 1. 18.

Genus humanū ingenio ſuperauit Epicurus. Lucret. lib. 3. 211.

Iniurias fortunæ ſuperare. Cic. 4. de Finib. 19, Varietates autē, iniuriáſque fortunæ facilè veterum philoſophorum præceptis inſtituta vita ſuperabat.

Labores ſuperare. Virg. 3. Æneid. 74.

Nobilitate ſuperare aliquem. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 11.

Opinionem omnium ſuperare. Cic. ad Atticum, lib. 5. 104. 3, Itaque opiniones omnium ſuperauit.

Pugnando ſuperare. Ouid. 9. Metam. 6.

Votis ſuperāre aliquem. Virg. 3. Æneid. 88,
Iunoni cane vota libens, dominámque potentem
Supplicibus ſupera votis.

¶ Superare, Superabundare, ſupereſſe. Plautus Moſtell. 11. 7,
At illud ſuperat adhuc mihi in pectore conſilii,
Malā rem, &c. Virg. 1. Geor. 38, Si ſuperāt fœtus, pariter frumēta ſequentur. Cic. 5. de Finib. 76, Fabellarúmque auditione ducuntur, déq; eo quod ipſis ſuperat, aliis gratificari volūt. Idem ad Atticum, lib. 13. 194. 3, Quinto delegabo, ſiquid æri meo alieno ſuperabit, in emptionibus, in quib⁹ mihi etiam æs alienum faciendum puto. Ouid. 7. Metam. 103, Robora non deſunt, ſuperat mihi miles. Idem 1. de Arte, 155, Pars ſuperat cœpti, pars eſt exhauſta laboris. Et 3. Metam. 94,
Iámque dolor vires adimit, nec tempora vitæ
Longa meæ ſuperant.

Multa die ſuperāte. Liu. 9. bel. Pun. 38, Claſſis Romana à Meſſana Locros multa die ſuperante acceſſit.

¶ Superare, Superuiuere, & quaſi ſuperſtitē eſſe. Virgil. 3. Æn. 68, Quid puer Aſcanius ſuperātne, & veſcitur aurā

¶ Aliquē ferro ſuperare, Occidere. Virg. 1. Æn. 71, Clàm ferro incautum ſuperat.

Súperans, pen. corr. Participium: vt

Animis ſuperans. Virg. 5. Æneid. 95, Hic victor ſuperans animis, tauróque ſuperbus.

Superātus, pen. prod. Aliud participium: vt

Bello ſuperatus Amyntor. Ouid. 12. Metam. 73.

Iuſſa ſuperata. Ouid. 9. Metam. 3. de Hercule, Et ſuperata ſuæ referebat iuſſa nouercæ.

Superābilis, & hoc ſuperābile, pen. corr. Quod facilè ſuperari poteſt. Liu. 5. bel. Pun. 117, Simul altitudinem muri, quantum proximè coniectura poterat, permenſus: humiliorémque aliquanto priſtina opinione ſua & cæterorum omniū ratus eſſe, & vel mediocribus ſcalis ſuperabilem, ad Marcellum rem defert.

Per vim nulli ſuperabilis. Ouid. 5. Triſt. eleg. 9. 6,
Scilicet vt per vim non eſt ſuperabilis vlli,
Molle cor ad timidas ſic habet ille preces.

Superobruo, ſuperobruis, ſuperobruere. Propert. li. 4. ele. 4. 19,
Dixit, & ingeſtis comitum ſuperobruit armis. Subauli virginem Tarpeiam, de qua illic loquitur.

Superpendeo, ſuperpendes, ſuperpendi, ſuperpenſum, ſuperpendēre. Liuius 7. bel. Maced. 114, Ita vt quibuſdam locis ſuperpendentia ſaxa plus in altum, quàm quæ in ſtatione ſunt naues, promineant.

Superpono, ſuperpōnis, pen. pro. ſuperpóſui, ſuperpóſitū, pen. corr. ſuperponere. Colum. lib. 1. cap. 5. 5, Sin ſummotus longiùs à collibus erit amnis, & loci ſalubritas, edítiórque ſitus ripæ permittet ſuperponere villā profluenti. Plin. lib. 19. cap. 2. 8, Tantúmq; pollent vt medicamentis quoq; ſuperponātur. Liu. 1. ab Vrbe, 155, Eam alitem ea regione cæli & eius diei nūtiam veniſſe: circa ſummū culmen hominis auſpicium feciſſe: leuaſſe humano ſuperpoſitū capiti dec⁹, vt diuinit⁹ eidē redderet. Ouid. epiſt. 10. 38, Ægra ſuperpoſita membra fouere manu.

Superrādo, ſuperrādis, pen. prod. ſuperrāſi, ſuperrāſum, penul. prod. ſuperrādere. Plin. lib. 11. cap. 23. 9, Pernionēs ex vino fouet, & ex oleo coctum imponitur: ſic & callo. Clauis pedum ſuperraſis præcipuæ vtilitatis.

Superſcando, ſuperſcandis, ſuperſcandi, ſuperſcanſum, ſuperſcándere, Super aſcendere. Liuius 7. ab Vrbe, 170, Iam euaſerant media caſtra, quum ſuperſcandens vigilum ſtrata ſomno corpora miles offenſo ſcuto præbuit ſonitum. Colum. lib. 11. cap. 3. 5, Oportebit autem virgeam ſepem interponere, quam ſuperſcandant ſentes vtriuſque ſulci.

Superſedeo, ſupérſedes, pen. corr. ſuperſēdi, pen. prod. ſuperſeſſum, ſuperſedēre, Omittere, ceſſare. Plaut. Epid. 1. 37, Superſede iſtis rebus iam. Idem. Pœn. 5. 5, Superſede iſtis verbis. Cato de Re ruſt. cap. 5. 1, Libris familiæ ſuperſedeat. Liu. 6. ab Vrbe, 6, Rebus diuinis ſuperſederi iuſſum. Ibidem, lib. 7. 111, Tributo ac delectu ſuperſeſſum. Cæſar in Comment. lib. 1, Et propter multitudinem hoſtium, & propter eximiam opinionem virtutis prælio ſuperſedere ſtatuit. Cic. ad Seruium Sulpitium, lib. 4. 1. 9, Tu ſi videbitur, ita cenſeo faciat, vt ſi habes iam ſtatutum quid tibi agendum putes, in quo nō ſit iunctum cōſilium tuum cum meo, ſuperſedeas hoc labore itineris.

Cōmodè poſſum⁹ principio ſuperſedere. Ad Herenn. lib. 3. 109.

Verborum multitudine ſuperſedendū eſt. Cic. 1. de Inuent. 41.

Sunt autem qui putant nonnunquam poſſe complexione ſuperſederi. Cic. 1. de Inuent. 86.

Quum acciderit, omnino narratione ſuperſedendum eſt. Cicero 1. de Inuent. 44.

Accuſatiuo iūxiſſe videtur Gellius lib. 1. cap. 19, quum inquit,
Alia luce aues in paſtum profecta eſt: cognati & affines operam quam dare rogati ſunt, ſuperſedent.

Non ſunt viſa aliqua ſuperſedēda. Author ad Heren. lib. 2. 59.

Superſedi ſcribere, certare, loqui, &c. Plin. epiſt. 101, b. li. 5, Hæc ego ſcribere publicè ſuperſedi. Liu. 4. ab Vrbe, 155, Vicerunt patres, quia & plebs patriciis ſeu hunc, ſeu illum delaturā honorē, fruſtra certare ſuperſedit. Idem 1. bel. Pun. 144, Si eum exercitum militem educerem in aciem, quem in Gallia mecum habui: ſuperſediſſem loqui apud vos. Idem 4. bel. Maced. 114, Aut ſuperſedere de amicitia agere. Sueto. in Auguſto. cap. 93, In peragranda Ægypto, paulo deflectere ad viſendū Apin ſuperſedit.

Superſilio, ſupérſilis, pen. corr. ſuperſilui, & ſuperſiliui, ſuperſultum, ſuperſilīre, Ex ſuper & ſalio compoſitum. Columel. lib. 8. cap. 3. 6, Ea pernicies vt euitetur, pericæ dolantur in quadrū, ne teres lxuitas earum ſuperſilientem volucrem non recipiat.

Superſpargo, vel ſuperſpergo, ſuperſpergis, ſuperſperſi, ſuperſparſum, ſuperſpérgere. Cato cap. 54. 2, Quum ſtramenta cōdes, quæ herboſiſſima erūt, in tecto cōdito, & ſale ſuperſpérgito.

Superſtagno, ſuperſtagnas, ſuperſtagnāre, Idem quod Reſtagnare & redundare. Tacit. lib. 1, Si amnis Nar in riuos deductus ſuperſtagnaſſet.

Superſterno, ſuperſternis, ſuperſtraui, ſuperſtrātum, pen. prod. ſuperſtérnere. Columel. lib. 1. cap. 6. 8, Tum deinde quum exaruit, ſimili modo pauimenta teſtacea, quæ pro aqua receperint amuream miſtam calci & arenæ ſuperſternuntur, & magna vi

pauiculis inculcantur atque expoliũtur. Liu.10.ab Vrbe,147, Cõsulis corpus eo die,quia obrutum superstratis Gallorum cumulis,inueniri non potuit. Quædã excẽplaria diſiunctim legũt.

Superſto,superstas,superstare,Supra aliquid state.Gellius,Quũ sedenti aquila superstaret. Liuius 10.ab Vrbe,137,Effedis,carrisque superstans hostis armatus,ingenti sonitu equorum,rotarúmq; aduenit. Idem 10.bel.Maced.5,Signa alia in Circo maximo cum columnis, quibus superstabant, euertit: fastigia aliquot templorum à culminibus abrupta fœde diſſipauit. Idem 7.ab Vrbe,106, Propulistis à castris,supina valle præcipites egistis,stratis corporibus hostium superstatis:complete eadem strage campos qua montes replestis. Suetonius in Galba, cap.vltimo,Senatus vt primùm licitum fuit,statuam ei decreuerat rostratæ columnæ superstantem.

Supérstito,supérstitas,pen.corr.superstitâre,Frequentatiuum quo veteres vsi sunt,Saluum & incolumẽ reddere. Ennius Menalippo,Regnúmque vestrum vt sospitent,superstiténtque. Nonius.

¶Superstitare,Idẽ quod superesse. Plaut. Persa,10.3, Vt mihi supersit,suppetat,superstitet.

Superstes,supérstitis,pen.corr. om.gen. Qui ex mortuis quasi solus vinus superstat.Quintilianus,Defuncta vxore,liberis tamen superstitibus. Ouid.3.Metamorph.16,

Marte cadunt subiti per mutua vulnera fratres,
Quinque superstitibus.

Superstitem alicui esse,vel vitæ alicuius. Plaut.Trinum.4.15, -bene hercle denuntias,deósque oro,vt
Vitæ tuæ superstes suppetat. Idem Casin. 11.1,Sospes iter incipe hoc,vt viro tuo semper sis superstes. Terent.Heaut.5.4.7, Ita mihi, atque huic sis superstes, vt ex me, atque hoc natus es. Cic.ad Q.fratrem,lib.1.3.3,Vtinam te non solùm vitæ,sed etiam dignitatis meæ superstitẽ reliquissem. Plin. lib.7.cap. 43.1,Sed iterũ proscriptus superstes Syllæ vixit vsq; ad Antoniũ.

Tiberio superstes fuit.Tacit.lib.5.

Bellorum superstes.Tacit.lib.de German.Multique superstites bellorum,infamiam laqueo finierunt.

Superstes gloriæ suæ.Liu.2.ab Vrbe,31,Vbi audire iussi,Consul laudare fortunam collegæ, quòd liberata patria in summo honore pro Rep. dimicans, matura gloria,necdum se vertente in inuidiam,mortem occubuisset,se superstitem gloriæ suæ ad crimen atque inuidiam superesse.

Superstes Reip. Cic.ad Pætum,lib.9.17.3,De lucro propè iam quadriennium viuimus: si aut hoc lucrum est,aut hæc vita,superstitem Reip.viuere.

Quum superstitem te esse Reipub. ne si liceat quidem,velis. Cic.Torquato,lib.6.2.7.

Fama superstes. Ouid.3. Trist. eleg.7. 11, Me tamen extincto fama superstes erit.

Opus superstes mansurum.Ouid.3.Amor.eleg.14.4,Post mea mansurum fata superstes opus.

¶Superstes,Qui salus est.Terẽtius And.3.2.7,Deos quæso vt sis superstes.

Parte dimidia superstes.Ouid.1.Trist.eleg.2.9,de vxore sua,
At nunc vt peream,quoniam caret illa periclo,
Dimidia certe parte superstes ero.

¶Superstes,pro Præsenti sumitur.Plautus,Superstitem vtrũque monui,ne iniussi abeant.

Vtrisque superstitibus præsentibus,istam viã dico, inite viam. Cic.pro Murena,23.

Superstitio.superstitiõnis,Falsus dei cultus, error insanus.Seruius, A superstite superstitio dicta, quæ anicularum propria est,quæ multis per ætatẽ superstites sunt,& quæ rebus inanib⁹ addictæ, dum volũt videri nimis religiosæ,superstitiosæ fiunt,& ita deliranr. Cic.1.de Nat.deo.161,Horũ enim sentẽtiæ omnium non modo superstitionẽ tollunt, in qua inest timor inanis deorum, sed etiam religionem,quæ deorum cultu pio cõtinetur. Idem 3.Tusc.111. Accedit superstitio muliebris quædam. Idem 1.de Finib.91,Tum superstitio,qua qui est imbutus,quietus esse nũquam potest.Vide **Religio**.

Superstitio quæ religioni propinqua est. Cic.1.de Innẽt.244.
Imbecilli animi atq; anilis est superstitio.Cic.1.de Diuin.187.
Contaminata superstitio.Cic.pro Cluentio,153.
Iudaica superstitio.Quintil.lib.3.cap.7.15.
Magna superstitio.Ouid.1.de Arte,84.
Tristis superstitio.Horat.1.Serm.saty.3.16.
Vana superstitio.Silius lib.5.25.

¶Captus superstitione,Vide **Capio**.

Imbutus superstitione. Quintil.lib.3.cap.1.16, Nec enim me cuiusquam sectæ,velut quadam superstitione imbutus,addixi.

Inducere nouas superstitiones.Quintil.lib.4.cap.4.5.

Infestare rudes animos superstitione,Vide **Infestus**.

Leuari superstitione,Vide **Leuis**.

Obligari superstitione,Vide **Obligo**.

Superstitio lusa per gentes,oppressit omniũ ferè animos,atque hominum imbecillitatem occupauit. Cic.1.de Diuinat.119.

Nõ tollitur religio superstitione tollenda.Cic.1.de Diuin.120.

Superstitiõsus,pen.pro.Adiectiuũ,Superstitiosi proprietatẽ habet, vt Cicero lib.2.104,de Nat.deorũ tradit,ex hoc quòd præ cultura deorũ supersedeant,qui sine causa timidi sunt,qui deum timent in rebus eũã nõ timẽdis. Nõ enim philosophi solum,verumetiãmaiores nostri superstitionẽ à religione separauerunt. Nam qui totos dies precabãtur, & immolabãt,vt sibi sui liberi superstites essent,superstitiosi sunt appellati. Omnis tamẽ importuna, ineptáque religio secundum Gellium superstitio dici potest. Plaut.Amphit.4.169,Illic homo superstitiosus est.

Arioſationes superstitiosæ.Cic.1.de Diuinat.116.

Deterret aliquem sacerdotis superstitiosa dedicatio. Cic. pro Domo sua,80.

Aliqui omnia cum superstitiosa solicitudine & miseria credunt.Cic.2.de Diuinat.150.

Imbecilli animi facilè superstitiosa ista concipiunt. Cic.1. de Diuinat.113.

¶Superstitiosus,Diuinator. Plautus Curc.8.17,Superstitiosus hic quidem est,vera prædicat.

Superstitiõ'e.pen.prod.Aduerbiũ,Vanè & aniliter. Cic.3.de Nat. deorũ,133,Neque id dicitis superstitiosè,atque aniliter, sed physica,constantique ratione.

Facere aliquid superstitiosè. Quintil.lib.1.cap.1.10,Nec tamẽ hoc adeò superstitiosè velim fieri,vt diu tãtùm loquatur Græcè.

Fatum dicitur nõ id quod superstitiosè,sed quod physicè.Cic. 1.de Diuinat.104.

Supersum,superes,superfui,supereſſe,Affluere,abundare.Terentius Phorm.1.3.10,Aliis quia defit quod amant, ægrè est: tibi quia supereſt,dolet. Ibidem,1.1.19,Cui tanta erat res,& supererat? Plaut.Epid.8.10,

Quantum hic inest.quantum sat est,& plus satis supersit.
Decem minis plus attuli, quàm tu danistæ debes. Virgilius 11. Æneid.85,Auxilióque vrbes Italæ,populiq; supersunt. Id est superabũdant,adsunt vltra quàm bella deposcunt,inquit Seruius. Cæs.1.bel.Gal.103,Ex eo prælio circiter millia hominũ c x x x superfuerunt. Cic.2.Verr.8,Tantum quisque habet in Sicilia, quantũ hominis auarissimi & libidinosissimi aut imprudẽtiam subterfũgit,aut satietati superfuit. Ennius lib.3.Annalium,Inde sibi memorat vnum supereſſe laborem. Plin.epist.11.6,Solum supereſſe me,à quo renocari posset ad vitam. Terentius Heaut.4.5.15,Sed porrò auscultа quod supereſt fallaciæ. Virgilius 5.Æneid.139,

Vel tu,quod supereſt,infesto fulmine morti,
Si mereor,dimitte.

Spatia plura supersunt.Virg.5.Æneid.65.

Dux partes mihi supersint illustrãdæ orationis.Cic.3.de Ora.51.

¶Quod supereſt,absoluta locutio,inquit Seruiꝰ,Id est de reliquo. Virgil.11. Æneid.3, Quod supereſt,hæc sunt spolia, &c. Plinius epist.18.lib.1,Quod supereſt,quum omnes qui profiten tur audiero,quid de quoque sentiam,scribam.

Quod supereſt,scribe quæso quamaccuratissimè. Cicero Attico lib.9.191.6.

Victo supereſt vt tueri se possit.Quintil.lib.7.cap.3.

¶Supereſſe,Superstitem esse.Plaut.Milite,7.3,

-ne doceto malas vt sint malæ,
Mihi sola ego supersum. Idem Asin.3.1,
Sicut tuum vis vnicum gnatum tuæ
Supereſſe vitæ sospitem & superstitem.

De exercitu alicuius supereſſe.Pollio Ciceroni lib.11.33.15.

¶Supereſſe,Vincere,superiorem esse.Virg.3.Georg.26,Farrãque,ne blando nequeant supereſſe labori.Id est vincere laborẽ.

¶Supereſſe alicui, Superfluum esse,& nihil prodesse. Gellius lib.1.cap.11,Memini ego Prætoris docti hominis Tribunali me fortè assistere, atque ibi aduocatũ non ineelebrem sic postulare,vt quam diceret causam,rémq; quæ agebatur,nõ attingeret. Tunc Prætorem ei.cuia res erat,dixisse aduocatum eum nõ habere.Et quum is qui verba faciebat,reclamasset.Ego illi supersum:respondisse Prætorẽ festiuiter,Tu planè superes,non ades. Hoc est,supersluus,superuacaneus es.

Supereſſe & Deesse, contraria.Cic.ad Sillium lib.13.64.3, Sed vereor ne iam supereſſe mihi verba putes,quæ dixeram defutura. Columel.lib.1 cap.16, Nec deesse ei talem materiam, nec supereſſe oportet. Asinius Pollio ad Ciceronẽ,lib.11.33.16,Nã neque deesse,neque supereſſe Reip.volo.

¶Supereſſe,Adesse,patrocinari.Suet.in Augusto,cap.56,Quũ Asprenas Nonius arctius ei iunctus, causam veneficii accusante

Cassio Seuero diceret, cõsuluit Senatum quid officii sui putaret. Cunctari enim se, ne si superesset, eriperet legibus reum: sin deesset, destituere ac prædamnare amicum existimaretur.

¶Superesse, Durare. Virg. 3. Georg. 2, Primus ego in patriam mecum (modò vita supersit) &c. Plaut. Persa, 10. 3,

Perennitatisque adeò huic perpetuo cibo
Vt mihi supersit, suppetat, superstitet.

¶Supersum, aliquãdo diducitur, interposita aliqua dictione, & aliquando pluribus. Plaut. Curcul. 1. 85, Siquid super illi fuerit, id nobis satis est. Salustius in Iugurtha, At Iugurtha manifestus tanti sceleris, non prius omisit cõtra verũ niti, quàm animaduertit super gratiam & pecuniam suã inuidiam facti esse.

Superuacuus, Adiectiuũ, Quod non est necessariũ, sed præter rem & superfluũ. Plin. epist. 196. b, Impẽsa monumẽti superuacua est: memoria nostri durabit, si vitã meruimꝰ. Colu. li. 3. Itaque superuacuum est hoc repetere, iam tradita ratione terebrationis. Plin. in Paneg. 81, Qui tam multa cõcupiscebat, quum haberet superuacua tam multa. Columel. lib. 5. cap. 4. 1, Quæ tamen ipsa pastinatio penè superuacua est iis locis quibꝰ & per se resolutum est. Idem lib. 11. cap. 3. 52, Id tamẽ superuacuũ est facere, si ante sationẽ semina succo herbæ sedi macerata sunt. Sic Plinius lib. 7. cap. 43. 6.

Metus habere superuacuos. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 7. 2.

Habere superuacuũ dicere. Quintil. lib. 7. cap. 3. 17, At qui dicit, tu occidisti, superuacuũ habet postea dicere, ego nõ occidi.

Superuacaneus, Adiectiuum, Idem. Sueton. de Claris Rhet. 1. d, Quædam etiam ad vsum communis vitæ instituta, dum vtilia & necessaria, dum perniciosa & superuacanea ostendere, &c. Cic. ad Appium, lib. 3. 5. 3, Cõfirmata amicitia, & perspecta fide, cõmemoratio officiorum superuacanea est. Idem 1. de Nat. deorũ, 116, Quid de reliqua descriptione omnium corporis partium, in qua nihil inane, nihil sine causa, nihil superuacaneum est? Idẽ Atti. lib. 16. 332. 6, Quũ enim tua causa fecerint omnia, vereor ne meas literas superuacaneas arbitrẽtur. Cato cap. 11, Prela temperata quinque, superuacanea tria.

Tum conditiora facit hæc superuacanei operis aucupium atque venatio. Cic. de Senect. 53.

Pro superuacaneo ac inutili haberi. Liu. 10. ab Vrbe, 114, Cui autem dubium esse, vbi vnum bellum sit asperum, ac difficile, quum id alteri extra sortem mandetur, quin alter Consul pro superuacaneo atque inutili habeatur?

Quicquid vsũ nõ habet, superuacaneũ est. Ci. 1. de Na. deo. 137

Superuacaneum est illis pugnare pro, &c. Salust. in oratione Catilinæ ad milites, Præterea, milites, non eadem nobis, & illis necessitudo impẽdet. Nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis superuacaneum est pugnare pro paucorum potẽtia.

Superuado, superuãdis, pen. prod. superuãdere, Supersc andere, superare, supergredi. Liu. 1. bel. Maced. 149, Quum omnes victi, metuque perculsi ex prælio intra vallũ protinus inde superuadentem munimenta victorem hostem fugerent.

Superuadere omnes asperitates, Superare, vincere. Salustiꝰ in Iugurtha, Quæ postquã Metello comperta sunt: quanquam inter Thalam flumẽque proximum in spatio millium quinquaginta, loca arida atq; vasta esse cognouerat, tamen spe patrandi belli si eius oppidi potitus foret, omnes asperitates superuadere, ac naturam loci etiam vincere aggreditur.

Superuagor, pen. corr. superuagãris, superuagari, Præter iustũ & æquũ vagari, supersluere, vel supersluos ramos habere. Colu. lib. 4. ca. 11. 1, Quinquennis vineæ non alia est putatio, quàm vt figuretur, quemadmodũ suprà instituimus, neve superuagetur.

Superuaganeus, Adiectiuum, A' vagor fit. vnde Auis superuaganea dicebatur ab auguribus, quum ex summo cacumine vocem emisisset. Festus.

Superuecho, superuehis, superuexi, superuectũ, superuehere: vt

Montem superuehi. Catull. de coma Berenices, 61. 9,
Ille quoque euersus mons est, quem maxima in oris
Progenies Phthiæ clara superuehitur.

Superuenio, supẽruenis, penult. corr. superuẽni, penult. prod. superuentum, superuenire, Ex inopinato venire. Horatius 1. epist. 4. 3, Grata superueniet quæ non sperabitur hora. Liuius 4. bel. Pun. 161, Munientibus superuenit Marcellus. Idem 1. bel. Macedon. 94, Et quum Argis Achæorum consilium esse audisset: inopinantibus Achæis, concioni ipse superuenit. Idem 1. ab Vrbe, 14, Ita tam sua sponte ægris animis legati ab regibꝰ superueniunt, sine mentione reditus bona tantum repetentes. Liuius 4. bel. Maced. In tempore Quintio rem haud facilẽ aggredienti rex Eumenes, & classis Rhodiorũ superuenerunt. Virg. 6. eclog. 4, Addit se sociam, timidisque superuenit Ægle.

Superuenire lætitiæ alicuius. Liu. 4. bel. Maced. 157, Huic lætitiæ Quintius superuenit.

¶Superuenire, cum accusatiuo, Succedere, ascendere. Colum. lib. 4. ca. 11. 1, Si verò aliter formatas acceperimꝰ vineas, & multorum annorum negligentia superuenerint iugum, considerãdum erit, &c. Idẽ lib. 1. cap. 17, Aut siquis eam superuenit humor, lentè prorepit. Idem lib. 6. cap. 14, Taurus vbi iuuencum superuenit. Idem libro 7. ca. 6, Matrem stupro superuenit. Ouidius 10. Metam. 97,

-nam crura loquentis Terra superuenit. Stat. 1. Achill. 30,
Nescio quid magnum (nec me patria omina fallunt)
Vis festina parat, teneróque superuenit annos.

Superuentus, huius superuentus, Ipse superueniendi actus. Plinius lib. 25. cap. 2. 13, Obseruatũ certè est, inflammari vulnera ac morbos superuẽtu eorum, qui pedibus iter confecerint. Idem lib. 7. cap. 15. 1, Sed nihil facilè reperiatur mulierum prosluuio magis monstrificum. Accescunt superuentu musta, sterilescunt tactæ fruges, &c.

Superuestio, superuestis, superuestiui, superuestitum, pen. pro. superuestire. Plin. lib. 16. cap. 33. 1, Venatus classésve, & imagines rerum tenui folio, breuique & virente superuestiens.

Superuolo, supẽruolas, penult. corr. superuolare. Plinius lib. 10. cap. 33. 9, Perdices concipiunt superuolantium afflatu, sæpe voce tantum audita masculi. Idem lib. 35. cap. 4. 10, Alterius tabulæ admiratio est, puberem filium seni patri similem esse, salua ætatis differentia, superuolante aquila draconem complexa. Idem lib. 8. cap. 14. 1, Superuolantes quanuis alte, pernicitérq;, alites hausto rapetas absorbeant. Ouid. 4. Metam. 115, Despectat terras, totúmque superuolat orbem.

Superuólito, superuólitas, pen. corr. superuolitare, Frequentatiuũ. Virg. 6. eclog. 17, -& quibus antè
Infœlix sua tecta superuolitauerit ales.

Superuoluo, superuoluis, superuolui, superuolũtum, pen. prod. superuoluere. Colu. lib. 11. cap. 3. 27, Potest etiam citra hãc operam fieri crispum qualitercunq; satum, si quum est natum, incrementum eius superuoluto cylindro coerceat.

Superungo, superungis, superunxi, superunctũ, superungere. Celsus lib. 7. cap. 7, de oculorum vitiis, Dein superungi collyrio debet ex his aliquo, quo lippientes oculi superunguntur.

Superus, penul. corr. Adiectiuum, à super. vnde Superum mare, Adriaticum nominatur, collatione facta ad Tyrrhenũ, quod Græci inferum vocauere. Plaut. Amphit. 11. 17,

Atque illuc sursum ascendero, inde optimè cispellam virum
De supero. Idem Bacchid. 10. 31, Tenium quum portæ Scææ limen superum scinderetur. Idẽ Merc. 11. 1, Limen superum, inferúmque salue, simul autem vale. Idem Menæch. 7. 11, Mare superum omne, Græciámque exoticam.

Ad auras superas euadere. Virg. 6. Æneid. 14.
Conuexa supera. Virg. 6. Æneid. 49, -talis sese halitus atris
Faucibus effundens supera ad conuexa ferebat. Idem lib. 10. 51.
In domos superas scandere. Ouid. 1. Fast. 60.
Regnis superis detrudere Iouem. Virg. 6. Æneid. 117.
Homo spectator superarum rerum atque cælestium. Cicero 1. de Nat. deorum, 110.
Nicetas, cælum, solem, lunã, stellas, supera deniq; omnia stare censet. Cic. 4. Academ. 111.
Cogitare supera atque cælestia. Cic. 4. Academ. 119.
Videre supera, infera, prima, vltima, media. Cic. 1. Tusc. 100.
Ex supero, Superne. Lucret. lib. 1. 50,
Nanque hoc in promptu, manifestúmque esse videmus,
Pondera quantum in se st, non posse obliqua meare,
Ex supero quum præcipitant.

¶Supera, plurali numero pro Cælo substãtiuè accipitur. Virgilius 6. Æneid. 158, Omnes cælicolas, omnes supera alta tenẽtes. Cic. 1. Tusc. 67, Nihil enim habent hæc duo genera proni, & supera semper petunt.

Ardua supera. Virg. 7. Æneid. 113, Cocytique petit sedem, supera ardua linquens. De Iunone.

Superi, pen. corr. superorum, Cælestes: siue viui, & qui aliis superiores sunt qui inferi dicuntur. Plaut. Aulul. 11. 6,

Si autem deorsum comedent, siquid coxerint,
Superi incœnati sint, & cœnati inferi. Plin. lib. 11. cap. 18. 1, Fœlix appellatur Arabia, falsa & ingrata cognominis, quæ hoc acceptum superis ferat, quum plus ex eo inferis debeat.

Par superis. Horat. 1. Carm. ode 6. 4.
Numina superorum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 1. 9.
Plebs superũm Fauni, Satyrique, &c. Ouid. in Ibin, 17.
Rex superũm. Oui. 1. Met. 51. Precari superos. Virg. 5. Æn. 106

Supinus, pen. prod. Adiectiuum, Qui iacet ventre cælũ versus. Iuuen. saty. 3. 17, -cubat in facie, mox deinde supinus. Plaut. Ciftell. 7. 79, Quid nunc supina sursum in cælũ conspicis? Plinius lib. 9. cap. 24. 1, Omnia autem carnosiora sunt talia, & su-

pina veſcuntur.

Curſus ſupinus, Id eſt qui retro fit. Onid. 4. de Ponto, eleg. 5. 9,
Fluminâque in fontes curſu reditura ſupino.

Digiti ſupini. Catull. Argon. 59. 63, Dextera tum leuiter deducens fila ſupinis Formabat digitis.

Manus ſupinas ad cælũ tendere. Liu. 6. bel. Pun. 44, Vndique matronæ in publicũ effuſæ circa deũm delubra diſcurrunt, crinibus paſſis aras verrentes, nixæ genibus, ſupinas manus ad cælum ac deos tendentes. Idem 3. ab Vrbe, 106, Supinas deinde tendens manus, commilitones appellãs orabat ne quod ſcelus Ap. Claudii eſſet, ſibi attribuerent. Virg. 3. Æneid. 36.

Manibus ſupinis orare. Virg. 4. Æneid. 41.

Motus corporis prunus, obliquus, ſupinus. Cic. 1. de Diuin. 196.

Supina etiã ora cernũtur depulſione luminũ. Cic. de Vniu. 62.

Palmes ſupinus. Martialis lib. 11. 17,
Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis vmbra ſupini
Palmitis, hoc riguæ ductile flumen aquæ.

Vultus ſupin⁹. Quint. li. 1. ca. 11. 5, Ne ſupin⁹ vult⁹. Subaudi, ſit.

Venter ſupinus. Horat. 1. Serm. ſaty. 5. 17.

¶ Supinus, pro Otioſo nõnunquam ponitur, molli, negligentique. Iuuen. ſaty. 1. 7, Et multum referens de Mecœnate ſupino.

Animus ſupinus, Iners. Catull. ad Coloniam, 17. 5,
Si poteſt olidum repentè excitare veternum,
Et ſupinum animum in graui derelinquere cœno.

Supina aure audire, Negligenter. Mart. lib. 6. 41,
Non attendis, & aure me ſupina
Iandudum quaſi negligenter audis.

Supiniores deliciæ, Minus delicatæ. Mart. lib. 2. 6,
Nunquam deliciæ ſupiniores,
Laſſus tam citò deficis viator.

¶ Supinus, Mõtoſus. Horat. li. 3. Car. ode 4. 5, -ſeu mihi frigidũ
Prænesteſeu Tybur ſupinum. Vbi Acron, Supinum, Montuoſum, vt Colleſq; ſupinos. Situm autem ciuitatis deſcripſit, quia in aſcenſu montis eſt conſtituta.

Supinũ, ſupini, A` quibuſdam dicitur verbũ participiale, cuiuſmodi ſunt gerundia, quæ nomina participialia dicuntur. habet autem ſupinum duas terminationes, um & u, vt lectum lectu.

Quod in um finitur, habet ſignificationem actiuã. Saluſtius, Legatos ad Iugurtham de iniuriis queſtũ miſit. Id eſt qui quererentur. Terent. And. 3. 1. 35, -miſſa eſt ancilla illico
Obſtetricem accerſitũ ad eam. Plaut. Aulul. 13. 8, Coctũ cõductus fui. Idem Curcul. 4. 28, Quin tu is dormitum? Idem Aulul. 8. 4, Dabo nuptum. Et Caſina. 3. 13, Veniſti ereptum.

In u verò ſupinũ, ſignificationis paſſiuæ eſt: iungiturq; nominib⁹ adiectiuis. Virg. 3. Æn. 115, Nec viſu facilis, nec dictu effabilis vlli. Hoc eſt, quod nec videri, nec dici facilè poſſit. Plin. li. 9. ca. 71. 1, Cum ſit rarus inuẽtu. De acipẽſere. Hoc eſt, qui rarò inuenitur. Liu. 1. bel. Maced. Id dictu quàm re, vt plerãque, facilius.

Supino, ſupinas, pen. prod. ſupinare. Stat. 6. Thebaid. 158, Præcipitáque retro iuuenem, atque in terga ſupinat.

Supinor, ſupinâris, ſupinari, Paſſiuum. Horatius 2. Serm. ſaty. 7. 8, -naſum nidore ſupinor. Vbi Acron interpres, Naſum, inquit, nidore ſupinatur, qui nimium delectatur, & inclinatur odoribus pulmentariorum. Accuſatiuũ addidit verbo paſſiuo, quẽadmodum Virgilius 7. Æneidos, 128, Loricam induitur, ſidóque accingitur enſe. Statius 12. Thebaid. 49,
Támque ſupinantur feſſis, latéque fatiſcunt
Penthei deuexa iugi.

Supinâtus, pen. prod. Participium: vt
Cornu ſupinatum, Arcus intenſus. Stat. 9. Thebaid. 174,
-manibuſque remiſſis
Vana ſupinato ceciderunt ſpicula cornu.

Glebas ſupinatas Aquiloni oſtendere. Virg. 2. Georg. 53.

Os ſupinatum. Stat. 5. Thebaid. 105.

Suppar, ſúpparis, penul. corr. maſc. gen. Ferè parem ſignificat. Cicero de Claris Orat. 14, Huic ætati ſuppares Alcibiades, Critias, Theramenes.

Supparaſitor, penult. prod. ſupparaſitâris, ſupparaſitari, Subſeruire, obſequi, tanquam paraſitum. Plautus Amphit. 6. 17, Accedam, atque hanc appellabo: & ſupparaſitabor patri. Idem Milite, 6. 74,
Sed hic illi ſupparaſitatur ſemper, hic ei proximus,
Primus ad cibum vocatur, primo pulmentum datur.

Supparum, maſc. gen. vel Súpparum, ſuppari, pen. corr. Genus leuis atque anguſtæ togæ, quod eo ſuperinduimur. Feſtus, Supparum, veſtimentum puellare, lineum, quod etiam ſubucula, id eſt camiſia dicitur. Afranius, Puella non ſum, ſupparo ſi indura ſum. Plautus Rud. 4. 91,
Si tu de illarum cœnaturus ſupparis,
Illas curandum cenſeo Scepario. Idem Epid. 5. 49,

-aut crocotulam,
Supparũ, aut ſubminiam, ricam, baſilicũ, aut exoticũ. Lucan. lib. 2. 75, -humeriſque hærentia primis
Suppara nudatos cingunt anguſta lacertos.

¶ Supparum, Nauium inſigne vel linteum quod annectitur ipſi velo. Lucanus lib. 5. 86, -ſummáque pandens
Suppara, velorum perituras colligit auras. Stat. 3. Sylu. 2. 6, -vos ſummis annectite ſuppara velis.

Suppedito, ſuppéditas, penul. corr. ſuppeditare, Subminiſtrare, ſuggerere, Actiuũ. A` ſub, & pes pedis. Plautus Aſin. 14. 10, Luxuriæ ſumptus ſuppeditare vt poſſies. Terent. Eunucho, 5. 9. 46, -& neceſſe eſt multum accipere Thaidem,
Vt tuo amori ſuppeditare poſſit, ſine ſumptu tuo. Idẽ Heaut. 5. 1. 57, Nam ſi illi pergam ſuppeditare ſumptibus
Menedeme, mihi illæc verè ad raſtros res redit. Varro, Largiore cibatu ſuſtentare debet, quo facilius lac ſuppeditare poſſit. Cic. 5. Verr. 147, Peculiarem habes aliquam Siciliam quæ tibi ex alio genere frumentum ſuppeditare poſſit? Idem 1. de Legib. 105, Quæ autẽ terra fruges ferre, & vt mater cibos ſuppeditare poſſit, eam nequis nobis minuat, néve viuus, néve mortuus. Idẽ ad Atticũ, lib. 11. 249. 3, Et quũ ei propoſueris, ipſe velim reliqua modereretur: quemadmodũ ex his mercedib⁹ ſuppeditemus ei quod opus ſit. Idem ad Atticum, lib. 11. 121. 4, Et velim quoad poteris, cõſyderes, vt ſit vnde nobis ſuppeditẽtur ſumpt⁹ neceſſarii. Quintil. lib. 2. ca. 2. 5, Licet enim ſatis exemplorum ad imitandum ex lectione ſuppeditet, tamen viua illa (vt dicitur) vox alit plenius.

Ab aliquo ſuppeditare, Vide **A** vel **Ab** præpoſitiones.

Omnium rerũ in contrarias partes facultatẽ ex iiſdem ſuppeditari locis. Cic. 1. de Orat. 119.

Omnium rerum quas natura deſyderat, abundantiam & copiam alicui ſuppeditare. Cic. de Amicitia, 73.

Frumentum & merces ſuppeditare. Cic. 4. Verr. 4.

Vix ſatis otiũ ſtudio ſuppeditare poſſumus. Ad Heren. lib. 1. 1.

Tela ſuppeditare alicui. Silius lib. 10. 28.

Multam etiam caſus noſtri varietatem tibi in ſcribendo ſuppeditabunt. Cic. Lucceio, lib. 5. 11. 15.

Suppeditare teſtes. Cic. 2. de Fin. 108, Nec verò quoniam hæc nos tractare etiam cœpim⁹, ſuppeditabit nobis Atticus noſter è theſauris ſuis quos & quantos viros habere teſtium ſat eſt.

¶ Suppeditare, neutrũ abſolutũ, Id eſt ſufficere, ſatis eſſe. Plaut. Aſin. 9. 17, Clamore ac ſtomacho nõ queo labori ſuppeditare.

Hoc modo naturæ ſuppeditabit vt doctrina. Ad Herẽ. li. 3. 119.

Suppeditant hæc ad victum. Cic. 1. Off. 20, Ob eaſq; cauſas ſtudeat parare ea quæ ſuppeditent & ad cultum & ad victum.

Suppeditare in. Liu. 1. ab Vrbe, 142, Itaq; Pomptinæ manubiæ quæ perducendo ad culmen operi deſtinatæ erant, vix in fundamenta ſuppeditauere.

Suppeditare, pro Suppetere. Liu. 8. bel. Pun. Apud vos quemadmodum loquar, nec conſilium, nec oratio ſuppeditat.

Non ſuppeditant mihi chartæ, pro Deſunt. Cic. ad Trebatiũ, lib. 7. 18. 6, An hoc ſignificas, nihil fieri, frigere te, ne chartã quidem tibi ſuppeditari?

Si vita ſuppeditaſſet. Cicero 3. Philip. 134, Cuius etiam naturalis pater, ſi vita ſuppeditaſſet, Conſul factus eſſet. Idem de Claris Oratoribus, 132.

¶ Suppéditor, pen. corr. Paſſiuũ. Cic. 2. in Catil. 43, Sed ſi omiſſis his rebus omnibus, quibus nos ſuppeditamur, eget ille Senatu, Equitibus Romanis, populo, &c.

Suppeditor ſuppeditaris, Deponens. Cic. Attico, lib. 14. 316. 3, De Patuliano nomine quòd mihi ſuppeditatus es, gratiſſimum eſt, & ſimile tuorum omnium.

Suppeditatio. Verbale, Ipſe ſuppeditandi actus. Cic. 1. de Nat. deorum, 151, Quæ ergo vita? Suppeditatio, inquis, bonorum, nullo malorum interuentu.

Suppello, ſuppellis, ſúppuli, pen. corr. ſuppulſũ, ſuppellere, Verbum modò honeſtum, modò turpe. Cic. ad Pætum, lib. 9. 22. 14, Quid ipſa res modò honeſta, modò turpis ſuppellere, flagitium eſt, iam erit nudus in balneo, non reprehendes. Vetus ſcriptum exemplar legit ſuppedit.

Suppendo, ſuppendis, ſuppendi, ſuppenſum, ſuppéndere. Plaut. Aſin. 14. 7, Suppendas potius me, quàm tacita hæc auferas. Dicimus & SVSPENDO.

Suppeto, ſúppetis, pen. corr. ſuppetiui, ſuppetitum, pe. prod. ſuppétere, Latenter ſeu per frandem petere. Vlpianus, De furtis, L. Apud Labeonem relatũ eſt, ſi ſiliginario quis dixerit, vt ſiquis, nomine eius ſiliginem petiſſet, ei daret: & quidam ex tranſeuntibus, quum audiſſet, petiit eius nomine, & accepiſſet: actionẽ aduerſus eum, qui ſuppetiit ſiliginario competere, nõ mihi. Nõ enim mihi negotium, ſed ſibi ſiliginarius geſſit.

¶Suppetit,in tertia perſona,& ſuppetunt,ſignificat in promptu eſt,vel ſuccurrit,ſufficit & abundat.Plinius Iunior,Cui abũde ſuppetunt facultates. Plautus Milite.5. 50, Ita vehementer quod facto opus eſt,ægrè ſuppetit.Hoc eſt vix ſuccurrit,& memini. Idem Epid.9.16,Omen placet iam,quum omini omnes ſuppetunt res proſperæ. Horat.1.epiſt.11.1, Pauper enim non eſt,cui rerum ſuppetit vſus.

Sed tamen ſicui hæc ſuppetũt, adiuuant aliquantum ad cætera.Cic.1.Offic.43.

Vt ambitioni & quotidianis ſumptibus copiæ ſuppetant.Cic. 5.Tuſcul.119.

Suppetere & Deeſſe,cõtraria. Cic.3.Verr.11,Credo ſi meis horis in accuſando vti voluiſſem,vererer ne mihi crimina nõ ſuppeterent,ne oratio deeſſet. Idem 3.de Orat.79,Neq; inſcitiam illius,cui res non ſuppetit,verba non deſunt.

Suppetunt in hanc rem fœliciter cætera. Colu.lib.9.cap.1.4.

Suppetit copia argumentorum.Cic.in Top.33.

Dum vires ſuppetẽt.Cæſar 7.bel.Gall.307,Ac variis dictis ſententiis, quarũ pars deditionem: pars,dum vires ſuppeterẽt,eruptionem cenſebant.

Si vita ſuppetet,Si vixero.Cic.1.de Finib.18,Et ſcribentur forteſſe plura,ſi vita ſuppetet.

Non ſuppetit conſilium.Liu.4.ab Vrbe,209. Plaut.Curcul. 7.89,Vt ſatis conſilia ſuppetant.

Suppetit mihi perpetuus cibus.Plaut.Perſa,10.3,

Quæ res bene vortant mihi & tibi & ventri meo,
Perennitatiſque adeò huic perpetuo cibo,
Vt mihi ſuperſit,ſuppetat,ſuperſtitet.

Suppetũt dictis data.Plaut.Aſi.3.41,Quid morbi eſt?.quia nõ ſuppetũt dictis data. Id eſt, nõ dat quod promiſit. Idẽ Pſeud. 3.106,Vtinam quæ dicis,dictis facta ſuppetant. Hoc eſt, vtinam quod dicis,ſic ſe haberet,vel faceres quod promittis.

Non ſuppetit lingua libertati,Liberè loqui non poteſt,& pro animi ſententia. Liu.1. ab Vrbe,146, Rudis in militari homine lingua non ſuppetebat libertati,animóque.

Suppetit mihi lucrum.Plaut.Amphit.3.14,Lucrum vt perenne vobis ſuppetat.Hoc eſt,vt perpetuum ſit vobis lucrum.

Suppetat ſuperſtes vitæ tuæ.Plaut.Trinum.4.15,

-bene hercle denuntias,deóſque oro vt
Vitæ tuæ ſuperſtes ſuppetat.Hoc eſt,poſt te viuat.

Res ita ſuppetit. Plautus Rud.11.34, Confugiam hinc,res ita ſuppetit ſubito.

Suppetit huic ſatis ad.Plaut.Pſeud.5.99,

Eadem duo greges virgarum inde vlmearum adegero,
Vt hodie ad litationẽ huic ſuppetat ſatis Ioui. Ci.in Partit.30,
Ex quibus ſimilibuſq;,ſi attendas,ad augendum permulta ſuppetunt. Idem 1.Offic.68, Illis ad largiendum ſuppetãt copiæ.

Mihi ad remunerandum nihil ſuppetat, præter voluntatem. Cic.Paulo,lib.15.13.4.

Suppetiæ,& ſuppetias tantum habemus à ſuppeto,Auxilium,ſubſidium, præſidium. Plaut.Epid.14.11, Quicquid ego malè feci, auxilia mihi & ſuppetiæ ſunt domi. Idem Amphit.16.24,Blepharo ſuppetias mihi. Subaudi,feras.

Aduenire ſuppetias.Plaut.Menæch.11.30, Ædepol here næ tibi ſuppetias tempore adueni modo.

Afferre ſuppetias,Vide Affero.

Ferre ſuppetias,Iuuare,auxilio eſſe.Plaut.Epid.13.51,

-ſed memento,ſiquid ſæuiunt ſenes,
Suppetias mihi cum ſorore ferre. Idem Rud.16.10,Ferte ſuppetias. Ibidẽ,14.39, Hoc neque iſti vſus eſt, & illi miſeræ ſuppetias feret. Idem Amph.17.54, Non metuo quin meæ vxori latæ ſuppetiæ ſient.

Occurrere ſuppetias,Vide Occurro.

Venire ſuppetias.Cæſar lib.11.Comment.Et nuntiabãtur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias venire.

Suppetior, ſuppetiãris,ſuppetiari, Auxiliari,ſuccurrere. Apuleius lib.8,At vobis facile eſt ſuppetiari miſerrimo ſeni.

Suppilo,ſuppilas,pen.pro.ſuppilare, Rapere,inuolare cũ fraude,A pilorum raptu,ait Nonius.Plaut.Trucul.11.14,

-hæc quum video fieri,ſuffuror,
Suppilo,& de præda prædam capio. Idem Aſin.16.38,Ille ecaſtor ſuppilabat me. Ibidem,14.6,Suppilet clàm domi vxorem tuam? Idẽ Menæch.16.40, -pallam atque aurum meũ domo
Quum ſuppilas tuæ vxori.

Supplanto,ſupplãtas,ſupplantare, A planta pedis fit:& ſignificat ſuppoſito pede aliquem in terram deiicere.Cic.3.Offic.55, Qui ſtadium,inquit,currit, eniti & contẽdere debet quammaximè poſſit,vt vincat:ſupplantare eum quicum certet,aut manu depellere,nullo modo debet.

¶Supplantare verba,per trãſlationẽ,pro Supprimere & velut ſtrangulata voce efferre,quo ſuauiora videantur. Perſ.Saty. 1.4, -vatum & plorabile ſiquid
Eliquat,& tenero ſupplantat verba palato.

Supplantare,aliquando ſignificat decipere.

¶Supplantare,A planto,plantas,Subtus plantare.Colum.lib. de Arboribus,ca.7.3, Sinautem ipſam vitem ſternere voles.iuxta radicem ita,ne ipſam lædas,curioſè fodito,& vitem ita ſupplantato,ne radicem abrumpas.

Supplaudo, ſupplaudis,ſupplauſi,ſupplauſũ, ſupplaudere, Significat latenter plaudere.

Suppleo,ſupples,ſuppléui,ſupplẽtũ, pen.pro.ſupplêre,In deficientis locũ aliud ponere. Virg.3.Æn.95,Remigium ſupplet, ſocios ſimul inſtruit armis. Plin.in Paneg.136,An non pleriq; principes hoc idem tempus in aleam,ſtupra,luxũ conferebant, quum ſeriarum laxamenta curarum,vitiorum cõtentione ſupplerent? Sueton.de Claris Grãmat.11,Librum autem quẽ Sylla nouiſſimum de rebus ſuis imperfectum reliquerat, ipſe ſuppleuit. Plin.epiſt.18.b, Sed quod ceſſat ex reditu,frugalitate ſuppletur,ex qua velut ex fonte,liberalitas noſtra decurrit.

Ponite ante oculos M.Antonium Conſularem:ſperãtem Cõſulatum Lucium adiũgite,ſupplete cæteros, &c. Cic.11.Phil.318.

Supplere,Æquare.Virg.7.eclog.10,Si fœtura gregem ſuppleuerit,aureus eſto. Vbi Seruí,Si tot agnos habuero,quot ouest hoc enim eſt gregem per fœturam ſuppleri.

Legiones,vel exercitũ ſupplere.Liu.6.bel.Pun.3,Si ſupplemẽto opus eſſet,ſuppleret de legionibus, quibus P.Cornelius Prætor in Sicilia præeſſet. Ibidem,lib.9.116,In locum eorum ſubiecit,quos ſecum ex Italia adduxerat: ſuppleuitq; ita eas legiones, vt ſingulæ ſena millia & ducenos pedites, trecenos haberẽt equites. Hic declarat Liuius quid ſupplere ſignificet. Cic. 8.Philipp.121,Cum ſex legionibus inquit,hiſque ſuppletis ex D. Bruti exercitu,non modo ex delectu ſuo.

Remigio naues ſupplere.Liu.6.bel.Pun.196,Sed circa Crotonem, Sibariúmq; ſuppleuerat remigio naues: inſtructámq; & armatam egregiè multitudine nauium claſſem habebat.

Remis Zephyros ſupplere,Id eſt remigio adiuuare ventos in promouenda naue.Stat.1.Achill.4,

-ſocióſque reſumere pontum
Imperat,& remis Zephyros ſupplere cadentes.

Bibliothecam ſupplere. Cicero ad Q.fratrem,libro 3.19.6,De bibliotheca tua Græca ſupplenda, libris commutandis, Latinis cõparandis,valde velim iſta confici,præſertim quum ad meum quoque vſum ſpectent.

Vſum prouinciæ ſupplere.Cicero 6.Verr.8,Non enim te inſtruere domum tuam voluerũt in prouincia, ſed illũ vſum prouinciæ ſupplere.

Supplere,Subiungere,addere.Cic.pro Flacco,31, Si veras protuliſſent,criminis nihil erat:ſi falſas,erat pœna:belliſſimum putarũt dicere amiſſas. Quieſcãt igitur,& me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Non ſinunt: ſupplet enim ille neſcio quis,& priuatim dicit ſe dediſſe.

Vt referendis præteritis verbis id ſcriptum,quodcunque defendimus,ſuppleatur.Cic.1.de Orat.61.

¶Supplere,Implere.Cato cap.88,Ibi ſiſcellam cum ſale populari ſuſpendito & quaſſato,ſuppletóque identidem. Idem cap. 69,Facito vt amurcam quotidie suppleas.

Vulnera ſuppleuit lachrymis.Ouid.4.Metam.28.

Supplementũ,ſupplementi,Quod ſuppletur.Cic.Appio Pulchro, lib.3.3.2, Cenſebant enim omnes ferè vt in Italia ſupplemẽtum meis & Bibuli legionibus ſcriberetur. Cæſar 7.bel.Gal.29, Per cauſam ſupplementi, equitatúſque cogẽdi ab exercitu diſcedit. Ibidem,114,Labienus eo ſupplemento,quod nuper ex Italia venerat,relicto Agendici,vt eſſet impedimentis præſidio,cũ quatuor legionibus Lutetiam proficiſcitur. Liuius 3.ab Vrbe.177, Omnes qui per ætatem arma ferre poſſent: cuſtodire mœnia, ac pro portis ſtationes agere iuberent,arma Tuſculum ad ſupplementum decernerent. Ibidem,lib.9.113.

Supplex,Vide Supplico.

Supplico,ſupplicas,pen.corr.ſupplicãui,ſupplicãtum,ſupplicãre,Humiliter & cum reuerentia precari.Plaut.Curc.10.41, Volo hic in phano ſupplicare. Cic.de Amicit.51,Quàm multa enim quæ noſtra cauſa nunquam faceremus,facimus cauſa amicorũ: precari amicis ab indigno, ſupplicare,tum acerbius ſi aliquem inuehi! Idem in Parad.50,Noctu venire domum ad eam,precari,denique ſupplicare.

Implorare & ſupplicare.Cic.1.de Orat.113.

Supplicare alicui. Plin.de viris Illuſt.49, Hac die,inquit,Carthaginem vici, quaſi bonum factum, in Capitolium eamus, & diis ſupplicemus. Plaut.Epid.14.17,Nec tibi quidem ſupplico, vincire ius eſt. Idem Rud.30.47,Præi verbis quid vis,id quod

domi eſt nunquam vlli ſupplicabo. Terent.And.2.1.14,Ipſum hunc orabo,huic ſupplicabo.

Quum amici ac propinqui ſupplicent vobis, dubitabitis,&c. Cicero pro Fonteio,21.

Proſternere ſe, & fracto animo ſupplicare alicui. Cicero pro Plancio,40.

Supplicare alicui pro.Cic.pro Fonteio,25,Præſertim quum tot res ſint quæ veſtris animis pro huius innocentis ſalute ſupplicent,&c. Cato cap.143.2,Per eoſdémq; dies Lari familiari pro copia ſupplicet. Quintil.lib.6.cap.1.19, Nam quis ferret Milonem pro capite ſuo ſupplicantem,qui à ſe virum,&c.

Libentiſſimè pro aliquo ſupplicare.Cic.Ligario,lib.6.14.7.

Supplicare deo thure & vino.Plaut.Aulul.3.14,Ea mihi quotidie aut thure,aut vino,aut aliquo ſemper ſupplicat.

¶Supplicari.Impersonale.pro Supplicatiões fieri & litare.Pli. lib.13.cap.1.1, Iliacis temporibus nũ ſupplicabatur thure. Cic. 1.pro Lege agraria,31,Ne hoc quidẽ vidit,maiores noſtros tam fuiſſe populares,vt quod per populum creari fas non erat propter religionem ſacrorum, in eo tamen propter amplitudinem ſacerdotũ voluerint populo ſupplicari.

¶Supplicaſſis,pro Supplicaueris,legitur apud Plautũ in Aſin. 9.61,Hercle iſtum di omnes perdunt,verbo cave ſupplicaſſis.

Súpplicans,pen.corr.ſupplicantis,Particip.Terent.Eunuc.4.7.41, -iam hæc tibi aderit ſupplicans Vltrò.

Supplicatio,Verbale.Ipſe ſupplicandi actus.Cic.in Catil 59,Atque etiam ſupplicatio diis immortalibus pro ſingulari eorũ merito meo nomine decreta eſt Quirites. Idem ad Q.fratrẽ,lib.2.9.1, Idibus Maiis Senatus frequẽs diuinus fuit in ſupplicatione Gabinio denegãda. Cæſar 4.bel.Gall.599,His rebus geſtis,ex literis Cæſaris dierũ xx ſupplicatio à Senatu decreta eſt. Supplicationes(inquit Budæus) erant quas vulgus *proceſſiones* appellat.

Perlæta ſupplicatio,Vide Perlætus.

Prærogatiua ſupplicatio.Cato Ciceroni,lib.15.5.4.

Abiicere ſupplicationem,Vide Abiicio.

Decérnere ſupplicationem,Vide Decerno.

Ad omnia paluinaria ſupplicatio decreta eſt.Ci.3.in Catil.67.

Indicere ſupplicationem,Vide Indico.

Merere ſupplicationes. Quintil.lib.2.cap.16.5,Aut non diuina M. Tullii eloquentia & contra leges agrarias popularis fuit? & Catilinæ fregit audaciam? & ſupplicationes, qui maximus honor victoribus bello ducibus datur,in toga meruit?

Supplex, ſúpplicis,penult. corr.om.gen. Qui flexis genibus orat. Plautus Bacchid.10.109,Vt qui deliquit,ſupplex eſt vltrò omnibus. Idem Ciſtel.2.25,

Cum inuidia ſumma opum ſuarum nos illæ volunt
Eſſe indigentes,noſtra copia nihil poteſſe,
Sui q; omnium rerũ nos indigere,vt ſibi ſimus ſupplices. Cic. 3.Tuſc.133,Quum ſe Alcibiades affligeret,lachrymáſq; Socrati ſupplex eſſet,vt ſibi,&c. Ibidem.lib.1.111,Nec iudicib° ſupplex fuit. Liu.7.ab Vrbe,165,Venitámque ſupplex poposci.

Abiicere ſe ſupplicem,Vide Abiicio.

Nunquam putaui fore vt ſupplex ad te venirem.Cic.Capitoni in epiſt.ad Atticum,lib.16.345.1.

Oro atque obſecro vos, quibus ſigillatim ſæpe ſupplex ad pedes iacui.Cic.Antequam iret in exilium,16.

Rogabo ſupplex.Stat.1.Achill.19.

Vobis ſupplex man° tendit patria cõmunis.Cic.4.in Catil.90.

Profiteri ſe pro aliquo ſupplicem.Cic.in Piſonem,62.

Captare miſericordiam,& abiicere ſupplicem. Cic.1.Phil.90.

Abſterrere & excludere aliquem ſupplicem.Cic.Antequã iret in exilium,16.

¶Lachrymæ ſupplices.Propert.lib.1.eleg.15.1.

Libelli ſupplices,quos vulgus *requeſtas* vocat.Mart.lib.8.31,

Sed iam ſupplicibus dominum laſſare libellis
Deſine,& in patriam ſerus ab Vrbe redi.

Manu ſupplice prætendens velamenta.Ouid.11.Metam.56.

Querelæ ſupplices.Tibull.lib.1.eleg.4.15.

Turba ſupplex.Ouid.1.Metam.19.

Verbis ſupplicib° orare.Hoc eſt humillb°. Cic.Att.lib.11.249. 1,Orat multis & ſupplicibus verbis vt liceat,& vt ſibi reſcribam.

Verbis ſupplicibus placare aliquem.Ouid.4.Faſt.31.

Vota ſupplicia.Virg.8.Æneid.13.

Vox ſupplex.Liu.li.10 Decad.3,Vocem ſupplicẽ mittere licet.

Voce ſupplice rogare.Ouid.2.Metam.80.

Suppliciter,pen.cor.Aduerb. Humiliter.ſupplicẽ enim eſſe & genibus flexis orare,magnũ humilitatis ſignũ eſt. Cæſ.1.bel.Gall. 105,Qui quum eũ in itinere cõueniſſent,ſéq; ad pedes proiecíſſent,ſuppliciterq; locuti,flentes pacem petiſſent, &c. Ouid.1. de Ponto,eleg.11.9,Suppliciter veſtros quiſque rogate deos.

Homo ita natus vt blãditi ſuppliciter poſſit.Cic.1.de Orat.45.

Suppliciter ac demiſſè agere gratias.Brutus ad Ciceronem in epiſt.ad Brutum,16.2.

Suppliciter loqui.Cæſar 3.bel.Ciuil.75.

Suppliciter mittere literas.Cic.5.Verr.37,Quas literas quũ ad omnes ciuitates propè ſuppliciter miſiſſet Metellus, tamen,&c.

Suppliciter orare.Liuius 4.bel.Maced.155, Et 3.ab Vrbe,142, Suppliciter petere.

Suppliciter & demiſſè reſpondere.Cic.pro Flacco,16.

Suppliciter poſtulare.Liu.2.ab Vrbe,99.

Venerant aram ſuppliciter.Virg.11.Æneid.44.

Supplícium,ſupplicii. Feſtus,Supplicia veteres quædam ſacrificia à ſupplicando vocabant.

¶Supplicium,Supplicatio. Saluſtius in Catil.Non votis,neq; ſuppliciis muliebribus deorum auxilia paranturſed vigilando, agendo,bene cõſulendo proſpera omnia cedunt. Idem in Iugurtha, Itaque Senatus ob ea fœliciter acta, Diis immortalibus ſupplicia decernere,&c. Varro 2.de Re ruſt. cap.5.9, Tametſi quidam de Italicis,quos propter amplitudinem præſtare dicũt, ad victimas farciũt, atque ad deorum ſeruant ſupplicia. Saluſtius in bello Catilin.In ſuppliciis deorum magnificidomi parci. Tacit.lib.3, Sed tum ſupplicia diis, ludíque magni ab Senatu decernuntur.

¶Supplicium,Pœna,quæ pro delicto commiſſo ſumitur.Cic. in Piſonem,33,Supplicium autem eſt pœna peccati.

Dira ſupplicia.Virg.6.Æneid.100.

Miſerabile vitæ ſupplicium.Stat.1.Thebaid.11.

Sæua ſupplicia.Stat.11.Thebaid.91.

¶Adhibere ſupplicium,Vide Adhibeo.

Afficere ſupplicio. Cic.in Piſonẽ,32,Nullum eſt ſuppliciũ,putandũ quo affici caſu aliquo etiam boni viri, ſortéſq; poſſunt.

Affigi ſupplicio,Vide Affigo.

Coercere aliquem ſuppliciis,Vide Coerceo.

Coercere delicta ſuppliciis Horat.1.Serm.ſaty.3.16.

Conſtituere ſupplicium alicui maleficio. Cicero pro Roſcio Amerino,43.

Conſtituere ſupplicium in aliquem.Cic.7.Verr.91,Includuntur in carcerem condemnati,ſupplicium conſtituitur in illos.

Scelus ac fraudem nocentis ſupplicio conſtringere. Cicero 1. de Oratore,101.

Conſtringi ſupplicio,Vide Conſtringo.

Continere ſe à ſupplicio,Vide Contineo.

Dédere aliquem ad ſupplicium,Vide Dedo.

Depoſcere ſupplicia.Stat.11.Thebaid.91, -depoſcere ſæua
Supplicia,& dextras iuuat inſertare catenis.

Dare ſupplicium.Catull.ad Gellium,111.2.

Alicui dare ſupplicium.Terent.Eunuch.1.1.24,

Hæc verba mehercle vna falſa lachrymula,
Quam oculos terendo miſere,vix vi expreſſerit,
Reſtinguet:& te vltro accuſabis:& ei dabis
Vltro ſupplicium.

Sæua ſupplicia domant impios.Senec.Herc.furen.9.17.

Exequi ſupplicia.Senec.Thebaid.1.8.

Exercere ſupplicium.Stat.3.Thebaid.1,

-inuigilant animo,ſceleriſque parati
Supplicium exercent curæ.

Expendere ſupplicia veterum malorum.Virg.6.Æneid.148,

Ergo exercentur pœnis,veterúmque malorum
Supplicia expendunt.

Expoſcere ſupplicium.Catull.Argon.59.41.

Haurire ſupplicia,Soluere pœnas.Virg.4.Æneid.77,

Spero equidem mediis (ſiquid pia numina poſſunt)
Supplicia hauſurum ſcopulis.

Inferre ſupplicia vrbibus hoſtium,Vide Infero.

Inhibere ſupplicia alicui,Vide Inhibeo.

Interfectus omni ſupplicio.Vide Interficio.

Luere ſupplicia,Vide Luo.

Mactare ſummo ſupplicio,Vide Macto.

Merere ſupplicium.Ouid.5.Metam.134.

Mergere vltimis ſuppliciis,Vide Mergo.

Aliquem vinculis & verberibus atque omni ſupplicio exercitatum necare.Cic.pro Lege Manilia,6.

Pati ſupplicium,Vide Patior.

Péndere ſupplicia,Vide Pendo.

Perferre ſupplicia,Vide Perfero.

Perire ſupplicio.Cic.3.de Nat.deor.117, Summo cruciatu,ſupplicióque Q.Varius homo importuniſſimus periit.

Nos iacentes ad pedes ſupplicum, voce prohibebis? Cic.pro Ligario,8.

Rapi ad ſupplicium ob facinus.Cic.2.de Orat.132.

Reciditur culpa ſupplicio.Horat.3.Carm.ode 24.7.

Soluere ſupplicium alcui. Cic. 13. Philipp. 360.

Sumere ſuppl. cui. Plaut. Merc. 2. 4. 31, Supplicii ſumat quid volt ipſe ob hanc iniuriam. Sic apud Ciceronem 2. de Inuent. 181.

Trahi ad ſupplicium. Cic. Antequam iret in exilium, 11, Serui qui ad ſupplicium cæſi verberibus trahuntur.

Vti ſupplicio in aliquem. Vatinius Ciceroni, lib. 5. 10. 4, Meam animaduerſionem, & ſupplicium, quo vſurus eram in eum quę cepiſſem, remitto tibi & condono.

Supplodo, ſupplôdis, pen. prod. ſupplôſi, ſupplôſum, pen. prod. ſupplódere, Terram ſubtus percutere, quod pedibus plerunque fieri ſolebat in contemptum. Cic. 1. de Orat. 118, Pedem nemo in illo iudicio ſupplosit, credo ne Stoicis renuntiaretur.

Supplosio, Verbale, Ipſe ſupplodendi actus. Cic. 3. de Orat. 121, Supplosio pedis in cõcentionib⁹ aut incipiẽdis, aut finiẽdis. Idem 3. de Orat. 27, Ex quo vereor ne nihil ſim tui, niſi ſupplosionem pedis imitatus, & pauca quædã verba, & aliquę ſi forte ſonum.

Rara ſupplosio. Author ad Heren. lib. 3. 120, Pedis dextri rara ſupplosione, acri & defixo aſpectu vti oportet.

Pedis ſupplosio. Cic. de Claris Orat. 73, Cum ſentẽtiis cõgruẽs, manus, humeri, latera, ſupplosio pedis, ſtatus, inceſſus, &c.

Suppœnitet, pen. corr. ſuppœnituit, ſuppœnitêre, Aliquantum pœnitere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 133. 1, Spero etiam in præſentia pacem nos habere: nam & illum furoris, & hunc noſtrum copiarum ſuppœnitet.

Suppono, ſuppônis, pen. prod. ſuppôſui, ſuppôſitum, penult. corr. ſupponere, Notæ ſignificationis. Columel. lib. 12. cap. 47. 8, Poſtero die cribratur, & nouo ſiico incluſa prelo ſupponitur, vehementérque premitur, vt exudet, quantulumcunque habet amurcæ. Plaut. Trucul. 9. 9, -alienos dolores
Mihi ſuppoſui.

Supponere ſub. Plautus Pœnulo, 16. 62, Sub cratim vt iubeas ſeſe ſupponi.

Ouа ſupponere gallinis. Varro 3. de Re ruſt. cap. 9. 9, In ſupponendo oua obſeruant vt ſint numero imparia. Cic. 2. de Nat. deorum, 185, Quinetiam anatum oua gallinis ſæpe ſupponim⁹, è quibus pulli orti primò aluntur ab iis vt à matribus, à quibus excluſi, ſotique ſunt. Sic Plinius lib. 18. cap. 26. 1.

Tauri ſupponunt colla iugis. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 3.

Colla ſupponere oneri. Ouid. 1. de Remed. 35.

Falcem ſupponere ariſtis. Virg. 1. Georg. 70, -neque antè
Falcem maturis quiſquam ſupponat ariſtis, Quàm, &c. Id eſt nemo incipiat demetere ſegetem, &c.

Tumulo ſupponere aliquem, Sepelire. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 14.

Humo ſupponere aliquem, Sepelire. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 10.

Pectora ſupponere fluminibus. Ouid. 13. Metam. 102.

¶ Supponere, Subiicere. Cicero 1. de Inuent. 11, Nam ei tres partes, quas antè diximus, ſupponemus, iudicialem, deliberatiuam, demonſtratiuam.

Exemplũ ſupponere epiſtolæ. Cic. 2. de Inuent. 13, Atq; vniuſcuiuſque conſtitutionis exemplum ſupponere nõ grauaremur. Idem ad Atticum, lib. 8. 150. 2, Deinde ſuppoſuit exemplum epiſtolæ Domitii, quod ego ad te pridie miſeram.

Subiicere & ſupponere rationem. Cic. 2. de Inuent. 174.

Iudicio alicuius ſupponere aliquid. Ouid. epiſt. 15. 34,
Quum Venus & Iuno, Pallàſque in vallibus Idæ
Corpora iudicio ſuppoſuêre meo.

Subſtituere & ſupponere aliquem. Cic. 7. Verr. 57.

Supponere ſe reũ criminibus pro aliquo. Ci. pro Deiotaro, 29, Hieras quidem cauſam omnem ſuſcipit, & criminibus illis pro rege ſe ſupponit reum.

Vicarium ſupponere. Cic. pro Roſc. Amerino, 65, Credo propterea quòd quibus in rebus ipſi intereſſe non poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorum ſupponitur.

Alium in ſuppoſiti locum ſupponere. Cic. 7. Verr. 63.

¶ Supponere, Adulterinum loco veri ſubiicere. Terẽt. Eunuc. 5. 3. 3, -qui referam illi ſacrilego gratiam
Qui hunc ſuppoſuit nobis?

Teſtamentum ſupponere, Falſum teſtamentũ ſuppoſita perſona obſignare, authore Cicerone, pro Cluentio, 98, Qui ſuppoſita perſona falſum teſtamentum obſignare curarit. Idem in Parad. 55, Si ſocios ſpoliàs, ærarium expilas, ſi teſtamẽta amicorum expectas, aut ne expectas quidem, at ipſe ſupponis.

Falſum teſtamentum ſupponere. Cic. 1. de Legib. 64, Ius eſſet latrocinari, ius adulterare, ius teſtamẽta falſa ſupponere, ſi hæc ſuffragiis, aut ſcitis multitudinis probarentur.

Suppoſitus, pe. cor. & Suppoſtus Particip. Pro alio fraudulẽter poſitus. Cicero 7. Verr. 56, Ei vt quiuis facilè perſpiceret id ab iſto actum eſſe, vt ille ſuppoſitus facilè & libenter ſe illum qui non erat, eſſe ſimularet. Sic paulo pòſt, 60. Silius lib. 15. 91,
-ſacris Carthaginis illum

Suppoſito matẽr partu ſubduxerat olim.

Suppoſitus in eius locum. Cic. 7. Verr. 63.

Suppoſita furto Paſiphaę. Virg. 6. Æneid. 5.

Saxa ſuppoſta cælo, Id eſt tantæ altitudinis, vt ſuppoſita cælo, cælúmque ſuſtentare videantur. Silius lib. 3. 19,
Nos clauſæ niuibus rupes, ſuppoſtáque cælo
Saxa manent. Intelligit Alpes.

Suppoſitũrus, pen. prod. Participium. Ouid. 5. Faſt. 36, Cerulcémq; polo ſuppoſiturus Atlas.

Suppoſitio, Verbale, Actus ipſe ſupponendi. Colum. lib. 8. cap. 5. 7, Semper autẽ quum ſupponuntur oua, conſyderari debet vt luna creſcente à decima vſque ad quintamdecimam id fiat: nam & ipſa ſuppoſitio per hos ferè dies cõmodiſſima. Plaut. Capt. 10. 3, Nec pueri ſuppoſitio, nec argenti circumductio.

Suppoſtor, & Suppoſtrix, Verbalia. Qui vel quæ alienum puerum ſupponit, & alienos pueros aliis tanquam ſuos nutriendos dãt. Plaut. Trucul. 16. 49, -venefica
Suppoſtrix puerũm.

Suppoſititius, Adiect. Quod ſuppoſitũ eſt, & alterius loco vel pro vero & natiuo poſitum. Varro 2. de Re ruſt. ca. 8. 2, Matri ſuppoſititiæ quoq; inſeruiunt, quo equa ad miniſteriũ lactis cibũ pullo præbere poſſit. Mart. lib. 5. 15, Hermes ſuppoſititius ſibiipſi.

Supporto, ſupportas, ſupportare, Ex ſub & porto compoſitum. Cæſar 1. bel. Gal. 160, Aut rem frumentariam, vt ſatis commodè ſupportari poſſet, timere dicebant. Ibidem, lib. 8. 113, Conſidũt Drapes & Luterius non longius ab oppido decem millibus paſſuum, vnde paulatim frumentum in oppidum ſupportarent. Idem 1. bel. Ciuil. 188, Neque ciuitates quæ ad Cæſaris amicitiã acceſſerũt, frumentum ſupportare. Caſſius ad Ciceronem. lib. 12. 13. 14, Niſi quid nauibus Laodicenorum ſupportarit, citò fame pereat neceſſe eſt.

Supprimo, ſupprimis, pen. corr. ſuppreſſi, ſuppreſſum, ſupprimere, Occulere, abſcondere.

Abſcondere atque ſupprimere. Plin. lib. 15. cap. 1. 1, At nos elaborata iis abſcõdere atque ſupprimere cupimus, & fraudare vitam etiam alienis bonis?

Ægritudinem ſupprimere. Cic. 3. Tuſc. 118, Hæc igitur officia ſunt conſolãtium, tollere ægritudinem funditus, aut ſedare, aut detrahere quamplurimum, aut ſupprimere, nec pati manare longius, aut ad aliam traducere.

Animus ſupprimitur cibis, pro Opprimitur. Plin. lib. 11. ca. 37. 66, In hac fuit peculiaris cauſa, vicinitas alui, ne cibis ſupprimeretur animus. Id eſt ſuffocaretur.

Famam rei ſupprimere. Liuius 5. ab Vrbe, 3, Cuius decreti ſuppreſſa fama eſt Veiis propter metum regis.

Hetum ſupprimere. Propert. lib. 4. eleg. 1. 23.

Fræna ſupprimere vindictæ. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 5.

Habenas ſupprimere curſus, Siſtere curſum. Ouid. 6. Metam. 141, de Borea vento,
Nec prius aerii curſus ſuppreſſit habenas,
Quàm Ciconum tenuit populos, & mœnia raptor.

Impetũ ſupprimere, Idẽ quod reprimere. Liu. 7. ab Vrbe, 105, Stetitq; ſuppreſſo impetu Romanus. Idẽ 6. bel. Pun. 19, Et ſuppreſſit impetũ Romanorum vulnus imperatoris Appii Claudii.

Iram ſupprimere. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 14.

Iter ſupprimere, Retrahere ſe ab itinere. Cæſ. 1. bel. Ciuil. 145, Veriti ne noctu impediti ſub onere conſligere cogerentur, aut nè ab equitatu Cæſaris in anguſtiis tenerentur, iter ſupprimũt, copiáſque in caſtris continent.

Lachrymas ſupprimere. Ouid. ad Liuiam, 86. Propert. lib. 3. eleg. 10. 2.

Nũmos, vel pecuniã ſupprimere, Cælare, occultarè, diſſimulare ſe habere, vel dolo malo retinere. Cic. pro Cluentio, 53, Sexcẽtis millibus nummũm ſe iudiciũ corrupturũ eſſe dixerat, quæ quum accepiſſet à pupillo, ſuppreſſit, iudicióque facto, &c. Sic paulo pòſt, 56, Capit hoc conſilium, vt pecuniam quibuſdam iudicibus leuiſſimis polliceatur, deinde eam poſtea ſupprimat.

Querelas ſupprimere. Ouid. 4. Faſt. 17.

Senatuſconſulta ſupprimere. Liu. 3. ab Vrbe, 233, Inſtitutum etiam ab iiſdem Conſulibus, vt Senatuſconſulta in ædem Cereris ad Ædiles plebis deferrentur: quæ antè arbitrio Conſulum ſupprimebantur, vitiabanturque.

Vocem ſupprimere. Ouid. 1. Metam. 144.

Suppreſſus, Participium, ſiue Nomen ex participio: vt Suppreſſa nauis, confoſſa & ſubmerſa. Iuſtinus, Victi Perſæ in naues confugerunt, ex quibus multæ ſuppreſſæ, multæ captæ.

Dolor ſuppreſſus alta mente. Lucan. lib. 6. 45.

Fontibus ſuppreſſis aret amnis. Ouid. 16. Metam. 56.

Fuga ſuppreſſa, Retenta. Ouid. 11. Metam. 156.

Lingua ſuppreſſa palato. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 5.

Mentum ſuppreſſum. Contractum, nec oblongum, ſed breue potius. Varro 1. de Re ruſt. cap. 9. 3, qua forma canes eſſe debẽt, Mento, inquit, ſuppreſſo, & ex eo enatis duobus dentibus, dextra & ſiniſtra.

Pars vocis ſuppreſſa in medio ſono. Ouid. 5. Metam. 39.

Pectora ſuppreſſa vitiis. Ouid. 1. de Remed. 15.

Voce ſuppreſſa dicere, Idem quod ſubmiſſa. Cic. pro Sylla. 11, Qui quum ſuppreſſa voce de ſcelere P. Lentuli, de audacia coniuratorum omnium diciſſet, tantummodo vt vos, &c.

Suppreſſior oratione. Cic. in Orat. 47, Erit enim vt voce, ſic etiam oratione ſuppreſſior.

Suppreſſio, Verbale, Ipſe ſupprimẽdi actus. Cic. pro Cluentio, 53, Statuit ad eaſdẽ ſibi prædas ac ſuppreſſiones iudiciales reuertendum. Vide **Iudico.**

Suppreſſiones nocturnæ, dicũtur quoties per ſomnum ſpiritus ſupprimitur, aut etiam ipſa vox, vt incerta indiſeretáq; edatur. quemadmodum in eo morbi genere accidere ſolet, qui Latinis incubus, Græcis ephialtes dicitur. Plinius lib. 27. cap. 10. 4, Grana nigra auxiliantur & ſuppreſſionibus nocturnis, in vino pota quo dictum eſt numero.

Supprómo, ſupprômis, pen. pro. ſupprompſi, ſuppromptũ, ſupprómere, Subtus extrahere: & propriè de vino dicitur. Plautus Milite, 11. 11, Eho tu ſceleſte, qui illi ſuppromis, eho tu.

Supprômus, ſupprómi, pen. prod. Plautus Milite, 11. 23, Bono cella ſuppromo credita.

Suppudet, pen. corr. ſuppuduit, ſuppudêre, Aliquantulum pudere. Cicero ad Caſſiũ, lib. 15. 16. 1, Puto te iam ſuppudere, quum hæc tertia iam epiſtola ante te oppreſſit, quàm tu ſchedam, aut literam. ſed non vrgeo.

Suppudet me illius rei. Cic. Varronti, lib. 9. 1. 3, Scito enim me, poſteaquam in vrbẽ venerim, rediiſſe cũ veterib⁹ amicis, id eſt cum libris noſtris in gratiã, etſi non idcirco eorũ vſum dimiſeram, quòd iis ſuccenſerem, ſed quòd eorum me ſuppudebat.

Suppuro, ſuppúras, pen. pro. ſuppurare, Eſt apoſtema fieri, nẽpe dum ſubtus pus includitur, vel quũ ſanies in pus cõuertitur, & apoſtemata per corp⁹ gignit. Colu. lib. 6. cap. 11. 2, Hic idẽ ſanguis, niſi emiſſus fuerit, ſaniẽ creabit: qui ſi ſuppurauerit, tardè procurabitur. Hæc eadẽ verba legũtur lib. 4. cap. 33. 8. Plin. lib. 25. cap. 11. 5, Oſſa fracta è capite extrahit, aut ſiquid in corpore ſuppurat, vel ſi calcata ſunt oſſa. Idẽ lib. 11. cap. 14. 2, Foliis cũ axungia ſtrumas diſcuti: vel ſi ſuppurauerint, erodi, compleriq;.

Suppurãtum, ſuppuráti, pen. prod. Apoſtema. Plin. lib. 20. cap. 4. 8, Radicem eius ante Solis ortum erutam inuoluunt lana coloris quem natiuum vocant, præterea ouis quæ fœminam peperit, ſtrumiſque vel ſuppuratis alligant.

Suppuratio, Verbale, Apoſtema. Colum. lib. 6. cap. 11. 1, Suppuratio melius ferro reſcindatur, quàm medicamento. Plin. lib. 20. cap. 3. 3, Caro eius interior ſine ſemine, clauis pedum & ſuppurationibus, quæ Græci vocant apoſtemata.

Suppuratorius, Adiectiuum. Plinius lib. 18. cap. 4. 17, Efficaciora ad eadem, ſtrigmenta à balineis, & ideo miſcentur ſuppuratoriis medicamentis. Id eſt quæ ſuppurare faciunt.

Supputo, ſúpputas. pe. cor. ſupputare, Subtus putare, vel leuiter & aliquantulũ putare, hoc eſt reſecare. Plin. lib. 17. ca. 10. 11, Præterea ſemina ipſa fruticãtia ſupputare, ac falcẽ pari cõſueſcere.

Supputare, pro Computare, & numeros facere. vt Supputare rationem, apud Plautum in Aulul.

Supra, Præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruit. Virg. 3. Æn. 39, Tum mihi cæruleus ſupra caput aſtitit imber.

Supra Lunam ſunt omnia æterna. Cic. in Somnio Scip. 16.

Supra volat ardea nubem. Virg. 1. Georg. 75.

Iniicere quempiam ſupra ſtercus. Cic. 1. de Diuinat. 101.

Mare quod ſupra terram eſt. Cic. 1. de Nat. deor. 174.

Supra caput, Mod⁹ eſt loquẽdi, rẽ quæ valde vrgeat, & immineat, ſignificãs. Cic. ad Q. fratrẽ, ll. 1. 1. 9, Ecce ſupra caput homo leuis ac ſordid⁹, ſed tamẽ equeſtri cenſu Catienus. Saluſtius in Catilinam. Dux hoſtium cum exercitu ſupra caput eſt. Liu. ab Vrbe, Quum hoſtes ſupra caput ſint. Ibidem, Clamor ſupra caput hoſtilis captam oſtendit.

¶ Supra tres cyathos, Pluſquã tres cyathos. Hor. 3. Car. ode 19. 3.

Supra ætatem, ſupra conſuetudinem, ſupra etiam mortalitatem. Cicero ad Octauium, 8.

Supra fidem. Quintil. lib. 1. cap. 10. 4, Nunquam hæc ſupra fidem & poetica (vt verè dixerim) themata iuuenibus pertractare putemus.

Ratio, quæ ſupra hominem putanda eſt, deóque tribuenda. Cic. 1. de Nat. deorum, 49.

Potentia, quæ ſupra leges eſſe velit. Brutus Attico in epiſt. ad Brutum, 17. 9.

Supra modum. Colu. lib. 4. cap. 17. 3, Quare prudentis eſt ac maximè callentis vinitoris, æſtimare ac diſpicere, quibus locis in annũ debeat materias ſubmittere, nec orbos tantum detrahere palmites, verumetiam frugiferos, ſi ſupra modum ſe numerus eorum profuderit. Sic Liuius 1. bel. Pun. 16.

Ira ſupra modum eſt illis. Virg. 4. Georg. 48.

Supra morẽ. Virg. 2. Georg. 46, Rara ſit, an ſupra morẽ ſi denſa, requiras. Id eſt abundanter, plus æquo, inquit Seruius.

Supra numerũ, Id eſt præter. Plin. epiſt. 138, Hoc in cauſa fuit, quo min⁹ ſtatim reuocãdos putarẽ, quos haberẽ ſupra numerũ. Plin. maior, lib. 10. cap. 60. 2, Melancoryphus ſupra x x parit.

Attollere aliquid ſupra quotidianum ſermonẽ. Quintil. lib. 2. cap. 4. 7, Inde fiunt humiles ſtatim, & velut terram ſpectãtes, qui nihil ſupra quotidianum ſermonem attollere audeant.

Supra ſpem humanam, Apud Liuium de bel. Maced.

Supra vires. Horatius 1. epiſt. 19. 5, Gloria quem ſupra vires & veſtit, & vngit.

Supra milibus nummorum emptus ager. Horat. 2. epiſt. 2. 35.

¶ Suprà, ſine caſu aliquãdo ponitur, & eſt aduerbium. Cic. 4. Acad. 115, Et quum in vno mundo ornat⁹ hic tam ſit mirabilis, innumerabilis, ſuprà infrà, dextra ſiniſtra antè póſt.

Omnia hæc quæ ſuprà & ſubtèr ſunt, vnum eſſe. Cicero 3. de Oratore, 11.

Draco ſubtèr, ſupráque reuoluens ſeſe. Cic. 2. de Nat. deor. 153.

Hoc eſt ſuprà quàm illud. Cic. in Top. 20.

Suprà pro Ante, vel antea aut ſuperius: hoc eſt verbis ſuperioribus. Cic. pro Cecinna, 10, Ille quem ſuprà deformaui, voluntarius amicus mulieris, non neceſſitudine aliqua, ſed, &c. Cæſar 5. bel. Gall. 80, Suprà demonſtrauimus.

Illa polliceor, quæ ſuprà ſcripſi. Cic. Trebatio, lib. 6. 10. 5.

Nihil ſuprà, elegãs locutio, quum quid efferre volumus, vt nihil eo magis elegans aut ornatum inueniri poſſe dicamus. Terentius And. 1. 1. 93, -vultu Soſia

Adeò modeſto, adeò venuſto, vt nhil ſuprá. Idem Eunucho, 3. 1. 37, Facetè, lepidè, lautè, nihil ſuprá. Cicero ad Atticum, lib. 13. 176. 1, Eos confeci & abſolui, neſcio quàm bene, ſed ita accuratè, vt nihil poſſet ſuprá. Idem ad Terentiam, lib. 14. 1. 18, Piſonis humanitas, virtus, amor in nos tantus eſt, vt nihil ſuprà poſſit. Vide **Nihil.**

¶ Supera, pro Supra dixit Cicero in Arato, 35, Sed tamẽ ſupera terras ſemper tenet ille.

Supradictus, Adiectiuum, Compoſitum à ſupra. Plin. lib. 10. cap. 63. 3, Supradictorum pleriſque fœminæ priores ſuperueniũt. Quidam ſcribunt ſeparatim. Horat. 2. Serm. ſaty. 7. 16, Adde ſupradictis quod non leuius valeat.

Suprapóſitus, pen. cor. Aliud adiect. Cic. in Topicis, 35, Reliquus eſt comparationis locus, cuius genus & exemplum ſuprapoſitũ eſt. Legitur & diſiunctim.

Supraſcriptus, Aliud adiect. Cic. pro Cluẽtio, 118, Qui eorum⁹ quorum⁹ videlicet qui ſupraſcripti ſunt. Sic Cato cap. 111. 2. Quidã malunt ſeiunctim legere.

Superior, Comparatiuus à ſupra, vel à ſuperus adiectiuo. Cicero 4. Academ. 177. Itaque quæ contra ſenſus, contráque perſpicuitatem dicantur, ea pertinere ad ſuperiorem diuiſionem, contráq; poſteriorem nihil dici oportere.

Accumbit ſuperior, Vide **Accumbo.**

Domus ſuperior, Editior. Cic. ad Atticũ, lib. 11. 138. 1, Tota domus ſuperior vacat, vt ſcis.

Dicere aliquid de loco ſuperiore. Cic. 4. Verr. 70.

Superioribus temporibus nullas de te literas miſi. Cicero Seſtio, lib. 5. 17. 1.

Superior ætas, Quæ præceſſit. Cicero de Senect. 58, Sed honeſtè acta ſuperior ætas.

Senes ſemper agunt aliquid, tale ſcilicet, quale cuiuſque ſtudium in ſuperiore vita fuit. Cic. de Senect. 23.

¶ Superiorẽ & inferiorẽ dicimus ferè, quãdo de malis loquimur, vt Dionyſius ſuperior, & Dionyſius inferior. Quum autem de bonis ſermo eſt, ſi quidem tempus denotamus, Superior & poſterior dicimus: vt Cyrus ſuperior, & Cyrus poſterior. Si verò dignitatem, maior & minor: vt Maior an minor Scipio, de duobus: de pluribus autem, maximus Alexander.

Superior interdum habet vim poſitiui, quum intelliguntur ii qui ſunt ſupra gradum quartum cognationis, vel affinitatis, ſicut inferiores qui ſunt infra ipſum gradum. Varro lib. 2. de Re ruſtica, ca. 4. 3, Itaque proauus ac ſuperiores, de Tremelliis nemo appellatus Scroſa.

¶ Superiores, pro his qui ante nos vixerunt, ſiue antiquis. Cic. 4. Acade. 3, Non modò opinionem vicit omnium, quæ de virtute eius erat, ſed etiam gloriam ſuperiorum. Idem 4. Verr. 16, Vt ab inſtitutis ſuperiorum, ab authoritate Senatus, ab iure omniũ Siculorum ne recedatur.

¶Superiores, Qui alios vincunt. Cæsar 5.bel.Gall.97, Quum celeriores nostri arma cepissent, vallúmque ascendissent, atque vna ex parte Hispanis equitibus emissis equestri prælio superiores essent. Ibidem, 58, Ita tamen vt nostri omnibus partibus superiores fuerint, atque eos in fugas coniecerint. Sic lib.8.72, Hoc ipso superiores, quòd, &c.

Superior & Inferior contraria. Cic.1.Verr.33, Tu quú omnibus reb⁹ inferior sis, hac vna in re te mihi anteferri putas oportere, quòd Quæstor illius fueris. ego, si superior cæteris rebus esses, te hâc vnam ob causam accusatorem repudiari putarẽ oportere.

Inuident homines maximè paribus, aut inferioribus, aut superioribus. Cic.1.de Orat.115.

Quãto superiores sum⁹, tãto nos geram⁹ sũmissi⁹. Ci.1.Of.118.

Habes neminẽ honoris gradu superiorẽ. Cic.Ther.lib.2.17.3.

Loco, fortuna, fama superior. Cic.de Amicit.78.

Superiorem esse largitione, Id est præcellere & præstare. Cic. ad Atticũ, lib.9.180.6, Prædicat enim palàm & militibus ostendit, se largitione ipsa superiorem, quàm hunc fore.

Superior ordine, inferior fortuna. Cic.Valerio, lib.13.5.5.

Superior vi. Cic.1. Offic.93, Existúntque in Rep. plerunque largitores & factiosi, vt opes quàm maximas consequantur, & sint potius vi superiores, quàm iustitia pares.

Superior in. Cicero pro Cecinna,2, Nisi fortè hoc rationis habuit, quoniam si facta vis non esset moribus, superior in possessione retinenda non fuisset. Idem 3.de Finib.8, Nos non modò non vinci à Græcis verborum copia, sed esse in ea etiam superiores elaborandum est.

¶Superius: cui contrarium Inferius. Cic.7.Verr.90, Id agit vt semper superius suum facinus nemo scelere vincat. Plin.libro 13.cap.15.1, Superius genus in vadis haud procul littore.

Suprêmus, pen.prod. Superlatiuum à superior, Vltimus.

Supremis suis annis. Plinius libro 13.cap.1.44, M. Agrippa supremis suis annis conflictatus graui morbo pedum.

Suprema desperatio. Plin.lib.11.cap.4.1, Decreuit in triũphis Senatus, cura belli solutus, & populus otiosus: graminea nunquam nisi in desperatione suprema, contigit vlli.

Dies suprema. Ouid.1.Fast.171, -dies regnis illa suprema fuit.

Supremus vitæ dies. Cic.1.Tuscul.111.

Differere de aliqua re supremo vitæ die. Cic.de Senect.71.

Laudare aliquem cum supremo die. Cic.pro Murena,69.

Digressu mœsta supremo. Virg.3.Æneid.97.

Ferrũ supremũ stringere. Curtius lib.8, Pater supremũ strinxerat ferrum, percussurus haud dubiè, ni inhibitus esset à rege.

Finis suprem⁹, Mors. Hor.1.epist.1.3, -dirã qui cõtudit hydrã,
Notáque fatali portenta labore subegit,
Comperit inuidiam supremo fine domari.

Funera suprema. Ouid.3.Metam.18.

Honores supremi, Funeralia. Ouid.ad Liuiam,49.

Hora suprema. Tibull.lib.1.eleg.1.11,
-suprema mihi quum venerit hora.

Ignis supremus, Rogus. Ouid.1.Amor.eleg.15.9.

Iter supremũ carpere, E vita emigrare. Horat.1. Car.ode 17.3.

Manum supremam imponere bellis. Ouid.2.de Remed.23.

Officia suprema, Quæ morienti exhibẽtur. Tacit.lib.5, Quod supremis in matrẽ officiis defuisset. Idem lib.19, Supremo erga parentem officio fungi.

Salus suprema. Virg.12.Æneid.131, Turne in te suprema salus, miserere tuorum.

Sole supremo, Id est sole occidente. Horat.1. epist.5.1, Supremo te sole domi Torquate manebo.

Sors suprema, Vide Sors.

Tempus supremum, Tempus mortis. Horat.1.Serm.saty.1.20.

¶Supremus, Sũmus, altus, maximus, Suetonius, Verũ supremũ cælum intuẽtẽ stupidũ cubuisse. Terẽ. And.2.1.4.2, Prò supreme Iuppiter. Plaut. Pseud.3.15, Supremum habuisse comitem consiliis tuis. Plin.epist.196.2, Victurique nominis famam supremis etiam titulis prorogare nituntur.

Montes supremi, Summi, altissimi. Virg.4.Georg.93.

Macies suprema. Virg.3.Æneid.119.

Supremum supplicium. Cic.2.de Legib.37, Incestum Pontifices supremo supplicio sanciunto. Id est maximo.

¶Suprema alicuius, Sub. facta: hoc est supremũ vitæ tempus. Plin.lib.16.cap.44.3, Circa suprema Neronis principis.

Suprema, pro morte. Tacit.lib.3, Post celebre carmen, quo Germanici suprema deflebat.

Soluere alicui suprema, pro parentare. Tacit.lib.1, Igitur cupido Cæsarem inuadit soluendi suprema militibus ducique.

Supremò, Aduerbium. Plin.lib.11.cap.53.1, Eadem commeabat ab eo recens assiduè, exitura supremò.

Supum antiqui dicebãt, quem nunc supinũ dicimus, ex Græco videlicet, pro aspiratione, s ponẽtes literã. vt quũ iidem σὰξ dicunt, & nos sylua: item ἕξ sex, ita septẽ. Huius vocabuli meminit & Lucilius, Si verò das quod rogas, & si suggerit supus. Fest.

Sura, suræ, Posterior pars cruris, vel tibiæ carnosa, quæ tantum homini inesse dicitur: reliqua enim omnia animalia habẽt crura sine suris. Plaut. Pseud.10.71, -suram vbi
Aspicias, scias eũ posse gerere crassas compedes. Cic.4.Tusc.74, -sura ac pulmonibus fulto. Ex Lucilio.

Tumentes suræ. Horat.Epod.8.2.

Teretes suræ. Horat.1.Carm.ode 4.5.

¶Sura, pro toto crure aliquando accipitur. Virg.1.Æneid 68, Purpureóque altè suras vincire cothurno.

Euincta suras cothurno. Virg.eclog.7.7.

Decoratam lumine suram Erigit. Cic.in Arato,43.

¶Suræ, pro ocreis quibus induuntur suræ. Iuue.saty.15.1, Calceos, & grandes magna ad subsella suræ.

Surculus, Vide Surus.

Surdus, Adiect. Qui habet aurium meatus obtusos ab aurium sordibus, quæ in duritiem versæ, marmora auriũ dicuntur, nec sinũt audire. Et tam passiuè quàm actiuè dicitur. Nam surdus & qui nõ audit, & qui non auditur dici potest. Plaut. Cistell.7.2, -non surda hera es,
Rectè audiuisti. Terent. And.3.1.5, Vtinam aut hic surdus, aut hæc muta facta sit.

Vocum varietates aut modos noscere nõ potest surdus. Cic.2. de Diuinatione,13.

Æquoribus surdior. Ouid.13.Metam.172.

Freto surdior. Ouid.epist.8.1.

In re aliqua esse surdũ. Cic.5.Tusc.163, In illis linguis quas nõ intelligimus, quæ sunt innumerabiles, surdi profectò sumus.

Ad munera surd⁹, Qui nõ mouetur muneri⁹. Oui.epist.7.5, Ille quidem malè gratus, & ad mea munera surdus.

¶Aures surdæ. Ouid.3.Amor.eleg.6.12.

Buccina surda, Quæ non auditur. Iuuenalis Saty.7.8, Surda nihil gemeret graue buccina.

Fluctus surdi. Ouid.epist.17.43.

Fores surdas tundere. Ouid.1.Amor.eleg.6.110.

Gratia surda officii. Ouid.2.de Ponto.eleg.6.7,
Dignus es: & quoniam laudem pietate mereris,
Non erit officii gratia surda tui. Id est, non tacebitur à me gratia officii tui.

Herbæ surdæ à Plinio dicuntur, ignobiles, & quarum nomina sæpe non audiuntur, lib.22.cap.22.1, Interim fortius augetur authoritas: quæ quãta debeatur etiam surdis, hoc est ignobilibus herbis, perhibebitur.

Ianua surda, & Ianua laxa. Ouid.1.Amor.eleg.8.17, Surda sit oranti tua ianua, laxa ferenti.

Iudex surdus. Cic.pro Fonteio,13, Profectò satis erit id, quod dixi antea, nõ surdũ iudicem huic muneri atq; officio præesse.

Littora surda. Propertius lib.4.eleg.11.1.

Locus surdus, In quo vox facilè & clarè non vagatur. Vitruuius lib.5, Etiam diligenter est animaduertendum ne sit locus surdus, & vt in eo vox quamclarissimè vagari possit.

Mens surda. Ouid.9.Metam.31, -sæpe vt medeatur amori
Præcipiunt, surdæque adhibent solatia menti.

Nomen surdum, Ignobile, non clarum. Silius lib.8.49, At illi sine luce genus, surdúmque parentum Nomen.

Posteritas surda. Curtius lib.5, Nulla erit tã surda posteritas, nulla tã ingrata fama, quæ nõ in cælũ vos debitis laudib⁹ ferat.

Saxa surda mouere blanditiis. Ouid.3.Amor.eleg.6.12.

Vota surda. Persius Satyra 6.4.

¶Surdum, Cuius odor non sentitur. Persius Saty.6.4,
Ossa inodora dabit, seu spirent cinnama surdum.

¶Surdus, ad visum etiam refertur. Plinius lib.37.cap.5.6, Adhoc quibusdam intercurrit vmbra, surdúsque fit colos, qui improbatur etiam dilutior.

¶Surdus, cum genitiuo. Columella lib.3.cap.10.15, Idque nobis poeta velut surdis veritatis, indolget dicendo. Id est qui veritatem non statim admittimus.

Surdis etiam rerũ sua cuique sunt venena, ac minimis quoque. Plinius lib.24.cap.1.3.

Surdaster, surdastra, surdastrum; Significat diminutionem surditatis: non enim est planè surdus is qui surdaster dicitur, sed est, vt ita dicã, surdulus. Cic.5.Tusc.161, In surditate verò quidnam est mali? Erat surdaster M. Crassus: sed aliud molestius, quòd male audiebat, etiamsi, vt mihi videbatur, iniuria.

Surditas, pen.prod. surditãtis, fœ.g. Cicero in superiori exemplo.

Surgo, surgis, surrexi, surrectũ, surgere, neutrum verbũ, à surrum & rego, propriè significat erigi. Plaut. Asin.16.71, Surge amator. Terent. Eun.4.5.5, Postquam surrexi, neque pes, neque

mens ſatis ſuum officium facit.

Ad le multo ante lucem ſurrexit.Cic.1.de Inuent.151.

Ego potiſſimũ ſurrexi,qui non ſum cum iis qui ſedeant com parandus.Cic.pro Roſc.Amerino,1.

Surgere è lecto, ſurgere à menſa, aut ab alio loco. Terentius Adelph.4.1.4. -ita ſe defatigarit velim,
Vt triduo hoc perpetuo prorſus è lecto nequeat ſurgere. Plautus Pſeud.5.63,Poſtquam hercle iſti à menſa ſurgunt ſaturi,poti. Cic.3.Verr.73,Qui auſpicato à Chelidone ſurrexiſſet.

Surgere de cathedra.Mart.lib.11.93.

De cœna ſurgere. Horat.2.Ser.ſat.2.16,Cœna de ſurgat dubia.

Surgit humo pigré.Ouid.2.Metam.151.

Surgere ſella.Saluſt.li.5.hiſt.Sella ſurgere,caput aperire ſolitũ.

Surgere de ſella. Cic.6.Ver.119,Quũ ad Prætoré in ius adiſſemus,&c.antequam verbũ facerem,de ſella ſurrexit & abiit.

Solio aureo ſurgit Iuppiter.Virg.10.Æneid.24.

Strato ſurgere.Virg.3.Æneid.103.

Surgere ex accuſatorum ſubſelliis.Cic.pro Flacco,16.

E thalamo ſurgere.Propert.lib.2.eleg.16.3.

Toro ſurgere.Ouid.9.Metam.141.

De toro ſurgere.Propert.lib.2.eleg.27.5.

Surgere maturé.Ci.4.Ver.28,Iſte poſtero die mane, quũ multo maturius quàm vnquã antea,ſurrexiſſet,iudices citari iubet.

Properanter ſurgere.Silius lib.7.150.

Surgere cubitu.Cato cap.5.3,Primus cubitu ſurgat,poſtremus cubitum erat.

De nocte ſurgere.Horat.1.epiſt 2.7.

Ad aliquem ſurgere.Ouid.13.Metam.1,
Conſedere duces,& vulgi ſtante corona,
Surgit ad hos clypei dominus ſeptemplicis Aiax.

Ad dicendum ſurgere.Cic.2.de Orat.173.

Surgere ad reſpondendũ.Cic.pro Cluentio,39,Hic ego quum ad reſpondendum ſurrexi,qua cura dii immortales,qua ſolicitudine animi,quo timore?

Ex humili ſurgere.Propert.lib.2.eleg.11.3,
Surge anima ex humili iam carmine,ſumite vires
Pierides,magni nunc erit oris opus.

In arma ſurgere.Silius lib.7.119.

In haſtam ſurgere.Stat.1.Achill.97,
Sic quum palantes Phlegræa in caſtra coirent
Cælicolæ,iámque Odryſiam Gradiuus in haſtam
Surgeret,& Libycos Tritonia tolleret angues.

In ſomnos ſurgere. Valer.5. Argon.139, Surgitur in ſomnos, ſéqi ad ſua limina flectũt.Id eſt ſurgũt vt abeãt ad dormiendũ.

¶ Semel cécidi ſciens,vt honeſtiſſimè ſurgere poſſem.Cic.12. Philipp.339.

Ædificia ſurgere dicuntur,quum ſenſim eminẽt,& in altum attolluntur.Plin.epiſtol.166, Multo depreſſior eſt ædes eo opere quocum maximè ſurgit. Virg.1.Æneid.74, -ſurgentémque nouæ Carthaginis arcem.

Æquora ſurgunt.Virg.3.Æneid.40, Continuò venti voluunt mare,magnáque ſurgunt Æquora.

Aqua ſurgit in modum tumuli.Ouid.1.Triſt.eleg.10.4.

Arx ſurgunt de cæſpite.Silius lib.7.150.

Aſtra ignea ſurgunt.Virgil.4.Æneid.71.

Surgentibus aſtris,Superueniente nocte.Virg.1.Georg.88,
-ſolem certiſſima ſigna ſequentur,
Et quæ mane refert,& quæ ſurgentibus aſtris.Seruius.

Aurora ſurgit.Virg.1.Georg.90.

Ceruus ſurgens in cornua.Virg.10.Æneid.145, Conſpexit capream,aut ſurgentem in cornua cerum.Id eſt creſcẽtem,cornibus eminentem.Seruius.

Culmi ſurgentes in ſegetem.Lucan.lib.6.11.

Dies ſurgens in medium.Lucan.lib.4.31.

Fruges nitidæ ſurgunt.Lucret.lib.1.51.

Frutex ſurgit in altitudinem. Colum. lib.6.cap.13.2, Ea res & teneriora pabula recreat,& ſentibus veſtis fruticem ſurrecturum in altitudinem compeſcit.

Herbæ ſurgunt,dum creſcunt.Columel.lib.9.cap.4.2.ex Virgilio,4.Georg.5,
-aut errans buccula campo
Decutiat rorem,& ſurgentes atterat herbas.

Homo ſurgere dicitur, quando creſcit. Virg.lib.4. Æneid.55, Aſcaniũ ſurgẽtem,& ſpes hæredis Iuli Reſpice. Ibidem,6. 73,Per genitorem oro,per ſpem ſurgentis Iuli.

Ignis ſurgit. Ouid.4.de Ponto,eleg.9.11,Surgat ad hanc vocem plena pius ignis ab ara.

Iræ altius ſurgunt.Virg.10.Æn.163, -ſuæ iámque altius iræ
Dardanio ſurgunt ductori.

Limina ſurgunt gradibus.Virg.1.Æneid.91.

Luna ſurgens.Tacit.libr.19,Donec adulta nocte luna ſurgens oſtenderet acies.

Mare ſurgit.Ouid.15.Metam.102,
Quum mare ſurrexit,cumulúſque immanis aquarum
In montis ſpeciem curuari,& creſcere viſus.

Meſſis ſurgit.Virgil.1. Georg 33, Quas ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes.

Mœnia ſurgunt.Virgil.1Æneid.89.

Opus ſurgit. Propert. lib.4. eleg.1.14, Roma faue,tibi ſurgit opus.

Pagina ſurrexit primo verſu.Ouid.1.Amor.eleg.1.5.

Partes ſurgentes.Taci.lib.19,Sed vt Cõſulare nomen ſurgentibus tum maximè partibus honeſta ſpecie prætenderetur.

Prælia ſurgunt acerrima.Ouid.ad Piſonem,41.

Pugna aſpera ſurgit.Virg.11.Æneid.117.

Regna ſurgunt.Virg.4.Æneid.10.

Rumor ſurgit.Tacit.lib.18,Is rumor ab exploratoribus Vitellii diſperſus,an ipſa Othonis parte,ſeu dolo, ſeu forte ſurrexerit,parum compertum.

Sententia ſurgit animo,Oritur.Virg.1.Æneid.118.Tranſlatio eſt corporis ad animum.Seruius.

Sol ſurgens.Virg.11.Æneid.35.

Telluris in altum ſurgentis tumulus.Lucan.lib.3.75.

Věti ſurgere dicũtur,quũ flare incipiunt. Virg.lib.3.Æn.96, -& fando ſurgentes demoror Auſtros? Idem 3.Æneid.16,Proſequitur ſurgens à puppi ventus euntes.Sicut è contrario quando flare deſinunt,Ponere ac reſidere dicuntur.

Veſper ſurgens.Horat.2.Carm.ode 9.2.

Senſim ſurrexit virga per glebas.Ouid.4.Metam.51.

¶ Súrgitur,pen.corr.Imperſonale.Iuue.Saty.4.15,Surgitur,& miſſo proceres exire iubentur Concilio.

¶ Surrexe,pro Surrexiſſe.Hor.1.Ser.ſat.9.15, -huncine ſolem Tam nigrum ſurrexe mihi.

Mane ſurgendum eras.Horat.1.Serm.ſaty.6.14.

Surpiculus,ſurpiculi,pen.corr.maſc.g. Vimen,caniſtrum,ciſtellula quæ è ſcirpis fieri ſolet. Propertius lib.4.eleg.2.8,Surpiculis medio paluere ferre roſam. Columella lib.10.19,
Et vos agreſtes,duro qui pollice mollis
Demetitis flores,cano iam vimine textum
Surpiculũ ferrugineis cumulate hyacinthis. Plaut. Capt.13.47, Eis ora ego verberabo ſurpiculis piſcariis. Opinor vbique ſcribendum ſcirpiculus per ſc.Vide **Scirpus**.

Surrego/ pro Surgo,& Surregit, pro Surgit ſcripſere veteres. Ab hoc,ſurrectio deriuatur. Ex Feſto.

SVRRENTVM, Campaniæ oppidum, quod alio nomine dicitur Petræ Sirenum.Plin.lib.3.cap.5,Surrentũ cum promõtorio Mineruæ Sirenum quõdam ſede.De eo & Virgilius 5.Æne.173, Iámque adeò ſcopulos Sirenum aduecta ſubibat. De hoc &, reliquis Campaniæ locis Plinius lib.3.cap.5.& Strabo lib.5.

Amœnum Surrentum.Horat.1.epiſt.18.11.

Surrentinus,pe.prod. Adiect.vt Colles Surrẽtini.Colu.li.3.ca.1.6.

Palmite Surrentino generoſi colles.Ouid.15.Metam.141.

Prætoria Surrentina.Stat.1.Syl.2.17.

Vina Surrentina.Plin.lib.13.ca.1.11. Horat.2.Serm.ſaty.4.11.

Surrepo/Vide **Subrepo**.

Quies ſurrepſit ocellis.Ouid.3.Faſt.4.

Surrigo/ſúrrigis,pen.cor.ſurrexi,ſurrectũ, ſurrigere,Suſũ vel ſurſum erigere:quo verbo vtũtur ruſtici,quũ tritæ fruges ad vẽtilandũ in areis eriguntur. Vir.4.Æn.85,Tot linguæ,totidẽ ora ſonãt,tot ſurrigit aures. Liu.7.ab Vrbe,40,Romanꝰ mucrone ſurrecto,quũ ſcuto ſcutũ imũ perculiſſet,&c. Colu.lib.7.ca.3.3, Intortaporꝰ quàm ſurrecta & patula cornua.Vide **Subrigo**.

Surripio/ſúrripis,pen.corr.ſurripui,ſurreptũ,ſurripere,Latẽter rapere,ſeu ſuffurari.Plaut.Aſi.16.35, Surripiã in deliciis pallam quam habet. Idem Pœn.16.137, -qui filias dicas tuas, Surreptáſque eſſe paruulas Carthagine. Idem Menæh.5.17, -nimio ego hanc periculo
Surripui hodie meo animo,ab Hippolyta ſubcingulum, Vide etiam **Subripio**.

In vita ſibi quenque petere quod pertineat ad vſum,nõ iniquum eſt:alteri ſurripere,ius non eſt.Cic.3.Offic.56.

Aliquid ex priuato ſurripere. Cic.2.de Inuent.160.

Surripere alicui operam. Plaut.Amphit.6.15. Clanculum abii à legione:operam hanc ſurripui tibi.Hoc eſt,clàm aufugi,vt tibi hanc operam traderem. Idem Caſina,11.13,Cupio illam operam ſeni ſurripere.Id eſt,prænuenire eum in hac re.

Baſia ſurripere.Catull.ad Iuuentium,94.4.

Diẽ ſurripere.Ouid.4.Triſt.eleg.1.8, -quáq; infelicia perdã Otia materia,ſurripiámque diem.

Crimina ſunt oculis ſurripiẽda patris.Ouid.epiſt.11.14.Id eſt cauendum eſt ne pater hæc reſciſcat.

Aliquem captiuum ex alicuius cuſtodia ſurripere.Cicero pro

Domo sua,51.

Surripere se alicui,Distrahere se ab alicuius conspectu.Plaut. Menæh.11.16,Vt surripuisti te mihi dudum de foro?

¶Surpite,pro surripite.Horat.1.Serm.saty.3.57.

-vnum me surpite morti.

Surpuerat,pro surripuerat.Horat.4.Carm.ode 13.4,

Quæ spirabat amores,

Quæ me surpuerat mihi.

Surreptus,Participium:vt Parma surrepta,Cic.14.Philip.391.

Surreptitius,Adiect. Quod clàm fit,siue factum est & surreptum. Plaut.Casin 4.50,Inter nos amore vtimur semper surreptitio.

Surrogo/surrogas,pen.corr.surrogare, Sufficere, Substituere. Quintilianus, Quum defuncto Patre in eius locum surrogatus fuisset.Vide Subrogo.

Surrogatio,surrogationis,Verbale,Substitutio.

Sursum,Aduerb. Notæ significationis: superiorem enim partem vel locum aut regionem denotat.Terent.Adel.4.1.36,Præterito hac recta platea sursum. Plaut.Mulit.16.14, Non tu scis, quum alto ex puteo sursum ad summum descenderis,&c.

Sursum ferri.Lucret.lib.1.30, -nullam rem posse sua vi Corpoream sursum ferri,sursumque meare.

Nares & quòd omnis odor ad supera fertur,rectè sursum sit. Cic.1.de Nat.deorum,111.

Sursum deorsum. Terent.Eunu.1.1.47, Ne sursum deorsum cursites.Cic.1.de Nat.deorum,110, Naturâ his ex quibus omnia cõstant,sursum deorsum,vltro citróque commeantibus, mundi partium coniunctio continetur.

Sursú versũ aut versus,Id est,versus superiorẽ locũ,aut partẽ aeris vel loci.Cic.in Partitionibus Orat.14, Et idẽ quasi sursum versus retróq; dicatur. Idẽ in Orat.75,Quũ gradatim sursum versus reditur. Cato de Re rust.cap.31,Vites propages in sulcos sursum vorsum,quoad eius facere poteris facito vti ducas. Idẽ ca.33.1,Vitem bene enodatã deligato rectè, flexuosa vti ne sit: sursum vorsum semper adducito. Varro 1.de Re rust. ca.31.4, Vicia dicta à vinciẽdo, quòd item capreolos habet vt vites,quibus sursum versum serpit. Sic Colum.lib.3.cap.18.2.

Surculus,Antiquis palus dicebatur.Festus,Surculum dicebãt ex quo per diminutionem fit surculus.Ennius,Vnus surculus surum ferret tamẽ defendere possent. Nonnulli scribunt duplici rr,Surrus,fortasse scribendum surculus.

Surculus,surculi,penult.cor. m.g. Est in ramis quod simplex oritur,& frodes gerit, quale est præcipuè germen annotinũ,Græcis autẽ καλλὸς dicitur.detrahitúrque interdũ & resecatur ab arbore,ad alias rursus producẽdas.Varro de Re rust.lib.1.cap.40, Est altera species ex arbore in arborẽ inserẽdi,nuper animaduersa in arboribº propinquis.Ex arbore enim,è qua quis vult habere surculũ,in eam quã inserere vult, ramulũ traducit,& in eius ramo præciso, ac diffisso implicat,&c.

Plin.lib.10.cap.1.2,Senescẽtem casia thuríque surculis cõstruere nidum. Virg.2.Georg.18, -nec surculus idem Crustumiis,Syriúque pyris,grauibúsque volemis.

Inserere vel serere surculum.Quintil.lib.6.cap.3.61,Rogo des mihi surculum ex illa arbore,vt inseram.Cic.1.de Oratore,154, Amabo te inquit,da mihi ex ista arbore quos seram surculos.

Vsurpare possessionem amissam surculo destringendo. Cic.3. de Oratore,61.

Súrculo,súrculas, pen.corr.surculare, Surculos ramis vel candicibus adimere, vt altius crescant,& vberius à terra nutrimentum accipiant.Colum.lib.5.cap.9.9,Atque etiam rigandæ sunt plantæ quum siccitates incesserunt, nec nisi post biennium ferro tangendæ: ac primò surculari debent, ita vt simplex stylus altitudinem maximi scrobis excedat.Legitur & sarculari.

Surcularius, Adiect. Plin.lib.11.cap.16.1, de cicadis, Quidam duo alia genera faciũt earũ: surculariã,quæ sit grandior:frumentariam,quam alii auenariam vocant.Apparet enim simul cũ frumentis arescẽtibus.Id est,quæ in surculis viuit:siue quæ eo tempore apparet quum arbores surculos suos emittunt vel trudũt.

Surcularius ager.Varro 1.de Re rust.cap.2.15,Colonus in agro surculario ne capra natum pascat.

Surculósus,pen.prod.Adiectiuũ, Quod surculis abundat.Plinius, Ramis hyssopi surculosam.

Surculóse,pen.prod. Aduerbiũ, Per singulos surculos, sensim vel paulatim.Plin.lib.18.cap.16.7,Arescit surculose.

Surculâris,& hoc surculâre,pe.pro.vt Terra surcularis,quæ surculos generat.& sua spõte producere nata est. Colum.li.3.ca.11.4, Cõsyderandũ est, antequã pastinemus, surcularis nẽne sit terra:idq; facillimè exploratur per stirpes quæ sua spõte proueniũt.

Surculaceus, Adiectiuum, Quiddam est surculi simile, quod tamen surculus appellari iure non possit. Columella, Surculacea in folliculo sunt raphano,sinapi,rapo.

Sus,pro Sursum accipitur in compositione,vt suspicio.

Sus,suis,generis communis secundum Priscianum,Porcum & porcam significat.Plin.lib.18.cap.9,Quãobrem non de alia loquimur,siue multo efficaciore semina,& quæ nõ peperit. Idẽ lib.8. cap.5.1.2,Sues ferè semel anno gignunt.Maribus in coitu plurima asperitas: tunc inter se dimicant. Plaut.Trucul.6.14, -quasi sus catulos pedibus

Proterã. Cic.5.de.Finibus 68,In quibus non corporum solum, vt in suibus,sed etiam animorum.

Amica luto sus.Hor.1.epi.1.6. Inualida,Vide Inualidus.
Fulmineº sus.Stat.2.Achil.81. Ingens.Virgil.3.Æneid.78.
Horrent.Lucret.lib.5.5. Lætº glãde. Virg.3.Geor.104.
Horridus.Virg.4.Georg.81. Lutulenta. Horat.1.epist.2.16.
Immundi sues.Virgil.1.Æneid.80.
Magnorum suum horrentia terga.Virg.1.Æneid.118.
Sicci terga suis rara pendentia crate.Iuue.Saty.11.9.
Vulnificus sus.Ouid.8.metam.71.

Anima pro sale data est sui.Cic.2.de Nat.deorũ,138, Sus verò quid habet præter escam: cui quidem ne putesceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse Chrysippus.

Docebo sus(vt aiunt) oratorem illum. Cic.1.de Orat.119,Vide Chiliadas Erasmi,Sus Mineruam.

Suinus,suina,suinum,pen.prod. Quod est suis:vt suina caro.Varro,lib.2.cap.4.7,Hic enim conciliator suinæ carnis datur populo.Vetus exemplar habet suillæ.

Suillus,Adiect.Diminutiuũ à suinus.Plin.lib.8.cap.51,At in Arabia suillũ genus nõ viuit in vllo genere. Ibidẽ,cap.51.1, Suilli pecoris admissura à Fauonio ad æquinoctiũ vernũ ætatis,VIII mense. Liu.2.bel.Pun.44,Ex suillo,ouillo, caprino grege,&c.

Sulle,pe.pro.n g. Stabulũ suũ.Colum.lib.7.cap.9,ad finem, Diligẽs autẽ porcator frequenter suile conuerrat,& sæpius haras.

SVSA,Susæ:& Susa, Susorum, Oppidum & metropolis Persidis, in Susia quæ Persiæ est pars:à Suso fluuio sic vocata. Propertius lib.2.eleg.14.1,Non tot Achæmenijs armantur Susa sagittis,

Spicula quot nostro pectore fixit amor.Hæc vrbs,vt scribit Plinius lib.6.cap.27.7,)à Dario Hystaspis filio condita fuit. Ibi fuit regia Cyri,lapide candido & vario,columnis aureis & lacunaribus,gemmisque distincta,cæli continens simulachrum, stellis micantibus insignitum,& incredibilia multa.Ibi Asuerus conuiuium maximis diuitiis & deliciis copiosum celebrauit.

Pharetrata Susa.Claud.de bello Gildon.7.

Susiâna,Susiánæ: vel Susiáne,Susiánes,penultima prod.Regio in Perside.Plin.lib.6.ca.27.7, Infra est Susiane,in qua vetus regia Persarũ Susa à Dario Hystaspis filio cõdita. Ibidẽ,9,Susianen ab Elymaide disterminat amnis Eulæus,ortus in Media:mediúmque spatio cuniculo conditur, ac rursus exortus per Mesobatenen lapsus, circuit arcem Susorum ac Dianæ templum angustissimum illis gentibus.

Susiáni,pen.prod.Qui Susianen incolunt. Plin. lib.6.ca.27.8,Susianis ad Orientem versus iunguntur Cosæi latrones.

Súsinus, penult.corr.Adiectiuum, Quod ex susis siue liliis factum est.vnde & Susa vrbem Persidis à liliis,quorũ ibi magna est copia, nomen habere scribit Stephanus. Susa enim Persæ vocant lilia.Hinc oleũ susinũ. Plin.lib.13.cap.1.9,E malis quoque coroneis & strutheis fit oleũ (vt dicemus) melinũ,&c.Susinũ tenuissimum omnium est.Constat ex liliis,balano,calamo,&c.

Suscio/suscis,suscíui,suscítum,suscíre,Idem quod scire,sed antiquum est.Plaut.Menæh.9.71,

Eho Messenio accede huc.MES.quid negotii est suscíri?

Quid eo opus est?MEN. scio,vt me dicas tanto nequiorem.

Suscipio/suscípis,pen.corr.suscépi.pen.prod.susceptum,suscípere,A susum vel sursum,quasi sursum capere.

Suscipere, tã ad animũ,quàm ad corpus refertur.vt, Suscepi onus,suscepi voluptatem,suscepi curam.Variisque nominibus iungitur:& significat capere.

Actiones periculosas suscipere.Cic.1.Offic.117.

Æs alienũ amicorũ suscipere.Ci.1.Off.80,Qui suis facultatibº. aut captos à prædonibº redimũt,aut ex alienũ suscipiũt amicorũ

Aliquẽ suscipere & tueri:Hoc est,amplecti & defendere.Ci.ad Tironẽ,lib 16.11.13, Ego A.Varroni,quẽ quũ amantissimũ mei cognoui,tũ etiã valde tui studiosum, diligẽtissimè cõmendaui, vt & valetudinis tuæ rationẽ haberet & nauigationis,& totũ te susciperet,ac tueretur. Idẽ ad Brutũ.lib.11.6.6, Illud tibi persuadeat velim,me omnia quæ ad tuã dignitatẽ augendã pertinebũt,quæ est per se amplissima,summo sẽper studio susceptũrũ.

Authoritatem. Cic.pro Cælio,28, Redeo nunc ad te Cæli vicissim:ac mihi authoritatem patriam,seueritatémque suscipio.

Authoritatem in Rep. Cic.7.Vere.118,Verres ille vetus proditor Cõsulis,transtator Quæsturæ,aerisor pecuniæ publicæ,tantum sibi authoritatis in Rep.suscepit.

In amicitiam ſuſcipere. Liu.7.ab Vrbe,134, Neque hercule quòd Samnites priores amici ſociique vobis facti ſunt,ad id vt lere arbitror,ne nos in amicitiam ſuſcipiamur.

Bellum.Cic.2.de Legib.56, Sequitur enim de iure belli,in quo & ſuſcipiendo & gerendo,& deponendo,ius vtplurimum valet. Idem 1.de Diuin.35, Non tranſiſſet Craſſus Euphraten,non ſuſcepiſſet bellũ ciuile Cæſar:non igitur fatales exitus habuerunt. Cæſar 1.bel. Gall.64, Præſertim quum magna ex parte, eorum precibus adductus bellum ſuſceperit.

Bellum ſuſcipitur cum gente feroci.Ouid.14.Meram.90.

Caſum ſuſcipere.Cic.2.de Finib.105,Nec tamen ſua ſuperiora illa tam magna,nec tam præclara ducebat,quàm illum vltimũ caſum, quem propter fidem conſtantiámque ſuſceperat.

Cauſam alicuius.Cic.ad Atticum,lib.3.66.1,Ac videntur iure ſuccenſere, quum expertes conſilii fuerint, & qui cauſam noſtram ſuſceperant, & noſtra conceſſione omnem vim ſui iuris amiſerint. Idem 1.Verr.30,Suſcipe cauſam iudiciorum,ſuſcipe cauſam ſeueritatis, integritatis, fidei,religionis, ſuſcipe cauſam Senatus,vt is hoc iudicio probatus, cum Pop.Rom. & in laude & in gratia eſſe poſſit.

Cauſam contra aliquem ſuſcipere.QuintiLlib.6.cap.1.9.

Cauſam ſuſcipere mandati.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.9.

Cicatrices pectore aduerſo ſuſcipere.Quintil.lib.2.cap.15.5.

In ciuitatem ſuſcipi,Ciuem fieri, & inter ciues numerari,aut ciuitate donari. Cicero 1.de Legib.3,Ego me hercule & illi & omnibus municipibus duas eſſe cenſeo patrias:vnam naturæ alteram ciuitatis:vt ille Cato quum eſſet Tuſculi natus,in Populi Rom.ciuitatem ſuſceptus eſt.

Cogitationem de re aliqua.Cic.ad Atticum,lib.9.177.2,De his rebus rogo vos vt cogitationẽ ſuſcipiatis. Id eſt cogiteris. Idẽ 2.Philip.51, Attende enim pauliſper, & cogitationem ſobrii ad punctum temporis ſuſcipe.

Cogitationem quidnam.Cic.ad Atticũ,lib.14.318.6,Quæris vt ſuſcipiam cogitationem,quidnam iſtis agendum putem.

Conſilium, Plin.epiſt.11.d,Vtque ſuaſerit ratio, vitæ mortiſque conſilium vel ſuſcipere vel ponere,ingentis eſt animi.

Cõſuetudo ſuſcipit. Cic.1.de Nat.deorum,88,Suſcepit autem vita hominum,conſuetudóque communis, vt beneficiis excellentes viros in cælum fama ac voluntate tollerent.

Conſulatum. Plin.in Paneg.130,Quo iuſtius Senatus vt ſuſciperes quartum Conſulatum,& rogauit & iuſſit.

Conſtantiam.Cic.ad Atticum,lib.3.66.4,Vt quum in hoc illa cõſtantia,quæ erat mea cauſa ſuſcepta, imminuta ſit,nihil iam poſſit non decerni.

Crimen aliquod ſuſcipere,Agnoſcere, confiteri. Cic.pro Rabirio Perduel.reo,11, Ego autem, ſi mihi eſſet integrum, ſuſciperem crimen hoc,agnoſcerem,confiterer.

Crimen ſuſcipere,vel Suſcipere crimẽ defenſione. Plin.epiſt. 190.c, Criménque quaſi in medio relictum, defenſione ſuſcipiunt. Cic.pro Sylla,51, Neque enim iſtorum facinorum tãtorum,tam atrocium crimen Iudices P.Syllæ perſona ſuſcipit.

Crimen culpæ ſuſcipere.Cic.7. Verr.81, Tibi vni parcam, & totius iſtius culpæ crimen vituperationémque incõſtantiæ potius ſuſcipiam,quàm aut in te ſim crudelis, aut tot, tam graues teſtes viuos incolumẽſque eſſe patiar.

Culpam.Cic.pro Cluentio,113, Cæterique huiuſcemodi ordinis non fecerunt idem quod nunc Cluentius, vt aliquid culpæ ſuſcipere ſe putarent recuſando,ſed aperiſſimè repugnarunt.

Curam.Colum lib.1.in Præf.7, Nũc verò quum pleræque ſic luxu & inertia defluant,vt ne lanificii quidem curam ſuſcipere dignentur,&c. Plin.epiſt.6.lib.3,Suſcipe hanc curã. Sic Caſſius Proconſul Ciceroni,lib.12.12.1.

Curam & cogitationem alicuius rei ſuſcipere. Balbus Ciceroni in epiſtolis ad Atticum,lib.8.168.1.

Curationem & quaſi diſpẽſationẽ regiam ſuſcepiſſet. Quintilianus lib.4.cap.2.13.

Tenere curſũ, quẽ à prima ætate ſuſceperis. Cic.pro Plãc.41.

Defenſionem.Cic ad Licinium,lib.5.8.14, Quæ à me ſuſcepta defenſio eſt te abſente dignitatis tuæ,in ea iam ego non ſolùm amicitiæ noſtræ, ſed etiam conſtantiæ meæ cauſa permanebo.

Errorem & ſuperſtitionem ſuſcipere.Cic.1.de Diuinat.115.

Executionem eius negotii libens ſuſcepit.Tacit.lib.3.

Exercitationem.Cic.1.de Finib.50,Quis noſtrum exercitationem vllã corporis ſuſcipit laborioſam, niſi vt aliquid ex ea cõmodi conſequatur?

Exilium,Pati. Cic.Ante quàm iret in exiliũ,14,Neque enim mors miſeranda eſt quæ ob Remp.capitur, neque exilium turpe quod virtute ſuſcipitur.

Facin° in ſe.Cic.pro Cluẽtio,135, Quo tãdẽ Habitus metu adductus,tãtũ in ſe facinus ſuſcipere conatus eſt?Id eſt admittere.

Fidem. Plin.epiſt.110, Quas partes impleturum te ſecundum ſuſceptam fidem confido.Id eſt ſecundum quod promiſiſti.

Fraudem ſuſcipere.Cic.in Piſonem.33.

Imperium ſuſcipere.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.12.

Inimicitias ſuſcipere.Cic.1.Offic.41,Nam aut inimicitias, aut laborẽ, aut ſumptus ſuſcipere nolunt. Idem 1.Verr.31.In contentione ſuſcipiendarum inimicitiarum, ridiculum eſt putare, cauſam neceſſitudinis ad inferendum periculum iuſtam videri oportere. Ibidem,7.141, Tantúmne igitur laborem, tantas inimicitias tot hominũ ſuſcepturus es? Terent. Hecyra,2.1.34, Cum puella anum ſuſcepiſſe inimicitias non pudet? Quintil. lib.6.cap.1.17,Commendat & cauſa periculi, ſi ſuſcepiſſe inimicitias ob aliquod factum honeſtum videtur.

Inimicitias propter alicui° ſalutẽ ſuſcipere.Ci.de Aruſ.Reſp.5.

Inimicum aliquem ſuſcipere. Brutus Attico,17.2, Qui valentiſſimum Antoniũ ſuſcipere pro Rep. non dubitauit inimicũ?

Iniquitatem. Cic.in Parad.49,Hæreditatis ſpes,quid iniquitatis in ſeruiendo non ſuſcipit?

Inuidiã & odiũ.Cic.1.de Inuẽt.6,Quib° rebus tantũ odii atq; inuidiæ ſuſcepit eloquẽtia,vt homines ingenioſiſſimi,quaſi ex aliqua turbida tempeſtate in portum, ſic ex ſeditioſa & tumultuoſa vita ſe in ſtudium aliquod traderent quietum.

Iter.Cic.ad Atticum,lib.4.84.1, Iter Aſiaticum puto tibi ſuſcipiendum fuiſſe.

Laborem aliquem.Lucret.lib.3.74.

Labores & dolorem pro patria.Cic.1.de Finib.36,Sed vt omittam pericula,labores,dolorem etiã, quem optimus quiſque pro patria & pro ſuis ſuſcipit,vt nõ modò nullam captet, ſed etiam prætereat omnes voluptates,dolores denique quoſuis ſuſcipere malit, quàm deſerere vllam officii partem. Idem 1. Acad.9, Quæ docti, vt dixi,à Græcis petere mallent, indocti ne à nobis quidem accipiunt,vt fruſtra omnis ſuſcipiatur labor. Sic Cæſar 3.bel.Ciui.311. Et 6.bel.Gall.157.

Laborem & periculum pro ſalute alicuius ſuſcipere. Cic. pro Murena,70.

Legationem. Cic.11.Philip.311, Admirabantur boni viri, accuſabant amici, quòd ſpe pacis legationem ſuſcepiſſem. Cæſar 1.bel.Gall.11,Is ſibi legationem ad ciuitates ſuſcepit.

Liberos,ſuſcipere,Procreare. Cic.5.Ver.137, Suſceperas enim liberos nõſolùm tibi,ſed etiã patriæ. Et pro Cluẽtio,141,Inuito deſpõdit ei filiam ſuã illã quam ex genero ſuſceperat. Idẽ ad Titium,lib.5.16.6,Et hæc perturbatio temporũ perditorum, quum beatiſſimi ſint qui liberos non ſuſceperunt. Idem 7. Ver.96,Qui à parentibus ſpe noſtri imperii,noſtræque æquitatis ſuſcepti,educatique ſunt. Tacit.lib.1,Ducere vxorem,ſuſcipere liberos,ne clariſſima familia extingueretur.

Liberos ex cuiuſpiam filia ſuſcipere.Cic.3.Philip.135.

Maculam ſuſcipere,Concipere. Cic.pro Leg.Manil.4,Delenda eſt vobis illa macula Mithridatico bello ſuperiore ſuſcepta.

Maculam imperio.Cic.pro Fõteio,11,Magna mehercule cauſa Iudices abſolutionis cum cæteris cauſis hæc eſt,neque inſignis huic imperio macula atque ignominia ſuſcipiatur.

Famulæ ſuſcipiunt collapſa membra.Virg.4.Æneid.78.

Miſeriam volũtariam.Cic.3.Tuſc.58,Si verò ne futurum quidem ſit,fruſtra ſuſcipi miſeriam voluntariam.

Munera ſuſcipere ſanguinei Martis.Ouid.1.de Remed.31.

Negotium ſine mora ſuſcipere.Cic.3.in Catil.51.

Multum negotii.Cic.5.Verr.1.

Negotia atque controuerſias alicuius. Cic.pro Cecinna,10, Et ad Atticũ,lib.11.141.18, Quod ad Tironem de Terentia ſcribis,obſecro te mi Attice ſuſcipe totum negotium.

Obiurgationem.Cic.Attico,lib.4.86.7.

Odium alicuius. Cic.ad Atticũ,lib.6.111.4,In quo, vt audio, magnum odium Pompeii ſuſcepiſtis.

Offenſas in eligẽdo aliquo.Plin epiſt.42.b,Nec ignoro ſuſcipiendas offenſas in eligendo præceptore: ſed oportet me non modò offenſas, verùm etiam ſimultates pro fratris tui filiis tã æquo animo ſubire,quàm parentes pro ſuis.Id eſt inimicitias.

Officia & partes pro aliquo.Cic.Appio,lib.3.10.5.

Onus.Cic.pro Cluẽtio,115,Neqi mihi quicquã oneris ſuſcepi, quũ iſta dixi, quo min° honeſtè hãc cauſã & liberè poſſem defendere. Idẽ 3.Offi.8,Suſcepiſti onus præterea graue,& Athenarũ, & Cratippi. Sic Dolabella in epiſt.ad Atticũ,lib.15 318.3.

Onus atque munus ſuſcipere & profiteri.Cic.1.de Orat.57.

Suſcipis onus officii, quod te putas ſuſtinere poſſe: quod minimè videtur graue iis qui minimè ipſi leues ſunt. Cicero pro Roſc.Amerino 66.

Onus vrbis ſuſceperat vna domus.Ouid.2.Faſt.40.

Opus cẽſoriũ obiurgãdis moribus.Colum.lib.11.in Proœm.9.

Parricidium.Cic.pro Cluentio,14,Cæteri nõ videntur in ſu-

gulis hominibus multa parricidia ſuſcipere poſſe: Oppianicut inuentus eſt qui in vno corpore plures necaret.

Partes. Cic. Attico lib. 3. 61. 4, Intelligóque multas partes meæ ſalutis & ſuſcipere, & poſſe ſuſtinere, neq; vt ita facias rogãdum eſſe. Idẽ lib. 7. 114. 2, De triúpho hortari, ſuſcipere partes ſuas, monere ne antè in Senatũ accederem, quàm rem confeciſſem.

Patrocinij rei alicuius, hoc eſt eã defendendã. Cic. 3. de Orat. 36, Ex illis autem quæ remanẽt, ea philoſophia quæ ſuſcepit patrocinium voluptatis, etſi cui vera videatur, procul abeſt tamen ab eo viro quem quærimus. Idem 1. de Nat. deorũ, 17, Nec verò deſertarum relictarúmque rerum patrocinium ſuſcepimus.

Periculum pro ſalute alicuius. Cic. pro Murena, 70. Iſtuc me rogari oportet abs te, an te potius à me, vt pro mea ſalute laborem, periculúmque ſuſcipias?

Perſonam viri boni, Simulare. Cic. pro Cluentio, 81, Irridebatur hæc illius reconciliatio, & perſona viri boni ſuſcepta.

Pœnã dignã ſcelere. Cic. pro lege Manil. 4, Non modò adhuc pœnã nulla ſuo dignã ſcelere ſuſcepit, ſed ab illo tẽpore annum iam tertiũ & vigeſimũ regnat. Idem poſt reditũ ad Quirites, 2, Vt ſi meas rationes vnquam veſtræ ſaluti antepoſuiſſem, ſempiternam pœnam ſuſciperem mea voluntate ſuſceptam.

Profectionem. Cic. ad Quirites poſt reditum, 1, Sin & ea quæ antè geſſeram, conſeruandæ ciuitatis cauſa geſſiſſem, & illam miſeram profectionem veſtræ ſalutis gratia ſuſcepiſſem, &c.

Res aliquas ſibi gloriæ cauſa ſuſcipere. Cic. pro Flac. 10, Quod vereor ne Lælius ex his reb', quas ſibi ſuſcepit gloriæ cauſa, putet aliquid oratione mea ſermonis in ſeſe aut inuidiæ eſſe quæſitũ.

Reip. ſuſcipi. Cic. ad Brutum, 14. 3, Quod ipſum, ſi Remp. cui ſuſceptus es reſpicis, tibi iam iámque faciendum eſt.

Sceleris aliquid ſuſcipere. Catull. in Gellium, 85. 1.

Scelus in ſe ſuſcipere, Idẽ ſignificat quod admittere in ſe facinus. Cic. 11. Philip. 295, Miſerior igitur qui ſuſcipit in ſe ſcelus, quàm is qui alterius facinus ſubire cogitur.

Sermonem ſuſcipere. Quintil. lib. 2. cap. 15. 19, Sermonem ſuſcipit Polus inuenibi calore inconſyderatior.

Simultates. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 28, Ex quibus nonnullas ſimultates cum magna mea lætitia ſuſceptas habemus.

Turpitudinem ſuſcipere. Cic. 3. Philipp. 384, Quod reliquum eſt, non eſt tertium: ſed poſtremum omnium, maximam turpitudinem ſuſcipere vitæ cupiditate.

Vigilias diſcendi cauſa. Cic. 5. de Finibus, 98, Qui etiam nunc agendi aliquid diſcendique cauſa propè contra naturam vigilias ſuſcipere ſoleamus.

Voluntatem erga aliquem. Cic. 1. de Finibus, 154, Sed te, vt dignum eſt, tua erga me & erga philoſophiam volũtate ab adoleſcentulo ſuſcepta, fac vt Metrodori tueare liberos.

Diis immortalibus ducibus, hanc voluntatem ſuſcepi. Cic. 3. in Catil. 66.

Vota publica ſuſcipere pro aliquo. Ouid. 7. Meta. 90.

Suſcipere deo vota pro re aliqua vel pro aliquo. Plau. Amph. 4. 76, Imperator vtrinque hinc & illinc Ioui
Vota ſuſcipere, hortari exercitũ. Plin. in epiſt. 251, Solẽnia vota pro incolumitate tua, qua publica ſalus cõtinetur, & ſuſcepimus domine pariter, & ſoluimus, precati deos. Idem de Viris illuſt. 66, Vota pro illo per Italiam publicè ſuſcepta ſunt. Liu. 7. bel. Pun. 141, Deos deaſque precabantur vt illis fauſtum iter, fœlixque pugna, matura ex hoſtibus victoria eſſet, & damnarentur ipſi votorum quæ pro iis ſuſcepiſſent. Idem 1. bel. Maced. 34, Quanquam res & author monebat: tamen ad collegium pontificium referre Conſul iuſſus, ſi poſſet rectè votum incertæ pecuniæ ſuſcipi poſſe, rectiúſque etiam eſſe.

¶ Suſcipere, pro Excipere, & in vicẽ reſpõdẽdi ſuccedere. Vir. 6. Æneid. 145, Dicam equidem, nec te ſuſpenſum nate tenebo
Suſcipit Anchiſes: atque ordine ſingula pandit.

¶ Suſcipi in lucẽ, pro naſci. Cic. de Aruſp. reſp. 55, Eodẽ enim tẽpore & ſuſcipimur in lucem, & hoc cæleſti ſpiritu augimur.

Suſcipiẽdus, Particip. vt Sacra ſolẽnia ſuſcipiẽda. Lucret. lib. 5. 234.

Suſcept', Aliud particip. vt Fames verbi ſuſcepta. Clau. 1. in Eutro. 81.
Tranſigere ſuſceptum negotium. Cic. pro Quintio, 50.
Vindicta legis ſuſcepta eſt tibi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 6. 7.
Sempiternam pœnam ſuſtinerem mea voluntate ſuſceptam. Cic. poſt reditum ad Quirites. 1.
Soboles ſuſcepta mihi de te. Virg. 4. Æneid. 66.
Filius patri de nouerca ſuſceptus eſt. Cic. 3. Offic. 117.

Suſceptum, ſuſcepti, neut. gen. Ouid. 11. Metam. 41, Suſceptáque
magna labore Creſcere difficili.

Suſceptio, ſuſceptiõnis, Verbale, Ipſe ſuſcipiẽdi actus. Cic. 3. de Finibus, 51, Sic ea quæ proficiſcuntur à virtute, ſuſceptione prima, non perfectione recta ſunt iudicanda.

Suſceptio cauſæ. Cic. pro Murena, 1, Et quoniam in hoc officio ſtudium meæ defenſionis ab accuſatoribus, atque etiam ipſa ſuſceptio cauſæ reprehenſa eſt, antè quàm pro L. Murena dicere inſtituo, pro meipſo pauca dicam.

Suſcito/ſuſcitas, penult. corr. ſuſcitare. Plaut. Moſtell. 6. 25, Quis iſtic dormit? PHILO. Calliidates. T. Suſcita iſtum, Delphium. Idem Mil. 6. 59, Sceledre Sceledre, te ſuſcita.

Suſcitare ſomno, è ſomno. Cic. 4. Tuſ. 67, Noctu ambulabat in publico Themiſtocles, quòd ſomnum capere nõ poſſet: quærẽ tibúſque reſpondebat, Miltiadis trophæis ſe è ſomno ſuſcitari. Plaut. Mil. 10. 95, Et prius quàm galli cantent, quæ me ſomno ſuſcitet.

E quiete ſuſcitare aliquem. Catull. ad Gellium, 75. 1.
Ignes extinctos ſuſcitare. Ouid. 3. de Arte, 119.
Ignes ſopitos ſuſcitare. Virg. 5. Æneid. 149.

¶ Suſcitare, Impellere, incitare. Senec. de Benefic. lib. 3. ca. 18, Officium eſſe filii, vxoris, & earum perſonarum quas neceſſitudo ſuſcitat, & ferre opem iubet. Virg. 12. Æneid. 11, Æneas acuit Martem, & ſe ſuſcitat ira. Idem 5. Æneid. 91, Acrior ad pugnam redit, & vim ſuſcitat ira.

Suſcitare aliquem ad ſuum officium, Adhortari. Plaut. Rud. 2. 13, Non enim illum expectare oportet, dum herus ſe ad ſuum ſuſcitet officium.

In prælia ſuſcitare aliquem. Virg. 11. Æneid. 146.
Bellum ciuile ſuſcitare. Brutus Antonio, lib. 11. 3. 6.
Crepitum ſuſcitare pede. Propert. lib. 2. eleg. 4. 1.
Pœnas ſuſcitare alicui. Virg. 4. Georg. 91.
Qui nouam rationem ſuſcitant, veteres maiorum obterunt laudes. Cic. Ante quàm iret in exilium, 9.
Suſcitare fictas ſententias, Cõmouere. Cic. 1. de Diuin. 146, ex Ennio, Qui ſui quæſtus cauſa fictas ſuſcitant ſententias.
Teſtem contra aliquem ſuſcitare. Cic. pro Roſc. Com. 21.
Vrbes attonitas ſuſcitat. Valer. 3. Argon. 42.

Suſcitábulum, ſuſcitábuli, pen. corr. Incitamentum. Varro, Fonicia ſunt vocis ſuſcitabulũ cantantiúmq; gallus gallinaceus. Non°.

Suſcuo/Vide Subſcuo.

SVSA, regio in Perſide, Vide SVSA.

SVSIANA, prouincia Aſiæ, (vt lib. 6. ca. 3. refert Ptolemæus) quæ à Septentrione terminatur Aſſyria, ab Occaſu Babyloniæ adiacet, ab Oriente habet Perſidem, à Meridie partem Perſici ſinus. Cuius ciuitates inſignes Traiana & Suſa, in qua templum Dianæ Suſiæ. Vide SVSA.

SVSINVS, Vide SVSA.

Suſpecto/ſuſpectas, ſuſpectare, Vide Suſpicio.

Suſpendeo/ſuſpendes, ſuſpendi, ſuſpenſum, ſuſpendẽre, pen. prod. Supra pendẽre. Columel. lib. 4. cap. 26, Sæpe enim notaui per imprudentiam ruſticos ſubiicere iugo palmam, & ita colligare, vt ſolo vimine ſuſpendeat. Legitur & ſoppendeat.

Suſpendo/ſuſpendis, ſuſpendi, ſuſpẽſum, ſuſpẽdere, pen. cor. Aliquid ſurſum ligare, & vincire vt pendeat. Colum. lib 7. cap. 10. 3, Deinde ſciſſas raleas ferularũ lineo funiculo religãt, & ita collo ſuſpendunt, vt ſtrumæ ferulis cõtingãtur. Plin. lib. 10. ca. 20. 5, Quem ſcio propter impatibiles vuæ morbos radicem eius filo ſuſpenſam in collo gerere, præter quàm in balneis.

Suſpendere ex ceruice. Plin. lib. 11. cap. 28. 2, Infantum remediis etiam ex ceruice ſuſpendantur.

Veſtimenta ſuſpendere. Horat. 1. Carm. ode 5. 4.

Ædificium ſuſpendere. Cicero in Topicis, 10, Non enim eius vitio qui demolitus eſt, damnum factum eſt: ſed eius operis vitio quod ita ædificatum eſt vt ſuſpendi non poſſit.

Caſtra ſuſpendunt ſaxis. Silius lib. 3. 111.

Tignis nidum ſuſpendit hirundo. Virg. 4. Georg. 61.

Littora ſuſpẽdere vomere, Arare littora. Stat. 4. Thebaid. 24, Maior at inde nouis it Doricus ordo ſub armis,
Qui ripas Lincæ tuas, tua littora multo
Vomere ſuſpendunt.

Tellurem ſuſpendere tenui ſulco. Virg. 1. Æneid. 14.

¶ Suſpendere, abquãdo eſt ſuſpendendo ſtrangulare. Cic. ad Atticũ, lib. 13. 190. 6, Ita nũtiat Brutus illũ ad bonos viros ἀναχωρεῖν, ſed vbi eos? niſi forte ſe ſuſpẽdit. Idẽ 5. Verr. 109, Centuripinum Dioclem hominẽ locupletem ſuſpendiſſe ſe conſtat.

Suſpendere ſe è fico. Quintil. lib. 6. cap. 3. 61, Quærenti quòd vxor ſua è fico ſe ſuſpendiſſet, &c.

Suſpẽdere de arbore. Cic. 1. de Ora. 134, Quũ familiaris quidã quereretur, quòd diceret vxorẽ ſuã ſuſpẽdiſſe ſe de ficu: Amabo te, inquit, da mihi ex iſta arbore quos ſeram ſurculos.

Suſpendere in arbore. Cic. 5. Verr. 47, Hominem corripi ac ſuſpendi iuſſit in oleaſtro quadam.

Caput obnubito, arbori infœlici ſuſpendito. Cicero pro Rab. Perduel. Reo. 5.

Piſcem hamo ſuſpendere. Ouid. 15. Metam. 11.

¶Suſpendere rem aliquam, Differre, prorogare. Liu. 9. bel. Maced. 114, Monit aliquantum oratio regis legatos, itaque medio reſponſo rem ſuſpenderunt.

Fletum ſuſpẽdere. Ouid. 4. Faſt. 171, Dat tamen exequias, nec iam ſuſpendere fletum Suſtinet.

¶Suſpẽdere aliquem, pro Incertum reddere. Plin. epiſt. vltima libri ſecundi, Diu miſeram expectatione ſuſpendit. Plaut. Vix compos mentis ſum, ita mihi ſuſpendit animum.

Suſpẽdere, Ducere, Suſpẽſum habere. Sueton. in Tiberio, cap. 24, Principatum, quãuis &c. diu tamen recuſauit. Impudentiſſimo animo nunc adhortãtes amicos increpãs, vt ignaros quãta belua eſſet imperium: nunc precantem Senatum, & procumbentem ſibi ad genua, ambiguis reſponſis & callida cunctatione ſuſpendens, vt quidam patientiam rumperẽt, atque vnus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut deſiſtat.

Suſpendere animos expectatione. Curtius lib. 9, Ea ipſa res omnium animos expectatione ſuſpenderat: quippe armato cõgredi nudum, dementia, non temeritas videbatur.

¶Naſo adunco ſuſpendere aliquem, Vide Aduncus.

¶Suſpendere ſpiritum, pro Mediocriter vel paululum quieſcere inter legendũ, ſubſiſtere. Quintil. de lectione loquẽs, Sciat puer vbi ſuſpendere ſpiritum debeat, quo loco verſum diſtinguere, vbi claudatur ſenſus, vbi incipiat.

Suſpenſus, Participiũ, ſiue nomen ex participio. Cic. 1. Tuſcul. 111, Vel equi Pelopis illi, Neptuni, qui per vndas currus ſuſpenſos rapuiſſe dicuntur, excipient te.

Suſpenſus reſte, manibus ſe demiſit. Liuius 8. ab Vrbe, 85.

Populus ſuſpẽſus. Sene. Troade, 11. 6, Et tota populo ſylua ſuſpenſo tremit.

Suſpenſis leniter alis, Vide Lenis.

Aulæa ſuſpenſa. Horat. 1. Serm. ſaty. 8. 11.

Volatus ſuſpenſus. Stat. 3. Thebaid. 93.

Lachrymæ ſuſpenſæ oculis. Ouid. ad Liuiam, 13.

Lacrymæ diu ſuſpẽſæ per ora fluxere. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 11,

¶Suſpẽſus, Incertus, dubius. Virg. 6. Æneid. 145, Dicam equidem, nec te ſuſpẽſum nate tenebo. Idem 2. Æneid. 13, Suſpenſi Eurypilũ ſcitatũ oracula Phœbi Mittim⁹. Idem. 4. Æneid. 2, -quæ me ſuſpenſam inſomnia terrent!

Suſpenſus expectatione nouarum rerum. Cic. ad Cõſules, lib. 15. 1. 7, His rebus allatis, etſi intelligebam ſocios infirmè animatos eſſe, & nouarum rerum expectatione ſuſpẽſos, ſperabam tamen eos, ad quos iam acceſſeram, quique noſtram conſuetudinem integritatémque perſpexerant, amiciores Pop. Rom. eſſe factos. Idem ad Brutum, lib. 11. 8. 1, Omnia enim erant ſuſpenſa propter expectationem legatorum.

Suſpenſus explicatione, Propter explicationem ſiue ſolutionem nodi Gordiani. Curtius lib. 3, Circa regem erat & Phrygũ turba, & Macedonum: illa explicatione ſuſpenſa, hanc ſolicita ex temeraria regis fiducia.

Detinere aliquem ſuſpenſum. Cic. Attico, lib. 10. 19. 3.

Suſpẽſus anim⁹, Solicitus. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 5. 1, Ego valde ſuſpẽſo animo expecto primũ te, deinde Maronẽ cũ tuis literis. Idẽ Attico, li. 2. 23. 1, Accepi aliquot epiſtolas tuas, ex quib⁹ intellexi quàm ſuſpẽſo animo & ſolicito ſcire aueres quid eſſet noui.

Animus occupatus & ſuſpenſus. Cic. 1. de Orat. 113.

Solicitam mihi ciuitatem ſuſpicione, ſuſpẽſam metu, &c. Cicero 1. de Lege agraria, 14.

Ne diutius oratione mea ſuſpẽſa expectatio veſtra teneatur. Cic. pro Cluentio, 5.

Gaudia ſuſpenſa. Claud. 5. Paneg. 46.

Mẽtem ſuſpẽſam pertẽtãt vicißim gaudia. Virg. 5. Æneid. 166.

Habere rationes ſuſpenſas. Cic. Lucceio, lib. 5. 13. 3.

Sors ſuſpenſa dubio metu. Stat. 1. Thebaid. 39.

Verba ſuſpenſa & obſcura. Tacit. lib. 1.

Vultus incertus & ſuſpenſus. Cic. pro Cluentio, 42.

In ſuſpenſo relinquere, Vide In præpoſitionem.

¶Suſpẽſus ſomnus, Leuis, inquietus, intrãquillus, in quo mẽs eſt ſemper dubia, & curis fatigata: cui contrariũ eſt profundus. Cic. 1. Tuſc. 169, Mater te appello, tu quæ curam ſomno ſuſpenſo leuas. Ex poeta.

Aurib⁹ ſuſpẽſis bibere, Diligẽter audire. Propert. lib. 3. ele. 6. 2.

Suſpẽſa terra, Non cõculcata, leuiter tãtum mota. Colum. lib. 11. cap. 2. 27, Ferè autem his diebus ozima ſerũtur, quorũ quum ſemen obrutum eſt, diligẽter inculcatur panicula vel cylindro: nam ſi terram ſuſpenſam relinquas, plerunque corrumpitur.

Suſpẽſiſſimũ paſtinatũ, In quo hum⁹ nõ paucula aut cylindro, ſed ne etiã pedũ veſtigiis cõculcata apparet, vt radicib⁹ ſeminũ molliter cedere poſſit. Colum. lib. 3. cap. 13. 6, Neq; enim parũ refert ſuſpẽſiſſimũ eſſe paſtinatum, &, ſi fieri poſſit, veſtigio quoque inuiolatum, vt mota æqualiter humus nouelli ſeminis radicibus quacunque in partem prorepſerint, molliter cedat.

Suſpenſo gradu ire, Placido & ſilenti. Terent. Phorm. 5. 6. 17, -hoc vbi ego audiui, ad fores
Suſpenſo gradu placidè ire perrexi.

Gradus ſuſpenſus digitis. Ouid. 1. Faſt. 85.

Suſpenſo poplite leuiter tranſire. Stat. 5. Syl. 4. 4.

Suſpenſio, Verbale, Incertitudo. Hirtius 5. bel. Africani, 187, Erat in caſtris Scipionis ſuperiore tempore magnus terror, & expectatione copiarum regiarum, exercitus eius magis ſuſpẽſione animi ante aduentum lubæ commouebatur.

Suſpendium, ſuſpendii, Suſpenſio. Gellius, Suſpendio vitam finiuit. Plaut. Aulul. 4. 11,
Vtinam me diui adaſſint ad ſuſpendium
Potius quidẽ, quàm hoc pacto apud te ſeruiã. Idẽ Caſin. 3. 11, -hercle me ſuſpendio,
Quàm tu eius potitor fias, ſatiu' eſt mortuum. Cic. 5. Verr. 110, Non inquam perpeterere, vt homines iniuriæ tuæ remedium morte ac ſuſpendio quærerẽt, niſi, &c. Mart. lib. 1. 186, Iam ſuſpendia ſæua cogitabas. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 4, Præbuit illa arbor miſero ſuſpendia collo.

Suſpẽdioſus, pe. prod. Adiect. Qui ſuſpẽſus eſt. Plin. lib. 18. ca. 4. 16, Cardinibus oſtiorũ aceto aſſuſis, lutũ fronti illitũ, capitis dolorem ſedare: item laqueum ſuſpendioſi circundatũ temporibus.

Suſpicio/ſuſpicis, pen. corr. ſuſpexi, ſuſpectum, ſuſpicere, Surſum aſpicere. Virgil. 1. Æneid. 89, Æneas ait, & faſtigia ſuſpicit vrbis. Cicero 1. Tuſc. 97, Et aſtra ſuſpeximus, tum ea quæ ſunt infixa certis locis, tum illa non re, ſed vocabulo errantia. Idem 4. Acad. 143, Dicet me acrius videre quàm vllos piſces fortaſſe, qui neque videtur à nobis, & nunc quidem ſub oculis ſunt, neque ipſi nos ſuſpicere poſſunt.

Suſpicere in cælum. Cic. in Somnio. 1.

Bucula ſuſpiciens cælum. Virg. 1. Georg. 76.

Suſpicere & circunſpicere. Cic. 1. de Diuinat. 109.

¶Suſpicere aliquem, Admirari & venerari, quaſi ſupra nos aſpiciamus illum eſſe collocatum quem admiramur. Cicero 2. Offic. 18, Si cuius virtutem ſuſpiciũt, quémque dignum fortuna quamampliſſima putant.

Eloquentia, quam ſuſpicerent omnes, quam admirarentur, quam ſe aſſequi poſſe diffiderent. Cic. in Orat. 51.

Honores & præmia ſuſpicere. Plancus Ciceroni, lib. 10. 9. 3.

¶Suſpicere, Suſpectũ habere. Saluſt. in Iugurtha. Per idẽ tẽpus Bomilcar, cuius impulſu Iugurtha deditionem, quam metu deſeruit, incœperat, ſuſpectus regi, & ipſe eum ſuſpiciens, nouas res cupere, ad perniciem eius dolum quærere. Nonius.

Suſpectus, huius ſuſpectus, maſc. gen. Ipſe ſuſpiciendi actus. Plin. lib. 37. cap. 9. 6, Hoc & minimè probatur, quando præcellens debet eſſe in ſuſpectu, velut ex carbunculo refulgens quidam in purpura leuiter roſeus nitor.

Honorum ſuſpectus. Ouid. 5. Faſt. 7, Protinus intrauit mentes ſuſpectus honorum.

Aſpectu & ſuſpectu refulgens. Plinius lib. 9. cap. 38. 3, Laus ei ſumma, color ſanguinis concreti, nigricans aſpectu, idémque ſuſpectu refulgens. Hoc eſt, ſi ſurſum conſpiciatur, & in aerem quod dicitur.

Suſpectu vaſto turris. Virg. 9. Æneid. 107, Turris erat vaſto ſuſpectu, & pontibus altis.

¶Suſpectus, Altitudo. Virg. 6. Æneid. 116, -tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum, tenditque ſub vmbras,
Quantus ad ætherium cæli ſuſpectus Olympum.

¶Suſpectus, pro admiratione. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 15, Videndum eſt quid maximè faciat ingratos: aut nimius ſui ſuſpectus, & inſitum mortalitati vitium, ſe ſuáque mirandi, aut auiditas, aut inuidia.

Suſpecto, ſuſpectas, ſuſpectare, Frequenter ſurſum aſpicere. Martialis, Oculiſque ſuſpectant ſydera. Plinius lib. 8. cap. 16. 17, Os morſu auidiore adhæſerat dentibus, cruciabátque inedia tum penè in ipſius telis ſuſpectantem.

¶Suſpectare, pro Suſpectũ habere. Tacitus lib. 1, Et quidam ſcelus vxoris ſuſpectabant. Idem lib. 4, Pellit domo Seianus vxorem Apicatam, ex qua tres liberos genuerat, ne pellici ſuſpectaretur. Idem lib. 18, Ad poſtremum Valens è petulantia etiam perfidiam ſuſpectabat.

Súſpicor, penul. corr. ſuſpicãris, ſuſpicari, Notæ ſignificationis. Dictum, quòd cum timore quodam ea videmur aſpicere, de quibus dubitamus. Terent. Heaut. 2. 3. 17,
-nam mihi nunc nihil rerum omnium eſt
Quod malim, quàm me hoc falſo ſuſpicarier. Cæſar 8. bel. Gall. 61, Cæſar etſi diſceſſum hoſtiũ animaduertere nõ poterat, incendiis oppoſitis, tamen id cõſilium quũ fugæ cauſa initũ ſuſpicaretur, legiones promouit. Cic. 3. Verr. 44, Hoſpes ianitor

qui nihil ſuſpicarentur, veritus nequid in ipſo ſe offenderit, homine ſũma vi retinere cœpit. Terent. Heaut. 4.1.49, Quid nũc ſuſpicare, aut inuenis de illa? Plaut. Trin. 4.41, Sũt quos ſuſpicor.
Ouid. epiſt. 1.15, Quæcũq; æquor habet, quæcũq; pericula tellus,
Tam longæ cauſas ſuſpicor eſſe moræ.
Scribe non modò ſiquid ſcies, aut audieris, ſed etiam ſiquid ſuſpicabere. Cic. Attico, lib. 7.131.1.
Suſpicor fore. Cic. ad Lentulũ, lib. 1.6.1, Me in ſummo dolore, quem in tuis rebus capio, maximè ſcilicet conſolatur ſpes, quòd valde ſuſpicor fore vt infringatur hominum improbitas. Cæſar 4. bel. Gall. 576, Ex euentu nauium ſuarũ, & ex eo quod obſides dare intermiſerant, fore id quod accidit, ſuſpicabatur.
Suſpicari aliquid mali. Cic. pro Cluentio, 19.
Res nefarias ſuſpicari. Cic. pro Milone, 47.
Aliquem abs ſe abalienatum ſuſpicari. Cic. Lẽtulo, lib. 1.7.10.
De ingenio alicuius ſuſpicari. Cic. de claris Orat. 17.
Duci ad ſuſpicandum. Cic. de claris Orat. 18.
Suſpicans, pen. corr. ſuſpicantis, Participium. Terent. And. 1.1.89,
Egomet quoque eius cauſa in funus prodeo,
Nihil ſuſpicans etiam mali.
Suſpicio, ſuſpiciõnis, Verbale, Ipſe ſuſpicandi actus. Cic. 1. de Fin. 79. Plerunque improborũ facta primò ſuſpicio inſequitur, deinde ſermo, atque fama.
Suſpicio in Fabium. Plin. lib. 7. cap. 45. 4, Inde ſuſpicio in Fabium, arcanorũmque proditionem.
Suſpicio hominum. Cic. ad Lentulum, lib. 1.1.12, Gratiam autem noſtram extinguit hominum ſuſpicio.
Abſcondita ſuſpicio. Cic. 1. de Orat. 154.
Cæca ſuſpicio, Vide Cæcus.
Repentina ſuſpicio. Cic. pro Cluentio, 85.
Suſpicio belli ſubita. Cic. 7. Verr. 11, Iſte motus ſeruorum, bellique ſubita ſuſpicio, vtrum tibi, &c.
Tenuiſſima ſuſpicio. Cic. 2. de Lege agrar. 80.
Ciuitas ſolicita ſuſpicione. Cic. 1. de Lege agrar. 14.
Abſoluere ſuſpicione, Vide Abſoluo.
Abeſſe à ſuſpicione. Cic. 4. Verr. 41. Vide Abſum.
Abeſſe à conſcientiæ ſuſpicione. Cic. pro Cælio. 17.
Adduci in ſuſpicionem, Vide Adduco.
Afferre ſuſpicionem, Vide Affero.
Amouere ſuſpicionem, Vide Amouco.
Aſpergere ſuſpicione, Vide Aſpergo.
Aſſequi ſuſpicione, Vide Aſſequor.
Attingere rem aliquam ſuſpicione, Vide Attingo.
Auertere rem à ſuſpicione, Vide Auerto.
Augere ſuſpicionem. Terent. Eunucho, 3.1.46, Imò magis auge ſuſpicionem, Vide Augeo.
Cadere in ſuſpicionem, Vide Cado.
Coargui ab aliquo ſuſpicionibus & coniectura. Cic. 1. de Lege agraria, 10.
Conferre ſuſpicionem in aliquem, Vide Confero.
Conſiſtit in aliquo ſuſpicio, Vide Conſiſto.
Conuenit in eum hæc ſuſpicio, Vide Conuenio.
Dare locum ſuſpicioni. Cic. pro Cælio, 6.
Dare ſuſpicionẽ ſibi recõcillatæ gratiæ. Cic. Appio, li. 3.11.11.
Suſpicio eſt. Plaut. Epid. 10.53, Sic ſuſpicio eſt. Hoc eſt, ita omnes ſuſpicantur. Idem Pſeud. 7.150,
Suſpicio mihi nunc eſt, vos ſuſpicarier
Me hæc idcirco tanta facinora promittere,
Qui vos oblectem. Terent. Eunucho, 5.3.8,
-iam tum erat ſuſpicio,
Dolo malo hæc fieri omnia. Idem Adel. 4.3.9, Suſpicionem hanc propter fratrem eius eſſe, & illam pſaltriam. Cic. Senatui lib. 15.2.3, Erat enim magna ſuſpicio Parthos, ſi ex Syria egredi atq; irrũpere in meam prouinciã conarẽtur, iter eos, &c.
Effugienda ergo in hac præcipuè parte omnis calliditatis ſuſpicio. Quintil. lib. 4. cap. 2. 89.
Expurgare ſuſpicionem, Dimouere. Cicero Ante quàm iret in exilium, 13.
Fugere perfidiæ ſuſpicionem. Cic. Attico, lib. 8.16.2.
Habere alicuius rei ſuſpicionem. Cic. pro Plancio, 43.
Habere quaſdam ſuſpiciones periculi. Cic. Attico, lib. 16.33.10.
Iacere ſuſpicionem, Vide Iacio.
Importat ſuſpicionem hæc res. Cic. filius ad Tironem, lib. 16. 11.15, Ne mea nimia cura ſuſpicionem ei aliquam importaret.
Incenſi ſuſpicione, rem in medium vocare cœperunt. Cicero pro Cluentio, 61.
Incidere in ſuſpicionẽ regni appetẽdi, Vide Incido pe. cor.
Suſpicio incidit de me. Terent. Adelph. 4.4.6, Nunc ſuſpicio de me incidit, neque ea immerito.
Increpuit ſuſpicio, Vide Increpo.
Inferre ſuſpicionem, Vide Infero.
Iniicere ſuſpicionem alicuius rei, Vide Iniicio.
Iniecta ſuſpicio rei atrocis. Cic. pro Cluentio, 85.
Inſequitur quippiam ſuſpicio, Vide Inſequor.
Inſidet alicui ſuſpicio, Vide Inſideo.
Interpoſita ſuſpicio belli, Vide Interpono.
Leuare ſuſpicionem. Quintil. lib. 4. cap. 2. 58, Quæ quum accuſator ſuſpicioſè narret, reus leuare ſuſpicionem debeat.
Leuare ſuſpicionem, atq; ab ſe remouere, Vide Leuo.
Manet ſuſpicio, Vide Mãco.
Minuere ſuſpicionem, Vide Mĩuo.
Mouere ſuſpicionem, Vide Mouco.
Iudex eſſe bonus nemo poteſt, qui ſuſpicione certa non moueatur. Cic. 7. Verr. 51.
Necare aliquẽ propter alicuius rei ſuſpicionẽ. Cic. 2. Phil. 109.
Peragrare omnes latebras ſuſpicionum. Cic. pro Cælio, 41.
Perſtringere ſuſpicione, Vide Perſtringo.
Præbuit pleriſque ſuſpicionem conſcientiæ. Tacit. lib. 17.
Relinquitur ſuſpicio. Cic. 2. Tuſc. 139, Dubitare non poſſumus quin tantus interitus in morte ſit, vt ne minima quidem ſuſpicio ſenſus relinquatur.
Suſpicionem ſegregare ab ſe. Plaut. Aſin. 13.19, Suſpiciones omnes ab ſe ſegreget.
Spargere variè ſuſpiciones. Quintil. lib. 7. cap. 3. 10.
Suſpicio amoris tranſlata in eum. Terent. Heaut. 4.5.51,
-quia enim in hunc ſuſpicio eſt
Tranſlata amoris. Hoc eſt, ſuſpicantur homines eum amare.
Suſpectio, ſuſpectiõnis, Verbale, Idem quod ſuſpicio. Terent. And. 3.2.21, Nam qui iſtæc tibi incidit ſuſpectio?
Suſpicioſus, penult. prod. Adiect. Qui ſuſpicionem habet. Terent. Adel. 4.3.15,
Omnes quibus res minus ſecũdæ, magis ſunt neſcio quo modo Suſpicioſi, ad contumeliam omnia accipiunt magis
Propter ſuam imporentiã, ſe ſemper credunt negligi. Sic Cic. 7. Verr. 60. Et ad Q. fratrem, lib. 1.1.20.
Suſpicioſum aliquid facere perſpicuum. Cic. pro Roſc. Amer. 11, Verùm id quod adhuc eſt ſuſpicioſum, niſi perſpicuum res ipſa fecerit, hunc affinem culpæ iudicatote.
Ciuitas maledica & ſuſpicioſa. Cic. pro Flacco, 53.
Crimen ſuſpicioſum. Cic. in Partit. 63.
Res perſpicua & ſuſpicioſa. Author ad Herennium, lib. 1.41.
Suſpicioſiſſimum negotium, & Suſpicioſiſſimũ tempus. Cicero pro Flacco, 5, Et is eſt reus auaritiæ, qui in vberrima re turpe compendium: in maledicentiſſima ciuitate, in ſuſpicioſiſſimo negotio, maledictum omne, non modò crimen effugit. Idem ad Lentulum, lib. 1.7.10, Virum enim excellentem, & tibi tua præſtãti in eum liberalitate deuinctũ, nonnihil ſuſpicantẽ propter aliquorũ opinionẽ ſuæ cupiditatis, te abs ſe abalienatũ, illa epiſtola retinuiſti. Qui mihi quũ ſemper tuæ laudi fauere viſus eſt, etiam ipſo ſuſpicioſiſſimo tempore Caniniano.
Suſpicioſa mula, Quæ neſcio quid ſemper ſuſpicatur & timet, *retinam* vulgus noſtrum vocat. Colum. lib. 6. cap. 38. 1, Suſpicioſæ mulæ ſanguis detrahitur. Alii legunt ſuſpirioſæ.
Suſpicióſe, pen. prod. Aduerbium. Cic. pro Deiotaro, 10, Id vos & à viro optimo, & ab homine minimè ſtulto cogitatum eſſe confingitis: at quàm non modò non credibiliter, ſed ne ſuſpicioſè quidem. Id eſt prorſus abſurdè & calumnioſè, inquit Budæus.
Suſpicioſè ac criminoſè dicere aliquid. Cic. pro Roſc. Ame. 53, Quum enim aliquid habeat quod poſſit criminoſe ac ſuſpicioſè dicere, apertè iudificari & calumniari ſciens non videatur.
Narrare aliquid ſuſpicioſè. Quintil. lib. 4. cap. 2. 58.
Suſpicax, pen. corr. ſuſpicãcis, pen. prod. Adiectiuum: vt
Animus ſuſpicax. Tacit. lib. 1, Etiam Q. Harterius & Mamercus Scaurus ſuſpicacem animum perſtrinxêre.
Silentium ſuſpicax. Tacitus lib. 3. Iis haud aliàs intentior populus, pius ſibi in principem occultæ vocis, aut ſuſpicacis ſilentii permiſit.
Suſpectus, Adiectiuum, De quo eſt ſuſpicio. Plaut. Bacchid 10.89.
Sat ſic ſuſpectus ſum quum careo noxia. Teren. Hecyra, 3.3.38,
-ſcio nemini aliter ſuſpectum fore,
Quin quod veriſimile eſt, ex re rectè eum natum putent. Cic. ad Seruium Sulpitiũ, lib. 15.15.1, Poſteaquam ex literis illius cognoui tibi eum falsò ſuſpectum fuiſſe, vehementiſſimè, &c.
Criminum capitalium ſuſpectus. Tacit. lib. 3, Suſpectique capitalium criminum receptabantur.
Spei ſuſpectus. Tacitus lib. 3, Suſpectúmque iam nimiæ ſpei Seianum vltrò extitiſſe.
Habere ſuſpectum aliquid. Virg. 4. Æneid. 10,
Nec me adeò fallit, veritam te mœnia noſtra
Suſpectas habuiſſe domos Carthaginis altæ.

Videre se aliquibus suspectum. Cic. 1. in Catil. 11.

Suspectus super aliquo scelere. Salust. in Iugurtha, Lachrymãs obtestatur per amicitiam, pérque sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectum sese haberet.

Suspectus in aliqua virgine. Suet. de claris Grãmat. 16, Quum filiam patroni nuptam M. Agrippæ doceret, suspectus in ea, & ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit.

Suspectus, cũ ablatiuo: vt Suspecta incestu. Plin. de Viris illust. 46, Tum Claudia virgo Vestalis, falsò incestu suspecta, deũ orauit, vt si pudicam sciret, sequeretur. Curtius lib. 8, In Calisthenem olim contumacia suspectum peruicatioris iræ fuit.

Suspectum est hoc mihi. Martial. lib. 1. 12,

Hoc mihi suspectum est, quòd oles bene Posthume semper:
Posthume nõ bene olet, qui bene semper olet. Cic. ad Atticum, lib. 4. 8. 1, Et si quæris, omnia mihi sunt suspecta.

¶ Arua suspecta linquimus. Virg. 3. Æneid. 110.

Dona suspecta. Virg. 2. Æneid. 8.

Fides suspecta. Stat. 5. Sylu. 2. 8.

Locus suspectus, pro Alto & cliuoso. Plin. epist. 311, Est tamen statim à capite paulo amplius mille passibus, locus suspectus & mollis: quẽ ego interim explorare modico impẽdio iussi. Plin. maior lib. 17. cap. 9. 9, Ideo substerni vtile est in locis suspectis.

Medicina animi suspecta. Cic. 3. Tusc. 1, Animi autem medicina nec tam desyderata sit antequam inuenta, nec tam culta posteaquam cognita est, nec tam multis grata atque probata, pluribus etiam suspecta atque inuisa?

Pax suspecta. Silius lib. 7. 54.

Tumores suspectos sanat. Plin. lib. 20. cap. 6. 10.

Vita aliquorum suspecta. Cic. de Amicitia, 48, Hæc est enim Tyrannorum vita: nimirum in qua nulla fides, nulla charitas, nulla stabilis benenolentiæ potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque solicita sunt.

¶ Suspectior, Comparatiuus. Cic. 2. Offic. 48, Quo enim quis versutior & callidior est, hoc inuisior & suspectior, detracta opinione probitatis. Liu. 7. bel. Pu. 137, Is omnia suspectiora quàm antè fuerant, in Senatu fecit.

Hoste suspectior. Claud. 4. Paneg. 61.

Suspiro, suspiras, pen. prod. suspirare, Spiritum ab imo pectore trahere, quod solicitudinis aut doloris argumentum est. Plaut. Menæch. 19. 8, Quin suspirabo plus sexcentum dies.

Amore ficto suspirat mulier. Lucret. lib. 4. 140.

Familiariter suspirare. Cic. Attico, lib. 1. 13. 3. Reperire ex magna turba neminẽ possumus, quicum aut iocari liberè, aut suspirare familiariter possimus.

Ingemit, & tacito suspirat pectore. Ouid. epist. 10. 41.

Ab imo suspirare. Ouid. 3. de Arte, 134. Subaudi PECTORE.

Febile suspirare. Claud. 1. in Eutrop. 54.

Calorem suspirare. Claud. 1. Paneg. 11,

-defixæque hospite pulchro
Persides arcanum suspirauere calorem.

¶ Suspirare, Desyderare. Iuuenalis, Saty. 11, 16. Suspirat longo non vitam tempore matrem.

Amores suspirare. Tibull. lib. 4. eleg. 5. 3, Quòd si fortè alios iam nunc suspirat amores.

In aliquã suspirare. Ouid. 1. Fast. 84, Hanc cupit, hanc optat, solam suspirat in illam.

Ad honores suspirare. Valer. 4. Argon. 106.

Suspirans, pen. prod. Participiũ: vt Curæ suspirantes. Cic. 1. de Diuinat. 76, -quo facto pater
Rex ipse Priamus, somnio mentis metu
Perculsus, curis sumptis suspirantibus
Exsacrificabat hostiis balantibus.

Suspirandus, Aliud participiũ: vt Domus suspiranda. Stat. 4. Thebaid. 4, -& cunctis dependet ab armis
Suspiranda domus.

Suspirãtus, huius suspirátus, pen. prod. m. g. Ipse suspirandi actus. Ouid. 14. Metam. 16, Respicit hunc vates, & suspiratibus haustis,
Nec dea sum dixit, &c. De Sibylla.

Suspirium, suspirii, Idem. Plaut. Ciste. 2. 46,
-hoc sis vide vt suspirium
Petiuit altè, & pallida est! Cic. ad Atticum, lib. 13. 5, Consul est impositus nobis is, quem nemo præter nos philosophos aspicere sine suspirio posset.

Sine cura, sine suspirio. Cic. 4. Tusc. 18.

Ægra suspiria. Stat. 6. Thebaid. 159.

Muta suspiria. Stat. 11. Thebaid. 111, Tandem muta furens genitor suspiria soluit.

Præsaga luctus suspiria. Ouid. 1. Metam. 25.

¶ Ducere suspiria ab imo pectore. Ouid. 10. Metam. 81.

Laxare suspiria. Claud. 4. de raptu Proserp. 36, -postquã suspiria tandem Laxauit, frænósque dolor.

Mulcere suspiria alicuius. Claud. 3. Paneg. 43.

Repetere suspiria tota nocte. Tibull. lib. 3. eleg. 7. 6.

Rumpere suspiria in voces. Claud. de bello Gildon. 47, Cui pater in tales rupit suspiria voces.

Trahere suspiria magno motu. Ouid. 2. metam. 151, Et tanto penitus traxit suspiria motu, Vt &c.

¶ Suspiriũ, Ipsa suspirandi difficultas: est enim morbus qui ex pulmonis vitio, aut imbecillitate fit. Plin. lib. 20. ca. 9. 19, Ad tormina, regios morbos, tussim veterem cũ suspirio. Colum. lib. 6. cap. 14. 1, Interdum tumore palati cibos respuit, crebrum suspirium facit. Sic Mart. lib. 1. 180.

Suspiriôsus, suspiriôsa, suspiriôsum, pen. prod. Qui spirãdi difficultatem patitur, vel cui vitiosa est respiratio. Plin. lib. 20. cap. 2. 1, Iidem podagris cum articulorum morbis decoctũ in aceto, illinunt præsentaneo remedio. Et paulo pòst, Suspiriosis prodest.

Su'sque de'que, id est plus, minúsve, inquit Festus. Súsque, déque habere, significat æquo animo esse, & quod accidit, nõ magnifacere, & interdum negligere, atque cõtemnere: hoc est, sursum deorsum feratur res, paruifacere. Plaut. Amphit. 10. 5, Atqui id me súsque déque esse habituram putat? Vide Gellium lib. 16. cap. 9. Cic. Attico, lib. 14. 304. 1, Nam de Octauio súsque déque. expecto quid de Mario?

Súsque déque habeo, Vide **Habeo**.

Sussilio, sussilis, Vide **Subsilio**.

Sustendo, sustendis, sustendi, sustensum, sustendere, Decipiendi gratia subdere aliquid aut machinari. Salustius, Dum sustendit insidias militi.

Sustento, sustentas, Vide **Sustineo**.

Susterna pars, Vide **Sapinus**.

Sustineo, sustines, pen. corr. sustinui, sustentum, sustinêre, Sursum tenere. Plaut. Menæch. 5. 13, -sustine has
Pensiculæ exuuias. Idẽ Pœnulo, 1. 90, Quãtum hominum terra sustinet. Cic. 1. de Nat. deorum, 41, Ex quo concluditur, quum omnes mũdi partes sustineãtur calore, mundũ etiam, &c. Plinius lib. 11. cap. 15. 1, Vineæ sine adminiculis se ipsæ sustinent.

¶ Sustinere, Pati, ferre. Terent. Phorm. 1. 1. 33,
-prima coitio est acerruma:
Si eam sustinueris, post illa iam, vt lubet, ludas licet. Plaut. Merc. 3. 8, Nõ tu scis quãtum malarũ rerum sustineam. Plin. epist. 11. 6, Et cur (inquit) me putas hos tantos dolores tandiu sustinere? Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 9,
Aurea sanctorum potuissent templa deorum
Vrere, quæ tantum sustinuere nefas.

¶ Sustinere se, pro Reprimere & retinere. Cic. ad Varronem, lib. 9. 8. 3, Expectabam omnino iamdiu, méque sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quàm aliquid accepissem. Cic. 4. Acad. 113, Quamobrem quũ tam vitiosum esse constet, assentiri quicquam, aut falsum aut cognitum, sustinenda est potius omnis assensio ne præcipitet si temere processerit.

Ab omni assensu se sustinere. Cic. 4. Acad. 89.

Sustinere se à respõdendo. Cic. 4. Acad. 186, Quum se à respõdendo vt aut approbet quid, aut reprobet, sustineat, vt neque neget aliquid, neque ait.

¶ Non sustineo, pro Nequeo, non possum, non audeo, nolo. Quintil. lib. 2. ca. 4, Nec enim huius rei iudicium differre sustineo. Idem lib. 3 cap. 8, Sed nõ sustineo esse conscius mihi dissimulanti in eo præsertim opere quod ad bonorum iuuenum aliquã vtilitatem cõponimus, in vlla parte iudicii mei. Ouid. 4. Fast. 141, -nec iam suspendere fletum
Sustinet. Idẽ 6. Metam. 111, -sed non attollere contrà
Sustinet hæc oculos. Celsus, Et qui ample valetudinarios nutriunt, quia singulis summa cura consulere nõ sustinent, ad cõmunia ista confugiunt. Plin. epist. 190. c, Non sustinui inducere in animũ, quo minus illi eodẽ die facturum me indicarẽ. Sic frequenter apud Suetoniũ, vt in Iulio, cap. 74. in Augusto, cap. 31. & 66.

Sine negatione. Curtius lib. 6, Hîc quum scripsissem ei pro iure tã familiaris vsus atque amicitiæ, qualis fore edita esset Iouis Hãmonis oraculo, sustinuit scribere mihi, se quidem gratulari quòd in numerũ deorũ receptus essem, cæterum misereri, &c. Sueto. in Caligula, cap. 30, Hanc vt crudelissimam cædem & defleuit edicto: & eos qui spectare sustinuissent, execratus est.

¶ Sustinere pro Defendere & tueri. Cic. 4. Academ. 37, Philo autem dum noua quædam commouet, quòd ea sustinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur, & aperte mentitur.

¶ Sustinere, Differre. Liu. 5. ab Vrbe, 101, Vix Cæditio tẽperauere animis quin extemplo impetũ facerẽt: cõpressique à Centurione quẽ sibimetipsi præfecerãt, rem in noctem sustinuere.

¶Aliquem ſua authoritate ſuſtinere, Fauere alicui, & illum tueri. Brutus ad Ciceronem, in epiſt. ad eundem, 7.2, Apuleium verò tu tua authoritate ſuſtinere debes.

Aciem ſuſtinere, Vide ¶Acies.

Æſtus ſuſtinere. Ouid. 2. Metam. 46, nec tantos ſuſtinet æſtus.

Artus infirmos baculo ſuſtinere. Ouid. 6. Metam. 6.

Artus titubantes ſuſtinere ferula. Ouid. 4. Metam. 6.

Caſus fortuitos magno animo ſuſtinere. Colum. libro 1.

Cauſam alicuius rei ſuſtinere. Cic. 5. Ver. 51, Q. Lollius eius filius qui Caldium accuſauit, adoleſcẽs & memoria bonus & fortis, & in primis diſertus, quum iis iniuriis contumeliiſque commotus in Siciliã eſſet profectus, in itinere eſt occiſus. cuius mortis cauſam fugitiui ſuſtinent: re quidem vera nemo in Sicilia dubitat quin eo ſit occiſus quòd habere clauſa nõ potuerit ſua conſilia de Verre. Idem Attico, lib. 13. 168. 4, Nónne furor eius omnem cauſam ſuſtinet? Id eſt, Nónne in eum vt furioſum omne crimen verti debet? Budæus.

Cauſam publicam. Cic. 1. Verr. 15, In mentem tibi non venit, quid negotii ſit cauſam publicam non ſuſtinere, vitam alterius totam explicare? Ibidem, 11, Tamen eſſet magnum tantam cauſam, tam expectatam, & diligentia conſequi, & memoria complecti, & oratione exponere, & voce & viribus ſuſtinere. Hoc eſt defendere.

Ceruicibus ſuis ſuſtinere Remp. Cic. pro Domo ſua, 110, Reuocate iam animos veſtros ab hac ſubtili noſtra diſputatione ad vniuerſam Remp. quam antea cum viris fortibus multis, in hac verò cauſa ſolis veſtris ceruicibus ſuſtinetis.

Cibo aliquo ſuſtineri. Colum. lib. 8. cap. 4. 2, Sed quum plane poſt Autumnum ceſſant à fœtu, poſſunt hoc cibo ſuſtineri.

Cõcurſũ omniũ philoſophorũ. Ci. 4. Acad. 116, Mihi autem magis videtur nõ potuiſſe ſuſtinere cõcurſũ omniũ philoſophorũ.

Conuitium quotidianum. Cicero pro Quintio, 42, At quis erat procurator? credo aliquem electum hominem egentem, litigioſum, improbum, qui poſſet ſcurræ diuitis quotidianũ conuitium ſuſtinere.

Crimen ſuſtinere, Defendere, excuſare. Cic. 7. Ver. 80, Videbat illis nauarchis teſtibus tãtum hoc crimen ſuſtinere ſe nullo modo poſſe.

Culpam alicuius rei. Cic. Attico, libro 7. 113. 2, Vt iam ne iſtius quidem rei culpam ſuſtineam, quòd minus diu fuerim in prouincia quàm fortaſſe fuerit vtile. Idem 3. de Legib. 54.

Curam belli. Cicero Attico, lib. 6. 116. 4, Quum enim arderet Syria bello, & Bibulus in tanto mœrore ſuo maximam curam belli ſuſtineret, &c.

Curam ſuſtinere, Anxium eſſe. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4. 8, Interim maximam hic ſolicitudinem, curámque ſuſtineo.

Cursum ſuſtinere, Hoc eſt retinere, & cohibere. Ci. Attico, lib. 13. 178. 3.

Curſum & impetum benevolentiæ ſuſtinere. Hoc eſt reprimere. Cic. de Amicitia, 56, Eſt igitur prudentis ſuſtinere vt curſum, ſic impetum benevolentiæ: quo vtamur quaſi aquis tentatis, ſic amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum.

Diem extremum fati ſuſtinet. Ouid. epiſt. 1. 23.

Dignitatem & decus ciuitatis ſuſtinere, Tueri. Cic. 1. Offi. 174, Eſt igitur proprium munus Magiſtratus, intelligere ſe gerere perſonam ciuitatis, debereque eius dignitatem & decus ſuſtinere, ſeruare leges, iura deſcribere.

Equos incitatos ſuſtinere, Retinere. Cæſar 4. bel. Gall. 585, Ac tantum vſu quotidiano & exercitatione efficiunt, vt in declui ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & breui moderari ac flectere didicerint. Cic. 4. Acad. 166.

Expectationem. Cic. 3. Offi. 8, Suſtines enim non paruam expectationem imitandæ induſtriæ noſtræ, magnam honorum, nonnullam fortaſſe nominis. Hoc eſt, Maxima eſt de te hominum expectatio, te imitaturum, &c.

Suſtinere ac tueri expectationem ſui. Cic. Curioni, lib. 2. 1. 7, Sic ad nos confirmatus reuertare, vt quam expectationem tui concitaſti, hanc ſuſtinere ac tueri poſſis.

Fama tua & officium non ſuſtinet, vt &c. Balbus Ciceroni, in epiſt. ad Atticum, li. 9. 178. 1, De te & tua fide & pietate idem me hercule mi Cicero ſentio quod tu, non poſſe tuam famã & officium ſuſtinere vt contra eum arma feras, à quo tantum beneficium te accepiſſe prædices.

Gradum ſuſtinere, Reprimere. Ouid. 6. Faſt. 80, Obſtupui tacitus, ſuſtinuique gradum.

Grauitatem alicuius ſuſtinere, Ferre, pati. Cic. Attico, libro 11. 118. 3, Iam enim corpore vix ſuſtineo grauitatem huius cæli, qui mihi laborem affert in dolore.

Humeris ſuſtinere Remp. Cic. pro Flacco, 71, De ſumma Reip. tacco: quam vos vniuerſam in hoc iudicio veſtris humeris, veſtris inquam humeris Iudices ſuſtinetis. Idem pro Milone, 18, Cõtulit ſe ad eius competitores, ſed ita, totam vt petitionem ipſe ſolus etiam inuitis illis gubernaret: tota vt comitia ſuis, vt dicitabat, humeris ſuſtineret.

Imperia alicuius. Cæſar 1. bel. Gal. 117, Hominem eſſe barbarũ, iracũdum, temerariũ, non poſſe eius imperia diutius ſuſtineri.

Impetum hoſtium. Liu. 5. ab Vrbe, 16, Vtrum tandem finitimi Populi Rom. eſſe putent, cuius ſiqua vrbs primum illũ breuiſſimi temporis ſuſtinuerit impetum, nihil deinde timeat: Cæſar 1. bel. Gall. 93, Equitatúmque qui ſuſtineret hoſtium impetum miſit. Cic. 3. Offic. 61, Athenienſes quum Perſarum impetum nullo modo poſſent ſuſtinere.

Incurſum alicuius. Ouid. 3. Metam. 17.

Iniuriam ſuſtinere dicitur ſementis, cui Perire opponitur. Colum. lib. 2. cap. 9. 3, Hoc nullam mediocritatem poſtulat. namvel pinguiſſima, vel macerrima humo iactatur, perit. illa poſt continuos imbres, ſi neceſſitas exigat, quanuis adhuc limoſo & madente ſolo ſparſeris, iniuriam ſuſtinent. Prima clauſula intelligit ordeum, ſecunda ſiliginem & far adoreum.

Labentem excepit, corruere non ſiuit, fulſit & ſuſtinuit, re, fortuna, fide, hodiéque ſuſtinet. Cic. pro Rab. Poſth. 17.

Labores. Ouid. 8. Metam. 101.

Laborem propter ambitionem. Cic. Attico, lib. 1. 12. 9.

Nihil eſt mali quod non & ſuſtineam & expectem. Cic. Attico, lib. 11. 119. 3.

Magnitudinem imperii. Cic. Poſt reditum in Senatu, 8, Sed fuerant ii Conſules, quorum mentes anguſtæ, humiles, prauæ, oppletæ tenebris ac ſordibus, nomen ipſum Conſularis, ſplendorem illius honoris, magnitudinem tanti imperii, nec intueri, nec ſuſtinere, nec capere potuerunt.

Manum ſuam dicitur Deus, quando retrahit. Ouid. 5. Faſt. 61, Sæpe Iouem vidi, quum iam ſua mittere vellet
Fulmina, thure dato ſuſtinuiſſe manum.

Vix molem huius inuidiæ ſuſtinebo. Cic. 1. in Catil. 17.

Ille enim furoris multam ſuſtinuerat, hic erroris. Cicero pro Deiotaro, 15.

Solus cum iſta copia, tantam multitudinem ſuſtinere nõ poſſum. Cn. Magnus Domitio, in epiſt. ad Atticum, lib. 8. 163. 3.

Munera. Cic. de Senect. 31.

Magnũ munus de aliqua re ſuſtinere. Cic. de Claris Orat. 58.

Munus conſulare. Cic. ad Plancum, lib. 10. 12. 7, Qui quòd Cõſules aberant, Conſulare munus ſuſtinebat more maiorum.

Aliquid muneris in Remp. fungi ac ſuſtinere. Cic. 5. Verr. 173.

Negotia. Horat. 2. epiſt. 1. 1.

Totum negotium gubernare, & ſuis humeris ſuſtinere. Cic. pro Milone, 18.

Ciuitatis nomen ſua authoritate ſuſtinere. Cic. pro Flacco, 26.

Nomen publicani. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 1. 1. 31, Quòd ſi genus ipſum & nomen publicani non iniquo animo ſuſtinebũt, poterunt iis conſilio & prudentia tua reliqua videri mitiora.

Officium. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 13.

Onus magnum. Cic. Cælio, lib. 2. 10. 3, Totum negotium non eſt dignum viribus noſtris, qui maiora onera in Rep. ſuſtinere & poſſim & ſoleam. Varinius ad Ciceronẽ, lib. 5. 9. 3, Hoc quicquid eſt oneris ac muneris, pro mea dignitate tibi tuendum ac ſuſtinendum puta. Horat. 1. Carm. ode 9. 1.

Suſcipere aliquod onus quod ſuſtinere non poſſis. Cicero pro Roſcio Amerino, 66.

Partes ſalutis alicuius. Cic. ad Atticum, lib. 3. 61. 4, Intelligóque multas partes meæ ſalutis & ſuſcipere & poſſe ſuſtinere, neque vt ita facias rogandum eſſe. Tacitus libro 3, Quia non Ædilis, aut Prætoris, aut Conſulis partes ſuſtineo.

Perſonam aliquam. Cic. 2. de Orat. 57, Tres perſonas vnus ſolus ſuſtineo ſumma animi æquitate, meam, aduerſarii, iudicis.

Perſonam magiſtri. Sueto. de Claris grammat. 24, Soli huic, nec vlli præterea grammatices parti deditus: hic nõ tam diſcipulos, quàm ſectatores aliquot habuit: nunquam enim ita docuit, vt magiſtri perſonam ſuſtineret.

Pœnam ſubire ac ſuſtinere. Cic. pro Domo ſua, 78.

Sempiternam pœnã ſuſtinere. Cic. Poſt reditũ ad Quirites, 1.

Prælia. Cic. ad Dolabellam, lib. 9. 11. 4, Quòd ſcribis, prælia te mea cauſa non ſuſtinere, non tam id laboro, vt ſiqui mihi obtrectent, à te refutentur, quàm intelligi cupio, quod certè intelligitur, me à te amari.

Pugnam. Liuius 3. ab Vrbe, 111, Luce prima iam cirnuallati ab Dictatore erant, & vix aduerſum vnum exercitum pugnã ſuſtinebant.

Sermones hominũ ſuſtinere, pro Reſiſtere obloquutionibus hominum. Cic. ad Caſſium, lib. 15. 14. 10, Abſens hominum ſermones facilius ſuſtinebis.

Seruitutem ferre & ſuſtinere.Cic.5.Tuſc.14.

Simulatio fronte & vultu ſuſtinetur.Cic.Lentulo,libro 1.9.61, Idque non ſolùm fronte,atque vultu,quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur, declarant ii qui tum noſtro illo ſtatu optimates nominabãtur,ſed etiam ſenſu ſæpe iam,tabellâque docuerunt.

Sumptum ſuſtinere.Brutus Ciceroni,lib.11.10.11,Non,ſi Varronis theſauros haberem,ſuſtinere ſumptum poſſem.Vetus exemplar habet ſumptui.

Suſpicionem.Plaut.Bacch.8.31,Ille innocens, ſuſpicionẽ hãc ſuſtinet cauſa mea. Idem Milite,7.35,

-propter eandem,maximam
Suſpicionem viſa ſum ſuſtinere.

Vultum alicuius ſuſtinere.Liu.3.belli Pun.36, Vultum ipſius Annibalis,quem armati exercitus tremunt,quem horret Populus Rom.tu ſuſtinebis?

¶Suſtinere, Alere, reficere. Liuius, Milites fluuiatili piſce & herbis ſuſtinebantur. Id eſt cibabantur. Virg.1.Georg.

-hinc patriam,paruoſque nepotes Suſtinet.

Suſtento,ſuſtentas,ſuſtentare,Frequentatiuum.Plaut.Capt.16.3,

-quúmque ex miſeriis plurimis
Me exemerunt,quæ adhuc te carens,dum hîc fui,ſuſtentabam.

Moles ſuſtentata per multos annos.Lucret.lib.5.10.

Actem ſuſtentare, Vide Ἄσκεω.

¶Suſtentare,Alere,reficere.Plaut.Stic.10.3,Valuiſtin' bene? ſuſtentaui ſeduló.Hoc eſt,Dedi operam vt viuerem,& corpus ſuſtentarem. Terent.Adel.3.4.36, -non malus,
Neque iners,alit illas:ſolus omnem familiam
Suſtentat. Suet.de Claris Grammat.15, Defuncto eo,filiúſque eius,ſchola ſe ſuſtentauit.

Alere & ſuſtentare.Cic.1.Tuſc.70, Eáque ei demum naturalis eſt ſedes,quum ad ſui ſimilem penetrauit,in quo nulla re egens alitur,& ſuſtentabitur iiſdem rebus quibus aſtra ſuſtentantur & aluntur. Idem 2.de Nat. deor.136, Quæ quidem neque ali,neque ſuſtentari,neque vllum fructum edere ex ſe ſine cultu hominum & curatione potuiſſent.

Caſus ſuos alienis opibus ſuſtentare.Cic.ad Figulum,libro 4.13.3, Ipſe enim pari fortuna abiectus, aliorũ opibus caſus meos ſuſtentabam.

Domum,& pacem ſuſtentauit.Tacit.lib.1.

Egeſtatem & luxuriam domeſtico latrocinio ſuſtentare. Cic. Poſt red.in Senatu,9.

Famem ſuſtentare.Cæſar 7.bel.Gal.61,Vſque eò vt complures dies milites frumento caruerint, & pecore è longinquioribus vicis adacto,extremam famem ſuſtentarent.

Suſtentat ſpes inopiam.Cæſar 3.bel.Ciuil.194, Iámque frumẽta matureſcere incipiebant,atque ipſa ſpes inopiam ſuſtentabat,quòd celeriter ſe habituros copiam confidebant.

Laborem ſpe otii ſuſtentare. Saluſtius ad Cæſarem,de Rep. ordinanda,Poſtremò ſapientes pacis cauſa bellum gerunt:laborem ſpe otii ſuſtentant.

Hominũ mẽtes cogitationéſque ſpes ſuſtẽtat.Cic.pro Flac.1.

Suſtentare aliquem ſuis officiis.Cic.Attico, lib.3.65.9,Terentiam vnam omnium ærumnoſiſſimam ſuſtentes tuis officiis.

Parſimoniã alicuius ſuis ſumptibus ſuſtẽtare,Cic.pro Cæl.30.

Non iuris ſcientia,ſed eloquentia ſuſtentari.Ci.1.de Ora.113.

Subſidiis & liberalitate aliquorum ſuſtentari. Cicero de Prouinc.Conſul.9.

Suſtentare tenuitatem alicuius.Cicero Tironi,lib.16.11.10,Vt poſſum,ex meis anguſtiis illius ſuſtento tenuitatem.

Suſtẽtare ac tuen valetudinem ſuã. Cic.Mario,lib.7.1.15,Tu modò iſtam imbecillitatem valetudinis tuæ ſuſtenta & tuẽre.

Valetudo ſui corporis notitia & obſeruatione ſuſtentatur.Cicero 2.Offic.117.

Vitia alicuius ſuſtentare.Saluſt.in Catilinã,Sed poſtquam luxu atque deſidia ciuitas corrupta eſt, rurſus Reſp. magnitudine ſua imperatorum atque magiſtratuum vitia ſuſtentabat.

¶Suſtentare ſc.Cic.Terentiæ,lib.14.4.11,Quod reliquum eſt, ſuſtenta te mea Terentia vt potes.

Me vix miſeréque ſuſtento.Cic.Attico,lib.3.46.1.

Suſtentare ſe in furore aliquo.Cicero 4.Acad.97,At enim ipſe ſapiens ſuſtinet ſe in furore ne approbet falſa pro veris,& aliàs quidem ſæpe.

Suſtentare ſe ſua virtute.Cic.Torquato, lib.6.4.18, Tu velim te,vt debes,& ſoles,tua virtute ſuſtentes.

Suſtentari literis,Suſtentari præclara conſcientia,& recreari. Cic.ad Atticum,lib.10.195.5,Præclara igitur conſcientia ſuſtentor,quum cogito me de Rep. aut meruiſſe optimè quũ potuerim: aut certè nunquam niſi diuinè cogitaſſe. Idem ad eundem,lib.4.79.4,Sic literis ſuſtentor & recreor: malóque in illa tua ſedecula,quam habes ſub imagine Ariſtotelis,ſedere,quàm

in iſtorum ſella curuli.

Cõſolatione ſuſtẽtari. Cic.de Claris Orat.185, Ea cõſolatione ſuſtentor,quã tu mihi Brute adhibuiſti tuis literis ſuauiſſimis.

¶Suſtentare aliquem,Suſtinere & fouere.Cic.Q. fratri,lib.2.7.7,Pompeius hæc intelligit, nobiſcúmque communicat inſidias vitæ ſuæ fieri,Catonem à Craſſo ſuſtentari.

Fide aliquos ſuſtentare.Cic.pro Rab.Poſth.3.

¶Suſtentare,pro Differre.Cic.Q.fratri,lib.1.8.7, Ædificationem Arcani ad tuum aduentum ſuſtentari placebat.

¶Suſtentare malum,Perferre.Liu.2.ab Vrbe,191,Diu ſuſtentatũ id malum partim Patrum cõſiliis, partim patientia plebis.

Quum ſuſtentare vix poſſes mœrorem tuum, doloremque deceſſionis.Cic.in Piſonem,70.

¶Suſtentãtum eſt,Imperſonale.Cæſar 2.bel.Gal.154,Id ex itinere magno impetu Belgæ oppugnare cœperũt.Ægrè eo die ſuſtentatum eſt.De Bibracte Rhemorum oppido loquitur.

Suſtentatio,Verbale,Ipſe ſuſtentandi actus.

Mora & ſuſtentatio.Cic.1.de Inuẽt.117,Deinde ex lege,vtrum ſtatim fieri neceſſe,vtrum habeat aliquã morã & ſuſtẽtationẽ.

Suſtollo/ſuſtollis,ſuſtuli,pen.cor.ſublãtũ,pen.prod.ſuſtóllere, Surſum leuare.Virg.1.Æneid.31,Suſtulit exutas vinclis ad ſydera palmas. Plaut.Ciſtel.1.106,Amiculum hoc ſuſtolle ſaltem.

Suſtollere in equum.Cic.pro Deiotaro,19.

Suſtollere virginem,Rapere.Plaut.Ciſtel.7.8,
Dico ei quo pacto eam ab hippodromo viderim
Herilem filiam noſtram ſuſtollere.

1.Eximuit tum illam?M. ſam horret corpus,cor ſalit.

Suſtollens,Particip.Catull.Argon.59.41,Dulcia nec mœſto ſuſtollens ſigna parenti.

Sublatus,Aliud participium.

Sublatè, Aduerb. vnde Sublatè dicere, cui opponitur Attenuatè. Ci.de Claris Orat.105, Quoniam ergo oratorum bonorum duo genera ſunt, vnum attenuatè preſſéque: alterum ſublatè,ampléque dicentium.

Sublatè de ſe dicere,Magnificè de ſe prædicare. Cic.pro Domo ſua ad Pontif.75, Nihil enim vnquam de me dixi ſublatius aſciſcendæ laudis cauſa potius, quàm criminis depellendi.

Suſum/pro Surſũ apud Antiquos.Cato ca.157.11,Ita ſubducito ſuſum animam quãplurimũ poteris,in triduo polypus excidet.

Suſurrus/ſuſurri,m.g.Paruũ & ſummiſſũ murmur: propriè autem arborum & frondium dicitur.Hora.lib.1.Carm.ode 9.4, Lenéſque ſub noctem ſuſurri. Cic.5.Tuſcul.145, Leniculus ſanè noſter Demoſthenes, qui illo ſuſurro ſe delectari dicebat, aquam ferentis mulierculæ. Horat.1.Serm.ſaty.8.16,

-tum in lecto quoque videres
Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros. Ouid.11.Metam.13,
Seditióque recens,dubióque author ſuſurri. Iuuen.Saty.4.11,

-tenui iugulos aperire ſuſurro.

Blandos audire ſuſurros.Propert.lib.1.eleg.11.3.

Humiles ſuſurri,Murmura tacitè precantium.Perſius Sat.2.1,
Haud cuiuis promptum eſt murmúrque,humiléſque ſuſurros
Tollere de templis,& aperto viuere voto.

Leues ſuſurri.Horat.1.Carm.ode 9.4.

Leuis ſuſurrus.Virg.eclog.1.11.

Occultus ſuſurrus.Claud.1.in Eutropium,18.

Suſurrus,Adiectiuum: vt Lingua ſuſurra. Ouid.7.Meta.168,Procrin adit,linguáque refert audita ſuſurra.

Suſurro,ſuſurras,ſuſurrare:vel Suſurror,ſuſurrãris,ſuſurrari,Furtim & ſummiſſa voce loqui.Terent. And.4.5.40,Iam ſuſurrari audio,ciuem Atticam eſſe hanc. Martialis lib.2.44,
Nequid ſorte petam timet,cauétque,
Et ſecum ſic,vt audiam,ſuſurrat.

Aure ſuſurrare.In aurem.Ouid.3.Metam.129,-maxima nutu
Pars mihi ſignificat: pars,quid velit,aure ſuſurrat.

Cum aliquo ſuſurrare. Ouid.epiſt. 18.4, Aut ego cum chata de te nutrice ſuſurro.

Fama ſuſurrat.Ouid.epiſt.20.47.

Suſurratio,Verbale. Cælius ad Ciceronem,lib.8.1.9,Ad Cæſarem crebri & nõ belli de eo rumores,ſed ſuſurrationes duntaxat veniunt.Vetus codex habet ſuſurratores.

Suſurro,ſuſurrõnis,maſc.g.Qui occultè maledicendo, odium inaliquem aut diſſenſionem mouet.

Sutates/dicuntur quaſi continuè ſuentes,vel ſtantes in ſutrina.Plaut.Aulul.15.41,Sedentarii,ſutates,diabathrarii.

Sutela/ſutélæ,pen.prod.Doloſa aſtutia,à ſimilitudine ſuentũ dicta,author Feſto.Plaut.Capt.11.54,
Atque ob ſutelas tuas te morti miſero,
Vel te interiiſſe,vel periiſſe prædicent.

Suterna/ſuternæ,Sutura,ſiue opus ſutorium.Varro,Quod ſuternas facere inſcius nihil homo agit.

Sutilis/et Sutor, Vide **Suo**/suis.

SVTRIVM, Oppidum vetustissimum x x x i i i mil. pass. ab Vrbe distans, quod adhuc nomen suum retinet. Hinc

Sutrius, Adiect. vt Sutria tecta. Silius lib. 8. 98, -Sabatia quique
Stagna tenent, Ciminique lacum, qui Sutria tecta
Haud procul.

Sutura/Vide **Suo**/suis.

Suus/sua, suum, Pronomẽ reciprocũ. Vide **Sui**. Plaut. Merc. 3. 88, -mihi
Talentum argenti ipse adnumerat sua manu. Idem Amphit. 4. 98, Ipsúsq; Amphitruo regem Pterelam sua obtruncauit manu. Terent. Phor. 1. 4. 14, Suus cuique mos. Quod vulgus barbarorum dicit, *Quisque habet suum modum*. Cic. ad Atticum, lib. 14. 318. 4, Suam cuique spõsam, mihi meam: suum cuique amorem, mihi meum.

Suis eũ certis, propriísque criminibus accusabo. Cic. 3. Ver. 19.

Suo sibi telo, pro Suo telo dixere veteres. Plautus Amphit. 4. 115, Atque hunc telo suo sibi malitia à foribus pellere. Idem Capt. 2. 46,
Sed inscientes sua sibi fallacia
Ita cõparárũt & cõsinxerũt dolũ. Ibidẽ, 5, Sed is quo pacto suo sibi seruiat patri. Ter. Adel. 5. 8. 36, -suo tibi hũc iugulo Gladio.

Minerua patrem dicitur interemisse, virginitatem suam violare conantem. Cic. 3. de Nat. deor. 81.

¶ Suus, pro Eius. Cic. ad Atticum, lib. 3. 65. 5, Lege enim collegii sui non tenebantur. Idem ad eundem, libro 4. 87. 2, Memmius cãdidatus pactionem in Senatu recitauit, quam ipse suus competitor Domitius cum c o s. fecisset. Eidem, lib. 6. 113. 11, Sed & tum præsens, & postea creberrimis, non destiti rogare & petere mea causa, suadere & hortari sua. Eidem, lib. 10. 103. 3, De fratre satis lenis in filio: indulsit illi quidem suus pater semper. Hæc probat Budæus, refragante Valla & contendente vbique legendum eius.

¶ Suus hæres, & suum seruare, id est proprium, non solum est peculiaris iurisconsultorum locutio, sed etiam oratorum. Cic. pro Rosc. Amer. 40, Sua quenque fraus, & suus terror maximè vexat, suum quenque scelus agitat, suæ malæ cogitationes conscientiæque animi terrent. Idem de Arusp. resp. 7, Sua concio risit hominem. Et 1. Offic. 159, Expendere oportebit quid quisque habeat sui. &c. id enim maximè decet, quod est cuiusque suum maximé. Sic ad Atticum, lib. 14. 308. 2, Plura nobiscum, hic perhonorificè & amicè Octauius, quem sui Cæsarem salutabant, Philippus non. Hæc quum Laurentius, aut certè eorum similia probet, tamen illud improbat, Suus Ciceronis filius hæres est patris institutus: quod dici ratio vetat, vt ipse affirmat. Quod si est verum, Plautus in Mercatore mendose illam sententiam formauit, Iubet saluere suus vir vxorem suam, vrbani sunt rustici. Cic. pro Quintio, 15, Inueniri ratio C. Aquili non potest, vt ad suũ quisq; quamprimũ sine cuiusquam dedecore, infamia, perniciéque perueniat: Hoc est, vt propriũ ius seruet & retineat. Plinius, Mulso constant suæ dotes. Id est peculiares. Hæc Budæus. Plau. Trin. 6. 34, Neu suũ adimeré alteri. Idem Merc. 14. 60, Et per nos quidem hercle egebit, qui suum prodegerit. Et Curcul. 10. 9, Quibus sui nihil est, nisi vna lingua.

Eiicere è ciuitate ciues suos. Cic. pro Sestio, 115.

Vti populo sanè suo. Cic. pro Quintio, 15.

Recuperare captiuos redditis suis. Cic. 3. de Orat. 60.

Qui profitetur esse suum facere aliquid. Cic. 1. de Orat. 36.

De suo, Vide **De** præpositionem.

Apponere de suo, Vide **Appono**.

¶ Suus in disputando. Cic. 4. de Fin. 17, Nã qui sciet vbi quidque positum sit, quáqi eò veniat: is etiam siquid obtrusum erit, poterit eruere: sempérque esse in disputando suus. Id est, nõ vtetur alienis inuentis argumentorum. Budæus.

Sua sponte. Cæsar 2. bel. Ciuil. 81, Hoc inito consilio denũtiasse Gallonio, vt sua sponte, dũ sine periculo liceret, excederet.

Sua vnius. Liu. 1. ab Vrbe, 35, Gratæ in vulgus leges fuere, quas quum solus pertulisset, vt suavnius in his gratia esset, tum deinde comitia collegæ subrogando habuit.

¶ Suapte, pro Propria. Plaut. Merc. 14. 9, Suapte culpa ex genere capiunt genus.

Suopte ingenio. Liu. 1. ab Vrb. 101, Feroces, & suopte ingenio, & pleni adhortantium vocibus. Ibidem. 74, Suopte igitur ingenio temperatum animum virtutib' fuisse opinor magis, instructúmque, &c. Plin. lib. 7. cap. 40. 1, Et suopte ingenio quisque terminet.

Suopte nutu. Cic. 1. Tusc. 63, Vt terrena & humida suopte nutu & suo põdere ad pares angulos in terram & in mare ferantur.

Suusmet. Tacit. libro 19, Pulsi cum sanciis integri suometipsi metu, & angustiis viarũ conflictabantur. Salust. in Iugurtha, Necesse est suomet ipsi more præcipites eant.

Syagros/Latinè dicitur aper. nã quod apud Græcos σὺς, apud nos sus: & ἄγριος ferus dicitur.

SYBARIS, pen. corr. fuit oppidum antiquissimum x i i millibus passuum ab Vrbe distans. Quin & aliud, teste Herodoto libro 5, quod à Crotone non longè abest, & eodem nomine fluuius Calabriæ, à cuius potu greges amouentinam si de eius aqua biberint, sternutamentis agitantur. Author Strabo libro 6. Oppidum ait Stephanus postea Thurion fuisse appellatum. Vnde Sybaritæ, pen. prod. dicti, gens in architectura voluptatum operosissima, Suida teste, luxu deliciisque adeò notabilis, vt quicquid effœminatum, quicquid molle, quicquid accurata atque ambitiosa luxuria paratum esset, id vulgo Sybariticum diceretur. Vnde Ouidius in libro Tristium secundo, scribens ad Augustum, Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit. Sybaritida vocat opus Hemitheonis cuiusdam Cynædi Sybaritæ, de generib' voluptatũ & obscœnarũ deliciarũ. Itẽ Martialis lib. 12. 97, ad Ruffũ, Qui certant, inquit, Sybariticis libellis. Philo Hebræus in vita Moysi, Sybariticas nequitias vocat lasciua poemata. Maximus Tyrius in dissertatione tertia de voluptatibus, Sybariticas saltationes commemorat. Aristoteles libro Moralium Eudemiorum primo, Smyndiriden quoque Sybaritam comparem Sardanapalo inter voluptuarios nominauit. Suidas fabulas aniles, aut parum pudicas, Sybariticas appellatas scribit. Idem refert Sybaritas instituisse vt equi ad tibiæ cantum saltare condiscerẽt. Et luxurioſos Sybaritas appellatos: & Sybarissare, Sybaritarũ ritu deliciis indulgere dictũ. Astipulatur & Quintilianus his verbis lib. 3. ca. 9, Frugalitas apud Sybaritas forsitan odio foret, veteribus Romanis summum luxuriæ crimen.

Sybaritanus, pen. prod. Adiectiuum. Plinius lib. 8. cap. 42. 4, Docilitas tãta est, vt vniuersus Sybaritani exercitus equitatui, ad symphoniæ cantum saltatione quadam moueri solitus inueniatur.

Sybaris, Iuuenis nomen apud Horatium, 1. Carm. ode 8. 1,
Lydia dic per omnes
Te deos oro, Sybarim cur properat amando Perdere?

Sycon/n. g. Latinè ficus dicitur. Martialis lib. 5. epig. 39, in Calliodorum Quadringenta secat, qui dicit σῦκα μόρεα.

Sycómorus, pen. corr. fœm. generis, Arbor à ficu & moro sic dicta. σῦκα enim ficus: μόρεα arbor est quã & Latini morũ appellant. De hac sic Ruellius, Ficũ Ægyptiã Theophrastus Ægyptiã moron, Celsus morosycõ appellat. Dioscorides, Galen', & Theophrasto posteriores, indito à ficu & moro nomine, sycomorũ appellarunt. Dioscoridi arbor est amplissima, ficus simil. tudine, large succo, foliis moro quáproximus. Fruct' ex argumẽto gust' ignaui cognomines ternos aut quaternos anno fundit, eósq; nõ ramis vt ficus: sed caudice ipso gerit, simúles caprificis, dulciores q; grossulis, hoc est primitiuis in fico pomis, sine granis interioribus. Nec matureſcunt aliter, quàm scalpendo ferreis vnguibus, magno prouentu eorũ in Caria & Rhodo, locisque prorsus parũ tritici feracibus, populis in annona caritate penuria pro pane frumentóque satisfaciunt: tam restibilis pomi eius vbertas & copia est. Pomum ventri quidem amicum, sed minimam præbet alimoniam. Et post paulum, Tradit Vlpianus hanc arborem in Niloticis aggeribus esse frequentem, grauitérque in eos animaduerti, qui sycomorum exciderũt. Potentia etiam inter morum & ficum media, quod & illi nomen apud Galenum sycomori peperit. Ostenditur apud nos in cortibus arbor sycomori (vt aiunt) nomine, frondosa, moro non dissimilis, cõspectu, folio, magnitudine: sed neque germinibus, neque ramis quicquã prouenire deprehendimus, nisi quippiam ineunte Vere, quum parturit veluti nucamentum prælongum. Fructum foliacea siliqua, inflexu ferè falcato gerit. Sed aliud dissuadet non esse sycorum vel Ægyptiam ficum, quòd scalpru vulnerata nihil remittat lactis. Porrò vera æstatibus multa lactea scatet saliua.

Sycophanta, sycophantæ, m. ge. Obseruator & delator eius qui ficos furto sustulisset. παρὰ τὸ σῦκα φαίνειν, Id est ab indicando eũ qui ficos ederat.

Sycophanta, pro Mendace, Cauillatore, siue doloso ponitur. Quod hinc originem habuit. E' duobus seruis Græci cuiusdam viri alter ficus quæ domi paratæ erant, absumpserat: alter, quis eas abstulisset, ignorabat. Quærenti eas domino sons innocentem accusabat. Herus vt veritatem exploraret, haurire vtrũque subtepidam aquam iussit, deinde euomere. Tunc primùm sycophantæ ortum vocabulũ: eo ita appellato, qui ficos deuorauerat, culpámque in innocentẽ cauillando, ac mentiendo reiecerat. Festus, Sycophantas appellatos hac de causa dicunt. Atticos quódam iuuenes in ortos irrũpere solitos, ficúsque deligere: quam ob causam lege cõstitutum fuisse, vt quicũque id fecisset, capite plecteretur. Hanc igitur pœnam qui persequerentur ob paruula detrimenta, sycophantas, hoc est ficorum edones esse

appellatos. Hæc Sipontinus. Plaut. Amphit. 6.8, Nimis hic scitus est sycophanta, qui quidem sit meus pater.

Pergraphicus sycophanta, Vide Pergraphicus.

SYCORIS, Vide SICORIS.

Sycophantia, sycophantiæ, pen. cor. Calumnia, delatio, falsa accusatio. Significat & Fallaciam. Plaut. Asin. 11.1.

Perfidiæ laudes, gratiásque habemus meritò dis magnas
Quum nostris sycophantiis, dolis, astutiísque
Scapularum confidentia, &c. Idem Milite, Nam ego inueni lepidè sycophantiam.

Sycophantias struere, Machinari. Plaut. Asin. 3.57,
Neque puduit eum id ætatis sycophantias Struere.

Sycophantor, sycophantaris, sycophantari, Falsò accusare. Plautus Trinum. 11.41, Quanquam hoc me ætatis sycophantari pudet. Ibidem, 13.113, Enimuero ego nunc sycophantæ huic sycophantari volo.

Sycophantisso, sycophantissas, sycophantissare, Idem.

Sycophantiosè, Aduerbium antiquum, pro Dolosè. Plaut. Pseud. 10.101, Ego nec sycophantiosè quicquam ago, nec maleficè.

SYDERIS, Plinio lib. 6. ca. 16, Fluuius, à quo mare Hyrcanum vocari incipit.

Sydus, sideris, pen. corr. n. g. Quod in aliquod signum complurium stellarum cõpositione formatum est: vt Aries, Taurus, Andromeda, Perseus, Corona, & quæcunque variarum genera formarum feruntur in cælum recepta. Vide Plinium lib. 1. cap. 18. Virg. 1. Georg. 7, Anne notum tardis sydus te mensibus addas.

Crinis timendi syderis. Lucan. lib. 1. 105, -crinémque timẽdi
Syderis, & terris mutantem regna cometen.

Regina syderum Luna. Horat. in Carm. secul. 7.

Abruptum sydus, Vide Abruptus.

Amicum sydus. Horat. Epod. 10.1.

Clarum sydus Tyndaridæ. Horat. 4. Carm. ode 8.7.

Clemens sydus. Claud. in Epithal. Palladii, 46.24.

Decretorium sydus, Vide Decretum.

Feruidum sydus, Canicula. Horat. Epod. 1.6.

Insana sydera Capræ. Horat. 3. Carm. ode 7.2.

Lætabile sydus. Valer. 6. Argon. 111, Nec tibi virgo Iubæ lætabile sydus Achiuæ.

Lugubre refulsit sydus. Valer. 8. Argon. 11.

Niuosum sydus Pliadum. Stat. 1. Sylu. 3.10.

Publica sydera. Ouid. epist. 17.31.

Sublime sydus Arctos. Senec. Herc. fur. 1.1.

¶ Sydera, pro stellis. Cic. 1. Tus. 106, Tum in eodẽ orbe in duodecim partes distributo, quinque stellas ferri, eosdem cursus constantissimè seruantes disparibus inter se motibus, nocturnámque cæli formam vndique syderibus ornatam.

Meatus syderum, Vide Video.

¶ Alta sydera. Virg. 5. Æneid. 114.

Aurea sydera. Virg. 1. Æneid. 98.

Candida sydera. Lucret. lib. 5. 143.

Connexa sydera, Vide Connecto.

Lucida sydera. Horat. 1. Carm. ode 3.1.

Micantia sydera. Catull. in Epithal. Mallii, 56.42.

Palantia sydera. Lucret. lib. 2. 206.

Radiantia sydera. Ouid. 7. Metam. 67.

Sparsa mundo sydera. Senec. Hippol. 9.1.

Surgentia sydera. Virg. 6. Æneid. 170.

Vaga sydera. Senec. Octau. 1.1.

Volantia sydera. Virg. 5. Æned. 105.

¶ Adire vsque ad sydera, Vide Video.

Crinem ducunt volantia sydera. Virg. 5. Æneid. 105.

Clamor ferit sydera. Virg. 1. Æneid. 98.

Ferire sydera vertice, Cõtingere cælũ vertice. Hor. 1. Ca. od. 1.7,
Quod si me lyricis vatibus inseris,
Sublimi feriam sydera vertice.

Ferre ad sydera nomen alicuius, Summis laudibus celebrare. Virg. 9. eclog. 6.

Pallent sydera turbata vicino die. Stat. 11. Theb. 81.

Connexa polus dum sydera pascet. Virg. 1. Æneid. 113.

Cadentia sydera suadent somnos. Virg. 2. Æneid. 1.

Tangere sydera vertice, Id est fœlicissimum esse. Ouid. 7. Metam. 11, -quo coniuge fœlix,
Et dis chara ferar, & sydera vertice tangam.

Latitantia sydera tegunt nubes. Ouid. 10. Metam. 90.

Voluuntur sydera lapsu. Virg. 4. Æneid. 105.

¶ Sydus, pro Sole & Luna. Plin. lib. 7. ca. 60.1, Inclinato sydere supremam pronuntiauit. Idem lib. 8. cap. 1.2, Atque ita salutato sydere in syluas reuerti.

Torrentia agros sydera. Horat. 3. Carm. ode 1.7.

Clarior sydere. Horat. 3. Carm. ode 1.9.

Pulchrior sydere. Horat. 3. Carm. ode 9.5.

Æthereum sydus. Ouid. 1. Metam. 86.

¶ Sydera, pro Planetis. Plin. lib. 2. ca. 6, Inter hanc terram, cælúmque eodẽ spiritu pẽdent certis discreta spatiis septẽ sydera, quæ ab incessu vocamus errãtia, quum errent nulla minus illis.

Æmulum sydus, Vide Æmulor.

Salubre sydus Veneris. Lucan. lib. 1. 131.

Hebet sydus Veneris. Lucan. lib. 1. 131.

¶ Affixa mundo sydera, Vide Affigo.

Afflari sydere, Vide Afflo.

Attributa sydera singulis nobis, Vide Attribuo.

Dextro sydere editus. Stat. 3. Sylu. 4.13.

Percuti sydere, Vide Percutio.

¶ Gentis suæ sydus, Decus & ornamentum. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3.1, O sydus Fabiæ Maxime gentis ades.

¶ Sidus, qui per i Latinum scribunt, à Sido, sidis, sidere deriuant: quàm recte, ipsi viderint: nam Sidere nõ significat fixum manere: vt vides paulo antè in SIDO. Alii malũt y Græco scribi: ἀπὸ τῦ σὺν, quod est simul, & ἰδεῖν videre deriuantes, quòd plures stellæ simul conspiciantur. Alii ab συνεῖναι, quod est cõmeo, & conuenio, vt sit plurium stellarum conuentus.

Sydereus, Adiect. Quod ex sydere est. vt Splendor sydereus. Virgil. 10. Æneid. 1, Sydeream in sedem. Id est in astriferum circulum.

Æstus sydereus. Ouid. 6. Metam. 69.

Arx syderea. Ouid. 3. Amor. eleg. 9.5.

Canis sydereus, Canicula. Ouid. 4. Fast. 189.

Cælum sydereum. Ouid. 10. Metam. 18.

Ignes syderei. Ouid. 1. Metam. 157.

Lux syderea. Ouid. 4. Metam. 34.

Polus sydereus. Valer. 4. Argon. 118.

Vultus syderei. Stat. 5. Theb. 13.

¶ Sydereus, Altus. Martial. lib. 1. 2, Hic vbi sydereus propius videt astra colossus.

¶ Sydereus, Fulgens. Virg. 3. Æneid. 118, -nec lucidus æthra
Syderea polus.

Arnus syderei. Stat. 1. Sylu. 1. 19.

Aues sydereæ Iunonis. Claud. 1. in Eutrop. 66.

Syderãlis, & hoc syderãle, pen. prod. Quod ad sydus pertinet. Plin. lib. 18. ca. 24. 11, Prius tamen syderalis difficultas subiicienda contemplationi est. Idem libro 7. cap. 49.1, Poscere videtur locus ipse syderalis scientiæ sententiam.

Syderor, pen. corr. syderaris, syderari, Sydere afflari. Plin. lib. 9. cap. 16.4, Fluuiatilium silurus Caniculæ exortu syderatur, & aliàs fulgure sopitur. Id est obtorpescit.

Syderãtus, penul. prod. Participium, Qui syderatione morbo affectus est. Plin. lib. 28. cap. 16.8, Syderatis vrina pulli asinini, nardo admisto, perunctione prodesse dicitur.

Syderatio, syderatiõnis, fœ. g. Morbus est arborum afflatarum sydere, quocunque modo id acciderit. Peculiare autem nomen syderationis est sub ortu Canis siccitatum vapor, quum insitæ ac nouellæ arbores emoriuntur, præcipuè ficus & vites. Plin. lib. 17. cap. 24.6, Syderatio tota cælo constat. Quapropter & grando in its causis intelligi debet, & carbunculatio, quod primarum iniuria euenit. Hæc enim vernotempore inuitatis & erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit lactescentes germinũ oculos, quod in flore carbunculum vocant. Budæus.

Syderatio, Græcè dicitur astrobolismos, quasi syderis percussio, quam sphacelismon quidam appellãt, vt ait Theophrastus lib. 5. de causis, qui syderatas arbores astrobletas appellat, quasi sydere percussas. Budæus.

¶ Syderatio, Morbi genus. partem aliquã corporis, sæpe pene totum corpus percutientis subito, atque exiccãtis, & plerunque hominem enecantis: quod quum repentino quodam eueniat impetu, è cælo vi quadam syderis prouenire putatur.

SYENE, pen. prod. vrbs in confinibus Æthiopiæ atque Ægypti, supra Alexãdriam versus Meridiem quinque millibus stadiorum sub tropico Cancri directe locata. Vide Sole existente in Cancro medio solstitii die supra verticem ciuitatis, nullam prorsus in ea vmbram iaci, ait Plinius lib. 2. ca. 73. Lucanus lib. 2. 117, -vmbras nusquam flectente Syene.

Atra Syene. Claud. de Nilo, 6.4.

Calida Syene. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6.16.

Eoa Syene. Statius 2. Sylu. 2.18,
Saxa quot Eoæ respergit vena Syenes:
Synnade quot mœsta Phrygiæ fodẽre securi
Per Cybeles lugentis agros, vbi marmore picto
Candida purpureo distinguitur area gyro.

SYLA, per simplex l, mós Lucaniæ, & sylua in illo. Sic dictaquasi σύρτις, id est tractu: hoc est, latronibus frequentatus: vt Salust. de fugitiuis, In sylua (inquit) Syla fuerunt. Virg. 11. Æneid. 143.

Ac velut ingenti Syla, summóve Taburno
Quum duo conuersis inimica in prælia tauri
Frontibus incurrunt, pauidi cessere magistri.

SYLLA, Nobilis Romanus, teste Salustio, qui ex antiqua Scipionum familia originem duxit: in adolescentia omnibus flagitiis inquinatam vitam egit, hoc est vsque ad Quæsturam: quam sub Mario adeptus est, in qua vitam omnem penitus commutauit: & (vt dixit Valerius Maximus) catenas Iugurthæ manibus iniecit: Mithridatem compescuit: socialis belli luctus repressit: Cinnæ dominationem fregit: & Marium qui olim se Quæstorem fastidierat, ipsam illam prouinciam proscriptum & exulem coegit petere: fuitque literis Græcis & Latinis bene eruditus, facundus, acer, astutus, gloriæ cupidus, sui securus: multarum rerum & pecuniæ maximæ largitor, animo grandis: ita vt dicat Salustius, dubitari potuisse, fortior an fœlicior esset. Nam fœlix eò dicit voluit, quòd inimicos Marianos fœliciter vltus est. Dictatore deinde effectus ita Remp. oppressit, vt, teste Cicerone in Verrē, nemo illo inuito, nec bona, nec patriā, nec vitam retinere posset. Postremò Rep. constituta Dictaturam deposuit, & priuatus Puteolos concessit. Quapropter Cæsar Iulius dicere consueuit illum literas nescisse, quia Dictaturam deposuisset, vt scribit Tranquillus. Puteolis dicitur morbo pediculari correptus interisse. Vide Plutarchum.

Homo à populi causa remotissimus L. Sylla. Cic. pro Cluē. 111.
Municipiis ciuitatem ademit L. Sylla. Cic. pro Domo sua, 61.
Magister scelerum Sylla. Lucan. lib. 1. 67.
Emisti bona Sex. Alpheni, L. Sylla Dictatore vendente. Cic. pro Quintio, 51.

Syllānus, pen. prod. Adiect. Cic. 3. de Lege agrar. 5, Qui nos Syllanos in inuidiam rapit?
Cadauera Syllana. Lucan. lib. 2. 42.
Ferrum Syllanum. Lucan. lib. 2. 68.
Manes Syllani. Lucan. lib. 1. 116.

Syllaturio, syllāturis, pen. corr. syllaturire, Syllam imitari. Cicero Attico, libro 9. 18. 1. 1, Hoc turpe Ch. nostet biennio antè cogitauit, ita Syllaturit animus eius, & proscripturit diu. Vide Proscribo.

Alius fuit Faustus Sylla; cuius meminit Seneca Octau. 8. 1,
Perage imperata, mite qui Plauti mihi
Syllæque cæsi referat abscissum caput. Verba sunt Neronis.

Syllaba/syllabæ, pen. cor. Comprehensio literarum, vel vnius vocalis enuntiatio, temporum capax. De hac vide Grāmaticos.
Claræ syllabæ, Vide Clarus.
Cadunt verba in syllabas, Vide Cado.
Leguleius auceps syllabarum. Cic. 1. de Orat. 111.
Coeuntes inter se syllabæ. Quintil. lib. 1. cap. 1. 27.
Peccare in syllaba. Cic. in Parad. 31.
Clausulam longa terminare syllaba. Cic. 3. de Orat. 101.

Syllabātim, pen. prod. Aduerb. Per singulas syllabas. Cic. Attico, li. 13. 28. 1. 6. At ego, ne Tironi quidē dictaui, qui totas περιοχὰς persequi solet, sed Spintharo syllabatim.
Dicere syllabatim. Cic. 4. Acad. 114, Quū enim tuus iste Stoicus sapiens syllabatim tibi ista dixerit.

Syllepsis/huius syllepsis, f. g. Dicī potest conceptio: ab συν con, λαμβανω acceptio: quæ fit quū pluralis dictio, singulari verbo copulatur. Virg. 1. Æn. 111, -sociis & rege recepto. Aut singularis pluralī verbo cōnectitur. vt Virg. ecl. 1. 17, -sunt nobis mitia poma, Castaneæ molles, & pressi copia lactis. Aut quū pro multis vn⁹ ponitur. vt Virgil. 2. Æn. 4, -armato milite complent. Item pro vno multi. Vir. 9. Æn. 106, Vos ô Calliope precor aspirate canēti.
Syllepsis, Pars maior authores sunt. Liu. 10. bel. Pun. Hæc per nuntios magis equidem acta crediderim, & ita pars maior authores sunt. Alia Syllepsis, Magna pars saucii. Ibidem, Ex tot millibus armatorum, xx millia peditum, & quingenti equites semiermes, magna pars saucii, afflatique incendio effugerunt. Item alia Syllepsis, Ibidem, Igitur pro se quisque inermes, vt quib⁹ nihil hostile suspectū esset &c. in agmē Romanū ruebāt.

Syllogismus/syllogismi, masc. ge. Computatio, pensatio, ab συν & λογισμὸς, quod est computo, concludo: vel ab λογίζομαι ratiocinor. Ratiocinatiuū vel collectiuū vertit Quintilianus. Idē lib. 3. ca. 7, In syllogismo tota ratiocinatio ab eo est qui intēdit.

SYLOSON, pen. corr. Polycratis Samiorū tyranni frater. Is quum Dario Hystaspis filio vestem quam ferebat, aliquando largitus esset: nam ille quum nondum rex esset, eam magnopere concupierat: quum verò regnaret, dono Syloſonti tyrannidem dedit, qui acerbè imperauit. Quare vbi hominibus viduata est. Vnde ductum est prouerbium, ἄνευ Συλοσῶντος ἀρχυρία. Id est, Syloſontis opera locus amplus est. Strabo lib. Geographiæ 14.

Sylua/ Generale nomen est, propriè arborum, & quæ cædua est, hoc est quæ habetur in eū vsum, vt ex ea cædatur materia Seruius, Quam Græci ὕλην vocant, poetæ nominant syluam, id est elementorum congeriem, vnde concta procreantur. Virgil. 3. Æneī. 137, -sylua alta Iouis, lucúsve Dianæ. Idē Seruius alio loco, Publica ceremoniarum opinio hoc habet, pecorū & agrorum deum esse Syluanum. Prudentiores tamen dicunt, eum esse ὕλαιον θεὸν, hoc est deum τῶν ὑλῶν. Hyle autem est fex omnium elemētorum, id est ignis sordidior: & aer, item aqua & terra sordidiora, vnde concta procreantur, quam ὕλην, Latini materiam appellauerunt: nec incongruè, quum materiæ syluarum sint. Ergo quod Græci à toto, hoc Latini à parte dixerunt.

Locus in media sylua maximè opacus & frigidus. Cicero 3. de Oratore, 11.

Brachia syluarum, Rami. Stat. 1. Theb. 73.
Comæ syluarum, Frondes. Stat. 3. Sylu. 3. 10.
Filia syluæ pinus. Horat. 1. Carm. ode 14. 3.
Gloria syluarum pinus. Stat. 5. Sylu. 1. 31.
Agrestis. Ouid. 7. Meta. 49.
Barbarica, Vide Barbarus
Antiqua. Virg. 6. Æneid. 36.
Cædua, Vide Cædo.
Ardua. Ouid. 1. Fast. 49.
Comata. Catu. de phaselo. 4. 3.
Arens. Virg. 11. Æneid. 105.
Densissima. Virg. 2. Georg. 4.
Fœlices syluæ. Virg. 4. Georg. 66.
Formidulosis syluis latent feræ. Horat. Epod. 5. 11.
Frequens trabibus sylua. Ouid. 8. Metam. 66.
Frondiferæ. Lucret. lib. 1. 51.
Immensa. Virg. 6. Æneid. 37.
Incidua sylua. Stat. 6. Thebaid. 19.
Incidua sylua per multos annos. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 1.
Ingentes syluæ. Lucret. lib. 5. 250.
Iugosæ syluæ. Ouid. epist. 4. 17.
Idem 1. Amor. eleg. 1. 3.
Magna. Virg. 3. Georg. 44.
Salubres. Horat. 1. epist. 4. 1.
Nemorosæ. Ouid. 10. Met. 137.
Secretæ. Ouid. 7. Metam. 25.
Nigræ. Horat. 1. Car. ode 21. 1.
Steriles. Virg. 2. Georg. 88.
Opacæ. Ouid. 6. Metam. 118.
Vernātes. Sene. Herc. Æt. 430.
Pineæ. Virg. 9. Æneid. 19.
Vetustæ. Ouid. 6. Metam. 105.
Proceræ. Ouid. epist. 15. 21.
Virentes. Catul. in Car. sec. 31. 1.
Profundæ. Lucret. lib. 5. 9.
Vindicatæ. Ci. Q. frat. li. 3. 17. 6.
Rudes. Clau. 3. de ra. Pros. 74.
Virides. Ouid. 3. Metam. 64.
Rusticæ. Ouid. epist. 4. 21.
Vmbrosæ. Ouid. 1. Metam. 139.

Mane me in syluam abstrusi densam & asperam, nō exco inde ante vesperam. Cic. Attico lib. 11. 24. 1. 5. Vide Abstrudo.
Ambire syluas plagis. Ouid. 2. Metam. 109, Nexilibúsque plagis syluas Erymanthidos ambit.
Aucta sylua soror. bus. Ouid. 2. Metam. 75, Eridanum implebat, syluámque sororibus auctam.
Canit sylua auibus. Lucret. lib. 1. 53.
Cædere syluas, Vide Cædo.
Viridem syluam ab humo conuellere. Virg. 3. Æneid. 5.
Ducere syluas. Quintil. lib. 1. cap. 10. 8, Non feras modo, sed saxa etiam syluásque duxisse, posteritatis memoriæ proditum est. De Orpheo.
Honorem syluis decutere. Virg. 2. Georg. 31.
Eruere syluas. Virg. 4. Georg. 66.
Excidere syluas. Lucret. lib. 5. 255.
Ardor flammeus exederat syluas. Lucret. lib. 5. 152.
Alta sylua ministrat tedas. Virg. 2. Georg. 87.
Obscura nutat sylua. Seneca Thyeste, 8. 7.
Nudata cacumina syluæ. Ouid. 1. Metam. 70.
Inculta pacantur vomere syluæ. Horat. 1. epist. 2. 9.
Reboant syluæ, Virg. 3. Georg. 45.
Rotat syluas amnis. Stat. 4. Sylu. 3. 16.
Vetus sylua nulla securi violata. Ouid. 3. Metam. 6.
Sylua, de herbis aliquando dicitur. Virg. lib. 3. Georg. 77, -subit aspera sylua, Lappæque, tribulique, Semina.
Sylua, de vitibus. Virg. 2. Georg. 6,
Syluarúmque aliæ pressos propagine arcus Expectant.
Horrida sylua siccæ comæ. Iuuenalis Saty. 9. 2,
-vultus grauis, horrida siccæ
Sylua comæ, nullus tota nitor in cute.
Sylua aliquando dicitur quod extempore scribitur velocissimè, estque veluti prima materia. Quintil. lib. 10. cap. 3. Diuersum est huic eorū vitiū, qui primo quasi decurrere per materiā stylo quamuelocissimo volunt, & sequētes calorem atque impetū, extēpore scribunt. Hanc syluam vocāt. Cic. 3. de Orat. 58, Primum sylua rerū ac sententiarū cōparanda est, qua de parte dixit Antonius. Hoc est maxima congeries & hubertas.

Sylula, pen. corr. Diminutiuum. Columella lib. 8. cap. 15. 3, Sunt enim quibus cordi est vel in sylulis tamaricum, aut sirporum fruticis immorari: nec ob hanc tamen causam totus locus sylulis occupetur.

Syluester, hæc syluestris, & hoc syluestre: vel hic & hæc syluestris & hoc syluestre/Quod est syluæ. Virg. 1. eclog. 1, Syluestrem tenui

musam meditaris auena. Idé 1. Georg.75, Syluestres vri assiduè, capreæque sequaces.

¶ Syluestris, Quod est in sylua. Cic. de Amicit. 60, Quum locis etiam ipsis delectemur mõtuosis & syluestribus, in quibus diutius commorati fumus. Hoc est, In locis qui in monubus sunt, & syluis. Colum. lib. 3. cap. 11. Et lib. 11. cap. 1, Syluestris ager decrescente Luna vtilissimè extirpatur.

Agrum syluestrem mitigat flammis. Horat. 2. epist. 1. 38.
Antra syluestria. Ouid. 15. Metam. 10.
Arbor syluestris. Virg. 3. eclog. 14.
Coitio syluestris. Cic. pro Cælio, 19.
Dona syluestria. Catul. Argon. 59. 56.
Homines syluestres. Horat. de Arte. 79.
Materia syluestris & culta, Quæ ex sylua decerpitur. Cic. 1. de Nat. 117, Arborum autem confectione omnique materia & culta & syluestri, partim ad calfaciendum corpus igni adhibito, & ad mitigandum cibum vtimur, partim ad ædificadum, vt tectis septi frigora caloréque pellamus.

Montes vestiti atque syluestres. Cic. 1. de Nat. deor. 198.
Numina syluestria. Ouid. 2. Fast. 56.
Saltus syluestris. Curtius lib. 4, Molémque à Macedonibus iactam in salo in syluestrem saltum esse mutatam.
Loca syluestribus sepibus densa. Cic. 1. de Nat. deor. 165.
Tecta syluestria. Cic. 1. de Inuent. 4, Qui dispersos homines in agris, & in tectis syluestribus obditos, ratione quadam compulit in vnum locum, & congregauit.
Tumulus syluestris. Liu. 7. bel. Pun. 147, Tumulus erat syluestris inter Punica & Romana castra.
Via inculta & syluestris. Cic. de Claris Orat. 140.
Vita syluestrium. Cic. 1. de Nat. deor. 143.

Syluestrior. Plin. lib. 16. cap. 17. 3, Syluestriora omnia tardiora.

Syluáticus, pen. corr. Adiect. Quod ad syluam pertinet. vt Syluaticus mus, apud Plinium lib. 30. cap. 9. 4, habitans in syluis.

Syluatica laurus, Crescens in syluis. Cato cap. &
Syluaticæ falces. Cato cap. 11. 4.

Syluicola, syluicolæ, pen. corr. Qui syluam incolit. Propertius libro 3. eleg. 13. 7.

His tum blanditiis furtiua per antra puellæ
Oscula syluicolis empta dedere viris.

Syluicultrix, syluicultricis, pen. prod. Catull. de Berecynthia, 58. 15, Vbi cerua syluicultrix. vbi aper nemoriuagus?

Syluifragus, pen. corr. Adiect. Syluas frangens: qualis est ventus à quo arbores in syluis & fraguntur & eruuntur. Lucret. lib. 2. 55, -montéque supremos
Syluifragis vexat flabris. De vi & impetu ventorum loquitur.

Syluiger. pen. corr. syluigera, syluigerũ, pen. cor. vt Syluigeri montes. Plinius lib. 31. cap. 3. 15. Ideo syluigeri ab Aquilonis tantum parte sunt.

Syluôsus, penult. prod. Adiectiuum, Vbi multæ sylvæ siue arbores sunt. Liuius 9. ab Vrbe, 7, Saltus duo alti, syluosique sunt, montibus circa se perpetuis inter se coniuncti. Plin. lib. 37. ca. 2. 25, Mithridates in Germaniæ litoribus esse insulam, vocariq; eam Oserictam, cedri genere syluosam. Idem lib. 12. cap. 5. 2, Superiores eiusdem rami in excelsum emicant syluosa multitudine.

Syluesco, syluescis, syluescere, In syluam redigi, seu syluestres, aut infructuosas arbores sarmentáue fieri. Cic. de Senect. 48, Quam multiplici serpentem lapsu & erratico, ferro amputans coercet ars agricolarum, ne syluescat sarmentis, & in omnes partes nimia fundatur. Colum. lib. 4. cap. 11. 2, Nec pati vitem, superuacuis frondibus luxuriantem, syluescere.

Syluânus, pen. prod. Deus syluarum. Plin. libro 12. cap. 1. 1, Quin & Syluanos, Faunósque, & deorum genera syluis ac lua numina tanquàm è cælo attributa credimus. Seruius, Syluanus, deus est syluarum. Hic amauit puerum Cyparissum nomine, qui habebat mansuetissimam ceruam. Hãc quũ Syluanus nescius occidisset, puer est extinctus dolore. quem amator deus in cupressum arborem eius nominis vertit, quâ pro solatio portare dicit. Virg. 1. Georg. 4, Et tenerã ab radice ferens Syluane cupressum.

Aruorum pecorisque deus Syluanus. Virg. 8. Æneid. 110.
Potentes nemorum Syluani. Lucan. lib. 3. 81.
Arbiter vmbræ Syluanus. Stat. 6. Theb. 15.
Horridus Syluanus. Horat. 3. Carm. ode 19. 5.
Monticolæ Syluani. Ouid. 1. Metam. 36.

SYLVIA, Nomẽ quo Ilia Romuli mater vocata est. Virg. 7. Æn. 98, Assuetum imperiis soror omni Syluia cura,
Mollibus intexens ornabat cornua sertis. Ouid. 2. Fast. 77.
Syluia Vestalis cælestia lemina partu
Ediderat, patruo regna tenente suo.

SYLVIVS, Æneæ filius à quo postea omnes Albani reges, Syluii dicti sunt ab huius nomine: sicut hodie Romani Imperatores

Augusti vocantur: Ægypũ, Ptolemæi: Persæ, Arsacidæ: Latini, Murrani. Hactenus Seruius enarrans hunc locum Virgilii 6. Æneid. 153, -primus ad auras
Ætherias Italo commistus sanguine surget
Syluius, Albanum nomen, tua posthuma proles:
Quem tibi longæuo serum Lauinia coniux
Educet syluis regem, regúmque parentem:
Vnde genus longa nostrum dominabitur Alba.
Proximus ille Procas Troianæ gloria gentis
Et Capys, & Numitor, & qui te nomine reddet
Syluius Æneas, &c.

SYMA, Vrbs Asiæ: quin & pro monte iuxta Pontum posuit Orpheus in Argonautica.

SYMAETHVS, Fluuius Siciliæ nõ longè ab Ætna, qui, vt ait Strabo lib. 6, agrum Catanem influit.

Symbolum/sýmboli, pe. corr. Annulus dictus est, quum sit nota & signum. Plin. lib. 33. ca. 1. 5, Et ideo miror Tarquinii eius statuam sine annulo esse. Quanquam & de nomine ipso ambigi video: Græci à digitis appellauere, apud nos prisci vngulum vocabant, postea & Græci & nostri symbolum.

Adulterinum symbolum, Vide Adulter.

¶ Symbolum, pro Literis posuit Iustinus lib. 1. dicens, Sollicitare inquietos in partes suas statuit: & quum colloquendi copiam non haberet, quò applicituri erant, symbolos proponi, & fassis proscribi curat. Hæc Calepinus.

Symbolum, aliquando collatio dicitur, à συμβάλλω confero: hoc est, quod plures conferunt in vnum, ita vt cœna illa dicatur collatio, in quam comparandam plures aliquid contulerunt. Plaut. Curc. 9. 15, Symbolorũ collatores apud forum piscarium. Terent. And. 1. 1. 61, -symbolum
Dedit, cœnauit. Idem Eunuc. 3. 4. 2,
Heri aliquot adolescentuli coimus in Piræo,
In hunc diem vt de symbolis essemus. Chæream ei rei
Præfecimus.

Condicere symbolum, Vide Condico.

¶ Symbolus, vel Symbolũ, Indicium & signũ. Plaut. Bacc. 5. 19,
Eo præsente homini extemplo ostendit symbolum,
Quem tute dederas, ad eum vt ferret filio.
N. Quid, vbi ei ostendit symbolum? c. Insit dicere
Adulterinum, & non eum esse symbolum. Idem Pseud. 9. 55,
Nam istic symbolum est inter herum meum & tuum de muliere. Ibidem. 3. 55.
Ea causa miles hic reliquit symbolum,
Expressam in cera ex annulo suam imaginem.

Symbola, fœm. gen. Plautus Sticho. 7. 34.

Iam hercle ego per hortum amicam transibo meam:
Mi hanc occupatum nostem, eadem symbolam
Dabo, & iubebo ad Sangarinum cœnam coqui.

SYMI, Plinio lib. 5. cap. 39, insula inter Rhodum & Cnidum, sic dicta à Syma, Ialysi filia, quum prius Ægele atque Metapontus vocaretur. Author Hermolaus.

SYMEON, nomen viri proprium fuit.

SYMETHVS, fluuius Siciliæ, non longè à Catanensi vrbe, Vide SYMAETHVS.

SYMMACHVS, pen. cor. Romanus orator, missus à Senatu Constantinopolin ad Theodosii liberos, rogatũ vt Vestales à Christianis destrui minimè paterentur. Cuius rei gratia, putabant se aduersa multa à diis esse passos. Eius igitur orationem & Prudentius & Ambrosius, qui huius meminerunt, acerrimè confutarunt. Fuit & Symmachus, sacrorum librorum interpres, doctrinæ parum synceræ & Christianæ, cuius meminit Eusebius.

Symmetria/symmétriæ, pen. cor. Commensuratio Latinis dicitur. Plin. lib. 34. cap. 8. 11, Primus hic multiplicasse varietatem videtur, numerosior in arte quàm Polycletus, & symmetria diligentior. Idem, Nõdum habet Latinum nomen symmetria.

Symmoniacum trifolium, vel (vt Ruellio placet) Symmoniacum, Herba, quam in hæc verba describit Columella lib. 7. cap. 17. 1, Plus enim eiusdem radix contusa prodest, vel symmoniacum trifolium, quod inuenitur confragosis locis, efficacissimum traditur. odoris grauis, neque absimilis bitumini, & ideirco Græci eam ἀσφάλτιον appellant. nostri autem propter figuram vocant acutum trifolium: nam longis & hirsutis foliis viret, caulémque robustiorem facit, quàm pratensis.

Sympathia/pen. prod. f. g. Latinè cõpassio dici potest, & consensus vel cõuenientia. Cic. 3. de Nat. deor. 38, Illa verò cohærent & permanent naturæ viribus, nõ deorum: estque in ea iste quasi cõsensus, quam συμπάθειαν Græci vocant. Plin. lib. 28. cap. 7. 14, Supposita tantum calici lacinia tali, statim metum eum discuti, videlicet prævalente sympathia illa Græcorũ, quũ rabiem canũ eius sanguinis gustatu incipere dixerimus. De menstruis.

Cõtinuatio cõiunctióq; naturæ, quã, vt dixi, vocãt συμπάθειαν eiusmodi, vt thesaurus ex quo intelligi debeat. Cic. 1. de Diui. 110.

Symphonia/pen. corr. Consonantia, musicus concentus. Cic. pro Cælio. 17, Accusatores quidem libidines, amores, adulteria, Baiis acta conuiuia, comessationes, cantus, symphonias, nauigia iactant. Idem 7. Verr. 73. Curritur ad Prætorium, quò istũ è conuiuio illo præclaro reduxerant paulo antè mulieres, cum cantu atque symphonia. Plin. lib. 10. cap. 29. 8, Visum iam sæpe iuuenes canere cœpisse, & cum symphonia alternasse. Horat. de Arte, 76, Vt gratas inter mensas symphonia discors.

Canit symphonia. Cic. 5. Verr. 86, Quum in eis conuiuiis symphonia caneret, maximisque poculis ministraretur.

Symphoniæ cantus. Cic. 7. Verr. 16, Non iudicia fieri: locum illum litturis percrepare totum mulierum vocibus, cãtúque symphoniæ, &c. Plin. lib. 9. cap. 8. 4, Delphinus non homini tantum amicum animal, verum & musicæ arti, mulcetur symphoniæ cantu, & præcipuè hydrauli sono. Idem libro 8. cap. 41. 4, Docilitas tanta est, vt vniuersus Sybaritani exercitus equitatus, ad symphoniæ cantum saltatione quadam moueri videatur.

¶ Symphonia, pro Celebritate quadam. Cic. Tironi, lib. 16. 9. 7, Symphoniam Lysonis velim vitasses. Vbi interpres, Intelligimus Tironem inuitatum esse à Lysone ad cãtus aliquos & delectationes musicas, quæ ei obfuerunt. Symphoniam posuit pro tota celebritate, quam fecit Lyso, quæ cantu musico maximè fuerat decorata.

¶ Symphonia herba, quæ & gumphena dicitur. Plin. lib. 16. cap. 7. 7, Symphonia, vel gumphena, alternis viridibus roseisque per caulem foliis, in posca sanguinem reiicientibus medetur.

Symphoniacus, pen. corr. Adiect. Vnde Symphoniaci serui dicebantur, per quos remigibus cani celeuma solebant. Pædianus author est cani remigibus celeuma per symphoniacos seruos solitum olim fuisse, & per assam vocem, id est ore prolatam, & (vt in Argo nauí) interdum per citharam. Cic. 1. Verr. 30, Ab hac muliere Præfectus Antonii quidam symphoniacos seruos abducebat per iniuriã, quib⁹ se in classe vti velle dicebat. Quem locũ Pædianus enarrans, Possumus, inquit, intelligere ad hoc symphoniacos seruos capi solere, vt in classe classicum pugnãtibus canant, vnde ipsi tubæ classis classicum nomen est positũ. Hæc Budæus. Cic. 7. Ver. 58, Myoparone piratico capto, dux liberatus, symphoniaci Romã missi. Et paulo antè, 51, Symphoniacos homines sex cuidam amico suo Romam muneri misit.

Ducere pueros symphoniacos. Cic. pro Milone, 41.

¶ Symphoniaca herba eadem quæ & symphonia dicitur. Pallad. Si cerasus æstu Canicularum fatigetur, herbam symphoniacam circa arboris truncum torqueri in coronam iubet, vel ex ea iuxta vnum caudicem cubile fieri.

Symphrantides/Cic. lib. 1. de Legib. 8, Ego mehercule & illi & omnibus municipibus duas esse ciuitates statuam: vnam naturæ, alteram ciuitatis: vt ille Cato quum esset Tusculi natus, in P. R. ciuitatem susceptus est. Ita, quum ortu Tusculanus esset, ciuitatem Romam habuit, alteram loci patriam, alteram iuris: vt vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, & in Astu quod appellatur, omnis se conferre iussit, & symphrantidas ex Atticis fieri: sic nos & patriam ducimus vbi nati, & illam qua excepti sumus. Quo in loco ex doctorum omnium sententia symphreatides potius quàm symphrantides legi deberet: hoc est, qui eosdem puteos communes habent. vel potius, quod omnino crediderim, symphradmonas: hoc est eiusdem consilii & commercii participes. Quidam etiam legunt Symphradas. Iudicabit autem apud se vnusquisque. Vetus codex legit, & Sunii erant iidem & Attici.

Symphyton/pe. corr. petræon, Herba quæ (vt ait Ruellius) in saxis nascitur, ramis tenuibus, paruis, origani similibus, capitulis thymi, surculosum totum, odoratum, gustu dulce, saliuam ciens, longa radice, subrufa, digitum crassa. Alum, nos vocamus: Græci symphyton petræon, simile, vt Plinius tradit, canilæ bubulæ, foliis paruis, ramis tribus aut quatuor à radice, &c. Symphytum alterum caule nascitur cubitorum binũm aut maiore, angulosso, inani vt sonchus, & crasso, qui per breuia interualla circundatur foliis lanuginosis, oblongis, angustis, exemplo linguæ bubulæ. Ab angulis prominẽt pinnæ, & in singulis alis folia quædam tenuia, ceu annexa cohærescunt, in quibus flores lutei, rutaceis similes exeruntur, & semina verbasci. Caulis vniuersus & folia, quãdam lanuginem modicè asperam alunt, quæ ipso attactu prurigines mouẽt, radicibus extrà nigris, intus calidis, glutinosis, in quibus medica vis consistit. Symphytum, vt Strabonio placet, quidam inulam rusticam vocant, quidam alum Gallicũ. Hoc Galenus symphyton magnum cognominat, nec dulce gustu, nec odoratu, vt superius. Officinæ autem symphyti retinuerunt. Herbariis & vulgo *consolida maior* vocatur.

Sympinium/Vide **Simpullum**.

SYMPLEGADES, pen. corr. Insulæ duæ sunt contra Bosphorũ Thracium, quæ & Cyaneæ dicuntur. Author Pomponius Mela lib. 2. & Plinius libro 4. cap. 13. Symplegades porrò dictæ sunt, quòd fabulis traditur eas inter se aliquando concurrisse: quoniam paruo discretæ interuallo, ex aduerso intrãtibus geminæ cernebantur, paulúmque deflexa acie cocũtium speciem præbebant. Ouid. 15. Mesam. 68, -timuit concursibus Argo
Vndarum sparsas Symplegades elisarum:
Quæ nunc immotæ perstant, ventisque resistunt. Eædem Planetæ dictæ, id est errantes Plinio. Abbi Valerius 4. Argon. 111,
Hinc iter ad Ponti caput: errantésque per altum
Cyaneas. furor his medio concurrere Ponto:
Necdum vllas videre rates: sua cominus actæ
Saxa petunt, cautésque suas: quum vincula mundi
Ima labant, tremere ecce solum, tremere ipsa repentè
Tecta vides: illæ redeunt, illæ æquore certant.
Instabiles olim Symplegades. Claud. 1. in Ruff. 35.
Superbæ Symplegades. Claud. de bello Get. 1.

Symplegas/pen. prod. symplégadis, f. g. Complexio. Mart. li. 11. 93, Si constringantur gemina symplegade coli.

Symplegma/symplégmatis, n. g. Idem quod Symplegas. Martialis lib. 12. 39,
Quæ stent & taceant quid exoleti.
Quo symplegmate quinque copulentur.

Syn/Præpositio Græca, quæ in compositione significat Simul: quemadmodum apud nos CON.

Synæresis/pe. cor. f. g. Contractio, figura qua plura per vnum coniunguntur. vt Bigæ, pro biugæ. Ex σὺν, & ἄιρειν, tractio.

Synagoga/synagogæ, pen. prod. Coadunatio, congregatio, cõtractio. Ex σὺν, simul: ἀγωγὴ, inductio.

Synalœphe/f. g. dici potest compressio, exsura. Fit enim quum de fine dictionis vocalis abiicitur, sequente dictione quæ à vocali incipit. vt apud Iuuenalem, Satyra 1. 1, Semper ego auditor tantum? Ex σὺν, quod est con: & ἀλοιφὴ pressio.

Synanche/f. g. Morbus in faucibus spiritũ suffocãs, Latinis angina dictus. Ex σὺν, & ἄγχω, affligo, ango. Celsus lib. 4. cap. 4. Vt hoc autè morbi genus circa totã ceruicẽ, sic alterũ æque pestiferũ acutúmque in faucibus esse cõsueuit: nostri anginã vocant: apud Græcos nomen prout species est. Interdũ enim neque rubor neque tumor vllus apparet, sed corpus aridum est, vix spiritus trahitur, membra soluuntur, id συνάγχη vocãt. Interdũ, &c.

Synathroesmus/synathroesmi, masc. g. Figura quæ & singulis verbis, & plurium verborum coniunctione fieri potest. Singulis, hoc modo, Sed quum ad supplicium sumendum se cõfirmaret, multa simul eum reuocabant, officia, consuetudo, tempus, existimatio, periculum, religio: quæ singula proprias ei cogitationes ad remorandum subiiciebant. Plurium verborum cõiunctione, sic apud Lycurgum, Nemo enim nocens sine summo mœrore est: iudices: sed multa simul eũ perturbant. quod adest, solicitudinis plenum: quod futurum est, formidolosum: lex paratum supplicium ostentans: vitia ex vitiis coacta, occasionem arguendi maleficii captans inimicus: quæ quotidiana, vehemẽter eius animum excruciant. Ex Rutilio Lupo.

Syncategorema/pen. prod. syncategorematis, neutri generis, Consignificans.

Syncrastum/synceresti. Est omne edulium antiquo vocabulo Græco. Pacuuius in Phagone, Honos synceresto perit, pernis gladio. Varro lib. 6. de Ling. Lat.

Syncerus, pen. prod. Adiectiuũ. Propriè quod est integrum significat. Tractũ ab eo, q⁹ qui diuidere fructum cõmunẽ alueorũ cum socio volunt, simul cum cera mel partiuntur: quòd si mel tantum sine cera consignent, fraudant socium, nec agunt integrè. Syncerum itaque, quasi simul cum cera. Plaut. Rud. 18. 49,
Postea aspicito meum, quando ego tuum inspectauero,
Ni erit tam syncerum, vt quiuis dicat ampullarius
Optumum esse opere faciendo corium, & syncerissimum.
Corpus syncerum, & sine vulnere. Ouid. 11. Metam. 10.
Genæ synceræ. Ouid. 3. de Arte, 41.
Membra syncera. Lucret. lib. 3. 145.
Truncus syncerus. Ouid. de Nuce, 7.

¶ Syncerus, Incorruptus & immaculatus. Cic. 1. de Diuin. 177, Quod licet existimare in aliis quoq; oraculis Delphicis aliquid nõ synceri fuisse. Horat. 1. epist. 2. 11, Syncerum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit. Plaut. Bacchid. 9. 11, Syncera mens.

Porci synceri. Plau. Men. 3. 26, -quib⁹ hic pretiis porci væneũt Sacres synceri?

Simplex & syncerum. Cic. ad Atticum, lib. 10. 196. 2, Mirabilia multa, nihil simplex, nihil syncerum.

Nihil est iã sanctũ atq; syncerũ in ciuitate. Cic. pro Quintio, 3.

Syncerus,verus,Simulatus,& fucatus,cõtraria.Ci.de Ami.78.

Sanum,ſiccum,ac ſyncerum.Cic.de Clar.Orat.106.

Syncera fide agere.Liu.9.bel.Pun.14.Si ſpatium ad ſua,vt ve lit,componenda detur,nihil ſyncera fide cũ Romanis actũrum.

Fortuna ſyncera.Ouid.ad Piſonem.51.

Iudicium ſubtile & ſyncerum.Cic.Catoni,lib.15.6.4.

Prudens ſyncerúmque iudicium.Cic.in Orat.13.

Laus ſyncera.Claud.4 Paneg.81.

Pronuntiator ſyncerus & grandis Thucydides. Cic. de Claris Orator.bus,158.

Voluptas nulla eſt ſyncera.Ouid.7.Metam.91.

Conſeruare aliquem ſyncerum atque integrũ.Cic.Ariſto,lib. 13.51.3,Si me à tuis omnibus amarivides,hoc mihi da atque largire,vt M.Curium ſartũ & tectũ,vt aiunt,ab omniq; incõmodo,detrimento, moleſtia ſyncerum integrúmque conſerues.

Sonere ſyncerum.Lucret.lib.3.179,

Scire licet non ſyncerum ſonere,atque ſubeſſe
Cæcum aliquem cordi ſtimulum.Id eſt Intelligere potes verba illius non ex animo,& verè dicti. Perſius ſaty.5.3,ſolidum crepare dixit,eadem figura. Eſt enim per metaphoram à vaſis fictilibus deſumpta locutio,quæ tinnitu cognoſcuntur ſintne ſolida & ſyncera,an fracta & rimoſa.

¶Syncerum,quidam à Carie deduci putant,quaſi ſine carie, id eſt corruptione. Donat°,Syncerus. Purus,ſine fuco & ſimplex, vt mel ſine cera. Iuxta has duas etymologias,i Latino ſcribendum eſſet.

Syncére,pen.prod.Aduerb.Purè & integré. Plaut.Epid.13.28, Satin' ego oculis vtilitatem obtineo ſyncerè, an parũ? Cæſar 7. bel.Gal.77,Hæc vt intelligatis,inquit,ſyncerè à me pronuntiari,audite Romanos milites.

Tẽperatè,prudenter,& ſyncerè agere. Cic.Attico,li.9.18i.16.

Loqui ſyncerè.Cic.Attico,lib.3.55.4, Craſſi libertum nihil puto ſyncerè locutum.

Syncériter,pen.corr.Aliud aduerbium,Idem quod Syncere.Gell. lib.13.cap.15,Quas qui ſyncereiter cupiunt.

Syncéritas,pen.corr.ſynceritãtis,f.g.Puritas,integritas.Plin.li.31. cap.7.15,Salinarum ſynceritas ſummã fecit ſuam differentiam. Colum.lib.4.ca.26.2, Atque alia cõuertenda quæ ſynceritatem habẽt alia ſũmouenda quæ vel carioſa,vel iuſto breuiora ſunt.

Syncl**y**ſis/pen.corr.f.g.Confuſio. Eſt enim,vt ſcribit Donatus,hyperbaton vndique cõfuſum.vt illud Virgilianũ,1.Æn.25,

Tris Notus abreptas in ſaxa latentia torquet:
Saxa vocant Itali mediis quæ in fluctibus aras.
Eſt autẽ hic ordo, Tris naues abreptas Notus torquet in ſaxa, quæ ſaxa in mediis fluctibus latentia,Itali vocant aras.

Synchronos/pen.corr.Contemporaneus.

Synciput/pen.corr. ſyncipitis,pen.corr.n.g.quaſi ſemicaput, inquit Phocas grammaticus, ſignificátque partem capitis porcini conditam,& ad edendum paratam:nam inter edulia annumeratur.Plin.libro 8.cap.51.5, Interdictáque cœnis abdomina, glandia,teſticuli,vuluæ,ſyncipitia verrina. Iuuenal.ſaty.13.9,

-comedam,inquit,flebile nati
Synciput elixi,Pharióque madentis aceto.

Fumoſum ſynciput.Perſ.ſat.6.8, -mihi feſta luce coquatur Vrtica,& fiſſa fumoſum ſynciput aure.

¶Synciput,Anterior pars capitis.Cornutus in Perſium,Synciput anterior:occipitium,dicitur poſterior pars capitis.

Syncopa/ſyncopæ,pen.cor.Concilio σύν enim incido ſignificat.Figura eſt,quum litera vel ſyllaba è medio dictionis tollitur:vt Compoſtus pro compoſitus.

Syncriſis/pen.corr.ſiue Antitheſis, comparatio rerum atque perſonarum inter ſe contrariarum. Vt, Ego proiector, quòd tu peccas:Tu delinquit,ego arguor pro malefactis:Helena redeat, virgo pereat innocens:Tua recõcilietur vxor,mea negetur,filia mea.Ci.pro Murena,19,Vigilas tu de nocte,vt tuis cõſultoribus reſpõdeas:ille,vt eò quò inẽdit maturè cũ exercitu perueniat, &c. Itẽ 3.Verr.48,Iſte multo ſceleratior & nequior quàm ille Adrianus,aliquanto etiã felicior fuit, &c.Iulianus Rufinianus.

Syndicus/ſyndici,pen.corr.m.g. Aduocatus,qui vt patronus in communem cauſam defendendam mittitur . Ariſtides dicitur eſſe creatus ſyndicus ab Athenienſibus, vt communi cauſæ Græciæ,Athenienſium nomine patrocinaretur.& συνδικῶν verbum idem quod συνηγορῶν, aeſi ſyndicari verbum fingas pro defendere & patrocinium præſtare.Ex Budæo.

Syndici ſunt etiam ciuitũ aduocati.& defenſores iuris publici: quaſi in cauſam publicam cõmuniter incumbentes.Demoſthenes πρὸς Ἀνδροτίωνα refert lege ſancitum Athenis,ne cui ſyndicum fieri liceret, creariique à populo : idque ideo,ne ſyndicia,id eſt ſyndici munus ob publicam vtilitatem inuentum , verteretur in quæſtum, compendiúmque priuatum. Hoc nomine vocari poſſunt,quos hodie *Deputatos* noſtri vocant.Budæus.

Syn**d**ipitium/Latinè dicitur concœnatio.

Synecdoche/ſynécdoches,pe.cor.f.g. Cõceptio dicitur,quum à parte totum, vel à toto pars intelligitur.vt puppis pro nauí,& annus pro hyeme.Donatus,Synécdoche eſt ſignificatio plenì intellectus capax, quum plus minúſve pronuntiatur. Aut enim à parte totum oſtendit:vt Virg.1.Æneí.81, -puppéſque tuæ,pubéſque tuorum.Aut contrà,pars à toto:vt Idem 1.Æneid.124,

Ipſius ante oculos ingens à vertice pontus
In puppim ferit.Et 12.Æn.214, -ſótémque ígnémque ferebant.

Meminiſſe autem debemus, quando ſit à parte totum, faciendum eſſe ab inſigniori parte.

Synedrus/ſynedri,pen.corr.Latinis conſeſſor,aſſeſſor,conſiliarius dicitur.Liu.5.Decad.lib.5.138,His rerum externarum cognitionibus interpoſitis,Macedonum rurſus aduocatum conſilium : pronuntiatum quod ad ſtatum Macedoniæ pertinebat: Senatores,quos ſynedros vocant,legendos eſſe,quorum conſilio Reſp.adminiſtraretur.

Synephebi/pen.prod.Dicuntur adoleſcentes ſimul pubeſcentes.Quod nomen inditum eſt comœdiæ Statii Cæcilii. Cic.1.de Fin.7,Synephebos ego inquit,potius Cæcilii,aut Andriam Terentii,quàm vtranque Menandri legam? Idem de Opt.Gen. Orat.150, Idem Andriã & Synephebos, nec minus Terentium & Cæcilium,quàm Menandrum legunt.

Ait Statius in ſynephebis.Cic.de Senect.22.

Synesivs,è Pẽtapoli Africæ, philoſophus Chriſtianus, Præſul Ptolemaidis factus,ſcripſit libros in grammatica, philoſophia, Panegyricos,epiſtolas,& alia.Author Suidas.

Syngrapha/ſyngraphæ: vel Sýngraphus,ſyngraphi: vel Syngraphum ſyngraphi,pen.corr. Scriptura, ſiue ſchedula quæ fit manu eorũ qui paciſcuntur in alicuius rei fidem. Budæus,Syngrapha eſt cautio & conſcriptio ob locationem facta: vt & conductori merces in rato ſit , & locatori cautum ſit à redemptore & conductore operis. Plaut.Aſin.13.1,

Agedum iſtum oſtende,quem conſcripſi ſyngraphum
Inter me & amicam & lenam:leges pellege. Idem Capt.7.90,

Eadẽ opera à Prætore ſumas ſyngraphũ,t.quem ſyngraphum? AT.Quẽ hic ferat ſecũ ad legionẽ.hinc ire huic vt liceat domũ. Et Aſin.5.85,Poſtremò vt voles nos eſſe,ſyngrapham facito aſferas. Cicero Trebatio, libro 7.17.3. Tanquam enim ſyngrapham ad imperatorem.nõ epiſtolã attuliſſes:ſic pecunia ablata, domum redire properabas. Et paulo poſt,Cum ſyngraphis veniſſent Alexandriam. Suet.Cuius parti nõ dubitauit à quibuſdam iuſiurandũ atque etiã ſyngraphũ exigere.Cic.3.de Leg.16, Qui legatione hæreditates,aut ſyngraphas ſuas perſequuntur. Idem 6.Verr.16, Cybiram cum inanibus ſyngraphis venerat. Ibidẽ.3.64,Præterea pecunias occuparat apud populos, & ſyngraphas fecerat,argenti optimi cælati grande põdus ſecum tulerat. Idem ad Atticũ,lib.5.110.10,Si præfectus vellet eſſe ſyngraphæ cauſa,me curaturum vt exigeret. Idẽ pro Murena,34, Pergitiſne vos,tanquam ex ſyngrapha,agere dum populo?

Agere ex ſyngrapha,Vide Ago.

Conſcribere ſyngraphã,Vide Conſcribo.

Credere alicui per ſyngraphã.Cic.de Aruſp.reſponſ.16, Alterum putabo regẽ,ſi habuerit vnde tibi ſoluat quod ei per ſyngraphã credidiſti.

Facere ſyngraphas cum aliquibus. Cic.pro Domo ſua,98.Et de Aruſp.reſp.30.

Centies facta ſyngrapha,Vide Centum.

¶Inter ſyngraphas & cætera chirographa hoc intereſt,quòd in chirographis tantùm quæ geſta ſunt ſcribi ſolent:in ſyngraphis etiam contra fidem veritatis pactio venit,& nõ numerata quoque pecunia,aut nõ integrè numerata pro temporaria voluntate hominum ſcribi ſolent.

¶Syngrapha dicta eſt ἀπὸ τῆ σὺν,ſimul:καὶ γράφω,ſcribo:quòd ſimul ſcriptum ſit à pluribus, vel quòd manu ipſorum qui cõueniunt,ſcripta ſit.

SYNNADA,quæ & Synnas,Synnadis(vt eſt apud Sidonium) dicitur,Vide SINADA.

Synochites,Synochitis.pen. prod.f.ge.Gemma,qua in necromãtia dicũt euocatas inferorũ vmbras teneri.Plin.li.37.ca.11.6.

Synodia,ſynodiorum,Cõcentus.ex σὺν & ὁδὸς cãtus.Cic.ad Atticũ lib.10.196.4,Iniecta autẽ mihi ſpes quædam eſt velle mecũ Ser. Sulpitiũ colloqui: ad eũ miſi Philotimũ libertum cũ literis, ſi vir eſſe volet,præclara ſynodia:ſin autẽ,crimus nos qui ſolemus.Vbi interpres,Synodia,præclarum cõcentũ & cõgreſſum.

Synodus,ſynodi,pen.corr. ex σὺν cum:& ὁδὸς via:quaſi conuentus,vel cœtus.

¶Synodus,ſynodontis,genus piſcis Plinio,lib.37.cap.10. 40, Synodontites è cerebro piſcium eſt,qui ſynodontes vocãtur.

Synœcosis, pen. prod. figura quæ docet diuersas res coniungere, & cõmuni opinioni cum ratione aduersari: & habet magnam vim vel ex laude vitium, vel ex vitio laudem exprimendi. Hyperidis exemplum. Nam hominis auari atque asoti, vnũ atque idem vitium est. Vterque enim nescit vti, atque vtrique pecunia dedecori est: quare merito vtrique pari pœna adiciuntur, quos pariter non decet habere. Ex Rutilio Lupo.

Synonyma/pen. corr. ſynonymorum, Quæ ſub diuerſis vocibus idem ſignificant: vt enſis, mucro, gladius.

Syntagma/ſyntagmatis, n. g. Tractatus, ordinatio, rerum cõſtitutio, documentum.

Syntaxis, huius ſyntaxeos, ſæ. g. Conſtructio & ſeries. *τάξις* enim ſeries & ordo dicitur.

Syncope, ſ. g. Latinè defectio dicitur, & animi deliquium, quæ & ſyncope Græcis etiã dicitur. Plin. lib. 11. cap. 15. Tali ſorbitionis genere emendantur ſyntexes, id eſt defectiones ex longis morbis ſumptæ. Huius autem emendatio, propriè recreatio & reſtauratio dicitur.

Syncéctícus, pen. cor. Adiect. Qui ſyntexi frequenter corripitur, & animi deliquio laborat. Plin. lib. 11. cap. 13. 10. Præcordiorum vitiis, ſyncecticis, comitialibus in vino, in aqua muſſa linguæ paralyſi. Idem lib. 18. cap. 9. 3. Nam vt in Achaia bubulum biberent, phthiſici, ſyncecticique & cachectæ, diximus in ratione herbarum.

Synthesis, pen. corr. huius ſyntheſeos, ſ. g. Latinè compoſitio dicitur. Figura quum ſingulare nomen multitudinem ſignificans, verbo pluralis numeri iungitur. vt Virgilius 1. Æneid. 44,

Pars in fruſta ſecant. Lud. 6. belli Punic. Hæc non in occulto ſed propalàm in foro, atque oculis Cõſulum ingens turba circunfuſa fremebant.

¶ Syntheſis, veſtis genus & varius ornatus quo ditiores ad ſũptum vti ſolent, vt ferè quolibet die varia veſtimentorum genera aſſumant: quæ varietas & compoſitio, antiquis ſyntheſis appellata eſt. Martialis lib. 14. 1.

Syntheſibus dum gaudet eques, dominúſque Senator,
Dúmque decent noſtrũ pilea ſumpta loué. Idem lib. 5. 130.
Vndecies vna ſurrexti Zoile cœna,
Et mutata tibi ſyntheſis vndecies. Sueton. in Nerone, cap. 51.

Ac plerunque ſyntheſim índutus, ligato circum collum ſudario prodierit in publicum, ſine cinctu, & diſcalceatus.

¶ Syntheſis, pro tota veſte in veſtiario compoſita. Scæuola in L. Titia: De auro & arg. leg. Sempronix coopertoria tibiana, & tunicas tres cum palliolis quæ elegerit, dari volo. Quæro an ex vniuerſa veſte, id eſt ex ſyntheſi, tunicas ſingulas & palliola Sẽpronia eligere poſſit. Reſpondit: ſi eſſent tunicæ ſingulæ cũ palliolis relictæ, ex iis duntaxat eligi poſſe. Quòd ſi nõ eſſent, hæredem vel tunicas & palliola ex ſyntheſi præſaturum, vel verã æſtimationem earum. Sic in L. Alumnæ. §. Titia, De adimendis leg. Syntheſim (id eſt omnem poſſeſſionem) prædiorum.

Mart. lib. 1. 46, Sic tua ſuppoſitis perlucent præla lacernis,
Sic micat innumeris arcula ſyntheſibus. Ex Budæo.

¶ Syntheſis, Vaſorum compoſitio, qua multa eiuſdem generis vaſa in ſeinuicem includuntur: cuiuſmodi pateras illas cõſpicimus quæ Bellouacenſes appellantur. Statius 4. Syl. 9. 9,

Aut vnam dare ſyntheſim (quid hórres?)
Alborum calicum atque cacaborum?

Syphax, huius Syphacis, pen. indiff. fuit Numidarum rex: cuius Liuius ſæpe meminit. Ouid. 6. Faſt. 154,

Poſtera lux melior, vincit Maſaniſſa Syphacem.
Et cecidit telis Haſdrubal ipſe ſuis. Intelligit VIII. Cal. Iulii.

Dirus Syphax. Claud. de bello Gild. 19, -haurire venena
Compulimus dirum Syphãcem, fratrémque Metello, &c.
Victi monumenta Syphacis. Propert. lib. 3. eleg. 11. 11.

Syracvsae, pen. prod. Ciuitas Siciliæ, ſub Pachyno monte ſita, vbi fons Arethuſa. Cicero 6. Verr. 104, ſcribit Syracuſas vrbẽ eſſe maximam Græcorum vrbium, pulcherrimámque, quæ ex quatuor quaſi vrbibus maximis conſtare videbatur: quarum vna, Inſula nominatur, altera Achradina, tertia Tychiæ, quarta Neapolis. Idem 4. Verr. vbi de Marcello agit, ait Vrbem pulcherrimam Syracuſas: quæ quũ manu munitiſſima eſſet, tum loci natura terra ac mari claudebatur. Syracuſani multos claros principes habuerunt, ſed præcipue clariſſimum Dionyſium ſeniorem. Qui quum apud filium Dionyſium vidiſſet ingentẽ vaſorum aureorum argenteorúmque copiam, exclamans inquit, In te affectus regius non eſt, qui ex tãta poculorũ vi amicum neminem tibi conciliaſti. Ambo tamen Dionyſii philoſophi fuere, amboque Platonẽ audierunt. Ex Syracuſiis fuit Archimedes mathematicus, & Theocritus poeta bucolici carminis ſcriptor, quem Virgilius imitatus eſt. Solinus in Polyhiſtore ſcribit in Sicilia primum comœdiam inuentam fuiſſe. De Syracuſiis vide Diodorum lib. 16. vbi de rebus Dionis.

Syracuſius, vel Syracoſius, poſſeſſiuum. Virgil. eclog. 6. 1, Prima Syracoſio dignata eſt ludere verſu. Sed Græcè dicitur: nam Latinè Syracuſanus dicitur, teſte Seruio.

Poeta Syracoſius. Ouid. in Ibin, 110,
Vtque Syracoſio, præſtricta ſauce, poetæ,
Sic animæ laqueo ſit via clauſa tuæ.

Ars Syracoſia. Ouid. 6. Faſt. 56,
Arte Syracoſia ſuſpenſus in aere clauſo
Stat globus, immenſi parua figura poli.

Syceum/inquit Paulus Ægineta, plerique appellauerunt decoctum ficorum, quod & defruto nomen eſt, Græciſque etiam hepſema dicitur. Hippocrates ſycion vocat.

Syria, regio Aſiæ, quæ ab Oriẽte fluuio Euphrate, ab Occidente noſtro mari & Ægypto terminatur, à ſeptentrione habet Ciliciam, & partem Cappadociæ, à Meridie Arabiam. Cuius inſignes ciuitates (vt libro. 5. refert Ptolemæus) ſunt Laodicea, Hierapolis, Antiochia, Apamea, Palmira, Heliopolis, Ptolemais, Sidon, Tyrus, Beritus, Botris, Tripolis, Byblus, Seleucia, Cæſarea, & Damaſcus. Montes clari, Carmelus, Caſius, Libanus. Fluuii, Euphrates, Criſoras, Singas. Regiones, Phœnicia, Palæſtina, Iudæa, Idumæa, Comagena, & Samaria. Hæc regio in medio orbis conſtituta eſt: quò ſit vt nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur. Sunt qui quadripartitam faciunt diuiſionem, in Syricos, Aſſyricos, Leucoſyrios, & Cœleſyrios. Plinius lib. 5. cap. 11, Syriæ totius Aſſyriam partem facit. Multi confundunt, vt Herodotus, qui Syros à Græcis dictos, Aſſyrios à Barbaris dici ſcribit, & illis Chaldæos adnumerat. Acron quoque & Porphyrio, inſignes grammatici, apud Horatium, eam quæ nunc Syria dicatur, olim Aſſyriam dictam, addita ſyllaba, ſcribunt. Et lib. 23. Ammianus Marcellinus, Citra amnes (inquit) prouincia eſt nobilis Aſſyria, celebritate & magnitudine. tũ & multiformi feracitate ditiſſima: quæ per populos, pagóſque amplos diffuſa quondam & copioſa ad vnum conceſſit vocabulũ, & nunc omnis appellatur Syria. Dion in Traiani vita Aſſyriam Barbaris dictam, s litera in σ mutata, quam Aſſyriam nos vocemus, indicat. Scriptores in eo ferè conueniunt omnes, vt Syriæ & Aſſyriæ nomina confuſa eſſe credant.

Populi Syriæ. Lucan. lib. 3. 43.
Decora Syria. Claud. 2. in Eutrop. 115.
Opima & fertilis Syria. Cic. pro Domo ſua, 18.

Syrus & Syrius, Qui ex Syria eſt. Cic. 3. de Nat. deorum, 51, Piſcem Syrii venerantur. Ouid. 2. Faſt. 95,

Inde nefas ducunt genus hoc imponere menſis,
Ne violent timidi piſcibus ora Syri.

Agmina Syrorum. Stat. 1. Syl. 6. 15.

Syri vænales. Cic. 1. de Ora. 148, Vt illud M. Ciceronis ſenex huius viri optimi noſtri familiaris pater, noſtros homines ſimiles eſſe Syrorum vænalium, &c.

Palæſtinus Syrus. Tibull. lib. 1. eleg. 7. 4.

Syrius, Adiectiuum: vt Syria pyra. Columel. lib. 5. cap. 10. 11, Ea ſunt Cruſtumina regia, Signina, Tarentina, quæ Syria dicuntur.

Munere Syrio plenus onyx. Propert. lib. 2. eleg. 14. 6.

Syrus, Aliud adiectiuum. Horat. 1. Carm. ode 31. 5,

Mercator exſiccet culullis
Vina Syra reparata merce.

Syriacus, pen. corr. Poſſeſſiuum: vt Syriaci boues, id eſt qui ſunt in Syria. Plin. lib. 8. cap. 45. 4, Syriacis non ſunt palearia.

Prætor Cilicenſis & Syriacus. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 11.

Radix Syriaca, pro ſilphio, & quod Latini laſerpitium vocant, quia, inquit Dioſcorides, ex Syria & Media optima huiuſcemodi radix adferretur. Colum. lib. 11. cap. 13. 3, Nec minus ſi vernum & æſtiuum fructum voles habere, Syriacæ radicis & rapæ napique ſemina obruet. Vulgus noſtrum hãc herbam, vt inquit Ruellius, pariter & radicem ab authoritate & nobilitate *angelicam & radicem ſancti Spiritus*, & *imperatoriam* appellat.

Ros Syriacus, pro ſucco radicis ſilphii, qui Græcis opos cyrenaicos etiam dicitur: hoc eſt ſuccus Cyrenaicus, quòd in Cyrenaica prouincia quemadmodũ & in Syria, optimus naſceretur in ſilphio. Colum. lib. 9. ca. 13. 4, Nam vel grana mali punici tunſa, & vino aminæo cõſperſa, vel vuæ paſſæ cũ rore Syriaco pari mẽſura pinſitæ. Idem lib. 11. cap. 41. 3, Prius tamen quàm de igne medicamentum tollatur, tres heminæ roris Syriaci contriti ſuper omnia adiiciuntur. Latini quidam laſer Syriacum appellãt, vulgus noſtrum *beminum*, ſiue *ben Iudaicum*: quòd, inquit Ruellius, Iudæa parens eius mittat ad nos prolem ſuam.

Sýricus, pen. corr. Poſſeſſ. vt Syrica mala. Colum. libro. 5. ca. 10. 13, Præterea malorum genera exquirenda maximè, ſcandiana, id eſt Syrica.

Syricum atramentũ. Plin. lib. 35. cap. 6. 1, Præterea è vilioribus

ochra, ceruſſa vſta, ſandaracha, ſandix, Syricum atramentum. Idem lib.33.cap.7.8, Sublimi autem Syrico minium, compendii ratio demonſtrat. Quo loco Hermolaus, Syricum, inquit, fictitius colos eſt ex ſinopide ac ſandyce miſtis, quo minium adulteratur. Vetus codex legit ſcyrico.

SYRIANVS Alexãdrinus, philoſophus Platonicus, docuit Athenis, ſcripſitque in totum Homerum commentarios, libros ſeptem in Platonis Rempub. & alia. Huius diſcipulus & ſucceſſor fuit Proclus. Suidas.

SYRICTAE, vt ex Megaſthene notat Plinius cap.2.lib.7, gentes ſunt inter Nomadas Indos, narium locu foramina tantum habentes, anguium modo loripedes.

Syringites, pen.prod. Gemma, quæ ſtipulæ internodio ſimilis eſt, ac perpetua fiſtula cauatur. Plin.lib.37.cap.10.40.

Syrinx/ſyringis, f.g. vel ſyringa, ſyringæ, A noſtris fiſtula tranſfertur, Inſtrumentum muſicum quo ore modulamur. σῦριγξ.

SYRINX, Nympha Arcadiæ, quæ Nympharum precibus mutata eſt in paluſtres calamos, quum acrius eam inſequeretur Pan ruſticorum deus. Martialis lib.9.63,

Sæpe ſub hac latuit ruſtica fronde Dryas:
Dúmque fugit ſolos nocturnum Pana per agros,
Terruit & tacitam fiſtula ſera domum. Ouid.1.Metam.139,
Inter Hamadryadas celeberrima Nonacrinas
Naias vna fuit, Nymphæ Syringa vocabant. Vide hoc loco totam fabulam.

Syrtes/pen. prod. Lapillus in veſica lupi, teſte Plinio lib.11. cap.37.76.

SYRITHA, filia fuit Danorum regis Sylualdi tantæ pudicitiæ, vt quum ob elegantiam formæ procorum frequentia peteretur, neminem tamen probauerit. Saxo lib.7.

SYRIVS ſtella eſt in ore Canis poſita: quæ annis omnibus oritur circa octauum Iulii calendas: quæ orta plerunque peſtilentiam toto anno facit, plerunque paucis diebus: interdum innoxia naſcitur. Hinc eſt, Et in totum regnatet Syrius annum. Item ſuprà, Et lethifer annus. Tunc autem peſtilentiam creat, ſi in hanc rem etiam cæterorum conſentiat curſus aſtrorum. Hæc Seruius in illud 5. Æneid.28,

Iura, domóſque dabam, ſubitò quum tabida membris
Corrupto cæli tractu, miſerandáque venit
Arboribúſque, ſatíſque lues, & lethifer annus.
Linquebant dulces animas, aut ægra trahebant
Corpora: tum ſteriles exurere Syrius agros.
Arebant herbæ, & victum ſeges ægra negabat.

Syrma/ſyrmatis, pen.cor.n.g. Genus veſtis tragicorũ: vel cauda ſiue tractus veſtis fœminarũ. Martialis lib.11.91, Aptaſti longum tu quoque ſyrma tibi. Idem lib.1.155, Muſa nec inſano ſyrmate noſtra tumet.

SYROPHOENIX, Qui habitat in ora maritima Syriæ, circa Euphratem, cuius pars Idumæa & Iudæa. Iuue.ſaty.8.16, Obuius aſſiduo Syrophœnix vdus amomo.

SYRSICAMBIS, Darii mater, quæ audita morte Alexandri, ſeſe perpetuæ nocti dedit. Vide Curtium.

SYRTES, ſunt loca circa fines Apluriæ, Ægyptum verſus periculoſiſſima: ab σύρειν trahere. Eſt enim inæqualitas maris & terræ magna, & in vno loco profundiſſima, in alia verò ſatis vndoſa. Spirantéque vento cumulus arenæ, qui ſupra mare fuerat, in profundiſſimas reſidet valles: & qui deprimebatur, mox ſuper aquas egeritur. Et ſunt duæ, pares natura, impares magnitudine, quæ dicuntur maiores & minores, & ſpatio paſſuum ducẽtorum quinquaginta multum ſeparantur. Minor, à Carthagine trecentis milibus paſſuum diſtat, & totidem ambitus. Liu.4.bel. Maced.116, Ora eſt minoris Syrtis, & agri haberis: vna ciuitas eſt Leptis. Maior quadringentis viginti quinque milibus paſſuum. Plin.lib.6.cap.30. & lib.7. cap.2, Cuius ſepulchrũ à parte Syrtiũ maiorũ eſt. Seruius verò, vbicunque ſunt arenoſa loca in mari, Syrtes aſſerit vocari. Hoc nomẽ etiam declinatur hæc Syrtis, & has Syrus, vt ait Priſcianus. Virgilius lib.10.Æn.136, In Syrtis in ſaxa volans vos Turnus adoro.

Barbaræ Syrtes. Horat.2.Carm.Ode 6.1.
Æſtuoſæ Syrtes. Horat.1.Carm.Ode 22.1.
Exercitatæ Syrtes Noto. Horat.Epod.9.7.
Getulæ Syrtes. Virg.5.Æneid.11.
Inhoſpita Syrtis. Virg.4.Æneid.9.
Libycæ Syrtes. Lucan.lib.1.99.
Naufraga Syrtis. Silius lib.17.118.
Paretoniæ Syrtes. Lucan.lib.3.59.
Vaſtæ Syrtes. Virg.1.Æneid.30.
Sæuas accedere Syrtes. Valer.7.Argon.18.
Lybicas perrumpere Syrtes. Ouid.2.Amor.eleg.16.5.

¶ Patrimonii Syrtis, per tranſlationem. Cic.3.de Orat.89. Syrtim patrimonii, ſcopulum libentius dixerim.

Syrticus, pen. corr. adiect. vt Hammon Syrticus. Lucan.lib.10.7.

Syrus/Syra, Syrum, poſſeſſiuum: itẽ Syrius, Quod ex Syria eſt. Vnde Syri & Syrii, qui ex Syria ſunt. Vide SYRIA.

SYRVS, prima producta, Straboni lib.10, inſula, è qua Pherecydes Babius duxit originem. Huius mentionem feciſſe videtur Homerus, Syriam illam appellans,

Inſula quæ Syria Ortygiæ, ſtatlittore ſupra.

Syrus/Foſſa vbi recõditur frumentũ. Syros, inquit Curtius lib. 6. vocant barbari circa Caucaſum: quos ita ſolerter abſcondunt, vt niſi qui defoderint, inuenire non poſſint. in iis cõditæ fruges erant. Plin.lib.18.cap.30, Vtiliſſimè tamen ſeruantur in ſcrobibus quos ſyros vocant, vt in Cappadocia & in Thracia, Hiſpania & Africa. Colum.lib.1.cap.6.9, Vbi puteorum in modũ quos appellant ſyros, exhauſta humus editos à ſe fructus recipit. Budæus contendit ſcribẽdum eſſe per i Latinum. quod facilè crediderim: nam Græca dictio non eſt.

Syſſitos, Latinè ſodalis. Caius iuriſconſ. Sodales ſunt, qui eiuſdem collegii ſunt, quos Græci ἑταίρους vocant.

Syſtole, pen.corr.f.g. Correptio: figura eſt quum longa ſyllaba cõtra eius naturam corripitur. vt apud Virgilium 1.Æneid.16, Connubio iungam ſtabili, propriámque dicabo. Vbi NV breuẽ poſuit, quæ naturaliter longa eſt. nam alio loco longam poſuit, vt 3.Æn.64, Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia ſeruans?

T

LITERA conſonans, cognationem quandam cum D habet, vt teſtatur Quintilianus lib.1.ca.4.11. nã veteres Aleſſanter, Caſſantra ſcripſerunt: nos modò Aleſſander, vel Alexãder, & Caſſandra.

TABAE, Tabarum, vrbs Cariæ. Plinio lib.5.ca.27.

Tabanus, tãbani, pe.cor. maſcu.gen. Genus vermis, à quibuſdam aſilus dictus. Plinius lib.11. cap.28.4, Reliquorum quibuſdam aculeus in ore, vt aſilo, ſue tabanum dici placet: item culicibus & quibuſdam muſcis. Varro 1.de Re ruſt.ca.5.13, Itaque quòd eas æſtate tabani concitare ſolent, & beſtiolæ quædam minutæ ſub cauda. ne concitentur, aliqui &c.

Tabella, tabellæ, & Tabellarius, Vide Tabula.

Tabeo, Tabes, Vide Tabes.

TABERENI, pen.prod. populi iuxta Chalybes, Pomponio lib.1, quos Strabo Tabarnos nominat. Rectius Tibereni, vel Tibarani dicendi, teſte Hermolao. Iuſtiſſimi ſunt illi, nec prius prælio congrediuntur, quàm diem, locum & horam, ex fide hoſti denuntiarint. Quum mulier partu liberatur, vir in lectulum tanquam pueri author decumbit, eúmque vt puerperam effœta vxor curat, vt ex Nymphodoro Cælius annotauit. Valerius Flaccus lib.5.Argon.30,

Inde Genetæi rupem Iouis: hinc Tibarenum
Dant virides poſt terga lacus: vbi deſide mitra
Fœta ligat, partúque virum fouet ipſa ſoluto. Quo de loco doctiſſima extat Angeli Politiani epiſtola ad Pomponium Lætum. Quod ad riſum attinet Ephorus tradidit, & libro iam citato Flaccus.

Taberna, tabernæ, Dicitur quaſi trabena, à validioribus trabibus, quibus ſuperiora ſunt ſuſpenſa, vt ait Donatus. Accipitur pro omni ædificio quod eſt vtile ad habitandũ, ex eo quòd taberna tabulis claudebatur, ſiue cooperiebatur: vt ait Vlpianus de Verb. ſignif. Cic.Attico, libro 14.305.4, Tabernæ mihi duæ corruerunt. Idem ad Q.fratrem, lib.3.23.1, Craſſipedis ambulatio ablata, horti, tabernæ plurimæ, magna vis aquæ vſque ad piſcinam publicam. Iuuenalis Saty.3.30.

-clauſis domibus poſtquam omnis vbique
Fixa catenatæ ſilnit compago tabernæ.

Arcana taberna. Propert.lib.4.eleg.8.4, Turpis in arcana ſonuit quum rixa taberna.

Diuersoria taberna Plaut.Menæh.9.75. -quantum potes,
Adhuc istos in tabernâ actutum diuersoriâ. Idem Truc.14.10,
-in tabernam ducor
Diuersoriam,vbi male accipiar mea mihi pecunia.
Instructa & ornata taberna. Cic.pro Cluent.142.
Meritoria taberna,Vide Merco.
Obscuræ tabernæ.Horat.de Arte,47,
Regali conspectus in auro nuper. & ostro,
Migret in obscuras humili sermone tabernas.
Salax taberna. Catull.ad conturbernales,35.1.
Claudere tabernam. Cic.pro Domo sua,43.
Diuertere in tabernam. Cic.1.de Inuent.111.

¶ Taberna, Vbi opera ipsa, exteræque merces venditantur. Plin.lib.10.cap.43.1,Postea ad tabernam remeans,plurium annorum assiduo officio mirus. Horat.1.Serm.saty.4.15,Nulla taberna meos habeat neq; pila libellos.

Libraria taberna,Vide Liber.

Tabernarius,tabernarii, masc.g. Qui in taberna venditat. Cic. pro L. Flacco,14, Opifices & tabernarios, atque illam omnem fæcem ciuitatum quid est negotii concitare?

Clodius concitator tabernariorum.Cic.pro Domo sua,11.

¶ Tabernarius, qui vinũ venditat: sicut aquarius,qui vendit aquã.Cælius ad Ciceronẽ, lib.8.6.9, Dici non potest quomodo hîc omnia iaceant:nisi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem,veternus ciuitatem occupasset.

Tabernarius,adiectiuum. vt Comœdiæ tabernariæ,in quibus nõ Magistratus,sed humiles personæ inducũtur. Dictæ quòd olim tabulis domus vulgò tegerentur.

Tabernáculum,tabernáculi pen.corr.Tectum castrẽse, quòd veluti taberna quædam sit.Cæsar 6.bel.Gall.140, Hîc diffisus suæ ac omnium saluti, inermis ex tabernaculis prodit. Ibidem, lib.1.157, Abditi in tabernaculis. Cic.2.de nat.deo.16, Se,quũ legeret libros, recordatum esse vitio sibi tabernaculum captum fuisse in ortos Scipionis.

Militare tabernaculum. Cic.de Clar.Orat.18.

Collocare sibi tabernaculũ in aliquo loco. Cic.in Pisonẽ,48, Perpotare totũ diem in aliquo loco posito tabernaculo. Cic. 7.Verr.69.

Tabeo/tabis,f.g. Morbus est, cuius tres species sunt. Vna, qua corpus nõ alitur, & naturaliter semper aliquibus decidentibus, nullis verò in eorum locũ subeuntibus, ita summa macies oritur:& nisi occurritur,tollit. Atrophiam hanc Græci vocãt. Alia est quam appellabant cachexiã, vbi malus corporis habitus est, ideoque omnia alimẽta corrũpuntur: quod ferè fit,quum longo morbo vitiata corpora etiã si illo vacant, refectionẽ tamen nõ accipiunt. Tertia est species, quã Græci phthisim nominãt, ἀπὸ τῦ φθίειν,quod est consumi,& tabescere.Oritur ferè à capite, inde in pulmonẽ destillat, huic exulceratio accedit. Ex hac febricula leuis fit,quæ etiã quum quierit, tamen & repetit:frequẽs tussis est,pus excreatur.Hæc Sipontinus ex Celso lib.3.cap. 21. Festus,Tabẽ eã quæ faceret tabescere, apud antiquos vsurpatum. Sallustius quoque frequenter,vt in Catilina,cum ait, Vti tabes plerosq; ciuium animos inuaserat. Idem lib.4.hist. Qui quidem mos,vt tabes in vrbẽ conjectus. Et Cornutus pro Liburnia, Propter hanc tabem atque perniciem domus totius. Hactenꝰ Festus. Cic.3.Tusc.48,Habet ardorem libido,leuitatẽ lætitia gestiẽs, humilitatem metus:sed ægritudo quædam maiora,tabem,cruciatum,&c. Virgil.6.Æneid.89, Hîc quos durus amor crudeli tabe peredit.Vbi Seruius,Tabe,corpore defluente paulatim.

Cæca tabe liquefactæ medullæ.Ouid.9.Metam.35.
Crudelis tabes. Virg.6.Æneid.89.
Funesta tabes veneni. Ouid.1.Metam.10.
Lenta tabe liquitur.Ouid.1.Metam.161.
Pallida tabes luceri. Lucan.lib.4.10.

¶ Tabes interdũ aliquid cruentũ significat,quod proprie tabum nominant, éstque sanies & sanguis corruptus. Virgil.3. Æneid.6, Et terrã tabo maculant. Vbi Seruius,Tabo,corrupto sanguine.Et est nomen, casus septimi tantum, vt sponte,natu. Quod si velis declinare, hæc tabes huius tabis dicis. Idem 8. Æneid.98, -& sanie taboque fluẽtes Cõplexu in misero,longa sic morte necabat.Vbi idem Seruius,Sanies mortui est:tabo, viuentis scilicet sanguinis. Cic.1.Tusc.172,

Ipse summis saxis fixus asperis
Euisceratus latere pendens,saxa spargens tabo,
Sanie & sanguine atro.Ex poeta. Ouid.2.Metam.153,
Protinus inuidiæ nigro squalentia tabo
Tecta petit. Vbi interpres, Diptotũ nomẽ est & duorũ casuũ. Nam tabi & tabo solum inueniuntur.

Turpi dilapsa cadauera tabo.Virg.3.Georg.111.
Atro tabo fluentia membra.Virg.3.Æneid.116.
Infecit pabula tabo.Virg.3.Georg.97.
Putri tabo liquentia cadauera.Silius.lib.13.99.
Crasso tabo oblita cuncta rubent.Stat.5.Thebaid.63.
Mortifera tabe tincta sagitta.Ouid.3.de Ponto,Eleg.1.6.
Vndanteꝫ tabẽ per auras latè torquet serpens. Silius lib.17.91.

¶ Arborũ tabes. Plin.lib.17. cap.24.15, de vitiis & morbis arborũ loquẽs,Quædã temporum causæ aut locorum nõ propriè dicuntur morbi,quoniã protinus necãt:sicut tabes cum inuaserit arborẽ,aut vredo:vel flatus alicuius regionis proprius, vt est in Apulia Atabulus,in Eubœa Olympias.Hîc enim si flauit circa Brumã, frigore exurit arefaciens,vt nullis folibus postea recreari possint.Hoc genere conualles,& apposita fluminibus laborant,præcipuéque vitis,olea,ficus. Quod quum euenerit,detegitur statim in germinatione. Quæ verba Plinii ad verbũ ferè ex quarto Theophrasti de plantis transcripta sunt, qui hanc tabem καταφλεξιν τῶν βλαστῶν vocat,quasi percussionem,aut stuporem arborum, quum stirpes arescunt tabido morbo exucti, eo modo quo homines ægri longa tabe emaciati,defectique.

Nimborum tabes.Lucret.lib.1.165,Imbribus,& tabe nimborum arbusta vacillent.

Fori tabes.Tacit.lib.11,Vt quomodo vis morborũ pretia medentibus,sic fori tabes pecuniam aduocatis ferat.

Tabitũdo,pen.prod.tabitudinis, Idẽ quod tabes. Plin.lib.22.cap. 25.9, Peculiariter tamen longo morbo ad tabitudinem redactis subuenit.De alica.

Tábidus,pen.corr.adiectiuum,Corruptum, quod tabem patitur. Mart.lib.1.74,Indignas premeret pestis quum tabida fauces.

Lues tabida.Virg.3.Æneid.18.
Mens tabida facta.Ouid.1.de Ponto,Eleg.1.14.
Vetustas tabida consumit ferrũ.Ouid.4.de Ponto,Eleg.8.10.
Tabida nix dicitur, quum iam cõsumitur,& colorem prorsus amisit, vt iam fæci simillima sit. Liu.1.bel. Puni.135. Itaque in leui tantum glacie,tabidáque nine volutabantur iumenta.

Tabificus,pen.corr. adiectiuum, Quod tabem inducit. Vnde & à Cicerone lib.4.Tusc.55,ægritudo & metus,tabificæ mentis perturbationes dicuntur,quoniã mentem lacerant,tabem,cruciatum,& afflictionem inferunt. Plin.lib.8. cap.10.2, Et terram edisse ita tabificum est,nisi sæpius mandant.

Aer tabificus.Lucan.lib.5.23.
Saniem tabificam expirat serpens.Silius lib.6.56.
Vis tabifica.Plin.lib.29.ca.4.8,Non enim est tabifica vis: itaque occisa morsu earũ animalia cibis innoxia sunt. Idem lib. 8.ca.37.3, In desperatione verò vrinam ex se reddunt tabificam tergori suo,spinisque noxiam,propter hoc se capi gnari.

Tabificábilis,& hoc tabificábile, pen.corr. à veteribus dicebatur. Accius,Par neci orbificor liberorum letho & tabificabili.

Tabeo,tabes,tabêre: siue

Tabesco,tabescis,tabéscere,Interiore sensu liquescere & cõsumi. Et propriè in amore & mœrore tabescere dicimur, quanuis de aliis dici possit. Gellius lib.7.cap.8, Delphinus amans desyderio tabuit,exanimatúsque est. Plaut.Capt.4.31,

Ego qui tuo mœrore maceror,
Macesco,consenesco,& tabesco miser.

Artus tabentes.Virg.1.Æneid.36.
Ceræ tabuerant.Ouid.8.Metam.46.
Corpora tabent.Ouid.7.Metam.110.
Dies tabescit,quæ ad occasum tendit.Plaut.Sticho,11.6, Postea accumbam qua senex tabescit dies.
Galea tabescens.Claud.4.Paneg.69.
Humor calore tabescit.Cic.1.de Nat.deorũ,39,Itaque & Aquilonibus,reliquisque frigoribus adiectis durescit humor, & idem vicissim mollitur tepefactus,& tabescit calore.
Sal tabescit. Cato de Re rust. Id aliquoties in die quotidie facito vsqueadeò donec sal desierit tabescere.
Animus tabescit assiduis curis.Ouid.5.Trist.eleg.1.16.
Desyderio alicuius tabescere.Cic.in Catil.19.
Ipsi ita acerba,vt tabescat dolore. Cic.ad Atticum,lib.2.36.6.
Dolore ac miseria tabescere.Teren.Adelph.4.3.12,Nam & illi animum iam releuabis,quæ dolore ac miseria Tabescit.
Lumina tabescunt fletu.Catull.ad Mallium,65.11.
Luctu æterno tabescere.Lucret.lib.3.187.
Molestiis & morbo tabescere.Cl.4.Tusc.56. Et 3.de Nat.deo.111.
Otio tabescere.Cic.ad Atticum,lib.2.19.2,Ego autem vsqueeo sum enervatus, vt hoc otio quo nunc tabescimus, malim ἐννυχομαχῆσαι,quàm optima spe dimicare.

Tablinum,tablini,pe.prod.Locus hybernæ stationis atrio proximus,quòd ferè ex tabulis constaret: vbi tabulæ & instrumẽta publica, monumentáque rerum gestarum, actarúmque asseruantur, aliàs grammatophylacium dicitur. Plin.lib.35. cap.2.3,

Tablina codicibus implebantur,& monumentis rerum in Magiſtratu geſtarum. De priuato tabulario vel tablino Plinius intellexit. Cicero 3.de Nat.deorum. 105, tabularium dixit. Apul. lib.vltimo Floridorum, Medici cum intrauerint ad ægrum, vti viſant, nemo eorum quod per pulchra tablina in ædibus viſant,& lacunaria auro oblita. Feſtus, Tablinũ proxime atrium locus dicitur, quòd antiqui Magiſtratus in ſuo imperio tabulas rationum ibi habebant: publicarum rationũ cauſſa factum locum. Alii dicunt tablinum à tabulis. Hactenus Feſtus.

TABOR, mons in medio Galilææ ſublimis.

TABRACA, pen.corr.oppidum eſt Africæ minoris. Silius Sabratam nominat libro tertio,52,

Sabatra tum Tyrium vulgus, &c. Aliis Tabatra, quod minime mirum eſt. Barbara enim vocabula inepta ſunt, nec ſemper eodem ſono vtraque lingua efferri conſueuerunt, vt Hermolaus ſcribit. Claud. in præfat. lib. 2. in Eutrop. 15,

Inclyta captiuo memoratur Tabraca Mauro.

Tabula/tabulæ, pen.corr. Notæ ſignificationis.

Imago alicuius in tabulis. Cic. 5. de Finib. 6.

Incila tabula his literis. Vide **Incido** pen. prod.

Imprimere tabulas parieti, Vide **Impримo**.

Votiua tabula. Horat. 1. Carm. Ode 5. 3.

Arripere tabulam de naufragio. Cic. 3. Offic. 110.

E naufragio tabula, Vide poſt **Rauis**.

Pictæ tabulæ. Horat. 1. Epiſt. 2. 11,

Qui cupit, aut metuit, iuuat illum ſic domus, aut res,
Vt lippũ pictæ tabulæ, fomenta podagram. Plaut. Menæ. 4. 51,

Dic mihi, nunquid vidiſti tabulam pictam in pariete
Vbi aquila catamitum raperet, aut vbi Venus Adoneum? Cic. pro Roſc. Amer. 79, Quid præterea exlati argenti? quid ſtragulæ veſtis? quid pictarum tabularum? quid ſignorum? quid marmoris apud illum putatis eſſe?

Laceræ tabulæ. Ouid. 11. Metam. 86, Et laceras nuper tabulas in littore vidi.

¶ Ad tabulam decumbere, Vide **Decumbo**.

¶ Tabula cerata, in qua antiqui ſcribebãt. Plautus Aſin. 3. 19,

Ne epiſtola quidem vlla ſit in ædibus:
Nec cerata adeò tabula.

¶ Tabula, Liber eſt quem ſibi quiſque noſtrũ priuatim facere conſueuit, quaſi quoddã memoriæ promptuarium eorũ quæ agimus, id eſt diarium & ephemeris actionum noſtrarũ. Liuius lib. 4. de cenſura loquens, Conſtitutum eſt eam domum vnicuique noſtrum debere exiſtimari, vbi quis ſedes & tabulas haberet, ſuarúmque rerum conſtitutionem feciſſet. Budæus.

Tabulæ accepti & expenſi, Rationes in quas acceptæ & expẽſæ pecuniæ referebantur. Cic. 3. Verr. 40, Habeo & iſtius & patris eius accepti tabulas omnes, quas diligẽtiſſimè legi, atq; digeſſi. Idem pro Roſcio Comœdo. 2, Si tabulas C. Fannius accepti & expenſi profert ſuas in ſuã rem, ſuo arbitratu ſcriptas, quo minus ſecundum illum iudicetis, non recuſo.

Tuis tabulis cauſſã dicis, pro Domeſticis rationib⁹. Cic. in Verrẽ, An tuis ſolis tabulis cauſam te dicturũ exiſtimaſti? Budæus.

¶ Tabulæ nouæ appellantur, quando debitores creditas pecunias cũ vſuris perſoluere non cogũtur ipſis creditoribus,& abolitis prioribus debitis nouæ tabulæ cõficiũtur. Cic. lib. 2. Off. 115. Tabulæ vero nouæ quid habent argumenti, niſi vt emas tibi mea pecunia fundum, eum tu habeas, ego non habeam pecuniam? Salluſt. Catilina polliceri cœpit tabulas nouas, proſcriptionem locupletum.

Vindices enim tabularum nouarum nouam tabulam vidimus. Cic. 11. Phil. 199.

Proſcribere tabulam. Cic. Q. Fratri lib. 2. 10. 6.

¶ Tabulæ, iudicum etiã dicũtur, de quibus Aſconius in Diuinatione, In cauſſis (inquit) maioribus iudices vniuerſi in ciſtam tabulas ſimul coniiciebant, ſuas inſculptas literas habentes abſolutionis, ſiue condemnationis, cum de alicuius capite agebatur N & L ampliationis. his enim literis ſignificabant non liquere. Tabulas iudicũ, inquit idem Aſconius alio loco, tabellas cereas intelligit, quibus ſententias ferebant. erant enim ſententiæ non vocales, ſed tabellariæ. Cicero in Piſonem, 8, Cui primã comitiis tuis dederas tabulã prærogatiuæ, quem in ſenatu ſententiam rogabas tertium.

Cenſoriæ tabulæ, Vide **Cenſeo**.

¶ Tabula Valeria. Ci. ad Terẽtiã, li. 14. 2. 5, Quẽ admodũ à Veſta ad tabulã Valeriã ducta eſſes. Idẽ in Vatiniũ, 16, Cũ cũ tu Cõſulẽ in vincula duceres, & à tabula Valeria collegæ tui mitti iuberẽt: feceriſne ante roſtra pontẽ cõtinuatis tribunalibus?

Bibliothecas omniũ philoſophorum vnus mihi videtur x i i tabularum libellus, & authoritatis pondere, & vtilitatis vbertate ſuperare. Cic. 1. de Orat. 96.

¶ Tabulæ, numero plurali, ſiue per diminutiuum tabellæ, dicebantur teſtamenta, ſiue aliæ publicæ ſcripturæ, cuiuſcunque materiæ eſſent. Quintil. lib. 5. cap. 7, Teſtimonia dicuntur aut per tabulas, aut à præſentibus. Idem lib. 6. ca. 4. Vetus habebat teſtamentum: & vnus ex amicis recentioribus ſperans aliquid ex mutatione tabularum, falſam tabulam intulerat, conſulens eũ an primipilaris ei teſtamento ſuaderet ordinare ſuprema iudicia. Noli, inquit, facere: offendis illum. Primæ tabulæ teſtamenti ſunt, in quibus hæredes primo loco inſtituuntur: ſecundæ ſunt in quibus ſubſtitutiones fiunt, ſi inſtituti hæreditatem non adierint. Tabulæ enim teſtamentum ſignificant. Vnde bonorum poſſeſſiones ſecundum tabulas & contra tabulas dictæ. Tabulæ etiam dicuntur folia teſtamenti. Quare primæ & ſecundæ tabulæ intelligi poſſunt prima & ſecunda charta teſtamenti, quæ etiam primæ & ſecundæ ceræ dicuntur. Budæus.

Accuſare tabulas, Vide **Accuſo**.

Conficere tabulas, Vide **Conficio**.

Configere tabulas, Vide **Configo**.

Eximere alicuius nomen de tabulis. Cic. pro Roſc. Amer. 15.

Inferre in tabulas aliquod commodum. Cic. pro Flacco, 15.

Obſignare tabulas, Vide **Obſigno**.

Signatæ tabulæ. Quintil. lib. 5. cap. 11. 25, Etiam ſi tabulæ ſignatæ non fuerint.

¶ Tabulæ, Syngraphæ, & documẽta literaria. Cic. 1. de Oratore, 64, Nam pro tabulis & cõtra tabulas, & pro teſtibus & contra teſtes, & pro quæſtionibus & cõtra quæſtiones, & item de cæteris rebus eiuſdẽ generis, vel ſeparatim dicere ſolem⁹ de genere vniuerſo. Inde illud, Tabulis obſignatis cũ aliquo agere. Budæ⁹.

¶ Tabula pro auctione. Cic. pro Cecinna, 11, Adeſt ad tabulã: licetur Ebutius, &c. Budæus.

Auctionariæ tabulæ, Vide **Augeo**.

Tabella, tabellæ, Diminutiuum, Parua tabula. Plin. lib. 16. cap. 39. 1, Inuentum eſt pictorum tabellis immortale. Cic. ad Gallum, lib. 7. 24. 10, Exedria quædã mihi noua ſunt inſtituta in porticula Tuſculanis: ea volebam tabellis ornare.

Blandæ denſæque tabellæ. Iuuen. Saty. 9. 4.

Raſis tabellis infuſa cera. Ouid. 1. de Arte, 89.

Committere verba tabellis. Ouid. 9. Metam. 118.

¶ Tabellæ, Epiſtolæ dicebantur, quòd in breuibus tabulis ſcriberentur. Plaut. Epid. 5. 67,

Quin hodie allatæ ſunt tabellæ ad eam à Stratiphocle, eum Sumpſiſſe argentum, &c. Idem Bacchid. 17. 17, Nunc haſce tabellas ferre me iuſſit tibi. Idem Pſeud. 3. 38, Tace dum pellego tabellas.

Croceæ membrana tabellæ. Iuuen. Saty. 7. 3.

Lepidæ tabellæ, Vide **Lepidus**.

Verba dedit ferenda tabellis. Ouid. 14. Metam. 141.

Properatæ tabellæ, Celeriter ſcriptæ. Ouid. 9. Metam. 118.

Arcanas ſignare tabellas. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 3.

¶ Tabellæ, In quibus iudices ſcribebãt. Cic. 3. de Legib. 17, Lex recitata eſt, diſce rem, & tabellam iubebo dari. Idem 1. Verr. 13, Ceratam vnicuique tabellam dari cera legitima, non illa infami ac nefaria. Idem 6. Ver. 93, De quo vos ſententiam per tabellam feretis? Idem ad Lentulũ, lib. 1. 9. 61, Vdque non ſolùm fronte, atque vultu, quibus ſimulatio facillimè ſuſtinetur, declarant ii qui tum noſtro illo ſtatu optimates nominabãtur, ſed etiam ſenſu ſæpe iam tabellãque docuerunt.

Videtis in tabella iã antè quãta facta ſit labes. Cic. de Ami. 39.

Ferre tabellam. Cic. 1. de Lege agr. 10, Quod meis comitiis nõ tabellam indicem tacitæ libertatis, ſed vocem viuam præ vobis, indicem veſtraram erga me voluntatum ac ſtudiorum tuliſtis.

Obſignata tabella. Cic. 5. Tuſcul. 48, Tu quidem obſignatis tabellis agis mecum, & teſtificaris quod dixerim aliquando, aut ſcripſerim.

Grata tabella. Cic. pro Plancio, 61, Etenim ſi populo grata eſt tabella quæ frontes aperit hominum, mentes tegit, dátque eam libertatem, vt quod velint faciant.

Laureatæ tabellæ, Vide **Laurus**.

Tabellarius, tabellarii, m. g. Ratiocinator, ſupputator, phyllaciſta, qui in tabula, nomina & rationes obſeruat. Sidonius ad Petreiũ, Sed & ille ſuſcipiebat hunc granditer habens in eo conſiliarium in iudiciis, vicarium in eccleſiis, procuratorem in negotiis, villicũ in prædiis, tabellarium in tributis, in lectionibus comitẽ, in expoſitionibus interpretem, in itineribus contubernalem.

Locuples tabellarius, Vide Locuples in **Locus**.

¶ Tabellarius, Qui literas perfert. Caſſius ad Ciceronem, lib. 12. 12. 3, Scripſi ad te, tabellarioſque cõplures Romam miſi. Cicero ad Terentiam, lib. 14. 21. 1, Nos quotidie tabellarios noſtros expectamus. Idem ad Pætum, libro 9. 15. 1, Duabus tuis epiſtoris reſpondebo, vni, quam triduo antè acceperam à Zeto: alteri

quam attulerat Phileros tabellarius. Idem ad Brutũ,14.1,Statim extrusi tabellarios,literasque ad Ciceronem,&c.

Fidelis tabellarius.Cic.Attico,lib.1.8.2.

Tabellarius,Adiectiuum:vt Lex tabellaria.Ci.de Claris Orat.49, Homo non liberalitate vt alii: sed ipsa tristitia & seueritate popularis:cuius quidem legi tabellariæ M. Antius Brisso Trib.plebis diu restitit. Idem 3.de Legib.50, Qui autem nó sentit omnem authoritatem optimatium tabellariam legem abstulisse? Idem pro Sestio,89,Tabellaria lex ab L.Cassio ferebatur:populus libertatem agi putabat suam: dissentiebant principes, & in salute optimatium temeritatem multitudinis & tabellæ licentiã pertimescebant.Asconius in secundum Verrinarum,L.Cassius, Inde,inquit,sunt leges Cassiæ tabellariæ de suffragiis liberè ferendis,non voce,sed tabella.

Tabulâtis,& hoc tabulâre,pen.prod.Quod ad tabulas pertinet,& in tabularum ornatum accommodatur. Plin.lib.34.cap.9.1, Æs omne frigore magno melius fundi.Sequés temperatura statuaria est, eadémque tabularis.

Tabularium, tabulani, authore Seruio, instrumentum est in quo tabulæ,hoc est instrumẽta & literæ & actus publici reponũtur. Virgilius 1.Georg.101, -nec ferrea iura
Insanúmque forũ,aut populi tabularia vidit. Cic.pro Archia poeta,6,Hic tu tabulas desyderas Heraclienſium publicas, quas Italico bello incenso tabulario interisse scimus omnes. Idem pro Rabirio perduel. reo,4, An de peculatu facto, an de tabulario incenso,longa oratio est exprimenda. Sic 3.de Nat.deorum,105,Vt iudicetur qui tabularium incenderit. Ouid.15.Metam.162, -intres licet ipsa sororum
Tecta trium:cernes illic molimine vasto
Ex ære,& solido rerum tabularia ferro.
Inuenies illic incisa adamante perenni
Fata tui generis.

Tabularii, Obsignatores tabularum, siue hæ ad testamentum, siue ad aliud pertineant.Tacit.li.14,Igitur Fabianus tabulariis quos memoraui, & aliis minus illustribus obsignat.

Tábulo,tábulas,pen.corr.tabulâre,Tabulis aliquid construere.

Tabulatio,Verbale,Ipsa tabularum constructio. Cæsar 1.bel.Ciu. 33,Centonésque insuper iniecerunt,ne aut tela tormentis missa tabulationem perfringerent,aut saxa ex catapultis lateritiũ excuterent.

Tabulâtus,pe.prod.Adiectiuum,Ex tabulis factum.vt Tabulatus transitus,tabulis vbique interpositis confectus.Plin.epist.17.lib. 1,Adhæret dormitorium membrum transitu interiacente, qui suspensus & tabulatus conceptum vaporé salubri temperamento huc illuc digerit & ministrat.

Tabulâtum,pen.prod.neut.ge.Plana in ædificiis superficies,quadratis lapidibus,vel etiam tabulis constrata,& parietibus vndecunque suffulta:solarium quidam vocant corruptè. Cato cap. 3.1,Si in terra,vel tabulato olea nimium diu erit,putrescet,oleũ fœtidum fiet. Liu.1.bel.Pun.42,Quæ quum admota,catapultis balistisque per omnia tabulata dispositis, muros defensorib⁹ nudasset,&c. Cæsar 6.bel.Gall.101,In extremo põte turrim tabulatorum quatuor cõstituit,præsidiúmque cohortium duodecim pontis tuendi causa ponit. Colu.lib.1.cap.18, Sunt etiam quædam situ vetustatis obducta veteri vel crasso musco, quibus mederi solẽt agricolæ seminibus de tabulato superiectis,vel ingesto stercore,&c. Idem lib.1.cap.19,Fœnũ si nimium succum retinuit,in tabulato putrescit. Idem, Fœnum in tabulato cõponere. Iuuenalis Saty.10.11, -numerosa parabat
Excelsæ turris tabulata,vnde altior esset
Casus,& impulsæ præceps immane ruinæ. Virgil.2.Æneid.93,
Aggressi ferro circùm, quà summa labantes
Iuncturas tabulata dabant.

Destruit tabulata.Stat.10.Thebaid.175.

Strata solo tabulata.Stat.1.Syln.5.12.

¶Tabulata,in arboribus sunt rami effusiores in plana tendẽtes,non in altiora crescentes,inquit Seruius. Plin.lib.17.cap.13. 3,Et vlmus detruncata à media in ramorum scamna digeritur, nulla ferè viginti pedum altiore arbore: tabulata earũ ab octauo pede altitudinis dilatãtur in collibus,siccisque agris. Virg. lib.2.Georg.73,-summásq; sequi tabulata per vlmos. Colum. lib.5.cap.6, Quum deinde adolescere incipient vlmi, falsæ formædæ sunt,& tabulata instituẽda sunt.hoc enim nomine vsurpant agricolæ ramos,truncósq; prominentes,eósq; vel propius ferro compescunt,vel lõgius promittunt, vt vites latius diffundantur.hoc in solo pingui melius:illud in gracili. Idem de arboribus,cap.16.5, Deinde vbi amplum incrementum habuerit, per omnia arboris tabulata disponito eius materias, ita tamen ne vitem oneres.

TABVRNVS,mons Campaniæ,oliuetis abundans. Virgilius 2. Georg.8, -Iuuat Ismara Baccho
Conserere,atque olea magnum vestire Taburnum.

TACAPA,pen.cor.Ptolemæo lib.4.cap.3,Vrbs Syrtis paruæ:Plinio Tacape:vulgò *Capsi*.

Taceo/taces,tacui, tacitum.pen.corr.tacêre, notæ significationis. Plautus Capti.8.19,Quò tmus vnà,inquam, ad prandium? atque illi tacent. Idem Trin.13.160,Mutum tacet. Terentius Eunucho,3.1.13,
Nunquid habes quod contemnas:quid tu autem Thraso? Tacent,satis laudant.

Enuntiabo apud homines familiarissimos,quos semper tacui, & tacendum putaui. Cic.1.de Orat.59.

Ante expectatum tacuit.Ouid.4.Metam.158.

Tacere aliquid,Reticere.Terent.Eunuc.1.1.13, Quæ vera audiui, taceo & contineo optimè.

Callidè quid tacere. Quintil.lib.5.cap.13.33.

Taceo te. Plaut.Milit.14.99. -porrò remorare me.
M. Abeo:neque te remoror,neque te tango,neque te taceo.

Vlcisci se tacendo.Ouid.1.de Remed.50.

Tacere de.Plin.lib.13.cap.16.1,De mensis tamen tacuit.

De re aliqua tacere.Quintil.lib.1.cap.2.10.

Nimium diu de rebus alicuius tacere.Cic.Attico,lib.1.14.5.

In his saltem rebus,in quibus de se taceri velit, tacere. Cic.3. de Lege agraria,3.

An me taciturnum tantis de rebus existimauistis.Cic.2.Ver.17.

¶Tacere,Securũ esse: quoniam qui securi sunt, nullã interrogandi causam habent.Terent. Adelph.2.4.16, Tace modò, ac sequere. Ibidem,2.1.1,Tace,egomet conueniam iam ipsum.

¶Tacere etiã dicuntur quæ sine voce sunt.Virgilius libro 4. Æneid.73, -totúmque pererrat
Luminibus tacitis. Et 4.Æneid.105,Quum tacet omnis ager.

Amor tacetur in medio Marte.Ouid.1.Amor.eleg.18.8.

Iurgia turbida tacuerant.Ouid.ad Pisonem,18.

Oculi tacent.Ouid.1.Amor.eleg.5.4,
Non oculi tacuere tui,conscriptáque vino Mensa.

Plectra dolore tacent.Ouid.epist.11.40.

¶Tácitum est,impersonale.Terent.Adelph.5.4.38, Ignotum est,tacitum est,creditum est.

Taceantur.Martial.lib.1.18,Fucinus & pigri taceantur stagna Neronis.

Tacens,tacentis,Participium.Plau.Rud.14.72,Quia enim neque loquens es,neque tacens vnquam bonus.

Oratio tacens. Quintil.lib.1.cap.18.3, Erit enim rhetorice in oratione etiam tacente.

Fluuius tacens.Sene.Herc.fur.9.10.

Vento tacente tumuit mare.Ouid.Medea,10.6.

Tacendus,tacenda,tacendum.Mart.lib.1.46,
Vir Celtiberis non tacende gentibus,
Nostræque laus Hispaniæ.

Loqui tacenda.Ouid.2.de Arte,111.

Tácitus,tácita,tácitum,pen.corr. Qui tacet: & quod secretum est optimè nouit tenere apud se,& tacere.Plaut.Rud.14.70,
-istæ mutæ sunt,quæ pro se fari non queant?
T. Eo tacent,quòd tacita bona est mulier semper,quàm loquẽs. Ibidem,13.87,Tu abi tacitus tuam viam. Terent.Eunu.3.5.23, Quid id est? c.tacitus,citius audies. Idem Hecyra,4.1.3,Ita corripuit derepente tacitus sese ad filiam.

Assentitur tacitus. Cic.1.Ver.11,Nunc tantum id dicam quod tacitus tu mihi assentiare, nullã rem in me esse quam ille contemnat: nullam in te quam pertimescat.

Accepit hanc plagam tacitus.Cic.5.Verr.114.

Arguit tacitus. Liuius 1.ab Vrbe,67, Fuisse credo tum quoque aliquos qui disceptum regem Patrum manibus taciti arguerent.

Dat tacitus.Cic.1.Ver.10,Id enim consilii mihi profectò taciti dabitis,quod egomet mihi necessariò capiendum intelligo.

Perspicere voluntatem tacitorum.Cic.1.in Catil.15.

¶Tacitus,Passiue aliquando accipitur.Virg.6.Æne.169,Quis te magne Cato tacitum,aut te Cosse relinquat? Plau.Asin.14. 7,Suspendat potius me,quàm tacita hæc auferas. Cic.ad Appium,libro 3.8.2, Sed prima duo capita epistolæ tuæ tacita mihi quodammodo relinquenda sunt. Idem ad Atticum,lib.2.18.2, Cætera si reprehenderis,non feres tacitum:nisi siquid erit eiusmodi quod sine sumptu corrigi possit. Idem 4.Acad.11,Quasi verò clarorum virorum aut tacitos congressus esse oporteat,aut ludicros sermones,aut rerum colloquia leniorum.

Vulgator taciti.Ouid.3.Amor.eleg.6.11.

Si voluntas tacitis verbis intelligi posset, verbis omnino non vteremur.Cic.pro Cecinna,39.

Nihil me mutuum delectat,nihil tacitum.Cic.3.in Catil.70.

¶Accessus tacitus, Vide Accedo.
Affectu tacito lætari. Ouid. 7. Metam. 30.
Annis taciris senescimus. Ouid. 6. Fast. 155.
Occulta & tacita assensio. Cic. pro Milone, 8.
Cælo tacito labentia sydera. Virg. 3. Æneid. 104.
Cogitationes tacitæ. Quintil. lib. 6. cap. 1. 33.
Commendatio tacita. Quintil. lib. 4. cap. 1. 6, Ita quædam in his quoque commendatio tacita.
Cursus tacitus sluminis. Ouid. 14. Metam. 110.
Tacita esse poterit in id dignitas nostra? pati poterunt oculi me cum Gabinio sententiam dicere? Cic. Attico, lib. 10. 197. 4.
Dolor tacitus. Ouid. 1. Fast. 71.
Dulcedine tacita tangere pectus. Lucret. lib. 3. 184.
Reprehendi tacita existimatione. Cic. de Prouinc. Consul. 13.
Vocat me aliò hâdudum tacita vestra expectatio. Cicero pro Cluentio, 49.
Tacita corporis figura. Cic. pro Rosc. Comœdo, 11, Nónne ab imis vnguibus vsque ad verticem summum, siquam coniecturam affert hominibus tacita corporis figura, ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur?
Furtum tacitum. Ouid. 1. Fast. 110.
Incessu tacito progressus. Virg. 11. Æneid. 44.
Tacitæ magis & occultæ inimicitiæ timendæ sunt, quàm indictæ & apertæ. Cic. 7. Verr. 143.
Ira tacita exæstuare. Ouid. 6. Metam. 115.
Mente tacita gerit vulnus. Ouid. 5. Metam. 86.
Mœstitia tacita. Liu. 1. ab Vrbe, 117, Sed silentium triste ac tacita mœstitia ita defixit omniũ animos, vt præ metu obliti quid relinquerent, quid secum ferrent.
Murmure tacito venerantur numen. Ouid. 6. Metam. 41.
Nox tacita. Ouid. 9. Metam. 96.
Nutus taciti. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 5.
Officium & studium tacitum. Cic. pro Quintio, 51, Et meher cule si nihil diceret, tacito ipso officio & studio, quod habebat erga propinquum suum, quenuis commoueret.
Os tacitum præbere alicui. Cic. 5. Verr. 33, Qui testes interrogari priore actione nolueris, & iis tacitum os tuum præbere malueris, quanuis & te & patronos tuos ingeniosos esse dicito.
Pallore tacito fateri animum. Ouid. 6. Fast. 4.
Passu tacito præterire. Claud. 4. Paneg. 102.
Pectus tacitum pertentant gaudia. Virg. 1. Æneid. 102.
Pisces taciti. Ouid. 4. Metam. 10.
Timor tacitus. Lucret. lib. 6. 237.
Vis tacita. Quintil. lib. 3. cap. 5. 7, Subéstque & temporis & qualitatis tacita vis.
Voce tacita dicere aliquid, Susurrare. Ouid. 9. Metam. 61.
Vultus taciti. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 5.

Tácite, Aduerbiũ, siue tácito, pen. cor. hoc est secretè, & submissè. Plaut. Pœnulo, 2. 31, Matronæ tacitè spectent, tacitè rideãt. Idẽ Asin. 11. 41, Tacitè auscultemus.
Tacitè dare potestatem. Cic. pro Milone, 7, Etsi persapiẽter & quodammodo tacitè dat ipsa lex potestatem defendendi, quæ non modò hominem occidi, sed esse cum telo hominis occidẽdi causa vetat.
Tacitè, obscuréque concedere. Cic. pro Quintio, 28.
Tacitè prætereuntem execrari. Liu. 1. ab Vrbe, 154.
Tacitè rogare. Cic. pro L. Manil. 8, Hi vos, quoniã liberè loqui nũ licet, tacitè rogãt vt se quoqi, sicut cæterarũ prouinciarũ socios, dignos existimetis quorum salutem tali viro cõmendetis.
Annus tacitè labens. Ouid. 1. Fast. 14.
Tacitò intelligere. Cic. 4. Verr. 130, Quum id quoque constabit, vos iam me tacitò intelligetis.
Habere aliquid tacitè. Liu. lib. 2. Decad. 5, Et quãquam dissimulare, & tacitè habere id, patique statuerat.

Taciturnus, Adiectiuum, Qui natura facile tacet.
Ripa taciturna caret ventis. Horat. 3. Carm. ode 19. 5.
Silentia taciturna. Ouid. 2. de Arte, 101.
Statuã taciturnius. Horat. 2. epist. 1. 17.
Taciturnissimum ostium, apud Plautum Curcul. 1. 10, -valeámne ostium?
PH. Bellissimum hercle vidi & taciturnissimum.

Tacitúrnulus, pen. corr. Adiectiuum diminutiuum. Apuleius, Blãda mulier, & taciturnula.

Tacitúrnitas, pen. cor. taciturnitâtis, f. g. Obseruantiæ genus in silentio constitutæ. Terent. And. 1. 1. 7,
Sed his quas semper in te intellexi sitas,
Fide, & taciturnitate. Cic. ad Lentulum, libro 1. 5. 13, Sed nosti hominis tarditatem & taciturnitatem. Cic. pro Cluentio, 11, Quæ hoc tempore sileret omnia: atque ea, si oblitione nó posset, tamen taciturnitate sua tecta esse paterentur. Sic pro Rosc. Comœdo, 8, Taciturnitas testium concedit.
Annua taciturnitas. Cic. in Pisonem, 24.
Inuida taciturnitas. Horat. 4. Carm. ode 8. 5.
Perpetua taciturnitas, Vide Perpetuus.
Suspicionem mihi maiorem tua taciturnitas attulerat. Cic. Attico, lib. 7. 118. 1.
Experiri taciturnitatem alicuius. Cic. de Clar. Orat. 114.
Taciturnitas imitatur confessionem. Cic. 1. de Inuent. 70.

TACHOMPSO, insula quædam Nili, teste Herodoto lib. 2.

TACITVS Corn. sub Adriano principe orator clarissimus, æqualis ac familiaris Plinii Iunioris, Belgicæ Galliæ rationes procurauit, ad Vespasianos vsque peruênit, ab iisque honoribus euectus historiam principũ cõscripsit, ab Augusto vsque ad Adrianum, quæ ad nos haud integra peruenit. Hanc igitur non vitas imperatorũ ausus inscribere, sed tantum diurnales actiones, quæ medium inter historiam & vitas tenerẽt. Scripsit & de Claris Oratoribus, Ciceronis Brutum & materia & dicendi copia imitatus. Præterea vitam Agricolæ soceri sui: & de moribus ac situ Germaniæ, stylo presso & eleganti, tum arguto & sentẽtioso: in cætera verò historia aliquantulum sublimior. Scribit Flauius Vopiscus hunc authorem tanquam è suis progenitoribus, Tacitũ imperatorem quotannis deciès describi, ne liber periret, eúmqi in omnibus bibliothecis apponi iussisse. Tertullianus autem noster eum mendaciorum loquentissimum appellat.

TACOLA, Indiæ emporium extra Gãgem Ptolemæo lib. 7. ca. 1. Malacha nunc dicitur, miræ magnitudinis, à Portugalẽsibus vi capta: quod testatur epistola Emanuelis regis ad Leonẽ decimũ

Tactus, Vide Tango.

Tæda, tædæ, Vide Teda.

Tædet, tædébat, tæduit, & tæsum est, tædêre, notæ significationis. Terent. Eunucho, 1. 1. 17, Et tædet, & amore ardeo.
Construitur cum infinitiuo: aut accusatiuo à parte anteriori, & genitiuo à parte posteriori.
Cum infinitiuo. Terẽt. Phorm. 3. 2. 1, At enim tædet iam audire eadem milies.
Cũ genitiuo. Plaut. Casin. 3. 53, Abeo intrò, tædet sermonis tui. Subaudi me. Terent. Adelph. 1. 2. 71, -credo iam omnium
Tædebat. Idem Eun. 1. 3. 6, Tædet harum quotidianarũ formarum. Cic. ad Atticum, lib. 1. 39. 8, Prorsus vitæ tædet, ita sunt omnia omniũ miseriarũ plenissima. Liu. 3. ab Vrbe, 184. Dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis est modus, dum tædet vos patritiorũ, nos plebeiorũ magistratuum, sustulêre illi animos.
Tædet nemorum. Stat. 4. Thebaid. 53.
Quid quæris? tædet omnium nos vitæ. Cic. Attico, lib. 5. 104. 1.

Tædium, tædii. Plin. lib. 19. ca. 6. 11, de allio, Tædium huic quoque halitu, vt cepis, nullum tamen coctis.
Laboris tædium. Quintil. lib. 2. ca. 1. 4, Quia res altera tædium laboris, altera securitatem parit.
Sollicitum tædium. Horat. 1. Carm. ode 14. 4.
Adducere tædium, Vide Adduco.
Afferre tædium, Vide Affero.
Cepit tædium, Vide Capio.
Capere tædia cœpti. Ouid. 9. Metam. 114.
Dictare tædium lucis. Quintil. lib. 11. ca. 3. 10, Qui pudor refringit animum & abiicit, atqi ipsius lucis fugam & tædium dictat.
Effugere tædium varietate. Quintil. lib. 4. ca. 2. 83, Nam debet esse quampurissimus sermo, & qui varietate tædium effugiat, & mutationibus animum leuet.
Leuare tædium lectionis. Quintil. lib. 2. cap. 11. 4, Et ipsius lectionis tædium vicibus leuatur.
Ferre tædia. Iuuen. Saty. 16. 5.
Ferenda tædia alicuius. Ouid. 14. Metam. 144.
Párere tædium. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4.
Subire longa tædia. Claud. 1. in Eutrop. 10.
Tædia subeunt animos. Iuuen. Saty. 7. 4.

Tædulus, pen. corr. Festus, Tædulum antiqui interdum pro fastidioso, interdum quod omnibus odio esset, ponere soliti sunt.

TAENARVS, pen. cor. Locus vmbrosus in radice Maleæ promõtorii Laconiæ iuxta Spartã ciuitatem. In quo quia hiatus magnus est, & strepitus progredientium percipiuntur, dixerunt veteres per hunc esse descensum ad inferos. Virg. 4. Georg. 94, Tænarias etiam fauces alta ostia Ditis. Ibi erant Ταιναρίαι, hoc est lapidicinæ lapidum pretiosorum, qui & Laconica marmora, & Tænarei lapides vocantur. Propertius lib. 3. eleg. 1. 3, Quod nó Tænareis domus est mihi fulta columnis. Et in singulari generis masculi. est, in plurali neutri. Græcè τάναρον: à quo Tænarum oppidum dictum est: de quo sic Suidas, Tænarum promontorium Laconiæ, in quo fauces erant ad inferos deducentes, vbi & Neptuni præsidis templum: illic supplicantes in sacello Neptuni Helotes nihil veriti Lacedæmonii interfecerunt.

Inuisi Tænari horrida sedes. Horat. 1. Carm. ode 34. 11.
Operta vmbris Tænarus. Lucan. lib. 9. 8.
Spartanus Tænarus. Senec. Herc. Fur. 7. 13.

Tænarius, Adiect. vt Luci Tænarii. Stat. 1. Thebaid. 70.
Marita Tænaria, Helena. Ouid. epist. 13. 9.
Tenarii lapidis meminit Plinius lib. 36. cap. 22. 1.

Tænaris, pe. cor. Patronym. fœm. vt Ora Tænaris. Ouid. epi. 16. 1,
Scilicet idcirco ventosa per æquora vectum
Excepit portu Tænaris ora suo.

Tænia/tænix, Vittarum extremitas. Virg. 7. Æneid. 71,
-sit tortile collo
Aurum ingens coluber, sit longæ tænia vittæ.

Tænia, Tota vitta. Virgil. 5. Æneid. 54, Puniceis ibant euincti tempora tænis. A tæna, non tænia. nam & tæna & tænia dicitur. Seruius.

Tænia propriè dicitur fascia, inqt Fest. Græca enim dictio est, *ταινία*, quâ sic interpretatur Verrius, vt dicat ornamétũ esse laneum capitis honorati, vt sit apud Cæcilũ in Androgyno, Sepulchrum plenum tæniarum, ita vt solet. Et aliàs, Dum tæniam qui vulnus vinciret petit. Ennius in Alexandro, Volans de cælo cum corona & tæniis. Accius in Neoptolemo, Decorare est satius, quàm vrbem tæniis. Hactenꝰ Festus. Plin. lib. 13. ca. 11. 6, Deprehenditur & lentigo oculis, sed incerta mediis glutinamentis tænia, fungo, papyri bibula, vix nisi litera fundente se: tãtum ineſt fraudis.

Tæniæ inde dicuntur lapides sub aquis candicantes in longũ porrectæ, à fasciarum similitudine. Plin. libro 3. in Præfa. 5, Nec profunda altitudo miraculum minuit: frequentes quippe teniæ candicantis vadi carinas territant.

¶ Tænia, Genus piscis apud Plinium, lib. 31. cap. 7. 9.

Tæniola, pen. corr. Diminutiuum. Colum. lib. 11. cap. 3. 19, Brassica, quum sex foliorum erit, transferri debet, ita vt radix eius liquido fimo illita, & inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur. Hoc est quasi fasciolis.

TAENON, Hermolao teste in librum 9. Plinii, cap. 37, fuit vrbs in Laconia, à qua mulier poetria nomine Herina ortum habuit. Fuit & in Achaia vrbs *Ταίναρον*, id est Tenearum: itémq; vicus *ταινία*, inter Mycenas & Corinthum.

TAGASTA, Plinio lib. 5. cap. 4, ciuitas Africæ, à qua Tagastẽsis. vnde qui Aurelii Augustini vitam scripsere, Tagastensem eum fuisse memorant.

Tagax/tagâcis, penult. prod. omnis generis, Furunculus, A` tago quod est tango. Lucilius, Proscribere posse tagacem mutonis manum. Hæc Festus. Legitur & Tages.

TAGES, Aruspicinæ inuentor, Cicerone teste lib. 2. de Diuin. 74, Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, quum terra araretur, & sulcus altius esset impressus, extitisse repentè, & eum affatus esse qui arabat. Is autem Tages, vt in libris est Etruscorum, puerili specie dicitur visus, sed senili fuisse prudentia. Eius aspectu quum obstupuisset bubulcus, clamorémq; maiorẽ cum admiratione edidisset, concursum esse factum, totámque breui tempore in eum locum Etruriam conuenisse: tum illum plura locutũ multis audientibus, qui omnia verba eius exceperint, literisque mandauerint. Omnem autem orationem fuisse eam qua Aruspicinæ disciplina cõtineretur: eam postea creuisse rebus nouis cognoscendis, & ad eadem illa principia referendis. Hactenus Cicero.

Tago/tagis, tagi, tagere, dixere veteres, quod nunc tangere dicimus. Pacuuius in Teucro, Vt si quisquam me tagit, & tagâ. Idẽ in Hermiona, Aut nũ cernam nisi tagam. Festus, Sine dubio id antiqua consuetudo vsurpauit. nam nũc sine præpositionibus non effertur, vt contigit, attigit: quæ secundũ aliquos idem sunt quod tagit. Festus.

TAGVS, Hispaniæ fluuius, in Lusitania aureis arenis celebratur, Plinio lib. 3. cap. 3. Silius lib. 1. 47, Hic certant Pactole tibi, Durióque, Tagúsque.
Amnis auriferTagus. Catul. in Iulium Cæs. 17. 4.
Auriferi ripa beata Tagi. Ouid. 1. Amor. eleg. 15. 7.
Opacus Tagus. Iuuenalis Satyr. 3. 6,
-tanti tibi non sit opaci
Omnis arena Tagi, quódque in mare voluitur aurum,
Vt somno careas, &c.

TAIGETVS, Vide TAYGETVS.

TALAEMENEVS, viri proprium, qui Troianis auxilia misit.

TALAON, filius fuit Iasii, & apud Argos regnauit, vt notat Bocatius lib. 2. cap. 38.

Talaria/Vide **Talus**.

TALASIO, virginitatis deus: & apud Romanos, inquit Seruius, inuocatur. Quum enim in raptu Sabinarum plebeius quidam raptam pulcherrimam duceret: ne ei auferretur ab aliis, Talasionis eã ducis nobilis esse simulauit: cuius nomine puellæ fuit tuta virginitas. Hæc Seruius. Talassium vocat Liuius Decad. 1. lib. 1. raptum Sabinarum describens: Vnam, inquit, longè ante alias specie ac pulchritudine insignem à globo Talassii cuiusdam raptam ferunt: multíque sciscitantibus cuinam eã ferrẽt, identidem, nequis violaret, Talassio ferri clamitatum: inde nuptialem hanc vocem factam. Vide TVALASSIO.

Talea/talex, Frustũ ligni præcisum ex vtraque parte, vt in terra inseratur. Præcisis enim lignis vel pedali vel cubitali magnitudine nonnullæ arbores seruntur: idque lignũ præcisum Græco nomine generali *βάκτρον*, Latine talea dicitur, vulgò *plantale*. Plinius lib. 17. cap. 17. 3, Myrtus & taleis seritur: morus talea tantum: quoniam ramo eam seri religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum satu nunc dicendum est. Seruandum in eo ante omnia, vt taleæ ex feracibus fiant arboribus, ne curuæ, ne scabræ, aut b. furcæ, néve tenuiores, quàm vt manum impleãt, ne minores pedalibus, vt illibato cortice, atque vt sectura inferior ponatur semper: & quod erit ab radice: accumuletúrque germinatio terra, donec robur plãta capiat. Cato de Re rust. ca. 45, Taleas oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito. Varr. 1. de Re rust. ca. 40. 4, Demum in oleagineis seminibus arbores videndũ vt sit de tenero ramo ex vtraque parte æquabiliter præcisum, quas alii clauolas, alii taleas appellãt.

Talea, instrumentum bellicum, vt vinea. Cæsar 7. bel. Gal. 193, Ante hæc taleæ pedem longæ ferreis hamis infixis totæ in terram defodiebantur.

A talea (vt Varro sentit) taliari vulgò dicitur lignum, quũ scindituꝝ: & intaliari dum præcidendo formatur. Et quum ramus ex vtraque parte æquabiliter complanatur, vt numerus aliquis in eo describatur, dicitur talea.

Taleola, taleólæ, pen. corr. Diminutiuum. Colum. lib. 3. ca. 17. 1, l'dque per gemmas quinas, vel etiam senas partiti, complures taleolas terræ mandauerunt. Idem lib. 11. cap. 33. 1, Sicut raphani radicem taleolásque sectas suspende in vmbra vt assiccentur.

Talentum, talenti. Talentum multiplex fuisse Budæus in eo opere, quod de Asse conscripsit, latissimè docet. Tãtum hic dicemus talentum Atticum, quod plurimum celebratur ab historicis, sexaginta libras valuisse. seu minas: hoc est sex millia denariũm, vel drachmarũ, quæ sexagies denos coronatos valẽt, hoc est sexcentos. Talentum, sexcenti aurei sunt. Decem talenta, sex millia aureorum. Quindecim talenta, nouem millia aureorum. Viginti talenta, duodecim millia. Horat. de Arte, 48, Pythias emuncto lucrata Simone talentum.

Argenti aurique talenta. Virg. 5. Æneid. 13.

Asserre alicui talenta. Cic. 5. Tusc. 131, Quum legati ab Alexãdro quinquaginta ei talenta attulissent, quæ erat pecunia temporibus illis Athenis præsertim maxima, &c.

Duo magna talenta auri. Virg. 9. Æneid. 53.

Talẽti magni meminit Plautus Rud. 18. 71, nam promisimus Carnifici aut talentum magnum, aut istunc hodie sistere. Idem Truc. 17. 68, Sex talenta magna dotis demam pro istac inscitia. Idem Mostel. 8. 115, Talentis magnis totidem quo ego & tu sumus. Idem Curcul. 1. 64,
Aliàs me poscit pro illa triginta minas,
Aliàs talentum magnum.

TALGA (inquit Põponius lib. 3,) insula in Caspio mari sine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: sed vicini populi, quæ gignũtur, attingere nefas, & pro sacrilegio habent, diis parata existimantes, diíque seruanda. Hactenus Mela. Ptolemæo lib. 6. cap. 9, Talca dicitur. Plin. lib. 6. ca. 17, in Caspio mari vulgatam insulam Tazatam esse scribit. Variat igitur nomẽ vt in sexcentis aliis, Vistula, Istula: Tabireni, Tabarni, Tibereni, &c.

Talio, taliõnis, f. g. Vindicta, hostimentum. vt siquis manum alicui amputauerit, illi manus Romanorũ lege amputari debet. Vnde retaliare formauit Gellius. Festus, Talionis mentionem fieri in XII. TAB. ait Verrius hoc modo, Si membrum rapit, visum cum eo pacit, talio esto. Neque id quid significet indicat, puto quia notũ est. Permittit enim lex parẽ vindictam. Plin. lib. 7. ca. 54, Sicut in Cornelia familia nemo ante Syllam dictatorem traditur crematus. l'dque voluisse, veritum talionem, eruto C. Marii cadauere.

Talis, & hoc tale, Notæ significationis. Plaut. Aulul. 13. 26, Cui in re tali subueniisti antehac. Terent. Heaut. 5. 3. 19, Tun præterea talem, nisi tu, nulla pareret filium. Cic. pro Quintio, Tot talésque viri. Idem Catoni libro 15. 4. 41, Sed tale ac tantum. Virgilius 1. Æneid. 10, Talia voce refert. Ibidem, 68, -haud equidem tali me dignor honore. Et 123, -qui tanti talem genuere parentes:
Vir tali dignitate præditus. Cic. pro Cluentio, 116.
Quales sumus, tales esse videamur. Cic. 1. Offic. 61.

Vereor ne talium personarum minuã gloriã. Cic. 4. Acad. 10.
Aliquid tale. Cic. Attico, lib. 16. 355. 4, Non equidem hoc diminuui, sed aliquid tale putaui fore.

Talis quidam. Cic. 2. de Legi. 19, Omnem eam legem, &c. esse laudab. Idem talibus quibusdam argumentis docent.

Quum hæc talia sint, quo minus quod ad me pertinebit, homines interpellent, vt supra scripsi, non impedio. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 9.

Tale ac. Cic. in Vatinium, 7, Honos talis Populi Rom. volũtate paucis est delatus ac mihi.

Talis vt. Cic. de Amicit. 11, Quamobrem vita quidem talis fuit vel fortuna vel gloria, vt nihil posset accedere. Idem 1. Off. 119, Tales enim nos tunc putamus esse, vt iure laudemur. Idem 4. Acad. 138.

Talis, qualis. Cic. de Senect. 13, Sed videtis vt senectus non modò languida atque iners non sit, verũetiam sit operosa, & semper agẽs aliquid & moliẽs, tale scilicet, quale cuiusque studium in superiore vita fuit. Idem ad Brutum, 1. 4, Clodium tibi amicissimum existima, ciuémque talem, qualis & prudentissimus & fortuna optima esse debet. Idẽ 1. de Ora. 43, Vt & ipsis apud quos ageret, talis qualem se ipse optaret, videretur. Idem 1. de Inuent. 151, Vt & nõ tales quales antea habitæ sint, aut plerunque haberi soleant.

Táliter, pen. cor. Aduerbium. Varro lib. 1. de Re rust. cap. 13, Nos vtrunque facere debemus, & imitari alios, taliter vt faciamus. Cic. ad Atticum, lib. 10. 208. 31, Etenim audieram nemini taliter licere. Vetus codex legit aliter. Mart. lib. 5. 7, ad Vulcanum,

Qualiter Assyrios renouant incendia nidos,
Vna decem quoties secula vixit auis:
Taliter exuta est veterem noua Roma senectam:
Et sumpsit vultus præsidis ipsa sui. Plin. lib. 35. cap. 11. 3, Nec cameras ante eum taliter adornari mos fuit.

Talítrum/tálitri, pen. cor. n. g. Percussio quæ vngue fróti puerorum infringitur. Suet. in Tiberio Cæsare, cap. 68, Sinistra manu agiliore, ac validiore. Articulis tam firmis, vt recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam adolescẽtis talitro vulneraret.

Tallus/ in Sabinorũ nominibus prænominis loco videtur fuisse. Festus.

Talpa/talpæ, Generis masc. & form. Animal notum, quod oculis carere dicitur & visu, muri simile. Virg. 1. Georg. 37, Aut oculis capti fodêre cubilia talpæ. Vbi Seruius, Oculis capti, hoc est oculis debiles. Quum enim talpæ cæci nascantur, quomodo capti oculis? Illi enim capti dicuntur, qui aliquando viderunt. Et mutauit genus. nam hæc talpa dicitur, sicut etiam de damis fecit: vt Et timidi venient ad pocula damæ.

Desyderare lumen dicitur talpa. Cic. 4. Acad. 144, Quid talpam, num desyderare lumen putas?

Talthybius, Homero Iliad. 1, præco Agamẽnonis in Græcorum exercitu, qui vnà cum Eurybate ab Agamemnone missus est ad Achillis castra, vt Bryseidem formosissimam abduceret.

Talus/tali, m. g. Pars pedis, Os est prope calcaneum quod extuberat. Horat. 1. Serm. saty. 2. 10, Ad talos stola demissa, & circundata palla. Plin. lib. 16. ca. 11. 1, Talis verò tumentibus, limus aquaticus, cum oleo subactus, mirè prodest. Horatius 2. epist. 2. 1, Candidus, & talos à vertice pulcher ad imos. Idem 1. Serm. satyr. 9. 2, -quum sudor ad imos Manaret talos.

Vnda contingit talos. Ouid. 3. Amor. eleg. 3. 2.
Purpura vsque ad talos demissa. Cic. pro Cluentio, 89.
Vestigia tingit in vndis talo tenus. Ouid. 4. Metam. 69.

¶ Talus, Os in articulo pedis ventre eminẽs, quod in bisulcis tãtum animalibus, non homine, neque cæteris animãtibus inuenitur. Vnde Plinius lib. 11. cap. 46, Talos asinus Indicus vnus solidipedum habet. nam sues ex vtroque genere existimantur, ideo fœdi earum. Hominem qui existimarunt habere, facile cõuicti. Lynx tantum digitos habentium, simile quiddam talo habet. Leo etiamnum tortuosius. Talus autem rectus est in articulo pedis, ventre eminens, concauo in vertebra ligatur. Colum. lib. 7. cap. 5, Febricitantibus ouibus de talo vel inter duas vngulas sanguinem emitti.

¶ Talus inde dictus, quatuor laterum, quo luditur. Plau. Asin. 13. 34, Talos ne cuiquam homini admoueat, nisi tibi. Idem Bacchid. 1. 38, Pro hasta, talus: pro lorica, malacum capiam pallium. Cic. 3. de Finib. 83, Vt enim, inquiunt, si hoc fingamus, esse quasi finem & vltimum, ita iacere talum vt rectus assistat, qui ita talus erit iactus vt cadat rectus, præpositum quiddam habebit ad finem: qui aliter, contra: neque tamen illa præpositio tali, ad eũ quem dixi finem pertinebit. Mart. lib. 14. 14,

Quum steterit nullus vultu tibi talus eodem,
Munera me dices magna dedisse tibi.

Iactus talorum. Ouid. 3. de Arte, 71, -talorum dicere factus
Vt sciat, & vires tessera missa tuas.

Admouere talos, Vide **Admoueo**.
Iacere talos, Vide **Iacio**.
Iactare talos, Vide Iacto in **Iacio**.

Ludere talis. Cicero 3. de Orat. 50, Libet autem semper discere, vt si velim ego talis optimè ludere, aut pilæ studio teneor, etiam fortasse si assequi non possim: at alii, quia præclarè faciunt, vehementius quàm causa postulat, delectantur, vt Titius pila, Brulla talis.

Mittere talos, Vide **Mitto**.

Ex multis lusionibus nobis talos relinquant & tesseras. Cicero de Senect. 54.

Regna sortiri talis. Horat. 1. Carm. ode 4. 4.
Recto talo stare. Horat. 2. epist. 1. 56,
Gestit enim nummum in loculos demittere, posthac
Securus, cadat, an recto stet fabula talo. Id est placeat, nécne.

Talãris, & hoc talãre, pen. pr. Quod ad talum pertinet: vt Talaris tunica, quæ demissa est vsque ad talos. Cic. 7. Ver. 69, Sterit soleatus Prætor Pop. Rom. cum pallio purpureo, tunicáque talari, mulierecula nixus in litore. Ibidem, 26, nec per eos dies quum iste cum pallio purpureo, talarique tunica versaretur in conuiuiis muliebribus, &c.

Talariᵘˢ, Adiectiuum, vt Lex talaria aduersus eos qui talis lusitant.

Talarius ludus. Cic. 1. Offic. 110, Adde huc si placet, vnguentarios, saltatores, totúmque ludum talarium. Idem ad Atticum lib. 1. 11. 5, Nõ enim vnquã turpior in ludo talario consessus fuit.

Talaria, plur. num. n. g. Alata Mercurii calceamenta. Virg. lib. 4. Æneid. 49, -& primum pedibus talaria nectit
Aurea, quæ sublimem alis, sive æquora supra,
Seu terram rapido pariter cum flamine portant. Cic. 3. de Natura deor. 81, Cui pinnarum talaria affigũt. Ouid. 4. Met. 134,
Et liquidum motis talaribus aera findit. Idem 2. Metam. 148,
-vt tersis niteant talaria plantis.

Diuersósque pedes vinctos talaribus aptis. Cic. in Arato, 8.

Talaria induere, Prouerbialis allegoria, pro eo quod est fugam adornare, quasique velle quopiam auolare. Cicero Attico, lib. 14. 319. 4, Nemo est istorum qui otium non timeat: quare talaria induamus. Talaria induere in eos dicemus qui parant aufugere. Erasmus.

Talipedo, talipedas, talipedare, Pedibᵘˢ vacillare lassitudine, quasi qui trahit pedes, vt talis videatur insistere, aut identidem tollere pedes. Festus.

Tam & **Quam**, Prisciani sententia, aduerbia sunt, quæ positiuo, comparatiuo, & superlatiuo adiiciuntur, quum duo vel plures positiui, comparatiui, vel superlatiui diuersæ significationis positi inter se æquantur, vel iidem geminantur, teste Seruio.

Positiuo. Plaut. Capt. 6. 60, Tam ego tui antè liber, quàm gnatus tuus. Cic. Metello, lib. 5. 2. 14, Tam enim sum amicus Reip. quàm qui maximé. Subaudi, amicus. Idem 6. Ver. 84, Tametsi non tam multum in istis rebus intelligo, quàm multa vidi. Idem 5. de Finib. 13, Tam valde perhorrescere. Virg. 1. Æne. 111,
-quæ te tam læta tulerunt Secula?

Comparatiuo. Cicero pro Deiotaro, 4, Istam inquam dexteram, non tam in bellis, & in præliis, quàm in promissis & fide firmiorem.

Tam, pro Tanto, cõparatiuo iũgitur, sed raró. Virg. 7. Æn. 158,
Tam magis illa fremens, & tristibus effera flammis,
Quàm magis effuso crudescunt sanguine pugnæ.

Superlatiuo. Salust. in Iugurtha, Quàm quisque pessimè fecit, tam maximè tutus est. Terent. Heaut. 5. 2. 45,
-nanque adolescens quàm minima in spe situs erit,
Tam facillimè patris pacem in leges cõficiet suas. Cato cap. 157. 8, Quamplurimum ederit, tam citissimè sanᵘˢ fiet ex eo morbo. Idem, ca. 64, Nam oleum quàm diutissimè in amurca & in fracibus fuerit, tam deterrimum erit.

Tam, pro Tantum, superlatiuo. vt Hic est tam omnium optimus, quàm nobilissimus.

Tam, quám. Seneca de Benef. lib. 2. cap. 27, Ingenii fuit sterilis tam, quàm animi. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 14. 9, Tam fœlix vtinam, quàm pectore candidus essem. Lucret. lib. 2. 54, -tam de subito, quàm mens auet ipsa.

¶ Tam, verbis iunctum. Terent. Eun. 4. 4. 51, Parmenonis tam scio esse hanc technam, quàm me viuere. Idem Heaut. 3. 1. 4,
Verùm quum videam miserum hunc tam excruciarier
Eius abitu, celem, &c. Plaut. Trinum. 17. 39,
Atque ædepol sunt res quas propter tibi tam
Succensui. Cicero ad Pætum, lib. 9. 15. 7, Non me hercule tam perscribere possum, quàm mihi gratum feceris si otiosum Fabium reddideris.

Tam ego homo ſum,quàm tu.Plaut.Aſin.9.83.

¶Tam,aduerbiis iunctum.Plaut.Amphit.3.55, Sed quid huc vos reuertimini tam citò? Idem Milit.17.1,Quidnam tam intus fuiſſe diu dicam? Terent.Heaut.1.1.15,

Nunquam tam mane egredior,neque tam veſperi
Domũ reuertor,quin,&c. Cic.1.Ver.11,Ecquis vnquã tam palàm de honore,tam vehemẽter de ſalute ſua cõtendit,quàm ille atq; illius amici,vt ne hæc mihi dilatio detur? Ouid.1.Met.107.

Tam nuper pictis cæſo pauonibus Argo,
Quàm tu nuper eras.

Tam conſimilis eſt atque ego.Plaut.Amphit.4.289.

Tam,diminutiuis additum.Terent.Adelph.1.4.10,

-tam ob paruulam
Rem penè ex patria.turpe dictu.

Tama/dicitur(inquit Feſtus) quum labore vix, ſanguis in crura deſcendit,& tumorem facit. Lucilius,Inguen ne exiſtat,papulæ,tama ne boa noxit.

TAMARAE,inſulæ Britanniæ vrbs, vt ſcribit Ptolemæus libro 2. cap.3.vulgò *Tamerſtelt*.

Tamarice/tamarices,pen.prod. vel tamarix,tamaricis,fœ.ge. Genus fruticis,de quo ſic Plinius lib.14.cap.9.10, Myricen quã & tamaricen vocat Lenæus, ſimilem ſcopis amerinis dicit. Et paulo pòſt,Vulgus inſolicem arboré eam appellat, vt diximus, quoniam nihil ferat,nec ſeratur vnquam. Corinthus,& quæ circa eſt regio, bryoniam vocat : eiuſque duo genera facit , ſylueſtrem planè ſterilem,alteram mitiorem.Hæc ſert in Ægypto Syriáque etiam abundanter lignoſum fructum, maiorem galla, aſperum guſtu,quo medici vtuntur vice gallæ, & in compoſitionibus quas antheras vocant.Et lignum autem & flos,& folia & cortex in eoſdem vſus adhibẽtur,quanquam remiſſiora. Ruellius dicit tamaricen ſylueſtrem vocari à Gallis *brierium*.

TAMARIS,pen.corr. Hiſpaniæ fluuius,à quo Tamarici populi dicti Pomponio libro tertio . Apud Ptolemæum lib.2.ca.6,non Tamaris,ſed Tamara legitur.

TAMARVS,pen.corr. fluuius Britanniæ inſulæ, authore Ptolemæo lib.2.cap.3.vulgò *Tone*.

Tamen/Coniunctio,nihilominus ſignificans.Plaut.Epid.9.41, Sine tuo labore quod velis actum eſt tamen. Idem Amph.7.6,

-proinde vt commodum ſiet,
Lubet quicquid facias: tamen quin loquar hæc,vti facta ſunt,
Nunquã vllo modo me potes deterrere. Terent.Eunuc.2.1.90,
Tamen contemptus abs te,hæc habui in memoria.

Ante hanc dictionẽ Tamen,aliquando ſubintelliguntur iſtæ, Licet,quamuis, quanquam,aut alia huiuſmodi. Terent.And.1.4.3,Nec ſatis digna cui committas primo partu mulierem,
Tamen eam adducam. Ibidem,
Adeón' impotenti eſſe animo,vt præter ciuium
Morem,atque legem,& ſui voluntatem patris,
Tamen hanc habere ſtudeat cum ſummo probro?

Sed tamen.Virgil.1.eclog.4.

¶Tamen aliquando incœptiua eſt.Cic.ad Pætum,lib.9.19.1, Tamen à malitia nõ diſcedis, tenuiculo apparatu ſignificas Balbum fuiſſe contentum.

¶Tamen,Statim.Virgil.9.eclog.11,Hic hœdos depone,tamen veniemus in vrbem. Plautus Rud.3.4.49,

Vtinam fortuna nunc ego anthracina vterer,
Vt poſtquam exiuiſſem ex aqua, arerem tamen. Ita legit Nonius.alii legunt,fortuna auatina.

¶Tamen, Tandem. Saluſt.lib.1.Hiſt. Nam qui enare conati fuerant, icti ſæpe ferramentis nauium, tamen aut vulnerati à ſuis, aut afflicti vndarum vi, multato fœdè corpore, poſtremò periere. Plautus,Ita faciã,ita placet:quid tum tamen? Idem Bacch.10.65,Chryſale ades,dum has ego pellego.c. quid me tibi adeſſe opus eſt? N.volo

Vt quod iubeo,facias:vt ſcias quæ hic ſcripta ſiẽt.c.nihil moror
Neque ſcire volo. N. tamen adeo. Virgil.1. eclog.6, Libertas quæ ſera,tamen reſpexit inertem.Id eſt ſera quidem,ſed tamen reſpexit.

¶Tamen,Dũtaxat.Terent.Hecyra,3.4.33, Quòd potero faciam,tamen vt pietatem colam.Vbi Donatus,Deeſt TANTVM ſit TAMEN pro duntaxat:vt ſit,Ita vt pietatem colam.

¶Tamen vt.Plaut.Aſin.11.118, Licet laudem Fortunam, tamen vt ne Salutem culpem.

Si tamen,pro Si modo. Plin.epiſt.1.lib.3, Liber legitur,interdum etiam præſentibus amicis,ſi tamen illi non grauantur.

Tamen aliquando. Plin.lib.11.cap.21.1, Peruenit tamen aliquando Serichatum.

Taménne,Interrogatiuum,pro Vtrum propterea,vel an tamen.Cic.7.Verr.15, Quidſi ab Apollonio aliquid commiſſum eſt, quamobrem iure in eum animaduerteretur:taménne hanc rem ſic agemus,vt crimini aut inuidiæ reo putemus eſſe oportere, ſiquo de homine ſeuerius iudicauit? Idẽ pro Quintio,31, Veruntamen,quid ſi,inquit,habes eiuſmodi cauſam,vt hoc tibi planum ſit faciendum, neminem eſſe qui poſſit biduo,ad ſummum triduo, ſeptingẽta millia paſſuũ ambulare: taménne vereris vt poſſis hæc contra Hortenſium contendere?

¶Satis tutò tamen.Terent.Eunuch.3.5.19,Commendat virginem. A.cui tibi nec. mihi.A. ſatis tutò tamen.

¶Tamen idem.Terent.And.3.2.40,

-tu tamen idem has nuptias
Perge facere ita vt facis.Vbi Donatus,IDEM abundat. Tamen idem,apud veteres integrum fuit.vnde apud nos tandem & tamen natum eſt.

Tametſi/Coniunctiua particula, in principiis orationum poſita,indicatiuo gaudet. Secundo autem loco,etiam ſubiunctiuo. Terent.Phorm.1.3.81, -metuit hic nos,tametſi ſedulò
Diſſimulat. Idẽ And.1.1.11,Obtundis,tametſi intelligo. Plau. Pſeud.7.56,Loquere quidvis,tametſi tibi ſuccenſeo. Cic. Attico libro 1.7.2, Tametſi iactat ille quidem illud ſuum arbitrium. Saluſtius, Quæ tametſi animus aſpernabatur. Plautus Curculione,6.9,Tametſi nõ noui dabo. Idem Pœnulo,4.119, Proba merx facilè emptorem reperit , tametſi in abſtruſo ſita eſt. Cic.5. Verr.50,Non me hercule quæ loquor crederem ludices, tametſi vulgò audirẽ. Terent.Eunuc.1.1.10, Memini,tametſi nullus moneas.

¶Tametſi,pro Tamen.Terent.And.5.1.23, -rape.
D.Si quicquam mentitum inuenies,occidito. S.nihil audio,
Ego iam te commotum reddam. D. tametſi hoc verum eſt.

¶Tametſi,cũ interrogatione poſitum, cuiuſdã ſuũpſius correptionis vim habẽs. Cic.6.Verr.16,Verum fac te impetraſſe, fac aliquid grauius in Heium ſtatuiſſe Mamertinos:quãtam putas authoritatẽ laudationis eorum futurã, ſi in eum quem conſtat virũ pro teſtimonio dixiſſe,pœnã conſtituerẽt:tametſi quæ eſt iſta laudatio,quum laudator interrogatus lædat neceſſe eſt?

¶Tametſi, tamen. Cice.pro Quintio,7, Verum his de rebus non neceſſe habeo dicere ea quæ me P.Quintius cupit commorare:tametſi cauſa poſtulat:tamen quia poſtulat,non flagitat,præteribo. Idem 4. Verr.10, Id tametſi priore actione ex Heraclii Syracuſani teſtimonio cuiuſmodi eſſet,cognouiſtis,tamen vobis alio loco,vt ſe tota res habeat,quod ad ciuitatem attinet,demonſtrabitur. Idem 4.Ver.15,Tametſi ciuis Rom. virtutis cauſa iamdiu eſt,tamen,&c.

Taminia/Vua ſylueſtris generis videtur Verrio dicta,quæ tam mira ſit,quàm minium. Feſtus.

TANAGER,pen.cor.fluuius Lucaniæ,qui eſt inter Campaniam & Calabriam.De quo Virgilius 3.Geor.31, -& ſicci ripa Tanagri.

Tanagræus,Adiectiuum. Stat.9.Thebaid.16,Phocea tũc Cydona, Tanagræúmque Phalãtum. Cic.pro Domo ſua,25,Tanagræa quædã meretrix fuiſſe dicitur.eius non longè à Tanagris ſimulacrum è marmore in ſepulchro poſitum fuit.

TANAGRA, Ptolemæo lib.3.ca.15. Bœotiæ mediterraneæ oppidum:nobile,vt author eſt Plinius lib.10.cap.21,gallis gallinaceis ad bella tantum & prælia aſſidua qui in eo naſcuntur.

TANAIS,Scythiæ fluuius,qui diuidit Aſiã ab Europa.Fertur itaque Tanais(inquit Strabo lib.11,) à Septentrionis partibus Nilo contrarius, non tamen per diametrum, vt quidam putant: ſed orientalior, originem vt ille incertam habent. Simillimúmque eſt ex Riphæis montibus deſcendere, qui immanibus iugis Arcton proſpiciunt. Vide ibi reliqua. Accedit Herodotus, qui libro quarto Tanaim ex palude oriri,& in vaſtitatem diffũdi nomine Mæotim, qua Scythas à Sarmatis diſcludi ait. Non diuerſus à Ptolemæo,qui Baſilicam, id eſt regiam Sarmatiam ab Europæa Tanais intermedii fontibus ſeiungit. Scythæ Tanaim, Silin vocant. Oſtia eius duo ſunt,LXX inter ſe ſtadiis diſtantia. Vide Ptolemæum lib.5.cap.9. Dionyſius in Periegeſi,

Europam atque Aſiam Tanais diſterminat amnis:
Hic ſe Sarmaticis euoluens finibus,alta
(Sciſſus Araxeo prius æquore iam ſuus) vnda
Effluit in Scythiam,procul hinc Mæotida Tethyn
Intrat,& inſerto freta pellit vaſta fluento.

Flumen Tanais.Horat.4.Carm.ode15.5.
Extremus Tanais.Horat.3.Carm.ode 10.1.
Niualis Tanais.Virg.4.Georg.103.

TANAQVIL, pen.cor.Tarquinii Priſci vxor. De qua Plinius libro 36.ca.vltimo, Non præteribo & vnum ſoci exemplum,Romanis literis clarum,Tarquinio Priſco regnante tradunt repẽtè in foco eius comparuiſſe genitale è cinere maſculini ſexus: eámque quæ inſederat ibi,Tanaquilis reginæ ancillam Ocriſiã captiuam,conſurrexiſſe grauidam.

TANAS, oppidum non longè à Tana:& Venetis paret. Vnde &

nobiliſſimæ pelles feruntur & mancipia, quæ à Scythis emunt, quos appellant Carcaſos.

Tandem/Aduerbium ſignificat Poſtremum, poſt longam moram. Terent. Eunucho, 1.1.74, Heu noſter laudo, tandem perdoluiſt. Vbi Donatus, Tandem, quaſi qui nimis patiens fuit. Plau. Amphit. 16.11, Soſia, tandem ad noſtes furio. Virgil. 3. Æneid. 11, -depoſita tandem formidine fatur.

Vtrum iiſce tandem diſceptationem & cognitionem veritatis, an innocentiæ labem aliquam aut ruinam fore putatis? Cicero pro Flacco, 18.

Perficere, vt iam tandé aliqui fateátur. Cic. 1. de Leg. Agr. 100.

¶ Tandem pro Tamen, interprete Donato. Terent. Adelph. 4. 5.51, In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere? Virginem vitiaſti, quam te ius non fuerat tãgere. Idem And. 5.3.4, Ain' tandem, ciuis Glycerium eſt? ita prædicant. Idem Eunucho, 4.1.68, Quam ob rem tandem? an quia pudet? c. id ipſum. Plaut. Milit. 14.38, Aliquam mihi partem hodie operæ des, denique iam tandem ades illico.

¶ Tandem, Expletiua coniunctio, vt vult Priſcianus & Donatus. Terent. Phorm. 1.1.1, Itáne tandem vxorem duxit Antipho iniuſſu meo? Cic. 1. in Catil. 1, Quouſque tandem abutêre Catilina patientia noſtra? Terent. Heaut. 5.1.1, Itáne tandem quæſo Menedeme, vt pater Tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit animũ patris? Liuius, Quouſque tandem ignorabimus vires noſtras? Cic. 1. de Inuent. 4, Qui tandem fieri potuit niſi homines ea quæ ratione inuenirent, eloquentia perſuadere potuiſſent? Valla li. 6, Dicitur in huiuſmodi locutionibus TANDEM habere vrgens quiddam & accelerans, quaſi reſponſum accelerent. Virg. 1. Æne. 75, Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris?

Quod genus tandem eſt iſtud oſtentationis, & gloriæ? Cicero pro Rab. Poſthumo, 13.

Quanto tandem illum mœrore afflictum eſſe & profligatum putatis? Cic. 1. in Catil. 16.

Cecinna vtrum noluit tandem, an non potuit accedere? Cic. pro Cecinna, 35.

Quorſum tandem, aut cur iſta quæris? Cic. 1. de Legib. 5.

Quonã tandem modo? Cic. 3. Tuſ. 13. Idé in Partitionibus, 7.

Hoc per ipſos deos de quibus loquimur, quale tãdem eſt? Cic. 1. de Nat. deorum, 146.

¶ Tandem aliquando. Cic. in Catil. 18, Ibis tandem aliquando quò te iampridem tua iſta cupiditas effrænata ac furioſa rapiebat. Sic ibidem, 14. Idé ad Tironem, lib. 16.9.5, Seruus Cn. Planci Brunduſii tandem aliquando mihi à te expectatiſſimas literas reddidit.

Aliquando tandem poſſe conſiſtere. Cic. pro Quintio, 63.

¶ Vix tandem. Terent. Phorm. 1.1.4, -non ſimultatẽ meam Reuereri ſaltem? non pudere? ô facinus audax. ô Geta Monitor. 6. vix tandem.

¶ Tandem, Nunc ſaltem. Terent. Eunu. 5.9.15, -perfice hoc Precibus, pretio, vt hæream in parte aliqua tandé apud Thaidem. Donatus.

¶ Tãdem tandem, Reticentia quædam cum abrupto ſermone, nonnihil ornatus habens. Plaut. Curcul. 2.7, At tandem tandem. f ii. tandem es odioſus mihi.

Tandiu/Tanto tempore. Plaut. Aulul. 16.6, Nã quod dedi tandiu, quàm perdidi. Idem Bacchid. 5.3, -formidat animus, noſtrum tandiu Ibi deſidêre, neque redire. Idem Sticho, 1.1, Quæ tandiu vidua viro ſuo caruit. Cic. 7. Ver. 17, Nam tãdiu fuit in carcere Apollonius.

Ego te abfuiſſe tandiu à nobis doleo. Cic. Curioni, lib. 1.1.4.

Tandiu & quandiu. Cic. 4. Verr. 47, Ignominia autem illa grauis tandiu in illo homine fuit, quandiu iſte in prouincia manſit. Idem 3. Verr. 16, Deûm atque hominum fidem implorabis circunueniri C. Verrem, quòd accuſator nolit tandiu, quandiu liceat dicere. Sic 7. Verr. 69.

Tandiu donec. Columel. lib. 11. cap. 6.5, Itaque ſubinde alium ſalem tandiu ingeret, donec in ſporta permaneat integer.

Tandiu dũ. Cic. ad Atticum, lib. 9.173.11, Eas dum lego, minus mihi turpis videor, ſed tandiu dum lego. Idem 1. Offic. 61, Tyberius enim Gracchus Publii filius tandiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit. Sic in Catilinam, 61.

Corpus tandiu gaudet dum ſentit voluptatem. Cic. 5. Tuſ. 136.

Tandiu, quàm. Cic. de Clar. Orat. 3, Vixitque tandiu, quàm licuit bene viuere.

TANES, vir Perſa è ducibus Darii.

Tango/tangis, tétigi, pen. corr. tactum, tangere, Notæ ſignificationis. Lucretius lib. 1. 62, Tangere enim & tangi, niſi corpus, nulla poteſt res. Plaut. Amphit. 4.159, Quid ſi ego illum tactum tangam, vt dormiat?

Tangere genu terram. Cic. 2. Tuſcul. 97, Genu me hercle M. Antonium vidi quũ contentè ipſe proſe lege. Varia diceret, terram tangere.

Pedem pede tangere. Ouid. 1. de Arte, 111.

Baculo tetigit iuuenem. Ouid. 14. Metam. 77.

Flagello tangere aliquem. Horat. 3. Carm. ode 16.3.

Armis tangere. Horat. 3. Carm. ode 3.11,

Quicunque mundo terminus obſtitit,
Hunc tangat armis.

Sanctiſſimum corpus manu tangere ac violare. Cic. Poſt reditum in Senatu, 5.

Sydera tangere, Vide Sydus.

¶ Tangere terram regionis, Appellere. Plaut. Amphit. 4.49, principio vt illò aduenimus, vbi primùm terrã tetigimus. Cic. 5. Verr. 18, Verres ſimul ac tetigit prouinciam.

Carinæ tetigere portum. Virgil. 2. Georg. 61.

¶ Tangit Tyberim, pro Contiguum eſt Tyberi. Cic. pro Roſc. Amer. 11, Fundos decem & tres reliquit, qui Tyberim ferè omnes tangunt. Cæſ. 5. bel. Gall. 10, Rhenúmque, vt ſuprà demonſtrauimus, tangit.

¶ Tangere aliquem, pro Ludere & fatigare, inquit Donatus. Terent. Eunucho, 3.1.30,

Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio
Nunquid tibi dixi?

¶ Tangere ferro arborẽ, pro Expurgare. Columel. lib. 5. cap. 9. 9, Atque etiam rigandæ ſunt plantæ, quam ſiccitates inceſſerũt, nec niſi poſt biennium ferro tangendæ.

¶ Tangere aliquid, pro Deſcribere, & mentionem facere. Cic. 4. Acad. 146, Sed vbi Xenocrates, vbi Ariſtoteles iſta tetigit? hos enim quaſi eoſdem eſſe vultis.

Carmina tangere. Ouid. 3. Amor. eleg. 11.4,

O vtinam aduerſis tetigiſſem carmina Muſis,
Phœbus & incœptum deſtituiſſet opus.

Non omnia dicere, & leuiter vnumquodque tangere. Cicero pro Roſc. Amer. 51.

Verba alicuius tangere ſuis verbis. Ouid. 1. Faſt. 37,

Deſierat Ianus. nec longa ſilentia feci,
Sed tetigi verbis vltima verba meis.

Aliquem ab inito tangere. Cic. 2. de Lege agrar. 69, Idcirco, inquit, agros nominare nõ poſſum, quia tangã nullũ ab inuito.

Tetigit rem acu, Prouerbium: pro Rem attigit. Plau. Rud. 30. 19, Tum tu mendicus es? 2. tetigiſti acu.

Tãgere vicus, Mouere dolorem, eiuſque rei facere mẽtionem quæ nos magnopere vrat. Terent. Phorm. 4.4.9,

Quid minus vtibile fuit, quàm hoc vicus tangere,
Aut nominare vxorem?

Curas tangere. Virg. 4. Æneid. 110,

Non licuit thalami expertem ſine crimine vitam
Degere more feræ? tales nec tangere curas?

¶ Tetigit, Peruenit. Plaut. Bacchid. 10.3,

Nam illud animus miratur meus, ſi à me tetigit nuntius,
Quid remoratur.

Tetigit vox aures meas, Id eſt peruenit ad aures. Plau. Ru. 6.15

Metam tangere vitæ. Ouid. 1. Triſt. eleg. 8.1.

¶ Tangere, Mouere. Lucret. lib. 1.13, Nec bene pro meritis capitur, nec tãgitur ira. Ouid. 7. Metam. 5, Quem, niſi crudelem, non tangat Iaſonis ætas?

Hæc modicè me tangunt, Id eſt mediocriter me commouẽt, Cic. ad Atticum, lib. 1.34.1, Cætera in magnis rebus, minæ Clodii contentioneſque, quæ mihi proponuntur, modicè me tangunt. Vide Modus.

Amore timli tangebar. Ouid. 1. Triſt. eleg. 1.11.

Tãgit animum memoria earum rerum, Commouet, excitat. Liu. 1. ab Vrbe, 10, Fortè & Numitori, quum in cuſtodia Remum haberet: audiſſétque geminos eſſe fratres: comparando eorum ætatem, & ipſam minimè ſeruilem indolem, tetigerat animũ memoria nepotum: ſciſcitandóq; eodem peruenit vt haud procul eſſet quin Remum agnoſceret.

Contemptus vos tangit. Ouid. 1. Metam. 106, At vos ſi læſæ tãgit contemptus alumnæ.

Cor alicuius tangere querela. Horat. de Arte, 10.

Cura tangit me campi. Propert. lib. 1. eleg. 17.7,

Tot iam abiere dies, quum me nec cura theatri,
Nec tetigit campi. Virgil. 11. Æneid. 158,
-miſeri te ſiqua parentis Tangere cura poteſt.

Veſtri cura nulla vos tangit. Liuius 3. ab Vrbe, 71, Si vos vrbis Quirites, ſi veſtri nulla cura tangit, at vos veremini deos veſtros ab hoſtibus captos. Colum. lib. 3. cap. 21.9, Potes iam (ſi te cura pomorum tangit) vltimis ordinibus in ea vineti fine, &c.

Fata impia te tangunt. Virg. 4. Æneid. 110.
Quòd si nec fratris, nec te mea gratia tangit. Ouid. 2. Met. 59.
Honos tangit animum. Virg. 11. Æneid. 12.
Honos tangit nos. Ouid. 5. Fast. 60,
Nos quoque tangit honos, festis gaudemus, & aris:
Turbáque cælestes ambitiosa sumus.
Inuidia alicuius tangi. Lucan. lib. 9. 111.
Mentem mortalia tangunt. Virgil. 1. Æneid. 94.
Tangi odore. Plin. lib. 17. cap. 24. 12.
Pectus tangere dulcedine. Lucret. lib. 3. 184.
Vota tetigere deos. Ouid. 4. Metam. 13.

¶ Tangere, Circunuenire. Plaut. Pœnul. 2. 101, Quia amare cernit, hominem vult leno tangere. Idem Epid. 14. 40, Te istam ob rem tetigi triginta minis.

¶ Pedes tangendos præbuit. Propert. lib. 4. eleg. 9. 9.

Tactus, Participium: vt Tactus spiritu diuino. Liu. 5. ab Vrbe, 103, Deinde quum quidam seu spiritu diuino tactus, seu iuuenili ioco, Visne Romam ire Iunoi dixisset, annuisse cæteri Deam conclamauerunt.

Cupidine laudis tactus. Ouid. 4. Trist. eleg. 5. 3.
Dolore tactus amissæ coniugis. Ouid. 7. Metam. 140.
Tactus fulmine. Plin. lib. 14. cap. 29. 1, Prolibare diis nefastum habetur vino præter imputatæ vitis, fulmine tactæ.

Tactus de vel è cælo, Fulmine ex cælo delapso percussus. Cicero 1. de Diuinat. 69, Natæ verò statuæ, aut æra legum de cælo tacta, quid habêt obseruatum ac vetustum? Idem 1. de Diuin. 151, Etruria autem de cælo tacta scientissimè animaduertit, eademque interpretatur quid quibusque ostendatur monstris atque portentis. Liu. 4. bel. Pun. 46, Tacta de cælo, atrium publicum in Capitolio, ædem in campo Vulcani, nucem in Sabinis, &c. Plin. lib. 36. cap. 4. 1, Fuere autem simulachra ea Apollinis, Dianæ, Herculis, Mineruæ, quod è cælo postea tactum est. Virgil. 1. eclog. 4, De cælo tactas memini prædicere quercus.

Tactúrus, pen. prod. Aliud participium. Cic. Caninio lib. 2. 16. 7, De præda mea præter Quæstores vrbanos, id est Pop. Romanum teruntium nec attigit, nec tacturus est quisquam.

Tactus, huius tactus, Ipse tangendi sensus, vel actus. Plin. libro 10. cap. 69. 1, Ex sensibus ante cætera homini tactus, denique gustus reliquis superatur à multis. Idem lib. 8. cap. 55. 3, Necnon & vestes leporino pilo facere, tentatum est, tactu non perinde molli, vt in cute.

Aspera tactu. Lucret. lib. 6. 156.
Interior tactus, Vide Intro.
Leuis tactus, Vide Leuis.
Mollis tactus. Virgil. 1. Æneid. 137, -tactúque innoxia molli
Lambere flamma comas.
Mollissimus tactus corporis, Vide Mollis.
¶ Abstinere tactu. Virgil. 3. Æneid.
Cognoscere corpora tactu. Lucret. lib. 2. 119.
Resistere ad tactum. Virgil. 3. Georg. 101, -aret
Pellis, & ad tactum tractanti dura resistit.
Sentire aliquid tactu. Lucret. lib. 4. 54,
Tangimus extremum saxi, summúmque colorem,
Nec sentimus eum tactu.

Tactio, tactiônis, Verbale, Idem. Plautus Pœnulo, 19. 19, Quid tibi istanc digito tactio est? Idem Aul. 16. 9, Sed quid tibi nos mendice homo tactio est? Cic. 4. Tuscul. 31, Et qualis est hæc auriũ, tales sunt oculorum, & tactionum, & odorationum, & saporum.

TANIS, ciuitas Ægypti, à qua Tanicum siue Taniticum Nili ostium dictum. Herodotus libro secundo ab insignibus oppidis ostiis imposita nomina scribit: ea sunt, Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis: à qua Taniticum Ptolemæus & Strabo deriuant, & in emendationibus codibus Pomponii Tanicum, vt annotauit Vadianus. Eadem & Taphnis & Taphiũ dicitur. Hic fuit, vt annotat Villanouanus in Ptolemæũ, prima Israelitarum captiuitas, à qua per mare Rubrum, duce Mose, sunt erepti. Sita erat in terra Gieffen, sed nunc destructa est.

Tanos/ gemma inter smaragdos nigra & viridis, & intus sordida. Plin. lib. 37. cap. 5. 11.

Tanquam/ Similitudinis aduerbium, verbis subiunctiuis iungitur. Plin. natur. Hist. Tanquam nesciamus hanc esse solã quæ nunquam trascatur. Id est quasi nesciamus. Cælius ad Ciceronem, libro 8. 5. 3, Omnia desyderantur ab eo (tãquam nihil denegatum sit ei quominus paratissimus esset) qui publico negotio præpositus est.

Gloria virtutem tanquam vmbra sequitur. Cic. 1. Tuscul. 177.
Tanquam ad aliquem libidinis scopulum appellere. Cic. 2. de Oratore, 84.
Oratorem in iudicia & conciunculas, tanquam in aliquod pistrinum detrudi & compingi videbam. Cic. 1. de Orat. 14.
Apud eum sic fui tanquã domi meæ. Cic. Seruilio lib. 13. 70. 2.
Repente enim te, tanquam serpens è latibulis intulisti. Cic. in Vatinium, 2.
Tanquam si. Cic. ad Cælium, lib. 2. 15. 10, De Dolabella quod scripsi, suadeo videas tanquam si tua res agatur. Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 18. 3, Omnes tanquam si tu esses, ita fuerunt.

¶ Tanquam, pro vt vel sicut, indicatiuũ postulat. Plaut. Persa, 16. 32, Eine tu huic amicus? D. tanquam di omnes, qui cælum colunt. Idem Trin. 13. 66, -vide vt hominem noueris.
2. Tanquam me. Terent. Phorm. 1. 2. 15,
Senis nostri Daue fratrem maiorem Chremem
Nostine? D. quidni? G. quid eius natum Phædriam?
D. Tanquam te. Idem Eunuch. 2. 2. 31,
Tanquam philosophorum habent disciplinæ ex ipsis
Vocabula. Plin. lib. 9, Vt tanquam in victu frugum noscitur ratio: sic omnes, qui istis gaudent, præmia vitæ suæ calleant. Colum. lib. 3. cap. 9, Quanuis earum genus quibus aliquod præcipuè fœcundum esse voluerit, tanquam bituricum, aut basilicum, non tamen sic aminæum sterile reddiderit, vt ex multis millibus eius ne paucissimæ quidem vites fœcundæ, tanquam in Italicis hominibus Albanæ illæ sorores reperiri possint. Idẽ lib. 5. cap. 2, Ducimus centies centenos, fiunt decem milia: tanquam est locus quoquouersus c. pedum.

Video tibi etiam nouum accidisse tanquam mihi. Cicero Attico libro 6. 111. 10.

Tãquam cum Sic, pro Quemadmodum. Cic. ad Cassium, lib. 12. 9. 2, Tãquam enim si clausa sit Asia, sic nihil perfertur ad nos præter rumores de oppresso Dolabella. Idem ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 6, Quapropter hoc te primum rogo, ne cõtrahas, aut demittas animum, néve te obrui tanquam fluctu, sic magnitudine negotii sinas. Ibidem, 67, Illud te ad extremum & oro & hortor, vt tanquam poetæ boni & actores industrii solent: sic tu in extrema parte & conclusione muneris ac negotii tui diligẽtissimus sis. Idem de Senect. 31, Pugnandum tanquam contra morbum est sic contra senectutem: habenda ratio valetudinis: vtendum exercitationibus modicis.

TANTALVS, pen. corr. vt est author Lactantius, Iouis ex Plote Nympha filius. De quo Seruius, Tantalus Corinthiorum rex, amicus numinibus fuit: qui quũ frequẽtes eos susciperet, & quodam tempore defuissent epulæ, filium suum Pelopem occidit, & diis epulandum apposuit. Tunc abstinentibus cunctis Ceres humerum eius exẽdit. Et quum eum dii per Mercurium reuocare ad superos vellent, eburneus ei est humerus restitutus. Virgil. 3. Georg. 2, -humeróque Pelops insignis eburno
Acer equis. Hac lege autem Tantalus apud inferos dicitur esse damnatus, vt in Eridano inferorum stans, nec vndis præsentibus, nec vicinis eius pomariis perfruatur. Per hæc autem auaritia significatur: vt etiam Horatius 1. Serm. saty. 1. 15,
-quid rides? mutato nomine de te
Fabula narratur. Hactenus Seruius enarrans illud Virgilii 6. Æneid. 111, de Tantalo, -lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris, epulæque ante ora paratæ
Regifico luxu: furiarum maxima iuxta
Accubat, & manibus prohibet cõtingere mẽsas. Eusebius scribit Tantalum Iouis ex Plote nympha filium, regem Phrygiæ cum Troe Dardaniæ rege bellum gessisse quòd Ganymedẽ rapuerit, Agamemnonis & Menelai auus. Vnde & Tantalides dicti sunt. Hic ob filium interfectum detrusus ad inferos siti torquetur & fame. Plato in Cratylo scribit, Tantalum dictum esse, quasi ταλάντατον, hoc est infœliciſſimum.

Alius fuit Tãtalus Corinthiorũ rex ob pietatem, deorũ mensis dignatus. Alius Thyestæ ex Merope filius, interfectus & appositus esca patri. Horat. Epod. 17. 15,
Optat quietem Pelopis infidus pater
Egens benignæ Tantalus semper dapis.
Poetæ impendẽre apud inferos saxum Tantalo faciunt. Cic. 4. Tuscul. 54.
Mento summam aquam attingens siti enectus Tantalus. Cic. 1. Tuscul. 16.
Fallax Tantalus. Stat. 1. Thebaid. 50.
Superbus Tantalus. Horat. 2. Carm. ode 18. 8.

Tantáleus, pen. corr. Possessiuum. Propert. lib. 2. eleg. 1. 14, Tantalea poterit tradere poma manu.
Mensa Tantalea. Stat. 11. Thebaid. 16.

Tantálicus, penul. corr. Adiectiuum. Claud. 2. de raptu Proserp. 68,
Non aqua Tantalicis subducitur inuida curis.

Tántalis, penul. corr. Tantálidis, Patronym. fœm. dicta est Niobe Tantali filia.
Fratres Tantalidæ. Ouid. 2. Fast. 116.

Tantus/ tanta, tãtum, A tam deduci videtur, quantitatémque

significat,quasi tam multus vel tam magnus. Plaut.Milit.8.51, Neque eques,neque pedes præfectus quisquã tanta audacia est, Qui æque faciat confidenter. Idem Pœnul.18.103, Quum hac me lætitia tanta,& tantis affecistis gaudiis. Terent. Heaut.4. 1.17,Tantam inesse animo insciti am? Idem And.5.2.19,Tantum laborem capere ob talem filium?

Tantus natu,Adeò prouecta ætate.Plaut.Bacchid.1.15,
Sed is stultior es Barbaro poticio,
Qui tantus natu,deorum nescis nomina.

Sexcenta tanta,Hoc est sexcenties tantum vel totidẽ. Plaut. Bacchid.10.119,
Caue tibi ducenti nummi diuitiæ fuant:
Sexcenta tanta reddam si viuo, tibi. Idem Pseud.9.39, Quasi mihi non sexcenta tanta soleant credier. Idem Trinum.8.98, Post id frumenti quando alibi messis maxima est,
Tribus tantis illi minus reddit,quàm obseueris.

Sol maiorne quàm terra sit, an tãtus quantus videatur? Cic. 1.de Diuinat.15.

Tantus homo,Tam magni pretii.Terent.Eunuch.4.7.31, Miseret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi. Cic.ad Brutum 9.1,Est alienum tanto viro vt estu, quod alteri præceperit,id ipsum facere non posse. Virg.1.Æneid.8,Tantæ molis erat Romanam condere gentem. Idem 3.Georg.13, Tantus amor laudum,tantæ est victoriæ curæ.

Quæ tanta animum dementia cepit? Virgil.5.Æneid.93.

Tantus imperator in.Cic.4.Acad.6,Tãtus ergo imperator in omni genere belli fuit.præliis,oppugnationibus,naualibus pugnis,&c. Plin.lib.11.cap.51.1, Attingam tamen quæ tantus vir in doctrinis non sprenit.

In his tot & tantis malis.Cic.5.Tuscul.45.

Tanta res.Terent.And.1.5.18,Ah tantámne rem tam negligenter agere?

Vrbs tanta atque talis.Cic.3.de Nat.deorum,133.

Tanti & quanti, genitiui, cum eorum compositis, tantidem, quantilibet,quanticunque, similiter totidem, pluris, minoris, iunguntur verbis pretium significantibus,qualia sunt emo, vendo,væneo,mercor,comparo,æstimo,constat,conduco,loco,fœneror, paciscor, pago pepigi,condemno, postulo, & siqua sunt similia. Plaut.Merc.8.11,Tanti quanti poscit vin' tanti emi illam? Idem Bacchid.18.13,Tanti est,quanti est fungus putidus. Terent.Adelph.1.1.49,
Vbi me dixero dare tanti,testes faciet illico. Idẽ Eunuc.1.1.30, Quid agas,nisi vt te redimas captum,quàm queas
Minimo:si nequeas paululo,at quanti queas.

Tanti me fugacem,mercenarium patronum hi æstimauerũt. Cic.in Saluſtium,6.

Non tanti est,vt.Cælius ad Ciceronem,lib.8.14.1,Tanti non fuit Arsacẽ capere,Seleuciam expugnare,vt earum rerum, quæ hîc gestæ sunt,spectaculo careres.

Tanti fuit,Id est tam optabile.Cic.6.Verr.14,Hic tibi in mentem non venit iubere hæc quoque vt referret,&c. fuit tãti,mihi credes haberes quod defenderes. Id est, omnino id faciendũ erat:& quod vulgò dicim°,*Res bene tãti malebat ut hoc fieret*. Plin. Caluisio,epist.155,Magno mihi seu ratio hæc,seu facilitas stetit: sed fuit tãti.nã regione tota & nouitas remissionis,& forma laudatur. Id est,tanti referre censui,tanti emendum duxi. Cic.1. in Catilin.36, Est mihi tanti Quirites,huius inuidiæ falsæ atque iniquæ tempestatem subire: dummodo à vobis huius horribilis belli periculum depellatur. Ac si dixisset,Fuit mihi tanti periculum belli à vobis depellere, vt falsam inuidiam subire non recusauerim.

Nihil tanti est,Id est nihil tam mihi optatum est.Cic.ad Atticum,Sed si graue non est,inquam, velim scire quid sit causæ. quia dum dubitabam, quam ducerem, non satisfaciebam matri: ita ne auunculo quidem. Nunc nihil mihi tanti est: faciam quod volunt.

Nihil est tanti. Brutus ad Ciceronem,16.8, Nihil tanti fuit, quo venderemus fidem nostram.Id est,nihil tãti æstimauimus, vt seruire vellemus. Idem ad Atticum,lib.1.18.3, Quare,mihi crede,*μηδενὸς ἄξιον*.iuratus tibi possum dicere,nihil esse tanti. Id est,nihil tanti æstimari.Budæus.

Putare tanti.Quintil.lib.7.cap.3.33, An etiam tanti putauerit pœnam subire.

Tantidem,pen.prod. Genitiuus, qui verbis pretii solet adiici. Terent.Adelph.2.1.45,Ob malefacta hæc tantidem emptam postulat sibi tradier. Cic. pro Roscio Amerino,68, Ipse tria prædia sibi depactus est, voluntatem Decurionum ac municipum omnium tantidem quanti fidem suam fecit.

Cogere aliquos ab aliquo tantidem accipere.Cic.5.Verr.70.

Emere aliquid tantidem,quanti,&c.Cic.5.Verr.167.

Tantisper, Aduerbium, significat tandiu: postulátque post se dũ prò donec,siue quandiu, vel quoad.Plaut.Aulul 11.6,Tantisper hîc ego ad ianuam concessero. Idem Milit. 14.30, Quid ego hîc astabo tantisper cũ hac forma & factis? Cic.ad Atticũ, lib. 11.24.3,Totos dies scribo:non quò proficiam quid,sed tantisper impedior. Ouid.in Ibin,128,
Hæc tibi tantisper subito sunt missa libello,
Immemores ne nos esse querare tui.

Cogitare tantisper de aliquo reo.Cic.pro Cecinna,11.

Tantisper dum.Plaut.Rud.14.146,Saltem tantisper dum abscedat hæc à me ægrimonia. Idem Trucul.1.9, Tãtisper dum transigimus hanc comœdiam. Idem Mostell.8. 164, Ego hîc tantisper dum exis,te opperiar foris. Terent. Adelph.1.1.45, Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet. Cic.ad M. Varronem,lib.9.2.9, Habes rationem mei consilii:tibi igitur hoc censeo.Iatẽdum tantisper ibidem, dum efferuescit hæc gratulatio, & simul dum audiam quemadmodum negotium cõfectum sit. Idem 2.de Inuẽt.131,Deinde est in carcerem deductus, vt ibi esset tantisper, dum culeus in quem coniectus in profluẽtem deferretur,compararetur. Sic 5.de Finib.49. Et Lu.in præf.4.

Tanto,ablatiuus cum verbo Cõstat, aliquando reperitur,nisi mendosus est locus. Plin.lib.11.cap.18.1,Tanto nobis delicæ & fœminæ constant.

Tanto,Aduerb.vt & quanto.vt Tanto magis,tanto peior. Plaut. Sticho,6.15, Nimio impartior multo tanto plus quàm sperat. Terent.And.4.5.35, Tanto hercle magis dabit. Plaut.Persa,4. 71,Ter tanto peior ipsa est.

Tanto impensius.Virgil.12.Æneid.4.

Tanto antè.Cic.7.Ver.71,Quòd si Cleomenes non tanto antè fugisset, aliqua tamen ad resistendum ratio fuisset.

Quinquies tanto amplius. Cic.5. Verr.193, Reperietis quinquies tãto Iudices amplius istum,quàm quantum ei in cellam sumere licitum sit,ciuitatibus imperasse.

Tanto minoris.Cic.5.Ver.87, Tantóne minoris decumæ væneierunt,quàm fuerunt?

Tanto quanto. Plin.lib.9. cap.38.1, Quippe maior vis tanto, quanto recentior.

Quanto quis audacia promptus,tanto magis fidus. Tacit.lib. 1. Idem lib.3,Quanto pecunia dites,&voluptatibus opulentos, tanto magis imbelles. Idem lib.4,Quanto intentus olim publicas ad curas,tãto occultior in luxus. Et lib.5,Tanto acceptius in vulgum,quanto modicus priuatis ædificationibus.

Quantum tanto.Virg.12.Æneid.4, -quantum ipse feroci
Virtute exuperas,tanto me impensius æquum est Consulere.

Tantópere,pen.corr. significat tantum, tam vehementer. Plaut. Epid.3.31, -quid retulit mihi
Tantopere te mandare, & mittere ad me epistolas? Idem Mostel.7.91,Cur tantopere extimueras? Terent.Phor.5.8.16,Postquam tantopere id vos velle,animũ aduorteram. Idem And. 5.2.17,Ah,ne sæui tantopere. Idem Heaut.4.5.37,
-& ego hoc,quia dudum tu tantopere iusseras,
Eò cœpi. Idem Adelph.5.8.23, Si vos tãtopere istuc vultis,fiat. Cic.4.Acad.240,Non potest igitur vterque sapiens esse,quoniã tantopere dissentiunt,sed alter. Idem 1.de Finib.17, Nec cum istis tantopere pugnare qui Græca legere malint, modò legant illa ipsa,nec simulent: & his seruire qui vel vtrisq; literis vti velint: vel si suas habent,illas nõ magnopere desyderent. Idem pro Quintio,1,Neque hoc tantopere quærẽdum videretur,hæc summa in illis esse,si in nobis essent saltem mediocria.

Istud nescio quid, quod tantopere didicisti. Cic.pro Mure.10.

Tantopere & quantopere.Cic.1.de Ora.79,Neque enim tantopere hanc à Crasso disputationem desyderabam, quantopere eius in causis oratione delector.

Tantum,Aduerbium,significat solùm,& positiuis iungitur. Plaut. Capt.1.4, Tantum studens vt natum recuperet. Plinius libro 12.ca.1.4, Sed quis non iure miretur arborem vmbræ gratia tãtum ex alieno orbe petitam? Cicero 4. Verr.140, Tantum opinor, Hortensi , ad hanc causam non accederent, ne in alterius impudentia sui pudoris existimationem amitterent. Virgilius 6.eclog.4,
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,
Et procul attrita pendebat cantharus ansa. Vbi Seruius,Tantum capiti delapsa , vt ostenderet non longius pronolutam esse coronam.

Nihil dicam arrogantius,tantum dicam. Cic.pro Murena,71.

Non tantum parum commodè, sed etiam turpiter. Cicero 1. de Oratore,115.

Tantum interest,quòd tu quum es commotus,acquiescis,assentiris,approbas,&c. Cic.4.Acad.155.

Tantum non,Rei non planè peractæ aduerbiũ, Fermè. Suet.

in Tib.Cæſare,cap.21,Tantum non aduerſis tẽpeſtatibus Rhodum enauigauit. Ibidem,cap.51, Itaque me mortuo quidem perinde affectus eſt,ſed tantum non ſtatim pòſt à funere ad negotiorum conſuetudinem rediit. Ibidem,ca.66, Poſtremò ſemet ipſe pertæſus talis epiſtolæ principio,tantum nó ſummam malorum ſuorum profeſſus eſt. Idem in Domitiano, cap.15, Repentè ex tenuiſſima ſuſpicione tantũ non ipſo eius Conſulatu intercunt. Liuius Decad.4.lib.7.111, Vt vidit non poſſe æquare ordinem Romanos, & tantum non iam circuniri à dextro cornu,concitat naues. Idem 4.ab Vrbe,9,Et quum hoſtes tantũ non accerſierint,exercitus conſcribi aduerſus hoſtes non patiantur? Sic 5.bel.Pun.78.

Tantum num,Id eſt etiam.Plin.epiſt.vltima lib.9, Habes æſtate,hyeme conſuetudinem: addas hoc licet tantum num quæ inter hyemem,æſtatémque media. Alia exemplaria habẽt Autumnum.

Tantum eſt.Plaut.Moſtell.2.133,

Quatuor quadraginta illi debentur minæ,
Et fors,& fœnus.tantum eſt. Idem Merc.6.12,
-nunquid amplius?
2,Tantum eſt. Idem Caſina,2.86,Tantum eſt,valete. Terẽt. Eunuch.5.6.16, -nunquid eſt
Aliud mali,damnive quod non dixeris,
Rel.quum?P.tantum eſt. Plaut.Trinum.1.11,Tantum eſt, valete,adeſte cum ſilentio. Idem Merc.11.57, Nunquid eſt quod dicas aliud de illorũ. tantum,quod ſciam. Terent.Hecyra,5.3.15, -ſcio,
Tantúmne eſt?P.tantum.

¶Tantum,ad numerum.Plaut.Bacchid.5.38,

-vi coactus reddidit
Ducentos & mille Philippûm.N.tantum debuit?

Tantum quàm.Terent.Hecyra,3.4.3,

Non hercle Parmeno verbis dici poteſt
Tantum,quàm re ipſa nauigare incommodum eſt.

Tantum mihi confido.Plãcus ad Ciceronem,lib.10.18.8,Mihi enim ſi contigiſſet vt prior Antonio occurrerem,nõ me hercules horam conſtitiſſet:tantum ego & mihi confido,& ſic perculſus,&c. Virgil.5.Æneid.33,Quò tantum mihi dexter abis?

In tantum vt,Vide In præpoſitionem.

Tantum,& plus etiam.Cic.Attico lib.7.113.11.

Tantum,quantum. Plaut.Moſtel.7.93, Tu vt occœpiſti, tantum,quantum quis,fuge. Idẽ Pſeud.10.117, Si graderere tantum,quantum loquere,iam iſſes ad forum. Cic.1.Verr.16, Si enim iudicia nulla ſint,tantum vnumquenque ablaturum putant,quantum ſibi ac liberis ſuis ſatis eſſe arbitrarẽtur. Catul. ad cõturbernales,35.3, Amata tantũ,quantum amabitur nulla. Virgil.4.Georg.21, -nec tantũ dulcia,quantum Et liquida.

Tantum quantum ſat eſt.Cic.de Senec.44.

Tantum ſat habes?Terent.Heaut.4.3.40.

Tantum abeſt,eandem vim in oratione habet,quam Nõ ſolum.Huic autẽ interdum geminum V T poſtponitur, interdum vnum tantum,vt in ſequentibus exemplis liquet. Cic.de Amicitia,47, Tantúmque abeſt vt amicitiæ propter indigentiã colantur,vt ii qui opibus & copiis,maximéque virtute præditi (in qua plurimum eſt præſidii) minime alterius indigeant. Idem de Offic. Tantum abeſt ab officio, vt nihil officio magis poſſit eſſe contrarium.Hoc eſt,nõ modo officium non eſt, verum etiam nihil magis officio poteſt eſſe cõtrarium. Idem 1.de Finibus,88,Is enim qui occultus & tectus dicitur,tantum abeſt vt ſe indicet,perficiet etiã, vt dolere alterius improbè facto videatur. Idem 4.Acad.55, Tantum abeſſe dicebat vt id conſentaneũ eſſet,vt maximè etiam repugnaret. Cæſar,Hoc detrimento milites noſtri tantum abfuerunt vt perturbarentur,vt incẽſi potius atque incitati,magnas acceſſiones fecerint in operibus hoſtium expugnandis.Vide Abſum.

Tantum ponitis in ea re. Cic.4.Acad.165, Sed quoniam tantum in ea arte ponitis, videte ne contra vos tota nata ſit, quæ primo progreſſu feſtiuè tradit elementa loquendi.

Tantum,vt.Cic.ad Marium,libro 7.3.15, Poſtea autem quàm alicuius culpa tantum valeret vnus,vt obſiſti non poſſet,&c.

Tantum honoris,tantum inſidiarum. Plin.lib.21.ca.1.5,Tantúmque poſtea honoris increuit, vt mero infuſo enutriantur. Idem lib.11.cap.53.4,Tantum inſidiarum eſt vitæ.

Adhibere tantum cibi & potionis,Vide Adhibeo.

Tantúmmodo,pen.cor.Aduerbium.Idem.Terent. Phorm.1.2.92, Poſthac ſi quicquam, nihil precor:tantũmodo non addas. Cic. ad Cælium,lib.2.9.4,Velles enim,ais,tantummodo vt haberem negotii quod eſſet ad laureolam ſatis. Idem 4.Acad.167.Si id tantúmodo vt taceas,nihil aſſequeris. Idem 6.Verr.35, Quid ego iſtius in ciuſmodi rebus mediocres iniurias colligo,quæ tãtummodo in furtis iſtius & damnis eorum,à quibus auferebat, verſata eſſe videantur? Ouid.4.de Ponto, eleg.16.10, Omnia perdidimus,tantummodo vita relicta eſt.

Arbores tantummodo per ſtirpes alantur ſuas. Cic.2.de Natura deorum,116.

Neque eum oratorem tantummodo,ſed hominem non putant.Cic.3.de Orat.29.

Tantundem, Quaſi tantum idem, ſignificat æquè tantum, vulgò *alterum tantum*.Duos habet obliquos,tantundem & tantidẽ. Plaut.Pſeud.15.14, -nulla eſt ſalus mihi data ria.
2. Nam pol hinc tantundem accipies. Ibidem,20.56,
-tantundem argenti,quantum miles debuit.
Dedit huic. Terent. Phorm.5.6.6, Num tu intelligis quid hic narret?P. num tu? A. nihil.P.tantundem ego. Idem Heaut.4.2.9,Quid ſi hoc ſic incipiã nunc:nihil eſt.quid ſi ſic:tantundem egero. Idem Eunucho,2.3.19, Quid virgo,cuia eſt? C H. neſcio hercle.P.vnde eſt:C H. tantundem. Plin.lib.5.cap.1.4, Volubile oppidum tantundem à mari vtroque diſtans. Catull. ad Coloniam,14.4, -ſed velut alnus
In foſſa Liguris iacet ſeparata ſecuri,
Tantundem omnia ſentiens.

Sepioni tantundem ſolutum eſt.Cic.Q.fratri,lib.1.3.11.

Tantundem eſt quaſi.Plaut.Merc.6.44,

Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus,ſenex
Tantundem eſt,quaſi ſit ſignum pictum in pariete.

Tantundẽ vix.Cic.1.Tuſc.167, Nihil neceſſe eſt,inquit:vndique enim ad inferos tantundem vix eſt.

Tantundẽ periculum,pro,tantum periculi.Plau.Pœnu.9.10,

Malo benefacere tantundem eſt periculum,
Quantum bono malefacere. Idem Trucul.9.7,
-mater dicta quòd ſum,eo magis
Studeo vitæ, quæ hoc auſa ſum, tantundem dolum aggrediar.

Tantundem,quantum.Plin.epiſt.167.h, Vtrúmne ſententiæ duæ collatis viribus, nouiſſimam prement, an ſeparatim vnaquæque tantundem,quantum altera valebit? Cic.5.Verr.19, Ego tantundẽ,quantum ille poposcerit. Ibidem,175,Magiſtratibus tantundem detur in cellam,quantum ſemper datum eſt.

Quæ morte teſtamentóve eius tantundem capiat, quantum omnes hæredes.Cic.1.de Legib.78.

Tántulus,pen.corr.Adiect.diminutiuum,pro tam paruus.Plaut. Truc.11.47, -tum tantuli doni cauſa,
Holerum atque eſcarum & poſcarum,&c. Idem Bacchid.4.31,
-non tantulum
Vnquam intermittit tempus,quin eum nominet. Idem Pœnulo,4.51,En monſtrum mulieris,tantula tanta verba funditat. Cic.pro Roſcio Amer.67, Si ex eo negotio tantulũ in rem ſuam conuertiſſet,&c. Lucret.lib.4.182,
Tantula quod tantum corpus corpuſcula poſſunt
Contorquere, & onus totũ conuertere noſtrum. Idẽ lib.4.24,
Primum animalia ſunt iam partim tantula,vt horum
Tertia pars nulla poſſit ratione videri. Et lib.3.84,At ſi tantula pars oculi media illa pereſa eſt,&c.

Statura tantula.Cæſar 1.belli Gall.38,Quibus viribus præſertim homines tantulæ ſtaturæ,&c.

Epiſtola tantula.Cic.ad Atticum,lib.1.9.1.

Sol tantulus. Cicero 4.Acad.111.

Cauſa tãtula.Cic.Attico lib.4.17.5, Dices,Tãtulánè in cauſa? Malum tantulum.Cic.1.Tuſc.111.

Tantulum moræ.Cic.4.Ver.65,Et vẽdidiſſet,ſi tantulum moræ fuiſſet,quominus ei pecunia illa numeraretur.

¶Tantulo vænire,Sub.pretio.Cic.pro Roſc.Amer.77,Deinde cur tantulo vænierint.

Tántulum,pen.cor.Aduerbium,Tam parum ſignificans:vt Tantulum deflectere.Cic.7.Verr.138, De omnibus nobis ſiquis tantulum de recta regione deflexerit , non illa tacita exiſtimatio, quam antea contemnere ſolebatis: ſed vehemens ac liberũ Populi Rom.iudicium conſequetur. Idem 1.de Legib.50, Quòd ſi intereſſe quippiam tantulum modo poterit,etiam amicitiæ nomen occiderit. Idem 7.Ver.142,Si tantulum oculos deiecerimus,præſto eſſe inſidias,&c.

Is diſcipulus magiſtro tantulum de arte concedit. Cicero pro Roſcio Amer.70.

Tantulum peccaui, Id eſt paulum.Plau.Caſin.20.6,Maxumo ſuo hercle illico,vbi tantulum peccaſſit.

Tantulum commotus.Cic.4.Verr.87.

Nec quicquam poſthac non modò tantum, ſed ne tantulum quidem præterieris.Cic.Attico,lib.15.330.3.

Tantillus,Aliud diminutiuum à tantulus. Plau.Trinum.4.17,Faxo haud tãtillum dederis verborum mihi. Idem Sticho,10.40,
-vel inter cuneos ferreos

Tantillum loci, vbi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci. Terent. Adelph. 4.2.15, Quem ego modò puerum tantillum in manibus geſtaui meis. Cic. de Sene. 48, Omitto enim vim ipſam omniũ quæ generantur è terra, quæ ex fici tantillo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum, aut ſtirpium minutiſſimis ſeminibus tantos truncos ramoſque procreat. Vetus exemplar legit tantulo. Plin. lib. 31. cap. 1. 1, Hæc tantilla eſt ſatis contra tot impetus, vt vetet ire nauigia.

Tantillum, Aduerbium. Plaut. Rud. 4. 106,

Si hercle tantillum peccaſſis, quod poſtea poſtules
Te ad verum cõuerti, nugas mulier magnas egeris. Catull. ad Iuuentium, 94. 1, -nec poſſum fletibus vllis
Tantillum veſtræ demere ſæuitiæ.

Tapetum/tapẽti: vel hic tapes, tapẽtis: vel hoc tapẽte, tapẽtis, pen. prod. Tegmẽ ingenioſè pictum variis coloribus, quo equi, menſæ, ſeu pauimenta ſternuntur. Plaut. Sticho, 6. 54,

Tum Babylonica periſtromata, ſellas, & tapetia
Aduexit nimium bonæ rei. Idem Pſeud. 4. 13, Neque Alexandrina belluata, conſutáque tapetia. Virgil. 7. Æneid. 56, Inſtratos oſtro alipedes, pictiſque tapetis. Plin. lib. 8. cap. 48, In tapetis antiquiſſima gratia. Virgil. 9. Æneid. 66,

Rhamnetem aggreditur, qui forte tapetibus altis
Extructus, toto proſtabat pectore ſomnũ. Ibidem 71, Armáque, craterāſque ſimul, pulchróſque tapetas. Silius lib. 17. 13,

-nullo decorare tapete
Cornipedem Nomas aſſuetus.

Alti tapetes. Ouid. 13. Metam. 139, -poſitiſque tapetibus altis
Munera cũ liquido capiunt Cerealia Baccho. Stat. 1. Thebaid. 130, Emunire toros, altóſque inferre tapetas.

Belluata tapetia, Vide **Bellua.**

Accipere mediis tapetibus, Vide **Accipio.**

Incubat tapetis. Stat. 10. Thebaid. 11.

Pictis tapetis inſtrati alipedes. Virgil. 7. Æneid. 56.

TAPHIAE, inſulæ, quas prope Echinadas Strabo libro 10. ponit: quarum caput Taphus. Iis Taphii & Teleboæ imperauerunt: de quibus huiuſcemodi repetit originẽ enarrator Apollonii poetæ: Perſeo ex Andromede, vt narrat Herodotus, quatuor fuere filii, Alaeus, Steneleus, Meſtor, & Electrion, qui ſimul regnauerunt. Ex Hippotoe Meſtoris filia, & Neptuno Pterelas genitus, ex Pterela Telebos & Taphus, à quo Taphus inſula, in qua Teleboæ ac Taphii communi nomine & imperio fuere. Igitur ii Hippotoes eorum auiæ pecuniã ab Electrione eorum neceſſario, qui pro ea ſpopódit repetebant: qua negata ad arma venere, armenta abegerunt, ipſum denique & filios ſuſtulere. Alcmena Electrionis filia, patrẽ vltura, Amphitryonẽ Thebanum hominem potentiſſimum, in matrimonium accepit: atque hoc pacto, bello inter eos conflato ab eodem Amphitryone deleti ſunt, eorúmque regnum Cephalo profugo Athenienſi qui exercitui præerat donatum. quod ad Vlyſſem è ſucceſſione peruenit. Hæc ille. Ex quo apparet Teleboas & Taphios omnibus iis inſulis imperaſſe.

TAPHIVSA, Plinio lib. 36. ca. 11, locus eſt iuxta Leucadem, in quo Taphiuſius lapis naſcitur.

TAPHNIS, ciuitas in Ægypto, à qua Taphnei dicti ſunt viri in in ea habitantes. Vide TANIS.

TAPHRAE, oppidum eſt in Taurica Cherſoneſo, Traiani principis auſpiciis aliquando captum, vt author eſt Horus qui ſub Traiano vixit.

Tapinoſis/huius tapinôſis, pen. prod. fœ. g. Latinè humiliatio dicitur. Eſt autem figura, quum rei magnæ expoſitio humilis adiicitur. Virg. 1. Æneid. 15, Apparent rari nantes in gurgite vaſto. Vbi Seruius, In gurgite vaſto, Tapinoſis eſt: id eſt, rei magnæ humilis expoſitio. Prudenter tamen Virgilius humilitatem ſermonis epitheto ſubleuat: vt hoc loco, vaſto addidit. Ibidẽ, 94, Multa gemens, largóque humectat flumine vultũ. Vbi Seruius, Tapinoſis eſt, quòd dixit humectat: largo nãq; flumine, eſt fluore, id eſt fluxu ipſo. Idẽ. 6. eclo. 16, Dulychias vexaſſe rates. Vbi Seruius, Vexaſſe per tapinoſin dictũ eſt: nã nõ vexauit, ſed euertit.

TAPOSIRIS, pen. prod. ciuitas in Ægypto. Stephanus *ταπόσιρις* appellat, quia ſit ſepultus in ea Oſiris. Strabo duas facit Taposires: vnam mari propiorem, alteram remotiorem.

TAPROBANE, pen. cor. inſula in mari Indico ampliſſima, inter ortum occaſúmque Solis, vt Solinus refert. Patet in longitudine ſtadiorum ſeptem millibus, in latitudine quinque millibus. Ibi Septentriones non videntur, vt eſt author Plinius hb. 6. cap. 22. vbi multa de hac inſula ſit mentio. Inter alia refert, legatos ex Taprobane, quum ad nos veniſſent, miratos eſſe Septentriones & Vergilias, veluti in nouo cælo: Lunam verò apud ipſos non niſi ab octaua die, ad quintamdecimã ſupra terram aſpici. Paulò verò ſupra ait, ex veterum traditione, Septentrionẽ non cerni. De hac vide Plinium eo loco quo diximus, & Pomponium Melam lib. 1. & 3. Lucet ibi Canopos ſydus clarum & ampliſſimum. Homines corporum magnitudine alios antecellunt, cæruleis oculis, atroci viſu, terrifico ſono vocis. Viuunt vltra annos centum. Naſcuntur in ea berylli & hyacinthi, vt Ptolemæus li. 7. refert. cap. 4. Plin. lib. 6. cap. 22, ſcribit in ea quingenta oppida cõperta fuiſſe. In ea (ſicut Geometræ ſcribunt) ſunt duæ æſtates.

TAPSAGVM, Cyrenaicæ regionis oppidũ, vt ſcribit Plinius lib. 5. cap. 5, in deſcriptione Cyrenaicæ regionis.

TAPSVS, inſula decem ſtadiis à Sicilia diſtans verſus Syracuſas. De qua Virgilius 3. Æneid. 138,

-vino præteruehor hoſtia ſaxo
Pantagiæ, Megaróſque ſinus, Tapſúmque iacentem.

TAPYRI, populi in Parthia, vt lib. 11. refert Strabo, quibus mos eſt vt proprias vxores aliis viris nuptui concedant, quum duos aut tres filios ex eis ſuſceperint.

TARACINA, Vide TARRACINA.

TARACO, Vide TARRACO.

TARAS, Neptuni fuit filius, quem Tarentum ædificaſſe quidam exiſtimant. Vide TARENTVM.

Tarantara/pe. corr. Vox tubæ ab Ennio ficta. Seruius in nonũ Æneidos, in eum verſum, 101, At tuba terribilẽ ſonitũ procul ære ſonoro. Hemiſtichium, inquit, Ennii. nam ſequentia ſic mutauit. Ille enim ad exprimendum tubæ ſonum ait tarantantara: & multa huiuſmodi Virgilius quũ aſpera inuenerit, mutat.

TARBELI, pen. product. Ptolemæo lib. 2. cap. 7, Galliæ vrbs: vulgò *Tarbe*.

TARCHETIVS, Impius Albanorũ rex. De quo Plutarchus in vita Romuli, Quidam (inquit) etiã ſunt qui de Romuli ortu fabuloſa quædam referre non dubitent. Nam dicunt Tarchetio Albanorũ regi ſceleſtiſſimo & crudeliſſimo homini diuinitus mõſtrum domi viſum penè ex ſacrario ſe attollens, ad multos dies manſiſſe. Fuiſſe etiam Tethyos in Hetruria fatidicum templum à quo allatum Tarchetio reſponſum, vt ei admiſceretur virgo. Nam genitum iri ex ea filium virtute, fortuna, ac viribus nomẽ permaximum & gloriam habiturum. Quod quum Tarchetius vni ex filiabus expoſuiſſet, imperaſſe vt cum mõſtro illo coiret. Illam contempto patris imperio, ancillam in ſui locum ſuppoſuiſſe. Tarchetium re cognita ægreferentem, vtranque in carcerem vt morte multaret coniecíſſe: ſed viſum eſt illi per quietem ſe Veſtam videre necari puellam prohibentem: telam verò puellis iubentem, vt erant in vinculis, texendã tradere ea cõditione, vt non antè nuberẽt, quàm eam abſoluiſſent. Ita quod illæ per diem texuiſſent, alias noctu Tarchetii iuſſu retexere ſolitas. Ex monſtro verò ancillam geminos peperiſſe, quos Teratio cuidam Tarchetium ſtatim exponendos dediſſe. At illum ſecus fluuium infãtes depoſuiſſe: ſic lupam quum eò veniſſet, admotis huberib⁹ lac præbuiſſe, auibus quoque variis cibũ pueris comportantibus: quoad bubulcus aſpiciens, admiratúſque, auſus accedere, infantes ſuſtulit. Hac illos ratione ſeruatos, quum primùm per ætatem licuit, Tarchetio tetendiſſe inſidias, ac tãdem oppreſſiſſe. Hæc à Promathione quodam, qui Italicam ſcripſit hiſtoriam, memoriæ prodita accepiſſe ſe dicit Plutarchus.

TARCHON, Hetruſcorum dux, qui, vt ex Virgilio notum eſt, Ænex ſuppetias tulit aduerſus Turnũ & Rutulos. Dicitur & Tarcho abiecta N litera. Virg. 8. Æneid. 111,

Haud procul hinc Tarcho, & Tyrrheni tuta tenebant
Caſtra locis.

Superbus Tarchon. Silius lib. 8. 94, -Cortona ſuperbi
Tarchontis domus.

Tardus, A dictiõ, Notæ ſignificationis. Cic. de Senect. 19, Niſi exerceas eam, aut etiam ſi ſis natura tardior. Plaut. Merc. 11. 10,

-id illi vitium maximum eſt,
Quòd nimis tardus eſt aduerſus animi mei ſentẽtiam. Ibidẽ, 19. 1, Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorſa ceſſauit turgida. Idem Pœnulo, 7. 6,

Sciebam ætate tardiores, metui meo amori moram.
Nequicquam hos patronos mihi elegi, loripedes tardiſſimos.

Velox & Tardus, cõtraria. Cic. 1. de Inuen. 51, Formoſus, an deformis, velox an tardus ſit, &c.

Tardus inceſſu filius. Plin. lib. 7. cap. 16. 9.

Ætate tardus. Ouid. 8. Metam. 138.

Tarda ad paſtum pecus. Cic. 1. de Finib. 66, Contráque vt tardam aliquam & languidam pecudem ad paſtum, & procreandi voluptatem, hi hoc diuinum animal eſſe voluerunt.

Tardus ad iniuriam. Cic. 1. Offic. 51, Atque haud ſcio an ſatis ſit eum qui laceſſierit, iniuriæ ſuæ pœnitere, vt & ipſe nequid tale poſt hac committat, & cæteri ſint ad iniuriam tardiores.

Ad referendam gratiam tardiorem eſſe. Cicero Antequam iret in exilium, 2.

Tardus incogitando. Cic. de Clar. Orat. 113.

¶ Agmen tardum. Virgil. 9. Æneid. 10.

Asellus tardus. Virgil. 1. Georg. 55.

Corpora tarda. Virgil. 6. Æneid. 145.

Fuga tarda. Ouid. 1. Trist. eleg. 2. 17.

Gradibus tardis errare. Ouid. 11. Metam. 72.

Gravitas tarda. Ouid. 11. Metam. 114.

Homo tardus, Hebes, obtusi ingenii. Cic. 3. de Orat. 51. Nanque aut senes ad eas accesserunt, aut vsque ad senectutem in studiis detinentur, aut sunt tardissimi.

Ingenium tardum. Cic. 3. pro Lege Agraria, 4. Sed quem vestrum tam tardo ingenio fore putauit, cui post eos Consules, Scyllam dictatorem fuisse in mentem venire non posset?

Tardum ingenium in accipiendis quæ traduntur. Plin. 8. ca. 3. 1, Certum est, vnum tardioris ingenii in accipiendis quæ tradebantur sæpius castigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu repertum. De elephantibus.

Ingenium eximium, & tarda mens. Cic. 5. Tusc. 56.

Tardiores modi. Cic. 1. de Ora. 131, Quãquam quoniam multa ad oratoris similitudinem ab vno artifice sumimus, solet idẽ Roscius dicere, se quo plus sibi ætatis accederet, eo tardiores tibicinis modos, & cantus remissiores esse facturum.

Moræ tardæ. Ouid. epist. 18. 8.

Noctes tardæ, Tardè venientes, hoc est æstiuæ. Virg. 1. Geo. 97, -vel quæ tardis mora noctibus obstet. Seruius.

Nox solstitialis tardior hyberna. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 4. 6.

Opem tardam admouere. Ouid. 1. de Remed. amor. 24.

Passu tardo incedere. Ouid. 10. Metam. 10.

Pede tardo cunctari. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 3.

Principia orationis tarda, & exitus tamen spissi & producti esse debent. Cic. 2. de Orat. 118.

Prouisor tardus vtilium. Horat. de Arte, 34.

Res tardior spe. Liu. 4. bel. Pun. 180, Deinde, vt ea res tardior spe fuerit, ad Oricum clam nocte exercitum admouisse, &c.

Senectus tarda. Horat. 2. Serm. satyr. 2. 18.

Senectus tarda gelu. Virgil. 8. Æneid. 101.

Sẽsus hebetes & tardi, Homines nihil percipiẽtes. Ci. 2. Aca. 45.

Vnda tarda. Virgil. 4. Georg. 96.

¶ Tardus, Rudis & stupidus. Virg. 10. eclog. 4, -tardi venere bubulci. Teren. Eunuch. 5. 9. 49, Fatuus est, insulsus, tardus, sterilit noctesque & dies. Seruius.

Quidam nimis indociles tardique sunt. Cic. 1. de Nat. deo. 19.

¶ Tardus, Perseuerans & diuturnus. Virgil. 2. Georg 16, Media fert tristis succos, tardúmque saporem Fœlicis mali. Ita Nonius. Seruius verò vix intelligibilem interpretatur.

Curis tardis pallescere. Propert. lib. 1. eleg. 11. 2.

¶ Tardus, Densus & crassus. Virgil. 5. Æneid. 137, -vdo sub robore vinit
Stipa vomens tardum fumum. Seruius.

Tardiúsculus, pen. cor. Diminut. Terent. Heaut. 3. 1. 4, Est ille Clinix seruus tardiusculus. Id est, aliquantum tardus.

Tardè, Aduerbium, tardius, tardissimè. Cic. 4. Acad. 7, Quinetiam quum victor à Mithridatico bello reuertisset, inimicorum calumnia triennio tardius quàm debuerat triumphauit. Idem ad Terẽtiam, lib. 14. 5. 1, Pridie Idus Octobris Athenas venimus, quum sanè aduersis ventis vsi essemus tardéque & incommodè nauigassemus. Plin. lib. 10. cap. 59. 1, Partus pauonis excluditur diebus ternouenis, aut tardius tricesimo.

Tardè & Ocyus, Contraria. Cic. 4. Tusc. 49, Illi in morbum & incidunt tardius, & recreantur ocyus.

Vesperi & tarde. Cic. pro Milone, 40, Videte nunc illum, primũ egredientẽ è villa subitò: cur vesperi: quid necesse est tardè? Aduenienti tardius hospes. Horat. 2. Serm. saty. 2. 19.

Tardè crescens oliua. Virgil. 2. Georg. 1.

Tardè iter facere. Cic. Attico, lib. 11. 29. 2.

Ingredi tardius. Cic. 2. Tusc. 11. 8, Qui in compedibus corporis semper fuerunt, etiam quum soluti sunt, tardius ingrediuntur.

Ire tardius. Horat. 2. Serm. satyr. 3. 10.

Moueri celerius & Tardius, Contraria. Cic. 1. de Nat. deor. 74.

Celeriter accipere, & tardè percipere. Cic. pro Rosc. Com. 18.

Procedunt tempora tardé. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 1.

Tardissimè, vel Quum tardissimé. Plinius libro 18. cap. 7. 7, Quatuor aut quinque tardissimè diebus florere incipiunt: totidémque aut paulò pluribus defloréscunt: hordea verò quum tardissimè septem.

Tárditas, pen. cor. tarditâtis, opponitur celeritati. Ci. de Vniuers. 40, Atque vt esset mensura quædam euidens, quæ in octo cursibus celeritates, tarditatésque declararet, &c.

Celeritati tarditas contraria est. Cic. in Topic. 25.

Cursu corrigere tarditatem. Cicero ad Q. fratrem, lib. 2. 16. 3, Vide Corrigo.

Tarditas pedum. Cic. pro Rabirio, perduel. reo, 14, Qui quum ingredi vix posset, nõ ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat.

Tarditas & cunctatio. Cic. pro Sestio. 87, Ita vt nonnunquam cũctatione & tarditate dum otium volunt etiam sine dignitate retinere, ipsi vtrunque amittant.

Tarditas & procrastinatio. Cic. 6. Philipp. 109, Plerisque in rebus gerendis tarditas & procrastinatio odiosa est.

Afferre tarditatem alicui rei. Cic. 5. Philipp. 182, Certè ista legatio moram & tarditatem afferet bello.

Afferre tarditatem ad. Cic. 11. Philipp. 308, Affert tarditatem ista sententia ad Dolabellam persequendum.

Certatim posthac, mihi crede, ad hoc opus curretur, nec occasionis tarditas expectabitur. Cic. 1. Philipp. 111.

Damnari natura tarditatis. Vide Damnio.

¶ Tarditas ingenii, stupor, debilitásque linguæ. Cic. in Pisonem, 1. Quintil. lib. 2. cap. 1. 1.

Tarditas audientium. Plin. lib. 10. cap. 9. 5, Idque etiam tarditati audientium prodesse asseuerat.

Tarditas aut gravitas in sensibus. Cic. 4. Acad. 97, At enim ipse sapiẽs fuit, nec fe in furore ne approbet falsa pro veris, & alias quidem sæpe: si aut in sensibus ipsius est aliqua fortè gravitas aut tarditas, aut obscuriora sunt quæ videntur, aut à perspicien do temporis brevitate excluditur.

Infinitam enim faciet ipsa res dicendi tarditatem. Quintil. lib. 5 cap. 10. 8?.

Æterna & diuturna opinio tarditatis. Cic. 1. de Orat. 61.

Tarditas & taciturnitas. Cic. Lẽtulo, lib. 1. 5. 15, Sed nosti homi nis tarditatem & taciturnitatem.

Tarditas & stultitia. Cic. 1. de Legib. 76, Quid abiectius tarditate & stultitia dici potest?

Tardities, tarditiẽi, antiqui dixerũt, pro Tarditate. Accius Diomede, Multa amittuntur tarditie & socordia. Nonius.

Tarditûdo, peni. prod. tarditúdinis, fœ. g. Idem. Plaut. Pœnul. 7. 19, Podagrosi est is, ac vicistis cochleam tarditudine.

Tárdipes, penul corr. huius tardipedis, pen. cor. Adiectiuum, Qui tardè incedit, aut claudicans. Catul. in annales Volusii, 34. 1, Electissima pessimi poetæ
Scripta, tardipedi deo daturam. Id est Vulcano. Columel. lib. 10. circa finem,
Quin & tardipedi sacris iam rite solutis
Nube noua seritur.

Tardigradus, pen. cor. Adiect. Quod tardè graditur. Cic. 2. de Diui. 198, Quadrupes tardigrada, agrestis, humilis, aspera. Ex poeta.

Tardo, tardas, tardare, Morari, Tergiuersari. Cæsar 5. bel. Gall. 101, Sed ne omnino metum reditus sui barbaris tolleret, atqi vt eorum auxilia tardaret, &c. Idem 2. bel. Ciuil. 7, Multitudo tormentorum omnem administrationem tardabat. Ibidem, lib. 1. 257, Sed exercitum Cæsaris viarũ difficultates tardabant. Cic. ad Cæsarem, lib. 7. 5. 3, Mea quædã tibi non ignota dubitatio aut impedire profectionem meam videbatur, aut certè tardare.

Inertia tardat nos. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 5.

Impetum inimici tardare, Reprimere, remorari. Cæsar 1. bel. Ciuilis, 109, Quo facilius impetum Cæsaris tardaret, ne sub ipsa profectione milites oppidum irrumperent.

Tardare & frænare. Cicero 5. Ver. 111, Quum eius animum ad persequendum non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris, auaritiæque suæ frænaret.

Studia alicuius tardare, pro Morari, & frangere contentionẽ. Cic. in Orat. 2. In quo vereor, ne si id quod vis effecero, cúmqi oratorẽ quem quæris expressero, tardẽ studia multorũ. Bud.

Animos accusatorũ tardare. Cic. 4. Verr. 111, Statuæ illæ equestres, quas tu paulò antè quàm ad vrbem venires, poni, inscribique iussisti, vt omnium inimicorum animos, accusatorúmque tardares.

Animo tardari. Cic. 11. Philipp. 307, Vereor ne exercitus quoqi nostri, qui non delectus necessitate, sed voluntariis studiis se ad Remp. contulerunt, tardentur animis, si quicquam aliud nobis, nisi de instanti bello cogitatum putabunt.

Tardare & procrastinare negotium aliquod. Cic. ad Brutum. Si ea quæ ex tempore suscepta sunt vt agerentur, non tardata & procrastinata sunt.

¶ Tardare, absolutũ. Cic. ad Brutũ, 18. 2, At illa retulit, quæsitúque quidnam mihi videretur, accerseremúsne te, atque id cõducere putaremus, an tardare & commorari te melius esset tibi.

Tardans, Participium: vt Senecta tardans. Virg. 5. Æneid. 80, -sed enim gelidus tardante senecta
Sanguis hebet, frigéntque effœtæ in corpore vires.

Tardâtus, pen. prod. Participium. Virg. 5. Æneid. 91,

At non tardatus caſu, neque territus heros
Acrior ad pugnam redit.
Gradus tardati. Stat. 1. Thebaid. 135.

Tardeſco, tardeſcis, tardeſcere, Tardum fieri. Lucret. lib. 3. 97.
Conſequitur grauitas membrorum, præpediuntur
Crura vacillanti, tardeſcit lingua, madet mens.

TARENTVS & Tarentum, nobilis vrbs Calabriæ ad mare, Pyrrho Epirota in ducem contra Romanos accito clariſſima, ſita in peninſula quadam, vt indicat Ptolemæus lib. 3. cap. 1. & Strabo multis locis lib. 6. Virgilius 3. Æneid. 111.
Hic ſinus Herculei (ſi vera eſt fama) Tarenti
Cernitur, attollit ſe diua Lacinia contra,
Caulonisque arces, & nauifragum Scylacæũ. Quem locum ſic exponit Seruius, Lacones & Athenienſes diu inter ſe bella tractarunt. & quum vtraque pars afflligeretur, Lacones quibus iuuentus deerat, præceperunt vt virgines cum quibuſcunque cõcumberent. Quod factum eſt. Et quum poſt ſedata bella iuuentus incertis parentibus nata erubeſceret, & patriæ & ſibi eſſet opprobrio (nam Partheniatæ dicebantur) accepto duce Phalanto octauo ab Hercule, profecti ſunt: delatique ad breue oppidum Calabriæ, quod Taras Neptuni filius fabricauerat, id auxerunt: & priſco nomine appellarunt Tarentum. Bene ergo nunc Herculei Tarenti, ſi vera eſt fama: quia Taras condiderat, auxerat Phalantus. Hactenus ille. Memorator & Architæ clariſſimo Pythagorico, qui Platonem, quum mortem ei moliretur Dionyſius tyrannus, per epiſtolam eripuit. vt ſcribit Laertius libro octauo. Hæc à Tara Neptuni filio ædificata. Deinde à Laconibus aucta, qui duce Phalãto illuc aduectantes expulſis incolis, vti Iuſtinus lib. 3. ſcribit, tenuerunt.
Imbelle Tarentum. Horat. 1. epiſt. 7. 9.
Lacedæmonium Tarentum. Ouid. 15. Meta. 10. Horat. 3. Carm. ode 5. 11.
Sacri Tarenti cuſtos Neptunus. Horat. 1. Carm. ode 28. 6.
Saturum Tarentum. Virgil. 2. Georg. 40.

Tarentinus, pe. prod. Quod ex Tarento eſt, vel in Tarẽtinis agris creſcit. vt Tarentina nux. Plin. lib. 15. cap. 22. 5. Et Tarentinarum duo genera fragili putamine ac duro: quæ ſunt ampliſſimæ, & minimè rotundæ. Vnde quidam Tarentum appellatum putant, quòd inglandes nuces & pineas molles habet, ac ſimiliter oues. Tarentum autem Sabini vocant molle. At quod alludens Horatius 1. Ser. ſaty. 4. 7. ſcripſit, -& molle Tarentum
Tarentina pyra. Columella lib. 5. cap. 10. 9.
Venenum Tarentinum. Horat. 2. epiſt. 1. 41. Lana Tarentino violas imitata veneno. Hoc eſt purpura Tarentina.

Tarmes/genus vermiculi carnem exedens. Feſtus.

TARNA, vrbs ſertiliſſima ponitur Homero lib. Iliad. 5. quã enarratores vocatam poſtea Sardis dixerunt.

TARPEIA, teſte Plutarcho in vita Romuli, filia fuit Tarpei, quæ Romanam arcem in Capitolio conſtitutam, cuius pater Tarpeius cuſtos erat, Sabinis prodidit. Hinc mons Tarpeius dictus, (inquit Terentius Varro) à virgine Veſtali Tarpeia, quæ ibi à Sabinis necata armis, & ſepulta, eius nominis monumentum relictum, quod etiam nunc eius rupes, Tarpeium appellatur ſaxum. Hactenus Varro. Hinc etiam Tarpeia ſedes apud Virgilium 8. Æneidos. 70,
Hinc ad Tarpeiam ſedem, & Capitolia ducit
Aurea nunc, olim ſylueſtribus horrida dumis. Seruius declarans hunc locum, Tarpeia (inquit) ſedes dicta eſt à Tarpeia virgine. Quum enim Romulus contra Sabinos bella tractaret, & Tarpeio cuidam dediſſet arcem tuendã, eius Tarpeia filia aquatum profecta in hoſtes incidit: quã quum hortarentur ad proditionem, illa pro præmio popoſcit ornatum manuũ ſiniſtrarum, id eſt armillas. Facta itaque arcis proditione, hoſtes ingenioſa morte promiſſa ſoluerunt. Nam ſcuta, id eſt ſiniſtrarum ornatum, ſuper illam iacientes, eam luce priuarunt: quæ illic ſepulta, Tarpeiæ ſedi nomen impoſuit. Hactenus Seruius. De hac vide etiam Propertium lib. 4 eleg. 4. vbi ſic incipit,
Tarpeium nemus, & Tarpeiæ turpe ſepulchrum
Fabor, & antiqui limina capta Iouis.
Arx Tarpeia. Virgil. 8. Æneid. 130.
Arces Tarpeiæ. Ouid. 15. Metam. 174.
Iuppiter Tarpeius. Ouid. 6. Faſt. 7.
Lucus Tarpeius. Propert. lib. 4. eleg. 9. 1.
Pater Tarpeius, Iupiter. Propert. lib. 4. eleg. 1. 1.
Rupes Tarpeia. Lucan. lib. 1. 40.
Saxa Tarpeia. Silius lib. 1. 14.
Sedes Iouis Tarpeia. Lucan. lib. 5. 62.
Templa Tarpeia. Stat. 3. Sylu. 4. 21.

TARQVINIVS Priſcus, quintus Romanorum rex. Is centum additis Patrum numerum auxit, Latinos ſubegit, Circum deſignauit, qui nunc maximus dicitur: vbi ſpectacula ſibi quiſque faceret, furcis duodenos ab humo pedes altis ſuſtentata. Ludicrum fuit: equi, pugiléſque ex Hetruria acciti. Præterea Sabinorum bello petitus, equitum centurias amplíauit. Ex lib. 1. Liuii.

Tarquinius Superbus, cognomen à moribus meruit. Occiſo Seruio Tullo regnum ſceleſtè occupauit: bello tamen ſtrenuus, Latinos Sabinoſq; domuit: Sueſſam Hetruſcis eripuit: Gabios per Sextum filium ſimulato tráſfugio in poteſtatem redegit: Ferias Latinas primus inſtituit. Quum Capitolium extruere inciperet, caput hominis inuẽnit, ex quo cognitum eam vrbem caput gentium futuram, vt ſcribit Varro de ling. Lat. lib. 4. Demum quum in Ardeæ obſidione filius eius Lucretiæ ſtuprũ intuliſſet, cum eo in exilium actus, ad Porſenam Hetruriæ regem ſe contulit, cuius ope regnum retinere tentauit. Pulſus Cumas conceſſit, vbi per ſummam ignominiam reliquum vitæ tempus exegit. Liuius lib. 1.

Tarquinius Collatinus, ſorore Tarquinii Superbi genitus, in cõtubernio iuuenum regiorum Ardeæ erat: vbi forte quum in conuiuio cõiugem ſuam vnuſquiſque laudaret, placuit experiri. Itaque equis Romam petũt, regias nurus in conuiuio vel luxu deprehẽdunt. Inde Collatiam petũt, Lucretiam inter ancillas in lanificio offendũt. Itaque ea pudiciſſima iudicata. Ad quã corrumpẽdam Tarquinius Sextus Collatiam rediit, & iure propinquitatis in domum Collatini venit, cubiculum Lucretiæ irrũpit, pudicitiam expugnat. Illa poſtero die aduocatis patre & coniuge è caſtris, rem expoſuit: & cultro quẽ veſte texerat, ſe occidit. Illi exilio regum rem vindicauerunt. Tarquinius cũ prole tota eiectus, ad Manilium Tuſculanũ generum confugit, Latinóſque omnes concitat. Contra quos Poſthumius miſſus. Ex Liuii lib. 1.

Superbiſſimus crudeliſſimus Tarquinius. Cicero pro Rabirio perduel. reo, 8, Nanque hæc tua quæ te hominem clementem popularémque delectãt, &c. ſed ne Romuli quidem, aut Numæ Pompilii, ſed Tarquinii ſuperbiſſimi atque atque crudeliſſimi regis iſta ſunt cruciatus carmina, &c. Ouid. 2. Faſt. 138,
Victima Tarquinius Romanæ gentis habebat
Regna, vir iniuſtus, fortis ad arma tamen.
Eiectus Tarquinius. Virgil. 8. Æneid. 130.
Faſces ſuperbi Tarquinii. Horat. 1. Carm. ode 12. 7.
Reges Tarquinii. Virgil. 6. Æneid. 164.
Superbus Tarquinius regno pulſus. Horat. 1. Serm. ſaty. 6. 5.

Tarquinii, Tarquiniorum, Vetus oppidum Campaniæ. Cicero 5. Tuſc. 154, Demarathus quidem Tarquinii regis noſtri pater, tyrannum Cypſellum quòd ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho, & ibi ſuas fortunas conſtituit, ac liberos procreauit.

Tarquinienſe, abſolutum, pro Agro Tarquinienſi, & qui à Tarquiniis hæredibus primum nomen accepit. Plinius lib. 8. cap. 52. Qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. Idem lib. 9. cap. 56, Cochlearum viuaria inſtituit Fuluius Hirpinus in Tarquinienſi, paulò ante ciuile bellum.

TARRACINA, pen. prod. oppidum Volſcorum in Campania, antè Trachyna, id eſt aſpera, à loci aſpredine, & lingua Volſcorum Anxur dicebatur prius, diuerſam fortunam à Rheginis experta: à τάρρω cõturbo. Liu. 4. ab Vrbe, 155, Anxur fuit, quæ nunc Tarracinæ ſunt: vrbs prona in paludes.

TARRACO, pen. cor. Inſignis Hiſpaniæ ciuitas, Scipionum opus, à quo prouincia ipſa Tarraconia & Tarraconenſis vocatur, quæ (vt Pomponius ſcribit lib. 1.) altero capite Gallias, altero Bæticã, Luſitaniámque cõtingens, mari latera obiicit noſtro, quà Meridiem: quà Septẽtrionem ſpectat, Oceano. Vrbium è mediterraneis clariſſimæ fuerunt Pallentia, & Numantia. Nunc eſt Cæſarea Auguſta. Hinc Tarraconenſia vina, optima. Mart. lib. 13. 118, Tarraco Campano tantum ceſſura Lyæo.
Vitifera Tarraco. Silius lib. 3. 75, -dat Tarraco pubem
Vitifera, & Latio tantum ceſſura Lyæo.

TARSVS, Vrbs præclariſſima, & Ciliciæ metropolis, quam Perſeus Danaes nobiliſſima proles ædificauit. Lucan. lib. 4. 45, Deſeritur Taurique nemus, Perſeáque Tarſus. Hæc fuit apoſtoli Pauli patria. Dicta Tarſus (vt quidam exiſtimant) à ſiccitate: vel à parte pedis quæ tarſos dicitur, vt in manu. Vel (vt Ioſephus ait lib. 1.) à Tarſo nepote Iapheth. Tarſis verò lapidis genus eſt, vt ait Hieronymus ad Marcellũ. Eſt & Tarſis regio Indiæ, ad quã Ionas propheta ſe velle ire dixit. Et Salomon & Ioſaphat naues habuerunt, quæ in Tarſis ſolitæ ſunt exercere cõmercia. Ipſum quoque mare quia cæruleum ſit, & ſæpe ſolis radiis percuſſum, colorem ſupradictorum colorum trahat, à colore nomen accepit. Porrò Hebræi Tarſis mare dici generaliter autumant, ſecundum illud, In ſpiritu violento confringes naues tarſis, id eſt maris. Tarſenſes adeò philoſophiæ ſtudioſi fuerunt, vt Athenienſes & Alexandrinos ſuperarent. Ex Tarſo fuerunt Antipater,

Archelaus,& Neſtor,& duo Athenodori,quorum qui Cordilion dictus eſt,cum M.Catone vixit, & apud eum mortuus eſt. Alter Cananita,à vico quodam,Cæſaris præceptor: & hi philoſophi Stoici fuêre.

Tarſenſis,& hoc Tarſenſe,Poſſeſſiuum: vt Tarſenſe pelagus.Columella lib.8.cap.16.8.

TARTARI, pen.cor.Sarmatiæ populi,Scythicis moribꝰ immanes, in quibus durant adhuc crudelitatis reliquiæ. De quorum moribus legito Vadianum apud Pomponium Melam lib.3.

TARTARVS,& in multitudinis numero,neutro genere Tartara, ἀπὸ τῆ ταράττειν, id eſt turbare: aut quod melius eſt, ἀπὸ τῆ ταρταρίζειν, id eſt à tremore frigoris: locus inferorum profundus, inquit Seruius.Virg.lib.6.Æneid.109, -at lxua malorum
Exercet pœnas,& ad impia Tartara mittit. Rurſum eodẽ lib. 116, -tum Tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum,tenditque ſub vmbras,
Quantus ad ætherium cæli ſuſpectꝰ Olympũ. Suidas,Tartarus, inquit,demiſſior inferni locꝰ,& Tartarũ apud nubilalocus,&c.
Funeſta Tartara.Stat.11.Thebaid.115.
Ima Tartara.Senec.Œdipo,10.5. Impia.Virg.5.Æn.147.
Intima Lethi Tartara.Virg.4.Georg.97.
Nigra Tartara.Virg.6.Æneid.47.
Opaca Tartara. Ouid.10.Metam.5.
Profunda Tartara.Senec.Hippol.8.18.
Triſtia Tartara.Virg.4.Æneid.49.

Tartareus,Poſſeſſiuum.Virg.7.Æneid.103, -comúque recuruo
Tartaream intendit vocem. Id eſt terribilem,aut fortem,inquit Seruius. Idẽ 11.Æn.170,Quas & Tartaream nox intempeſta Megæram. Apud Martialem lib.5.35,Tartareus canis.
Acheron Tartareus,Vide ACHERON.
Cuſtos Tartareus,Cerberus.Virg.6.Æneid.79.
Deus Tartareus,Pluto.Ouid.1.Triſt.eleg.8.7.
Domus Tartarea.Ouid.3.Faſt.124.
Plaga tartarea.Cic.1.Tuſcul.38,
Hæc è Tartarea tenebrica abſtractum plaga
Tricipitem eduxit hydra generatum canem. Ex poeta.
Vmbræ Tartareæ.Ouid.6.Metam.135.

TARTESSOS,Hiſpaniæ ciuitas iuxta colũnas Herculis,aliquando Carteia dicta,vt ſcribit Pomponius Mela lib.2. Silius omnino aliam Tarteſſon à Carteia facit,lib.3.80,
Argantoniacos armat Carteia nepotes.
Rex proauus fuit humani ditiſſimus æui,
Ter denos decies emenſus belliger annos.
Armat Tarteſſos ſtabulanti conſcia Phœbo. Silii interpres eandem eſſe falſũ colligit Vadiani iudicio. At Liuius lib. 8. Decad.3, Dum hæc(inquit)ad Bætim fluuium geruntur,Lælius interim freto in Oceanum euectus, ad Carteiam claſſe acceſſit. Vrbs ea in ora Oceani ſita eſt, vbi primùm è faucibus anguſtis panditur mare. Hactenus Liuius. Eandem igitur cum Tarteſſo fuiſſe credi par eſt.Nam & Strabo lib.3,Nonnulli(inquit)Tarteſſum huius ætatis Carteiam nominant.

TARTESSVS, Vrbs in littore prope Gades:vnde familia Columellæ emanauit, à Tartaro dicta, vt meminit Strabo, propeter ſubterraneas illic cauernas.Hinc
Tarteſſiacus,pen.corr. Poſſeſſiuum:vt Tarteſſiaci thyrſi. Colum. lib.10.35. Silius lib.16.14, -noctiſque per vmbram
Ad Tarteſſiacos tendit per littora portus. Idem libro 17. 110,
Ac Tarteſſiacas profugi ſparguntur in oras.
Tarteſſius, Adiectiuum. Ouid. 4. Metam. 83, Preſſerat occiduus Tarteſſia littora Phœbus.
Tellus Tarteſſia.Silius lib.16.130.

TARVANNA, Ptolemæo lib.2.cap.9, Galliæ vrbs Morinorum: vulgò *Terrouenne.*

TARVEDVM, quod & Orcas promontorium dicitur,Ptolemæo lib.2.cap.3.finis Scotiæ eſt.

TARVNTIVS, Vir fuit tum Philoſophiæ,tum Mathematicarũ in primis ſtudioſus:qui quum ad Aſtrologiæ diſciplinã ſe contuliſſet,cõtemplationis gratia: & in ea excellere putaretur: huic impoſuit Varro,vt Romuli conceptionẽ in diem & horam deduceret: inſpectiſque eius vitæ inſtitutis ac rebus geſtis, ex illis conſequentiam colligeret,veluti Geometricarum propoſitionũ reſolutiones præcipiunt.Author Plutarchus in Romulo.

TARVSCVM, Ptolemæo lib.2. cap.10, Saliorum vrbs in Gallia, vulgò *Taraſcon.*

TASMENES,Vnus ex Neſtoris filiis.

Tata!!!,pueri patrem vocant.Mart.lib.1.95,
Mammas atque tatas habet Afra:ſed ipſa tatarum
Dici,& mammarum maxima mamma poteſt. Vide Bua.

Tatæ,Cantio eſt ſibi inuicem reſpondentium. Plaut.Stich. 17.3. -fac tu hoc modo,
At tu hoc modo. SA.babæ.S T.tatæ.S A.papæ.S T.euax. Idem Truc.13.14,Tatæ ecquis vlla eſt?ecquis aperit hoc oſtium?

TATIANVS,pen.prod.Nomen eſt viri proprium.

T.TATIVS, Sabinorum dux, qui dum diu in Romanos bellum moliretur, tandem per proditionem Tarpeiæ virginis Capitolio primùm capto,vrbẽ poſtea inuaſit, ac regnũ Romæ quinquennio vna cum Romulo tenuit:quem poſtremò tandem ab amicis eorum legatorum,quos Tatiani latrones interfecerant, occiſum eſſe ait Lanuuim, & in Auentinenſi laureto ſepultum. De hoc vide multa apud Liuium 1.ab Vrbe,& apud Plutarchũ.
Ferus Tatius.Propert.lib.4.eleg.1.11,
Tempore quo ſocijs venit Lycomedius armis,
Atque Sabina feri contulit arma Tati.

Tatienſes, Tertia pars Populi Romani à T.Tatio dicta.Vide LVCERES.

TATTA, Stagnum ſalis natiui, in Cappadocia Galatiæ confinio Morimenorum.A' quo Tattæum ſal. Ex Strabone lib.12.

TAVCHIRA,Herodoto lib.4.ciuitas Barcæorum.

TAVLANTII, Populi ſunt Illyriæ.Euphorion Taulãtinos vocat.Ariſtoteles ait apud hos vinum ex melle fieri.Hæc Stephanus. Lucanus lib.6.4,Quémque vocat collem Taulantius incola petram.

Taurae,Vaccas ſteriles dici exiſtimant hac de cauſa,quòd non magis quàm tauri pariant.Hæc Feſtus. Columel.lib.6.cap.11. Et vtique tauræ quæ locum occupant fœcundarum, ablegãdæ. Varro 1.de Re ruſt.c.5.5,Quæ ſterilis eſt vacca,taura appellatur.

TAVREA,(Iubelius Taurea dictus)memoranda vir fortitudine, quum in caſtris Annibalis Claudium Aſellum Romanum, ingenti hominem robore in exercitu apud Nolam prouocaſſet, poſt inania verba & garrulitatem, eius cõgreſſum minimè ſuſtinens refugiebat,Claudius inſequebatur:quum ille vrbis portam ingreſſus,tutus ſtupentibus hoſtibus,per alteram curſu cõtendẽs euaſit. Hic poſtea capta à Fuluio Capua,manu propria, coniuge,liberiſque interfectis,ſe poſtremò ante pedes imperatoris gladio tranſiixit.Author Liuius lib.1,de bello Punico.
Sublimis Taurea.Silius lib.13.19.

Taurea,Vide Taurus.

TAVREVS,Neptuni epitheton, quoniam ei tauros immolabãt: vel quia ſit deus maris,quòd ſonũ emittat ſimilẽ voci taurinæ.

TAVRI, populi Tauricæ Septentrionalis regionis in Europa incolæ, Iphigeniæ (inquit Mela libro 2.) & Oreſtis aduentu maximè memorati,immanes ſunt moribus, immanémq; famam habẽt,ſolere victimis aduenas cædere.Hactenus Põponius. De Oreſtis in Taurica aduentu,quæ habet Ouidius 4.Triſt.eleg. 4.14.Immanis autẽ ſacrificii huius,Thoas rex author fuit.Hinc Diana ipſa Thoantea dicta Silio lib.4.156,
Sacra Thoantææ,ritúſque imitata Dianæ. Eius frequens mentio eſt apud Lucanum,Euſebium,Ciceronem,Solinum,Lactantium. Quod ad Tauros attinet,ſcribit Herodotus libro quarto,Tauros omnes naufragos Iphigeniæ immolare ſolere,& precibus peractis hominis caput claua ferire,corpus truncum è ripa deturbare,caput cruci ſuffigere.Captis vero bello caput amputant,referúntque domum,& ſuffixum fuſte in tecti ſublimia ſtatuunt, plerunque autem ſupra furnarium eriguntideo id agentes, quòd hos totius domus cuſtodes eſſe ſibi perſuadeant. Ex Herodoto.

Tauricus,penult.corr. Adiectiuum:vt
Terra Taurica.Ouid.1.de Ponto,eleg.3.3.
Ara Taurica.Ouid.4.Triſt.eleg.4.13.

TAVRI, numero plurali,& Taurilia, Ludi in honorem deorum inferorum facti,quos & boalia,& bupetias vocatos inuenimus. Sed propriè hi ludi ſunt boum gratia inſtituti.

TAVRIANVM, pen.prod. Brutiorum oppidum in Italia iuxta Rhegium.Author Pomponius Mela lib.2.

TAVRICA Cherſoneſus peninſula prouincia eſt Europæ, vt docet Ptolemæus lib.3,cuius fines ſunt Iſthmus,Palus Mæotis,Pontis,& Cimmerius Boſphorus. Ibi ciuitates ſitæ ſunt Eupatoria & Theodoſia,nũc Capha.Eius ambitus LXX milia paſſuum cõplectitur,& à Mæotidis populis qui margines ipſius habitant, nomen aſſumpſit.De hac Iuuen.Saty.15.11, -quippe illa nefandi Taurica ſacri Inuentrix.. Vide CHERSONESVS.

TAVRINI,pen.prod.Plinio lib.3.ca.17,populi ſunt Italiæ Trãſpadanæ in Alpium radicibus.

Taurinus,adiectiuum:vt Campi Taurini.Silius lib.3.131,
His tandem ignotas tranſgreſſus cæſibus Alpes
Taurinis ductor ſtatuit tentoria campis.

Taurinus,Adiectiuum,Vide Taurus.

TAVROMINIVM, Siciliæ oppidum in colle ſitum, cui Tauri nomen fuit,ab Andromacho Timæi hiſtorici patre conditum, viro opibus animóque præſtante: & Tauromenium dictum

eſt,authore Diodoro lib.16.Inde Tauromínitani dicti Ciceroni in Verrem act.4. Silius lib.14.51, Tauromínitana cernúr à ſede Charybdin. Lucan.lib.4.94, Tauromínitanæ fugiés damnoſa Charybdis. Scribit Plinius lib.3.cap.8.5,hanc vrbẽ quandoque Naxon appellatam.

TAVROSCYTHAE,pen.cor.Ptolemæo lib.3.cap.5,populi Sarmatiæ penes Achilleum curſum.

TAVRVBVLAE, Taurubularum,Nomẽ inſulæ prope Neapolim.Stat.lib.3.Sylu.1.16,

Ipſe fodi:dites Capreæ,viridéſque reſultant Taurubulæ.

TAVRVRVM, Ptolemæo lib.2.cap. 16. Taurunum Plinio lib.3. cap.25.alio nomine Alba Græca, Belgradum: hodie vulgò *Iuigiſibuuiſenburg*,à Turca nuper expugnata,Vngariæ vrbs.

TAVRVS Berytius, philoſophus Platonicus ſub Antonino principe: ſcripſit de differentia ſectarum Platonis & Ariſtotelis, de corporeis & incorporeis, & alia, vt eſt author Suidas. Huius etiam ſæpe meminit Gellius , dicitque eius ſe maximè familiarem Romæ fuiſſe.

TAVRVS mons,ab Eois veniẽs litoribus,Chelidonio promontorio diſterminatur.Immẽſus ipſe,& innumerarum gentium arbiter:dextero latere Septẽtrionalis,vbi primùm ab Indico mari exurgit,læuo Meridianus,& ad Occaſum tendẽs,mediámq; diſtrahens Aſiam,niſi opprimẽti terras occurrerent maria. Reſilit ergo ad Septentriones,flexúſque immenſum iter quærit,velut de induſtria,rerum natura ſubinde æquora opponẽte:hinc Phœnicium,hinc Ponticum,illinc Caſpium,& Hyrcanium,cõtráque Mæoticum lacum. Torquetur itaque colliſus inter hæc clauſtra,& tamen victor,flexuoſus euadit vſque ad cognata Riphæorum montium iuga,numeroſis nominibus & nouis quacunque incedit,inſignis: Imaus prima parte dictus, mox Emodus,Paropamiſſus,Cirtius,Chambades, Pharphariades &c. Ex Plinio lib.5. cap.27. Legito Solinum in deſcriptione Ciliciæ. Huic mons oppoſitus,Anútaurus dicitur. Vbi in excelſiſſimam conſurgit ſublimitatem, Caucaſus appellatur: quanquam ſint qui Taurum à Caucaſo diuidãt. Cic.pro Deiotaro,15,Etenim ſi Antiochus magnus ille rex Aſiæ, quum poſteaquam à Scipione deuictus, Tauro tenus regnare iuſſus eſſet, &c. Idem pro Seſtio,49,Antiochũ illũ magnũ maiores noſtri magna belli cõtentione terra, marique ſuperatum,intra mõtem Taurum regnare inſſerunt.

Taurus,tauri,m.g.Bos ad procreandũ reſeruatus. Cic.6.Verr. 65,Ille nobilis taurus,quem Phalaris habuiſſe dicitur.

Taurus accipitur & pro quocũq; forti boue.Virg.1.Georg.13,

-ergo age terræ
Pingue ſolum primis extemplo à menſibus anni
Fortes inuertant tauri.

Fortia taurorum corpora.Ouid.1.de Ponto,eleg.5.3.
Tergora taurorum.Ouid.13.Metam.70.
Agreſtes tauri,Vide Agreſtis in **Ager**.
Alacres tauri.Claud.2.Paneg.5.
¶Acer taurus.Silius lib.13.86.
Arator.Ouid.1.Faſt.140. Bellator.Stat.3.Thebaid.66.
Corniger taurus,Vide **Cornu**.
Eximii præſtanti corpore tauri.Virg.4.Georg.108.
Iners.Stat.9.Thebaid.17. Nitens.Virgil.3.Æneid.5.
Ingens. Virgilius 2. Æneidos,41. Toruus.Ouid.8.Metam.27.
Trux.Ouid.9.Metam.17.
Macer.Virg.3.eclog.20. Valdus.Ouid.7.Metam.109.
¶Adiungere tauros aratro,Vide **Adiungo**.
Fumans ſub vomere taurus.Virg.3.Georg.103.
Paſti repetunt præſepia tauri.Virg.7.eclog.8.
Submittere tauros.Virg.2.eclog.9.
¶Taur⁹,Cæleſte ſignũ. Plin.lib.17.ca.24.1,Quũ ſit Luna in Leone, Scorpione, Sagittario,Tauro. Virgilius 1.Georg.44, Candidus auratis aperit quum cornibus annum Taurus.

¶Taurus,pro Radice arboris.Quintil.lib.8.cap.2,Sicut in his quæ homonyma dicuntur,vt taurus,animálne ſit, an mons,an ſignum in cælo,an nomen hominis, an radix arboris , niſi diſtinctum non intelligitur.

Taurinus,pen.prod.Adiectiuum,Quod ex tauro eſt. Virg.1.Æn. 75, Taurino quantum poſſent circundare tergo. Plin.lib.10. cap. 14, Item vitiligines,verrucas, ſtrumas , & ſimilia cum hircino & adipe ſuillo ac taurino ſeuo.

Cornua taurina.Claudian.5. Paneg.44. Sanguis taurinus. Catull. de coma Berenices,61.7.
Folles.Virg.4.Georg.35. Tergum.Virg.1.Æneid.75.
Frons.Ouid.6.Faſt.40. Tympana. Claud.3. Pan.73.
Pulſus.Stat.2.Thebaid.16. Vultus.Virg.4.Georg.75.

Taureus,Aliud adiectiuum:vt

Terga taurea,pro tympanis dixit Ouidius lib.4.Faſt.69,
Exululant comites,furioſáque tibia flatur,
Et feriunt molles taurea terga manus.

¶Taurea,Scutica ex corio bubulo facta.Iuuenalis Sat.6.50,

-taurea punit
Continuò flexi crimen,facinúſque capilli.

Taurifer,pe.cor.Adiect.vt Campi tauriferi,Paſcua.Lucan.li.1.94,

-tauriferis vbi ſe Meuania campis Explicat.

Tauriformis, Aliud adiectiuum,Formam tauri habens. Horatius 4.Carminum,ode 14.5,

Sic tauriformis volutur Aufidus,
Qui regna Dauni præfluit Appuli.

Tautologia,tautologiæ,Latinè dici poteſt eiuſdẽ rei eloquiũ. Figura eſt apud poetas frequens,qua res eadẽ multis verbis idẽ ſignificantibus explicatur.Virg.1.Æneid.101,

-ſi fata virum ſeruant,ſi veſcitur aura
Ætherea, neque adhuc crudelibus occubat vmbris. Nam totum quod repetitur,vnum eſt:ſed ad exprimẽdum conceptum crebro ſermone denuntiatur.

Tax,n.gen.Percuſſio dicitur:vox à ſonitu quem facit,formata. Plaut.Perſa,7.11,Tax tax tergo erit meo,non curo.

TAXILA, Vrbs Indiæ maxima : in qua vt ſcribit Philoſtratus, Apollonius inuênit elephãtem, quem vittis & myrteis coronis indigenæ ornabant. Eum autem regionis illius homines eſſe dicebant, qui pro rege Poro contra Alexandrum pugnauerat: quem,quia in pugna prõptiſſimè pugnaſſe ferebatur,Alexander Soli dicauit,torques aureos circa cornua adaptans.

Taxillus,taxilli, Vide **Talus**. Cic.in Oratore,86, Quam literam etiam è maxillis,è taxillis,& vexillis,&c.

Taxo,taxas,taxare, Preſſus,crebriúſque quicquã tangere.Varro Modio,Ne meum taxis liberum.Id eſt tetigeris. Nonius.

¶Taxare,Pretio æſtimare. Plin.lib.17.cap.1.7,Illos qui frugiferas tanti taxauerant.

Taxare aliquem, Maledictis tangere. Plin.lib.15.cap.15.1,Eadem cauſa in pyris taxatur ſuperbiæ cognomine.

Taxatio,Verbale, Ipſe taxandi actus.

Taxatio(inquit Feſtus)dicitur quæ fit certæ ſummæ.Plin.lib. 13.c.15.1,Interiit nuper incẽdio à Cethegis deſcẽdẽs,HS XIIII permutata, latifundii taxatione, ſiquis prædia tãti mercari malit. De menſa citrina. Idẽ lib.9.cap.35,Prior id fecerat Romæ in vnionibus magnæ taxationis Clodius tragœdi Æſopi filius. Idem lib.7.cap.12.7,Diuerſarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri ſuper omnẽ eſſe taxationẽ. Idẽ lib.9. cap.35.17,At illa corollariũ id eſſe,cõſumptúrámq; ſe ea in cœna taxationẽ confirmãs.De Cleopatra. Sene.de Benef.lib.3.ca. 10,Age intra pecuniam verſabitur taxatio.

Taxãtor, pen.prod.taxatõris.Taxatores(inquit Feſtus)à ſcenicis dicuntur,qui alterutrum maledictis tangunt.

Taxim,Aduerbium,ſignificat ſenſim.Pomponius,Adoptare clandeſtino tacitus taxim perſpectam. Nonius.

Taxus,taxi,fœm.gene.Arbor abieti ſimilis. Plin.lib.16.cap.10, Similis etiamnum his aſpectu eſt,nequid prætereatur, taxus minus virens,graciliſque & triſtis,ac dira,nullo ſucco, ex omnibus ſola baccifera.Mas noxio fructu.Lethale quippe baccis in Hiſpania præcipuè venenum ineſt. Vaſa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta,mortifera fuiſſe cõpertum eſt.Hanc Seſtius ſimilacem à Græcis vocari dixit : & eſſe in Arcadia,tã præſentis veneni,vt ſiqui dormiant ſub ea,cibúmve capiant,moriantur.Sũt qui & taxica hinc appellata dicant venena,quæ nunc toxica dicimus,quibus ſagittæ tingantur.Repertum,innoxiam fieri,ſi in ipſam arborem clauus æreus adigatur.Hæc Plinius. Virgil.9. ecloga,6,Sic tua Cyrneas fugiant examina taxos. Cæſar 6.bel. Gall.111,Taxo cuius magna in Gallia,Germaniáque copia eſt,ſe exanimauit. Virgil.1.Georg.23, Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora taxi.

Funeſta taxus.Stat.5.Sylu.3.2.
Metuenda ſucco taxus.Stat.6.Thebaid.21.
Nocentes taxi.Virg.2.Georg.51.
Peſtiferæ taxi.Claud.de raptu Proſer.3.78.

Taxeus,Adiectiuum.vt Sylua taxea.Stat.5.Sylu.5.6,

-en taxea marcet Sylua comis.

TAYGETA, vel Taygetus,pen.corr. mons eſt Laconum, Libero patri ſacratus,teſte Seruio apud Virgilium lib.1.Georg.96, Flumina amem,ſyluáſque inglorius:ô vbi campi,
Sperchiúſque,& virginibus bacchata Lacænis
Taygeta,&c. Huius montis meminit & Cicero 1.de Diuin.83, Quũ & vrbs tota corruit,& in monte Taygeto,extrema montis quaſi puppis auulſa eſt.

Canes Taygeti.Virg.3.Georg.9.
Pruina Taygeti.Propert.lib.3.eleg.14.3.
Ardua Taygeta.Stat.1.Achill.86.

Gelidi Taygeti inculta iuuentus. Lucan. lib. 5. 11.
Horrenda Taygeta. Stat. 4. Sylu. 8. 11.

TAYGETE, pen. corr. vna est (inquit Seruius) de Pleiadibus septem. Virg. 4. Geor. 47,
Taygete simul os terris ostendit honestum Pleias &c.

T E

Te, Syllabica adiectio, quæ pronominibus TV & TE adiungitur. vt, Tute, tete.

TEANVM, Italiæ oppidũ duplex est. Est enim Teanum Sidicinum in Appia via positum: & Teanum Apulum, siue Apulorum, vt Plinius lib. 3. cap. 5. & Strabo lib. 5. & 6. scribunt. Cic. pro Cluentio, 19, Quum haberet ex Nonia infantẽ filium, alter autẽ eius filius Pappia natus, Teani Apuli, quod abest à Larino decem & octo millia passuum, apud matrem educaretur, &c.

TEARCO, Æthiopiæ rex maximus, qui exercitus subegit gentes, Europæque populos vsque ad Herculis peruenientes columnas. Ex Strabone lib. 5.

TEARVS, Thraciæ fluuius, ad cuius ripas quum Darius ad Scythas proficiscens peruenisset, castra diebus tribus continuit, cuius dulcissima & limpidissima aqua delectatus, eo in loco columnam cum inscriptione posuit. Author Herodotus lib. 4.

TEATEA, Marucinorũ vrbs in Italia, authore Ptolemæo lib. 3. cap. 1. Teate hodie, vulgò *Tieti*.

Technæ, technæ, f. g. Græcè τέχναι, Latinè ars. Aliquando significat dolum, astutiam, impostoram, fraudem artificiosam, officiam. Plaut. Capt. 11. 110, -deartuatus sum miser
Scelesti hui⁹ technis. Terẽt. Heaut. 3. 1. 62, Falli te sinas technis per seruulum. Plautus, Qui technas hominis deprehẽdi solus.

Téchnicas, pen. corr. Adiectiuum, Artificiosus.

Technophyon, Græca dictio qua significatur artis productio. Sueto. in Augusto, ca. 71, Erat illi locus in edito singularis, quem Syracusas & technophyon vocabat.

Tectorium, Vide Tego.

TECTOSAGES, pen. corr. fortissimi aliquando Gallorum, Pyrenæis proximi & Cemeniis sunt: adeò olim potentes opibus & virium præstantia, vt per Græciam tunc victricẽ gentium, magna hominum manu profecti, in Asia supra Phrygiam, Cappadociámque sedes posuerint, incolumes ab omni finitimorũ incursu. Tectosages & Tolistobogi dicti Floro, Plinióque lib. 4. cap. 31, & cæteris. Ausonius Narbonem describens in vrbium catalogo vocat Teutosagos, hoc carmine, Vsque in Teutosagos primæuo nomine Belgas. Florus lib. 2. cap. 11. Tectosagos nuncupat.

Tectum, Vide Tego.

Tecum, Aduerbium compositum ex ablatiuo TE, & præpositione CVM. Plaut. Milit. 10. 11, Quid nunc taces? tecum loquor. PA. imò ædepol tute tecum.
Tecum oro. Plautus Curcul. 8. 61,
Tecum oro, & quæso, qui has tabellas feret
Tibi, vt ei detur quam istic emi virginem. Hoc est, te oro.
Tecum sentio. Plautus Pseud. 15. 3, Heus tu, nunc occasio est, & tempus. 5. tecum sentio.
Tecum simul. Plautus Amphit. 8. 134, Neque vidi istam, nisi tecum simul.

Teda, tedæ, Propriè dicta (inquit Ruellius) à Græcis das & dadion vocatur. Sed sui generis arbor in Illyrico est, redundantior humore quàm reliquæ parcior liquidiórque quàm picea, flammis (vt inquit Plinius) & lumini sacrorum quoque grata. Impropriè autẽ tedas appellam⁹ tum piceæ satiuæ partes imas, tum alia quoque ligna quæ flamma olei vel picis illitu concepta, faculæ modo luceant. Plinius lib. 16. cap. 10, Sextum genus est teda propriè dicta, abundantior succo quàm reliqua, parcior liquidiórque quàm picea, flammis ac lumini sacrorum etiam grata. Hanc mares duntaxat ferunt, & eam quam Græci syren vocant, odoris grauissimi. Cæsar 3. bel. Gall. 394, Magno vento & secundo completas onerarias naues teda & pice, & stupa, reliquisque rebus quæ sunt ad incendia, in Pomponianam classem immisit. Plinius lib. 24. cap. 7. 5, Tedæ decoctæ in aceto dentium dolores efficaciter tollunt.
Hinc tedas vocamus faces quæ optimæ ex ea arbore fiebant.
Accensa teda. Lucret. lib. 6. 177.
Ceratæ tedæ. Ouid. epist. 7. 5.
Pinea teda. Ouid. epist. 12. 7.
Pingues tedæ. Virg. 7. eclog. 10, Hic focus, & tedæ pingues.
Castis adolet altaria tedis. Virg. 7. Æneid. 15.
Fumida teda piceum fert lumen. Virg. 9. Æneid. 15.
Sylua ministrat tedas. Virg. 2. Georg. 87.
¶ Teda pinea, pro ligno quod est in interna parte pini. Pini enim morbus est, vt teda fiat tam parte caudicis externa quàm corde: id quod abũdãtia succi & hubertate larga luxuriantis naturæ prouenit. Colum. lib. 5. cap. 10. 11, Iuxta ipsam radicem tricum findito, & fissuram cuneo tedæ pineæ adigito.
Spinea teda. Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 3,
Pelle humum pedibus, manu
Spineam quate tedam.
¶ Teda, pro Nuptiis. Mos enim antiquorũ erat vt in nuptiis (inquit Varro) faces & tedæ semper præirent, quòd antea non nisi per noctem nubẽtes ducebantur à sponsis. Virg. 4. Æneid. 4, Si non pertæsum thalami tedæque fuisset.
Apta tedis tempora. Ouid. 6. Fast. 45.
Ferales tedæ. Lucan. lib. 1. 13.
Fœlices tedæ. Catul. Argon. 59,
Vos ego sæpe meo vos carmine compellabo,
Teque adeo eximiæ tedis fœlicibus auctæ
Thessaliæ columen Peleu.
Iugalis teda, apud Catonem cap. 10. 4. Vetus exemplar legit Telam iogalem vnã. Ouid. epist. 4. 25, At nec nupta quidem, tedáque accepta iugali.
Pudica teda. Ouidius epist. 6. 1, Me tibi, téque multi teda pudica dedit.
¶ Copulari tedis. Senec. Herc. fur. 6. 31.
Iure tedæ coire. Ouid. 4. Metam. 111
Pactæ expectant tempora tedæ. Ouid. 9. Metam. 145.
Iungere tedas. Stat. 3. Sylu. 4. 111
Optato vos fũxit lumine teda. Catul. de coma Berenices, 61. 19.
¶ Teda, pro Carmine nuptiali apud Senecã in Œdipo, 5. 18, Concinit tedas geminus Cupido.

Tedifera dea, Ceres est dicta, cuius sacra noctu (vt in Aululari Plauti est) fiebant, in quibus sacerdotes faces deferebant, Cererem imitati: quæ dum Persephonem filiam à Plutone raptã tedis incensis quæreret, Tedifera est appellata. Ouidius epist. 2. 9, Et per tediferæ mystica sacra deæ. Hinc & sacerdotes teducos, id est tedas ferentes appellarunt.

TEGEA, pen. corr. Vrbs Arcadiæ, à qua Tegæus, sicut à Nemea Nemeæus, siue Tegeáticus. Vnde Tegeaticus deus, Pan dictus est. Propertius, Fictilis & calami Pan Tegeæe tui. Virgilius 8. Æneidos, 91, Tunc lateri atque humeris Tegeæum subligat ensem. Idem 1. Georgicorum, 4.
Adsis ô Tegeæe fauens: oleæque Minerua
Inuentrix. Vbi Seruius, Tegẽæ, pro nem tertium esse dicit.
Tegeæus volucer, dictus est Mercurius apud Statiũ 1. Sylu. 5. 1.
Túque inimica ferax volucer Tegeæe sonoræ Terga premas.
Tegeáticus volucer & ales, Mercurius. Statius 1. Sylu. 1. 4, Et de Menalia volucer Tegeaticus vmbra. Sic 5. Sylu. 1. 21,
Cunctáque si numerem, non plura interprete virga
Nuntiat è cœlis ales Tegeaticus astris. Olim Lacedæmonii bellum intulere Tegeatibus, ferentes secum compedes, tanquã essent redacturi illos in captiuitatem. Sed congressũ prælio ac fugati, quicunque viui capti sunt, eisdem, quas ipsi attulerant, cõpedibus compediti, campum Tegeatem metiri fune coluerunt.
¶ Tegea gens, pro Tegeæa gens. Virgil. 5. Æneid. 60, Alter ab Arcadia Tegeæ de sanguine gentis.

Tegea, Tegeticula. Tegillum, & Tegmen, Vide Tego.

Tego, tegis, texi, tectum, tegere, Operire. Plin. lib. 13. cap. 18. 1, Radicem lotos hæc habet mali cotonei magnitudine, opertam nigro cortice, qualis & castaneas tegit.
Caput texit galea. Propert. lib. 4. eleg. 3. 9.
Corpus tegere veste. Tibull. lib. 2. eleg. 3. 16.
Fronde teguntur aues. Ouid. 1. de Arte, 11.
Tunica tegi. Ouid. 1. Amor. eleg. 5. 3.
Sepulchro tegi. Lucan. lib. 2. 109.
Lumina tegere somno. Virg. 4. Georg. 83.
Nox texit terras caligine. Lucret. lib. 6. 171.
Tenebris teguntur omnia. Ouid. 4. Fast. 98.
¶ Tegere, Celare. Martialis, Quod tegitur, maius creditur esse malum. Terent. Hecyra, 1. 2. 91,
-incommoda atque iniurias
Viri omnes ferre, & tegere contumelias. Virg. 3. Georg. 91,
-alitur vitium, viuitque tegendo.
Tegere & obtendere. Cic. Q. Fratri lib. 1. 1. 11, Multis enim simulationum inuolucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura.
Tegere & velare. Cic. in Pisonẽ, 44, Triumphi nomine tegere ac velare cupiditatem suam.
Id te admisisse concedis, quod ne mendacio quidem tegere potuis. Cic. pro Quintio, 55.
Tegere se latibulis. Cic. pro Rabirio Posthumo, 26, His ipsis diebus hostem persequi: tum quum etiam feræ latibulis se tegant, atque omnia bella iure gentium conquiescant.
Commissa tegere. Horat. de Arte, 41.

Consilium vultu tegit. Virg. 4. Æneid. 96.
Vultu dolorem animi tegere. Cic. 2. Verr. 14.
Facta tegenda loqui. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 6.
Ignauiam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere. Cic. pro Rab. Perduel. Reo, 16.
Lachrymas tegere. Ouid. epist. 11. 19.
Summam prudentiam simulatione stultitiæ tegere. Cic. de Claris Oratoribus, 16.
Rem turpissimam tegere honesta præscriptione. Cæsar 3. bel Ciuil. 18, Dictitabant enim se domo patriáque expulsos, omnibus necessariis egere rebus, vt honesta præscriptione rem turpissimam tegerent.
Sententiam suam tegere. Cic. 5. Tusc. 17, E' quibus nos id potissimum consecuti sumus, quo Socratem vsum arbitramur, vt nostram ipsi sententiam tegeremus, errore alios leuaremus: & in omni disputatione, quid esset simillimum veri, quærerem°.
¶ Tegere aliquem ac tueri, pro Patrocinari & tueri ac defendere. Cic. Seruilio, lib. 13. 67. 5. Etiam atque etiam te rogo atque oro, vt eum & in reliquiis veteris negotiationis colligendis iuues, & cæteris rebus tegas atque tueare.
Tegere & Nocere, contraria. Cic. pro Cecinna, 45, Arma esse suis nominibus, alia ad tegendum, alia ad nocendum: quæ qui non habuerint, eos inermes fuisse vincet.
Aliquem armis suis tegere. Cic. Appio, lib. 3. 10. 36.
Armis parétes tegere. Sallust. in bel. Catil. At Romani domi militiæq; intenti, festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obuiam ire, libertatémque, patriam parentésque armis tegere.
Alicnius salutem & vitam sua beneuolentia, præsidio & custodia tegere. Cic. pro Plancio, 1.

Tectus, Participium, siue Nomen ex participio. Terent. Hecy. 3. 3. 18, Aduersa eius per te tecta, tacitáque apud omnes sient.
Antrum tectum arboribus. Ouid. 11. Metam. 43.
Lanugine tectus malas. Ouid. 11. Metam. 59,
-prima tectus lanugine malas
Procubuit Coritus.
Picea caligine tectus. Ouid. 2. Metam. 47.
Innocentia tectus. Cicero pro Lege Manilia, 49, Propterea quòd pericula facilè, vt hominem præstare oportet, innocentia tecti pellemus.
Tenebris tectus. Colu. lib. 7. cap. 11. 4, Quamobrem tectus tenebris canis tutiorem accessum habeat ad insidiantem.
Verba tecta, Obscura. Cic. ad Pætum, lib. 9. 21. 16, Itaque tectis verbis ea ad te scripsi, quæ apertissimis agunt Stoici.
Amor tectus. Ouid. 1. de Arte, 145.
Sermone tecto dicere aliquid. Ouid. 1. de Arte, 115.
Tecti ad alienos. Cicero pro Roscio Amer, 68, Ea sunt animaduertenda peccata maximè quæ difficillimè præcauentur. tecti esse ad alienos possumus: intimi multa apertiora videant necesse est. Socium verò cauere qui possumus?
Tectior cupiditas. Cicero pro Roscio Amerino, 63, Huc accedit, quòd paulo tamen occultior, atque tectior vestra ista cupiditas esset.
Tectissimus in dicendo. Cic. 1. de Orat. 163. Ego me hercule, inquit Antoni, semper is fui qui de te oratore sic prædicarem, vnum te in dicendo videri tectissimum.

Tectûrus, pen. prod. Participium. Ouid. 4. Metam. 31.
At tu quæ ramis arbor miserabile corpus
Nunc tegis vnius, mox es tectura duorum.

Tectè, Aduerbium, cui cõtrarium est Aperté. Cic. ad Anicum, lib. 1. 9. 5, Hic dies me valde Crasso adiunxit, & tamen ab illo apertè, tectè quicquid est datum, libenter accepi.
Quod tu in epistola appellas suo nomine, ille tectius penem. Cic. Pæto, lib. 9. 21. 7.

Tectum, tecti, Pars domus superior qua ipsa domus tegitur.
Domorum tecta. Virg. 11. Æneid. 17.
Culmen tecti. Ouid. 11. Metam. 96.
Fastigia summi tecti. Virg. 2. Æneid. 61.
Firma tecta in domiciliis habere. Cic. de Claris Orat. 139.
Pectinatum tectum, Vide Pectino in Pecten.
Nudare tecto culmen, Vide Rudus.
¶ Tectũ, pro domo frequẽter poni solet. Terẽt. Heaut. 5. 1. 15, Victus, vestitus, quo in tectum te receptes. Liu. 1. ab Vrbe. 119, Egressi Vrbem Albanis, Romanus passim publica, priuatáque omnia tecta adæquat solo. Ibidem, 58, Quum situm mœniáque & frequentẽ tectis vrbẽ vidissent. Cic. ad Leptã, lib. 6. 19. 1, Eius Falernum mihi semper idoneum visum est diuersorio, si modò tectisatis est ad comitatum nostrum recipiendum.
Vrbis tecta. Ouid. 4. Metam. 18.
Absonum tectum, Vide Absonus.
Agrestia tecta. Ouid. 4. Fast. 162.

Altum tectum exli. Horat. 1. Serm. saty. 5. 11.
Ardua tecta. Virg. 7. Æneid. 31.
Augustum tectum. Virg. 7. Æneid. 34.
Aurea tecta. Virg. 6. Æneid. 3.
Bipatentia tecta. Virg. 10. Æneid. 1.
Cæca tecta, Obscura. Ouid. 8. Metam. 31.
Calata tecta, Vide Calo.
Candida tecta. Ouid. 1. Trist. eleg. 8. 1.
Cubantia tecta, Quæ videntur velle subsidere, aut in alterutrum latus magis inclinant. Lucret. lib. 4. 105.
Deformia tecta nigro fumo. Ouid. 5. Fast. 101.
Densa ferarum tecta. Virg. 6. Æneid. 2.
Fumosa tecta. Virg. 1. Georg. 49.
Hospita tecta. Valer. 1. Argon. 131.
Humile tectum. Senec. Hippol. 11. 4.
Immane tectum capax turbæ. Senec. Thyeste, 3. 5.
Ingentia tecta. Virg. 1. Æneid. 98.
Ingens tectum. Virg. 7. Æneid. 34.
Inhospita tecta, Vide Inhospitus.
Intecta stramento tecta, Vide Intego.
Laqueata tecta, Vide Laquear.
Marmorea tecta auro & ebore fulgentia. Cic. in Parad. 14.
Obsoleti tecti sordes. Horat. 2. Carm. ode 10. 2.
Parua tecta. Senec. Hippol. 2. 16.
Paupere sub tecto. Horat. 1. epist. 10. 7.
Pinea tecta, Nauis. Ouid. 14. Metam. 106.
Placida tecta. Ouid. 1. Fast. 25.
Prana tecta. Lucret. lib. 4. 105.
Prona tecta, Quæ à fronte magis propẽdent. Lucret. lib. 4. 105.
Pulchra tecta. Horat. 3. Carm. ode 10. 2.
Recuruum tectum. Ouid. epist. 10. 15.
Regalia tecta. Ouid. 6. Metam. 113.
Regia tecta. Virg. 1. Æneid. 128.
Rustica tecta. Catull. in Carm. secul. 31. 4.
Saxea tecta. Ouid. epist. 10. 15.
Solida tecta. Ouid. 3. Metam. 140.
Squalentia tecta. Ouid. 1. Metam. 153.
Stellantia tecta summi patris. Valer. 5. Argon. 115.
Sublime tectum centum columnis. Virg. 7. Æneid. 34.
Superba tecta. Virg. 7. Æneid. 3.
Supina tecta, Quæ retro veluti in tergum curuantur. Lucret. lib. 4. 105.
Tepidum tectum. Horat. 1. Serm. saty. 3. 1.
Vmbrosa tecta. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 1.
¶ Claudere sua tecta. Ouid. 5. Metam. 58.
Credere se tectis alicuius, Vide Credo.
Fremunt tecta vlulatu fœmineo. Virg. 4. Æneid. 134.
Incumbunt tecta centenis columnis, Vide Incumbo.
Inire tectum. Ouid. 14. Metam. 151.
Nouare tecta. Virg. 4. Æneid. 51.
Procumbit tectum. Ouid. 4. Fast. 47.
Recipere aliquem tectis ac sedibus suis. Cic. 1. de Lege agr. 89.
Replere tectum gemitu. Virg. 1. Æneid. 146.
Subire tecta alicuius. Virg. 3. Æneid. 17.
Succedere tectis alicuius. Virg. 1. Æneid. 127.
¶ Tectum, Genus ouium, sic dictum quòd operimentis tegeretur. Plin. lib. 8. cap. 47. 3, Ouium summa genera duo, tectum & colonicum: illud mollius, hoc in pascuo delicatius. Colum. lib. 7. cap. 4. 1, de ouibus tectis, Græcam, inquit, pecus, quod plerique Tarentinum vocant, &c. Paulo pòst, Liberis autem campis & omni surculo rubóque vacantibus ouem Græcam pascere memi nerimus, ne & lana carpatur, & tegumen. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 2. 13, Similiter faciendum in ouibus pellitis: quæ propter lanæ bonitatem, vt sunt Tarentinæ, & Atticæ, pellibus integuntur, ne lana inquinetur.

Tectorium, tectorii, Illinimentum quoddam est, à tegẽdo dictum, & quasi paumentum parietis, atque incrustatio: quod fit quum calce aut gypso ad maiorem spectantium gratiam & decorem, parietem inalbamus, quæ ideo etiam albatio appellatur, siue albarium: quanquam albariũ (inquit Budæus) ex pura calce fiat, vt hodie est in vsu. Tectorium autem cõtinet arenatum, hoc est quod fit ex calce & arena: & marmoratũ, quod ex calce & marmore tuso triplici varietate comminuto, prout trium coriorum exigebat vsus continet & trullisationem quæ ex gypso, vt hodie quoque, antiquis fiebat, quod fusissimè docet Vitruuius lib. 7. de Architectura. Plinius lib. 36. cap. 25. 3, Ideóque nulla tectoria eorum rimæ fœdauere. Tectoriumque nisi ter arenato, & bis marmorato inductum est, non satis splendoris habet. Cicero ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 2, Totũ in eo est, quod mihi erit curæ, tectorium vt concinnum sit, paumenta recte fieri videbantur.

Idem 1.de Diuinat. 86, Et humor allapſus extrinſecus, vt in tectoriis videm°, Auſtro ſudorem videtur imitari. Idem 3.Verr. 103, Atqui in illis columnis dico eſſe, quæ à tuo redemptore cõmotæ non ſint: dico eſſe ex qua tantum tectorium vetus delectum ſit, & nouum inductum. Iuuen.Saty.6.47,

Tandem aperit vultum, & tectoria prima reponit,
Incipit agnoſci.

Atrioli tectorium. Cicero Attico lib.1.6.5, Præterea typos tibi mando, quos in tectorio atrioli poſſim includere, & putealia ſigillata duo.

Pictæ tectoria linguæ. Perſ.Saty.5.5.

Concinnum tectorium, Vide Concinno.

Tectorius, Adiectiuũ: vt Tectoria calx, qua fit tectorium. Plin.lib.36.cap.22.10, Sed cura tuétur picando parietes, quoniã & tectoria calx roditur. Vetus exemplar habet tectorii calce.

Tectoriũ opus ad ornamẽtum ædificii, id eſt ſub quo & marmoratum, & arenatum opus, & trullifatio intelligũtur. Varro 3. de Re ruſt.cap.1.7, Quum enim villã haberes opere tectorio, & inteſtino, ac pauimẽtis nobilibus lithoſtrotis ſpectãdam, parum putaſſes eſſe, ne, &c. Cic.1.de Legib.101, Neq; id opere tectorio exornari, nec hermas hos, quos vocant, licebat imponi.

Tector, tectõris, Qui opus tectoriũ facit. Varro 3.de Re ruſt.ca.1.7, Nõ minus villa tua erit ad angulum Velini, quã neque pictor, neq; tector vidit vnquã, quàm illa in Roſea, quæ eſt polita opere tectorio elegãter, quã dominus habes cõmunem cum aſino.

Tectoriolum, tectorioli, penul.corr. Diminutiuum, Parum tectorium. Cic.ad Pætum, lib.9.21.11, Bella tectoriola, die ergo etiam pauimenta iſto modo: non potes.

Tegmen, tégminis, penul.corr.n.g. Quicquid aliquid tegit. Cic.5. Tuſcul.130, Mihi amictui eſt Scythicum tegmen, calceamentum ſolorum callum, cubile terra. Liu.5.ab Vrbe, 173, Magna ſtrages facta eſt, multóſque imperitos nandi, aut inualidos graues loricis, aliiſque tegminibus hauſêre gurgites.

Qui platani in ramo foliorũ tegmine ſeptos Corripuit pullos. Cic.1.de Diuinat.96.

Recubans ſub tegmine fagi. Virg.1.eclog.1.

Ingenti tegmine clepit ſe. Senec.Herc.fur.9.37.

Cruda tegmina boum. Stat.6.Thebaid.146.

Fuluum tegmen lupæ. Virg.1.Æneid.56.

Capitum tegmina picto nutantia cono. Ouid.3.Metam.12.

Conſertum tegmen ſpinis, Vide Conſero.

Tegmen cæli. Cic.2.de Nat.deorum, 165, Inde eſt ales auis lato ſub tegmine cæli. Lucret. libro 1.201, Nec res vlla geri ſub cæli tegmine poſſet.

Sub tecta neruis tegmina. Silius lib.4.59.

Tegmina pedum. Colum.lib.1.cap.8.13, Atque ipſe panis potioniſque bonitatem guſtu ſuo exploret, veſtem, manicas, pedúmque tegmina recognoſcat.

Tégumen, teguminis, pen.corr. Idem. Liu.1.ab Vrbe, 83, Et ſuper tunicam æneum pectori tegumen, cæleſtiáque arma, quæ ancilia appellantur, ferre. Ibidem, lib.4.166, Conſul, legionéſque Romanæ, quum quod tegumen modò omnis exercitus fuerat, nuſquã viderentur: ne tot fortiſſimos viros intercluſos opprimeret hoſtis, tendunt in quencunque caſum.

Tégimen, penult.corr. tegíminis, Idem. Ouid.3.Metamorph.11, -tegimen direpta leoni Pellis erat. Liuius 6.bel.Maced.117, Cæterum ſicut teſtudinem, vbi collecta in ſuum tegimen eſt, tutam ad omnes ictus video eſſe, vbi exerit partes aliquas, &c.

Remouere tegimen. Ouid.1.Metam.136.

Tegumentũ, tegumẽti: vel Tegmentũ, Idem. Plaut.Trinum.6.31, -iſtæc ego mihi ſemper habui ætati tegumentum
Mex. Cic.2. de Nat.deorũ, 114, Palpebræque quæ ſunt tegumenta oculorum, molliſſimæ tactu ne læderent aciem, aptiſſimè factæ. Cæſar 1.bel.Gall.307, Vt non modò ad inſignia accommodanda, ſed etiam ad galeas induendas, ſcutiſque tegumenta detrahenda tempus defuerit. Idem 3.bel.Ciuil.137, Tegumenta ſoleis milites ex viminibus facere, atque aggerẽ comportare iubet. Liu.1.ab Vrbe, 187, Tegumenta corporis.

Pénarũq; cõtextu corpori tegumẽta faciebat. Ci.5.de Tin.57.

Palpebræ ſunt tegmenta oculorum. Cic.2.de Natu.deor.114.

Quærere flagitiorum tegumenta. Cic.pro Cælio, 57.

Tégulum, téguli, pen.corr. pro Tegmine, vel tegula potius. Plin. lib.16.cap.36.1, Tegulo enim earum domus ſuas Septentrionales populi operiunt. De arundinibus.

Tegillum, tegilli, Diminutiuum, Parum tegmen. Varro Seſquiuliſſe, Ob aquam è nubibus tortam indicat fore, vt tegillum paſtor ſibi ſumat. Plaut.Rud.14.18,

At vides me, ornatus vt ſim veſtimentis vndis:
Recipe me in tectum: da mihi veſtimenti aliquid aridi:
Dum mea areſcunt: in aliquo referam gratiam tibi.
2. Tegillum eho illud mihi vnum areſcit: id ſi vis, dabo.

Tégula, tégulæ, penult.corr. Dicta eſt quòd domos tegat. Plautus Milite, 9.14, Quòd meas confregiſti imbrices & tegulas. Terentius Eunucho, 3.5.40,

Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atque per alienas tegulas
Veniſſe clanculum per impluuium, fucũ factum mulieri. Cic. ad Atticum, lib.9.15.6, De iſto licet bene ſperes: promitto tibi, ſi valebit, tegulam illum in Italia nullam relicturum. Idem 5.Verr. 99, Vt ſiquis villicus ex fundo, qui ius. dena merces eſſet, excilis arboribus ac venditis, demptis tegulis, inſtrumento, pecore abalienato, &c. Cato cap.14.3, In tectum ſic numerabitur tegula integra quæ erit. Ouid.6.Faſt.64, Stratáque erat tepido tegula quaſſa ſolo. Idem 2.Faſt.108, Tegula porrectis ſatis eſt velata coronis.

Admitti per tegulas, Vide Admitto.

Decidere de tegulis, Vide Decido.

Aliquem demittere per tegulas. Cic.2.Philipp.62, Quum tamen tu nocte ſocia hortante libidine, cogente mercede, per tegulas demitterere.

Teges, tégetis, pen.cor.fœm.gen. à tegendo dicta: Straguli genus ex viua, ſiue ſcirpo aut ſparto, in lodicis ſimilitudinem factum, quo viliores vtuntur: hanc vulgus Italorum *ſtoream* vocat. Varro de Re ruſtica, Sicq; fiunt de canabi, lino, iunco, palmo, ſcirpo, vt funes, reſtes, tegetes. Iuuenalis Satyra 6.12, Auſa Palatino tegetem præferre cubili. Columella lib.5. cap.3, Sub ortu Caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat. Id eſt, tegminibus. Idem lib.12.cap.50, Cannæ tegetes quibus oliua excipitur. Martialis lib.6.39,

Sed in grabatis tegetibuſque concepti
Materna produnt capitibus ſuis ſurta. Huiuſmodi ſimile quiddam apud nos, quod ſtraminibus concinnatur, vulgus *natas* vocat. Iuuenalis Saty.9.14,

Quando ego figam aliquid, quo ſit mihi tuta ſenectus
A tegete & baculo?

Pars tegetis dimidio breuior. Iuuen.Saty.5.1.

Occulta teges. Iuuen.Saty.9.11.

Tegetícula, tegeticulæ. pen.cor. Diminutiuũ, Parua teges. Varro 3.de Re ruſt.cap.8, Sed pro columbariis in pariete mutulos, aut palos in ordinem, ſupra quos tegeticulæ canabinæ ſint impoſitæ. Idẽ lib.2.cap. 11.6, Diligentiores tegeticulis ſubiectis oues tondere ſolent, ne ſtocci intereãt. Colu.lib.8.c.9.1, Tegeticulas canabinas accipiũt prætẽtis rebus, quib° prohibeantur volare.

TEIVM, Vrbs in Paphlagonia, Salluſtio, à qua ortus Anacreon.

Teius poſſeſſiuum trium ſyllabarum. Ouid.1.Triſt.73,

Quid, niſi cum multo Venerem confundere vino
Præcepit lyrici Teia Muſa ſenis? Idem 3.de Arte, 66.

Anacreon Teius. Horat.epod.14.1.

Fide Teia dicere aliquid, Id eſt Lyrica. Horat.1.Car.ode 17.4.

In hac fuit templũ Apollinis, vnde Apollo Teim. Ex hac etiã Phileterus natus eſt author generis regum Attalicorum.

Tela, telæ, Notæ ſignificationis. Ouid.lib.6.Metamorph.26, Vltima pars telæ tenui circundata limbo. Terent. Heaut.2.3.64, Mulier telam deſerit continuó. Ouid.epiſt.12.1, Laſſaret viduas pendula tela manus.

Domus plena telarum. Cic.6.Verr.51.

Diſcreuerat telas tenui auro. Virg.4.Æneid.55.

Percurrere pectine telas. Virgil.1.Æneid.50.

Intertextas telas retexere. Stat.3.Sylu.5.2.

Penelopes telam retexere, Vide PENELOPE.

Telam exordiri, prouerbialiter dictum, pro Rem aliquã incipere & aggredi. Plaut. Bacchid.5.115, Exorſa hæc tela non malè eſt omnino mihi. Vide Ordior.

TELAMON, pen.corr. fuit Æaci filius, Pelei patris Achillis frater & Aiacis pater. Eſt & Plinio lib.3.cap.5, Vmbriæ portus.

Creatus Telamone. Ouid.12.Metam.115.

Telamoniades, penult.corr. Patronymicum. Ouid.13.Metam.47,
Nec Telamoniades etiam nunc hiſcere quicquam
Audet. Id eſt Aiax.

Telamones, inquit Vitruuius, dicũtur à ſtatuariis ſigna in muris quæ mutulos vel coronas, aut ſimilia ſuſtinent: quæ Græci ἀτλάντας vocant. Vide ipſum Vitruuium lib.6.cap.9.ad finem.

TELCHINES, penul.prod. Strabo libro decimo de his loquens, Sunt (inquit) qui memorent Telchines in Rhodo nouem fuiſſe Rheæ comites in Cretam: qui quoniam Iouis alendi curam geſſerunt, Curetes nominati ſunt. Ouid.7.Metam.730,

Phœbeámque Rhodon, & Ialyſios Telchinas,
Quorum oculos ipſo vitiantes omnia viſu
Iuppiter exoſus, fraternis ſubdidit vndis.

Idæis Telchines in antris. Stat.4.Sylu.6.10.

TELCHIVS, & Amphitus, Plinio lib.6.cap.5, Caſtoris ac Pollucis auriga, à quibus fera gens Heniochorum orta eſt. Strabo

tamen circa initium vndecimi Rhecam & Amphiſtratũ nominatos dicit, vt in alterutro mendum ſit. Sed fieri poteſt, vt horum fratrum plures fuerint aurigæ. Eo ſupradicto Strabonis loco hiſtoriam reperies.

TELEBOAE, pen. corr. Populi: de quibus Ariſtoteles in Politicis, In Acarnanum politea, quandam Acarnaniæ partem Curetes habent: ſpectãtem verò in occaſum plagam Leleges tenent: reliquam inde Teleboæ. Virg. 7. Æneid. 147,

Œbale, quem generaſſe Telon Sebethide nympha
Fertur, Teleboûm Capreas quum regna teneret. Seruius, Teleboæ Caprearũ ſunt populi, quos Telon ſuo regebat imperio. Capreæ verò ſunt inſula contra Neapolim ſita.

Domus Teleboûm. Stat. 3. Sylu. 5. 10.

TELEBOAS, pen. corr. Bocatio lib. 9. cap. 31, vnus ex Centauris.

TELECRVS, Nomen proprium regis Laconiæ.

TELEGONVS, penult. corr. Nomen proprium viri, quod Latinè ſignificat nouiſſimo loco natum: vnde pro humili & inglorio ponitur. Fuit etiam filius Vlyſſis ex Circe, qui patrem interfecit roſtro piſcis illius qui xiphia dicitur, quod eſt inſtar laminæ magni enſis, vt ſcribit Oppianus de piſcibus: quod genus enſis à matre accepit.

Parricida Telegonus. Horat. 3. Carm. ode 29. 2.

TELEMACHVS, pen. corr. filius fuit Vlyſſis ex Penelope, quem ad Troiam pergẽs, cum vxore paruulũ reliquit. Ouid. 1. epiſt. 20,

Tres ſumus imbelles numero: ſine viribus vxor,
Laertéſque ſenex, Telemachúſque puer.

Telemachus proles patientis Vlyſſei. Horat. 1. epiſt. 7. 8.

Penelopæus Telemachus. Catull. Epithal. Iuliæ, 56. 46.

TELEMVS, pen. corr. teſte Homero in Odyſſea, & Theocrito in Bucolicis, Eurymi filius, & inter Cyclopas vates egregius, qui Polyphemo prædixit quæcunque ab Vlyſſe paſſus eſt. Huius & meminit Ouidius lib. 13. Metam. 166,

Telemus Eurymides, quem nulla fefellerat ales,
Terribilem Polyphemon adit: luminéque quod vnum
Fronte geris media, rapiet tibi, dixit, Vlyſſes.

TELEPHANES, pe. cor. ad regnũ Lydorũ Cumis ex oraculo accerſitus, qui antea currus factitabat. Fuit & eius nominis tibicen, cuius meminit Demoſthenes in oratione contra Midiam.

TELEPHVS, pen. cor. Herculis filius, ex Augæa filia Alcæi Arcadiæ regis, qui aui iuſſu expoſitus in ſyluis, à cerua nutritus: dein dono datus regi Myſiæ, próque filio educatus. Cic. pro Flacco, 56, Lõgè omnino à Tyberi ad Caicum, quo in loco etiam Agamemnõ cum exercitu erraſſet, niſi ducem Telephum inueniſſet. Horat. Epod. 17. 2,

Monuit nepotem Telephus Nereium,
In quem ſuperbus ordinarat agmina
Myſorum, & in quem tela acuta torſerat. Claud. epigr. 1. 10,

Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis. Hic poſtea in Lycia imperauit.

¶ Telephus alter, Pergamenſis grãmaticus, ſcripſit ferè omnia quæ ad grammaticam pertinent. Inter cætera collationes epithetorum eidem rei congruẽtium, ad copiam paratam eloquutionis. Suidas.

TELESCO, Nympha Oceani & Tethyos filia, teſte Heſiodo in Theogonia.

TELESILLA, Mulier fuit poetica nobilis, cui etiã apud Argos ante Veneris templum ſtatua poſita eſt, vt ſcribit Pauſanias.

TELESTOR. fuit pater Euripidis poetæ.

TELETHVSA, pen. corr. vxor Lycii, mater Iphidis puellæ, quæ in puerum mutata fuit. Ouid. 9. Metam. 137.

Telicardios, gemma colore cordis, Perſis maximè grata, quam & maculam appellant. Plin. lib. 37. cap. 10. 41.

Telinum, Vnguentum quod commẽdatur à medicis. Plin. lib. 13. cap. 1. 10, Telinum fit ex oleo recenti, cypero, calamo, meliloto, fœno græco, melle melino, maro, amaraco. Hoc erat celeberrimum Menandri poetæ comici ætate.

TELLEN, tibicen & poeta ineptiſſimus, cui meminit Diarchus Meſſenius: ex quo prouerbium, Cane Tellenis cantilenas. quod quidam dici putant de dicacibus ſeu mordacibus. Quidam de ineptè loquaculis. Sunt enim qui tradant, hunc iocos quoſdam verſibus lepidiſſimis deſcripſiſſe, non ſine multo ſale ſcommatum. Hæc Eraſmus in Chiliad.

TELLIAS, Herodoto lib. 8. vates fuit Helæus, qui Phocenſibus cum Theſſalis bellum gerentibus, rem huiuſmodi eis commẽtus eſt: ſexcentos viros è Phocẽſibus præſtantiſſimos gypſo, tam ipſos quàm arma illinit, eóſque ſub noctem in Theſſalos dimiſit, dato præcepto, vt quencunque albicantem non cernerent, eum obtruncarẽt. Hos primùm Theſſalorum excubitores aliud quoddam prodigium eſſe arbitrati, deinde ipſe exercitus adeò exhorruerunt, vt tribus millibus cæſorum atque ſcutorũ Phocenſes potiti ſint.

TELLVS, Vir Athenienſis, qui quum pauper eſſet, cum tamen Cræſo fœliciorem Solon dicebat eſſe. erat enim vir optimus. Huius meminit Plutarchus, & Herodotus lib. 1.

TELLVS, tellũris, pen. prod. fœm. gen. Dea terræ credita eſt antiquis. Cicero 3. de Nat. deorum, 70, Iam ſi eſt Ceres à gerendo, ita enim dicebas: terra ipſa dea eſt, & ita habetur: quæ eſt enim alia Tellus, niſi terra?

Ædes Telluris. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 19, Reddita etiam mihi eſt peruetus epiſtola, ſed ſerò allata, in qua de æde Telluris, & de porticu Catulli me admonet.

Ad Telluris quidẽ etiã tuã ſtatuã locaui. Ci. Q. fratri, li. 3. 17. 19

¶ Tellus etiam ipſa terra dicitur. Plinius lib. 2. ca. 5. 1, Vitalem hunc, & per cuncta rerum meabilem, totóque conſertum: huius vi ſuſpenſam, cum quarto aquarum elemento, librari medio ſpatio tellurem. Virgilius 1. Æneidos. 36,

-ac magno telluris amore
Egreſſi, optata potiuntur Troes arena. Vbi Seruius, Tellurem pro terra poſuit, quum Tellurem deam dicamus: terrã elementum: vt plerunque Vulcanum ponimus pro igni.

Hiatus telluris. Ouid. epiſt. 3. 13.

Abrupta tellus. Stat. 3. Thebaid. 119.

Alma. Vide **Almus**.

Apta armis. Prop. 3. ele. 11. 4.

Barbara. Ouid. 7. Metam. 11.

Benigna, Vide **Benign°**.

Bruta. Horat. 1. Car. ode 34. 1.

Dædala, Vide **DAEDALVS**.

Diues tellus, & nunquam mentita colono. Silius lib. 7. 31.

Dura. Ouid. 9. Metam. 131.

Effœta. Lucret. lib. 2. 231.

Ferax Cereris. Seneca Herc. furente, 9. 16.

Fertilis. Hor. in Car. ſecul. 6.

Fœcunda. Virg. 1. Georg. 14.

Fœta. Stat. 1. Thebaid. 37.

Granida. Ouid. 7. Metam. 16.

Habitabilis. Ouid. 8. Met. 116.

Inarata. Ouid. 1. Metam. 11.

Infœlix frugibus. Virgilius 1. Georg. 48.

Iuſtiſſima. Virg. 2. Georg. 91.

Læta. Senec. Octau. 7. 6.

Lubrica. Stat. 9. Thebaid. 40.

Lutulenta. Ouid. 1. Meta. 88.

Mauortia. Virg. 4. Georg. 91.

Parca, Non admodum fœcunda. Stat. 4. Syl. 5. 3.

Pinguis. Virg. 2. Georg. 50.

Prodiga. Ouid. 15. Meta. 17.

Salſa. Virg. 2. Georg. 48.

Sicca. Virg. 1. Georg. 43.

Solidiſſima. Ouidius 15. Metamorph. 53.

Tenuis. Ouid. epiſt. 4. 21.

Torrida. Lucret. lib. 5. 145.

Victa. Ouid. 2. Faſt. 18.

¶ Adoperta tellus marmore. Ouid. 8. Metam. 41.

Ingens tellus aggeritur tumulo. Virg. 3. Æneid. 23.

Aret tellus ſuccis ademptis. Ouid. 1. Metamorph. 43.

Canare tellurem. Virg. 3. Georg. 18.

Concuſſa tellus agmine cornipedum. Silius lib. 8. 70.

Dehiſcit tellus ima. Virg. 4. Æneid. 5.

Excita tellus pulſu pedum. Virg. 11. Æneid. 90,

Exercere tellurem aratro. Virg. 1. Georg. 20.

Tellus, neque mouetur & infima eſt. Cic. in Somnio Scip. 16.

Humida tellus putorem nacta eſt. Lucret. lib. 2. 175.

Perrepere tellurem genibus. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 18.

Regnata tellus ab aliquo. Ouid. epiſt. 10. 14.

Reuulſa tellure fodiens. Claud. 5. Paneg. 10.

Rupta tellus. Ouid. 3. Faſt. 26.

Sciſſa. Stat. 1. Theb. 14.

Sollicitanda tellus. Virg. 1. Geor. 84.

Subacta tellus, Victa. Silius lib. 7. 116.

Torpet fœda tellus. Sene. Herc. fur. 9. 17.

Vacillat ſub pedibus tellus. Lucret. lib. 5. 149.

¶ Clarus tellure. Ouid. 2. Metam. 111, Nam me Phocaica clarus tellure Coroneus (Nota loquor) genuit.

TELMESVS, penul. prod. (inquit Cicero lib. 1. de Diuin. 150.) in Caria eſt, qua in vrbe excellit Aruſpicum diſciplina.

Telonium, telonii, τελώνιον Græcè, menſa publicanorũ, vbi vectigal exigitur.

Telonarius, telonarii, m. g. Publicanus, & tributorum collector.

Telónes, telõnis: vel Telon, telónis, m. g. Idem.

Telonem etiam agricolæ vocant lignum longũ, quo vruntur ad aquã è puteis hauriendam. Hæc Sipõtinus, apud quem fortaſſe legendum Tollonem.

Telos, τέλος, τέλεος, n. g. Latinè finis dicitur. Cic. 3. de Fin. 40, Sentis enim credo me iandiu quod τέλος Græcus dicat, id dicere tũ extremum, tum vltimum, tum ſummum: licebit etiam finẽ pro extremo aut vltimo dicere.

TELPHISSA, Fons, cui aquæ frigus Tireſias vates, quum ſenex potaſſet, & ferre non potuiſſet, extinctus eſt.

TELPHVSSA, Lycophroni, vrbs eſt in Arcadia, à Telphuſſa Ladonis filia id nomen habens.

TELPHVSSIVM, ſiue Tilphoſſium, Oppidum eſt in Bœotia, vbi laudatus Bacchus eſt à Pindaro.

Telum, teli, Dicitur omne quod iaci poteſt: quo nomine lapis, lignum, plumbum, ferrũ continetur. Dictum ab eo, quòd in longitudinem mittatur: nã apud Græcos τῆλε ſiue τηλοῦ, lõge ſignifi-

eat.Fest⁹,Tela propriè dici videtur ea quæ missilia sũt: ex Græco videlicet translato eo nomine,quia illi τηλόθεν missa dicunt, quæ not eminus: sicut arma,ea quæ ab humeris depẽdẽtia retinẽtur manib⁹. Cic.6.Verr.85,Nemo Agrigẽti neq; ætate tam affecta, neque viribus tam infirmis fuit, qui non illa nocte eo nuntio excitatus surrexerit,telúmque,quod cuique sors offerebat,arripuerit. Quintil.lib.10.ca.1,Per abusionẽ sicarios etiam omnes vocamus,qui eædem telo quocunque commiserint.

Custos telorum,Pharetra.Ouid.8.Metam.65.

Iactus teli. Tacit.lib.13,Assultare ex diuerso Tyridates,nõ vsque ad iactum teli. Curtius lib.4,Igitur ex iumentis coria velãque iussit obtendi,vt extra teli iactum essent. Idẽ lib.5, Cæsãque materia cratibus & plureis faciendis, vt qui turres admouerent,extra teli iactum essent,vrbem obsidere cœpit.

Seges ferrea telorum.Virg.3.Æneid.10.

Telum,pro Gladio posuit Virgilius 9.Æneid.150,

At non hoc telum mea quod vi dextera versat Effugies.

Lucida tela dici. Lucret.lib.1.30, Non radii Solis,neque lucida tela dici. Idem lib.2.11. Et lib.3.19.

Linguæ tela,Vide **Lingua.**

Gelida tela pauoris.Lucret.lib.3.61.

¶Acerrimum telum. Cic.Trebatio,lib.7.16.2, Vsquequaque sapere oportet:id erit telum acerrimum.

Acutum telum,Vide **Acuo.**

Densissima tela.Virg.9.Æneid.112.

Non euitabile telum.Ouid.6.Metam.47.

Exitiabile telum.Ouid.6.Metam.51.

Fera tela.Lucret.lib.2.10.

Fortia tela diuũm.Stat.9.Thebaid.151.

Hebetiora tela. Cic.de Aruſp. respons.1, Tamen non dubito quin ea tela quæ cõiecerit inimicus,quàm ea quæ Collega patris emisit,leuiora atque hebetiora esse videantur.

Iaculabile telum.Ouid.7.Metam.158.

Igneum telum.Senec.Œdipo.5.10.

Imbelle telum.Virg.2.Æneid.109.

Immane telum.Stat.9.Thebaid.161.

Immedicabile telum.Virg.12.Æneid.170.

Inhabile imperitis telum ad remittendũ, Vide **Inhabilis.**

Indeuitatum telum.Ouid.2.Metamorph.120,

-indeuitato traiecit pectora telo.

Inertia.Senec.Thyest.4.10.

Infesta.Virg.5.Æneid.116.

Insuperabilia.Valerius 3.Argonaut.3.

Inuicta.Senec.Octau.5.5.

Martia. Virg.9.eclog.3.

Sæua tela.Ouidius 12.Metamorph.77.

Secunda tela. Ouid.3.Metam.61,

Est aliud leuius fulmen, cui dextra Cyclopum
Sæuitiæ,flammæque minus,minus addidit iræ:
Tela secunda vocant superi.

Syluestria tela,Quibus expiuntur feræ. Stat.9.Thebaid.145.

Temeraria tela.Ouid.2.Metam.112.

Trabale telum.Virg.11.Æneid.59. Valer.8.Argon.61.

Trisulca tela Iouis.Ouid.2.Amor.eleg.5.11.

Trunca tela.Virgilius 12.Æneid.2.

Venenatum telum. Cic.pro Quintio,5, Et qua in re,id quod parati sunt facere,falsum crimen,quasi venenatum aliquod telum iniecerint,medicinæ faciendæ locus non erit.

Violenta tela.Ouid.12.Metam.77.

Volucre telum.Valer.2.Argon.105.

Volatile telum.Ouid.2.de Arte,34.

Vulnificum telum. Ouid.2.Metam.101,Vulnifico fuerat fixurus pectora telo.

¶Accingi telis tanquam in aciem,vide **Accingo.**

Vnco telo accingitur. Ouidius 4.Metamorph.134. Sic vocat harpen Persei.

Adactis telis mori.Ouid.in Ibin.62.

Agere telis aliquem.Virg.4.Æneid.15.

Aptare tela.Stat.11.Thebaid.100.

Leui telo armari.Senec.Herc.Œtæo,7.21.

Stridorem teli audiit.Virg.11.Æneid.173.

Cadere telo alicuius.Virg.11.Æneid.138.

Cingi telis.Virg.2.Æneid.104.

Confringere tela.Lucan.lib.6.31.

Congerere tela,Vide **Congero.**

Conijcere tela,Vide **Conijcio.**

Contorsit telum in hostes.Virg.11.Æneid.53.

Tela cæca & improuida contorquere.Plin.epist.87.b,Sæpius à Domitiano, non secus ac tela,quæ & ipsa cæca & improuida feruntur,in optimum quenque contorquebatur.

Defendere se telis.Virg.1.Æneid.90.

Deiicere aliquid telo.Virg.1.Georg.67.

Depromere tela pharetris.Virg.5.Æneid.100.

Eiicere tela.Celsus lib.7.cap.5,Tela quoque quæ illata corporibus intus hæserunt,magno negotio sæpe eiiciuntur.

Elapsus telis hostium.Virg.2.Æneid.64.

Euellere tela membris.Lucan.lib.6.51.

Exaturare tela.Stat.9.Thebaid.3.

Telum intentum excipere.Cic.de Prouinc.Consul.18,Quum omnia tela vndique esse intenta in patriã viderem,subire coegit, atque excipere vnum pro vniuersis. Idem 4. Verr. 118, Aut hoc contendat nunquam esse factum aut omnia tela excipiat necesse est.

Excussa tela.Senec.Herc.fur.6.36.

Exire tela corpore,Declinare ictus telorum. Virgil.5.Æn.87.

Exercere telum.Lucret.lib.2.211.

Expedire tela. Liu.li.8.Deca.4,Quũ tela equóſq; expedisset.

Ferire aliquem telo.Virg.12.Æneid.59.

Crebra tela fundere.Virg.11.Æneid.122.

Hebetata tela.Silius lib.16.21.

Iacere tela. Cicero pro Cælio, 15,Non enim ab iisdem accusatur M.Cælius à quibus oppugnatur:palàm in eum tela iaciũtur,clàm subministrantur.

Illita tela dolis,Vide **Illino.**

Irrita tela iactare.Virg.2.Æneid.91.

Coruſca tela iaculari.Senec.Œdipo,14.7.

Immittere telum. Cicero pro Domo sua,32,Neque enim meã iam quicquam interest exceptis his telis quæ ex eius actionibus in meum corpus immissa sunt.

Infecta tela sanguine.Stat.9.Thebaid.18.

Infigere telum pectore.Senec.Œdipo,14.8.

Ingerere tela,Vide **Ingero.**

Inhibere tela,Vide **Inhibeo.**

Instat telum,Vide **Insto.**

Intendere telum in iugulum innocentis,per translationem, pro Ad confutationem rationes apparare. Plin.epist.9.lib.3,Siquam haberem in dicendo facultatem, in iugulum innocentis quasi telum aliquod intenderem.

Intenta iugulis tela,Vide **Iugulum.**

Intorquere telum in aliquem,Vide **Intorqueo.**

Librat telum in ictus obliquos.Ouid.8.Metam.155.

Librare telum ab aure.Virg.9.Æneid.86.

Mactare aliquem telis.Sene.Œdipo,10.6.

Medicata tela veneno.Silius lib.7.92.

Obrui telis.Virg.1.Æneid.81.

Celeri telo prostrauit virum.Valer.3.Argon.37.

Regerere tela neruo.Senec.Hippol.2.11.

Retundere tela. Cic.pro Domo sua,50,In me vno Consulares faces iactæ manibus Tribuniis,in me omnia quæ ego quondam retuderam coniurationis nefaria tela adhæserunt.

Reuellere de corpore telum. Cicero in Pisonẽ,20,De corpore Reip.tuorum scelerum tela reuellente.

Rotare telum.Stat.9.Thebaid.161, -& in ora loquentis
Telum immane rotat.

Spargere tela.Quintil.lib.4.cap.5.11, Vt certa manus vno telo possit esse contenta,incertæ plura spargenda sunt,vt sit & fortunæ locus.

Stringere tela.Clau.1.de rap.Pros.20,-quòd nõ Cyclopea saxa
Stringimus,aut vanas tonitru deludimus auras.

Subministrare tela ad manum. Quintil.lib.5.cap.7.6, Ea res suggeret materiam interrogationi,& velut tela manuum subministrabit.

Succumbere telis.Ouid.epist.8.8.

Torquere telum in aliquem.Virg.5.Æneid.99.

Transfixus telo.Silius lib.15.136.

Versari incolumen inter hostium tela.Cic.1.de Orat.100.

Vibrare telum.Lucan.lib.4.8.

Lucida tela volant.Lucret.lib.4.170.

Télifer,pen.cor.Adiectiuum,vt Puer telifer,apud Senecam,Herc. Œtæo,4.61.

TELYS,Sybaritarum tyrannus,teste Herodoto lib.5.

TEMBRIVS, fluuius iuxta Pontum teste Orpheo in Argonaut.

Temerarius,Adiectiuum,dicitur non qui plus audet quàm oportet,sed qui facilè nullo adhibito cõsilio credit. Temerarios, natura:inquit Donatus.Ouidius epist.6.5,

-vtinam temeraria dicar
Criminibus falsis insimulasse virum. Terent.And.1.4.2, Sanè pol temulẽta est mulier & temeraria. Plãcus Ciceroni lib.10.11.5,Indicabo temerarium meum cõsilium tibi. Mart.lib.6.66,

Abſtulerat totam temerarius inſtitor vrbem. Idem libro 6.15,
Temerarius ardor.

Haud temerarium eſt, Non ineptum. Plaut. Aſin. 6.14,
Sed quid hoc quod picus vlmum tundit? haud temerarium eſt.
Certè hercle, ego quantum ex augurio auſpicii intellego:
Aut mihi in mundo ſunt virgæ, aut Atrienſi Sauriæ. Plin. lib. 17. cap. 22. 10, Temerarium eſt ante craſſitudinem pollicarem viti imperare.

Temerariũ magis, quàm audax. Liuius 5. bel. Pun. Ad conſiliũ prima ſpecie temerariũ magis, quàm audax, animũ adiecit.

Omnia turbulenta & temeraria & periculoſa. Cicero pro Cecinna, 14.

¶ Arbiter temerarius. Stat. 1. Achill. 14.
Cœpta temeraria. Silius lib. 16. 131.
Cupiditas cæca & temeraria. Cic. 1. de Inuent. 3.
Dextra temeraria. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 3.
Error temerarius. Ouid. 12. Metam. 12.
Honor temerarius. Quintil. in Proœm. lib. 1. 7.
Iudex temerarius. Ouid. 7. Metam. 156.
Turba temeraria. Ouid. 10. Metam. 115.
Virtus temeraria. Ouid. 8. Metam. 81.
Vox temeraria. Ouid. 2. Metam. 10.

Témere, pen. corr. Aduerbiũ, Stultè, incõſultè. Terent. Phor. 4. 5. 2,
Hoc temerè nunquam amittã ego à me, quin teſtes adhibeam
Quum dem. Ibidem, 5. 1. 30,
Di voſtram fidem, quàm ſæpe forte temerè
Euenunt, quæ non audeas optare. Idem And. 1. 2. 34,
-irrides, nihil me fallis: ſed dico tibi,
Ne temerè facias. Idem Hecyra, 5. 1. 25, Quo magis omnes res cautius, ne temerè faciam, accuro. Cic. pro Roſc. Amerino, 48, Ego contrà oſtendo, non modò nihil eorum feciſſe Sextũ Roſcium, ſed ne potuiſſe quidem facere, quòd neq; Romæ multis annis fuerit, neq; de prædiis vnquã temerè diſceſſerit. Idẽ ad Figulum, lib. 4. 13. 14, Non ſcribo hoc temeré. Terent. Phorm. 5. 9. 48, Prius quàm huic reſpondeas temerè, audi. Virgilius 9. Æneid. 68, -temerè inter tela iacentes.

Temerè incaſſum. Lucret. lib. 5. 101,
Nec temerè incaſſum, fruſtra mare ſæpe coortum
Sæuibat, leuitérque minas ponebat inanes.

Temerè & nullo conſilio adminiſtrare. Cic. 1. de Inuent. 74.

Non enim temerè nec fortuitò ſati & creati ſumus. Cicero 1. Tuſculan. 193.

Audacter hoc dico, nõ temerè confirmo. Cic. pro Fonteio, 1.

Incõſultè ac temerè dicere aliquid. Cic. 1. de Nat. deorum, 61.

Temerè non eſt, pro Non abs re. Terent. Phor. 5. 9. 9, Non pol temerè eſt, quòd tu tam times. Idem Heaut. 4. 2. 7,
-te volt, videas quid velit:
Neſcio quid triſtis eſt: non temerè eſt, metuo quid ſit. Idem Eunucho, 1. 2. 60, Nõ temerè eſt, & properans venit: neſcio quid
circunſpectat.

Id que euenit non temerè nec caſu. Cic. 1. de Nat. deorum, 8.

Temerè & imprudẽter facere aliquid. Cæſar Ciceroni in epiſtolis ad Atticum, lib. 10. 199. 1.

Non temerè fama naſci ſolet. Author ad Heren. lib. 1. 43.

Temerè, Sine periculo. Plaut. Bacchid. 1. 51, Rapidus fluuĩ eſt, non hac temerè tranſiri poteſt.

¶ Temerè, pro Ferè ponitur. Quintilianus lib. 1. cap. 4, Illud ingeniorum velut præcox genus, haud temerè vnquam peruenit ad frugem. Plinius lib. 16. cap. 42. 1, Robur, olea incuruantur, cedúntque ponderi. Illæ renituntur, nec temerè rumpuntur. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 19, Qui hoc non in beneficii loco, ſed in laboris ac muneris, non temerè niſi libertis ſuis deferebant. Liuius, Non temerè incerta caſuum reputat, quem fortuna nũquam decepit.

Temériter, pen. corr. Aliud aduerbium, Idem. Accius Amphitryone, Hoc in re eſt, quòd tu tam temeriter meam benevolentiam interiiſſe es ratus.

Temeritûdo, pen. pro. pro Temeritate. Pacuuius Duloreſte, Egón' tyranni noui temeritudinem?

Temérĭtas, pen. corr. temeritâtis, cui opponitur Sapientia. Cic. pro M. Marcello, 4, Nunquam enim temeritas cum ſapientia commiſcetur, nec ad conſilium caſus admittitur. Idem 1. Acad. 65, Quibus de cauſis nihil oportere neque profiteri, neq; affirmare quenquam, neque aſſertione approbare, cohiberéque ſemper, & ab omni lapſu cõtinere temeritatem: quæ tum eſſet inſignis, quum aut falſa, aut incognita res approbaretur.

Omnibus in rebus temeritas in aſſentiendo, errórque turpis eſt. Cic. 1. de Diuinatione, 13.

Temeritas, quæ à ſapientia diſſidet plurimum. Cic. 2. Offic. 10.

Fortuna ab inconſtantia & temeritate ſeiungi nõ poteſt. Cic. 3. de Nat. deorum. 83.

Temeritate enim remota, gratiſſima eſt liberalitas. Cicero 2. Officiorum, 91.

Acceſſit meæ temeritati, Vide **Accedo**.

Multi enim faciũt multa temeritate quadam ſine iudicio vel modo. Cic. 1. Offic. 74.

Vir plenus inconſyderatiſſimæ ac dementiſſimæ temeritatis. Cicero de Aruſp. reſponſ. 51.

Témero, temeras, penul. corr. temerare, Violare ſacra (inquit Feſtus) & contaminare: dictum videlicet à temeritate. Liu. 6. bel. Pun. 68, Sepulchra maiorum, temerata ac violata.

Corpora temerare nefandis dapibus. Ouid. 15. Metam. 15.
Cubile alicuius temerare. Ouid. 15. Metam. 101.
Fluuios temerare venenis. Ouid. 7. Metam. 109.
Lectum temerare alicuius. Ouid. 1. de Arte, 149.
Opus temerare. Tacit. lib. 10, Prædixêre auſpices, ne temeraretur opus ſaxo, auróve in aliud deſtinato.

¶ Temerare, pro Violare ſtupraréque. Tacit. lib. 1, Eandẽ Iuliam in matrimonio M. Agrippæ temerauerat.

Temerandus, Participium. Lucanus lib. 1. 30,
-& nunquam temerando parcere ferro.

Temerâtus, pen. prod. Aliud participium: vt
Sacra hoſpitii temerata. Ouid. epiſt. 16. 1.
Amicus temeratus. Ouid. 3. Amor. eleg. 8. 13.
Voluntas noſtra temerata eſt. Ouid. 9. Metam. 116.
Caſtra infauſta temeratáq;. Tacit. lib. 1, Nõ aliud malorũ leuamentum, quàm ſi linquerent caſtra infauſta temeratáque.

Temerâtor, pen. prod. Verbale, pro Falſario. In l. Siquis obrepſerit, ad Legem Corneliam de falſ.

TEMESA, pen. corr. Oppidum Brutiorum, quod Auſonii condiderũt. Noſtræ ætatis homines Tempſam vocitant. Eſt & aliud eiuſdem nominis oppidum in Cypro, vbi æri ſodinarum locus oſtenditur: de quo vide Strabonem lib. 5. Et Eraſmum in Prouerbio Temeſæus genius. Statius 1. Achill. 85, Æra domant Temeſæ, &c. Quidam Temeſſa ſcribunt, gemino ſ.

Temeſæus, Poſſeſſiuum: vt Æra Temeſæa. Ouid. 5. Faſt. 88, Rurſus aquam tangit, Temeſæáque concrepat æra. Idem de medicamine faciei, 9,
Et quanuis aliquis Temeſæa remouerit æra,
Nunquam luna ſuis excutietur equis. Stat. 1. Syl. 5. 10,
-nuſquam Temeſæa notabis Æra.

Temetum, temẽti, pen. prod. n. ge. Pro vino accipitur. Dictum quòd tentet, hoc eſt labefactet mentem. Plaut. Aulul. 11. 6,
Cererin' Strobile has facturi nuptias?
STR. Qui? ST A. quia temeti nihil allatum intellego. Plin. lib. 14. cap. 13. 1, Cato ideo propinquos fœminis oſculum dare iuſſit, vt ſcirent an temetũ olerent. Hoc tum vino nomẽ erat, vnde & temulentia appellata. Liu. 10. ab Vrbe, 113, Vouerat Ioui victori, ſi legiones hoſtium fudiſſet, pocillum mulſi prius quàm temetum biberet, ſeſe facturum. Horat. 2. epiſt. 2. 33, Pullos, oua, cadum tẽmẽti: nempe modo iſto, &c.

Temulentus, Adiectiuum, Vinolentus, ebrioſus. Terent. Eunuch. 4. 3. 13, Temulenta es. p. vtinam ſic ſint qui mihi malè volũt. Cic. pro Seſtio, 15.

Vox temulenta. Cic. poſt Redit. in Senatu, 11.

Temulenter, Aduerbium. Colu. lib. 8. cap. 8. 9, Iam nunc Gangetici & Ægyptias aues temulenter eructant.

Temulentia, temulentiæ. Plin. lib. 14. cap. 22. 10, Siquidem temulentiam ſola non facit.

Temno, temnis, tempſi, temptum, temnere, Spernere. A τέμνω Græco verbo quod incido, reſecóque ſignificat: quoniam quæ ſpernimus, amputare & reſecare conſueuimus. Cic. ad Atticũ, lib. 13. 177. 3, Id ago ſcilicet, vt iudicia videar temnere. Vetus exemplar legit Tenere. Virg. 1. Æneid. 110, Si genus humanum, & mortalia temnitis arma. Idem 6. Æneid. 114, Diſcite iuſtitiam moniti, & non temnere diuos. Horat. 2 Serm. ſaty. 2. 8, Ieiunus ſtomachus raro vulgaria temnit. Idem 1. Serm. ſat. 1. 24, Præteritum temnens extremos inter eunteni. Ouid. 3. de Arte, 60, Eſt & in ceſſu pars non temnenda decoris.

Temptor, Verbale: vt Deorum temptor. Senec. Agamemn. 7. 4, Solus eſt temptor leuium deorum.

Temo, temõnis, pen. prod. m. g. Eſt qui continet iugum in curru vel ploſtro. Ouid. lib. 2. Metamorph. 21,
Aureus axis erat, temo aureus, aurea ſummæ
Curuatura rotæ, radiorum argenteus ordo. Colum. lib. 6. cap. 2. 6, Cui ramus illigatur, & temonis vice trahitur, interdum & pondus aliquod iniungitur. Cæſar 4. bel. Gall. 585, Vt in declivi ac præcipiti loco incitatos equos ſuſtinere, & breui moderari ac flectere, & per temonem percurrere, & in iugo inſiſtere, & inde ſe in currus citiſſimè recipere conſueuerint. Liuius 7. bel.

Maced.168,Cuſpides circa temonem ab iugo decem cubita extantes, velut cornua habebant, quibus quicquid obuium daretur.tranſfigerent. Cic.2.de Natura deorum,158,

Arctophylax vulgò qui dicitur eſſe Bootes,
Quòd quaſi temone adiunctũ præ ſe quatit Arctum. Ex poeta.

Æreus temo.Virgil.3.Georg.35.

Obliquo temone plauſtrum flectere.Ouid.10.Metam.89.

Reuulſus temone axis.Ouid.2.Metam.64.

¶ Temonẽ pro Stipite poſuit Columella,ſiue pro lignis tranſuerſariis & longuriis.lib. 6.cap.19, Huic ſoli ſeptenũm pedũ ſtipites recti ab vtroque latere quaterni applicantur. Ii autem in ipſis quatuor angulis affixi ſunt, omnéſque tranſuerſis ſex temonibus quaſi vacerræ inter ſe ligantur.Budæus.

TEMPE,Neutro genere & numero plurali.propriè Theſſaliæ loca quinque milia paſſuum longitudine,& fermè ſex latitudine, pulcherrimus ager,amœnus gramine,refertus arboribus,canorus auium concentu,iugis dextra læuáque leniter ſeſe tollentib⁹, media interſecat Peneus amnis, cuius ripas arbores veſtiunt. Plin.lib.31.cap.2.21,Aliter circa Theſſalica Tempe,quoniam viſus omnibus terrori eſt. Ouid.1.Metam.114,

Eſt nemus Æmoniæ præruptа quod vndique claudit
Sylua: vocant Tempe,per quæ Peneus ab imo
Effuſus Pindo ſpumoſis voluitur vndis. Sunt & Tempe in Bœotia quæ Teumeſia dicuntur,à Teumeſſo monte Bœotiæ, & ab Ouidio Cygneia dicta. Sunt in Sicilia à nomine amnis Heloria. Abuſiuè quæcunque loca amœna,nemora præſertim atque aquas habentia,Tempe vocamus.Virg.2.Georg.94,Speluncæ,viuique lacus,ac frigida Tempe.

Heliconia Tempe.Ouid.1.Amor.eleg.1.4.

Opaca Tempe.Seneca Troade,9.1.

Peneia Tempe.Virgil.4.Georg.64.

Tenebroſa Tempe.Statius 10.Thebaid.13.

Theſſala Tempe.Horat.1.Carm.ode 7.1.

Vmbroſa Tempe.Statius 6.Thebaid.18.

Tempero,témperas,pen.corr.temperare,à Tempore deductũ, Habere rationem temporis,Moderari,Tempori accommodare, Rem ſuo ordine ac menſura adminiſtrare,potiſſimũ quũ accuſatiuo iunctum eſt.Cic.1.Tuſcul.3,Rem verò publicã noſtri maiores certè melioribus temperauerunt & inſtitutis & legibus.

Æqualiter temperare.Cic.in Somnio Scipionis,17.

Moderatius aliquid temperare.Cic.in Orat.101.

¶ Aciem temperare,Vide **Acies**.

Æquor totum temperat Neptunus.Ouid.11.Metam.19.

Veſper frigidus temperat aera.Virgil.3.Georg.68.

Æs temperare.Plinius lib. 7.cap.56.6, Æs conflare & temperare,Ariſtoteles Lydum Scythem monſtraſſe,Theophraſtus Delam Phrygem putat.

Amara temperare riſu.Horat.2.Carm.ode 16.6.

Aquam temperare ignibus.Horat.3.Carm.ode 19.2.

Vnda temperat arua arentia.Virgil.1.Georg.11.

Ciuitates temperare,pro Regere.Cic.4.Acad.6,In eodẽ tanta prudentia fuit in conſtituendis,temperandiſque ciuitatibus,tãta æquitas,vt hodie ſtet Aſia Luculli inſtitutis ſeruandis.

Copiam ſuam cum aliquibus temperare.Cic.in Orat.53.

Domum temperare arte.Propert.lib.3.eleg.5.6.

Iras temperare.Virgil.1.Æneid.13.

Lachrymas alicuius temperare.Ouid.ad Liuiam,2.

Ira temperat manus.Propert.lib.3.eleg.12.5.

Lympha temperat merum.Tibullus lib.3.eleg.7.6.

Mũdum temperat variis horis Iuppiter.Horat.1.Car.ode 12.4.

Solis tum acceſſus modici,tũ receſſus,& frigoris & caloris modum temperant.Cic.2.de Nat.deorum,71.

Ora temperare frænis.Horat.1.Carm.ode 8.2.

Ratem temperare.Ouid.13.Metam.74.

Sumptus temperare.Ouid.1.Amor.eleg.3.2.

Thermas temperare.Martialis lib.10.48,

Temperat hic thermas,nimios prior hora vapores Halat,&c.

Vectigalia temperare,Minuere.Plin.in Paneg.66, Nam mihi cogitanti eũdem te collationes remiſiſſe,donatiuum reddidiſſe, congiarium obtuliſſe,delatores abegiſſe, vectigalia temperaſſe, interrogandus videris,ſatiſne,&c.

Vires ſuas temperare iuſtitia.Ouid.3.de Ponto,eleg.6.5.

¶ Temperare,datiuis iunctũ,Abſtinere ſignificat.vt Tẽperare alicui,pro Abſtinere ab iniuria inferenda.Cic.3.Verr.110,Te putet quiſquam,quũ ab Italia freto diſiunctus eſſes,ſociis tẽperaſſe,qui ædem Caſtoris teſtem furtorum tuorum eſſe voluerit?

Temperare alicui aliqua in re.Cic.4.Verr.11,Si cuiquam denique vlla in re vnquam temperauerit,vt vos quoq; temperetis.

Ætati iuuenum temperare,Moderari iuuentibus.Plaut. Truc. 3.19. -quos quum celamus,ſic facimus conſcios,

Qui noſtræ ætati tempeſtiuè temperant,vnde ante parata,
Demus poſt partoribus. Idem Mercat.14.11, Temperare iſtac ætate iſtis decebat te artibus.

Animis temperare.Liu.5.ab Vrbe,101, Vix temperauere animis quin extemplo impetum facerent.

Cædibus temperare.Liui. 2.ab Vrbe,71, Nec magis poſt prælium quàm in prælio cædibus temperatum eſt.

Gulæ temperare,Idem quod moderari.Plin.epiſt.30.b,Et hercule ſi temperes gulæ,non eſt oneroſum.

Hoſtibus ſuperatis temperare.Cic.4.Verr.3. Non ſolùm ſociis in eo bello conſuluit, verumetiã ſuperatis hoſtibus temperauit.

Linguæ temperare.Plaut.Rudente,27.28,Abi intrò: ne moleſtus,linguæ tempera.

Manibus temperare. Liuius 2.bel.Maced.77, Vbi, inquit, illa certamina animorum Achæi ſunt, quibus in conuiuiis & circulis, quum de Philippo,& Romanis mentio incidit,vix manibus temperatis?

Sibi temperare.Cic.pro Flacco,31, Vt qui ante dictũ teſtimonium ſibi temperarit,quum tamen aliquid aſſequi poſſit,is nũc id agat vt ad falſum anaritiæ teſtimonium,verum etiam maleficii crimẽ adiungat. Plancus ad Ciceronem,lib.10.7.4. Vſque mihi temperaui,dum perducerem eò rem vt dignum aliquid & Conſulatu meo & veſtra expectatione efficerem.

Nequeo mihi temperare quominus vnum exemplũ antiquitatis afferam. Plin.lib. 18.cap.6.9. Et in Præfat.11, Non queo mihi temperare quominus ad hoc,&c.

Vino temperare in vnũ diem. Liu.10.bel.Maced.59, Si domũ tuã expugnaturus,capta domo dominũ interfecturus eram, nõ tẽperaſſem vino in vnum diẽ? non milites abſtinuiſſem meos?

Temperare ab iniuria.Cæſar 1.bel.Gall.18,Neq; homines inimico animo data facultate per prouinciam itineris faciendi tẽperaturos ab iniuria & maleficio exiſtimabat.

A lachrymis temperare.Virgil.2. Æneid.2, -quis talia fando
Temperet à lachrymis?

A maleficio ſe temperare.Author ad Heren.lib.2.63.

In amore temperare.Plaut.Epid.3.8,Iã iſtoc probior es, meo quidem animo,quum in amore temperes.

Temperare maledicere.Plaut.Pœn.16.73, Maledicere huic tu temperabis ſi ſapis. Idem Pœnul.1.12,Vel dormire temperent.

¶ Tẽperãtum eſt,Impersonale,pro Abſtinuerunt.Liuius 1.ab Vrbe,119,Vnáque hora quadringentorum annorum opus,quibus Alba ſteterat,excidio ac ruinis dedit,templis tamen deũm temperatum eſt. Idem 2.bel.Maced.38, Tẽperatum ægrè eſt, quin miſſilibus,quia diremptі medio amne fuerant, pugnam inter ſe conſererent.

Témperans.pen.corr.temperãtis,Participium,Modeſtus. Terent. Heaut.3.3.19, -hæc ego præcipio tibi,
Hominis frugi & temperantis functus officium.

An temperantem eũ dices qui ſe in aliqua libidine continuerit,in aliqua effuderit?Cic.in Parad.13.

Moderatus & temperans.Cic.pro Fonteio,15,Frugi igitur hominem iudices,frugi inquam, & in omnibus vitæ partibus moderatum ac temperãtem, plenum pudoris,plenum officii, plenum religionis,&c.

Quum hominem temperantem,ſummum medicum, tantus improuiſo morbus oppreſſerit.Cic.Attico,lib.15.311.2.

Temperans,nomen,genitiuo iunctum.vt Temperans rei.Terent. Phormione,1.1.41,

Si eſt patruę,culpam vt Antipho in ſe admiſerit,
Ex qua re minus rei foret,aut famæ temperans. Vbi Donatus, Rei,quia pauperem:famæ,quia ignobilem.Temperans autem, Conſulens,prouidens,moderatus.

Temperans gaudii.Plin.in Paneg.86,Nemo tam temperans gaudii,ſerẽque lætitiæ, quin inſtar vlronis videretur cernere laceros artus,&c.

Temperanter,Aduerbium. Cic.ad Atticum,lib.9.171.6, Nã quod ais,ſi hic temperantius egerit,conſyderatius conſilium te daturum,quí hic poteſt ſe gerere non perdité?

Haberi temperanter.Tacit.lib.4,Vel quum patres pollerẽt poſcenda vulgi natura,& quibus modis temperanter haberetur.

Temperantia,temperãtiæ,Eſt (inquit Cicero lib.1.de Inuent. 143) rationis in libidinem,atque in alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Idem 1.de Finib.71,Temperãtia eſt enim quæ in rebus aut expetendis aut fugiendis, vt rationem ſequamur,monet. Idem ad Lẽtulum,lib.1.9.91, Noui enim temperantiam & moderationem naturæ tuæ.

Temperantia eſt moderatrix omnium commotionum.Cicero 5.Tuſcul.63.

Modeſtia vel temperantia,quæ moderatio eſt cupiditatũ,rationi obedies.Cic.2.de Finib.96.

Temperantia pacem animis affert,& eos quaſi cócordia quadam placat ac lenit.Cic.1.de Finibus,72.

Temperantia in prætermittendis voluptatibus cernitur.Cicero 5.de Finibus,119.

Summa fuit in eius victu temperantia.Cic.5.Tuſcul.80.

Temperantia in cibis.Plinius lib.18.cap.5,Multo vtiliſſima eſt temperantia in cibis.

Aſtringere ad temperantiam,Vide **Aſtringo.**

Temperâtus,pen.prod.Participiũ,ſiue nomen ex participio.Plin. lib.11.cap.37.14,Vt habili miſtura & accipiatur circunfuſo candore lux,& temperato repercuſſu non obſtrepat.

Moderatione paulominus temperatus.Cic.Attico,lib.11.17.3.

Eſca temperata.Cic.1.de Diuinat.188.

Temperatum dicendi genus & æquabile.Cic.1.Offic.in principio,Vis enim dicendi maior eſt in illis:ſed hoc quoque colendum eſt,& æquabile & temperatum orationis genus.Id eſt philoſophorum dicendi genus.

Homo ſanctiſſimus & temperatiſſimus. Cicero pro Fõcio,13, Ille igitur ipſe homo ſanctiſſimus ac temperatiſſimus multa audiuit in ſua cauſa quæ ad ſuſpicionem ſtuprorum ac libidinem pertinerent. Idem 6.Verr.75,Verres temperatiſſimi, ſanctiſſimique viri monimentum Dianæ ſimulachrum virginis in eadem domo collocabit in qua ſemper meretricum lenonúmque flagitia verſantur.

Hominem in ſumma magnitudine animi,multa humanitate temperatum perdidimus.Cic.Attico,lib.4.75.1.

Mens temperata.Horat.2.Carm.ode 3.1.

Mores temperati & moderati.Cic.ad Comificium, lib.11.16.1, Eſt autem ita temperatis,moderatiſque moribus, vt ſumma ſeueritas,ſumma cum humanitate iungatur.

Oratio temperata.Cicero 2.de Oratore,117,Neque eſt vlla tẽperatior oratio,quàm illa in qua aſperitas contentionis,oratoris ipſius humanitate conditur.

Oratio permiſta & temperata numeris.Cic.in Orat.113.

Orator modicus & temperatus.Cic.in Oratore,53.

Prælа temperata,Inſtructa,& ad opus parata, cui Superuacanea correſpondent.Cato cap.11, In torcularium hæc opus ſunt, vaſis quinis,prælа temperata quinque,ſuperuacanea tria.

Tempus temperatum.Varro 1.de Re ruſt.cap.5.11,Quæ enim ita conceperint,temperatiſſimo anni tempore pariunt.

Inuenta & temperata varietas.Cic.1.Tuſcul.97.

Vir iuſtus,temperatus,ſapiens.Cic.3.de Nat.deorum,116.

Vis temperata.Horat.3.Carm.ode 4.14.

Vſus temperatus.Horat.2.Carm.ode 2.1.

Temperâte,pen.prod.Aduerbium.Cato cap.69,Vbi temperatè tepebit,tum cuminũ indito,poſtea linito.De dolio loquitur. Cic. Attico,lib.12.49.2,Ages,vt ſcribis,temperatè.

Temperatio,Verbale,Ipſe temperandi actus. Cic.1.Tuſcul.35, Nec ſit quicquam,niſi corpus vnum & ſimplex,ita figuratum vt temperatione naturæ vigeat & ſentiat.

Tẽperatio æris.Cic.6.Verr.87, Tu videlicet ſolus vaſis Corinthiis delectaris? tu illius æris temperationem, tu operum lineamenta ſolertiſſimè perſpicis? Idem 4. Acad.150, Dic mihi, Lyſippus eodem ære,eadem temperatione, eodẽ cælo,aqua,cæteris omnibus certum Alexandrũ eiuſdem modi facere nõ poſſet?

Cæli temperatio,fœcunditas terrarum.Cic.1.de Nat.deor.20.

Corporis temperatio, quũ ea congruunt inter ſe è quibus cõſtamus.Cic.4.Tuſcul.46.

Sol mens mundi & temperatio.Cic.in Somnio Scipionis,15.

Temperatio Reipub.Cic.3.de Legib.18,Hæc eſt quam Scipio laudat in libris,& quam maximè probat temperationẽ Reipub.

Temperâtor.pen.prod.Verbale.Martialis lib.4.161,

Quam fluctu tenui,ſed inquieto,
Armorum Salo temperator ambit. De Bilbili inſula.

Moderator & temperator.Cic.in Oratore,38,Magni igitur iudicii,ſummæ etiã facultatis eſſe debebit moderator ille,& quaſi temperator huius tripertitæ varietatis.

Temperamentum,temperamenti,Temperatio,modus.Plin.epiſt. 7.2,Tenebo ergo hoc temperamentũ,vt ex duobus,quorum alterum petis,eligam id potius in quo non ſolùm ſtudio tuo, verumetiã iudicio ſatisfaciam. Cic.3.de Legibus,35,Inuentum eſt temperamentũ quo tenuiores cũ principibus æquari putarint.

Æquare temperamentum,Vide **Æquo.**

Adhibere temperamentum. Plinius, Tali adhibito temperamento,vt nec laxet nimis,nec arctum eſſe patiatur.

Linguæ temperamentũ.Liu.8.bel.Pun.148,Et ſi nulla alia re, modeſtia certè,& temperamento linguæ adoleſcens ſenẽ vicero.

Sequi temperamentum in re aliqua. Martialis lib.1.29, Spero me ſequuturum in libellis meis talẽ temperamentum, vt de illis queri non poſſit quiſquis de ſe bene ſenſerit.

Temperatûra,temperatúræ,pen.prod.vt Temperatura ferri.Vide Plinius lib.34.ca.15.1, de temperatura ferri loquens,A rubigine (inquit)vindicatur ceruſa & gypſo,& liquida pice.Hæc eſt tẽperatura à Græcis antipathia dicta. Sic ibidem,cap.2.7.

Temperatura cæli,idem quod Temperies. Varro,Quæro vtrũ hoc adduxerit cæli temperatura,an terræ bonitas.

Tempéries,pen.corr.temperiẽi,pen.prod.f.ge.Temperamentum: vt Temperies cæli.Plin.epiſt.101.2.lib.5, Atque adeò,vt omnem pro me metum ponas, accipe temperiem cæli, regionis ſitum, villæ amœnitatem. Idem in Paneg.16,Cognouiſti per ſtipendia decem mores gentium,regionum ſitus,opportunitates locorum,& diuerſam aquarum cælique temperiem. Plin.auunculus lib.4.cap.13.4,In quam Veris temperie ſuctibus electrũ eiiciatur. Ouid.4.Meta.69, -tẽperie blandarũ captus aquarum.

Æqualis temperies,Vide Æqualis in **Æquo,**æquas.

Docta temperies fruendi.Stat.1.Sylu.2.31.

Temperies morum. Stat.2.Sylu.6.10, -tranquilliáque morum Temperies,teneróque animus maturior æuo.

Cæli temperie iuuatur corpus.Ouid.1.de Ponto,eleg.7.15.

¶Temperies, Temporis commoditas ad aliquid agendum. Plinius lib.17.cap.10.14,Differuntur poſt annum dodrantali filo cuſtodita temperie,vt viridi cælo ferãtur,ac ſine aurora. Idem, Sic iudicatur anni temperies,alibi tardius,alibi maturius.

Mitis temperies.Claud.1.de raptu Proſerp.53.

Tempeſtas,& Tempeſtiuus,Vide **Tempus.**

Templum, templi, Propriè locus in cælo notatus ab augure, vel in terrâ à tuendo,id eſt conſpiciẽdo dictum, quòd ex omni parte,vel ex quo omnis pars aſpici poſſit,vt ait Donatus.

Lucida cæli tẽpla.Hoc eſt regiones ſyderales. Lucret.lib.1.206.

¶Tẽplum,Cælũ ipſum dictũ eſt, quia ipſum primò tuemur. Ennius,Contremuit templum magnum Iouis altitonantis.Eius quatuor partes dicuntur,ſiniſtra ab Oriente, dextra ab Occaſu, antica ad Meridiem,poſtica ad Septentrionẽ. Ex Varrone lib. 6.de Lingua Latina.

¶Templum in terris dictum eſt, quod quibuſdam verbis conceptis ab augure finiebatur, vt ait Varro lib.6.de Ling.Latina, vnde tueri quancunque cæli partem commodè poſſet. In hoc templo per augures conſtituto,Senatuſconſultum fiebat: & niſi in eo fieret,non erat iuſtum.

Auguratum templum.Cic.in Vatinium,18.

¶Templum,non ſolum ædes ſacræ dicuntur,ſed etiã alia loca ſepta, & vnum tantum introitum habentia. Curia Hoſtilia, templum erat,licet ſacra non eſſet.

Curia eſt ſedes ac tẽplũ publici cõſilii.Cic.pro Domo ſua,100.

Curia eſt templum ſanctitatis.Cic.pro Milone,69.

Poſitor templorum.Ouid.1.Faſt.13.

¶Alta templa.Virg.6.Æneid.9.

Annoſa templa.Senec.Herc.Œtæo,7.9.

Aurata templa.Lucret.lib.2.6.

Aurea templa.Propert.lib.4.eleg.1.1.

Celebria templa.Quintil.lib.1.cap.4.11.

Inclytum diuitiis templum,Vide **Diuitiæ.**

Ingens tẽplũ.Virg.1.Æne.90. Lapidata tẽpla,vide **Lapis.**

Laqueatum auro templum,Vide **Laquear.**

Odoratum templum,Vide Odoratus in **Odor.**

Operoſa templa dei.Ouid.15.Metam.134.

Penetralia templa.Lucret.lib.1.218.

Radiantia templa auro.Ouid.3.de Arte,90.

Sacratum templum.Virg.1.Æneid.33.

Sanctum & religioſum templum.Cic.6.Ver.84; Herculis templum eſt apud Agrigentinos non longe à foro,ſanè ſanctum apud illos & religioſum.

Sublimia templa.Ouid.7.Metam.110.

Sylueſtria templa Nympharum.Lucret.lib.5.190.

Venerabile templum.Ouid.2.de Remed.31.

¶Condere templum.Virg.1.Æneid.90.

Exciſa templa.Stat.5.Sylu.3.40.

Factum de marmore templum.Ouid.1.de Arte,17.

Indicere honorem templis diuûm.Virg.1.Æneid.118.

Inſtituam templa de marmore.Virg.6.Æneid.14.

Ponere templum de marmore.Virg.3.Georg.3.

Ponere templum alicui.Tacit.lib.15,Vt templum diuo Neroni quàm maturrimè publica pecunia poneretur.

Immania templa poſuit Ioui.Virg.4.Æneid.40.

Reficere templa.Horat.3.Carm.ode 6.1.

Siſtere templum.Tacit.lib.20, Templum iiſdem veſtigiis ſiſteretur.Hoc eſt conſtitueretur.

Statuere templa alicui.Ouid.14.Metam.16.

Structa ſaxo templa.Virg.3.Æneid.17.

Temerata templa Mineruæ.Virg.6.Æneid.168.

Violare templa.Senec.Troade.6.53.

¶Linguæ sudãtia templa.Id est partes,loca.Lucret.lib.4.116.

Mentis templa,Interioris animi secreta. Lucret.lib.5.11.

¶Templum, Tignum vocatur, quod in sacro ædificio transuersum supra canterios ponitur, vt ait Festus. Vitruuius lib.4. cap.2,Et canterii prominentes ad extremam suggrundationem. Supra canterios templa: deinde insuper,&c.

¶Templum,Sepulchrum.Virgil.4.Æneid.91,

Præterea fuit in tectis de marmore templum
Coniugis antiqui.Nonius.

Temporalis,Vide **Tempus**.

TEMPSIS,Plinio lib.7.cap.48, cacumen Tmoli montis,in quo, vt ipse ex Mutiano refert,c x annis viuunt incolæ.

Tempus,temporis,pen.cor.n.g.vt Varro scribit,Est mundi interuallum & motus diuisum in partes aliquot, ab solis & lunæ cursu,à quorum tenore temperato tempus dictum est.Tria verò sunt tempora,præsens,præteritum,& futurum. Cic.1.de Inuẽtione,55,Tempus autem est id quo nũc vtimur(nam ipsum quidem generaliter definire difficile est)pars quædam æternitatis, cum alicuius annui,menstrui,diurni, nocturnive spatii certa significatione.In hoc & quæ præterierunt consyderantur,& eorũ ipsorum quæ propter vetustatem obsoleuerunt, vt incredibilia videantur,& iam in fabularũ numerum reponantur,& quæ iãdiu gesta,& à memoria remota,tamen faciant fidem, verè tradita esse,quòd eorum monumenta certa in literis extent, & quæ nuper gesta sint, quæ scire plerique possint, & item quæ instent in præsentia,& quæ maximè fiant,& quæ consequantur.

Syderum errores idipsum est quod ritè dicitur tempus . Cic. de Vniuersitate,41.

Tempus,quod καιρὸν vocant. Quintil.lib.3.cap.6.19.

¶Tempus,pro Commodo temporario.Cic.pro Cluentio,100, Et illa oratio potius temporis mei quàm iudicii & authoritatis fuit. Id est,ita dixi in oratione illa,quia intererat eius rei quam tum defendebam, vel hominis rei. Idem ibidem, Omnes illæ orationes causarum & temporum sunt,non hominum ipsorum ac patronorum.Budæus.

¶Tempus,pro Authoritate & potẽtia.Cic.de Claris Orat.131, Is omnibus exẽplo debet esse,quãtum in hac vrbe polleat multorum obedire tempori,multorúmque vel honori,vel periculo seruire. Idem pro Archia,9,Qui tot annos ita vino ludices, vt ab illis nullo vnquam me tempore aut commodum,aut otium meum abstraxerit,aut voluptas auocarit. Idem pro Plancio, 64,Sed ego hoc meis ponderibus examinabo, non solùm quid cuique debeam, sed etiam quid intersit, & quid à me cuiusque tempus poscat.Budæus.

¶Tempus,pro Constituto tempore.Terent.And.4.1.7,

Pòst vbi tempus promissa iam perfici,
Tum necessariò se aperiunt & timent.

¶Tempus adeundi.& abire (nam vtroque modo dictum reperitur)pro Opportunitate.Plaut.Persa,14.8,

Vbi cum lenone me videbis colloqui,
Id aderit adeundi tempus. Idem Menæch.11.19,Tempus est abire ab his locis lenoniis. Terent.Hæcyra,5.1.19,Quære alium tibi amicum firmiorem,dum tempus cõsulendi est. Ibidem,4.2.21, Hîc video me esse inuisam immeritò,tempus est concedere.

Edendi tempus.Horat.1.Epist.17.5.

¶A quo tempore.Cic.7.Verr.61,Vnum,alterũ mensem,propè annum denique domi tuæ piratæ,à quo tempore capti sunt, quoad per me licitum est,fuerunt.

Ab aliqua re tempus,Vide **A** vel **Ab** præpositiones.

Ab illo tempore,Vide **Ab** præpositionem.

Ab æterno tempore.Cic.5.Tuscul.100.

Ad tempus,Vide **Ad** præpositionem.

Accommodare se alicui ad tempus.Cic.pro Cælio,11.

Ad quoddam tempus,Vide **Ad** præpositionem.

Ex eo tempore.Cicero,Ex eo tempore quo primùm ex Africa nuntius venit.

Ex quo tempore.Cic.Appio,lib.3.4.4,Nam cum teipsum, ex quo tempore tu me diligere cœpisti,quotidie pluris fecitum accesserunt etiam coniunctiones necessariorum tuorum. Idem Licinio,lib.5.8.8,Quo quidem ex tempore memoria teneo,neq; meam tibi obseruantiam,neque mihi tuam summam benevolentiam ac liberalitatem defuisse. Sic pro Cecinna, 14, Istius ille fundus est quem sine vlla cõtroversia quadriennio, hoc est ex quo tempore fundus vænit,quoad vixit,possedit Cæsennia.

Ex infinito tempore.Cic.1.de Finibus,96.

In tempus,Vide **In** præpositionem.

In omne tempus,Vide **In** præpositionem.

In præsens tempus.Horat. de Arte,9,Pleraque differat,& præsens in tempus omittat.

In reliquum tempus,Vide **In** præpositionem.

Nostra consilia in sempiternum tempus spectare debent.Cicero 2.de Oratore,91.

In tempore.Terent.And.4.5.19.Veni in tempore.Vbi Donatus,In tempore,Opportunè.Non sine præpositione dicimus Tẽpore & tempori.

In ipso tempore.Plaut.Pœnul.17.18,Aduenisti atque hodie in ipso tempore. Terent.And.3.2.51,Atque adeo in ipso tempore eccum ipsum obuiam Chremetem.Vbi Donatus,In ipso tempore,In ipsa opportunitate,in ipso articulo.

In puncto temporis.Lucret.lib.4.54.

Inter omne tempus,Vide **Inter** præpositionem.

Per id,vel idẽ tempus.Cic.de Claris Orat.157,Duo fuerunt per idem tẽpus dissimiles inter se. Idem 2.de Inuent.180.Si sibi illa res,atq; ea faciendi causa per idẽ tempus accidisset. Cæsar,Per id tempus ferè Cæsaris exercitui res accidit mirabilis auditu.

¶Tempus ætatis.Terent.Hecyra,4.2.18, Dũ ætatis tempus tulit,perfuncta satis sum.Hoc loco Donatus legit,Dum ætas,tempus tulit. Cic.ad Qu.fratrem,lib.3.11.6,Nostrúmque hoc tempus ætatis, quod in illa authoritate Senatoria florere debet, aut forensi labore iactari, aut domesticis literis sustentari.

Tempus anni.Plaut.Merca.24.24,Itidẽ vt tempus anni,ætatẽ aliam aliud factum conuenit. Pollio ad Ciceronem, lib.10.33. 16,Anni autem tempus libertatem maiorem mihi dat.

Tempus diei.Terent.Heaut.1.2.38,Vt tẽpus est diei, videsis ne quò hinc abeas longius. Ibidem,1.1.116, -vt diei tempus est, Monere oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad cœnam vt veniat.

Scholarum tempora.Quintilianus lib.1.cap.8.9,Quum grammatices amor,& vsus lectionis, non scholarum temporibus, sed vitæ spatio terminentur.

¶Tẽporis breuitas,vel angustiæ.Cic.3.de Oratore,Edidi quæ potui,non vt volui,sed vt me temporis angustiæ coegerunt. Idem Attico,lib.1.6.3,Eò factum est, vt epistolæ tuæ rescriberem aliquid,breuitate temporis tam pauca cogerer scribere.

Exiguum temporis.Ouid.13.Metam.189.

Fuga temporum. Horat.3.Carm.ode 30.1.

Gradus temporum.Quintil.lib.5.cap.10.32.

Id temporis,Id est per id tempus.Cic.pro Milone.10,Deinde profectus est id temporis, quum iam Clodius (siquidem eo die Romam venturus erat)redire potuisset. Idem 1.in Catilinã,7, Quos ego iam multis,ac summis viris ad me id temporis venturos esse prædixeram.

Inclinationes rerum & temporum,Vide **Inclino**.

Incommoditas temporis,Vide **Incommodus**.

Iniquitas temporis,Vide **Iniquus**.

Interualla ac spiramenta temporum. Tacit.in vita Agricolæ, Ita festinatæ mortis grande solatium tulit euasisse postremum illud,quo Domitianus nõ iam per interualla ac spiramenta tẽporum,sed continuo & velut vno ictu Rempub exhausit.

Longinquitas tẽporis.Cic.Torquato lib.6.4.11,Meipsum consolatorem tuum non tantum literæ,quibus semper studui,quãtum longinquitas temporis mitigauit.Vide **Longus**.

Momentum temporis,Vide **Momentum**.

Pars temporis exigua.Lucret.lib.3.81.

Propagatio temporis. Cic.Luceio,lib.5.15.7, Quòd in ea vita maneam in qua nihil insit nisi propagatio miserrimi tẽporis.

Puncto temporis.Lucretius lib.1.119, Temporis vt puncto nihil extet relliquiarum. Idem lib.2.53,

Nónne vides etiam patefactis temporis puncto
Carceribus,&c.vbi quidã legũt tempore puncto. Idẽ lib.2.91,
-quæ puncto temporis cernis Diffugere.

Succisiua temporum. Quintil.lib.1.cap.11.10, Quibus potius studiis hæc temporum velut succisiua donabimus?

¶Accommoda fraudi tempora.Stat.6.Thebaid.113.

¶Actum tempus,Præteritum.Horat.de Arte,35.

Alienum tempus,Absurdum,aduersum.Cic.Appio,li.3.10.17. De qua alienũ tempus est mihi tecũ expostulãdi:purgandi autẽ mei necessariũ. Idẽ ad Atticũ,lib.16.333.4,Tempúsq; discessus absurdũ. Idem 4.Ver.66,Hîc,qui Romam venisset,saluóq; fœliciter anni iam aduerso tẽpore nauigasset, omniáque habuisset æquiora,& placabiliora,quàm animum Prætoris atque hospitis,rem ad amicos suos detulit.Vide **Alienus**.

Amicum fraudibus tempus.Stat.3.Syl.1.8.

Angustũ tẽpus.Claud.2.in Rufi.11. Quintil.lib.4.cap.1.51.

Annale tempus,vide **Annus**.

Annua tempora.Ouidius 3.Amor.eleg.9.1, Annua venerunt Cerealis tempora sacri.

Anteactum tempus.Lucret.lib.3.169.

Antelucanum tempus,Vide **Antelucanus**.

Antiqua tempora.Quintil.lib.1.cap.10.10.

Aſperum tempus. Cic.pro Corn. Balbo,17, Summa vtilitate, ac maximo ſæpe præſidio in periculis atque aſperis temporibus carendum erit.

Atrox.Vide **Atrox.**

Cæcum.Vide **Cæcus.**

Aureum.Horat.Epod.16.14.

Certũ anni.Vide **Certus.**

Breue.Vide **Breuis.**

Clymactericũ.Vide **Clymax.**

Commodum vel opportunum tempus.Cic.Attico,lib.9.17.2, Si commodius anni tempus eſſet. Idem Cælio,lib.2.18.5, Quas ſi ſatis opportuno tempore accepiſti, gratiſſimum mihi feceris, ſi ad me in Ciliciam quamprimum veneris.

Congrua tempora.Claud.1.in Ruffinum,64.

Coniunctum tempus,id eſt Inſequens.Quintil.lib.7.cap.3.36.

Dextrum tempus,Opportunum.Horat.1.Serm.ſaty.1.4.

Difficile tẽpus.Cic.Planco,lib.10.5.7,His temporibus difficillimis Reip.quicquid ſubueneris,id erit totũ & propriũ tuũ. Idẽ pro Lege Manilia, 41, Quid tam nouum, quàm adoleſcentulũ priuatum,exercitum difficili Reipublicæ tempore conficere?

Atrox & difficile tẽpus.Cic.6.Verr.97,Itaque apud patres noſtros atroci ac difficili Reipub. tempore, quũ T. Graccho occiſo magnorum,&c.

Dira tempora.Iuuenalis Satyra 4.8.

Diurnum tempus.Quintil.lib.7.cap.3.35.

Dubium tempus.Cic.pro Fonteio,17, Nónne hominẽ ipſum ad dubia Reipub. tempora reſeruãdum putatis,& cæteros ſtudio laudis ac virtutis inflammandos?

Dura tempora.Horat.1.Epiſt.1.10.

Durũ tempus,& crudele.Cic.pro Domo ſua, Sed ſi mihi ante hæc duriſſima tempora Reipub.nihil aliud vnquam obiectum eſt,niſi crudelitas illius temporis,quum à patria perniciem depuli: quidme huic maledicto vtrum nó reſpondere,an demiſſè reſpondere decuit?

Edax rerum tempus.Ouid.15.Metam.47.

Exiguum tempus.Ouid.2.Amor.eleg.2.8.

Exoptabile tempus.Silius lib.11.78.

Extremum tempus.Cic.Planco,lib.10.11.1, Etſi Reipub. cauſa maximè gaudere debeo,tantum ei te præſidii, tantum opis attuliſſe extremis penè temporibus. Idem, His temporibus miſeris,& extremis.Id eſt extrema neceſſitate.

Fauſtum tempus.Lucret.lib.1.161.

Feſtum tempus.Horat.2.Epiſt.1.29.

Formidoloſum tempus.Cic.7.Verr.1,Ita enim cauſa cõſtituitur,prouinciam Siciliam virtute eius & vigilantia ſingulari,dubiis formidoloſiſque temporibus à fugitiuis atque à belli periculis tutam eſſe ſeruatam.

Frigidum tempus.Seneca Thyeſte,2.1.

Generale tempus.Quintil.lib.5.cap.10.30.

Genitale tempus,Dies natalis.Ouid.3.Triſt.eleg.13.4,Libáque dem pro te genitale notantia tempus.

Genitale tempus mundi.Lucret.lib.2.1150.

Gratum tempus.Horat.1.Epiſt.1.40.

Graue tempus.Horat.3.Carm.ode 23.2.

Tempus graue ciuitatis, pro Moleſta tempeſtate. Cic.pro Seſtio,3,Et quoniam in grauiſſimis temporibus ciuitatis, atque in ruinis euerſæ, atq; afflictæ Reipub. P.Seſtii tribunatus eſt à fortuna ipſa collocatus,&c. Idem 3.de Legib.37, de exilio ſuo loquens, Neque nobis cum illa tum peſte certamen fuit, ſed cum grauiſſimo Reipub. tempore: cui ſi non ceſſiſſem, non diuturnum beneficii mei patria fructum tuliſſet.

Heroica tempora.Quintil.lib.1.cap.11.9.

Hybernum tempus.Ouid.11.Metam.150.

Idoneum tempus,Vide **Idoneus.**

¶ Temporibus illis.Cicero de Amicitia,4.

Vt temporibus illis.Cic.de Claris Orat.15,Erat cum literis Latinis,tum etiã Græcis(vt temporibus illis)ſatis eruditus. Ibidẽ, Fuit(vt temporibus illis)iuris valde peritus.

Importunum tempus. Vide **Importunus.**

Inane tempus,Vide **Inanis.**

Ineluctabile tempus.Virgil.2.Æneid.65.

Iners tempus.Stat.2.Thebaid.21.

Inexcuſabile tempus.Ouid.7.Metam.105.

Infinitum tempus. Cic.de Lege Agrar.60, Sequitur omnes agros extra Italiam infinito ex tempore. Lucret.lib.1.197.

Infinitum tempus ætatis,Vide **Infinitus.**

Ingrata tempora.Horat.1.Epiſt.1.5.

Iniquum tempus.Lucret.lib.1.9.

Inoffenſa à valetudine tempora vitæ,Vide **Inoffenſus.**

Iuſtum tempus pugnæ.Virgil.10.Æneid.3.

Læuum tempus,Importunum.Horat.2.Serm.ſaty.4.2, Peccatum fateor,quum te ſic tempore læuo Interpellarim.

Liberum tempus.Cic.Rufo,lib.5.10.11, Liberum mihi tempus ad eos deferendos exiſtimabam dari: poſtea certior ſum factus, triginta diebus deferri neceſſe eſſe quibus rationes retuliſſem. Vide **Liber** adiectiuum.

Longũ tẽpus.Senec.Agam.11.3,O nulla longi tẽporis fœlicitas.

Mala tempora,Bona tempora, Vide **Malus.**

Maturum tempus,Vide **Maturus.**

Maturo tẽpore adepta eſt cõiugiũ.Catul.in Carm. nupt.57.11.

Matutinum tempus.Cic.Mario,lib.7.1.3,Neque tamen dubito,quin tu ex illo cubiculo tuo,&c.per eos dies matutina tẽpora lectiunculis conſumpſeris.Vide MATVTA. Ouid.13.Meta.128.

Maximis temporibus, pro Occaſionibus & neceſſariis præſidiis.Cicero 3.de Legibus,Eſt autem boni auguris,maximis Reipub.temporibus præſto eſſe debere.Budæus.

Miſerum & perditum tempus.Cic.Plãcio,lib.4.14.7,Ego tam miſero tempore nihil noui conſilii cepiſſem. Idem Titio,lib. 5.16.6, Hæc perturbatio temporum perditorum.

Miſerum & luctuoſum tempus, cui Tranquillum opponitur. Lucius Tullio M. F.lib.5.14.3, Non modò miſeris his temporibus & luctuoſis,ſed etiam tranquillis & optatis.

Modicum tempus.Quintil.lib.2.cap.2.12.

Molliſſima tempora fandi.Virgil.4.Æneid.59.

Mutum à literis tempus,Vide **Mutus.**

Nocturnum tempus.Lucret.lib.4.90.

Nubila tempora.Ouid.1.Triſt.eleg.8.2.

Opportunum tempus.Tullius Cælio.lib.2.18.5.

Opportunum curationi tempus.Celſus lib.5.cap.26, Opportuniſſimúmque eſt curationi tempus vernum.

Optimum tempus.Cic.pro Cluentio,77,Optimis hercle temporibus,tum quum homines ſe non iactatione populari,ſed dignitate atque innocentia tuebantur.

Paruum tempus.Lucret.lib.6.163.

Tẽpus præteritũ,inſtãs,cõſequens.Author ad Heren.lib.2.38.

Priora tempora & poſteriora.Cic.Seſtio,lib.5.17.1.

Priſci temporis anni.Ouid.1.Faſt.40.

Proſperum tempus.Tacitus lib.11.

Quodam tempore.Ouid.2.Meta.111, -nam tempore quodã
Pallas Erichthonium prolem ſine matre creatam
Clauſerat Actæo texta de vimine ciſta.

Sacrum tempus.Horat.in Carm.ſecul.1.

Secretum tempus.Quintil.lib.1.cap.2.9, Quũ præſertim plus ſecreti temporis ſtudia deſyderent.

Secundum tempus,id eſt præſens.Quintil.lib.7.cap.3.36.

Secunda tempora,Fœlicia.Horat.4.Carm.ode 9.7.

Segne tempus.Valer.2.Argon.76.

Solſtitiale tempus.Ouid.6.Faſt.158.

Spatioſum tempus.Ouid.1.Amor.eleg.8.17.

Speciale tempus.Quintil.lib.5.cap.10.30.

Summum tempus.Cic.5.Philipp.197.

Summo tempore.Cic.1.Verr.1, Id non humano conſilio, ſed propè diuinitus datum atque oblatum vobis ſummo Reip. tẽpore videtur.Id eſt,ſumma opportunitate & neceſſitate.

Suo tempore,Tempore quo promiſerat,vel debito & ſtatuto. Cic.in Verrem,Scandilius rem ſe totam relicturum dicit,& ſuo tempore eſſe redditurum.

Supremo tempore.Catull.Argon.59.30,
-& potius germanum amittere creui,
Quàm tibi fallaci ſupremo tempore deeſſe.

Suſpicioſum tempus.Cic.Lentulo,lib.1.7.10,Qui mihi quum ſemper tuæ laudi fauere viſus eſt,etiam ipſo ſuſpicioſiſſimo tẽpore Caniniano.

Tranquillum tempus.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.15.

Tranquillum ac pacatum tempus.Cic.pro Cluentio,75, Tempus hoc tranquillum ac pacatum, illud omnibus inuidiæ tempeſtatibus concitatum.

Triſte ac luctuoſum tẽpus,cui Secundũ tẽpus opponitur.Cic. Figulo,lib.4.13.19,Tuorúmq; triſtiſſimo meo tempore meritorum erga me memoriam cõſeruabo. Idem Marcello lib.15.8. 2,Vel defenſus triſtibus temporibus,vel ornatus ſecundis.

Turbulentum tempus.Cicero Thermo libro 2.17.5,Tempora autem Reipublicæ qualia futura ſint, quis ſcit?mihi quidẽ turbulenta videntur fore.

Vacuum tempus.Cic.ad Q.fratrẽ,Quod mihi tempus Romæ præſertim vt iſte me rogat,manenti vacuum oſtenditur? Idẽ ad Atticum,lib.2.18.1,Nam quum vacui tẽporis nihil haberem, & quum recreandæ vocis cauſa neceſſe eſſet mihi ambulare, hæc dictaui ambulans.

Vacuum tempus,curáque ſolutum.Lucret.lib.2.10.

Verni temporis hora.Horat.de Arte,61.

Veſpertinum tempus.Cic.lib.2.de Nat.deor.75, In quo curſu

multa mirabiliter efficiēs,tum antecedendo, tum retardando, tum veſpertinis temporibus delitescendo, tū matutinis rurſum ſe aperiendo, nihil immutat ſempiternis ſeculorum ætatibus, quin eadem iiſdem temporibus efficiat.

Vno tempore, pro Eodem tempore. Cic.ad Atticum, Multas vno tempore accepi epiſtolas tuas. Idem 1.Lege agraria,18,Aliquando tandem me deſignato lex in publicum proponitur: concurrunt iuſſu meo plures vno tempore librarii, deſcriptam legem ad me afferunt. Sic 1.Verr. 40, Si tantulum offenſum, titubatúmque ſit,vt ea quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt,vno tempore diuerſa perdamus.

¶Abit tempus,Vide Abeo.

Tempus abit iners.Ouid.epiſt.15.67.

Abiit illud tempus,mutata ratio eſt.Cicero pro Murena,6. Id eſt præteriit.

Abiit iam & tranſuectum eſt tempus, quo poſſes videri concepiſſe. Tacit.lib.18.

Abſumere tempus,Vide Abſumo.

Abſumptum tempus malè.Ouid.1.Amor.eleg.6.14.

Accidit tempus,Vide Accido.

Accipere tēpus iuſtū & debitū,dicitur actio.Vide Accipio.

Accommodare tempus,Vide Accommodo.

Accōmodata tēpora,Vide Accōmodatus in Accommodo.

Adduci temporibus,Vide Adduco.

Adhibere tempus,Vide Adhibeo.

Adactum tempus,Vide Adactus in Adigo.

Adeſſe tempus,vel ad tempus,vel in tempore,Vide Adſum.

Amittere tempus,Vide Amitto.

Antecapere tempus,Vide Antecapio.

Arripere tempus.Virgil.11.Æneid.91,

Imò,ait,ô ciues arrepto tempore,Turnus,
Cogite concilium,& pacem laudate ſedentes.Id eſt,inuenite opportunitatē,vt ait Seruius. Cic.Luccio,li.5.11.8,Sed ad properationem meam quiddam intereſt,non te expectare,dum ad locū venias,ac ſtatim cauſam illam totam & tempus arripere.

Aſſentiri tempori, quod & Seruire tempori dicitur.Cicero ad Lentulum, lib.1.9.85. Nam neque pugnandum arbitrarer contra tantas opes,neque delendum,etiam ſi id fieri poſſet,ſummorum ciuium principatum,neque permanendum in vna ſententia conuerſis rebus,ac bonorum voluntatibus immutatis:ſed tēporibus aſſentiendum.

Aſſignatum tempus,Vide Aſſignatus in Aſſigno.

Aucupari tempus,Vide Aucupor.

Cadit tempus in.Cic.Caſſio,lib.15.14.9, Conſydera ne in alieniſſimum tempus cadat aduentus tuus.

Capere tempus,Vide Capio.

Scitè & commodè capere tempus adeundi ad aliquem.Cicero Bruto,lib.11.16.3.

Capto tempore agere aliquid.Virgil.11.Æneid.157.

Captare tempus,Vide Capto in Capio.

Cedere tempori,Vide Cedo.

Primum tempori cedere,Id eſt neceſſitati parēre,ſemper ſapientis eſt habitum.Cic.Marcello,lib.4.9.5.

Debita tempora complere.Virgil.9.Æneid.21.

Maturus compleuit tempora venter.Ouid.11.Metam.63.

Puerile tempus conceſſit iuuentæ.Ouid.6.Metam.145.

Conferre tempus ad,& in rem aliquam,Vide Confero.

Conſecutum tempus,Vide Conſecutus in Conſequor.

Conſeruare & notare tempora.Cic.in Orat.65.

Conſtituere tempus,Vide Conſtituo.

Conſulere tempori,Vide Conſulo.

Conſumere omne tempus in literis.Cic.Luccio,lib.15.8.

Conterere tempus,Vide Contero.

Contrahere tempus,Vide Contraho.

Conuenit locus & tempus,Vide Conuenio.

Decedentia tempora.Horat.1.Epiſt.6.1.

Dependere tempora amori.Lucan.lib.10.16.

Dicere tempora.Tacitus lib.1,Temporibúſque Auguſti dicendis non defuēre decora ingenia, donec gliſcente adulatione deterrerentur.

Aliquid temporis cauſa dicere vel facere.Cic.pro Flacco,28.

Differre tempora.Ouid.9.Metam.154.

Vereor ne in breue tempus dilata ſit abs te pernicies. Brutus Ciceroni,16.6.

Digerere tempora.Ouid.1.Faſt.6.

Diuidere tempus.Quintil.lib.5.cap.10.31,Sed tempus ſubtilius quidam,quàm neceſſe erat,diuiſerunt.

Diuidere curārum remiſſionúmque tempora.Tacitus in vita Agricolæ, Iam verò tempora curarum remiſſionúmque diuiſa.

Diuidere temporibus negotium aliquod.Terent.And.3.1.18, -non ſat commodè
Diuiſa ſunt temporibus tibi Daue hæc.

Dare tempus alicui rei.Quintil.Tryphoni.2,Quod tempus nō tam ſtylo,quàm inquiſitioni inſtituti operis propè infiniti,& legendis authoribus,qui ſunt innumerabiles,datum eſt.

Diligentia quanta ſit,niſi tempus & ſpatium datum ſit,intelligi non poteſt.Cic.pro Quintio,2.

Dare tempora ſtudiis. Ouid.2.de Ponto,eleg.9.10.

Edere tempus.Quintil.lib.4.cap.2.69,Eadem contrà filius detulit de nouerca,edito tantùm alio tempore ac loco.

Egere tempore,pro eo quod vulgus dicit,*Malum habere ad faciendum*.Cic.ad Q. fratrem,lib.3.21.5, Quod me de verſibus faciendis rogas,incredibile eſt mi frater quàm egeam tempore.

Tempus eſt.Terent.Eunucho,1.1.11,Proin tu,dum eſt tempus, etiam atque etiam cogita. Idem Phorm.5.9.37,Quibus eſt cōmodum ire,iam tempus eſt. Sic Heauton.1.2. 13, Atque etiam nunc tempus eſt. Et Eunucho,3.1.4,
-huc prouiſo, vt vbi tempus fiet Deducam.

Tempus eſt facere.Plautus Aſina.16.62, Tempus eſt ſubducere hinc me.

Tempus eſt vt,pro Commodum eſt.Plautus Milite,5.71,Videtur tempus eſſe vt eamus ad forum.

Tempus eſt ad.Terent.Eunu.4.1.7, -quia illa quæ cupiebat
De ſorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat. Idem Phorm.1.4.8, -tum,temporis punctum mihi
Ad hanc rem eſt,herus adeſt.

Nunc ita tempus eſt mihi, vt cupiam filiam: olim nihil minus.Terent.Heaut.4.1.59.

Tempus eſt,pro Neceſſe eſt.Cic.2.de Orat.97, Nam ſi ego omnem vim oratoris in argumentis & in re ipſa per ſe comprobanda poſuiſſem, tempus eſſet iam de ordine argumentorum, & de collocatione aliquid dicere.

Non eſt tempus. Terent. Hecyra,4.4.77,
Reduc vxorem: aut quamobrem non opus ſit cedo.
PAM. Non eſt nunc tempus.

Tempus eſt tibi.Terent.Eunucho,3.1.31, Vbi tempus tibi erit, ſat habet ſi tum recipitur.

Erit vel fuit tempus.Cic.pro Milone,32,Erit,erit illud profectò tēpus,& illuceſcet aliquādo ille dies, quū tu ſalutaribus,vt ſpero, rebus tuis,ſed fortaſſe motu aliquo cōmunium temporum immutatis,&c.Hoc eſt,futurum eſt aliquando,&c. Idem pro Murena,66,Quod enim tempus fuit aut noſtra,aut patrū noſtrorū memoria,quo hæc ambitio nō fuerit Idē 1.de Orat.1,At fuit tempus illud,quum mihi quoque initium requieſcendi, atque animum ad vtriuſque noſtrum præclara ſtudia referendi fore, iuſtum,& propè ab omnibus conceſſum eſſe arbitrarer.

Euoluere tempora & faſtos.Horat.1.Serm.ſaty.3.13.

Exigere tempus.Virgil.4.Æneid.96,
Ergo vbi concepit furias euicta dolore,
Decreuitque mori:tempus ſecum ipſa modúmque Exigit.

Extitit tempus.Cic.Licinio lib.5.8.4,Sed extitit tempus optatum mihi magis,quàm ſperatum,vt florentiſſimis tuis rebꝰ mea perſpici poſſet & memoria noſtræ voluntatis, & amicitiæ fides.

Tarda fluunt tempora.Horat.1.epiſt.1.5.

Irreparabile tempus fugit.Virg.3.Georg.57.

Impēndere tempus alicui.Quintil.lib.1.cap.1.3.

Impendere tempus ſtudiis,Vide Impendo.

Impertire tempus alicui rei,Vide Impertio,

Implere tempus,Vide Impleo.

Incidere in tēpus.Cic.Curioni lib.1.6.3,Quòd in id Reip.tempus non incideris,ſed veneris. Idem Luccio,lib.5.15.5,Sed caſu neſcio quo in ea tempora noſtra ætas incidit,vt quum maximè florere nos oporteret,tum viuere etiam puderet.

Incidant ſæpe tempora cum &c.Vide Incido.

Difficilia factu longi temporis indigent.Cic.1.de Inuent.99.

Intermittere tempus,Vide Intermitto.

Labuntur tempora aſſiduo motu.Ouid.15.Metam.36.

Non largitur tempus,Vide Largior.

Legere & deligere tempora cibo.Celſus lib.3.cap.6,Illud vidēdum eſt,vt qualia tempora cibo leguntur, talia potioni quoq;, vbi ſine illo datur,deligantur.

Leniet odium tempus.Ouid.in Ibin,9.

Obſeruare tempus,Vide Obſeruo.

Oblatum tempus.Lucan.lib.7.48,Oblatúmque videt votis ſibi mille petitum Tempus.

Parēre tempori.Cic.Attico,lib.7.136.3,Sed ſtomachari deſinamus,tempori pareamus.

Neceſſe eſt enim in tanta concurſatione perturbationum,rerum tēporibus potius parēre,quàm moribus.Cic.11.Philip.310.

Partiri tēpora in plures.Quintil.lib.1.cap.2.3,Liberalius tēpo

ra ſua impẽſurus vni videtur,quàm ſi eadẽ in plures partiatur.

Peractum tempus.Ouid.2.de Arte,133.

Perdere tempora. Quintil.lib.1.cap.1.1. Ouid.11.Metam.58.

Orbis perfectus temporis.Virgil.6.Æneid.149,

Donec longa dies perfecto temporis orbe
Concretam exemit labem.

Ponere tempus alicui.Virgil.1.Æneid.57,

His ego nec metas rerum,nec tempora pono:
Imperium ſine fine dedi.

Præſumere tempus in re aliqua.Quintilianus lib.1.cap.1.14, Et quantum in infantia præſumptum eſt temporis, adoleſcentiæ acquiritur.

Promiſſum tẽpus.Ouid.epiſt.2.1,Vltra promiſſũ tẽpus abeſſe.

Prorogare tempus.Cicero Curioni,lib.2.6.9,Ne patiare quicquam mihi ad hanc prouincialem moleſtiam temporis prorogari. Idem Cælio lib.2.7.7,Tibi quum omnia mea commendatiſſima eſſe cupio, tũ nihil magis,quàm ne tẽpus nobis prouinciæ prorogetur. Idem Appio,lib.3.10.11, Illud pugna & enitere,nequid nobis temporis prorogetur.

Neceſſe eſt ſeruire tempori,& non amittere tempus quum ſit datum.Cic.Attico,lib.8.14.7.10.

Suppeditabit tempus.Quintil.lib.1.cap.12.10.

Tollerare patienter tempora.Quintil.lib.6.cap.3.77, Reddens rationem cur illa C.Cæſaris tempora tam patienter toleraret.

Traducere tempus.Cicero Sulpitio,lib.4.6.13,Ego autem quũ multis de cauſis te exopto quamprimum videre, tum etiam vt antè commentemur inter nos qua ratione nobis traducendum ſit hoc tempus.

Tranſmittere tempus.Cic.pro Lege Manilia,Nam quum antea per ætatem nondum huius authoritatem loci contingere auderem,ſtatuerémque nihil huc,niſi perfectum ingenio,elaboratum induſtria,afferri oportere,omne meum tempus amicorum temporibus tranſmittendum putaui.Id eſt, Omne meum tempus amicorum periculis propulſandis tranſmiſi.

Longo pòſt tempore venit.Virgil.eclog.1.6.

Tempus ſiue occaſio venit libere loquendi.Plautus Trinum. 1.155,Poſtquam ille hinc abiit,pòſt loquendi liberè videtur tẽpus veniſſe, atque occaſio.

Vertuntur tempora annorum.Lucret.lib.5.289.

¶Tempus, Pars capitis,quæ eſt ad latera. Habet enim caput duo tempora:vnum à dextra,alterum à ſiniſtra,Virg.5.Æneid. 83, Temporibus geminis canebat ſparſa ſenectus. Nam primò tempora caneſcũt,canantúrque magna diuturnitate temporis: vnde quidam tempora in capite ob id dicta putant, quòd ab iis indicia petamus ſenectutis. Columel.lib.7,Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt,ſupercilia nonnunquam caneſcere,& dentes prominere. Plaut.Menæch.17.69,

-vt viridis exoritur color
Ex temporibus atque fronte. Virgil.5.Æneid.171,
Ecce deus ramum lethæo rore madentem,
Vique ſoporatum Stygia,ſuper vtraque quaſſat
Tempora: cunctantique natantia lumina ſoluit. Idem 5.Æne. 15,Ore fauete omnes,& cingite tẽpora ramis. Vbi Seruius,Cingite ramis tempora,Ex more Romano: nam feſtis ludis omnis ætas coronata ſpectabat.

Ardua tempora.Stat.6.Thebaid.184.

Caua tempora.Virgil.10.Æneid.179.

Flauentia tempora.Ouid.1.Amor.eleg.1.7.

Trunca tẽpora,Quibus detracta ſunt cornua.Ouid.epiſt.9.28,
Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis,

Truncáque limoſa tempora merſit aqua.

Turgentia tempora.Statius 5.Thebaid.54.

¶Aduelat tempora viridi lauro.Virgil.5.Æneid.50.

Cinge tempora floribus.Catul.in Epithal.Iuliæ,56.2.

Cingere tempora myrto.Virgil.1.Georg.6.

Euincti tempora puniceis tæniis.Virgil.5.Æneid.54.

Prædura tempora fregit nodoſo robore.Ouid.12.Metam.70.

Percutere tempus.Author ad Heren.lib.4.141,Dubitãti Graccho quid eſſet,neq; tamen locum in quo conſtiterat relinquenti,percutit tempus.

Populata tempora raptis auribus.Virgil.6.Æneid.99.

Præcingens roſeo tempora vinculo.Seneca Medea,1.3.

Proiecta tempora fuluo capillo.Ouid.11.Metam.55.

Redimitus tempora lauro.Virgil.3.Æneid.17.

Religata tempora fœno.Ouid.14.Metam.119.

Sparſus tempora canis.Ouid.8.Metam.114.

Tegere tempora vitta.Virgil.4.Æneid.118.

Velare tempora myrto.Virgil.5.Æneid.15.

Vincti tempora verbena.Virgil.12.Æneid.14.

Vmbrata tempora quercu.Virgil.6.Æneid.155.

¶Tempus,ſingulariter pro Capite.Catul.in Epithal.Iuliæ,56. 33,Vſque dum tremulum mouens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit.

Tẽpori,Aduerbium,Tempeſtiuè,ad tempus,pro tempore.Plautus Amphit.15.50, -tu vapula.

1.Qua de re num ſatis tempori non ocyus quiui,&c. Idem Capt.4.80,Sed ſi venturus,tempori. Idem Menæch.9.84,Sequimini:vt quod imperatum eſt,veniam aduerſum tempori. Cato cap.2.1,Poſtridie eius diei villicũ vocet,roget quid operis ſiet factum,ſatiſne tempori opera ſient confecta.

Tẽpore pro tempori. Plaut.Menæch.11.30, Ædepol here næ tibi ſuppetias tempore aduenì modo. Idem Aſin.11.143,Vt tẽpore,opportunéque attuliſtis. Cic.4. Verr. 89, Satis putabat ſe ad comitia tempore venturum,ſi pridie veniſſet.

Aduenire tempore,In tempore,per tempus,Vide Aduenio.

Temporius,Aduerbium deductum à Tempori aduerbio,quod ſignificat celerius,quaſi ante tempus.Colu.lib.8.cap.4.1, Eſca bis diuidenda,vt mane nõ protinus à cubili laxius euagentur,& ante crepuſculũ,propter cibi ſpem temporius ad officinã redeant.

Temporius & Serius,contraria.Colum.lib.2. cap.18.2, Omnes lapides,& ſiqua obiacent falcibus obnoxia,colligi debent,ac lõgius expectari,ſummittíq; pro natura locorum, aut temporius, aut ſerius. Ouid.4.Metam.40, -modò ſurgis Eoo
Temporius cælo,modò ſerius incidis vndis.

Temporarius,Adiectiuum, Quod non eſt perpetuum,ſed ad tempus durans.Plinius epiſt.167.1, Vtraque enim ex illis vitam relinquit,hæc adimit: quum interim & qui morte puniebant, & qui relegabant,vnà ſedebant,& temporaria ſimulatione cõcordiæ,diſcordiam differebant. Idem in Panegyr.148, Non ergo temporarium & ſubitum eſt,quòd vterq; collegæ Conſulatu tãquam iterũ ſuo gaudet. Plin.maior lib.16.cap.33.4,Nec terræ tantũ natura circa has refert,aut perpetua cæli,verùm & quædam temporaria vis.

Temporarium etiam dicitur quod ad tempus pertinet.

Temporaneus,Aliud adiectiuum, Quod ad tempus pertinet, ſiue quod ſubitò & in tempore ſit.

Temporãlis,& hoc temporãle,pen.pro.Ad tẽpus durans.Quintil. lib.6.cap.1.9,Adiiciunt quida peritorum ἐπὶ temporale eſſe.

Temporale,Quod ad tempus ſit.

Tempeſtas,tempeſtãtis,Tempus ipſum aliquãdo ſignificat. Plautus Moſtell.1.17,

Cis hercle paucas tempeſtates Tranio
Augebis ruri numerum. Idem Caſin.2.17, Ea tempeſtate flos poetarum fuit. Salluſtius in Iugurtha,Ea tempeſtate in exercitu noſtro fuere complures noui & ignobiles.

¶Tempeſtas,Tranquillum & ſerenũ tempus. Virg.9.Æn.4, -vnde hæc tã clara repentè Tempeſtas? Cæſar 4.bel.Gall. 548,Nactus idoneam ad nauigandum tempeſtatem, tertia feré vigilia ſoluit. Cic.ad Terentiam,lib.14.4.11, Quas ego expectaſſem Brunduſii,ſi eſſet licitum per nautas,qui tempeſtatẽ prætermittere noluerunt.

Bona tempeſtas.Cic.ad Q.fratrem,lib.2.6.5,Tu ſi ita expedit, velim quamprimũ bona & certa tẽpeſtate conſcendas, ad méque venias. Eidem lib.1.8.6,Primã nauigationem(dummodo idonea tempeſtas ſit) ne omiſeris. Varro 3.de Re ruſt.cap.16. 29,Prono ad meridiem quammaximè tempeſtate bona,&c.

Egregia tempeſtas.Cic.Attico,lib.9.185.1.

Idonea tempeſtas,Vide Idoneus.

Liquidiſſima tempeſtas cæli.Lucret.lib.4.34.

Mala tempeſtas.Cato de Re ruſtica,Dicit villicus ſedulò ſe feciſſe,ſeruos non valuiſſe,tempeſtates malas fuiſſe.

Salubris tempeſtas.Claud.de Phœnice,3.10.

Secunda tempeſtas.Tacit.in vita Agricolæ, Et ſimul claſſis ſecunda tempeſtate ac fama Trutelenſem portum tenuit.

Serena tẽpeſtas.Tranquillus in Tito Veſpaſiano, Sabinos petit aliquanto triſtior,quod ſacrificanti hoſtia aufugerat,quódq; tempeſtate ſerena tonuerat. Cic.1.de Diuinat.113.

Arridet tempeſtas.Lucret.lib.1.7.

Captare tempeſtates,Vide Capto in Capio.

Ridet tempeſtas.Lucret.lib.5.280.

¶Tempeſtas,Procella,nubilum & procelloſum tẽpus. Plaut. Moſtell.5.18, -tempeſtas venit,
Confringit tegulas,imbricéſque. Plinius,Huc diem feſtũ tempeſtatibuſque leniendis ferunt inſtitutum. Idẽ lib.18. cap.28, Ante omnia autem duo genera cæleſtis iniuriæ meminiſſe debemus: Vnum quod tempeſtates vocamus,in quibus grãdines, procellæ,cæteráque ſimilia intelligũtur. quæ quum acciderint, vis maior appellatur. Cæſar 3.bel.Gal.401,Accedebat vt quum ſæuire ventus cœpiſſet,& ſe vẽto dediſſent,& tempeſtatem ſea-

rent facilius. Ibidem,lib.4.587,Secutæ ſunt continuos complures dies tempeſtates,quæ & noſtros in caſtris continerent.

Imbres,nimbi,procellæ,turbines,reliquæque tempeſtates.Cicero 3.de Natura deorum,70.

Procella,tẽpeſtas,naufragiũ.ruina,incendium.Cic.2.Offic.26.

Illa tempeſtate & tempore.Catul.Argonaut.59.15,

Illa tempeſtate ferox,& tempore Theſeus
Egreſſus curuis è littoribus Pyreæi,&c.

Rex tempeſtatum, Æolus.Virgil.10.Æneid.8.

Potentes tempeſtatum dii.Virgil.3.Æneid.106.

Aduerſa tempeſtas,Vide **Aduerſus.**

Atra tempeſtas.Virgil.1.Æneid.103.

Atrox tempeſtas.Claudianus de bello Getico,25.

Fera tempeſtas.Ouid.1.Faſt.99.

Immoderata tempeſtas,Vide **Immoderatus.**

Miſeranda tempeſtas,Vide Miſerandus in **Miſer.**

Naufraga tempeſtas.Valerius 1.Argonaut.118.

Notabilis tempeſtas.Tacit. lib.17, Notabili tempeſtate etiam deos infauſtam adoptionem aduerſantes.

Perfrigida tempeſtas.Cic.6.Verr.77.

Poetica tempeſtas.Iuuenalis Saty.11.3, -omnia fiunt
Talia,tam grauiter, ſiquando poetica ſurgit Tempeſtas.Id eſt omnia nobis ita cõtigerunt, quẽadmodũ à poetis referri ſolet,ſiquãdo tẽpeſtatẽ deſcribũt,ſummáq; cõtẽtione omnia exaggerãt.

Sæuæ tempeſtates. Tacit.in Vita Agricolæ, Quanquam conflictatum ſæuis tempeſtatibus exercitum,laceſſere non auſi.

Sonoræ tempeſtates.Virgil.1.Æneid.12.

Turbida tempeſtas.Virgil.11.Æneid.57.

Turbulenta tempeſtas.Cic.7.Verr.21.

Violenta tempeſtas.Seneca Hercule furente,11.8.

¶ Pelagi tempeſtatibus actus.Virgil.3.Æneid.141.

Auertere tempeſtates.Plinius lib.37.cap.10.4.

Tempeſtates ſæpe certo aliquo cæli ſigno commouentur.Cicero pro Murena,35.

Tum ſubitò magnis tempeſtatibus commotus fluuius Eurotas.Cic.1.de Inuent.193.

Commutata tempeſtas.Cic.1.de Inuent.236.

Conflata ventis tempeſtas.Statius 9.Thebaid.105.

Continet me tempeſtas,Vide **Continco**

Horrida tempeſtas cælum contraxit.Horat.Epod.13.1.

Coorta tempeſtas,Vide Coortus in **Coortor.**

Coortæ tempeſtates cælo terráque.Lucret.lib.6.191.

Demiſſa tempeſtas ab Euro.Horat.3.Carm.ode 17.1.

Sæuior it trucibus tempeſtas acta procellis.Silius lib.3.46.

Fulgit tempeſtas tremulo impete.Lucret.lib.6.35.

Fœdam tempeſtatem glomerant nubes.Virgil.1.Georg.65.

Horreſcit nimbis turbida tempeſtas.Silius lib.1.27.

Incubuit ſyluis tempeſtas.Virgil.2.Georg.62.

Lenire tempeſtates, Vide Lenio in **Lenio.**

Reſedit tempeſtas.Statius 9.Thebaid.105.

Sedare tempeſtates.Plinius lib.37.cap.10.16.

Serenare tempeſtates.Virgil.1.Æneid.51.

¶ Repentina tempeſtas popularis.Cic.pro Cluentio,113.

Procella,turbo & tempeſtas pacis.Cic.pro Domo ſua,105.

Seditionum ac diſcordiarum tempeſtas.Cic.pro Seſtio,37.

Cruenta tempeſtas.Claudianus 6.Paneg.16.

Ferrea tempeſtas,Milites.Silius lib.15.114.

Inuidiæ tempeſtas.Cic.in Catil.16,Tametſi video,ſi mea voce ire in exilium animum induxeris,quãta tempeſtas inuidiæ nobis,ſi minus in præſens tempus recenti memoria ſcelerum tuorum,at in poſteritatem impendeat.

Maximæ & turbulentiſſimæ moleſtiarum tempeſtates. Cic. 1. de Oratore,2,Nam qui locus quietis & trãquillitatis pleniſſimus fore videbatur, in eo maximæ moleſtiarum & turbulentiſſimæ tempeſtates extiterunt.

Huius magnitudini animi,grauitati,ſapientiæ tẽpeſtas eſt ob lata formidoloſiſſimi temporis.Cic.7.Philip.111.

Tempeſtates alicuius ſubire,Id eſt pericula. Cic.ad Catonem, li.15.4.35,Mitto quòd inuidiã,quòd pericula, quòd omnes meas tempeſtates & ſubieris,& multo etiam magis,ſi per me licuiſſet, ſubire paratiſſimus fueris.

Defendere aliquem in tempeſtate.Cic.pro Domo ſua,83.

Tempeſtuoſus,pen.prod.Adiectiuum,Procelloſum. Gellius,Mare ſæuum ac tempeſtuoſum erat.

Tempeſtiuus,pen. prod.Aliud adiectiuũ, Opportunũ, & quod ſuo tempore fit.Virgil.1.Georg.51,Aut tempeſtiuã ſyluis euertere pinum. Cic.de Senect.42,Ego verò propter ſermonis delectationem tempeſtiuis quoq; cõuiuiis delector. Ibidem,5,Sed tamen neceſſe fuit aliquod eſſe extremũ, & tanquã in arborum baccis terráque frugibus maturitate tempeſtiua quaſi vietum & caducum,quod ferendum eſt molliter ſapienti.

Multa mihiipſi ad mortem tempeſtiua fuerunt, quæ vtinam potuiſſem obire.Cic.1.Tuſcul.176.

Conuiuium tempeſtiuum.Cic.pro Archia,9. Et 5.Verr.50.

Capere fructus tempeſtiuos.Cic.2.Offic.19.

Hora tempeſtiua narratibus.Ouid.5.Metam.100.

Ludum tempeſtiuum pueris concedere.Horat.1.epiſt.2.19.

Mare tẽpeſtiuũ ad nauigãdũ.Cic.pro Lege Manilia,14,Sardiniã cũ claſſe venit,nondum tempeſtiuo ad nauigandum mari.

Pinum tempeſtiuam euertere.Virg.1.Georg.51.

Viro tempeſtiua virgo.Horat.1.Carm.ode 23.3,

Tandem deſine matrem Tempeſtiua ſequi viro.

Tempeſtiue,pen.prod.Aduerbium,Opportunè.Plaut.Trucu.3.19, Qui noſtræ ætati tempeſtiuè temperant. Cic.2.de Nat. deorũ, 133,Neque enim ſerendi, neque colendi, nec tempeſtiuè demetendi,percipiendique fructus,neque condendi ac reponendi vlla pecudum ſcientia eſt. Plinius lib.16.cap.36.11,Cædi ſolebant tempeſtiuè vſque ad Antiginem tibicinem.

Sepultus tempeſtiuè.Ouid.4.Triſt.eleg.9.17.

Tempeſtiuitas,pen.cor.tempeſtiuitãtis,Opportunitas. Colum.lib. 3.cap. 4.1, Quamobrem biennii ſpatium longum eſſe minimè exiſtimãdum eſt, intra quod vtique tempeſtiuitas ſeminum reſpondet. Plinius lib.10.cap.34.1,Columbæ præparantes tempeſtiuitatem cibo. Idem lib. 16.cap.39. 5, Tantum tempeſtiuitas etiam in rapida celeritate pollet. Cic.de Senect.30,Sua cuique parti ætatis,tempeſtiuitas eſt data.

Temulenter,Temulenta,Temulẽt°, Vide **Temetum.**

Tenaſmus,tenaſmi,m.g.quid ſignificet,declarat Plinius lib.28. cap.14.9, his verbis,Tenaſmoi,id eſt crebra & inanis voluntas egerendi,tollitur poto lacte aſinino. Idem lib.20.ca.6.9,Tenaſmo in pulte medetur.De allio.

Tenax,Tenacitas, Vide **Teneo.**

Tendo,tendis, tetendi, tenſum & tentum, tendere, Extendere. Virg.3.Æneid.54,Tendunt vela Noti.

Arcus tendere.Virgil.7.Æneid.33.

Oculos pariter,telúmque tetendit.Virgil.5.Æneid.102.

Grauitas tendebat vterum.Ouid.9.Metam.58.

¶ Tendere,per tranſlationem inſidiari ſignificat: quòd in hoc laqueos extendere ſolemus.Terent.Phorm.1.1.16,Quia non rete accipitri tenditur,nec miluio.

Caſſes mihi tenduntur.Tibull.lib.1.eleg.6.1.

Dolos tendere alicui.Horat.epod.1.7.

Inſidias tendere. Salluſt.in Catil. Interea Romæ multa ſimul moliri,Conſuli inſidias tendere, parare incendia,&c. Cic.1.de Legibus,69, Animis omnes tenduntur inſidiæ vel ab iis quos modò enumerauí, qui teneros & rudes quum acceperunt, inficiunt. Idem pro Roſcio Comœdo,17,Ex perfidia & malitia,per quam inſidiæ tenduntur alicui, dii immortales hominibus iraſci & ſuccenſere conſuerunt.

Plagas tendere.Cic.3.Off.89,Súmte igitur inſidiæ,tẽdere plagas,etiã ſi excitatur° nó ſis,nec agitaturus. Ouid.1.de Arte,54.

Retia tendere ceruis.Ouid.1.de Arte,9.

Vincula tendere capto.Virg.4.Georg.80.

¶ Tendere,Conari .Virg.1.Æn.44,Ille ſimul manibus tendit diuellere nodos.

Tendere ad altiora,Aſpirare.Liu.4.ab Vrbe,59.Ipſe,vt eſt animus humanus inſatiabilis eo quod fortuna ſpodet : paulatim ad altiora,& non conceſſa tendere.

Paulatim ad maiora tendere incipiet. Quintil.lib.2.cap.4.15.

Ad eloquium tendere,Studere eloquẽtiæ. Ouid.4.Triſt.eleg. 9.4,Frater ad eloquium viridi tendebat ab æuo.

Ad ſummam tendere.Quintil.in Prooem.lib.1.15.

Tendere ad Cõſulatum.Liu.2.bel.Maced.23,Iam Ædilitatem, Præturámque faſtidiri:nec per honorum gradus documentum ſui dantes,nobiles homines tendere ad Conſulatum,ſed trãſcendo media,ſumma imis continuare.

Tendere aduerſus.Liu.4.bel.Maced.135,Quum aduerſus tendendo nihil moueret ſocios:ſimulando ſe trãſiſſe in eorũ ſententiam,omnes in aſſenſum conſilii ſui traduxit.

Tẽdere aduerſ° authoritatẽ Senat°,nefas eſt.Liu.5.ab Vrb.43.

Vltra tendere. Liu.lib.10.Decad.4, Poſtquam in conſpectum adductus ſit Xichus,non vltra tetendiſſe.

Contra tendere.Tacit.lib.3.Contra Vitellius ac Vocannius cæterique Germanicum comitati tendebant. Idem lib.4,Et contra tendentis os verberauerat.

Tendunt in diuerſum ſentẽtiæ.Liu.6.bel.Maced.41,Ibi in diuerſum ſententiæ tendebant:aliis vim adhibendam,& nó differendum cenſentibus,&c.

Tendere pertinaciter.Liu.7.bel.Maced.117,Quod ad me attinet,in aliis rebus ceſſiſſe intra finẽ iuris mei cuilibet videri malim,quàm nimis pertinaciter in obtinendo eò tetendiſſe.

Vaſto certamine tendunt.Virgil.11.Æneid.111,Dixerat præce-

denti verſu, Summa nituntur opum vi.

Odiis tendere. Tacit. lib. 20, Hinc multi boníque, inde pauci & validi pertinacibus odiis tenderent. Virgil. 11. Æneid. 188, Vlterius ne tende odiis.

Tendere ſumma ope vt: hoc eſt Conari, & dare operam. Liu. 8. bel. Maced. 194, Cn. Manlium ſumma ope tetendiſſe vt eá pacem turbaret, & Antiochum, ſi ſui poteſtatem feciſſet, inſidiis exciperet. Idem 4. ab Vrbe, 110, Sed ea contentio ex certamine alio pendebat: quòd cura inceſſerat Patres, ne metu quæſtionũ plebs iráque, Tribunos militum ex plebe crearet: tendebántque ſumma ope vt Conſules crearentur.

¶ Tendere, Pergere: inde dictũ quòd nos ambulando iter videamur extendere. Cic. ad Atticũ, lib. 16. 333. 16, Itaque dubito an Venuſiã tendã, & ibi expectẽ. Liu. 4. bel. Pun. 91, Salapiã tẽdit.

Tendere ad. Liuius 5. bel. Pun. 158, Poſtquam tẽdere ad ſe Romanas naues vidit.

Curſu tendit ad limina. Virgil. 2. Æneid. 64.

Ad mortem tendere. Lucanus lib. 4. 55.

Tendere ad reliqua, Proſequi. Cic. 2. de Diuinat. 6, Ad reliqua acri tẽdebamus animo, ſic parati, vt niſi quæ cauſa grauior obſtitiſſet, nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non Latinis literis illuſtratus pateret.

Tendit in. Liu. 6. ab Vrbe, 10, Itaque non aperuit ſolùm incendio viam, ſed flammis in caſtra tendentibus. Virgil. 1. Æne. 41, -per tot diſcrimina rerum Tendimus in Latium.

In campum tendit. Virgil. 5. Æneid. 58.

In verticem tendere. Quintil. lib. 2. cap. 11. 6, Vidi multos, quorum ſupercilia ad ſingulos vocis conatus alleuarentur, aliorum conſtricta, aliorum etiam diſſidentia, quum altero in verticem tenderent, altero penè oculus ipſe premeretur.

¶ Tendit ad ſtomachum, vel in ventrem: hoc eſt Protenditur aut vergit, ſiue extenditur. Plin. lib. 11. cap. 37. 48, Tendit gula ad ſtomachum, is in ventrem.

Animum autem vt in eius medio collocauit, ita per totum tetendit. Cicero de Vniuerſitate, 16.

Tendere in quencunque caſum. Liuius. 4. ab vrbe, 166, Et Cõſul legionéſq; Romanæ quum quod tegumen modò omnis exercitus fuerat, nuſquam viderent: ne tot fortiſſimos viros intercluſos opprimeret hoſtis, tendunt in quencunque caſum.

Tẽdit palmes ſurſũ: hoc eſt Erigitur, aſcẽdit, ſpectat. Col. li. 5. ca. 6. 14, Quæ pars palmitis præcipitata eſt, fructu induitur: at quæ vinculo adnexa ſurſum tẽdit, ea materias ſequẽte anno præbet.

Tẽdere curſum aliquó. Liu. 3. bel. Pun. 160, Et ad præfectũ claſſis adducti, quum quæreret, qui, & vnde, & quò tẽderent curſum, Xenophanes primò ſatis iam fœlix mendacium ſtruere, &c.

Greſſum tendit ad mœnia. Virgil. 1. Æneid. 83.

Iter tendebat ad naues, Ibat ad naues. Virgil. 1. Æneid. 133.

Tendere iter pennis. Virgil. 6. Æneid. 48.

¶ Tendere, Offerre, quod protendendo manus fieri ſolet. Virgil. 1. Æneid. 135, -paruúmque patri tendebat Iulum.

Porrigere & tendere. Cic. 1. de Orat. 91, Hæc igitur & horũ ſimilia iura ſuæ ciuitatis ignorantẽ, &c. & propè cunctis ciuibus lucẽ ingenii & conſilii ſui porrigentem atque tendentem, &c.

Brachia tendere. Ouid. epiſt. 4. 50.

Lumina tendens ad cælum. Virgil. 2. Æneid. 81.

Manus ſupplices ad cælum tendere. Salluſtius. Et Cæſar 2. bel. Ciuil. 16, Aut ex muro ad cælum manus tenderent. Sic Liuius 5. bel. Pun. 103. Virgil. 3. Æneid. 36.

Palmas ad cælum tendit. Virgil. 10. Æneid. 167.

Tendere manus ſupplices alicui, & ad aliquẽ. Cæſar 2. bel. Gal. 180, Omnes maiores natu ex oppido egreſſi, manus ad Cæſarem tendere, & voce ſignificare cœperunt, ſeſe in eius fidem ac poteſtatem venire. Idem 2. bel. Ciuil. 46, Ad legatos atq; exercitum ſupplices manus tendunt. Sic 7. bel. Gal. 165, Hedui manus tendere, & deditionem ſignificare, & proiectis armis mortẽ deprecari incipiunt. Cic. pro Fonteio, 31, Tendet ad vos virgo Veſtalis manus ſupplices eaſdẽ, quas pro vobis diis immortalibus tendere conſueuit. Idẽ in Catil. 90, Obſeſſa facibus & telis & impiæ coniurationis, vobis ſupplex manus tendit patria communis.

¶ Tendere alicui metum aut ſpem. Cic. pro Fonteio, 11, Velint iſti aut quieſcere, id quod victi ac ſubacti ſolent: aut, quum minantur, intelligere, ſe Populo Rom. non metum belli, ſed ſpem triumphi tendere. Vetus exemplar legit oſtendere.

¶ Tendit res eò, Hoc eſt, res eò ſpectat. Plaut. Pſeud. 4. 81, Tenes hæc quorſum tẽdant. Cic. ad Brutũ, 17. 7, Atqui eò tẽdit, id agit, ad eum exitũ properat vir optimus, vt ſit illi Octauius propitius.

In diuerſum diſciplinæ tendunt. Quintil. lib. 1. ca. 11. 1, Negant enim quidam, quia confundatur animus ac fatigetur tot diſciplinis in diuerſum tendentibus.

¶ Tendere, Tentoria ponere, & habitare. Valer. Max. lib. 2, Ne quis eorum intra caſtra tenderet. Virgil. 2. Æneid. 6, Hîc Dolopum manus, hîc ſæuus tendebat Achilles. Liuius 7. bel. Maced. 3, Et coartatio plurium in anguſto tendentium facilis futura erat. Id accipiendum de tentoriis explicãdis: nam mox ſequitur, Ab ſui quiſque ordinis hominibus in tentoria adducti.

Tenſus, ſiue Tentus, Participium. Horatius 2. Serm. ſaty. 5. 9,
-ſeu pingui tentus omaſo Furius, &c. Id eſt diſtentus.
Arcus tenſus. Stat. 3. Sylu. 1. 11. Neruus tẽtus. Ouid. 6. Meta. 49.
Poplite tenſo ſaxa tenet. Stat. 9. Thebaid. 95.
Hubera tenta. Horat. Epod. 16. 10.

Tentoriũ, Tabernaculũ militũ, quod tẽdũt vt ſe defẽdãt ab iniuria cæli. Lucan. lib. 2. 80, Deſeruere cauo tentoria fixa Lemanno.
Candida tentoria. Ouid. 8. Metam. 9.
Ponere tentoria. Ouid. 3. Faſt. 106.

Tentoriolũ, pe. co. Diminu. Hirtius 5. bel. Afric. 183, Reliqui ex veſtimẽtis tẽtoriolis factis, ex arúdinib⁹ coriis intexnis permanebant.

Tendicula, tendiculæ, pen. corr. Laqueus quem auibus & feris proponimus ad eas decipiendas.
Tendiculæ literarum. Cic. pro Cecinna, 48, Tum aucupia verborum & literarum tendiculas in inuidiam vocant.

Tenebræ, pen. cor. tenebrarũ, tantum pluraliter, Priuatio luminis. dictæ quòd teneant, id eſt impediant oculos, & viſum prohibeant. Cic. 1. de Nat. deor. 139, Nos autem tenebras cogitemus tantas, quãtæ quondam Ætnæorum ignium finitimas regiones obſcurauiſſe dicuntur.
Via cæca tenebris. Seneca Hercule furente, 9. 11.
Cæcæ. Lucret. lib. 2. 150. Fallaces. Valer. 3. Argonaut. 37.
Craſſæ. Vide **Craſſus.** Nigrantes. Stat. 11. Thebaid. 51.
Pruinoſæ tenebræ. Ouidius 5. Metam. 89.
Primis tenebris mouit, pro Cœpta nocte. Liu. 1. bel. Maced. 4.
Turpes tenebræ. Seneca Hercule furente, 10. 7.
¶ Nox lucem abſtulit tenebris. Lucan. lib. 18. 11.
Radii ſolis diſcutiunt tenebras. Lucret. lib. 2. 12.
Fugatis tenebris dies pulcher. Horat. 4. Carm. ode 4. 8.
Incedebant tenebræ. Tacitus lib. 15.
Inducere tenebras terris. Ouid. 1. Metam. 79.
Inhorruit vnda tenebris. Virgil. 3. Æneid. 39.
Inſurgunt tenebræ campis. Virgil. 9. Æneid. 7.
Laxabant aſtra tenebras. Stat. 11. Thebaid. 51.
Natant tenebræ ante oculos. Ouid. 11. Metam. 18.
Omnia nigreſcunt tenebris. Virg. 11. Æneid. 165.
Obortæ tenebræ oculis. Ouid. 2. Metam. 37.
Remotæ tenebræ. Lucan. lib. 8. 9.
Reſoluit tenebras Lucifer. Virg. 8. Æneid. 117.
¶ Tenebræ, per tranſlationem, pro Cuiuſcunque rei obſcuritate: vt Cudere alicui tenebras, apud Plautum.
Offundere tenebras alicui rei. Cic. 4. Acad. 111.
Obducere tenebras. Quintil. lib. 10. cap. 1, Menander omnibus eiuſdem operis authoribus abſtulit nomen, & fulgore quodam ſuæ claritatis tenebras obduxit. Sic apud Ciceronem 4. Acad. 131, Obducere tenebras rebus clariſſimis.
Tenebræ mihi ſunt. Cic. ad Atticum, lib. 7. 130. 1, Quæſo quid hoc eſt? aut quid agitur? mihi enim tenebræ ſunt.
¶ In tenebris ruere. Cic. pro Roſc. Amerino, 55, Qui tanquam ſi offuſa Reipub. ſempiterna nox eſſet, ita ruebant in tenebris, omniáque miſcebant.
Iacẽre in tenebris. Cic. pro Archia, 10. Quæ iacérent in tenebris omnia, niſi literarum lumen accederet. Vide **Iacco.**
Familiam abiectam & obſcuram è tenebris in lucem vocare. Cic. pro Deiotaro, 10.
Celare ſe in tenebris. Virg. 9. Æneid. 88.
Trahere vitam in tenebris. Virg. 2. Æneid. 19, Afflictus vitam in tenebris, luctúque trahebam.
¶ Tenebræ Reipub. Caſſius ad Ciceronẽ, lib. 12. 13. 3, Nũc ergo viuemus liberi: nunc te omnium maxime ciuis, & mi charillime, id quod maximè Reipub. tenebris comperiſti, &c.
Tenebræ & cæcæ nubes Reipub. Cic. pro Domo ſua, 19, Quid tãdem? ſiquæ tum in illis Reipub. tenebris, cæciſque nubibus & procellis, quum Senatum à gubernaculis deiecíſſes, populum è naui exturbaſſes, ipſe archipirata cum grege prædonum impuriſſimo pleniſſimis velis nauigares.
Caligo & tenebræ anni. Cic. poſt Reditũ in Senatu, 4, Ex ſuperioris anni caligine & tenebris lucem in Rep. Calend. Ianuarii deſpicere cœpiſtis.

Tenebroſus, pen. prod. Adiectiuum, Plenum tenebris. Varro 3. de Re ruſt. ca. 9. 14, Eas includunt in locum tepidum & anguſtum & tenebroſum. De gallinis.
Aer tenebroſus. Virg. 5. Æneid. 167.
Palus tenebroſa. Virg. 6. Æneid. 21.
Sedes tenebroſa. Ouid. 5. Metam. 72.

Tempus tenebroſiſſimum. Cic. in Vatinium, 8.

Tenébricus, pen. corr. Adiect. Offuſum tenebris. Cic. 2. Tuſc. 38, Hæc à Tartarea tenebrica abſtractum plaga,
Tricipitem eduxit hydra generatum canem. Ex poeta.

Tenebricôſus, pen. prod. Aliud adiectiuum, Idem, Quod tenebras inducit & facit.

Obſcurus & tenebricoſus. Cic. 4. Acad. 131, Ille verũ eſſe planè negat, eſſe ſenſus quidem non obſcuros dicit, nec tenebricoſos.

Iter tenebricoſum. Catull. de paſſere Leſbiæ, 3. 3.

Tu ex tenebricoſa popina Conſul extractus. Cic. in Piſonẽ, 13.

Libidines tenebricoſæ. Cic. de Prouinc. Conſul. 7, Lateant libidines eius illæ tenebricoſæ: quas fronte & ſupercilio, non pudore & temperantia contegebat.

Tenébrio, tenebrionis, m. g. Tenebriones mendaces & doloſi, qui mendaciis & aſtutiis ſuis nebulam quandam & tenebras obiiciunt. Alii tenebriones interpretantur luciſugos, quaſi in tenebris delitescentes. Varro, Si & accuſator & reus erunt tenebriones, vterque vtrunque vituperato. Ex Nonio.

TENEDOS, pen. corr. Inſula in mari Ægæo, inter Myrilenen & Helleſpontum contra Troiam prope Sigæum, ab oſtiis viginti milibus paſſuum diſtat. Abeſt à Lesbo CVI millia paſſuũ. Hæc prius Leucophrys appellabatur, quam alii Calydnam dixerunt. In hanc ex Troade nauigauit cum nouis colonis Tenes Cyeni filius, conditáque ex ſe vrbe Tenedon vocauit, à qua & inſula denominata eſt. Cicero 3. Verr. 34, Tenedo (præterea pecuniam quam eripuit) Tenem ipſum qui apud Tenedios ſanctiſſimus deus habetur, qui illam vrbem dicitur condidiſſe, cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipſum inquam Tenem pulcherrimè factum, quem quondam in comitio vidiſtis, abſtulit magno cum gemitu ciuitatis. Idem 3. de Nat. deor. 51, Iam verò in Græcia multos habẽt ex hominibus deos, Alabandum Alabandi, Tenedi Tenem: &c. Virg. 2. Æneid. 5,
Eſt in conſpectu Tenedos notiſſima fama
Inſula: dines opum, Priami dum regna manebant:
Nunc tantùm ſinus, & ſtatio malefida carinis.

Tenedius, Adiect. Ci. Q. fratri, lib. 2. 13. 1, Tenediorum igitur libertas, ſecuri Tenedia præciſa eſt, &c.

TENEO / tenes, tenui, tentum, tenêre, Apprehendere, detinere. Virg. 4. Æneid. 76, -neque te teneo, neque dicta refello.

Arma tenenda digitis. Ouid. 2. Faſt. 11.

Dextra tenens baculum. Ouid. 1. Faſt. 10.

In manu poculum tenere. Cic. 1. Tuſc. 113, Et quum penè in manu iam mortuferum illud teneret poculum, loquutus ita eſt.

Iunctione aliqua teneri. Cic. 1. Tuſcul. 111, Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac diremptus earũ partium quæ ante interitum iunctione aliqua tenebantur.

Arctius tenere aliquem. Ouid. epiſt. 15. 46.

In ſinu tenere aliquem. Ouid. epiſt. 3. 23.

¶ Tenere, Habitare, poſſidere. Virg. 4. Georg. 64,
-quæ gurgitis huius
Ima tenes.

Plin. epiſt. 67. b, Tenet ſe trans Tyberim in hortis.

¶ Teneri, pro Poſſideri. Cic. 2. Offic. 110, Propterea quòd tã lõgo ſpatio multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus tenebantur.

¶ Tenere, pro Habere, vel retinere. Cic. Terentiæ, lib. 14. 15. 1, Tulliam adhuc mecum teneo.

¶ Tenere. Remorari. Cic. Attico, lib. 11. 15. 8, Nunc quidẽ niſi quid te tenuit, ſuſpicor te eſſe in ſuburbano. Eidem, lib. 5. 95. 2, Me & incommoda valetudo qua iam emerſeram, vtpote quũ ſine febri laborraſſem, & Pontini expectatio, &c. tenebat duodecimum iam diem Brundiſii.

Morari & tenere. Cic. Tironi, lib. 16. 19. 2, Et ſi ob eam rem moraris, accipio cauſam: ſi te id non tenet, adnola.

Ventus tenuit nos. Cic. Attico, lib. 5. 99. 1, Qui nos ibidem Nonis tenuit. Ventum intelligit.

Aliquẽ tenere. Virg. 1. Æneid. 135, Hunc Phœniſſa tenet Dido.

Ne diutius teneam, Hoc eſt Vt paucis abſoluam. Cic. 3, Verr. 13, Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata eſt. Idem pro Roſc. Amer. 11, Ne diutius vos teneam Iudices, ſocietas coiit. Et Bruto, lib. 11. 16. 7, Non tenebo te pluribus.

Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem iis literis declararem. Cic. Dolabellæ, in epiſtolis ad Atticum, lib. 15. 28. 2.

Vix teneor quin. Plaut. Caſi. 6. 14, Eho, ô tu nihili, cana culex, vix teneor quin quæ te decent.

¶ Tenere hominẽ dicitur res aliqua, Retinere. Plin. in Paneg. 53, Quineriã leuiora hæc formam principis figurámque nõ auru melius vel argẽtum, quàm fauor hominũ expeimat, teneátque.

Teneri & allici. Cic. de Petit. Conſul. 36, Hoc etiam tenentur Romæ homines & alliciuntur.

¶ Tenere, pro Reminiſci. Mart. lib. 1. 143, Et teneo meli ſta, ſ meũ nomẽ. Virg. 9. eclo. 9, -numeros memini, ſi verba teneré.

Teneatur modò illud. Cic. 4. Acad. 41, Itaque & ſenſibus probanda multa ſunt, teneatur modò illud, non ineſſe in his quicqua tale quale nõ etiam falſum nihil ab eo differẽs eſſe poſſit.

¶ Aciem tenere, Vide ACIES.

Agnatione & gente deorum, ſiue cognatione teneri. Cicero 1. de Legib. 55, Id in rerum natura tanto eſt magnificentius, tanto que præclarius, vt homines deorum agnatione & gente teneantur. Idem 1. de Diuin. 113, Vno quòd præuideat animus ipſe per ſeſe, quippe qui deorum cognatione teneatur.

Aliena tenere. Cic. 2. Offic. 111, Adhibuit ſibi in conſiliũ quindecim principes, cum quibus cauſas cognouit, & eorum qui aliena tenebant, & eorum qui ſua amiſerant.

Per ambages tenere aliquem. Virg. 2. Georg. 10,
-non hîc te carmine ficto,
Atque per ambages & longa exorſa tenebo.

Amor tenet me. Terent. Hecy. 3. 3. 44,
Nam de reducẽda, id verò nequaquam honeſtum eſſe arbitror:
Nec faciam: etſi amor me graniter conſuetudóque tenet.

Amore alicuius magno teneri. Virg. 1. Æneid. 136.

Anguſtiis teneri. Cic. 3. Tuſc. 19, Quæ niſi tanta eſſet, & iis anguſtiis quibus plerique putant, teneretur, nunquam eſſet L. Piſonis nomen tantopere laudatum.

Animos ſuſpenſos tenere. Liu. 5. ab Vrbe, 176.

Animos metu tenere, & acerbitate pœnarũ. Liu. 4. bel. Mace. 101, Et nequid inteſtini motus oriretur, metu & acerbitate pœnarum tenebat animos.

Animos tenere dulci nouitate. Ouid. 4. Metam. 57.

Animo tenere. Cic. in Orat. 54, Redeóque ad illam Platonis, de qua dixeram, rei formam & ſpeciem, quam etſi non cernimus, tamen animo tenere poſſumus.

Animo tenere comprehenſa. Cic. 4. Acad. 43, Animo iam hæc tenemus comprehenſa, non ſenſibus.

In armis tenere milites. Liu. 5. ab Vrbe, 40, In armis milites tenuit: ſi opus foret auxilio.

Attentos tenere, vel attentos animos. Cic. 7. Verr. 114, Vt varietate criminum vos attentos tenerem. Sic 1. Offic. 183.

Cauſam tenere. Suet. in Domitiano, ca. 9, Reos qui ante quinquẽnĩ proximũ apud ærariũ pepẽdiſſent, vniuerſos diſcrimine liberauit nec repeti, niſi intra annum, eáque conditione permiſit, vt accuſatori qui cauſam nõ teneret, exilium pœna eſſet. Liuius 9. bel. Maced. 9. Cui, vt cognoſceret, ſtatuerétque, Senatus permiſerat, magno certamine cum Prætore habito, tenuerunt cauſam. Id eſt obtinuerunt.

Cauſam tenere apud Iudices. Cic. pro Cecinna, 49, Et hoc loco Scæuolam dixiſti cauſam apud Centumuiros non tenuiſſe.

Ciuitatẽ oppreſſam ſeruitute tenere. Cic. pro Domo ſua, 101.

Clauum rectum tenere. Quintil. lib. 2. cap. 17. 15.

Complexu ſuo aliquid tenere. Ampleƈi. Cic. in Piſonem, 14, Attamen ſi cõſilium exquiris meum, neque ego ceſſiſſem, & me ipſa ſuo cõplexu patria tenuiſſet, ſi mihi cum illo buſtuario gladiatore, & tecum, & cum Collega tuo decertandum fuiſſet.

Cõcionibus tenere populũ. Ci. 1. Off. 170, Si igitur nõ poterit, ſiue cauſas defenſitare, ſiue populũ cõcionib⁹ tenere, ſiue bella gerere: illa tamẽ præſtare debebit, quæ erũt in ipſius poteſtate.

Conſenſum aliquorum tenere. Plin. in Paneg. ad finem, Vos proximè deſtinationem Cõſulatus mei his acclamationib⁹ approbauiſtis, vt intelligam etiam atque etiam enitendum mihi, vt hunc conſenſum veſtrum complectar & teneam.

Conſilium alicuius tenere. Plaut. Milite, 5. 102, -& præcipe
Vt teneat conſilia noſtra.

Conſuetudinem ſuam tenere, Obſeruare. Cic 2. de Diuin. 113, Tenebimus hanc cõſuetudinem à Socrate traditam, eáque inter nos, ſi tibi Q. frater placebit, quàm ſæpiſſime vtemur. Idẽ 1. Philip. 20, Si conſuetudinem meam, quam ſemper in Repub. habui, tenuero, Id eſt, ſi liberè quæ ſentiam de Rep. dixero.

Cõturbatũ tenuit me hæc res. Cic. ad Atticũ, li. 15. 325. 8, Dii immortales, ſ me cõturbatum tenuit epiſtolæ tuæ prior pagina.

Crimen alicuius tenere argumẽto aliquo. Cic. pro Cluẽtio, 99, Dũ hæc de Oppianico conſtabunt, nec vllo argumento Cluentianæ pecuniæ crimen tenebitur: quid eſt quod, &c.

Cupiditas dimicandi tenet illum cum Annibale. Liuius 7. bel. Pun. 149, Cæterum Conſulem Marcellum tanta cupiditas tenebat dimicandi cum Annibale, vt nunquam ſatis caſtra caſtris collata diceret. Sic Cicero ad Atticum, lib. 7. 111. 7.

Curſum tenere. Cic. 3. de Nat. deo. 119, Iſque quũ ſecũdiſſimo vento curſum teneret, ridens, Videtiſne, inquit, &c. Idem 7. Verr. 71, Tunc inopes relicti à duce præfectóque claſſis, eúdem neceſſariò curſum tenere cœperunt. Sic Cæſar 4. bel. Gall. 163. Vir. 3. Æn. 138, Ni teneant curſus. Id eſt impleãt, inquit Seruius.

Cursum tenere aliquò. Virg. 4. Æneid. 10.

Cursum alicuius tenere. Ouid. epist. 2. 3.

Cursum aliquem tenere, per trãslationem. Plin. in Paneg. 69, Tenes Cæsar hunc cursum, & probatur experimẽto, sitne feracius, & vberius, non ad laudẽ modò, &c. Cic. in Orat. 3, Quòd siquem aut natura sua, aut illa præstantis ingenii vis fortè deficiet, aut minus instructus erit magnarum artium disciplinis, teneat tamen eum cursum quem poterit.

Decorum tenere. Cic. 1. Offic. 179, Status, incessus, sessio, accubatio, vultus, oculi, manuum motus, teneant illud decorum.

Decus tenere. Cic. 1. Off. 197, Modus autem est optimus, decus ipsum tenere.

Delectum rerũ tenere. Ci. 1. de Fin. 51, Itaque earum rerũ hic tenetur à sapiẽte delectus, vt aut recipiẽdis voluptatibus maiores alias cõsequatur, aut perferẽdis doloribꝰ asperiores repellat.

Teneri magno desyderio alicuiꝰ. Pli. epist. 66. 2, Nã inuicẽ nos incredibili quodam desyderio vestri tenemur. Hoc est, vos maximè desyderamus. Ci. de Senect. 19, Moderatio modò virium adsit, & tantum quantum quisque potest nitatur, næ ille quidẽ magno desyderio tenebitur virium.

Dignitatẽ tenere, Quod & retinere dicitur & obseruare. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 11, Fortuna quòd honesto otio tenueris & statum & famam dignitatis tuæ. Idem Cornificio, li. 12. 25. 6, Meo iustissimo honestissimóque consilio te tuam dignitatem summa tua virtute tenuisse, prouinciæque honoribus amplissimis affectum, vehementer gaudeo. Id est, retinuisse & conseruasse.

Disciplinam tenere. Cic. 2. de Legib. 34, Interpretes autem Iouis Opt. maximi publici augures signis & auspiciis postea vidẽto, disciplinam tenento.

Dolorem tenere. Cic. Attico, lib. 11. 251. 8, O hominem cauendum: quanquam mihi quidem, sed tenendus dolor est.

Dominatu alterius teneri. Cic. 1. Offic. 3, Quum autem dominatu vnius omnia tenerentur, neque esset vsquam consilio aut authoritati locus, &c.

Errore aliquo teneri. Ouid. 6. Fast. 51.

Expectatio tenet me. Cic. Attico, libro 3. 49. 5, Me etiam nunc istorum beneficiorum & literarũ expectatio, vt tibi placet, Thessalonicæ tenet.

Expectatio suspensa tenetur. Cic. pro Cluentio, 5, Tamen ne diutius oratione mea suspensa expectatio vestra teneatur, aggrediar ad crimen.

Fama tenet. Liu. 1. ab Vrbe, 16, Tenet fama quum fluitantem alueum, quo expositi erant pueri, tenuit in sicco aqua destituisset, &c. Idem 8. bel. Maced. 51, Famáque ita tenet: Celænis Marsyam cum Apolline tibiarum cãtu certasse. Sic 3. bel. Pun. 49.

Famam & opinionem hominum tenere. Cæsar 3. belli Ciuil. 116, Pompeius autem vt famam & opinionem hominum teneret, sic pro castris exercitum constituebat. Id est, retineret.

Famam tenere sine labe. Ouid. epist. 16. 14.

Fidem tenere. Cic. 11. Philip. 339, Nõ tenuit omnino colloquiũ illud fidẽ: à vi tamen, periculóque abfuit. Tibul. lib. 1. el. 10. 4.

Fides eum non tenet, sed merces. Liu. 10. bel. Pun. 167, Ne homines misti colluuione omnium gentium, quos nõ fides teneret, sed merces, liberum receptum fugæ haberent.

Finem aliquem tenere. Cic. 4. de Fin. 43, Hunc igitur finẽ illi tenuerunt, quódque ego pluribus verbis, illi breuius, secundum naturam viuere.

Finem Britanniæ non fama, nec rumore, sed castris & armis tenemus. Tacit. in vita Agricolæ.

Aliquid firmum tenere. Cic. in Orat. 140.

Flagitiis teneri. Tacit. libro 3, Quod neque conuictum noxæ reo si recẽtia purgaret, neque defensum absolutioni erat, si teneretur maioribus flagitiis.

Fletus tenere. Ouid. 3. de Arte, 87.

Fœderibus alienis teneri. Liu. 4. bel. Pun. 133, Iubentibus ferociter respõsum est, Neque mandasse sese Syracusanis vt pacem pro se cum Romanis facerent, neque teneri alienis fœderibus.

Fugã alicuius tenere. Lucan. li. 3. 141, Illi ratiũ tenuere fugam.

Fugam tenere per medios hostes. Virg. 3. Æneid. 57,

-iuuat euasisse tot vrbes
Argolicas, mediósque fugam tenuisse per hostes.

Gentes tenuit in pace fideli. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 16.

Gratiam alicuius tenere, pro Esse in gratia. Cic. Q. fratri, lib. 2. 168. 15, Quòd Cæsaris, quòd Pompeii, gratiam tenemus, hæc me vt confidam faciunt.

Grauitatem tenere. Cic. Attico, lib. 2. 191. 5, Ego tuis consiliis vsus sum, maximéque quòd grauitatem in cõgressu nostro tenui quam debui.

Gubernacula Reip. tenere. Cic. 2. de Diuin. 4, Atque his libris annumerandi sunt sex de Rep. quos tunc scripsimus quum gubernacula Reip. tenebamus.

Hæreditatẽ tenere. Cic. 2. de Fin. 90, Tenuit permagnam Sextilius hæreditatem. Idem Attico, lib. 13. 295. 4, Veretur autẽ ne non liceat tenere hæreditatem.

Imperium in suos tenere. Cic. de Senect. 33, Tenebat non modò authoritatem, sed etiam imperium in suos.

Summã imperii tenere. Cæs. 1. bel. Gal. 313, Duce Boduognato, qui summam imperii tenebat, ad eum locum contenderunt.

Imperio Romano teneri, Subiici. Cic. Q. fratri, li. 1. 1. 51, Simul & illud Asia cogitet, nullam à se neqi belli externi, neque domesticarum discordiarum calamitatem abfuturam fuisse, si hoc imperio non teneretur.

Incendio teneri. Quintil. lib. 2. cap. 13. 11, Etsi ianua tenebitur incendio, per parietem exibimus.

Insaniam tenere, Insanum esse. Plaut. Capt. 11. 89,

Sed hoc primum expurgare tibi volo, me insaniam
Neque tenere, neque mi esse vllum morbum, nisi quòd seruio.

Institutum tenere. Cic. 4. Tusc. 11, Sed defendat quod quisque sentit: sunt enim iudicia libera, nos institutum tenebimus.

Institutum suũ tenere in omnibus rebus. Cic. 6. Verr. 40, Nec solùm in Papyrio fuit hæc abstinentia: tenuit hoc institutũ in thuribulis omnibus quæcunque in Sicilia fuerunt.

Iram vel iracundiam tenere. Cic. in Parad. 41, Refrænet primùm libidines, spernat voluptates, iracũdiã teneat, coerceat auaritiã. Liu. 8. ab Vrbe, 11, Fortè ita accidit, vt parẽ ferociæ huius & R. C O S. T. Manlium haberent, qui adeò non tenuit iram.

Neque ira, neque gratia teneri. Cic. 1. de Nat. deor. 65.

Irretitũ tenere. Cic. 1. de Orat. 23, Stoici verò nostri disputationum suarũ, atque interrogationum laqueis te irretitũ tenerẽt.

Iter tenere. Virg. 9. Æneid. 76,

State viri, quæ causa viæ, quive estis in armis?
Quóve tenetis iter? Idem 1. Æneid. 75.

Iucunditatem perpetuam vitæ tenere. Cic. 1. de Finib. 101.

Iudicia tenere. Cic. 2. Verr. 13, Iste quidẽ tibi eripietur: sed nos non tenebimus iudicia diutius.

Iureiurando teneri. Cic. 3. Offic. 135, In Senatũ venit: mandata exposuit: sententiam ne diceret, recusauit: quandiu iureiurando hostium teneretur, non esse Senatorem. De Atilio Regulo.

Ius tenere, dicitur qui callet leges & iura. Plaut. Amphit. 3. 37,

Iusta autem ab iniustis petere, insipientia est:
Quippe illi iniqui ius ignorant, neque tenẽt. Idẽ Epid. 5. 104,
-hic erit optimus,
Hic poterit cauere rectè, iura qui & leges tenet.

Ius suum tenere. Cic. pro Cecinna, 13, Hanc puto me habere actionem, vt per interdictum meũ ius teneam, atque iniuriam tuam persequar. Idem 2. Tusc. 109, Aut etiam vt ius suum & libertatem tenerent, vulnera exceperunt fortiter.

Lachrymas tenere, Continere, cohibere. Cic. 6. Verr. 35, Minitari absenti Diodoro, vociferare palàm, lachrymas interdum vix tenere. Sic ad Atticum, lib. 2. 36. 3. Et Cæsar 1. bel. Gall. 157, Neque interdum lachrymas tenere poterant. Cic. ad Curionem, lib. 7. 31. 5. Ouid. 7. Metam. 34.

Legem aliquam tenere, Legi subiici. Terent. Adelph. 2. 2. 6,

Quid is fecit? D. quid ille fecerit? quem neque pudet
Quicquam, neque metuit quenquam, neque legem putat
Tenere se vllam.

Lege aut interdicto teneri quis dicitur, quum per legem, vel ex legis statuto obligatus & obstrictus est ad aliquid agendum. Cic. pro Cecinna, 30, Hoc interdicto Ebutius nõ tenetur. Idem ad Atticum, lib. 3. 65. 5, Lege enim Collegi sui non tenebantur, quo maior est suspicio malitiæ alicuius.

Teneri legibus, & solui. Cic. 11. Philip. 297, Alter Cæsar Vopiscus, ille homo sũmo ingenio, summa potẽtia, qui ex Ædilitate Consulatũ petit, soluatur legibus, quanquã leges eum nõ tenẽt.

Libertatem tenere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 11, Nec si vllam partem libertatis tenebo, proficiet.

Linguam tenere. Ouid. 1. Trist. 89.

Locum tenere. Cic. 4. de Finib. 61, Quia virtus, vt omnes fatemur, altissimũ locũ in homine, & maximè excellentem tenet.

Locum honestũ seruitutis tenere. Cic. in Parad. 46, Sed vt in familia, qui tractant ista, qui tergent, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimum locum seruitutis tenent.

Locum aliquem cum aliquo tenere. Cic. de Clar. Orat. 40, A. Albinus is qui Græcè scripsit historiam, qui Consul cum L. Lucullo fuit, & literatus & disertus fuit: & tenuit cum hoc locum quendam etiam Ser. Iuuius, & vnà Ser. Fabius pictor, & iuris & literarum & antiquitatis bene peritus.

Tenere locum, pro Non moueri loco. Cic. pro Cluentio, 101, Nam miles qui locum non tenuit, qui hostium impetum, vimque pertimuit, potest idem, &c.

Tenere locum aliquem,pro Inhabitare.Liu.1.abVrbe,18,Ibi Euandrum qui ex eo genere Arcadum multis antè tempestatibus ea tenuerat loca,solenne allatum ex Arcadia instituisse.

Teneri ludis,pompa,spectaculis.Cic.5.de Fin.87, Vt pompa, ludis,atque eiusmodi spectaculis teneantur, ob eamque rẽ,vel famem,vel sitim perferant? Plin.epist.83,Quo genere spectaculi ne leuissimè quidem teneor.

Lumina immota tenebat.Virg.4.Æneid.61.

Mandatum tenere memori mente.Lucret.lib.1.118.

In manibus tenere.Ci.11.Philip.314,Quorum epistolas spem victoriæ declarantes in manu teneo. Idem Attico, lib.2.17.1, ταμιεῖον in manibus tenebam, & Hercule magnum aceruum Dicæarchi mihi ante pedes obstruxeram.

Mare tenere,pro Occupare.Cic.Attico,lib.10.197.5,Existimat enim qui mare teneat, cum necesse rerum potiri. Virg.5.Æneid.31,Iámque propinquabant scopulo,metámque tenebant. Cic.Tironi,lib.16.1.1,Septimum iam diẽ Corcyræ tenebamur.

Mediocritatem tenere. Cic.1.Offic.116, Núquam enim iratus qui accedet ad pœnam,mediocritatẽ illam tenebit,quæ est inter nimium & parum.

Medium tenere. Plin.epist.74.c, In hac difficultate placuit medium quiddam tenere videor tenuisse. Cic.3.de Orat.97, Itaque tum graues sumus, tum subtiles, tum medium quiddã tenemus. Vide Medius.

Memoria tenere rem aliquam,Reminisci. Cic. de Senect.11, Multæ etiã vt in homine Romano literæ, omnia memoria tenebat,non domestica solùm,sed etiam externa bella. Idem 1. de Nat.deor.149, Ita me delectant, quia Latina sunt, vt multa ex iis memoria teneam. Et pro Cluentio,11,Vos quæso memoria teneatis,non mihi hoc esse propositum, &c. Cæsar 7. belli Gall.140, Labienus milites cohortatur vt suæ pristinæ virtutis, & tot secundissimorum præliorum memoriam tenerent.

Memoriam alicuius rei tenere:hoc est,Aliquam rem in memoria habere.Cic.de Senect.72,Nec verò clarorum virorũ post mortem honores permanerent, si nihil eorum ipsorum animi esset,cerẽt, quo diutius memoriam eorum teneremus. Idem de Claris Orat.179,Nemo qui memoriam rerum Romanarum teneret,ex qua siquando opus esset,ab inferis locupletissimos testes excitaret.

Tenet vos memoria mei.Cic.ad Quirites post reditum,1,Hoc si animo in vos,liberósq; vestros fuissem,vt aliquando vos,Patrésque conscriptos,Italiámque vniuersam, memoria mei,misericordia,desyderiúmque teneret.

Animis ac memoria tenere.Cic.pro Cor.Balbo,11, Omittam igitur Pompeium iam oratione mea reliqua,sed vos Iudices animis ac memoria tenetote.

Metu teneri:hoc est præpediri.Liu.5.bel.Pun.80,Itaque Metapontini extemplo metu,quo tenebãtur, liberati,ad Annibalem defecere.

Modum tenere vel custodire: cui Excedere modum opponitur.Plinius epist.55.b,Vereor tamẽ ne modum excedat, quem benignitas eius (illuc enim vnde corpi, reuertor) non solet tenere. Idem epistola 101.b.lib.5,Deinde, quia verebar ne modum quem tibi in sermone custodire facile est, tenuisse in epistola non viderer.

Mora nulla tenuit vocatos.Ouid.1.Metam.34.

Morbus tenet eum.Plaut.Menæch.19.3,Num eũ veternus aut aqua intercus tenet? Sallust.in Iugurtha.Fortè apud illum quẽ inhonesta & perniciosa libido tenet potẽtiæ,paucorum decus, atque libertatem suam gratificari.

Mordicus tenere,Vide Mordeo.

Morem tenere,Obseruare.Cic.5.Tusc.17,Quem morẽ quum Carneades acutissimè copiosissiméque tenuisset,fecimus,&c.

Nomen æternum tenere.Virg.6.Æneid.47.

Nomen legum tenere.Cic.1.de Legib.18,Quæ sunt autẽ variè, & ad tempus descripta populis, fauore magis quàm re, legum nomen tenent.

Obsidione teneri.Virg.10.Æneid.11.

Obstrictum teneri fœdere.Ci.in Pisonẽ,11,Quum vos quanquam fœdere obstricti tenebamini, tamen cupere nos diceretis,sed lege impediri.

Occasionem tenere.Cic.1.de Legib.7,Teneo quam optabam occasionem,neque omittam.

Occupatum & impeditum tenere.Cic.pro Cælio,35,Nunquã hunc occupatum impeditúmque tenuerunt.

Oculos tenebat sub astra.Virg.5.Æneid.170.

Pictura artificum oculos tenet: Id est,in contemplationẽ sui adducit.Plin.epist.50.a,Talia denique omnia, vt possent artificum oculos tenere,delectare imperitorum. Ci.4.Acad.41,Adhibita verò exercitatione,& arte,vt oculi picturæ teneantur,aures cantibus,quis est quin cernat quanta vis est in sensibus?

Tenere aliquẽ in oculis,auribus,complexu,&c. Cic.3.Philip.136,Quẽ ego & frater meus propter eius suauissimos atque optimos mores præstantissimúmque ingenium,certatim amamus: omnibus horis in oculis,auribus,complexu tenemus.

Odium vestri ordinis tenet eos.Cic.3.Verr.15,Homines scitote esse quosdam, quos tantum odium vestri ordinis teneat, vt hoc palàm dicti tent,&c.

In officio tenere aliquos.Cæsar 5.bel.Gall.102,Aliàs cohortando,magnam partem Galliæ in officio tenuit.

Omnia tenere,pro Habere in potestate.Cic.Q.fratri,lib.2.11.2,Quid multa? tenent omnia: idque ita omnes intelligere volunt. Idem Marcello,li.4.8.5,Sed mihi crede,etiam is qui omnia tenet,fauet ingeniis.

Nihil aptius est ad opes tuẽdas ac tenẽdas, quàm diligi.Cic. 2.Offic.30.

Oppidum tenere,Occupare.Cæsar 1.bel.Ciuil.67,Sed à Q.Lucretio Senatore, & Actio Peligno prohiberi, qui id oppidum septem cohortium præsidio tenebant.

Oppressos tenere, Detinere. Cic.Attico,lib.2.31.5, Oppressos vos,inquit,tenebo exercitu Cæsaris.

Ordine rem tenere,Vide Ordo.

Ora tenere,Tacere.Cic.1.de Diuin.176,

Sic expectabat populus,atque ora tenebat.

Rebus viri magni victoria sit data regni.Lx Ennio.Vetus codex legit Ore timebant. Virgilius 2.Æneid.1, Conticuere omnes, intentique ora tenebant.Vbi Seruius,Ora tenebant,aut ora intuebantur,aut immobiles vultus habebant. vti,Tenuitque inluans tria Cerberus ora. Id est immobilia habuit. Aut tenebant,habebant.

Obscuro defixa tenet ora.Virg.7.Æneid.50.

Palmam tenere,victorũ signum fuit antiquis.Plin.lib.35.ca.10.10,Est Eupompi victor certamine gymnico palmam tenens.

Partem tenere in re aliqua.Cic.Q.fratri,lib.1.1.7, Nunc verò ea pars tibi Reipub.commissa est,in qua aut nullam,aut perexiguam partem fortuna tenet.

Partes tenere.Cic.Attico,lib.3.41.1,Et simul intelligebam,ex eo loco si te haberem, posse me Brundusium referre: sine te autem non esse nobis illas partes tenendas propter Antroniũ.

Percepta & comprehensa tenere.Cic.4.Acad.46.

Personam tenere, per translationem à comœdis, pro statu alicuius esse.Cic.3.de Oratore,30,Quare omnes istos me authore deridete,atque contemnite, qui se horum, qui nunc ita appellantur,rhetorum præceptis omnem oratorum vim complexos esse arbitrantur,neque adhuc quam personam teneãt, aut quid profiteantur,intelligere potuerunt.

Planta tenet,pro Radicatur.Columella lib 5.ca.6,Nam si radicibus vlmi iunxeris,malè vitis cõprehendet: & quum tenuerit, incremento arboris opprimetur. Hîc comprehendit & tenet videntur idem significare.

Pœna aliqua teneri,pro Obnoxiũ esse.Cic.ad Q.fratrẽ,lib.2.7.9,Vt qui nõ discessissent, ea pœna quæ est de vi, tenerentur.

Portum tenere,Appellere,vel portũ occupare. Liuius 7.bel. Maced. 44, Post solis occasum profectus septuaginta nauibus tectis,vento aduerso ante lucẽ Pygela portũ tenuit. Idẽ 8.bel. Pun. 97, Scipio fœdere icto cum Syphace, profectus ex Africa, dubiisque & plerunque sæuis in alto iactatus ventis, die quarto Nouæ Carthaginis portum tenuit. Virgilius 9.Æneid.10, Imò vbi defunctæ finem portúsque tenebunt Ausonios.

In sua potestate tenere,pro In potestate habere & moderari. Cic.ad Q.fratrẽ,lib.1.1.59, Moderari verò & animo & orationi quũ sis iratus, aut etiã tacere & tenere in sua potestate motũ animi & dolorẽ etsi non est perfectæ sapientiæ,tamẽ est nõ mediocris ingenii. Idẽ 5.Verr.68,Itaque M.Scaurus,qui Cn.Dolabellam accusauit,istum in sua potestate ac ditione tenuit.

Principatum tenere.Cic.1.Tus.30,Aliis pars quædam cerebri visa est animi principatum tenere. Cæsar 1.bel.Gall.118,Galliæ totius factiones esse duas. Harum alterius principatũ tenere Heduos,alterius Aruernos. Sic Plin.lib.16.cap.36.1.

Principatũ sententiæ tenere.Cic.de Senect.59, Multa in nostro collegio præclara sunt:sed hoc de quo agimus in primis, quòd vt quisque ætate antecellit, ita sententiæ principatum tenet.

Promissum tenere,Id est præstare. Cic.3.Offic.141,Quod verò affirmatè,quasi deo teste promiseris,id tenendum est.

Propositum tenere,pro Retinere.Cæsar,Pompeios intercluſus Dyrrhachio,vbi propositum tenere non potuit,secundo vsus consilio,&c. Idem,Cæsar cõmutata ratione belli,quoniam propositum non tenuerat,&c.

Prouinciam.Cic.1.Offi.15,Pompilius imperator tenebat prouinciam,in cuius exercitu Catonis filius tyro militabat.

Rationem iuris æquabilem tenere, Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1.48, Suos coercere, & iuris æquabilem tenere rationem, facilè se in rebus, &c.

Rationem numerorum in oratione tenere. Cic. 3. de Orat. 111.

Regna tenere. Ouid. 5. Metam. 56.

Religione teneri, Obstringi, detineri. Cic. 6. Verr. 66, Illi verò dicere, id sibi nefas esse, séque cum summa religione, tum summo metu legum & iudiciorum teneri. Idem 1. de Legib. 87, Quo tempore incipiat sepulchrum esse, & religione teneatur.

Rem oculis, non coniectura tenere. Cic. pro Cluentio, 14, Et res non coniectura, sed oculis ac manibus teneretur: neque in causa vlla dubitatio posset esse.

Rempub. tenere. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 31, Ego si ab improbis & perditis ciuibus Rempub. teneri viderem, sicut & meis temporibus scimus, &c.

Rebus & studiis aliquibus teneri. Horat. 1. epist. 1. 17.

Risum tenere, Continere. Ci. in Vatinium, 15, Illi autē quibus eras in deliciis, vix risum tenebant. Sic 1. de Nat. deor. 96. Horat. de Arte, 1.

Rura tenere. Ouid. 3. Metam. 1.

Se intra silētium tenere. Plin. epist. 81. b, Paulisper se intra silentium tenuit.

Se in silētio tenere. Pli. epist. 116. b, Multū me in silētio tenui.

Se in æterno seruitio tenere. Liu. 4. ab Vrbe, 153.

Se in equestri ordine tenere. Plin. epist. 46. b, Caret ambitu: Ideo se in equestri gradu tenuit, quum facilè posset ascendere altissimum.

Se improbis artibus tenere. Plaut. Pseud. 10. 7,

-nec boni ingenii quicquam in his inest,
Nisi vt improbis sese artibus teneant.

Sese castris tenere. Cæsar 3. bel. Gall. 447, Sese castris tenebāt. Sic Liuius 1. ab Vrbe, 193. Et Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 7, Tenere se Alpibus.

Se domo tenere. Cic. Post reditum in Senatu, 26.

Se domesticis finibus tenere. Cic. Attico, lib. 7. 131. 6.

Se suis finibus tenere. Cic. 3. de Finib. 1.

Se loco tenere. Liu. 8. ab Vrbe, 148, Magistro equitum denunciauit, vt sese loco teneret: neu absente se cum hoste manū conserereret. Sic Cæsar 3. bel. Ciuil. 419.

Se vno loco tenere. Planeus Ciceroni, lib. 10. 18. 9.

Se oppido tenere. Cic. Attico, lib. 9. 187. 1, Pompeius se oppido tenet: nos ad portas castra habemus.

¶ Tenere se, pro Abstinere & cauere. Plaut. Merc. 3. 51, Omnes tenerent mutuitanti credere. Cic. pro Flacco, 8, Tenuit se, neq; attulit in iudicium quicquam ad lædēdum. Idem 1. de Fin. 36, Hoc loco tenere se Triarius non potuit, Obsecro, inquit, &c.

Tenere me non possum ab vel quin, pro Parum abest. Cic. Q. fratri, lib. 3. 18. 4, Ego tamen teneo ab accusando vix me hercule: sed tamen teneo, vel quòd nolo cum Pompeio pugnare. Idem Attico, lib. 15. 18. 1, Teneri non potui, quin tibi apertius illud idem iis literis declararem.

Nec se tenuit quin. Cic. 4. Acad. 24, Nec se tenuit quin contra suum doctorem librum etiam ederet, qui Sosus inscribitur.

Sedem Iouis Optimi Max. tenere, pro Vincere, siue captam obtinere. Tacitus libro 19, Quam non Porsena, dedita vrbe, neque Galli, capta, tenere potuissēt. De Capitolio sede Iouis Opt. Maximi loquens.

Tenuit sentētia altera, pro Accepta est, & probata. Plin. epist. 167. l, Sic ex tribus sententiis duæ factæ: tenuitque ex duabus altera, tertia expulsa.

Sententiam aliquam tenere, pro Alicuius sentētiæ & opinionis esse. Cic. 1. de Finib. 53, Hanc ego quum teneam sententiam, quid est quur verear ne ad eam nō possim accommodare Torquatos nostros?

Sermone suo tenere aliquem, Detinere, occupare. Ci. de Cla. Orat. 114, Etsi me facilè omni tuo sermone tenuisti, tamē is mihi longior videtur, quòd propero audire de te, &c.

In sermone tenere aliquem. Valer. 7. Argon. 51.

Silentium tenere. Liu. 3. ab Vrbe, 196, Primò stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit: silentium inde aliquandiu tenuit. Ibidem, lib. 1. 114, Adhæc Albana pubes inermis ab armatis septa invariis voluntatibus communi tamē metu cogente, silentium tenet. Ouid. 1. Metam. 41.

Sitis tenet hiantes. Lucret. lib. 3. 110.

Somnum tenere. Cic. de Clar. Orat. 151, Itaque tantum abfuit vt insl̄amares nostros animos, somnū isto loco vix tenebamus.

Spem tenere, Sperare. Plaut. Merc. 11. 5, Spem teneo, salutem amisi: redeat, an non nescio.

Tenet me spes, Spero, & expectatione ducor. Cic. 1. Tuscul. 155, Magna me, inquit, spes tenet Iudices, bene mihi euenire quòd mittar ad mortem. Idem pro Cluentio, 4, Quamobrem magna me spes tenet, si ea quæ sunt in causa, explicare, atque omnia dicendo consequi potuero, &c. Sic 7. Verr. 98. Et Liuius 7. ab Vrbe, 163.

Studia agri colendi tenere. Cic. de Senectute, 56, Hac igitur fortuna frui licet senibus: nec ætas impedit quo minus & cæterarū rerum, & in primis agri colendi studia teneamus vsque ad vltimum tempus senectutis.

Teneri studio alicuius rei, Delectari. Cic. 1. de Legib. 94, Deinde facio & libenter, & (vt spero) rectè: quòd eam, cuius studio teneor, quæque me cum quicunque fum effecit, non possum silentio præterire.

Teneri iisdem studiis. Cicero Volumnio, libro 7. 34. 5, Cassius tuus & Dolabella noster, vel potius vterque noster, studiis iisdem tenentur.

Studium tenet me, Hoc est delector. Cicero ad Atticum, lib. 1. 7. 4, Summum me eorum studium tenet, sicut odium iam cæterarum rerum.

Summam rerum tenere. Lucret. lib. 1. 107.

Suspensum tenere aliquem. Virg. 6. Æneid. 143.

Suū tenere. Cic. Attico, li. 6. 111. 8, Amici regis duo tréſve perditi sunt, sed ii suum tam diligenter tenēt, quàm ego aut tu.

Syluas tenere. Ouid. 1. Metam. 61.

Tela tenere contra aliquem. Virg. 8. Æneid. 139.

Temperamentum tenere, Obseruare modum & mediocritatem. Plin. epist. 7. 2, Tenebo ergo hoc temperamentū, vt ex duobus, quorum alterutrum petis, eligam id potius, &c.

Torpor tenet membra. Liu. 9. ab Vrbe, 8, Stupor omnium animos, & velut torpor quidam insolitus membra tenet.

Verecundia teneri. Liu. 4. bel. Maced. 7, Quòd nisi me verecundia singularum magis maiestatis & pudoris, quàm vniuersarū tenuisset: ne compellatæ à Cōsule viderētur, dixissem, &c.

Vestigia alicuius tenere. Liuius 9. bel. Pun. 160, Masinissa cum quinquaginta haud amplius equitibus per anfractus montis ignotos sequentibus sese abripuit. Tenuit tamen vestigia Bocchar, adeptúsque eū patētibus præter Capuam vrbē cāpis, &c.

Viam tenere. Cic. Attico, lib. 1. 15. 5, Illud tamen velim existimes, me hanc viam optimatum post Catuli mortem nec præsidio vllo, nec comitatu tenere.

Perge tenere istam viam. Cic. de Petit. Consul. 36.

Vincla tenent fessas naues. Virg. 1. Æneid. 35.

Vinctum tenere aliquem. Horat. 4. Carm. ode 11. 5.

Voluptas viuendi me tenuit. Virg. 10. Æneid. 169.

Vocem tenere. Ouid. 4. Metam. 34.

Voce tenere ruentem. Lucan. lib. 7. 60.

Voto & promisso teneri, pro Obligatū esse. Cic. Attico, lib. 11. 141. 10, Sed iam quasi voto quodā & promisso me teneri puto.

Vrbem aliquam tenere. Cicero ad Cassium, lib. 12. 5. 6, Præter Bononiam, Regium Lepidi, Parmam, totam Galliam tenebamus studiosissimam Reipublicæ.

¶ Tene tibi, pro Serua tibi. Plaut. Trucul. 10. 55, Mea voluptas attuli ecquam pallulam ex pari gratia tibi: tene tibi.

¶ Tene tene. Plaut. Aul. 16. 1, Redi, quò fugis nunc? tene tene.

¶ Tenere, Constringere. Virg. 2. Georg. 75, Texēdæ sepes etiā, & pecus omne tenendum est.

Armenta tenere clausa stabulis. Virg. 3. Georg. 71.

Intra claustra tenere aliquem. Horat. 3. Carm. ode 11. 9.

¶ Teneri manifesto, Obligari. vt, Siquis furetur rem sacram de prophano, tenetúrne furti, an sacrilegii? Plaut. Casina, 5. 11, Manifestò miser teneor. Idem Menæch. 14. 10,

Nec magis ego manifestò teneri hominem vnquā vllum vidi
Omnibus malefactis.

Teneri manifestò in rebꝰ turpibus. Cic. 3. Ver. 1, Ne hoc quidē sibi reliqui fecit, vt in rebus turpissimis, quū manifestò teneatur si reuiceat & absit tamen impudentiæ suæ pudentē exitū quæsisse videatur. Idē 4. Verr. 139, Nemo ita in manifesto peccato tenebatur, vt quū impudēs fuisset in facto, tū impudentior videretur, si negaret. Sic ibidē, 63. & 101. Et 5. Verr. 179. Et 4. Verr. 131, Manifestis in rebus hominem iam teneri videbitis.

Tenere aliquem in noxia. Plau. Casina, 11. 71, Manifestè teneo in noxia inimicos meos.

Tenere aliquem manifestum mendacii. Plaut. Trucul. 4. 30, Manifestam mendacii mala te teneo.

Tenere manifestò furem. Cic. 5. Ver. 116, Teneo in mediis vectigalibus Populi Romani, in ipsis fructibus prouinciæ Siciliæ furem manifestò auertentem rem frumentariam omnem, pecuniam maximam: teneo inquam itaque negare non possit.

Tenetur manifestò auaritia hominis. Cic. 5. Verr. 118, Tenetur igitur iam iudices, & manifestò tenetur auaritia, cupiditas hominis, scelus, improbitas, audacia.

¶Teneri,pro Conuinci & coargui. Cic.7.Ver.106,Cleomenē acerrimè pugnantē ab his relictum esse atque desertum: nummum obsepulturam datum neminiquæ si dices,tenebere.sin alia dices quæ a me dicta sunt,non refutabis. Idem 4.Acad. 174,Si rectè cōcluserit,teneo:sin vitiosè,minam Diogenes reddet. Et pro Cluentio,19,Extrahitur domo latitans Oppianicus à Manlio,iudex Aiulius ex altera parte coràm tenetur. Sic pro Quintio,43,Hic te,inquit,teneo:non est istud pati,neque iudicio defendere,quum auxilium à Tribunis petas.

Argumentis & testibus teneri.Cic.7.Verr.79, Neque solùm argumentis,sed etiam certis testibus illius audacia tenebatur. Idē pro Cecinna.5,Nā si negasset vim hominibus armatis esse factam,facilè honestissimis testibus in re perspicua tenerentur.

¶Tenere,Tegere.Virg.1.Georg.24, -& obducto latè tenet omnia limo.Id est,occupat & operit,inquit Seruius.

¶Tenere,Defendere. Virg.8. Æneid.131, Stabat pro templo, & Capitolia celsa tenebat . Verbum est militare, vt alt Seruius: vt etiam Sallustius dicit.Vnde econtra,Victos,loco motos dicimus. Cic.Loco illo motus est.Vide Δέδουκα.

¶Tenere manu res, quod vno verbo vulgus nostrum *manutenere* dicit.Cic.3.Offic.89,Sed aliter leges,aliter philosophi tollūt astutias.Leges,quatenus manu tenere possūt:philosophi,quatenus ratione & intelligentia.

¶Arctè tenere,& defendere. Cic.in Parad.15, Illud arctè tenent,accuratéque defendunt,voluptatē esse summū bonū,&c.

¶Comperire manifestò , & manu tenere indicia mortis,per translationem,pro certissima habere.Cic.de Clar.Orat.151,Hoc ipsum etiam posuisse pro argumento, quod ille quum pestem capitis sui,quum indicia mortis se comperisse manifestò,& manu tenere diceret,tam solutè egisset,tam leniter,tam otiosè.

¶Tenuit,pro Durauit.Liu.4.bel.Pun.215,Romæ fœdum incendium per duas noctes,ac diem vnum tenuit.

¶Teneri,pro Cōstare.Cic.Planco,lib.13.30.1, Non his modò causis quæ speciem habent magnæ commutationis,sed iis etiam quæ familiaritate & consuetudine tenentur.

Tenetur vita animantium cibo.Cic.1.de Nat.deor.101,Nam quum tribus rebus animātium vita teneatur,cibo,potione,spiritu,ad hæc omnia percipienda os est aptissimum,quod adiunctis naribus spiritu augetur.

¶Teneri,pro Stare & inniti.Cic.Attico,libro 11.243.1,Occidimus,occidimus Attice,iampridem nos quidem:sed nunc fatemur,postcaquam vnum,quo tenebamur,amisimus.

¶Tenere,Intelligere.Plau.Epid.8.11,Et iā puella domi est,teneo. Idē Pseu.14.35,Teneo,ōnia in pectore cōdita. Et Amph. 3.58,Teneo quid animi vostri super hac re siet. Sic Aulul.17.1, Dixi tibi mater,iuxta rem mecum tenes
Super Luciōnis filiam. Item Mostell.4.15, Vt lepidè omnes res tenet,sentētiásque amantium. Terent.Heau.4.3.11,Tenes quid dicam? Idem And.3.2.18,Teneo quid erret.

Tenax,tenācis,pen.prod.om.g. Qui retinet. vt Glutinum tenax dictū est,quod dum attrectatur, digitos tenere videatur. Virg. 4.Georg.11,Excudunt ceras,& mella tenacia figunt.

Bitumen tenax.Ouid.9.Metam.133.

Ceræ tenaces.Virg.4.Georg.33.

Complexus tenax.Ouid.4.Metam.76.

Equus tenax.Liu.9.bel.Maced.97,Nisi prouidēsset aliquid Romani quo & Græcis Macedoniam accolentibus metus, & audacia Philippi minuatur:nequicquam & illum victum,& se liberatos esse:vt equum tenacem non parentem,frænis asperioribus castigandum esse.

Equus tenax contra sua frēna.Ouid.3.Amor.eleg.4.3.

Fides longa tenáxque.Ouid.1.Amor.eleg.6.3.

Ira tenax ad extremum.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.6.

Memoria tenax,Stabilis,constans, firma, quidquis optimè tenens.Plin.epist.97.lib.6,Mira vtrique probitas, constantia salua,decorus habitus,os Latinum,vox virilis,tenax memoria,magnum ingenium. Colum.lib.1.ca.8.3,Potest etiam illiteratus, dummodo tenacissimæ sit memoriæ.

Morbus tenax,Difficilis,contumax,molestus.Suet.in Claud. Cæsare,cap.1, Infans autem relictus à patre, ac per omne ferè pueritiæ atque adolescētiæ tempus, variis ac tenacibus morbis conflictatus est.

Passu tenaci stare.Ouid.1.de Ponto,eleg.6.5.

Sōlum tenax glebis.Plin.epist.101.c, Tātis glebis tenacissimū sōlum,quum primùm prosecatur,assurgit.

Vincla tenacia.Virg.4.Georg.83.

¶Restrictus & tenax.Cic.pro Plancio,44, Quum iam essent experti quid valerent,restrictos & tenaces fuisse?

Tenacissimus disciplinæ.Plinius epist.306,Ac sicut rei tuæ amantissimum,ita disciplinæ tenacissimum expertus.

Tenax iuris sui dominus dicitur, qui tam arctè ius suum obseruat,vt de eo demere aut auferre sibi ab aliquo ne tantillum quidem patiatur : quod auarorum est dominorum propriū in suos colonos.Colum.lib.1.cap.7.1,Sed nec dominus in vnaquaque re,cui colonum obligauerit,tenax esse iuris sui debet, sicut in diebus pecuniarum,&c.

Iustitiæ tenax.Iuuenal.sat 8.3.

Tenax praui.Virg.4.Æneid.38, Tā fixi praui q; tenax,quàm nuntia veri.Id est,In omnibus perseuerans,inquit Seruius.

Tenax propositi,Constans,perseuerans.Horat.3.Carm.ode 3. 1,Iustum & tenacem propositi virum.

Tenacissimus alicuius rei.Quintil.lib.1.cap.1.4,Et natura tenacissimi sumus eorum,quæ rudibus annis percipimus.

Memoria tenacissima.Quintil.lib.1.cap.1.14.

¶Tenax,Parcus,auarus.Plaut.Capt.6.39,Quid tu ais:tenáxne pater est eius? Idē Casi.20.14, Nimis es tenax. Apuleius, Homo diues,sed nimium tenax. Terent.Adelp.5.4.11,Ego ille agrestis,sæuus,tristis,parcus,truculentus,tenax.

Pater parcus & tenax.Cic.pro Cælio,28, Illum filiumfamilias patre parco ac tenaci habere tuis copiis deuinctum non potes.

Custos tenax patrimonii.Quintil.lib.4.cap.2.53.

Tenácitas,pe.cor.tenacitātis,f.g. vel vt quibusdā placet Tenacia, tenacix,Retensio,parsimonia,duritia,perseuerātiáque.Liu.4. bel.Maced.34,Sed in purpura quæ teritur, absumitúrque, non iniustam quidē, sed aliquam tamen causam tenacitatis video: in auro verò, in quo præter manus pretium nihil interrimēti sit,quæ malignitas est? Plin.lib.9.ca.10.1,Vada non apprehendūt & grādibus minor tenacitas. Ci.1.de Nat.deo.181,Cibúmque partim oris hiatu & dentibus ipsis capessunt,partim vnguiū tenacitate arripiunt,partim aduncitate rostrorum.

Tenáciter,pen.corr.Aduerb.Ouid.epist.3.9,An miseros tristis fortuna tenaciter vrget?

Tenor,tenōris,pen.prod.Ordo,forma,continuatio.Valerius Maximus lib.1,Quo minus religionibus suus tenor,suáq; obseruatio redderetur. Plin.in Panēg.138,Idémque vtrique propositum,idem tenor vitæ.Id est Idem viuendi modus. Plin.lib.7. cap.19.1,Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quendam, toruitatémque naturæ duram & inflexibilē. Virg.1.Georg.68, Non alios prima crescentis origine mundi
Illuxisse dies,aliúmve habuisse tenorem Crediderim.

Incœptum tenorem peragit fortuna.Ouid.epist.11.1.

Vno tenore.Liuius 3.bel.Pun.215, Hi mores,cáque caritas patriæ,per omnes ordines velut tenore vno pertinebat.

Tenore vno rē peragere. Liu.5.ab Vrbe,11, Brevis enim profecto res est, si vno tenore peragitur , nec ipsi per intermissiones has,interualláque,lentiorem spem nostram facimus.

Vno & perpetuo tenore iuris.Liuius 4.bel.Maced.

Vno tenore in dicendo esse.Erasmus,Tenorem, rei progressum vocant.Vnde,quæ sui similia,sibiq; veluti perpetua quadā succedūt serie,horū eundē esse tenorē dicimus. Cic.in Orat. 11,Isque vno tenore,vt aiunt,in dicendo fluit,nihil asserēs præter facilitatem & æquabilitatē. Loquitur de æqualitate dictionis,nulla varietate reficientis auditorum aures.

Ævi tenor sine nube.Stat.3.Syln.3.30,Dextra bis octonis fluxerunt sæcula lustris, Atque ævi sine nube tenor.

Pugnæ tenor.Liu.8.ab Vrbe,196,Fremitus æqualis,tenórque idem pugnæ in defatigationem vltimā, aut noctem spectabat.

Veli tenor. Lucan.lib.5.141, Sed nox sæua modum venti,velique tenorem Eripuit.

Placidus tenor.Ouid.3.Metam.11, Cætera paulatim placidóque educta tenore.

¶Tenores,à Græcis τόνοι dicūtur.Quintil.lib.1.cap.5.15,Adhuc difficilior obseruatio est per tenores,quos quidē ab antiquis dictos tenores comperi,videlicet declinato à Græcis verbo, qui τόνους dicunt:vel accentus,quos Græci προσῳδίας vocant.

Acutus tenor.Quintil.lib.1.cap.5.17.

Grauis tenor. Quintil.lib.1.cap.5.17,Quārum,quale,interrogātes grauis:cōparantes,acuto tenore cōcludunt.Hoc est accētu.

Tener,ténera,ténerum,penult.corr. Molle,tractabile, Hinc tenera ætas,puerilis.Festus,Tener à τένειν, conuersis literis. Liuius 9.bel.Macedon.32,Quum vinum animos,& nox, & missi fœminis mares, ætatis teneræ maioribus, discrimen omne pudoris extinxissent, corruptelæ primum omnis generis ferri cœptæ. Cic.3.de Finib.14,Tener puer.

Tener & rudis.Cic.1.de Legib.70,Qui teneros & rudes quum acceperunt,inficiunt & flectunt vt volunt.

Ætas tenera.Ouid.4.Trist.el.9.7. Agnus tener.Virg.ecl.1.2.

Amor tener.Ouid.2.Amor.eleg.18.4.

Animus tener, Flexibilis.Antonius Ciceroni,in Epist.ad Atticum,lib.14.310.3,Me deinde,sine ad hanc opinionem tā nunc

dirigere puerum,& tenero animo eius perſuadere,non eſſe tradendas poſteris inimicitias. Horat.1.Serm.ſat.4.17.

Anni teneri.Ouid.epiſt.4.5.

Annis teneris. Plin.in Paneg.26, Tribunus verò diſiunctiſſimas terras teneris adhuc annis viri firmitate luſtraſti.

Arbores teneræ.Vir.10.ec.11. Carmen.Ouid.3. Amor.el.7.1.
Ariſtæ.Virg.7.Æneid.161. Corpus.Virg.1.Georg.5.
Aurꝛ.Lucret.lib.42. Cupreſſus.Virg.1.Georg.4.
Balatus.Ouid.7.Metam.66. Decor.Seneca Hippol.4.4.

Equus tener,cui Vetulus opponitur.Cic.de Amicit.59, Nunquando amici noui indigni amicitia,veteribus ſint anteponendi,vt equis vetulis teneros anteponere ſolemus.

Fœtus teneri,ac infirmi.Quinul.lib.2.cap.6.5.

Herba tenera.Virg.1.Georg.13.

Ingenia.Clau.2.in Eutro.36. Membra.Lucret.lib.4.111.
Lanugo.Virg.2.eclog.11. Mentes.Horat.3. Car.od.14.12.
Manus.Lucret.lib.6.160. Ocelli.Ouid.3. Amor.eleg.5.12.

Oratio mollis,tenera,& flexibilis.Cic.in Orat.19.

Os tenerum balbúmque.Horat.2.epiſt.1.26.

Procera & tenera palma.Cic.1.de Legib.3.

Pudor.Ouid.epiſt.2.29. Saltator.Cic.in Piſonem,70.
Riſus.Claud.2.Paneg.70. Somnus. Ouid.2.de Arte.110.

Spado tener,apud Iunenalem,ſat.1.3.

Verſus nimium teneri.Horat.de Arte,50.

Virgines tenerꝛ.Horat.1.Carm.ode 11.1.

Tenera & tractabilis virtus:cui Dura & ferrea opponitur.Cic. de Amicit.44,Neque enim ſunt iſti audiendi qui virtutem duram,& quaſi ferream eſſe volunt: quæ quidem eſt tum multis in rebus, tum in amicitia tenera atque tractabilis, vt ex bonis amicis quaſi diffundatur,& incommodis contrahatur.

A teneris vnguiculis,Vide A præpoſitionem.

De tenero vngui,A primis annis.Horat.3.Carm.ode 6.5,
-& inceſtos amores De tenero meditatur vngui.

A tenero,& A teneris,ſub.annis.Vide A præpoſitionem.

In teneris conſueſcere.Virg.2.Georg.55.

Tenérior & tenérrimus.Plin.lib.10.cap.71.1, Si tenerior eſt & catuli adhuc ætas. Idem lib.13.cap.4.8,Et ab radice auulſæ vitalis eſt ſatus,& ramorum tenerrimis.

Prata tenerrima.Ouid.1.de Arte,60.

Tenellus, Adiectiuum diminut. Vnde Tenellam ætatẽ dicimus, puerilem. Plaut.Caſin.3.18,Bellã & tenellam Caſinam. Varro 1.de Re ruſt.cap.41.1,Aqua recenti inſito inimica: tenellum enim citò facit putre. Sic ibidem,cap.45.2.

Vultus tenellus.Stat.5.Syl.5.18.

Tenéllulus,pen.corr. Aliud diminutiuum. Catull.ad Coloniam, 17.3.Vt puella tenellulo delicatior hœdo.

Tenéritas,pen.corr.teneritâtis,f.g.Ipſa mollities. Cic.5.de Finib. 105, In primo enim ortu ineſt & teneritas & mollities quædã, vt nec res videre optimas,nec agere poſſint. Plin.lib.9.cap.41. 1,Huius iccori teneritas nulla præfertur.

Teneritûdo,pen.pro.teneritúdinis,pen.co.f.g.Idẽ.Varro 1.de Re ruſt.ca.36,De ſegetib⁹,ſiqua eſt aqua deduci: ſin ſiccitates ſunt, & terra teneritudinẽ habet,ſarrire, vineas arbuſtáque putare.

Ténere,pen.corr.& Tenériter,pen.corr.Aduerbia.Plin.lib.13.ca. 3.4,E radice oleæ quam tenerrimè cortex deraſus, in melle crebro guſtatu medetur ſanguinem reiicientibus.

Tenereſco,ſiue Teneraſco,teneraſcis,teneráſcere,Tenerum fieri, miteſcere.Lucret.lib.3.154,Scilicet in tenero teneraſcere corpore mentem. Plin.lib.17.cap.21.10,In tantum tenereſcere acinos,vt rumpantur. Idem lib.18.ca.11.1,Cutem in facie erugari & tenereſcere,& candorem cuſtodire lacte aſinino putant.

TENNIS,ſiue Tênum,vel(vt Strabo & Plinius) Temnos,ex Æolicis vrbibus eſt, vnde Hermagoras fuit is, qui de dicendi arte conſcripſit,vt author eſt Strabo lib.14.Cic.pro Flacco,34,Tenni vſque ad illam ætatem in Senatum venire non potuit, & qui ſe artem dicendi traditurum etiam cæteris profitebatur,ipſe omnibus turpiſſimis iudiciis conuictus eſt.De Heraclide.

Tennites,vel Temnites,penult.prod. Gentile nomen. Cice.pro Flacco,33,Heraclides ille Tennites,homo ineptus & loquax,ſed (vt mihi videtur)ita doctus, vt etiam magiſtrum aliorũ ſe eſſe dicat:& qui ita ſit ambitioſus,vt,&c.

TENES,Vide TENEDOS.

Tenia/Vide Tænia.

TENITAS, credebantur eſſe ſortium deæ, quòd tenendi poteſtatem haberent.Feſtus.

Tenor/Vide Teneo.

TENOS,Inſula cum oppido in Ægæo mari,vna Cycladũ,vt ſcribit Plinius lib.4.cap.12.

Tento/tentas,tentare,Attrectare. Colum.lib.8.ca.11.7,Sæpiúſque digitis loca fœminarũ tẽtãda ſunt:nã in próptu gerũt ona.

¶Tentare rem non intellectam, atque incertã aggredi,hoc eſt experiri,vel diligenter inquirere. Plaut.Aul.18.3.

Tentat me omnibus miſerũ modis. Idẽ Merc.15.11,Sed tu me tẽtas ſciẽs? Et Amph.8.27,An ille me tẽtat ſciẽs? Sic Stic 3.22, An potius tentem leniter,an minaciter? Itẽ Mil.10.16,Tentabã ſpirarẽt an nõ aurꝛ. Terẽt.Phor.4.3.14,Viſũ eſt mihi vt eius tẽtarẽ ſententiã. Cicero in Parad. Tentare volui an ita dici poſſent. Ouid.Sed quid tentare nocebit? Idem 1.Metam.39, Cuncta prius tentanda,ſed immedicabile vulnus
Enſe recidendum eſt. Cæſar 6.bel.Gal.5. Et lib. 8.139. Cic. 3.Verr.73,Vtrum admonitus,an tentatus.

Tentare,Quidam à Tendo deducunt:quòd qui tentat,quaſi manum,aut aliam corporis partem, in id quod experiri vult & exquirere,tendat. Alii à Teneo, quòd tentare experiri ſit,vel inquirere,& verbo vel re quaſi manu tenere.

Experiri & tentare.Brutus ad Ciceronem,in Epiſt.ad eundẽ, 16.16,Experiárque & tentabo omnia,neque deſiſtam abſtrahere à ſeruitio ciuitatem noſtram.

Tentari quid in eo genere poſſem.Cic.1.Tuſc.12.

Aliquem leuiter tẽtare quo animo ferat aliquid.Cic.2.de Lege agrar.30.

Homo quum ſe ipſe perſpexerit, totúmque tentarit, intelliget,&c.Cic.2.de Legib.88.

¶Aditum tentare,Vide Aditus in Adeo.

Animos tentare literis,nuntiis,donis,&c. Cæſar 1.bel.Ciuil. 154, Fabius finitimarũ ciuitatum animos literis nuntiiſq; tentabat. Liu.4.bel.Maced.15, Patrum noſtrorum memoria per legatum Cyneam Pyrrhus non virorum modò, ſed etiam mulierum animos donis tentauit.

Animos alicuius ſpe & metu tentare. Cic. pro Cluentio, 140, Quum eſſent animi ſeruorum & ſpe & metu tentati, vt aliquid in quæſtione dicerent,&c.

Animum alicuius tentare precando.Virg.4.Æneid.23.

Armis rem tentare.Cic.2.Off.124,Armis & caſtris tentata res eſt ab omni genere hominum & ordine.

Verbo nefario aures alicuius tentare.Cic.de Aruſp.reſp.51.

Cauſas latentes tentare.Virg.3.Æneid.7.

Impulſas tentauit pollice chordas.Ouid.10.Metam.29.

Diſcrimen ſui tentare.Claud.7.Paneg.87.

Excurſus breues tentant.Virg.4.Georg.39.

Experientia tentare.Varro 1.de Re ruſt.cap.18.7,Nos vtrumque facere debemus,& imitari alios:& aliter vt faciamus experientia tentare quædam.

Tentare fidem polliciti.Ouid.11.Metam.12.

Fortunam belli tentare ac periclitari.Cic.7.Verr.103.

Nouam fortunam tentare.Cæſar 3.bel Ciuil.131. Id eſt,periclitari,& in periculum ſe conlicere.

Fruſtra aliquid tentare.Columella lib.11.cap.3.51.

Fugam tentauit curſu equorum.Virg.11.Æneid.98.

Inſidias tentare.Claud.de bello Gildon.79.

Inſidiis tentare aliquem.Cic.ad Cornificium,lib.12.25.9.

Iter tentare via negata.Horat 3.Carm ode 2.5.

Iudicium tentare pecunia.Cic.pro Cluentio,6 & 64.

Leniter aut minaciter tentare,Vide Lenio.

Leuiter aliquid tentare. Quintil.lib.3.cap.4.2.

Lacesſere bello & tẽtare nationes aliquas.Ci.pro leg.Man.16.

Omnia tentare.Cic.ad Atticũ,lib.11.141.11,Habeo enim nihil (tentatis rebus omnibus)in quo acquieſcam.

Patientiam alicuius tentare.Cic.1.de Lege agrar.32.

Precibus tentare aliquem.Ouid.2.Amor.eleg.3.4.

Prudentiam cuiuſpiam tentare.Cic.1.Tuſcu.157.

Scientiam alicuius tentare.Cic.1.de Diuinat.60,Cuius quum tentaret ſcientiam auguratus, dixit ei, cogitare ſe quiddam,id poſſẽne fieri conſuluit.

Spem certaminis tentare.Liuius 1.bel.Maced.131.

Studium inutile tentare.Ouid.4.Triſt.eleg.9.5.

Vires alicuius tentare.Ouid.1.Amor.eleg.8.10.

Via tentanda eſt.Virg.3.Georg.2, -tentanda via eſt qua mẽ quoque poſſim Tollere humo.

¶Tentari morbo,Dolere,affligi morbo.Cic.4.Tuſc.48,Illud animorum, corporúmque diſſimile eſt, quòd animi valentes morbo tentari non poſſunt,corpora poſſunt. Idem ad Atticũ lib.11.119.1, Etſi putabã te certiorẽ factũ nõ eſſe, modò valeres: ſcripſeras enim te quodam valetudinis genere tentari. Lucre. lib.6.151,Nec poterat quiſquam reperiri,quem neque morbus, Nec mors,nec luctus tentaret tempore tali.

Renes morbo tentantur acuto.Horat.1.epiſt.6.6.

Dolore tentante lædituꝛ caput aut oculus.Lucret.lib.3.30.

Amore tentari.Ouid.1.Amor.eleg.2.1, Horat.1. Carm. ode 16.5, -me quoque pectoris

Tentauit in dulci iuuenta Feruor.
Scabies tentat oues. Virg. 3. Georg. 86.
Tentare pedes dicitur vua pro vino, quum ita ebrios bibentes reddit, vt pedibus vacillent. Virgilius 2. Georg. 19,
-tenuisque lagæos
Tentatura pedes olim, vincturáque linguam.
Pabula tentant graues fœtas. Virg. eclog. 1. 10.
Tentare caput dicitur vinum, hoc est perturbare. Plin. lib. 23. cap. 1. 21.
¶ Tentare, pro Inuadere, infesto animo petere & aggredi. Cic. pro Rab. perduel. reo, 1, Idcirco in his rebus euertendis vnius hominis senectus, infirmitas, solitudóque tentata est.
Tentâtus, pen. pro. Participium. Ouid. 1. de Arte, 79, Opprime tentatam, nec nisi victor abi.
Tentatio, tentatiônis, Verbale, Ipse tentandi actus. Liu. 9. ab Vrbe, 143. Et postquâ Romæ ictò cum Samnitibus fœdere feciales venerant res repetitum, tentationem aiebant esse, vt terrore incusso belli, Romanos se fieri paterentur. Idem 4. ab Vrbe, 179, Ægre Hortensius pati, tentationem eam credens esse perseuerantiæ suæ, &c.
Tentationes morbi. Cic. Attico, libro 10. 208. 1, Valetudinem tuam iam confirmatam esse & à vetere morbo, & à nouis tentationibus, gaudeo.
Tentâtor, pen. prod. Verbale. Horat. 3. Carm. ode 4. 15,
-notus & integræ
Tentator Orion Dianæ.
Tentabundus, Adiect. Liu. 1. bel. Pun. 133, Ventum deinde ad multo angustiorem rupem, atque ita rectis saxis, vt ægrè expeditus miles tentabundus, manibúsque retinens virgulta ac stirpes circà eminentes demittere sese posset. Id est tentans.
Tentamentum, tentamenti, idem quod Tentatio. Virg. 8. Æneid. 29, -nec prima per artem
Tentamenta tui pepigi. Hoc est, Cum nullo antè pactus sum, vt te aut per artem aliquam, aut per legatos probarem: sed intrepidum me tibi commisi. Seruius. Ouid. 7. Metam. 148,
-meditatáque penè reliqui
Tentamenta fide. Fide, pro fidei. Ibidem, lib. 15. 116,
-Postquam mortalia cernunt
Tentamenta nihil, nihil artes posse medentum:
Auxilium cæleste petunt.

Tentorium / Vide **Tendo.**

TENTYRA, pen. corr. Tentyrorum, plur. num. n. g. Ciuitas inferioris Ægypti: vnde & Præfectura Tentyritica, vel (vt Plinius ait) insula à Nilo circundata, in qua habitant homines qui crocodilos nõ timent. Iuuenalis sat. 15. 8, Qui vicina colunt vmbrosæ Tentyra palmæ.
Tentyritæ, pen. prod. populi, de quibus Plinius lib. 8. cap. 2. 5, Quin & gens hominum est huic bellua (de crocodilo autem loquitur) aduersa in ipso Nilo, Tentyritæ, ab insula in qua habitat, appellata. Mẽsura eorum parua, sed præsentia animi in hoc tantum vsu mira. Terribilis hæc cõtra fugaces bellua est, fugax contra insequentes. Sed aduersum ire soli hi audent. quinetiam flumini innatant dorsóque equitantium modo impositi, hiantibus resupino capite ad morsum, addita in os claua, dextra ac læua tenentes extrema eius vtrinque, vt frænis in terram agũt captiuos: ac voce etiam sola territos, cogunt euomere recentia corpora ad sepulturam. Itaque ei vni insulæ crocodili non adnatant: olfactúque eius generis hominum, vt Psyllorum serpentes, fugantur. Hæc ille. Strabo quoque libro 17, Quum (inquit) crocodili Romam allati essent, vt viderentur, Tentyritæ eos sequebantur: facta est ab illis piscina quædam, & foramen inuno laterum, vt ex aqua in apricum egredi possent. Tentyritæ aderant, qui eos interdum rete educebant ad solem, vt à spectatoribus viderentur: interdum in aquam intrantes, rursum eos in piscinam retrahebant. Plin. lib. 28. cap. 3. 1, In insula Nili Tentyri nascentes tanto sunt crocodilis terrori, vt vocẽ quoque eorum fugiant. Vbi legendum putauerim Tentyris. vt sit sensus, Qui nascuntur in Tentyris insula Nili &c. Hoc est Tentyritæ tanto sunt crocodilis terrori &c. Loquitur enim Plinius de remediis ex homine.

Tenuis / & hoc tenue, à Teneo fieri videtur: quòd quæ tenuia sunt, facilè teneantur. significat autem paruum & exiguum. Columella lib. 2, Quo tenue linum proueniat. Plin. lib. 12. cap. 14. 6, Tenuissimus cortex. Plaut. Rud. 50. 14, Ita quanti magis extergeo, rutilum, atque tenuius fit. Variis substantiuis iungitur.
Acies tenuis, Vide **Acies.** Acus tenuis, Vide **Acus.**
Aer tenuis. Virg. 4. Georg. 62. Ouid. 15. Metam. 20.
Aer purus & tenuis, Crassus & concretus, contraria. Cic. 2. de Nat. deor. 60.
Aqua tenuis, Modica. Liu. 1. ab Vrb. 16, Tenet fama, quũ fluitantem alueum, quòd expositi erant pueri, tenuis in sicco aqua destituisset, &c. Sic ibidem, 19, Tenui fluentem aqua.
Argilla tenuis, Sine humore. Virg. 2. Georg. 36, Tenuis vbi argilla, & dumosis calculus aruis. Seruius.
Respondeo, mihi dicendi aut nullam artem, aut pertenuem videri. Cic. 1. de Orat. 55.
Auræ tenues. Virg. 4. Georg. 100.
Aurum tenue. Virg. 4. Æneid. 53.
Authoritas tenuis, persona lenis. Cic. 2. de Lege agrar. 51.
Cælum tenue, cui Crassum opponitur: hoc est, aeris tẽperies tenuior & delicatior. Cic. de Fato, 11, Athenis tenue cælũ, ex quo etiam acutiores putãtur Attici: crassum Thebis, itaque pingues Thebani, & valentes.
Census tenuis. Horat. 1. epist. 7. 11.
Cultu tenuissimo viuere, Parcissimo. Ci. pro Fla. 21, Hæc enim ratio ac magnitudo animorũ in maioribꝰ fuit: vt quũ in priuatis rebꝰ, suisq; sũptibꝰ minimo cõtẽti tenuissimo cultu viuerẽt.
Damnum tenue. Claud. de bel. Get. 1.
Discrimen tenue, Parum. Plin. lib. 8. cap. 33. 1, Oculi in recessu cauo, tenui discrimine, prægrandes, & corpori concolores. De chamæleonte.
Distinctio tenuis & acuta. Cic. 4. Acad. 80.
Dubitatio tenuissima, Minima. Cic. 4. Ver. 13, ns. vndecies numeratum esse, vt eam causam, in qua ne tenuissima quidem dubitatio posset esse, isto cognoscente obtineret.
Fila tenuia aranei. Lucret. lib. 3. 77.
Gloria non tenuis. Virg. 4. Georg. 2.
Homo tenuis, cui Locuples opponitur. Cic. 4. Ver. 96, Nam locupletissimi cuiusque census extenuarant, tenuissimi auxerant.
Imago tenuis. Lucret. lib. 4. 13.
Loco tenui ortus, Humili. Liu. 2. ab Vrbe, 11, Erant in Romana iuuentute adolescentes aliquot, nec in tenui loco orti, quorum in regno libido solutior fuerat.
Mensa tenuis. Horat. 2. Carm. ode 16. 3,
Viuitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum.
Opes tenues. Cic. pro Quintio, 2, P. Quintius, cui tenues opes, nullæ facultates, exiguæ amicorum copiæ sunt.
Oppidum tenue. Cic. 4. Verr. 37, Bidis oppidum est, tenue sanè, non longe à Syracusis.
Oratio tenuis, Stylo parum sublimi scripta. Terent. in prolog. Phorm. 5, -qui ita dictitat, quas antea fecit fabulas,
Tenui esse oratione, & scriptura leui.
Pecunia mediocris & tenuis. Cic. in Hortẽsio, Eundẽ nõ modò mediocri pecunia, sed etiã tenui percipere possum. Noni.
Pluuia tenuis. Virgil. 1. Georg. 19, Ne tenues pluuiæ, rapidíve potentia solis Acrior, &c.
Præda tenuis. Cæsar 6. bel. Gal. 130, Quid vos, inquit, hãc miserã ac tenuẽ sectamini prædã, quibꝰ iã licet esse fortunatissimis?
Remedium tenue. Plin. lib. 1. cap. 48. 1.
Sermo tenuis. Horat. 1. Serm. saty. 4. 1.
Disputate sermone tenui & exiguo. Cic. 1. de Orat. 30.
Sonus tenuis. Ouid. 14. Metam. 86.
Spes tenuis. Cic. pro Roscio Comœdo, 15, Recitabimus. erras. inani & tenui spe te consolaris.
Suspicio tenuis. Cicero pro Cecinna, 31, Quòd si vi pulsos dicimus exercitus esse eos qui metu ac tenui sæpe suspicione periculi fugerunt.
Tellus tenuis. Ouid. epist. 4. 11.
Testis obscurus & tenuis. Cic. in Partit. 64.
Textura tenuis. Lucret. lib. 3. 43.
Tenuia vellera. Virg. 1. Georg. 80, Tenuia nec lanæ per cælum vellera ferri.
Ventus tenuis. Virg. 3. Æneid. 30.
Vestes tenues. Ouid. 5. Metam. 175.
Vestigium tenue. Plinius lib. 3. cap. 4. 2, Magnæ quõdam vrbis tenue vestigium.
Victus tenuis: cui Copiosus opponitur. Cicero de Amicitia, 71, Multi diuitias despiciunt, quos paruo contentos tenuis victus cultúsque delectat. Idem 3. Tusc. 84, Negat vllam in sapiente vim esse fortunæ: tenuem victum antefert copioso. Idem 2. de Finib. 143, Negat enim tenuissimo victu, id est cõtemptissimis escis & potionibus minorem voluptatẽ percipi, quàm rebus exquisitissimis ad epulandum. Horat. 1. Serm. saty. 1. 11.
Vinum tenue. Ouid. 1. de Arte, 115.
Tenuis viribus, Imbecilla. Plinius lib. 11. cap. 16. 1, Sembracena ante alias hilaris, sed viribus tenuis.
¶ Tenuior & Tenuissimus. Cic. 3. de Legib. 35, Cõcessa plebs à patribus ista potestate arma ceciderunt, resţincta seditio est: inuẽtum est temperamentũ quo tenuiores cũ principibus æqua-

ri ſe putarint. Hoc eſt, pauperiores. Sic 1. de Nat. deor. 59.

Tenuiſſima membrana. Cic. 1. de Nat. deor. 113.

In minimis tenuiſſimiſque rebus labi. Cic. 1. de Oratore, 81.

Relinquere alicui tenuiſſimum patrimoniũ. Author ad Heren. lib. 4. 109.

Stamina tenuiſſima. Ouid. 4. Metam. 36.

Toga tenuiſſima filo. Ouid. 3. de Arte, 88.

Tenuior, In verſu hexametro. Stat. 1. Syln. 4. 8, Sperne coli tenuiore lyra, vaga cingitur aſtris &c. Eliditur vocalis u.

Fluit tenuis. Quintilianus libro 2. cap. 1. 4, Nam tenuis à fonte, aſſumptis poetarum, hiſtoricorúmque viribus pleno iam ſatis alueo fluit.

¶ In tenui labor, at tenuis non gloria, ſiquem
Numina læua ſinũ, audítque vocatus Apollo. Virg. 4. Georg. 1.

Cõparatio eſt laboris, quòd magnam dat gloriam ſi fuerit materia ex illis ornata. Seruius.

Tenuiculus, pen. cor. Adiectiuũ diminutiuum. Cic. Pæto, lib. 9. 19. 1, Tenuiculo apparatu ſignificas Balbum fuiſſe contentum.

Tenúitas, pen. corr. tenuitátis, f. g. Plin. lib. 8. cap. 33. 1, Cauda prælonga in tenuitatem deſinens, & implicans ſe viperinis orbibus. De chamæleonte. Idem lib. 10. cap. 19. 9, Linguis luſciniarum tenuitas illa prima non eſt quæ cæteris animalibus.

Tenuitas fugit aciem. Cicero 1. Tuſcul. 80, Vt ſi iam poſſent in homine vno cerni omnia, quæ nunc tecta ſunt, caſuruſne in conſpectum videatur animus, aut tanta ſit eius tenuitas, vt fugiat aciem.

Quoſdã valetudo, modò bona ſit, tenuitas ipſa delectat. Cic. de Claris Orat. 32.

¶ Tenuitas, Paupertas. Cic. ad Tironem, lib. 16. 11. 10, Vt poſſum, ex meis anguſtiis, illius ſuſtento tenuitatem. Idem 1. de Diuin. 151, Ne ars tanta propter tenuitatem hominum à religionis authoritate abduceretur ad mercedem atque quæſtum. Et 1. de Orat. 147, Ille Gallus olim teſtis in Piſonem, quum innumerabilem Magio Præfecto pecuniam dixiſſet datam, ídque Scaurus tenuitate Magii redargueret, Erras, inquit, Scaure.

Ærarii tenuitas. Cic. 1. Off. 109, Danda etiã opera eſt, ne quod apud maiores noſtros ſæpe fiebat, propter ærarii tenuitatem, aſſiduitatémque bellorum, tributum ſit conferendum.

Hubertas & Tenuitas frugum, contraria. Cic. 1. de Diuin. 45.

Verborum tenuitas, Humilitas, ſimplicitas. Cic. 3. de Finib. 61, Quæ quidem adhuc peregrinari Romæ videbatur, nec offerre ſeſe noſtris ſermonibus, & iſta maximè propter limatam quandam & rerum & verborum tenuitatem.

Tenúiter, pen. corr. Aduerb. Tenuis, tenuiſſimé. Cic. 4. Verr. 113, Iandudum enim mihi nimium tenuiter Siculorum erga te voluntatis argumẽta colligere videor, vtrum ſtatuas voluerint tibi ſtatuere, an coacti ſint. Cæſar 5. bel. Gall. 400, Pelles pro velis, alutáque tenuiter confectæ.

Tenuiter æſtimare. Cic. 6. Verr. 30, Iuſſit Timarchidem æſtimare argentum, quo modo quo qui vnquã tenuiſſimè in donatione hiſtrionum æſtimauit.

Philoſophorum mos tenuiter diſſerendi. Cic. in Orat. 16.

Reſpõdere tenuiter & negatorié. Author ad Heren. li. 4. 105.

Tenuius. Cic. 1. de Inuent. 157, Hi & cæteri omnes loci communes, ex iiſdem præceptis ſumuntur, quibus cæteræ argumentationes: ſed illæ tenuius, & acutius, & ſubtilius tractantur: hi autẽ grauius, & ornatius, &c.

Tenuo, tenuas, tenuare, Tenuem, ſubtilem, macrum, debilem facere, ſiue minuere. Virg. 3. Georg. 16, Ipſa autem macie tenuant armenta volentes. Plin. lib. 11. ca. 23. 1, Mox trahi inter ramos, tenuari ceu pectine. Stat. 1. Theb. 68, Rorifera gelidum tenuauerat aera biga.

Adipes tenuare. Quintil. lib. 2. ca. 10. 5, Ita ſibi quoque tenuandos adipes, & quicquid humoris corrupti contraxerit, emittendum, ſi eſſe ſanus, ac robuſtus volet.

Carmen tenuare. Proper. lib. 3. eleg. 1. 1, Dicite quo pariter carmen tenuaſtis in antro.

Curæ tenuant corpus. Ouid. 3. Metam. 80.

Silices tenuantur ab vſu. Ouid. 2. de Arte, 19.

Vomer tenuatur ab vſu. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 9.

Macie vultum tenuare. Propert. lib. 4. eleg. 3. 6.

Tenuãtus, pen. prod. Participium: vt Corpus tenuatum recreare. Horat. Serm. ſat. 2. 17.

Vox tenuata. Ouid. 2. Metam. 75.

Tenus/huius tenus, m. g. Laqueus. Plaut. Bacchid. 17. 23, Pendebit hodie pulchrè, ita intendi tenus. Seruius in ſextum Virgilii, dici putat extremas partes arcus: vnde tractum ſit Hactenus, id eſt hucuſque, quaſi vſque ad finem.

Tenus/Præpoſitio, ſignificat propinquitatẽ, & quod dicimus, Vſque ad. Nam quod propinquum eſt, quaſi tenere videtur id cui eſt propinquum. Quidam à tendendo, quòd hæc propoſitio extenſionem quandam ſignificare videatur. Ablatiuo deſeruit, ſempérque in ſingulari poſtponitur ablatiuo, vt Hactenus, cãtenus, quátenus, verbo tenus, ore tenus, capulo tenus. Virgil. 3. Æneid. 86,

Prima hominis facies, & pulchro pectore virgo
Pube tenus. Idem 6. Æneid. 13, Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta.

Lateri capulo tenus abdidit enſem. Virg. 1. Æneid. 111.

Et loca conuiſit canda tenus infera piſcis. Cic. in Arato, 39.

Collo tenus ſupereminet omnes. Ouid. 3. Metam. 37.

Crateráque tenus lucet mortalibus Hydra. Cic. in Arato, 41.

Credito tenus, Paulus De furtis, L. Creditoris, cui pignus ſurreptum eſt, non credito tenus intereſt, ſed omnimodo in ſolidum furti agere poteſt.

Ianua ac limine tenus, domum claudit. Tacit. lib. 17.

Ore tenus, Tacit. lib. 1, Modò pectore, modò ore tenus extantes. Id eſt vſque ad os.

Porta tenus. Tacit. lib. 3, Non patruũ ſaltem porta tenus obuium. Hoc eſt vſque ad portam.

Solo tenus. Colum. lib. 4. ca. 11. 1, Omnẽ ſuperficiem amputabant ſolo tenus iuxta ipſum articulum, vt è duro pullularet.

Talo tenus veſtigia tingit. Ouid. 4. Metam. 69.

Antiochus à Scipione deuictus Tauro tenus regnare iuſſus eſt. Cic. pro Deiotaro, 15. Hoc eſt vſque ad montem Taurum.

Veteres verbo tenus acutè illi quidem, ſed nõ ad hunc vſum &c. Cic. 3. de Legib. 10.

Titulo tenus. Tranquil. in Claud. cap. 15, Inſtituit & imaginariæ militiæ genus, quo abſentes & titulo tenus fungeruntur.

Vino tenus. Colum. lib. 4. ca. 24. 5, Deinde falce eradi vino tenus, vt à viridi codice ducat cicatricem.

Vmbilico tenus. Liu. 6. bel. Pun. 135, Et adeò nudauerat vada, vt alibi vmbilico tenus aqua eſſet, alibi genua vix ſuperaret.

¶ Accuſatiuo aliquãdo iungitur. Flaccus in Argon. lib. 1. 109, Et Tanaim tenus, immenſo deſcendit ab Euro.

¶ In plurali ponitur cũ genitiuo, & etiã cũ ablatiuo. Virg. 3. Georg. 11, Et crurũ tenus à mẽto palearia pendent. Vbi Seruius, TENVS dicit eſſe aduerbiũ. Curtius lib. 8, Pauci hoſtium tenus exacti penetrauere ad portũ. Codices caſtigati habent, Pauci tamen hoſtium exacti penetrauere ad Porum acerrimè pugnam cientem. De Poro rege Indorum loquitur. Celſus lib. 1. cap. 3, Demittere ſe inguinibus tenus in aquam calidam.

Labrorum tenus. Lucret. lib. 1. 191.

Tenus prodire dixit Horatius 1. epiſt. 1. 7, Eſt quodam prodire tenus, ſi non datur vltra. Id eſt aliquouſque.

TEOS, Ioniæ ciuitas, Anacreontis poetæ patria. Straboni lib. 14. Vide TEIVM.

Teos alia in Scythia, ad quã palus eſt piſcibus referta, è quibus per ſerenum, oleum manat in ſumma aqua, tanta copia, vt colligi in vaſa poſſit, vſibus aptum. Stephanus.

Tepeo/tepes, Vide Tepidus.

Tepidus/tépida, tépidum, pen. corr. Medium inter calidum & frigidum, nempe quod frigido & calido temperatum eſt. Plin. lib. 11. cap. 15. 8, Præterea ſyncera denſantur in tepida aqua.

Tepidum lac, Statim mulctum. Virg. 3. Æneid. 14, Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte. Seruius.

Dies tepidus. Ouid. epiſt. 4. 31.

Tepidior tempeſtas. Varro 3. de Re ruſt. ca. 10. 3, Incubat tempeſtatibus dies triginta, tepidioribus vigintiquinque.

Tepidus fulgor. Plin. lib. 9. ca. 31. 1, Autumno & Vere pinguefcit, & plenilunio magis, quia nocte ſydus tepido fulgore mitificat.

¶ Tepidus, pro Calido aliquãdo ponitur. Lucretius, Tepidiſq; caminis. Martia. lib. 1. 116, Circunfert tepidis cocus popinis.

Ignes tepidi. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 3.

Sol tepidus. Virg. 1. Georg. 80.

¶ Tepidus vapor. Lucretius lib. 2. 172.

¶ Tepidus, Frigidus, præſertim quãdo transfertur ad hominẽ. Plaut. Hic homo factus eſt tepidior. Id eſt, frigidior, ſegnior.

Mens tepida. Ouid. 1. de Arte, 1. 89, Fac timeat de te, tepidámque recalfacere mentem. Idem 2. de Remed. 47, Quid iuuat admonitu tepidam recalefcere mentem?

¶ Tepidus, Inutilis, ſine nocuus. Virg. 1. Georg. 14, Vnde cauæ tepido ſudant humore lacunæ. Seruius.

Tépido, tépidas, pen. corr. tepidare. Plin. lib. 17. cap. 26. 5, In eodem agro Bruma, tanto magis ſi niues iaceant gelérve, ne frigus vites adurat, circunfundunt riguis, quod ibi tepidare vocant, memorabili natura in amne ſolo.

Tepeo, tepes, tepui, tepẽre, Tepidum eſſe. Cato de Re ruſt. cap. 69, Leuibus lignis facito calefcat: vbi temperatè tepebit, tũ cuminũ indito. Plin. lib. 19. cap. 4. 19, Carnibus gallinaceorum ita vt te-

peant aulsæ,appositis,venena serpentium domantur.
Aqua tepet.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.11.
Aura tepet.Ouid.3.Trist.eleg.10.2.
Tepet igne maligno focus.Mart.lib.10.96.

Tepens,Participium:vt Auræ tepẽtes Zephyri. Virg.1.Georg.66.
Buxi tepentes.Mart.lib.3.10,
Inter tepentes post meridiem buxos
Sedet,ambulátve liber acribus curis.
Cineres tepentes.Stat.3.Sylu.3.37.
Locus tepẽs.Columella lib.1.cap.4.8, Sunt quædam loca quæ tepent hyeme,sed æstate sæuissimè candent.
Sol tepens.Ouid.3.Fast.48.
Ver tepens.Ouid.3.de Arte,37.

Tepefácio,tepéfacis,pen.corr.tepefeci, pen.prod. tepefactum,tepefacere.Cicero 1.de Nat.deorũ,56, Is eius tactus est,non vt tepefaciat solùm,sed etiam sæpe cõburat.De sole. Idem 5.Tusc. 53,Alia semper virent,alia hyeme nudata verno tempore tepefacta frondescunt. Colum.lib.7.cap.5.7, Tepefactúmque medicamentum linitur scabræ parti. Catullus in Argon.59.71, r a syllabam produxit,Alta tẽpefaciet permista flumina cæde. Idem ad Mallium,63.6,corripuit eandem, Frigida deserto tẽpefecit membra cubili.
Ferrum tepefecit in iugulo matris.Horat.2.Serm.saty.3.18.
Frigoribus adiectis durescit humor,& idem vicissim mollitur tepefactus,& tabescit calore.Cic.1.de Nat.deorum,39.
Terra semen tepefactum vapore & cõplexu suo diffundit. Cic.de Senect.47.
Terra tepefacta cruore.Virg.9.Æneid.69.

Tepesco,tepescis,tepui,tepéscere,Tepidũ fieri. Cic.1.de Nat.deorum,39, Atque etiam maria agitata ventis ita tepescunt, vt intelligi facilè possit in tantis illis humoribus esse inclusum calorem. Virgil.9.Æneid.140, -& fixo ferrũ in pulmone tepescit.
Mentes tepescunt. Lucan. lib.4.58, Paulatim cadit ira ferox, mentésque tepescunt.

Tepor,tepòris,masc.gen. Ipsa(vt ita dicam)tepiditas.Plinius lib.8. cap.25.2,Dies in terra agit,noctes in aqua,teporis vtrunque ratione. Idem lib.33.cap.6.11, Ex eo sublata veruculis ferreis,atque in ipsa flamma conuoluta veruculo, vt sit modici teporis. Vetus exemplar legit ponderis. Cic.1.de Nat.deorum,39, Nec enim ille externus & aduentitius habendus est tepor,sed ex intimis maris partibus agitatione excitatus, quod nostris quoque corporibus contingit,quum motu atque exercitatione recalescunt. Idem de Senectute,49,Vua maturata dulcescit,vestitáque pampinis nec modico tepore caret, & nimios solis defendit ardores.
Egelidi tepores.Catull.ad seipsum,43.1.
Lenis tepor. Ouid.1.Metam.160, Quæ neque dant flammas, lenique tepore cremantur.
Lentus tepor.Vide **Lentus.**

Teporâtus, penult. prod. Adiectiuum, Tepidus factus. Plin. lib. 36.cap.26.9, Fragmenta teporata agglutinantur tantum, rursus affundi non queunt.præterquam abrupta sibimet.

Ter/Aduerbiũ numerale.Plaut.Bacchid.13.7,Rerin' ter in anno tu has tonsitaris? Virg.1. Georg.57.
Ter sunt conati imponere Pelio Ossam,
Ter pater extructos disiecit fulmine montes. Idem.1.Æn.159,
Ter conatus erat collo dare brachia circum,
Ter frustra comprensa manus effugit imago. Ibidem lib.6.46,
Idem ter socios pura circumtulit vnda,
Spargẽs rore leui,& ramo felicis oliuæ. Horat.3.Car.ode 3.14,
Ter si resurgat murus aheneus
Authore Phœbo,ter pereat meis
Excisus Argiuis,ter vxor
Capta virum,puerósque ploret.
Ter Consul. Plin.lib.19. cap.1.6, Nuper Romæ prodidit Mutianus ter Consul.
Ter amplius Geryones.Horat.2.Carm.ode 14.2.
Ter fœlix.Ouid.8.Metam.11.
Ter tanto peior. Plaut. Persa, 4.71, Ter tanto peior ipsa est, quàm illam tu esse vis.
Ter quatuor.Cic.1.de Diuin.177,Cædũt de cælo ter quattuor corpora sancta.Ex poeta.
Ter & quater.Horat.1.Carm.ode 31.3, -quippe ter & quater Anno reuisens æquor Atlanticum.
Térque quatérque beati.Virg.1.Æneid.10. Idem 4.Ænei.118, Térque quatérque manu pectus percussa decorum.
Ter & vicies.Plin.lib.7.cap.28.4, Secundo stipẽdio dexteram manum perdidit:stipendiis duobus ter & vicies vulneratus.
Ter ternus. Varro 1.de Re rust. cap.1.11, Ea partes habet nouem discretas ter ternas.De pecunia.
Ter in anno.Cic.pro Ros.Amer.79, Aptam & ratione dispositam se habere existimant, qui in Salentinis,aut in Brutiis habent,vnde vix ter in anno audire nuntium possunt.

Tercentum.Virgil.8.Æneid.144,
Maxima tercentum totam delubra per vrbem
Lætitia,ludíque vix,plausúque fremebant.

Tercenténi,penult.prod.Plurale tantum,Adiectiuũ.Mart.lib.2.2, Tercentena quidem poteras epigrammata ferre.

Terdéni,pen.prod.Plurale,Adiectiuũ.Mart.lib.11.19,Terdenos vigilaueram per annos. Virg.8.Ænei.10,Ex quo terdenis vrbem reduentibus annis,&c. Mart.lib.8.71,
Quid numerem currus,terdenáque præmia palmæ,
Quæ dare non semper Consul vterque solet?

Trecenti,treceni,& tredeni,Vide suo loco.

Tergéminus,pen.corr. Adiectiuũ.Liu.6.ab Vrbe,33, Modò tergeminæ victoriæ triplicem triumphum ex his ipsis Volscis & Æquis, & ex Hetruria egistis. Ouid.4. Trist.eleg.6.4, Tergemínúmque virum,tergeminúmque canem.
Ignis tergeminus Iouis,Fulmen trisulcum.Stat.1.Sylu.1.16.
Proles tergemina,Tres filii.Stat.4.Sylu.8.5.
Tergeminus in scelere.Cic.11.Philipp.289,de Antonio & Dolabella, Ecce tergeminum in scelere par, inusitatũ, inauditum, ferum,barbarum.Id est triscleratum.Sic Budæus.Vetus exemplar legit,tibi geminum.
¶Tergémini,pe.cor.dicuntur tres qui ex vno vtero, vno die editi sunt.Plaut.Mil.10.111,Et tibi sunt gemini, & tergemini,si te bene habes,filii. Plin.lib.7.cap.3.1,Tergeminos nasci certũ est,Horatiorum Curiatiorúmque exemplo. Liu.1.abVrbe,96, Tergemini fratres.Vetus codex habet trigemini.

Ternus,vel potius Terni,pluraliter,Adiectiuum. Plau.Merc.6.33, Hodie ire in ludum occœpi litterarium
Lysimache,ternas scio iam.2. quid ternas?D.amo. Cic.ad Pætum,lib.9.21.10,Quum loquimur terni,nihil flagitii dicimus:at quum bini,obscœnum est. Plin.lib.9.cap.10.2,Adnatare enim singulis ternos,à duobus in dorsum verti,à tertio laqueum inici supinæ. Cic.4. Verr.104, Hoc quoque propter tuos ternos denarios nunc primum postulatur. Sic 5. Verr.163. Virgil.5. Æneid.14, -terno consurgunt ordine remi. Horat.2. Serm. saty.4.16, Immane est vitiũ,dare millia terna macello. Idem 3.Carm.ode 19.3,Ternos ter cyathos attonitus petet Vates.
Terni deni. Plin.lib.18.ca.16.1,In eũ diẽ terna dena subiicito.

Ternarius, Adiectiuũ.vt Ternarii scrobes. Colum.lib.11.cap.2.21, Scrobes omnis generis,quos eris Autumno cõsiturus,hoc tẽpore præparare oportebit, eorum quaternarii,hoc est quoquo versus pedum quatuor,si est cõmodum terrenum,XIIII ab vno fiunt,ternarii autem XVIII.

Tertius,Adiectiuũ,Qui post secundum est. Plaut.Pseud.14.47,
Sed propera mihi monstrare vbi sit lenonis ædium
Ostium. T.tertium hoc est. Plin.epist.92.2.lib.4,Tertius dies est quòd audiui recitantem Sentium augurinũ cũ summa mea voluptate. Plaut.Pseud.9.65, Denortar in tabernam tertiam. Virg.3.Æneid.24,Tertia lux classem Cretæis sistet in oris.
Tertio quoque die.Cic.1.Tusc.41,
Iam tertio me quoque funesto die
Tristi adnolatu aduncis lacerans vngubus. Ex poeta.
Tertio quoque verbo.Cic.pro Rab.Posth.21, Modò vobis inspectãubus in iudicio Gabinii tertio quoque verbo excitabatur.
Tertius in pretio,vel authoritate.Vide **Authoritas** tributorum. Plaut. Pœn.4.108,Salue in pretio tertia.
Tertio loco, Tertia dignitate. Plin.lib.11.cap.12.3, In nostro orbe proximè laudatur nardum Syriacum, mox Gallicum,tertio loco Creticum.
Tertium locum Milesiæ oues obtinent.Plin.lib.8.cap.48.
Nihil esse tertium.Cic.Pæto lib.9.11.1.
Sed si res coget,est quiddam tertium. Cic. Lentulo lib.1.5.6.
Tertiæ notæ herbæ,Tertio loco adscribendæ,vel tertiam dignitatem post alias sortitæ.caue autem putes tertiæ facultatis. Colum.lib.9.ca.4.6, Tertiæ notæ,sed adhuc generosæ marinus ros,& nostras cunila,quam dixi saturẽiam.

Tertiânus, pen.prod.Adiectiuum, vt Tertiana febris, quæ tertio quoque die nouam accessionem facit: quemadmodum & quæ tana,quæ quarto.Cic.3.de Nat.deo.31, Vide quæso si omnis motus, omniaque quæ certis tẽporibus ordinem suum cõseruant, diuina dicimus, ne tertianas quidem febres & quartanas diuinas esse dicendum sit.
Tertiana quoque absolutè,idem significat: quod & pluraliter etiam frequentius legitur.Plin.lib.20.ca.14.20, Xenocrates pulegii ramum lana inuolutum in tertianis ante accessionem olfactandum dari,aut strangulis subiici,& ita collocari ægrum,inter remedia tradit. Ibidem,ca.20.6,Seminis grana tria in ter-

tiamis deuorari iubent aliqui ante accessionem.

Tertiani, tertianorum. Tacit.lib.21, Tradidit & Syria duo & vicesimanos, tertianósque. Hoc est tertiæ cohortis milites.

Tertiò, Aduerbium. Plautus Cist.5.50, Et equidem hercle nisi perdam te tertiò, omnes effluxero. Terent. Eunucho, 3.3.14. Non hercle veniã tertiò. Colum.lib.3.cap.13, Sarriuntur sesquiopera, iterum sarriuntur vna opera, & tertiò vna.

Tertium, Aduerbiũ. vt Tertium Cõsul. Liu.3.ab Vrbe, 94, Cõsules creati Q. Fabius Vibulanus tertiũ, & L. Cornelius Maluginẽsis.

Iterum ac tertium iacere. Cic.2.de Diuinat.182, Quid est tam incertum quàm talorum iactus? tamen nemo est quin sæpe iactans Venereum iaciat aliquãdo, nonnunquam etiam iterum ac tertium.

Tertio, tertias tertiare, Tertiò facere. vt Terram vel solum tertiare dicimus, quum tertio aratur & colitur. Colum.lib.2.cap.4.7, Sed ingerum talis agri quatuor operis expeditur. nam commodè proscinditur duabus, vna iteratur, tertiatur dodrante, in liram statim redigitur quadrante operæ. Idem lib.2.cap.13.7. & cap. 4, Iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos.

Tertiatio, Verbale, Ipse tertiandi actus. Colum.lib.11.cap.50.9, Nã plurimum refert non miscere iterationem, multóque minus tertiationem.

Tertiarius, Adiectiuum. Plin.lib.34.cap.17.1, Idem & tertiarium vocãt, in quo duæ nigri portiones sunt, & tertia albi. De stãno.

Tertiarium, Ponderis genus satis notum, cui correspondet quartarium. Cato cap.95, Postea sumito bituminis tertiarium, & sulfuris quartarium. Hoc est tertiam vel quartam partẽ vncix.

TERAPNAE, multitudinis numero: vel Terapne, Terapnes, vrbs Laconiæ in finibus Thebanis, Helenæ patria. Mela.lib.2.

Animosa Terapne. Silius lib.6.61.

Vmbrosæ Terapnæ. Stat.4.Sylu.8.11.

Terapnæus possessiuum. Ouid.epist.15.40, Rure Terapnæo nata puella Phrygem. Stat.1.Sylu.2.13, Blanda Terapnæi placeant vinera Galesi.

Teratius/Vide TARCHETIVS.

Terebellum, terebelli, Vide Terebra.

Terebinthus/terebinthi, & Terebynthus, cũ y psilo, fœ.g. authore Marcello in Dioscoridem, grani viridis arbor apud posteriores fuit, cui factũ nomẽ ab eo eius genere, quòd fructus suos in viridi pallidos feret, quod Theophrastus χλωρὸν dixit, quasi herbaceum. Plin.lib.13.cap.6.1, Syria & terebinthum habet. Ex his mascula est sine fructu. Fœminarũ duo genera. Alteri fructus rubet lentis magnitudine, alteri pallidus. Cum vite matureſcit non grandior faba, odore iucundior, tactu resinosus circa Idam Troadis, &c. Virg.10.Æneï.28, Inclusum buxo aut Oricia terebintho. Ex Terebintho autem distillat terebinthina resina omnibus notissima in quotidiano medicinæ vsu.

Terebinthina resina. Plin.lib.13.cap.8.3, Et sæpe ex ecligmate cum resina terebinthina. Colum.lib.12.cap.20.3, Item resinæ terebinthinæ sesquilibram.

Terebra, térebræ, pen.corr. Instrumentum quo ligna perforantur. A tero. Columella lib.4.ca.29, Nam antiqua terebra, quam solam veteres agricolæ nouerant, scobem faciebat, perurebátque eam partem quam perforauerat.

Terebellum, terebelli, Diminutiuum.

Terebro, térebras, pen.corr. terebrare, Terebra perforare. Virgil. 2.Æneid.8, Aut terebrare cauas vteri, & tentare latebras. Columella lib.5. cap. 9.13, Eas terebrari Gallica terebra conuenit. Idem lib.12. cap.8.1, Ollam nouam sumito, eámq; iuxta fundũ terebrato. Mart.lib.11.39, Punctáque lascina quæ terebrantur acu. Cato cap.41.

Buxum terebratum per rara foramina. Ouid.6.Fast.140.

Terebrare, per translationẽ dixit Plautus Bacchid.13.79, Hanc veniam illis te exorem sine. N. Vt terebrati

Terebratio, terebrationis, Verbale, Ipse terebrandi actus. Colum. lib.4. cap.29.11, In illa autem quæ fit per terebrationem, &c. Sic lib.4.cap.24.

TEREDRIS, fluuius Hispaniæ Tarraconensis, Ptolemæo lib.2. cap.6. Tuder Plinio lib.3.cap.14. dicitur.

Teredo, pen.prod. terédinis, pen.corr. fœm.g. Vermis in ligno nascens. A terendo dictus, vel à sono, Græcè τηρηδών. Eadem & tinea dicitur. Sunt tamen qui distinguant, vt teredines dicãtur in mari, hoc est in nauib': tineæ, terrestres sint. Plin.lib.16.cap. 41, Infestantium quatuor genera. Teredines, capite ad portionem grauissimo. rodunt dentibus. Hæ tantum in mari sentiuntur, nec aliam putant teredinem propriè dici. Terrestres tineas vocant. Colum.lib.4.cap.24.5, Nam & teredinem, formicámque prohibet. Plin.lib.21.cap.7.7, de iri herba, Teredines nõ siccã modò, verùm in terra celerrimè sentit. Idẽ lib.18.cap.20.1, Nullas vero teredinem sentire, luna decrescente induratas sale. De carnibus hircorum.

Teredo pro verme vestes terente, & erodente. Plin.lib.8.cap. 48.7, de prætextis Ser. Tullii, Mirúmque fuit nec defluxisse eas, nec teredinum iniurias sensisse annis DLX.

TERENTIA, Ciceronis vxor, ex ipsius epistolis notissima. Hæc, vt author est Plinius lib.7.ca.48, cẽtũ decẽ & septẽ vixit annos.

TERENTIVS poeta Carthagine natus, libertus Romæ Terentii Lucani fuit: captum fuisse negant. Quum esset egregia indole à patrono eruditus, venit in amicitiam nobilium, maximè Lælii & Scipionis: quorũ opera adiutus in scribendo fertur ob elegãtiam sermonis, teste Cicerone: cui adstipulatur etiam Varro, Non obscura fama est (inquit) adiutum Terentium in scriptis à Lælio & Scipione. Eandem ipse famam auxit: non enim nisi leuiter se tutari conatur in prologo Adelphorum,

Nam quòd isti dicunt malevoli, homines nobiles
Eum adiuuare, assiduéque vnà scribere:
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hic ducit maximam, quum illis placet
Qui vobis vniuersis & populo placent.
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tẽpore vsus est sine superbia. Pluribus Donatus huius vitam scripsit. Cic.Attico, lib.7.113.14, Mane vt ex portu in Piræum (malus enim author Latinitatis est) sed Terentium, cuius fabellæ propter elegantiam sermonis putabãtur à C.Lælio scribi. Hora.2.epist.1.11, Vincere Cæcilius grauitate, Terentius arte. Terentius Scaurus, grammaticus, quem Gellius dicit floruisse Adriani tẽporibus, ac librũ de Cæsellii Vindicis grammatici erroribus scripsisse. Terẽtius Culeo, Senator Romanus, captus à Carthaginensibus, redemptus ab Africano maiore, ac currum eius cum pileo capiti imposito secutus: cuius meminit Liuius lib.10.de 2.bello Punico. Hinc natus error apud indoctos, Terentium comicum putantes. Terẽtius Varro, collega Pauli Æmilii post cladem Cannensem cum reliquis exercitus, Canusium se recepit. Cui Romam redeunti gratulatus est populus Romanus, quod de Repub. non desperasset.

Terentiãnus, penul.prod. Adiectiuum, à Terentio. Quintil.lib.6. cap.3.39, Nec minus niger, inquit, nec minus confidens, quàm ille Terentianus est Phormio.

TERENTVS, locus in campo Martio, quòd in eo ara Ditis patris in terra occultaretur. Erat hic locus Ditis & Proserpinæ sacer, in quo omnium qui nascerentur aut morerentur, nomina scribi solebant, quoties ciuitas lustrabatur. Martial.lib.10.65,

Bis mea Romano spectata est vita Terento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Romuleus Terentus. Martialis lib.4.1,
Hic colat ingenti redeuntia secula lustro,
Et quæ Romuleus sacra Terentus habet.

Terentinus, penul.prod. Adiectiuum. Vnde ludi Terentini, qui & Seculares vocantur, qui centesimo quoque anno tribus diebus cõtinuis tribúsq; noctibus celebrabãtur. Ausonius in Ternario, Trina Terentino celebrata trinoctia ludo. De horũ ludorum institutione, & ritu, vide Politianum cap.58. Miscellaneorum, Censorinum cap.6. Diuum Augustinum de Ciuitate dei lib.3. cap.18. Valerium Maximum lib.2.cap.1. De quodam Valesio.

Teres/téretis, pen.corr. omnis ge. Dicitur quicquid rotundum, & oblongum, acutam extremitatem nõ habet. Virg.8.eclog.4, Incumbens tereti Damon sic cœpit oliuæ. Liu.1.bel.Pun.31, Falarica erat Saguntinis, missile telum hastili oblongo, & cætera tereti, præterquam ad extremum, vnde ferrum extabat.

Aures teretes & religiosæ. Cic.in Orat.15.

Habere aures teretes. Cic.de Opt.gen.Orat.147, Si teretes aures habent, intelligénsque iudicium, &c.

Ceruix teres. Cic.2.de Nat.deo.154, Obstipum caput, & tereti ceruice reflexum. Ex poeta. Virg.8.Æneid.117.

Collum teres. Ouid.10.Metam.13.

Digiti teretes. Ouid.1.de Arte, 115.

Gemma teres. Virg.5.Æneid.63.

Lapilli teretes. Ouid.10.Metam.52.

Mãlum teres. Ouid.ad Pisonem, 16.

Oratio teres. Cic.3.de Oratore, 110, Sed si habitum etiam orationis, & quasi colorem aliquem requiritis, est plena quædam, & tamen teres & tenuis & non sine neruis ac viribus.

Plagæ teretes, Tereti fune factæ, inquit Acron. Horat.1.Carm. ode 1.6, Seu rupit teretes Marsus aper plagas.

Puer teres. Horat.Epod.11.6. Porphyrion interpretatur recta crura aut brachia habentem, Acron gracilem, Badius proceri.

Structura teres. Plin.li.11.ca.37.49, Spina lũbis ossea, sed tereti structura, per media foramina à cerebro medulla descendente.

Suræ teretes. Ouid.11.Metam.17.

Totus teres atque rotundus. Horatius 2. Serm. saty. 7. 18,
-contemnere honores
Fortis, & in seipso totus teres atque rotundus. Id est æqualis & constans in se. Teretes dicuntur qui ab alio non quærunt quid faciendũ sit, sed ipsi per se inueniunt. Hæc Acron. Tale est illud Virgilii de viro bono,
-mundi instar habens, teres atque rotundus.

TEREVS (inquis Seruius) rex Thracum fuit, qui quum Pandionis regis Athenarum filiam Prognen nomine duxisset vxorem, & post aliquantum tempus ab ea rogaretur, vt sibi Philomelam sororem videndam accerseret: profectus Athenas dum adducit puellam, eam vitiauit in itinere: & ei linguam ne facinus indicaret, abscidit. Illa tamen rem in veste suo cruore descriptã misit sorori. qua re cognita Progne Itym filium interemit, & patri epulãdum apposuit. Postea omnes in aues mutati sunt: Tereus in vpupam, Itys in phasianum, Progne in hirundinem, Philomela in luscinium. Hactenus Seruius enarrans illud Virgilii 6. eclogæ, 16, Aut vt mutatos Terei narrauerit artus?
Quas illi Philomela dapes, quæ dona pararit? Hanc fabulam multis versibus describit Ouidius 6. Metam. 84.

Tergemini, Vide **Ter.**

TERGESTVM, Istriæ colonia, Ptolemæo lib. 3. ca. 1. Vulgò *Trieste.*

TERGESTE, Plinio li. 3. ca. 18, colonia Venetorũ, distãs XIII. millia passuum ab Aquileia.

Tergo, tergis, tersi, tersum, tergere. vel Tergeo, terges, tersi tersum, & secundum antiquos tertum, tergêre, Mundare, nitidum facere. Iuuenalis saty. 14. 7, -vasa aspera tergeat alter. Plautus Pœn. 4. 8, -nunquam cessauimus ex industria
Ambæ lauari, atq; fricari, aut tergeri, aut ornarier. Idem, Ornantur, lauantur, tergentur, poliuntur. Cic. in Parad. 46, Vt in familia qui tractant ista, qui tergunt, qui vngunt, qui verrunt, qui spargunt, non honestissimũ locum seruitutis tenent. Liu. 6. belli Pun. 160, Secundo die arma curare, & tergere ante tentoria iussit. Lucret. lib. 6. 14, Aridus vnde aures terget son' ille. Ouid. 1. Metam. 148, -vt tersis niteant talaria plantis.
Lumina tersit manu. Ouid. 13. Metam. 27.
Tergere fossas veteres, pro Purgare. Cato ca. 2. 3, Per ferias verò fossas veteres tergeri, viam publicam muniri, vepres recidi.

Tergum, tergi, Dorsum. Plaut. Amphit. 4. 291, Sic tergum cicatricosum, nihil hoc simili est similius. Idem Pseud. 4. 17, Nẽpe ita animati estis vos vincere hoc duritia tergi, atq; me. Virg. 2. Æn. 11, -iuuenẽ manibus post terga reuinctũ. Ouid. 1. Metam. 78, Ossáque post tergũ magnæ iactata parentis. Cic. 1. de Nat. deorum, 137, Tuus autem deus nõ digito vno rotundat, sed capite, collo, cernicibus, lateribus, aluo, tergo, poplitibus.
Boum terga non sunt ad onus accipiendum figurata. Cic. 1. de Nat. deorum, 237.
Horrentia terga suum. Virg. 1. Æneid. 116.
Immane tergum leonis. Virg. 5. Æneid. 71.
Ingentia terga boum. Virg. 5. Æneid. 80.
Lubrica terga, Vide **Lubricus.**
Ostreatum tergum, Vide **Ostrea.**
Recuruum tergum Delphinis. Ouid. 1. Fast. 13.
Sessile tergũ. Ouid. 12. Metam. 81, -sic tergum sessile, sic sunt Pectora cessa toris.
Summum tergum. Ouid. 2. Metam. 40, Quæ postquam summo sensere iacentia tergo.
¶ Cædere terga. Catul. de Berecynth. 58. 17.
Considere tergo tauri. Ouid. 3. Metam. 174.
Terram consternere tergo, Supinum iacêre in terra. Virgil. 12. Æneid. 129.
Conuertere terga, Vide **Conuerto.**
Squamea terga conuoluens anguis. Virg. 3. Georg. 86.
Lubrica terga conuoluit colubet. Virg. 1. Æneid. 95.
Victa dabat terga. Ouid. 7. Metam. 15.
Dare terga, Fugere. Quintil. lib. 2. cap. 15. 3, Nõnunquam terga etiam dedisse simulata fuga proderit.
Dare terga versa fugâ. Virgil. 4. Georg. 17, Aut hos versa fuga victor dare terga coegit.
Dare terga fugæ. Ouid. 5. Metam. 65.
Dare terga in fugam. Ouid. ad Liuiam, 4.
Impugnare hostium terga, Vide **Impugno.**
Insilire tergo alicuius. Ouid. 11. Metam. 69.
Laceratum virgis tergum, Vide **Lacer.**
Nudare terga fugæ. Virg. 5. Æneid. 116.
Plecti tergo. Horat. 1. Serm. saty. 7. 21.
Præbere terga effugio. Tacit. lib. 14, Cæteri terga præbuere difficili effugio.
Præbere terga fugæ. Ouid. 10. Metam. 140.
Recipere ad terga, Vide **Ad** præpositionem.
Inãbulare manib' ad tergũ reiectis. Asin. Ciceroni. lib. 10. 31. 8.
Grues in tergo præuolantium colla & capita reponunt. Cic. 1. de Nat. deorum. 187.
Secare terga verbere. Tibull. lib. 1. eleg. 9. 5.
Vertere terga, Fugere. Liu. 1. ab Vrbe, 119, Postquam impressionem sensere ex aduerso factam, & ante oculos micare gladios, haud secus quàm si in insidias incidissent, turbati vertunt terga. Cæsar 3. bel. Gal. 418, Vt ne vnum quidem nostrorũ impetum ferrent, ac statim terga verterent. Virg. 8. Æneid. 141.
Vinctus post tergum nodis ahenis. Virg. 1. Æneid. 60.
¶ Tergum, non tantum animalium est, sed etiam aquarum, & aliarum rerũ. Vnde à tergo dicimus, à parte posteriore membranæ vel papyri, aut alterius cuiuscũque rei. Iuuenalis Satyra 1. 1, Scriptus & à tergo necdũ finitus Orestes. Alii legũt in tergo.
A tergo sequi. Virg. 1. Æneid. 38.
Aliquem à tergo adoriri. Cic. pro Milone, 11.
A tergo & à fronte, pro anteriore & posteriore parte, Vide **A** vel **Ab** præpositiones.
Tenen à tergo, à fronte, à lateribus. Cic. 3. Phil. 147.
A tergo & à fronte videre, pro diligẽter, Vide **A** vel **Ab** præp.
A tergo lupi, & à fronte præcipitiũ, Prouerbium, Vide **A** vel **Ab** præpositiones.
Tergum collis, pro parte posteriore. Liu. 5. bel. Pun. 83, Et Carthaginensium acies deindustria pedem referebat, vt ad terga collis ab equite suo infesti hostem incautum perraheret.
Glauca terga aquæ. Claud. de Aponi balneis, 5. 8.
Glacialia terga fluuiorũ. Claud. de bello Get. 68, -ambo glacialia sceptra Terga rotis. De Rheno & Danubio.
Ærea terga loricæ. Stat. 9. Thebaid. 111.
¶ Tergum, pro tergore aliquãdo accipitur. Virg. 1. Æneid. 75,
Mercatique solum facti de nomine byrsam,
Taurino quantum possent circundare tergo.
¶ Tergum, pro scuto: quòd scuta antiquitus pellibus tegi solerent. Virg. 10. Æneid. 144, -& tergo decutit hastas.
¶ Tergibus, Datiuus plur. num. apud Lucretium, lid. 1. 18,
-neque enim mirum, durissima quæ sint
Ponderibus solidis: neque quicquam à tergibus obstet.

Tergiuersor, tergiuersãris, tergiuersari, Fallere, & dicta mutare, inquit Nonius. Propriè est eorũ qui terga vertẽtes, adhuc tamẽ pugnãt, nec sese victos fateri volũt. vnde etiã ad alias res transfertur, vt disputationes, controuersias, & cætera huiusmodi quæ verborũ contentionem habẽt. Cic. 3. Tuscul. 70, Quid tergiuersamur Epicure: nec fatemur eam nos dicere voluptatem quam tu idem, quũ os perfricuisti, soles dicere: Id est, dissimulamus & subterfugimus. Idem pro Cn. Plancio, 38, Placéne sic agi? nõ possum magis pedẽ cõferre, vt aiũt: aut propius accedere. quid taces? quid dissimulas? quid tergiuersaris? etiã atque etiã instо, atque vrgeo, insector, posco. Sic Liuius 2. ab Vrbe, 100. & 111.
Itaque eam tergiuersari non sinent, secũmque rapient. Cic. 5. Tuscul. 117.
Tergiuersari cõtra. Cic. ad Atticum, lib. 7. 111. 7, Non est locus ad tergiuersandum contra Cæsarem.
Tergiuersari in re aliqua. Cic. 3. Offic. 161, Atque in his tamen tribus generibus quoquo modo possunt, nõ incallidè tergiuersantur: prudentiam introducunt, scientiam suppeditãtem voluptates, depellentem dolores.
Tergiuersari huc & illuc. Cicero pro Roscio Comœdo, 21, Fãnium inuitum, & huc atque illuc tergiuersantem, testimonium contra se dicere cogo.
Hunc æstuantem & tergiuersantem iudicio ille persequitur. Cic. pro Flacco, 38.
¶ Tergiuersari, pro in vniuersum ab accusatione desistere, apud Iurisconsultos. teste Martiano Ad S. C. Turpilianũ. L. prima.
Cunctari & tergiuersari. Cic. Attico, lib. 7. 131. 4, An cunctor & tergiuersor, & iis me dem qui tenent, qui potiuntur?

Tergiuersatio, Verbale, Ipse tergiuersandi actus. Cic. pro Milone, 40, Quid ergo erat moræ & tergiuersationis? Idem ad Atticũ, lib. 10. 196. 1, Ego verò Apuliam & Sipontum, & tergiuersationẽ istam probo, nec tuam rationem eadem esse duco quam meã.

Tergiuersãtor, pen. prod. tergiuersatõris, masc. ge. Qui bouinator antiquitus dicebatur.

Tergus, tergoris, penult. corr. n. g. Corium. Plin. lib. 8. cap. 10. 3, Durissimũ dorso tergus, ventres molles, setarũ nullũ tegumẽtũ. Virg. 1. Æneid. 43, Tergora diripiunt costis, & viscera nudant.
Impenetrabile tergus ad. Vide **Impenetrale.**
Squalenti tergore serpens. Silius lib. 3. 43.

Terginus, penu. prod. Adiectiuũ possessiuũ à tergus. vt Terginũ lorum, id est scutica de tergore animalis. Plautus Pseud. 4. 10, Ædepol vostrum durius tergum erit, quàm terginum hoc meũ.

Tergoro, tergoras, pen. cor. tergorare. Plin. lib. 8. ca. 51. 1, Tunc in-

ter ſe dimicant, indurantes attritu arborum coſtas, lutóque ſe tergorantes, id eſt, quaſi tergus nouum è lúto ſibi inducentes.

Terimentum, pro Detrimento poſuit Plautus, teſte Feſto.

Termes, térmitis, pen. corr. maſc. g. Ramus ex arbore decerptus cum fructu, nec foliis repletus, nec nimis glaber, inquit Feſtus. Qui quoniã in diuiſione agrorũ, antequam metæ ponerẽtur, figi ſolebat, termino nomẽ dedit. Et propriè (vt ait Porphyrio) eſt oliuæ: ſicut palmes, vitis. Horat. in Epodis, 16.9, Germinat & nunquam fallentis termes oliuæ. Gellius lib.1.cap.26, Spadica enim Dorici vocant auulſum è palmite termitem cũ fructu.

¶ Termes, Vermiculi genus, carnem exedens. Feſtus.

Termilae, populi: de quibus Strabo lib.12, Conditorem ex Mileto, quæ in Creta eſt, Sarpedonem accipientes, & Termilas in eam quæ nunc Lycia dicitur, habitatum deduxerũt. Hos Sarpedon Minois Rhadamãthi frater colonos ex Creta duxit, ac Termilas nominauit, quũ prius Miniæ vocarẽtur, vt Herodotus refert, ac prius etiam Solymi. poſtea Lycon Pandionis filius, eoſdem à ſe Lycios appellauit. quæ profectò ratio Lycios ac Solymos eoſdem eſſe oſtendit, quanquam poeta eos ſeparat: nam de Bellerophonte è Lycia profecto dicitur,

Hic Solymis iterum præſtantibus intulit arma.

Terminus, términi, pen. corr. Signũ quod agrum ab agro diuidit. A terẽdo: quòd hæ partes maximè terãtur. Cic. 4. Acad. 239, Eſt enim inter eos non de terminis, ſed de tota poſſeſſione contentio.

Pangere terminos, Vide Pango.

Conſtituere ſibi certos fines & terminos. Cic. pro Quintio, 19.

Nullis terminis circunſcribere aut definire ius ſuum. Cicero 1. de Oratore, 36.

¶ Terminus, Finis. Cic. Quum nullũ tot calamitatibus atque ærumnis terminũ inueniremus. Idem de Senect. 65, Omnium ætatum certus eſt terminus: ſenectutis autem nullus certus eſt terminus. Terminus ſermonis apud Plinium epiſt. 5. f.

Anguſtus æui terminus, Virg. 4. Geor. 41.

Finis & terminus contentionum. Cic. ad Domitiũ, lib. 6. 11. 4, Sed quum cõſilii tui bene fortitérque ſuſcepti, eum tibi finẽ ſtatueris, quem ipſa fortuna terminum noſtrarum cõtentionũ eſſe voluiſſet.

Malorum terminus. Lucret. lib. 3. 107.

Longius quàm vitæ termini poſtulant, cogitare. Cic. pro Rabirio perduel. Reo, 11.

Terminus ſupremus, pro Extrema deſperatione. Plin. lib. 8. cap. 37. 3, de hermaciis, Quippe & ipſi odere inſitũ veneficium, ita parcentes ſibi, terminumque ſupremum opperiẽtes, vt fermè antè captiuitas occupet.

¶ Stabilis rerum terminus. Horat. in carm. ſecul. 6.

Hærens altè terminus. Lucret. lib. 1. 16. & lib. 5. 18. Virg. 4. Æneidos, 125, Et ſi fata Iouis poſcunt, hic terminus hæret.

Immobilis terminus. Claud. 1. in Eutrop. 59.

Terminus, Deus apud antiquos creditus, in cuius tutela fines agrorũ eſſe exiſtimabantur. in quo autem loco colebatur deus, ibi ſuper eum foramen patebat in tecto, quòd nefas eſſe arbitrarentur Terminum intra tectũ cõſiſtere, vt author eſt Feſtus. Liuius 1. ab Vrbe, 241, Nam quum omniũ ſacellorũ exauguratione admitterent aues, in Termini fano nõ addixere. Id omẽ auguriúmque ita acceptum eſt, non modò Termini ſedem, vnúmque cum deorum non euocatum ſacratis ſibi finibus, firma, ſtabiliáque cuncta portendere.

Terminãlis & hoc terminãle, penult. pro. Terminalis lapis dicitur terminus ipſe lapideus.

Terminalia, Terminaliorũ, Feſta ipſius Termini dei. Liuius quinta decade, libro 3. 43, Tertio die poſt Terminalia Calẽdæ intercalares fuere. Cic. 11. Phil. 335, Huiſce ego me viis cõmittam, qui terminalibus nuper in ſuburbium, vt eodem die reuerterer, &c. Horat. Epod. 2. 11, Vel agna feſtis cæſa Terminalibus.

Termino, términas, pen. cor. terminare, Finire. Cic. de Senect. 74, An cẽſes (vt de meipſo aliquid more ſenũ glorier) me tãtos labores diurnos, nocturnóſq; domi militiæque ſuſceptos fuiſſe, ſi iiſdem finibus gloriam meã, quibus vitam, eſſem terminaturus?

Terminare bona voluptate, pro Dicere bonorũ finẽ eſſe voluptatẽ. vel Nõ reputare alia eſſe bona quàm voluptates. Terminare, inquit Budæus, definire, mẽtiri, & vt finẽ ſtatuere. Cic. 3. Offic. 161, Tamen non id ſpectandum eſt quid dicat, ſed quid conſentaneum ſit ei dicere qui bona voluptate terminauerit, mala dolore. Idem 1. de Finib. 59, Omni autẽ priuatione doloris putat Epicurus terminari ſummam voluptatem. Hoc eſt, Epicurus putat ſummam eſſe voluptatem priuari doloribus.

Terminare ſententiam, Abſoluere. Cic. ad Atticũ, lib. 9. 192. 4, Sed ſtomachari deſinamus, & aliquando ſententiam terminemus. Vetus codex omittit Terminemus.

Vnde eſt orſa, in eodẽ terminetur oratio. Cic. pro Marcello, 19.

Clauſulam longa ſyllaba terminare. Cic. 3. de Orat. 101.

Intra aliquid terminari. Quintil. lib. 4. cap. 1. 43, Ridendi verò, qui velut leges proœmiis omnibus dederunt, vt intra quatuor ſenſus terminarentur.

¶ Terminare, Limites conſtituere. Cic. 1. Offic. 50, Illorum fines, ſicut ipſi dixerãt terminauit: in medio relictum quod erat, Populo Rom. adiudicauit. Idẽ 3. in Catil. 70, Quorum alter fines veſtri imperii, non terræ, ſed cæli regionibus terminaret.

Imperium terminare Oceano. Virg. 1. Æneid. 59,

Naſcetur pulchra Troianus origine Cæſar,
Imperium Oceano, famam qui terminet aſtris.

Stomachus vtraque ex parte tonſillas attingẽs, palato extremo atque intimo terminatur. Cic. 2 de Nat. deorum, 302.

Terminare oculis, Diſtinguere, ſecernere vel diſcernere. Liu. 2. bel. Maced. 12, Vbi ventum ad hanc vrbem eſt, repentè velut maris vaſti ſic immenſa pãditur planities, vt ſubiectos campos oculis terminare haud facilè queas.

Terminare modũ alicuius artis. Cic. 2. Tuſc. 8, At nos metiendi, ratiocinãdique vtilitate, huius artis terminauimus modum.

Rem infinitam terminare. Cic. 1. Tuſc. 96.

Cogitationes ſuas terminare. Cic. pro Archia, 11.

Spem poſſeſſionum terminare. Cic. pro Milone, 55.

Terminãtus, pen. prod. Participium: vt Terminatus ager.

Terminatæ diuitiæ. Cic. 1. de Finib. 71, Ne naturales quidem multa deſyderant, propterea quòd ipſa natura diuitias, quibus contenta ſit, & parabiles & terminatas habet.

Oratio concluſa & terminata. Cic. in Orat. 11.

Terminatio, Verbale, Finitio. Cic. 5. de Finib. 47, Expoſita igitur, inquit, rerum expetendarũ terminatione, cur iſta ſe res ita habeat, vt dixi, deinceps demonſtrandum eſt.

Concludi aliàs alia terminatione. Cic. in Orat. 116.

Terminatio aurium, Diſtinctio, diſcretio. Cic. in Oratore, 103, Vt igitur poetica, & verſus inuentus eſt terminatione aurium, obſeruatione prudentium: ſic in oratione animaduerſum eſt, &c.

Ternuo, Vide Ter.

Tero, teris, triui, tritũ, térere, Fricare, tundere. Plaut. Aſinaria, 3. 16, Num me illuc ducis, vbi lapis lapidẽ terit? Idẽ Pſeud. 13. 18, Teritur ſinapis ſcelerata cum illis: qui terunt,
Priuſquam triuerunt, oculi vt exilient, facit. Plinius, Dein refrigeratum teritur in farinam.

Barba aſpera terit amplexus. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 7.

Calcem calce terit. Virg. 5. Æneid. 65.

Frænа teruntur dente equi. Ouid. 1. de Arte, 4.

Area terit fruges. Virg. 1. Georg. 60.

Inguina terere. Iuuenalis Saty. 9. 1, Dum Rhodopes vda terit inguina barba?

Iter terere, Iter facere. Virgil. 1. Georg. 60,

Sæpius è tectis penetralibus extulit ova,
Anguſtum formica terens iter.

Iter propoſitum terere. Propertius lib. 1. eleg. 31. 3.

Manum terere duro labore. Virg. 4. Georg. 13.

Meta terenda rota. Ouid. 1. de Arte, 8.

Mola terere. Plin. lib. 36. cap. 16. 5.

Porticum terit ambulator. Martialis lib. 2. 11, Quòd ambulator porticum terit ſerus.

Prata terenda rotis. Propertius lib. 3. eleg. 3. 4.

Radios triuere rotis. Virg. 1. Georg. 89.

Veſtis teritur aſſiduè. Lucretius lib. 4. 117.

Via cunctis terenda. Propert. lib. 3. eleg. 18. 5.

¶ Terere tempus, Conſumere. Liuius 1. ab Vrbe, 251, Quas in conuiuio, luxúque cum æqualibus viderant tempus terentes. Ibidem, libro 2. 205, In quæ haud magno certamine impetu facto, dum prædæ magis, quàm pugnæ memores tempus terent. Ibidem, lib. 6. 136, Sorores Fabiæ quũ inter ſe (vt fit) ſermonibus tẽpus tererent. Ibidem, lib. 1. 117, Inde vbi ſatis ſubiiſſe ſeſe ratus eſt, erigit totam aciem, ſuctuánſque animo, vt tereret tempus, ordines explicat.

Teretur interea tẽpus, belli apparatu refrigeſcẽt. Cic. 5. Ph. 186.

Ætatem in rebus diſcendis terere. Cic. 3. de Orat. 68.

Ætas teritur bellis. Horat. Epod. 16. 1.

Terere otiũ. Liu. 1. ab Vrbe, 150, Regii quidẽ iuuenes interdũ otium conuiuiis, comeſſationibuſque inter ſe terebãt. Virg. 4. Æneid. 54, Quid ſtruis, aut qua ſpe Libycis teris otia terris?

Pectus terere amore, Conſumere. Propert. lib. 3. eleg. 10. 1.

Iam enim hoc verbum ſatis hieſterno ſermone triuimus. Cic. 4. Academ. 38.

Rerum nomina nouarum, quæ nunc conſuetudo diuturna triuit. Cic. 3. de Finib. 11.

Tritus, Participium. Plinius lib. 11. cap. 19. 7, Ceruiſſima tamen æſti-

matione ſit ſcabrum, atque vt interſeſe tritum tardè frietur cinnamum.

Area trita frugibus. Ouid. 4. Triſt. eleg. 5. 11.

Iter tritum, Calcatum, & quod vulgus frequentatum dicit. Cic. 1. Philip. 4, Quum Brunduſium, itérque illud, quod tritum in Græciam eſt, non ſine cauſa vitauiſſem.

Veſtis trita. Horat. 1. epiſt. 10. 8.

Via trita humano pede. Tibull. lib. 4. eleg. 12. 2.

Via trita laudis. Cic. de claris Orat. 154, Quum eum vehementer hortarer, vt eam laudis viam rectiſſimè eſſe duceret, quam maiores eius ei tritam reliquiſſent.

Lacerna trita. Mart. lib. 1. 88,

Cerea ſi pendet lumbis, & trita lacerna,

Dimidiáſque nates Gallica palla tegit. Cicero in Catil. 41, Quos pexo capillo nitidos aut imberbes, aut bene barbatos videris, manicatis, & talaribus ac tritis tunicis, velis amictos, non togis. Vetus exemplar non habet Ac tritis.

Tritum ſermone prouerbium. Cic. 1. Offic. 49, Ex quo illud, Summum ius ſumma iniuria: factum eſt iam tritum ſermone prouerbium. Id eſt celebratum.

Tritum atque celebratum. Cic. pro Flacco, 51, Quid porrò in Græco ſermone tam tritum atque celebratum eſt, quàm ſiquis deſpicatui ducitur, vt Myſorum vltimus eſſe dicatur?

Vſitatum & tritum verbum. Cic. 1. Acad. 40, Faciamus enim tractando vſitatius hoc verbum & tritius.

Tritus, huius tritus, maſc. gen. Ipſe terendi actus. Plin. lib. 33. cap. 4. 1, Nec vllum abſolutius aurum eſt, curſu ipſo, tritúque perpolitum. Idem lib. 11. cap. 13. 4, Peius tamen varium, & facile tritu. De cardamomo.

Tritûra, tritúræ, penult. prod. Columella lib. 1. cap. 6. 16, Euentilata mundiora ſunt, lapilliſque carent, & glebulis, quas per trituram ferè terrena remittit area.

Tritor, tritôris, pen. prod. maſc. gen. Verbale, Qui terêdo aliquid macerat. Plaut. Perſa, 13. 20, Quid ais tu crux, ſtimulorum tritor? Plin. lib. 35. cap. 11. 12, Nanque Erigonus tritor colorum Nealcæ pictoris intantum ipſe profecit, &c.

TERPANDRVS Arineus, ſiue Leſbius, poeta Lyricus, primus in lyra heptachordum & lyrici carminis canonem ſcripſit, quod Philemoni cuidam adſcribũt. Author Suidas. Strabo autem li. 13, Methymnæum eum facit, quod oppidum eſt Leſbi: dicitque tetrachordo heptachordum reperiſſe, vt eius indicant carmina. Huius famæ ac nominis maximi indiciũ, quòd Lacedæmonii in ſeditione quadam admoniti aboraculo Terpandrũ mitterent, qui lyræ & poeſeos dulcedine animos vulgi ac tumultus ſedaret: ex quo poſtea his prouerbium máſit, ſiquando dulcem audiant muſices concentum, κατὰ Λέσβιον ᾠδὴν, Secundum Leſbium cantum. Ex libro prouerbiorum Græcorum.

TERPNVS, fuit citharœdus, cuius cãtu oblectatũ Neronem ſcribit Trãquillus his verbis, Statim vt imperiũ adept' eſt, Terpnũ citharœdum vigentem tunc præter alios accerſit, diebúſque cõtinuis, poſt cœnam canenti in multam noctem aſſidens, paulatim & ipſe meditari exercitarique cœpit: nec eorũ quidquam prætermittere, quæ artifices eius generis, vel conſeruandæ vocis cauſa, vel augendæ facilitarent.

TERPSICHORE, pen. corr. vna ex nouẽ Muſis, ſic dicta, quòd choreis & tripudiis delectetur: vel vt Plutarchus ait, quòd maxima vitæ pars ea delectetur & gaudeat.

Terra/terræ, Elementum ipſum, omnibus notũ. Cic. 1. de Nat. deorum, 142, Ac principio terra vniuerſa cernatur locata in media mundi ſede, ſolida & globoſa, & vndique in ſeſe nutibus ſuis conglobata, veſtita floribus, &c. Idem 4. Acad. 120, Videamus terra penitus ne defixa ſit, & quaſi radicib' ſuis hæreat, an media pendeat. Idem 5. Tuſcul. 99, Vnde terra, & quibus librata ponderibus, quibus cauernis maria ſuſtineat. Idem 3. de Orat. 98, Terráqi vt media ſit, eáque ſua vi nutúqi teneatur. Idem pro Cluentio, 153, Terra quæ mater eſt omniũ. Idem in Som. Scip. 11, Ille globus quem in hoc templo medio vides, quæ dicitur terra. Ouid. 11. Metam. 106, Ardua ſi terræ quatiatur motibus Ide. Lucre. lib. 5. 11, -& grauiter terrarum motibus ortis Omnia conquaſſari in paruo tempore cernes.

Id enim amiſiſti, cui nihil in terris ſimile fuit. Cic. Bruto, 9. 3.

Terra pilæ ſimilis. Ouid. 6. Faſt. 54.

Ad terram, Vide **Ad** præpoſitionem.

A terra ad cælum percontari, Vide **A** præpoſitionem.

¶ Terra, Territorium aliquãdo ſignificat, & prouinciam ſeu regionem. Cic. de Amicit. 11, Eorũ qui in hac terra fuerunt, magnámque Græciam (quæ nunc quidẽ deleta eſt, tum florebat) inſtitutis & præceptis ſui erudierunt. Idem 1. in Catil. 14, Si emori æquo animo non potes, abire in aliquas terras, &c. Idẽ 1. de Inuent. 119, Hoſtili in terra turpiter iacuit inſepultus.

¶ Ardua terrarum, Montana loca. Virgil. 5. Æneid. 138,

-ſonitúque tremiſcunt Ardua terrarum, & campi.

Bonitas terræ. Lucret. lib. 5. 151.

Domeſticus terræ. Cic. de Aruſp. Reſp. 17.

Fertilitas terræ. Ouid. 5. Metam. 91.

Filii terræ, olim obſcuro ignotóque genere prognati dicebantur, propterea quòd terra ſit omniũ cómunis parens. Vel quòd iuxta quorũdam etiam hiſtorias, primitus mortales è terra naſcebantur. M. Tullius ad Atticũ, lib. 1. 8. 8, Et huic terræ filio, neſcio cui, committere epiſtolam tantis de rebus non audebam. Idem ad Trebatium, lib. 7. 9. 3, Cn. Octauius eſt, an Cn. Cornelius quidem tuus familiaris ſummo genere natus, terræ filius, &c. Perſius Saty. 6. 7, -præſto eſt mihi Manius hæres,

Progenies terræ, quære ex me quis mihi quartus
Sit pater: haud promptè dicam tamen: adde etiam vnum,
Vnum etiam, terræ eſt iam filius. Eraſmus.

Terræ etiam filii dicũtur, quorum genus eſt incertum, quorum genus aboleuit vetuſtas. Quintil. lib. 3. cap. 9, Laudãtur autem vrbes ſimiliter atque homines. Nam pro parente eſt conditor: & multum authoritatis affert vetuſtas, vt iis qui terra dicuntur orti. Ouid. 1. Metam. 114, de Io,

Iuppiter è terra genitam mentitur, vt author
Deſinat inquiri. Vide Cælium lib. 3. cap. 8. & lib. 10. cap. 18.

Gremium terræ. Lucret. lib. 1. 51,

Poſtremo pereunt imbres, vbi eos pater æther
In gremium matris terrai præcipitauit.

Hiatus terræ. Ouid. 3. Faſt. 111.

Margo terrarum. Ouid. 1. Metam. 3, -nec brachia longo
Margine terrarum porrexerat Amphitritæ.

Oræ terrarum, Regiones. Horat. 1. epiſt. 3. 1,

Iuli Flore, quibus terrarum militet oris
Claudius Auguſti priuignus, ſcire laboro.

Oræ terrarum, Extremitates, littora. Lucret. lib. 2. 111, Per terrarum omnes oras fluitantia apluſtra.

Orbis terrarum. Virg. 1. Æneid. 48.

Ordo terrarum, Vide **Ordo**.

Regnator terrarum. Stat. 4. Syl. 2. 3.

Sator terrarum. Stat. 1. Thebaid. 36.

Situs terrarum. Horat. 2. epiſt. 1. 51.

Tremor terræ. Plin. ad Corneliũ Tacitũ, lib. 6. epiſt. 20, Præceſſerat per multos dies tremor terræ, min' formidoloſus, quia Campaniæ ſolitus. illa verò nocte ita inualuit, vt non moueri omnia, ſed verti crederentur. Ibidem, ad finem, Nam & tremor terræ perſeuerabat.

Viſcera terræ. Ouid. 1. Meta. 28, -ſed itũ eſt in viſcera terræ:
Quáſque recondiderat, Styglíſque admouerat vmbris,
Effodiuntur opes.

¶ Altrix terra, Vide **Alo**/alis.	Inert. Hora. 3. Carm. ode 4. 9.
Aprica terra, Vide **Apricus**.	Infamis. Ouid. 13. Meta. 80.
Arata. Ouid. 1. Faſt. 146.	Infeſta. Ouid. 4. Metam. 114.
Arenacea, Vide **Arena**.	Ingrata. Ouid. 5. Metam. 95.
Arenoſa. Ouid. 14. Meta. 17.	Inops pacis. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 19.
Aſpera aſpectu, Vide **Aſper**.	Inuiſa. Horat. 3. Car. ode 18. 3.
Aurifera. Silius lib. 3. 81.	Lapidoſa, Vide **Lapis**.
Barbara. Ouid. epiſt. 16. 1.	Laſſa, Vide **Laſſus**.
Beata. Ouid. epiſt. 15. 38.	Latæ terræ. Ouid. 2. Meta. 61.
Bona, Vide **Bonus**.	Magna. Virg. 4. Georg. 73.
Breuiſſima, Vide **Breuis**.	Mater. Lucret. lib. 5. 161.
Cariosa, Vide **Carico**.	Manortia. Virg. 3. Æneid. 3.
Cana. Virg. 11. Æneid. 177.	Metalliferæ terræ. Sil. li. 15. 98.
Colũbina, Vide **Columbus**.	Nefaſta, Vide **Nefaſtus**.
Cruda. Lucan. lib. 3. 78.	Nigra. Virg. 2. Georg. 41.
Crudelis, Vide **Crudelis**.	Obeſa. Virg. 3. Georg. 16,
Deſerta. Virg. 5. Æneid. 1.	Omniparens, Vide **Omniparens**.
Deſolata. Ouid. 1. Metam. 70.	Parens. Virg. 4. Æneid. 36.
Ditiſſima. Virg. 2. Georg. 28.	Paterna, Patria. Ouid. epi. 10. 13
Ferax. Ouid. 1. Faſt. 14.	Paupere terra miſſus. Virgi.
Fœta. Lucret. lib. 1. 199.	6. Æneid. 161.
Frugiferẽtes terræ. Lucr. li. 1. 1.	Peregrina. Ouid. 3. Metam. 5.
Gracilis terra. Sen. Thye. 1. 23.	Pingues terræ. Vir. 2. Geo. 19.
Graues terræ. Vir. 3. Geo. 104.	Portes terræ. Vir. 3. Geo. 106.
Herboſa terra. Ou. 10. Met. 16.	Solida. Ouid. 10. Metam. 36.
Hiantes terræ. Lucan. lib. 3. 2.	Steriles. Ouid. 3. Faſt. 171.
Hoſpita terra. Vir. 3. Æn. 106.	Vaſta. Virg. 10. Æneid. 11.
Hoſtilis. Lucan. lib 2. 18.	Vndoſæ terræ. Silius li. 7. 56.
Ieiuna, Vide **Ieiunium**.	
Impia. Ouid. epiſt. 10. 10.	

E terra haberi naſci. Quintil. lib. 2. cap. 19. 2, E' terra vberi vtile aliquid etiam nullo colente naſcetur.

Deus abſcidit terras Oceano. Horat. 2. Carm. ode 3. 5.

Abſcondere in terram, Vide Abſcondo.
Accerſere aliquem ex vltimis terris. Cic. de Aruſp. Reſp. 11.
Affecta ſterilitate terra, Vide Affectus.
Attollere ſe à terra, Vide Attollo.
Calentes terræ. Horat. 2. Carm. ode 18. 4.
Certat cum terris feraciſſimis Ægyptus, Vide Certo.
Circunfuſa terra mari Atlantico, Vide Circunfundo.
Circunſcribere terram ſurculo, Vide Circunſcribo.
Colere terras. Virg. eclog. 3. 16.
Cóncidit ad terram grauiter. Virg. 5. Æneid. 89.
Concuſſa terra, Vide Concutio.
Contingere terram oſculo, Vide Contingo.
Conuexæ terræ in maria, Vide Conuecho.
Curuare in terram, Vide Curuus.
Patria terra decedere. Virg. 6. Æneid. 101.
Defodere aliquid in terram. Lucret. lib. 5. 175.
Dehiſcunt terræ ardore. Virg. 3. Georg. 87.
Dare ad terram, Vide Ad præpoſitionem.
Domita terra. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 10.
Effoſſa terra. Lucan. lib. 3. 70.
Excedere terras. Virg. 1. Georg. 95.
Excoquit terram ſol. Lucret. lib. 6. 193.
Ferire terram pede. Virg. 3. Georg. 99.
Frigeſcit terra. Lucret. lib. 6. 174.
Frui proſperiore terra. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 7. 6.
Habitare terras. Ouid. 1. Metam. 40.
Iacentes terræ. Ouid. 1. Metam. 36,
Vt verò terras deſpexit ab æthere ſummo
Infœlix Phaethon penitus penitúſque iacentes.
Iacentes terræ ad Heſperum, Vide Jaceo.
Inſectari terram aſſiduis raſtris. Virg. 1. Georg. 51.
Inſterni terra, Sepeliri. Stat. 3. Thebaid. 43.
Inuertere terras vomere. Virg. 3. Georg. 105.
Inumbratur terra. Lucret. lib. 5. 58.
Nox inuoluens terram vmbra. Virg. 2. Æneid. 51.
Irrorat terras Eous nouo ſole. Virg. 1. Georg. 58.
Luſtro vagus terras. Stat. 8. Thebaid. 103.
Dies luſtrabat lampade terras. Virg. 7. Æneid. 30.
Madefacere terram, Vide Madeo.
Mandare ſemina terræ, Vide Mando.
Moliri terram, Vide Molior.
Mouere omnes terras, omnia maria, Vide Mouco.
Monet terra, pro Mota eſt. Sueton. in Claudio Cæſare, cap. 22,
Obſeruauitque ſedulò, vt quoties terra in Vrbe mouiſſet, ferias
aduocata concione Prætor indiceret. Hoc eſt quoties terræ mo-
tus fuiſſet.
Nauigare terram, Vide Nauis.
Nititur terra ſuis ſtirpibus. Cic. 5. Tuſc. 53.
Obire terras, Vide Obeo.
Nox obruit terras roriferis vmbris. Lucret. lib. 6. 174.
Obſtruere terras. Ouid. 8. Metam. 37, -terras licet, inquit, &
vndas Obſtruat, at cælum certè patet, ibimus illac.
Offringitur terra, Vide Offringo.
Nox operit terras. Virg. 4. Æneid. 71.
Pauita terra & complanata, Vide Pauio.
Pellere terram pede. Lucret. lib. 5. 282.
Penetrare ſub terras, Vide Penetro.
Perambulare terras, Vide Perambulo.
Perdomare terram, Vide Perdomo.
Venti perflant terras turbine. Virg. 1. Æneid. 18.
Perfodere terram, Vide Perfodio.
Perſtringere terram aratro, Vide Perſtringo.
Premere terras. Regere imperio terras. Lucan lib. 10. 10,
-licet vſque ſub Arcton
Regnemus, Zephyrique domos, terráſque premamus
Flagrantis poſt terga Noti.
Preſſit terram poſito genu. Ouid. 6. Metam. 70.
Procumbere terræ. Ouid. 1. Metam. 70.
Profanatæ terræ. Stat. 3. Sylu. 3. 1.
Proſcindere terram validis iuuencis. Virg. 1. Georg. 48.
Proſcindere terram preſſis aratris. Lucret. lib. 5. 42.
Proſcindere ferro ſolum terræ. Lucret. lib. 5. 160.
Quatere terram alterno pede, Saltare. Horat. 1. Carm. ode 4. 1.
Radit terras Aquilo. Horat. 1. Serm. ſaty. 6. 5.
Relinquere dulces terras. Virg. 4. Æneid. 57.
Rimari terram raſtris. Virg. 3. Georg. 106.
Scalpere terram vnguibus. Horat. 1. Serm. Saty. 8. 6.
Scindere terram aratro. Ouid. 3. Amor. eleg. 7. 9.
Solutæ terræ. Horat. 1. Carm. ode 4. 1. Subauditur frigore.
Aurora ſpargit terras lumine. Lucret. lib. 2. 19.
Subigere terram vomere. Ouid. 11. Metam. 7.
Succedere terris alicuius. Virg. 7. Æneid. 43.
Nox texit terras caligine. Lucret. lib. 6. 171.
Vere tument terræ. Virg. 1. Georg. 65.
Tundere terram pede. Horat. de Arte, 89.
Vertere terram. Virg. 1. Georg. 1.
Vertere terram ferro. Virg. 1. Georg. 30.
Vda terra viret gramine. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 10.

¶ Terrâ pro terra, Prouerbialis eſt figura in hominem exu-
lem, erronem, & incertis vagátem ſedibus. M. Tullius in epiſto-
lis ad Atticum, lib. 14. Hæc & alia ferre non poſſum, itaque γῆν
πρὸ γῆς cogito. Significat ſe de fugiendo cogitare. Eraſmus.

Terra deſoſſum habes, In eũ qui non impertit, neq; profert
ſuas dotes. Sumptum ab auaris, theſaurũ humo defodientibus.
Quod apud Plautum facit Euclio. Itidem Horatius Epod. 1. 7,
-haud paranero,
Quod aut auarus vt Chremes terra premam,
Diſcinctus aut perdam vt nepos. Eraſmus.

Terram video, Qui moleſti prolixique laboris finem adeſſe
ſignificat, dicere ſolet, γῆν ὁρῶ, id eſt terram video. Sumptũ à na-
uigantibus. Quintus Curtius lib. 4, Haud ſecus quàm profun-
dum æquor ingreſſi terram oculis requirunt. Plaut. in Merc.
Equidem iam me cenſebam eſſe in terra. Cic. pro Murena 13,
Quòd ſi è portu ſoluentibus, ii qui iam in portum ex alto inue-
huntur, præcipere ſummo ſtudio ſolent, & tempeſtatum ratio-
nem & prædonum, & locorum: quòd natura affert vt eis faueа-
mus, qui eadẽ pericula, quibus nos perfuncti ſumus, ingredian-
tur: quo tandem animo me eſſe oportet propè iam ex magna
iactatione terram videntem, in hunc, cui video maximas Reip.
tempeſtates eſſe ſubeundas? Idem in Catone ſeniore, Quaſi
terram videam. Sentiens inſtare vitæ finem. Eraſmus.

Aut terra, aut mari. Plautus in Pſeudolo, Aut terra, aut mari
dixit pro quacũque ratione. Sumptũ eſt ab hiſtoricis, qui refe-
rũtres terra marique geſtas, & gẽtes terra mariq; expugnatas.
Cic. pro Cluẽtio, Cuius tãtæ res geſtæ terra marique extiterunt.
Idem pro Lege Manilia, 34, Quãtas illæ res domi, militiæque,
terra marique, quantáq; fœlicitate geſſerit. Rurſus in eadẽ, 39,
Vt aliquando verè videremur omnibus gẽtibus ac nationibus
terra marique imperare. Idem 1. Ver. 3, Quàm multæ mihi à
Verre inſidiæ, terra marique factæ ſint. Idem ad Atticũ, lib. 7.
140. 2, Quã aut terra aut mari perſequar eũ, qui vbi ſit neſcio?
Plauti verba ſunt hæc, Ego in hoc triduo aut terra aut mari a-
licunde euoluã id argentũ tibi. Cicero 5. de Fin. 16, addit
tertium, Vna pars eſt natura diſſerendi, altera viuendi, tertia na-
tura ſic ab his inueſtigata eſt vt nulla pars cælo, mari, terra, vt
poeticè loquar, prætermiſſa ſit. Addit poeticè, quòd poetæ tria
tantùm elementa referãt. vt Ouidius 1. Metam. 1, Ante mare &
terras, & quod tegit omnia, cælum. Terẽtius, O cælum, ô ter-
ra, ô maria Neptuni. Plaut. Amphit. Ita mihi vidẽtur omnia,
mare, terra, cælum cõſequi. Hæc Eraſmus. Cic. ad Atticũ, lib.
9. 170. 4, Cedamus igitur: & vt boni ciues ſimus, bellũ Italiæ ter-
ra marique inferamus. Idẽ pro Lege Manil. 5, Vt quũ duobus
in locis diſiũctiſſimis, maximéque diuerſis, vno cõſilio, ab vni
hoſtiũ copiis bellum terra marique gereretur, vos ancipiti con-
tentione diſtracti, de imperio dimicaretis. Sic 4. Acad. 116, Cur
mortifera tam multa perniciоſa terra marique diſperſerit?

Conquirere aliquẽ terra marique. Vatinius Ciceroni, li. 5. 9. 6.

¶ Terra ipſa dea eſt, & ita habetur: quæ eſt enim alia Tellus?
Cic. 3. de Nat. deor. 70.

Territorium, territorii, Eſt (inquit Põponius De Verb. ſign.) vni-
uerſitas agrorũ intra fines cuiuſque ciuitatis. Dictũ, quòd ma-
ximè teratur: vel quòd Magiſtratus eius loci, intra eos fines te-
rẽdi, id eſt ſummouẽdi ius habeat. Hactenus Põponius. Plin. li.
19. ca. 6. 2, Nullũ animal min⁹ docile exiſtimatur, minoriſve intel
lect⁹: eo mirabili⁹ eſt Olympiæ ſacro certamine, nubes earũ im-
molato tauro deo quẽ Myiodẽ vocant, extra territoriũ id abire.

Minuere territorium. Cic. 1. Philipp. 101, Vt florentis coloniæ
territorium minueretur.

Terreus, Adiectiuum, Ex terra factum: vt Vas terreum, Solum ter-
reum. Columella lib. 1. cap. 6. 6, Horreum camera contectum: cu
ius ſolum terreum, priuſquam conſternatur, perfoſſum. Alia
exemplaria habent terrenum.

Terrẽnus, pen. prod. Adiectiuũ, Quod vel in terra natum eſt, vel
in terra viuit, vel aliquid cũ terra cõmune habet: vt, Terenum
animal. Plin. lib. 9. cap. 29. 1, Terreni maiores quàm pelagici.

Terrenum iter, Quod in terra fit. Plin. lib. 6. cap. 17. 3, Qnin-
que non amplius diebus terreno itinere ad Phaſin in Pontum
Indicas poſſe deuehi merces.

Beſtiarum autem terrenæ ſunt aliæ, partim aquatiles, aliæ,
&c. Cic. 1. de Nat. deorum, 143.

Contagio terrena.Cic.1.de Nat.deorum,86. Sed & decoloratio quædam ex aliqua contagione terrena maximè potest sanguinis similis esse.

Corpus terrenum.Lucret.lib.1.213.

Corpus terrenum & concretum.Cic.1.Tusc.76.

Fax terrena.Ouid.1.Metam.14,

Hæc super imposuit liquidum,& grauitate carentem
Æthera,nec quicquam terrenæ fæcis habentem.

Genus terrenum.Cic.1.Tus.68,Corpora nostra terreno principiorum genere confecta,ardore animi concalescunt.

Ditatus terrenus.Ouid.15.Metam.55.

Humor marinus & terrenus longo interuallo extenuatus. Cic.1.de Nat.deorum,61.

Soliditas terrena.Cic.1.de Nat.deorum,17.

Immorari terrenis.Quintil.lib.1.cap.16.4,Quis nescit ignes, aquas,sine quibus nulla sit vita,& (ne terrenis immorer) solem lunámque,&c.

¶ Terrebus,Quod super terram est,vel in terra sit. Columel. lib.11.cap.1,Per hos quoque dies abstinent terrenis operibus.

Terrênum,terréni,pen.prod.Substãtiuum n.g. Campus,solum. Columella lib.1.cap.1.1, Callidissimi rusticarum rerum Syluine genera terreni tria esse dixerunt: campestre,collinum,montanum. Idem lib.1,Agrum habebimus salubri cælo,vberi gleba, parte campestri, parte alta collibus vel ad Orientem vel ad Meridiem molliter deuexis, terrenisque aliis atque aliis syluestribus & asperis. Idem lib.3.cap.3,Quum sola ea res omnem impensam terreni pretio suo liberet.

Terrestris & hoc terrestre,Quod in terra degit: vt terrestre animal. Plinius lib.10.cap.62.1,Rursus in terrestribus ova pariunt serpentes.

Agmen terrestre.Lucan.lib.5.141.

Archipirata terrestris.Cic.7.Verr.56.

Arma terrestria.Ouid.14.Meta.96, -tãtóſq; per alta labores
Æquora sustinui,tantos terrestribus armis.

Membra terrestria.Lucret.lib.2.141.

Dii terrestres,In terra habitãtes.Liu.1.ab Vrbe,143, Audi Iupiter,& tu Iuno,Quirine,diique omnes cælestes,vósque terrestres,vósque inferni audite.

Domicilium terrestre. Cic.6.Verr.114,Illud Flaminius ita ex æde sua sustulit, vt in Capitolio, hoc est in terrestri domicilio Iouis poneret.

Iter terrestre,Quod in terra sit:ad differentiã eius quod sit in mari.Plin. lib.5.cap.6.1, Eratosthenes à Cyrenis Alexãdriã terrestri itinere D X X V.M. prodidit. Liu.3.bel.Pun.177, Cõsul literis Philippi atque Annibalis perlectis, consignata omnia ad Senatum itinere terrestri misit:nauibus deuehi legatos iussit.

Præsidium terrestre,cui opponitur Maritimũ.Cic.7.Verr.70, Cleomenes autem,quòd erat terrestre præsidiũ non re,sed nomine,sperabat iis militibus, quos ex eo loco deduxisset, explere se numerum nautarum & remigum posse.

Terrigenus,Adiectiuum, vel Terrigena,terrigenæ,pen.cor.com. gen.Quod ex terra genitum est.Cic.1.de Diuin.197.

Genus syluestre terrigenarum.Lucret.lib.5.283.

Gigantes terrigenæ.Lucan.lib.3.64.

Fratres terrigenæ. Ouid.epist.11.10. Idem 1.Metam.14,
Atq; ita terrigenis rigido de fratribus vnũ Cominus ense ferit.

Terricola,terricolæ,pen.corr.com.g.Qui terram incolit.

Terræmôtus,huius terræmótus,pen.prod.m.g. Dicitur quũ terra incluso in se spiritu alicubi contremiscit,& moueri sentitur magno sæpe habitantiũ dãno. Legitur & disiũctim,interpositis dictionibus. Plin.li.1. ca.84.1,Fiũt cũ terræmotu & inundationes maris,eodem videlicet spiritu infusi aut residẽtis sinu recepti. Maximus terræ memoria mortalium extitit motus,Tiberii Cæsaris principatu,x I I vrbibus Asiæ vna nocte prostratis.

Si tecta aut vi tempestatis,aut terræmotu,aut vetustate cecidissent.Cic.2.Offic.18.

Horribilis terræmotus. Cic.de Aruſp. Resp.58, Recordamini illud etiam quod nondum est relatum,quòd eodem ferè tempore factus in agro Piceno Potentiæ nũtiatur terræmotus horribilis cum quibusdam multis metuendisque rebus.

Nouus terræmotus.Cic.de Aruſp.Resp.58.

Conquassari maximis terræmotibus.Cic.1.de Diuinat.158.

Terraneola,terraneolæ,Auis alaudæ similis,præterquam quòd in capite apicem non habet sicut alauda.Dicta quòd non in arboribus,sed in terra versetur,atque nidificet.Sipontinus.

Terripudium,Vide Tripudium.

Terreo,terres,térrui, térritum,pen.corr.terrêre, pen.prod.Timorem alicui incutere.Virg.1.Georg.32, Et sonitu terrebis aues. Columella lib.7.cap.13.3, Vt prius auditu maleficũ, deinde etiã conspectu terreat.De cane. Cæsar 3.bel.Ciuil.145, Et legionarii interioris munitionis defensores, scalis admotis,tormentisq; cuiusque generis,teliique terrebant.

Nec me ista terrent,quæ mihi ad timorem proponũtur. Cic. Cælio lib.2.15.11.

Terrere animos pestilentia & terræmotibus. Cic.1. de Nat. deorum,10.

Horror terret animos.Virg.2.Æneid.161.

Aliquem denuntiatione periculi terrere.Cic.pro Plancio,70.

Qui omnia cæde incendiisque terret.Cic.de Aruſp.Resp.5.

Aues terrere sonitu.Virg.1.Georg.31.

Solliciti terrentur equi.Ouid.6.Fast.149.

Hostes terrere formidine.Ouid.4.Metam.161.

Hoste vicino terreor.Ouid.4.de Ponto,eleg.9.17.

Nubila terrent mentem.Ouid.1.Metam.71.

Minaciter terrêre,Vide post Minax.

Orbem terruit tonitru.Ouid.14.Metam.164.

Terrere vultu.Horat.2.Serm.7.9, -aufer
Me vultu terrere.Id est,desine me terrere toruitate vultus.

Térritus,pen.cor.Participium, siue nomen ex participio: vt Territus animi,Animo cõturbatus.Liu.7.ab Vrbe,160, Itaque Consule territo animi,Videsne tu,inquit,A.Corneli,cacumen illud supra hostem? Ouid.1. Metam.90,Venatrixque metu venantum territa fugit.

Virgo territa inopino visu.Ouid.4.Metam.47.

Térrito,térritas,pen.corr.territare,Frequentatiuum. Plaut.Amphit.14.18,Latua vmbratilis,tu me minis territas? Terẽt.And. 4.5.12,Dic te eradicẽt, ita me miseram territas. Liu.2.ad Vrbe, 108,Confestim & Sabini Romanos territauere. Ibidem,lib.3. 101,Hoc bello perfecto, Tribunitium domi bellum Patres territat. Virg.4.Æneid.38, -& magnas territat vrbes. Idem 11. Æneid.53, -quos improbus aduena bello Territat.

Territare & Placare, contraria.Author ad Herenn.lib.4.176, Audacter territas,humiliter placas.

Territare metu. Cæsar 5.bel. Gall.14, Hortaríque cœpit vt in continenti remanerent,metu territare.

Territare minis.Liu.8.ab Vrbe,140,Dein postquam aspernabantur flagitium aures,minis territare,aque identidem admonere fortunæ.

Terrefacio,terréfacis,pen.corr.terrefacere,Terrorem offerre.Vnde perterrefacio.

Terrifico,terrificas,pen.corr.terrificare,Idem.Lucretius lib.1.17,
Et quæ res nobis vigilantibus obuia mentes
Terrificet morbo affectis. Virgilius 4.Æneid.41,
-cæcique in nubibus ignes Terrificant animos.

Terrificus,pen.corr.Adiectiuum, Quod terrorem iniicit. Virg.5. Æneid.105,Seráque terrifici cecinerunt omina vates.

Fulgor terrificus.Virg.8.Æneid.85.

Mugitus terrifici.Virg.11.Æneid.11.

Nimbi terrifici.Ouid.ad Pisonem,30.

Nox terrifica.Valer.5.Argon.80.

Stridores terrifici.Silius lib.5.38.

Terribilis & hoc terribile,pen.corr.Idem.Virg.6.Æneid.56,Terribiles visu formæ. Ibidem.60,Terribilis squallore Charon.

Ira terribilis.Virg.11.Æneid.188.

Affatu terribilis.Stat.3.Syl.3.15, Terribilem affatu passus,visúque tyrannum.

Aspectus terribilis. Cic. pro Sestio,14, Alter ô dii boni quàm teter incedebat,quàm truculentus,quàm terribilis aspectu.

Anguis terribilis.Ouid.3.Amor.eleg.5.3.

Caligo terribilis.Lucret.lib.6.171.

Mors terribilis est iis, quorum cum vita omnia extinguũtur. Cic.in Parad.10.

Formæ terribiles visu.Virg.6.Æneid.56.

Sonitus terribilis.Vig.9.Æneid.104.

Tubæ terribiles.Ouid.15.Metam.157.

Tremere tumultu terribili.Cic.in Orat.50. Ex Ennio.

Terriloquus,penult.corr. Adiectiuum poeticum, ex terreo & loquor compositum,quasi loquens terrentia,&terrorem offerentia.Lucretius lib.1.21,
Tutemet à nobis iam quouis tempore,vatum
Terriloquis victus dictis desciscere quæres.

Terrisonus,pen.corr.Aliud adiectiuum.Claud.1.Paneg.11.Nec te terrisonus stridor venientis Alani.

Terriculum,terriculi,pen.cor.Quod iniicit terrorem.Liuius 5.ab Vrbe,44,Quum omniũ assensu comprobata oratio esset,gauderẽntque Patres sine Tribunitiæ potestatis terriculis inuetam esse aliam vim maiorem ad coercendos Magistratus,victi consensu omniũ,comitia Tribunorum militum habuere. Accius, Vbi non terricula cita sunt. Idem,Proinde ista hæc tua aufer terricula,atque animum iratum comprime.

Terror,terroris, masc.gen. Timoris & motus incussio. Cic.lib.4. Tuscul.29,Quæ autem subiecta sunt sub metu, ea sic definiunt, Pigritiam,metum consequentia laboris:terrorem,metum concutientem.ex quo fit,vt pudorem rubor,terrorem pallor,& tremor, & dentium crepitus consequatur. Seruius autem terrorem & metum sic distinguit,vt terror propriè sit qui aliis infertur: vnde & terribilis.Metus, quem habent timentes: vnde meticulosus.

Terror,pro metu. Virgil.11. Æneid.72, Quòd si tantus habet mentes & pectora terror.

Liber terrore animus,Vide Liber.

Expers terroris.Catull.Argon.59.68.

Amens terror.Claud.1.in Ruff.51.

Implacabilis terror,Vide Implacabilis.

Latior terror.Tacit.lib.20.

Multiplex terror,Vide Multus.

Mutuus terror,Vide Mutuum.

Repens terror,Vide Repens adiectiuum.

Sæuus.Silius lib.13.13. Seuerus.Claud.5.Paneg.19.

Vanus terror.Sene.Hippol.1.9.

¶ Afferre terrorem,Recensere terrores qui ab aliis fiunt.Cic. ad Atticum,lib.6. 119.1, Batonius autem miros terrores ad me attulit Cæsarianos.

Augere terrorem,Vide Augeo.

Cepit regem terror,Vide Capio.

Ciere magnos terrores.Sene.Œdip.4.13.

Concitatus terrore & metu,Vide Concito.

Demouere terrore, aut minis. Tacitus lib.20, Nec terrore aut minis demouentur.

Animi terrorem discutere.Lucret.lib.1.30.

Discussis terroribus redire ad se.Lucret.lib.4.202.

Exanimatus terrore.Quintil.lib.4.cap.2.87.

Facere terrorem. Tacit.lib.20. Intentos hostes à tergo inuadunt,latioremque quàm pro numero terrorem faciunt.

Iacere atque denuntiare terrores,Vide Iacio.

Impulsus stat terror animis.Sene.Herc.Œtæo,6.1.

Incidit terror exercitui,Vide Incido.

Incutere terrorem hostibus,Vide Incutio.

Inferre terrorem,Vide Infero.

Inicere terrorem. Cic.5.de Finib.53, Qui sibi iniecto terrore mortis horrescunt. Et de Prouinc. Consul.35, Terror iniectus Cæsari de eius actis.

Inuasit terror,Vide Inuado.

Occultare causam terroris.Cic.3.Verr.56.

Offerre terrorem. Cæsar 1.bel. Ciuil.121, Sic terror oblatus à ducibus,crudelitas in supplicio,vana religio iurisiurandi.

Pallentes terrore puellæ.Ouid.3.de Arte,97.

Parentes equi terrore.Ouid.2.Metam.86.

Trepido terrore repleta terra.Lucret.lib.5.9.

Armis,viris,terrore,periculóque mortis repulit. Cic.pro Cecinna,24.

Gelido terrore rigebant comæ.Ouid.3.metam.10.

Terrori esse,Terrere,terrorem incutere.Liuius 4.bel.Macedon. 107,Et quum primi agminis cohortes inductæ in prælium essent, qui modò terrori fuerant,trepidantes in vrbem compulsi sunt. Plin.lib.28.cap.3.1,Vt ex his familiis,quæ sunt terrori serpentibus,tactu ipso leuant percussos.

Terrore coactus iurauit.Cic.3.Offic.153.

Tertianus,Tertiarius,Tertio,tertias, & Tertius,Vide Ter.

TERTVLLIANVS,scriptor quidam doctus, temporibus nascentis Christianorum ecclesiæ.

Teruncius,teruncii,masc.ge. Nûmus perexiguus,à tribus vnciis dictus.Plaut.Capt.8.17, Neque ridiculos là teruncii faciût. Cic.Attico,lib.5.105.2,Nos tamen,etsi hoc te ex aliis audire malo,sic in prouincia nos gerimus(quod ad abstinentiam attinet) vt nullus teruncius insumatur in quenquam. Ibidem, 108.10, Atque etiam spero toto anno imperii nostri teruncii sumptus in prouincia nullum fore. Ibidem,110.3,Cane putes quicquam homines magis vnquam esse miratos,quàm nullũ teruncium, me obtinente prouinciam, sumptus factum esse nec in Rempnec in quenquam meorum. Teruncii,inquit Budæus,appellauit Cicero,quem Plinius quadrãtem & triuncé vocat. Varro,Terũcius à tribus vncis dictus, quòd sit libellæ quarta pars. quomodo & quadrans assis. Cic.lib.3.de Finib.69,Interit magnitudine maris Ægæi stilla muriæ, & vt in diuitis Crœsi teruncii accessio.

De præda mea,terũcii nõ attigit quisquã. Ci.Caninio,2.16.7. Fecit palàm te ex libella,me ex terũcio. Cic.Attico,li.7.iii.4.

Tesqua,loca augurio designata.Cicero aspera ait esse, & difficilia.Hæc Festus.Apud Varronẽ lib.6.de Ling.Lat. scribitur Tesca,& interpretatur loca quædã agrestia quæ alicuius dei sint.

Deserta & inhospita tesqua.Horat.1.epist.14.4.

Nemorosa tesqua.Lucan.lib.6.9.

Tessella,Vide Tessera.

Tessera,tesseræ,pen.corr. Latinè quaternio dicitur. Vnde & id dicitur quod ex omni parte quadratum est.

¶ Tesseræ, Quibus in tabula lusoria ludiur. sunt enim quadratæ,& quibusdã punctis notatæ, quæ quũ iaciũtur,in quancunque partem incubuerint, immotam habent stabilitatem. τέσσαρα, id est quatuor. Cic.de Senect.54, Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquant & tesseras. Mart.lib.14.17,

Hîc mihi bisseno numeratur tessera puncto,
Calculus hîc gemino discolor hoste perit. De tabula lusoria. Liu.4.ab Vrbe,75, Leuant quidam regis facinus in tesserarum prospero iactu.

Iacere talos & tesseras.Cic.1.de Diuin.117,Quid enim est sors? idem propemodum quod micare,quod talos iacere,quod tesseras:quibus in rebus temeritas & casus,non ratio nec consilium valet. Ouid.3.de Arte,71, -talorum dicere iactus
Vt scias,& vires tessera missa tuas.

¶ Tessera,Signũ bellicum,quod ad pugnam exeũtibus datur, propter cõfusionem: aliàs symbolum dicitur,vt in bello Marti, Bardeutin bello Syllæ,Apollo Delphicusin Cæsaris, Venus genitrix.Virgil.lib.7.Æneid.118, -it bello tessera signũ.Hæc Seruius.Liuius 7.ab Vrbe,165,Cæteris omnibus tesseram dari iubet. Silius lib.15.94, -tacitum dat tessera signum.

¶ Tessera,Põponius de Origine Iuris,L.2.Q.Fabius qui missus ad Carthaginẽses legatus,quũ essent duæ tesseræ positæ,vna pacis,altera belli,arbitrio sibi dato vtrã vellet deferre,vtrãq; sustulit,& ait Carthaginẽses petere debere vtrã mallent accipere.

Tesseræ frumentariæ,Signa erant frumentaria,quibus exhibitis,frumẽtum à principe dabatur Populo Rom. sicut ex more vetusto locis aliquibus fieri solet ab his qui pauperũ curam habent. nam erogantur signa quædam plumbea,vel ærea, vel quid simile:quibus exhibitis, sigillatim accipiunt certam mensuram frumenti vel farinæ,panis,vinive. Ex quo factum est vt tessera pro iure percipiendi frumenti ponatur. Sueton. in Augusto,cap.40,Ac ne plebs frumentationum caussa frequentius à negotiis auocaretur, in annum quaternorum mensium tesseras dare destinauit. Iuuenalis Saty.7.18, Summula ne pereat quæ vilis tessera venit Frumenti.Ex Budæo.

Tesseræ nũmariæ etiã dicuntur,quibus exhibitis,summa nũmũm præscripta repensari solet. Suet.in Augusto,cap.41,Frumentũ quoq; in annonæ difficultatibus sæpe leuissimo,interdũ nullo pretio admensus est, tesseráque nummarias duplicauit.

¶ Tessera, Lignum vtrinque complanatum, in quo numeri describuntur,quod & talea dicitur.Plautus,Suam vtrique tesseram habet,ratio constat.

¶ Tessera hospitalis. Fuit antiqui moris tesseram dari hospitibus dimidiatam:quã quicunque attulisset ad hospitẽ, cõtinuò agnosci posset,& hospitio accipi,táquã amicus & vetus hospes. Hoc autẽ ius necessitudinis ad posteros transibat:propterea tesseram hospitalem diligenter obseruabant.Plau.Pœnulo,16.84, Ego sum ipsus quem tu quæris.P.hem quid audio?

A.Antidamæ gnatum me esse.P.si ita est,iam tesseram
Confer si vis hospitalem: eccam attuli.

A.Agedũ,huc ostẽde.est par probèque habeo domi.Ibidẽ,19.11, -deum hospitalem ac tesseram Mecum fero. Budæus.

Tesseram hospitalem confregisse dicebatur, qui ius hospitii violabat: hoc, vt ait Erasmus, qui sibi reditum in domum aliquam præcluserat.Plautus Cistel.5.17,Hîc apud nos iam Alcesimarche confregisti tesseram.

¶ Tessera, Figura geometrica, quæ & cubus vocatur, cuius meminit Macrobius lib.1.Somnii Scipionis.

Tessella,tessellæ, Diminutiuum à tessera.Plinius lib.37.cap.10.6, Androdamas argenti nitorem habet vt adamas, quadrata, & semper tessellis similis. Plin.lib.17.cap.16.3,Quidam huic generi miscuere fissuram in vitibus exempta cortice tessella, furculo à latere plano adigendo.

Tessellatus,penult.prod.Adiectiuum, Quod tessellis,id est paruis quadratis lapillis intextum est, vt Pauimentum tessellatum, à tesseris,quarum forma quadrata est.Suetonius de Cæsare,cap. 46,Mundítiarum,lautitiarúmque studiosissimum multi prodiderunt quanuis tenuem adhuc & obscuratum, in expeditionibus tessellata & sectilia pauimenta circumtulisse. Vitruuius lib. 7.cap.1,meminit pauimentorum tessellatorum atque sectilium: scribitque pauimenta sectilia,& tesseris structa,omnes angulos æquales habere debere:& sectilia dicuntur, quoniam in particulas secta sunt,vt quocunque velis,possint circumferri.

Erant & teſſellatæ quædam tunicæ, teſſeris quibuſdã diſtinctæ: vnde palliorum teſſeras dixit Plinius lib.35.cap.9.5, Zeuxis aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomẽ ſuum oſtentabat. Hermolaus.

Teſſérula, teſſérulæ, pen.corr. Aliud diminut. Varro 3.de Re ruſt. ca.5.15, Narrat ad tabulã, quum decumberet, quendã deprehenſum teſſerulas conicientem in loculũ, eum ad Conſulem tractũ à fautoribus competitorum. Perſ.Saty.5.8,

-ſcabioſum teſſerula far Poſſidet.

¶ Teſſerula, ſiue teſſera, Lignum, vtrinque complanatum, in quo numeri deſcribuntur, vel inciſuris notantur, quod & talea dicitur. Plinius, Frumenti rationem teſſerulis oſtendebat.

¶ Teſſerulæ, Lapilli ad conficienda, ſternendáque pauimenta compoſiti. Cic.3.de Orat.94,

Quàm lepidè lexeis compoſtæ, vt teſſerulæ omnes
Arte pauimento atque emblemate vermiculato. Ex Lucilio.

Teſſerarius, teſſerarii, Qui teſſeram, id eſt præceptum ducis per contubernia militum nuntiat.

Teſſerarius, Adiect. Quod ad teſſeras pertinet. vt Ludus teſſerarius.

Teſſarádecas, pen. corr. teſſaradécadis, fœ.g. Quater dena dicitur: à teſſara, quatuor: & decas, decem.

Teſtã/teſtæ, Vas figlinum igne decoctum, quaſi toſta: quòd è molli creta fabrefacta torreatur, deinde coquatur. Tibullus, lib.1.eleg.10.10,

Pax aluit vites, & ſuccos condidit vuæ:
Funderet vt nato teſta paterna merum. Plinius libro 16, Si & teſtæ tuſæ tertia pars addatur, melior materia erit. Idem lib.19.cap.4.31, Teſta terra operta ex aliqua parte ſicut erat impoſita, &c. Horat.1.epiſt.2.14,

Quo ſemel eſt imbuta recens, ſeruabit odorem
Teſta diu. Iuuel.Saty.4.14, -teſta alta paretur
Quæ tenui muro ſpatioſum colligat orbem.
Apta mero teſta. Ouid.2.Triſt.98,

Alter humum, de qua fingantur pocula monſtrat:
Quæque docet liquido teſta ſit apta mero.
Curta teſta. Ouid.2.Faſt.119,

Ara fit, hîc ignem curta ferat ruſtica teſta
Sumptum de tepidis ipſa colona focis.
Lubrica teſta, Glacies. Ouid.3.Triſt.eleg.10.8,

Vidimus ingentem glacie conſiſtere pontum,
Lubricáque immotas teſta premebat aquas.
Pia teſta. Horat.3.Carm.ode 21.1,

O nata mecum conſule Manlio,
Seu tu querelas, ſiue geris iocos,
Seu rixam, & inſanos amores,
Seu facilem pia teſta ſomnum. Amphorã vini alloquitur poeta.
Samiæ teſtæ. Vide Samos.
Ambulare cum teſta. Author ad Heren.li.4.147, Prometheus quum mortalibus ignem diuidere veller, ipſe à vicinis cum teſta ambulans, carbunculos corrogaret, non ridiculum videretur?
¶ Teſtæ, pro Calculis, quos Græci oſtracos vocant.
¶ Teſta qui vel limacis. Plaut. Pœnul.17.49, -ſcin' quid eſt?
Coclææ ſunt è teſta: vt ſe ſuſtolli ſolent.
Natiuæ teſtæ, Vide Naſco.
¶ Teſtæ intelliguntur omnes piſces qui duriori cortice tegũtur. Horat.2. Serm.ſatyr.4.7, Sed non omne mare eſt generoſæ fertile teſtæ.

Teſtula, téſtulæ, pe.corr. Diminut. Colum.lib.11.cap.3.25, Tum teſtulæ velcõchæ quaſi ſedes in ſingulis ſubiectæ ſeminibus adobruũtur, vt fiant capita latioris incremẽti. De capitatis porris.
Teſtulæ in ſitellam coniectæ. Liu.5.bel.Pun.15, Teſtulis datis, Tribuni populum ſummouerunt, ſitellãque allata eſt vt ſortirentur, vbi Latini ſuffragium ferrent.

Teſtaceus, Adiect. Quod è teſta fit. vt Opus teſtaceum, & teſtaceũ operimentum. Plin.lib.11.ca.37.28, Inſectorum omnium, & quibus teſtacea operimenta, oculi mouẽtur. Plin.Iunior epiſt.154. lib.10.ad Traianum de aquæ ductu Nicomedenſiũ, Aliqua pars vt mihi videtur, teſtaceo opere agenda erit. Idem epiſt.136, Quia ſint cæmento medii farti, nec teſtaceo opere præcincti.
Teſtacea pyra, quæ etiam ſignina dicebantur. Plin.lib.15.ca.15.1, Signina, quæ alii à colore teſtacea appellant.

Teſtatim, pen.prod. Aduerbium, Id eſt comminutim. Pomponius Verre ægroto, Iam iſtam colaphis comminuiſſem teſtatim tibi. Nonius.

Teſtamentum/teſtamenti. Vide Teſtor in Teſtis.

Teſticulus, pen.corr. à teſte Diminutiuum, Notæ ſignificationis: tam in homine, quàm in brutis dicitur. Author ad Heren. lib.3.118, Medicus teſticulos arietinos tenens. Iuue.Saty.11.16,

Nec pugillares defert in balnea raucus Teſticulos.

Teſtis/huius teſtis, com.g. Qui teſtimoniũ profert. Ab eo dictus quòd tueatur ſtatum cauſæ: vel quòd ante ſtet, quaſi anteſtis, id eſt anteſtans.

¶ Teſtis, à quo Teſticulus, m.g. eſt, ſic dict⁹, q virilitatis teſtis ſit. Plin.lib.11.ca.49.2, Teſtes pecori ſæmétóque ad crura decidui.

¶ Teſtibus præſentibus aliquid facere cum contrariũ, Clàm & furtim. Plaut. Curc.1.31, Quod amas, ama teſtibus præſentibus. Ouid.epiſt.6.6, Vix mihi teſte deo credita vita tua eſt.

Teſte Herodoto, Quẽadmodum refert Herodotus. Plin.lib.11.ca.17.9, Mihi ad Perſas etiã prius iſta portaſſe, quàm in Syriam aut Ægyptum videntur, Herodoto teſte, qui tradit ſingula millia talentum thuris annua penſitaſſe Arabas regibus Perſarum.
Sine teſte dolere. Martial.lib.1.17,

Non luget, quiſquis laudari Gellia quærit:
Ille dolet vere, qui ſine teſte dolet. Seipſum exponit Martialis, quum dicit, quiſquis laudari quærit eſt enim teſtibus hominibus dolere, velle videri dolere.
Teſtis & conſcius alicuius rei. Cic.pro Fonteio,5.
Teſtis officii, vel rerum geſtarum. Cic. Lentulo, lib.1.7.7, Præterea quidem de conſularibus nemini poſſum aut ſtudii erga te, aut officii, aut amici animi eſſe teſtis. Idem poſt redit. ad Quirites, 13, Sed etiam rerum mearum geſtarũ authores, teſtes, laudatores fuerunt.
De re aliqua teſtis. Cice.de Prouinc. Conſul.36, Cn. Pompeius idem mihi teſtis de voluntate Cæſaris, & ſponſor eſt illi de mea.
Teſtis in aliquam rem. Cicero 5.Verr.15, Non ſuſpicabatur id quod nunc ſentiet, ſatis multos ex illa calamitate Ariminenſiũ, teſtes nobis in hanc rem reliquos eſſe.
¶ Acerrimi teſtes, Vide Acer adiectiuum.
Cupidus teſtis, iratus, coniuratus, ab religione alienus, &c. Cic. pro Fronteio, 10.
Falſus teſtis. Iuuenal.Satyr.14.12. Quintil.lib.2.cap.17.18.
Grauis & Leuis teſtis, Contraria. Cic.pro Quintio 50.
Humiles teſtes. Quintil.lib.5.cap.7.15.
Incorruptus atque integer teſtis. Cic.1.de Finib.107.
Ingens teſtis factus inimici, Vide Ingens.
Locuples teſtis, Vide Locuples in Locus.
Locupletiſſimus & certiſſimus teſtis. Cic.5.Verr.116.
Mercenarii teſtes, Vide Abcrceo.
Ocvlatus teſtis, Vide Oculus.
Teſtis optimus. Cic Antonio, lib.5.5.4, Pro iis rebus nullã mihi abs te relatam eſſe gratiam, tu es optimus teſtis. Idẽ Decurionibus, lib.13.77.2, Etenim vos mihi optimi teſtes eſtis q, &c.
Potentes teſtes. Quintil.lib.5.cap.7.15.
Religioſus teſtis, Hoc eſt fidelis, qui nihil præter ea quæ vidit aut audiuit, refert. Cic.in Vatinium,1.
Viuus & præſens teſtis. Cic.2.de Orat.6.
Voluntarius teſtis. Quintil.lib.5.ca.7.7, Qui voluntariũ producit (ſubaudi teſtem) ſcire quid is dicturus eſt, poteſt.
¶ Abducere à teſtibus, Vide Abduco.
Teſtis abeſt ſomno. Ouid.9.Metam.97.
Accommodare teſtes ad rem aliquam, Vide Accommodo.
Adhibere teſtes, Vide Adhibeo.
Cædere teſtibus, Vide Cædo.
Citare teſtes in rem aliquã. Cic.4.Verr.103, Primùm igitur in hãc rem teſtem totã Siciliã citabo: quæ mihi vna voce ſtatuarũ nomine magnam pecuniam per vim coactam eſſe demonſtrat.
Citetúrqi Salamis clariſſimæ teſtis victoriæ. Cic.1.Off.c.106.
Colligere teſtes ſtultitiæ ſuæ quamplurimos domeſtico præconio. Cic.2.de Orat.48. Vide Colligo.
Comperire teſtibus, Vide Comperio.
Conducti vendunt periuria teſtes. Ouid.1.Amor.eleg.10.8.
Conſtituere teſtes vel teſtem, Vide Conſtituo.
Conſtituere aliquẽ teſtem & ſpectatorem aliquarum rerum. Cic.1.de Orat.56.
Dare teſtes. Cic.6.Verr.41, Quum teſtes ex Sicilia dabo, quem volet eligat. Ibidem,35, Dare teſtes in ſingulas res. Quintil. lib.5.cap.13.3, Accuſator dat teſtem. Ouid.1.Amor.ele.8.5, Fors me ſermoni teſtem dedit. Id eſt forte fortuna interuenti illorum ſermonibus, & audiui loquentes.
Excitare teſtes ex monumẽtis annalium. Cic.1.de Finib.107.
Planũ facere teſtibus. Cic.pro Quintio,59, Id teſtibus me pollicitus ſum planũ facturum, qui & ſcire deberent, & cauſam cur mentirentur, non haberent.
Habere teſtem. Cic.3.Off.c.57, Cum vero iurato ſententia dicenda ſit, meminerit Deum ſe habere teſtem.
Iacere teſtibus, Vide Jacco.
Imponere teſtem, Vide Impono.
Infirmare teſtes, Vide Infirmus.
Producere teſtes. Quintil.lib.5.cap.7.15. Cic.3.Verr.8.
Recitare ſuum codicem loco teſtis. Cic.pro Roſc.Comœ.5.

Vti teſtibus.Cl.1.de Diuin.41,Hoc ego philoſophi nũ arbitror teſtib⁹ vti,qui aut caſu veri,aut malitia falſi fictiq; eſſe poſſunt.

Teſtimonium,teſtimonii,notæ ſignification'is.

Amplißimum teſtimonium,Vide **Amplus.**

Diuina teſtimonia.Quintil.lib.5.cap.7.14.

Publicum teſtimonium.Quintil.lib.5.cap.3.1.

Accipere teſtimonium,Vide **Accipio.**

Accipere publicum teſtimonium,Vide **Accipio.**

Afferre teſtimonium,Vide **Affero.**

Capere teſtimoniũ,Facere cõiecturam, vel habere exiſtimationẽ.Cic.Seſtio li.5.12.9,De tuo autẽ filio vereor,ne, ſi nihil ad te ſcripſerim,debitũ eius virtuti videar teſtimonium nõ cepiſſe.

Confirmare aliquid teſtimoniis.Quintil.lib.1.cap.8.8.

Dicere teſtimonium de ambitu.Cic.pro Sylla,6.

Dicere teſtimonium. Cic.4.Acad.145, Non tu verum teſtem habere,ſed eũ nõ ſine cauſa falſum teſtimoniũ dicere oſtẽderis.

Dicere teſtimonium de cõiuratione.Cic.pro Sylla,31, Qui teſtimoniũ de coniuratione dixi in alios. Et pro Plãcio 45, Qui ita ſemper teſtimonium de ambitu dicunt.Vide **Dico.**

Dicere teſtimonium in aliquem.Quintil.lib.7.cap.2.39.

Dicere teſtimonium in aliquem,& contra aliquem.Cicero 3. Verr.67.& 3.de Nat.deorum,119.Quintil.lib.7.cap.2.39.

Dicere pro teſtimonio. Cic.ad Atticum,lib.1.11.3. Neque dixi quicquam pro teſtimonio,niſi quod erat ita notum atque teſtatum.Vide ℔20 præpoſitionem.

Dare teſtimonium,Fidẽ facere.Cic.3.de Leg.2, Quandoquidem tam præclarum mihi dediſti iudicii tui teſtimonium. Idẽ ad Att cum,lib.2.16.11, Pompeius mihi conſeruatæ Reipub.dat teſtimonium. Et pro Q.Roſc.9, Dabit enim nobis tam tacitè vita acta in alterutram partem firmum & graue teſtimonium.

Dare teſtimoniũ per tabulas.Quintil.lib.5.cap.7.2,Nemo per per tabulas dat teſtimonium.

Dare teſtimonium iudicii,pro Iudiciũ facere de altero. Cice. ad Cæſarem,lib.13.17.6,Teſtimonium meum de eo iudicii,quod & ipſe magni æſtimabat, & ego apud te valere eram expertus, ei libenter dedi.

Eleuare teſtimonia.Quintil.lib.5.ca.7.4,Nam & gentiũ ſimul vniuerſarum eleuata teſtimonia ab orator.bus ſcimus.

Eſſe teſtimonio.Cic.pro Cecinna,38, Non occurrit vnicuique veſtrum aliud alii in omni genere exẽplum quod teſtimonio ſit,nõ ex verbis totum pendẽre ius,ſed verba ſeruire hominum conſiliis. Idem ad Atticum,lib.8.16.2, Cui rei teſtimonio ſunt literæ quas Buſſenius ad me miſit. Et, Sunt in eam rem teſtimonia.Cic.pro Cecinna,68.

Habere teſtimonium alicuius rei. Plancus Ciceroni lib.10.9.1. Et pro Roſc.Com.21, Alia certiora & clariora teſtimonia in cauſa haberem.

Perhibere teſtimoniũ alicuius rei.Colum.lib.3.cap.9, Eius rei teſtimonium tu præcipuè Publi Siluine perhibere nobis potes.

Reddere teſtimonium,pro Perhibere & dicere.Quintil.lib.11. cap.1,Libertinis detrahenda authoritas:licet iis teſtimoniũ reddere induſtriæ per quam exierunt de ſeruitute.

Tribuere teſtimonium virtutis alicuius.Cic.5.Philipp.101.

¶ Nomine deorum ſancta teſtimoniorum fides. Cic.pro Fonteio,17, Ille Iupiter, cuius nomine maiores noſtri ſanctam teſtimoniorum ũdem eſſe voluerunt.

Teſtor,teſtãris,teſtatus ſum,teſtari,Teſtificari,ſiue teſtimoniũ dare,Fidem facere,manifeſtò oſtendere. Cice.1.de Nat.deor.109, Vtræqi autẽ crebræ,multæqi toto corpore intextæ vim quandã incredibilẽ artificioſi operis diuiniq; teſtãtur.Deuenis & arteris.

Teſtata eſt gaudia cantu.Ouid.8.Metam.48.

Carmina teſtantia mores.Ouid.1.de Ponto,eleg.10.9.

¶ Teſtari,Teſtẽ innocare:vt Teſtari deos.Liu.1.ab Vrbe,143, Diique omnes cælestes,vóſque terreſtres,vóſque inferni audite, ego vos teſtor,populũ illum(quicunque eſt,nominat)iniuſtum eſſe,neque perſoluere. Cic.ad Q.Fratrẽ,lib.1.3.3,Sed teſtor omnes deos, me hac vna voce à morte eſſe reuocatum. Idẽ pro Sylla,65,Vos dii patriæ & penates, &c. teſtor integro me animo ac libero P.Syllæ cauſam defendere. Idem 1.de Finib.105,Stuprata per vim Lucretia à regis filio, teſtata ciues ſeipſa interemit. Terent.Hecy.3.5.16,Neque culpa hoc euenìſſe diſſidium mea,id teſtor deos.

Teſtor deos.Virgil.4.Æneid.99.

Teſtor deos deaſque immortales,veſtráſque maximè mẽtes. Cic.antequam iret in exilium, 18.

Superos teſtatus.Ouid.1.Metam.60,At pater omnipotens ſuperos teſtatus,&c.

Sydera teſtor.Virgil.9.Æneid.88.

Teſtari per. Plautus, Ipſus tete per ſuperos omnes teſtatur. Virg.3.Æneid.110, -per ſydera teſtor,

Perſuperos,atque hoc cæli ſpirabile lumen.

Teſtari deũ de re aliqua.Cic.pro Cluen.153,Preces & nefaria vota cognouim⁹,qb⁹ illa deos immortales de ſuo ſcelere teſtatur.

¶ Teſtari,Denuntiare,ac palàm dicere:& nunc abſoluteè, nũc cum accuſatiuo iunctum legitur. Cic.pro Murena,71, Ego quod facio,&c.me omnium veſtrũ cauſa facere clamo atque teſtor. Idem 1.de Diuinat.114,Nunc illud teſtabor,non me ſortilegos, neque eos qui quæſtus cauſa ariolétur,nec pſychomantia quidem quibus Appius amicus tuus vti ſolebat,agnoſcere. Idẽ 7. Philip.119,Monebo,prædicabo, denũciabo, teſtabor ſẽper deos hominéſq; quid ſentiam. Ibidẽ,120,Me potiſſimũ teſtatus eſt, ſe æmulum mearũ laudum extitiſſe. Idem Lentulo,lib.1.9.16, Ipſum meũ fratrẽ teſtatus eſt,ſe egiſſe,&c. Idẽ pro Quintio, 45,Alphen⁹,vt omnes intelligere poſſẽt,&c.teſtatur iſto audiẽte

¶ Teſtari, Affirmare.Tranquillus, Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum tranſiiſſe:teſtatus quondam per edictum tanto impenſius petere ſe vt natalẽ patris ſui Druſi celebrarent, quòd idem eſſet & aui ſui Antonii.Budæus.

¶ Teſtari,Implorãtis more obteſtari.Cic.pro Flac.19,Vociferarer,& quantũ maximè poſſem,contendẽrẽ,teſtarer publicanos,excitarẽ negotiatores:veſtrã etiam conſcientiã implorarẽ. Hoc eſt,totã rem permitterẽ eorũ teſtimonio & arbitrio. Bud.

Implorare & teſtari.Cic.pro Sylla,48,Implorarem ſenſus veſtros vniuſcuiuſque indulgentiam in ſuos teſtarer.

¶ Teſtari,Teſtamentum facere.Liu.1.ab Vrbe,151,Qui quum ignorans nurum ventrem ferre, immemor in teſtando nepotis deceſſiſſet,puero poſt aui mortem in nullam ſortem bonorum nato,ab inopia Egerio inditum nomen.

Teſtãtus.pen.prod.Participium,ſiue nomen ex participio. Cic.6. Verr.15,Quod quia vidiſti plures ſcire, cogitaſti,ſi ei rei diſſidiſſes, te minus inuidiæ habituru⁹ : rem nihilominus teſtatam futuram.Id eſt,notam & compertam.

Clara atque teſtata res. Cic.4.Verr.136, Vt res quammaximè clara atque teſtata eſſe poſſet, in ius ad Metellum Carpinatium voco,tabuláſque ſocietatis in forum defero. Idem ad Atticũ, lib.14.308.1, Verùm illuc refero tam claram, támque teſtatam rem,támque iuſtam.

Ablicere rem teſtatam.Cic.pro Murena,41.

Amor teſtatus populo.Ouid.3.Triſt.eleg.6.1.

Probitas teſtata in omne tempus.Ouid.3.de Ponto,eleg.1.18.

Clarum,teſtatum,peruulgatũ.Cic.4.Verr.71, Quæ quum ita eſſent, tantáne amentia præditus atque audacia fuiſti,vt in re tam clara,tam teſtata,tam abs teipſo peruulgata,tabulas publicas corrumpere auderes?

Si teſtata dici videbũtur.Ci.in Par.19.Id eſt teſtimoniis firmata

Nota & teſtata res, Hoc eſt quaſi teſtibus cõfirmata & approbata.Cic.2.Ver.19,Poſtremò ego cauſam ſic agam Iudices,eiuſmodi res,ita notas,ita teſtatas, ita magnas,ita manifeſtas proferam,vt nemo à vobis vt iſtum abſoluatis,per gratiam conetur contendere.

Actis populi Rom. teſtatum.Plin.lib.8.ca.40.4,Sed ſuper omnia in noſtro æuo actis Populi Rom.teſtatum Appio Iunio & P.Silio coss.

Relinquẽre apud aliquem teſtatũ,Hoc eſt rem certam facere, & teſtimoniis cõprobare.Cic.ad Curionẽ,lib.2.2.4,Iſtam rationem meam dicã,vt aut te in meam ſentẽtiam adducã,aut certè teſtatum apud animum tuum relinquam quid ſenſerim.

Religione teſtatum,Hoc eſt approbatum. Cic.pro Flacco,10, Nihil religione teſtatum, nihil veritate fundatum, nihil dolore expreſſum.

¶ A teſtato:cui opponitur ab inteſtato,Vide **Inteſtatus.**

¶ Teſtatior,Comparatiuum,Magis certum. Cæſar 8.bel.Gall. 154, Itaque omnibus qui arma tulerãt,manus præcidit, vitámque conceſſit: quo teſtatior eſſet pœna improborum. Cic.pro Cælio,51,Nam neceſſe eſt fuiſſe non paucos,vt & comprehendi Licinius facilè poſſet,& res multorum oculis eſſet teſtatior.

Teſtatio, Verbale,Ipſe teſtãdi actus.Liu.8.ab Vrbe,24,Exanimatum authores quoniam non omnes ſunt,mihi quoqs in incerto relictum ſit: ſicut inter fœderum ruptorum teſtationem ingenti fragore cæli procellam effuſam. Quintil.lib.5.cap.13.38, Siquid ab aduerſario teſtationibus comprehenſum,&c.

Teſtamentũ,teſtamẽti,Extrema voluntas.Dictũ quòd ſit volũtatis noſtræ veluti teſtimoniũ. Vnde & vltima voluntas appellatur.Vlpianus in L.1.Qui teſtamentũ fac.poſſ.Teſtamentum eſt volũtatis noſtræ iuſta ſentẽtia de eo quod poſt mortẽ fieri voluerimus. Cic.1.de Fin.160,Sic eiuſdem teſtamentũ non ſolum philoſophi grauitate,ſed etiã ab ipſius ſẽtẽtia iudico diſcrepare.

Libertas teſtamentorum.Quintil.lib.3.cap.6.61.

Subiector teſtamentorum.Cic.1.in Catil.30.

Improbum teſtamentum,Vide **Improbus.**

Inofficiosum testamentum, Vide Inofficiosus.

¶Cauere testamento, Vide Cauco.

Componere testamentū, Facere, & in ordinem redigere. Cic. ad Atticū, lib. 15. 18. 4. Ego testamētum compositi: quod quum voles, obsignabis. Vetus exemplar legit testimonium.

Conscribere testamentum. Cic. de Arusp. resp. 39, In qua prouincia mortuorum testamenta conscripsit.

Si in testamento deducta scripta non sint. Cic. 1. de Legib. 80.

Facere testamentum. Cic. 3. Verr. 78, Multi testamenta eodem modo fecerunt. Quintil. lib. 3. cap. 8. 14, Quum milites passim testamenta facerent.

Irritum testamentum facere. Cic. 1. Philipp. 106.

Habere factionem testamenti. Cic. Trebatio lib. 7. 22. 2.

Improbare testamentum, Vide Improbus.

Testamento tutorem instituti, vel fieri, aut creari: Hoc est, ex testamento, vel per testamentum Liu. 1. ab vrbe, 157, Postremò tutor etiam liberis regis testamento institueretur.

Mutare testamentum. Cic. pro Cluentio, 13.

Nuncupatum testamentum, Vide Nuncupo.

Obsignare testamentum. Cic. pro Milone, 30, Vnà sui, testamentum simul obsignaui cum Clodio.

Relinquere testamento. Cic. 3. Offic. 115, Quum ei testamento sestertium millies relinquatur.

Resignare testamentū. Horat. 1. epist. 7. 2, & opella forensis Adducit febres, & testamenta resignat.

Ruptum & Ratum testamentum, contraria. Cic. 1. de Ora. 84, Testamentorum ruptorum aut ratorum.

Dolabellam video Liuiæ testamento cum duobus coh æredibus esse in triente. Cic. ad Atticum, lib. 7. 18. 3.

Supponere & subiicere testamēta, Hoc est, falsò & dolosè deferre vel proferre. Cic. in Parad. 55, Si testamenta amicorū expectas: aut ne expectas quidem, at ipse supponis. Et 4. Philip. 389, Subiicere testamenta.

Supponere falsa testamenta. Cic. 1. de Legib. 64.

Testamētarius, Adiectiuum, Quod ad testamentum pertinet. Vnde testamētariæ tabellæ, & testamētaria lex quæ Cornelia dicitur, quæ irrogat pœnā ei qui testamentū vel aliud instrumentum signauerit, scripserit, recitauerit. Plin. lib. 33. ca. 2. 5, Quum Scipionis Africani transisset atrium, vidissétque adoptione testamentaria Salutionis (hoc enim ei fuerat cognomen) Africanorum dedecore notam irrepentem Scipionum nomini.

¶Testamētarius, Substantiuū, Qui testamenta falsa cōficit & supponit. Cic. lib. 3. Off. 95, Neque enim de sicariis, veneficis, testamentariis, furibus, peculatoribus hoc loco differendum est. Idem pro Sestio, 31, Sed cum scurrarum locupletum scorto, cum sororis adultero, cum stuprorum sacerdote, cum venefico, cum testamentario, cum sicario, cum latrone.

¶Testamentarius, Notarius, Confector & scriptor testamentorum. Callistratus ad legem Corneliā de falsis, 1. Diuus, Siquis duobus hæredibus institutis adiecerit, vt si alter hæres sine liberis decessisset, ei qui supereſſet, & liberos haberet, hæreditas redderetur, vel si sine liberis vterque decessisset, vt hæreditas deinde alia manu scriptori testamenti restitueretur, placet testamentario pœnam legis Corneliæ remitti. Ibidem Paulus, 1. Impuberem, Si testamentarius seruo suo fideicommissariam libertatem dederit, videamus ne id extra pœnam sit. Budæus.

Testificor, pen. corr. testificāris, testificari, Testari, attestari, notum facere, vel testibus firmare. Cic. 3. de Orat. 104, Atque hæc quidē ab iis philosophis, quos tu maximè diligis Catule, dicta sunt: quod eo sæpius testificor, vt authoribus laudandis ineptiarū crimen effugiam. Idem 4. Tuscu. 88, Nos autem, vt testificor sæpe, de sapiente quærimus. Et 1. de Finib. 10, Quippe qui testificetur ne intelligere quidē se posse vbi sit. Ouid. 1. de Arte, 54, Quin etiam turdóque licet, missáque corona,

Te memorem dominæ testificere tuæ.

Testificor me à te rogatum. Cic. in Orat. 19.

Testificor me expertem belli fuisse. Cic. Attico lib. 8. 15. 2.

Testificari sententiam suam. Cic. Attico, lib. 8. 14. 3.

Testificari aliquid cū summa hominū frequētia. Ci. 7. Ver. 14

Testificari deū, pro Testari, & in testimonium inuocare. Cic. Attico, lib. 10. 10. 1, Nam deos hominésque, amicitiámque nostram testificor, me tibi prædixisse, neque temerè monuisse.

Testificātus, pe. prod. Particip. Cic. ad Atticū, lib. 1. 11. 10, Illud inest tamen cōmodi, quòd & mihi & cæteris amicis tuis nota fuit, & abs te aliquando testificata tua volūtas omittendæ prouinciæ.

Lingua testificata deam. Ouid. epist. 10. 17.

Statim testificati discederent. Cic. pro Cecinna, 33.

Testificatio, Verbale, Ipse testificādi actus, Nēpe approbatio quæ testibus, vel multis testimoniis fieri solet. Cic. de Claris Orat. 111, Quintiā memini, quū accusatione sua Quinto Gellio crimini dedisset, sibi eum venenū paraūisse, idque à se esse deprehēsum, se ēque chirographa, testificationes, indicia, quæstiones, manifestum rem deferre diceret. Idem 9. Philipp. 166, His enim honoribus habitis Ser. Sulpitio repudiatæ, reiectæque legationis ab Antonio, manebit testificatio sempiterna. Idem pro Murena, 46, Mœstos amicos, obuersationes, testificationes, seductiones testium, secessionem subscriptorum animaduertebant. Idē ad Lentulum, lib. 1. 1. 5, Sic egit causam tuam, vt neque eloquentia maiore quisquā, nec grauitate, nec studio, nec contentione agere potuerit, cum summa testificatione tuorū in te officiorum.

Testu, Varro de Lingua Latina, indeclinabile pro testa posuit.

Testuaceum, testuacei, Quod in testu calido coquebatur, vt ait idem Varro lib. 4. de Ling. Lat. condimētum ex variis esculentis: à testu, sub quo calido coquitur.

Testudo, pe. pro. testúdinis, f. g. Animal tardigradū. sic dictum, vt ait Varro, quòd testa tegatur. Plin. l. b. 9. cap. 10. 3, Dentes non sunt testudini, sed rostri marginesacuti, superna parte inferiorē claudente, pyxidum modo. In mari cōchylus viuunt, tanta oris duritia, vt lapides cōminuāt. In terram egrediūtur, in herbis pariūt oua, auium ouis similia ad ducenta numero. Lāquefacta extra aquas, & cooperta terra, ac pausta corpore, & cōplanata, incubāt noctibus. educāt fœtus annuo spatio. Cice. 1. de Nat. deor. 184.

¶Testudo, Machina bellica. erat autem materia tabulatis cōtexta, & coriis cilicinis aut cētonibus, & alijs quæ difficulter cōburi possunt, contecta. Hæc intrinsecus habet trabem, quæ vnco præfigebatur ferreo, & falx vocabatur, ab eo quòd incuruata esset, & de muro extraheret lapides. Retro enim ducebatur trabs funiculis suspēsa, vt reducta impetuosius ferireț: ideóque & testudo dicta à similitudine reptilis, quòd caput nunc exerat, nūc reducat. Silius lib. 1. 73,

Tandem conclensis arcēt testudinis armis,
Subducto Pœni vallo, cæcáque latebra
Pandunt prolapsam suffossis mœnibus vrbem. Hoc etiā instrumentum arietem appellant, ab eo quòd aries fronte pugnat. Cæsar 5. bel. Gall. 156, Reliquisque diebus turres ad altitudinem valli, falces testitudinésque, quas iidem captiui docuerāt, parare ac facere cœperunt. Idem 1. bel. Ciuil. 6, Antecedebat testudo pedum sexaginta æquandi loci causa. Virg. 1. Æneid. 88, obsessúmque acta testudine limen. Lucan. lib. 3. 95,

Vt tamen hostiles densā testudine muros
Tecta subit virtus, armisque innexa priores
Arma ferunt, galeámque extensus protegit vmbo. Statius 10. Thebaid. 105, Scrutatúrque cauas cæca testudine turres.

¶Testudo, Continuata scutorum series curuata in formā testudinis. Liu. 10. ab Vrbe, 145, Galli testitudine facta, conferti stabant. Cæsar 5. bell. Gall. 38, At milites legionis septimæ testudine facta, & aggere ad munitiones adiecto, locū ceperūt. Liu. Ipse scalas ferri ad muros ab omni parte muri iussit, ac testudine ad portas successit. Id est continuata scutorū crate super capita. Idem 4. bel. Maced. 151, Itaque ex aduerso missa tela nulla in corporibus, rara in scutis hærebant: à circunstantibus ex superioribus locis quidam vulnerati sunt, mox progressos iam etiam ex tectis, non tela modò, sed tegulæ quoque inopinātes perculerunt. sublatis deinde supra capita scutis, continuatisque ita inter se, vt non modò ad exeos ictus, sed ne ad inferendum quidem ex propinquo telum, loci quicquā esset: testudine facta subibant. & primo angustiæ pauliper sua, hostiúmque reiectæ turba tenuerunt. Hæc Budæus. Virg. 9. Æn. 105, quū tamen omnes Ferre libet subter densa testudine casus.

¶Testudo, Pars citharæ. Cic. 1. de Nat. deo. 117, Quocirca & in fidibus testudine resonatur, aut cornu: & extortuosis locis & inclusis soni referūtur ampliores. Testudinem organum, testudinis animalis formam habere docet Cicero de Diuinat. Bud.

Acuta testudo. Mart. lib. 13. 86,

Iste licet digitos testudine pungat acuta,
Cortice depositō mollis echinus erit.

Blanda testudo. Claud. 3. Paneg. 50.

Callida testudo resonare septē neruis. Horat. 3. Carm. ode 11. 1.

Cana testudo. Horat. Epod. 14. 1, sæpe cana testudine fleuit amorē. Virg. 4. Geo. 93, Ipse cana solās ægrū testudine amorē.

¶Testudines, Loca dicūtur in ædificiis camerata ad similitudinem aquatilium testudinum, quæ duris tergoribꝰ sunt & incuruis. Virg. 1. Æn. 102, Tum foribus diuæ, mediā testudine tēpli. Varro 3. de Re ruſt. cap. 5. 1, Igitur testudo (vt peristylum rectum tegulis, aut rete) fit magna, in qua milia aliquot turdorū ac merularū includere possint. Cic. ad Q. frat. lib. 3. 17. 3, Nūc hoc vel honestate testudinis, vel valde boni æstiuum locum obtinebit. Virg. 2. Georg. 91, Nec varios inhiant pulchra testudine postes.

Thalami cultitestudine. Ouid. 1. Metam. 148.

Testudineātus, pen. prod. Adiectiuum, Quod concauum & incur-

unus eſt,teſtudinis more. Colum.lib.12.cap.15.1, Vt quum ſol in occaſum fuerit, exigãtur: & inter ſe acclines teſtudineato tecto,more tuguriorum, inareſcentem ſicum à rore,& interdum à pluuia defendant. Plin.lib.33.cap.11.7,Sed & teſtudineatum in vſum veniſſe.

Teſtudineus,Adiectiuum,Quod eſt teſtudinis.

Teſtudineum hexaclinõ,Opere teſtudineato factum. nam id antiquis ſummo in pretio fuit,quod opus Carbilius Pollio primus inſtituit.Martial.lib.9.62,

Et teſtudineum menſus quater hexaclinon,
Ingemuit citro non ſatis eſſe ſuo.

Teſtudineus gradus,Id eſt tardus.Plaut.Amphit.1.53,

-ſiue gralatorius,ſiue
Teſtudine' fuerit(ſub.grad')certũ eſt mihi hũc ſceleſtũ perdere.

Teſtus/huius teſtus,m.g.Tegmen teſtaceum,ſub quo placentæ & alia coquũtur. Cato,In foco calido ſub teſtu coquito leuiter. Idem ca.84,Vbi bene omnia commiſcueris, in catinum indito: catinum teſtu operito.

Teſtum etiam dicitur, neutro genere. Plinius libro 32. cap.7. 15,Sub æreo teſto. Hoc Græci vocant clibanum. vnde Panis teſtaceus apud nos dicitur,quem illi clibanitin.

Teſtaceus,Adiectiuum.Vide **Teſtu.**

Tetanicus/pen. corr.Adiect. Tetanicos autem dicitur qui eo morbo laborat,qui tetanus Græcis dicitur, nempe quum muſculi qui ſecundum ſpinam ſunt, rigent ita, vt ſe inflectere non poſſint. Id, quum anterior pars afficitur, vt ſi mentum pectori annectitur,emproſthotonus: quum poſterior, opiſthotonus, vt ſi caput ſcapulis: quum verò ambæ rigent ex æquo,tetanos vocatur,vt ſi ceruix recta & immobilis intenditur: etiam ſi, vt ait Celſus, quidam minus ſubtiliter & diſcretè his nominibus vtũtur.Vide Celſum lib.4.cap.3.Plin.lib.13.cap.7.10,Datur tetanicis & ſpaſticis. Ibidem,cap.1.35,Neque in opiſthotono,tetano, nec ſingultientibus,nec ſi cum febre dyſpnœa ſit.

Tetara/pro tetrara in cõpoſitione ſolum ablato altero r, quatuor ſignificat.

Tetartaus,Adiectiuum,Quartanus.Colum.lib.3.cap.10.3, Quod deinde proximum à primo,tum quod eſt tertiæ notæ vel quartæ,quódque eatenus velut lectarum quoddam contenti ſimus tetartæo.De generibus vitium.

Tetartemorion,Græca dictio,quadrantẽ ſignificans:qua dictione vtuntur qui de varietate naſcẽdi præcepta tradunt, quod dum annorum ſumma colligitur,quater extrahi & quater multiplicari debet.Plin.lib.7.cap.49.1, De varietate naſcendi, Durat & ea ratio,quam Petoſiris ac Necepſos tradiderunt,& tetartemorion appellant,à trium ſignorum portione,qua poſſe in Italiæ tractu C X X V I annos vitæ contingere apparet.

Teter/tetra,tetrum,Quod eſt malũ,fœdum,& pollutum,crudele,& inſuauetũ ad mentem pertinẽs,tum ad cæteros ſenſus.vt, Bellua tetra,teterrimus hoſtis,teterrima mens. Plaut.Moſtell. 8.76,Verò te neque ego tetriorem beluam
Vidiſſe me vnquam,neque peiorem,cenſeo. Ibidem, 8.139,
Nullum ædepol hodie genus eſt hominum tetrius.

Abſynthia tetra,Vide **Abſynthium.**

Aqua teterrima.Horat.1.Serm.ſaty.5.2.

Tetra & immanis bellua.Cic.4.Tuſcu.68.Ipſam ægritudinẽ, quam nos vt tetram,& immanem belluam fugiendam eſſe diximus,non ſine,&c. Claud.1.in Eutrop.57,
-nec bellua tetrior vlla eſt,
Quàm ſerui rabies in libera colla furentis.

Cadauera tetra.Lucret.lib.1.84.

Cauſa teterrima belli.Horat.1.Serm.ſaty.3.12.

Colores tetri fœda ſpecie.Lucret.lib.2.85.

Cruciatus teter. Cic.1.de Finib.151,
Cui v'perino morſu venæ viſcerum
Veneno imbutæ,tetros cruciatus cient.Ex poeta.

Diſcordia tetra.Horat.1.Serm.ſaty.4.11.

Facinus tetrum.Senec.Thyeſt.8.31.

Homo teter.Sulpitius ad Ciceronem,lib.4.11.6,Ita vir clariſſimus ab homine teterrimo acerbiſſima morte eſt affectus. Vetus codex habet deterrimo.

Hyems teterrima.Cælius ad Ciceronem,lib.8.15.1, Nunc tibi noſtri milites qui duriſſimis & frigidiſſimis locis teterrima hyeme bellum ambulando confecerunt, malis orbiculatis eſſe paſti videntur.

Libido tetra.Horat.1.Serm.ſaty.2.7.

Morbus teter.Catull.de Leſbia,71.5.

Nox tetra nimborum.Lucret.lib.4.35.

Odor teter.Colu.lib.7.cap.5.16,Toto ventre diſtenditur,contrahiturque, & ſpumam quandam tenuem tetri odoris expuit. Virgil.3.Æneid.46.

Ore tetro ſpirans flammas.Lucret.lib.1.141.

Sanguinis tetri profluuium.Lucret.lib.6.145.

Sapor teter.Lucret.lib.6.5.

Sententia tetra.Cic.ad Q.fratrem,lib.2.10.7,Ei tres ſententiæ teterrimæ in conſilio defuerunt.

Spiritus teter.Horat.3.Carm.ode 11.4.

Tenebræ tetræ.Cic.1.de Lege agrar.51,An quietis his qui per curſum rectum regnum tenere non potuerunt,nunc tetris tenebris,& caligine ſe Alexandriam perenturos arbitrati ſunt?

Vlcera tetra.Lucret.lib.5.199.

Perditorum teterrimus.Cic.1.Tuſcul.117,Ille omnium perditorum ita ſimilis,vt eſſet facilè teterrimus.De Panætio.

Teter in aliquem.Cic.1.Tuſcul.155,Propino, inquit,hoc pulchro Critiæ,qui in eum fuerat teterrimus.

Tetrè,tetrius,teterrimè,Aduerbium.Cic.1.de Diuin.108,Multáq; facere impurè ac tetrè cum temeritate & impudentia. Idẽ pro Domo ſua,81,Quòd ſeuerè de religione decerneret, impuriſſimè,teterrimèque violaſſet? Idem ad Atticum,lib.7.131.2,Nam iſtũ quidẽ,cui'φαλαρισμὸν times,omnia teterrimè facturũ puto.

Tetro,tetras,tetrare, Fœdare, horridum obſcurúmve facere. Pacuuius in Peribœa, Belluarum ac ſerarum aduentus ne tetret loca. Nonius.

TETHIOPOBATHAE,Herodoto,populi in Lybia.

TETHYS,huius Tethys & Tethyos,datiuo Tethyi,Cæli & Veſtæ filia,cõiunx Neptuni & Nympharum mater, vt ait Salluſtius. At Ouid.li.5.Faſt.17,videtur ſentire illam fuiſſe Titani filiã,qui fuit Saturni frater,natu maior.Ait enim,Duxerat Ocean' quõdã Titanida Tethyn. Vnde & Oceani vxorẽ illã fuiſſe conſtat, quæ quãdoque pro mari ponitur.Tethys autem maior filia fuit Cæli & Terræ. Catull. de coma Berenicis,61.14, Luce tamen canæ Tethyi reſtituor.

Æquora Tethyos.Lucan.lib.3.47.

Antra ſonantia Tethyos.Stat.1.Achill.108.

Cana Tethys.Oui.1.Faſt.39, -canãq; petit Saturnia Tethyn.

Grandæua Tethys.Valer.1.Argon.8.

Reciproca Tethys.Silius lib.3.12.

Vaga Tethys.Lucan.lib.6.14.

Tetra/à tetrara Attico,pro teſſara,quod quatuor ſignificat,nõniſi in compoſitis Græcis dictionibus reperitur.

Tetradôron,pe.prod.Quatuor palmorũ.Plin.lib.35.ca.14.3,de lateribus, Genera eorum tria:didoron quo vtimur, longũ ſeſquipede,latum pede.alterum tetradoron,tertiũ pentadoron. Vitruuius lib.1, Ita quod eſt quoquouerſus quinqi palmorum,pẽtadoron: quod quatuor,tetradoron dicitur.

Tetradrachma, tetradrachmæ , vel tetradrachmũ tetradrachmi, Nũmus quaternas valens drachmas.Liu.4.bel.Mac.193,Ad hoc clypei argentei decem, ſignati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum,tetradrachmam vocãt,trium ferè denariorum in ſingulis argenti eſt põdus. Ibidem,7.189, Prælata ſunt in eo triumpho ſigna militaria ducenta triginta: & argenti infecti tria millia pondo, ſignati tetradrachmũm Atticũm centũ tredecim milia. Caſſius ad Ciceronẽ,12.13.3, Nam iam ternis tetradrachmis triticum apud Dolabellam eſt, niſi quid nauibus Laodicenorum ſupportarit,citò fame pereat neceſſe eſt. Famẽ inſtantem ſignificat ex caritate frumenti,quũ medimnus duodenis drachmis væniret,id eſt ſeni modii Romani & ſemiſextarius noſter ducato vno. Budæus.

Tetragnathius,tetragnathii, Scorpionis genus.Plin.lib.29.cap.4. 27, Tetragnathii duo genera habent: peior medium caput diſtinguente linea alba,& tranſuerſa altera.

Tetragônus,penult.prod.ſiue tetragônum, dicitur quadrangulare,ſiue quadratum.

Tetragrámmaton,pen.cor.genitiuus pluralis,id eſt quatuor literarum.vt Nomen tetragrammatôn.

Tetrámetrum,pen.corr.dicitur metrum quatuor pedum.

Tetraphármacon,pen.corr.Cibi genus, quod ex quatuor pretioſis obſoniis conſtabat,phaſiano,ſumine,perna & cruſtulo.

TETRAPOLIS,pen.corr.dicta eſt Antiochia regio cognominata,vt ait Strabo lib.16,in qua ſunt quatuor inſignia oppida.

Tetraptôtũ,pen.prod.nomen dicitur quod per quatuor caſus variatur: vt ſpes,ſpei,ſpem,ſpe.

Tetrarcha,tetrarchæ, Qui partem regni quartam detinet. Cic.11. Phili.313, Idem ſi cæteri reges,tetrarchæ, dynaſtæque feciſſent, S.P.Q. Rom.eorum officii non immemorem futurũ. Idem ad Atticum, lib.2.14.4, Qui regna,qui prædia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. Lucan.lib.7.46,
-ſicti ſed plurima campi
Tetrarchæ,regéſque tenent,magnique tyranni. Horat.1.Ser. ſaty.3.3, -habebat ſæpe ducentos,
Sæpe decem ſeruos: modò reges,atque tetrarchas.

Tetrarchia,tetrarchiæ,Huiuſmodi principatus.Ci.1.de Diui.51,Cuius quidem hoc præclariſſimum eſt, quòd poſteaquã à Cæſare

tetrarchiæ regno pecuniáque multatus,negat ſe tamen eorum auſpiciorum,quæ ſibi ad Pompeium proficiſcenti, ſecúda enenerint,pœnitere. Idé pro Deiotaro,19,Negat vnquam ſe à te in Deiotari tetrarchia pedem diſceſſiſſe. Plin. lib.5.cap.18.2, Intercurſant cinguntque has vrbes tetrarchiæ,regnorum inſtar ſingulæ,& in regna contribuuntur.

Tetraſtichon, penul. corr. Græcis dicitur, quum tantum quatuor verſibus ſententia comprehenditur: vt diſtichó, quum duobus. Martial.lib.7.84,

Quòd non inſulſè ſcribis tetraſticha quædam,
Diſticha quòd bellè pauca Sabelle facis:
Laudo,nec admiror: facile eſt epigrammata bellè
Scribere:ſed librum ſcribere difficile eſt.

TETRICVS,pen. corr. vel Tetrica, Mons in Sabinis aſper atque arduus. Virgil.7.Æneid.143,Qui Tetricæ horrentes rupes, montémque Seuerum, Caſperiámque colunt. A quo monte

Tetrici dicti ſunt homines, triſtes & ſeueri. Martial.lib.6.10,

At quàm non tetricus,quàm nulla nubilus ira,
Quàm placido noſtras legerat ore preces! Idem lib.1.58,
Caſta,nec antiquis cedens Lucina Sabinis,
Et quamuis tetrico triſtior ipſa viro. Columel.lib.8.cap.11.1,
Pauonum educatio magis vrbani patriſſamiliæ, quàm tetrici ruſtici curam poſcit.
Luſtra tetrica.Stat.9.Thebaid.115.
Puellæ tetricæ.Ouid.1.de Arte,145.

Tetricitas,pen.corr.tetricitâtis.Ouid.ad Piſonem,11,

Talis ineſt habitus,qualem nec dicere mœſtum,
Nec fluidum,læta ſed tetricitate decorum Poſſumus.

Tetrigometra/pen.prod.Cicadarum matrix,vt Ortygometra coturnicum.

TETTIVS Caballus,Viri propriũ,qui ſub Veſpaſiano & filiis claruit:& propter ſcurrilitatẽ,à calcitratu,Caballi nomẽ adeptꝰ eſt.

TEVCA, Regina Illyricorum, quæ ob caſtitatis meritum meruit vt longo tempore viris fortiſſimis imperaret,& Romanos ſæpe frangeret.Hæc,vt author eſt Plinius lib.34.cap.6,P.Iunium, & T.Coruncanum,legatos ſumma Romanorũ iniuria,interemit.

TEVCER,vel Teucrus Scamandri Cretenſis filius,in Troade vnà cũ Dardano genero regnauit,vnde Ilienſium regũ fluxit origo. Maximus pater Teucrus. Virgil.3. Æneid.11. Alter fuit Telamonis filius, ex Heſiona Laomedontis regis filia, & Priami ſorore.Is Salamina Cypri condidit,vt teſtatur Iuſtinus libro 44. Horat.4.Car.ode 9.4,Primúſve Teucer tela Cydonio Direxit arcu. Hic ab Homero ſagittis peritiſſimè vſus (vt inquit Acron) inducitur. Fuit & Teucer,quidã Cyzicenus,qui ſcripſit de terra quæ profert aurum:de Cyzicenorum rebus:aliáque complura à Suida commemorata.

Teucer,Poſſeſſiuum;Idem quod Troianus,vt eſt apud Virgilium. Campi Teucri.Stat.1.Achill.18.

Teucria,Teucriæ. Virgilius 2. Æneid.6,Ergo omnis longo ſoluit ſe Teucria luctu.

Teuchitis/Iunci ſpecies.Plin.lib.21.cap.18.9, Laudatiſſimus ex Nabatæa iuncus, cognomine teuchitis, proximus Babyloniis, peſſimus ex Africa,ac ſine odore.Eſt autẽ rotũdus,vinoſæ mordacitatis ad linguam.Syncerus in confricando odorem roſæ emittit,rubentibus fragmentis.

Teuchos/τεῦχος,m.g. Latinè vas dicitur: item inſtrumẽtum & volumen.Hinc pentateuchus.

Teucrion/Herba,de qua Plin.lib.15.cap.5.7, Inuenit & Teucer eadem ætate teucrion,quam quidam hemion vocant,ſpargentem iuncos tenues,folia parua,aſperis locis naſcentem, auſtero ſapore,núquam florentem:Neque ſemen gignit. Medetur lienibus.Conſtátque ſic inuentam:Quum exta ſuper eam proiecta eſſent,adhæſiſſe lieni,eúmque exinaniſſe.Obid à quibuſdã ſplenió vocatur.Narrãt ſues,qui radicem eius edũt, ſine ſplene inueniri. Idẽ lib.24.ca.15.1,Chamædrys herba eſt, quæ Latinè triſſago dicitur.Aliqui eam chamædropẽ,alii teucrion appellauere. Folia habet magnitudine mẽtæ,colore & diuiſura querc°.

TEVDAMEDVS,Homero Iliad.2,pater Pelaſgi.

TEVDERIVM,Ptolemæo lib.2.ca.11,vrbs Germaniæ: hodie Padeburna,vulgò *Badborn*.

TEVMESVS, pen.prod.Mons Bœotiæ, à quo leo Teumeſius dictus,inaudítæ magnitudinis,qui omnibus terrori erat,quẽ Hercules adhuc penè puer occidit, eíque pellẽ detraxit, qua poſtea pro pallio ſemper vſus eſt.Eſt etiam hoc nomine fluuius, & regio, & paruulum oppidum in Thebanis finibus. Hic leo à Ioue in cælũ tranſlatus dicitur, vt gloriæ Herculis cõſuleret,qui eum inermis occiderat.

Amnis Teumeſius.Stat.9.Thebaid.93.
Cornus Teumeſia.Stat.2.Thebaid.115.
Leo Teumeſius.Stat.4.Thebaid.18.

TEVTATES, penult. prod. lingua Gallica dictus eſt Mercurius, qui ab illis humano ſanguine placabatur. Hunc Plato inuentorem fuiſſe Geometriæ & Aſtronomiæ atque talorum ſcribit. Lucanus lib.1.88,

Et quibus immitis placatur ſanguine diro
Teutates,horrénſque feris altaribus Heſus. Lactãtius li.7,Galli Heſum atque Teutatem humano cruore placabant deos, qui ſanè feralis ritus diu ſimiliter apud Italos ſtetit, qui Latialé Ioném & Saturnum humana placabant hoſtia.

TEVTHA,Regina Illyricorum, quæ ob caſtitatis meritum meruit vt longo tempore viris fortiſſimis imperaret, & Romanos ſæpe frangeret.Alias vocatur Teuca.Vide ſuo loco.

Teuthalis/pen.corr.teuthálidos,Herba, quam alii à frequentia geniculorum polygonaton appellant, alii polygonon.Plin. lib.17.cap.12.8. Vulgus noſtrum *centumodium & ſanguinariam & geniculatam* appellat.

TEVTHIS,vir princeps fuit,qui ad expeditionem Troianã cum Græcis nauigare volens,dum in Aulidis rupes impegiſſet,indignatus Palladem vulnerauit haſta.

TEVTHRANIA,Plinio lib.5.ca.3,Regio eſt ſupra Æolida & partem Troadis in mediterraneo, quam Myſi antiquitus tenuere. Stephanus Teuthraniam à Teuthrante dictã eſſe cenſet. Hinc Teuthranius, gentile nomen.

TEVTHRANVS, pen.prod.Homero Iliad.6.Axili pater.

TEVTHRAS,Teuthrantis,Rex Miſiæ,quem Stephanus & Euſtathius patrem Theſpii dicunt, filium Pandionis: quorum ſententiam Ouidius ſecutus videtur,quum Teuthrantiam turbã Theſpii quinquaginta filias ab Hercule compreſſas innuit,epiſt.9.11, Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba ſorores,

Quarũ de populo nulla relicta tibi eſt. Alii autẽ Teuthrantiã turbã non ab auo Teuthrãte,ſed à Teuthrãto Atticæ oppido dictã eſſe volũt:vbi admirãda pictura viſebatur,vt hæc ab Hercule geſta erãt,ad quam viſendam Germanicus Cæſar ſuo carmine deſcendiſſe ſe teſtatur.

Teuthrantêus,pe.prod.Adiectiuum. Ouid.1.Metam.49, Penetúſque ſenex,Teuthranteúſque Caycus.

Teuthrion/Herbæ nomẽ,quæ aliàs polion dicitur. Plin.lib.11. cap.7.5,Polion quidam teuthriõ vocant:folia canis hominis ſimilia,à radice protinus nunquam palmo altiora.

TEVTONI, penult. corr.qui & Teutones & Teutónici dicuntur Plinio lib.4.cap.14,Germaniæ populi,ſic dicti à Teutone deo, quem terra ortum exiſtimabant. Lucan.lib.6.51,Cantaberexiguis aut longis Teutonus armis.

Teutónicus,pen.corr.Adiectiuũ: vt Teutonici capilli,quales Teutones geſtare ſolent,hoc eſt flaui.Mart.lib.14.26,

Cauſtica Teutonicos accendit ſpuma capillos,
Captiuis poteris cultior eſſe comis. Propert.lib.3.eleg.3.9,
-& Teutonicas Roma refringat opes.
Furor Teutonicus.Lucan.lib.1.53.

TEVTOSAGI,Vide TECTOSAGES.

Texo/ texis,texui vel texi, textum,téxere, Struere,componere, concinnare, conſtruere: quod propriè de tela dicitur. Terent. Heaut.2.3.44,Texentem telam ſtudioſè ipſam offendimus.

Veſtes texere.Tibull.lib.2.elegia 3.11,Illa gerat veſtes tenues, quas fœmina Coa Texuit.

Ea tela texitur, & ea viuendi ratio incitatur in ciuitate, Prouerbialiter à Cicerone dictũ,pro,Id iam in ciuitate paſſim fieri conſpicitur. Cic.3.de Orat.125,Ego verò,inquit Craſſus,ac doleo quidem illos viros in eam fraudem in Rep.eſſe delapſos, quãquam ea tela texitur,& ea incitatur in ciuitate ratio viuendi, ac poſteritati oſtẽditur,vt eorum ciuium quos noſtri patres non tulerunt,iam ſimiles habere cupiamus.

Fiſcellam texit hibiſco.Virg.eclog.10.15.

Flores texere.Ouid.10.Metam.15.

Baſilicam texere,Cõſtruere,metaphoricè dictum. Cic.ad Atticum,lib.4.86.4,Paulus in medio foro baſilicam iam penè texuit iiſdem antiquis columnis.

Carina texitur ſuis coſtis.Ouid.epiſt.15.21.

Nauigium texere,Conſtruere.Plin.lib.13.ca.11.5, Ex ipſo quidem papyro nauigia texunt.

Nidos texere.Quintil.lib.2.cap.16.9.

Sepes texendæ.Virg.2.Georg.75.

¶Togam texere alicui,per trãſlationem.Cic.ad Cæſ.lib. 2.15.19,Sed tamen togam prætextam texi Oppio. Interpres,texi,ornaui interpretatur.

Cauſas texere lethi.Propert.lib.3.eleg.7.6.

Epiſtolas texere,Ornare.Cic.ad Pætum,li.9.11.3,Epiſtolas verò quotidianis verbis texere ſolemus.

Texere opus.Cic.ad Q.fratrem,li.3.11.2,Sanè texebatur opus

luculente, hominúmque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat.

Plagas texere. Cic. 4. Acad. 164, Vt quum plus vno verum esse non possit, iacére necesse sit tot, tam nobiles disciplinas, quàm de oculorum sensuúmque reliquorum mendaciis, & de sorite, aut pseudomeno, quas plagas ipsi contra se Stoici texuerunt.

Textus, Participium. Virgil. 2. Æneid. 37,

Hanc tamen immensam Calchas attollere molem
Roboribus textis, cæloque educere iussit.

Adamas textus, Vide Adamas.

Iter textum cæcis parietibus. Virgil. 5. Æneid. 118.

Textus, huius textus, Ipse texendi actus. Plinius lib. 9. cap. 35. 13, Alterno textu fulgentibus, toto capite crinibus, &c. Idem lib. 18. cap. 7. 11, Grana in stipula crinito textu spicantur.

Textũ, texti. Mart. li. 5. 114, Et dona matrum vimíneo ferũt texto.

Textum orationis, pro Stylo. Quintil. lib. 9. ca. 4, Neque illud in Lysia dicendi textum tenue atque rasum lætioribus numeris erat corrumpendum.

Illustre textum. Stat. 6. Thebaid. 74.

Pretiosa texta. Ouid. epist. 16. 44, Purpura nẽpe mihi, pretiosáque texta dabuntur.

Pinea texta carinæ. Catull. Argon. 59. 2.

Clypei non enarrabile textum. Virgil. 8. Æneid. 124.

Téxtilis & hoc téxtile, pen. cor. Quod textum est. Cice. 5. Tusc. 86, Collocari iussit hominẽ in aureo lecto strato pulcherrimo, textili stragulo, magnificis operibus picto. Propert. lib. 1. eleg. 13. 5, Quid relevant variis serica textilibus? Virgilius 3. Æneid. 97, Textilibúsque onerat donis.

Textilia serta. Mart. li. 6. 80, Textilib' sertis omne rubebat iter.

Textilis vestis, ante cuius vsum fuit nexilis vestitus. Lucreti', lib. 5. 171, Nexilis antè fuit vestis, quàm textile tegmen.

Auro textili fulgens monile. Senec. Medea, 7. 19.

Textilis pictura, Quæ in tapetis fieri aut tela solet. Cic. 6. Ver. 1, Nego vllam picturam neque in tabulis, neque textilem fuisse quin quæsierit, inspexerit, &c. Lucret. lib. 1. 7, Textilibus si in picturis, ostróque rubenti Iacteris.

Textilis pestis. Cic. 2. Tusc. 31, Ipse illigat' peste interimor textili.

Textilis vmbra palmitis, Quæ multis palmitibus intertextis fit. Martial. lib. 11. 17,

Hoc nemus, hi fontes, hæc textilis vmbra supini
Palmitis, hoc riguæ ductile flumen aquæ.

Textor, textóris, m. g. Qui texit. Plaut. Aulul. 19. 47, Textores, limbolarii. Cic. pro Plãcio, 51, Si pro fabro, aut pro textore emim', Iuuenal. Saty. 9. 3, -pingues aliquando lacernas
Munimenta togæ, duri, crassique coloris,
Et malè percussas textoris pectine Galli.

Textrix, textrícis, pen. prod. f. g. Quæ texit. Tibull. lib. 2. eleg. 1. 13,
Atque aliqua assidue textrix operata Mineruam Cantat.

Textúra, textúræ, pe. pro. Opus, siue act' ipse textoris vel textricis.

Tenuis textura. Lucret. lib. 3. 43.

Textrína, textrinæ, pen. prod. Locus in quo texitur. Cic. 6. Verr. 51, Nulla domus in Sicilia locuples fuit, vbi iste non textrinam instituerit.

Textrina, Ars seu scientia texendi. Plin. li. 11. ca. 24. 3, Quàm nõ ad hoc videtur pertinere cribratæ pexitas telæ, & quædam politura artis ipsa per se tenax ratio textrinæ. Vetus exemplar sic habet, Et quadam polituræ arte, ipsa per se tenax ratio tramæ?

Textrínum, textríni, pen. prod. Locus in quo texitur. Cic. 6. Verr. 91, Quod tamen isti textrinum per triennium ad muliebrem vestem conficiendam fuit.

T H

THARIS, Scythiæ mons est in Asia, vt scribit Pomponius Mela libro tertio.

THAIS Alexandrina, nobilis meretrix fuit, quæ Atticam iuuentutem in sui amorem pellexit. Hanc suis carminibus celebrauit Menander, comicus poeta Græcus, vnde & Menãdrea dicta est. Propertius lib. 2. eleg. 6. 1,

Turba Menandreæ fuerat nec Thaidos olim
Tanta, in qua populus lusit Erichthonius. Fuit & Thais altera, à diuo Pannutio admonita, quæ relicto meretricio, sancta mulier euasit. Nam ignotus ad eam ingressus, secretum petebat magis ac magis illa verò dicente neminẽ nisi Deum posse conspicere: ille sumpta hac occasione, ad Dei metũ ac religionem, eam est exhortatus, qui posset etiam occulta conspicari & plectere. Volaterranus lib. 20.

Thalamus, thálami, pen. corr. m. g. Coniugis vtriusque cubiculum. Virgil. 9. Æneid. 56, Ferreíque Lumenidum thalami. Sæpe autem apud poetas pro ipso coniugio sumitur.

Certamen thalami. Ouid. 10. Metam. 64,
Te cupiunt proceres, totóque Oriente iuuentus
Ad thalami certamen adest.

Consors thalami, Coniux, Vxor vel maritus. Ouid. 10. Met. 50, -sine coniuge cælebs
Vixerat, thalamique diu consorte carebat.

Cultus thalamus ebore & testudine. Ouid. 2. Metamorp. 148,
Pars domus ebore & testitudine cultos
Tres habuit thalamos.

Geniales thalami. Claud. 2. in Ruff. 20.

Iugales thalami. Valer. 1. Argon. 46.

Marmoreus thalamus. Virgil. 4. Æneid. 79.

Vidui thalami. Valer. 2. Argon. 75.

¶ Apparare thalamos. Senec. Troad. 10. 8.

Expertem thalami vitam degere. Virgil. 4. Æneid. 110.

Felici thalamo dotare aliquam. Sene. Troade, 10. 3.

Habet aliquem thalamus, Qui incumbit thalamo. Virgil. 6. Æneid. 104,
Tum me confectum curis, somnóque grauatum
Infœlix habuit thalamus.

Inire thalamum. Ouid. 4. Metam. 66, -thalamúmque ineamus eundem.

Inuadere thalamum alicuius. Virgil. 6. Æneid. 115, Hic thalamum inuasit natæ, vetitóque Hymenæos.

Lædere thalamos stupro. Senec. Herc. furen. 6. 31.

Miscere thalamos. Senec. Hippol. 11. 6.

Petere thalamos. Ouid. 6. Metam. 140,
Hac ope debueram thalamos petiisse, socérque
Non orandus erat mihi, sed faciendus Erichtheus.

Tenere thalamos alicuius. Senec. Octau. 6. 2,
Fratris thalamos sortita tenet Maxima Iuno.

Pudicos thalamos violare. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 4.

Thalamos, pro alueolis apium. Virg. 4. Georg. 38, Pòst, vbi iam thalamis se composuere, silebit In noctem.

Thalassicus color, similis fluctibus marinis. Græci enim thalassan mare dicunt. Plautus, Nescio quis tecum incedit ornatu thalassico. Idem Milit. 16. 41, Palliolum habeas ferrugineum: nam is color thalassicus.

Thalássinus, penult. corr. vt Vestis thalassina. Lucret. lib. 4. 217, -teritúrque thalassina vestis. Hoc est veneti coloris & marini.

Thalassio, carmẽ nuptiale, ita dictum à voce quam in nuptiis efferebant, quæ erat thalassus. Liu. 1. ab Vrbe, 38, Signóque dato iuuentus Romana ad rapiẽdas virgines discurrit: magna pars fortè, vt in quem quæque inciderat, raptæ quasdam forma excellentes primoribus Patrum destinatas, ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Vnam longè ante alias specie ac pulchritudine insignem à globo Thalassii cuiusdam raptã ferunt: multisque scilicitantibus cuinam eam ferrent, idẽtidem, nequis violaret, Thalassio ferri clamitatum. inde nuptialem hãc vocem factã. Varro scribit Thalassionẽ in nuptiis signũ esse lanificii. Thalassionẽ enim vocabãt quasillũ vas lanificis aptũ. Plutarchus verò hãc in nuptiis vocem primò habitã fuisse affirmat, & Græcis ταλάσιον lanificiũ vocant, ea ratione vt pronocarẽtur virgines ad opera, & potissimũ ad lanificiũ. Catull. Epithal. Iulix, 56. 17, -satis diu Lusisti nucibus, lubet Iam seruire Thalassio. Vide TALASIO.

Thalassomeli, pen. cor. indeclinabile, Vnguentum quod fit æquis portionibus aquæ maris, mellis, imbris, fictilique vase depicato cõditur. Plin. lib. 31. ca. 6. 11, Inueteratur quod vocatur thalassomeli, æquis portionibus maris, mellis, imbris, &c. De hoc Dioscorides lib. 5. cap. 17.

THALES Milesius, vnus è septem, primus omnium astrologiæ secreta penetrauit. De Vrsa minore dixerit, vt ait Callimachus: vt Eudemus, Solis eclipsim primus prædixit: vt Hippias & Aristoteles, inanimes etiam animas putauit, idque ex magnete lapide deprehendisse. Huic tripus aurea à piscatoribus Milesiis reperta, dum res in lite verteretur, ex oraculo Apollinis indicantis, eam sapientissimo dari oportere, delata est. Deinde per manus omnibus sapientibus tradita, ad Solonẽ peruenit, qui illam Delphos remisit ad Phœbum, vt qui deũm hominúmque sapiẽtissimus esset. A Thalete Ionica fluxit disciplina, sicut à Pythagora Italica. Excessit Olympiade LVIII, dum gymnicum certamẽ spectaret, æstu ac siti lapsus, iã senex. Ex Diogene Laertio.

Thales, poeta Lyricus Cretensis, quem è Creta Solon Spartam misit, cuius odis ac poesi Spartani deliniti, animorum feritatem nimiam ex Lycurgi legibus imbutam castigabant. Author Plutarchus in Solone.

THALESTRIA, regina Amazonum, quam alii Minitheam vocant. Hæc cum trecentis mulieribus occurrit, triginta quinque dierum inter confertissimas gentes itinere facto, Alexandro in Hircania res gerenti, vt liberos ex rege susciperet: & vt visa est vterum implesse, discessit. Strabo lib. 11, Clitarchus Thalestriam

scribit à Caspiis portis & Thermodonte profectam, ad Alexandrum venisse, &c. Curtius lib. 6. Thalestrim vocat.

THALIA, pe. prod. Vna est Gratiarum. Grœce θάλια à θάλλω germino, vel vireo: quoniam in longum tẽpus poetarum laus parta virescat. Vide Musæ.

Arguta Thalia. Horat. 4. Carm. ode 6. 5.

Lasciua Thalia. Stat. 1. Syl. 1. 24.

Thalictrum / Herba folia coriandri habens, pinguiora paulò, caulem papaueris. Plin. lib. 27. cap. 13. 6.

Thalli / dicuntur in porris & cæpis & allio medii stipites, à verbo Græco θάλλω, id est virescere. Vnde & pro germine arborũ ponitur. Columel. lib. 11. cap. 3. 48, Thalli cæparum ventis prosternentur, totúmque semen excutietur.

THALYS, vir fuit eximiæ velocitatis, quem Iuppiter æreis pedibus finxisse dicitur. De quo vide annotationes Baptistæ Pii.

THAMANAEI, Herodoto lib. 3, populi tributarii Persis.

Thamnos / Latinè arbustum dicitur.

THAMYRAS, pen. corr. Thrax poeta. Feruntur ipsius in theologia versus ad tria millia. Scribitur ab Homero certasse de cantu cum Musis, ideóq; oculis captus. De eodem in libro prouerbiorum Græcorum sic scribitur, Thamyras quum pulchritudine omnes præcelleret, ab initio mares dilexit: deinde præter cõsuetudinem Musas amauit, ac cum eis de cantu certauit, hac conditione vt victor complexu potiretur: victus, quod eis haberet, pateretur. Itaque superatus, & oculis & lyra priuatus est: ex quo prouerbium manauit in eos qui præter ingenium propriũ aliquid agunt, Thamyras insanit. Vide Erasmum in Prouerbiis.

Stat. 4. Thebaid. 37, -hîc fretus doctas anteire canendo
Aonias, multos Thamyras damnatus in annos
Ore simul, citharáque (quis obuia numina temnat)
Conticuit præceps.

Thanatos / Latinè mors dicitur, à quo Athánatos, immortalis.

THASVS, oppidi nomen, teste Herodoto libro secundo, Quinetiam in Thasum profectus sum, vbi inueni templũ à Phœnicibus conditum, qui ad inuestigandum Europam nauigantes, Thassum condiderunt, &c. Est & Thasus, insula in Ægæo mari prope Thraciã vino suo & nuce optima, cuius Varro meminit, celebris. Vnde Thasiæ vites Virgilio lib. 2. Georg. 19, Sũt Thasiæ vites, sunt & Mareotides albæ. Plin. lib. 14. cap. 7. 2.

Nemorosa Thasos. Stat. 5. Thebaid. 27.

Thasii, Populi in Thaso habitãtes. Fuit hæc insula aurea vocitata, propter aurum quod illic effodiebatur.

THAVMANTIAS, Thaumantiadis, penul. corr. dicitur Iris, filia Thaumantis & Electræ filiæ Oceani, nuntia deorum in rebus malis, vt Mercurius in bonis. Cæterũ & ex admiratione hoc nomen accepit, quæ admiratio de eius coloribus nascitur. Author Seruius in illud Virgilii Æneidos 9. 1,

Ad quem sic roseo Thaumantias ore locuta est. θῶμα enim Græcè, miraculum significat.

Thaumantis, huius Thaumántidis. Idẽ. vt Imbrifera Thaumantis. Stat. 3. Syl. 3. 17.

Thaumantêus, pen. prod. Adiectiuum.

Virgo Thaumantêa. Ouid. 14. Metam. ad finem.

THEA, Nympha Oceani & Tethyos filia. Author Hesiodus in Theogonia.

THEAGENES tres Athenis diuersis tẽporibus Suidas fuisse refert. Vnum qui de Homero scripsit. Aliũ qui Caprus est appellatus, quòd multa promittẽs nihil præstaret: pauper enim erat, ac diues videri volebat. Tertius, vir potẽs ac diues Athenis, qui liberalitate ac beneficentia publicè ac priuatim multa laude digna gessit. Quartũ addit Pausanias, athletam, patria Thasium, qui CXL coronas è certaminibus retulit.

THEANO, penul. prod. Mesopotamia, seu Cressa genere, mulier Pythagorea, vxor Brotini Crotoniatæ, scripsit commẽtarios in philosophia, de virtute, poemata quoq; & apophthegmata Pythagorica. Author Plotinus. Theano item apud Homerũ memoratur.

THEANVM, pe. prod. cognomine Sidicinum, Apuliæ oppidum, authore Cicerone in oratione pro Cluentio, & Strabone lib. 6. Horat. 1. epist. 1. 18, -erat ferramẽta Theanum Tolletis fabri.

Theatrum / theátri, pe. pro. à verbo θεάομαι, quod videre significat. Est autem ædificium in hemicycli speciem factũ, ad videnda spectacula idoneum. Plin. lib. 11. ca. 51. 5, In theatrorum orchestris scobe aut arena superiecta deuoratur vox. Cice. 1. de Finib. 77, Tanquam è theatro exeamus. Iuuenal. saty. 10. 33, -sæuus & illum
Exitus eripuit, quem mirabantur Athenæ
Torrẽtẽ, & pleni moderatè frœna theatri. Demosthenẽ scilicet.

Fundamenta alta theatri. Virgil. 1. Æneid. 87.

Cuneatum theatrum, Vide Cuneus.

Arcto theatro stipata Roma. Horat. 1. epist. 1. 11.

Magna theatra. Lucret. lib. 4. 15.

Marmoreum theatrum. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 1.

¶ Theatrum, pro ipso spectaculo. Martialis, 1. 21,
Quicquid in Orpheo Rhodope spectasse theatro
Dicitur, exhibuit Cæsar arena tibi. Plin. in Pane. 89, Quinetiam tanto maiore consensu in venerationem tui theatra ipsa consurgent, quanto magis de te scenæ silebunt.

Curua theatra. Ouid. 1. de Arte, 18.

Iesta theatra. Ouid. 3. Metam. 13.

In theatro ac spectaculis. Cic. ad Atticum, lib. 1. 34. 4.

Habere theatrum sanè bellum. Cic. Attico lib. 13. 177. 2.

¶ Theatrum, pro Ipsis spectatoribus. Quintilianus libro 6, Et quum sit maxima pars epilogi amplificatio, verbis atque sententiis vti licet magnificis atque ornatis. tunc est commouendum theatrum, quũ ventum est ad ipsum illud quo veteres tragœdiæ comœdiæque clauduntur, plaudite.

Spissa theatra. Horat. 1. epist. 10. 9.

Clamosi turba theatri. Stat. 3. Syl. 5. 4.

Theatra reclamãt. Cic. 3. de Orat. 128, At in his si paulũ modò offensum est, &c. theatra tota reclamant. Hoc est spectatores.

Versari in theatro, per translationem, pro Ego in aliquo loco conspicuo ante omniũ oculos. Cic. 7. Verr. 29, Sic obtinui Quæsturam in prouincia Sicilia, vt omnium oculos in me vnum cõiectos arbitrarer: vt me Quæsturámque meam quasi in aliquo orbis terræ theatro versari existimarem.

Ingenii theatrum. Cic. de Clar. Orat. 4, Quum forum Populi Rom. quod fuisset quasi theatrum illius ingenii.

Theatrum virtutis, conscientia. Cic. 2. Tusc. 108, Omnia enim benefacta in luce collocari volunt: sed tamen nullum theatrum virtuti conscientia maius est.

Maiorib' theatris propositæ eius virtutes. Cic. pro Rab. Posthumo. 26, Multas equidẽ C. Cæsaris virtutes magnas incredibilesq; cognoui, sed sũt cæteris maiorib' quasi theatris propositæ.

Magnum theatrum habet ista prouincia. Cic. ad Siliũ, lib. 13. 65. 6. Summa eius epistolæ hæc est, vt ornes omnibus rebus Neronem, sicut institueris, atque feceris. Magnum theatrũ habet ista prouincia, nõ vt hæc nostra, adolescentis nobilis, ingeniosi, abstinẽtis cõmẽdationem atque gloriã. Id est multos spectatores: Vel vt alii volũt, magnam fortunã, qualis in theatro esse solet.

Magno theatro spectata familiaritas, Permultis cõperta. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 28. 1, Non modò te, cui nostra omnia notissima sunt, sed neminem in Populo Rom. arbitror esse, cui sit ignota ea familiaritas quæ mihi cum L. Lamia est. Etenim magno theatro spectata est tum, quum est ab A. Gabinio Consule relegatus, quod liberè & fortiter salutem meam defendisset.

Theátricus, pen. corr. Adiectiuum, Nomen possessionum: vt Spectacula theatrica.

Theatrâlis, & hoc theatrâle, pen. pro. Idem. Plin. epist. 144. c, Qui nunc exiguissima legata theatralis operæ corollarium accipiũt ab hærede qui non spectabat. Cic. pro Sestio, 100, Theatrales gladiatoriique consessus dicuntur omnino solere leuitate nõnullorum emptos plausus & exules & raros excitare.

Humanitas indecora & theatralis. Quintil. lib. 2. cap. 1. 6.

Lex theatralis Quintil. lib. 3. cap. 6. 14.

Operæ theatrales. Tacit. lib. 1, Erat in castris Perennius quidam, dux olim theatralium operarum.

Theatridium, theatridi, Diminutiuum forma græca à theatro deductum, quasi parnum theatrum: non enim theatrulum dicimus. Varro lib. 3. de Re rust. ca. 5. 10, Inter has & exteriores gradatim substructum vt theatridium auium: mutuli crebri in omnibus columnis impositi, sedilia auium.

THEBAEI, Populi Thebas ciuitatem Ægypti incolentes.

Thebaicæ / seu thebáides, dicuntur palmæ generosiores. Plinius lib. 5. cap. 18. 6, Carne palmæ placent, crusta thebaicæ, succo vuæ & caryotæ. Idem lib. 13. cap. 4. 18, Thebaidis fructus in cados conditur.

THEBAIS, pe. cor. Asiæ regio est. Plin. lib. 5. ca. 9, Summa (inquit) pars Æthiopiæ contermina, Thebais vocatur. Quod nomen potest esse patronymicum à Thebe. Quo nomine etiam appellatum est Statii opus, in quo de Thebis tractatur.

THEBANI, pen. prod. qui sunt ex Thebe ciuitate Bœotiæ.

THEBE Thebes, & Theba Thebæ, & Thebæ Thebarũ. Ouid. 3. Amo. ele. 5. 7, Quid referã Asopó, quẽ cepit Martia Thebe? Stat. 8. Theb. 59, Viue superstes, ait, dirǽq; ad mœnia Thebæ Solus abi. Et lib. 11. 110, Aut Danais edice rogos, aut prælia Thebis.

Nomina quarũdam vrbiũ, quarum vna fuit in Ægypto, à Busyride Ægypti rege condita, quæ Grœcè διόσπολις, id est Solis ciuitas: ambitu centum quadraginta stadiorum, vti refert Herodotus. Vrbs insignis publicis priuatisq; ædificiis, quam Plinius lib.

36.cap.14,totam pensilem fuisse scribit, quæ cętum portas habuit, in quarũ singulis memorãtur ducẽti custodes excelluisse equis & curribus:subter quam reges soliti erant maximos exercitus armatorũ educere,nullo ex oppidanis id sentiente.Multa de hac Diodorus, & Strabo lib.decimoseptimo,à quò Diospolis vocatur.Demum collapsa,vt alia solent vetustate,etiam Straboni temporibus vicatim inhabitata est.De qua Iuuen.Saty.15.1, Atque vetus Thebe centum iacet obruta portis. Ab hac (teste Plinio libro tricesimosexto) regio Thebaica, Æthiopiæ contermina,cognominata est. A qua & Thebæi cum diphthongo, & fructus palmarum eius, Thebaides & Thebaicæ dicuntur à Plinio. Alia Thebe fuit in Bœotia, à Cadmo Agenoris filio condita,quam Amphion muris ornauit,Bacchi & Herculis clarissima patria,ab Alexãdro Magno postea euersa, quæ & Draconigena dicitur, quia à Cadmo cũ quinque viris,ex dracone ab ipso interfecto natis,cõstructa fuit.Varro tamen lib 3. de Re rust. scribit,hanc vrbem ab Ogyge ædificatam. Ab hac Thebani dicti sunt.Hanc Heptapylon vocat Apuleius, ab eo quòd septem portas habebat,inclyta duobus ducibus, Epaminonda & Pelopida.Hæc etiam dicta fuit Dircæa,à Dirce fonte.Vnde & à Statio Dircæus ager,Thebanus vocatur.Hinc Pindarus poeta,Lyricorum princeps habuit ortum. Bacchus in Aphrica vrbem condidit Thebas.Vnde Hieronymus in Commentario Epistolæ ad Galatas,Præterea Thebas Liberi, quas in Aphrica condidit, quæ ciuitas nunc Thebestis dicitur. Alia in Thessalia, à qua etiam Thebani & Thebæi. Fuit & Thebe in Italia ciuitas. Fuit & alia Thebe(Homero teste)in Cilicia,Andromaches vxoris Hectoris patria. Vnde Ouidius,4.Trist.eleg.3.6,

Nec cruciere minus quàm quum Thebana cruentum
Hectora Thessalico vidit ab axe trahi.

Alia fuit in Lucania,ab Aoniis colonis condita,quam interiisse author est Cato. Fuerunt & Thebæ Corsicæ.

Aoniæ Thebæ.Stat.1.Thebaid.45.
Cadmeæ Thebæ.Propert.lib.1.eleg.7.1.
Domitæ bello Thebæ.Ouid.epist.2.15.
Duplices Thebæ.Virgil.4.Æneid.59.
Echioniæ Thebæ.Horat.4.Carm.ode 4.13.
Eetioneæ Thebæ.Ouid.12.Metam.12.
Herculeæ Thebæ.Senec.Herc.fur.4.14.
Œdipodioniæ Thebæ.Ouid.15.Metam.86.
Truces Thebæ.Claud.de bello Gildon.48.
Veteres Thebæ.Propert.lib.2.eleg.2.5.

Thebânus,penul.prod.Adiectiuum.

Agmina Thebana.Statius 9.Thebaid.37.
Arx Thebana.Horat.de Arte,80.
Duces Thebani.Propert.lib.2.eleg.10.10.
Sceptra Thebana.Senec.Thebaid.1.11.

Thébais,pe.corr.Patronymicum fœ.Ouid.6.Meta.35, & omnes Thebaides iussis sua tempora frondibus ornant.

THEBE, Nomen virginis,è cuius gremio geminæ columbæ (vt est in fabulis)quum euolassent,altera ad Hammonis fontem tetendit,& ibidem responsa dedit altera ad syluam Dodonæã,vbi futura mortalibus præcinuit.

Theca/thecæ,Latinè repositoriũ,vagina,&locus dicitur in quo quid recondi solet.Varro 1.de Re rust.ca.48.1,Proinde vt grani theca sit gluma,& apex arista.

Theca calamaria.Martial.lib.14.19,

Sortitus thecam calamis armare memento:
Cætera nos dedimus:tu leuiora para.

Theca nummaria. Cic.ad Atticum, lib.4.76.2, Quare in hoc thecam nummariam ne retexeris:in aliis eris cautior.

Thecæ vasorum.Cic.6.Verr.46, Qui videret equũ Troianum introductum, vrbem captam esse diceret, efferri sine thecis vasa,extorqueri alia de manibus mulierum.

THECLA,Nomen proprium mulieris sanctissimæ.

THELBENCANE,pe.prod.Babyloniæ vrbs iuxta Euphratis fluuii partem Ptolemæo lib.5.cap.20.Hodie *Maraga*.

THELESIS,pen.corr. Argiua mulier quæ Argos, oppidũ Græciæ, à Cleomene Spartanorum rege obsessum, vnà cum cæteris mulieribus,quum deessent viri,tutata est.

Thelygonum/ penult.corr. Herba habens frondes frondibus oleæ similes,sed aliquanto pallidiores. Plinius libro 17.cap.8.7, Est & alia erratægonos quæ thelygonos vocatur. Differentia intelligitur lenitate gustus.

Thelypteris/huius thelypteris, pen.corr.fœm.g. Alterum genus filicis, quasi filix fœmina:nam fruticosa est, & multos ex se ramos producens. Plinius lib.17. cap.9.7, Alterum genus filicis thelypterin Græci vocant: alii nymphæam pterin. Est autem singularis,atque non fruticosa, breuior, molliórque & densior, foliis ad radicem canaliculata.

Thelyphonon/pen.corr.Herba,ab aliis scorpion vocatur,propter similitudinem radicis, cuius tactu moriuntur scorpiones. Plin.lib.15.cap.10.3.

Themα/thématis,pen.corr.neut.ge.Latinè positum.siue positio dicitur. Est autem argumentum à præceptore propositum vel dictatum.quod vbi verterunt discipuli, iam amplius thema non est dicendum.

Thema, Controuersiæ declamandæ argumentum. Quintil lib.7.cap.2,Erat mihi curæ in controuersiis forensibus nosse omnia quæ in causa versarentur.Nã in schola certa sunt & pauca, & ante declamationẽ exponuntur, quæ themata Græci vocant,Cicero proposita.Quũ hæc in conspectu quodámodo collocauerã, nõ minus pro aduersa parte, quá pro mea cogitabã.

THEMBINACLIA,Regio,quæ & Nemea dicitur. Corrupte scriptam esse dictionem hanc opinor:nam apud Plinium lib.4.ca.6.legitur Bembinadia.Vide BEMBINADIA.

THEMILLAS,Themillæ(inquit Seruius)vt Æneas Æneæ,proprium est viri apud Virgilium lib.9.Æneid.115,

-hunc primò leuis hasta Themillæ Strinxerat,&c.

THEMIS,huius Themis vel Themidis,vel Themistis,Fuit vna ex tribus sororibus Iouis, ex qua Mineruam suscepit. Hæc Cæli & Terræ filia fuit,quæ Iouis nuptias fugiens, ab eo in Macedonia compressa fuit.Hanc teste Festo, putabant eam esse quæ hominibus præciperet id petere quod fas esset:eámque id esse existimabant quod fas est.Nam θέμις fas apud Græcos designat, habuitque templum in Bœotia iuxta Cephisum amnem:ad cuius oraculum accessit Deucalion cum Pyrrha vxore pro consilio recuperandi humani generis. Fuit & alia Themis, quæ alio nomine Carmentis dicta est. Alii Themin vel Themistа (vtroq; enim modo dicitur)ius & Iustitiã esse putant:eandémque consiliorum oraculorúmque præsidem esse.propterea Homerum θεμιστεύειν verbum quod vaticinari & oracula dare significat.pro leges ferre & iura reddere accepisse Odysseæ decimo. Budæus.

Fatidica Themis.Ouid.1.Metam.65.
Longæua Themis.Claud.1.de raptu Proserp.45.
Parnassia Themis.Ouid.4.Metam.119.

THEMISCYRA,vel Themiscyron,pe.cor.Cappadociæ vrbs est, vt scribit Plinius lib.6.cap.3.& Mela lib.1.

THEMISON,pen. corr.medicus apud Herodotum:cuius meminit & Cornelius Celsus.

THEMISONES, siue Themisonii, Populi à Themisonio Phrygiæ maioris loco prope Liciam. Vide Plinium lib.5.cap.28.

THEMISTA. Cic.in Pisonem,50,Licet Themista sapiẽtior,si os tuum ferreum Senatus conuicio verberari noluisti. Sanè Themis accusatiuos habet Themin & Themistа. Vide THEMIS. Ab accusatiuo Themistа fit nominatiu' Themistа, huius Themistæ.Est autẽ Themistа eadẽ quæ & Themis,cõsiliorũ præses.

THEMISTIVS,philosophus sub Iuliano imperatore,cuius præfectus prætorii fuit Constantinopoli:scripsit Paraphrasim in Aristotelis Physicam libris VIII. in Analytica item. Præterea edidit sua, videlicet de intentione & inscriptione prædicamẽtorum: disputationes etiam quasdam. Hic Valentem imperatorem quotidie sæuientem in Orthodoxos authoritate sua & epistolis reddidit mitiorem.Suidas.

THEMISTOCLES, pen.corr. Athenienſis Nicoclis filius,prodigus ac lasciuus prima iuuentute, postea dux delectus res inclytas gessit. Piræeum ædificauit. Bello maritimo Persas apud Salaminem vicit. Tãdem ciuium inuidia exul,ad Artaxerxem cõfugit.à quo quum pugnare compelleretur inuitus aduersus patriam,recẽte tauri sanguine hausto,seipsum necauit,vir alioqui præstans. Epistolas reliquit plenas acuminis ac prudentiæ. Hæc ex Suida. Cicero verò eum memoria tanta commendat,vt scribat eum solitum dicere,artem potius obliuiscendi malle discere. Ciceronis porrò verba sunt,Themistocles quidem quũ ei Simonides, aut quis alius artẽ memoriæ polliceretur, Obliuionis (inquit)mallẽs nam memini etiam quæ nolo, obliuisci nõ possum quæ volo. Hæc ille de finibus bonorum & malorum lib.2.166.

THEMISTOGENES, pen.corr. Syracusanus historicus, Cyri expeditionem & bella,quæ in historia Xenophontis continentur, composuit. Author Suidas.

Thensa/thensæ,Sacrum erat vehiculũ,authoribus Festo & Seruio. Asconius, Thensæ sacra vehicula: Pompa ordinum & hostiarum, & officiorum: Sic dictæ quòd ante eas lora tenduntur, quæ gaudent manu tenere,& tangere qui eas deducant. Hactenus ex Asconio.Vel ἀπὸ τῦ θαίν, hoc est à re diuina. Cic.de Aruisp.resp.19,Te appello Lentule,cuius sacerdotii sunt thẽsæ,curricula,præcentio,ludi,libationes. Liu.5.ab Vrbe,184,Quæ augustissima vestis est, thensas ducentibus triumphantibúsve, ea vestiti medio ædium eburneis sellis sedere. Suet.in Cæsare,ca.76,Ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est,se-

dem auream in Curia, & pro tribunali thensam, & sereculũ Circensi pompa. Cic. pro Plancio, 67. Te idcirco in locos causam conijcere noluisse, ne ego mea consuetudine aliquid de thensis misericordiæ causa dicerem, quod in aliis Ædilibus antè fecissem. Et paulo pòst, Sine thensis autẽ quid potero dicere? Idẽ 3. Ver. 110, Quam tu viam thensarum, atque pompæ eiusmodi exegisti, vt tu ipse illa ire non audeas?

Prædari ex thensarum orbitis. Cic. 5. Verr. 5.

THEOCLYMENVS, pen. corr. Homero libro Odyss. 17, vates, qui Penelopæ prædixit Vlyssis in Græciam reditum.

THEOCRINES, pen. prod. viri proprium, qui primum tragœdiarum actor fuit, deinde calumniator & sycophanta. Vnde & Demosthenes in oratione pro Ctesiphonte, Æschinem tragicũ Theocrinem vocat. Erasmus in Chiliadibus.

THEOCRITVS, pen. corr. Syracusan⁹, patre Praxagora, cognomento Sunechides, matre Philina, qui sub Ptolemæo Lagi filio emicuit: appellatus fuit Moschus, scripsit Dorica lingua Bucolicon carmẽ. Author Suidas. Theocritus alter, Chius patria, vnde & Theopompus fuit historicus, eius æqualis, & in administratione Reipub. æmulus, scripsit historiam Libycam, & epistolas quasdam. Author Suidas.

THEODAMAS, pen. corr. Pater Hylæ fuit, qui quum Herculi cũ Deianira & Hylo filio in Deyopes venienti esurientique cibum denegasset, ille arreptũ vnum ex bobus Theodamãtis mactauit atque coxit. Quapropter Theodamas conuocatis populariibus, arma aduersus Herculem mouit: feruntque in eo certamine ita ab hostibus pressum fuisse Herculem, vt etiam Deianiram vxorem armaret, quæ & in mamilla vulnerata est. Ipse tamen victoriam obtinens, Theodamãtem occidit, filiúmque eius Hylam secum abduxit, quem tum deinde pro charissimo habuit, secúmque etiam cum Argonautis reliquis proficiscens abduxit. Qui postea quum in Mysis aquatum solus iuisset, in sylua quadam, siue in fontẽ præcipitatus, siue à Nymphis abreptus, vt fabula habet, periit. Hercules autem interitũ eius sic doluit, vt relictis Argonautis retro abierit, Hylámque per omnem regionem requisuerit, de qua re est apud Apollon. Argon. primo, & apud Flaccũ & Propert. lib. 1. eleg. 2, aliósque nonnullos.

Theodamanteus, adiectiuum: vt Hylas Theodamanteus. Propert. lib. 1. eleg. 19. 1,

Est tibi non infra speciem, non nomine dispar
Theodamanteo proximus ardor Hylæ. Scribunt alii Thyodamas.

THEODECTES, orator, Cilix genere, discipulus Platonis, Isocratis, & Aristotelis. conuersus deinde ad tragœdias, scripsit fabulas 12. Decessit Athenis natus annos XLI. Scripsit & versibus artem Rhetoricam: laudauit & virum Artemisiæ Mausolũ, vnà cum claris eo tempore oratoribus. Theodectes orator, superioris filius scripsit Encomium Alexandri regis Epirotarũ: commentarios historiæ, artem Rhetoricam libris VII. aliáque cõplura. Author vtriusque Suidas. Cic. in Orat. 99, Theodectes in primis (vt Aristoteles sæpe significat) polit⁹ scriptor, atq; artifex.

THEODORVS, pen. prod. Byzantius sophista, qui à Platone vocatus est Μυσοδιδάσκαλος, scripsit contra Thrasybulum & Andocidẽ, & alia multa. Suidas. Theodorus & Teladeus fratres Samii, sculptores celeberrimi, quorum alter in Samo Pythii Apollinis signum incepit: alter Theodorus Ephesi eodem tempore, & alio saxo absoluit: quibus simul compositis ita conuenit, vt vnũ corpus, ab vno artifice, & ex vno lapide sculptum videretur. Genus artis huius est Græcis ignotum, sed apud Ægyptios frequentatum. Nam soli hominum non oculis tantũ totius statuæ compositionem metiebantur, sed dimensione, vt ex variis multisq; lapidibus in vnum corpus in certam mensuram statua perficeretur. Hæc Diodorus. De hoc Theodoro Diogenes testatur, quòd non solùm sculptor, sed etiam architectus fuerit, vnúsque consuluit subiiciendos esse carbones fundamentis Ephesii templi. Nam quum humidus esset locus, omissa ligni natura, soliditatem accepit humor immobilem. Idem primus ferrum fundere docuit, statuámque ferreã fecit. Author Pausanias. Theodorus Gadareus, nobilis orator. Gadara autem Syriæ ciuitas est non longè ab Ascalone, verum ipse dici maluit Rhodius, teste Strabone, cuius tempore fuit. Eius discipuli Theodorei sunt dicti, inter quos fuit Hermagoras, qui de arte Rhetorica scripsit. Tiberius quoque princeps quum secessisset Rhodum, eum studiosè audiuit, vt Quintilianus libro 4. tradit.

Theodorus, ἄθεος, de quo Laertius.

THEODOSIA, Tauricæ Chersonesi vrbs, Ptolemæo authore lib. 3. cap. 6. hodie *Capha*, quæ fuit ditionis Genuensium.

THEODOSIVS, vir memorabilis in Bithynia, teste Strabone li. 12, quum inquit, In Bithynia fuere viri in disciplinis memorabiles, Xenocrates philosophus, & Dionysius dialecticus, & Hipparchus, & Theodosius, & filii eius mathematici.

THEODOTVS, pen. corr. Chius, præceptor vltimi Ptolemæi in rhetorica, decertantibus in consilio regis, an profugus Pompeius esset recipiendus, solus consuluit interfici debere, quod sanè factum est. Hunc postea Brutus iam Augusto inimicus, in Asia comperium, & ad se addu&tum interfici iussit. Vide Plutarchũ in vita Pompeii. Theodotum alium memorat Philostratus in Sophistis, qui tem; ore Herodis Attici præfuit Athenien sium scholæ.

THEOGNIS, poeta Græcus. De quo Plato in libro de legibus, O rex Latonæ & Iouis fili, nunquam tui obliuiscor exordiens neque finiens.

Theogonia, theogóniæ. Deorum origo dicitur. Cic. 1. de Nat deor. 53, Quum verò Hesiodi Theogoniã, id est originem deorum interpretatur, tollit omnino &c.

Theologia, Latinè Ratio vel sermo de diuinitate dicitur.

Theologus, theologi pen. corr. Cic. 3. de nat. deorum. 71, Principio Ioues tres numerant ii qui theologi nominantur.

Soles ipsi quammulti à theologis proferuntur. Cice. 3. de Nat. deo. 74.

Theombrotion, Herba magica. Plin. lib. 14. cap. 17. 5, Theombrotion triginta scheenis à Choaspe nasci, paugnis picturis similem, odore eximio. Hanc autem à regibus Persarum comedi aut bibi contra omnia corporũ incommoda, Instabilitatémque mentis: eandem somnion à potentiæ materiate appellari.

THEOMNESTVS Cous, vt author est Strabo li. 14, vir fuit clar⁹ administratione Reipublicæ, & Niciæ æmulus.

THEONES apud Suidam plures: sed notior cunctis philosophus Alexandrinus, eisdem, patria, tẽpore & disciplinis, quibus Pappus, sub Theodosio seniore. Scripsit de Astrologia, commentariósque in Ptolemæum & Astrolabiũ parvum, & alia. Theon item Alexandrinus Stoicus, tempore superior, siquidem sub Augusto post Arrium philosophum emicuit scripsit in Physicã, & in artẽ Rhetoricã, & alia. Alius item ei⁹ nominis Stoicus Antiochenus cunctis antiquior, scripsit apologiam Socratis. Quartus Smyrnæus. Quintus etiã Alexãdrinus, Sophista, cognominatus Ali⁹, scripsit in arte Rhetorica. Theon Sidonius Sophista præcepit in patria, Cõstãtini II tẽpore. Plinius li. 35. ca. 11, his Theonem sculptorem addit, inter quinque qui Mausoleũ exlauere.

Theonsinus, penult prod. Adiectiuum: vt Dente Theonino rodere. Horatius 1. epist. 19. 17. Theon (inquit Acron) dicacissimus, id est loquacissimus fuit & maledicus: per quem maledici & detractores intelliguntur.

THEOPHANES, pen. corr. Mytilenæus historicus, qui Pompei Magni res gestas scripsit, teste Cicerone in oratione pro Archia poeta, 18, Quid (inquit) noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adæquauit? Nónne Theophanem Mitylenæum rerum suarum scriptorem in concione militum ciuitate donauit?

Theophilus, Pius, amans Dei.

THEOPHILVS, pen. cor. Cæsareæ Palæstinæ præsul Seuero imperante: cuius meminit Hieronymus. Theophilus Antiochenus præsul imperante M. Antonio librũ in Marcionem edidit: tum alia quæ à Hieronymo commemorantur. Alius item eiusdem nominis præsul Antiochenus, ad quem Lucas scribit Acta Apostolorum. Alius quoque præsul Alexandrinus qui scripsit aduersus Origenem. Præter hos Theophilus comicus antiquæ comœdiæ: eius fabulas nonnullas commemorat Suidas.

THEOPHRASTVS, ex Eresso Lesbi ciuitate fuit, Aristotelis & discipulus & scholæ successor. Euphrastus, deinde Theophrastus vocatus ob oris & eloquẽtiæ suauitatem, quum antea Tyrtamus appellaretur. Habuit discipulos ad duo millia. Opera eius à Diogene commemorantur, inter quæ sunt libri sex epitomes in Aristotelem de animalibus. Extant hodie tantum de plantis conuersi à Theodoro Gaza. Excessit admodũ senex. Ex Suida, Diogene, Strabone.

Theophrastus Aristotelis discipulus, de Rhetorice diligenter scripsit. Quintil. lib. 3. cap. 1. 11.

Theophrastus diuinitate loquendi nomen inuenit. Cicero in Oratore, 34.

Theophrastus in dicendo dulcis. Cic. de Clar. Orat. 61.

¶ Theophrastus alter fuit Ephesius. Ælian⁹ de varia historia.

THEOPOMPVS Gnidius, & orator, & historicus post Thucydidem & Herodotum: quibus, vt in historia minor, ita oratori magis similis, vt qui antequã esset ad hoc opus solicitatus, diu fuerit orator. Quintilianus libro 10. cap. 1, Suidas autem de eodem sic ait, Theopompus (inquit) Chius & Ephorus historici discipuli Isocratis, alter fræno, alter calcaribus indigebat. Is Theopompus scripsit historiam Græcam quæ post bellum Peloponnesiacum à Thucydide scriptum cõtinet. Præterea epitomen historiæ Herodoti, & alia plura.

Fuit item alius antiquæ comœdiæ poeta, vt idē Suidas author eſt. Præter hos Theopompus Gnidius Cæſaris familiaris, Artemidorum habuit filiū qui apud Cæſarem ipſum plurimū poterat. vt ſcribit Strabo lib. 14.

Theopōpus, rex Spartanorū, quū primus inſtituiſſet vt Ephori Lacedæmone crearētur, ita futuri regiæ poteſtati oppoſiti, quēadmodū Romæ Conſulari imperio Trib. pleb. ſunt obiecti, atq; illi vxor dixiſſet, id eſſe illum, vt filiis minorem poteſtatē relinqueret. Relinquam (inquit) ſed diuturniorem. Optimè quidem. Ea enim demum tuta eſt potētia, quæ viribus ſuis modū inſponit. Igitur Theopompus legitimis regnum vinculis conſtringendo, quo longius à licentia retraxit, hoc ad benevolentiam ciuium propius admouit. Hæc Valerius Maximus lib. 4. cap. 1. Quintilianus tamen lib. 2. cap. 17. 15, hanc modeſtiam parum valuiſſe demonſtrat, captum demū fuiſſe oſtēdens, Theopompus (inquit) Lacedæmonius, permutato cum vxore habitu, è cuſtodia euaſit vt mulier.

Theorema, pen. prod. theorēmatis, n. g. Latinè ſpeculatio dicitur. Theoremata ſunt ſpeculamenta diſciplinarum, & veluti commentationes. Cic. de Fato, 17, Etenim ſi eſt diuinatio, qualibuſnam à perceptis artis proficiſcitur percepta appello quæ dicuntur Græcè θεωρήματα.

Theorētice ars vocatur, quæ nullum exigens actum, ipſo rei, cuius ſtudium habet, intellectu contenta eſt. Quintil. lib. 2. ca. 18. 1.

Theos, Deus Latinè dicitur.

THEOXENA, pen. corr. à Philippi Macedonis militibus cincta, quum eorum manus effugere non poſſet, ſe præcipitem dedit in mare. Vide Liuium lib. 40.

THERA, inſula vna eſt ex Cycladibus in Ægæo, ex qua profecti ſunt Theræi, qui Cyrenem in Africa cōdidere. Thera olim Calliſta dicebatur, vt Callimachus ait,

Nomine Calliſta primùm, ſed poſtmodo Thera

Dicta fuit tellus, vrbis origo mea. Hæc ex Straboni lib. decimoſeptimo. De hac Plin. lib. 4, Protinus ab Io abeſt Thera viginti quinque millibus paſſuum. In ea eſt Eleuſis ciuitas, vt lib. 5. Ptolemæus refert. Ab Herodoto Thera ponitur inſula lib. 4, quam Iuſtinus putat Therannem, alii Corſicam.

THERAMENES, pen. corr. Athenienſis philoſophus. Cic. 1. Tuſcul. quæſt. 151, Prō dii immortales, quàm illud iter iucundū eſſe debet: quo confecto, nulla reliqua cura, nulla ſolicitudo futura ſit: quàm me delectat Theramenes, quámque elato animo eſt? Etſi enim flemus quum legimus, tamen non miſerabiliter vir clarus emoritur: qui quum coniectus in carcerem, triginta iuſſu tyrannorum venenum vt ſitiens obduxiſſet, reliquum ſic è poculo eiecit, vt id reſonaret. Quo ſonitu reddito arridēs, Propino (inquit) hoc pulchro Critiæ: qui in eum fuerat teterrimus. Græci enim in conuiuiis ſolent nominare, cui poculum tradituri ſunt. Haſtenus Cicero.

THERAMNE, Oppidū Sabiniæ, ex qua Actius Clauſus, qui poſt Claudius dictus eſt, originem traxit: à quo Nero Claudius, & reliqua tota familia, Claudia nomē ſortita eſt.

Theramnæus, Adiectiuum. Idem quod Sabinus. Silius lib. 8. 82,

Ecce inter primos Therāmnæo à ſanguine Clauſi
Exultat rapidis Nero non imitabilis auſis.

THERASIA, inſula iuxta Euboeam, authore Ptolemæo lib. 3. ca. 4. in qua ciuitas eſt hodie *Sanctorinum* dicta.

Theriaca, theriacæ, pen. corr. Genus medicamenti compoſiti contra venenata animalia: cuius cōfectionē docet Plinius lib. 20. cap. 24. Idē li. 29. cap. 4. 11, Fiunt ex vipera paſtilli, qui theriaci vocantur à Græcis, quaternis digitis vtrinque amputatis, exemptiſque interaneis, & liuore ſpinæ adhærente, reliquo corpore in patina ex aqua & anetho diſcocto, ſpiniſque exemptis, & addita ſimilagine, atq; ita in vmbra ſiccatis paſtillis, quibus ad multa medicamenta vtuntur.

Theriaca dicitur ἀπὸ τῶν θηρῶν, hoc eſt à feris ſiue belluis vocitata, quòd hæc compoſitio aduerſus omnes belluas venenatas inſtituta ſit.

THERICLES, pen. corr. figulus Corinthius, à cuius nomine fictilia quædam vaſa Thericlea dicta ſunt. Plin. cap. 40. lib. 16.

THERIDAMAS, pen. corr. Theridamantis, proprium canis venatici. Ouid. 3. Metam. 47,

Prima Melanchetes in tergo vulnera fecit:
Proximus Theridamas. Alii legunt Therodamas. Dicitur quaſi ferarum domitor.

THERIMACHVS, pen. corr. Plinio lib. 35. cap. 10, pictor claruit centeſimaſeptima Olympiade.

Theriōma, pen. prod. theriōmatis pen. corr. n. g. Vlcus eſt (inquit Hermolaus) viriliū interim & ſedis & partiū aliarum multo ac nigro ſanguine, mali odoris. Atra fit caro & corroditur, ex quo naſci quandoque ſolet herpes eſthiomenos. Ita vocatur vlcus, quoniam ſerpendo corpus, oſſa vſque deuorat, inæquale ac cœno ſimile.

THERIOMACHVS, pen. corr. Vnus ex filiis Herculis, ex Megara Creontis regis Thebani filia.

Therionarca, Herba, quæ inde nomen inuenit, quòd ſerpentibus torporem inferat: frutex eſt foliis ſubherbaceis, roſeo flore. Plinio alia traditur quàm magica, in noſtro orbe naſcēs, fruticoſa, ſubuiridibus foliis, flore roſeo. Serpentes necat cuicunque admota fuerit, & hæc torporem adfert. Ruellius.

Theriotrophium, pe. prod. Locus vbi feræ alūtur. Varro 3. de re ruſt. cap. 15. 2, Nam ſylua erat (vt dicebat) ſupra quinquaginta iugerum maceria ſepta, quod non leporarium, ſed θηριοτροφεῖον appellabat.

Theriſtrum, theriſtri, Velamen, vel veſtis tenuis qua vtebātur mulieres Paleſtinæ.

THERMAE, Thermarum, Siciliæ oppidum, authore Pomponio Mela lib. 2. Inde Thermitani, Ciceroni in Verrem.

Thermæ, thermarum, plu. num. Valla, Et balneas & thermas, licet alterum Latinum ſit, alterum Græcum, tamen in hoc ſcilicet differre dicamus, quòd in thermis tantum calefacimur, in balneis etiam lauamur. Nam & Baiis, & in multis aliis regionibus ſunt loca quædam ſicca, quæ nos vehemēti calore reſolnūt in ſudorem, quæ nequaquam balneæ dici poſſunt, quia nō lauant: ſed potius vt neceſſe lauari atque ablui habeamus, efficiunt, vt thermas vocemus, quæ natura ſunt calidæ: balneas verò etiā quæ à nobis calefaciūtur igni. Haſtenus Valla in Raudenſem. Mart. lib. 1. 2, Hic vbi miramur velocia munera thermas. Idem lib. 5. 82, Neronianas is refrigerat thermas.

Beatæ thermæ, Vide **Beatus**.

Thermulæ, pen. corr. thermularum, diminut. Mart. lib. 2. 31,

Hetruſci niſi thermulis laueris,
Illotus morieris Oppiane.

Thermefacio, thermefacis, thermefēci, thermefactum, thermefacere, Eſculentis atque poculentis ingurgitatis, atque exhauſtis in thermopolio calefacere. Plautus Stichо, Me hercule verò eò quantū poteſt iam ne exta excocta ſunt quod thermefecerat.

THERMODOON (inquit Seruius) fluuius eſt Thraciæ, ad quem Amazones ab Tanai flumine in Aſia, digreſſæ ſe tranſtulerūt. Virgilius 11. Æneid. 151,

Quales Threiciæ quum flumina Thermodoontis
Pulſant, & pictis bellātur Amazones armis. Alii legendum putant Thermodontis quadriſyllabum, vt ſit verſus ſpondaicus. Ouid. 4. de Ponto, elegia 10. 11, Et tu fœminea Thermodon Cognite turbæ.

Citus Thermodoon. Ouid. 2. Metam. 50.

¶A Thermodon fiūt adiectiua Thermodōtius, Thermodonteus, & Thermodontiacus. Vnde pugnæ Amazonum appellantur Thermodonteæ. Propert. lib. 3. eleg. 14. 3,

Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis,

Thermodonteis turba lauatur aquis. Ouid. 9. Metam. 58, Thermodontiaco exlatus baltheus auro. Aldus legit Thermodontiaco. At lib. 12. 113, Thermodontiaca malles cecidiſſe bipenni. Claud. 2. de raptu Proſerp. 14, -ſeu fortè rigentem
Thermodoontiaca Tanaim fregere ſecuri.

Caterua Thermodontiaca. Senec. Œdip. 5. 16.

Thermopolium, thermopolii, Locus in quo calida excitamēta & potoria venduntur. Plaut. Rud. 13. 45,

Ne thermopolium quidem vllum inſtructum hodie,
Ita ſalſam præbet potionē & frigidam. Idē Trin. 14. 6, -ecce Hominem te Staſime nihili, ſat in thermopolio condalium
Es oblitus.

Thermopōto, thermopotas, pen. prod. thermopotare. Plaut. Trinum. 14. 7 -poſtquam thermopotaſti gutturem, recipe te,
Et recurre pede recenti. Id eſt calida potione gulam oblectaſti.

THERMOPYLAE, pen. corr. Mons longiſſimus, qui incipiens à Leucade, in Occidentem & in Ægæum mare haud longè à Demetriade protendens, fauces habet anguſtiſſimas, iuxta quas calidæ aquæ ſcaturiunt. Ideò à caliditate portarum nomen inditum eſt. Pylas enim portas Græci nominant, & thermon calidū. Ibi enim ſunt (vt inquit Strabo) thermæ, id eſt calidæ aquæ Herculi conſecratæ. Liuius ſcribit, iugum Thermopylarum ita mediam Græciam dirimere, vt Apennini dorſo Italia diuiditur. Et quia calidæ aquæ in ipſis faucibus ſunt, ideò (inquit) Thermopylæ locus appellatur nobilis Lacedæmoniorū aduerſus Perſas morte magis memorabili, quàm pugna. Hæc omnia ferè ad verbum ex Liuio lib. 6. bel. Maced. 64. & 66. Strabo lib. 9, Reſtat iam ſanè vt litoris ordinem dicam°, quod Achilli ſubditum erat, ſumpto à Thermopylis exordio. Iam enim & Locrē ſe litus & alia diximus. Itaq; Thermopylæ à Cenæo abſunt freto ſtadia ſeptuaginta. Cic. 1. Offic. 89, Hinc Rhetorum campis

de Marathone,Salamine,Plateis,Thermopylis,Leuctris.
Œtæ Thermopylæ.Catull.ad Mallium,65.11,
Quum tantum arderem quantum Trinacria rupes,
Lymphaque in Œtæis Mallia Thermopylis.

THERO, viri proprium est (inquit Seruius) in Pindaro tantùm lectum.Virgilius 10.Æneid.65,
Signa canunt:primus turmas inuasit agrestes
Æneas omen pugnæ:sternitque Latinos,
Occiso Therone:virûm qui maximus vltro
Æneam petit:huic gladio,pérque ærea scuta,
Per tunicam squallentem auro,latus haurit apertum.

THERODAMAS,siue Therodamon,pen.cor. Rex Scythiæ fuit, qui,ne per insidias occideretur,leones hominum sanguine alebat,quo magis sæuirent:vt si casus postularet, ad crudelitatem paratos haberet.Ouid.1.de Ponto,eleg.3.11,
Non tibi Therodamon,crudúsque rogabitur Atreus,
Quique suis homines pabula fecit equis.

Therodamanteus, pen.prod.Adiectiuum. Ouid.in Ibin,77,Therodamanteos vt qui sensere leones.

THERON, Nomen canis apud Ouidium,3. Metam.43, & trux cum Lælape Theron. Habet nomen à venando.

THERSANDER, Polynicis fuit filius ex Argia, Statio teste. Qui quum robustus iuuenis euasisset, cum cæteris proceribus Græciæ ad Troianum bellum profectus est. Huius meminit Virgilius lib.2.Æneidos,53.

THERSILOCHVS,pen.corr.nomẽ est viri proprium.Virgilius 6.Æneid.97,
-quos ille omnes longo ordine cernens
Ingemuit,Glaucúmque,Medontáque, Thersilochúmque,
Treis Antenoridas,Cererique sacrum Polybetem.

THERSITES,pen.prod.Fuit Græcus quidã vir,vt Homerus inquit, -quo non deformior alter
Venerat ad Troiã,linguáve proteruior alter. Iuuen.sat.8.17,
Malo pater tibi sit Thersites,dummodo tu sis
Æacidæ similis,Vulcaniáque arma capessas.

Thesaurus,thesauri,m.g.Est,vt inquit Paul' iurisc. De acquirendo rerum dominio,l. Nunquam, vetus quædam depositio pecuniæ,cuius non extat memoria,vt iam dominum non habeat.Sic enim fit,eius qui inuenerit,quod nó alterius sit.Plaut. Aul.3.7,Sed mihi anos huius obsecrans,concredidit
Thesaurum auri.
Intacti thesauri Arabum.Horat.3.Carm.Ode 14.1.
Respondit coniector thesaurum defossum esse sub lecto.Cic. 1.de Diuin.199.
Excudere aliquid quod lateat in thesauris. Cicero Attico,libro 15.330.3.
Habere thesauros alicuius. Brutus Ciceroni lib.11.10.11.
Obruere thesaurum alicubi.Cic.de senect.19.
Recludere thesauros tellure.Virg.1.Æneid.73.
Suppeditare alicui aliquid è thesauris suis.Cic.1.de Finib.108.
¶ Thesaur', Abũdantia. Plau.Asin.11.65,Thesaurus copiarũ.
Thesaurus rerum omnium memoria.Cic.1.de Orat.10.
Qui illos locos tanquam thesauros aliquos argumentorũ notatos habet.Cic.in Partitionibus Orat.60.
Repositus thesaurus.Quintil.li.2.ca.7.3,Abũdabũt autẽ copia verborum optimorum, & cõpositione ac figuris iam nõ quæsitis,sed sponte & ex repositio velut thesauro se offerentibus.
¶ Thesaurus,in malũ aliquãdo accipitur.Plaut.Amphit.16.15, Thesaurum stupri teneo.
Thesaurus mali.Plaut.Merc.Tu quidem thesaurum huc apportasti mali.
¶ Thesauri maxillarum. Plin.lib.10.cap.71.1, Condit in thesauros maxillarum cibum sphingiorum & satyrorum genus: mox inde sensim ad mandendum manibus expromit.

Thesaurarius, Adiectiuum:vt Thesaurarii fures, apud Plautũ in Aulul.13.25.

Thesaurizare, Thesaurum colligere.

THESEVS, dissyllabũ, huius Thesei vel Theseos,pen.corr. Ægei Athenarum regis filius,ex Æthra coniuge:qui dum esset adolescẽs,opera Medeæ nouercæ penè à patre veneno periit.Sed post mortem patris ad regnum Athenarum enectus, tot digna memoratu peregit, vt inter plures Hercules vnus connumeretur. Hic postea exterris patria factus, in insulam Syrum nauigauit, vbi periit,interemptus à Nicomede, vel(vt quidam volunt) ex loco edito post cœnã deambulando delapsus. Primus instituit Athenis panathenæa,hoc est communem celebritatem in honorẽ Mineruæ,quæ Græcè Athena nominatur.Idem in Isthmo funebres ludos instituit.Huius gesta, natales, & obitum scripsit Plutarchus.De quo scripta fabula est.nomine Theseis. Hinc illud Iuuenalis,satyr.1.1, -rauci Theseide Codri.
Fid' Theseæ.Stat.4.Syl.4.21, -cedit tibi gloria fidi Theseos.
Infœlix Theseus.Virg.6.Æneid.124.
Magnanimus Theseus.Sene.Hippol.9.2.
Periurus Theseus.Ouid.1.Amor.eleg.7.3.

Thesides, pen. prod. Patronymicum m.g. Hippolytus Thesei filius.Ouidius Epist.4.13,
Thesides,Theseúsque duas rapuere sorores. Virg.1.Geor.77,
Præmiáque ingentes pagos,& compita circum
Thesidæ posuere. Hoc est Athenienses.Seruius.

Theseus, pen. prod. Adiect.triũ syllabarũ. Propert.lib.1.eleg.3.1,
Qualis Thesea iacuit cedente carina
Languida desertis Gnosia littoribus.
Fides Theseæ. Ouidius 1. Trist. eleg.3.14,O milũ Theseæ pectora iuncta fide.

Thesis,Latinè positio dicitur:Figura quæ distinguit sensus orationis per cõmata,id est subdistinctiones,quas nos hac nota, signamus,vel hac / Per cola,id est mẽbra,nos duobus punctis: Per periodos, id est terminos,finita sententia, puncto. Dicta positio vel positura,quia punctis positis cõuenienter denotat sensũ suũ partes:vel quia ibi vox pro interuallo dictionis deponitur.
¶ Thesis apud oratores quid sit, declarat Cicero in Topicis, 42, quum ait, Quæstionum duo sunt genera:alterum infinitũ, alterũ definitũ. Definitũ est,quod ὑπόθεσιν Græci, nos causſam: Infinitum, quod θέσιν illi appellant, nos propositum possumus nominare.Causſa certis personis,locis,temporibus,actionibus, negotiis cernitur,aut in omnibus,aut in pleriſque eorum. Propositum autem in aliquo eorum,aut in pluribus,nec tamen in maximis. Itaque propositum pars causſæ est. Idẽ in Orat.26, Quoniam quicquid est quod in controuersia aut in contentione versetur,in eo aut sitne,aut quid sit, aut quale sit,quæritur: sitne:signis:quid sit:diffinitionibus:quale sit:recti prauiqi partibus,quibus vt vti possit orator,non ille vulgaris,sed hic excellens,à propriis personis & temporibus semper,si potest,auocat cõtrouersiam.Latius enim de genere,quàm de parte disceptare licet:vt quod in vniuerso sit probatum,id in parte sit probari necesse. Hæc igitur quæstio à propriis personis & rẽporibus, ad vniuersi generis orationẽ traducta,appellatur Thesis. Idẽ ad Atticum lib.9.180.2,θέσεις meas cõmentari non desino. Ibidem,171.4,Sed tamen ne me totum ægritudini dedam,sumpsi mihi quasdam tanquam θέσεις, quæ & politicæ sunt, & temporum horum,vt & abducam animum ab querelis.
Spatioſæ atq; haberes ad dicẽdi exercitationẽ theses. Quintil.lib.2.cap.4.18.
Dicere theses.Quintil.lib.2.cap.1.7.

THESMOPHORIA, id est Cerealia, Latinè sacra Cereris, quæ Græcè dicitur Thesmóphora,quasi legifera. Prima enim Ceres leges inuenisse proditur,quia ante frumentum inuentum homines sine lege vagabantur, & ex agrorum diuisione primò nata sunt iura. Ouid.5.Metam.69,Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus. Græci θεσμοφόρον legislatorem appellãt & legiferum.Plin.lib.24.ca.9.3,Græci lygon vocãt,alii agnon: quoniam matronæ in Thesmophoriis Athenienſium castitatem custodientes,his foliis cubitus sibi sternunt.

THESPIAE,Oppidum liberum in Bœotia,ad radicem Parnasi,vt ait Plinius lib.4.cap.7,vel(vt Strabo inquit lib.9.) Heliconi proximum.Thespias nobilitauit Praxitelis Cupido à Glycerio meretrice ibi consecratus. Cic.6.Verr.4, Opinor artifex eiusdemmodi Cupidinem fecit illum qui est Thespiis,propter quẽ Thespiæ visuntur: nã alia visendi causſa nulla est. Itaque ille L.Mũmius quum Thespiis ea quæ ad ædem fœlicitatis sunt, exteráque profana,&c.

Thespius,Adiectiuum:vt Mœnia Thespia.Valer.1.Argon.97.
Rupes Thespia. Catul.Epithal.Iuliæ.56.6.

Thespiacus,penul.corr.Aliud adiectiuum: vt Mœnia Thespiaca. Valer.1.Argonaut.19.

THESPIADES,pen.cor.sunt Musæ seu Nymphæ Thespiades incolentes: non à Thespia matre vel nutrice, vt quidam ineptè tradunt,id nomẽ habentes:sed à Thespia siue Thespiis vrbe Bœotiæ,vbi præcipuè Musæ colebantur. Author Stephanus.
Thespiades deæ.Ouid.5.Metam.61.

THESPICI,populi sunt Græciæ.

THESPIS, ex Icaria ciuitate, Atticæ primus poeta Tragicus, & qui personas inuenit. Inter ipsius fabulas Pentheus,& quæ cõmemorantur à Suida. Horat.in Arte poetica,56,
Ignotum Tragicæ genus inuenisse camœnæ
Dicitur,& plaustris vexisse poemata Thespis:
Quæ canerent,agerẽtque peruncti fœcibus ora.
Post hunc personæ pallæque repertor honestæ
Æschylus,&c. Thespis alter Atheniensis,siue Thespius Erichthei regis filius,è pluribus fœminis filias genuit quinquaginta.

Ce.n quibus vocatis ad epulas Hercules ſigillatim cõcubuit: ſu ſcepitque totidem liberos mares, qui Theſpiadæ dicti ſunt. Hi cum Iolao Herculis ex Iphicleo fratre nepote in Sardiniã profecti, ciuitates ibi plurimas extruxere. Author Diodorus lib.5.

THESPROTI, pen.prod. populi ſunt in Epiro, proximi Chaonibus, vt author eſt Plinius in præmio libri quarti, 2.

Regnum Theſproti. Propert. lib.1. eleg.11.1.

Et mudò Theſproti mirantem ſubdita regno
Proxima Miſenis littora nobilibus.

THESSALIA, regio Græciæ, quæ ſub Attica olim comprehendebatur, ex vna parte Bœotiã, ex altera Macedoniam habens. Prius Æmonia, ab Æmone rege, & Pelaſgis, & Conargo, atque Hellas dicebatur: vnde reges Hellenes, vt Plini⁹ lib.4. refert. Dicta Theſſalia à Theſſalo Æmonis vel Iaſonis & Medeæ filio. Hanc Homerus Argopelaſgicon nominat. Et Strabo lib.10. ſcribit, dictã fuiſſe priſcis ſeculis Pyrrhæam, à Pyrrha Deucalionis vxore. In hac natus eſt Græcus rex, à quo Græcia. Ibi Deucalion cum vxore Pyrrha, quorum tempore (vt inquit Ariſtoteles) ingens imbrium illuuies maiorem partem populorum Theſſaliæ abſumpſit, paucis, qui ad montium culmina ſeſe receperant, conſeruatis. Inter quos Deucalion Parnaſum petierat, ratibuſque ad ſe confugiẽtes per ſumma Parnaſi iuga benignè fouebat. Propter quod dictus eſt genus humanum reparaſſe. Huius ſcilicet Theſſaliæ, à mari & Thermopylis eſt litus, vſque ad Penei eruptionem, & extrema Pelii. Dicta quoque fuit Phaſſalia, Macedonia, Emathia, & Cãpi Philippici. In Theſſalia ſunt montes viginti quatuor, quorum nobiliſſimi Pieria parens domuſque Muſarum, Pelion, & Oſſa Gigantum bello memorati. Item Pindus, & Othrys Lapitharum ſedes: Item Olympus. Flumina in ea (vt ſcribit Herodotus) ſunt Apidanus, Enipeus, Onochonus, Pamiſus, Peneus, Phœnix.

Eximia Theſſalia. Catull. Argon.59.6.

Théſſalus, pen.corr. Adiect. vt Ora Theſſala. Catul. Argon.59.56.

Portenta Theſſala. Horat.2.epiſt.2.42.

Puppis Theſſala. Ouid.epiſt.17.31.

Terra Theſſala. Tibul.lib 1.eleg.4.11.

Theſſálicus, pen.cor. aliud Adiectiuum, vt Clades Theſſalicæ, Lucanus libro 6.13.

Colore Theſſalico tincta purpura. Lucret.lib.2.101.

Niues Theſſalicæ. Stat.1.Achil.31.

Théſſalis, penul. corr. Theſſálidis patronymicum fœm. Ouid.11. Metam.38, Theſſalidum virgo pulcherrima.

Ara Theſſalis Ouid.epiſt.13.23.

THESSALONICA, pen.prod. vrbs inſignis, liberæque cõditionis. Macedoniæ metropolis, patria Theodori Gazæ, qui ætate patrũ noſtrorũ inter vtriuſque linguæ doctiſſimos viros principatum obtinuit. Strabo lib.7, Theſſalonica, oppidum Macedonicum, quæ ſupra cæteras huius ætatis vrbes eximia ciuilitate floret. Cic. Attico lib.3.54.1, Ego propter viæ celebritatem & cotidianam expectationem rerum nouarum, non commouì me adhuc Theſſalonica. Ibidẽ 42.4, Equidẽ adhuc miſer in maximis meis ærũnis & luctibus hoc metu adiecto maneo Theſſalonicæ ſuſpenſus.

Theſſalonicenſes dicti ſunt eius regionis incolæ. Cic. de Prouin. Conſul.5, Theſſalonicenſes poſiti in gremio imperii noſtri relinquere oppidum, & arcem munire cogantur.

THESSANDER, Vide THERSANDER.

THESTIVS, Parthaonis filiꝰ, Pater Thoxei & Plexippi, qui quũ in venationem apri Calydonii profecti eſſent, & poſt longũ laborem beluã interemiſſent, præcipua venationis præmia expectabant. Sed venationis princeps, ſeu amore Atalãtes ductus, ſeu quia ſic vſus experebat, caput & pellem apri, qui primus apud venatores habebatur honos, Atalãtæ virgini trãſmiſit, quæ primum aprum ſagitta vulnerarat. Quod ægre ferentes Plexippus & Thoxeus, virgini oblatũ honorẽ auferre conati ſunt. Quare iratꝰ Meleager irruit in eos & occidit. Fabulã vide apud Ouidium 8. Metam.53. Hinc Plexippũ & Thoxea Theſtii filios Theſtiadas nominat ibidem poeta in catalogo eorum qui ad hanc venationem progreſſi ſunt.

THESTOR, Théſtoris pen.cor. pater Calchantis vatis, vt oſtendit Homerus libro Iliados primo.

Theſtórides, pe.cor. Patronymicũ, m.g. Stat.1.Achil.100, Onimiũ Phœbi, tripodúmque oblite tuorum Theſtoride.

Prouidus augur veri Theſtorides. Ouid.11. Metam.4.

THESTYLIS, pen.cor. nomen proprium mulieris, cuius Virgilius eglog.2.1. & Theocritus meminere.

Thẽtã, nomen eſt literæ Græcæ, quæ iudicibus Græcorum erat nota condemnationis, vt Latinis C, quòd ea ſit prima dictionis θάνατος, quæ mortem ſignificat. Vide Martialis lib.7.36, ad Caſtricum, vocat morifera theta. Perſ. Saty.4.2, Et potis es vitio nigrum præfigere theta.

THETIS, Thétidis, pen.corr. Pelei Theſſaliæ regis vxor, Nerei marini dei filia, & Achillis mater. De nuptiis huius Lucianus facit pulcherrimum dialogum. Accipitur nõnunquã pro mari.

Æquorea Thetis. Ouid.11. Metam.46.

Marina Thetis. Horat.1.Carm. Ode 8.3.

Plana Thetis, Planũ & tranquillum mare. Stat.5. Thebaid.41. Claud. de rapta Pros. lib.1.30, Hic latrat Getula Thetis.

Tentare Thetim ratibus. Virg. eclog.4.7.

THEVTONI, Vide TEVTONI.

THINISSA, Africæ minoris, id eſt Zeugitanæ prouinciæ vrbs, Ptolemæo lib.4.cap.3. hodie Tunis.

THIODAMAS, pen.corr. filius fuit Melampodis, & vates Statio teſte qui dicit,

Inſignem fama, ſanctóque Melampode cretum
Thiodamanta volunt, &c. Idem 10. Thebaid.31,
Ecce recens ſuperis animum lymphantibus horror
Thiodamanta ſubit, formidandóque tumultu
Pandere fata iubet, &c.

THISBE, puella fuit Babylonia. De qua apud Ouidium libro 4. Metam.11. Huius & meminimus in dictione PYRAMVS.

Babylonia Thiſbe. Ouid.4.Metam.10.

Candida Thiſbe. Stat.9. Thebaid.154.

Thiſbæus, Adiectiuum. Ouidius 11. Metam.61, Quæ nunc Thiſbæas agitat mutata columbas.

THISIAS Siculus antiquiſſimus artium ſcriptor. Quintil. lib.3. cap.1.6, Artium autem ſcriptores antiquiſſimi Corax & Thiſias Siculi: quos inſecutus eſt vir eiuſdem inſulæ Gorgias Leontinus Empedoclis (vt traditur) diſcipulus.

Thlaſpi, ſiue, vt aliis placet, Thlaſpidion, vt Dioſcorides & Plinius lib.17.cap.13.6, tradũt, herbula anguſtis foliis, digitali longitudine, in terrã verſis, ſuppinguibus in cacumine diuiſis, cauliculo tenui, ſemipedali, non ſine adnaſcentibus ramulis, fructu per ambitum eius contento, ſumma ſui parte parum in latitudine affuſo, ſemine incluſo naſturtii, lenticulæ effigie, niſi quod infringitur, flos albicat. Hanc eſſe nemo inficiabitur, quam vocant herbarii *naſturtium ſylueſtre*, quòd ſubinde naſcatur inparietinis: alii ſylueſtre: vulgus noſtrum *ſinapi ruſticum* appellat, quoniam digitis friatũ, ſinapim ſubolet. Hæc in ſcrobibus, ſemitis & ſepibus inuenitur. Alterum thlaſpi aliqui perſicum napi vocant, latis foliis, radicibus magnis. Ruellius.

THOAS, Thoantis, Fuit rex in Taurica regione. De quo Ouidius lib.3. de Ponto, eleg.2.11,

Regna Thoas habuit Mæotide clarus in ora:
Nec fuit Euxinis notior alter aquis. Alter rex Lemni fuit, Liberi patris filiꝰ, & pater Hypſiphyles. Fuerũt & alii hoc nomine.

Clari Thoantis terræ. Ouid.13.Metam.80.

Thoantẽus, pen.prod. Adiectiuum: vt Diana Thoantea. Valerius 8. Argonaut.41. Dianam Tauricam intelligit, cui hoſtiis humanis ſacrificabatur.

THOE, vna ex Nymphis, quas ad concuſſam Thetidem, ob mortem filii ſui Achillis conueniſſe ſcribit Homerus.

Thoes, Genus luporũ, de quo Plinius lib.8.ca.34.1, Nam thoes (luporum id genus eſt procerius longitudine, leuitate crurum diſſimile, velox ſaltu, venatu viuens, innocuũ homini) habitum non colorem mutant, per hyemes hirti, æſtate nudi.

Tholos, Græca dictio, qua ſignificatur veluti ſcutũ breue quod medio in teſto ponitur, in quo trabes coeunt, & ad quod dona ſuſpendi conſueuerunt. Virg.9. Æneid.81,

ſiqua ipſe meis venatibus auxi,
Suſpendive tholo, aut ſacra ad faſtigia fixi. Seruius. Mart.lib. 2.58, Et me Cæſareum proſpicis ecce tholum.

Tholon accipiunt quidam pro teſtudine alicuius ædificii, ſiue pro domo rotunda. Ouid.6. Faſt.60, Mox didici curuo nulla ſubeſſe tholo. Varro 3. de Re ruſt.cap.5.10, Inter eas piſcinas tantummodo acceſſus ſemita in tholum, qui eſt vlira rotundus, columnatus. Statius 3. Syl.1.1, Quod coleris maiore tholo.

THON, primus apud Ægyptios medicinam in artem redegit. De quo meminit Homerus lib.4. Odyſſeæ. Alter, teſte Hellanico, fuit rex Canopi, ad quem quũ Menelaus Troia cum Helena diſcedens tempeſtate maris deduceretur, fuit primùm ab illo, antequam Helenam conſpiceret, gratè ſuſceptus. Sed vt illam cõſpexit, vim Menelao inferre conatus, ab illo interfectus eſt.

THONIS, Straboni lib.17, Vrbs eſt prope Zephyriũ. Eſt & eidem rex qui Menelaum & Helenam hoſpitio ſuſcepit. Hinc de medicamentis Helenæ ſic Homerus inquit,

Quæ Polydamna dedit, Thonis clariſſima coniunx.

THONIVS, vnus ex Centauris Ixionis & Nubis filius.

THOON, vir Troianus ab Vlyſſe interemptus, vt ſcribit Homerus lib.11. Iliad.

THOOTA, fuit Phorci filia, ex qua Neptunus Polyphemum genuit. Quo etiam nomine quidam Phorci matrem nominauerunt. De Thoota Homerus in Odyſſea.

THOOTES, vnus fuit ex præconibus Græcorum, teſte Homero lib. Iliad. 11.

THORAX, vt ſcribit Strabo li. 14, mons eſt iuxta vrbem Magneſiam, in quo dicunt crucifixum fuiſſe Daphitam grammaticum, propterea quòd reges verſibus inceſſeret. Ex quo illud tractum eſt, Caue à Thorace. Hoc velut ænigmate prouerbiali, vt vult Eraſmus in Chiliad. feſtiuiter admonebimus, frænandam eſſe linguam, ne voces petulanter emiſſæ per iugulum aliquãdo redeant.

Thorax, thorâcis, penul. prod. m. g. Latinè pectus dicitur. Iulius Pollux ſcribit thoracem eſſe, quicquid anterioris duntaxat partis à collo vſque in coxendicem protenditur, quem conficiunt crates coſtarum, qui & ἄμμες, hoc eſt mortarium dicitur. Medici tamen in reſectionibus humani corporis thoracem accipiũt inane quiddam in pectore, extremas coſtarum partes vtrinque contingens. Vnde legimus apud Plinium libro 20. cap. 11. 15. & lib. 27. cap. 7. 6. thoracis vitia purgare aliquod medicamentum: intelligẽtem videlicet ea quæ intra ſepta pectoris continentur. Et Cornelius Celſus docet thoracem tuſſi obnoxium.

¶ Thorax, Tunica quæ tantũ pectus regit, cuiuſmodi infantes geſtare moris eſt apud Italos. Iuuen. Saty. 5. 15. -viridem thoraca iubebit Afferri. Suet. de Auguſto, cap. 81. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & ſubuculæ thorace laneo, & femoralibus, & tibialibus muniebatur.

¶ Thorax, Munimẽtum pectoris, ex ferro, aut plumbo fabricatum. Plin. libro 7. cap. 10. 3. Nos quoque vidimus Athanatum nomine prodigioſæ oſtentationis, quingenario thorace plumbeo indutum. Virg. 10. Æneid. 68. -thoraca ſimul cum pectore rupit. Idem 11. Æneid. 98. -thoraca indutus ahenis Horrebat ſquamis.

Nexilis thorax. Stat. 4. Thebaid. 35.

Perfoſſus thorax. Virg. 11. Æneid. 2. -bis ſex thoraca petitum, Perfoſſumque locis.

Denſis thoracibus horrens ſtat manus. Valer. 3. Argon. 28.

Thoraca, thoracæ, Idem. Ab accuſatiuo Græco thoraca.

Thoracâtus, pen. prod. Adiect. Qui thorace indutus eſt, quod militum ornamentũ erat. Plin. lib. 35. cap. 10. 5, Paraſius pinxit Nauarchum thoracatum. Idem lib. 37. cap. 9. 2, Formatámque inde effigiem Neronis thoracatam.

THOVS, Homero teſte, vnus ex Troianorum principibus.

Thous venatici canis nomen apud Ouidium 3. Metam. 44. à celeritate ſic vocatus. θόος enim eſt curro.

THOXEVS filius Eurythi, frater Ioles. Sene. Herc. Œtæo. 3. 9,

Nondum teneras veſtite genas,
Necdum fortis ſanguine Thoxeu. Verba ſunt Ioles.

Thoxeus, Theſtii filius & Plexippi frater. Vide THESTIVS.

THRACE, Thraces: & Thraca, Thracæ: & Thracia, Europæ regio, inter parteis Scythiæ poſita, Macedoniam ſequens: quæ à Septentrione Iſtrum habet, ab Oriente Pontum, à Meridie Ægæũ mare. Olim Scython: poſtea Thracia, à Thrace Martis filio, ſeu ab aſperitate dicta. Græcè enim τραχὺ aſperũ dicitur. Eſt enim regio (vt Pomponius ſcribit) nec cælo nec ſolo tractabilis, & (niſi quà mari propior eſt) infœcũda frigidáque. Habet feros homines aſpero cultu. In ea ſunt vrbes celebriores Apollonia, Enos, Nicopolis, Byzantium, Perinthos, Lyſimachia, Calipolis. Amnes ſunt Hebrus, & Neſtos. Montes, Hemus, Rhodope, & Orbelos. Deſcriptionem huius quære apud Plinium lib. 4. cap. 11.

Armifera Thrace. Ouid. epiſt. 2. 17.

Candida niue Thrace. Horat. 3. Carm. Ode 15. 3, Hebrum proſpiciens, & niue candidam Thracen.

Dura Thrace. Stat. 5. Thebaid. 87.

Furioſa bello Thrace. Horat. 2. Carm. ode 16. 1.

Gelida Thrace. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 1.

Horrida Thracia. Catul. de phaſelo &c. 4. 2.

Lapidoſa Thrace. Sene. Troad. 9. 1.

Sæua Thrace. Stat. 5. Thebaid. 17.

Thrax, Thracis, Thraciæ incola. Cic. 6. Phil. 21, O impudẽtiam incredibilẽ! tantúmne ſibi ſumpſit, quia Trallibus Mirmillo Thracem iugulauit familiarem ſuum? Idem de Prouinciis Conſul. 7, Rex Ariobarzanes Cẽſulem veſtrum ad eædem faciendã, tanquam aliquem Thracem conduceret? Virg. 3. Æneid. 3.

Terra procul vaſtis colitur Mauortia campis:
Thraces arant.

Tumidi Thraces. Stat. 5. Thebaid. 15.

Thracius, Adiectiuum. Cicero de Prouinc. Conſul. 3, Via illa noſtra quæ per Macedoniam eſt vſque ad Helleſpontum militaris, nõ ſolùm excurſionibus barbarorum ſit infeſta, ſed etiam caſtris Thraciis diſtincta ac notata.

Agri Thracii. Sene. Medea, 8. 11.

Equus Thracius. Virg. 5. Æneid. 113.

Thræſſa, vel Thraiſſa, diuiſa diphthongo, fœmininum.

Thraicus, & Thraicius adiectiua.

Threſſa, & Threiſſa à Threix, quod mulierẽ Thracenſẽ ſignificat. Item adiectiua Threicus, Threicius: de quibus habentur exẽpla apud poetas. Horat. 3. Carm. ode 9. 1, Me nunc Threſſa Chloe regit. Virgil. 1. Æneid. 64, -vel qualis equos Threiſſa fatigat Harpalice. Cic. 2. Offi. 34, Barbari, & cum quidem, vt ſcriptũ eſt, compunctum notis Threicijs, diſtricto gladio inbebat antecire: præmittebátque de ſtipatoribus ſuis, qui ſcrutarentur aculas muliebres, & nequod in veſtimentis telum occultaretur exquirerent.

Aquæ Threiciæ. Ouid. epiſt. 13. 6.

Hyemes Threiciæ. Lucan. lib. 7. 169.

Littus Threicium. Ouid. 13. Metam. 88.

THRASCEAS, vẽtus: qui & Thraceas & Thracias dicitur. Ariſto teles, Poſt Argeſten vẽtum flat Thraſceas. Spirat inter Septentrionem & Occaſum ſolſtitialem.

THRASIVS, ſeu Thraſillus, vir fuit, qui quũ ad exorandas à Ioue pluuias Buſirin docuiſſet hoſpites immolare, omnium primus mactatus eſt. Ouidius in Ibin, 80,

Vt qui poſt longum ſacri monſtrator iniqui
Elicuit pluuias victima cæſus aquas. Idem libro primo de Arte amandi, 130,

Dicitur Ægyptus cariuiſſe iuuantibus arua
Imbribus, atque annos ſicca fuiſſe nouem:
Quam Thraſius Buſirin adit, monſtrátque piari
Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Iouem.
Illi Buſiris, ſies Iouis hoſtia primus,
Inquit: & Ægypto tu dabis hoſpes aquam.

THRASO, Thraſõnis, nomen militis apud Terẽtium. Eſt & nomen pictoris apud Strabonem lib. 14.

THRASVS, nomen viri: quod apud nos fiduciam ſignificat, quæ Græcè θράσος dicitur.

THRASYBVLVS, pen. prod. Athenienſis exul, cõparato exercitu triginta tyrannorum dominationem Athenis ſuſtulit, iuuante Lyſandro Lacedæmoniorum duce, exuléque reduxit. Inſuper plebiſcitum tulit, quod ἀμνηστίαν vocant, quo iniuriarum memoria deleretur, exulibus iureiurando adactis. Cuius Cicero in Philippicis, & Valerius de modeſtia mentionem fecere.

¶ Thraſybulus, dux Mileſiorũ, vt portum Sicyoniorũ occuparet, ex aduerſa parte oppidanos tentauit. Dúmque ſic detinerẽtur, cum inſperata claſſe portum cepit. Frontinus lib. 2.

THRASYLLVS, Nomen viri proprium, & Latinè dicitur temerarius, audax.

THRASYMACHVS, pen. corr. Carthaginienſis Sophiſta, periodon, & colon, id eſt membrum primus monſtrauit, ac modum qui nũc eſt Rhetorices, induxit. Fuit diſcipulus Iſocratis, vt ſcribit Suidas.

THRASYMEDES, Homero lib. Iliad. 9. Neſtoris filius.

THRASYMENVS. Vide THRASYMENVS.

Threnos, Græca dictio, quæ lamentum quod in funeribus fit, ſignificat. ἀπὸ τοῦ θρήνου.

Thronus, throni, m. g. Sedes vel ſolium dicitur.

Thryallis, huĩ⁹ thryallis, f. g. Herba, quæ aliàs lychnitis dicitur, foliis ternis, aut quum plurimum quaternis. Plinius lib. 15. cap. 10. 2, Verbaſcum Græci phlomon vocant. Et paulo pòſt, Sunt & phlomides duæ hirſutæ, rotundis foliis, humiles. Tertia lychnitis vocatur, ab aliis autem thryallis, foliis ternis, aut quum plurimum quaternis, craſſis, pinguibúſque ad lucernarum lumina aptis.

Thrypo, thrypis, Tinea, ἀπὸ τῦ τρύειν, quod ſignificat terere, id eſt frangere.

THRYS Homero Iliad. 2, fluuius Elidis qui in Alpheum decurrit. Ab eo & Thryoeſſa Iliad. 11. vocatur.

THVCYDIDES, pen. cor. Athenienſis hiſtoricus, patre Oloro, genus à ducibus Miltiade & Cimone, qui & ipſi ab Æaco Iouis filio originẽ habuere, duxit, vt Didymus in hiſtoria teſtatur. Vxorem duxit è Thracia oriundam, alioqui diuitem, cuius opes adſecutus, nõ in voluptates, ſed partim in otium literarium erogauit. Nam bellum Peloponneſiacum ſcribere aggreſſus, tempore quo illud gerebatur, Athenienſibus paritet ac hoſtibus Lacedæmoniis militibus, qui bello intereſſent, mercedem præbebat, vti res quotidie veras ei renuntiarent, quas fidelius accipere ſperabat, ſi non ſolùm ab amicis, ſed etiam ab inimicis edoceretur, ne partes quiſq; ſuas falſò tueretur. Præceptores habuit in philoſophia, Anaxagoram: & in rhetorica, Antiphontem. Cuius & ipſe in 8. hiſtoriæ meminit, dicẽs eum cauſam fuiſſe per-

dendæ Reipublicæ,ac constituendæ tyrannidis trecẽtorum. Ex Marcellino Græco scriptore. Quintilianus lib. 10.ca.1,de Thucydide sic scribit,Thucydides,inquit,& Herodotus, longè cæteris in historia præferendi,quorum diuersa virtus laudem penè est parẽ consecuta. Densus & brevis,& semper instans sibi Thucydides:dulcis & candidus,& effusus Herodotus. Ille concitatis, hic remissis affectibus melior:Ille concionibus,huc sermonibus: Ille vi,hic volũtate. Dionysius Halicarnasseus scribit Demosthenem adeò Thucydidis stylum probasse, vt eius librũ octies scripserit,totúmq; ferè ediderit. Cic. de Clar. Orat.151, Thucydidẽ (inquit)imitamur. Optimè, si historiam scribere, non si causas dicere cogitatis. Thucydides enim rerum gestarũ syncerus pronuntiator & grandis etiam fuit:hoc forente concertatorũ non tractauit genus. Orationes autẽ quas interposuit(multæ enim sunt)eas ego laudare soleo,imitari neq; possim si velim,nec velim fortasse si possim. Hactenus Cicero.

Siculus ille capitalis,creber,acutus,brevis,penè pusillus Thucydides. Cic. Q. fratri,lib.2.15.4.

Grauiter sanè & probè,res gestas & bella & prælia narrat Thucydides. Cic. in Orat.16.

Thucydides rerum gestarum pronuntiator syncerus & grandis fuit. Cicero de Claris Orat.151. Idem 2.de Orat.30, Nanque & Herodotum illum,qui princeps genus hoc ornauit,&c.& post illum Thucydides omnes dicendi artificio mea sententia facilè vicit.

Admirari eloquentiam Thucydidis. Cicero de optimo genere Orat.148.

¶ Thucydides alios idem Marcellinus ponit: vnũ Milesium Athenis inter principes viros ac duces,æmulum Periclis. Alium Pharsalicum Memnonis filium,cuius meminit Polemon in his quæ de Acropoli scripsit. Quartum poetam natione Achedrysium, cuius meminit Androtion in Attide, dicens eum filium esse Arsilonis, qui fuit tempore Platonis comici, & Agathonis tragici,ac Nicerati versificatoris. Ex Marcellino.

Thucydidius,Adiectiuum. Cicero in Orat.16,Ecce autem aliqui se Thucydidios profitentur,nouum quoddam imperitorum & inauditum genus. Idem de Opt.gen.Orat.149,Quare siquis erit qui Thucydidio genere causas in foro dicturũ esse profiteatur.

THVLE, Thules. Thulæ, Nomẽ duarũ insularũ, quarũ vna est in Oceano inter Septentrionalẽ & Occidentalẽ plagam, vltra Britanniam,quæ vltima fuit ex cognitis à Romanis. Virg.1.Geor. 6, -tibi seruiat vltima Thule. In ea solstitio æstiuo nullas esse noctes Plinius tradit,econtrario(vt Solinus refert)brumali solstitio nullus penè dies. Vltra eam pigrum & concretũ mare esse ferunt. Altera in Aphrica contra sinum Carthaginis.

Hesperiæ vada caligantia Thules. Stat.3.Sylu.5.4.

Nigræ littora Thules. Stat.4.Sylu.4.13.

Vltima Thule. Virg.1.Georg.6.

Thursanus/pen.pr. Genus est piscis marini, quem alii xiphiã vocant. Plin.lib.31.cap.11.10.

THVRII, Vrbs est Calabriæ, quæ & Thuria & Thurion à Thuria fonte dicta est. Hæc prius Sybaris, nouissimè Copiæ fuerunt appellatæ. Huius meminit Strabo lib.6, Quum enim Crotoniatæ (aduersus quos bellum gerebant)vrbem cepissent,inducto fluuio cuncta demersserunt. Pauci ex ea clade superstites adunati cohabitabant,quos temporis interuallo Athenienses,aliiq; Græci prorsus extinxerunt. Nam in societatem ciuitatis peruenientes, eos per contemptum habitos trucidarunt. Et vrbem alium in locum prope transpositam ædificarũt,& eos Thurios, ducto de fonte vocabulo nuncuparunt. Thurii quum diutius beatam duxissent ætatem,tandem in Lucanorum seruitutẽ tracti sunt. Quúmque illos Tarentini destruerent,ad Romanorũ tutelam confugerunt. Qui quidem mittẽtes pro virorum paucitate accolas,mutato nomine ciuitatem Copias appellauere. Hinc

Thurinus,pen.prod.Adiectiuum. Ouid.15.Metam.10,Thurinóq; sinus, Temesémque,& Iapygis arua. Alii legunt, Terinóque sinus,&c.

THVRINI, Italiæ populi prope Sybarim vrbem: nobiles, vt author est Plinius lib.14.cap.6,vinis quæ habent.

THVRIVM, Italiæ oppidum, vbi Herodotus vitam finiuit,ibidémque in foro,vt quidam memorant,sepultus est, teste Thucydide lib.3. Strabo verò lib.14, ait illũ ex Halicarnasso Cariæ regia esse.quẽ postea Thurium vocauerunt, eo quòd particeps fuisset colonix in Thurios missæ.

Thynnus/Genus piscis marini prægrãdis vulgo noti. Dicitur & thynnus. Horat.2.Serm.saty.5.9, Plures annabunt thunni, & cetaria crescent.

Thus/thuris, Incensum quo diis sacrificabatur. ἀπὸ τῦ θύω, odorem facio,vel potius θύω sacrifico: quòd qui sacrificabant,thure vtebantur. Plin.lib.12.cap.14.1, Thura præter Arabiam nullis,ac ne Arabiæ quidem vniuersæ. In medio eius fere sunt Atramitæ pago Sabæorum capite regni Sabota, in monte excelso, à quo octo mansionibus distat regio eorum thurifera. Saba appellatur,quòd,&c. Plura in ipso capite de thure leges. Tibul. lib.1.eleg.3.7, Redderéque antiquo menstrua thura lari.

Acerræ thuris. Ouid.8.Metam.54.

Eoum thus. Stat.1.Thebaid.53.

Flaua thura. Ouid.epist.20.19.

Incana thura glebis. Stat.6.Thebaid.13.

Mammosum thus, Vide Mamma.

Masculæ thuræ. Virg.eclog.8.13.

Nilacum thus. Stat.4.Sylu.9.3.

Pia thura. Iuuen.Saty.13.11.

Sabæum thus. Virgil.1.Æneid.85.

¶ Sacri thuris honore dignari aliquem. Ouid.14.Metam.16.

Illanda thura dare. Tibul.lib.3.eleg.3.1,

Quid prodest cælum votis implesse Nexra,
Illandáque cum multa thura dedisse prece?

Incendere thura & odores. Cic.6.Verr.69.

Ingerere thura aris, Vide Ingero.

Litare thure. Pers.Saty.5.11.

Ministrare thura. Ouid.2.Metam.60,

-vobis quoque thura ministro.

Sabæi mittunt thura. Virg.1.Georg.11.

Placare deos thure. Horat.1.Carm.ode 36.1.

Tribuere alicui honores thuris. Ouid.14.Metam.16.

¶ Tus,absq; aspiratione nonnulli scribunt,inter quos Priscianus,Varro,& Seruius,à tundendo deriuãtes, quòd glebæ tũdantur,cum quibus fluens coalescit.

Thureus,Adiectiuum,Quod est thuris. Colum.lib.3.cap.8.4, Iam thuream plantam, florentésque hortos myrrha & croco. Virg. 2.Georg.1, -solis est thurea virga Sabæis.

Dona thurea. Virg.6.Æneid.45.

Flamma thurea. Stat.12.Thebaid.98.

Grana thurea. Ouid.4.Fast.81.

Thurifer,pen.cor.thurifera,thuriferum,pen.cor.vt Saba thurifera,quæ producit thus. Plin.lib.6.cap.23.13,Regio thurifera. Idẽ libro 12.cap.14.10,Vt illo modo quum deuicisset thuriferas gentes,supplicaret.

Indus thurifer. Ouid.3.Fast.144.

Arx thurifera. Stat.1.Achill.104.

Thuricremus,pen.corr.Adiectiuum, Thus cremans: vt Aræ thuricremæ, In quibus crematur thus. Virg.4.Ænei.91.Lucret.lib. 2.71. Ouid.3.de Arte,79.

Foci thuricremi. Ouid.epist.2.4.

Thurilegus,pen.corr.Adiectiuum:vt Arabes thurilegi,Thus colligentes. Ouid.4.Fast.114.

Thuribulum,thuribuli,pen.corr.Vas in quo thus adoletur. Liu.9. bel.Pun.70,Ex per manus succedentes, deinde aliæ aliis, omni effusa ciuitate obuiam, thuribulis ante ianuas positis,qua perserebatur,atq; accenso thure,precantibus vt,&c. Cic.6.Ver.40, Num etiam de L. Papyrio viro primario,locupleteque,honestóque equite Romano thuribulum emisti?

Thusculum,thusculi,pen.corr. Diminutiuum. Plaut.Aulul.13.15, Nunc thusculum emi,& hasce coronas floreas.

THYAMIS,pen.corr.amnis fluuius (vt Thucydides lib.1.ait) qui Thesprotidem,Cestrinámque discriminat. Plinius lib.4.cap.1, Oppida Mæandria,Cæstria,flumen Thesprotiæ Thyamis,colonia Buthrotum,&c.

THYAMON,pen.corr.mons in Thraciæ regione.

THYAS,huius Thyádis,pen.corr.Bacchi sacrificula.

Amentes Thyades. Stat.12.Thebaid.159.

Concita Thyas pulso tympano. Horat.3.Carm.ode 15.2.

Euantes Thyades effusis crinibus. Catull. Argon.59.78.

Excita Thyas commotis sacris. Virg.4.Æneid.60.

Peruicaces Thyades. Horat.2.Carm.ode 19.1.

Thyâsus/ thyási,pen.corr.m.g. Saltatio & chorea dicitur,quæ Baccho exhibebatur: à θύω sacrifico. Virg.5.eclo.6,Instituit Daphnis thyasos inducere Baccho. Idem 7.Æneid.113,

Tum quorum attonitæ Baccho nemora auia matres
Insultant thyasis. Catull. de Berecynth.58.6, Thyasus repentè linguis trepidantibus vlulat.

THYBRIS,viri proprium Æneæ comitis. Virg.10.Æneid.15,

Assaracique duo,& senior cum Castore Thybris,
Prima acies,&c.

THYESTES,filius Pelopis ex Hippodamia,& Atrei frater,ac Tãtali nepos. Inde

Thyestêus,penult.prod.Adiectiuum. Ouidius 15.Metamor.93,Néve Thyesteis cumulemus viscera mensis. Thyestis fabula sic scribitur Seruio: Fabula,inquit,hoc habet,Atreum & Thyestem

germanos,quum diſſenſione ſibi nocere non poſſent, in ſimu latam gratiam rediſſe:qua occaſione Thyeſtes cum fratris vxore concubuit. Atreus verò ei filium epulandum appoſuit: quæ Sol abominatus,ne pollueretur,aufugit. Sed veritas hæc eſt:Atreum apud Mycenas primum Solis eclipſim inuenifſe:cui inuidens frater,ex vrbe diſceſſit tempore quo eius probata ſunt dicta.Hactenus Seruius enarrans illud Virgilii libro 1.Æneid. 115, Nec tam auerſus equos Tyria Sol iungit ab vrbe. Meminit & huius adhuc Seruius,declarans illud Virgilii 11.Æneid.53,

Atrides Prothei Menelaus aduſque columnas
Exulat,&c. Perſius Saty.5.1,
-aut ſiquibus olla Thyeſtæ
Feruebit.Vide AEGISTHVS.

Thyeſtēus,pe.prod.Adiectiuum.Cic.in Piſonem,34,Thyeſtea iſta execratio eſt,poetæ vulgi animos,non ſapientum mouentis.

Menſa Thyeſtea.Ouid.4.de Ponto,eleg.6.10.
Mycenæ Thyeſteæ.Lucan.lib.1.108.

THYIA,Herodoto lib.7,filia Cephiſi: à qua & vrbs eiuſdem nominis in qua colitur.

Thymbra/Herba vulgaris notitiæ. In aſperis & gracilibus naſcitur, ſimilis thymo:ſed minor atque tenerior, ferens ſpicam floris plenam,coloris herbacei.Habetur & ſatiua breuior ſyluestri,quæ propter minorem acrimoniam in cibos recepta eſt. Latinis ſatureia,teſte Plinio lib.19.cap.8.33,dicitur. Gallis nunc *ſarrieta*,nunc *ſarria*,pedali altitudine,fruticoſa,ſurculoſis vtrinque coliculis,folio hyſopi,floſculis per interualla ex purpura candicantibus,odore ſaporéque gratiſſimo. Tymbram tamē nonnihil à ſatureia diſcrepare ſentit Columella lib.10. hoc ſenariolo, Et ſatureia thymi referens,tymbræque ſaporem.Hæc Ruel. Columb.lib.9.cap.4,Saporis præcipui mella reddit thymus.Thymo deinde proxima thymbra,&c.Sunt qui tymbram abſque aſpiratione ſcribant.

Olens thymbra.Stat.1.Sylu.2.5.
Gelidæ vmbracula thymbræ.Stat.1.Sylu.2.45.

THYMBRA,Locus vicinus Troiæ,plenus thymbra.

Rector Thymbræ,Apollo.Stat.4.Sylu.7.5,
Torpor eſt noſtris ſine te Camœnis,
Tardius ſueto venit ipſe Thymbræ Rector.

Thymbræus,inquit Seruius,Apollo dicitur,à loco Troiæ vicino pleno thymbra:in quo eius & nemus eſt, & templum,vbi à Paride Achilles occiſus eſt. Vnde & fingitur manu Apollinis vulneratus.Ergo Thymbræus,vt Delius.Nā numina à locis frequenter nomen accipiunt. Hactenus Seruius apud Virgilium lib.Æn.3.17, Da propriā Thymbræe domum,da mœnia feſſis.

Pergama Thymbræa.Stat.3.Sylu.1.20.

THYMBRARA,ciuitatis nomen,à qua Thymbrariēſes,& Thymbrarai ſecundum Pactolum appoſiti.

THYMBRIVS,Stephano,fluuius apud Thymbram fluens.

THYMELE,pen.corr.nomen mulieris, quæ prima ſaltationem in ſcena docuit. Græci θυμέλην ſcenam vocant, hoc eſt eā theatri partem vbi geſtus agunt hiſtriones.Mart.lib.1.33,

Qua Thymelen ſpectas,deriſorémque Latinum,
Illa fronte,precor,carmina noſtra legas.

Suidas ſcribit fuiſſe aram in theatris Thymelen.

Thymélici,pen.cor.Ludii hiſtriones.Vnde à Vitruuio dictum eſt, Scenici & Thymelici Græcè ſeparatim nominantur.

Thymiama/pen.prod.thymiámatis,pen.corr.n.g. Odor ſuauiſſimus,thymi naturā referens.Hoc incēdebatur in ſacrificiis.

Thymus/m.g.vel thymum,thymi.Herba hortenſis, odorata, cuius flore ſummopere apes delectātur.Virg.eclog.5.16, Dúmque thymo paſcentur apes,&c. Plin.lib.21.cap.10.1,Totidem & thymi:candidum ac nigricans. Floret autem circa ſolſtitia, quū & apes decerpunt,& augurium mellis eſt.Prouectum enim ſperant apiarii largè florente eo.Lædituꝛ imbribus,amittitque florem.Semen thymi non poteſt deprehendi,quū origani perquam minutum,nō tamen fallat. Varro 3.de Re ruſt.ca.16.8, Hos circū villam totam aluearium feciſſe, & hortum habuiſſe, ac reliquum thymo & cythiſo obſeuiſſe, & apiaſtro. Mart.lib. 5.40,Hyblæis madidas thymis placentas. Colum.lib.11.cap.3, Thymum & tranſmarina cunila,& ſerpyllum,&c.

Dulcior Thymo.Virg.eclog.7.8, Nerine Galatea thymo mihi dulcior Hyblæ.

Cecropium thymum.Virg.4.Georg.54.
Apes paſcuntur thymo.Virg.5.eclog.16.
Redolēntque thymo fragrantia mella.Virg.4.Georg.34.
Suffire thymo.Virg.4.Georg.49.

Thymites,pen.prod.vinum,Ex Thymo confectum: ea forma dictum vt abſynthites. Colum.lib.12.cap.35, Vinum abſynthiten & hyſſopiten,& abrotoniten,& thymiten, & maratriten,&c.

Thyminus,pen.cor.Adiectiuum,Ex thymo factum.Colum.lib.6. cap.33,Cum melle Attico:vel ſi id non eſt,vtique thymino celeriter leuatur.

Thymôſus,pen.prod.Adiectiuum.Plin.lib.21.cap.15.1,Thymoſum mel non coit.

THYNIA,Straboni lib.12,inſula in fronte Bithyniæ:hinc

Thynus,Adiectiuum,vt Merce Thyna beatus. Horat.3. Carm.ode 7.1.Hoc eſt Bithyna.Acron.

Thynnus/Piſcis miræ magnitudinis:de quo abundè Plinius li.9.ca.15.1, Vide Cordyla. Dicitur & Thunn°.Vide ſuo loco.

THYNOS,Plinio lib.5.cap.27,oppidum Ciliciæ.

THYNVS,nomen viri proprium,de quo Orpheus meminit.

THYONEVS,trium ſyllabarum,Bacchi epitheton, quod ἀπὸ τῆς θύειν quod eſt ſacrificare, deductum putant: eo quòd ei adhuc inter humanos verſanti ſacrificabatur. Horat.1.Carm.ode 17.5.

-nec Semeleius
Cū Marte cōfundet Thyoneus Prælia. Catul.ad puerū,14.1,
At vos quò lubet hinc abite lymphæ
Vini pernicies,& ad ſeueros
Migrate,hic merus eſt Thyoneus.

Indetonſus Thyoneus.Ouid.4.Metam.3,Additur his Nyſeus indetonſuſque Thyoneus.

THYRE, Ciuitas Meſſeniorum. Sed diuus Auguſtus Lacedæmoniis aſcripſit, quòd Meſſenii cum Antonio ſenſiſſe viderentur. Stat. Et Lacedæmonium Thyre lectura cruorem. Hinc Thyreaticæ Spartanorum corollæ quædam appellatæ. Sciendum eſt, Thyre numero plurali genere neutro,per ſynæreſin efferri,θύρεα τὰ πρά, etiam ſi numero ſingulari Thyrea quoque dici poteſt. Strabo lib.8,Thurtam appellat. Eſt & Thyræum,oppidum in Arcadia. Thyreæ etiam Græcè, Latinè oſtia dicuntur:à quo Thyridion,oſtiolum.

THYREA,inſula eſt Peloponneſi,vt ſcribit Herodotus lib.4.

THYROS,Vrbs in regno Neſtoris,teſte Homero.

THYRSAGETAE,pen.cor.populi ſunt Scythici vltra Sauromatas, viuentes ex venatione, vt ſcribit Herodotus lib.4. De his & Mela lib.1, Thyrſagetæ Turcæque vaſtas ſyluas occupant,aluntúrque venando.

THYRSIS, Nomē paſtoris propriū apud Virgilium in Bucolicis eclog.7.1.

Thyrſus,thyrſi,m.g.Virga &caulis cuiuſlibet herbæ præſertim lactucæ.Plin.lib.19.ca.8.5,Inuētū omnes thyrſos, vel folia lactucarum prorogare vrceis cōditos,ac recēteis in patinis coquere. Idem, folia lactucæ toſta,thyrſúſque ex aceto bibuntur. Idē lib.11. cap.15.2, Hanc à Nilo metunt,caule, quū coctus eſt,araneoſo in manducādo: thyrſo autem qui inter folia emicat,ſpectabili, foliis latiſſimis.

Fragiles thyrſi.Stat.2.Thebaid.133.
Pampinei thyrſi.Claud.7.Paneg.111.
Teretes thyrſi.Stat.2.Achil.35.
Virentes fronde thyrſi.Ouid.11.Metam.6.

¶ Thyrſus,Haſta aculeata,hederis obtecta,quā in Orgiis Bacchicis quatiebant. Tacitus,Meſſalina crine fluxo thyrſum quatiens. Scribit Diodorus Dionyſium in exercitu habuiſſe mulieres thyrſis armatas. Et Macrobius ait Liberum patrem tenere thyrſum,quod eſt latens telum, cuius mucro hedera lambēte protegitur. Vnde Thyrſigerus dictus eſt Bacchus. Catullus Argonaut.59.51,

At parte ex alia florens volitabat Iacchus,
Cum thyrſo Satyrorum,& Niſigenis Silenis. Ouid.3.Amor.eleg.14.4,Corniger increpuit thyrſo grauiore Lyæus Sen.Herc. fur.11.2,Tectam virenti cuſpidem thyrſo gerens.

Graui thyrſo metuendus Liber.Horat.2.Carm.ode 19.2.
Quatere thyrſum. Sene.Herc.Œtæo,4.3.
Leuem thyrſum vibrare manu.Senec.Œdip.5.8.

¶ Thyrſus,per trāſlationem pro ſtimulo & incitamento. Lucret.lib.1.189, -ſed acri
Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor.

Thyrſigerus,pe.cor.Adiect.vt India Thyrſigera.Sene.Hippol.6.4.

THYSDE, Vide THISDE.

T I

Tiara,tiáræ,pen.prod. Ornamentum capitis Perſicarum prius mulierū: quo poſtea vſi ſunt & reges & ſacerdotes. Iuuen.ſaty. 6.52, -Phrygia veſtitur bucca tiara. Virgil.7.Æn.50,per vſurpationem dixit,ſceptrúmque ſacérque tiaras. Hic per vſurpationē dicitur: nam tiara dicimus,ait Seruius. Plau.Perſa,14.1, Tiara ornatum lepidè condecora tuum. Ouid.11.Metam.37, Tempora purpureis tentat velare tiaris.

TIBARENI, penult.corr.populi Scythici, de quibus diximus in dictione TABARENI.

TIBERIAS,huius Tiberiadis,pen.corr.vrbs Galilææ,ab Herode condita, & ſic appellata in honoren Tiberii Cæſaris. Ptolemæo

lib.5.cap.16,dicitur Tiberias,lacus.

TIBERIVS inter Cæsares notissimus. Fuit & eius nominis grã maticus,qui de Ideis orationis scripsit libros tres,aliásque complura,vt author est Suidas. Meminit & huius Strabo lib.7.

Tibercius,Adiectiuum.Stat.3.Syl.3.14, -Tibercia primum
Aula tibi,vix dum ora noua mutante iuuenta
Panditur.

Tibi/datiuus à tu pronomine.Vide suo loco.

Tibia/tibiæ,Propriè os cruris oppositũ suræ.Celsus lib.8.cap.1, Ipsum autem crus est ex ossibus duobus,&c.Verum alterum os ab exteriore parte,&c. Alterũ à priore parte positum, cui tibiæ nomen est.longius,& in superiore parte plenius,solum cum femoris inferiore capite committitur,sicut cum humero cubitus.

¶Tibia,Instrumentum musicum quo tibicines canũt:sic dicta quòd primò ex gruum tibiis facta sit, à quibus nomen habet,quum ex arundinibus facta sit Plaut.Sticho.14.36, Eripe ex ore tibias. Cic.1.Tuscul.171,Non intelligo quid metuat,quum tam bonos septenarios fundat ad tibiam. Virg.8.eclog.6,Incipe Mænalios mecum mea tibia versus. Horat.de Arte,41,
Tibia non vt nunc orichalco vincta,tubæque
Æmula:sed tenuis,simplexque foramine pauco. Ouid.5.Trist. eleg.1.10,Tibia funeribus conuenit ista meis.

Si ex oliua modulatè canentes tibiæ nascerentur, num dubitares quin inesset in oliua tibicinis quædam scientia? Cicero 1. de Nat.deor.32.

Cantus tibiarum.Quintil.lib.1.cap.11.4.

¶Multiforã buxo tibiã.Sene.Agamem.5.8,
Tibi multiforæ tibia buxo Solenne canit.

Caua tibia.Lucret.lib.2.125.

Concionatoria tibia,Vide Concionor.

Curua tibia.Virg.11.Æneid.148.

Incentiua tibia,& succentiua,Vide Incentiuus in Incino.

Lúdicræ tibiæ,Vide Ludus.

Nuptiales tibiæ.Author ad Heren.libro 4.199, Nõ illæ te nuptiales tibiæ eius matrimonii commouebant?

Querulæ tibiæ cantus.Horat.3.Carm.ode 7.6.

Sacrificæ dulces tibia effundat modos.Sene.Agamem.6.39.

¶Adhibere tibias epulis.Quintil.lib.1.cap.10.17.

Canere tibiis.Quintil.lib.1.cap.10.13.

Canere ad tibiam,Vide Cano.

Inflare tibias.Cic.de Clar.Orat.100,Si tibiæ inflatæ non referant sonum,abiiciendas eas sibi tibicen putet.

Tibiâlis,& hoc tibiâle,pen.prod. Quod est idoneum ad tibias faciendas.Plin.lib.16.cap.36.10,Tertia arundo est tibialis calami, quæ auleticon dicebant.

Tibiâle,tibiâlis,pen.prod.n.g.Velamentum tibiarum:quinetiam arma quibus crura muniuntur,tibialia vocãt.Sueton.de Augusto,cap.81,Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis,& subucula thorace laneo,& femoralibus,& tibialibꝰ muniebatur. Paulus Iureconf. Si tibiale vel humerale miles alienauit, castigari verberibus debet.

Tibicen,pen.prod.tibicinis,pen.corr.m.g.Qui tibia canit. Plaut. Pseud.7.161,Tibicen vos interea hic delectauerit. Idem Sticho 15.17,Bibant tibicini 5 A. & quidem nobis. 5 T. tene tibicen primùm. Cic.ad Gallum,lib.7.17.5,Ille autem qui sciret se nepotem bellum tibicinem habere,& sat bonum vnctorem,discessit à me. Idem 2.de Legib.93. Et 3.de Nat.deorum,30. Liu.2. ab vrbe,171,Cornicines,tibicinésque. Horat.de Arte,84,
-qui Pythia cantat
Tibicen,didicit prius,extimuitque magistrum. Idem 1.epist. 1.20,Nunc tibicinibus,nunc est gaudia tragœdis.

Ad cantus, ad tibicinem prosequi laudes honoratorum virorum.Cic.1.de Legib.97.

Non sunt in oratione tanquam tibicini percussionum modi,sed vniuersa comprehensio.Cic.in Orat.115.

Tibicen sine tibiis canere non potest.Cic.2.de Orat.184.

¶Tibicines in ædificiis appellantur columnellæ quibus rustici tecta sua fulcire solent:à similitudine tibia canentium:qui vt cantantes sustinent,ita illi ædificiorum tecta.Nec in hoc significato aliud præter ablatiuum singularem legimus Iuuen. Satyr.3.10, Nos vrbem colimus tenui tibicine fultam.

Dicitur etiam quicquid in sustentaculum alterius ponitur. Ouid.[illegible].4.Fast.140,Hæc modò verbabat stantem tibicine telã. Alii legunt, Hæc modo verrebat stantem tibicine villam. Alii, Hæc modo verrebat cum raro pectine pratum.

Tibicina,tibicinæ,pen.cor.f.g.Mulier tibia canens.Plaut.Aul.9.1, Postquam obsonauit herus,& conduxit coquos,
Tibicinásque hasce,apud forum,&c. Gellius, Fœminas etiam tibicinas in exercitu habuit. Mart.lib.14.64,Ebria nos madidis rumpit tibicina buccis.
Merettix tibicina.Horat.1.epist.14.5.

TIBISCVS,Daciæ fluuius,cuius meminit Ptolemæus lib.3.cap. 7,à Barbaris Tissa appellatur.

TIBISIS,fluuius est Scythiæ,vt scribit Herodotus lib.4.

TICINVM, pen.prod. nobile Insubrium oppidum,quod nunc Papia vulgò dicitur.Nam, vt scribit Ptolemæus in Geographia lib.3.cap.1,Insubres habent Mediolanum,Nouariam,Comum & Ticinum. Est & Ticinus, fluuius oppido vicinus, vt scribit Plinius lib.3.cap.16. Silius lib.1.9,
Dum Romana tuæ Ticine cadauera ripæ
Non capiant. Claud.4.Paneg.40,
Colla leuant pulcher Ticinus,& Ardua visu
Cærulus,& velox Athesis.

TIBVLLVS,Poeta,iuxta Quintiliani sententiã cum primis elegans & tersus,ad amores & delicias aliquanto proclinior, cuius rei vulgatum est illud Ouidii 1.Amor.eleg.15.5,
Donec erunt ignes,arcúsque Cupidinis arma,
Dicentur numeri culte Tibulle tui.Vide ALBIVS.

TIBVR,Vide TYBVR.

TIFERNVS,fluuius est Italiæ.Et Tifernum,oppidum quod intercidit.Inde Tifernates,populi, iuxta Thrasimenum & Lucrinum in sexta regione Italiæ.Author Plinius lib.3.cap.14.

TIGILLINVS, pen.pro.vir fuit Romanus vitæ corruptissimæ, qui per impudicitiam multa à Nerone consequutus est, quem ad omnia corruperat.Autho Cornelius Tacitus.

Tignus/tigni,m.g.& Tignum,tigni, Trabs qua variè disposita domus extruitur:A tegendo.Cæsar 4.bel.Gal.513,Tigna bina sesquipedalia ab imo præacuta,dimensa ad altitudinem fluminis. Idem 1. belli Ciuil.36, Vbi tempus alterius contabulationis videbatur, tigna item vt primo tecta extremis lateribus instruebant. Cato cap.14.1. Lucret.lib.2.39,
Nec quum subsiliunt ignes ad tecta domorum?
Et celeri flamma degustant tigna,trabésque. Proper.libro 4. eleg.3.11,Siue in furtiuo gemuit stans noctua tigno. Horat.de Arte,57, -& modicis instrauit pulpita tignis. Ouid.8.Met.131, Sordida terga suis nigro pendentia tigno. Iuuen.Saty.3.24,
-ferit assere duro
Alter,at hic tignum capiti incutit,ille metretam.

Arrectaria tigna.Vitruuius lib.10.cap.17.Vide Orthostata.

Polire tigna.Claud.3.Paneg.65.

Læuia radere tigna. Lucret.lib.5.155.

¶Tigni nomine omne genus materiei, ex qua ædificia constant,continetur.Vlpianus De tigno iuncto,L.1. Et Ad exhibendum, L.Tigni. Et Caius De Verb. signif.L. Tigni. Horat. 2.epi.2.15,Torquet nunc lapidẽ,nunc ingens machina tignum.

¶Tigni appellatione in vineis,omnia vineis necessaria cõtinẽtur,vt puta perticæ,pedamẽta.Vlpianus De tigno iuncto,L.1.

Tignarius,Adiectiuũ,Tignarius faber,non solum is qui tigna dolat,sed etiam qui solaria lignea:hoc est qui trabes,cæteráq; ad tabulata domus vtilia:& omnis qui ædificat,intelligitur,inquit Caius Iurisc. Cic.de Clar.Orat.139, Athenienſium quoque plus interfuit firma tecta in domiciliis habere,quàm Mineruæ signũ ex ebore pulcherrimum:tamen ego me Phidiam esse mallem, quàm vel optimum fabrum tignarium.

Tigillum,tigilli, Diminutiuum.Liu.1.ab Vrbe,114,Is quibusdam piacularibus sacrificiis factis,quæ deinde genti Horatiæ tradita sunt,transmisso per viam tigillo,capite adoperto,velut sub iugum misit iuuenem. Tibul.lib.2.eleg.1.8,
Illi compositis primùm docuere tigillis
Exiguam viridi fronde operire domum.

Ianua suffixa tigillo.Catull.ad Ianuam,61.2.

TIGRANA, penul.prod.Ptolemæo lib.6.cap.2,oppidum Mediæ in mediterraneis.

TIGRANES,pe.prod.rex maioris Armeniæ,cuius multam mẽtionem facit Cicero in Oratione pro Lege Manilia. Luca.lib. 2.116,Tigranémque meum,nec Pharnacis arma relinquas.

Tigris/tigridis,pen.cor.f.g.Animal velocissimum: quod à velocitate nomen habet. Nam Medi tigrim sagittam appellant, teste Varrone. Virg.4.Æn.74, -Hyrcanæque admorunt vbera tigres. Plin.lib.8.ca.18.1, Tigrin Hyrcani & Indi ferunt,animal velocitatis tremendæ,& maximè cognitæ dum capitur. Totus eius fœtus,qui semper numerosus est,ab insidiante rapitur equo quàm maximè pernici, atque in recentẽ subinde trãsfertur,&c. Plura leges toto capite.

Armeniæ tigres.Virgil.5.eclog.6.

Aspera tigris. Horat.1.Carm.ode 23.2.

Atra tigris.Virg.4.Georg.81.

Maculosæ tigridis forma.Ouid.11.Metam.50.

Pessima tigris.Virg.3.Georg.50.

Rabidæ tigres.Virg.1.Georg.51.

Sæuæ tigres.Ouid. epist. 10. 18, Quis scit an hæc sæuas insula tigres habet

Variæ. Sene.Hippol.1.11. Virgatæ.Sene.Hippol.3.15.

¶Tigrides, plurali numero dixit author Philomelæ in Ouidii operibus, Tigrides indomitæ rancant.

Tigrinus, pen.prod.Adiectiuum.Plin.lib.13. cap.15.5,Mensis præcipua dos in vena crispis, vel in vertice variis. Illud oblongo euenit discursu,ideóque tigrinæ appellantur.

TIGRIS,Flumen magnũ etiã appellatur,propter velocitatẽ, qui instar bestiæ nimia pernicitate decurrit.Hic de Paradiso exiens, iuxta Scripturæ fidem,pergénsque contra Assyriot,post multos circuitus (Iosepho teste) in Mare rubrũ defluit. Solinus Tigrim fluuium in Armenia caput attollere dicit,in loco edito, ex lucido cõspicuoque fonte: nec ab exordio statim totum esse,sed primò pigrè fluere,non cum suo nomine.At quũ in fines Medorũ inuectus sit,Tigrim statim vocari,Arethusam lacũ influere grauia pondera sustinentẽ,cuius pisces nunquam se aluco Tigridis immisceant,sicut nec amnici stagnũ attingant Arethusæ. Mox Arabas præterfluens,Mesopotamiam amplectitur, & Hydaspen accipiẽs Euphratémq; ,defertur in sinũ Persicũ. A Tigri fluuio dicti sunt Trãstigritani,qui trans Tigrim habitant,sicut Trãspadani.Etiã pro fluuio quàm pro animali,Tigris vel Tigridis genitiuum facit.Vide Plinium lib.6.cap.17.& Strabonem,lib.6.

Rapidus Tigris.Lucan.lib.3.51. Horat.4.Carm.ode 14.10.

TIGVLLIA,Ptolemæo lib.3.cap.1,Vrbs Liguriæ,aliis dicta Segesta,vulgò *Sigestro,Sezzi*.

TIGVRINI,pen.prod.Populi Germaniæ,qui quartam Heluetiæ partem cõtinebant. Cæsar bel. Gal.libro 1.6,Is pagus appellabatur Tigurinus. Nam omnis ciuitas Heluetia in quatuor pagos diuisa est. Hic pagus vnus quum domo exisset,patrum nostrorum memoria,L.Cassium Consulem interfecerat,& eius exercitum sub iugum miserat.

Tilia,tiliæ,Arbor,quam Græci philyrã appellant.Virg.2.Georg. 90,Nec tiliæ læues,aut torno rasile buxum. Pli.lib.16.ca.40.7, Mollissima tilia,eadem videtur & calidissima:argumẽtum afferunt,quòd citissimè ascias retundat. Columel.lib.9.cap.4.3,At tiliæ solæ ex omnibus sunt nocentes.

Leuis tilia.Virgil.1. Georg.35, Cæditur & tilia antè iugo leuis, altáque fagus.

Molles tiliæ.Ouid.10.Metam.19.

Pinguis tilia.Virgil.4.Georg.37.

¶Tiliæ,de arboribus aliis etiam dicuntur. nã de interioribus corticis vlmi tunicis,è quibus vincula fiunt, dixit Plinius lib.24. cap.8.5,Corticis interior tilia lepras sedat.

Tiliaceus,Adiectiuum,Quod ex tilia factum est. Columella lib.11. cap.45.4,Arculæ faginæ vel etiam tiliaceæ,quales sunt in quibus vestimenta forensia condũtur,huic rei paulò ampliores præparari debent.

Tillica, Iocularis dictio apud Ciceronem de Claris Orat.141. Et ille fuit accusator,inquit,vetus,quo accusante Chirtillium,Sisenna defendens,dixit quædam eius sputatilica esse crimina.Tum C.Ruscius,Circunuenior,inquit,Iudices,nisi subuenitis. Sisenna quid dicas nescio,metuo insidias.sputatilica quid est hoc?sputa quid sit scio,tilica nescio. Maximi risus: sed ille tamen familiaris meus rectè loqui putabat esse,inusitatè loqui.

TILIVM, Sardiniæ insulæ vrbs, Ptolemæo authore lib.3. cap.3. Hodie S.*Repara*.

TILOS,Insula est(vt scribit Plinius lib.6.cap.27,)cum oppido eiusdẽ nominis in Mari rubro,celeberrima plurimũ margaritis. Ipsa fert palmas,oleas creat,vineis abundat. In ea omnis arbor nunquam foliis spoliatur.Mons Caucasus non longè ab ea incipit, qui maximam orbis partẽ perpetuis iugis penetrat. Eadem insula habet lanigeras arbores(vt scribit Plinius lib.12) quæ cotonei mali amplitudine cucurbitas ferunt,& maturitate ruptæ, ostendunt lanuginis pilas,ex quibus vestes pretiosæ fiunt.

TILPHOSA,vt author est Pindarus,fons est sub Tilphosiũ montem labens,apud quem Tiresiæ vatis sepulchrum conditũ est. Huiꝰ enim,vt ait Aristophanes,aquæ frigus quũ senex potasset, & ferre non potuisset,extinctus est. Est & ibidem,vt lib.9.testatur Strabo,templum Apollinis Tilphosii.

TIMAEVS, Siculus historicus, qui res Græcas conscripsit,etiã vsqueadeo arrogãs,ait Plutarchus in Nicia,vt Thucydidẽ & Philistum in historia se facile superaturũ iactaret. Ipse verò Sicula quadam pinguedine delibutus,ad ridenda quædam minimèq; ad historiæ grauitatem pertinentia digreditur.Hactenus Plutarchus.De eo & Cicero 1.de Oratore,31,Minimus natu horum omnium Timæus:quantum autem iudicare possum, longè eruditissimus, & rerum copia & sententiarum varietate abundantissimus, & ipsa compositione verborum non impolitus, magnam eloquentiam ad scribendum attulit, sed nullum vsum

sotensem. Huius item meminit idem in epistola illa 11. libro ad Lucceium doctissima. Diodorus Siculus dicit hunc nimium operæ in aliis redarguendis impendisse, contra Ephorum præsertim:nimis res etiam minimas persecutum: libróque fuisse penè in res singulas partitum. Timæus alter philosophus, cuius nomine Plato librum inscripsit De natura: patria fuit Locrẽsis, philosophus Pythagoreus: scripsit & ipse naturæ documenta, & vitam Pythagoræ,vt scribit Suidas.

TIMAGENES author est, omnium in literis studiorum antiquissimam musicen extitisse.Quintil.lib.1.cap.10.8.

TIMAGORAS,pen.cor.Athenientis capitali supplicio affectus, quòd Darium, ad quem legatus missus fuerat, more Persarum adulando adorauerat.Suidas & Valerius.

TIMANTHES,Pictor egregius Zeuxis tempore. Huius est Iphigenia oratorum laudibus celebrata,qua stante ad aras peritura, quum mœstos pinxisset omnes, & tristitiæ omnem imaginem consumpsisset, patris vultum velauit, quem dignè non poterat ostendere. Pinxit & Cyclopem parua in tabula,cuius magnitudinem exprimere cupiens, pinxit iuxtà Satyros thyrso pollicem eius metientes:itaque ex omnibꝰ eius operibus intelligitur plus quàm pingitur.Huius meminit Plinius lib.35.cap.9.

TIMARCHIDES,penul.corr.Sculptor nobilissimus,cuius meminit Plinius lib.36.cap.5. Fuit & pictor celeberrimus,eodem Plinio authore lib.34.cap.8.

TIMARCHVS, Statuarius nobilis. Author Plinius lib.34.cap.8. Fuit & Timarchus, in quem extat Æschinis accusatio, Demosthenis oratoris amicus.

TIMAVVS,pen.prod. Nomen fluminis iuxta Aquileiam,qui è montibus delatus, decidit in profundum: deinde infra terram absorptus stadiis circiter triginta & centum, erumpit in mare. Virg.8.eclog.2, Tu mihi seu magni superas iam saxa Timaui. Vbi Seruius,Timauus,fluuius Venetiæ est. Idem 3.Georg.94, -& lapidis arma Timaui. Vbi Seruius, Iapidia pars est Venetiæ,dicta ab Iapido oppido.Huius fluuius est Timauus. Meminit huius Plinius lib.3.cap.18, Contra hunc,vt idem testatur lib.1.cap. 103, insula parua est in mari cum fõtibus calidis, qui pariter cum æstu maris crescunt minuuntúrque. Virg.1.Æn. 50,Regna Liburnorum,& fontem superare Timaui. Vide Vadianum in Melam,& Calium lib.11.cap.8.

Timeo,times,timui,timẽre,Notæ significationis. Terent.And. 1.5.19,Miseram timeo,hoc incertũ quorsum accidat. Idẽ Heaut. 5.1.37,Quid? istuc times,quod ille operã amico dat suo? Ibidẽ 1.2.15, Timet omnia, patris iram, & animum amicæ se erga vt sit suæ. Cic. ad Lentulum,lib.1.9.45, Sicui se timere simularunt. Ouid.6.Metam.102, -timuitque suæ præsagia mentis.

¶Timeo te,Tanquam inimicum.

Fruſtra timeri.Ouid.3.Amor.eleg.3.5.

Timere casum,Timere omnia. Mart.lib.11.71, Et casum tremulæ nõ timuere manus. Cic.1.de Diuin.170, Casum autem prælii nemo nostrum erat quin timeret. Idem Lentulo lib.1.5. 4,Sed tamen in eiusmodi perturbatione rerum, quanquã omnia sunt timenda,nihil magis quàm perfidiam timemus. Sic Timere vmbras,Cic.ad Atticum,lib.15.3?.15.

Fraudem timere.Ouid.7.Metam.9.

Quid tuta times?Ouid.7.Metam.10.

Iram numinis timere.Ouid.6.Metam.63.

¶Timeo tibi, Tanquã amico,nequid mali accidat. Terẽtius Heaut.5.1.10.Syre tibi timui malè. Idem And.1.3.5,Si illum relinquo,eius vitæ timeo.

Malè timere alicui,Vide Malo.

Timeo mihi abs te,Ne malũ mihi inferas. Cic.pro Sylla,44, A quo quidẽ genere iudices ego nunquã timui. Quintil.lib.3. cap.10,An timendũ à rege bellũ.Id est, ne rex inferret bellum.

Timeo mihi abs te mortem,etiam dicimus.

Sibi timere.Virgil.2.Æneid.26,

-& quæ sibi quisque timebat,

Vnius in miseri exitium conuersa tulere.

Timeo furem tauro:Hoc est,timeo ne furtantum abducat & furetur.Iuuen.sat?.6.2,

-quum furem nemo timeret

Caulibus aut pomis,& aperto viueret horto. Plin.lib.14.cap. 16.3,Timent ægris vinũ noxam.

Timeo de. Ouid.lib.3. Fast.114, Nec timui de morte tamen, metus abfuit iste. Brutus Ciceroni in Epist.ad eundẽ,?.6,Itaq; timeo de Consulatu,me,&c. Cic.Attico lib.?.116.1,De Repub. valde timeo. Cælius ad Ciceronem,lib.8.10.1,De vita, si paratior ab exercitu esses,timuissem.

Timere de Republica.Cic.Attico,lib.?.116.1.

De morte alicuius timere.Ouid.3.Fast.114.

Timeo ne.Terẽt.And.1.5.34,Tũ autẽ hoc timet,ne deseras se.

Timeo ne non.Cic.ad Atticum,lib.9.173.11,Equidē illud mo-
lior,quod tu mones,sperásque fieri posse,vt mihi Cæsar concedat vt absim,quum aliquid in Senatu contra Cn.agatur,sed timeo ne non impetrem.

Timere pro.Plin. epist.61, Ipse valeo,si valere est,suspensum & anxium viuere, expectantem in horas, timentémque pro capite amicissimo,quicquid accidere homini potest. Gellius lib. 19.cap.1,Ipsum autem pro Aristippi anima timere.

Timeo quid fiet.Plautus Merc.3.109,

Sed quid currentem seruum à porta conspicor,
Quem naui abire vetui timeo quid fiet. Et apud Terentium Phorm.2.3.26,Timeo miser, quam hic mihi nunc rem nuntiet.

Timeo quidnam.Cic.1.Verr.13,Quæ quum cogito,iam nunc timeo,quidnam pro offensione hominum qui illi inimici infésique sunt,& expectatione omnium & magnitudine rerum,dignum eloqui possim.

Timeo quéadmodū hæc explicari possint.Brut° Cice.li.11.10.9.

Núc istic quid agatur,magnopere timeo.Ci.ad Attic.li.3.48.1.

Quid possem timebam.Cic.ad Atticum,lib.11.14.2.

Timeo vt.Cic.ad Terentiam,lib.14.2.8,Omnes labores te excipere video,timeo vt sustineas.Id est ne non sustineas.

¶Timeri,Passiuum.Martialis lib.11.19,

Fines nunc populatur,& colono
Tanquam sus Calidonius timetur.

Bello timeri.Silius lib.15.128, -quicunque timeri
Dux bello poterat,fratri iacet.

Timetur argentum.Martialis lib.5.98,

Inserta phialæ Mentoris manu ducta
Lacerta viuit,& timetur argentum.

Timens,Participium.Ouid.14.Metam.43, -mortémque timens, cupidúsque moriri.

Timens, Nomen ex participio. vt Mortis timēs.Lucret.lib.2.249.

Timendus,Aliud particip.vt Armis timendus.Stat.4. Sylu.3.17.

Dente timendus aper.Ouid. epist.4.11.

Vox timenda.Horat.epod 6.2.

Dentes timendi.Horat.3.Carm.ode 10.2.

Timidus,pen.corr.Adiectiuū,Qui semper timet. Plaut.Epid.11.7, Quis illæ est mulier timido pectore peregrè aduenies,quæ ipsa Se miseratur? Cic.5.de Finibus,53, Non refugiat timido sanguen,atque exalbescat metu?Ex poeta. Idem pro Marcello,11, Si in alterutro peccādum sit,malim videri nimis timidus,quàm parum prudens. Horatius 3. Carm.ode 19.2,Codrus pro patria non timidus mori.

Timidum atque ignauum iudicari.Cic.Bruto,lib.11.18.2.

Timidus ac tremens,Cic.in Pisonem,58.

Vt imbelles timidíque videamur.Cic.1.Offic.116.

Nimium me timidum, nullius animi, nullius consilii fuisse confiteor.Cic.pro Sestio,19.

Timidus ad mortem.Cic. de Finibus,103, Ita non timidus ad mortem,vt in acie sit ob Rempub.interfectus.

Timidus in.Cic.1.de Lege agraria,17,Liberi à delictis,cauti in periculis,non timidi in contentionibus.

In labore militari timidus.Cic.Trebatio,lib.7.17.2.

Deorum timidus. Ouid.5.Metam.20, Emathion æqui cultor, timidúsque deorum.

Timidior,comparat.Cæsar 8.bel.Gal.51,Quorum periculo sic omnes copiæ sunt perturbatæ, vt vix iudicari posset vtrum secundis minimísque rebus insolentiores, an aduersis mediocribus timidiores essent.

Timidiores paulo.Cic.1.de Finib.105.

¶Animus timidus.Cic.3.Offic.158,Quæ timido animo,humili,demisso,fractóque fiant. Ouid.13.Metam.8.

Conciones timidissimæ.Cic.Attico,lib.7.139.2.

Homo timidus atque imperitus.Cic.pro Cecinna,13.

Ocellis timidis vestem prætendere.Ouid.3.Amor.eleg.5.16.

Passus timidi.Virgil.6.Æneid.53,Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.

Pectus timidum.Ouid.11.Metam.90.

Pede timido fugere.Ouid.4.Metam.20.

Pudor timidus.Ouid.1.Amor.eleg.5.2.

Turba timidissima columbæ.Ouid.1.de Arte,24.

Timide,pen.cor.Aduerbiū, Verecundè,minus audacter.Cic.5.de Finibus,11,Tum ille timidè,vel potius verecundè,Facio,inquit, equidem. Idem 2.Tuscul.94,Sed hoc quidem in dolore maximè est prouidendū,nequid abiectè,nequid timidè,nequid ignauè,nequid seruiliter,muliebritérve faciamus. Idem 5.Verr.153, Non reperietis hominem timidè,nec leuiter hæc improbissima lucra ligurientem. Cæsar 5.bel.Gal.123,Hæc tamen timidè, atque vt eum omnia deficere viderentur.

Timidè & Fidenter,contraria.Cicero 2.de Diuina.101,Timidè fortasse signifer euellebat quod fidenter infixerat.

Credens timidé.Ouid. epist.6.3.

Timidè ac pedetentim ad aliquid agendum descendere. Cic. pro Quintio,19.

Timidè hoc dicam.Cic.11.Philip.336. Ouid.9.Metam.44, -tremit ille,pauétq; Pallidus,& timidè verba excusantia dicit.

Dicere modicè & timidè.Cic.pro Sylla,59.

Promittere timidè.Ouid.1.de Arte,117,Nec timidè promitte, trahunt promissa puellas.

Nemo minus timidus.Cic.11.Philip.336.

Timiditas,pen.cor.timiditātis,Ipse timēdi actus.Cic.1.de Fini.76, Quib° rebus intelligitur nec timiditatē ignauiámq; vituperari, nec fortitudinem patientiámque laudari suo nomine. Ibidē, lib.4.86,Ex rebus enim timiditas,non ex vocabulis nascatur.

Timiditas & ignauia.Cic.5.Tusc.15,Quæ qui recipit, recipiat necesse est timiditatem & ignauiam.

Cautio mea & timiditas in causis.Cic.1.Orat.166.

Ingenua timiditas.Cic.1.de Oratore,6.

Cur ei bello propter timiditatē defuisti?Cic.2.Philipp.79.

Verecundiam timiditas imitatur.Cic.in Partit.43.

Timor,timóris.Cic.4.Tusc.30,Timor,met° mali appropinquātis.

Loca plena timoris.Ouid.10.Metam.6.

Maximus timorum metus lethi.Lucan.lib.1.91.

Timor meus de.Brutus ad Ciceronem,4.7,Quod vtinam inspectare possis timorem de illo meum. Idem 3.Verr.15, Hæc me Iudices pluribus verbis vobiscum agere coegit, non timor meus de vestra fide,sed spes illorum noua.

Cæcus timor,Vide Cæcus.

Cassus timor.Stat.6.Thebaid.31.

Dubii timores.Stat.5.Thebaid.64.

Durus timor.Propertius lib.2.eleg.18.1,Hic timor est ipsis durior exequiis.

Ingens timor omnibus.Stat.11.Thebaid.35.

Militaris timor,Vide Militaris in Miles.

Mœstus timor,Vide Mœstus in Mœreo.

Solliciti timoris res plena amor.Ouid.epist.1.3.

Suspensus timor,Dubius.Ouidius epist.15.17,

Dulce Venus risit.nec te Pari munera tangant,
Vtraque suspensi plena timoris,ait.

¶Abiicere timorem,Vide Abiicio.

Afficere timore.Brutus Antonio lib.11.2.6,Maximo timore de nobis afficiuntur amici nostri.

Cohibet timor.Cæsar 8.bel.Gall.84,Imperata faciunt, excepto Commio,quem timor cohibebat cuiusquam fidei suam cōmittere salutem.

Colligere se ex timore,Vide Colligo.

Conferre timorem,Vide Confero.

Deponere timorem.Ouid.epist.17.11.

Erasus timor ex animo.Senec.Thyeste,6.6.

Facere timorem. Plancus Ciceroni lib.10.18.3, Non vllā rem aliā extimescēs, quàm eandem,quæ mihi quoque facit timorē.

Ferre timorē.Catul.Argon.59-30,Quantos illa tulit languenti corde timores.

Pauido timore horruerant membra.Ouid.7.Metam.118.

Impendet belli timor,Vide Impendeo.

Incessit eos timor ne,Vide Incesso.

Induratus timor,Vide Induro.

Inijcere timorem.Cic.1.de Lege agra.14,Spem improbis ostēdistis,timorem bonis iniecistis. Idem ad Atticū,lib.5.108.5,Nostris animus accessit,hostibus timor iniectus.

Lacessit pectus meum timor.Sene.Herc.Œteo,4.33.

Lenire timorem.Virg.1.Æneid.91.

Mederi timori alicuius.Ouid.9.Metam.156.

Minuere timorem alicui,Vide Minuo.

Mittere timorem,Vide Mitto.

Mussabat tacito medicina timore.Lucret.lib.6.237.Id est non audebant medici adhibere manus ægrotātibus, vel quia morbi causam & remedium ignorabant, vel quia timebant contagia.

Omittere timorem.Cic.in Somnio Scipionis,5, Ades,inquit, animo,& omitte timorem.

Pellere timores,Vide Pello.

Perculsus timore.Cic.ad Brutum,3.1,Ciuitas perculsa magno timore.

Perterritus timore. Cic.1.de Diuinat.103,Quum tu equo aduectus ad quādam magni fluminis ripam, prouectus subitò atque delapsus in flumen nusquam apparuisses,me contremuisse timore perterritum.

Ponere timorem.Ouid.6.Fast.31.

Timore magno esse.Cic.Attico,lib.5.101.2,Spero meos omnes seruire laudi meæ,tamé magno timore sum,sed bene paramus.

Magno timori esse populis. Lucanus lib. 3. 17,
-gaudet tamen esse timori
Tam magno populis, & se nec mallet amari.
Trahere timorem. Ouidius 13. Metam. 17,
Hector adest, secúmque deos in prælia ducit:
Quáque ruit, non tu tantùm terreris Vlysse,
Sed fortes etiam: tantum trahit ille timorit.
Anxius timor vrget sollicitum. Virgil. 9. Æneid. 18.
¶ Achilles Phrygũ timor, & Græcorũ decº, Vide ACHILLES.

TIMOCLES, pen. cor. Comicus Athenienſis fabulas ſcripſit, quarum nonnullas commemorat Athenæus.

TIMOCLIA, Mulier Thebana ſtuprum à quodã Barbaro Thracum principe per vim paſſa, iniuriam hoc modo vlta eſt. Odio enim diſſimulato dixit ſtupratori ſe ſcire locum vbi plurimum eſſet auri. perductúſque eſt ab ea ad altiſſimum puteũ, qui fuit in remotiore domus parte. Quò quũ Thrax veniſſet, & iam pronus immineret puteo, à Timoclia (quæ à tergo ſtabat) deiectus eſt in præceps, & ſaxis obrutus. Author Sabellicus in exemplis.

TIMOLAVS, pen. prod. Lariſſæus, è Lariſſa Macedoniæ, diſcipulus Anaximenis Lampſaceni, ſcripſit poema de bello Troiano, Homeri ſingulis verſibus ſingulos addens atque ſubdens. Author Suidas.

TIMOLEON, pen. corr. Corinthius dux inclytus, viribus fortiſſimus, vitáque abſtinentiſſimus, miſſus cum triremibus ad liberandas Dionyſii tyrannide Syracuſas, quem Dion Syracuſanus implorato Corinthiorum auxilio expellere conabatur, quinquageſimo poſtquam Syracuſas appuliſſet die, vrbe potitur, ac Dionyſius clàm ſeſe atque arcem Timoleonti ipſi dedidit, ab eóque cum paucis in exilium Corinthũ miſſus eſt: ille verò arcẽ ſolo æquauit, Syracuſanis libertatẽ reſtituit. Deinde contra Leontinos pergens, eorũ tyrannum in bello captum interfecit. In ſumma, æqualis fuit Timotheo, Ageſilao, Pelopidæ, Epaminondæ. Hæc ex Plutarcho qui eum è Latinis comparat Paulo Æmylio.

TIMOLVS, pen. prod. Vide TMOLVS.

TIMOMACHVS, pe. cor. Byzãtius pictor nobilis: Cæſaris dictatoris ætate fecit Medeã & Aiacẽ, quos ipſe Cæſar LXXX talentis emit, in templóq; Veneris dicauit. Author Plinius lib. 35. cap. 11.

TIMON Athenienſis, temporibus fuit Peloponneſiaci belli, vt ex Ariſtophanis & Platonis poematibus perſpicere licet: deſcribitur ab illis vt inhumanus, ac vitans hominum congreſſus, præterquam vnius Alcibiadis adoleſcentis. Interrogatus quæ cum illo cauſa eſſet amicitiæ, Quòd ſciam (inquit) illum quandoque multorum malorum Athenienſibus cauſam futurum. Quum ſemel in Cócionem aſcendiſſet, facto ſilẽtio mirantibus omnibus inquit, Eſt mihi ô viri Athenienſes pone domũ paruus hortus, vbi ficus coaluit quædam, in qua permulti noſtri ciues ſe ſuſpenderunt. In eodem nunc ego loco ædificare volo. Quamobrem viſum eſt mihi vos publicè admonere, ſiquis fortè ſit qui ſe prius velit ſuſpendere, antequam arbor excidatur. His igitur de cauſis ab Athenienſibus μισάνθρωπος eſt appellatus, quaſi genus hominum infenſum habuerit. Sed & mortuo mirum contigit, vt ſepulchrum eius quod erat in litore, mare quaſi peroſum, exundatione ab ſe abſterruerit, longéque expulerit. In eius ſepulchro hoc erat epitaphium, quod ipſe ſibi fecit,
Hic ſum poſt vitam miſerámque inopémque ſepultus,
Nomen ne quæras: dii, lector, te malè perdant. Cic. de Amicitia, 73, Quinetiam ſiquis aſperitate ea eſt & immanitate naturæ, congreſſus vt hominum fugiat atque oderit, qualem fuiſſe Athenis Timonem neſcio quem accepimus. Idem 4. Tuſcul. 40, Similitérque definitur & mulierum odium, vt Hippolyti: & vt Timonis, generis humani.

Timon alter Appolloniates, ſeu Nicenus, vir & philoſophiæ & eloquentiæ ſtudiis præditus, Ptolemæo Philadelpho in primis acceptus, ſcripſit Tragœdias, Comœdias, Satyras, & alia, quorum Antigonus Cariſtius meminit, qui vitam eius conſcripſit. Author vtriuſque Suidas.

Timor, Vide **Timeo**.

TIMOTHEVS, pen. corr. Athenienſis dux potentiſſimus ac diues, muros Athenis ædificauit. Huius imaginem pictores aſſentationis gratia fecerunt, iuxtáque Fortunam retibus ciuitates ei incluſas deferentem, illum autem ipſas expugnantem: quamobrem indignatum eum ferũt pictori fuiſſe, quòd fœlicitati potius, eius res geſtas, quàm virtuti videretur adſcribere. Haud multo poſt hoc factũ Fortuna quaſi ægrè ferente rebus excidit. Author Suidas. Huius vt docti hominis meminit Cicero lib. 1. Offi. 163, Quod idem fecit (inquit) Timotheus, Cononis filius, qui quũ belli laude non inferior fuiſſet quàm pater, ad eam laudem, doctrinæ & ingenii gloriam adiecit. Hactenus Cicero. Timotheus item Athenienſis comicus mediæ comœdiæ, cuius fabulas nonnullas commemorat Athenæus. Timotheus Mileſius, muſicus, qui decimam & vndecimam chordam lyræ addidit, & antiquam muſicam in molliorem modum mutauit. Emicuit tempore Philippi Macedonis, cuius filius Alexander ſono excitabatur, & ad res bellicas alacrius inſtruebatur. Deceſſit anno ætatis LIII. Scripſit de muſica libros XVII, Encomia, Dithyrambos. Hæc Suidas. Cic. 1. de Legibus, 64, Siquidem illa ſeuera Lacedæmon neruos iuſſit, quòd plures quàm ſeptem haberet, in Timothei fidibus inde *. Quintil lib. 1. cap. 3. 1, Propter quod Timotheum clarum in arte tibiarũ ferunt duplices ab iis, quos alius inſtituiſſet, ſolitum exigere mercedes, quàm ſi rudes traderentur. Timotheus ſculptor nobiliſſimus: cuius in tẽplo Apollinis Romæ multa fuerunt monumẽta: vnus ex his qui Mauſoleum cælauere, vt ſcribit Plinius libro 34. cap. 8.

Timotheus Gazeus, Grãmaticus tempore Anaſtaſii principis, qui ſcripſit verſibus: cuius opera nonnulla cõmemorat Suidas.

Timotheus, his omnibus præſtantior, Pauli apoſtoli epiſtolis, tum martyrio clarus, præſul Epheſinus, patria Lycaonius, viduæ mulieris filius.

Tim, antiqui pro Eum dixerunt.

TINA, apud Ptolemæum libro 2. cap. 3, Britanniæ fluuius: vulgò Tine.

TINCA Placentinus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 8, Nam duos in vno nomine faciebat barbariſmos Tinca Placentinus (ſi reprehendenti Hortenſio credimus) preculam pro pergulam dicens: & immutatione, quum e pro o vteretur, & tranſmutatione, quum A præponeret E antecedenti.

¶ Tinca, Piſcis fluuiatilis vulgo notus. Auſonius in Moſella,
Quis non & virides vulgi ſolatia tincas
Norit? & Alburnos prædam puerilibus hamis?

Tinea, tineæ, Vermiculus eſt qui ex puluere ac ſitu aut putredine interdum naſcens, veſtes aut libros abrodit. Horat. 1. Epiſt. 11. 3, ad librum ſuum,
-aut tineas paſces taciturnus inertes,
Aut fugies Vticam, aut vinctus mitteris Herdam. Idem 2. Sermonum, ſatyra 3. 14,
-cui ſtragula veſtis,
Blattarum, ac tinearum epulæ, putreſcat in arca. Plinius lib. 11. cap. 35. 1, Idem pulais in lanis & veſte tineas creat, præcipuè ſi araneus vnà includatur: ſitit enim, & omnem humorem abſorbens, ariditatem ampliat. Hoc & in chartis naſcitur. Martialis lib. 2. 46, Non metuas mortem Nenole, ſed tineas.

¶ Tineæ, ventris animalia ſunt: qui Gellio lumbrici appellantur. Plin. lib. 11. ca. 33. 2, Sicut intra hominem tineæ tricenûm pedũ, aliquando & pluriũ longitudine. Vetus codex habet tæniæ.

¶ Tineæ, Vermes in aluearibus, apibus noxii. Columel. lib. 9. cap. 14. 1, Præterea vt tineæ ſi apparuerint, euertantur, papiliónéſque enecentur, qui plerunque inter aluos morantes, apibus exitio ſunt. Nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo vermes progenerant, quos aluorum tineas appellamus.

Durũ tineæ genus. Virg. 4. Georg. 50.

Tinctûſus, pen. prod. Adiect. Plenum tinctis. Colum. lib. 9. cap. 14. 17.

TINGI, inquit Pomponius Mela libro 1, & Plinius libro 5. cap. 1, Mauritaniæ peruetus oppidum, ab Antæo (vt ferunt) cõditum. poſtea à Claudio Cæſare, quum coloniam faceret, appellatum traducta Iulia.

Tingo, vel tinguo, tingis, tinxi, tinctum, tingere, Inficere, madefacere, immergere. Mart. lib. 5. 89, Mentiris iuuenem tinctis Lentine capillis. Hoc eſt, vnctis & coloratis. Virg. 1. Æneid. 150, Quid tantum Oceano properent ſe tingere ſoles. Plinius lib 35. cap. 6. 14, E reliquis coloribus quos à dominis dari diximus propter magnitudinem pretii, ante omnes eſt purpuriſſum è creta argentaria: cum purpuris pariter tinguitur.

Comæ tingendæ in amne. Properti. lib. 4. eleg. 4. 5.

Corpus tingere ſparſa aqua. Ouid. 4. Faſt. 558.

Cultros tinxit ſanguine. Ouid. 7. Metamorph. 112. Virgil. 3. Georg. 98.

Ferrum tingere ſanguine. Ouid. 2. Triſt. 77.

Tingit cutem Carinus, & tamen pallet. Mart. lib. 1. 73.

Tingi nardo. Martial. lib. 2. 58.

Tingere conchylio. Cicero 6. Verr. 51, Per triennium iſti plena domo telarum, ſtragulam veſtem confecit: nihil non in conchylio tinctum.

Poculis tinguere aliquem, Irrigare mero. Horat. 4. Carm. ode 12. 5,
-non ego te meis
Immunem meditor tinguere poculis,
Plena diues vt in domo.

Tingens, tingentis, Participium. Plin. lib. 9. cap. 38. 1, Sed id tingentium officinæ ignorant, quum ſumma veretur in eo.

Tinctus, Aliud participium: vt Spicula tincta venenis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 7.

Lana tincta murice. Ouid. 1. de Arte, 50.

Pallor tinctus viola. Horat. Carm. 3. ode 10. 3.

Murice tincta vestis.Martialis lib.5.24.

Tunica sanguine tincta.Cic.3.de Natura deorum.98, Nec enim Herculi nocere Deianira voluit, quum ei tunicam sanguine Centauri tinctam dedit.

Sensu tincta verba. Quintil.lib.4. cap.2.82, In verbis summa diligentia, quæ in locis impetu feruntur, & circuniectæ orationis copia latent: hîc expressa,& (vt vult Zeno) sensu tincta esse debebunt.

Tincti æruginе versus.Martialis lib.10.33.

Tinctus elegantia patris puer: hoc est,ornatus, imbutus. Cic. de Claris Orato.111,Auditus est nobis Lælius Caii filius sæpe sermo: ergo illam patris elegantiã tinctam vidimus.

Tinctûrus,pen.prod. Participium. vt Sanguine tincturus cultros, Ouid.1.Fast.65.

Tinctus,huius tinctus,Idem quod tinctura.Plin.lib.10.cap.48.2,Et alia eodem nomine croceo tinctu.

Tinctûra,tinctúræ,pen.prod.Infectio.Plin.lib.37.cap.9.2,Adulteratur maximè tinctura,idque in gloria regis Ægyptii scribitur, qui primus eam tinxit. Idem lib.31.cap.10.5.

Tinctilis,pen.cor.Adiectiuum,Quo aliquid tingitur.Ouid.3.Trist. eleg.10.13,Nam volueri ferro tinctile virus inest.

Tinda,apud antiquos vasa vinaria fuere,vt ait Festus.

Tinnio,tinnis,tinniui,tinnitũ,tinnire,pen.prod.Fictitiũ à sono vocabulũ,Propriè de metallis resonantibus dicitur,quũ ex eorũ pulsatione sonus efficitur.Tinnit enim aurum,argentũ,æs,ferrũ,stannum, orichalcũ, & huiusmodi. Varro 3.de Re rust.cap. 16.24,Quũ à meilario id feciſſe sunt animaduersæ, iaciundo in eas puluerẽ,& circùm tinniendo ære.Tinnire quoq; dicitur auris,quũ inclusi subtiles & leues vapores interdũ per membranã illã quæ in auribus est,emergunt,& sonũ illum fictitium edunt. Cic.Attico,lib.14.319.5,Expecto Octauij concionem, & siquid aliud.maximè autem eequid Dolabella tinniat.

Aures tinniunt sonitu suopte.Catul.ad Lesbiam,48.3.

Tinnitus,huius tinnitus,pe.prod.Ipse tinniendi actus.Plin.lib.11. cap.10.1, Apes gaudent plausu atque tinnitu æris. Idem lib.18. cap.2.13,Tinnitu aurium præsentire.

Acutus tinnitus,Vide Acutus.

Æris tinnitibus sonat Rhodope.Ouid.6.Metam.118.

Arguta canis tinnitibus æra.Silius lib.17.4.

Tenues tinnitus.Catul.Argonaut.59.53, Aut tereti tenues tinnitus ære ciebant.

Ciere tinnitus.Virgil.4.Georg.13.

Tinnimentum,tinnimenti,Idem quod tinnitus.Plautus Rud. 19. 15,Illud quidem ædepol tinnimentum est auribus.

Tinnulus,pen.corr.Adiect. Quod est acutũ: vt Vox tinnula,& sonus tinnulus, qui redditur ex æneis vasis quum pulsantur. Ouidius,Tinnulúque æra sonant,& olent mirrhaque crocique.

Tumidus,& corruptus,& tinnulus.Quintil.lib.2.cap.3.7,Nam & tumidos,& corruptos,& tinnulos, & quocunque alio cacozeliæ genere peccantes, certum habeo non virium,sed infirmitatis vitio laborare.

Chordæ tinnulæ.Seneca Troade,9.4.

Vox tinnula.Catullus Epithal.Iuliæ,56.3,Nuptialia concinens Voce carmina tinnula.

Tintinio,tintinis,tintinire, & Tintino,tintinas,tintinare. Afranius in Consobrinis, Ianitoris impedimenta tintinire audio. Neuius, Tantum ibi molæ crepitum faciebant,tintinabant compedes. Festus.

Tintino,tintinas,tintinâre,pro Resonare,apud Catullum in Carmine Sapphico,ad Lesbiam,48.3, -sonitu suopte
Tintinant aures. Legitur & Tinniunt.

Tintinnábulum,tintinnábuli,pen.corr.Instrumentũ æneum:quo populus lauãdi hora in thermis vocari solebat.Iuuen.Saty.6.43, Tot pariter pelues,& tintinnabula dicas
Pulsari:iam nemo tubas atque æra fatiget. Plaut.Pseud.5.58, Lanios inde accersam duo cum tintinnabulis. Idem Trinum. 13.159, -nunquam ædepol
Temere,tintinnabulum,nisi qui illud tractat aut mouet. Plin. lib.36.ca.13.8,Vt in summo orbis æneus, & petasus vnus omnibus sit impositus, ex quo pendeant excepta catenis tintinnabula,quæ vẽto agitata,longe sonitus referant,vt Dodonæ olim fatũ. Apud Martialem,lib.14.168,tintinnabulum sic loquitur,
Redde pilam,sonat æs thermarum,ludere pergis?
Virgine vis sola lotus abire domum.

Tintinnáculus,tintinnáculi,pen.corr.Qui tinnimentũ facit.Plautus Trucul.17.7, -nisi ad tintinnaculos
Vultis vos educi viros.Id est lorarios, qui cædendo virgis sonum faciunt.

Tinunculus.pen.corr.Genus accipitris.Columella lib.8.cap.8. 6,Genus accipitris tinũculum vocant rustici,qui ferè in ædificiis nidos facit.

TIPASA,Ptolemæo libro 4.cap.2, vrbs Mauritaniæ Cæsariensis: hodie *Teresse*.

TIPHERNVM, Ciuitas Vmbriæ, quæ nunc *ciuitas Castelli* dicitur,nobilis alumno Gregorio,Græcis Latinisque literis apprimè docto:sicuti eius opera eloquenter elucubrata manifestant.

TIPHYS,Viri proprium in nauibus fabricandis arte singulari,& qui Argonautarũ gubernator fuerit,authore Virgilio Eclo.4.7, Alter erit tum Tiphys,& altera quæ vehat Argo
Delectos heroas, &c. Seneca in Medea, Tiphys in primis domitor profundi. Ouidius epist.6.10, Quid tibi cum patria nauita Tiphy meat

Tipula,tipulæ,pen.corr. Vermis siue araneoli species, sex pedes habens,sed tantæ leuitatis vt super aquam currens,non desidat, authore Festo.Plaut.Persa,6.63,
Noui,omnes sunt lenæ,leui fide: neque leuius tipulæ
Pondus est,quàm fides lenonia.

TIRESIAS, Vates Thebanus, Peneto patre genitus, & mutatus quondam,vt poetæ tradunt,in fœminam:& post septem annos in virilem formam rediit.Eius anima ponitur Vlyssi veniẽs obuiam, multáque ei prædicens apud Homerum lib.11. Odyssex. Hic (vt Cicero 5.Tuscul. meminit) cæcatus fuit ira Iunonis,cui scire futura Iupiter dedit, criménque leuauit honore. Vide fabulam apud Ouidium 3.Meta.55. Scribit Strabo lib.9, Tiresiæ monumentum fuisse in Tilphosio monte Bœotiæ, iuxta fontem Tilphosam, vbi profugus diem suum obiit. Ibi Thebani ciues sepulto diuinos honores tribuêre.Iuue.Sat.13.16,quũ cæcũ dicere vellet, dixit Tiresiam illo versu, Nec surdum, nec Tiresiam quenquam esse deorum. Hic habuit filiam nomine Manto, quæ oppidum in Italia condidit, quod postea ab Œno eius ex Tiberino Thuscorum rege filio, Mantua, à matris nomine nuncupatum est. Id tamen Græci negant.

Vates Tiresias.Propertius lib.4.eleg.10.12.

TIRISCVM (inquit Ptolemæus lib.3.cap.1.)quod iam Taros dicitur,Daciæ vrbs: hodie *Grossebaun*.

TIRYNS,Tirynthis,mas.ge.Fluuius est in Argo.

TIRYNS,fœ.g.Nomen est patriæ Herculis in Peloponneso, quæ proxima Argo,à Plinio Tirynthia vocatur.Vide TYRINTHIA.

Tis,Genitiuus est antiquus à Tu pronomine. Plaut.Mili.14.41, Tis egeat,quia te careat,ob eam rem huc ad me missa est.

TISARANTVS,Fluuius est Scythiæ,& secundus post Ordessum, vt scribit Herodotus lib.4.

TISIAS,Stesichorus poeta antè dictus est,sed à chorea id nominis sortitus est.

TISIPHONE,pen.corr.vltricem cædis significat. Est enim vna ex Furiis, à cædibus plectẽdis dicta:*tiris* vltio vel pœna: *pónos* vel *φονὴ*,cædes,aut mors,cui curæ sit mortis vltio. Hora.1.Serm.saty. 8.7, -seruilibus vsque
Iam peritura modis,Hecaten vocat altera,fænam
Altera Tisiphonen. Tibull.lib.1.eleg.3.14, Tisiphonéque impexa feros pro crinibus angues.

Crinita hydris Tisiphone.Claud.1.de raptu Proser.8.

Pallida Tisiphone.Virg.3.Georg.111.

Sæua Tisiphone. Horat.1.Serm.saty.8.7. Valer.6.Argon.81.

Vltrix Tisiphone.Virg.6.Æneid.115. Stat.8.Thebaid.148.

TISODIS, fluuius Britanniæ, teste Ptolemæo lib.2. cap.3, vulgò *Conway*.

TISSA,Ptolemæo lib.3.cap.4,Siciliæ vrbs:hodie *Tisse*.

TITAN,vel Titânus,pen.prod. Cæli & Terræ filius multitudinis etiam numero Titânes dicuntur.Virg.6.Æneid.117,
Hîc genus antiquum terræ,Titania pubes,
Fulmine deiecti fundo voluuntur in imo. Terra (inquit Seruius) primum Titanas contra Saturnũ genuit:Gigantes postea contra Iouem. Et ferunt fabulæ Titanas ab Ioue contra deos terra,ad eius vltionem creatos.Vnde & Titanes dicti sũt *ἀπὸ τῆς τίσεως*,id est ab vltione.Hactenus Seruius.

Monstrifer Titan.Senec.Here.Œteo,9.17.

Impii Titanes.Horat.3.Carm.ode 4.9.

Validi Titanes.Ouid.3.Fast.160,
Concitat iratus validos Titanas in arma.

Dii cum Titanis,vt cum Gigantibus,bella gesserunt.Cicero 1. de Natura deorum,101.

Plato Titanum è genere statuit eos,qui vt illi cælestibus,sic hi aduersentur Magistratibus.Cic.3.de Legibus,7.

Tradunt Titanas sex fratres fuisse,& quinque sorores,à Titea matre dictos,vt author est Diodorus.Iis quibus vnus fuit Iapetus pater Promethei.Hyperiónque ex Titanum numero est,qui Solis ac Lunæ,stellarúmque motus obseruasse atque demonstrasse primus fertur. Ideo Solis parens & astrorum fertur. Hinc Sol Titan,Luna Titanis, Diana Titania à poetis dicuntur. Cic.in

Arato,7,Quem quum perpetuo veſtiuit lumine Titan. Ouid. 3.Metam.35, Dúmq; ibi perluitur ſolita Titania lympha.
Ardens Titan laxauit feruidum dié.Sene.Hercule Œteo,6.4.
Calidus Titan.Lucanus lib.4.11.
Feruidus Titan.Seneca Hercule furente,11.1.
Flammiger Titan.Lucanus lib.1.83.
Luſtificus Titan.Lucanus lib.7.1.

Titanius,Adiectiuum.vt Aſtra Titania.Virgil.6.Æneid.145.
Bella Titania.Silius lib.11.145.

Titaniacus,pen.corr.Aliud adiect.Ouid.7.Meta.80, Hinc Titaniacis ablata draconibus,intrat Palladias arces.

TITANVS, Plinio lib.5.cap.30, Huuius eſt Æolidis, & ciuitas ab eo cognominata.

TITARESIVS, Homero lib.Iliad.2, Fluuius è Styge ortum habens: qui in Peneum influens,illius aquis non confunditur,ſed inſtar olei innatans excurrit.

TITHONVS,pe.prod.(inquit Seruius) frater Laomedontis fuit, quem præ cæteris Aurora dilexit, & rapuit:ex qua Memnonem filium genuit,ſed tandem poſt longiſſimam optatámque vitã, audita Memnonis filii morte, in cicadam à poetis verſus eſſe dicitur. Ex Seruio enarrante apud Virgilium libro quarto Æneidos,117,hunc locum,
Et iam prima nouo ſpargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile. Eſt item Laomedontis filius(teſte Diodoro libro 5.)qui in Aſia Orientem verſus vſq; in Æthiopiam militans dicitur genuiſſe ex Ida filium,nomine Memnona: qui quum Troianis opem tuliſſet, poſtea ab Achille eſt interfectus. Hæc Mancinellus ex Diodoro, declarans hunc locum Horatii 1.Carm.ode 28.1.
Occidit & Pelopis genitor conuiua deorum,
Tithonúſque remotus in auras.

Tithonius,Adiectiuũ.vt Coniux Tithonia,Aurora.Ouid.3.Faſt.81.
Alma Tithonia.Valerius 1.Argonaut.63.
Senectus Tithonia.Statius 4.Sylu.3.31.

Tithymalus,tithymali,pen.corr.maſc.g.Genus fruticis,quæ à noſtris lactuca marina dicitur.Columella lib.9,Tithymalus maiorum quoque animalium ventrem ſoluit. Idem paulo ſuprà, Maximúſq; vel minimus annuus earum labor eſt initio veris, quo tithymali floret frutex. Plin.lib.26.cap.3.18,Tithymalum noſtri herbam lactariam vocant, alii lactucam caprinam: narrántque lacte eius inſcripto corpore,quum inaruerit,ſi cinis inſpergatur,apparere literas,& ita quidam adulteras alloqui maluere,quàm codicillis.

Tithymali genera ſeptem numero refert Dioſcorides, his verbis,lib.4.cap.159,Tithymali numero genera ſeptẽ, Primus mas eſt,characiáſq; quaſi vallaris dicitur. Idem ab aliquibus ob comam quam in ſummo caule iũci modo gerit,cometes:vel à foliorum figura quæ amygdalæ ſimilia habet,amygdaloides:vel à longitudine eorum qua gobium piſcem referunt,gobios etiam nominatus eſt. Secundus fœmina, aut à myrti foliorum figura myrtites quaſi myrtaceus vocatur.Idem à nucibus quibus ſimilem fructum fert, caryites aut myrſinites etiam dictus eſt. Tertius paralius,id eſt maritimus,quem quidam diminutiua forma & genere fœminino tithymalida itidem quaſi lactariolam herbam vocauerunt.Quartus helioſcopos,id eſt ſoliſequus. Quintus à cupreſſi ſimilitudine, cypariſſas. Sextus à ramorum copia, & quòd ferè arboreſcit,dendrodes. Septimus à latitudine foliorum platyphyllos,id eſt latifolius.Eius quæ vallaris lactaria herba appellatur, caules cubito longiores ſunt, rubentes,æri & lacteo liquore pleni.Folia circa virgas habet oleaginis ſimilia,lõgiora tamen & anguſtiora. Radicem craſſam lignoſámq;,& in ſummis caulibus comam qualis in iuncorum virgis pendet,ſub ipſiſque cana peluibus ſimilia,in quibus ſemen.Naſcitur aſperis & montanis locis.Quæ autẽ fœmina lactaria herba dicitur,quã quidam myrſinitẽ aut caryitem dixerunt,laureolæ quam daphnides dicunt,guſtu ſimilis eſt,colore albicante.Folia habet myrto ſimilia,maiora tamen & ſolida,in ſummo acuminata & ſpinoſa.Viticulas à radice mittit dodrantales,annuum fructum inuicem alternantes,iuglandi nuci ſimilem,leniter linguam erodentẽ. Naſcitur & hæc aſperis locis.Quæ deinde paralios,id eſt maritima dicitur lactaria herba,quã aliqui tithymalida vel papauer vocarunt,maritimis naſcitur locis. In reliquis generibus conſule ipſum Dioſcoridem & Plinium,ſingula diffuſius pertractantes. Porrò primum genus, characiam nempe, Gallis nunc (Ruellio teſtante) magna ex parte *expurgia* nominatur, ruſticis *euigilium matutinum*, aut quia reporget, aut anteluceano moliens deiectionem expergiſcere ſumẽtem cogat.Paralios autem,quartum genus, à Theophraſto coccos appellatur, peculiariter vulgus *euigilium matutinum* appellat.

TITIA curia,& Titienſis tribus,dicta eſt à Tito Tatio. Feſtus.

Titier,pro Titienſes poſuit. Propertius lib.4.eleg.1.7,
Hinc Titiens,Rhamneſque viri,Luceréſque coloni:
Quattuor hinc albos Romulus egit equos.

Titia lex.Tacit lib.11,Conſurgunt patres,legémque Titiã flagitant,qua cauetur antiquitus, nequis ob cauſam orandam,pecuniam, donúmve accipiat. Hac lege tenebantur aduocati,qui mercenariam clientibus operam præſtabant. Inuehitur Auſonius in mollitiem Iuriſconſulti,eúmque deridet, quòd legẽ Titiam non metueret: quòd enim indoctus erat,nihil lucrabatur. Alciatus in Annotationibus in Tacitum.

TITIANVS,pen.prod.Titiani filius, Orator Græcus, præceptor Maximini principis,ſcripſit libros prouinciarum pulcherrimos appellabatur Simia ſui temporis, quòd omnia propè imitaretur.Capitolinus.

TITII,Sacerdotes Apollinis: à titilt auibus,quas in auguriis certis obſeruare ſolebant, appellatis vt ait Varro. Hæc Sulpitius & Beroaldus in illud Lucani lib.1.110,
Et doctus volucres augur ſeruare ſiniſtras,
Septemuirque epulis feſtus,Titiique ſodales. Et ſalius,&c.

Titillo,titillas,titillare.Senſus commouere.Verbum translatum à titillatu alarum,vbi dulcedo ſcalpendi eſt.

Titillare,per tranſlationem pro Cõmouere,prouocare, & per blandimẽta ingerere accipitur.Cic.1.de Finib.61.Nam ſi ea ſola voluptas eſſet, quæ quaſi titillaret ſenſus,vt ita dicam, & ad eos cum ſuauitate afflueret,&c. Sic 3.Tuſcul.81,Titillari voluptate. Lucretius lib.2.87, -& quæ
Titillare magis ſenſus, quàm lædere poſſunt. Horat.1. Serm. ſaty.3.36,Præterea ne vos titillet gloria.

Aſſentator titillans.Cic.1. Offic.93,Hæc eſt grauium hominũ atque magnorum:illa, quaſi aſſentatorum populi multitudinis leuitatem voluptate quaſi titillantium.

Titillãtus,huius titillãtus,pen.prod. Ipſe titillandi actus. Plin.lib. 11.cap.37.66,In eadem præcipua hilaritatis ſedes, quod titillatu maxime intelligitur alarum quas ſubit.

Titillatio,titillationis,Idem.Cic.de Senect.43, At non eſt voluptatum tanta quaſi titillatio in ſenibus. Idem 1. de Nat. deorũ, 155,Voluptates quibus quaſi titillatio adhiberur ſenſibus.

Titio,titiõnis,m.g.Lignum adustum, quod ab igne extrahitur. Varro de Vita Populi Rom.lib.2,Contrà à nouo marito,quum item è foco in titionem ex fallaci arbore,& eam qualis,qua allata eſſet,&c. Celſus lib.3.cap.11,Fomentiſque protinus validioribus totum:corpus circundare conuenit,maximéque inuolutis teſtis,& extinctis titionibus.

Titiuilitium,titiuilitii,nullius ſignificationis eſt,vt apud Græcos baliri & ſyndapſeis.Plaut.Caſina,7.40,Non ego iſtud verbũ empſitem titiuilitio.Ita Feſtus.Nonius vero, Titiuilitiũ dici voluerunt fila putrida quæ è telis cadunt,vt Plautus Caſin.Non ego iſtud verbum empſitem titiuilitio.Id eſt re admodum vili.

TITIVS,faber celeberrimus.Vide TYCHIVS.

TITORNVS,bubulcus fortitudinis monſtroſæ fuit: cum Milone de robore certauit vicitque, quum pedem tauri vna manu, altera verò alterius tauri pedem per vim conantibus ipſis reſilire traheret.Author Ælianus.

Titubo, titubas,pen.corr.titubare, dicitur qui pedibus inſiſtere nequit, vt faciunt ebrii,aut infirmi,aut vulnerati, aut decrepiti ſenes,quibus infirmi pedes inconſtanter vacillant. Quintil. in Paſtu cadauerum,Sed iugulaſti vulneratum,titubantem ſtrauiſti,fumantẽ incendiſti.Hæc Valla lib.5. Ouid.3.Metam.111,Ille mero, ſomnóq; grauis titubare videtur. Idem,15.Metam.67, Haud aliter titubat,quàm ſi mera vina bibiſſet.

Erubuiſſe,expalluiſſe,titubaſſe.Author ad Heren,lib.1.39.

Titubare,ad animũ trãſfertur,quoties ab animo verba diſſentiũt:quod inconſtantiæ ſignũ eſſe dicitur.Plaut.Pſeud.11.75,
Nunc ibo ad forum,atque onerabo meis præceptis Simiam,
Quid agat,nequid titubet,doctè vt hanc ferat fallaciam. Idẽ Milite,11.70, -cogitate
Nequid vbi miles venerit, titubetur. Idem Menæch.4.31,Iam ſciam,ſiquid titubatũ eſt,vbi reliquias videro. Idẽ Pſeud.3.41, -ſalutem ab te expetit
Lachrumans animo titubanti,corde & pectore. Terẽt.Heaut. 2.3.110,Verùm illa nequid titubet. Cic.ad Atticum,lib.1.14.5, Videbis breui tempore magnos,non modò eos qui nihil tituburũt,ſed etiam illum ipſum,qui peccauit,Catonem. Idem pro Flacco.17,De ſubſelliis queror:vna ex domo prodeunt:ſi verbo titubarint,quo reuertantur non habebunt. Horat.1.epiſt.13.4, Caue ne titubet,mandatáque frangas.

Titubatum & offenſum.Cic.1.Verr.40, Si tantulũ offenſum, titubatúmque ſit,vt ea quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt,vno tempore vniuerſa perdamus.

Verſus debilitatur in quacunque ſit parte titubatum.Cicero 3.

de Oratore,106.

Titubans, pen. corr. Participium. vt Artus titubantes ſuſtinet ſerula.Ouid.4.Metam.6.

Lingua titubante loqui.Ouid.3.Triſt.eleg.1.5.

Furtim mente ac lingua titubante facere aliquid. Cicero pro Domo ſua,107.

Membra titubantia valido vino.Ouid.6.Faſt.136.

Titubâtus,pe.pro.Particip.ſine verbo,inquit Seruius.Virg.5.Æne. 67.Hic iuuenis iam victor ouans veſtigia preſſo
Haud tenuit titubata ſolo:ted pronus in ipſo
Concidit immundóque ſimo,ſacróque cruore.

Titubanter,Aduerbium,Inconſtanter.Cic.pro Cælio,10, Poſuiſtis enim,atque id tamen titubanter & ſtrictim,coniurationis hunc propter amicitiam Catilinæ participem fuiſſe.

Titubanter & incõſtanter loqui.Author ad Heren. lib.4.115.

Titubatio,Verbale,Ipſe titubãdi actus.Cic.1.de Inuẽt.149,Quo in genere euẽt⁹ quoq; videndus erit, hoc eſt quid ex vnaquaq; re ſoleat euenire,magnopere cõſyderãdũ eſt,vt met⁹,lætitia,titubatio.

Titubatio & offenſio.Author ad Heren.lib.1.44.Vt ne parua quidem titubatione aut offenſione impediremur.

Titubantia,titubantiæ,Idem.Sueton.in Vitellio,cap.6, Ac de hac quoque liberos vtriuſque ſexus tulit, ſed marem titubantia oris propè mutum & elinguem.

Titulus,tituli,pen corr.m.g.Quod alicui rei vt libro, operi,vel ſtatuæ ſuperſcribitur ad eius cognitionẽ.Vnde in ſtatuis,ſiue picturis titulũ dicimus literas quæ vel artificis,vel eius cuius ſtatua ſiue imago eſt,nomẽ demonſtrat: vel tẽpus quo factũ eſt opus, declarat. Plin.epiſt.149,Maximè tamẽ hic me titulus admonuit quàm eſſent mimica & inepta,quæ interdũ in hoc cæmũ,in has ſordes abiicerẽtur.De monumẽto Pallantis loquitur. Idẽ epiſt. 147.b, Deſerta inde, & damnata ſolitudine domus,torquẽque illi monſtru relicta:proſcribebatur tamen,ſeu quis emere, ſeu quis cõducere,ignarus tanti mali,vellet. Venit Athenas Philoſophus Athenodõrus, legit titulũ,&c. Sueton.in Domitiano,ca.5.Plurima & ampliſſima opera incẽdio conſumpta reſtituit,ſed omnia ſub titulo tantũ ſuo,ac ſine vlla priſtini authoris memoria. Ouid.2.de Arte,59,Vtilitas tua ſit,titulus donetur amicæ.

Titulus libri,Qui vel qualitatẽ operis,vel nomẽ authoris, vel numerũ librorũ oſtendit.Martialis lib.2 epig.vltimo,
Primus vbi eſt,inquis, quum ſit liber iſte ſecundus?
Quid faciam,ſi plus ille pudoris habet?
Tu tamen hunc fieri ſi mauis Regule primum,
Vnum de titulo tollere ſota potes. Ouid.1.de Reme.amor.1, Legerat huius amor titulum,nomẽque libelli. Plin.epiſt.101. 9.lib.5,Primum ego officium ſcriptoris exiſtimo,titulum ſuum legat,atque identidem interroget ſe quid cœperit ſcribere. Idẽ epiſt.106,Perfectum opus, abſolutúmque eſt, nec iam ſplendeſcit lima,ſed atteritur.Pátere me videre titulum tuum,pátere audire deſcribi legi. Martial.lib.1.19,Siquis tamen tam ambitioſè triſtis eſt, vt apud illum in nulla pagina Latinè loqui fas ſit, poteſt epiſtola,vel potius titulo contentus eſſe.

Adhibere titulum,Vide **Adhibeo.**

Decorare ſepulchrum titulis.Silius lib.15.78.

Efferminare titulũ.Claud.1.in Eutrop.2. -trabeata per vrbes
Oſtentatur anus,titulúmque efferminat anni.

Indere titulos,Vide **Indo.**

Titulo ſignetur imago.Ouid.epiſt.2.15.

¶ Titulus,pro Laude & dignitate aliquãdo accipitur. Ouid.1. Faſt.4.At tua proſequimur ſtudioſo pectore Cæſar
Nomina,per titulos ingredimúrque tuos. Plin.epiſt.177.b, Te verò etiam atq; etiã(repetam enim)meminiſſe oportet officii titulum,ac tibi ipſum interpretari. Liu.4.ab Vrbe.151. Niſi in traiectu fortè fluminis prohibendo aliquarum nauiũ cõcurſum(vt fit)celebrantes,nauales victoriæ vanum titulũ appetiuere. Idem 8.bel.Pun.116,Et ſicut penes C.Luctatium prioris Punici perpetrati belli titulus fuit,ita penes te huius fuerit? Cic.in Piſonem,14.Qui tanquam truncus atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modò, poſſet tamen ſuſtinere titulum Cõſulatus. Idem 5.Tuſcul. 44.Idem dicant ſemper beatum eſſe ſapientem, quos ſi titulus hic delectat inſignis & pulcher, Pythagoras, Socrates, & Platone dignißimus inducant animum,&c.

Adulantes tituli.Claud.2.in Eutropium,16.

Caduci tituli,Vide **Caducus.**

Facilis titulus.Ouid.10.Metam.110, Quid facilem titulum ſuperando quæris inertes?

Inanes tituli.Horat.3.Serm.ſaty.3.43.

Leuis titulus,paruſque nitoris.Claud.2.Paneg.59.

Modicus titulus,Vide Modicus in **Modus.**

Reddere titulum meritis.Ouid.13.Metam.75,
Próque tot annorum curis,quas anxius egi,
Hunc titulum meritis penſandum reddite noſtris.

Inſignis titulis auorum.Lucanus lib.8.15.

Magnificus titulis.Ouidius epiſt.1.14,
Inter & Ægidas media ſtatuaris in vrbe,
Magnificus titulis ſtet pater ante ſuis.

Stupere in titulis & imaginibus.Horat.1.Serm.ſaty.6.4.

¶ Titulus, Monumentum. Apuleius, Auorum & proauorum titulus clarus.

¶ Titulus à tuendo,quaſi Tutulus,quòd tueatur factũ authoris: & ſiquis alterius opus eſſe cõcendat, veri opificis indicet nomen.Vnde aliquando tituli dicti ſunt milites,quaſi tutuli,quòd patriam tueantur.Vnde & Titi prænomen ortum.Feſtus.

TITVS,Clariſſimus Romanorũ princeps, Veſpaſiani filius,& frater Domitiani.Author Tranquillus.

Titus,Prænomen Romanorum eſt,*à τίω*,honoro. Vel à titulo,vt vult Feſtus.Vide paulo antè.

TITI Liuii,duo fuerunt.Alter Tragœdiarũ ſcriptor,qui ob ingenii meritũ,à Liuio Salinatore,cuius liberos erudiebat, libertate donatus eſt. Alter Patauinus,qui floruit ſub Auguſto:laudatur in hiſtoria,quum ſit in narrando miræ iucunditatis,clariſſimique candoris.

TITYRVS, pen.corr.apud Virgilium & Theocritum in carmine Bucolico paſtoris proprium.

TITYVS (inquit Seruius)ſecundum alios Terræ filius fuit:ſecundum alios à Terra nutritus. vnde elegit ſermonẽ quo vtrũque ſignificaret: nam alumnum dixit. Hic amauit Latonã, propter quod Apollinis confixus eſt ſagittis: & damnatus hac lege apud inferos,vt eius iecur vultur exedat.Quanquam Homerus viciſſim dicat duos vultures ſibi in eius pœnam ſuccedere.Hactenus Seruius enarrans illud Virgilii 6.Æneid.119,
Necnon & Tityon Terræ omniparentis alumnum
Cernere erat: per tota nouem cui iugera corpus
Porrigitur: roſtróque immanis vultur obunco
Immortale iecur tundens,fœcundáque pœnis
Viſcera,rimatúrque epulis,habitátque ſub alto
Pectore: nec fibris requies datur vlla renatis. Ouidius 1.de Ponto.elegia 2.9,
Sic inconſumptum Tityi,ſempéreque renaſcens,
Non perit,vt poſſit ſæpe perire iecur.

Huius magnitudinem corporis poetæ dixerunt fuiſſe nouem iugerum. Vnde Tibullus,lib.1.eleg.5.15,
Porrectúſque nouem Tityus per iugera terræ,
Aſſiduas atro viſcere paſcit aues. Horat.3.Carm.ode 11.5,
Quin & Ixion,Tityúſque vultu
Riſit inuito.

Tityus itẽ Sextus authore Cicerone de Clar. Orat.110.orator, homo loquax ſanè & ſatis acutus,ſed tã ſolutus & mollis in geſtu,vt ſaltatio quædam naſceretur,cui ſaltationi Tityus nomen eſſet.Ita cauendum eſt, nequid in agendo,dicendóve facias,cuius imitatio rideatur.Hactenus Cicero.

T L

TLEPOLEMVS,pen.cor.Herculis filius,teſte Homero lib.Iliad. 2.Hic quum Rhodiorum rex eſſet,occiſus eſt à Sarpedone in bello Troiano.

T M

Tmeſis,huius tmeſis.f.g.Eſt vnius verbi compoſiti vel ſimplicis ſectio,altera dictione,vel plurib⁹ interiectis.vt Virgil.3.Geor.77, Septem ſubiecta trioni:pro Septẽtrioni. Idem 1.Æneid.84,Et multo nebulæ circum dea fudit amictu.Pro circumfudit.Vbi Seruius, Figura tmeſis eſt, quæ fit quũ ſecto vno ſermone aliquid interponimus.vt alibi.Septem ſubiecta trioni.Sed hoc tolerabile eſt in ſermone cõpoſito: cæterũ in ſimplici nimis eſt aſperũ: quod tamẽ faciebat antiquitas.vt,Sayo cere comminuit brum.

TMOLVS, pen.prod. mons Lydiæ, vt ſcribit Plinius lib.5: croco florentiſſimus & vitibus conſitus. Seruius ſcribit eum eſſe Ciliciæ.In illud Virgilii 1.Georg.12,
-nónne vides croceos vt Tmolus odores,
India mittit ebur,molles ſua thura Sabæi? Ouid.11.Metam.31,
-riget arduus alto
Tmolus in aſcenſu,cliuóque extenſus vtroque,
Sardibus hinc,illinc paruis finitur Hypæpis. Ibidẽ,32.Iudice ſub Tmolo certamen venit ad impar. Eſt ergo iuxta Sardis, quæ vrbs ex Herodoti Plinii̇que teſtimonio in Lydia eſt.A quo & nomen flumini datum eſt. Plin.lib.33 cap 8.2. Auri argentique mentionem comitatur lapis,quem coticulam appellant.quondam non ſolitus inueniri niſi in flumine Tmolo. Apud Columellam lib. 4, Tmolus videtur eſſe genus arbuſculæ.cuius flores ſint crocei. A poetis quandoque ſi poſt t ſuperaddi inuenimus,vt apud Ouidium 6. Metam.3, Deſernere ſui Nymphæ vineta Timoli. Idem 11.Metam.18, -ſui vineta Timoli,

Pactolónque petit. Stephánus de Vrbibus per τ ſcribit Tymolum,ſícque ait vocari Tmolum figura poetica.

Tmolius,Adiectiuum.Onid.4.de Ponto,eleg.15.2,Africa quot ſegetes,quot Tmolia terra racemos.

T O

TOBIVS,Ptolemæo lib.2.cap.3, Britanniæ inſulæ fluuius, ad cuius oſtia eſt oppidum quod Tobie vulgò dicitur.

Toga,togæ,Geſtamen erat proprium,inſigneque Romanorum ciuium,quemadmodum pallium Græcorũ.Superimponebatur autẽ tunicæ,vel tunicis potius.Dicta toga à tegẽdo,vt ait Nonius: quòd corpus tegat. Hæc laxa erat,& in ſinũ multis criſpulis ſubtracta ſuccingebatur. Tibul.lib.1.eleg.7.8, Et fluit effuſo cui toga laxa ſinu. Plin.lib.8.ca.48.5,Tanaquil prima texuit rectã tunicã,qua ſimul cum toga pura tyrones induũtur,nouæq; nuptæ. Plaut.Amphit.3.68,Vt his in cauea pignus capiatur togæ.

Arcta toga.Horat.1.Epiſt.19.6,Arcta decet ſanũ comitẽ toga.

Exigua toga.Horatius 1.Epiſt.20.3,

Quid? ſiquis vultu toruo ferus,& pede nudo,
Exiguæque togæ ſimulet textore Catonem,&c.

Niuea toga,Vide Niueus in Niſ.

Fuſa toga,& Reſtricta,contraria. Sueton.in Auguſto,cap.73, Vſus eſt togis neque reſtrictis,neque fuſis.

Radiante toga decorus.Claud.4.Paneg.75.

Recens toga.Perſius Satyra 1.1.

Sordidula toga & rupta.Iuuenalis Saty.3.15.

Tenues togæ.Horat.1.Epiſt.14.7.

¶ Amictus toga.Cicero 1.in Catilinam,41.

Defluit toga.Horat.1.Serm.ſaty.3.7, -rideri poſſit,eo quòd
Ruſticius tonſo toga defluit,& malè laxus
In pede calceus hæret.

Deiicere & reponere togam.Quintil.6.ca.3.37,Aſer enim venuſtè Manlium Suram multum in agendo diſcurſantem, ſaliẽtem,manus iactantem,togam deiicientem,& reponentem,non agere dixit,ſed ſatagere.

¶ Toga,pacis eſt inſigne & otii.Cic.in Piſonem,58.

¶ Toga pro Pace aliquando accipitur, quoniam in pace tantum togæ vſus erat: nam in bello,depoſita toga,chlamydem ſumebãt, aut læneam,aut ſagum. Plinius,Vt dubium ſit,togáne,an bello præſtantior fuerit. Cic.3.de Oratore,92, Campũ pro comitiis,togam pro pace,arma ac tela pro bello.

¶ Toga,Peculiaris habitus clientum, & ſalutatorum, qui togati ibant ſalutatum, vt ſportulam conſequerentur. Martialis ad Gallum,lib.10.82,Mane vel à media nocte togatus ero.

¶ Togarum varia antiquis Romanis erant genera: vt toga prætexta,toga virilis,toga picta:toga regia,quæ erat auro & purpura intexta, qua reges vtebantur, quæ à Liuio inter inſignia triumphantis numeratur.

Candida toga,erat quam petitores Magiſtratuum induebant: vnde candidati dicebantur. Plin.lib.7.cap.34,de Naſica,In toga cãdida bis repulſa notatus à populo. Liu.7.bel.Maced.247, Varia teſtimonia legatorũ,tribunorúmq; militũ erant.M.Cato ante alios teſtes cõſpiciebatur, cuius authoritatẽ perpetuo tenore vitæ partam toga candida eleuabat. Cicero in candida orationem habuit in Catilinã & Antonium competitores.Budæus.

Puram togam tyrunculi forenſes aſſumebant tyrocinii die.De qua Cicero ad Atticum,lib.9.191.1,Ego meo Ciceroni,quoniam Roma caremus,Arpini potiſſimum togam puram dedi: idque municipibus noſtris fuit gratum. Eidem lib.7. 118.5, Habebamus autem in manibus Antonii concionem habitam x.Calen. Janu.in qua erat accuſatio Pompeii vſque à toga pura.Id eſt ab eius tyrocinio. Dicta pura toga, quòd nullo purpuræ prætextu diſtincta eſſet.Catullus ad Mallium,

Tempore quo primùm veſtis mihi tradita pura eſt,

Iucundum quum ætas florida Ver ageret. Lucanus lib.7.4, -pura venerabilis æquè
Quàm currus ornante toga. Id eſt, nec picta, nec triumphali, nec prætexta.Budæus.

Palmata toga,Vide Palmatus in Palma.

Perfatuæ togæ,Vide Perfatuus.

Picta toga,veſtis publica fuit,ſummiq; Magiſtratus.Capitolinus de Gordi.Palmatã tunicã & togam pictã primus Romanorum priuatus, ſuam & propriam habuit: quũ antè imperatores & de Capitolio acciperent,vel de palatio. Lampridius de Alexandro,Prætextam & togã pictam nunquã niſi Conſul accepit: & eam quidem quam de Iouis templo ſumptam alii quoq; accipiebant aut Prætores,aut Conſules.Budæus. Iuue.Saty.10.4, -& pictæ Sarrana ferentem Ex humeris aulæa togæ.

Prætexta toga,Vide Prætexta.

Puerilis toga. Gellius lib. 18.cap.4, Quum iam adoleſcentuli Romæ prætextam & puerilem togam mutaſſemus.

Pulla toga ab alba diſtinguebatur: pulla enim in funeribus vtebantur, vt nunc atra veſte vtimur: alba autem in epulo, vel publico,vel parentali:à quibus pulli atratíque dicebantur.

In epulo cum toga pulla accumbere.Cic.in Vatinium,13.

Rara toga.Mart.lib.10.47,Lis nunquã,toga rara,mẽs quieta. Togam raram optat, id eſt ne cogatur bene mane togatus circunuolitare limina potentiorum, ſalutationis defuncturus officio.Bayfius.

Raſa toga.Plin.lib.8.cap. 48.4, Togas raſas Phrygianáſque, dixi Auguſti nouiſſimis temporibus cœpiſſe, ſcribit Feneſtella.

Virilis toga, à puerili diſtincta erat quæ prætexta appellabatur:ea decimoſeptimo anno ſumebatur.Cic.de Amic.1,Ego autẽ à patre ita eram deductus ad Sceuolam ſumpta virili toga,vt quoad poſſem & liceret,à ſenis latere nunquam diſcederem.

Sumpſiſti virilem togam,quam ſtatim muliebrem ſtolã reddidiſti.Cicero 2.Philip.61.

¶ Toga pro Officio. Plinius ad Apollinarẽ, Altius tibi otium & pinguius,eóque ſecurius: nulla neceſſitas togæ:nemo acceſſitor ex proximo.Id quod ideo inualuit,quòd ad officia præſtãda togati conueniebant, id eſt ad deducendos, comitandóſque amicos honoris gratia.

Tógula,pen.cor.Diminutiuum.Martialis lib.1.155,Ignoſce,togulam Poſthume pluris emo. Ibidem,172, Idibus & raris togula eſt excuſſa Calendis. Cic.in Piſonem,43,Togulæ lictoribus ad portam præſto fuerunt: quibus illi acceptis,ſagula reiecerũt,& cateruam imperatori ſuo nouam præbuerunt.

Togãtus,pen.prod. Adiectiuum, Qui toga indutus eſt.Vnde Romani, togati dicti ſunt, Quibus toga propria & cõmunis erat, quemadmodum Græci palliati dicebantur.Virgil.1.Æn.58,Romanos rerum dominos,gẽtémque togatam. Mart.lib.14.124, Romanos rerum dominos,gentémque togatam

Ille facit,magno qui dedit aſtra patri.

Magna caterua togatorum.Cic.pro Roſc.Amerino,79.

Græculus iudex modò palliat',modò togatus. Cic.5.Phil.173.

Togata opera à Martiale vocitatur,quũ Romani togati deducerẽt & reducerẽt Magiſtratus,& eos quí dignitate vel ætate vel opibus præcellerent,in domum,in forum, in templa,vel aliò: Exigis à nobis operam ſine fine togatam:

Non eo,libertum ſed tibi mitto meum. Et in nono,103, Denariis tribus inuitas,& mane togatum
Obſeruare iubes atria baſſe tua:
Deinde hærere tuo lateri,præcedere ſellam,
Ad vetulas tecum plus minus ire decem.Bayfius.

Togatæ comœdiæ, Quæ ſcriptæ ſunt ſecundum ritus Romanorum: vt Græcas fabulas ab illorum habitu palliatas appellamus.Nam Græci pallium ſupra tunicam ferebant.

Miles togatus.Claud.7.Paneg.2, ridétque togatus
Miles,& in mediis effulget Curia caſtris.

Militia togata.Ouid.ad Piſonem,6,
-nec enim ſi bella quierunt,
Occidit & virtus.licet exercere togatæ
Munera militiæ: licet & ſine ſanguinis hauſtu
Mitia legitimo ſub iudice bella mouere.

Turba togata.Propert.lib.4.eleg.2.11.

Togati creditores Græcorum.Cic.3.Verr.51,Erant nonnulli togati creditores Græcorum,quibus ad exigendas pecunias improbiſſimi cuiuſque legati plurimum prodeſt gratia.

Togati etiam dicebantur, qui principes ciuitatis officii gratia in forum deducebant,ac deinde domum reducebant:quoniam togis amicti erant.Iuuenalis ſaty.7.15,

Reſpicit hoc primum qui litigat: an tibi ſerui
Octo,decem comites poſt te,an ſit ſella,togati
Ante pedes. Et itidem ſaty.1.10, -nunc ſportula primo
Limine parua ſedet turbæ rapienda togatæ. Et apud Martialẽ lib.2.59,grex togatus.Toga enim purpuræ ſeruiebat, vt apud eundem in decimo,10.

Quid faciet pauper cui non licet eſſe clienti?
Dimiſit noſtras purpura veſtra togas.Id eſt,nunc nõ licet nobis officium vobis præſtare, quum iam purpurati officiis præſtandis ſucceſſerint.

Decernere ſupplicationem vni togato. Cic.pro Sylla.64.

Togatæ tabernariæ,Vide Taberna.

Togátulus,pen.corr.Diminutiuum ioco formatũ.Mart.lib.10.74,
Iam parce laſſo Roma gratulatori,
Laſſo clienti.Quandiu ſalutator,
Antеambulones,& togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto? Et in eodem,
Hoc quiſquam ferat,vt ibi tuorum
Sit melior numerus togatulorum,
Librorum mihi ſit minor meorum.

TOLENTVM, Italiæ oppidum in Piceno: à quo Tolētinātes, populi dicti Plinio lib.13.cap.13.

Tolero, tōleras, pen.corr.tolerare, Significat patienter ferre, vt ait Festus. estque verbum mala patientis. Plaut. Trin.6.56, Quia sine omni malitia, si tolerare eius egestatē volo. Terēt. Phor. 3.3.13, Noli metuere: vnà tecum bona, malāq; tolerabimus. Idē Hecyra, 3.5.18, Sed quando sese indignam deputat matri mea, Cui concedat, cuiusque mores toleret sua modestia. Idem Heauton.3.1.33, -an dum hinc denuo
Abeat, quum tolerare eius sumptus non queat? Plaut. Mercat. 18.17, Quod in se olim admisere turpiter, id si fiat modestius, Nec tolerant, vt æquum est patres.

¶ Tolerare se, Modicè & summa parsimonia se alere. Corn. Nepos de Pōponio Attico, Ex quib' agris paterfamiliās fructus caperet, quibus se toleraret. Cæsar lib.3.bel.Ciuil. Libenter etiam ex perfugis agnoscebamus equos eorum tolerari, reliqua verò iumenta interisse. Id est quomodocunq; sustentari.

Alere & tolerare equitatū. Cæsar, Erat summa inopia, adeò vt foliis ex arboribus strictis, & teneris arborum radicibus cōtusis, equos alerent, & cogerentur his rationibus equitatum tolerare.

Tolerare sua pecunia milites. Plin.lib.33.cap.10.4, Congerant excedentes numerum opes, quota tamen portio erunt Ptolemæi: quem Varro tradit Pompeio res gerente circa Iudæam, octona milia equitum sua pecunia toleraūisse?

¶ Dura tolerare. Seneca Hippo.4.21.

Famem tolerare. Cæsar 1.bel.Gal.109, Et quòd omnibus frugibus amissis domi nihil erat quo famem tolerarent.

Fortunam tolerare. Brutus ad Ciceronem, 16.8.

Hyemē tolerare. Plin.lib.9.ca.21, At hyemē exdē in exigua aqua nō tolerant: nec in turbida. De anguillis. Cic.1.in Catil.43, Nisi iccirco se facilius hyemem toleraturos putant.

Impēsas. Plin.lib.12.ca.14.11, Inde impēsæ publicæ tolerātur.

Inopiam obsidiumque tolerare. Tacit.lib.10, Tolerant quum maximè inopiam obsidiumque apud Vetera legiones.

Laborem. Plin.lib.11.ca.5.1, Apes ad vsus vitæ laborem tolerant. Ouid.1.de Arte, 134.

Laborem militarem tolerare. Cic.2.Offic.65.

Laborē studiorū pueri difficilius tolerāt. Quintil.lib.1.ca.11.6.

Mala tolerare. Seneca Hercule furente, 13.11.

Militiam tolerare sub magistro. Virgil.8.Æneid.103,
-sub te tolerare magistro
Militiam, & graue Martis opus, tua cernere facta Assueſcat.

Patienter tolerare. Quintil.lib.6.cap.3.78, Reddens rationem cur illa C.Cæsaris tempora tam patienter toleraret.

Pondus alicuius tolerare. Horat.2.Carm.ode 5.1.

Sitim tolerare. Plin.lib.8.cap.18.3, Sitim & quatriduo tolerāt.

Sitim, famémque tolerare. Ouid.1.de Ponto, eleg.3.4.

Sors toleranda nullis populis. Stat.1.Thebaid.39.

Sumptus tolerare. Cic.ad Qu.fratrē, lib.1.1.37, Sumptus & tributa ciuitatum ab omnibus qui earum ciuitatum fines incolūt, tolerari æqualiter.

Vitam tolerare, Viuere, nutriri. Tacitus, Multos militia, quosdam exercendo agros tolerare vitam. Liuius 6.bel.Pun.108, Et postquam eos ex variis causis fortuna similis conglobauerat, Agatirnæ per latrocinia ac rapinam tolerantes vitam. Cæsar 7. bel.Gall.314, Qui in oppida compulsi, ac simili inopia subacti, eorum corporibus, qui ætate inutiles ad bellum videbantur, vitam tolerauerunt.

Tolerare vitam colo. Virgil.8.Æneid.81, Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerua.

¶ Nobis inter nos nostra vitia tolerāda. Cic.Attico, lib.1.11.6, Et id quod caput est, nobis inter nos nostra, siue incommoda, siue vitia, siue iniurias esse tolerandas.

Res ad patiendū tolerandúmque difficilis. Cic.2.Tuscul.17.

¶ Toleratu difficilis. Cic.4.de Finib.85, Dicunt illi asperū esse dolorē, molestum, odiosum, contra naturā, difficilem toleratu.

Tōleran, pen.corr. Participium, siue nomē ex participio. Colum. lib.8.cap.16, Piscium genera dulcis vndæ tolerantia.

Tolerantissimus penuriæ. Patientissimus. Colum.lib.7.cap.1.1, Tum imprudentis custodis negligentiam fortissimè sustinet: plagarum & penuriæ tolerantissimus, propter quæ tardius deficit, quàm vllum aliud armentum. De asello.

Toleranter, tolerantius, tolerantissimè, Aduerb. Plin.lib.8.cap.45.1, At nunc anniculæ ad fœcunditatem poscuntur, tolerantius tamen bimæ. De bubus. Quintil.lib.8.cap.6, Durè etiam iungere vetamur, qui toleranter videre Septentriones videmur.

Ferre aliquid toleranter. Cic.Sulpitio, lib.4.6.9.

Toleranter dolorem pati. Cic.2.Tuscul.74.

Tolerātia, tolerātiæ. Gel.lib.11.ca.5, Et eū ipsum ad retinēdā patiētiā testimonio tolerantiæ, quā videbat, perhibito stabilisset, &c. Cic.in Parad.33, Tolerātia rerū humanarū, cōtēptione fortunæ.

Tolerantia tamen doloris laude sua non carebit. Quintilian. lib.1.cap.1.9.

Toleratio, Verbale, Ipse tolerandi actus. Cic.1.de Finib.150, Quædam alia toleratio est verior, quæ vti vos non potestis, qui honestatem ipsam per se non amatis.

Tolerābilis & hoc tolerābile, pen.cor. Quod tolerari potest. Terēt. Heaut.1.1.31, -paulo qui est homo tolerabilis,
Scortari crebrò nolunt, nolunt crebrò conuiuarier. Apud Plinium in Paneg. Tolerabile tributum. Et ibidem, 131, Tolerabile experimentum. Cic.de Amicitia, 67, Quæ tamen si tolerabiles erunt, ferendæ sunt. Idem de Senectute, 7, Moderati enim & nec difficiles, nec inhumani senes, tolerabilem agunt senectutem. Sic 1.de Finibus, 76, Mediocrium nos esse dominos, vt si tolerabiles sint feramus. Quintil.lib.6.cap.1.31, Omnia tamen hæc tolerabilia.

In aliquibus rebus tolerabile est. Cic.ad Brutum, 15.14.

Dicere sic tolerabilius est. Cic.1.de Oratore, 110.

Conditio tolerabilis. Cicero 4.in Catil.89.

Conditione tolerabili transigere. Cic.pro Quintio, 65.

Exemplum tolerabile. Liu.9.bel.Maced.163, Deinde vt ex authoritate Senatus idem faceret: conuocatis Patribus referre se ad eos dixit: quòd nec iure vllo, nec exemplo tolerabili libertæ ciuitati Ædilis curulis designatus Prætoram peteret sibi.

Fœnus tolerabile. Cicero Attico, lib.6.111.28, Itaque & Græci soluunt tolerabili fœnore.

In tolerabilē formā redigendæ ciuitates. Liu.4.bel.Mace.190.

Iactura rei familiaris tolerabilis. Cic.ad Brutum, 18.4.

Orator sanè tolerabilis. Cic.de Claris Orat.91.

Patronus tolerabilis. Cic.de Claris Orat.67.

Philosophi tolerabiliores motus volunt esse. Cic.1.de Orat.111.

Regnum nemini tolerabile. Cic.Attico, lib.10.197.4.

Tolerabiliter, pen.corr. Aduerbiū. Facilè, sine discrimine. Colum. lib.2.cap.2.1, Recurrendum est igitur ad qualitatē inter se dissidentium quasi quasdam coniunctiones, quas Græci *συμφύσεις* nominārunt, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. Idem lib.11.cap.2.65, His diebus vsq; in Idus, quæ superiore mense facere non potueris, adhuc tolerabiliter efficies.

Tolerabilius pati dolores. Cic.3.de Finibus, 66.

Toleo, vel vt alii scribunt, tolles, tumor est in faucibus, quæ per diminutionem tonsillæ dicuntur. Festus.

TOLETVM, pen.prod. Ptolemæo lib.2.cap.6, alio nomine Serezola dicta, Hispaniæ vrbs: vulgò *Toledo*.

Tollenon, penul.prod. tollenōnis, Genus machinæ, vt ait Festus, quo trahitur aqua, in alteram partem prægrauante pondere. dicitur à tollendo. Liu.8.bel.Maced.19. Deinde vt præter spem stare muros viderunt: collectis rursus animis in arietes tollonibus librameta plumbi aut saxorum, stipitésve robustos incutiebāt. Plin.lib.19.cap.4.11, Vel tollenonum haustu rigandos.

Tollo, tollōnis, vel Tollōnus tolloni, pe.prod. Idē quod tollenō. Plaut.Rud.11.23, Heus sic tolloni gratia: cape hanc vrnam tibi.

Tollo, tollis, sustuli, pe.cor. & apud antiquos tetuli, sublātū, pen. prod. tollere, Eleuare, sursum erigere. Plautus, Tolle caput. Cic. 4.Acad.113, Hortensius autem vehementer admirans, quod quidē perpetuò Lucullo loquēte fecerat, vt etiā manus sæpe tolleret. Ouid.epist.14.9, -teracutum sustulit ensem,
Ter malē sublato decidit ense manus.

Sol in curru Phaethontē filiū sustulit. Cic.3.de Nat.deor.110.

Aliquid oneris tollere. Cic.5.Verr.1.Id est suscipere.

Tollere & extrahere. Cic.2.de Finib.97.

Sublatū super caput. Liu.4.bel.Maced.151, Sublatis deinde supra capita scutis, continuatisque, &c.

Sublatū ad frontē supercilliū: cui Depressum opponitur. Cic.in Pisonem, 9, Respondes, altero ad frontem sublato, altero ad mētum depresso supercilio, crudelitatem tibi non placere.

Tectum altius tollā, Domū altiorem faciā. Cic.de Arusp.resp. 30, Itaque nequis meorum imprudens introspicere tuā domum possit, ac te sacra illa tua facientē videre, tollam altius tectum, nō vt ego te despiciam, sed tu ne aspicias vrbem eam quā delere voluisti. Vlpianus, Ius vicino non esse altius ædes tollere.

Plaut.Trinum.10.61, -tanto melius te
Sororis causſa egestatem exequi, atq; eum agrum me habere, Quàm te tua qui tolleres mœnia.

Tollere de terra lapides, Ad iaciendum scilicet. Cic. pro Cecinna, 46, Vinces profectò non fuisse armatos eos qui saxa iacerent quæ de terra ipsi tollerent.

A terra se tollere altius, pro Crescere: ac de herbis & arboribus dicitur. Cic.5.Tusc.53, Itaq; & arbores, & vites, & ea quæ sunt huiusmodi, neq; se tollere à terra altius possunt, alia semper virēt, alia hyeme nudata, vernō tempore tepefacta frondescunt.

¶ Animos tollere, Superbire, audacioré eſſe. Liu. 5. bel. Maced. 1, Nec dubiũ eſt quin omnis Hiſpania ſublatura animos fuerit, ni alter Prætor P. Cornelius Scipio, Cn. filius, trans Iberũ multa ſecunda prælia feciſſet. Idem 4. bel. Pun. 160. Salluſtius in Ciceronem, 1, Verùm, vt opinor, ſplendor domeſticus tibi animos tollit. Plautus Trucul. 11. 7, Poſtquam filium peperit, animos ſuſtulit. Terent. Hecyra, 3. 5. 57,

Quia paululum vobis acceſſit pecuniæ,
Sublati animi ſunt. Plin. in Paneg. 11, Ergo ſuſtulerãt animos, & iugum excuſſerãt, nec iam nobiſcum de ſua libertate, ſed de noſtra ſeruitute certabãt. Liu. 3. ab Vrbe, 184, Dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis eſt mod': dum tædet vos patritiorũ, hos plebeiorum Magiſtratuum, ſuſtulêre illi animos. Propert. lib. 3. eleg. 18. 4, I nunc, tolle animos, & tecum finge triumphos.

Animos dictis. Virg. 9. Æneid. 16, Vltro animos tollit dictis, atque increpat vltro. Id eſt, magnanimitatem ſuam comprobat dictis, inquit Seruius.

Arbos ſe ſuſtulit. Virg. 2. Georg. 11.

Cachinnum, Riſum augere, riſu immoderato efferri. Cic. de Fato, 16, Addidit etiam mulieroſum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur ſuſtuliſſe.

In cælum tollere. Cic. pro Archia, 17, In cælum huius proauus Cato tollitur, magnus honos Populi Rom. rebus adiungitur.

In cælum fama aliquẽ tollere, Magnopere laudare. Cic. 2. de Nat. deorum, 89, Suſcepit autem vita hominum, cõſuetudóque communis, vt beneficiis excellentes viros in cælum fama ac voluntate tollerent.

In cælum laudibus tollere. Cic. ad Marcellum, lib. 15. 7. 2, Non dubito quid præſentes ſentiant: nos quidẽ lõginqui, & à teipſo miſſi in vltimas gentes, ad cælum me hercule tollimus veriſſimis ac iuſtiſſimis laudibus.

In cælum humeris. Cic. 11. Philipp. 307, Hunc vel in cælum, ſi fieri poterit, noſtris humeris tollemus.

In cælum tollimur. Virg. 3. Æneid. 113.

Clamorem, Summopere clamare, & clamorem ac vocem extollere. Cic. 1. de Diuin. 134, Experrecta nutrix animaduertit puerum dormientem circũplicatum ſerpentis amplexu, quo aſpectu exterrita clamorẽ ſuſtulit. Idem 6. Verr. 84, Clamor à vigilibus, faniq; cuſtodibus tollitur. Idem in Parad. 47, Intuentem te, admirantem, clamores tollentem quum video, ſeruum eſſe ineptiarum omnium iudico. Liu. 3. ab Vrbe, 118. Et Cæſar 8. bel. Gall. 150. Plaut. Curcul. 6. 27.

Clamor tollitur in cælum. Virg. 11. Æneid. 149.

Clamores horrendos ad ſydera tollit. Virg. 2. Æneid. 45.

Tollere in collum. Plaut. Bacch. 11. 42, Tollam ego te in collũ.

Cornua tollere in aliquem. Horat. Epod. 16. 3,

Caue, caue, namque in malos aſperrimus
Parata tollo cornua.

Corpus tollere in auras. Ouid. epiſt. 17. 11.

Alte tollit ſua corpora volucris. Ouid. 8. Metam. 51.

In crucem tollere. Liu. 10. bel. Pun. 206, Nominis Latini qui erant ſecuri percuſſi: Romani in crucem ſublati. Ibidem, 2. 59. Cic. 7. Verr. 6, Statim deinde iuſſu Prætoris in crucẽ eſſe ſublatum. Idem ad Atticũ, lib. 7. 130. 3, Sed ego hoc ipſum velle, miſerius eſſe duco, quàm in crucem tolli.

In currum. Cic. 3. Offic. 116, Optauit vt in currum patris tolleretur: ſublatus eſt: atque is antequam conſtitit, ictu fulminis deflagrauit.

Frontem tollens ad cælum. Ouid. 3. Metam. 4.

Gradum tollere, Ambulare. Plautus Bacchid. 11. 6, Is eſt, adibo contrà, & tollam gradum.

Hinnitum tollit equa. Horat. 1. Carm. ode 16. 7.

Tollit humo ſaxum. Ouid. 11. Metam. 13.

Humo ſe tollere, Erigere ſe. Ouid. 7. Metam. 130,

Creſcere quod ſubitò maius, maiúſque videtur:
Ac ſe tollere humo, rectóque aſſiſtere trunco.

Humo ſe tollere, per tranſlationem, pro Nomen aliquod & gloriam ſibi comparare. Virgilius 3. Georg. 2,

-tentanda via eſt, qua me quoque poſſim
Tollere humo, victórque virũm volitare per ora.

Laudes alicuius in aſtra tollere. Cic. ad Atticum, lib. 2. 40. 2, At hercule alter tu' familiaris Hortẽſius, quàm plena manu, quàm ingenuè, quàm ornatè noſtras laudes in aſtra ſuſtulit! Virg. 5. eclog. 10, -Daphnimque tuum tollemus ad aſtra.

Laudibus tollere. Cic. ad Atticum, lib. 4. 86. 5, Itaque Cæſaris amici (me dico & Oppium) diſrumparis licet, monimentum illud, quod tu tollere laudibus ſolebas, vt odium laxaremus, & vſque ad, &c. Horat. 1. Carm. ode 11. 2.

Manus. Cic. ad Cæſarem, lib. 7. 5. 5, Suſtulimus manus & ego & Balbus. Lætitiæ ſignum eſt, & gratias agentis.

Membra vix tollit de humo. Ouid. 2. Faſt. 71.

Minas tollere. Virg. 3. Georg. 84, -cape robora paſtor
Tollentémque minas, & ſibila colla tumentem
Deiice. De ſerpente.

Oculos tollere. Vide Oculus.

Oculos ſuſtulit ad proceres. Ouid. 13. Metam. 26.

Oculos tollere contra aliquem, Diſſentire ab aliquo, & repugnare alicui. Lucretius lib. 1. 14,

Primùm Graius homo mortales tollere contra
Eſt oculos auſus, primúſque obſiſtere contrà.

Palmas ad ſydera tollunt. Virg. 5. Æneid. 51.

Querelam tollunt lugubri voce. Lucret. lib. 4. 119.

Riſum tollere, Ridere. Horat. de Arte, 77,

Indoctúſque pilæ, diſcíve, trochive quieſcit:
Ne ſpiſſæ riſum tollant impune coronæ.

Solio ſe tollit ab alto. Virg. 8. Æneid. 107.

Ad ſpem effingẽdæ eloquentiæ ſe tollere. Quintil. lib. 1. cap. 2. 18, Vix enim ſe prima elementa ad ſpem tollere effingendæ (quam ſummam putant) eloquentiæ audebunt.

In ſublime tollere. Plin. lib. 10. cap. 38. 1, Anates ſolæ in ſublime protinus ſeſe tollunt. Idem lib. 25. cap. 9. 5, Circunſcriptam ferro effodi ſiniſtra manu, & in ſublime tolli.

Vocem exiguam tollere. Virg. 6. Æneid. 99.

Fluctus mulcere, & tollere vento. Virg. 1. Æneid. 14.

Vultus erectos tollere ad ſydera. Ouid. 1. Metam. 18.

¶ Aliquem tollere, pro Aſſumere ſocium itineris. Cic. ad Q. fratrem, lib. 2. 11. 2, Mea factum eſt infuſa verecundia, vt te proficiſcens non tollerem. Et paulo pòſt, 4, Tunc, vt dico, certè ſuſtuliſſem, vt aliquãdo ſubtilitatem veteris vrbanitatis & humaniſſimi ſermonis attingerem: ſed hominẽ infirmum in villam apertam, ac ne rudem quidem etiam nũc imitare nolui. Sic Liuius 3. bel. Maced. 41.

¶ Tollere, Auferre. Plaut. Milit. 10. 163. Iube illud demi, tolle hanc patinam, pernam nihil moror. Terent. And. 4. 5. 10, Propera adeò puerum tollere hinc ab ianua. Cic. de Amicitia, 43, Solem enim de mundo tollere videntur, qui amicitiam è vita tollunt. Propertius lib. 1. eleg. 3. 1, Differtur, nunquam tollitur vllus amor.

Detrahere, auferre, tollere. Cic. in Orat. 111.

Tollere, atque irrita facere quæ quis geſſit. Cicero 4. Verr. 98. Si tibi Magiſtratum abrogaſſet, minore ignominia te affeciſſet, quàm quum ea quæ in Magiſtratu geſſiſti, ſuſtulit, atque irrita iuſſit eſſe.

Tollere & delere. Cic. pro Quintio, 47.

Tollere & eripere. Cic. pro Roſc. Amer. 42, Nónne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe?

¶ Tollere, E medio auferre, vita priuare, enecare, vt in antiquo illo diſticho, quod refert Tranquillus cap. 39, in Neronẽ factum fuiſſe, Quis neget Æneæ magna de ſtirpe Neronem?

Suſtulit hic matrem, ſuſtulit ille patrem. Duplicem ſignificationem retinet: in priore enim pro enecauit, in poſteriore pro portauit, ſumitur.

Tollere & interficere. Cic. pro Cluentio, 16.

¶ Aditũ ẽplorũ demolitione ſublati. Cic. poſt Red. in Senatu, 19, Aditus ẽplorum erant non ſolũ præſidiis & manu, verũetiã demolitione ſublati. Idem in Piſonem, 17, Id autem templum ſublato aditu, reuulſis gradibus à coniuratorum reliquiis, &c.

Æs alienum, pro Diſſoluere. Plin. de viris Illuſt. 19, Hic quum ingens multitudo ære alieno oppreſſa, Capuam occupare tentaſſet, & ducem ſibi Quintium neceſſitate compulſum feciſſet, ſublata ære alieno compreſſit.

Anchoras. Cæſar 1. bel. Ciuil. 115, Neque affectum valetudine filium exponere in terram patitur, ſed ſublatis anchoris excedere eo loco cogit. Sic 4. bel. Gall. 531. Varro 3. de Re ruſt. cap. 17. 1, Interea redit ad nos Pario, & ſi vultis, inquit, anchoras tollere, latis tabulis ſortitio fit tribuum.

Auaritiam ſi tollere vultis, mater eius tollenda eſt luxuries. Cicero 1. de Orat. 91.

Aurũ. Liu. 6. bel. Pun. 159, Aurũq; tollere, ac ſibi habere iuſſit.

Calices. Martialis lib. 11. 11, Tolle puer calices, tepidique toreumata Nili.

Conſuetudinem. Cic. pro Roſcio Amer. 2, Tametſi non modò ignoſcendi ratio, verũetiam cognoſcendi conſuetudo iam de ciuitate ſublata eſt.

Conſules. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 9. 1, Núc auctoritate & prudentia tua proſpicias oportet, ne inimici noſtri Conſulibus ſublatis ſperent ſe conualeſcere poſſe.

Controuerſias. Cæſar 1. bel. Ciuil. 37, Ne grauentur ſua quoq; poſtulata ad eum deferre, ſi paruo labore magnas cõtrouerſias tollere, atque omnem Italiam metu liberare poſſent.

Conuiuium. Plautus Menæh.10.17, Sublatum eſt conuiuium.
Virg.8.Æneid.35, -iubet & ſublata reponi Pocula.

Tollere de loco aliquo. Cic. ad Atticum, lib.15.316.4, Etenim Seruilia pollicebatur ſe curaturam, vt illa frumenti curatio de S.C. tolleretur.

De fano tollere. Cic.3.de Nat. deorum, 112, Eundémque ferunt, hæc quæ dixi ſublata de fanis in forum protuliſſe, & per præconem vendidiſſe.

De medio aliquem tollere, Interficere. Cic.pro Roſcio Amerino,12, Demonſtrant quum pater huiuſce Sex. Roſcius homo tam ſplendidus & gratioſus, nullo negotio ſit occiſus, perfacilè hunc hominem incautum, & ruſticum, & Romæ ignotum de medio tolli poſſe.

De oratione ſua aliquē tollere, Nō amplius nominare. Cic.ad Atticum, lib.2.39.6, Primùm Cepionem de oratione ſua ſuſtulit, quem in Senatu acerrimè nominarat, vt appareret noctem, & nocturnam deprecationem interceſſiſſe.

De foro aliquē clamore tollere, Clamoribus facere vt aliquis foro priuetur. Cic.pro Cluētio,63, Et illū hominem ædilitium, iam Prætorē opinionibus hominū conſtitutum, non diſceptatione dicendi, ſed clamore hominum de foro, atque adeò de ciuitate eſſe ſublatum.

Dolorem dentium. Plin.lib.20. cap.3.2, Carnes eius cum abſynthio & ſale dentium dolorem tollunt.

Dubitationem alicui. Cic. Attico lib.11.136.4.

Aliquem è ciuitate. Cic.pro Domo ſua,35.

E` choro philoſophorum aliquem tollere. Cic.1.de Finib.40, Tu quidem, inquit, totum Epicurum penè è philoſophorū choro ſuſtuliſti?

E` medio aliquē tollere, Idem quod tollere de medio, & occidere. Liu.4.bel.Pun.14, Itaque quod vnum vinculū cum Romanis ſocietatis erat, Thraſone ſublato è medio, extēplo haud dubiè res ad defectionem ſpectabat.

E` numero. Cic.pro Flacco,8, Inimicus M. Cælius, quòd cum in re manifeſta putabat nefas eſſe publicanum iudicare contra publicanum, ſublatus erat è numero recuperatorum: tamen tenuit ſe, neque attulit in iudicium quicquam ad lædendum, niſi voluntatem. Idem 4.Academ.31, Quorū è numero tollendus eſt & Plato & Socrates.

Ex delubris ſimulacra ſanctiſſimæ. Cic.1. Verr.1, Seſe iam ne deos quidem in ſuis vrbibus, ad quos cōfugerent, habere, quòd eorum ſimulacra ſanctiſſima C. Verres ex delubris religioſiſſimis ſuſtuliſſet. Sic Liu.4.ab Vrbe,149.

Ex rerum natura aliquem. Cicero pro Roſcio Amerino, 41, Nónne videntur hunc hominē ex rerū natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repentè cælum, ſolem, aquam, terrámque ademerūt?

Errorē tollere, Delere, abluere. Cic.4.Acad.85, Dixitq; ſapiētis eſſe opinionem à perſpicuitate ſeiungere: nihil fecit: ipſius enim opinionis errorem nullo modo ſuſtulit.

Exercitum religio tollit. Cic. Lentulo, lib.1.1.8.

Ferro tollere aut veneno aliquem, pro Interficere. Cicero 3. de Nat.deorum,117, Sed quia Druſum ferro, Metellum veneno ſuſtuleratillos conſeruari melius fuit, quàm pœnas ſceleris Varium péndere.

Fidēm de foro. Cic.1.de Lege Agrar.14, Timorem bonis inieciſtis: fidem de foro, dignitatem de Rep. ſuſtuliſtis. Ibidem, 13, Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo nouæ calamitatis, ſed ſuſpicione ac perturbatione iudiciorum.

Genus orationis tollere. Cic. Appio lib.3.8.11.

Imperitorum omnem errorem tollere. Cic.1.de Finib.57.

Inducias tollere. Liu.10.bel. Pun.16, Quæ peropportunè cupienti tollere inducias Scipioni cauſam præbuere.

Legem tollere, Violare, corrumpere. Cic.1.de Legib.51, Quid, leges non iure rogatas tollere?

Libertatem. Cic.ad Lentulum, lib.1.8.8, Dignitas in ſententiis dicēdis, libertas in Rep. capeſſenda, ea ſublata tota, ſed nec mihi magis quàm omnibus.

Manu tollere. Plin.lib.10.cap.75.1, Plani autem piſciū in vado dormiunt, vt manu ſæpe tollantur.

Manus tollere ab re aliqua. Ouid.epiſt.19.29,
Ille ſinus meus eſt, mea turpiter oſcula ſumis:
A` mihi promiſſo corpore tolle manus.

Memoriam alicuius rei funditus tollere. Cic.pro Quintio,47, Cuius omnino rei memoriam omnem tolli funditus, ac deleri arbitror oportere.

Metum, Timorem adimere. Cæſar 1.bel.Ciuil.40, Diſcedant in Italia omnes ab armis: metus è ciuitate tollatur. Idem 6. bel. Gal.101, Sed ne omnino metum reditus ſui barbaris tolleret, atque vt eorum auxilia tardaret, &c. Cic.pro Roſc. Amerino, 4, Deleatis ex animo ſuo ſuſpicionem omnem, metúmque tollatis. Plinius in Paneg.67, Huius tu metum penitus ſuſtuliſti, contentus magnitudine, qua nulli magis caruere, quàm qui ſibi maieſtatem vindicabant. Cic.ad Caninium, lib.1.16.2, Quin ad diem decedā nulla cauſa eſt, præſertim ſublato metu Parthico.

Moram tollere, Feſtinare. Cic.ad Atticum, lib.10.206.1, Nunc ait ſe daturū, quum ex P. ſuſtulerit moram tabellarius. Ouid. 13.Metamorph.113.

Nefas. Ouid.2.Meta.100, Arcuit omnipotens: paritérque ipſoſque nefáſque Suſtulit.

Nomē alicuius ex omnib⁹ libris tollere. Cic. Attico li.13.292.3.

Ab officio tollere, Priuare. Cicero pro Quintio.7, Tollitur ab atriis Liciniis, atque à præconum conſeſſu in Galliam Neuius, & trans Alpes vſque tranſfertur.

Querelas tolle, Noli amplius queri. Horat.1.epiſt.12.1,
-tolle querelas:
Pauper enim non eſt cui rerum ſuppetit vſus.

Spem aliquid faciēdi tollere, Auferre. Cæſar 7.bel.Gal.115, Veriti ne omnino ſpes fugæ tolleretur, abiectis armis, vltimas oppidi partes continenti impetu petiuerunt. Ibidem.1.96. Columella lib.8.cap.8.11, Fracta crura nō plus quàm bidui, aut ad ſummum tridui dolorem afferunt, & ſpem tollunt euagandi.

Suſpicionem. Cic.ad Atticum, lib.10.207.5, Omnem igitur ſuſpicionem ſuſtuli. Idem pro Roſcio Amerino,4.

Teſtimonio aliquem tollere, Teſtimoniis ita conuincere vt puniatur, & foro priuetur. Cic.pro Fonteio,13, Noluerunt ii qui iudicabant, hāc patēre inimicitiis viam, quem quiſque odiſſet, vt eum teſtimonio poſſet tollere.

Vrbem funditus. Cic.2.Off.113, Quid, qui eius collega in Gēſura fuit Lucius Mummius, nunquid copioſior quum copioſiſſimam vrbem funditus ſuſtuliſſet?

¶ Tollere liberos, ſiue pueros, pro Suſcipere. Plin.in Paneg. 43, Locupletes ad tollendos liberos, ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur. Suetonius de Neronis parente, Deceſſitq; Pyrgis morbo aquæ intercutis, ſublato filio Nerone ex Agrippina Germanico genita.

Liberos in aliquam ſpem tollere. Liu.5.ab Vrbe,142, Nec patribus familiæ tantùm, ſed vt omnium in domo liberorum capitum ratio haberetur: vellēntque in eam ſpem liberos tollere.

¶ Tollere, Nutrire, Educare. Plaut. Ciſtel.1.4, -hanc ſeruolus Tollit atque exponit. Idem Amphit.6.3, Verùm quod erit natum tollito. Idem Trucul.8.33, Siquid peperiſſem, educarem, tollerem. Idem Ciſtell.3.5,
Nam ego illam olim quæ flens hinc abiit, paruolam
Puellam proiectā ex angiportu ſuſtuli. Terent.Heaut.4.1.14,
Meminiſtin' me eſſe grauidam, & mihi te magnopere intermi natum,
Si puellam párerem, nolle tollī Idem And.3.1.6, Nā quod peperiſſet, iuſſit tolli. Cicero 1.de Diuinat.77,
Apollo, puerum, primus Priamo qui foret
Poſt illa natus, temperare tollere:
Eum eſſe exitium Troiæ, peſtem Pergamo. Ex poeta. Idem 3. Tuſc.50, Ego quum genui, tum morituros ſciui, & ei rei ſuſtuli. Ex poeta. Ouid.epiſt.4.15, Non ego tollēdi cauſa, ſed ille fuit.

Furtim tollere aliquem. Virg.9.Æneid.109,
-quorum primæuus Helenor
Mœonio regi quem ſerua Lycimnia furtim Suſtulerat.

¶ Tollere, Differre. Plaut. Omnes tollo ex hoc die in aliū diē.

Sublātus, pen. prod. Participiū. Plin.lib.11.cap.19.3, Gregatim ſublatæ vento in maria aut ſtagna decidunt.

Clamor ſublatus ad æthera. Virg.1.Æneid.68.

Dolis ſublatis aperire aliquid, Referre ſine dolo. Virg.12.Æn.6

Errore ſublato agnorunt parentes, &c. Lucan.lib.3.111.

Lex ſublata. Propert.lib.2.eleg.7.1.

Pauore ſublato ſecura turba. Lucan.lib.3.88.

Ex oculis ſublata virtus. Horat.3.Carm.ode 24.7.

Sublatus pro mortuo. Cic.7.Verr.111, Sic ille affectus illinc tū pro mortuo ſublatus, breui poſtea eſt mortuus.

Sublati, Ferociētes, ſuperbiētes. Cæſar 1.bel.Gall.59, Quo prælio ſublati Heluetii, quòd quingentis equitibus tantam multitudinem equitum propulerant, audacius ſubſiſtere.

Sublatūrus, pen. prod. Participium. Cic.Attico lib.15.326.8, Eā rem Seruilia ſublaturam ex S.C. ſe eſſe dicebat.

Sublāte, penul. prod. Aduerbium. vt Sublatius de ſe dicere. Cic.pro Domo ſua,73.

Sublatio, Verbale, Ipſe tollendi actus.

Sublatio iudicii. Quintil.li.7.ca.2, An reſtitutio pro ſublatione iudicii ſit.

Sublatio animi, Elatio, ſuperbia. Cic.1.de Finib.21, Sed hoc intereſt, quòd voluptas dicitur etiam in animo vitioſa res, vt Stoici putant, qui eam ſic definiunt. Sublationem animi ſine ratione opinantis ſe magno bono frui, &c.

TOLÔSA,pen.prod. Tectosagum, Narbonensis Galliæ vrbs nobilissima, à quâ Tolosáni, Tectosagi Plinio lib.3. cap.4. dicti. Notum est adagium.Aurum habet Tolosanum. De cui⁹ raptu quæstionem aliquãdo habitam Romæ, scribit Cicero lib.3.de Nat.deorum,105. Vide Gellium lib.3.& Iustinum lib.22.

Tolutarius,vel Tolutârius,& hoc tolutârie,pen.prod. Tolutaris equus,quasi volutarius,à pedum volubilitate dictus,qui alio nomine Asturco ab Asturia Hispaniæ oppido appellatur.Hos gradarios vocant,qui molli gradu & sine succussura gestãt. Sipõ.

Tolûtim, penult.prod.Aduerbium, Quasi volutim: hoc est volubiliter, ait Nonius. Varro, Vt equus qui ad vehendum est natus,tamen traditur magistro, vt equiso doceat tolutim incedere. Plautus Asin.11.116,Demam hercle iam de hordeo,tolutim badizas. Plin.lib.8.cap.42.11, In eadem Hispania Gallaica gẽs,& Asturica,equini generis,quos thieldones vocant,minori forma appellatos asturcones gignunt: quibus non vulgaris in cursu gradus,sed mollis alterno crurum explicatu glomeratio: vnde equis tolutim carpere incessus traditur arte.

Tolutiloquentia,tolutiloquentiæ,Volubilis locutio.Nævius,O pestifera,trux,acerba tolutiloquentia.Nonius.

Tomaculum,tomáculi.pen.corr. vel Tomâclum,tomácli,per syncopen,pen.prod. Tomacula vel tomacinæ,edulia sunt quæ ferè ex iecore porcino minutatim cõciso,& iam semicocto infusis ouis crudis,& caseo optimo,& liquamine,pipere,aniso,gingibere fieri consueuerunt,teguntúrque omento suillo. Plinius, Tomacinæ appellantur, quæ tomacula Insubres Galli, nostris temporibus tomacellas. Iuuen.Sat.10.36,Exta,& candiduli diuina tomacula porci. Varro de Re rust.li.2.ca.4.10,Itaque suibus animã datam esse proinde ac salem , quæ seruaret carnem. E' quos succidias Galli optimas & maximas facere cõsuerunt. Optimarum signum, quòd etiam nunc quotannis è Gallia apportantur Romam pernæ,tomacinæ,& taniacæ, & petasiones. Dicitur aliàs insitium. Martialis lib.1.115,

Quòd fumantia,qui tomacla rancis
Circunfert tepidis cocus popinis.

Tomaculum dictum ἀπὸ τῦ τεμῶ,quod est concidere.

TOMARVS, pen.corr. Mons est Ætoliæ, vt scribit Plinius lib.4. cap.1. Idem & Tmarus appellatur,nobilis circa radices centum fontibus,vt Theopompo placet.

Tomentum,tomenti,Lana brevis & concisa,quæ ex vestibus à fullone poliẽdo detrahitur:& quicquid farciminis ex quacunque re,siue ex fœno & palea,siue ex pluma fuerit,quo culcitræ farciũtur.Varro lib.4.de Ling.Lat.Postquã transierũt ad culcitras, quòd in ea sagus aut tomentum,aliúdve quid calcabant,ab inculcãdo culcitra dicta. Suet.in Tiberio,cap.54,Adeò alimenta Druso subducta,vt tomentum ex culcitra tentauerit mandere.

Tomentorum autem aliud leuconicũ dicebatur,quod fiebat ex lana alba concisa:Aliud circense,ex arundinibus concisis factum: idque stramentum habebatur plebeiorum. dictum circense,quòd in circo Romano sternebatur, illicque pauperiores quiescebant.Martialis lib.14.159,

Tomentum concisa palus circense vocatur:
Hæc pro leuconio stramina pauper emit. Alia exemplaria habent Lingonico.

Tomex, tómicis,f.g.Tomices Græco nomine appellãtur ex canabi impolito & sparto leuiter tortæ restes, ex quo funes fiunt. Plin.lib.17.cap.10.5,Sic & spinas sepis causa serunt,tomice moris spinarum circúlita. Colum.lib.11.cap.31, Deinde fasciculos tomice palmea aut iuncea ligato. Vitruuius lib.7,docet asseres tomice religandos. Palladius lib.1.cap.13,Tunc eos catenis ligneis ex innipero, aut oliua, aut buxo, aut cupresso factis, ad contignationem suspendemus,& binas inter eos perticas erigemus,tomicibus alligatis.Græcis dicitur τόμικες,fœm.gen.

Tomices appellãtur etiam pulilli quos in collo habent animalia,ne reste lædantur.

TOMOS, Ponti oppidum, Nasonis exilio notum, quod ipsum à Milesiis deductum innuit ipse Ouidius lib.1.Tristium,eleg.9.9, A' quibus aduenias Miletida sospes ad vrbem,
Offensi quò me contulit ira Dei. Cur autem Tomos dictum sit,idem 3.Trist.eleg.9.7,his versibus exponit,
Inde Tomos,dictus locus est,quia fertur in illo
Membra soror fratris consecuisse sui. Nam τομὴ Græcis incisio dicitur. Absyrtus autẽ ille fuit Medex crudelitate sectus, vt idem Ouidius loco iam citato scribit.

Tomitânus,pen.prod.Adiectiuum:vt
Humus Tomitana. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.1, I'nque Tomitana condar oportet humor.
Ager Tomitanus.Ouid.3.de Ponto,eleg.8.1.

Tomus,tomi,masc.gen.Fragmentum libri,sectio,pars. Mart. lib.1.62,Scriptura quanti constet,& tomus vilis.

TÓMYRIS,pen.corr.Regina nobilis Massagetarum in Scythia, quæ Cyrum debellauit & interemit. De qua plenè Herodotus, & Iustinus lib.1. scripserunt. Tibul.lib.4. ad Mecœnatem,1.29,
Nec quã regna vago Tomyris finiuit Araxe.

Tondeo,tondes,totondi,tonsum,tondêre, Lanam siue capillos & huiusmodi incidere.

Tondere barbã.Cic.lib.5.Tusc.81,Regiæ virgines vt tõstrículæ tondebant barbã & capillũ patris. Suet.in Augusto,cap.79, In capite comendo tam incuriosus.vt raptim cõpluribus simul tõsoribus operam daret,ac modò tõderet,modò raderet barbã. Hoc est modò tõderi,modò radi faceret. Mart.li.2.17,de tõsore,Non tõdet inquam:quid ergo facit?radit. Virg.3.Georg.63, Nec minus interea barbas,incanáque menta
Cinyphii tondent hirci,setáque comantes.

Comas tondere. Tibull.lib.3.eleg.1.2,
Lutea sed niueum inuoluat membrana libellum:
Pumicet,& canas tondeat antè comas.

Tondere oues.Plin.lib.8.cap.48.1,Oues non vbique tondentur. Horat.Epod.2.3.

Tondere caput ad cutem. Celsus, Et identidem caput ad cutem tondeatur,assiduéque perfricetur. Idem lib.6.cap.6, de pedicalis palpebrarũ, His aluus ducenda, caput ad cutem tondendum,diúque quotidie iciunis perfricandum.

Os alicuius tondere.Catull.Epithal.56.18, -nunc tuum cinerarius Tondet os.

Tondere prata,Secare.Virg.1.Georg.58, -nocte arida prata Tondentur.

Brachia arborum tondere. Virg.2.Georg.74,
Inde vbi iam validis amplexæ stirpibus vlmos
Exierint:tunc stringe comas,tunc brachia tonde.

Tondere dumeta dicuntur iuuenci,id est pascere. Virgil.lib.3. Georg.3.Tercentum niuei tondent dumeta iuuenci.

Tondere herbas fruticantes.Plin.lib.12.ca.25.2,Tondetur balsamum similiter fruticans. Virg.2.Geor.87, Tondentur cythisi,tedas sylua alta ministrat.

Violas tondere manu.Propert.lib.3.eleg.13.6.

¶ Tõdere aliquẽ auro,Auferre,& furari quicquid habet auri. Plaut.Bacch.5.8, -quem quidem ego hodie hic faciã arietem Phryxi:itaque tondebo auro vsque ad viuam cutem.

Tondens,Participium:vt Equi latè tondentes campum.Virgilius 3.Æneid.108.

Pecudes tondentes gramina ex vno campo.Lucret.lib.2.151.
Pecudes tondentes pabula.Lucret.lib.2.64.

Tonso,tonsas,tonsare,Frequentatiuum.

Tónsito,tónsitas,pen.corr.tõsitare,Aliud frequẽtatiuũ à tõso frequẽtatiuo.Plaut.Bacch.13.7,Rerin' ter in anno tu has tonsuarier?

Tonsus,Participium, Qui est coma abscissa:vt Tonsus homo, cui contrariũ Intonsus,capillatus. Cic.in Pisonem,13, Cum illa saltatrice tonsa. Martial.lib.11.21,Et tonso pora ministro. Idem lib.11.37,Iam mihi nigrescunt tonsa sudaria barba.

Tonsus,Minutus,vel compositus. Virg.2.Æneid.141, -tonsisque ferunt mantilia villis.Seruius.

Capillus tonsus.Ouid.8.Metam.31, -in auem mutata vocatur Ciris,& à tonso est hoc nomen adepta capillo.

Comæ tonsæ.Compositæ.Virg.5.Æneid.111, Omnibus in morem tonsa coma pressa corona.Seruius.

Cutis tonsa.Horat.1.epist.19.2,
Asperitas agrestis,& inconcinna,grauisque:
Quæ se commendat tonsa cute,dentibus atris.

Humum tonsam verri raro pectine.Ouid.1.de Remed.59.

Lanæ tonsæ.Horat.3.Carm.ode 15.3.

Myrti tonsæ. Quintil.lib.8.cap.3,Sterilẽ platanum,tonsásque myrtos,quàm maritatã vlmum,& huberes oleas præoptauerim?

Nouales tonsæ.Virg.1.Georg.15.

Oliua tonsa dicitur, quæ minutis frondibus compta est:quasi à tonsore composita. Virg.lib.3.Georg.5,Ipse caput tonsæ foliis ornatus oliuæ. Idem 5.Æneid.135.

Valles tonsæ,Arboribus &syluis vid uatæ.Virgil.4.Georg.56, -tonsis in vallibus illum
Pastores,& curua legunt prope flumina Mellæ. Id est non syluosis.Seruius.

Tonsa,tonsæ,à nonnullis dicitur ouis.

¶ Tonsæ,Remi,à decutiẽdis fluctibus.Virg.7.Æn.6, -& in lẽto luctantur marmore tonsæ.Seruius. Lucret.lib.2.31,Antennas,proram,malos,tonsásque natantes. Stat.5.Thebaid.68,Astvbi suspensis siluerunt æquora tonsis.

Tonsor,tonsóris,pen.prod.m.ge. Qui tondet.Varro 1.de Re rust. cap.11.7, Omnino tonsores in Italia primùm venisse ex Sicilia dicuntur post Romam cõditam anno tertio. Plaut.Asin.8.14, Ad tonsorem ire dixit. Idem Aulul.9.35,

Quin ipſi pridem tonſor vngues dempſerat,
Collegit,omnia abſtulit præſegmina. Horat.1.Serm.ſaty.7.1,
Omnibus & lippis notum,& tonſoribus eſſe.
Dionyſius ne tonſori collum committeret,tondere filias ſuas docuit.Cic.5.Tuſcul.82.
Inæqualis tonſor.Horatius 1.epiſt.1.19,
Si curatus inæquali tonſore capillos Occurri,rides.
Dare operam tonſori,Vide Opera.

Tonſorius, Adiectiuum,Quod ad tondendum pertinet: vt Tonſorius culter.Cic.1.Offic.33,Qui cultros metuens tonſorios,candente carbone ſibi adurebat capillum. Apud Martialem,lib.14.36,titulus eſt de tonſoriis ferramentis.

Tonſúra,tonſúræ,pen.prod.Tondendi opus. Colum.lib.7.cap.4.7,de ouibus,Tonſuræ certum tempus anni per omnes regiones ſeruari non poteſt. Idem lib.11.cap.2, Oues tarentinæ radice lanaria lauari debẽt,vt tõſuræ præparentur. Idem lib.11.cap.3,Tonſuris vellerum quoque intereſſe. Varro 2.de Re ruſt.ca.11.1,De lacte in eo & tonſura lanæ.

Tonſtrix,tonſtrícis,pen.prod.fœm.gen. Plautus Trucul.Tonſtricem Syram nouiſti noſtram.

Tonſtricula,tonſtriculæ,pen.corr.Diminutiuum.Cic.5.Tuſcul.81, Ita ſordido ancillariq; artificio regiæ virgines vt tõſtriculæ tondebant barbam & capillum patris.

Tónſilis,& hoc tónſile,pen.corr.Quod tonſum eſt,ac in orbem & comam putatum,vt ait Valla lib.1. Plin.lib.11.cap.2.1,Primus Cn.Matius nemora tonſilia inuenit. Idem lib.8.cap.50.4,Villo tonſili veſtiuntur. Mart.lib.5.114,Tonſile buxetum.

Tonſilla,tonſillæ,Palus dolatus in acumẽ,& cuſpide præferratus, qui nauis religandæ cauſſa in littore figitur. Actius, Tacete,& tonſillas in littore edite.Feſtus.

¶Tonſillæ,Diminutiuũ à tole tumore fauciũ,vt vult Feſtus. Propriæ fiunt circa vuam ex vtraque parte infra fauces,vocantúrque glandulæ,ob quandã glandis ſimilitudinem.Plin.lib.11.cap.37.47,Tonſillæ in homine,in ſue glãdulæ. Cic.2.de Nat.deorum,101,Linguam autem ad radices eius hærẽs excipit ſtomachus,quo primum illabũtur ea quæ accepta ſunt oris vtraque ex parte tonſillas attingens, palato extremo atque intimo terminatur. Amygdalinæ à forma Galeno dicuntur, ſúntque glandulæ in radice linguæ quæ ſaliuam conficiunt.

Tonſtrina,tonſtrinæ,pen.prod. Locus in quo tõderi ſolet. Plaut. Amph.13.5, In medicinis,in tõſtrinis, apud omnes ædes ſacras. Idem Epid.5.15, Per medicinas, tonſtrinas,in gymnaſio, atque in foro. Terent.Phorm.1.2.39, -ex aduerſum ei loco Tonſtrina erat quædam. Plin.lib.29.cap.6.8, Hæc & vulneribus tonſtrinarum ſanguinem ſiſtit.

TONGRI,Galliæ populi,Ptolemæo lib.2.cap.9.vulgò *Brabant.*

Tonitru,Vide **Tono.**

Tono,tonas,tonáui,tonátũ,& aliquãdo tónui,tónitum,pen.cor. tonare, Notæ ſignificationis. Varro in Eumenid. Sonitus matris deũm tonimus tibi ſemiuiri. Plinius lib.9.cap.55.4, Si verò & tonuerit,panidas, ac repentè compreſſas,quæ vocãt phyſemata efficere, ſpeciem modo inani inflatã ſine corpore: hos eſſe concharum abortus tradunt.

Si fulſerit,ſi tonuerit, ſi tactum aliquid erit de cælo. Cic.1.de Diuinatione,121.

Quũ tonuit læuum bene tẽpeſtate ſereno.Cic.1.de Diuin,113.

Tonat Iupiter. Cic.2.de Nat.deorum,94, Hũc etiam augures noſtri quum dicunt Ioue fulgente, tonante,dicunt enim in cælo fulgente,tonante. Idem 2.de Diuinat. 61, Itaque in noſtris commentariis ſcriptum habemus,Ioue tonante,fulgurante,comitia populi habere nefas.

Tonat cælum. Plin.lib.15.cap.30.8, Tiberium principem tonante cælo,ea coronari ſolitum ferunt cõtra fulminum metus.
Cælum tonat omne fragore. Virg.9.Æneid.108.
Ruinis horrificis tonat Ætna.Virg.3.Æneid.115.
Tonuêre feris clamoribus aſtra.Silius lib.16.10.
Mare tonuit ex alto.Senec.Hippol.10.4.
Tympana tenta tonant palmis.Lucret.lib.2.115.
Spiritus ore tonat.Propert.lib.3.eleg.17.8,
Hæc ego non humili referam memoranda cothurno,
Qualis Pindarico ſpiritus ore tonat.
Tonare murmure ac verberibus, Reſonare. Mart.lib.9.71, Murmure iam ſæuo verberibúſque tonat.
Ore tonare.Virg.4.Æneid.101, -crinéſque effuſa ſacerdos Tercentum tonat ore deos.
Verba tonare inſano foro. Propert.lib.4.eleg.1.27.
Tonare laudes alicuius,Magnopere efferre.Plinius in Præf.3, Quanto tu ore patris laudes tonas?

Tonans,tonantis,Iupiter dicitur:vt Magni tecta tonantis.Ouid.2. Metam.35.
Germana tonantis,Iuno.Ouid.epiſt.9.2.

Toneſcit,pro Tonat.Varro Bimargo,Tonitrib⁹ tẽplũ toneſcit.No.

Tónitrus,hui⁹ tónitrus,pen.corr.m.g.vel hoc Tonitru indeclinabile,in ſingulari:in plurali tonitrua.Ouidius 2.Metam.62,Vnde mouet tonitrus vibratáq; fulmina iactat. Iuuenal.Sat.5.12, -et facient optata tonitrua cœnas. Plin.lib.8.cap.47.1,Tonitrus ſolitariis omnibus abortus inferunt. Cic.1 de Diuin.61, Nónne perſpicuũ eſt ex prima admiratione hominũ, quòd tonitrua, iactúſq; fulminũ extimuiſſet, credidiſſe ea efficere rerũ omniũ præpotẽtem Iouem? Liu.1.ab Vrbe,65, Subitò coorta tempeſtas cum magno fragore,tonitribúſque. Lucret.lib.6.33,
Sed tonitrum fit vti poſt auribus accipiamus,
Fulgẽre quàm cernant oculi. Idem lib.6 35,
-ſic fulgorem quoque cernimus antè,
Quàm tonitrum accipimus.
Ingens tonitru.Ouid.3.Faſt.70.
Agere tonitrus.Stat.1.Theb.51, -tonitrus agis,& mea fulmina torques.Verba ſunt Iunonis ad Iouem.
Cælum ciebo tonitru.Virg.4.Æneid.25. Verba Iunonis.
Sonoro tonitru cuncta concutiens.Claud.2.Paneg.6.
Concuſſa tonitru tremunt omnia.Lucret.lib.6.25.
Flamma intee nubes coruſcat,cælum tonitru contremit. Cic. 3.de Oratore,86.
Mouere tonitrus.Ouid.1.Metam.61.
Humanas motura tonitrua mentes.Ouid.1.Metam.11.
Tonitru quatiuntur cærula cæli. Lucret lib.6.20.
Ardua terrarum tremiſcunt tonitru.Virg.5.Æneid.139.
¶Armorũ tonitru concuſſa eſt Daunia tellus. Silius lib. 15.2.

Tonitruum,tonitrui,Idem. Plin.lib.2.cap.43.1,Igitur nũ eam inficias, poſſe in has & ignes ſupernè ſtellarum decidere, quales ſereno ſæpe cernimus,quorũ ictu concuti aera verum eſt,quãdo & tela vibrata ſtridunt.Quum verò in nubem pernenerint, vaporem diſſonum gigni,vt candente ferro in aquam demerſo,& fumidum vorticem volui:Hinc naſci procellas. Et ſi in nube luctetur flatus aut vapor,tonitrua edi:ſi erumpat ardens,fulmina:ſi longiore tractu nitatur,fulgetra.
Hic tibi ſtrepit⁹,fremit⁹,clamor,tonitruũ.Cæli⁹ Ciceroũi,8.2.4.
Quæ porrò illa tonitrua,quæ tempeſtas?Cic.5.Philipp.169.
Rauca tonitrua.Claud.3.Paneg.42.

Tonſilla, Tonſor, Tonſtrix, Tonſus. Vide **Tondeo.**

Tonus,toni,m.g.Sonus Latine dicitur.Græcè *ὁ τόνος*. Vnde accentum quoq; tonum vocauere,quos veteres noſtri imitati, tenorem,quaſi tonorem accentum dixerunt.

Tonus,Spatium id quanto abeſt à terra circulus cæli citimus, hoc eſt lunaris,centũ ſcilicet viginti ſex milia ſtadiorum, vt inquit Martianus:quoniã vt in ſonis interuallũ cũ legitima quantitate minimũ ex duobus ſonis inter ſe diuerſis, ita in cælo minimum à terra ſpatium ad lunam,tonũ appellare placuit. Plinius lib.35.cap.5.1,Deinde adiectus eſt ſplendor, alius hũc quàm lumen:quem quia inter hoc & vmbram eſſet,appellauerunt tonon:commiſſuras verò colorum & tranſitus,armogen.

Toparcha, Vide **Topos.**

Topazius,topazii,f.g.Gemma.Plin.lib.37.cap.8, Egregia etiãnum topazio gloria eſt,ſuo virenti genere.& quum reperta eſt, prælatæ omnibus.Id accidit in Arabiæ inſula,quæ Chitis vocatur.in qua Troglodytæ prædones quum diutius fame & tempeſtate preſſi herbas radicéſque effoderent,eruerunt topazió. Hæc Archelai ſententia eſt.Iuba Topazion inſulam in Rubro mari à continente ſtadiis ccc abeſſe tradit,nebuloſam,& ideo quæſitã ſæpe à nauigãtibus:ex ea cauſa nomẽ accepiſſe. Topazin enim Troglodytarum lingua ſignificationem habere quærendi.
A topazio in aurum declinat,Vide **Declino.**

TOPAZOS,ſiue Topazios,Plinio li.6.ca.29,inſula in mari rubro: in qua reperitur lapis topazius mirè pellucid⁹. Vide **Topazi⁹.**

Tophus,tophi,m.g.Genus lapidis aſperi,qui facilè in arenã reſoluitur. Plin.lib.17.cap.4.6,Nam tophus ſcaber natura. Colum.lib.4.cap.21,Arenoſus tophus, & plus iuſto ieiunus ſabulo. Idem de Arboribus, cap.3.6, Probus conſimilis ager cui ſubeſt tophus atque vtilis congeſta & mota terra.
Antra laqueata tophis & pumice.Ouid.2.Faſt.63.
Leuibus tophis ſtructa atria.Ouid.8.Metam.113.
Leues tophi.Ouid.3.Metam.31.
Scaber tophus.Virg.2.Georg.43.
Sordidus tophus.Stat.4.Syln.3.11, -opúſque texunt
Cocto puluere,ſordidoque topho.

Tóphinus,pen.corr.Adiectiuum,Quod ex topho eſt.Suet.in Claudio Cæſare, cap.21, Circo vero maximo marmoreis carceribus, auratiſque metis, quæ vtraque & tophina ac lignea antea fuerant,exculto,&c.

Tophaceus,Adiectiuũ,Idem.Plin.lib.17.ca.7.1,Eſt enim alba,ruſa,colũbina,argillacea,tophacea,arenacea. Vnde tophacea quo que pyra, vulgus noſtrũ appellat à tophis qui intus reperiũtur.

Topiarium,topiarii,Dicitur op᷑ ex arbore,aut frutice,aut herba factum ad decorem, vt ſunt teſtudines, cameræ,naues,auiculæ,& huiuſmodi,quæ ex buxo vel hedera(quarum natura ſequax eſt & flexibilis)fieri conſueuerunt.Dictum topiarium *ἀπὸ τῶν τόπων*,hoc eſt à locis,quæ in his varia conſtituuntur.Cic.ad Q.fratrẽ,lib.3.17.9, Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit hedera. Plin.lib.15.ca.30.3,Accedit in topiario opere taxa,&c.

Topium,topii,Idem.Vitruuius lib.7.cap.5,Habentem deorum ſimulacra,ſeu fabularũ diſpoſitas explicationes, nõmin᷑ Troianas pugnas, ſeu Vlyſſis errationes per topia, cæteráq; quæ ſunt eorum ſimilibus rationibus ab rerum natura procreata.

Quidam à funiculis quos in oleo terendo circũligatos inſtrumentis illis,topia Græci vocant.

Topiarius,topiarii,m.g.Qui topiaria facit:ſicut coronari᷑ qui coronas. Plin. lib.15.cap.19.5, Satiuarum genera topiarii faciunt. Plin.Iunior, epiſt.63.lib.3.ad Caluiſium Rufum, Ineſt huic cõputationi ſumptus ſupellectilis,ſumptus atrienſium,topiariorũ.

Topiaria,topiariæ,Ars ipſa,vt argentaria. Vnde topiariam facere,pro Artem exercere operis topiarii.Cic.ad Q.fratrẽ,lib.3.17.9,Topiarium laudaui, ita omnia conueſtiuit hedera qua baſim villæ, qua intercolumnia ambulationis, vt denique illi palliati topiariam facere videantur,& hederam vendere.

Toparcha,toparchæ,Qui vnius loci vel regionis curam habet.

Toparchia,toparchiæ,Territorium.

Topos,Græcè,Latinè dicitur locus.

Tópicus,pen.corr. Adiectiuum,Localis.Vnde Ariſtoteles & Cicero,Topica,libros appellarũt,id eſt locorum ſedes,in quibus demonſtrantur ea à quibus argumenta ſumi debent.

Tópice,tópices,pen. corr. fœm.gen. Ars ipſa inueniendorum argumentorum.Cicero in Topicis.4,Inueniendi verò artem quæ topice dicitur. quæ ad vſum potior erat,& ordine naturæ certè prior,totam reliquerunt.

Topica,topicorum. Cic. Trebatio lib.7.ep.20.1, Inſtitui Topica Ariſtotelica conſcribere.

Topographia, topographiæ , Locorum deſcriptio Latinè dicitur. Cic.ad Atticum lib.15.epiſt.29.2,Itaque me referunt pedes in Tuſculanum, & tamen hæc *παιγνιαρία* ripulæ videtur habitura celerem ſatietatẽ.Vbi ex vetuſto ſcripto codice legitur *ἰχθυαγωγία*.

Topper, apud antiquos ſignificabat Citò: forſaſſe,celeriter,temere.Feſt᷑ multa teſtimonia ex antiquis citat,quæ prætermitto,quòd obſoleta ſit dictio.

TORANIVS, Mango quidã:qui,vt author eſt Plin.lib.7.cap.11. 6 ,M.Antonio iam Triumuiro, eximios forma pueros,alterũ in Aſia genitum,alterum trans Alpes,vt geminos vendidit: tanta vnitas erat. Poſtquam deinde ſermone puerorũ detecta fraude, à furente increpitus Antonio eſt, inter alia magnitudinem ꝓ prætii conquerente(nam ducẽtis mercatus erat ſeſtertiũ)reſpondit verſutus ingenii mango,ob idipſum ſe tanti xẽdidiſſe,quoniam non eſſet mira ſimilitudo in vllis eodem vtero editis: diuerſarum quidem gentium natales tam concordi figura reperiri,ſuper omnem eſſe taxationem:adeóque tempeſtiuam admirationem intulit,vt ille proſcriptor animus, modò & contumelia furens,non aliud in cenſu magis ex fortuna ſua duceret.

Toral,huius torâlis,pen.prod. & toralium,Stragulum eſt. Varro de vita Populi Rom. lib.1, Quòd frontem lectiçæ ſtruebant ex ea herba torta,torum appellatum.hoc quod iniicitur,& nũc toral dicitur.Lectícam qui inuoluebant, ſegeſtria appellabant. Hæc Feſtus. Horat.1.epiſt.5.5, -ne turpe toral,ne ſordida mappa. Idem 1.Serm.ſaty.4.17,Et Tyrias dare circum illota toralia veſtes.

Torale,toralis,inquit Varro de Ling. Lat. Quod ante torum eſt.

Torcular,pen.prod.torculâris,pen.pro.n.g.& aliquãdo Torculâre,torculâris,Machina premendis vuis apta.Plin.lib.15.cap.1.5,An maturitas illa in torcularibus fiat,an ramis. Colum. lib.8.cap.50.8,Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in ſiſcinis nouis includi, præliſque ſubiici, vt quantum poſſit,paulíſper exprimatur. Non deſunt qui putent Torcular habere penultimam correptam , dicentes à torculum fieri torcular,vt à ſpeculum ſpecular.

Torcularium,torcularii,Idem quod torcular. Cato cap.18.1,Torcularium ſi ædificare velis,&c.

Torcularius,Adiectiuum, Quod ad torcularium pertinet: vt Torcularia vaſa. Cato cap.11, Torcularii lacus. Colum. lib.11.cap.18.1,Tum lacus vinarii,torcularii,& fora,omniáque vaſa,&c.

Torcularia cella.Colum.lib.1.cap.6.5.

Torcularius,Subſtãtiuũ,Qui torculari premit vuas.Colu.lib.11.ca.50.3,Quia interdũ multitudo baccæ torcularioru᷑ vincit laborẽ.

Torculum,torculi,pen.corr.Idem quod torcular. Cato cap.11.1,Ad villã quum venias, videto vaſa, torcula,& dolia mulcáne ſient. Plin.lib.18. cap.31.7, Viginti iugeribus vnum ſufficit torculum. Colum.lib.11.cap.15,Prius quàm vinacea torculis exprimantur.

Torculus,pen.corr.Adiectiuũ, Quod ad torculũ pertinet:vt Torculus funis.Cato cap.135.1,Funem torculũ ſiquis faciet,L.nummis, Venaſci Minturnis c L. eo indere oportet coria bona, &c. Varro 3. de Re ruſt. cap.2.7, Neque tamen ibi ſe vidiſſe tabulam pictã,neque ſignũ æneum, aut marmoreum vllum nihilo magis torcula vaſa vindemiatoria,aut ſerias olearias vt trapeta.

Tordile, tordilis,Plinio:vel Tordile,Ruellio,& Tordilion.Semẽ ſeſelis. Plin.lib.24.cap.19.7, Tordilen alii ſemen ſilis eſſe dixerunt,alii herbam per ſe,quam & ſyreon vocauerũt. Neq; aliud de ea proditũ inuenio,quàm in montibus naſci. Vbi Ruellius legit,Tortilen aliqui ſemẽ ſeſelis eſſe dixerũt.Cuius & hæc verba ſunt de tordilio,Tordilion, quod & Creticũ ſeſeli cognominant, naſcitur in Cilicia mõte Amano, herbula fruticoſa,ſeminis rotũdi,geminatíq;,forma clypeolari, guſtu ſubaſpero,bene olentis.Paulus non tordilion,ſed gordilion appellauit. Plin.lib.20.cap.21.3,Adiicitur tordilion. Eſt autem id ſemen ex ſeſeli.

Toreuma,toreúmatis,neu.g. & Toreúmatum,toreúmati,pen. corr.Opus poſitum,cælatum,à *τορεύω* ſculpo,& cælo.Toreumata dicuntur ſcalpta aut cælata ex quacunque materia , quæ in deliciis habentur. Cic. 4. Verr. 89, Toreumata ſanè nota ac pretioſa auferuntur. Ibidem,6.33,Melitenſis Diodorus eſt,qui apud vos antea teſtimonium dixit. is Lilybæi multos iam annos habitat,homo & domi nobilis, & apud eos quò ſe contulit propter virtutem ſplendidus & gratioſus. de hoc Verri dicitur, habere eum perbona toreumata, in his pocula duo quædam, quæ Heraclia nominantur,Mentoris manu ſummo artificio facta. Salluſtius,Tabulas, ſigna,toreumata emunt. Mart.lib.3.33,Artis Phidiacæ toreuma clarum. Ibidem lib.14.99,

Non ſumus audacis plebeia toreumata vitri,
Noſtra nec ardenti gemma feritur aqua.

Toreutes,toreutis,m.g.à Græcis dicitur cælator,ſculptor.

Toreútice,toreútices,penult.corr.fœm.gen. Ars ipſa,quæ & anaglyptice, & ſculptura ſiue cælatura dicitur. Plinius lib.34. cap.8. 7, Et alterum coloſſicon nudum, primúſque artem toreuticen aperuiſſe atque demonſtraſſe meritò iudicatur. De Phidia ſculptore loquitur.

Tormentum,tormenti,Supplicium quod datur alicui ad pernoſcendam veritatem: vel ad cruciatum inferẽdum,ob nequitiam.A᷑ torquendo dicitur.Plaut.Bacch.10.5, Non Pelides tormento fuit,prout ego herum expugnabo meum. Cic.3.de Finibus,66, Vtq; in omnibus tormentis conſeruetur vita beata. Idem pro Milone,42,Quod tormentis inuenire vis,id fatemur. Idem pro Sylla,58,Quæſtiones nobis ſeruorum,ac tormenta accuſator minitatur. Horat.1.epiſt.2.12,

Inuidia Siculi non inuenere tyranni
Maius tormentum.

Carnificũ tormenta,morborũ cruciamenta.Cic.11.Phil.194.

Acerrimum tormentum.Cic.pro Cluentio,141.

Lene tormentum.Horat.3.Carm.ode 21.3,

Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerunque duro. Alloquitur amphoram.

¶Accipere aliquẽ necatũ in tormentis.Cic.3.de Nat.deo.118.

Serui authoritate aduocatorũ, & vi tormentorum adducti in veritate manſerunt.Cic.pro Cluentio,140.

Aliquem cogi tormentis quippiã cõfiteri.Cic.pro Milone,42.

Ferre tormenta.Quintil.lib.2.cap.10.8, Et tormenta ſine gemitu feret malus ſeruus.

Inſungere ſibi tormentum,Vide **Inſungo**.

Perferre vim tormentorum.Cic.in Partit.27.

Eſſe in tormentis,Vide **In** præpoſitionem.

¶Tormẽtum narium,Quod nares torquet & afficit.Plin.lib.19.cap.8.25,Naſturtium nomen accepit à narium tormento.

Calumnia timoris, & cæcæ ſuſpicionis tormentum. Cecinna Ciceroni lib.6.7.12.

Iracundiæ tormentum. Cic.11.Philipp.190, Mortem, naturæ pœnam putat eſſe : iracundiæ,tormentum.

¶Tormentũ appellat Varro meſſis triturã,quòd ibi frumentum teratur. Calepinus.

¶Tormentum generale vocabulum eſt omnium machinarum,ſaxa,tela,& id genus:varia torquentium.Cæſar lib.1.Commentariis, Ad extremas foſſas caſtella conſtituit.ibique tormẽta collocauit. Idem 4.bel.Gall.556,Atque inde fundis,tormentis, ſagittis hoſtes propelli ac ſubmoueri iuſſit. Cic.2.Tuſc.97, Vt enim baliſtæ lapidum & reliqua tormenta telorum eo grauiores emiſſiones habent, quò ſunt contenta & adducta vehementius. Idem ad Catonem,lib.15.4.19,Aggere, vineis, turribus oppugnaui,vſúſque tormentis multis. Virg.11.Æneid.114, Fulminis in morem,aut tormento ponderis acti. Stat.9.Thebaid.30, -non illum impacta mouerent Tormenta.

Fortius tormento. Ouid. 9. Metam. 44.
-& tèrque, quatèrque rotatum
Mittit in Euboicas, tormento fortius, vndas.
Missilia tormenta, Vide Mitto.
Murali tormento concita saxa. Virg. 12. Æneid. 185.
Rotare tormenta. Stat. 10. Thebaid. 171.

Torminosus, pen. prod. Adiectiuum, Qui eum morbum patitur, quem & dysentericum appellant Græco vocabulo. Cic. 4. Tusc. 40, Itaque dicimus grauedinosos quosdam, quosdam torminosos, non quia semper sint, sed quia sæpe sint.
Tormines masculino genere protulit Nonius.

Torminalis, & hoc torminale, pe. pro. Quod tormina infert. Plin. lib. 15. cap. 21. 1, Quartum genus torminale appellant. De sorbis.

Tornatilis, Torno, tornas, Vide Tornus.

Tornus, torni, m. g. Instrumentũ fabrile quo ligna, ebur, & reliqua huiusmodi tornãtur & poliũtur. Plin. lib. 7. cap. 56. 8, Normam autem & libellam, & tornum, & clauem Theodorus Samius inuenit. Idem lib. 16. cap. 40. 5, Calices ex terebintho solitus facere torno. Virg. 3. eclog. 8, Lenta quibus torno facili superaddita vitis. Idem 2. Georg. 90, -aut torno rasile buxum.
Ouid. ad Pisonem, 10, -hinc exornata figuris
Aduolat, excusso velox sententia torno.

Torno, tornas, tornare, Torno polire, aut in aliquã formam figurare. Plin. li. 36. ca. 11. 3, Lapis est qui cauatur, tornatúrq; in vasa coquendis cibis vtilia. Cic. de Vniuersit. 12, Ydque ita tornauit, vt nihil effici possit rotundius.
Versus malè tornati, Metaphoricùs pro Male elaborati. Horatius de Arte, 89,
Bis, tèrque expertum frustra, delere iubebat,
Et malè tornatos incudi reddere versus.
¶ Tornare, Circunagere. Plinius lib. 36. cap. 13. 6, Quarum in officina turbines ita librati pependerunt, vt puero circunagente tornarentur.

Tornátilis, & hoc tornátile, pen. corr. Quod torno factum est.

TORONE, Plinio lib. 4. cap. 10. Macedoniæ oppidum.

Torosus, Vide Torus.

Torpeo, torpes, tórpui, torpêre, Animo & corpore ita debilitatum esse, vt quis langueat. Cic. 1. de Nat. deorum, 142, Deum sic feriatum volum' cessatione torpere, vt si se commouerit, vereamur ne beatus esse non possit. Virg. 3. Georg. 74,
-consertóque agmine cerui
Torpent mole noua, & summis vix cornibus hærent. Plautus Amphit. 4. 181,
Optime eccum incedit ad me. s. timeo, totus torpeo:
Non ædepol nunc vbi terrarum sim scio, vbi roger:
Neque miser me commouere possum.
Animóque & corpore torpet. Horat. 1. epist. 6. 3.
Torpere metu, Præ timore ita obstupefieri, vt vix loco moueri queas. Liuius 8. bel. Pun. 157, Deligati ad palum, virgísque cæsi, & securi percussi, adeò torpentibus metu qui aderant, vt non modò ferocior vox aduersus atrocitatem pœnæ, sed ne gemitus quidem exaudiretur.
Veterno graui torpere. Virgil. 1. Georg. 15, Nec torpere graui passus sua regna veterno. Hoc est pigrescere.
Acies luminum torpet, Vide Aceo.
Consilia torpẽt. Liu. 1. ab Vrbe, 181, Si tua rẽ subita cõsilia torpent, at tu mea consilia sequere. Ibidẽ, 6. 87, Frigere & torpere consilia senis, sed Camillo tum vitæ satis, tum gloriæ esse.
Genæ torpuerant dolore. Ouid. epist. 10. 9.
Lingua torpuerat retenta metu. Hoc est, velut fixa substiterat, nec loqui poterat. Ouid. epist. 11. 17.
Pectora torpuerant longa mora. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 2.
Vires torpẽt. Virg. 9. Æn. 100, -torpẽt infractæ ad prælia vires.
Vox & spiritus torpet. Liu. 1. ab Vrbe, 103, Vt primo statim cõcursu increpuêre arma, micãtésq; fulsere gladii, horror ingẽs spectãtes perstringit, & neutro inclinata spe torpebat vox spiritúsque.

Torpens, Participium. Cic. 2. de Diuinat. 97, Quidnam torpentes subitò obstupuistis Achiui? Ex poeta.
Ignauia torpens. Stat. 10. Thebaid. 18.
Amnis torpens. Stat. 4. Thebaid. 55.
Hyems frigore torpens. Claud. 5. Paneg. 53.
Lacus torpentes. Stat. 9. Thebaid. 91.
Membra torpentia ægrè trahens. Silius lib. 4. 14.

Torpesco, torpescis, torpéscere, Torpidũ fieri. Sallust. in Iugurtha, Cæterũ ingeniũ quo neq; meli⁹, neq; ampli⁹ in natura mortalium est, inculto atq; socordia torpescere sinũt. Plin. li. 9. ca. 35. 5, Flauescũt tamẽ & illæ senectæ, rugisq; torpescũt. De margaritis. Idẽ lib. 8. cap. 16. 13, Quod spectaculũ in arenam protinus transiatũ est, vix credibili modo torpescẽte tãta illa feritate, &c.
Membra torpescunt gelu. Senec. Medea, 12. 10.

Torpor, torporis, m. g. Animi & corporis debilitatio, pigritia, stupor. Cic. 1. de Nat. deorũ, 190, Aliæ fuga se, aliæ occultatione tutantur, atramenti effusione sepiæ, torpore torpedines.
Iners torpor. Stat. 5. Sylu. 3. 51.
Graui torpore deiectum premit mors. Senec. Herc. furen. 12. 5.
Membra nouus soluit formidine torpor. Virg. 12. Aneid. 174.

Torpôro, torpóras, pen. prod. torporare, Torporem inducere. Turpilius Hetæra, Stupidus astat, ita eius aspectus repens, cor torporauit hominis amore. Id est, torpefecit. Nonius.

Tórpidus, pen. cor. Adiectiuũ, Torpens, piger: vt Torpidus somno. Liu. 5. bel. Pun. 214, Tum inter torpidos somno, panentésque ad necopinatum tumultum, & inermes in cubilibus suis oppressos illa cædes edatur, à qua vos hesterno die reuocatos ægrè sereba tis. Sic 7. ab Vrbe, 171. Et 1. bel. Pun. 219, Quod malum præterquã atrox super tot clades, etiam nouũ, cum stupore ac miraculo torpidos delixisset, &c. Hoc est stupefactos & attonitos.

Torpêdo, penult. prod. torpédinis, fœm. gen. Idem quod torpor. Sallust. lib. 1. hist. Hæc si placẽt, si tãta torpedo animos obrepsit.
¶ Torpedo, fœ. item g. Genus piscis, qui limo mersus, occultat se, & pisces suprà natantes, torpentes facit: postquam verò obtorpuêre, deuorat. Plinius lib. 32. cap. 1. 6, Ex eodem mari torpedo: etiam procul & è longinquo: vel si hasta virgáve attingatur, quanuis prænalidos lacertos torpescere, quãlibet ad cursum veloces alligari pedes facere proditur. Idẽ lib. 9. ca. 41. 2, Nouæ torpedo vim suam ipsa nõ torpens: mersáque in limo se occultat. Cic. 2. de Nat. deor. 190, Tutantur se, torpore torpedines.
Claud. de Torpedine, 16. 1,
Quis non indomitam miræ torpedinis artem
Audit, & emerito signatas nomine vires?

TORQVATVS, penul. prod. Cognomen Titi Manlii, qui ad Anienem occiso Gallo torquem detraxit. Hic est ille Torquatus Manlius, cuius iniussu quum filius aduersus hostem, à quo prouocatus fuerat, pugnasset, cóq; occiso equestria spolia victor ad patrem tulisset, subitò eum quòd aduersus edictum suum, & rei militaris disciplinam feciſſet, iussit occidi. Vide MANLIVS. Cic. 1. de Finib. 34, Ad maiora enim quædam nos natura genuit & cõformauit, vt mihi quidem videtur: ac fieri potest vt errem, sed ita prorsus existimo, neque eum Torquatum qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, vt &c. Idem 4. Tusc. 76. Et 3. Offic. 154. Virg. 6. Æneid. 165,
-sæuúmque securi
Aspice Torquatum, & referentem signa Camillum.
Trucis Torquati. Claud. 1. in Eutrop. 91.

Torquatus, pro Palumbo. Vide Torqueo.

Torqueo, torques, torsi, torsum & tortum, torquêre, Inflectere. Plin. lib. 36. cap. 25. 3, Necessarium binas per diuersum coassationes substerni, capita earum præfigi clauis, ne torqueãtur. Virgilius lib. 1. Georg. 90, Cornus, & Ityreos taxi torquẽtur in arcus. Id est, torquendo inflectuntur.
Acies oculorum ardentes torquere, Vide Aceo.
Aquas torsit remis. Ouid. 5. Fast. 113.
Aurem torquere ab obscœnis sermonibus. Horat. 2. epist. 1. 26.
Capillos torquere ferro, Calamistro inurere. Ouidius 1. de Arte amandi, 102.
Ceruices oculósque pariter cum modorum flexionibus torqueant. Cic. 2. de Legib. 63.
Collum torquere. Liu. 4. ab Vrbe, 130, Hoc decreto Consul armatus, quum paucis appellantibus Tribunum, collum torsisset, metu cæteri sacramento dixere.
Fusos torquere dicuntur mulieres. Plin. lib. 28. cap. 2. 18, Pagana lege in plerisque Italiæ prædiis cauetur, ne mulieres per itinera ambulantes torqueant fusos.
Amentatas hastas torquere. Cic. 1. de Orat. 115.
Iter torquere. Stat. 11. Thebaid. 63, -paulum si deuius hostis
Torsit iter. Id est si paulum declinauit à via.
Lumina flammantia torquens anguis. Virg. 3. Georg. 87.
Oculum torquere, Ita sursum aut deorsum versus flectere, vt altera veluti cuiusdam lucis reuerberatio videatur. Cic. 4. Acad.

141,Itaq; Timagoras Epicureus negat sibi vnquam quum oculum torsiſſet,duas ex lucerna flammulas eſſe viſas.

Oculos torquere ad.Virg.4.Æneid.44,

-oculóſque ad mœnia torſit.

Orbes ſquamoſos torquet volubilibus nexibus.Ouid.5.Metamorphoſeos,9.de ſerpente Cadmi.

In orbem torquere.Cic.de Vniuerſ.31,Deinde in orbem torſit,vt & ipſe ſecum,& inter ſe ex commiſſura, quæ ex regione eſſet,iungerentur.

Os torquere. Cic.1.Offic.182,Quæ quum fiunt,anhelitus mouentur,vultus mutantur,ora torquentur: ex quibus magna ſignificatio fit non adeſſe conſtantiam.

Proras ad littora torquent.Virg.3.Æneid.107.

Nautæ adnixi torquent ſpumas.Virg.5.Æneid.41.

Stamina torquere pollice.Ouid.11.Metam.95.

Terra quum circum axem ſe ſumma celeritate conuertat & torqueat.Cic.4.Acad.111.

Veſtigia torſit ad ſonitum vocis.Virg.3.Æneid.133.

¶Torquere iuſ,per tranſlationem,pro Auertere aut peruertere. Cic.pro Cecinna,56,Iuris retinere ſententiam,& æquitatẽ plurimum valere oportere , verbo ac litera ius omne torqueri: vos ſtatuite Recuperatores,vtrum vllius eſſe videatur.

Verſare ſuam naturam, & regere ad tempus, atque huc & illuc torquere & flectere.Cic.pro Cælio,9.

¶Torquere,Torquendo facere.Virg.5.Æneid.100,In medios telum torſiſti primus Achiuos. Idem eclog.10.11,Spicula torquebat Lycio Gortynia cornu. Horatius 2. epiſt.2.15, Torquet nunc lapidem,nunc ingens machina tignum. Lucan.lib.2.111, -valet in torquendo dextera pilo.

Fulmina torquere.Virg.4.Æneid.41.

Iaculum torquere lacerto.Ouid.2.de Ponto.eleg.9.12.

Tela manu torſit.Ouid.12.Metam.20.

Tela torquentur lacertis.Lucan.lib.3.113.

¶Torquere terras, Gubernare. Virgil.4.Æneid.34, -cælum & terras qui numine torquet.

¶Torquere,Suſtinere.Virg.6.Æn.160, -vbi maximus Atlas Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum. Idem lib.7.134,Ipſe pedes tegmen torquens immane leonis.Seruius.

¶Torquere,Tormentũ inferre,Angere,Moleſtiã afferre.Donatus,Torquemus hominẽ,extorquemus veritatẽ. Plin.epiſt.198, Remitte aliquid adoleſcentiæ ipſius, remitte lachrymis,remitte indulgentiæ,ne torſeris illum,ne torſeris etiam te.

Qui in dolore eſt,torquetur.Cic.1.de Finib.17.

Equleo torqueri.Cic.5.de Finib.66.

Torqueri dies & noctes.Cic.ad Atticum.lib.7.118.13.

Amore torquere aliquem.Ouid.1.de Arte.15.

Doloribus animi torqueri.Cic.1.de Finib.68.

Expectatione torqueri. Cic.ad Atticum,lib.8.166.3,Brunduſii autem omne certamen vertitur huius primi temporis:qua quidem expectatione torqueor,ſed omnia antè nos ſciemus.

Inuidia vel amore torqueri.Horat.1.epiſt.2.8.

Tuæ libidines te torquent.Cic.in Parad.21.

Memoria malorum torqueri. Cic.1.de Finib.8,Stulti autem malorum memoria torquentur, ſapientes bona præterita grata recordatione renouata delectant.

Mero torquere aliquem.Horat.de Arte,88,

Reges dicuntur multis vrgere culullis,
Et torquere mero,quem perſpexiſſe laborent
An ſit amicitia dignus.

Meru torqueri.Ouid.1.Amor.eleg.4.10.

Acriter nos tuæ ſupplicationes torſerũt.Cælius Cicer.li.8.11.1.

Timor torquet impendentis doloris. Cic.1.de Fin.151,Quum & præteriti doloris memoria recens eſt,& futuri atque impendentis torquet timor?

¶Torquere,Trahere.Virg.6.Æneid.111, -torquétque ſonantia ſaxa. Seruius.

Torquere in diuerſas partes. Plin.lib.11.cap.37.7, Inciſa naſcentium in diuerſas partes torquentur.

Oratio ita flexibilis,vt ſequatur quocunque torqueas. Cicero in Oratore,29.

Tortus,Participium:vt Vino tortus.Horat.1.epiſt.19.8,

Arcanum neque tu ſcrutaberis vllius vnquam:
Commiſſúmque teges,& vino tortus,& ira.

Verberib⁹ tortus,Afflictus.Cic.in Topic.39,Nam & verberib⁹ torti,& igni fatigati, quæ dicunt,ea veritas videtur ipſa dicere.

Expectatione tortus.Quintil.lib.6.cap.1.14.Occiſus eſt,vtrum ferro,an igne,an veneno,vno vulnere, an pluribus,ſubitò, an expectatione tortus.

¶Anfractus torti.Claud.4.Paneg.104.

Anguis tortus.Ouid.2.Metam.28.

Baculus tortus.Ouid.2.Metam.158.

Capillus tortus.Ouid.2.de Arte,61.

Comæ tortæ. Mart.lib.1.148,-tortas non amo Flacce comas.

Conditiones tortæ.Plaut.Menæch.14.18.

Corona torta.Propert.lib.3.eleg.10.4.

Crines torti in nodum. Mart.lib.1.3,Crinibus in nodum tortis venêre Sicambri.

Facies torta.Ouid.in Ibin.76.

Vt qui liſtoniæ templo cecidêre Mineruæ,
Propter quod facies nunc quoque torta dea eſt.

Funes torti.Virg.4.Æneid.115.

Linum tortum, Funis. Ouid.3.Faſt.118, Dúmque parat torto ſubducere carbaſa lino.

Radix torta.Ouid.11.Metam.15.

Serpentes torti.Catull.Argon.59.51.

Stamina torta.Tibull.lib.1.eleg.6.16.

Supercilia torta.Plaut.Rud.2.13.

Verber tortum,Vide Verber.

Vertigo torta. Propert.lib.3.eleg.7.13, Subtrahit hæc fantem torta vertigine fluctus.

Tortus,huius tortus,Ipſe torquendi actus.Cicero 2.de Diuinat.95.

Vidimus immani ſpecie,tortúque draconem
Terribilem.Ex poeta. Idem 2.Tuſcul.38,
Hæc interemit tortu multiplicabili
Draconem auriferam obtuto aſſeruantem arborẽ. Ex poeta.
Virg.5.Æn.56,Nequicquam longos fugiens dat corpore tortus.

Tortum, torti. Machina ad torquendum ſaxa. Pacuuius Dulorefte, Nam te in tenebras ſæpe lacerabo fame clauſum , & fatigans artus torto diſtraham. Nonius.

Tortè,Aduerbium. Lucret.lib.4.68, -quannis tortè,penitúſque remota Omnia,&c.

Tortuóſus,pen.prod.Adiect.Quod eſt tortũ,Multis flexib⁹ ſinuoſum:vt Tortuoſus amnis.Liu.7.bel.Pun.151,Et per tortuoſi amnis ſinus flexúſq;,quum errore voluẽs haud multũ proceſſiſſet.

Aluus multiplex & tortuoſa.Cic.2.de Nat.deor.104.

Soni ex tortuoſis locis & incluſis referuntur ampliores. Cic.2. de Nat.deorum,117.

Ingenium multiplex & tortuoſum.Cic.de Amicit.58.

Serrula tortuoſa.Cic.pro Cluentio,143.

Tortuoſum viſum & obſcurum. Cic.1.de Diuin.193,Et quum ſtertentem aliquem viderint, obiicere his viſa quædam tortuoſa & obſcura,quæ illi exterriti ſomnio.&c.

Tortuoſum diſputandi genus, quod & anfractuoſum dicitur. Cic.4.Acad.175,Sed vt omnes iſtos aculeos & totum tortuoſum genus diſputandi relinquamus,oſtendamúſque qui ſimus.

Tortuoſa vrina,Quæ tortuoſè diffluit.Plin.lib.11.ca.17.1,Ruſci radix decocta bibitur alternis diebus in calculorum valetudine,& tortuoſiore vrina vel cruenta.

Torſio,torſiônis,Verbale fœmininum,Ipſe torquendi actus. Plin. lib.10.cap.17.1,Priuatim eius vſus contra torſiones ſtomachi in tepida aqua,& cruditates.

Tórtilis,& hoc tórtile,pen.corr.Quod retortum & replicatum eſt. Plin.lib.9.cap.51,Polypi pariunt Vere ouа tortili vibrata pampino. Ouid.epiſt.15.51,Tortilis à digitis excidit anſa meis.

Buccina tortilis in latum.Ouid.1.Metam.68.

Nerui tortiles.Lucan.lib.6.39,Hunc aut tortilibus vibrata pharetra neruis Obruat.

Piſcis tortilis.Ouid.15.Metam.194.

Torto,tortas,tortare,Frequentatiuum,Vehementer torquere. Põponius Decuma fullonis,Et vbi inſilui in cochleatũ equuleum, vbi tollutim tortor.Id eſt Torqueor.Nonius.

Tortor,tortôris,pen.prod.maſ.g.Qui torquet,id eſt cruciat.Cic.5. Tuſc.10,Quum conſtantia,grauitas,fortitudo,ſapiẽtia,reliquæque virtutes rapiantur ad tortorẽ,nullúmque nec recuſent ſupplicium,nec dolorem? Idem pro Cluentio,141,Quum iam tortor,atque eſſent tormenta ipſa defeſſa, neque tamen illa finem facere vellet,&c. Liu.10.bel.Maced.113, Conſpectum tortoris, verberúmque ſuſtinuit, ordinémque omnem facinoris legatorum,miniſteriique ſui expoſuit. Horat.3.Carm.ode 5.10,

Atqui ſciebat quæ ſibi barbarus
Tortor pararet. De Regulo. Iuuen.Saty.15.19,
-quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos,& ſurdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum.

Carnifex & tortor.Cic.11.Philipp.293,Ponite igitur ante oculos r.c. miſeram quidem illam & flebilem ſpeciem,&c. vocem impuram atque os illud infame,vincula,verbera,equuleũ,carnificem tortorémque Samarium.

Si ſapiens ad tortoris equuleũ ire cogatur. Cic.4.de Finib.51.

Tortiuus,pen.prod.Adiectiuum:vt Vinum tortiuum,quod eſt no

uissimè expressum. Cato cap. 13.2, Torcularia mustum circūcidaneum suo cuique dolio diuidito, additóque pariter. Columel. lib. 12. ca. 36, Torcularia mustum dicitur quod post primam pressuram vinaceorum circunciso pede exprimitur.

Torqueo, & Torquis, tam masc. quàm fœm. generis secundum Probum, significat circulum aureum, flexilem, obtortum colli ornamentum, & summi pectoris. Propert. lib. 4. eleg. 11. 9, Torquis ab incisa decidit vnca gula. Gell. lib. 9. cap. 13, Caput Galli præcidit, torquem detraxit, eámq; sanguinolentam sibi in collum imponit. Plin. lib. 33. cap. 2, Auxiliares quippe & externos torquibus aureis donauēre, at ciues non nisi argenteis. Cic. 1. de Finib. 34, Neque eum Torquatum qui hoc primus cognomen inuenerit, aut torquem illum hosti detraxisse, vt aliquam ex eo perciperet corpore voluptatē, aut cum Latinis tertio Cōsulatu conflixisse apud Veserim propter voluptatem. Quintil. lib. 6. cap. 4, Quum ei Galli torquem aureum dedissent.

T. Manilius is est qui ad Anienem, Galli, quē ab eo prouocatus occiderat, torque detracta cognōmē inuenit. Cic. 3. Offic. 154.

Q. Rubrium, excellenti virtute, authoritate, &c. torque donasti. Cic. 5. Verr. 160.

Ademptus torquis, Vide **Adimo**.

Decorus torquis. Stat. 10. Thebaid. 103.

Miniatus torquis. Plin. lib. 10. cap. 42. 1, Psittacem vocant, viridem toto corpore, torque tantum miniato in ceruice distinctā.

Nexis torquibus ornatæ aræ, Id est coronis. Virg. 4. Georg. 55.

Torquātus, pen. prod. Adiect. Torque ornatus. Torques aurei militib⁹ ob rē strenuè gestā donari ab Imperatorib⁹ solebāt: vnde torquati dicti, qui duorū generū erāt, simplares, duplaréque. Vegetius lib. 2, Torquati, inquit, duplares, torquati simplares erant, quib⁹ torquis aureus solid⁹ virtutis præmiū fuitquē qui meruisset, præter laudē interdū duas cōsequebatur annonas, duplares duas, simplares vnā. Torquati tamē hodie vocitari debēt equites qui vulgò *cadelati* dicuntur, quos rex noster gestamine suo, regióque insigniuit, *ordinem regium* gestare dicuntur. Budæus. Ouid. epist. 1. 14, Affuit Alecto brenibus torquata colubris.

Torquatus palumbus. Martialis lib. 13. 67,

Inguina torquati tardant, hebetántque palumbi:
Non edat hanc volucrem qui cupit esse salax.

Torrens, torrētis, m. g. Fluuius qui non de fonte, neq; de viua aqua, sed à planis, vel de mōtibus in valles descēdit, & in mare procurrit: æstate autē siccatur, aquis vero hyemalib⁹ inundatur & currit. Virg. 2. Æn. 61, -aut rapidus mōtano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boúmque labores.

Stygius torrens. Ouid. 3. Metam. 19.

Tumidus torrens. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 9.

Agi ritu torrentis. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 9,

Denique si tumidi ritu torrentis agebar,
Cæcáque me prædam fecerat ira suam.

Oratio velut torrens. Cic. 2. de Finib. 5, Quū enim fertur quasi torrēs oratio, quāuis multa cuiusq; modi rapiat, nihil tamē teneas, nihil apprehēdas, nusquam orationem rapidam coerceas.

Torrens verborum. Quintil. lib. 10. cap. 7. Id potius quàm se inani verborum torrenti dare quasi tempestatibus quò vellent auferendum.

¶ Torrens, torrentior, torrentissimus, pro Vehementi, impetuoso, & in torrentis morem rapido. Plin. lib. 3. cap. 16. 1, de Pado flumine, Augetur ad Canis ortus liquatis niuib⁹, agris quàm nauigiis torrentior, nil tamen ex rapto sibi vendicans. Atque vbi liquit agros lubertate largior, &c. Idem lib. 5. cap. 9. 10, dē Nilo, Postremò inclusus montibus, nec alibi torrentior.

Campi torrentes sanguine. Stat. 1. Sylu. 2. 10.

Flumina torrentia. Virg. 7. eclog. 11,

Hic tantum Borex curamus frigora, quantum
Aut numerum lupus, aut torrētia flumina ripas. Id est, Quæ torrentis modo fluunt.

Flumine torrenti mersus. Ouid. in Ibin, 104.

Oratio torrens. Quintil. lib. 3. cap. 8. 41, Cur igitur torrens, & vtique æqualiter concitata sit in ea dicentis oratio, &c.

Sermo promptus, & Isæo torrentior. Iuuen. Saty. 3. 8,

Ingenium velox, audacia perdita, sermo
Promptus, & Isæo torrentior. Isæus hic, orator fuit, cuius mentio est apud Plinium Iuniorem, lib. 2.

Vndam torrentem innatat alnus. Virg. 2. Georg. 91.

Torris, huius torris, m. g. Lignum teres quando ardet. Ouid. 8. Metam. 103, Funereum torrem medios coniecit in ignes.

Ambustus torris. Virg. 12. Æneid. 60.

Torreo, torres, torrui, tostum, torrēre, A' torre deductum, significat siccare, atque arefacere: sed vsurpatum est iam pro eo quod sit igne vrere, vt ait Festus. Plinius lib. 11. cap. 10. 2, Sunt qui mortuas, si intra tectum hyeme seruentur: deinde sole verno torreantur, ac siculnēò cinere toto die foueantur, putent reuiuiscere. De apibus.

Sitis torret ora. Propert. lib. 4. eleg. 10. 5.

Artus torrentur febribus. Ouid. epist. 20. 34.

Viscera torrentur cæcis ignibus. Ouid. 8. Metam. 104.

¶ Torrere, de frigore etiam dicitur. Varro, Frigore torret.

¶ Torrere, Vrere. Virg. 4. Geor. 85, Iam rapidus torrens sitientes Syrius Indos. Cæsar 5. bel. Gall. 158, Vt quum vndiq; flamma torrerentur. Cicero in Somnio, 11, Medium autem illum & maximum solis ardore torreri.

Sapientē in Phalaridis tauro inclusum succensis ignibus torreri. Cic. in Pisonem, 33.

Face mutua torrere aliquem. Horat. 3. Carm. ode 9. 3.

¶ Torrere, Assare. Plin. lib. 19. cap. 6. 14, Si radicē betæ in pruna tostam superederint, odorem extingui. Plaut. Casinā, 8. 2,

Atque ibi torreto mc pro pane rubido hera. Plin. lib. 7. cap. 2. 11, Ii nullum alium cibum nouēre, quàm piscium, quos vnguibus dissectos sole torreant. Virgil. 5. Æneid. 11, Subiiciunt verubus prunas, & viscera torrent.

Fruges torrere igni. Virg. 1. Georg. 54.

¶ Torrere, Vertere. Luca. li. 7. 103, -ingētes fato torrēte ruinas.

Torrens, Participium: siue Nomen ex participio: vt Ripæ torrētes pice, atráque voragine, Id est, ardentes. Virg. 9. Æneid. 21.

Sydera torrentia agros. Horat. 3. Carm. ode 1. 7.

Axis torrentissimus. Stat. 3. Sylu. 1. 11,

Tempus erat, cæli quum torrentissimus axis
Incumbit terris.

Tostus, Aliud participium. Cic. 3. Tuscul. 76,

Fana flamma deflagrata, tosti alii stant parietes
Deformati, atque abiete crispa. Ex poeta.

Caro tosta. Ouid. 12. Metam. 31.

Crines tosti. Ouid. 2. Metam. 57.

Fruges tostæ. Virg. 1. Georg. 60.

Liba tosta. Ouid. 6. Fast. 97.

Ordeum tostum, Ad ignem vstulatum. Colum. lib. 12. cap. 5, Quidam ordei tosti sextarios quatuor, & nuces andētes iuglandes quadraginta, &c.

Semina tosta. Ouid. 2. Fast. 116.

Maturitas tosta, Quæ ex quadā veluti assatione Solis æquiritur. Plin. lib. 11. cap. 7. 4, Deest tosta illa maturitas idcóque & rugarum coloriscque similitudo. De pipere.

Tórridus, pen. cor. Adiectiuum, Aridus, Vnde æstas torrida dicitur. Plin. lib. 12. cap. 20. 1, Color abest ille torridus sole.

Torridus macie. Cic. pro Lege agra. 91, Quem hominē vt grādi macie torridū Romæ, contemptum, abiectum videbam⁹, &c.

Torrida frigore pecora. Liu. 1. bel. Pun. 118, Pecora, iumentáq; torrida frigore, homines intonsi & inculti.

Torrida gelu membra, Congelata. Liu. 1. bel. Pun. 147, Ad hæc perusti artus, niue rigentes nerui, membra torrida gelu, quassata, fractáque arma.

Aer torridus æstuat. Propert. lib. 2. eleg. 19. 1.

Æstas torrida. Virg. eclog. 7. 10.

Fontes torridi. Liu. 4. ab Vrbe. 130, Defectus alibi aquarū circa torridos fontes, riuóque, stragē siti pecorū morientium dedit.

Tellus torrida. Lucret. lib. 5. 145.

Torresco, torrescis, torrescere, Inchoatiuum. Lucret. lib. 3. 181,

-non inuenio qui non sit acerbum
Ignibus impositum calidis torrescere flammis.

Torrefacio, torrefacis, pen. corr. torrefēci, pen. prod. torrefactum, torrefácere, Comburere, Coquere, Multum calefacere, Siccare. Colum. li. 1. cap. 21. 3, Quòd si falcibus seges cum parte culmi demessa sit, protinus in aceruum, vel in nubilarium cogantur, & subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. Idem lib. 12. cap. 15. 4, Et oblita vasa clibano vel fumo torrefaciunt, quo celerius omnis humor excoquatur. Idem lib. 6. cap. 7. 3, Quidā vinaceorum duas libras torrefaciunt, & ita conterunt.

Torum etiam pro torridum dicitur. Festus, Torum vt significat torridum & aridum, per vnum quidem r antiqua consuetudine scribitur. Sed quasi per duo rr scribatur, pronuntiari oportet. Vnde antiqui nec mutas, nec semiuocales literas geminabant, vt fit in Enio, Ario, Anio.

Tortor, Tortum, Tortuosus, Tortus, Vide **Torqueo**.

Torus, Vide **Torulus**.

Torulus, tori, m. g. Lectus, ab intortis herbis dictus. Plin. lib. 8. cap. 48. 3, Antiquis enim torus è stramento erat, qualiter nūc etiam in castris gaudsape.

Pellex tori regii. Senec. Agamemn. 13. 10.

Socia tori, Vxor aut concubina. Ouid. 10. Metam. 54.

Consors tori, Coniux. Ouid. 1. Metam. 65.

¶ Altus torus. Virgil. 1. Georg. 1.

Aſper torus ſignis eburnis.Stat.3.Syl.1.8.
Cælebs torus.Sene.Herc.fur.4.9.
Feſtus torus.Stat.1.Syl.2.51.
Geniales alti tori.Virg.6.Æneid.111, -lucent genialibus altis
Aurea fulcra toris.
Illiciti tori.Lucan.lib.10.16.
Mollis torus.Ouid.1.de Arte,144.
Obſcœnus torus,Impudicus.Ouid.1.Triſt.76,
Quid niſi Mæonides Venerem,Martémqueligatos
Narrat in obſcœno corpora prenſa toro?
Plumeus torus.Ouid.11.Metam.113.
Pudici tori coniugis.Sene.Agamemn.3.1.
Purpureus torus.Ouid.epiſt.5.18.
Quietus torus.Valer.1.Argon.60.
Socialis torus.Ouid.2.Faſt.146,
Ecquid in officio torus eſt ſocialis,& ecquid
Coniugibus noſtris mutua cura ſumus?
Tyrius torus.Catul.in Epithal.Iuliæ,56.35,
Aſpice vnus vt accubans Virtuus Tyrio in toro.
Viduus torus.Ouid epiſt.5.23.
¶ Conc.hare iugales toros. Stat.3.Syl.5.14,
-nec tantum Roma iugales
Conciliare toros,feſtaſque accendere tedas Fertilis.
Conductus torus.Ouid.1.Amor.eleg.10.9.
Viridante toro conſederat herbæ.Virg.5.Æneid.78.
Contemerare torum alicuius.Ouid.2.Amor.eleg.7.4.
Pictis toris diſcumbere.Virg.1.Æneid.143.
Extruere toros.Virg.3.Æneid.45.
Legitimi tori fallere iura.Ouid.epiſt.15.58.
Fouere torum.Ouid.2.Amor.eleg.11.7.
Iacêre in toro. Ouid.2.Amor.eleg.4.7.
Incumbere toro.Virg.4.Æneid.130.
Inſidere toro.Ouid.epiſt.19.17.
Ponere ſe toro.Ouid.11.Metam.95.
Premere torum.Ouid.1.Amor.eleg.4.3.
Promiſſus mihi torus.Ouid.epiſt.6.4.
Illicitos toros & ſtupra quærere.Sene.Hippol.1.3.
Seruans torum caſta fide.Sene.Herc.fur.5.1.
Sternere torum.Ouid.6.Metam.87.
Veſtiti tori gramine.Ouid.1.Faſt.81.
Violare toros alicuius.Sene.Octau.4.19.
¶ Toros etiam appellamus pulpã carnis muſculoſam, in qua eſt robur & fortitudo:vt ſunt partes mẽbrorum neruoſæ, calloſæque,& in ſe propemodum collectæ. Valerius Flaccus, Protulit horrendóſque toris inſormibus artus. Virg.3.Georg.17,
Luxuriátque toris animoſum pectus,honeſti
Spadices. Cic.2.Tuſc.57,O pectora,ô terga,ô lacertorum tori. Ex poeta.
Arduos toros tollit taurus.Sene.Hippol.10.11.
Comantes tori.Virg.12.Æneid.2,
Tum demum mouet arma leo,gaudétque comantes
Excutiens ceruice toros.
De venis quoque dicitur, quum varicum in morem quibuſdam in locis turgeſcunt.Cornelius Celſus lib.7,Ac per ipſos venarum toros inæquale eſt.
De vitib' ſimiliter. Colum.de Arbor.cap.16.5, Arbuſtiuã vitẽ quàm putare,tã alligare diligẽter oportet.nã in ea fructus maximè vis cõſiſtit,diutiúſq; perẽant,quæ firmis toris & idoneis locis religata eſt. Itaq; omnibus annis cõuenit ſubſequi putationẽ,ita vt tori renouẽtur,& vitis per idoneos ramos diſponatur.
Riparum tori.Virg.6.Æneid.135,Riparúmque toros,& prata recentia riuis Incolimus.
Torôſus,pen.prod.Adiectiuum,Qui pulpam carnis muſculoſam habet,in qua eſt robur & fortitudo.Columella lib.6.cap.1.3,ſcribit parandos eſſe boues nouellos,ceruice longa,& toruſa.
Cernix toroſa.Catull.de Berecynth.58.17.
Colla toroſa boum.Ouid.7.Metam.86.
De herbis etiam dicitur.Plin.lib.19.ca.5.13,Breuior his eſt,ſed toroſior,amariórque inula.
Tórulus,pen.corr. Diminutiuum. Plaut.Amph.3.144, Tum meo patri autem torulus inerit aureus ſub petaſo.Vbi interpres trochulus legendum eſſe contendit,& rectè.
TORVVS,Adiectiuum, Aſpectu formidabilis, terribilis, A torto aſpectu:quanuis alii à toruitate taurorũ,qui cum quadam truculentia reſpectant,deductum velint. Seruius à terendo deducit,e in o mutata. Virg.3.Georg.11, -optima toruæ
Forma bouis, cui turpe caput,cui plurima ceruix. Id eſt terribilis. Idem 10.Æneid.35,
Vnà toruus Abas:huic totum inſignibus armis
Agmen,& aurato fulgebat Apolline puppis.
Toruus viſu.Stat.2.Thebaid.1.
Apri toruí.Ouid.2 de Arte,38.
Toruus draco ſerpit ſubter ſuperáque renoluens ſeſe.Cic.1.de Nat.deorum,155.
Facies toruа, Ferocitatem quãdam ipſo aſpectu præ ſe ferẽs. Colum.lib.6.cap 10,Neque enim alio diſtat bonus taurus à caſtrato,niſi quòd huic toruа facies eſt. Ouid.15.Metam.118.
Forma toruа.Ouid.1.de Ponto,eleg.8.5.
Front toruа. Virgil.3. Æneid.118. Plin.lib.8.cap.45.5, Tauris in aſpectu generoſitas,toruа fronte,auribus ſetoſis,&c.
Fronte toruа petulans iuuencus.Sene.Hippol.3.6.
Iuuenci toruí.Ouid.10.Metam.48.
Lumen toruum.Virg.3.Æneid.136.
Oculi toruí.Plin.lib.11.cap.37.21,Contuitu quoque oculi multiformes,truces,toruí,flagrantes,&c.
Oculis toruis tuens.Ouid.5.Metam.19.
Prælia.Catul.de coma Beren.61.4. Taurus.Ouid.8.Meta.17.
Reſponſa.Silius lib.14. Vada.Sene.Theb.1.14.
Vina toruа,Aſpera,& indomita,ſine immitia.Plin.lib.17.cap.13.14,Nouáriensis agricola traducum turba non contentus,nec copia ramorũ,impoſitis etiamnũ patibulis palmites circunuoluit. Itaque præter ſoli vitia,cultura quoque toruа ſiunt vina.
Vultº toruus. Quint.li.6.ca.1.33,Quid me intueris toruo vultu Seuere:Non me hercules,inquit,facieba,ſed ſic ſcripſiſti,ecce,& quàm potuit truculentiſſimè eum aſpexit. Ouid.13.Meta.110.
Tórnitas,pen.corr. toruitãtis, Propriè taurorũ eſt,quaſi taurorũ acerbitas. Plin.lib.7.cap.19 1,Exit hic animi tenor aliquando in rigorem quẽdam, toruitatémque naturæ durã & inflexibilem.
Toruè,Aduerbium.Plautus,Quid me toruè aſpectas?
Toruùm, Aliud aduerbium, pro Toruè.Apuleius, Quum toruùm in eos intueretur. Virgil.7 Æneid.80,
-toruúmque repente
Clamat,Io matres audite vbi quæque Latinæ.
Toruè,ſimiliter Aduerbium idem ſignificans. Virg.6. Æneid.94,
Talibus Æneas ardentem,& toruа tuentem
Lenibat dictis animum. Vbi Seruius, Toruа, pro toruè, id eſt terribiliter.
TOT, nomẽ numerale indeclinabile.Plautus Epid.1.50,Quid igitur?t.quot minis?t.tot,quadraginta minis. Idem Sticho,14.15, Vide quot cyathos hos bibimus.t.tot,quot digiti ſunt tibi In manu. Plin.lib.11.cap.41.4,Mirum barbaras gentes quæ lacte viuant,ignorare aut ſpernere caſei tot ſeculis dotẽ. Cic. 2.de Oratore,76,Quot homines,tot cauſæ. Idẽ de Aruſp.reſp. 13,Nego vllo de opere publico,de monimento,de tẽplo tot Senatus extare conſulta,quot de mea domo.Et 5.Tuſc.43, In his tot & tãtis atq; etiã quæ plura poſſunt accidere. Virg.1.Æn.3,
Quiáve dolens regina deũm,tot voluere caſus
Inſignem pietate virum,tot adire labores Impulerit.
Tot viri ac tales.Cic.pro Cælio,54.
Tot & tantæ & tam graues ciuitates.Cic.4.Verr.9.
Tot & tãtas res,&c.quot & quãtas,&c. Cic.pro Leg.Manil.14.
Tótidem,penult. corr.Indeclinabile,Par numerus.Plaut.Amph. 16.43, Quot philippeis A. duo milia.1. oboli verò bis totidem. Cic.2.de Diuinat.155, Proclus & Euriſthenes Lacedæmoniorum reges gemini fratres fuerunt:at hi nec totidem annos vixerunt: anno enim Procli vita breuior fuit. Idem ad Atticũ,lib.6.113.6, Iſtum ego locum totidem verbis à Dicæarcho tranſtuli. Idem 2.de Finib.159, Sed vt epiſtolàm laudãdam arbitror quam modo totidem fere verbis interpretatus ſum. Idem 4.Acade.75, Totidem verbis quot Stoici. Sic Liuius 1.ab Vrbe,188. Et Plinius lib.7.cap.12. Et lib.8.cap.45.2. Virg.3.Æneid.41,
Tres adeò incertos cæca caligine ſoles
Erramus pelago,totidem ſine ſydere noctes.
Toties,Aduerbiũ,Tot vicibus. Plaut.Perſa,5.1,Satis ſuit indoctæ, immemori,inſipiẽti dicere toties. Cic.ad Atticũ,lib.7.131.3,Interim velim mihi ignoſcas,q̃ ad te ſcribo tã multa toties. Idẽ 7.Ver.31,Nõ ipſa præconis voce excitatus es,qui te toties ſenioru, iuniorúmq; centuriis illo honore aſſici pronũtiauit? Virg. 4.Æneid.107,Quos ego iam toties ſum dedignata maritos.
Toties,geminatum. Cic.4.Verr.103, Tot Prætores in Sicilia fuerunt:toties apud maiores noſtros Siculi Senatum adierunt: toties hac memoria:tamẽ huiuſce noui poſtulati genus,atque principium tua prætura attulit.
Toties,quoties. Cic.1.de Orat.131, Hoc nos ſi facere velimus, antè condemnentur ii quorũ cauſas receperimus,quàm toties, quoties perſcribitur,Pæanem,aut Munionem citarimus.
Quoties,toties.Cato ca.1.1,Quoties ibis,toties magis placebit.
Quotieſcunque dico, toties mihi videor in iudicium venire. Cic.pro Cluentio,39.
TOTVS,tota,totum,Ad quantitatem refertur.

Totum & partes.Cic.1.Acad.19,Corporis autem alia ponebãt esse in toto,alia in partibus.

Tota & partes.Cic.in Topicis.36.

Totum & vniuersum.Cic.4.de Finib.3.

Leue enim est totum hoc,risum monere.Cic.2.de Orat.110.

Hoc totũ quicquid est,sine artificiũ,siue,&c.Cic.1.de Orat.17.

Totus ego.Plaut.Trucul.15.7,Totus gaudeo. Idem Aulul.16.10,Qui ossa atque pellis totus est, ita cura macet. Idem Asin.16.78,Totus perii. Terẽt.Heaut.5.4.10,Ego nunc totus displiceo mihi. Idem Eunucho,5.9.10,Fratris igitur Thais tota est? Idem Adelph.4.1.51,Ctesipho autem in amore est totus.

Antonius perspiciet totũ me futurum suũ.Cic.Attico.15.311.3.

Quum totum se ad inuestigationem naturæ cõtulisset, in ea ipsa plurimum dissentit à suis. Cic.1.Acad.49.Hoc est,omnino.

Totum ei me tardidi.Cic.de claris Orat.170.

Totus est alienus à physicis.Cic.1.de Finib.16.

Totus est noster,Vulgò etiam dicitur.Cic.ad Q.fratrem,lib.2.5.6,Plancius totus noster est.

¶ Totæ ædes, tota domus,totum forum. Plaut. Mostell.3.14, Ædificãtur ædes totæ denuo. Ibidem,46, -non video mihi Sarcire posse ædes meas, quin totæ perpetuæ ruant. Idem Pœn.14.13, -itaque
Totis ædibus tenebræ, latebræ. Idem Casina,17.5,Omnes festinãt intus totis ædibus. Cic.3.Verr.46,Clamor interea fit tota domo inter seruos. Idem pro Fonteio,19,Hi contrà vagantur læti atque erecti passim toto foro.

Quo in studio hominum quoque ingeniosissimorum otiosissimorúmq; totas ætates videm⁹ esse cõtritas. Cic.1.de Orat.111.

Totus ann⁹,totus dies,totæ horæ,totũ triduũ. Plau.Asin.13.9, Philænium vt secum esset noctes & dies
Hunc annum totum. Idem Trucul.19.11,Farina opus est totũ diem. Idem Aulul.4.34, Quasi claudus sutor, domi sedet totos dies. Terent.Adelph.4.1.11,Rogabit me,vbi fuerim,quem ego hodie toto non vidi die. Plaut.Mil.5.57, Cui vini custodes semper totis horis accubant. Terent.Eunucho,1.1.46,Sex ego te totos Parmeno hos menses quietum reddam. Plin. in Paneg.117,Iam quàm antiquum,quàm Consulare,quòd triduum totum Senatus sub exemplo tui sedit, quum interea nihil præter Consulem ageret. Plin.maior, lib.16. cap.11.3, Alii vtilius putant sine aqua coquere lento igne tota die. Cic.4.Verr.133, Quum hæc paucorum mẽsium ratio in his libellis sit, facite vt vobis triennii totius veniat in mentem.

Toto corpore, atque omnibus vngulis, Prouerbialis locutio, pro toto conatu. Cic.1.Tusc.96, Quid?qui volũt exclamare maius, num satis habent latera, fauces, linguam intendere, è quibus elici vocem & fundi videmus?toto corpore, atque omnibus vngulis,vt dicitur,contentioni vocis asseruiunt.

Cogitare totos dies & noctes de aliquo.Cic.pro Murena,71.

Totus lacus,totæ plateæ,tota via, tota vrbs. Plin.epist.159,Ne si immissus in mare lacus fuerit, totus effluat. Plaut. Aul.11.2, Facite totæ plateæ pateant. Terẽt.Eunucho,2.2.14,Tota erras via. Plaut.Merc.17.3,Defessus sum vrbem totam peruenarier.

Tota mente incumbere in curam aliquam. Cic. ad Atticum, lib.16.335.7, Nunc mi Attice tota mente incumbe in hanc curam:magna enim res est. Virgil.4.Æneid.10,
-habes tota quod mente petisti.

Tota mole corporis niti.Colum.lib.1.cap.2.18,Atque hoc modo tota mole corporis,totúque pondere nituntur.

Vt vnum opus totum atque perfectum ex omnibus totis atque perfectis absolueret.Cic.de Vniuers.11.

Et penitus toto diuisos orbe Britannos.Virg.eclog.1.14.

Toto pectore amare,vel cogitare. Cic.1.de legibus,73,Vbi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore vt dicitur? Idem 1.Tusc.99, Ad ferendum igitur dolorem placidè & sedatè plurimũ proficit toto pectore, vt dicitur, cogitare quàm id honestum sit.

Omne cælum, totámque cum vniuerso mari terram mente complecti.Cic.1.de Finib.178.

Totis viribus.Liu.6.bel.Pun.118, Sed quoniam vos instructos & ordinatos cognosco,ad Carthaginem nouam oppugnandam totis viribus, & bono animo transeamus. Plin. lib.18.cap.11.3, In eo herbæ nascũtur in tantum expetitæ bubus, vt mersis capinbus totis eas quærant viribus. Alii non habent viribus.

Toxicum,tóxici,pen.cor.vnde dicatur,Plinius his verbis ostendit,lib.16.cap.10.11,Simile etiamnũ his aspectu est,nequid præteratur,taxus,minus virens,gracilisque,& tristis ac dira, nullo succo,ex omnib⁹ sola baccifera.Mas noxio fructu.Lethale quippe baccis in Hispania præcipuè venenũ inest. Vasa etiã viatoria ex ea vinis in Gallia facta, mortifera fuisse cõpertũ est.Hãc Sestius similacem à Græcis vocari dixit: & esse in Arcadia tam

præsentis veneni, vt si qui dormiant sub ea, cibúmve capiant, moriãtur. Sunt qui & taxica hinc appellata dicũt venena, quæ nũc toxica dicimus, quib⁹ sagittæ tinguãtur. Plaut.Merc.8.4, Certum est,ibo ad medicum,atque ibi me toxico morti dabo, Quando mihi adimitur qua caussa vitam cupio viuere. Horatius Epod.17.14, Quid proderit ditasse Pelignas anus: Velociúsve miscuisse toxicum? Ouid.4.de Ponto,eleg.7.3, Aspicis & mitti sub adunco toxica ferro,
Et telum caussas mortis habere duas.
Bibere toxica.Propert.lib.1.eleg.5.1.
Miscere toxica.Ouid.1.Amor.eleg.2.13,
Non scelus aggredimur,non ad miscenda coimus Toxica.

T R

Trabalis,vide **Trabs**.

Trabea, trábeæ, Genus vestis, cuius tria sunt genera, vt Suetonius lib. de genere vestium inquit: Vnum quod diis sacratur, tantum purpura factum. Aliud regum, quod est purpureum, habet tamen aliquid albi.Tertium augurale,ex purpura & cocco mistum. Hæc Seruius. Erat autem vestis togata purpura circundata subtegmine puniceo, quam aureæ fibulæ annectebãt. Virgilius de trabea regali ait,7.Æneid.38,
Ipse Quirinali lituo,parmáque sedebat
Succinctus trabea,læuáque ancile gerebat
Picus equũm domitor. Ibidem 38,
Ipse Quirinali trabea,cinctúque Gabino
Insignis,referat stridentia limina Consul. Plin.lib.8.cap.48.6, Trabeis vsos accipio reges. Idem lib.9.cap.39.
Decoris trabea Romulus.Ouid.2.Fast.101.
Graues auro trabeæ.Claud.1.Paneg.69.
In funebri pompa vtebantur & equites trabea,si Tacito credimus,qui in tertio de funere Germanici sic ait, Igitur Tribunorum centurionúmque humeris cineres portabantur,præcedebant incompta signa, versi fasces, atque vbi colonias transgrederentur,atrata plebes,trabeati equites, pro opibus loci,vestem,odores,aliáque funerum solennia cremabant.

Trabeãtus,pe.pro.Adiect.Qui trabea indut⁹ est. Ouid.li.2.Fast.8, Hoc igitur vidit trabeati cura Quirini,
Quũ rudibus populis annua iura daret. Liu.2.bel.Maced.17, Consul per Charopum Epiroten certior factus, quos saltus cum exercitu insedisset rex:& quũ Corcyræ hybernasset,Vere primo in continentem trabeatus ad hostem ducere pergit.
Agmina trabeata.Stat.4.Sylu.2.7.

Trabs/trabis,vel trabes trabis,fœ.g. Propriè vt Festus ait,sunt duo tigna ædificii gratia simul compacta. nam quum simplicia sunt,nõ trabes,sed tigna dicuntur.Cic.3.de Nat.deo.108, Vtinam igitur,vt illa anus optat,
Ne in nemore Pelio securibus
Cæsa cecidisset abiegna ad terram trabes. Plautus Asin.7.38, Vbi manus manicæ complexæ sunt,atque adductæ ad trabem. Cæsar 3.bel.Gall.399,Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus,confixa clauis ferreis,digiti pollicis crassitudine.
Sylua frequens trabibus.Ouid.8.Metam.66.
Acernis trabibus contextus equus.Virg.2.Æneid.15.
Ahenæ trabes.Claud.1.de raptu Proserp.49.
Annosæ trabes.Stat.9.Thebaid.94.
Densis trabibus vmbrosa templa.Ouid.11.Metam.73.
Excisa trabs.Virg.2.Æneid.97.
Fractæ trabes. Iuue.Saty.14.30,Nocte cadet fractis trabibus, fluctúque premetur Obrutus.
Fraxineæ trabes.Virg.6.Æneid.36.
Nexæ trabes ære.Virg.1.Æneid.91.
Perpetua trabes,Vide **Perpetuus**.
Plana trabs,Trabium contextus planus. Cato cap.18.4, Item alterum stipitem statuito, insuper arbores stipitésque trabem planam imponito.
Quadrifida trabs.Valer.1.Argon.133.
Saucia securi trabs.Ouid.10.Metam.75.
Solidæ trabes.Ouid.8.Metam.111.
Sublimi à trabe pendère.Ouid.1.de Remed.amo.4.
¶ Trabs pro naui.Horat.lib.1.Carm.ode 1.3,
-Attalicis conditionibus
Nunquam dimoueas vt trabe Cypria
Myrtoum pauidus nauta secet mare.
Natantis trabis impetus.Catull.de Phaselo,4.1.
Turbatur mare trabibus,Id est nauigiis.Virg.4.Æneid.114.
Vasta trabs.Persius Saty.5.15, -nihil obstat,quin trabe vasta Ægæum rapias.Id est nauiges mare Ægæum.
Caua trabs.Virg.3.Æneid.39, -paucisque relictis
Vela damus,vastúmque caua trabe currimus æquor.

Trábicus,pen.corr.Adiectiuum,Quod trabibus factum est.vt na-

uis trabica,quæ trabibus confecta est.Festus.

Trabalis.& hoc trabale.pe.prod.vt Trabalis clauus.Cic.7.Verr.43, Et vt hoc beneficium,quemadmodum dicitur, trabali clauo figeret, cum cõsilio causam Mamertinorũ cognoscit. Erasmus admonet Ciceronem vsum clauo trabali in cõsimilem sensum quo Herculeo nodo, pro vinculo arctissimo atque indissolubili vtuntur eruditi.

Clauitrabales,pro Specie tormentorum,apud Horatium,l.b. 1.Carm.ode 35.4,

Te semper anteit sæua necessitas,
Clauos trabales,& cuneos manu
Gestans ahena:nec seuerus
Vncus abest,liquidúmve plumbum.

Hasta trabalis.Stat.4.Thebaid.2.

Telum trabale.Virg.11.Metam.59. Valer.8.Argon.61.

Trachali,appellantur muricum ac purpuræ superiores partes, Vnde Ariminenses maritimi cognomen traxerunt.Festus.

TRACHALLVS,Orator Domitiani temporibus sublimis & satis apertus fuit, & quem velle optima crederes: auditus tamen maior.Nam & vocis,quàtam in nullo cognoui,felicitas,& pronũtiatio vel scenicis sufficiat,& decor:omnia denique ei quæ sunt extra, superfuerunt. Author Quintilianus, libro 10.cap.1. Idem lib.11.cap.3.ad finem,Quum diceret,eminere inter æquales Trachallus videbatur:ea corporis sublimitas erat,is ardor oculorum,frontis authoritas,gestus præsãtia,vox quidem, non vt Cicero desyderat, penè tragœdorum, sed super omnes quos ego quidem audierim, tragœdos. Certè quum in basilica Iulia diceret primo Tribunali, quatuor autem iudicia, vt moris est, cogerẽtur,atque omnia clamoribus fremerent: & auditũ eum, & intellectum, &(quod agentibus cæteris contumeliosum fuit) laudatum quoque ex quatuor Tribunalibus memini.

Trachea,pen.prod.siue trachía,Arteria pulmonis,quæ & spiritalis fistula dicitur.Vide Gellium lib.17.cap.11.

Trachelum,trachéli,siue trachêlus,penul.prod.Media pars est naualis veli,cuius summa carchesium nominatur. Sipontinus.

TRACHINA,pen.pro.oppidum Campaniæ quæ postea interposita a,Tarachina,vel Tarachinæ Tarachinarum,tantum pluraliter, Anxur etiam antea dicebatur.Nunc autem Taracina vocatur,vide supra.

Trachoma,pe.pro.trachómatis,Græcè τράχωμα:Vocatur scabritia palpebrarum interior:sicut in eadem parte glabritas,hoc est defluuium pilorum,madarosis & milphosis.

TRACHONITIS,penul.prod.regio Syriæ Palæstinæ,vt scribit Plinius lib.5.cap.18.quam ferunt inter mõtem Libani & lacum Tiberiadis sitã esse. Cuius terrarcha fuit Philippus iuxta Euangelium Lucæ.Est & (vt Hieronymus inquit) trans Bosram Arabiæ ciuitatem in deserto,contra Australem plagã,quasi ad Damascum respiciens. Hanc gentem instituit Cis filius Aram, vt scribit Iosephus libro 1.Antiquit.

TRACHYNA ciuitas Thessaliæ,quæ Heraclea ab Hercule cognominata est.Hinc ab Ouidio Trachynius Ceyx coniunx Halcyones.Græci trachyna vocãt aspera.Vnde Tarachynam quasi trachynã ab'aspretis dici autumat Strabo.Et ab ha Trachyna Thessaliæ,Sophoclis tragœdia Trachyna dicta est.Vnde Cicero lib.2. Tusc. Quas hic voces apud Sophoclem in Trachynis edit.

Trachýnus,pen.prod.Adiectiuum.vt Saxa Trachyna.Sene.Herc. Œtæo.2.7.

Trachynius,Aliud adiectiuũ.vt Miles Trachynius.Lucan.lib.3.36. Puppis Trachynia.Ouid.11.Metam.101.

Tellus Trachynia.Ouid.11.Metam.55,Expulsúmque domo patria Trachynia tellus Accipit.

Tractatus,Tractim,Tracto,tractas,Tractus, Vide Traho.

Trado,tradis,trádidi,tráditum,trádere,pen.corr.Dare,porrigere.Plaut.Merc.6.7, Præsto ipsi facito corã vt tradas in manum. Idem Menæh.9.53,Qui in morte regnũ Hieroni tradidit? Cæsar 2.bel. Ciuil.95, Massilienses arma, tormentáque ex oppido, vt est imperatum,proferunt:naues ex porta,naualibúsque educunt:pecuniam ex publico tradunt.

Aliquem de manu in manum tradere. Cic.Cæsari,lib.7.5.10. Tradere regionem vel vrbem ad diripiẽdum. Cic.pro Domo sua,48,Alteri Syriam,Babylonem,Persas,integerrimas pacatissimásque gentes,ad diripiendum tradidisses.

Ad supplicíũ tradere.Liu.9.bel.Pun.17,Ibi Mandonius,cæteríque principes cõprehensi,traditi ad supplicíũ. Ibidem,4.14. Et Cæsar 1.bel.Ciuil.280,Neu se,neu Pompeium absentem Imperatorem suum aduersariis ad supplicium tradant,obsecrat.

Arma tradere.Cæsar 2.bel.Gal.343,Sed deditionis nullam esse conditionem,nisi armis traditis. Idem lib.1.106,Siue timore perterriti,ne armis traditis supplicio afficerentur.

Causam aduersariis tradere.Terent.Phorm.2.1.7, Verùm scientem,tacitum,causam tradere aduersariis, Etiámne id lex coegit?

Tenere cõsuetudinem ab aliquo traditam.Cic.1.de Diuin.113, Consuetudini Latinæ tradere.Colum.in Prooem.lib.11.5,Hæc in Œconomico Xenophon,& deinde Cicero, qui eum consuetudini Latinæ tradidit, non inutiliter diuersati sunt. Hoc est in Latinum sermonem vertit.

In custodiam tradere.Cic.ad Q. fratrem,lib.1.1.13, Et quum eum fugitiuum esse postea ex Æsopi literis cognosceret, hominem cõprehendit,& in custodiam Ephesi tradidit. Sic 3.in Catilinã,58. Et Liu.2.bel.Pun.215, In castra hosteis acceperũt traditique in custodiam omnes sunt,sed seorsum ciues sociique.

Custodiæ tradere. Columella libro 8.cap. 15.6, Nam si modò captas aues,quæ consueuere libero victu,custodiæ tradere velis, parere cunctantur in seruitute.

In disciplinam tradere.Cic.1.Philip.31,At enim te in disciplinam meam tradideras. Idem 1.de Diuin.151,Tum quum florebat imperiũ, decreuit, vt de principum filiis sex singulis Hetruriæ populis in disciplinam traderentur.

Effectum tradere aliquid.Plaut.Curcul.8.14.Eò hoc effectum lepidè tibi tradam,tace. Idem Merc.7.45,Ego eo:vt quæ mandat amicus,amicis tradam.

Exercuciandum aliquem tradere.Hirtius 4.bel.Alexãdrini,115, Fama tradita res,Rumore tantum accepta & tecta.Liu.7.bel. Pun.154,Vt omittã alios,C.Lælius triplicem gestæ rei ordinem edit:vnam traditam famæ:alteram,&c.

Fama traditur.Liu.5.ab Vrbe,150,Eam gentem traditur fama dulcedine frugũ,maximéqi vini noua tum voluptate captam, Alpes transisse.

In fidẽ deditionémqi se suáque alicui tradere. Liu.4.bel Maced.141, Ciuitatibus omnibus, quas ipse restituisset: quæque se suáque in fidem ac deditionẽ populi Romani tradidissent,omnia præsidia deduceret,séque ipse suósque ab his abstineret.

Furtim tradi.Tacit.lib.19, Vacuã arcem furtim tradi futurũ. Gaudiũ tradere.Liu.6.bel.Maced.104,Ob eam ferociã maius victoribus gaudiũ traditũ fuit. Vetus exemplar habet traditus. Sensus autem est:Damocritus traditus fuit maius gaudiũ victoribus ob ferociam.Liceret etiam dicere,fuit maiori gaudio.

Inimicitias posteris tradere. Cic.ad Atticum,lib.14.310.3,Me deinde sine ad hanc opinionem iam nunc dirigere puerum, & tenero animo eius persuadere,non esse tradendas posteris inimicitias.Hoc est,quasi hæreditatem relinquendas. Budæus.

Lampada tradere.Lucret.lib.2.16.Vide Lampas.

In manus alicui tradere. Liu 5.ab Vrbe,114,Ibi sceleſto facinori sceleſtiorem sermonem addidit, Falscos se in manus Romanis tradidisse, quando eos pueros, quorum parentes capita ibi rerum sint,in potestatem dediderit.

Morem tradere.Plin.lib.15.ca.30.10, Traditúsque mos est ramos quos tenuerunt serendi.

Morem traditũ ab antiquis seruare. Horat.1.Serm.sat.4.15.

Mores opibus tradere. Martialis lib.11.6,Ardua res hæc est,opibus non tradere mores.

Palmam tradere alicui. Plin.lib.14.cap.4.7, Vt non puderet inuiso aliàs & ostẽtaturo tradere palmam eam emptis quadruplicato vineis.

Per manus tradere.Cæsar 1.bel.Ciuil.151,Ipsi erant transcendẽdæ valles maximæ ac difficillimæ,saxa multis locis prærupta iter impediebant,vt arma per manus necessariò traderentur.

Traduntur per successiones morbi. Plinius epist. 12.b, Nam plerunque morbi quoque per successiones quasdam vt alia traduntur.

In posteros sermonem tradere. Quintil.lib.1.cap.1.5, Cuius doctissimus sermo in posteros quoque est epistolis traditus.

In potestatẽ alicuius alterũ tradere.Cæsar 1.bel.Ciuil.78,Legatósqi ex suo numero ad Cæsarẽ mittunt,sese paratos esse portas aperire,quæque imperauerit facere,& L.Domitium vinum in eius potestatem tradere. Liu.5.bel.Pun.81,Si exercitum ad mœnia admouissent,se in potestatem eorum tradituros esse.

Prædia vacua alicui tradere.Cic.pro Roscio Amer.15.

Tradere aliquem in pistrinũ,Quod & trudere dicitur. Plaut. Mostell.2.16, -sanè credo Tranio
Quòd te in pistrinum scis actũm tradier.

Prouinciam alicui tradere. Terent.Heaut.5.1.5, Idcirco huic nostro tradita est prouincia. Cic.ad Appium,lib.3.1.1,Neque tibi amicior,quàm ego sum,quisquam posset succedere:neque ab vllo prouinciam accipere,qui mallet eam quàmaxime mihi aptam explicatámque tradere.

Prouinciã per manꝰ tradere. Cic.de Prouinc. Cõsul.31,Nã vt C.Iulius omnibus à Senatu eximiis ac nouis rebus ornatus,per

manus hanc prouinciam tradat ei, cui minimè vos velitis.

Tradere puerum præceptori, vel magistro. Plinius epist. 47. b, Proinde fauentibus diis trade eum præceptori, à quo mores primùm, mox eloquentiam discat, quæ malè sine moribus discitur. Cic. 3. Tusc. 4, Quum verò parentibus redditi, id est magistris traditi sumus, tum ita variis imbuimur erroribus.

Sartam tectam ædem tradere. Cic. 3. Ver. 93, Quæsiuit quis ædem Castoris sartam tectam deberet tradere.

Tradere se dicitur miles, quũ dedit se aduersario. Cæsar 8. bel. Gal. 153, Itaque necessitate coacti se tradiderunt. Sallust. in Iugurtha, Adherbali suadẽt vti sese & oppidum Iugurthæ tradat.

Tradere se in portũ. Cic. 1. de Inuent. 6, Quasi ex aliqua turbida tempestate in portum, sic ex seditiosa, & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum.

Authorem inimicis alicuius se tradere. Cic. Post reditum ad Quirites, 10.

Se libidinibus constringendos tradere. Cic. 1. de Finib. 71, Plerique autem quòd tenere atque seruare id quod statuerũt non possunt, victi & debilitati obiecta specie voluptatis tradũt se libidinibus constringendos, nec quid prouenturũ sit prouident.

Se quieti tradere. Cic. 1. de Diuin. 108, Qui salubri & moderato cultu atque victu quieti se tradiderit.

Se totum alicui tradere. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 7. 8, Domum (vt debuimus) ad eum statim venimus, eique nos totos tradidimus. Idem de claris Orat. 170, Totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus.

Sub leges pacis tradere se. Virg. 4. Æneid. 114,

-nec quum se sub leges pacis iniquæ
Tradiderit, regno, aut optata luce fruatur.

Se totum tradere, pro Accommodare & parêre. Cic. ad Tironem, lib. 16. 1. 5, Ei te totum trade: malo te paulo pòst valentem, quàm statim imbecillem videre.

Tradere se studiis. Plin. epist. 9. b, Vt primùm fuerit occasio, relinque: téque studiis vel otio trade.

In seruitutem. Cic. de Prouinc. Consul. 8, Iam verò publicanos miseros, me etiã miserũ, illorũ ita de me meritorum miseriis ac dolore, tradidit in seruitutem Iudæis & Syris nationibus natis seruituti. Cæsar 1. bel. Gall. 110, Milites passis manib⁹ flentes implorabant, ne se in seruitutem Romanis traderent.

Vltro tradere. Horat. 2. Serm. saty. 5. 16.

¶ Traditur, vel traditũ est: pro Literis traditũ est, siue Monimẽtis traditur, aut Scriptũ est. Plin. lib. 8. cap. 16. 10, Quum pro catulis fœta dimicat, oculorũ aciem traditur defigere in terrã, ne venabula expauescat. Liu. 1. ab Vrbe, 56, Id nõ traditur, quũ haud dubiè aliquanto numerus maior hoc mulierũ fuit. Cic. 1. Tusc. 9, Nam Galbam, Aphricanũ, Lælium, doctos fuisse tradũt. Ibidem, lib. 5. 160, Traditum est etiam Homerum cæcum fuisse.

Tradit Cicero. Plin. lib. 7. cap. 21. 1, In nuce inclusam Iliada Homeri carmen in membrana scriptum tradidit Cicero. Id est, scriptum reliquit.

Tradit & Fabius pictor in annalibus suis, quum obsideretur præsidium Romanum, &c. Plin. lib. 10. cap. 14. 1.

Aristides qui omnium iustissimus fuisse traditur. Cicero pro Sestio, 114.

Traditur antiqui fabula plena loci. Ouid. 1. Fast. 61.

Non traditur. Plin. lib. 13. cap. 1. 1, Vnguenta quis primus inuenerit, non traditur.

Non certũ traditur. Liu. 1. ab Vrbe, 37, Nõ crediderit factum, an tantum animo roboris fuerit: nec traditur certum, nec interpretatio est facilis.

Literis tradita. Cic. 7. Ver. 97, Quid verò illa Segestanorũ non solùm literis tradita, neque cõmemorata verbis: sed multis officiis illorum vsurpata & comprobata cognatio?

Memoria traditũ. Cic. ad Domitium, lib. 6. 11. 6, Quæ didicisti, quæque ab adolescentia pulcherrimè à sapientissimis viris tradita memoria, & scientia cõprehendisti, iis hoc tempore vtare.

Memoriã alicuius rei posteris tradere. Liu. 8. ab Vrbe, 51, Qui eius pugnæ memoriã posteris tradiderunt. Tacit. lib. 4, Asinii Pollionis scripta egregiam eorundem memoriam tradunt.

Ingeniũ varióque sermonem immortalitati scriptis suis Plato tradidit. Cic. 3. de Orat. 34.

Memoriæ posteris tradere. Liu. 3. ab Vrbe, 181, Hoc vos scire, hoc posteris memoriæ traditum iri, Æquos & Volscos, vix Hernicis modò pares, T. Quintio quartum Cõsuli ad mœnia vrbis Romæ impune armatos venisse.

Memoriæ aliquid tradere. Cic in Somnio, 5, Ades, inquit, animo: & omitte timorem Scipio: & quæ dicam trade memoriæ.

Memoriæ traditum est. Liu. 2. ab Vrbe, 156, Qui captus omnibus mẽbris delatus in curiam esset, cum functum officio pedibus suis domum rediisse, traditũ memoriæ est. Cic. in Parad. 17, Nam istum doctum & sapiẽtem virum fuisse memoriæ traditum est. Sic pro Murena, 54.

Monumẽtis traditur. Plin. lib. 7. cap. 16. 6, Orestis corpus oraculi iussu refossum VII. cubitorum fuisse monumentis traditur. Aliàs creditur.

Posteris tradere auguratum. Cic. 1. de Diuin. 174, Atque ille Romuli auguratus pastoralis non vrbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum, sed à certis acceptus, & posteris traditus.

¶ Tradere, pro Docere. Cæsar 6. bel. Gall. 60, Multa præterea de syderibus atque eorũ motu, de mundi atque terrarũ magnitudine, de rerũ natura, de deorum immortalium vi ac potestate disputant, & iuuentuti tradunt. Id est, Iuuentutem ea docent.

Putabam virtutem hominibus (si modò tradi ratione posset) instituendo & persuadẽdo, non minus & vi ac metu tradi. Cic. 1. de Oratore, 118.

Verbosius aliquid tradere. Quintil. lib. 4. cap. 1. 19.

Quum hæc omnia audirentur ab iis, quibus non scientia esset tradẽda, sed exigui temporis aut falsa, aut certè obscura opinio. Cic. 1. de Orat. 46.

Artẽ dicẽdi & memoriæ. Cic. pro Flacc. 33, Et qui se artẽ dicẽdi traditurũ etiã cæteris profitebatur, ipse omnibus turpissimis iudiciis conuictus est. Idem 4. Acad. 5, Qui quidem etiã pollicẽti cuidam se artem ei memoriæ, quæ tũ primùm proferebatur, traditurum respondisse dicitur, obliuisci se malle discere.

Artificiũ disputãdi. Cic. 4. Acad. 104, Idémque etiã disputandi & intelligendi iudicium dicas te & artificium traditurum.

Præcepta plurima tradere. Cic. in Orat. 61.

Præcepta tradit volandi. Ouid. 8. Metam. 41. De Dædalo.

Rationem prudentiæ. Cic. 3. de Finib. 100, Impellimur autem natura vt prodesse velimus quamplurimis, in primisq; docendo, rationibúsque prudentiæ tradendis. Idem 1. de Finib. 148, Traditur inquit ab Epicuro ratio negligendi doloris.

Res gestas tradere carminibus. Lucret. lib. 5. 190.

Vias optimarum artium aliquibus tradere. Cic. 2. de Diuin. 1.

Tráditus, pen. corr. Particip. vt Neci traditus. Senec. Medea, 7. 9.

Traditio, Verbale, Ipse tradendi actus. Cic. in Topic. 13, Abalienatio, est eius rei quæ mancipi est, aut traditio alteri nexu, aut in iure cessio, inter quos ea iure ciuili fieri possunt.

Traditio, Doctrina. Gellius lib. 13. cap. 21, Per quod apparet nõ esse id poeticè à Plauio dictum, sed eam quoque traditionem fuisse, vt Nerio à quibusdam vxor esse Martis diceretur.

Ieiuna atque arida præceptorũ traditio, atque nuda. Quintil. lib. 3. cap. 1. 3.

Trádúco/tradũcis, pen. prod. traduxi, traductum, tradúcere, Extrans & duco, n & s abiectis, De loco ad locum ducere. Plautus Casin. 13. 16, Iámne hanc traduxti huc ad nos vicinam tuam
Quæ te adiutaret? Terent. Heaut. 4. 4. 11, Ancillas omnes Bacchidis traduce huc ad vos properé. Ibidem, 4. 3. 44, Age, age, traducatur Bacchis. Ibidem, 4. 4. 18,

-transeundum est nunc tibi ad Menedemum, & tua pompa
Eò traducenda est. Idem Adelph. 5. 7. 11, Traduc & matrem, & familiam omnem ad nos. Cæsar 1. bel. Gall. 140, Heluetii per angustias & fines Sequanorum suas copias traduxerant, & in Heduorum fines peruenerant. Liuius 1. ab Vrbe, 114, Populum omnem Albanum Romam traducere in animo est.

Traducere copias flumen. Cæsar 1. bel. Gal. 44, Vbi per exploratores Cæsar certior factus est, tres iam copiarum partes Heluetios id flumen traduxisse.

Equum traducere. Cic. pro Cluentio, 105.

Messes satas aliò traducere. Virg. eclog. 8. 10.

Abducere & traducere. Cic. 2. de Orat. 162, Abducere animos à contraria defensione, & ad nostram conor traducere.

Traducere & conuertere. Cic. 1. de Orat. 109, Tum omnẽ orationem traduxi & conuerti in increpandam Cæpionis fugam.

Traducere ad se valetudinem proximi membri. Cic. 3. Off. 17, Vt si vnumquodque membrum sensum hunc haberet, vt posse putaret se valere, si proximi membri valetudinem ad se traduxisset, debilitari & interire totum corpus necesse esset.

Traducere aliquem ad se totum. Cic. 4. de Finib. 4, Atqui, inquam Cato, si istud obtinueris, traducas me ad te totum licebit.

Eos q audiũt, ad magnã admirationẽ traducere. Ci. in Or. 111.

Traducere ad mala consilia corruptum largitionibus animũ. Cicero ad Brutum, 4. 3.

Animum à re aliqua ad aliam traducere. Cic. ad Lentulum lib. 1. 2. 8, Ita sum cum illo locutus, vt mihi viderer animum hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere. Ibidem, epist. 5. 3, Subitò exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ studia nostra impediret, & animos à minore cura ad summum timorem traduceret.

Cẽuertere à cõsuetudine, & aliò traducere. Cic. 1. de Inuẽt. 4,

Ac mihi quidem videtur hoc nec tacita, nec inops dicendi sapientia perficere potuisse, vt homines à cõsuetudine subitò conuerteret, & ad diuersas rationes vitæ traduceret.

Aliquem à seueritate ad hilaritatem traducere. Cic. de claris Oratoribus, 179.

Aliquid ab lætitia ad metum traducere. Cic. de Aruſp. Reſ. 10.

Animi motus aliò traducere. Lucret. lib. 4. 116.

Traduci aliò. Cic. 1. de Legib. 14, Et ego animi pendêre ſoleo, quum ſemel quid orſus ſi traducor aliò: neq; tam facilè interrupta contexo, quàm abſoluo inſtituta.

Traducere omnes in aſſenſum ſui conſilii, ſiue in, aut ad ſententiam ſuam. Liu. 4. bel. Maced. 135, Quum aduerſus tendendo nihil moueret ſocios: ſimulando ſe tranſire in eorũ ſententiam, omnes in aſſenſum conſilii ſui traduxit. Ibidem, lib. 2. 161, In ſententiam ſuã Quintium traduxit: ne in vrbem ipſam Argos iret. Cic. pro Cluentio, 115, Quum ego quæ mihi viderẽtur dicerem, traduxit me ad ſuam ſententiam.

Traduci ad accuſandum. Cic. 1. Verr. 3, Aut ego qui me ad defendendos homines ab ineunte adoleſcentia dediſſem, tempore atque officio coactus, ad accuſandum traducerer.

Cogitationes ad voluptates traducere. Cic. 3. Tuſc. 66.

Inimicitias ad amicitiam traducere. Cic. de Prouinc. Conſul. 17, Quas in viris fortiſſimis non ſolùm extinxit Reip. dignitas & ipſorum: ſed etiam quandoque ad amicitiam, conſuetudinémque traduxit. De inimicitiis.

Mentes à cogitationum intentione ad tranquillitatem traducere. Cic. 4. Tuſcul. 6.

Orationem ad exẽpla traducere. Cic. 3. Tuſc. 94, Aut à diſputandi ſubtilitate orationem ad exempla traducimus.

¶ Traducere aliquod munus. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 96. 2, Faciam denique vt ſumma modeſtia & ſumma abſtinẽtia munus hoc extraordinarium traducamus. Id eſt adminiſtremus.

¶ Traducere, pro Traduces facere. Paulus in 2. Si duo, Vti poſſidetis, Si actor vicini tui ex fundo tuo vites in ſuas arbores traduxit. Budæus.

¶ Traducere tẽpus, Conſumere, terere, præterire. Cic. Seruio Sulpitio, lib. 4. 6. 13, Qua ratione nobis traducẽdum ſit hoc tempus. Liu. 4. belli Pun. 171, Vtinam reliquum tẽpus, nec patiendo infanda, nec faciendo, traduci poſſit.

Ævum leniter traducere. Horat. 1. epiſt. 19. 20.

Vitam ſine vllo corporis langnore traducere. Plin. lib. 7. cap. 2. 21, Artemidorus, in Taprobana inſula longiſſimam vitam ſine vllo corporis langnore traduci. Cic. 3. Tuſc. 43, Si volumus hoc quod datum eſt vitæ, tranquillè placidéque traducere.

Vitam otioſam & quietam ſine vllo labore aut contentione traducere. Cic. de Senect. 74.

O adoleſcentiam traductam eleganter. Cic. pro Plancio, 25.

Adoleſcentiam ad ſcientiam rei militaris traducere. Cic. pro lege Manil. 19, Cuius adoleſcentia ad ſcientiam rei militaris nõ alienis præceptis, ſed ſuis imperiis: non offenſionibus belli, ſed victoriis: non ſtipendiis, ſed triumphis eſt traducta.

¶ Traducere, Deridere, infamia afficere, & velut in exẽplum proponere deridendũ omnibus per vicos & theatra: quod catamidiare Græcè dicitur, authore Budæo. Liu. lib. 1. ab Vrbe Cõd. 161, de Volſcis loquens publico conſilio, ac voce præconis, à ſpectaculis exactis, Vos (inquit) omnibus ciuibus, peregrinis populis ſpectaculo abeuntes fuiſſe: veſtras coniuges, veſtros liberos traductos per ora hominum? Martialis lib. 6. 76, Multóque magis traduceris Apher. Suet. in Tito, cap. 8, Inter aduerſa tẽporum & delatores mãdatoréſque erant ex licentia veteri. Hos aſſiduè in foro flagellis ac fuſtibus cæſos, ac nouiſſimè traductos per amphitheatri arenam, partim ſubiici in ſeruos, ac vænire imperauit, partim in aſperrimas inſularũ auchi. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 1, Me mea paupertas vitæ traducat inerti.

Traducere ad plebẽ. Cic. ad Atticũ, lib. 1. 13. 7, Is ad plebem P. Clodium traduxit, idémque fert vt vniuerſus populus in campo Martio ſuffragium de re Clodii ferat.

Traducere carmina manifeſto furto. Mart. lib. 1. 49, Quæ tua traducit manifeſto carmina furto.

Traductio, Verbale, Ipſe traducẽdi actus, vt Traductio tẽporis pro exactione illa. Cic. 1. de Diuinat. 206, Non enim illa quæ futura ſunt, ſubitò exiſtũt: ſed eſt quaſi rudentis explicatio, ſic traductio temporis nihil noui efficientis, & primum quidque replicantis.

Traductio & immutatio in verbo. Cic. 3. de Orat. 91.

Traductio ad plebem furibundi hominis. Cic. pro Seſtio, 11.

Traductor, Verbale maſc. g. Cic. ad Atticum, lib. 2. 24. 2, Vt ſciat hic noſter Heroſolymitarius traductor ad plebem, quàm bonã meis putiſſimis orationibus gratiam retulerit.

Tradux, trãducis, pen. corr. Varro 1. de Re ruſt. cap. 8. 4, Quartum pedamentum eſt natiuum eius generis vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea ſit, quos traduces, quidam rumpos appellant. Colum. lib. 5. cap. 7. 3, Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur.

Malleoli, plantæ, ſarmenta, vites, traduces, propagines. Cic. de Senectute, 48.

Tragacantha, Frutex eſt ſpinæ cãdidæ non diſſimilis, ſurculis humilibus, robuſtis, latè ſe diffundẽtibus, inter quos frequẽs coma, ſed breuis, cæcis ſpinis intercurrẽtibus horrida, quæ ſua frẽde cõtegantur, & cãdidæ, valẽtéſque rigeſcãt. radice læta, ſurculoſa, ſupra terrã emergente, qua diſciſſa ſtillat è vulnere ſuccus, qui coaleſcit in lachrymã, gentilitiũ nomẽ referẽtem. Optima eſt pellucida, læuis, ſyncera, gracilis, ſubdulcis. Herbam vipote peregrinã Galliæ, & prorſus exoticã, noſtrates herbarii non norũt: lachrymã tamen nullæ nõ cognoſcunt officinæ, interpellato nomine *dragagantham gummi* nunc appellantes. Ruellius.

Tragemata, penult. corr. bellaria, ſecundum Macrobium: id eſt omne menſæ ſecundæ genus.

TRAGIA, Plinio lib. 4. cap. 12, inſula vna ex Sporadibus. Ex hac fuit Theogiton Peripateticus Ariſtotelis familiaris.

Tragion, ſiue tragonis, herba, naſcitur in Creta tantũ inſula in maritimis. Folio, ramis, & ſemine lẽtiſco ſimilis, ſed minore omniũ amplitudine, ſuccũ ferens qui gũmi modo coeat. Plinio innipero ſimilis & ſemine, & folio, & ramis. Eſt & alia herba quæ tragium dicitur, quam ſcorpium vocant, & Romani olim cornulacum appellarunt, foliis ſcolopendrii, radice tenui, candida, armoraciæ ſimili. Autũno folia hircinum virus olent, indéque appellatio. naſcitur in montoſis præcipitiis. Ex Ruellio.

Tragœdia, tragœdiæ, ἀπὸ τῆ τράγε, καὶ τῆ ᾠδῆς: hoc eſt ab hirco & cantu: quaſi hirci cantus. Nam hircus dabatur in præmium tragicis authoribus, qui ruſtici & paſtores erãt. Vel ab hirco vinearũ hoſte, & à cãulena. Horatius de Arte, 45, Carmine qui tragico vilem certabat ob hircum. Alii putãt à fæce, quam Græcorum quidam tryga vocant, tragœdiam appellatã, quãdo olim nõdum perſonis ab Æſchylo repertis, tales fabulas peruncti ora fæcibus agitabant. Horatius in Arte, 56,

Ignotum tragicæ genus inueniſſe camœnæ
Dicitur, & plauſtris vexiſſe poemata Theſpis,
Quæ canerent agerẽtque peruncti fæcibus ora.

Tragœdia, Gen' poematis grãde, in quo heroes introducũtur, duces, reges: item, Luctus, exilia, cædes. In hac triſtes exitus, & liberorum, fortunarúmque priorum in peius agnitio. Triſtitia nanque, tragœdiæ proprium. Propter quod Euripides petente Archelao rege vt de ſe tragœdiam ſcriberet, abnuit: ac precatus eſt ne accideret Archelao aliquid tragœdiæ proprium.

Seuera tragœdia. Horat. 2. Carm. 1. 2.

Violenta Tragœdia. Ouid. 3. Amor. eleg. 1. 3, Venit & ingenti violenta Tragœdia paſſu.

¶ Tragœdias agere, prouerbialis locutio. Eraſmus, Tragœdias in nugis agit qui in re lenicula tumultũ mouet: & vt ait Terẽt', magno conatu magnas nugas dicit. Cic. 2. de Orat. 113, Ne aut irriſione, aut odio digni putemur, ſi aut tragœdias agamus in nugis, &c. Vſurpat idem Fabius lib. 6. cap. de peroratione. Nã in paruis, inquit, litib' has tragœdias mouere, tale eſt quaſi ſi perſonam Herculis & cothurnos aptare infantibus velis. Quin hoc ipſum, excitare tragœdiam, ſi aliò quopiam deflectatur, prouerbium reſipit. Vide Ago.

Efficere tragœdias. Cic. 4. Tuſcul. 119.

Excitare tragœdias. Cic. pro Milone, 13.

Facere tragœdias. Cic. de Senectute, 10, Sophocles ad ſummã ſenectutem tragœdias fecit.

Mouere tragœdias. Quinti. li. 6. ca. 1. 18. Vide Tragœdias agere.

Perturbari tragœdiis. Ci. 1. de Ora. 110. Neq; verò iſtis tragœdiis tuis, quibus vti philoſophi maximè ſolẽt, Craſſe, perturbor.

Trágicus, pen. corr. A dictionum, Quod ad tragœdiam ſpectat. vt

Tragicus actor. Liuius 4. bel. Pun. 110, Rem conſociatam pactos poſt dies Ariſtoni cuidam tragico actori, cui & alia arcana cõmittere aſſueuerat, incautè aperit.

Tragicum & diuinum. Cic. 2. de Oratore, 115, Sed hæc tragica atque diuina: facета autem & vrbana innumerabilia ex vna cõcione meminiſtis.

Ars tragica. Horat. 1. epiſt. 3. 3, Fidibúſne Latinis
Thebanos aptare modos ſtudet auſpice Muſa,
An tragica deſæuit, & ampullatur in arte

Cæſtus tragicus. Ouid. ad Piſonem, 48, Mecœnas tragico quatientem pulpita cæſtu Erexit Varum.

Cantus tragicus. Plin. lib. 30. cap. 2. 1.

Cothurni tragici. Horat. 1. Serm. ſaty. 5. 13.

Grandis, & vt ita dicam, tragicus orator. Cic. de Clar. Ora. 106.

Poeta tragicus. Cic. 1. de Natura deorum, 74.

Scelus tragicum, Dignum tragœdia, vel quale tragœdi in ſuis

tragœdiis decantare ſolét. Liu.1.ab Vrbe,100, Tulit enim & Romana regia ſceleris tragici exemplum, vt tedio regum maturior veniret libertas, vltimúmque regnum eſſet quod ſcelere partum foret.

Verſus tragici. Horat.de Arte,19.

Tragicus Oreſtes, Qui in Tragœdiis inducitur. Cic. in Piſonem,36.

Spirare tragicum. Horat.1.epiſt.1.34,

Et placuit ſibi natura ſublimis,& acer.
Nam ſpirat tragicum ſatis,& fœliciter audet.

Trágice,pen.corr. Aduerbium. Cic.de claris Orat.21, Hanc enim mortem rhetoricè & tragicè ornare potuerunt.

Trágicus, penult.corr. Subſtantiuum, Qui tragœdiæ author eſt, teſte Valla. Horat.de Arte,10,Et tragicus plerunque dolet ſermone pedeſtri.

Tragœdus,tragœdi, Actor tragœdiæ. Cic.1.de Orato.63,Vox tragœdorum,geſtus penè ſummorũ actorum eſt requirendus.

Miros audire tragœdos. Horat.1.epiſt.2.26.

Comœdum in tragœdiis,& tragœdũ in comœdiis admodum placere vidimus. Cic.in Orat.59.

Tragonis, Vide **Tragion**.

Tragopogon,pen.prod.Græcis,quæ Latinis hirci barbula appellatur,Herba quæ hac facie repræſentatur à Theophraſto,Radix longa,dulcis,foliũ croci, lóngius,caule paruo, ſuper quem calyx latus & barbula, quæ ſummo vertice incana & prolixa ſunditur, vnde nomen accepit.Deſcribitur à Dioſcoride caule breui,foliis croco ſimilibus, radice oblonga, dulci,ſupina, magno ſupra ſcapum calyce,è cuius ſummo nigrum ſemen pendet,inde nomen mutuatur. Herba edendo eſt. Naſcitur in aruis ſua ſpóte. Creſcit & aliis etiam in hortis,paſtinato altiúſque ſubacto ſolo,ſolio latiuſculo, flore purpureo,calyce grandi,barbulis pentilibus incaniſque,in auras tandem euaneſcentibus:radices in altum agit, quæ hybernis diebus acetaria dulcedine ſua commendant. Vtraque quũ carpitur,manat lacte: ſed quæ naſcitur in aſperis,magna ex parte luteo flore nitet: aliis ſæpius purpureo, apicibus multis, aureo colore ſparſim emicantibus. A plurimis nunc Romana conſuetudine dicitur petræ herba, quòd aſperis locis quaſi è mediis ſaxis videatur erũpere. A quo etiam Hetruria ſaxificam peculiariter appellat. Ruellius.

Tragos,herba quæ in maritimis maximè gignitur.Frutex puſillus in terra,oblongus, ſemipedalis aut altior paulo,ſine foliis, ramos habens in quibus velut racemi ſunt puſilli,grano tritici, acuto capite,copioſóque, guſtu vehemẽter ſpiſſante. Eſt & alia herba tragos apud Plinium lib.27.cap.13.9,quam aliqui ſcorpium vocant,ſemipede alta,fruticoſa,ſine foliis,puſillis racemis, rubentibus,grano tritici, acuto cacumine,& ita in maritimis naſcens. Tragon Aſia fert veprem, vt idem ait,ſine foliis, racemis rubentibus,ad medicinæ duntaxat vſum. Hanc in litoribus maris inueniri hodie noſtri perhibẽt herbarii,iuncо marino ſimilem,à quo & multi iuncum marinum appellant eam. Ruellius.

Tragula,trágulæ, pen.corr.Genus teli,dictum quòd ſcuto infixum trahatur, inquit Feſtus.Salluſt.lib.4.hiſtor. Auidiſſimis, atque præparatis ducibus, & Metellus ictu tragulæ ſauciaretur. Cæſar 5.bel.Gall.133,Tum T.Baluctio, qui ſuperiore anno primum pilum duxerat,vito forti,& magnæ authoritatis,vtrunq; femur tragula traiicitur. Liu.1.bel. Pun.17, Vt vero Annibal ipſe,dum murum incautius ſubit,aduerſum femur tragula graiter ictus cecidit. Ibidem, lib.4.190, Quòd Cn. Scipionis femur trágula cõfixum erat. Ibidem,lib.6.17,Cæterũ poſtquam iam ad ſigna peruenerat Hiſpanorũm vndique in eum traguiæ coniectæ,& propè tota in vnum acies verſa.

¶ Tragula,Retis genus. Plin.lib.16.cap.8.4, Vſus ſuberis anchoralibus maximè nauium, piſcantiúmque tragulis,& cadorum obiiuramentis.

Tragulam iniicere. Plaut.Epid.14.15,Tragulam in te iniicere adornat, neſcio quam fabricam facit.Id eſt dolum aliquem in te ſtruit. Vtraque figura prouerbialis videtur. Idem Caſina, Ego pol iſtam iam aliquorſum tragulam iniecero. Rurſus in Pseud.At volui iniicere tragulam in noſtrum ſenem.

Tragum,tragi.Plin.lib.18.cap.7.15,Ptiſanæ conficiendæ vulgata ratio eſt.Simili modo ex tritici ſemine tragum fit in Campania tantum & Ægypto. Huic autem opinioni quiddam ſimile dicere videtur Galenus quum ait, Ex ſplendida & nobili ſiligine ſeu olyra tragum confici,cuius pleriſque eſt vſus. Cæterũ tragum,ſiue tragos cerealis vt ab herba diſtinguatur,frumenti genus eſt,& veluti tritici vitium:aſpectu perſimile alicæ ſeu chondro,longè inferiorem zea præbens alimoniam, & furfuroſi recrementi. Galenus tragi granum, alicæ nõn diſſimile compluribus glumis veſtiri tradit,& ob id minus nutrire. Hanc autem frumenti ſpeciem Narbonenſes Galli vocant *De ble turquet*.

TRAGVRIVM, Inſula Illyrici, & oppidum:cuius marmor commendatur Plinio lib.4.cap.21.

Tragus,Genus conchæ mali ſaporis.

¶ Tragus, Genus ſpongiæ. Plin. lib.9. cap.45.1, Spongiarum tria genera accepimus: ſpiſſum ac prædurum, & aſperum, tragos id vocatur : minus ſpiſſum & mollius, manon:tenue, denſúmque,ex quo penicilli,Achilleum.

Trahà,trahæ, Genus vehiculi ſine rotis, quo coloni vtuntur.A trahendo dictum,vt ait Seruius. Virgil.lib.1.Georg.33, Tribulíque,traheæque,& iniquo pondere raſtri. Per epentheſim dixit traheæ, pro trahæ: ſicut nauita pro nauta.

Trahax,trahacis, penul.prod.om.ge.antiquum.Auidus,rapax, omnia ad ſe trahens. Plaut.Perſa,11.6,

Procax,rapax,trahax,trecentis verſibus
Tuas impuritias loqui nemo poteſt.

Traho,trahis,traxi, tractũ,trahere, Per vim ducere. Trahimur enim inuiti:Ducimur volentes. Virgil.1.Æneid.111,

-altaria ad ipſa trementem
Traxit. Plaut.Pſeud.7.79, Iuberes hunc præcipitem in piſtrinum trahi? Idem Milite,9.10,
-meáne hic in via hoſpita,
Quæ heri hic Athenis cum hoſpite aduenit meo,
Tracta & ludificata eſt ingenua & libera?

¶ Trahere,& ſuſtollere amiculũ,cõtraria. Plaut. Ciſtel.1.106,
Amiculum hoc ſuſtolle ſaltem.1.ſine trahi,quũ egomet trahor.

Trahere de.Martial.lib.1.43,

Caſta ſuo gladium quum traderet Arria Pæto,
Quem de viſceribus traxerat ipſa ſuis.

De medio aliquem trahere. Liu.8. bel. Pun. 157, Tracti inde de medio omnes,purgatóque loco,citati milites nominatim apud Tribunos militum in verba P.Scipionis iurarunt.

Trahere ex. Cic.2.de Nat.deorum,37, Atque etiam ex puteis ſugibus,aquam calidam trahi. Plaut. Trucul.11.40, Traxit ex intimo ventre ſuſpirium.

Exiguo ſunem conamine traxit. Ouid.4.Faſt.65.

¶ Trahere puerũ,quaſi qui vix poſſit ambulare. Vir.2.Æn.91,
-& ano puerum Aſtyanacta trahebat. Ibidem, 65,
-paruúmque nepotem Ipſe trahit.

¶ Allicere & trahere. Cic.1.de Diuinat.144, Magnes lapis eſt qui ferrum ad ſe allicit & trahit.

Duci & trahi ad. Cic.1.Offic.18,Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & ſcientiæ cupiditatem.

¶ Trahere cum aliquo,pro Morari. Plaut.Trinum.4.113,
-atque egomet me adeò cum illis
Vnà ibidem traho,qui illorum verbis falſis acceptor fui.

¶ Trahere,Protrahere. Salluſtius in Iugurtha, Adherbal vbi intellegit omnes fortunas ſuas in extremo ſitas,hoſtem infeſtũ, auxilii ſpem eſſe nullam;penuria rerum neceſſariarum bellum trahi non poſſe. Plinius epiſt.45.d, Memini hoc,longum eſt, tanta comitate conuiuium trahitur. Liuius 4.bel.Pun.113, Et trahendam rem eſſe. Idem 3.ab Vrbe,163,Et trahi bellum ſalubriter,& maturè perfici poteſt.

¶ Trahere,cum feſtinatione adducere,vt ait Seruius. Virg.1. Æneid.11,

Ecce,manus iuuenem interea poſt terga reuinctum
Paſtores magno ad regem clamore trahebant Dardanidæ.

Trahere ad ſe partem diei,Partem diei occupare. Plin. epiſt. 113.b,Interueniunt amici ex proximis oppidis, partémque diei ad ſe trahunt, interdúmque laſſato mihi, opportuna interpellatione ſubueniunt.

Ad defectionem trahere,Incitare,impellere,cogere. Liuius 5. bel. Pun.89, Is mutata repentè voluntate locum gratiæ apud Pœnum quærens, neque tranſire ipſe, neque trahere ad defectionem Lucanos ſatis habuit.

Ad bella trahor. Tibullus lib.1.eleg.10.3.

Alimentum maternum trahere dicitur agnus. Colum.lib.7. cap.3.15,Agnus autem quũ eſt editus,erigi debet,atque huberibus admoueri, tum etiam eius diductum os preſſis humectare papillis,vt diſcat maternum trahere alimentum.

In altitudinem,pro Surſum erigere. Plin.lib.17.cap.11.6, Ita vt in altitudinem ſemipedem trahantur.

Aluum trahere,Extendere. Virg.4.Georg.19,
-ille horridus alter
Deſidia,latámque trahens inglorius aluum.

Animam trahere, Viuere. Plin. lib.11.cap.3.2, Nec video cur magis poſſint non trahere animam talia.

Animam precariam trahere. Tacit.lib.1, Neque precariam animam inter infenſos trahere.

Animam trahebat ſub longa morte. Stat.1.Thebaid.10.

Animam trahere in ſpe. Liu.3. ab Vrbe,27, Mortuus Ibutius

erat Romanus Consul, collega eius Servilius exigua in spe trahebat animam.

Animum tempúsque trahere. Ouid. 5. Trist. eleg. 8. 13,
Sic animum tempúique traho, méque ipse reduco,
A contemplatu semoucóque mali.

Trahunt diuersè animũ curæ. Terent. And. 1. 5. 15, Tot me impediunt curæ, quæ meum animum diuersè trahunt.

In arma trahere viros. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 2.

Arte aliqua trahi. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 10,
Moris an oblitus patrii contendere discam
Sarmaticus arcus, & trahar arte loci?

Bellum trahere, Producere. Cic. ad Atticum, lib. 10. epist. 1, Necesse est enim aut id quod maximè velim, pelli istum ab Hispania, aut trahi id bellũ, &c. Et paulo post, 5, Si trahitur bellum, quid expectem? &c.

In eandem calamitatem alterum trahere. Cic. pro lege Manilia, 12, Non enim possunt vna in ciuitate multi rem atque fortunas amittere, vt non plures secum in eandem calamitatem trahant.

Calorem trahere. Ouid. 11. Metam. 61, Videre hanc pariter, pariter traxere calorem. Id est accensi sunt cupidine.

Candorem trahere. Plin. lib. 7. cap. 16. 3, Candorem trahunt quodam medicamine.

Cariem trahere, Rubiginem ducere. Plin. lib. 13 cap. 1. 16, Iam & patres familiâs ætatẽ ademere his quæ per se cariem traxere.

Caudam trahere, Vide Cauda.

Cognomen ab aliquo. Plin. lib. 13. cap. 15. 3, A Nonio Tiberii Cæsaris liberto cognomen trahens.

Cognomen ex contumelia trahere. Cic. 3. Philip. 13, Nihil illo contemptius; qui propter hæsitantiam linguæ, stuporémque cordis, cognomen ex contumelia traxerit. De M. Accio Balbo loquitur.

Colorem rubicundum trahere. Colum. lib. 2. cap. 21. 1, Æqualiter flauescentibus iam satis antè quàm ex toto grana indurescant, quum rubicundũ colorem traxerunt, messis facienda est. Plinius lib. 18. cap. 30. 3, Quum iam traxerit colorem.

Colorem nigrum traxere Æthiopes. Ouid. 2. Metam. 48.

Ceruix comæque trahuntur per terram. Virg. 2. Æneid. 97.

Secum concionem. Liu. 3. ab Vrbe, 47, At ex parte altera, Consules in conspectu eorum positis sellis delectum habebant, eò decurrunt Tribuni, concionemque secum trahunt.

Consilium & rationem trahere, pro Ducere & capere. Salust. Tum Marius ex copia rerum consilia trahit: atque vt suis receptui locus esset, &c. Idem alibi, Quem vbi cunctari accepit, & dubium belli atque pacis rationes trahere, rursus vti antea, &c. Budæus.

Contagia trahere. Ouid. 5. Trist. eleg. 14. 1, Æger enim traxi contagia corpore mentis.

In crimen aliquem trahere. Tacit. lib. 15, Opperiebatur Nero, vt Vestinus quoque Consul in crimen traheretur.

Crinibus passis trahebatur virgo. Virg. 2. Æneid. 81.

Decus alicuius rei ad aliquem trahere. Liuius 9. ab Vrbe, 149, Qui captæ decus Nolæ ad Consulem trahunt, adiiciũt Atinam & Calatiam ab eodem captas.

Dictum aliquod trahere in voluntatem suam. Plin. de Viris illust. 35, Apollinem de bello consuluit: Ille ambiguè respondit, Aio te Æacida Romanos vincere posse. Hoc dicto in voluntatẽ tracto, auxilio Tarentinis venit, bellum Romanis intulit.

Dictis alicuius trahi. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 5. 6.

In disceptationem trahere aliquem. Liu. 4. ab Vrbe, 116, Neminẽ ex collegio Tribunorum militũ ſæpius quàm Posthumiũ in disceptationem trahebat.

In diuersum trahit me hæc res, pro Dubium me facit. Liu. 8. bel. Maced. 245, Multa alia in Scipionis exitu maximè vitæ, diéque dicta, morte, funere, sepulchro, in diuersum trahunt: vt cui famæ, quibus scriptis assentiar, nõ habeam. Idem 6. bel. Pun. 21. Quintil. lib. 7. cap. 3. 26, Sed perinde paupertas, humilitas, opes, vt cuique ingenio vis est, in diuersum trahuntur.

In diuersum trahunt authores, pro Diuersa sentiunt. Liui. 4. bel. Pun. 61, Cæterum defectio Tarentinorum vtrum priore anno, an hoc facta sit, in diuersum authores trahunt.

Errore trahi. Ouid. 2. Metam. 16.

Quò fata trahũt retrahúntque, sequamur. Virg. 5. Æneid. 141.

Figuram lapidis traxerunt ossa. Ouid. 3. Metam. 30.

Fortunam tutã trahere, pro Fœliciter agere. Cic. ante quàm iret in exilium, 8, Et vos vt tutam, tranquillámque fortunam traheretis, mea perfeci vigilantia.

Fulgore nominis & famæ trahi. Ouid. 5. Trist. eleg. 13. 8,
Nominis & famæ quondam fulgore trahebar,
Dum tulit antennas aura secunda meas.

Genus ægra trahens. Virg. 5. Æneid. 94.

Gratiam rectè factorum sibi trahere. Tacit. lib. 3. Et quum rectè factorũ sibi quisque gratiã trahant, vnius inuidia ab omnibus peccatur.

Huc & illuc trahũtur rationes in disputãdo. Cic. 4. Acad. 207, Non quæro rationes eas quæ ex cõiectura pendent, quæ disputationibus huc & illuc trahuntur, nullam adhibent persuadendi necessitatem.

Humorem trahere, pro Allicere & attrahere. Colum. lib. 11. cap. 15. 1, Factæ deinde in hunc vsum cannæ iugis superponuntur, ita vt duobus pedibus absint à terra, ne humorẽ quem ferè noctibus remittit humus, trahere possint.

Ignes trahere, Concipere ardorem. Ouid. 4. Metam. 136,
trahit inscius ignes,
Et stupet eximiæ correptus imagine formæ.

Aliquem in inuidiam trahere. Author ad Herenn. lib. 1. 8.

Labe trahi communis viti. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 5.

Laborem ingratum trahere. Virgil. 3. Georg. 10, Frigidus in Venerem senior, frustráque laborem Ingratum trahit.

Laudem trahere abre aliqua. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 8. 13.

Ad lethum trahere aliquem. Virg. 5. Æneid. 125.

Limitem longiorem trahere. Longius protendi. Plin. lib. 2. cap. 16. 3, Bolis verò perpetua ardens, longiorem trahit limitem.

In longius aliquid trahere. Quintil. lib. 1. cap. 10. 35, Transeamúsque quòd Archimedes vnus obsidionem Syracusarum in longius traxit.

Fata me trahebant in pœnam. Ouid. 3. Trist. eleg. 6. 3.

Omne trahit secum Cæsaris ira malũ. Ouid. 3. Trist. eleg. 11. 15.

Mentes artificio trahere. Plin. lib 16. ca. 3. 2, Trahebat præterea mẽtes artificio mirabili, vinũ promittẽdo ægris, &c. Quintil. lib. 1. cap. 8. 3, Teneræ mentes, tracturáque alius quicquid rudibus & omnium ignaris insederit, non modò quæ diserta, sed vel magis quæ honesta sunt, discant.

Quæ mentem insania traxit? Stat. 5. Thebaid. 15.

In metum aliquid trahere. Tacit. lib. 11, Quæ pauci in metum trahebant.

Molestiam trahere. Cic. Sulpitio, lib. 4. 3 1.

Trahitur è cælo natura hominis. Plin. lib. 11. cap. 53. 1.

Noctẽ per procula, & vario sermone trahere. Mart. lib. 1. 98,
Me iucunda iuuant tractæ per pocula noctes. Virg. 1. Æn. 151,
Necnon & vario noctem sermone trahebat
Infœlix Dido.

Nomen trahere ab aliquo. Ouid. 4. Metam. 59.

Nomen è re aliqua. Plinius lib. 15. cap. 14. 4, Cæteræ è causis traxere nomen.

Notam trahere. Ouid. 1. Fast. 119,
Hunc Numidæ faciunt, illum Messana superbum:
Ille Numantina traxit ab vrbe notam.

Vento trahitur nubes. Virgil. 4. Georg. 11, Obscurámque trahi vento mirabere nubem.

Obsidionẽ in aduentũ principis trahere. Liu. 8. bel. Pun. 34, Opuntii quoque ab eadem ira increpiti, quòd quũ trahere obsidionem in aduentum suum potuissent, viso statim hoste propè in voluntariam deditionem concessissent.

Odorem trahere. Plin. lib. 14. cap. 11. 4, Quod celeriter florere cœperit, odorémque trahere, non sore diutinum.

Originẽ à rege trahere. Plin. li. 6. ca. 18. 15, A rege Cretæ Minoe (vt existimant) originẽ trahẽtes. Liuius 8. ab Vrbe, 109, Cumis erant oriundi, Cumani Chalcide Euboica originem trahunt.

Oscitationes longas trahere. Martialis lib. 2. 6.

Pallam trahens verrit humum. Ouid. 6. Metam. 141.

Pallorem trahere. Columella lib. 12. ca. 41. 3, Tum refrigeratũ medicamentum adiicitur in vas fictile nouum picatum, idque gypsatum alte suspenditur, ne pallorem trahat.

In partes aliquem trahere. Tacitus lib. 4. Qui fratrem quoque Neronis Drusum traxit in partes spe obiecta principis loci.

In partem aliam trahere aliquẽ. Plancus Ciceroni, lib. 10. 4. 5, Nunc verò quid est quod me in aliam partem trahere possis?

Pedibus rem trahere, Vide Pedo.

Plaustra trahunt per altos montes. Virg. 3. Georg. 108.

In profundum pondere trahi. Liu. 3. bel. Maced. 48.

Promissa trahunt puellas. Ouidius 1. de Arte, 117, Nec timidè promitte, trahunt promissa puellas.

Omnem rationem ad dicendum trahere. Cic. in Orat. 61.

In religionem. Liu. 5. ab Vrbe, 107, Iouis Solisque equis æquiparatum Dictatorem in religionem etiam trahebant.

Funditus Rempublicam trahet. Tacit. lib. 3.

Rubiginem trahere. Plin. lib. 34. cap. 9. 2. Æra exterſi rubiginem celerius trahunt quàm neglecta, nisi oleo perungantur.

Ruborem traxerunt percussa pectora. Ouid. 3. Metam. 97.

Ruſnam trahere. Virg. 1. Æneid. 93. -ea lapſa repètè ruinam
Cum ſonitu trahit. De turri quadam.

Ad ſæuitiam aliquid trahere. Tacit. lib. 3. Quod alii ciuile rebantur, ne cæteris aſſentiendi neceſſitas fieret, quidam ad ſæuitiam trahebant.

In ſuam ſententiam. Liu. 5. ab Vrbe, 113, Nam partem Tribunorum plebis Patres in ſuam ſententiam traxerant.

In ſerum rem aliquam. Liu. 1. bel. Maced. 194, Vulgo credebatur de induſtria rem in ſerum tractam, ne tempus dari poſſit Achæis Ætoliſque ad reſpondendum.

Situm. Plin. lib. 12. cap. 13. 1, A ſarum celeriter ſitum trahens, ac ſeneſcens.

Somnos trahere per ſuſpiria. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 11.

Sortes. Virgil. 1. Æneid. 103,
Iura dabat, legéſque viris, operúmque laborem
Partibus æquabat iuſtis, aut ſorte trahebat. Vbi Seruius, Propriè locutus eſt: trahuntur enim ſortes, hoc eſt educuntur.

Spes cò trahit. Liu. 3. bel. Pun. 197, Ei facile eſſe ducam opprimere populatores noſtros vagos, ſine ſignis palatos, quò quenque traxit quanuis vana præda ſpes.

Spe trahor exigua. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5. 5.

Spiritū trahere. Colum. lib. 6. cap. 9. 2, Signa febricitantis, manātes lachrymæ, grauatum caput, oculi compreſſi, fluidum ſaliua os, longior, & cum quodam impedimento tractus ſpiritus, interdum & cum gemitu.

Spolia de hoſtibus trahere. Cice. pro Corn. Bal. 43, Anne de nobis trahere ſpolia fuderatis licebit, de hoſtibus non licebit?

Studio laudis trahi. Cic. pro Archia, 19, Trahimur omnes ſtudio laudis, & optimus quiſque maximè gloria ducitur.

Ad ſupplicium trahi. Cic. Ante quàm iret in exilium, 11, Serui qui ad ſupplicium cæſi verberibus trahuntur.

Suſpiciones ex aliqua re trahere. Cic. 2. de Inuent. 141.

Suſpiria trahere. Ouid. 2. Metam. 151.

Torrens trahit ſyluas præcipites. Virg. 2. Æneid. 61.

Tempus trahere. Virg. 6. Æneid. 108.

Verba trahere. Silius lib. 8. 16, Cui ſic verba trahens, largis cum fletibus Anna Incipit.

Victoriam ſecum trahere. Liu. 6. ab Vrbe, 36, Ita quocunque ſe intuliſſet, victoriam ſecum haud dubiam trahebat.

In vinum. Liu. 10. bel. Maced. 13, Feſto die inuitatio benigna & hilaritas iuuenilis vtroſque in vinum traxit.

Viribus trahere. Quintil. lib. 5. cap. 14. 13, Quos niſi & delectatione allicimus, & viribus trahimus, & nonnunquam turbamus affectibus, &c.

Vitam in tenebris luctúque trahebam. Virgil. 2. Æneid. 19. Ibidem, lib. 3. 130, Quum vitam in ſyluis, inter deſerta ferarum
Luſtra, domóſque traho.

Vocem trahens imo à pectore. Virg. 1. Æneid. 75.

Trahit ſua quenque voluptas. Virg. eclog. 2. 13.

Vultum trahere. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 7, Quum bene vir traxit vultum, rugáſque coegit.

Senium trahere luctu. Claud. 3. de raptu Proſerp. 51, Sola domi luctu ſenium tractura relinquor.

Tractus, Participium. Cic. 2. de Nat. deorū, 109, Venæ à corde tractæ & profectæ in omne corpus ducuntur.

Ab iſto initio tractus eſt ſermo. Cic. de claris Orat. 11.

¶ Tractam & fuſam orationem opponit Cicero Contortæ & acri, 2. de Orat. 35, Etſi gen° orationis fuſum atq; tractū, & cū lenitate quadā æquabili profluēs, ſine hac iudiciali aſperitate, & ſine ſententiarum forenſium aculeis proſequendum. Budæus.

Tracta quædam & fluens oratio. Cic. in Orat. 36, Interponuntur etiam conciones & hortationes: ſed in his tracta quædam, & fluens expetitur, non hæc contorta & acris oratio.

Tractus, huius tractus, Ipſe trahendi actus. Plin. lib. 9. cap. 46. 2, Funem illi religatum ab humeris eius trahunt: hunc dimicans, vt ſit periculi ſignū, læua quatit: dextra apprehēſo ſtylo in pugna eſt: modicus aliàs tractus. De caniculis marinis.

Placido tractu reptauit draco. Claud. 3. Paneg. 35.

Longo tractu ferur per aera. Ouid. 2. Metam. 64,
At Phaethon rutilos flamma populante capillos,
Voluitur in præceps, longóque per aera tractu Fertur.

Flammarum tractus. Lucret. lib. 2. 41,
Nocturnáſque faces cæli ſublime volantes,
Nónne vides longos flammarum ducere tractus? Et hunc imitatus Virgilius, 1. Georg. 74. -noctiſque per vmbras
Flammarum longos à tergo albeſcere tractus.

Raucus tractus. Valer. 1. Argon. 113,
Nimborum cum prole Notus, crimenque procellis
Hiſpidus, & multa flauus caput Eurus arena
Induxere hyemem: raucóque ad littora tractu
Vnanimi freta curua ferunt.

¶ Tractus, Regio, plaga, inquit Seruius. Virg. 2. Georg. 37, Indicio eſt tractu ſurgens oleaſter eodem. Cic. pro Plancio, 18, Totus ille tractus celeberrimus Venafranus, Alfanus: tota denique noſtra illa aſpera & montoſa regio.

Immenſi tractus. Lucan. lib. 2. 115, Quum mediæ iaceant immenſis tractibus Alpes.

Immenſus tractus eſt, quo veniunt, Vide Immenſus.

Corruptus cæli tractus. Virg. 3. Æneid. 18.

Lunæ tractus. Cic. 2. de Diuinat. 145, Ex quo intelligitur, plus terrarum ſitus, quàm lunæ tractus ad naſcendum valere.

Alti tractus nubium. Horat. 4. Carm. ode 2. 6.

Maris tractus. Virg. eclog. 4. 11,
Aſpice conuexo nutantem pondere mundum,
Terráſque, tractúſque maris, cælúmque profundum.

Biſidi tractus fluminis. Claud. 2. Paneg. 40.

¶ Tractus & declinatio dictionū, pro Dictionum productione & deriuatione. Quintil. lib. 8. cap. 3, In tractu & declinatione talia ſunt, qualia apud Ciceronem beatitas & beatitudo.

Quanta hæſitatio tractúſque verborum. Cic. 2. de Orat. 111.

Tractu orationis leui, & æquabili perpoliuit illud opus. Cic. 2. de Oratore, 19.

Pares elocutionum tractus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 24.

¶ Tractus, pro tractatu. Plin. lib. 11. cap. 53. 4, Vt in tractu piſce viuentium Theophraſtus prodidit, boues quoque piſce veſci, ſed non niſi viuente. Quem locum rectius expoſueris pro regione. quaſi diceret, apud Ichthyophagos.

Tracto, tractas, tractare, Frequentatiuū. Accipitur autem pro rem aliquam attingere, & contrectare. Item pro ſuſcipere aliquem, & pro rem aliquā adminiſtrare, & aliquando deſcribere. Virg. 3. Georg. 101, -aret Pellis, & ad tactum tractanti dura reſiſtit.

Guſtare, olfacere, tractare, audire. Cic. 5. Tuſc. 155.

Acerbius & durius aliquem tractare. Plin. epiſt. 189, Nequando tu quoque filium tuum acerbius, duriúſque tractares.

Aliquem nimis aſperè tractare. Cic. Q. fratri, lib. 1. 10. 7.

Manu tractare. Colum. lib. 6, Talis notæ vitulos oportet, quū adhuc teneri ſunt, conſueſcere manu tractari. Iuuenalis, Saty. 6. 11, Per puppim & duros gaudet tractare rudentes.

Clementer tractare, Vide Clemens.

Commodè tractare. Terent. Heaut. 2. 1. 101,
Ingenio te eſſe in liberos leni puto,
Et illum obſequentem, ſiquis rectè aut commodè Tractaret.

Honorificētiſſimè & liberaliſſimè tractari ab aliquo. Cic. Antonio in epiſtolis ad Atticum, lib. 14. 311. 2.

Iniuriosè tractare, Vide Iniuria.

Liberaliter tractare aliquem. Cic. 4. Verr. 8, Hi porrò qui ſucceſſerunt, vehementer iſtius cupidi, liberaliter ex iſtius cibariis tractati, non minùs acres contra me fuerunt. Idem 2. Verr. 15, Demonſtrat qua iſte oratione vſus eſſet: commemoraſſe iſtum quàm liberaliter eos tractaſſet etiam antea, quum ipſe Prætura peteret & proximis Conſularibus, Prætoriiſque comitiis.

Magnificè tractare aliquem, Vide in Magnus.

Mollius tractari. Horat. 2. Serm. ſaty. 2. 17, -tractari mollius ætas Imbecilla volet.

Parum piè aliquem tractare. Cic. pro Cælio, 1.

Sceleratè & inſidioſè tractare. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 3. 11, Me ſumma ſimulatione amoris, ſummáque aſſiduitate quotidiana ſceleratiſſimè, inſidioſiſſimèque tractauit.

Aliquem omnibus rebus tractare. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 3. 4, Omnibúſque rebus eum ita tractes, vt intelligat meam cōmendationem non vulgarem fuiſſe.

Arte aliqua tractare hominem. Terent. Heaut. 2. 3. 115,
-hac arte tractabat virum,
Vt illius animum cupidum inopia incenderet.

Ratione tractari. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 53, -ô here, quæ res
Nec modum habet, neque conſilium, ratione, modóque
Tractari non vult. Vide Terentium, Eunuc. 1. 1. 13.

Animum alicuius tractare vt decet. Terent. Heaut. 1. 1. 49,
Nec vt animum decuit ægrotum adoleſcentuli Tractare.

Arma virilia tractare. Horat. 1. epiſt. 19. 11.

Artem aliquam tractare, pro Exercere. Terentius in prologo Phorm. 10, -in medio omnibus
Palmam eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam.

Bellum tractare. Taci. lib. 5, An bellum cunctatione tractaret.

Cauſam aliquam tractare. Cic. ad Appium, lib. 3. 11. 2, Nunquā enim mihi videor tractaſſe cauſam difficiliorem.

Cauſas amicorum tractare & agere. Cic. 1. de Orat. 83.

Contentionem veſtrū quæ tractari ſine contumelia non poteſt. Cic. pro Plancio, 13.

Rem ſuam minus cogitatè tractare. Plaut. Trin. 6. 45, Minus

qui cautè & cogitatè ſuam rem tractauit pater.

Fabri tractant fabrilia.Horat.1.epiſt.1.14.

Pecuniam tractare,Adminiſtrare,& pecuniæ curam habere. Cic.Canimio,libro 2.16.8,Omnis enim pecunia ita tractatur,vt præda à præfectis:quæ autem mihi attributa eſt,à Quæſtore curetur. Idem 7.Ver.49,Verres poſt imperium conſtitutum primus imperauit vt ea pecunia omnis à ciuitatibus ſibi adnumeraretur: vt is eam pecuniam tractaret quam ipſe præfeciſſet. Ibidé,1.18,Eras enim tu Quæſtor,pecuniâ publicâ tu tractabas.

Tractare pecuniam,pro Attrectare, ſiue contrectare. Cic. 7. Verr.30,Qui reus lege,& reus comperendinatus,re & opinione hominũ penè damnatus, temperare non poterit maximo conuentu,quin L. Siſennæ argentum tractaret,& conſyderaret.

Præda tractans.Silius lib.15.92.

In munere aliquo rectè ſe tractare.Cic.Bruto,libro 13.13.1,Et fuit in Cilicia mecum Trib.militum:quo in munere ita ſe tractauit, vt accepiſſe ab eo beneficium viderer, non dediſſe. Hoc eſt,ita ſe geſſit.

Vites tractare & tueri.Cic.5.de Fin.70.

Vulnera tractare.Cic.Attico,lib.12.14.1.7, De Terentia quòd mihi omne onus imponis, non cognoſco tuam in me indulgentiam.iſta enim ſunt ipſa vulnera,quæ non poſſum tractare ſine maximo gemitu.Hîc per tranſlationem.

Vitam tractare.Lucret.libro 5.187,Volgiuago vitâ tractabant more ferarum.Id eſt trahebant vitam,viuebant.

¶ Rem aliquam tractare,pro Deſcribere. Cic.1.Acad.36,Dabitis enim profectò, vt in rebus inuſitatis, quod Græci ipſi faciunt,à quibus hæc iandiu tractantur,vtamur verbis interdum inauditis.

Agitare,tractare,inquirere.Cic.pro Cluentio,66.

Materiam tractare,aut hiſtoriam:pro Scribendo aut narrando commemorare.Plin.lib.11.cap.11.2, Quoniã tamen hîc vnguentorum materia tractatur. Idem libro 11.cap.37.1,Itaque nunc per ſingulas partes corporis,præter iam dictas,membratim tractetur hiſtoria.Vide Membrum.

Definitionem fortitudinis tractare.Cic.4.Tuſc.81.

Hiſtoriam tractare.Cic.1.de Legib.7.

Ius Pontificum & ciuile tractare. Cic.de Senect.34.

Res cognitione digniſſimas tractare & contemplari. Cicero 3.Offic.116.

Res tragicas comicè tractare.Cic.3.de Orat.17.

Hæc tractanti animo, & noctes & dies cogitanti,exiſtit illa à deo Delphis præcepta cognitio.Cic.5.Tuſc.99.

Copioſiſſimè aliquid tractare.Quintil.lib.2.cap.4.19.

Egregiè aliquid tractare.Quintil.lib.6.cap.1.37.

Paſſim tractare.Quintilianus in proœmio lib.1.13, Nunc autem quæ velut propria philoſophiæ aſſeruntur ,paſſim tractamus omnes.

Plenius aliquid tractare.Quintil.lib.2.cap.13.10.

Variè aliquid tractare.Quintil.lib.4.cap.1.9.

In tranſitu aliquid tractare.Quintil.lib.6.ca.1.1, Nam & per totam(vt diximus) cauſam, locus eſt affectibus: & eorum non ſimplex natura,nec in tranſitu tractanda,quo nil maius afferre vis orandi poteſt.

¶ Tractâtum,tractátu,pen.prod.Supinum.Plin.lib.17.cap.7. 2,Verum aſpera tractatu.

¶ Tractare bibliothecam alterius, Id eſt curare, & illius curã habere.Cic.Sulpitio,lib.13 78.5,Dionyſius ſeruus meus,qui meã bibliothecam multorum nummorum tractauit,quum multos libros ſurripuiſſet,nec ſe impune laturum putaret,aufugit.

Tractâtus,pen.prod.Participium.Cic.1.de Legib.15,Aliquoties iã iſte locus à te tractatus eſt.Hoc eſt enarratus.

Perſona tractata.Cic.pro Archia,2,Perſona propter otium ac ſtudium minimè in iudiciis periculiſque tractata eſt.

Figura manibus tractata.Lucret.lib.4.47.

Tractatus liberalius,Acceptus.Cic.pro Cluẽ.130,Ab nullo ille liberalius,quàm à Cluentio tractatus eſt. Vide Liber adiect.

Tractatus malé.Ci.Attico,lib.13.28.4.3,Ita malè autem audio ipſum eſſe tractatum,vt mihi ille emptor non eſſe videatur.

Tractâtus,huius tractátus,pen.pro.Ipſe tractandi actus & contrectatio.Plin.lib.8.cap.54.1,de ſimilis,Tractarique gaudent,ſimiles gratulationem intelligentis.

¶ Tractatus,Deſcriptio.Quintil.lib.3.cap.9,Ante hominem patria ac parentes,maioréſque erunt,quorum duplex tractatus eſt. Idem in proœmio lib.8,Aſperiorum tractatu rerum atteruntur ingenia.

Artium tractatus.Cic.3.de Orat.49,Qui ipſarum artium tractatu delectati,nihil in vita aliud agunt.

¶ Tractatus,Libri pars,in qua quid deſcribitur.Pli.lib.14.ca. 4.1,Tractatu toto ſeparatim ſententia eius indicanda eſt.

Tractatio,Verbale,Ipſe tractandi actus.Cic.1.Offic.13,Itaque quæ in rebus inanimis,quæque in tractatione belluarum fiunt vtiliter ad hominum vitam,artibus ea tribuuntur operoſis.

Armorum tractatio. Cic.3.de Orat.111,Sic verbis quidem ad aptam cõpoſitionem & cõdecentiã,ſententiis verò ad grauitatẽ orationis vtatur, vt ii qui in armorum tractatione verſantur.

Tibiarum tractatio.Cic.1.de Diuin.14,Necverò qui tibiis aut fidibus vti volunt,ab artificibus accipiũt earum tractationem, ſed à muſicis.

Tractatio & vſus vocis in nobis eſt. Cic.in Orat.31.

Philoſophiæ tractatio.Cic.4.Acad.11,Etenim ſiquando in libro verè eſt à nobis philoſophia laudata,profectò eius tractatio optimo atque ampliſſimo quoque digniſſima eſt.

Orator tractationem orationis ſibi aſſumet.Cic.1.de Ora.19.

Ipſa mihi tractatio literarũ ſalutaris fuit.Cic.de Clar.Orat.8.

Materia & tractatio.Cic. in Orat.117, Eſt enim in vtroque & materia & tractatio: materia in verbis, tractatio in collatione verborum.

Tractatio varia eſſe debet. Cic.1.de Orat.94.

Tractábilis,& hoc tractábile,pen.corr.Quod tractari poteſt.Cic. de Vniuerſ.16, Corporeum autem & aſpectabile, itémque tractabile omne neceſſe eſt eſſe quod natũ eſt. Virgil.4.Æneid. 88, -ſed nullis ille mouetur

Fletibus,aut voces vllas tractabilis audit.

Non tractabile cælum, pro Inquieto, impacato, procelloſo. Virg.4.Æneid.11,

Dum pelago deſcendit hyems,& aquoſus Orion,
Quaſſatæque rates, & non tractabile cælum. Id eſt aſperum & intractábile,vt ait Seruius.

Homo tractabilis.Plin.epiſt.96.d,Sed vt te cohæredes mei tractabiliorem experiantur, vtique tibi nihil abſtulerit reuerentia mei,offero pro mea parte tantundem.

Mare nondum tractabile nanti.Ouid.epiſt.18.15.

Pelagus tractabile.Plin.lib.10.ca.51.1,Siculũ vtiq; tractabile.

Pondus vix tractabile.Stat.5.Syl.1.17.

Virtus in amicitia teneta eſt atq; tractabilis.Cic.de Amic.45.

Nihil eſt in eo tractabilius.Cic.Attico,lib.10.103.5.

Tractim,Aduerbium,Trahendo in lõgũ,ſine intermiſſione,lõgo tractu,diutiné,Nõ interrũpendo ſeriẽ,inquit Valla lib.6.cap.5. Plaut.Amphit.4.159,Quid ſi ego tractim tangam vt dormiat? Virg.4.Georg.51,Tum ſonus auditur grauior,tractimque ſuſurrant.Id eſt ſine intermiſſione & iugiter. Lucret.lib.3.107,

Denique ſæpe hominem paulatim cernis obire,
Et membratim vitalem deperdere ſenſum,
In pedibus primùm digitos liueſcere,& vngues,
Inde pedes & crura mori,poſt inde per artus
Ire alios tractim gelidi veſtigia lethi.

TRAIANA, pen.prod. Picenorum vrbs,authore Ptolemæo lib. 3.cap.1.Hodie *Potentia*.

TRAIANVS,pen.prod.inter Cæſares optimus. Fuit & Traianus Patricius,qui ſub Iuſtiniano principe floruit.Scripſit tẽporum epitomen nobilem.Author Suidas. Eſt item Traianus,portus Tuſcorum Ptolemæo lib.3.ca.1. hodie *Volaterranorum portus*.

Traiicio/tráiicis,pen.corr.traiéci,pen.prod. traiectũ,traiicere, Ex trans & iacio,remotis n & ſ,ſignificat traducere, tranſportare,tranſuehere:& propriũ eſt nautarum.Valla,Traiicio exercitum, id eſt tranſporto exercitũ trans mare,aut trans flumen. Traiicio mare vel flumen,id eſt tranſeo.Aliquãdo vtrũq; coniunctim:vt Liuius,Traiecit copias Iberum. Hactenus Valla lib.3.

Traiicere claſſe in Italiam,Proficiſci,tranſfretare. Plinius de Viris illuſt.49,Victor domum regreſſus,Conſul ante annos factus,concedente collega,in Africam claſſe traiecit.

Traiicere agmen vado.Liuius 1.bel.Pun.18,Caſtriſque ſuper ripam poſitis,quũ prima quies, ſilentiúmque ab hoſtibus fuit, agmen vado traiecit.

Traiicere aliquó.Cic.ad Atticum,lib.7.140.1, Et ſi terra quidem,qui poſſum? mari,quò traiiciam?

Traiicere Cyprum.Plin.lib.8.cap.32.4, Hoc maximè notatur à Cilicia Cyprum traiicientibus.

Traiicere exercitum Rhodanum.Plancus ad Ciceronem,lib. 10.9.5, Exercitum ad ſextum Calend. Mai. Rhodanum traiecí magnis itineribus.

Traiicere exercitũ ex Italia. Brutus ad Ciceroné, lib.11.13.8, Neque ex Italia tam celeriter exercitum traiici poſſe credebãt.

Traiicere exercitum in Siciliam. Liu. 4.ab.Vrbe,117, Quòd Carthaginienſes tanti hoſtes futuri, tũ primùm per ſeditiones Siculorũ ad partis alterius auxiliũ in Siciliam exercitũ traiecere.

Traiicere ſe Alpes. Brutus ad Ciceroné,lib.11.9.5, Si ſe Alpes Antonius traiecerit,conſtitui præſidium in Alpibus conlocare.

¶ Traiicere de naue in nauem malos & antennas.Liu.10.bel.

Pun.39,Ne in tumultum pugnæ turbari ordines possent,malis, antennisque de naui in naucm traiectis, ac validis funibus velut vno inter se vinculo illigatis,comprehendit.

Traiicere in alia vasa,pro Fundere in alia vasa. Varro 1. de Re rust.cap.64,Amurca quum ex olea est expressa, qui est humor aquatilis,ac retrimentum conditum in vas fictile, id quidã sic solent tueri, diebus XV eo quod est leuissimum ac summum defæcatum, vt traiiciant in alia vasa, & hoc iisdem intervallis duodecies.

¶Traiicere,per translationem : vt Traiicere culpam in alterum,hoc est traducere,transferre.Cicero 1.Verr.24,Quid quum vnumquodque transigere, expedire, absoluere ? ipse profecto metuere incipies,ne innocenti periculum facesseris.Quid cõmiserari,cõqueri,& ex illius inuidia deonerare aliquid,& in te traiicere cœperit?&c. poterisne eius orationis subire inuidiam?

Traiicere negotiũ ad nouos Magistratus. Liu.1.ab Vrb.93,Relata re ad Senatum, adeò fuit gratum Patribus,vt & captiuorũ sex millia Latinis remitterent,& de fœdere quod propè in perpetuum negatum fuerat,rem ad nouos Magistratus reiicerent. Ouid.11.Metam.116,

A sc Tantalides onus,inuidiámque remouit,
Argolicóque duces mediis considere castris
Iussit,& arbitrium litis traiecit in omnes.

Verbum traiicere.Cic.in Orat.136.

Oculos traiicere aliquó.Lucret.lib.4.86.

Tela traiicere aliò.Propert.lib.1.eleg.13.4.

¶Traiicere,Transfigere.Liu.1.ab Vrb.81,Contra quem & ille concitat equum: tantáque vis infestis venientium hastis fuit,vt brachium Ebutio traiectum sit,Mamilio pectus percussum,&c. Idem 5.bel.Pun.189,Pugnanti,hortantique imperatori,& offerenti se vbi plurimus labor erat,latus dexterum lãcea traiicitur. Cæsar 5.bel.Gall.165,Pulsio pilum in hostes mittit,atque vnum ex multitudine procurrentẽ traiicit. Ibidem,133, Tum T.Baluentio,qui superiore anno primum pilum duxerat, viro forti & magnæ authoritatis vtrunque femur tragula traiicitur. Ouid.2.Metam.120,Indeuitato traiecit pectora telo.

Linguam traiecit arundine.Ouid.11.Metam.66.

Terga traiicit sagitta.Ouid.9.Metam.16.

Murum iaculo traiicere.Cic.4. de Fin.38, Si Annibal ad portas venisset,murúmque iaculo traiecisset.

Traiectus,Participium.vt Traiecta præcordia,Transfixa.Plin.lib. 11.cap.37.67.

Cruris traiecti vulnus.Ouid.5.Metam.34.

Pectora traiecta ferro.Virg.1.Æneid.71.

Cuspide traiectus serpens.Ouid.4.Metam.115.

Dolor lateris traiectus in cor.Horat.2.Serm.sat.3.4.

Traiectus nauicula in Africam,Hoc est transfretatus. Cic.ad Quirites post reditum,16.

Traiectus,huius traiectus,Ipse traiiciendi actus. Liu.1.ab Vrbe,11, Qui in traiectu Albulæ amnis submersus. Ibidem, lib.4.151, Nisi in traiectu fortè fluminis prohibendo,&c.

Traiectio,Verbale.Cic.1.Tusc.16, Dic quæso, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, traiectio Acherontis? Idẽ Attico,lib.8.167.3, Victoria autẽ ita incerta,vt deterior causa parator mihi esse videatur.Nec me COSS.monẽt, qui ipsi pluma aut folio facilius mouentur. Officii mei deliberatio cruciat,cruciatúsque adhuc:cautior certè est mansio: honestior existimatur traiectio.

Stellarum traiectiones.Cic.1.de Diuin.3,Quum cælum ex omni parte patens atque apertum intuerentur, traiectiones motúsque stellarum obseruauerunt.

Verborum traiectio,pro Trãslatione. Cic. in Orat.135,Et vitiose ea traiectione verborum,& nihilo tamen aptius explet,concludítque sententias.

Superlatio,traiectio,&rogatio.Cic.3.de Orat.113,Tũ augendi minuẽdíve causa veritatis superlatio atque traiectio & rogatio.

Tralatio/Tralatitius/Tralatus/ Vide **Transfero.**

TRALLIS,Trallium,Vrbs Lydiæ, nó lõgè à Magnesia sita in vertice quodã,qui promõtorium natura munitũ habet,ab Argiuis, & à Thracibus quibusdã condita. Sunt & aliæ Trallis in Phrygia,vbi sunt Cariæ fines. Hæc aliis nominibus dicta est Euantia & Seleucia,& Antiochia. Ex Trallibus fuit Menodõrus vir doctus. Hoc nomen Trallis secundum Priscianum,tantũ pluraliter declinatur,& tã accusatiuum, quàm nominatiuum in IS tantùm mittit,sicut Alpis,Sardis,Syrtis.

Tralli. Liuius 1.bel.Maced.134,Rex tam celerem aleam vniuersi certaminis timens,quadringentos Trallos(Illyricorum id,sicut alio diximus loco,est genus)ad lacessendos hostium equites misit.Vetus exemplar habet Tribalos.

Trallianus, pen.prod.Adiect. Cic.3.Philipp.134, Trallianam aut Ephesinã putes dicere? Idem pro Flacco, 41, Nunc verò quid putẽ,Trallianos Meandrio causã cõmisisse homini egẽti,sordido,sine honore,sine existimatione,sine cĩsu? Idẽ in Orat.138.

Tralucco/ tralúces,pen.pro.tralucẽre.pro Transluere.Lucret. lib.4.68,Vsque adeò è speculo in speculum tralucet imago.

Trama/ tramæ,Subtegmen,&(vt ait Seruius) filum quod intra stamen currit.Persius saty.6.9, -mihi trama figuræ
Sit reliquaæst illi tremat omento popa venter? Plau.Rud.30. 36,Tramas putidas.

Trama dicta,vt ait Varro,quòd frigus tranat id genus vestimenti.quo in loco puto legendum Trameat,pro trãsmeat,non autem tranat.

Trames/ trámitis,pen.corr.m.g.Semita transuersa.Liuius lib. 5,Obliquis tramitibus egressi. Plin.in Paneg.36,Oppletat vndique vias,angustúmque tramitem relictum tibi. Cic.11.Phil. 337,Numidem in Apennini tramitibus potero facere? Liu.1. ab Vrbe,165,Inde in Latinam viã transuersis tramitibus transgressus. Plin.lib.8.cap.43.3, Nec nisi assuetos potant fontes, qui sunt in pecuariis,atque ita vt sicco tramite ad potum eant: nec pontes transeunt,&c. Propert.lib.3.eleg.16.6, Quã facit assiduo tramite vulgus iter.

Accliuis,arduus,obscurus trames.Ouid.10.Metam.11.

Cliuosi tramitis supercilium.Virg.1.Georg.11.

Declivis.Ouid.3.Fast.3. Obliquus.Sene.Thyest.9.11.

Deuius.Stat.1.Theb.10. Sectus.Sence.Œdip.13.1.

¶Carpitur accliuis per muta silentia trames.Ouid.10.Met.11.

Cito tramite decurrit virgo.Virg.5.Æneid.111.de Iride.

Inopino tramite ductus.Claud.2.in Ruff.6.

Egressus est nó viis,sed tramitibus paludatus.Cic.13.Phil.358.

Facili te tramite sistam.Virg.6.Æneid.136.

Tramitto/ Vide **Transmitto.**

Trano/ tranas,tranare,Ex trans præpositione,& no,nas. Vltranare,quasi transnare.Liuius 4.ab Vrbe,148, Infert pauidos fuga in mediam cædem : obtruncantur in ripis : alios in aquam compulsos gurgites ferunt,etiam peritos nandi,lassitudo & vulnera & pauor degrauant : pauci ex multis tranant. Cic.2.de Nat.deo.36,Atque id facilius cernemus toto genere hoc igneo, quod omnia tranat,subtilius explicato. Liuius 7.bell.Pun.251, Alter per vada nota Metaurum flumen tranauit. Idem 2.ab Vrbe,46,Ita sic armatus in Tyberim desiluit, multúsque superincidentibus telis,incolumis ad suos tranauit. Virg.6.Æneid. 135. -illius ergo
Venimus,&magnos Erebi tranauimus amnes.

Tranare aquas.Quintil.lib.1.cap.16.8.

Tranare flumina.Virg.3.Georg.54.

Illas ducit amor trans Gargara,tránsque sonantem
Ascanium,superant montes,& flumina tranant.

¶Tranare,pro Transuolare.Virg.4.Æneid.49,

Illa fretus agit ventos,& turbida tranat Nubila. Seruius.

Simulachra auras tranantia.Lucret.lib.4.36.

Hasta tranauit viri pectus.Silius lib.13.48.

Pericla tranare.Silius lib.17.74.

Tranor,tranâris, Passiuum, Obsequio tranantur aquæ,nec vincere possis Flumina.Ouid.2.de Arte,37.

Tranquillus/ Adiectiuũ,Quietum significat, pacatum, serenum,pacificum.Propriè de mari dicitur.Plaut.Epid.11.34,Habe animũ lenem,& trãquillum face. Idem Cistel.8.11,Si possum tranquillum facere ex irato mihi. Idem Capt.13.96, Proin tu deum hunc saturitate facias tranquillũ tibi. Idem Trucu.17.1, Propemodum expertæ estis quàm ego sim tranquillus vsque Homo.

Tranquillum est,Id est serenum tempus, sine flatu ventorũ. Plaut.Casin.115,Tranquillum est,alcedonia sunt circa forum.

Sine mortis meditatione tranquillo esse animo non potest. Cic.de Senectute,67.

Cætera videntur esse tranquilla,tranquillissimus autem animus meus.Cic.Attico,lib.7.117.3.

Appetitus sint tranquilli, atque omni animi perturbatione careant.Cic.1.Offic.141.

Aquæ tranquillæ.Ouid.2.de Ponto,eleg.7.1.

Flumine tranquillo descendit cymba.Propert.lib.2.eleg.4.4.

Frons tranquilla & serena.Cic.3.Tuscul.56,Nec verò ea frons erat, quæ M. Crassi illius veteris, quem semel ait in omni vita risisse Lucilius,sed tranquilla & serena.

Locus tranquillus, Vbi optimũ sit quiescere.Plaut.Epid.10.9,
Non reperisti adolescens tranquillum locum,
Vbi tuas virtutes explices vt postulas?

Mare tranquillum.Stat.4.Syl.3.19.

Nox tranquilla,Quieta.Plinius lib.9.cap.17,Subit in summa maria, piscis ex argumento appellatus lucerna, linguáqi ignea

per os exerta,tranquillis noctibus relucet.
Otia tranquilla agere.Lucanus lib.1.54.
Pax tranquilla.Lucan.lib.1.35.
Pectus tranquillum.Lucret.lib.3.59.
Quies tranquilla.Senec.Troad.10.27.
Res est tranquilla,Integra.Terent.Phorm.3.1.15,Sic habent principia sese,vt dico:adhuc tranquilla res est. Idem And.3.5.14,Qui me hodie ex tranquillissima re conieciſti in nupcias. Et Eunucho,5.9.8,Fratri gaudeo amorem esse omnem in tranquillo:vna est domus,&c.
Senectus tranquilla.Horat.2.Serm.sat.1.11.
Tempus tranquillum.Ouid.4.de Ponto,eleg.10.15.
Via tranquilla,Non molesta itineri faciundo.Plaut.Stic.5.13, Cubitis depulsa de via,tranquillam viam concinna.
Placata,tranquilla,quieta,beata vita.Cic.1.de Fin.108.
¶Tranquillior,Comparatiuū.Claud.de bello Get.11,Securas iam Roma leuat tranquillior arces. Lucan.lib.1.16,
-longóque togæ tranquillior vsu
Dediderit iam pace ducem.
In tranquillo,Vide In præpositionem.

Tranquillè,Aduerb.Plaut. Cistel.2.101, Sed tranquillè amabo,ne quid quod illi doleat,dixeris.
Tranquillè & leniter. Cic.in Orat. 53, Qui enim nihil potest tranquillè,nihil leniter,nihil partitè,definitè,distinctè,facetè dicere,&c.
Tranquillè placidéque traducere vitam.Cic.3.Tusc.43.
A Parthis tranquillè,Vide A vel Ab præpositiones.

Tranquillò,Aliud aduerbium. Plin.lib.9.cap.7.3, Sæpe adnotata piscium æstiuo calore quædam anhelatio,& alia tranquillò velut oscitatio.Id est,Dum est tranquillitas.

Trãquillo,trãquillas,trãquillare,Quietū facere.Plaut.Capt.4.11, Ille demum antiquis est adolescens moribus,
Cui nunquam vultum tranquillauit gratus. Horat.1.epist.19.11,Quid purè tranquillet,honos, an dulce lucellum. Cic.1.de Fin.78,Semper aliquid quod tum vi sua atque natura tranquillet animos. Et apud Plinium,libro 2.cap.103.12. Trãquillari oleo.
Perturbare & Tranquillare,contraria.Cic.in Topic.53,Vt aut perturbentur animi,aut tranquillentur.

Tranquillitas,pe.corr.tranquillitãtis,Placabilitas,serenitas.Plin. epist.15, Annum tertium & octogesimum excessit in altissima tranquillitate,pari veneratione.
Tranquillitas maris. Cic.4.Acad.179. Et Attico, lib.6.119.3, Nos longis nauibus tranquillitatem aucupaturi eramus.
Locus quietis & tranquillitatis plenissimus.Cic.1.de Orat.1.
Otium & tranquillitas.Cic.pro Murena,51, Qui remoti à studiis ambitionis,otium ac tranquillitatem vitæ secuti sunt.
Aucupari tranquillitates,Vide Aucupor.
Animi tranquillitas,Constantia,firmitudo, modestia. Cic.4. Tusc.17,In participe rationis ponunt tranquillitatem,id est placidam quietámque constantiam. Idem 1.Offic.99,Vt trãquillitas animi & securitas adsit quæ adfert cum constantiam,tum etiam dignitatem. Sic 5.de Fin.38,Democriti autem securitas, quæ est animi tanquam tranquillitas.
¶Tranquillitate proficisci.Cicero 4.Acad.179,Si iam ex hoc loco proficiscatur Puteolos stadia triginta probo nauigio, bono gubernatore ac trãquillitate, probabile videatur se illuc venturum esse saluum.

Trans/ præpositio, Accusatiuo casui seruit, & significat Vltra, vt quum de loco ad locum, & de vno ad alterum, & de vna re ad alteram transitionem facimus. Trans mare, trans montes. Tam motus quàm quietis verbo datur. Horat.1.epist.11.6,Cælū,non animū mutãt qui trãs mare currũt. Virg.3.Georg.54, Illas ducit amor trans Gargara,tránsque sonantem
Ascanium.Hoc est,è transmarinis partibus. Quintil.de pastu cadauerum,Ergo vt vidimus salutem publicam trans mare petendam. Plaut.Merc.7.14, Trans mare hinc vxnum asportet. Idem Mil.8.56, -nimis beat
Quòd commeatus est trans parietem. Brutus Antonio,lib.11. 3.3,Nuntiis trans mare missis. Quintil.lib.4.cap.5,Dicã hunc eo tempore,quo homo occisus est,trans mare fuisse.
Cogito interdum trans Tyberim hortos aliquos parare.Cic. Attico,lib.11.141.16.
Inspicere trans ripam.Cic.pro Milone,55.
Trans vsque. Cic.pro Quintio, 7, Tollitur ab atriis Liciniis, atque à prædonum consessu in Galliam Næuius,& trans Alpes vsque transfertur.

Transabeo/trãsabis,pe.corr.transabire, Per locum aliquem abire,Vltra ire.Stat.6.Theb.103,
-obliqua,quantum vitare dabatur,
Transabiere fuga. Ibidem,1.1, -capulo nam largius illi
Transabiit costas cognatis ictibus ensis. Ibidem,9.16,
Lernæam iacit ipse trabem.volat illa sagittis
Æqua fuga,mediúmque nihil cunctata Polyten
Transabit,& iunctì clypeum cauat improba Mopsi. Valer.4. Argon.101,
Turbine sic rabido populos,atque æquora longè Transabiit.

Transactor/Vide Transigo.

Transadigo/transadigis,pen.corr.transadégi,pen.pro.transadactum,transadigere.Virg.12.Æneid.101,
-& qua fata celerrima crudo
Transadigit costas,& crates pectoris ensis. Ibidem,9.87,
-sed viribus ensis adactus
Transadigit costas,& candida pectora rupit. Stat.5.Theb.16,
Quattuor hos vnà,decus & solatia patris
Transadigam ferro. Silius lib.10.18,
-iaculo Lucam,qui maximus æui, Transadigit.
Iuuenem transadigit costas.Virg.12.Æneid.56,
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,
Transadigit costas,fuluáque extendit arena.

Transalpinus/pen.pro.Adiect. Compositum ex trans & Alpes,Alpium.vt Transalpina Gallia,quæ trãs Alpes sita est.Plin. lib.12.cap.2.1. Cic.pro Murena,80.
Bella Transalpina,Quæ in Transalpina Gallia geruntur.Cic. 2.Offic.39.
Hospes Trãsalpinꝰ,Qui est ex Trãsalpina Gallia.Cl.4.Ver.81.
Messis Transalpina.Claud.1.in Eutrop.82,14 Transalpina cõtenti messe Quirites.
Transalpinæ nationes. Cic.Pæto.lib.9.15.5.
Cognatio materna Trãsalpini sãguinis. Cl.Post.red.in Se.13.

Transalpini,Qui trans Alpes habitant.Brutus Ciceroni,11.1, Progressus sum ad Trãsalpinos.Vetus exemplar legit ad Inalpinos.

Transcendo/transcendis,transcendi,transcensum,transcendere,Ex trans & scando compositum,significat transgredi.Cic. in Somnio,23,Ex his ipsis cultis notisque terris,num aut tuum, aut cuiusquã nostrũ nomen vel Caucasum hũc, quem cernis, transcendere potuit,vel illũ Gãgem trãsnare?Hîc per trãslationem positũ:pro Peruenit famavestri nominis vltra Caucasum.
Alpes transcendere.Cic.in Catil 78.
In naues inimicorum transcendere.Cæsar 3.bel.Gall.409.
Vallum transcendere.Lucan.lib.4.36.
Ab asinis ad boues transcendere. Plautus Aulul. 7. 58. Vide Asinus.
Transcendet hæc licentia in prouincias.Tacit.lib.17.
Transcendit ætatem primæ iuuentæ. Columella lib.1.cap.8. 1,Iamque is transcenderit ætatem primæ iuuentæ, necdum senectutis attigerit.
Annos florentes transcendere.Silius lib.1.46.
Pylias æui transcendere metas.Stat.5.Sylu.3.51.
Fines transcendere iuris.Lucret.lib.3.11.

Transcindo/transcindis,trãscidi,pen.cor.transcissum.transcindere.Omnino scindere.Plautus Persa,10.1,Transcidi loris omnes aduenientis domi.

Transcribo/transcribis,penul.prod.transcripsi,transcriptum, transcribere,Idem quod exscribere.Cic.pro Cluentio,30,Testamentum in alias tabulas transcriptum, signis adulterinis obsignauit. Idé de Na.deo.Q.Sosius splẽdidus Eques Ro. ex agro Piceno,fecisse confessus est,qui transcripserit tabulas publicas.
Fabulas & orationes sua manu transcribere.Author ad Herẽnium,lib.4.143.
¶Transcribere aliquẽ authorem, pro Desumere ex eo quod ad nostrum opus facere videtur, & scriptis eius tãquam nostris vti.Plin.lib.14.cap.2.11, Græcinus qui alioqui Corneliũ Celsum transcripsit,arbitratur non naturam,&c.
¶Transcribere,Tradere.Virg.7.Æneid.85,
Turne tot incassum fusos patiere labores:
Et tua Dardaniis transcribi sceptra colonis?Vbi Seruius, Transcribi,tradi. Sermo autem hic tractus est de pecunia:nã scribi, est dari. Idem 5.Æneid.150,Transcribunt vrbi matres. Id est ad vrbem.Vbi Seruius Romani moris verbum est.Transcripti enim in colonias deducebantur. Seneca Thyeste,1.3, In quod malam transcribor?
Transcribere (inquit Agretius) dicitur quum ius nostrum in alium transit.In Pãdectis,in L.Si vir vxori. De præscriptis verbis, Vt eos fundos,si ipse vellet, eodem pretio mulier transcriberet viro.Id est,iure cesso traderet,ait Budæus. Ouid.7.Metam.55, -ergo ego cuiquam
Posse tuæ videor spatium transcribere vitæ?Verba sunt Medeæ respõdentis Iasoni, qui rogauerat vt suis annis quos adhuc victurus esset,adimeret aliquid,adderétq; illud annis patris, quo

& ille longius viueret. Claud. de bello Gildon. 33,
Quóque Pareonio secedit littore Ganges,
Hoc sibi transcribit proprium.

Transcribere in libris censualibus dici debet, quum res censualis ab vno nomine in aliud transfertur, quod vulgò *super alium onerare* dicunt. Quomodo & in rationibus, quum id quod mihi expensum latum est, in aliud nomen transfertur, & nomen meũ ex rationibus eximitur. Hoc modo accipitur in lege vltima, C. De prædiis nauicul. Hac tamen (inquit) pactione seruata, vt si ad minus idoneum fuerit translata possessio, etiã authores transcripti prædii teneantur obnoxii. Caius in L. Aliquando: supra ad Vellejanum, Si hæreditatem emerit, & æs alienum hæreditarium in se transcribat. Liu. 5. bel. Maced. 22, Instabat enim alia cura, quòd ciuitas fœnore laborabat: & quum multis fœnebribus legibus constricta auaritia esset, via fraudis inita erat, vt in socios qui non tenerentur iis legibus, nomina transcriberent. Hæc Rudæus. Ouid. in Ibin. 39,
Noxia mille modis lacerabitur vmbra, tuásque
Æacus in pœnas ingeniosus erit.
In te transcribet veterum tormenta virorum.

Transcurro/transcurris, transcurri, trãscursum, transcurrere, Leuiter aliquò currere. Terent. Eunuc. 4.6.15, Tu abi, atque ostium obsera intus, ego dum hinc transcurro ad forum. Plau. Mil. 9.43, Transcurre curriculo ad nos, ita negotium est. Virg. 9. Æneid. 13, -& ingens
Visus ab aurora cælum transcurrere nimbus.

Cursum transcurrere. Cic. de Cla. Orat. 155, Ita grauissimo suo casu dum Cyri & Alexandri similis esse voluit, qui suum cursum transcurrerant.

Ætas transcurrit. Plin. epist. 111, Patiar ego ætatem inquietã nobis exercitámque transcurrere, & hyeme demum, cum, &c.

Præter oculos alicuius trãscurrere, Ante oculos alicuius præterire, vel transcurrere. Ouid. 14. Metam. 71, de Circe,
Dixit, & effigiem nullo cum corpore falsi
Finxit apri, prætérque oculos transcurrere regis Iussit.

¶ Transcurrere, pro Diuagari. Plin. li. 9. ca. 36. 4, Quòd si hactenus transcurrat expositio, fraudatam se protinus luxuria credat. Author ad Herennium, lib. 4. 101, Translationem dicunt pudentem esse oportere, vt cũ ratione in consimilem rem trãseat, ne sine delectu temerè & cupidè videatur in dissimilem transcurrisse.

¶ Transcurrere, Perstringere, Cursim & breuiter persequi. Quintilianus, In narratione transcurram subtiles nimium diuisiones quorundam.

¶ Transcursum est, Leuiter itum est. Liu. 5. bel. Pun. 110. Adeò raptim captis propioribus castris, in altera transcursum castra ab Romanis est.

¶ Transcurso, ablatiuus à Transcursum participio, iunctũ cũ hoc nomine Opus, pro transcurrere. Terent. Hecy. 3.4.17, In arcem transcurso opus est.

Transcursus, huius trãscursus, m. g. Ipse transcurrendi actus. Vnde in transcursu aliquid factum dicimus, pro Obiter, & inter percurrendum. Plin. lib. 18. cap. 13. 1, Quanquam prius de rapis dixisse conueniat, in transcursu ea attigêre nostri, paulò diligentius Græci. Idem lib. 35. cap. 11. 23, Sunt etiamnum non ignobiles quidem, in transcursu tamen dicendi.

Transdo/transdis, transdidi, transditum, transdere, pen. cor. veteres dixerũt Tonãtius, inquit Donatus, quod nos lenius tradere nũc dicimus. vt Tralatũ, nos translatũ è cõtrario. Terent. in prol. Phor. 1, Retrahere à studio, & transdere hominem in otiũ.

Transduco/transdũcis, pen. prod. transduxi, transductũ, transducere, Idem quod Traducere. Cic. 6. Verr. 80, Quam in te tantam virtutem esse aut dignitatem arbitratus es, vt conarere clientelam tam illustrem, tam splendidæ prouinciæ transducere ad te, auferre à certissimis, antiquissimisque patronis?

Transducere arbores, pro Transplantare. Colum. lib. 3. cap. 9. 8, Sed & qualitas soli plurimum iuuat, vt ex macro aut mediocri transducatur in melius.

Transenna/transennæ, Per quam aspectus transire potest. Sũt autem cancelli lignei, ferrei, siue viminei qui fenestris aut etiã mercibus opponi solent. Sallust. lib. 1. Hist. Apud Macrobiũ lib. 3. cap. 13, Præterea quum sedenti in trãsenna demissum Victoriæ simulachrum cum machinato strepitu tonitruum, coronam ei imponebat: tum venienti thure quasi deo supplicabatur. Sipontinus dicit Transennam esse porrectam extra domum quasi pergulam, per quam transitur superimposito tegulo. Nonius fenestram interpretatur.

Per transennam aspicere. Cicero 1. de Orat. 78, Quin tu igitur facis idem, inquit Scæuola, quod faceres si in aliquam domum plenam ornamentorum, villam veniffes? si ea sepositа,

vt dicis, essent: túque valde spectandi cupidus esses, non dubitares rogare dominum vt proferri iuberet: præsertim si esset familiaris? Similiter nunc petes à Crasso, vt eam copiã ornamentorum suorũ, quam cõstructam vno in loco quasi per transennã prætereũtes strictim aspeximus, in lucem proferat. In quem locũ sic Erasmus. Per transennã aspicere prouerbiali figura dictũ est, pro eo quod est, nõ propius, neque singillatim, sed procul & summatim inspicere. Trãslatũ à negotiatoribus, qui mercibus quas contrectari nolunt, cancellos obiiciunt: quidam etiã vitrum pellucidum opponunt, vt prætereuntibus procul modò contemplari liceat, nec explicant eas nisi licitatori idoneo.

¶ Transenna, Decipulũ, laqueus, & funiculus ad insidias concinnatus. Plaut. Bacch. 17. 12, Nunc è transenna hic turdus lumbricum petit. Idem Rud. 17. 10, -in ætate hominum plurimæ
Fiunt transennæ vbi decipiuntur dolis,
Atque adepol in eas plerunque esca imponitur,
Quam siquis auidus poscit escam auariter,
Decipitur, vt transenna, sua auaritia.

Transfero/transfers, transtuli, pen. prod. trãnsitum, pen. cor. transferre, pen. prod. Notæ significationis. vt Transire flumen. Plaut. Bacch. 1. 52, Rapidus fluuius est hic: non hàc temere transiri potest. Cic. 3. de Fin. 113, Rectius diues quam Crassus, qui nisi eguisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset. Cæsar 4. bel. Gall. 463, Magna cum multitudine hominum flumen Rhenum transierunt. Cic. Attico, lib. 7. 131. 2, Inde vtrum consistere vspiã velit, an mare transire, nescitur. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 5. 1,
Quum gelidam Thracen, & opertum nubibus Æmon,
Et maris Ionii transieritis aquas.
Quum mare vastissimum hyeme trãsibas. Cic. in Pisonẽ, 45.
Campos pedibus transire. Lucret. lib. 4. 94.
Rota transiit serpentem. Virg. 5. Æneid. 55,
Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens,
Ærea quem obliquum rota transiit.

Trãsire ad aliquẽ, vel ad forũ: hoc est Proficisci ad forũ. Plau. Sticho, 10. 43, Deos salutabo modò, postea ad te cõtinuò trãseo. Terent. Phorm. 5. 8. 19,
Sed transi sodes ad forum, atque illud mihi
Argentum iube rursum rescribi. Idem Heaut. 4. 4. 17, Transeũdum est nunc tibi ad Menedemum. Planeus Ciceroni, lib. 10. 7. 3, M. Vansidium equitem Romanum familiarem meum ipsum ad te transire iussi.

Transire domum, pro Abire domum. Plau. Milite, 14. 96, Philocomasio dic, si est hîc, domum vt transeat.

Transeo huc ad, vel in. Plautus Epid. 13. 51,
-ego ad vos Thesprionem iussero Huc transire. Idem Casina, 3. 1, Ego huc transeo in proximum ad meam vicinam.

Transire Apenninũ. Brutus ad Ciceronẽ, lib. 11. 10. 8, Quod si me Cæsar audisset, atqi Apẽninũ transisset, in tantas angustias Antoniũ cõpulissem, vt inopia potius, quàm ferro cõficeretur.

Transire aliquem. Plaut. Sticho, 7. 33, Iam hercle ego per ortum amicam transibo meam.

Cursu transire equum. Virg. 11. Æneid. 144,
-& pernicibus ignea plantis Transit equum cursu.

¶ Transiit dies, Præteriit, elapsa est. Cic. ad Atticũ, lib. 7. 117. 6, Quid? ergo exercitum retinentis, quum legis diem transierit, rationem haberi placet?
Dies mei transeunt. Seneca Thyeste, 4. 13,
Sic quum transierint mei
Nullo cum strepitu dies,
Plebeius moriar senex.

Ætas citò transiet. Tibullus lib. 1. eleg. 4. 6.

Transiit mensis, pro Præteriit. Plautus Curcul. 15. 4, Velut hic decem minas dum soluit, omnis mensis transiit.

Transit gloria. Plin. lib. 13. cap. 1. 3, Primúmque id scire conuenit, mutatam authoritatem, & sæpius transisse gloriam.

Conuitium transit. Plinius lib. 19. cap. 1. 18, de medicis, Discũt periculis nostris, & experimenta per mortes agunt, medicóque tantùm, hominem occidisse, summa impunitas est. Quinimo transit conuitium, & intemperantia culpatur: vtróque qui periere, arguuntur.

¶ Transire, Intactum relinquere. Seneca de Benefic. lib. 1. ca. 28, Sæpe quæ agellos pessimi cuiusque transierat, optimorum virorum segetem grando percussit.

Transire aliquid leuiter, pro Paucis dicere & percurrere. Cic. pro Roscio Amer. 55, Sed in animo est leuiter transire, ac tantùmodo perstringere vnamquanque rem.

Silentio aliquid transire, Silere. Cicero ad Atticum, lib. 1. 34. 6, Equidem maluerã, quod erat susceptũ ab illis, silentio trãsire. Quintil. lib. 1. cap. 11, Necessaria plerunque silentio transeunt.

Ad reliqua transire. Plin. lib. 11. ca. 54. 2, Verùm ad reliqua naturæ transeamus.

Vt transeam, pro Vt taceam. Plin. lib. 2. cap. 68. 5, Vt publicos gentium furores transeam.

Transire quædam in legendo, Præterire, omittere. Plin. epist. 174. b, Et tamen vt alii transeunt quædam, imputántque quod transeant: sic ego nihil prætereo, atque etiam nō prætirire me testor. Idem epist. 119. b, Plura transire, alia interscribere, alia rescribere, laboriosum istud, &c.

Transeo Neronem, Id est Sileo de Nerone, nihil dico. Plin. epist. 98. b, Neronem enim transeo, quanuis sciam non eorum pi in deterius.

¶ Transire ad partitionem, De partitione dicere. Ci. 1. de Inuent. 45, Deinceps ad partitionem transeamus.

Ad aduersarios transire. Cic. 3. Verr. 28, Repentè relinquas, deseras, ad aduersarios transeas? Idem Attico, lib. 2. ep. 2, Quid enim ad plebem transisti? vt Tigranem ires salutatum? Sic Liuius 4. bel. Maced. 74. Si transire ad Romanos velint, &c.

In sententiam alterius transire. Liu. 4. bel. Maced. 135, Simulando se transire in eorum sententiam, omnes in assensum consilii sui traduxit.

Transíre in partes. Tacit. lib. 13.

In formam crediti transire. Senec. de Benef. lib. 1. cap. 2, Nunquam illa vir bonus cogitat, nisi admonitus à reddente, alioqui in formam crediti transeunt.

Ad hæredem transire. Plin. libro 13. cap. 3. 1, Margaritæ enim, gemmæque ad hæredem tamé transeunt, vestes prorogant tēpus: vnguenta ilico expirant, ac suis moriuntur horis.

Ad opus aliud transire. Ouid. 6. Metam. 49,

Phœdimus infœlix, & auiti nominis hæres
Tantalus, vt solito finem imposuere labori,
Transierant ad opus nitidæ iuuenile palæstræ.

¶ Transit in vestes odor. Plin. lib. 12. cap. 3. 1, Malus Assyria odore præcellit foliorū quoque qui transit in vestes vnà cōditus.

In vicem transire. Plin. lib. 19. cap. 5. 18, Nanque & cocti dulcescunt, & in naporum vicem transeunt.

In colores varios transire. Plin. lib. 11. cap. 37. 27, Oculi vituli marini & hyenæ in mille colores transeunt subinde.

In iram transire. Ouid. 8. Metam. 11, Cēsumptis precibus violentam transit in iram.

Ad vinum transire. Plin. lib. 10. cap. 5. 5, Quoniam nemo tres siseres edendo continuaret: esse tamen vtile conualescentibus, ad vinum transeuntibus.

Per aliquem locum transire. Plin. lib. 10. cap. 60. 3, Ova aceto macerata intantum molliuntur, vt per annulos transeant.

Permeare & transire per. Cic. 4. Acad. 114, Erit enim persuasum etiam Solem, Lunam, stellas omnes, terram, mare, deos esse, quòd quædam animalis intelligentia per omnia ea permeet & transeat.

Transiit eum hasta. Stat. 12. Theb. 150, -longo perlata tenore
Transiit hasta duos.

Facilè transire mala. Cic. Varroni, li. 9. 1. 5, Videor sperare debere si te viderim, & ea quæ premant, & ea quæ impendeant, me facilè trāsiturum. Id est non curaturum. Lucret. lib. 5. 47, Cui tantum in vita restet transire malorum.

Finem & modum transire, Excedere. Cic. 4. Tusc. 61, Ægrè tulisse P. Rutilii fratris repulsam Consulatus, scriptum apud Fannium est: sed tamen transisse videtur modum, quippe qui ob eam causam à vita recesserit. Idem 1. Offic. 143, Nam qui appetitus longius euagantur, & tanquam exultantes siue cupiendo siue fugiendo non satis à ratione retinentur, hi sine dubio finem & modum transeunt. Idem 5. Verr. 189, Si vos semel in iudicando finem æquitatis & legis transieritis.

Legem transire, pro Non curare, & negligere. Cic. Antico, lib. 5. ep. 10. 4, Qui abstinens (sed Iulia lege transita semel tantùm in diem, non vt alii solebant omnibus vicis, præter eum semel nemo accepit) facit vt mihi excipiendus sit.

Lineas transire, Prætirire terminos. Cic. in Parad. 24, Dolor ad pauciores pertinet, quàm si petulans fuisset in aliqua generosa, ac nobili virgine: peccauit verò nihilominus, si quidem est peccare tanquam transire lineas.

Vitam transire, pro Viuere, & quod Vitam transigere etiam dicitur. Sallust. in Catil. Omneis homines qui sese student præstare cæteris animantibus, summa ope niti decet, ne vitam silentio transeant veluti pecora. Senec. de Diuinaprouid. Semper verò esse fœlicem, & sine morsu velle transire vitam, ignorare est rerum naturæ alteram partem.

¶ Video iam quò inuidia transeat, & vbi sit habitatura: nihil me existimaris neque vsu, neque à Theophrasto didicisse, nisi breui tempore desyderari nostra illa tempora videris. Cic. Attico, lib. 2. ep. 24. 4.

¶ Tránsitum est. Cic. 1. de Fin. 78, Cuius similitudine perspecta in formarum specie à dignitate tránsitū est ad honestatem dictorum atque factorum.

Transitur. Plin. lib. 17. cap. 10. 10, Quamobrem seminarii curam ante conuenit dici, quàm transeatur ad alia genera.

Transitio, Verbale, Ipse transeundi actus. Cassius ad Ciceronem, lib. 12. ep. 9, Qui spem sæpe transitionis præbendo, neque vnquā non decedendo, nouissimè Corycum se contulit. Liu. 2. ab Vrbe, 105, Proxima inde nocte Volsci discordia Romana freti, si qua nocturna transitio proditione fieri posset, tentant castra. Ouid. 2. de Remed. 44,

Dum spectant læsos oculi, læduntur & ipsi:
Multáque corporibus transitione nocent.

Causa transitionis. Author ad Heren. lib. 1. 11.

Ad plebem transitionis. Cic. de Clar. Orat. 31, Multa enim scripta sunt in eis, quæ facta non sunt, falsi triūphi, plures Cōsulatus, genera etiam falsa, & ad plebem transitiones, &c.

Transitio ad hostes, Defectio. Liu. 4. bel. Pun. 219, Iisdem mādauit, vt protinus Numidas, qui intra portas seu præsidia Carthaginiensium auxiliares essent, ad transitionem perlicerent. Ibidem, lib. 5. 80, Cuius aduentu, qui antè in exigua spe, vocati sæpe ad transitionem ab hostibus per colloquia erant, vltro ad transeundum hosteis vocabant, solicitabántque.

Imagines similitudine & transitione perceptæ. Cicero 1. de Nat. deor. 70.

Tránsitus, huius tránsitus, pen. cor. Idem. Plin. lib. 12. cap. 15. 1, Petunt myrrham ad Troglodytas Sabæi transitu maris. Idem lib. 6. cap. 14. 1, Causa portarum nominis eadem quæ suprà, interruptis angusto transitu iugis, ita vt vix singula meent plaustra. Cic. 5. Tusc. 83, Et quum fossam latam cubiculari lecto circundedisset, eiusque fossæ transitum ponticulo ligneo coniunxisset: eum ipsum, quum fores cubiculi clauserat, detorquebat. Ouid. 4. Metam. 16, -tibi nos debere fatemur,
Quòd datus est verbis ad amicas transitus aures.

Certior transitus, Vide Certus.

Adimere transitum, Vide Adimo.

Claudere transitum, Vide Claudo.

Dare transitum, pro Cedere de via. Plin. iunior epist. 14. lib. 5.

Transitus in alias figuras. Plin. lib. 11. cap. 36. 1, Mutationes, & in alias figuras transitus trinis aut quadrinis diebus.

In transitu, Cursim. Quintil. lib. 2. ca. 11, Siquid inciderit, quod ad scholas pertineat propriè, in transitu non omittemus. Id est obiter. Idem lib. 6. cap. 3, Eorum non simplex natura, nec in transitu tractanda. Idem lib. 7. cap. 4, Quæ libro quinto leniter in transitu attigeram.

Tránsilis, & hoc tránsile, pen. corr. Palmes relictus, alios trāsiliens. Plin. lib. 17. cap. 13. 13, Traducem bimum præcidere solebant. Oneratis enim vetustate melius donare tēpus vt trāsilem faciāt, si largiatur crassitudo, aliàs vtile toros futuri draconis pasci.

Transfero/tránferis, pen. cor. transférre, A trans & fero, est in alium locum ferre. Stat. 2. Syl. 1. 11,

Vidi ego transertos alieno in robore ramos Altius ire suis.

Transfero/pen. corr. transfers, tránstuli, pen. corr. translātum, pen. prod. transférre, De loco in alium locum ferre. Terentius And. 5. 4. 50, Cur non illam huc transferre iubes? Cæsar 3. bel. Ciuil. 178, Pòst mutato cōsilio quibusdam de causis Cæsar paulo vltra eum locum castra transtulit. Virgilius 1. Æneid. 55,

-regnúmque à sede Latini
Transferret, & longā multa vi muniet Albā. Stat. 12. Theb. 130,
-sceptrúmque maligna
Transtulerat fortuna manu.

Auferre & Trāsferre. Cic. Attico, lib. 13. ep. 1. 1, Totā Academiā ab hominib⁹ nobilissimis abstuli, transtuli ad nostrū sodalem. Hoc idem transfero in Magistratus. Cic. 4. Verr. 87.

Transferre semina è terra in terram. Varro 1. de Re rust. cap. 39. 1, Quare quum semina ferè quatuor sint generum, quæ non transferuntur è terra in terram.

Transferri trans Alpes. Cic. pro Quintio, 7, Tollitur ab atriis Liciniis, atque à præconum consessu in Galliam Nænius, & trās Alpes vsque transfertur.

Transferre modò in dexterā partē, modò in sinistrā. Plin. li. 9. cap. 19. 1, Est polypis fistula in dorso, qua transmittunt mare, eam modò in dexteram partem, modò in sinistrā transferunt.

Trāsferre in aliā domū. Liu. 3. ab Vrb. 184, Puellā domi suæ natā, furtóq; inde in domū Virginii translatā, suppositam ei esse.

Ad se transferre, In suam regionem transportare. Plin. lib. 12. cap. 3. 1, Malum Assyriam tentauere gentes ad se transferre, propter remedii præstantiam fictilibus in vasis.

Transferre se ad aliquem. Cic. 4. Acade. 115, Cur non se trās-

tulit ad alios,& maximè ad Stoicos?

Ad aliquid faciendũ ſe transferre.Cic.pro Cluentio, Totúmque ſe ad artes componendas transtulit.

Amorem ſuum alteri,vel in alterum transferre.Teren.Adel. 2.3.10,Maledicta,famam,meum amorem & peccatũ in ſe transtulit. Idem Hecy.1.2.94,Paulatim elapſus Bacchidi,atque huic transtulit amorem.

Animum oculóſque ad aliquid transferre.Cicero 4.Verr.135, Statim ſuſpicione offenſi,ad ea ipſa nomina oculos,animúmque transtulimus. Idem pro Murena,43, Tu quum te de curriculo petitionis deflexiſſes, animúmque ad accuſandum transtuliſſes,exiſtimaſti te vtrique negotio ſatisfacere poſſe?

Bella transferre.Ouid.12.Metam.5.

Calores ſuos alio transferre.Propert.lib.2.eleg.16.7.

Cauſſam aliquã alio transferre.Cic.Lentulo, lib.1.4.2,Cauſſã enim frequẽti Senatu,non magna varietate,magnáq; inuidia eorũ,qui à te cauſſam regiam alio transferebãt, obtinebamus.

Cauſſam in proximum annum transferre.Cælius ad Ciceronem,lib.8.9.4,Vt video, cauſſa hæc integra in proximum annum transfertur.

Crimen in ſe,vel in alium transferre. Cic.pro Seſtio,70,Gracchum illum ſuum transferendi in nos criminis cauſſa occidere cogitarint. Idem Attico,lib.15.330.4. Et pro Fonteio,7.

Culpam in alium transferre.Plaut.Amphit.8.154, Ne poſterius in me culpam transferas. Terent.And.2.3.5, Sed ſi tu negaris ducere,ibi culpam in te transferet. Cic.3. Verr.58, Quid ſi decep,ſi planum facio,teſte homine nequam, verùm ad hãc rem tamen idoneo,te huius circunſeſſionis tuæ cauſam, & culpam in alios transtuliſſe? Liu.6.bel.Pun.11,Reus ab ſe culpam in milites transferebat. Cic.Attico,lib.15.330.4,Atticæ meæ velim me ita excuſes,vt omnem culpam in te transferens,& ei tamen confirmes,&c.

Inconditatem in animum transferre.Cic.2.de Inu.22.

Si placet,ſermonem aliò transferamus.Cic.1.de Orat.66.

Seruitium translatum.Propert.lib.1.eleg.11.10,

Aut ſi deſpectus potuit mutare calores,
Sunt quoque translato gaudia ſeruitio.

Ab oculis ad animum transferre.Cic.1.Offi.13, Quam ſimilitudinem natura ratióque ab oculis ad animum transferẽs,&c.

Factũ aliquod ad inuidiam & fortunam transferre. Cic.Pæto,lib.9.16.16,Illam Accii ſimilitudinem non modò iam ad inuidiam,ſed ad fortunam transferam.

Nihil eſt enim quod de ſuo genere in aliud genus transferri poſſit.Cic.4.Acad.93.

¶ Capita aliqua in edictum prouinciale transferre. Cicero 3. Verr.83,Iterum enim iam quæro abs te, ſicut modò in illo capite Anniano de mulierum hæreditatibus,nunc in hoc de hæreditatum poſſeſſionibus , cur ea capita in edictum prouinciale transferre noueris.

Lituras & literas de tabulis in libros transferre. Cic.4. Verr. 137,Literæ,liturǽque omnes aſſimulatæ,expreſſæ, de tabulis in libros transferuntur.

¶ Iudicia transferre.Cic.3.Verr.4, Sin abſoluitur, deſinemus nos de iudiciis transferendis recuſare. Transferre iudicia, inquit Budæus,eſt ab vno ordine ad alterum transferre.

¶ In aliam rem transferri.Cic.4.Acad.80,Num illa definitio poſſet in aliam rem transferri quamlibet?

Ex quorundam præceptis quædã trãſferre quæ noſtro inſtituto conuenire videantur.Cic.1.de Inuent.49.

¶ Transferre Græcos authores,pro Vertere.Quintil.lib.10.ca. 5,Græcos authores transferentibus,verbis vti optimis licet.

Ad verbum translatum non inuenio.Quintil.lib.7.cap.5. Et Plinius lib.18.cap.7.16.

In linquã Latinã trãſferre.Plin.li.18.ca.3.11, Vnius eius duodetrigintavolumina cenſet in linguam Latinam transferenda.

¶ Transferre aliquodverbum dicimur,quũ illud à propria ſignificatione in aliam conuertimus.Cicero trãſlationẽ verborũ maximè probat in Oratore,50,quum inquit,Sed Phalereus Demetrius meo iudicio præſtitit cæteris: cuius oratio quum ſedatè placidéque loquitur,tum illuſtrant eam, quaſi ſtellæ quædã, tralata verba atque immutata.Tralata ea dico, vt ſæpe iã, quæ per ſimilitudinem ab alia re aut ſuauitatis , aut inopiæ cauſa transferuntur. Quinũlianus autem, quæ ſint verba propria, quæque tranſlata,quomodo transferantur,quæ ſit vitioſa trãſlatio,& cur reperta ſit tranſlatio,diffuſè tradit libro primo Inſtitutionum,dicens, Propria ſunt verba, quum id ſignificant in quod denominata ſunt.Tranſlata, quum alium natura intellectum alium loco præbent. Vſitatis tutius vtimur. Noua non ſine periculo quodam fingimus. Idẽ lib.8.ca.6,Transfertur ergo nomen aut verbum ex eo loco in quo proprium eſt, in eum in quo aut proprium deeſt , aut tranſlatum proprio melius eſt. Id facimus aut quia neceſſe eſt,aut quia ſignificantius: aut,vt dixi,quia decentius.Vbi nihil horũ præſtabit quod trãſferetur,improprium erit.

Verba apertius transferre.Cic.in Orat.35.

Tranſlãtus,pen.prod.Participium,ſine Tralatus.Cic.1.Ver.13,Accuſandi voluntas ad viros fortes,ſpectatóſque homines tranſlata ſit. Idem Attico,lib.16.333.2,Hunc tu tralatum in Macrocollum lege in Arcano conuiuis tuis.

Curſu tranſlato vada mutat amnis.Silius lib.3.96.

Tranſlatio,ſine Tralatio,Verbale,Ipſe trãſferẽdi actus.Plin.li.11. ca.4.7,Trãſlatione quoq;,vt vitis,optimè ocyſſimẽq; prouenit.

Tranſlatio pecuniarũ à iuſtis dominis ad alienos.Cic.1.Offi. 67, Quare L. Scyllæ & C. Cæſaris pecuniarum tranſlatio à iuſtis dominis ad alienos,non debet liberalis videri.

Criminis tranſlatio.Cic.6.Verr.81.

Tranſlationes quaſi mutationes ſunt , quum quod non habeas,aliunde ſumas.Cic.3.de Orat 86.

Vnius verbi trãſlatio,aut inuerſio verborũ. Ci.2.de Ora.145.

Iam quum fluxerunt plures continuæ tranſlationes,alia plane fit oratio.Itaque genus hoc Græci appellant ἀλληγορίαν, nomine rectè,genere melius ille,qui iſta omnia tranſlationes vocat.Cic.in Orat.51.

Verecunda tralatio.Tullius Tironi,lib.16.17.3,Nam & doctrina,& domus,& ars,& ager etiam fidelis dici poteſt.vt ſit, quomodo Theophraſto placet,verecunda tralatio.

Tranſlator,tranſlatõris, vel Tralãtor, pen. prod. Verbale maſc. Cic.7.Verr. 118, Verres ille vetus proditor Conſulis, tranſlator Quæſturæ,auerſor pecuniæ publicæ.

Tranſlatitius,Adiectiuum,ſine Tralatitius, Quod tranſfertur,vel tranſlatum eſt.Cælius Ciceroni,lib.8.5.5,Noſti enim hæc tralatitia. Cic.Appio,lib.3.8.13, Hoc verò ex quo ſuſpicio nata eſt me exquiſiſſe aliquid in quo te offenderem,tralatitium eſt.Vide paulo pòſt Tranſlatiuum.

Alterum caput eſſe tralatitiũ de impunitate . Cicero Attico, lib 3.65.3.

Conſtitutio tranſlatitia. Cic.1.de Inuent.15, At quum cauſa ex eo pendet, quod non aut is agere videtur quem oportet,aut non cum eo quicum oportet, aut non apud quos, quo tempore,qua lege,quo crimine,qua pœna oportet,tranſlatitia dicitur conſtitutio,quia actio tranſlationis & commutationis indigere videtur.Vetus codex habet tranſlatiua.

Tranſlatiuus,penul.prod.Adiectiuum,Idem. Cic.1.de Inuent.10, Rurſus nec definitiua cauſa poteſt ſimul ex eadem parte codẽ in genere & definitiua eſſe & tranſlatiua.

¶ Tranſlatiuũ,& Tranſlatitium,vel vt aliqui loquuntur Tralatitium,vulgare & publicum dicitur:& vt Græci dicunt, ἀδιάφορον,hoc eſt indifferens:quod ſignificat non eximium,ſed plebeium,&(vt ita dicam) circulare. Plin.in epiſt. Nec tuæ naturæ eſt,tranſlatiua hæc & quaſi publica officia à familiaribus amicis contra ipſorum commodum exigere.Tranſlatiua officia appellat vulgaria,& ab omnibus vſurpatamon ab intimis modo& iis qui exquiſitè amicitiam colunt. Cic.3.Verr.80,Sed in re tam vſitata,ſatis eſt oſtẽdere,omnes antea ius ita dixiſſe & hoc vetus edictum tranſlatitiũmque eſſe. Id eſt,non nouum & nuper inuentum,ſed ab omnibus Prætoribus antea vſurpatum. Vnde Plinius maior lib.7.cap.5.1, pro vſitato accepit, & pro eo quod frequentatur:Tranſlatitiũ(inquit)in Ægypto eſt & octauo mẽſe gigni.Id eſt vulgò ſolitum & conſuetum.Alibi pro importato,lib.x,Tranſlatitiorũmque inuecta mori. Budæus.

Trãſlatiuè,Aduer.Trãſlatiuè id fieri dicitur,quod perfũctoriè,Id eſt negligẽter fit,ſeu remiſſè,languidè,neglectè,oſcitãter, non accurate.Martianus Iuriſc.Prætiuaricatorẽ eſſe eum oſtendimus, qui colludit cũ reo, & tranſlatiuè munere accuſandi fungitur. Tranſlatiuè (inquit)id eſt vulgari & nõ accurata diligentia.Vlpianus in L.1.de iure patronatus. Patronorũ querelas aduerſus libertos Præſides audire,& nõ trãſlatiuè exequi debent.Budæ.

Tranſfigo/tranſfigis,tranſfixi,tranſfixum,tranſfigere,Per medium figere.Plaut.Perſa,1.2.6, -ſaucius factus ſum in prælio, Veneris ſagitta:Cupido cor meum tranſfixit. Cic.1.de Fin.155, Euelli iuſſit eam qua erat tranſfixus haſtam. Liu.lib.1.ab Vrbe, 108,Stricto itaque gladio ſimul verbis increpans tranſfigit puellam. Cæſar 5.bel.Gall.165,Tranſfigitur ſcutum Pulſioni,& verutum in balteo defigitur. Cic.1.de Diuinat.171,

Arboris è tranco ſerpentis ſaucia morſu
Subigit ipſa ſeris tranſfigens vnguibus anguem.De Aquila.

Telis tranſfigitur pectora.Lucan lib.3.118.

Tranſfigere cum armis corpus alicuius.Liu.1.bel.Pun.31.

Tranſfigere gladio aliquem per pectus. Liu.2. ab Vrbe, 101, Ex his Q.Fabium principem in confertos Veientes euntem,ſe-

rox viribus & armorum arte Tuſcus, inter multas verſantẽ hoſtium manus gladio per pectus tranſigit.

Per aduerſum pectus tranſigere. Liu. 6. bel. Pu. 81, Atque ita, gladio quem veſte texerat, per aduerſum pectus tranſixus, ante pedes imperatoris moribundus procubuit.

Tranſixus, Participium. Plin. lib. 11. cap. 25. 2, Siccantur pendentes ſuilli, iunco tranſixi, quales è Bithynia veniunt.

Clypei tranſixi. Silius lib. 10. 64.

Haſta tranſixa virum. Virg. 11. Æneid. 119.

Pectus tranſixum. Virg. 1. Æneid. 10.

Tranſfiguro/tranſfiguras, pen. pro. tranſfigurare, In aliam figuram vertere. Suet. in Claud. Nerone, cap. 18, Puerum Sporum exectis teſtibus etiam in muliebrem naturam tranſfigurare conatus eſt. Ibidem, cap. 46, Aſturconem, quo maximè lætabatur, poſteriore corporis parte in ſimiæ ſpeciem tranſfiguratum, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros.

Corpus in ſcorpiones tranſfigurare. Plin. li. 9. ca. 31. 3, Sole Cancri ſignum tranſeunte, & ipſorum, quum exanimati ſint, corpus tranſfigurari in ſcorpiones narratur in ſicco.

Tranſfigurantur amygdalæ ex dulcibus in amaras. Plin. lib. 17. cap. 24. 20.

In plurimas ſimilitudines tranſfigurari. Plin. lib. 8. cap. 53. 1.

In lupum tranſfigurari. Plin. lib. 8. cap. 22. 2.

Tranſfiguratio, Verbale. Plin. lib. 7. cap. 55. 1, Eadem enim vanitas in futurum etiam ſe propagat, & in mortis quoque tempora ipſi ſibi vitam mentitur: aliàs immortalitatẽ animæ, aliàs tranſfigurationem, aliàs ſenſum inferis dando.

Tranſfluo/trãſfluis, tranſfluxi, tranſfluxũ, trãſfluere. Plin. lib. 11. ca. 38. 4, Sanguinem multis non tranſfluere trãſfoſſis euenit.

Dies tranſfluxere. Claud. ad Probinum, 16. 1.

Tranſfodio/tránſfodis, pen. corr. tranſfódi, pen. prod. tranſfoſſum, tranſfódere. Ouidius, Gemino tranſfodit vulnere pectus. Liu. 9. bel. Maced. 179, Deinde fugienti, fidémque Pop. Ro. atque eorum qui aderant imploranti latus tranſfodiſſe. Sic Plinius lib. 30. cap. 4. 5. Valer. 6. Argon. 45, -cadit impiger vnà

Inguine tranſfoſſo clari Taulantis alumnus.

Tranſformo/tranſformas, tranſformare, In aliam formã mutare. Virg. 4. Georg. 89, Omnia tranſformat ſeſe in miracula rerum. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 7, Iuppiter aut in aues, aut ſe trãſformat in aurum. Idem 13. Metam. 141,

-nam tactu natarum cuncta mearum

In ſegetem, laticémque meri, baccámque Mineruæ

Tranſformabantur.

Membra tranſformat in iuuencos. Ouid. 10. Metam. 48.

Faciem ſuam tranſformare. Ouid. 2. Faſt. 75.

Tranſformis, & hoc trãſforme, Quod quãcunque formã recipit. Corpóra tranſformia. Ouid. 8. Metam. 176,

Aſt vbi habere ſuam tranſformia corpora ſenſit,

Sæpe pater dominis Triopeida tradit. at illa

Nunc equa, nunc ales, modò bos, modò ceruus abibat.

Tranſfreto/tránſfretas, pen. corr. tranſfretare, Trans fretum ire. Plin. in Paneg. 134, Remiſque tranſfretare obſtantis freta.

Tranſfugio/tránſfugis, pe. corr. tranſfúgi, pe. pro. tranſfúgitú, pen. cor. tranſfúgere, De loco ad locum fugere. Plau. Mil. 9. 107, Nam illius oculi, atque auris, atque opinio, tranſfugêre ad nos.

Ad hoſtes tranſfugere. Plaut. Epid. 1. 28, Pol illa ad hoſtes trãſfugêre. Liuius libro 1, Magna clientium comitatus manu trãſfugit. Idem 1. bel. Pun. 188, Ad duo millia peditum, & ducenti equites, vigilibus ad portas trucidatis ad Annibalẽ tranſfugiũt.

Ab afflicta amicitia tranſfugere. Cic. pro Quintio, 61, Fatetur ſe non bellè dicere, non ad voluntatem loqui poſſe, nó ab afflicta amicitia tranſfugere, atque ad florentem aliam deuolare.

Tranſfugium, tranſfugii, Profugiũ, vel defectio. Plin. de Viris illuſtribus, 8, Gabios per Sextum filium ſimulato tranſfugio, in poteſtatem redegit. Liu. 1. bel. Pun. 183, Quum hæc cõſilia, atque hic habitus animorum eſſet in caſtris, mouere inde ſtatuit. & paulo pòſt, Simul vt quo lõgius ab hoſte receſſiſſet, tranſfugia impeditiora leuibus ingeniis eſſent. Tacit. lib. 18, Nihil eorum Vitellianos fallebat, crebris vt in ciuili bello tranſfugiis.

Tránſfuga, tránſfugæ, pe. cor. m. g. Qui trãſfugit, & ad hoſtes defecit. Liuius lib. 1, Deinde metuens, niſi Cõſulũ iniuſſu, & ignaris omnibus iret, deprehẽſus forte à cuſtodibus Romanis retraheretur vt tranſfuga, fortuna tum vrbis crimen affirmante, Senatũ adit. Plin. epiſt. 168. 1, Tũ illi quoque qui authoritate eius trahebãtur, tranſeunte illo deſtituti reliquerunt ſententiam ab ipſo authore deſertam, ſecutique ſunt quaſi tranſfugam, quem ducem ſequebantur. Horat. 3. Carm. ode 16. 5, -& tranſfuga

Diuitum partes linquere gestio.

Tranſfuga ad Græcos. Plin. lib. 19. ca. 1. 17, In tanto fructu pauciſſimi Quiritium attigere, & ipſi ſtatim ad Græcos tranſfugæ.

Tranſfuga non ſolùm (ait Paulus iuriſcõ. De captiuis, 2. Poſtliminium) is accipiendus eſt, qui aut ad hoſtes, aut in bello trãſfugit, ſed & qui per inducíarum tempus ad eos, cũ quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta tranſfugit.

Nõ omnia illum tranſfugam auſum eſſe Senatui dicere. Cic. 1. de Diuin. 161.

Amnis tranſfuga. Stat. 1. Syl. 1. 41, -tumidæ ſic tranſfuga Piſæ

Amnis, in externos longè flammatus amores, &c.

Tranſfuimo/tranſfúmas, pen. pro. tranſfumare. Stat. 6. Theb. 80, Clauſtráque compreſſæ tranſfumat anhelitus iræ.

Tranſfundo/tranſfundis, tranſfúdi, tranſfúſum, pen. pro. trãſfúndere, De vaſe in vas fundere. Cato, Vbi dies triginta præterierint, tranſfundito: ita relinquito vſque ad vindemiam. Colum. lib. 12. cap. 12. 2, Deinde quum ſæpius eam in alia vaſa tranſfuderunt. Lucan. lib. 8. 151, -non hac in ſede quieſcent

Tam ſacri cineres, ſedte Cornelia Magne

Accipiet, noſtráque manu tranſfundet in vrnam.

Suas laudes ad alterum tranſfundere, per tranſlationem. Cic. Dolabellæ, lib. 9. 14. 10, Libentius omnes meas, ſi modò ſint aliquæ meæ laudes, ad te tranſfuderim.

Amorem ſuum in aliam tranſfundere. Cic. 2. Philip. 84, Omnem ſe amorem abieciſſe illinc, atque in hanc tranſfudiſſe.

Tranſfuſio, Verbale, Ipſe tranſfundendi actus. Plin. lib. 34. cap. 18. 7, Lauatur in linteis raris, in aquã cælesti, ſeparatúmque terrenum tranſfuſione, cribratúmque teritur.

Tranſgredior/tranſgréderis, pen. cor. tranſgreſſus ſum, tránſgredi, pen. corr. Tranſire, & potiſſimum de iis qui nauigaſſent, & de nauálibus dicitur. Salluſt. lib. 1. Hiſt. Nactus obſcuram noctem æſtu ſecũdo, ac inde tranſgreſſus, omnes recipit mõs præreptus à Luſitanis. Liu. 1. ab Vrbe, 163, Inde in Latinam viam trãſuerſis tramitibus trãſgreſſus. Cic. 1. de Diuin. 62, Qui quũ tabernaculum vitio cepiſſet imprudens, quòd inauſpicato pomœrium tranſgreſſus eſſet, comitia Cõſulibus rogandis habuit.

Taurum tranſgreſſus ſum. Cic. Appio, lib 3. 8. 17.

Alpes tranſgredi. Brutus Ciceroni, lib. 11. 20. 4, Hæc quum audiſſem, & iam in itinere eſſem, committendum nondum putaui, priùs vt Alpeis trãſgrederer, quàm quid iſtic ageretur, ſcirẽ.

Rheno tranſgreſſus. Tacitus libro 11, Ac forte acciderat, vt eam gentẽ Rheno trãſgreſſam annus Agrippa in fidẽ acciperet.

In contrarias ſedes tranſgredi. Plin. lib. 2. cap. 83. 2.

In partes tranſgreſſus eſt. Tacitus in vita Agricolæ.

Ad accuſandum tranſgrediens Fortunatus, &c. Tacit. lib. 16.

In vniuerſum fama eſt tranſgreſſa. Tacit. in vita Agricolæ.

¶ Tranſgredi aliquem, per tranſlationẽ, pro Superare. Plin. lib. 7. cap. 15. 2, Idem ſignis collatis quinquagies dimicauit: ſolus M. Marcellum tranſgreſſus, qui vndequadragies dimicauerat.

Tranſgreſſio, Verbale, Ipſe tranſgrediendi actus.

Gallorum tranſgreſſio. Cic. in Piſonem, 64, Cuius ego imperio non Alpium vallum contra aſcenſum tranſgreſſionémque Gallorum. Id eſt tranſitum.

Tranſgreſſio apud rhetores dicitur quum ab ea ſententia, quã propoſuimus, conuertimus ſermonem ad aliquam perſonam, aut rem, aut fortunam, & tãquam perſonam appellamus. Cic. 3. de Orat. 115, Eſt etiam gradatio quædam, & conuerſio, & verborum concinna tranſgreſſio.

Tranſgreſſio eſt quæ verborum perturbat ordinem peruerſione aut tranſiectione. Author ad Herennium, lib. 4. 198.

Tranſigo/ tránſigis, pen. corr. tranſégi, pen. prod. tranſactum, tranſigere, Ex trans, & ago: Tranſire, ſeu vltra ducere. Valer. 6. Argon. 50, -lætum per luminis orbem

Tranſigitur: teneræ linquuntur vulnere malæ.

Tranſegit pectora mucro. Silius lib. 4. 80. Hoc eſt penetrauit.

Gladio ſe ipſum tranſegit. Tacit. lib. 14.

¶ Tranſigere vitã, Ducere, & præterire. Salluſtius in Catilina, Sed multi mortales dediti ventri atque ſomno, indocti, inculíque, vitam ſicuti peregrinantes tranſegêre.

Ænum tranſigitur venatibus. Silius lib. 3. 79.

¶ Tranſigere, Perficere, abſoluere. Plaut. Amphit. 9. 8, Næ hãc inchoatam tranſigam comœdiam. Idem Truc. 2. 9, Tantúſper dum tranſigimus hanc comœdiam. Idem Pſeud. 7. 151, Qui vos oblectem, hanc fabulam dum tranſigam. Idem Capt. 6. 95, Hic omne tranſactum reddet, ſi illuc venerit. Terent. And. 5. 6. 17, Intus tranſigetur, ſiquid eſt quod reſtet.

Vnumquodque tranſigere, expedire, abſoluere. Cic. 1. Ver. 14.

Multitudinẽ rerum vno tẽpore tranſigere. Cic. 1. de Inuẽt. 56.

¶ Tranſigere, Conuenire, concordare, paciſci. Cic. 5. Verr. 57, Summittebat iſte Timarchidem qui moneret eos, ſi ſaperent, vt tranſigerent.

Non deerant quidem qui neque tranſigi volebant. Cælius Ciceroni, lib. 8. 11. 7.

Per nuntiũ hoc quod erat tam leue, transigere potuisti. Cic. pro Roscio Comœdo, 29.

Me absente omnia cum illis transigi malo. Cicero Attico, lib. 13. epist. 3.

Cum aliquo transigere qualibet conditione. Cic. pro Ros. Comœdo, 12, Abhinc annos quindecim defensio mea quæ est? Roscium pro sua parte cum Flauio transegisse. Idem pro Quintio, 65, Vt secum aliquid integra sua fama, qualibet dummodo tolerabili conditione transigeret.

Cum priuatis non poterat transigi minore pecunia. Cicero Attico, lib. 4. epist. 5.

Negotium transigere, Perficere, absoluere. Cic. 2. Philipp. 44, Negotiũ transegisses, nisi ille se sub scalas tabernæ librariæ cõiecisset? Idem pro Quintio, 50, Ego hæc duo quæro, primum qua ratione Nœuius susceptum negotium non transegerit, hoc est cur bona quæ ex edicto possidebat, non vendiderit.

Cum aliquo transigere, atque decidere. Cic. pro Ros. Amer. 67, Si hanc ei rem priuatim Sex. Roscius mandauisset, vt cum Chrysogono transigeret, atque decideret, inque eam rem fidem suam, siquid opus esse putaret, interponeret.

Controuersiam transigere. Cic. Attico, li. 1. ep. 1, Nos longo interuallo viseris, Acutilianam controuersiam transegeris.

Verbo trãsigere. Cic. 6. Verr. 50, Tametsi iãdudũ erro, qui tam multa de tuis emptionib⁹ verba facio, & quæram vtrum emeris, & quomodo, & quãti emeris: quod verbo trãsigere possum.

Pro sociis transigere. Cic. pro Ros. Comœdo, 21, Qui pro sociis transigit, satisdat neminem eorum postea peiturum.

Transactum est. Brutus ad Ciceronem, 16. 15, De Cæsare verò quod fieri potuit, ac debuit, transactum est: neque iam prouocari in integrum potest.

Transactum putabant Herbitenses: quum iste, Quid de horreo, inquit, & Docimo amiculo meo? Cic. 5. Verr. 67.

Transactus, Participium. Terent. Adel. 1. 4. 11, Ego iam transacta re conuortam me domum cum obsonio.

Res trãsactæ & præteritæ. Cic. 4. Tus. 85, Quid, quũ iã in rebus transactis & præteritis orationes scribimus, nũ irati scribimus?

Partes transactæ. Cic. 2. de Orat. 9, Sed hoc tamẽ cecidit peropportunè, quòd transactis iam meis partibus ad Antonium audiendum venistis.

Facta trãsacta omnia, Prouerbiale est (inquit Donatus) in id negotii, de quo nihil superest ad agendum. Terent. And. 1. 5. 13,

-quot modis
Contemptus, spretus, facta, transacta omnia.

Transactor, Verbale, Qui transigit. Cic. 4. Ver. 48, Qui est, id quod ex plurimis testibus priore actione didicistis, rerum huiusmodi omnium transactor & administer.

Transiectus/pro Traiectũ, à Traiicio participio reperitur scriptum. Cic. de Vniuersi. 46, Iam verò terram altricem nostram, quæ transiecto axi sustinetur, diei noctisque effectricem, &c.

Transiectio, transiectiõnis. Author ad Heren. lib. 4. 198, Huiusmodi transiectio, quæ rem non dedit obscuram, multum proderit ad continuationes, de quibus antè dictum est.

Transilio/trãsilis, pen. cor. transiliui, pen. prod. vel transilui, transultum, transilire, Vltra salire. Liu. 1. ab Vrbe, 24, Vulgatior fama est: ludibrio fratris Remum nouos transiluisse muros. Plaut. Truc. 5. 36, Per ortum transiluit ad nos. Ouid. 2. Fast. 27, Mœnia quæ dederas transilienda Remo.

Rates transiliunt vada. Horat. 1. Carm. ode 3. 5.

Munera Liberi trãsilire, Nimiũ potare. Horat. 1. Car. od. 18. 2,

At nequis modici transiliat munera Liberi
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero Debellata.

¶ Transilire aliquid, pro Præterire & tacere. Plin. in Paneg. 211, Non transiliui p. c. principis nostri Consulatum, sed eundẽ in locum contuli quicquid de iureiurando dicendũ erat. Ibidem, 94, Quid est enim in principatu tuo, quod cuiusquã prædicatio, vel transilire, vel præteruehi debeat? Ouid. 1. de Ponto, eleg. 3. 16,

Nos quoque præteritos sine labe peregimus annos:
Proxima pars vitæ transilienda mex est.

Rẽ pulcherrimã trãsilire. Cic. 2. Philip. 89, Sed ne fortè multis rebus gestis, M. Antonii rẽ vnam pulcherrimã transiliat oratio.

Transilire aliquid, pro Omittere, & tanquam negligere. Cic. 3. de Orat. 88, Id accidere credo, vel quòd ingenii specimen est quoddam, transilire ante pedes posita, & alia longè repetita sumere. Idẽ 4. de Fin. 65, Quũ autẽ ad summũ bonũ volunt peruenire, trãsiliũt omnia, & duo nobis opera pro vno relinquũt.

Transiungo/transiungis, transiunxi, transiunctum, transiungere. Vlpianus in l. Ædiles, De ædilitio edicto. Si mula talis sit, vt transiungi non possit, an sana sit, &c. Idem, Plerasque denique carrucarias tales esse, vt transiungi non possint. Idem ait, si nata sit eo ingenio aut corpore vt alterum iugum non patiatur: sanam non esse. Transiungere, est in quadrigis locum veterinis mutare: vt mulam temonariã facere, quæ præcedere solita est: vel dextram facere, quæ sinistra esse solebat. Budæus.

Translabor/pen. prod. transláberis, transláplus sum, translapsum, translábi, Ex trans & labor compositum. Claud. 1. in Eutrop. 76, -rapit cæli per inania cursum
Diua potens, vnoque Padum transilapsa volatu,
Castra sui rectoris adit.

Translator/Vide **Transfero**.

Translego/tránslegis, pen. cor. translégi, pen. pro. translectũ, translegere, Perlegere. Plaut. Asin. 13. 5,

Horrescet faxo lena, leges quum audiet.

D. 1. Age quæso mi hercle translege. P. A. audin'? D. 1. audio.

Translucco/translúces, pen. prod. translúxi, translucere, Vehementer & clarissimè lucere, pellucere. Plin. lib. 6. ca. 17. 5, Tam multiplici opere, tam longinquo orbe petitur, vt in publico matrona translucear. Hoc est veste publica induatur vsqueadeo tenui, vt luceat. Idem lib. 37. ca. 11. 5, Quibus modis ex crystallo tingantur smaragdi, aliæque translucentes. Et lib. 8. cap. 43. 3, Atque ita vt sicco tramite ad potum eant: nec pontes transeũt, per raritatem eorum translucentibus fluuiis. Sic lib. 11. ca. 37. 6, Apud nos in laminas secta translucent.

In liquidis translucet aquis. Ouid. 4. Metam. 71.

Translucidus, pen. corr. Adiect. Quod adeò lucet, vt per medium aspicere liceat. Quintil. lib. 8. in proœ. Similiter illa translucida & versicolor quorundam elocutio, res ipsas effœminat. Plin. lib. 36. cap. 8. 2, Probantur quammaximè mellei coloris, in vertice maculosi, atque non translucidi.

Transmarinus/pen. pro. Adiect. Quod trans mare est, vel petitur. Cic. 7. Ver. 36, Priuatum autem nec proficisci quoquam potes, nec accersere res transmarinas ex iis locis, in quibus tibi habere, mercari nihil licet. Idem 11. Philip. 309, Non vt ex ea acie auxilium haberemus, sed vt ipsa acies subsidium haberet etiam transmarinum. Sic Cæsar 1. bel. Ciuil. 115. Plaut. Mostel. 7. 65, Ego transmarinus hospes sum Diapontius.

Transmarina vectigalia. Cic. 2. de Lege agrar. 80.

Politissima doctrina trãsmarina & aduentitia. Cic. 3. de Ora. 74.

Transmeo/transmeas, transmeare, Vltra meare. Plin. lib 30. ca. 11. 3, Præcipuéque febrium medicina placitis eorum renuntiat. Nanque & in x i i. signa digessere ea sole transmeante. Idẽ lib. 10. cap. 29. 1, Ad quem ciconiæ non transmeant.

Terra marique transmeare. Tacit. lib. 11.

Transmigro/tránsmigras, pen. corr. transmigrare. Est in longinquioris loci domicilio, habitationémve migrare, vt ait Valla lib. 5. Liuius 5. ab Vrbe, 137, Hanc eandem rem actam esse vt Veios tranimigraremus.

Transmigrare, Demigrare. Suetonius in Tiberio, cap. 15, Romam reuersus deducto in forum filio Druso, statim e Carinis ac Pompeiana domo, Esquilias in hortos Mecœnatianos transmigrauit, totúmque se in quietem contulit.

Transmitto/transmittis, transmisi, penul. prod. transmissum, transmittere, Per medium mittere & ponere. Plaut. Milit. 3. 30, Pérque os elphanti brachium transmitteres. Plin. lib. 18. cap. 11. 12, Item cribraria, quæ simili modo in tertio remansit cribro angustissimo, & tãtùm arenas trãsmittẽte. Dicitur & tramitto. Mors transmissa per artus. Stat. 1. Thebaid. 116.

Transmittit cuspide pectus. Silius lib. 7. 131. Hoc est tralicit.

Transmittere mare, Trãsnauigare. Plin. epist. 173, Ad quæ nos cœnda iter ingredi, transmittere mare solemus. Idem epist. 161, Fons adhuc, & iam amplissimum flumen, atque etiam nauium patiens, quas obuias quoque & contrario nisu in diuersa tendentes transmittit, & perfert. Cic. 2. de Nat. deo. 187, Grues quum loca calidiora petentes maria trãsmittant, trianguli efficere formam. Idem 5. de Finib. 149, Cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit, tot maria transmisit?

Transmitti mari supero. Cic. ad Atticum, lib. 9. 1 71. 1, Nam si cõmodius anni tẽpus esset, vel infero mari liceret vt nunc nihil potest nisi supero tramitti, quo iter interclusum est.

Transmittere, absolutè, pro Transire. Sueton. in Iulio Cæsare, cap. 58, A Brundusio Dyrrhachiũ inter oppositas classes hyeme trãsmisit. Cic. 1. Philip. 5, Quũ autẽ me ex Sicilia ad Leucopetrã, quod est promõtorium agri Rhegini, vẽti detulissent, ab eo loco cõscendi, vt transmitterẽ. Idem ad Q. fratrem, lib. 1. 10. 9, Eosdem aiebant nuntiare te prima nauigatione trãsmissurum.

Transmissus trans. Virg. 3. Æneid. 81, Quin vbi transmissæ steterint trans æquora classes.

Transmittere in Africam velis. Liu. 8. bel. Pun. 163, Cæteráque quas adepta esset, multasset, ni cum reliquis quinque nauibus Adherbal velis in Africam transmississet.

Transmittere cursu campos, Celeriter transire. Virg. 4. Æneid. 31, -alia de parte patentes
Transmittunt cursu campos.

¶ Transmittere aliquem, Cum festinatione mittere. Plautus Epid. 5. 51, Continuò te orabit vltro vt illâ transmittas sibi. Ibidem, 10, 17, -nisi dicis quid velis.
N. Mihi illam vt tramittas. Pro transmittas legitur.

¶ Transmittere tectum lapide: hoc est Lapidem vltra tectum conijcere. Plin. lib. 28. cap. 4. 1, Ferût difficiles partus statim solui, quum quis tectum in quo sit grauida, trâsmiserit lapide vel missili ex his quæ tria animalia singulis ictibus interfecerint, hominem, aprum, vrsam.

¶ Transmittere bellû, vel aliquod aliud onus alicui: pro Dare prouinciam belli administrandi. Cic. pro lege Manil. 19, Et quisquam dubitabit quin huic tantum bellum hoc transmittêdum sit, qui ad omnia vestræ memoriæ bella cõficienda, diuino quodam consilio natus esse videatur?

¶ Transmittit Benacus lacus Mincium fluuium: Id est dat ei exitum. Plin. lib. 9. cap. 22.

¶ Transmittere literas papyrus dicitur quæ bibula est. Plin. lib. 13. cap. 11. 4, Ab hoc transmittens literas lituræ metum afferebat aduersis, & aliàs indecoro visu pertranslucida.

¶ Transmittere in formas coactam materiam, pro Formare, & in formas redigere. Columella libro 7. cap. 8. 5, Nonnulli antè quàm pecus numellis inducant, viridis pineas nuces in mulctram demittunt, & mox super eas emulgent: nec separant, nisi quum transmiserint in formas coactam materiam. De caſei faciendi ratione.

¶ Transmittere menses aliquot in specu, Hoc est Transigere. Plin. libro 8. cap. 15. 6, Hebetes oculos hoc animal dicitur habere in aqua, extrà acerrimi visus: quatuórque menses hyemis inedia semper transmittere in specu.

Transmittere tempus, Ducere, consumere. Plin. epist. 183, Omne hoc tempus inter pugillares ac libellos iucundissima quiete transmisi.

Transmittere tempus temporibus amicorũ. Cic. pro lege Manilia, 1, Omne meum tempus amicorum temporibus trâsmittendum putaui.

Operi transmittere noctes, Totas noctes operari. Statius 3. Thebaid. 56.

Ænum transmissum, Ætas præterita. Stat. 2. Syln. 4. 25, -nemo modum transmissi computet ænî.

Steriles transmisimus annos. Stat. 4. Syln. 2. 3.

¶ Transmittere discrimen, Euadere. Plin. epist. 164, Iam mihi reddita incipit reſici, transmissúmque discrimen conualescendo remetiri.

¶ Transmittere hæreditatem alicui, Trâsferre, relegare. Plin. epist. 171, Sed hæc quoque hæreditas Afri (vt reliqua cum fratre quæsita) transmittenda erat filiæ fratris. Idem in Paneg. 13, An S. P. Q. Romani exercitus, prouincias, socios transmissurus vni, successorem è sinu vxoris accipias?

¶ Transmittere, Præterire, tacere. Silius lib. 7. 35,
Haud fas Bacche tuos tacitum transmittere honores:
Quanquam magna incœpta vocant.

Oblinio trâsmisit eam sententiam. Tacit. lib. 10, Eam sententiam modestissimus quisque: deinde oblinio transmisit.

Silentio transmittere. Tacit. lib. 20.

¶ Tramittere, pro Transmittere, apud Ciceronẽ ad Atticum, lib. 16. 334. 1, quum à Leucopetra profectus (inde enim tramittebam) stadia circiter c c c. processissem. Ibidem, 333. 18, Duo sinus fuerũt, quos tramitti oportet, Pæstanus, & Vibonẽsis: vtrúque pedibus, equis transmissimus.

Transmissio, verbale, Ipse transmittendi actus. Cicero ad Atticum, lib. 4. 86. 1, O nauigationem amandam, quam mehercule ego valde timebam, recordans superioris tuæ transmissionis. Idem 1. Philip. 5, Calend. Sextilibus veni Syracusas: quòd ab vrbe ea transmissio in Græciam laudabatur.

Transmontanus, pen. prod. Adiectiuum, Qui vltra montes habitat. Liu. 9. bel. Maced. 7, Subactis eis Apenninum omnibus, tũ trâsmontanos adortus: in his & Frisinates Ligures erãt quos non adierat C. Flaminius, omnes Æmilius subegit.

Transmouco, trânsmoues, penul. corr. trâsmôui, transmôtum pen. pro. transmouere, De loco in alium locum mouere. Terẽt. Eunuch. 3. 1. 10,
Labore alieno magnam partam gloriam
Verbis sæpe in se transmouet, qui habet sálem
Qui in te est. Hoc est, attribuit sibi gloriam.

Transmôtus, penul. prod. Participium. Tacit. lib. 13, Quippe Syria transmotæ legiones.

Transmuto, transmútas, pen. prod. transmutâre. Lucret. lib. 2. 99, Summa atque ima locans, transmutans dextera lævis.
Fortuna transmutat incertos honores. Horatius 3. Carmin. ode 29. 11.

Transnato, trânsnatas, pen. cor. transnatâre, Vltra natare, natando transire. Liu. Magonem cũ equitatu flumen transnatasse, &c. Idem 1. bel. Pun. 98, Ipsi certis superpositis incubantes, flumen transnatauêre. Plin. lib. 6. cap. 17. 1, Vnum genus ei piscium est, idque transcurrentis non miscetur alueo, sicut nec è Tigri pisces in lacum transnatant.

Transnio, transnas, transnâre, Vltra nare. Cic. in Somnio, 23, Ex his ipsis cultis, notisque terris num aut tuum, aut cuiusquam nostrum nomen vel Caucasum hunc quem cernis, transcendere potuit, vel illum Gangem transnare? Horat. 1. Serm. Saty. 1. 1, -ter vncti
Transnanto Tyberim somno quibus est opus alto.

Transnomino, transnóminas, pen. corr. transnominare, Nomen commutare, vel inuertere, aut immutare. Suet. de claris Grammat. 18, Lucius Cassitius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasides, mox Pansam se transnominauit.

Transnumero, transnúmeras, pen. corr. transnumerare, Vltra numerare. Author ad Herenn. lib. 4. 131, Puer qui iam bene hominis naturam nouit. Tu illo plures mittas oportet, inquit, si hodie vis transnumerari.

Transpadanus, pen. prod. Adiect. Qui trans Padum habitat. Cic. ad Atticum, lib. 5. 98. 2, Marcellus sedẽdi comes, & si ille Magistratum non gesserit, erat tamen transpadanus. Idem ad Cassium, li. 11 5. 6, Tuos etiam clientes transpadanos etiam mirificè coniunctos cum causa habebamus. Idem ad Caninium Sallust. lib. 2. 16. 15, Quod autem meum erat proprium vt alariis transpadanis vti negarem, id etiam populo se remisisse scribit, Catulin Egnatium, 37. 4,
Aut Lanuuinus acer, atque dentatus,
Aut transpadanus, vt meos quoque attingam.

Transpicio, trânspicis, pe. cor. transpexi, transpectum, transpicere, Et transpicior passiuum. Lucret. lib. 4. 55,
Quod genus illa foris quæ verè transpiciuntur.
Et paulo pòst,
Post extrariæ lux oculos pertinget, & aer
Alter, & illa foris quæ verè transpiciuntur.

Transpectus, huius transpectus. Lucret. lib. 4. 55, Ianua quom per se transpectum præbet apertum.

Transpono, transpónis, pen. prod. transpósui, transpósitũ, pen. corr. transpónere, Notæ significationis. Gell. lib. 11. cap. 1, Arborem in locum alium transpositam.

Transporto, transportas, transportare, De loco in locum portare. Cic. ad Atticum, lib. 14. 103. 1, Quid quas Annius transportauit? Eidem, lib. 7. 135. 3, De pueris in Græciam transportandis tum cogitabam, quum fuga ex Italia quæri videbatur.
Carina transportari. Mart. lib. 13. 73,
Argiua primùm fum transportata carina,
Antè mihi notum nil nisi Phasis erat.

Copias trâsportare, vel exercitum: pro Traducere, quum nauigio per mare ducitur exercitus. Cn. Magnus Marcello Lentulo in Epist. ad Atticũ, lib. 8. 161. 4, Reliquæ copiæ omnes Brundusiũ cogerentur, & inde Dyrrhachium transportarentur. Cice. in Pisonem, 37, Te prouinciam Macedoniam, in quam tãtum exercitum transportasses, sine vllo milite reliquisse? Liu. 6. belli Pun. 88, Eum exercitum Puteolis in naues impositum Nero in Hispaniam trâsportauit. Cæsar 4. bel. Gall. 510, Vel si id facere occupationibus Pop. Rom. prohiberetur, exercitum modò Rhenum transportaret. Virg. 6. Æneid. 66,
Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta
Transportare prius, quàm sedibus ossa quierunt.

Transrhenanus, pen. prod. Adiect. Qui trans Rhenum habitat. Plin. lib. 19. ca. 1. 2, Id quidẽ & transrhenani hostes. Cæsar 5. bel. Gall. 9, Germanósque transrhenanos solicitare dicebantur.

Transquietus, pe. pro. Adiectiuum. Id est Valde quietus. Plaut. Merc. 11. 50, Ego istum in transquieto tuto fistam, ne time.

Transtra, transtrorum, n. g. pluralis numeri, Sunt tabulæ super quas sedent remiges, inquit Festus. Cæsar 3. bel. Gall. 399, Transtra ex pedalibus in altitudinem trabibus, cõfixa clauis ferreis, digiti pollicis crassitudine. Virgil. 5. Æneid. 131,
-furit immissis Vulcanus habenis
Transtra per & remos, & pictas abiete puppes. Ouid. 4. Meta. 107, -& incurua fumabant transtra carinæ.

Considere transtris. Virgil. 3. Æneid. 58. Ibidem, 4. 115, Præcipites vigilate viri, & considite transtris. Sic lib. 5. 18.
Nouare transtra. Virg. 5. Æneid. 150.

¶ Trâstra, Tigna quæ trâsuersa à pariete in parietẽ porrigũtur, authore Festo. Vitru. lib. 4. cap. 2, Trabes supra columnas & parastatas, & antas ponũtur, in contignationibus tigna & axes,

ſub tectis: ſi maiora ſpatia ſunt, columen in ſummo faſtigio cul minis, vnde & columnæ dicuntur, & transtra & capreoli, ſi cómoda, columen & canterii prominentes ad extremã ſubgrundationem.

Transtyberinus, pen. prod. Adiectiuum, Qui trans Tyberim in Vrbe habitat. Mart. lib. 1. 115,

Vrbanus tibi Cæcili viderit:
Non es, crede mihi. quid ergo verna es.
Hoc quod transtyberinus ambulator.

Transuecho, tránsuehis, transuexi, trãsuectum, transuéhere. Vltra vehere, siue id ratibus in mari, siue curru per terram fiat. Sal luſt. in Iugurtha, Ex eo numero Mœdi & Perſæ & Armenii cum nauibus in Africam transuecti, proximos noſtro mari locos occupauere. Liu. 3. ab vrbe, 114, Nauis Quintio publicè parata fuit, transuectúmque tres obuiam egreſſi ſibi excipiũt, inde alii propinqui, atque amici, tum Patrum maior pars. Plin. lib. 8. cap. 6. 1, Transuecti ratibus. Claud. 2. Paneg. 56, Transuehitur Tuſcos, Apenninúſque volatu Stringitur.

Tempus transuectum eſt. Tacit. lib. 18, Abiit iam, & transuectũ eſt tempus, quo poſſes videri concepiſſe.

Transuectio verbale. Cic. 1, Tuſcul. 16, Dic quæſo, num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus, Cocyti fremitus, trãsuectio Acherõtis, mento ſummã aquã attingẽs ſiti enectus Tantalus?

Transuectio eſt quam hodie *monſtram* vocamus, quum equites ſolenniter recẽſentur. eam Fabius Maximus inſtituit. Liuius lib. 9. in fine, Ab eodem Fabio inſtitutum dicitur, vt equites idibus Quintilibus transuecherentur. Tranquil. in Auguſto cap. 38, Equitum turmas frequenter recognouit, poſt longam intercapedinem reducto more transuectionis. Sed neque detrahi quẽquam in transuehendo ab accuſatore paſſus eſt, quod fieri ſolebat. Valerius libro 1. cap. de inſtitutis antiquis. Trabeatos verò equites Idibus Iulii. Q. Fabius transuehi inſtituit. Budæus.

Transuerbero, tranſuérberas, pen. corr. tranſuerberaui, tranſuerberatum, transuerberare, Tranſigere. Cicero Mario, lib. 7. 1. 11, Sed quæ poteſt eſſe homini polito delectatio, quum aut homo imbecillus a valentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia venabulo transuerberatur? Idem 1. Tuſc. 41. Et Liu. 8. bel. Maced. 99, Hi verò non vulnerabantur, ſed transuerberatis ſcutis plerique inter ſe conſerti hærebant. Virgil. 11. Æneid. 134,

-cuius apertum
Aduerſi longa transuerberat abiete pectus.

Transuerſus, Adiectiuum. Quod obliquo contrarium eſt. Colum. lib. 2, Sed in arando maximè obſeruandum eſt vt transuerſus mons ſulcetur. Liu. 1. ab vrbe, 60, Inde ſubitò exorti Romani, transuerſam inuadunt hoſtium aciem. Horat. de Arte, 90,

-incomptis illinet atrum
Transuerſo calamo ſignum.

Auferre transuerſos. Vide **Aufero**.

Fortuna trãſuerſa incurrit. Cic. de Clar. Orat. 186, In te intuẽs Brute doleo, cuius in adoleſcentiam, per medias laudes quaſi quadrigis vehentem, transuerſa incurrit miſera fortuna Reip.

Fulmina transuerſa volant per imbres. Lucret. lib. 2. 43.

Transuerſa itinera. Liuius 3. ab Vrbe, 19, Signa repentè cõuellerent: transuerſiſque itineribus per Lauicanos agros in Tuſculanos colles transirent.

Transuerſa motio. Cic. de vniuerſ. 39, Tunc ex alterius naturæ motione transuerſa, in eiuſdem naturæ motum incurrẽtia, &c.

Transuerſum digitum, aut vnguem diſcedere, frequenter eſt apud Ciceronem, pro eo quod eſt quàm minimo ſpatio. Fit autem feſtiuior metaphora, quoties his verbis perfectã imitationem ac plenũ vndequaque cõſenſum ſignificamus, vt 4. Acad. 106, Ab hac regula mihi non licet, transuerſum, vt aiunt, digitum diſcedere. Idem ad Atticum lib. 13. 277. 2, Curandum enim non eſt, atque hoc in omni vita ſua quenque à recta conſcientia transuerſum vnguem nõ oportet diſcedere. Idem ad Fab. Gallum, lib. 7. 26. 4, Vrge igitur, nec transuerſum vnguem, quod aiunt, à ſi, lo. Sunt illa quidem minus figurata, ſed tamen prouerbialia, quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulularia 4. 18. Si tu hercle ex iſthoc loco digitum transuerſum, aut vnguem latum excẽſeris. Hæc Eraſmus.

Transuerſum agere. Transuerſus agi dicitur, qui vi & impetu quodã ab inſtituto deflectitur. Ita Laberius Mimus apud Macrobium libro Saturnalium ſecundo, cursum fortunæ transuerſum vocat. Hunc enim C. Cæſaris benignitas inuitauit, vt eques Romanus & ſenex prodiret in ſcenam. In prologo igitur queritur præter animi ſui ſententiam eò Cæſaris authoritate ſuiſſe compulſum,

Neceſſitas, inquit, cuius cursus transuerſum impetum
Voluerunt multi effugere, pauci potuerunt
Quo me detruſit pene extremis ſenſibus, &c.

Ita qui præceps ira fertur, transuerſus rapi dicitur. Ductum apparet à nauigantibus, qui ſecundo vento, recto curſu feruntur: flatu aduerſo, transuerſum aguntur. Eraſmus.

Ferre corpus alicuius trãſuerſum. Lucret. lib. 4. 86, Stantis equi corpus transuerſum ferre videtur Vis.

Transuerſa, aduerbialiter poſitum. Virgil. 5. Æneid. 4. Mutati transuerſa fremunt. Vbi Seruius, Transuerſa, hinc atque hinc. Eſt autẽ aduerbiũ factũ de nomine. vt. 9. Æn. 16. -cunctatur & amnis Rauca ſonans. Idẽ eclog. 3. 1, Nouimus & qui te trãſuerſa tuentibus hircis. Sub. riſere. Id eſt, veſtram turpitudinem indignantibus, inquit Seruius.

In transuerſum poſitus. Plin. li. 16. ca. 42. 1, Pondus ſuſtinere validæ abies, larix, etiam in transuerſum poſitæ.

De transuerſo, Vide **De** præpoſitionem.

Ecce tibi è transuerſo. Cic. 4. Acad. 116.

Ex trãſuerſo cedere. Plaut. Pſeud. 14. 50, Non prorſus, verùm ex transuerſo cedit quaſi cancer ſolet.

Transuerſarius, Adiectiuum, Quod in transuerſum ponitur. Cæſar 1. bel. Ciuil. 60, Vbi autem ſpatium inter muros aut imbecillitas materiæ poſtulare videretur, pilæ interponũtur, transuerſaria tigna iniiciuntur quæ firmamento eſſe poſſint. Vide Cratitius in **Crateo**.

Transulto, transultas, transultare, Ex trans & ſalio compoſitũ. Plautus Capt. 11. 105. Tu transultas, ego miſer vix aſto præ formidine. Alii ixgunt ſuſſulta. Liu. 3. bel. Pun. 151, Nec omnes Numidæ in dextro locati cornu, ſed quib⁹ deſultorum in modum binos trahentibus equos inter acerrimam ſæpe pugnam in recentemequum ex ſeſſo armatis transultare mos erat.

Transumo, transũmis, pe. prod. transumpſi, transumptũ, transumere. Ex alio ſumere. Stat. 3. Thebaid. 59,

-lachrymas non pertulit vltra
Bellipotens: haſtam læua transumit, & alto
(Haud mora) diſſiluit curru, &c. Vnde quæ ex primis tabulis transcripta ſunt, ſolennitate iuris adhibita, dicuntur transumpta. Et actus ipſe transumptio.

Transumptio, transumptiõnis, ſ. g. Figura eſt apud Rhetores, quã Græci μετάληψιν vocant, quũ rem ex alio ad alium transmouemus. Demoſthenes, Quum bellum Phocenſe conflatum eſſet, & non per me: nondũ enim ego ad Remp. acceſſeram. Cic. Refertum Tribunitiis legibus exhauſtum: à quibus ſit, ipſi ſciunt.

Transuo, transuis, tránsui, transũtum, pen. prod. tranſúere, Ex trans & ſuo, ſabiecta. Colum. lib. 6. cap. 5. 4, Media pars deſcripti orbiculi eadem ſubula transuitur: & facto foramine prædicta radicula inſeritur. Apud Celſum lib. 7. ca. 7, de pilis palpebrarum, Deinde ſi plures pili ſunt, neceſſe eſt lõgum tormentum quum toties acus trãſuet, magnam inflammationem moueat. Idem libro 7. cap. 14, de infibulandi ratione, Cutis acu filum ducente transuitur.

Transuolo, tránſuolas, pen. corr. transuolare, Ad aues pertinet. Plin. lib. 10. cap. 19. 3, Perdices non transuolant Boreæ fines in Attica. Idem lib. 5. ca. 9. 9, Inſulas ita innumeras ſpargit, quaſdámque tam vaſtæ magnitudinis (quanquam rapida celeritate) vt tamen dierum quinque curſu, non breuiore transuolet. Et lib. 9. cap. 8. 2, de delphinis, Tantáque vi exiliunt, vt plerunque vela nauium transuolent. Lucret. lib. 4. 114, Et conturbari vocem dum transuolat auras. Horat. 1. Serm. ſaty. 2. 22,

-mens eſt amor huic ſimilis. nam
Transuolat in medio poſita, & fugientia captat.

¶ Trãſuolare, Celeriter ire. Liu. 3. ab Vrbe, 166, Eques inter ordines peditum tectus, ſe ad equos recipit: trãſuolat inde in partem alteram ſuis victoriæ nuntius.

Alpes transuolare. Aſinius Ciceroni, lib. 10. 31. 11, Si cætera transiſſem, num etiam Alpes poteram transuolare? Author ad Herennium, lib. 4. 179, Alexandro ſi vita data longior eſſet, oceanum Macedonum gloria transuolaſſet.

Transuolans animum cogitatio. Plin. lib. 7. cap. 11. 2, Cogitatio etiam vtriuſlibet animum ſubitò trãſuolans, effingere ſimilitudinem, aut miſcere exiſtimatur.

Transuolare, pro Tranſfugere poſuit Plautus in Epid. 2. 33,

Mulciber credo arma fecit, quæ in bello habuit Stratiphocles,
Transuolauerunt ad hoſtes.

Transuolito, transuólitas, penult. corr. transuolitare, Frequentatiuum. Lucret. lib. 1. 71,

Inter ſepta meant voces, & clauſa domorum
Transuolitant.

Trapes, trapẽtis, penul. prod. maſc. gen. Vel, trapẽtum, trapẽti, Mola oliuaria, vt ait Seruius. A τρέπω, voluo, ſeu verto. Cato de Re ruſtica cap. 18, Trapetibus locum dextra & ſiniſtra. Idem cap. 11, Trapetum hoc modo accommodare oportet, &c. Virgilius lib. 2. Georgic. 104, Venit hyems, teritur Sicyonia bac-

ca trapetis. Columella lib.12.cap.50.5, Oleo autem conficiendo molæ vtiliores sunt quàm trapetum: trapetum, quàm canalis & solea.

Trapetus, trapeti, m.g. Idem. Cato de Re rust. cap.22, Trapetus emptus est in Suettano nummis quadringentis. Idem cap.12, Trapetos quinque.

Trapeza, trapezæ, Mensa seu tabula qua argentarii vtuntur.

Trapezita, trapezitæ, pen.prod.m.g. Mensarius. Plaut.Cap.4.90, -subducam rationculam
Quantillum argenti mihi apud trapezitam siet.

Trapezéphoron, trapezéphori, pen.corr. Cic.ad Gallum.li.7.24.8, Quod tibi destinaras trapezephoron, si te delectat, habebis. Vbi interpres, Trapezephoron signum erat sacerdotis cuiusdam huius nominis, qui cum alio Cosmo nomine omnia sacra Minervæ administrabat. Author Suidas.

TRAPEZVS, Trapezuntis, Cappadociæ ciuitas libera, & vasto monte clausa, vt author est Plinius lib.6, cap.4. Hanc patriâ habuit Georgius Trapezuntius, magnus in omnibus illustribus doctrinis homo: qui ad extremam senectutem, omnium & Græcarum & Latinarum literarum obitus est.

TRASYMACHVS, pen.corr. qui princeps inueniêdi numeros in oratione fuisse testè Cicerone in Oratore, 101, Nam neminem in eo genere scientius versatum licerate cõstendum est: sed princeps inueniendi fuit Trasymachus, cuius omnia nimis etiã extant scripta numerosè. Idem de Clar.Orat.15, Tum Leontinus Gorgias, Trasymachus Chalcedonius, &c.

TRASYMENVS, pen.prod. Lacus in agro Perusino, iuxta quem Hannibal Flaminium Consulem cum XXIII Romanorũ milibus interfecit, & sex milia cepit. Meminit huius Plinius lib.2.ca. 84, Quo quidem anno ad Trasymenum lacũ dimicantes, maximum terræ motum neque Pœni sensere, nec Romani. Ibidem cap.107.3, Reperitur apud authores Trasymenum lacum arsisse totum. Cic.pro Rosc.Amer.54, Multos cæsos nõ ad Trasymenũ lacum, sed ad Sernilium vidimus. Idem de Clar. Orat. 23, Dicitur etiam C.Flaminius is, qui Trib.pl.legem de agro Gallico & Piceno viritim diuidêdo tulerit, qui co s.apud Trasymenum sit interfect° ad populum valuisse dicendo. Dictus est hic lacus Trasymenus à Trasymeno puero, quem Agylle Nympha rapuisse dicitur, vt docet Silius à principio lib.5.

Trasymenus, adiectiuum. Ouidius 6.Fast.155, Sunt tibi Flaminius Trasymenáque littora testes.
Busta Trasymena. Silius lib.11.70.

Trauio, Trauias, Trauiare. Transire. Lucret.libro 4.112, Qualia sunt vitri species quæ trauiat omnis. Idem lib.6.70,
Incolumique venit per res, atque integra transit
Multa: foramínibus liquidis quia trauiat ignis,
Multáque perfringit. Trauiare, quasi trans siue per alia corpora sibi viam facere.

Trauilo, trauli, m.g. Antiquum vocabulũ significans balbum, aut eum qui cum difficultate loquitur. Lucretius lib.4.235.
Magna atque immanis, πατάσσειν, plenáque honoris.
Balba loqui non quit, τραυίζειν, muta pudens est, τραυίζειν Græcis, balbutio Latinis. Hinc traulismus, Balbutientis vitium.

TREBATIVS iurisconsultus, Ciceronis familiaris, vt perspicere licet ex familiaribus epistolis.

TREBIA, Subalpinæ regionis fluuius, iuxta Derronẽ ciuitatẽ (author Strabo lib 5.) clade Romanorum ab Annibale accepta insignis. Est & Trebia Celtiberorum ciuitas, quæ pars est Hispaniæ. Inde Trebellicum vinum dicimus.

TREBONIVS, cum Bruto & Cassio tertius coniurauit cõtra Cæsarẽ in Asia, deinde fraude Dolabellæ interfectus crudelissimè fuit, vt narrat Cicero in Philippicis.

TREBVLA, pen.corr. oppidum fuit haud longè ab Vrbe, vt scribit Plinius. Et olim Trebulanis ciuitas data fuit. Hinc cæsei Trebulani dicti sunt. De quibus Martialis lib.13.33.

Trebula nos genuit, commendat gratia duplex,
Siue leui flãma, siue domamur aqua.

Prope Trebulanos fuit & alii populi, nomine Trebani, authore Plinio lib.3. cap.12. vel Trebiani. Suetonius in Tiberio, Iterum eo censente, vt Trebianis legatam in opus noui theatri pecuniam ad munitionẽ viæ transferre concederetur, obtinere non potuit quin &c.

TRECÆ, Trecarũ, vrbs nobilis, & potès in Cãpania Gallicana.

Trecenti, trecentæ, trecenta. A ter, adiectiuum plurale. Proter centeni. Cic.1.de finib.156, Trecentósque eos quos eduxerat Sparta, quũ esset proposita aut fuga turpis, aut gloriosa mors, opposuit hostibus. Plinius libro 6.cap.20.6, Post hanc trecentarum vrbium Syrieni. Plaut.Mil.5.93, Trecentæ possunt causæ concinni. Idem Persa.1.2.6, Trecenus versibus tuas impuritias loqui nemo potest.
Catenæ trecentæ tohibẽt Pirithoum. Horat.3.Car. Ode 4.16.

Trecenties, aduerbium. Catul. in Iulium Cæs.17.3, Ducenties comesset aut trecenties.

Treceni, trecenæ, trecena, penult. prod. quod tamen quidam Triceni scribũt. plu.n.Liu.1.bel.Maced.63, Attalus Trecenos ratum milites in præsidium, Rhodii quadrirremem vnam ex classe, quum ad Tenedum staret, miserunt. Alii legunt Trecentos. Idem.8.ab Vrbe.41, Scribebantur autem quatuor fere legiones quinis millibus peditũ, equitibus in singulas legiones trecenis.

Trechedipna, quidam corruptè apud Iuuenalem pro Rechedipna legunt. Vide Rechedipna.

TRECHVS, Homero Iliados 5, vir Ætolus, bellator egregius, à Marte in bello interemptus.

Tredecies, aduerbiũ. pro Ter decies. Cic.5.Ver.150, Tu ex pecunia publica is tredecies scribam tuum pernullo tuo quum abstulisse fateare, reliquam tibi vllam defensionem putas esse?

Treis, in Accusatiuo plurali pro Tres, Vide Tres.

Tremo, tremis, trémui, trémere, penul.corr. Commoueri, seu agitari significat, A similitudine vocis: quæ tunc quum valde quis commotus est, tremula auditur. Fit autem tremere præcipuè corporum solidorum quum propter frequentem commotionẽ ita agitantur, & concutiuntur, vt stare loco nesciant. Hinc fit vt tremor pro rigore accipiatur: quãquam hoc illo maius sit, præsertim in febribus. Plautus Asin.7.23, Non placet, pro monstro extemplò est, quando qui sudat, tremit. Terentius Eunucho, 2.1.4. -totus Parmeno
Tremo, horreóque, postquã aspexi hanc. Cic.1.de Oratore.158, Huius generis est plenus Næuius: & iocus est familiaris, Sapiens si algebit, tremes. Idem 4.Acad.89, Vt siqui tremerent, exalbescerent, &c.
Motibus insolitis tremuerunt Alpes. Virg.1.Georg.95.
Frondes tremuerunt vento. Ouid.de Nuce,55.
Tellus tremuit longo cum murmure. Ouid.4.Fast.54.
Tremit artus, figuratè, pro Artus tremunt. Virgil.3.Georg.17, Stare loco nescit, micat auribus, & tremit artus. Accusatiuus est pluralis, quasi diceret, tremit membra.
Tremere ossa pauore. Horat.2.Serm. Saty.7.17, Altercãte libidimbus tremis ossa pauore. Synecdoche est.
Et corde & genibus tremit. Horat.1.Carm.ode 11.2.
Animo tremere. Cic.ad Q.frat.lib.1.1.7, Quòd si tibi bellum aliquod magnum & periculosum administrãti prorogatũ imperium viderem, tremerẽ animo, hoc est maximopere timerẽ: tralatione sumpta ab iis qui quum timent, maximè tremunt.
Toto pectore tremere. Cic.4.Tusc.75.
Iræ tremuere. Silius lib.7.117.
Calamo tremente. Marual.libro 1.137, Dum prædam calamo tremente ducit.
¶ Tremere, Timere. Virg.2.Æneid.40, Hic aliud maius miseris, multóque tremendum.

Tremens, Participium. Virg.5.Æneid.87, -sed tarda trementi
Genua labant.
Horrens & tremens. Cic.in Pisonem,80.
Timidus & tremens. Cic.in Pisonem,58.
Bos tremens procumbit humi. Virg.5.Æneid.97.
Frusta animalis trementia, hoc est adhuc palpitantia. Virg.1.Æn.44, Pars in frusta secant, veribúsque trementia figunt.
Genæ trementes. Virg.4.Æneid.119.
Hasta tremens. Virg.1.Æneid.35.
Lingua tremente dictum. Ouid.4.de Ponto,eleg.10.17.
Ore tremente loqui. Ouid.3.de Ponto,eleg.1.21.
Oscula trementia. Lucan.lib.2.13.
Tela trementia. Ouid.12.Metam.10.
Vox tremens. Cic.Q.fratri,lib.3.18.3, Homo vndique actus & quum à me maximè vulneraretur, non tulit, & me trementi voce exulem appellauit.

Tremendus, Propter quod quis tremere debet.
Visúque aditúque tremendus. Stat.10.Thebaid.31.
Nefas tremendum. Valer.1.Argon.41.
Regem tremendum adiit, Plutonem. Virg.4.Georg.94.
Tumultu tremendo ruens Iuppiter. Horat.1.Carm.ode 16.3.

Tremebundus, Adiectiuum, Tremens. Mart.lib.9.97,
Caius à prima tremebundus luce salutat
Tot dominos, at tu Condilo nec dominum. Cic.pro Domo sua.123, Aut si dixit aliquid verbis hæsitantibus, posteaque tremebunda manu tetigit, certè nihil rite, nihil castè, nihil more, institutóque perfecit.
Humus tremebunda nutat. Valer.6.Argon.34.
Membra tremebunda. Ouid.4.Metam.17.
Vox tremebunda. Author ad Heren.li.3.18. Sin erit sermo in iocatione, leniter tremebũda voce cũ parua significatione risus.

Tremebundior, Comparatiuum. Colum.lib.10.38, Candidusessa-

te tremebundior vbere porcæ.

Tremiſco, tremiſcis, tremiſcere, Tremore concuti: interdum etiam timere. Virg. 3. Æneid. 130, Sonitúmque pedum, vocémque tremiſco.

Motu tremiſcere. Ouid. 7. Metam. 130.

Tonitru tremiſcunt ardua terrarum. Virg. 5. Æneid. 139.

Ad omnem ſtrepitum tremiſcens. Ouid. 14. Metam. 43.

Tremefácio, tremefacis, pen. cor. tremefeci, pen. prod. tremefactũ, tremefácere, tremorem incutere. Virg. 2. Æneid. 46,

Tum verò tremefacta nouus per pectora cunctis
Inſinuat pauor. Cic. 1. de Diuin. 34, Aut quum ſe grauido tremefecit corpore tellus. Ex poeta.

Tremefacere aliquem. Virg. 6. Æneid. 161,

Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernâ tremefecerit arcu. Idem 9. Æn. 11,
Annuit, & totum nutu tremefecit Olympum.

Tremefacta libertas, Concuſſa. Cic. 1. Offic. 31, Quamuis enim demerſæ ſint leges alicuius opibus, quàuis tremefacta libertas, emergunt tamen hæc aliquando aut iudiciis tacitis, aut occultis de honore ſuffragiis. Legitur & timefacta.

Quies tremefacta. Stat. 1. Achil. 50.

Pectora tremefacta. Virg. 2. Æneid. 46.

Polus tremefactus nutu. Ouid. 2. Faſt. 98.

Tellus tremefacta. Virg. 10. Æneid. 20.

Tremor, tremôris, pe. prod. m. g. Ipſa commotio. Virg. 2. Geor. 97,

Vnde tremor terris, quà vi maria alta tumeſcant
Obiicibus ruptis. Cic. 4. Tuſc. 30, Ex quo fit, vt pudorem rubor, ſic terrorem pallor, & tremor, & dentium crepitus conſequatur. Idem pro Flacco, 8, Tamen id quod dixit, quanto cum pudore, quo tremore & pallore dixit?

Albus tremor. Perſ. Saty. 3. 11.

Gelidus tremor per oſſa cucurrit. Virg. 2. Æneid. 24.

Horridus tremor. Senec. Troade, 3. 1.

Occultus tremor ſubitæ peſtis. Silius lib. 17. 113.

Subitus tremor. Ouid. 3. Metam. 4, -attonitos ſubitus tremor occupat artus.

Vagus errat per artus tremor. Senec. Herc. Œtæo, 6. 1.

¶ Incidit tremor manibus. Horat. 1. epiſt. 17. 5.

Inuaſit me tremor. Ouid. 14. Metam. 41.

Pertentat corpora tremor. Virg. 3. Georg. 50.

Præpedit oſſa tremor. Ouid. epiſt. 14. 4.

Trémulus, pen. corr. Adiectiuum, Quod valde tremit. Terét. Eun. 23. 44, Incuruus, tremulus, labiis demiſſis. Mart. lib. 9. 51, Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli. Plin. lib. 20. ca. 9. 7, Idcò paralyticis & tremulis dari iubet.

Artus tremuli. Lucret. lib. 3. 2.

Arando tremula. Ouid. 1. de Arte, 16.

Cantus tremulus. Horat. 4. Carm. ode 13. 1,

Et cantu tremulo pota Cupidinem
Lentum ſollicitas.

Cometa tremulus. Cic. 1. de Diuin. 31, Vidiſti, & claro tremulos ardore cometas. Ex poeta.

Dextra tremula. Ouid. 5. Faſt. 102.

Flamma tremula. Cic. 2. de Nat. deor. 159, -pedibúſq; tenetur
Magnu leo tremulam quatiens è corpore flammam. Virgil. 8. eclog. 11.

Fletus tremuli. Propert. lib. 1. eleg. 5. 3.

Frigus tremulum. Cic. in Arato. 8, Tum fixum tremulo quatietur frigore corpus.

Fulgore tremulo micantes oculi. Ouid. 2. de Arte, 145.

Gradu tremulo venit ægra ſenectus. Ouid. 4. Metam. 19.

Guttur tremulum. Cic. 1. de Diuina. 23, Haud modicos tremulo fundens è gutture cantus. Ex poeta.

Horrore tremulo moueri. Ouid. 9. Metam. 70.

Iaculum tremulum. Ouid. epiſt. 4. 9.

Ignes tremuli. Lucret. lib. 4. 81.

Lumen tremulum. Virg. 7. Æn. 2, Splendet tremulo ſub lumine pontus.

Manus tremula. Plin. libro 14. cap. 22. 5, Huic tremulæ manus. Mart. lib. 11. 71, Et caſum tremulæ non timuere manus.

Mare fit tremulum. Ouid. epiſt. 11. 15.

Paſſu tremulo venit hyems horrida. Ouid. 15. Metam. 43.

Riſus tremulus. Lucret. lib. 1. 188.

Vlulatus tremuli. Stat. 5. Syl. 5. 15.

Vox tremula. Claud. 1. in Eutrop. 53. Lucret. lib. 2. 74.

Trepidus, penul. cor. Adiect. Pauidus, metuens, timens. Feſtus, Trepit, vertit: vnde trepido, & trepidatio: quia turbatione mens vertitur. Liuius 2. ab Vrbe, 101, At vero Curia mœſta ac trepida ancipiti metu.

Trepida res, Dubia, & ob hoc timorẽ inducens. Liu. 2. ab Vrbe, 117, Tullius in re trepida duodecim vouit Salios, ſanáq; Pallori, & Pauori. Horat. 3. Carm. ode 2. 2,

Vitámque ſub dio, & trepidis agat In rebus.

Trepidi rerum ſuarum, Incerti. Virg. 11. Æneid. 118,

Illæ intus trepidæ rerum, per cerea caſtra
Diſcurrunt, magniſq; acuunt ſtridoribus iras. Vbi Seruius, Trepidæ rerum, Neſcientes quid agant, ignaræ auxilii. Liu. 6. bel. Maced. 111, Meſſenii ſine reſponſo dimiſſis legatis, mouerant bellum: trepidíque rerum ſuarum, quum iam ager effuſo exercitu paſſim vreretur: caſtráque prope vrbem poni viderent: legatos Chalcidem ad T. Quintium authoré libertatis miſerũt. Virg. 11. Æneid. 117, Exoritur trepidos inter diſcordia ciues.

Admirationis, & metus trepidus. Tacit. lib. 5.

Spe trepidus. Lucan. lib. 7. 60.

Formidine trepidus. Virg. 9. Æneid. 54.

¶ Trepidus, Feſtinus: quod qui timét, feſtinent greſſus. Virg. 5. Æneid. 114,

Hic me, dum trepidi crudelia limina linquunt,
Immemores ſocii vaſto Cyclopis in antro Deſeruere. Vbi Seruius, Trepidi, feſtini: vt per timorem, non per odium relictus fuiſſe videatur. Idem 4. Georg. 15, de apibus, Tum trepidæ inter ſe coeunt, penníſque coruſcant. Idem 3. Æneid. 134,

Nos procul inde fugam trepidi celerare recepto
Supplice, ſic merito. Idem 4. Æneid. 111, At trepida, & coptis immanibus effera Dido.

¶ Trepidæ acies, Vide Acies.

Carina trepida. Luc. li. 8. 119, -rapitur trepida fugiẽte carina. Trepidam vocat propter timorem illorũ qui inſidebant: aut trepidam, id eſt celerem.

Certamen trepidum. Horat. 1. epiſt. 10. 10.

Curſus trepidus. Virg. 4. Æneid. 135.

Trepidi equi. Ouid. epiſt. 15. 42.

Fuga trepida. Ouid. 1. Triſt. eleg. 9. 2.

Manus trepida. Virg. 11. Æneid. 180, Ille manu raptum trepida torquebat in hoſtem, &c.

Mentes trepidæ. Lucan. lib. 1. 104.

Metus trepidus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 1. 11.

Noctes trepidæ. Stat. 9. Thebaid. 115, -quid trepidæ noctes, ſomnúſque minantur?

Nubes trepidæ. Stat. 11. Thebaid. 1.

Os trepidum. Ouid. 5. Metam. 47.

Rotæ trepidæ. Valer. 3. Argonaut. 11.

Terror trepidus. Lucret. lib. 5. 9.

Tumultus trepidus. Virgil. 8. Æneid. 1,

Extemplo turbati animi, ſimul omne tumultu
Coniurat trepido Latium.

Vrbs trepida. Lucan. lib. 3. 75.

Vultus trepidi. Ouid. ad Liuiam, 55.

Trépide, pen. cor. Aduerbiũ, Celeriter, & quaſi per timorem. Liu. 10. ab Vrbe, 51, Nam & ſtatiua trepide deſerta fuerant.

Trepidulus, pen. cor. Adiectiuum diminutiuum. Gell. lib. 2. cap. 19, Pulli trepiduli circunſtrepere. Plaut. Perſa, 14. 3, Trepidula vt graphicè decet.

Trepido, trépidas, pen. cor. trepidare, Metu concuti, timere. Terét. Eunucho, 5. 6. 8, Quid eſt quod trepidas? ſatiſne ſalue? dic mihi. Liu. 1. ab Vrbe, 51, Metius in paludem ſeſe ſtrepitu ſequentium trepidante equo coniecit. Cic. 3. de Orat. 91,

At Romanus homo, tamen, etſi res bene geſta eſt,
Corde ſuo trepidat.

Trepidare & concurſare: Cæſar 5. bel. Gall. 113, Tum demũ Titurius, vti qui nihil antè prouidiſſet, trepidare, & cõcurſare. Terent. Hecy. 3. 1. 35, Trepidari ſentio, curſari ſurſum prorſum.

Metu trepidare. Virg. 6. Æneid. 99.

In dubiis trepidare periclis. Lucret. lib. 5. 119.

Mens trepidat metu. Horat. 1. Carm. ode 19. 1.

Pectus mihi trepidat. Perſius Saty. 3. 9.

Paſſim trepidatur in vrbe. Silius lib. 17. 103.

Vaſtis trepidatur in agris. Silius lib. 4. 6.

¶ Trepidare, Feſtinare. Virg. 4. Æneid. 15, Dum trepidant alæ, ſaltúſque indagine cingunt. Horat. 2. Car. ode 4. 5, Cuius octauum trepidauit ætas Claudere luſtrum.

Greſſus trepidant. Sene. Hippol. 7. 5.

Trépidans, pen. corr. Particip. vt Fuga trepidans. Lucan. lib. 3. 51.

Alis trepidantibus effugit. Ouid. 7. Metam. 77.

Corda trepidantia bello. Virg. 4. Georg. 14.

Linguis trepidantibus violat. Catull. de Berecynth. 58. 6.

Mœnia trepidantia. Silius lib. 2. 26.

Trepidanter, Aduerbium, Timidé. Suet. in Claud. Cæſare, ca. 49, Quod vt ſenſit, trepidanter effatus, &c.

Trepidanter & timide agere. Cæſar 1. bel. Ciuil. 73, Quũ val-

tas Domitii cum oratione non consentiret, atque omnia trepidantius timidiusq; ageret, quàm superioribus diebus cõsuesset.

Trepidatio, Verbale, Ipse trepidãdi actus. Liu. 1. ab Vrbe, 118, Nihil trepidatione opus esse: suo iussu circunduci Albanorũ exercitũ, vt Fidenatium nuda terga inuadat. Ibidem, lib. 2. 100, Pilis inter primam trepidationem abiectis. Cic. pro Deiotaro, 13, Nũ quæ trepidatio num qui tumultus?

Facere trepidationem. Liu. 3. ab Vrbe, 9, Nec opinata etiã res plus trepidationis fecit.

Initiare trepidationem, Vide Initio.

Trepondo/indeclinabile. Quintil. lib. 1. cap. 9, Nam dua & tre & pondo diuersorum generum sunt barbarismi. At duapondo & trepondo vsque ad nostram ætatem ab omnibus dictum est, & rectè dici Messala confirmat.

Tres/& hæc tria, plu. nu. Numerale nomen. Virgil. eclog. 3. 16, Nectæ tribus nodis ternos Amaryllidi colores.

Trium literarũ homo, Id est fur, quòd tres in ea dictione tantùm sint literæ. Plaut. Aulul. 9. 46, -tu trium literarum homo Vituperas me?

Tribus verbis, Id est breuiter. Plaut. Mil. 14. 19, Breuin' an longinquo sermone? M. tribus verbis. Idem Trinum. 13. 118, Pax, te tribus verbis volo. 1. vel trecentis.

Trédecim, pen. cor. indeclinabile nomen numerale.

Tresuiri, tresuirorum, Idem quod triumuiri: de quibus suo loco. Plaut. Amphit. 4. 3, Quid faciam nunc si tresuiri me in carcerẽ compegerint?

Tressis, huius tressis, Trium assium. Persius Sat. 5. 8, -non tressis agaso. Cic. Attico, lib. 5. 108. 8, Mancipia vænibãt Saturnalibus tressis. In antiquis codicibus legitur Tertiis.

TREVERI, siue Tréuiri, pen. corr. Galliæ Belgicæ populi, vetusti sanè, nomenque retinentes, nec pristinæ cedentes famæ: apud quos insignis olim cognoscẽdarum causarum, populi Rom. curia, Treuirorum cognominata. Cuius in Floriano meminit Vopiscus. Sunt autem inter Belgas in confinibus Germaniæ, finitimi Neruiis, Menapiis, Eburonibus, Rhemis, Mediomatricibus id est Metensibus, & Rheno fluuio, vsque in pontem quo Cæsar traiecit exercitum, quæ pars est nunc Colonensis diœcesis. Ferè autem omnes Treuiri Germanica lingua vtuntur, & nisi exercitu coacti imperata non faciebant. Nam ciuitas propter Germaniæ vicinitatẽ, quotidianis exercita bellis, cultu & seueritate nõ multum à Germanis differebat. Cæsar 1. bel. Gal. 316, Et legati ab Heduis & Treuiris veniebant. Singulari numero vsus est Lucanus lib. 1. 88, Tu quoque lætatus conuerti prælia Treuir.

Triambi/ inquit Festus, dicebantur qui terni ex proscenio loquebantur.

Triangulus/triánguli, pen. corr. Figura tres angulos habens, quam Græci τρίγωνον vocant. Cic. 1. de Nat. deor. 187, Grues quũ loca calidiora petentes maria transmittant, triangulũ efficere formam. Idem 1. de Diuin. 133, Quum autẽ in eam ipsam partem orbis venerint, in qua sit ortus eius qui nascatur, aut in eã quæ coniunctum aliquid habeat, aut consentiens, ea triangula illi & quadrata nominent.

Triangulus ager. Colum. lib. 5. cap. 1. 7, Esto ager triangulus pedum quoquouersus trecentorum.

Triangulãris, & hoc triangulãre, pen. prod. Quod trianguli formã refert: vt Triangularis agri forma, apud Columellã, lib. 5. ca. 1. 8.

Triarii/ triariorum, Genus militum, qui quales fuerint olim, lucidissimè explanat Liuius 8. ab Vrbe, 87, his verbis, Postremò in plures ordines acies instruebãtur. ordo sexagenos (siue vt alii legunt, sexenos) milites, duos centuriones, vexillarium vnum habebat. Prima acies hastati erant, manipuli quindecim, distantes inter se modicũ spatium: manipulus leues vicenos milites, aliã turbam scutatorũ habebat. Leues autẽ, qui hastã tantũ gæsáque gererent, vocabãtur. Hæc prima frons in acie, florẽ iuuenum pubescentiũ ad militiã habebat. Robustior inde ætas totidem manipulorũ, quibus principibus est nomen. hos sequebãtur scutati omnes, insignib⁹ maximè armis. hoc triginta manipulorum agmen, antepilanos appellabãt, quia sub signis tã alii quindecim ordines locabãtur, ex quibus ordo vnusquisque tres partes habebat: earũ vnamquãque primum pilũ vocabant: tribus ex vexillis cõstabat: vexillũ centũ octoginta tres (vt alii, sex) homines erant. Primum vexillũ triarios ducebat, veteranũ militem spectatæ virtutis: secundum rorarios minoris roboris ætate fastúsque: tertium accensos, minimæ fiduciæ manum. Eo & in postremã aciẽ reiiciebãtur. Vbi his ordinibus exercitus instructus esset, hastati omniũ primi pugnam ineibant. Si hastati profligare hostẽ non possent, pede presso eos retrocedentes, in interualla ordinũ principes recipiebant. Tũ principũ pugna erat, hastati sequebantur. Triarii sub vexillis considebãt: sinistro cruce porrecto, scuta innixa humeris, hastas subrecta cuspide in terra fixas, haud secus quàm vallo septa inhorreret acies, tenentes. Si apud principes quoq; haud satis prosperè esset pugnatum, à prima acie ad triarios sensim referebãtur. Inde rem ad triarios redisse, quũ laboratur, prouerbio increbuit. Triarii consurgẽtes vbi in interualla ordinũ suorũ principes & hastatos recepissẽt, extẽplo compressis ordinibus velut claudebant vias: vnóq; continente agmine, iam nulla spe pòst relicta, in hostẽ incedebãt. Id erat formidolosissimũ hosti, quũ velut victos insecuti, nouam repentè aciẽ exurgentẽ, auctam numero cernebãt. Hactenꝰ T. Liuius, cuius ex verbis satis arbitror liquere prouerbiũ, Rem ad triarios rediisse, dici, quũ eò periculi res redacta est, vt extremo conatu, summissq; viribus sit enitendũ, & ad suprema cõfugiendum cõsilia: quibus si nihil proficiatur, iam nihil reliquũ esse videatur vnde subsidiũ sperare possis. Item Vegetius de Re militari, li. 1, declarat post omnes acies solere collocari triarios, omni armorum genere instructos, qui genu posito subsidebãt: vt si primã aciẽ vinci cõtigisset, ab iis integrato prælio victoria repararetur. Modestus in libello de vocabulis rei militaris, Sextus, inquit, ordo post omneis à firmissimis & scutatis, & omni genere armorũ munitis, bellatores tenebat, quos antiqui triarios appellabant. Hi vt requieti & integri acrius inuaderẽt hostes, post vltimas acies sedere cõsueuerunt, & siquid in primis ordinibus accidisset, de eorũ viribus reparaturis spes tota pẽdebat. Hauiꝰ Vopiscus in vita Firmi imperatoris, indicat robustissimũ quẽq; militem in triarios allegi solitum, docens eum neruis robustissimis fuisse, hoc argumento, quòd triariã quoque vinceret. Hactenus ex Erasmo. Varro, Triarii dicti sunt, quòd in acie tertio ordine extremis subsidio ponerentur. Plautus, Agite nũc, subsidete omnes quasi solent triarii.

TRIARIVS, triarii, Magnus orator, cuiꝰ meminit Cicero de Cla. Orat. 144, Me quidem admodum delectabat etiam Triarii in illa ætate plena literatæ senectutis oratio, quanta seueritas in vultu, quantum pondus in verbis, quàm nihil non consyderatum exibat ex ore? Tum Brutus Torquati & Triarii mentione cõmotus (vtrunq; enim eorum admodũ dilexerat) Næ ego, inquit (vt omittã cætera quæ sunt innumerabilia) de duobus istis quũ cogito, doleo nihil tuã perpetuã authoritatẽ de pace valuisse. nã nec istos excellẽtes viros, nec multos alios præstãtes cines Resp. perdidisset. Idẽ Att. lib. 4. 86. 2, Scaurũ Triarius reũ fecit.

TRIBALLI, Epiri populi, Dardanis oppositi, & Mœsiæ gentibus, vt scribit Plinius lib. 4. cap. 1.

Tribrachus, tribrachi, pen. corr. m. g. Pes tribus syllabis breuibus constans. à τρῖς, tres: & βραχύς, brevis. vt Dõmĭnŭs.

Tribula, tribulæ, vel tribulum, tribuli, pen. cor. Genus vehiculi, quo frumenta in area teruntur. Virg. 1. Geor. 34, Tribulaq; traheáq;, & iniquo pondere rastri. Varro lib. 1. de Re rust. ca. 51, Spicis in areã excuti grana: quod fit apud alios fumentis iunctis ac tribulo: id fit è tabula lapidibus aut ferro asperata, quo imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, vt discutiat è spica grana. Colum. libro 1. cap. 21. 2, Etsi pauca iuga sunt, adiicere tribulam & traham possis: quæ res vtraque culmos facillimè comminuit. Sic lib. 11. cap. 50. 5.

Tribulariũ, Locus vbi tribulæ recõduntur, vt est apud Columellã.

Tribulo, tribulas, pen. corr. tribulare, Tribula, aut alio quouis instrumẽto cõminuere. Cato de Re rust. ca. 13, Si indideris defrutũ, aut marmor, aut resinã, dies viginti permisceto crebro, tribulatóque quotidie.

Tribulare, Torquere, & angustiis afficere. Verbum factum ab angustia & dolore illorum, qui tribulum ferri calcauerint.

Tribulis/Vide **Tribus**.

Tribulus/tribuli, pe. cor. m. g. Spinæ genus à semine triangulari dictum: vel quòd cuspidatũ trifariã feriat. Ouid 5. Meta. 98, -loliũ, tribuliq; fatigant Triticeas messes. Plin. lib. 18. ca. 17, Nam lolium & tribulos & carduos, lappáſque nõ magis quàm rubos, inter frugum morbos potiũ quàm inter ipsius tertæ pestem numerauerim. Idẽ lib. 11. cap. 15. 6, Aliqua & secũdum spinam habent folium, vt tribulus & ononis. Virg. 1. Georg. 31,

Lappæque, tribuliq;, intérque nitentia culta
Infœlix lolium, & steriles dominantur auenæ.

¶ Tribuli, Machinulæ ferreæ, Vide Murex.

Tribunal, pen. prod. tribunãlis, pen. pro. n. g. Locus excelsus, in quo residebat qui ius tribuꝰ redderet. Cic. ad Q. frat. lib. 1. 1. 37, Nullius inopiam ac solitudinem nũ modò illo populari accessu ac tribunali, sed ne domo quidem & cubiculo esse exclusam.

Tribunal qua forma fuerit, Vitruuius lib. 5. ca. 2, docet de basilica Iulia loquens, quã ipse architectatus erat. in basilicis enim ferè iura reddebantur. In ea basilica ædẽ Augusti fuisse dicit, & in ea tribunal. Verba autem eius hæc sunt, Item tribunal est in ea æde hemicycli schematis, minore curuatura formatum. Eius autem hemicycli in fronte est interuallum pedum quadraginta sex: introrsus curuatura pedum quindecim: vti eos qui apud

magiſtratus ſtarent,negotiantes in baſilica ne impediret.Quibus verbis Vitruuius ſignificat formam illius tribunalis nō ſemicircularem fuiſſe,ſed arcuatam.Non enim iuſti ambitus plenique centri hemicyclium illud fuiſſe:ſed ita modulatum,vt in fronte,id eſt(vt mathematici dicūt) in chorda,ſex & quadraginta pedes introrſus verò,id eſt in linea perpēdiculari,quæ quaſi ſagitta eſt in arcu,quindecim pedes pateret.Si enim iuſtū plenumque hemicyclū fuiſſet:linea hæc perpendicularis trium & viginti pedū eſſet introrſus:quæ media pars eſt diametri. Propterea ſchema vocauit Vitruuius curuatura hemicyclio minore formatum.Ex prædictis apparet magnificum aſpectum tribunalis fuiſſe:nec immeritò maioribus iudicibus aſſignatum.Erat enim tribunal Conſulum,Prætorum,Præfecti vrbis,Proconſulum, & præſidum in prouinciis, & imperatoris in caſtris quod cæſpitium dicebatur. Plin.in Panegyrico,Decora facies Conſulis:multa poſt ſecula tribunal viridi cæſpite extructū: nec faſcium tantum,ſed pilorum ſignorúmque honore circūdatum. Subſellia verò(vt in Ciceronis Diuinationem ait Pedianus)ſunt Tribunorum,Triumuirorū,Quæſtorum,& huiuſmodi minora iudicia exercentium:qui non in ſellis curulibus, nec tribunalibus,ſed in ſubſellis conſidebant.Budæus.

Aurelium tribunal. Cic.Poſt reditū ad Quirites,10, Ego quū homines in tribunali Aurelio palàm conſcribi,&c.

Numarium tribunal.Senec.de Benefic.lib.1.cap.9.

Sublime tribunal.Claud.1.in Eutrop.65.

Turpe tribunal.Ouid.1.Amor.eleg.10.8,

Turpe reos empta miſeros defendere lingua,
Quòd faciat magnas turpe tribunal opes.

¶ Pro tribunali agere.Cicero Appio,lib.3.8.3, Idque pro tribunali quum aliquid ageretur, & nonnullis in conuiuiis intelligi potuiſſe.

Citare de tribunali,Vide Cito.

Complere tribunal. Cic.de Clar. Orat.160, Volo hoc oratori contingat,vt quum auditum ſit eū eſſe dicturum,locus in ſubſelliis occupetur,compleatur tribunal,&c.

Prætor de ſella ac tribunali pronuntiat.Cic.4.Verr.65.

TRIDVNIANVS(ait Suidas)natione Græcus,quum omnis religionis contemptor erat, tum verò in primis à Chriſtiana fide abhorrens.Aſſentator & fraudulentus:vt qui Iuſtiniano principi perſuaſerit mortem eum non oppetiturum eſſe, atque in cælum cum carne aſſumptum iri.Quæſtor Iuſtiniani fuit, tāta vi ingenii prædītus, vt doctrina præſtantiſſimus euaſerit: ac nulli æquo ſuo ſecundus.Cæterum auaritiæ eoſque indulgens, vt lucro vænale ius habendum ſemper duxerit.Nam & leges quotidie fermè ſordida dinundinatione antiquare identidem ferréque inſtituerat,vt cuique commodum eſſet.Hic quum diu poſt honorem adeptum ſuperuixiſſet,morbo tandem interiit, nihil prorſus moleſtiæ à quoquam vnquā paſſus. Erat enim ſermone blandus,& aliàs ſuauis:auaritiæ quoque morbum doctrinæ præſtantia facilè obumbrare poterat. Hæc ad verbū ex Suida.

Tribuno,tribúi,pen.prod.à tribus.Dictus quòd tunc in tres partes diuiſus erat Populus Romanus,& ex ſingulis ſinguli creabantur tribuni. Vel quia tribuum ſuffragio creabantur, inquit Pomponius de Origine iuris.Vel quia(vt Vegetius ait) tribuebant iura militibus.

Appellantur Tribuni à quibus quum eſſet certum auxilium, ita tamen diſceditur.Cic.pro Quintio,15.

Seueri Tribuni,Tacit.lib.2.

Interceſſerunt Tribuni,Vide Intercedo.

Petere auxilium à Tribunis.Cic.pro Quintio,43.

Tribuni etiam vocati ſunt qui Magiſtratum gerebant,vt regum tempore,Tribuni celerum qui centuriis præerant.

Tribunus celerum(inquit Pomponius de Origine iuris,L.Neceſſarium)equitibus præerat,& veluti ſecundum locum à regibus obtinebat:quo in numero fuit Iunius Brutus.

Tribuni militares,ſiue Tribuni militum poſtea facti ſunt in caſtris,qui parem fere cum Cōſulibus haberent poteſtatem, & Imperatori opponebantur pro militibus. Tribunorum militarium,inquit Aſconius,duo ſunt genera.Alii rufuli dicūtur, qui in exercitu creari ſolēt.Alii ſunt comitiati, qui Romæ comitiis deſignantur. Tribuni militaris officium eſt,vt miles veſte indutus,armis bene munitus,exercitationis vſu & diſciplina eruditus incedat. Olim Tribuni militū conſulari poteſtate promiſcuè ex Patribus ac plebe creati ſunt. Tribuni militum,inquit Budæus, fortaſſe dici hodie poſſunt quos *Mareſchalcos* vocamus,aut certè præfecti militum. Pomponius De origine iuris, L. Neceſſarium, Quum poſt aliquot annos plebs contenderet cum Patribus,& vellet ex ſuo quoque corpore Cōſules creare,& Patres recuſarent, factum eſt vt Tribuni militum crearentur partim ex plebe,partim ex Patribus conſulari poteſtate: hique conſtituti ſunt vario numero : interdum enim viginti fuerunt,interdum plures,nonnunquam pauciores. Cic.pro Cluentio,80. Luca.lib.1.36,Et cum Conſulibus turbantes iura Tribuni. Horat.1.Serm.Saty.6.5,Sumere depoſitum clauum, fierique Tribunum.

Tribuni plebis alii fuerūt,qui in ſeceſſione plebis à Patribus creati ſunt anno ferè XVII poſt exactos reges. Pomponius de Origine iuris,1.Neceſſarium,Quum plebs à Patrib° receſſiſſet, anno ferè ſeptimo decimo poſt reges exactos, tribunos ſibi in mōte ſacro creauit,qui eſſent plebei Magiſtratus. Dicti Tribuni quòd olim in tres partes populus diuiſus erat,ex ſingulis ſinguli creabantur,vel quia tribuum ſuffragio creabantur.

Tribunus ple.quem maiores præſidē libertatis,cuſtodémque eſſe voluerunt.Cic.2.de lege Agrar.30.

Superare furioſam vim peſani Tribuni plebis.Cicero pro Domo ſua,44.

Improbus Tribunus plebis.Cic.4.Acad.114.

Tribuni ærarii dicti ſunt, quibus attributa erat pecunia quā militibus redderent. Tribuni ærarii(inquit Budæus)hodie dicuntur,quos generales receptores vocant.Vide Ærarii tribuni.

Tribunitius adiectiuū,Quod ad Tribunos pertinet: vt Tribunitia poteſtas.Salluſt. Nam poſtquā Cn. Pōpeio,& M. Craſſo COSS. Tribunitia poteſtas reſtituta eſt. Cic.3.de Legi.31,De tribunitia poteſtate taceo. Ibidē,31,Tribunitius mucro. Lucan.lib.1.15,

-truncos laceranit Fimbria Craſſos:
Sæua Tribunitio maduerunt robora tabo. Idem lib.3.16,
-Craſſúmque in bellum ſecutæ
Sæua Tribunitiæ vouerunt prælia diræ.

Candidatus Tribunitius.Cic.Q.fratri,lib.1.16.10.

Actio Tribunitia.Cic.1.de Lege agrar.68.

Poteſtas Tribunitia.Cic.2.de Orat.68,Quum Tribunitia poteſtas eſſet conſtituta.

Vir Tribunitius.Cic.13.Phil.368.

Tribunātus,pen.prod.huius tribunātus,tribunatui,maſc,ge.Ipſa Tribunorum dignitas.Cic.de Ami.39,De C.Gracchi autem Tribunatu quid expectem,non libet augurari. Idem 3.de Legib. 33,Vtilia quidem Tribunatus præclare Quinte perſpicis. Idem 2.Offic.107,Pernicioſè enim Philippus in Tribunatu,&c.

Fretus ſanctitate Tribunatus.Cic.pro Seſtio,68.

Auferre Tribunatum.Cic.Q.fratri,lib.1.16.5.

Exutus Tribunatu. Tacit.lib.15,Exuti dehinc Tribunatu Pōpeius,Cornelius Martialis,Flauius nepos,&c.

Inire Tribunatum,Vide Ineo.

Petere Tribunatum ab aliquo.Cic.Q.fratri,lib.1.16.4.

Tribuo/ tribuis,tribui,tribūtum,pen.prod.tribuere,Quaſi tributum dare.vnde ſimpliciter pro dare ponitur & exhibere.Plin. in Paneg.131,Tribuas ei ſucceſſorem.

Alicui tribuere aliquid, pro Imputare & attribuere. Cicero, Sed hoc benevolentiæ eius tribuendum eſt. Lucret.lib.1.194, Principiis ſi iam eſt ſenſus tribuendus eorum,&c.

Alicui tribuere vt,pro Concedere & permittere.Cic.ad Mattium,lib.11.17.11,In reliquis officiis cui tu tribuiſti,excepto Cæſare,præter me,vt domū ventitares,horáſque multas ſæpe ſuauiſſimo ſermone conſumeres?

Tribuere & concedere. Cicero 1.de Orat.15, Tamen huic ipſi multa tribuat & concedat neceſſe eſt.

Alicui tribuere, pro Æſtimare aliquem.Cic.4.Acad.15, Quibus ille ſecundum fratrem plurimum tribuebat.

Alicui tribuere ignauiæ.Ci.ad Cælium,lib.2.15.11,Hoc noſtra laus erit illuſtrior,quòd illi tribuebatur ignauiæ.

¶ Authoritatem tribuere,Vide Author.

¶ Bona tribuere alicui. Ouid.1.de Arte,139,Hæc bona nō primæ tribuit natura iuuentæ.

Fidem ſenſibus tribuere. Cic.1.Acad.60,Senſib° etiam fidem tribuebat,quòd comprehenſio facta ſenſibus, & vera eſſe & fidelis videbatur.

Teſtimonio fidem tribuere.Cic.pro Sylla,7.

Gratiam inuentoribus.Cic.4.de Fin.21,Quod item quū veſtri faciant,non ſatis magnam tribuunt inuentoribus gratiam.

Honorem.Cic.3.de Finib.110,Phyſicæ quoque non ſine cauſa tribuus idem eſt honos. Plin.lib.15.cap.16.2,Magnū iam huic arbori honorem tribuit.

In duas partes vim loquendi tribuere,Id eſt diſtribuere. Cic. 2.de Finib.28,Zenonis eſt inquā hoc Stoici,omnem vim loquēdi,vt iam antè Ariſtoteles, in duas tributam eſſe partes dicere. Idem in Orat.63,Vt in eas tribuatur omnis oratio.

In vulgus tribuere. Cic.ad Serulium,lib.13.71.1,Ego autē tribuo nonnunquam in vulgus,ſed plerunque neceſſariis in hoc tempore.

Laudes tribuere alicui.Propert.lib.3.eleg.14.1.

Misericordiam. Cic. pro Milone, 70, Quid restat, nisi vt orem obtestérque vos Iudices, vt eam misericordiam tribuatis fortissimo viro, quam ipse non imploret?

Nomina deorum tribuere sibi. Ouid. 6. Metam. 18.

Officium alicui. Marcellus Ciceroni, lib. 4. ep. 5, Tu verò vt intelligas homini amicissimo te tribuisse officiū, re tibi præstabo.

Operam Reip. Cic. 2. de Diuin. 11, Nunc quoniam de Republ. consuli cœpti sumus, tribuenda est opera Reipu. vel omnis potius in ea cogitatio & cura ponenda.

Palmam mensarum alicui pisci tribuere. Plin. lib. 31. cap. 6. 1, Peculiariter verò contra lèporis marini venena & ostrea aduersantur. Idē videtur, nec potest videri satis dictū esse de his, quū palma mensarum diu iam tribuatur illis.

Pietatem, sanctitatem, religionem, numini deorum tribuere. Cic. 1. de Nat. deor. 5.

Præmiū tribuere. Cic. pro Cor. Balbo, 30. Prop. lib. 4. ele. 2. 10.

Præmia benevolentiæ. Cæsar 8. bel. Gall. 163, Paucos dies ipse in provincia moratus quum celeriter omnes conventus percurrisset, publicas controversias cognouisset, benemeritis præmia tribuisset.

Precibus alicuius aliquid tribuere. Ouid. 1. de Arte, 139,

Turpe, nisi hoc matris precibus tribuisset Achilles,
Veste virum longa dissimulatus erat.

Primas prato tribuerunt veteres in agricolatione. Colum. lib. 2. cap. 17. 1, Et ideo necessarius ei cultus est etiā prati, cui veteres Romani primas in agricolatione tribuerunt.

Priores partes alicui. Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. ep. 6, Tibi istius generis in scribendo priores partes tribuo quàm mihi.

Silentium orationi alicuius tribuere. Cic. pro Cælio, 11.

Suauiloquentiam alicui. Cic. de Clar. Orat. 19.

Hominū societatē tueri, & suum cuiq; tribuere. Cic. 1. Off. 24.

Tantum cuique tribuendum est, quantum ille quem diligas atque adiuues sustinere possit. Cic. de Amicit. 63.

Tantū tibi tribuo, quantū mihi arrogo. Cic. Sulpitio li. 4. ep. 10.

Tempus alicui rei. Cic. 2. Offic. 5, Cui cum multum adolescens discēdi causa temporis tribuissem, posteaquam honoribus inseruire cœpi, &c.

Triumphalia alicui tribuere, Vide **Triumphus.**

Valetudini aliquid. Cic. 1. Tusc. 195, Sed nunc quidem valetudini tribuamus aliquid.

Veniam. Quinct. lib. 7. cap. 5, An huic delicto pater debuerit ignoscere, & Centūviri tribuere debeant veniam. Plin. epist. 167. e, Primùm vt errori, siquis est error, tribuas veniam.

¶ Tribūtū est, Impersonale. Cic. 1. Offic. 18, Generi animantiū omnium à natura tributum est, vt se, vitam, corpúsque tueatur. Idem 4. de finibus, 18, Primiqi ex omnibus philosophis à natura tributum esse docuerunt, vt hi qui procreati essent, à procreatoribus amarentur. Idem ad Catonem, lib. 15. ep. 11, Cui non sine causa plurimum semper & meo & tuo & Senatus iudicio tributum est. Idem ad Brutum, libr. 13. ep. 4, Vult enim id quod optimo cuique natura tributum est, &c.

Tributūrus, pen. prod. participiū. Ouid. 9. Metam. 81,

-quæ quum iurare pararet
Dona tributuram post hunc se talia nulli, &c.

Tributio, Verbale, Ipse tribuendi actus. Cic. 1. de nat. deorum, 71, Hanc *ἰσονομίαν*, appellat Epicurus, id est æquabilem tributionē.

Tributum, tributi, Vide loco suo.

Tribus, huius tribus, f. g. à tributo dando dicta. Vel quòd ager Romanus primò diuisus in tres partes fuerit, & tres partes populi factæ. Vna Tatiensium, à Tatio Sabinorum rege iam amico post fœdera. Alia Ramnium, siue Ramnēsium à Romulo. Tertia, Luceres à Lucumone. Varro enim scribit Romulum dimicantem contra Titum Tatium, à Lucumonibus, hoc est Tuscis auxilia postulasse. Vnde quidam venit cum exercitu: cui recepto iam Tatio pars vrbis est data. Vnde in vrbe Tuscus dictus est vicus, siue vt aliqui volunt, à Luco, quem asylum vocauerat Romulus. Ergo in tres partes diuisus erat populus, adeò vt qui etiam vni præerat parti, tribunus diceretur: & sumptus dati populo, tributa vocarentur. Sed postea aliæ quoque partes vrbis factæ, quæ similiter tribus appellatæ sunt. nam in sex partes fuit distributa ciuitas: in primos, secundósque Tatienses, Ramnes, Luceres. Quælibet ex tribubus, decem curias cōtinebat, quæ de nominibus Sabinarum appellatæ sunt. Hæc ex Varrone, Festo, Plutarcho, & Asconio. Dissentit paulùm Liuius lib. 1. 56, scribens à Romulo centurias equitū tres fuisse conscriptas, Ramnenses & Tatienses & Luceres. Nec videtur existimare totum populum in hos fuisse distributum, sed solos equites. Ibidem, 191, sic ait, Quadrifariam enim vrbe diuisa regionibus collibúsq;, quæ habitabántur partes, Tribus eas appellauit, vt ego arbitror, ab tributo. nam eius quoque æqualiter ex censu conferendi ab eodē inita ratio est, neque hæ tribus ad centuriarum distributionem numerúmque quicquam pertinuere. Cic. 3. de Legib. 64, Descriptus enim populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet ad suffragium consilii, quàm fusè in tribus conuocatus.

Certa tribus, certus numerus. Cic. pro Corn. Balbo, 11.

In ærarios referri, ac tribu moueri. Cic. pro Cluent. 96.

Tribus Terentina, Volitinia. Cic. pro Plancio, 31.

Tribūlis, huius tribūlis, pen. prod. m. g. Qui ex tribu est. Horat. 1. epist. 15. 5, Vt cum pileolo soleas cōuiua tribulis. Cic. Seruio, lib. 13. 24. 1, Lucio Cossinio amico & tribuli tuo valde familiariter vtor. Terent. Adel. 3. 3. 85,

-éstne hic Hegio Tribulis noster? Cic. ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 1, Ego ex magnis caloribus in Arpinati summa cum amœnitate fluminis me refeci ludorum diebus, Philotimo tribulibus commendatis. Idem Attico, lib. 1. 13. 7, Tribulis enim tuus est, & Sextus pater eius nūmos vobis diuidere solebat. Liuius 1. ab Vrbe, 71, Vetus Claudia tribus, additis postea nouis tribulibus, qui ex eo venirēt agro, appellata. Mart. lib. 9. 51, Nunc anus, & tremulo vix accipienda tribuli.

Qui apud tribules suos plurimum gratia possunt. Cic. de Petit. cons. 11.

Tribulis & vicinus. Cic. pro Rosc. Amer. 16, Quid ad istas inceptias abis, inquies? quasi verò mihi difficile sit quamuis multos nominatim proferre (ne lōgius abeam) vel tribules, vel vicinos meos, qui suos liberos, quos plurimi faciunt, agricolas assiduos esse cupiunt.

Obseruare tribules. Cicero pro Plancio, 35.

Conuiua tribulis. Horat. 1. Epist. 13. 3.

Iudex tribulis. Cicero pro Plancio, 36.

Tribuarius, adiect. Quod ad tribus pertinet: vt Tribuariū crimen, & tribuaria res. Cic. pro Plancio, 37, Itaque hæ sitantem te in hoc sodalitiorum tribuario crimine ad commune ambitus causam contulisti. Ibidem, 19, Quod genus iudiciorū si est æquum nulla in re, nisi hac tribuaria: non intelligo quamobrē Senatus hoc vno in genere tribus edi voluerit ab accusatore, neque eandem editionem transtulerit in cæteras causas.

Tribūtim, pen. prod. aduerb. Per singulas tribus. Liu. 7. ab vrbe, 71, Ab altero Consule nihil memorabile gestum: nisi quòd legem nouo exemplo ad Sutriū in castris tributim de vicesima eorū, qui manumitterentur, tulit. Cic. Attico, lib. 4. 15. 10, Populo tributim domi suæ satisfecerat. Idem pro Murena, 61, Si gladiatoribus vulgò locus tributim, & item prandia si vulgò essent data. Vetus codex legit tributus. Horat. 2. Ser. saty. 1. 14, -atqui Primores populi arripuit, populúmque tributim.

Tributim & cēturiatim descriptis ordinibus. Cic. pro Flac. 11.

Spectacula sunt tributim data. Cic. pro Murena, 65.

Tributum, tributi, pen. prod. à tribubus Varro dictum ostendit, quòd ea pecunia, quæ populo imperata erat, tributim à singulis pro portione census exigebatur. Festus, Tributum dictū, quia ex priuato in publicum tribuitur. Sumi postea hoc vocabulum cœpit largius, pro omni munere quod à subditis soluitur. Vlpianus de Verb. signif. L. Ager, Tributum sanè appellatur ab intributione: vel ex eo quòd militibus tribuatur. Cic. 2. Offic. 109, Danda etiam opera est, ne quod apud maiores nostros sæpe fiebat, propter ærarii tenuitatem, assiduitatémq; bellorum, tributum sit conferendum.

Vectigal & tributum. Cic. pro Flacco, 35, Si Prætor dedit, vt est scriptum, à Quæstore numeravit, Quæstor à mēsa publica, mēsa aut ex vectigali, aut ex tributo.

Vacuus tributo. Tacit. lib. 11.

Confectio tributi. Cic. pro Flacco, 15.

Leuamentum tributi. Tacit. lib. 17.

Immortalia tributa. Tacit. lib. 10.

Nescia tributa. Tacit. lib. 1, Aliis gentibus ignorantia imperii Romani inexperta esse supplicia, nescia tributa, quæ quando exuerint, &c. Hoc est ignorata.

¶ Conferre tributum, Vide **Confero.**

Debere tributum alicui. Claud. 3. Paneg. 56.

Exuere tributa. Tacit. lib. 1.

Ferre tributa alicui. Ouid. de Nuce, 18,

Fœlix secreto quæ nata est arbor in agro,
Et soli domino ferre tributa potest.

Fræna re vrbem tributis. Stat. 4. Syl. 1. 8, Restat Bactra nouis, restat Babylona tributis Frænari.

Lamentabile tributum pendere. Ouid. 8. Metam. 53.

Petere tributa ex omni gente. Ouid. epist. 4. 11.

Insigne tributum poscere. Stat. 1. Syl. 4. 18.

Imperare tributum, Vide **Impero.**

Imponere tributum, Vide **Impono.**

Indicere tributum populo, Vide **Indico.**

Inferre tributum, Vide Infero.

Irrogare tributum, Vide Irrogo.

Tributus, maſculino genere etiã dicitur. Plaut. Epid. 5. 45, His quibus tributus maior penditur.

Tributarius, Adiectiuum, Qui ſoluendo tributo obnoxius eſt. Iuſtinus libro 1, Sed ciuitates quæ Medorum tributariæ fuerant. Plinius libro 12. cap. 1. 4, Et iam ad Morinos vſque peruecta, ad tributarium etiã pertinens ſolum, vt gentes vectigal & pro vmbra pendant.

Tabulæ non commendatitiæ, ſed tributariæ. Cic. 6. Verr. 130.

Trices/tricarum, plur. num. tantum, Capilli pedibus pullorum gallinaceorum inuoluti.

¶ Tricæ, Impedimenta omnia dicuntur, quòd tricæ greſſum pullorũ ſoleant impedire. Plaut. Curcul. 1. 1. 15, Quod argentum, quas tu mihi tricas narras? Idem Perſa, 1. 3. 21, Vt me in tricas conieciſti? Cic. Attico, lib. 10. 197. 14, Cuius quidem virtus mirifica, quomodo illa fert publicam cladem, quomodo domeſticas tricas. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 5. 6, Sic multũ ac diu ludetur, atque ita diu, vt plus biennium in his tricis moretur.

Conicere ſe in tricas, Vide Coniicio.

¶ Tricas, pro Re nihili & vana poſuit Plautus Rud. 3. 35, Eloquere properè celeriter. 2. nummos trecentos. 6. tricas.

Tricas & apinas vulgò res futiles ac nugatorias dicebãt. Martia. lib. 14. 1, Sunt apinæ tricæque, & ſiquid vilius iſtis. Adagiũ ab euentu natum. Nam Tricam & Apinam oppida fuiſſe quondã Apuliæ, demonſtrat Plinius lib. Natura. hiſto. 3. cap. 11, referens Europæ ſinus, Diomedes, inquit, ibi deleuit gẽtes Monadorum, Dardorúmque, & vrbes duas, quæ in prouerbii ludicrum vertêre, Apinam & Tricam. Stephanus oſtendit Tricam vrbẽ fuiſſe Theſſaliæ, ſortitam id nominis à Trica Penei filia. Nonius Marcellus tricas impedimenta & implicationes interpretatur, ἀπὸ τῶν τριχῶν, id eſt à pilis, quib⁹ inuoluuntur pulli gallinacei. vnde dictum ſit extricare & intricare. Lucilius apud eundem tricones appellat, qui nugis homines remorentur. Et Tricinus quæſtus, pro tardo ſeu ſicco. Et Varro tricas Attellanas, nugas impediti ſſimas. Equidem nõ negauerim in voce alluſum ad pilos. Cæterùm ab oppido dictum prouerbium, vero propius eſt. Plinius lib. 8. cap. 48, Oſtẽdit oues laudari ſolitas breuitate cruri, & vẽtris veſtitu: quibus is nudus eſſet, eas apinas appellauit, ceu reiiculas damnatáſque. Hæc in Chiliadibus. Eraſmus. Vetus Plinii exemplar in poſteriore exemplo habet apicas.

Tricor, tricaris, tricari, Simili figura pro nugas agere dicebant veteres. Cicero cum aliàs, tum ad Atticum, lib. 15. 317. 5, Quas literas quum è balineo exiiſſem, accepi, ſeſe de attributione omnia ſumma feciſſe, Valenũ accuſat. Tricatur ſcilicet, vt homo talis. Eidem lib. 14. 317. 4, Publius tecum tricatus eſt.

TRICASTINI, pen. prod. Populi ſunt Galliæ prope Druentiam fluuium. Hinc Tricaſtinus, adiectiuum, vt Fines Tricaſtini. Silius lib. 3. 94, Iamque Tricaſtinis incedit finibus agmen.

Tricẽni/pe. pro. Adiect. plur. nu. à triginta, g litera in c mutata: ſicut pro vigeni, viceni. Plinius lib. 9. cap. 3. 1, Anguillæ quoque in Gange amne tricenos pedes. Ibidem, cap. 56. 1, Latent ſicut murices circa Canis ortum tricenis diebus. Sic Mart. lib. 1. 117.

Tricena menſura. Plinius lib. 5. cap. 14. 1, Arabiam inde læua, Merorum dictam regionem tricena menſura. Vetus exemplar habet triſchœna, vtpote à tribus ſchœnis. Colum. lib. 3. ca. 3. 7, Atſiqui cum ſcientia ſociauerint diligentiam, non vt ego exiſtimo tricenas vel quadragenas certè: ſed vt Græcinus minimum cumputans, Licet, inquit, amphoras vicenas percipient ex ſingulis iugeribus. Horat. 1. Carm. ode 14. 1,

Non ſi tricenis, quotquot eunt dies,
Amice places illachrymabilem Plotona tauris.

Pes tricenus. Author ad Herenn. lib. 3. 116, Interualla locorum mediocria placet eſſe ferè paulò plus, aut minus pedũ tricenũ.

Tricenarius, Adiectiuum: vt Tricenariæ vites. Varro lib. 1. cap. 2. 6, Nónne item in agro Fauentino, à quo ibi tricenariæ appellantur vites, quòd iugerum tricenas amphoras reddat?

Tricenténi, pen. prod. Aliud adiectiuum. Idem quod treceni. Colum. lib. 5. cap. 1. 15, Quoniam ſex latera ſunt, quæ conſummata fiunt duo millia tricenteni & quadraginta.

Tricenties, Aduerbium. Mart. lib. 5. 69,
Dederas Apici bis tricenties ventri,
Sed adhuc ſupererat centies tibi laxum.

Tricẽps/tricipitis, pen. corr. om. gen. Tria capita habens. Cic. in Orat. 90, Quid in verbis iunctis quàm ſcitè inſipientem, non inſapientem iniquum, non inæquum: tricipitem, non tricapitem? Idem 1. Tuſcul. 16, Die quæſo num te illa terrent, triceps apud inferos Cerberus? Ibidem, 2. 38,

Hæc à Tartarea tenebrica abſtractum plaga
Tricipitem eduxit hydra generatum canem. Ex poeta. Ouidius 8. Metam. 39, Túque triceps Hecate.

Triceſimus/penult. corr. Adiectiuum. Cicero 1. Offic. 40, Triceſimo anno poſt, &c. Et in epiſt. quadam, Triceſimo poſt die. Plin. lib. 17. cap. 23. 2, Ante triceſimum ſextum menſem attingi falce vetantur. Horatius 1. Serm. ſaty. 9. 14, -hodie triceſima ſabbatha.

Triceſimo quoque die, Cicero ad Atticum, lib. 6. 111. 7. Item Caſſio lib. 12. 1. 4.

Trichia/trichiæ, Genus piſcis. Plin. lib. 9. cap. 15. 8, Intrantiũ Põtum ſoli non remeant trichiæ.

Trichilum/trichili, pen. corr. Vas eſt habens tria labra, è quo liquor effluí poteſt. De quo & apud Cæſarem in Cõment. belli Pompeiani, & apud Columellam fit mentio, lib. 10. 36, Tum modò dependens trichili, modò more cylindri.

Trichitis/huius trichítis, pen. prod. Aluminis genus, de quo ſic Plinius lib. 35. cap. 15. 13, Concreti aluminis vnum genus ſchiſton appellant Græci, in capillamenta quædã caneſcentia deluſcẽs. Vnde quidam trichitin potius appellauere. Hoc quoque fit ex lapide, ex quo & id chalcitin vocant, vt ſit ſudor quidam eius lapidis in ſpumam coagulati.

Trichomanes/penult. corr. Herba quæ Romanis capillaris dicitur, aliqui pinnulam, alii filiculã, aliqui adianton & hanc vocarunt. A luxuria capillitii nomen adipiſcitur. Plinius libro 22. cap. 21. 22, Duo genera adianti, candidius & nigrum breuiúſque. Id quod maius eſt polytrichon, aliud trichomanes vocant. Vtrique ramuli nigro colore nitent ſulti filicis, ex quibus inferiora aſpera ac fuſca ſunt: omnia autem contrariis pediculis déſa inter ſe ex aduerſo: radix nulla: vmbroſas petras, parietúmque aſpergines, ac fontium maximè ſpecus ſequitur, & ſaxa manantia, quod miremur, quum aquas non ſentiat. Idem tamen aliam eſſe ab adianto ſentit, lib. 27. ca. 13. 5, Trichomanes, inquiẽs, adianto ſimilis eſt, exilius modo, nigriúſqi, foliis lenticulæ denſis, amaris, aduerſis inter ſe. Trichomanes hodie, Ruellio teſte, noſtræ vocant officinæ cum ſuis herbariis, polytrichon.

Trichrus/trichri, Gemmæ nomen, de quo Plinius lib. 37. ca. 10. 40, Trichrũ ex Africa niger eſt: ſed tres ſuccos reddit, à radice nigrum, medio ſanguineum, ſummo candidum.

Tricies/Aduerbium à triginta, pro Trigeties. Liu. 8. bel. Pun. 50, Pecuniæ in ærariũ tulerunt ſeſtertiũm tricies octoginta millia æris. Mart. lib. 1. 143, Ex inſulis, fundiſque tricies ſolidũm. Cic. 3. Verr. 67, His nominibus ſolis Cn. Dolabellæ ii s. ad tricies litem eſſe æſtimatam.

Octies tricies. Plin. lib. 4. ca. 16. 1, Hæc Britãnia abeſt à Geſſoriaco Morinorũ gẽtis litore, proximo traiectu L M. minimũ, circuitu verò patẽre tricies octies centena vigintiquinque millia.

Tricies quater centena quinquaginta. Pun. lib. 2. cap. 108. 1.

Triclinium, triclinii, Conclaue diſcubitorium dici poteſt. Eſt enim locus in quo diſcumbebant & cœnabant præcipuè in cõuiuium acceptis: dictum à tribus lectis, quos ſternebant inter ſe contiguis. nam tres menſas in conuiuio apponere veteres ſolébant, & iacendo cœnare, vt Turcæ hodie faciunt. τρίκλινον enim, tres: κλίνη lectus dicitur. Hinc Horatius 1. Serm. ſaty. 4. 18,

Sæpe tribus lectis videas cœnare quaternos,
E quibus vnus auet quauis aſpergere cunctos,
Præter eũ qui præbet aquam. Iuue. Saty. 5. 1, -ergo duos poſt
Si libuit menſes neglectum adhibere clientem,
Tertia ne vacuo cellaret cubitra lecto,
Vnà ſimus, ait. Cic. ad Atticum, lib. 13. 198. 1, Villa ita completa militibus eſt, vt vix triclinium, vbi cœnaturus ipſe Cæſar eſſet, vacaret.

Sternere triclinium. Cic. pro Murena 1. 68, Rogatus eſt à Maximo vt triclinium ſterneret. Idem 5. Verr. 53, Publicè ſibi conuiuia parari, ſterni triclinia etiam in foro iubebat. Idẽ 6. Ver. 19, Quum eſſent triclinia ſtrata, argentúmque expoſitum in ædibus. Sic Cæſar 8. bel. Gall. 181.

Triclinium & cubiculum. Cic. 1. de Orat. 146. Quando tãdem Galba de triclinio tuo exibis? Quũ tu, inquit, de cubiculo alieno.

Capax triclinium quindecim conuiuarum. Vide Capax.

Lecti triclinioru. Cic. 4. Verr. 131, Iam non quæro vnde c c c c. amphoras mellis habueris, vnde tantã Melitenſem veſtem, vnde quinquaginta tricliniorum lectos.

Tricliniarius, Idem quod triclinium: vel quod ad triclinium pertinet. Varro 1. de Re ruſt. ca. 13. 7, Quo elaborant vt ſpectent ſua æſtiua tricliniaria ad frigus Orientis. Plin. lib. 19. ca. 39. 2, Qua purpura quis nón iam, inquit, tricliniaria facit?

Tricliniãris, & hoc tricliniãre, pen. prod. Quod ad triclinium pertinet: vt Lectus triclinaris. Plinius libro 37. cap. 2. 2, Lectos triclinares tres.

Trico, tricõnis, m. g. Moroſus, & ad ridendũ durus, vt ait Noni⁹. alii exponunt triconem, contentioſum, & litium peramantem.

Iulius Capitolinus in Ælio Vero, Fertur & nocte perpete alea lu
ſiſſe, quum in Syria concepiſſet id vitium, atque in tantum vi-
tiorum Gratianorum & Neronianorum ac Vitellianorum fuiſ-
ſe æmulũ, vt vagaretur nocte per tabernas, ac lupanaria, obte-
cto capite cuculione vulgari viatorio, & commiſceretur cum tri
conibus, & committeret rixas, diſſimulans quis eſſet: ſæpe affli-
ctum liuida facie rediiſſe, & in tabernis agnitum quũ ſeſe ab-
ſconderet.

Tricoccus/tricocci, Genus heliotropii, teſte Plinio, lib.11.cap.
11.6. his verbis, Genera heliotropii duo, Tricoccũ & helioſcopiũ,
&c. Alterũ genus quod tricoccum appellauimus, & alio nomi-
ne ſcorpiuron vocatur, foliis non ſolùm minoribus, ſed etiam
in terram vergentibus. Semen ei eſt effigie ſcorpionis caudæ,
quare ei nomen. Genus meſpili apud Dioſcoridem libro 1. ca-
pite 138, Arbor, inquit, meſpilus eſt, aroniam aliqui appellant,
aculeatam, buxeæ ſpinæ foliis. Pomum fert exigui mali figura
& magnitudine, guſtu amabile, in quo tria oſſicula ſunt, à qui-
bus tricoccus quaſi trigrania dicta eſt, ſerò matureſcens. Eſt &
alterum meſpili genus in Italia naſcens, quod plerique epime-
lida appellant, nonnulli verò ſetanium: arbor eſt malo ſimilis,
foliis tantùm minoribus. fert hæc rotundum pomũ, quod eden
do eſt, latiore vmbilico leniter allringens, & ſerò matureſcens.
Galenus (Ruellio teſte) cõmuni vocabulo tricoccum quaſi trioſ-
ſum aut trigranium ab aliquibus nominatum meminit, quo-
niam tria intus grana ſiue ligna ſeminis loco, fructus cõtineat.

TRICONGIVS, Cognomen Nouelli Mediolanenſis, qui geſtis
honoribus à Prætura ad Cõſulatũ vſque peruenerat. Hic enim
tribus congiis epotis, ſpectante miraculi gratia Tyberio princi-
pe, præclarum cognomen ſibi vendicauit. Plin.lib.14.cap.22.6.

Tricornium/ tricornis: & hic & hæc tricornis & hoc tricorne,
Quod tria cornua habet. Plin.lib.8.cap.21.1, Indicos boues vni-
cornes, tricornéſque.

Tricorpor/ huius tricórporis, pen.cor. Adiectiuũ, Tria habens
corpora. Virgil.6. Æneid.58, -& forma tricorporis vmbræ.
Sibus lib.3.85, Geryonis peteret quũ longa tricorporis arua.

Tricus/trici, Gemma eſt, quæ licet nigra ſit, tres tamen ſuccos
refert: à radice nigrum, à medio ſanguineum, à ſummo candi-
dum. Ita Sipontius. Trichrus vocatur Plinio lib.37.cap.10.40.

Tricuſpis/huius tricúſpidis, pen.corr. Adiect. Tres habens cu-
ſpides. Ouid.1.Metam.67, -poſitóque tricuſpide telo
Mulcet aquas rector pelagi.

Tridens/tridentis, om.g. Quicquid habet tres dentes. Dicitur
etiam Neptuni ſceptrum. Plin.lib.9.cap.15.7, Thynni à guber-
naculis non ſeparantur, ne tridente quidem in eos ſæpius iacto
territi. Virgil.1.Georg.5, -cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percuſſa tridenti.
Sæuus tridens. Virgil.1.Æneid.39.
Sæuit tridenti Nereus. Virgil.2.Æneid.84.

Tridéntifer, pen.corr. Neptunus. Ouid.8.Metam.110, Regna va-
gæ dixi ſortite tridentifer vndæ.

Tridéntiger, pe.corr. Idem. Ouid.11.Metam.41, Cúmque tridenti-
gero tumidi genitore profundi.

Triduum/tridui, Spatium trium dierum. Terẽt. And.1.6.9, Ni-
hil hercle, aut ſi adeõ, bidui, aut tridui eſt hæc ſolicitudo. Plin.
epiſt.62.b, Et qui audire triduo velint, inueniuntur. Cato cap.
65, Si gelicidia erunt, quum oleam coges, triduum aut quatri-
duum poſt oleum facito. Idem lib.8.cap 51.3, Pingueſcũt 1 x.
diebus, ſed magis tridui inedia ante ſaginationem orſa. Idem
lib.4.cap.13.4, Xenophon Lampſacenus, à littore Scytharũ tri-
dui nauigatione inſulam eſſe immẽſæ magnitudinis Baltiam
tradit. Cic.2.de Legib.90, Cotta cenſet habendas triduũ ferias,
& porco fœmina piaculum patri. Idem pro Milone, 19, Clodius
reſpondit, triduo illum, ad ſummum quatriduo periturum.
Continuum triduum, Vide **Continuo**.
In triduo hoc, Vide **In** præpoſitionem.
Non intereſt triduum, Vide **Interest**.

Triennis, & hoc trienne, Trium annorum.

Triennium, triennii, Spatium trium annorũ. Cic.4.Verr.34, Trié-
nium prouinciam obtinuiſti. Idem 4.Acad.7, Inimicorum ca
lumnia triennio tardius, quàm debuerat, triumphauit. Idem
ad Q.fratrem, lib.1.1.11, Præclarum eſt enim ſummo cum im-
perio fuiſſe in Aſia triennium. Idem ad Atticum, lib.6.117.5.
Et ad Caſſium, li.15.16.6, Quare ſi iam biennium aut triẽnium
eſt, quũ virtuti nuntium remiſiſti, delinitus, &c. Ouid.9.Me-
tam.119, Iſmariæ celebrant repetita triennia Bacchæ. Trien-
nia vocat dictione Latina, quæ Græcè alibi trieterica appellat.
Continuum triennium, Vide **Continuo**.

Trens, trientis, m.g. Genus nũmi, tertiam partem aſſis valens.
Iuuenal.Satyra 3.16, Infœlix nec habet quem porrigat ore triẽ-
tem. Cic.ad Atticum, lib.4.84.6, Fœnus ex triente 1d. Quintil.
factum erat beſſibus.
Lex frumentaria de ſemiſſibus & trientibus. Author ad Here.
libro 1.21.

¶ Triens, Menſuræ genus quatuor cyathos continens. Perſius
Saty.3.10, -calidúmque trientem
Excuit è manibus. Proper.lib.3.ele.10.6, Quum fuerit multis
exacta trientibus hora. Mart.lib.8.51, Seruabor dominæ Ruſſe
triente tuo.

¶ Trientes, ſiue quod idem eſt Trientalis materia, apud Vi-
truuium, nomen habent à menſura, quòd aſſeres inſtrumenti
eius, trientali, hoc eſt craſſitudine quatuor vnciarum eſſent, ſi-
ue quatuor pollicum. In menſuris enim vncia pollicem ſigni-
ficat. Ex Budæo.
Trientalia folia, à menſura dicta ſunt, quæ amplitudine triẽ-
tem æquant, hoc eſt pollices quatuor. Plin.lib.17.cap.5.3, Aſple-
num ſunt qui hemionion vocant, foliis trientalibus multis, ra-
dice limoſa.

Triental, trientâlis, pe.pro.n.g. Vaſis genus, tertiam partem ſex-
tarii capiens. Perſius Satyr.3.10, -calidúmque triental
Excuit è manibus. Nonnulli legunt trientem.

Trieres, huius, triẽris, pen.prod.fœm.g. τριήρης, Nauis genus eſt
quæ Latinè triremis dicitur.

Trierarchus, trierarchi, m.g. Præfectus trieris. Cic.3.Verr.35, Qua
de re Caridemum Chium teſtimoniũ priore actione dicere au-
diſtis, ſeſe quum eſſet trierarchus, &c.

Trieteris, pen.prod. huius trieteridis, pen.corr.fœ.ge. Spatium
trium annorum. Statius lib.4.Thebaid.145, Ludus & atra ſa-
crum recolet trieteris Opheſtem. Martialis libro 6.57,
Aſpicis vt paruus, nec adhuc trieteride plena
Regulus, auditum laudet & ipſe patrem. Idem lib.7.95, Sex
mihi de prima deerant trieteride menſes. Cic.3.de Nat.deo-
rum, 80, Quintum Niſo natũ & Thione, à quo trieterides con-
ſtitutæ putantur.

Trietéricus, pen.cor. Adiectiuum, Triennalis. A τρεῖς, & ἔτος annus.
Nox trieterica. Stat.2.Thebaid.133, -nõ hæc trieterica vobis
Nox patrio de more venit.
Orgia trieterica. Virgil.4.Æneid.61.
Sacra trieterica. Ouid.6.Metam.118.
Trieterica appellata ſunt ſacra Bacchi, quæ ei ex India cum
victoria redeunti inſtituta ſunt, tertio quoq; anno celebrari ſo-
lita, annuis eius orgiis ſumptuoſiora. Idem & Seruius affirma
uit, enarrans illud Virgilii lib.4.Æneid.61,
Thyas, vbi audito celebrant Trieterica Baccho
Orgia, nocturnúſque vocat clamore Cithæron.

Trifaux, trifaucis, om.g. Tres fauces habens. Virg.6.Æneid.84,
Cerberus hæc ingens latratu regna trifauci Perſonat.

Trifariam, Aduerbium, tribus modis, ſiue in tres partes. Suet.
in Vitell.cap.13, Sed vel præcipuè luxuriæ, ſæuitiæque deditus,
epulas trifariam ſemper, interdum quadrifariam diſpertiebat.
Liu.5.ab Vrbe, 119, Trifariam Romani muniebant. Ibidem,
lib.3.96, Ita trifariam adortus caſtra circunuenit. Ibidem, lib.1.
132, Ita trifariam re bello bene geſta, de, &c.

Trifer/ trifera, triferum, penult.corr. Quod ter fructus produ-
cit. Plinius lib.16.cap.27, Vites quidem & triferæ ſunt, quas ob
id inſanas dicunt, quoniam in iis alia matureſcunt, alia turgeſ-
cunt, alia florent. Columel.lib.5. cap.10.8, Omnes etiam bife-
ræ & triferæ.

Trifidus, pen.cor. Adiectiuum, Quod tribus partibus finditur.
Cuſpis trifida Neptuni. Claud.1.de raptu Proſerp.37.
Flamma trifida, fulmen. Ouid.1.Metam.65.
Haſta trifida. Valer.1.Argonaut.119.

Trifolium, trifolii, Herba quæ inuenitur confragoſis locis: ef-
ficaciſſima traditur contra viperæ venenum, odoris grauiſſimi,
neque abſimilis bitumini. Et idcirco Græci eam aſphaltion ap-
pellant: noſtri autem propter figuram acutam trifolium vocãt:
non longis & hirſutis foliis viret, caulémque robuſtiorem facit,
quàm pratenſe. Vide Plinium abundè de hoc tractantem, lib.
11.cap.21, Eſt & aliud trifolium, pratenſe, à loco in quo frequẽ-
ter inuenitur, dictum.

Triformis, & hoc triforme, Tres habens formas: vt
Canis triformis Cerberus. Sene.Herc.Œt.20, 9.15.
Diua triformis Hecate. Horat.3.Carm.ode 22.1.

Trifur, trifúris, pen.prod.o.g. Plus quàm fur, vel maximus fur.
Plaut.Aulularia, 20.6, Non fur, ſed trifur.

Trifúrcifer, pen.corr. Plus quàm furcifer, vel maximus fur. Plaut.
Aulul.9.47, Vituperas me? & etiam fur trifurcifer. Idem Rud.
18.17, Tũ trifurcifer mihi audes inclementer dicere?

Trifurcus, Adiectiuum, Quod tres furcas habet. Colum.lib.5.cap.
10.4, Trifurcam maximè ponito, ea extet minimè tribus pedi-
bus. Ibidem, cap.11.3, Legito furculos ad inſitionem craſſi-

tudine digiti minimi: furculi ſint biſurci vel triſurci. Idem de arboribus,ca.10.2,Semina triſurca maximè ponito:ea extent ſupra terram tribus pedibus.

Triga/trigæ,quaſi triaga,à tribus equis iunctis:Currus dicitur, qui à tribus equis trahitur. In digeſt. lib.21, Etſi triga vænierit, retinenda erit rota:& ſi quadriga,adhibeatur.

Trigarium,trigarii,Trigarũ curule certamen.Plin.lib.37.cap.13.5, Ne equos quidem in trigariis inferri vllos vernaculis animaduerto. Apud Martianum quoque Capellam libro 9,qui de Muſica inſcribitur, Trigarium(inquit)ſupplicantis ſemper germanitatis aduenit:hoc eſt,trigemma (inquit)illa mulier, ſiue tres in vnius nominis vocabulo conſpirantes.

Trigarius,trigarii,Trigarum agitator.Plin.lib.28.cap.17.9,Ferũtque & Neronem principẽ hac potione recreari ſolitum, quum ſic quoque ſe trigario approbare vellet.

Trigemini/pen.corr.pluraliter tantum. Plin.de viris illuſt.4. a,Tullus Hoſtilius quia bonam operam aduerſum Sabinos nauauerat,rex creatus, bellum Albanis indixit, quod trigeminorum certamine finiuit.

Duo vel trigemini. Colu.lib.7.ca.6.6,de capella,Parit autẽ ſi eſt generoſa proles, frequenter duos, nõnunquam trigeminos.

Trigemini,aut gemini. Colum.lib.1.ca.1.3, Nam & hominis tum demum declaratur ſterile ſenũ, non quum deſinit mulier trigeminos aut geminos párere:ſed quum omnino nullum cõceptũ edere valet.Trigeminos vocat,quũ tres vno partu edũtur.

Trigemina porta dicebatur Romæ, per quam trigemini fratres Horatii exierunt:ſed tertius qui ſuperſtes fuit, porta Capena rediit.Liuius, Minutius extra portam trigeminam boue aurato donatus eſt. Plaut.Capt.3.21, Vel extra portam ire trigeminam ad ſæculum licet.

Trigemmis/huius trigemmis,m.g.quid ſignificet, Columella lib.3.cap.19.1, declarat his verbis,Vallis (inquit)& vliginoſi cãpi ſitu ſerimus etiam trigemmem(ſcilicet malleolũ)qui eſt paulò minor dodrante,longior vtique ſemipede.iſque nõ ab eo trigemmis dictus eſt, quòd omnino trium oculorum eſt,quum ferè circa plagam,qua matri abſciſſus eſt,plenus ſit gemmarum: ſed quòd his exceptis,quibus eſt frequẽs in ipſo capite,tres deinceps articulos,totidémque gemmas habet. Plin. lib.17.cap. 21.5,idem quum deciſi,nec intorti trigemmes.

Trigeſimus/pen.corr.Adiect.Cic.de Senect.17,Cuius à morte iam tertius & trigeſimus eſt annus.

Triginta/indeclinabile nomen numerale. Virgil.3.Æne.78, -inuenta ſub ilicibus ſus
Triginta capitum fœtus enixa iacebit.

Trigla/Gen'piſcis,qui à noſtris mullus dicitur & barbio. Hinc Triglites,triglitis,pe.prod. Lapillus qui mulli piſcis colorẽ habet. Plin.lib.37.cap.11.1,de gemmis loquens,Ab animalibus cognominantur carcinias marini cancri colore,echites viperæ,ſcorpites ſcorpionis: aut colore aut effigie,ſcarites ſcari piſcis, triglites mulli.

Trigon,trigõnis,Pilæ genus.Martial.lib.12.79, Captabit tepidũ dextra,læuáque trigonem. Idem lib.4.19,Seu lentum ceroma teris,tepidúmve trigona.Vide Pila trigonalis,in **Pila**.

Trigonia,trigoniæ,Ætas tertia.

Trigonus,trigóni,pen.prod.m.g.Triangulus,triangularis.

Trigonalis & hoc trigonale,pe.prod. Forma tribus lineis cõſtans. De pila trigonali eſt epigramma Martialis,li.14.51.Vide **Pila**.

Trilibris,& hoc trilibre,penul.prod. quod eſt trium librarum. Horat.2.Serm.ſaty.2.7, -laudas inſane trilibrem Mullum.

Trilinguis & hoc trilingue, Qui tres linguas habet,vel qui vnum dicit,& aliud cogitat.

Os trilingue.Horat.2.Carm.ode 19.7. Idem 3.Carm.ode 11. 4.De Cerbero.

Trilix,trilicis, pen.prod. natura adiectiuum eſt omnis generis: Trilices veſtes,quæ ex tribus liciis verſicoloribus conſtant. Interdum pro triplici ponitur.Virgil.3.Æneid.94,Loricam conſertam hamis,auróque trilicem. Idem 5.Æneid.31,Læuibus huic hamis conſertam, auróque trilicem Loricam,&c. Valer.3. Argon.40,Per clypei cædentis opus,partémque trilicem.

Trimacrus,Pes conſtans ex tribus longis:vt Virtuti.

Trimatus,Vide **Trimus**.

Trimeſtris & hoc trimeſtre, Quod eſt trium menſium . Plin. lib.7.cap.15.3, Et hoc tale, tantúmque omnibus tricenis diebus malum in muliere exiſtit,& trimeſtri ſpatio largius. Idem lib. 10.cap.15.Trimeſtres aues,vt turdi.

Trimeſtres anni apud Arcades.Plin.lib.7.cap.48.3.

Trimetrum,trimetri,pe.corr.Carmẽ tribus pedibus cõſtans. Vide Aldi grammatica copioſè de hoc tractantia. Horatius de Arte,53, -hic & in Acci
Nobilibus trimetris apparet rarus,& Enni. De ſpondeo loquitur in carminibus Iambicis.

Trimodium,trimodii,Quod tres modios continet.Plin.lib.33. ca.1.15, Neque enim aliter potuiſſent trimodia illa annulorum Carthaginem ab Annibale mitti. Plaut.Menæch.2.14,
Nunc argumentum vobis demenſum dabo,
Non modio,neque trimodio,verùm ipſo horreo.

Trimodia,trimodiæ, Nomen eſt vaſis à menſura trium modiorum: quam ſatoriam Columella vocat, quoniam ex ea ſatores ſemina iaciunt in ſatione ſeminũ.Sic lib.2.cap.9.7,inquit,Nonnulli pelle hyænæ ſatoriam trimodiam veſtiunt,atque ita ex ea quum paulum immorata ſunt,ſemina iaciunt:non dubitantes prouentura quæ ſic ſata ſint. Idem lib.12.cap.50.6.de apparatu oliuitatis,Tum ſcalæ,cordubæ,decemmodiæ, trimodiæ ſatoriæ,quibus diſtricta bacca ſuſcipitur.

Trimus,Adiect.Quod eſt trium annorũ.Plaut.Rud.18.36,Trima quæ periit mihi, iam tanta eſſet,ſi viuit,ſcio. Plin.lib.17. cap.11.8,Arborem nec minorem bima, nec maiorẽ trima tranſferri quidam præcipiunt. Varro 1.de Re ruſt. cap.7.2, Videndum ne ſint minores trimæ,maiores decem annorum.

Equa trima.Horat.3.Carm.ode 11.2,
Quæ velut latis equa trima campis,
Ludit exultim,metuitque tangi.

Trimulus,pe.cor. Adiect.Diminutiuum.Suet.in Auguſto,cap.8, Trimulus patrem amiſit. Sic quidam legunt,alii verò, Quadrimus patrem amiſit.

Trimãtus, huius trimátus, pen.prod. Ipſa trium annorum ætas. Colum.lib.8.ca.5.18,Summouebimus autem veteres, id eſt quæ trimatum exceſſerunt. Plin.lib.8.cap.43.2, Partus à xxx méſe octáſſimus,ſed à trimatu legitimus.

TRINACRIA,Inſula quæ & Sicilia,Sicania,& Triquetra appellatur. à tribus promontoriis dicta eſt Trinacria,Pachyno ſcilicet,Lilybæo,& Peloro:& ἄκρα ſummitas.Hinc

Trinacris,pe.corr.Patrony.pro adiectiuo apud Ouidiũ 4.Faſt.84,
Terra tribus ſcopulis vaſtum procurrit in æquor,
Trinacris,à poſitu nomen adepta loci. Idem 5.Metam.70,
Vaſta Giganteis iniecta eſt inſula membris Trinacris.
Hybla Trinacris.Ouid.5.Triſt.eleg.14.5.

Trinacrius,Adiectiuũ, Siculus.vt Aqua Trinacria.Ouid.epi.12.26.
Iuuenes Trinacrii.Virg.5.Æneid.60.
Littus Trinacrium.Virg.1.Æneid.40.
Viri Trinacrii.Virg.5.Æneid.106.

Trinepos,pen.cor.trinepõtis,pen.prod.m.g.Abnepotis filius: quòd ſit poſt tres à nepote.

TRINOANTES, Britanniæ inſulæ populi Orientales, penes Iameſam æſtuarium, vt author eſt Ptolemæus lib.2.cap.3.Trinobates Cæſar appellat.

Trinoctium, trinoctii,Tres noctes. Gellius lib.3.cap.2,Non enim poſſe impleri trinoctiũ,quod abeſſe à viro vſurpandi cauſa ex xii. tabulis deberet.

Trinoctiãlis,& hoc trinoctiãle,pen.prod.Martialis lib.12.74, -ſed ipſe diuũm
Offenſus genitor,trinoctiali
Affecit domicœnio clientem.

Trinodis,& hoc trinõde,pen.prod.Adiectiuum,Trium nodorum: vt Claua trinodis. Ouid. epiſt.4.13, Oſſa mei fratris clauæ perfracta trinodi. Idem 1.Faſt.115.

Trinus,Adiectiuum,Idem quod tres ſignificat.Plaut.Bacch.5. 40,Etiámne eſt quid porrò c.hem accipe, trina hæc nunc erit. Cæſar 7.bel.Gall.186, Milites ſigno dato celeriter ad munitionẽ peruenerunt,eáſque tranſgreſſi,trinis caſtris potiuntur.

Forum trinum.Stat.4.Sylu.9.3,
Nec ſaltem tua dicta continentem,
Quæ trino iuuenis foro tonabas.

¶ Trini,pro Terni.Sueton.in Nerone,cap.56,Detecta conſeſtim coniuratione,pro ſummo numine, triniſque in die ſacrificiis colere perſeuerauit. Id eſt quotidie tribus. Plin.lib.2.ca. 31, Trinos ſoles antiqui ſæpius vidêre. Id eſt tres ſimul. Quod quaſi exponens ipſe, paulo pòſt ſic ait, Plures ſimul quàm tres viſi ad hoc ætatis nunquam produntur. Ibidem, Lunæ quoque trinæ apparuere.

Reddere trinas literas.Cic.Attico,lib.11.115.1.
Nulla trinis æſtiuis gratulatio.Cic.in Piſonem,77.

Trinũndinum,pen.corr.ſiue trinumnundinũ dicebatur dies tertiarum nundinarum, qui prædici antea ſolebat, vt notior eſſet vniuerſis.Idem enim eſt dicere,Trinundino,& tertiis nundinis, & in trinundinum,hoc eſt in tertias nundinas.Sunt qui putent trinundinum eſſe trium dierum ſpatium ad habenda comitia, creandorum Magiſtratuum cauſa: Sed Feſtus ſcribit nefas eſſe nundinis agi cum populo, quod eſt populum ad concilium aut comitia vocare. Alii non pro trium dierum ſpatio, ſed pro loco

accipiũt,quòd tribus in locis vno die fierent comitia: aut tribus diebus vno in loco celebrarẽtur,vt vult Valla lib.2.Liu.3.ab Vrbe,144, Postquam verò comitia decemviris creandis in trinũdinum indicta sunt.Alii legunt,in trinum nundinum. Cicero pro Domo sua,33, Si quod in cæteris legibus trinundinũ esse oporteat,id in adoptione satis est triũ esse horarũ. Quintil.lib. 2.cap.4.16,Siue non trino sorte nundino promulgata,siue non idoneo die.

Petere trinum nundinum.Tullius Tironi lib.16.11.6.

Promulgatio trinundinûm.Cic.5.Philipp.169.

Trioboluм/triboli.pen.corr.Tres obolos valet.Alio nomine hemidrachmium dicitur.Senos enim obolos drachma efficit, vt authores sunt Plinius & Pollux, & alii. Trioboli nota ab altera parte effigiem Iouis,ab altera noctuam habebat:quam illi glaucen appellant. Ex quo factum putat prouerbium Budæus,Noctuam Athenas. Plautus Bacchid.5.26, Negare sese debere tibi triobolum.

Abiudicare ab suo triobolum.Plaut.Rud.23.99,Nunquã hercle hodie abiudicabit ab suo triobolum.

Trioboli homo,Nequam & nullius pretii. Plaut.Pœn.4.158, Non ego homo trioboli sum,nisi ego illi mastigix Exturbo oculos atque dentes.Trioboli homine vocat, vt nauci hominem antiqui dixerunt,& frugi. Idem alio in loco,Aruspex non homo trioboli.Dicuntur & diobolares homines.

Triobolâris & hoc triobolâre,pen.prod.Id est vilis,& pretii trium obolorum.

TRIOCLA,Siciliæ vrbs,Ptolemæo lib.3.cap.4.hodie *Triochala*.

Trioneѕ/penult.prod.quasi teriones, boues aratorii,Dicti sunt antiquis.Vnde septem stellas, Septentriones nostri veteres à bobus iunctis appellarunt,ex quibus figurantur.Martial.lib.6.58, Cernere Parrhasios dum te iuuat Aule triones.

Comminus & Scythici syderа ferre poli. Cic.1.de Nat.deor. 151,Altera dicitur esse Helice -

Cuius quidem clarissimas stellas,toris nostris cernimus, Quas nostri septem soliti vocitare triones.

Gelidi.Ouid.1.Metamorp.35.

Inoccidui.Claud.de Gigantomachia,3.

Gemini.Virgil.1.Æneid.150.

Pigri.Claud.6.Paneg.41.

Scythici.Claud.7.Paneg.95.

Triophthalmus/triophthalmi,m.ge.Lapillus triũ oculorum effigiem præ se ferens,authore Plinio,lib.37.cap.11.1.

Triorcheѕ, triorchis,m.g. Auis est ex accipitrum genere, à testiũ numero dicta Latinis buteo.Plin.lib.10.cap.8.1.

Triorches item. Tertium centaurii genus Plinio libro 15.cap. 6.6.de quo tamen hæc Ruellius refert, Tertiam adiecit Plinius centaurim cognomine triorchẽ, quoniam qui eruunt,vt Theophrasto placet, iubentur buteonem accipitrum generis auẽ cauêre,quando non rarò vulnerantur ab alite,qui legunt. addũt, defendi eam in pugnarique carpentes à triorche, id est triplici teste prædito buteone,à quo & nomen accepit.Hæc succũ sanguineum mittit.Subdidit Plinius imperitos hæc omnia confundere,& vni generi assignare.Porrò hæc Theophrasti scripta, de tertia quadam centaurii specie,quam triorchon Plinius cognominauit,velut ab iis duabus discrepãte,nõ possunt audiri: quãdoquidem Galenus,Paulus, exterique omnes Græci hoc maioris tantum & minoris discrimine sunt contenti.Nec hoc vnum quod ad superstitionem solam pertinet, Plinii mouere debuit, vt cognomento triorchis nouum genus effingeret. Nec Theophrasti verba de alio quàm de maiore,tenuive faciunt mentionem.Qui eam(inquit)secat,rarum est vt sine vulnere discedat: impetitur enim à buteone, qui Græcis triorchis à testiculorum ternione nuncupatur. Quod maximè Plinium suasit,vt secretum ei genus assignaret,id existimo fuisse, quòd sanguineũ succum profunderet:sed hoc authore Galeno,Dioscoride velut peculiare centauno maiori tribuitur, cuius radix rubro turget liquore. Nec itaque hæc colligendi superstitio, nec manatio rubenti succi,nos satis compellunt,vt tertiam adscribamus ei speciem.Nec apud Theophrastum vsquã sibi triorchis cognomentum offenderis vsurpasse.Discrepit has notas Plinius &varijs assignauit generibus. Hæc Ruellius lib.3.cap.7.

Triparcuѕ,Adiectiuum,Valde parcus.Plaut.Persa,7.14, Nã iddemũ lepidũ est,triparcos homines,vetulos,auidos,aridos Bene admordere.

Tripartituѕ,penult.prod.Adiect. siue tripertitus,Quod in tres partes diuisum est.Cic.1.de Inuẽt.11, Oratoris ars,& facultas in hac materia tripartita versari existimanda est.

Tripartita bonorum ratio.Cic.1.Acad.32. Et 5.Verr.10, Tripartita causa.

Tripartita oratio.Cic.ad Quirites post reditũ,13,Cuius oratio fuit,quemadmodum accepi,tripertita.Primum vos docuit,&c.

Tripartito,siue tripertito,pen.prod.Aduerb.In tres partes.Liu.4. ab Vrbe,254,Tres Tribuni,postquam nullo loco castra Volscorũ esse,nec commissuros se prælio apparuit:tripartitò ad deuastandos fines discessere. Cic.5.Tuscul.57. At diffidat necesse est, qui bona diuidit tripartitò. Liu.1.bel.Pun.15,Annibal infesto exercitu ingressus fines,peruastatis passim agris,vrbem tripartito aggreditur.

Tripatinum, tripatini,pen.corr.quid sit, declarat Plinius his verbis,lib.35.cap.12.11,Atque vt luxu authoritas quoque aliqua commigat figlinis, Tripatinum, inquit Fenestella,appellabatur summa cœnarum lautitia.Vna erat murenarum,altera luporũ, tertia myxonis piscis,inclinatis iam scilicet moribus, vt tamen eos præferre Græciæ etiam philosophis possimus.

Tripectuѕ,tripectoris,pen.cor.Triplex pectus,vt Tripectus vel tripectora Geryonæ. Lucre.li.5.6, Quidve tripectora tergemini vis Geryonai fingunt poetæ Geryonem fuisse tricorporem.

Tripeo,tripedis,pen.corr.m.g,Quod tres pedes habet.Martial. lib.12.28,Ibat tripes grabatus,& bipes mensa. Liu.10. bel.Mac. 5,Simul procuratũ est,quòd tripedem mulum Reate natum nũtiatum erat.

Mensa tripes.Horat.1.Serm.sat7.3.3.

Tripedâlis,& hoc tripedâle, pen. prod.à Tripes, Quod tres pedes longitudinis habet.Plin.lib.17.cap.11.1,Medion tolua habet tridis satiuæ,caulem tripedalem.

Tripedalis latitudo.Varro 3.de Re rust.cap.9.5.

Tripedalis parma.Liu.8.bel.Maced.94,Hic miles tripedalem parmam habet,& in dextra hastas quibus eminus vtitur.

Tripedaneus,Adiect.Idem.Cato cap.45,Tales oleaginas, quas in scrobe satur' eris,tripedaneas decidito. Pli.lib.17.ca.11.3,Myagros herba ferulacea est,foliis silis rubix,tripedanea. Colu. lib.2.cap.1,Sulcis in altitudinem tripedaneam depressis.

Triplex,triplicis,pen.corr.o.g.Quod est trium plicarũ. Horat. 1.Carm.ode 3.1,Illi robur,& æs triplex Circa pectus erat.

Triplex.pro Tribus aliquando ponitur.Plaut.Pseud.16.9, Nũc in metu sum maximo,triplici modo. Cic.1.Acad.18,Fuit ergo iam accepta à Platone philosophandi ratio triplex.

Anima triplex. Cic.1.Tusc.33,Plato triplicem finxit animam, cuius principatum, id est rationẽ, in capite sicut in arce posuit, & duas partes separare voluit,iram & cupiditatẽ,quas locis suis disclusit: iram in pectore,cupiditatẽ subter præcordia locauit.

Colore triplici diuersa licia.Virg.8.eclog.15.

Dex triplices,Parcæ.Ouid.2.Metam.131.

Forma triplex.Ouid.9.Meta.37, -nec me pastoris Iberi
Forma triplex: nec forma triplex tua Cerbere mouit.

Remittere triplices literas.Cic.Attico,lib.13.266.1.

Muro triplici circundata mœnia.Virg.6.Æneid.110.

Natura triplex animi.Lucret.lib.3.48.

Pugna triplex,Quæ ter facta est.Mart.lib.5.66,
Reddatur si pugna triplex pastoris Iberi,
Est tibi qui possit vincere Geryonem.

Triumphus triplex.Virg.8.Æneid.145,
At Cæsar triplici inuectus Romana triumpho
Mœnia,diis Italis votum immortale sacrabat.

¶Triplex,pro quodam tabellæ genere,in quo scribi epistolæ solebant.Mart.lib.14.6,
Tunc triplices nostros non vilia dona putabis,
Quum se venturam scribet amica tibi.

Triplus,Adiectiuum,Idem quod triplex.Ci.de Vniuers.19,Vnam principio partem detraxit ex toto, secũdam autem primæ partis duplam: deinde tertiam quæ esset secundæ sesquialtera,primæ tripla: deinde quartam quæ secundæ dupla esset: quintam inde quæ tertiæ tripla. Et paulo post,30,Tripla interualla.

Triplico,triplicas,pen.corr.triplicare.Plin.lib.7.cap.48.1, Cornici nouem nostras attribuit ætates Hesiodus,quadruplum eius cornis,id triplicatum cornis.

Tripoda,Vide **Tripus**.

TRIPOLIS, pen.corr.Phœniciæ locus, ex numero dicitur trium vrbium,Tyro scilicet,Sidone, atque Arado,vt testantur Strabo, Plinius,& Pomponius Mela lib.1,in descriptione Phœniciæ. Hinc Tripolitana regio dicta est. Sunt autem duæ hoc nomine, Africana scilicet, & Syriaca in Phœnice. Oppida tripolis Africanæ sunt,Abrotonum,Tophia,& Leptis magna.

Tripolium, tripolii, Herba quæ aliàs polio,vt Plinius vult,dicitur, Nascitur in maritimis vbi allidit vnda, iterúmque retro commeat,neque in mari,neque in sicco planè. Folia satis habet arida,sed crassiora,caulem palmo altum,in mucrone diuisum.Huius flores tradunt ter in die mutari,cãdidos mane,purpureos meridie,puniceos sole occidente conspici, radice alba,odorata,calidi gustus.Ruellius.

Tripondium, tripondii, Pondus trium assium.

TRIPONTIVM, Vmbriæ oppidum, sic dictum, quòd treis habeat pontes.

TRIPTOLEMVS, pen.corr. Celei filius, teste Seruio, aratri inuentor, & agriculturæ. Eleusin (inquit) ciuitas est Atticæ prouinciæ, non longè ab Athenis, in qua quum regnaret Celeus, & Ceremem filiam quærentem liberalissimè hospitio suscepisset, illa pro remuneratione ostendit ei omne genus agriculturæ: filiũ etiam eius Triptolemum recèns natum per noctem igne fouit, per diẽ diuino lacte nutriuit: & eum alatis serpentibus superpositũ, per totum orbem misit, ad vsum frumentorum hominibus indicãdum. Hactenus Seruius. Author ad Heren. lib. 4. 147, Si Triptolemus quum omnibus semẽ largiretur, ipse ab aliis hominibus id mutuaretur. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 1, Nunc ego Triptolemi cuperem conscendere currus.

Ætherens Triptolemus. Stat. 4. Sylu. 2. 8.

Triptotum, pen. prod. nomen dicitur quod tribus dũtaxat casibus declinatur, vt Scamnum.

Tripudium, tripudii, Quasi terripauium: sic enim primò dictum est, post terripudium, deinde tripudium est dictum: à pauio, ferio. Vnde tripudia solistima dicebantur auguria quæ fiebant quoties offa quæ pullis dabatur, aliquo modo cadebat in solum. ita enim à solo solistimum, vt à medio mediastimum dicitur. Cic. 2. de Diuinat. 111, Quum igitur offa ex ore pulli cecidisset, tum auspicanti tripudium solistimum nuntiabatur. Idem 1. de Diuinat. 53, Quod autem scriptum habetis, aut tripudiũ fieri si ex eo quid in solidum ceciderit, hoc quoque quo dixi coactum tripudium solistimum dicitur. Liu. 10. ab Vrbe, 199, Nam quum pulli non pascerẽtur, pullarius auspicium mentiri ausus, tripudium solistimum Consuli nuntiauit. Sic Cicero ad Cecinam, lib. 6. 6. 16.

¶ Tripudium, pro Saltatione. Liu. 1. ab Vrbe, 83, Ac per vrbem ire canentes carmina cum tripudiis, solennique saltatu iussit.

Citatis celerare tripudiis. Catull. de Berecynth. 58. 6.

Tripudio, tripudias, tripudiare, Saltare. Cic. pro Sestio, 77, Sed illum tot iam in funeribus Reip. exultantem ac tripudiantem, legum, si posset, laqueis constringeret. Liu. 3. bel. Pun. 121, Erumpunt igitur agmine è castris tripudiantes more suo.

Tripus, tripodis, pen. corr. m. g. vel tripoda, tripodæ, Dicitur omne quod habet tres pedes. Tripodes erant mensæ in templo Apollinis Delphici, quibus superpositæ Phœbades vaticinabantur, vt ait Seruius. Plin. lib. 34. ca. 3. 4, Ex ære factauere & cortinas tripodum nomine Delphicas, quoniam donis maximè Apollinis Delphici dicabantur. Cic. 3. de Nat. deorum, 55, Ex eo igitur & Lisyrio est is Hercules quem concertauisse cum Apolline de tripode accepimus.

Sacri tripodes. Virgil. 5. Æneid. 11.

Tripodibus Græci donabant viros fortes: quia non facilè succumbant. Virgil. 9. Æneid. 54, Et tripodas geminos auri duo magna talenta. Horat. lib. 4. Carm. ode 8. 1,

Donarem tripodas præmia fortium Graiorum.

Triquetra, triquetræ, vel Triquetrum, triquetri, pe. cor. Figura triãgularis, quæ est huiusmodi, Δ. Plin. lib. 2. ca. 15. 1, Postea radiorum eius contactu teguntur, & in triquetro à paribus centum viginti stationes matutinas faciunt. Lucret. lib. 4. 131, Esse triquetra aliis, aliis quadrata necesse est.

Triquetrus, pen. cor. Adiectiuum, Quod trianguli formam habet. Cæsar 5. bel. Gall. 50, Insula natura triquetra: cuius vnũ latus est contra Galliam. Columella lib. 5. cap. 1. 1, Omnis ager aut quadratus, aut longus, aut cuneatus, aut triquetrus.

Prædia triquetra. Horat 2. Serm. satyr. 6. 11. Id est Sicula: quòd in tres partes, id est promõtoria deducta sit, vel quadras, inquit Porphyrio.

Triremis, huius triremis, pen. prod. fœ. g. Nauis tres remorum ordines habens. Liu. 1. bel. Pun. 81, Quinquaginta quinqueremes, quadriremes duæ, triremes quinque. Cæsar 2. bel. Ciuil. 99, Appulsáque ad proximum litus trireme constrata, & in littore relicta, pedibus Adrumetum profugerat. Cice. 7. Verr. 35, Nauem verò Cybeam maximam, triremis instar pulcherrimã, atque ornatissimam.

Ærata triremis. Horat. 3. Carm. ode 1. 8.

Bellatrix triremis. Claud. 4. Paneg. 27.

Validæ triremes. Lucan. lib. 3. 106.

Tris, pro tres in accusatiuo, legimus apud antiquos. Ci. 4. Acad. 149, Testatur sæpe Chrysippus tris solas esse sententias, quæ defendi possint de finibus. Virgil. 1. Æneid. 13, Tris notus abreptas in saxa latentia torquet. Quorum autem nominum genitiuus pluralis ante VM syllabam, i literã habuerit, Accusatiuũ, inquit Pristianus per i s loquimur, vt refert Charisius. quanquã nostra ætate passim ab eruditis receptũ est, nec minus quorundam maiorum, vt huiusmodi Accusatini per n diphthongum scriberentur. quum tamen Velii Longi sententia sit, vt per i solam notentur. Nam & aliquando Quintiliano incommodũ per n scribere visum est. Vide Gelliũ lib. 13. cap. 19.

TRISMEGISTVS, qui etiam ἱερὸς τρισμέγιστος, Mercurius, quasi ter maximus dictus, vel valde maximus, qui fuit nepos maioris Mercurii, quẽ fabulantur fuisse filium Nili. Hunc tamen secundum adserunt occidisse Argum, Ægyptiisque præfuisse, & leges literásque tradidisse: sed literarum caracteres, animalium arborúmque figuras habuisse. Hic condidit vrbẽ, quam à se Hermopolim nominauit. Dictus est autẽ Trismegistus, quòd & philosophus maximus, & sacerdos, & maximus denique rex fuerit. Consueuerunt enim Ægyptii ex omni philosophorum numero sacerdotes, ac rursus ex sacerdotibus regẽ eligere. Hic autem vt philosophos sapientia, ita religione sacerdotes excelluit, ac mox in imperio administrando superiores omnes reges superauit. Hic primus à Physicis ad diuinorũ speculationem se erexit. Primus de maiestate Dei, de dæmonum ordine, animarúmque mutationibus sapientissimè disputauit. Scripsit multa volumina quibus arcana mysteria & oracula panduntur. Non enim vt philosophus solũ, sed vt propheta futura sæpe prædicit. Hæc ex Diodoro Siculo.

Trissago, pen. prod. trisságinis, Herba quæ Græcis chamædrys dicitur. Aliqui eam chamædropen, alii teucriam appellauere: quidam & hanc similitudine quadam teucrion. statura tota digitorum quatuor altitudinem non excedit, in petrosis & asperis nascens, foliis paruis, effigie & diuisura quercus, amaris, flore penè purpureo, exili. Alii serratam, & ab ea serram inuẽtam dixere, teste Plinio. Carpitur prægnans succo, petrosis gaudet. Officinis Græcum nomen indidit. *Quercolam* vel *serratulam* vulgus nominat. Ruellius.

Tristega, pen. corr. tristegorum, Trium contignationum ædificia, siue tres contignationes.

Tristis, & hoc triste, Mœstus dicitur. Donatus, Tristis animo: Truculentus vultu. Virgil. eclog. 10. 7, Tristis at ille tamen, Cantabitis Arcades inquit. Idem 4. Georg. 47, Tristior hybernas cælo descendit in vndas.

Triste silentium, & mœstitia tacita. Liuius 1. ab Vrbe, 117, Sed silentium triste, ac tacita mœstitia ita defixit omnium animos, vt præ metu obliti quid relinquerent.

Tristis & conturbatus. Cicero 6. Ver. 17, Quum iste absese hydriam Eoeti manu factam, præclaro opere, & grandi pondere per potestatem abstulisset, se sanè tristem & conturbatum domum reuertisse.

Triste ac seuerum genus dicendi. Cic. de Clar. Ora. 58.

Suppliciter tristis. Virg. 1. Æneid. 97,

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades passis, peplúmque ferebant, Suppliciter tristes.

Cũ tristib' seuerè, cũ remissis iucũdè viuere. Cic. pro Cælio, 9.

¶ Tristis, Sæuus aliquando dicitur: quod tristitia in fronte hominis, crudelitatis, granitatis, iræ, minarum, studii, difficultatis indicium est. Virg. 2. Æneid. 110, -illi mea tristia facta
Degenerémque Neoptolemum narrare memento. Idem 6. Æne. 63, Nauita sed tristis nunc hos, nunc accipit illos. Et 2. Æneid. 68, -quò tristis Erinnys, Quò fremitus vocat.

¶ Tristis, Grauis. Cic. 6. de Repub. 4, Qui numero optimarum & principum obtulit his vocibus, & grauitatis suæ liquit illum tristem, & plenum dignitatis sonum. Ex Nonio. Plin. in Paneg. 66, Nunquam principibus defuerũt, qui fronte graui & tristi supercilio vtilitatibus fisci contumaciter adessent.

¶ Tristis, Iratus. Lucilius, Timeo certè no mihi sit tristior. Afranius epist. Iactauit sese, iactet, mihi erit tristior. Nonius.

¶ Tristis, Minax. Virg. 2. Æneid. 13, -isque adytis hæc tristia dicta reportat. Nonius.

¶ Tristis, Horridus. Mart. ad Scazontem, lib. 1. 91, Amator ille tristium lacernarum.

¶ Acheron tristis, Vide **Acheron**.

Adulatio tristis. Tacit. lib. 11.

Ægrimonia tristis. Horat. Epod. 17. 16.

Antiquitas tristis & impexa. Tacit. in Dialogo de Oratore.

Arbor tristis aspectu. Plin. lib. 13. cap. 11. 3.

Arma tristia. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 10.

Bellum triste. Sene. Octau. 6. 6. Virg. 6. eclog. 1.

Clades tristis. Horat. 3. Carm. ode 3. 13.

Cor triste. Virgil. 6. Æneid. 37.

Curæ tristes. Virg. 4. Geor. 107. Catul. ad passerẽ Lesbiæ, 1. 2,
Et tristes animi leuare curas.

Damna tristia. Ouid. 1. Fastorum, 11.

Domus tristis sine sole. Virg. 6. Æneid. 107.

Exta tristia, Res tristes portendentia. Virg. 2. Georg. 97.

-nec tempore eodem
Tristibus aut extis fibræ apparere minaces,&c.
Facinus triste.Ouid.6.Metam.115.
Fortuna tristis.Ouid.epist.3.9.
Frons tristis.Tibull.lib.2.eleg.3.8.
Hyems tristis.Virgil.4.Georg.27.
Ianua tristissima.Ouid.1.de Remed.amor.47.
Imago tristis ponti.Ouid.11.Metam.86.
Imago tristissima noctis.Ouid.1.Trist.eleg.8.1.
Iræ tristes, Quæ tristes faciunt. Virgil.2.eclog.5, Nónne fuit satius tristes Amaryllidis iras,&c. Cic.3.Tuscul.31,Córque meũ pectus turgescit tristibus iris.Ex poeta.
Dare ad aliquem literas tristes.Cic.Attico lib.7.143.1.
Mens tristis.Ouid.epist.11.30.
Morbus tristis.Virgil.4.Georg.51.
Mors tristis.Senec.Octau.4.1.
Nebulæ tristes.Stat.5.Thebaid.37.
Nefas triste.Virgil.2.Æneid.57.
Nox tristior quàm tempora Phœbi.Ouid.1.de Remed.38.
Nubila tristia.Ouid.6.Metam.138.
Oratio tristis.Quintil.lib.8.cap.3,Quædam habet,sordida,ieiuna,tristis,ingrata,vilis oratio est.Quæ vitia facillimè fiunt manifesta contrariis virtutibus.Nam primum acuto,secundum nitido, tertium copioso, deinceps hilari, iucundo,accurato diuersum est.
Ora tristia.Virgil.2.Georg.50, -& ora
Tristia tentantum sensu torquebit amaror.
Pœna tristis.Ouid.2.Trist.99.
Querimoniæ tristes.Horat.3.Carm.ode 14.7.
Ruinæ tristes.Virgil.2.Æneid.49.
Senectus tristis.Virgil.3.Georg.14.
Sermo tristis.Horat.1.Serm.saty.10.3.
Quid tua sors tristis,atrox.Cic.pro Murena,39.
Supercilium triste.Lucret.lib.6.138.
Tempus triste.Ouid.4.Trist.eleg.3.8. Cic.Figulo,lib.4.13.11, Tuorúmque tristissimo meo tempore meritorum erga me memoriam conseruabo.
Verba tristia.Horat.de Arte,11. Cic.2.de Finib.189,Sic enim maiores nostri laborem nonfugiendos, tristissimo tamen verbo ærumnas etiam,in deo nominauerunt.
Vultus tristis.Ouid.epist.16.3.
Patrare aliquid triste.Tac.li.5,Ita nihil triste illo die patratũ.
Statuere triste aliquid.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.24.
¶Tristis succus,Amarus.Virgil.2.Georg.16,
Media fert tristes succos,tardúmque saporem
Fœlicis mali. Idẽ 3.Georg.90,Aut tẽsum tristi contingunt corpus amurca,
Absynthium triste,Vide **Absynthium.**
Sapor tristis.Ouid.4.Trist.eleg.5.10.
Suauiolum tristi tristius helleboro.Catull.ad Iuuentium,94.3.
¶Tristis,Doctus.Lucilius li.28, Adde eodem tristis ac seuerus philosophus. Cic.1.Verr.19,Iudex tristis ac integer.Ita Noni⁹. Ego potius cum Seruio seuerum interpretater. Donatus in illud Terentii in Andria,Tristis seueritas inest in vultu:Ad laudẽ interdum,inquit,non ad amaritudinem sumitur tristis, citans locum istum Ciceronis,Iudex tristis.
¶Tristis, Qui inuitus aliquid facit,nec libenter,authore Donato.Terent.Eunuch.4.1.8,Inuitat tristis,mansit ibi.
¶Tristis,Tristi similis,inquit Donatus.Terent.Eunuc.3.5.48, Sto expectans,siquid mihi imperent:venit vnà,Heus tu,inquit, Dore, Cape hoc fiabellum,&c. Accipio tristis.
Tristius,Comparatiuum aduerbium. Cic.de Senect.61, Facilius in morbos incidunt adolescentes,grauius ægrotant,tristius curantur.Nonius.
Quo facilius,quibus est iratior,respõdere tristibus possit.Cic. Figulo lib.4.13.15.
Tristiculus,pen.corr.Adiectiuum,Aliquantum tristis.Cic.1.de Diuinat.167,Filiolam suam Terentiam,quæ tum erat admodum parua osculans animum aduertit tristiculam.
Tristitia,tristitiæ.Cic.4.de Finib.117, Quam illorum tristitiam atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarũ,&c. Ouid.epist.3.18,Simqi ego tristitiæ causa modúsqi tuæ.
Imitamenta tristitiæ.Tacit.lib.13, Cæterum peractis tristitiæ imitamentis,curiam ingressus,&c.
Seueritas & tristitia.Cic.de Claris Orat.49,Homo non liberalitate vt alii,sed ipsa tristitia & seueritate popularis.
Tristitia & Lætitia,contraria.Cic.2.de Orat.40,Iudex tum ad tristitiam,tum ad lætitiam est contorquendus.
Temporum tristitia.Cic.Appio lib.3.8.31.
Simulata & versuta tristitia.Cic.post reditum Senatu,11.
¶Abstrudere tristitiam,Vide **Abstrudo.**
Compescere tristitiam alicuius.Ouid.9.Metam.80.
Condire tristitiam,Vide **Condio.**
Contorquere aliquem ad tristitiam,Vide **Contorqueo.**
Contrahere tristitiam,Vide **Contraho.**
Recessus solis quasi tristitia quadam contrahit terram.Cic.1. de Nat.deor.147.
Deducere à tristitia. Cic.1.de Orat.184, Nihil enim tam facilè,quàm multitudo à tristitia & sæpe acerbitate,cõmodè ac breuiter,& acutè & hilarè dicto deducitur.
Finire tristitiam.Horat.2.Carm.ode 7.4.
Mitigare tristitiam.Cic.1.de Ora.131,Tristitiam & seueritatem mitigat & relaxat. Et 1.Offic.57, Lenitate verbi tristitiam rei mitigante.
Tradere se tristitiæ.Lucius Tullio M.F. lib.5.14.4, Lachrymis ac tristitiæ te tradidisti.
Tristificus,pe.corr.Adiect.Quod tristitiã affert.Cic.1.de Diuin.21, Saxáque cana salis niueo spumata liquore,
Tristificas certant Neptuno reddere voces. Ex poeta.
Promere voces tristificas. Cic.1.de Diuinat.39, Voces tristificas charis promebat Etruscis? Ex poeta.
Trisulcus/Adiectiuum,Id est trifidũ:hoc est tres acies habens, & à tribus partibus scindens.
Fulmina trisulca.Senec.Herc. Œteo,17.3.
Ignibus trisulcis armata dextra Iouis.Ouid.2.Metam.170.
Linguis micatore trisulcis.Virgil.3.Georg.88.
Tela trisulca Iouis.Ouid.13.Amor.eleg.5.11.
Trisyllabus/pen.corr.Adiectiuum,Hoc est trium syllabarum.
TRITANVS,pe.prod.vt author est Varro in relatione prodigiosæ fortitudinis,gladiator fuit, qui in ludo gladiatorio Samnitiũ armatura celebris, & rectos & transuersos cancellatim toto corpore habuit neruos,in brachiis etiam manibúsque. Hic omnes aduersarios leni tactu,ac penè securis congressionibus vicit. Filium habuit Cnei Pompeii militem pari fortitudine natũ, qui hostem se prouocantem ita spreuit,vt inermi dextra eum supe rauerit,& captum digito vno in castra imperatoris sui reportauerit.Huius & meminit Plinius lib.7.cap.20.
Tritauus/tritaui,pen.corr.masc.g.Plaut.Pers.5.4,Pater,auos, proauos, abauos, atauos, tritauos. Paulus de gradibus affinitatis,Tritauus autem is est patris & matris atauus, aui vel auiæ abauus, proaui vel proauiæ auus, abaui vel abauiæ auus, ataui vel atauiæ pater,dictus quasi tertius auus.
TRITEES,populi fuerunt Achiuorum, authore Herodoto lib.1.
Trithalco/herba,quæ est alterum genus aizoi. Plin.lib.25.cap. 13.25, Aizoi duo genera: maius in fictilibus vasculis seritur,&c. alterum minusculum quod erithales vocant, alii trithales,quia ter floreat,alii chrysothales,aliqui isoetes.
Triticum/tritici,pen.corr.genus frumenti,dictum,vt ait Varro de Ling.Lat.quod ex spicis teratur. Plin.lib.18.ca.7.14,Tritici genera plura quæ fecere gentes, Italico nullũ equidem cõparauerim candore ac pondere,quo maximè decernitur,montanis modo cõparetur Italiæ agris externũ,in quo principatũ tenuit Bœotia,deinde Sicilia, mox Africa. tertium pondus erat Thracio,Syrióqi,deinde Ægyptio. Ruellius,Triticũ omne radicibus multis ac prætenuib⁹ exit,folio vno, germinibus omnino multis,sed quæ in ramos brachiari nõ possint,aristas ex se mittit,& in herba per hyemem est.Remollito autẽ cælo,cauliculus de medio assurgit,cuius tertio aut quarto genu spica geritur nõ prius cuidens quàm folliculo inclusa quæ gluma dicitur. Consummato eo flos erũpit quarto aut quinto post die,ac totidem ferè diebus,plurimúmqi septem durat. Varro quindecim diebus frumẽtum in vaginis esse dicit,quindecim florere,quindecim arescere.Post florem crassescit,inquit Theophrastus,maturatúrqi intra quadragesimũ diem,quũ tardissimè octauo ab satu mẽse plurima parte mẽditur,Ægyptiis,vt aiũt,septimo. Folium tritico arundineũ,angustius tamen quàm hordeo: caulis quoque lenior & lentior, nec perinde fragilis. Triticum multis integitur tunicis,hordeũ nullis. Culmus tritico altior est,quàm hordeo, spica quoque remotior à folio,palea suauior, mollior, succosior. Inconditæ tritico spicæ,explanatæque,hordeo in versus dispositæ. Vtrique culmus spicam sustinet, quæ & spicus & spicum à Cicerone dicitur in Arato: spica,granum & aristam.
Triticeus, Adiectiuum : vt Messis triticea. Virgilius 1.Georg.44. Ouid.5.Metam.98.
Fœtus triticei. Ouid.1.Fast.139.
TRITIVM Metallum,Hispaniæ vrbs,Ptolemæo lib.2.cap.6.hodie *Tafalla.*
TRITON,huius Tritõnis,pe.pro.(inquit Seruius)deus marinus, Neptuni & Salatiæ deæ marinæ filius, ab aqua salsa dictæ. Hæc Seruius enarrans hunc locum Virgilii,1.Æneid.30,

Cymothoe simul,& Triton adnixus acuto
Detrudunt naues scopulo:leuat ipse tridenti,
Et vastas aperit Syrteis,&c. Cic.1.de Nat.deor.106, Quod si fingere nobis & iungere formas velimus,qualis ille maritimus Triton pingitur,natantibus inuehens beluis adiunctis humano corpori,nobis esse. Hic Neptuni tubicen esse fertur, cui mandat, vt receptui canat,fluuiósque in suos fontes reuocet. Idem Attico libro 2.14.1, Non modò de Cynico Consulari, sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se iactare.

Cæruleus Triton. Ouid.1.Metam.67.

Canorus Triton. Ouid.2.Metam.2,

Cæruleos habet vnda deos,Tritona canorum,
Proteáque ambiguum,&c.

Citi Tritones. Virgil.5.Æneid.165.

Ingens Triton. Valer.1.Argo.336.

Rapidi Tritonis hera Minerua. Catull.Argon.59.79.

¶ Triton Africæ minoris fluuius & lacus,cuius meminit Plin. lib.5.ca.4. Herodotus lib.4,in palude insulam esse ait,vbi vestigia sunt cuidétia,Iasonem aliquándo in his locis fuisse. Amnis ipse Tritò in Syrtim minorẽ egreditur, Ptolemæo li.4.ca.3.Alii aliis in locis paludẽ hãc statuerunt, vt bellè Plinius obseruauit.

TRITONIA,vel Tritônis id est Minerua, quòd tẽporibus Ogygi,regis ad lacum Tritonis virginali primum habitu apparuerit. Vbi ait Herodotus virgines annis singulis se purgare lampadibus & lignis in veneratiõné Palladis. Diodorus scribit dictam Tritoniam à Cretæ filio Tritone. Lucanus lib.9.71,

Hanc & Pallas amat,patrio quòd vertice nata,
Terrarum primam Lybien(nam proxima cælo est,
Quod probat ipse calor)tenuit:stagnique quieta
Vultus vidit aqua,posuitque in margine plantas,
Et se dilecta Tritonida dixit ab vnda. Lucret.lib.6.151,

-Palladis ad templum Tritonidos almæ.

Armipotens Tritona. Cicero antequam iret in exilium.15, Nunc ego te Iupiter optime maxime,cuius nutu ac ditione sola terrarum gubernantur,téque particeps connubii,socia regni regina Iuno, téque Tritonia armipotens, Gorgophora Pallas Minerua,&c.

Audax Tritonia. Stat.10.Thebaid.178.

Saxæ Tritonidis arx. Virgil.2.Æneid.46.

Virgo Tritonia. Stat.1.Syl.1.8.

Tritônis,pen.prod. Tritónidos, pen.corr. patronymicum fœm.vt

Arx Tritonis. Ouid.2.Metam.159,

-& tandem Tritonida conspicit arcem
Ingeniis,opibúsque,& festa pace nitẽtem. Intelligit Athenas.

Palus Tritonis. Silius lib.3.66,

Hinc qui stagna colunt Tritonidos alta paludis,
Qua virgo(vt fama est)bellatrix edita lympha
Inuento primam Lybien perfudit oliuo.

Tritoniacus,pen.corr. Adiectiuum. Ouid.15.Metam.72, Quũ Tritoniacam nopies subiere paludem.

TRITONICE,Ponti vrbs,eadem Tomos appellata,de qua antè diximus.

Tritura/Trituro/Tritus/Vide Tero.

TRIVIA, dicta est Diana, quòd triuiis præesset, propterquod tres facies habere fingebatur. Virgilius 4.Æneid.102,

-tria virginis ora Dianæ. Ouidius 2.Fastorum,25,

Ora vides Hecates in tres vergentia partes,
Seruet vt in ternas compita secta vias.

Ara Triuiæ. Ouid.3.de Ponto,eleg.2.15.

Sacerdos Triuiæ. Virgil.6.Æneid.7.

Potens Trivia. Valer.3.Argon.64.

Virgo Trivia. Lucret.lib.1.17.

Triuenefica,triuenéficæ, pen.corr. Maximè venefica. Plautus Aulul.5.8,

Mirum quin tua nunc me causa faciat Iuppiter
Philippum regem,aut Darium triuenefica.

Triuiritim pe.prod.Aduerbium,Per tres viros:hoc est,quibusque tribus suam partem. Columella lib.1.cap.3.9. Ideóque post reges exactos Liciniana illa septena iugera,quæ plebi triuiritim diuiserat,maiores quæstus antiquis retulere, quàm nunc nobis præbent amplissima veruacta. Vetus exemplar habet quæ plebis tri.viritim,&c.

Triuium,trium,Locus è quo trium viarum iter fieri potest: vel spatium quod est inter tres vias. quẽadmodum quadriuium, in quẽ permulti propter tot viarũ concursum affluere solent. Catul.Omnibus in triuiis vulgetur fabula passim. Cic.1.de Lege agraria,4,Vt in atriis auctionariis potius quàm in triuiis aut in compitis auctionentur. Idem 1.de Diuina.100, Vt ventum est in triuium,eadem qua cæteri fugere noluit. Virgil.3.eclog.6,

-non tu in triuiis indocte solebas
Stridenti miserum stipula disperdere carmen?

Arripere maledictum ex triuio. Cic.pro Murena,11.

Triuia erant etiam rusticorum sacris attributa.nam illic oues cædebantur,& serta appendebantur. Tibullus lib.1.3,

Nam veneror:seu stipes habet desertus in agris,
Seu vetus in triuio florida serta lapis.

Triuiâlis, & hoc triuiâle,penult.prod. Quod in triuio fit, vel quo in triuiis vtebantur,vt Verba triualia, Id est inculta, & parum elegantia. Sueton.de Claris Rhet.5, Tum ne vsquequaque scholasticus existimaretur,circunciſe ac sordidè, & tantúmodo verbis triualibus egit.

Carmen triuiale. Iuuenal.Saty.7.6.

Triualis scientiæ magistri à Quintiliano dicũtur, qui in triuiis docent.

Triualis lingua,Vulgaris,qua in triuiis pueri grammaticam discentes vtebantur.

Triuiâliter.pen.corr. Aduerbium, Quod significat passim.

Triumphus.triumphi,mas.g. Quidam Græcum putant. nam θρίαμβον appellant Græci: nos aspiratione ex prima in nouissimam syllabam trãslata, & b mutata in p,dicimus triumphum. Varro,à Bacchi huius rei inuentore tractũ nomen putat. Trãquillus dici existimat triumphum,quia qui triumpharet,triplici iudicio honoraretur. primò enim exercitus de triumpho decernendo duci iudicabat,secundò Senatus,tertiò populus. Erat autem triumphus omniũ honorum,qui à Populo Romano dari solebat, maximus. nam illa pompa solennis erat,quæ fiebat redeuntibus in vrbem cum victoria.

Qui triũphabant apud Romanos,equis albis vehebantur curru inaurato,capite coronato lauro: & ante ipsum triumphantẽ victus hostis oneratus colla catenis:& præeunte Senatu Capitoliũ ascendebant ad templum Iouis optimi maximi, vbi mactato tauro albo domum redibant. Cic.in Pisonem,47, Disseres de triumpho:quid eandem habet iste currus? quid vincti ante currum duces?quid simulachra oppidorũ?quid aurum?quid argentũ?quid legati in equis & Tribuni?quid clamor militũ?quid tota illa pompa? inania sunt ista mihi crede, delectamenta penè puerorum.

Is demum est méa sentẽtia iustus triumphus ac verus,quum bene de Repub. meritis testimonium à consensu ciuitatis datur. Cicero 14.Philipp.393.

Pinet triumphis terra Aphrica. Virgil.4.Æneid.8.

¶ Castrensis triumphus, Vide Castrum.

Fœlices triumphi. Claud.de bello Getico,119.

Ingens triumphus. Seneca Herc.Œteo,6.19.

Insignis triumphus. Claud.1.in Ruffin.11.

Læti triumphi. Ouid.15.Metam.51.

Laurigeri triumphi. Claud.6.Paneg.3.

Magni triumphi. Horat.1.Carm.ode 2.10.

Magnificus triumphus. Ouid.1.Amor.elegia 2.6. Idem 1.Amor.eleg.7.7.I nunc,magnificos victor molire triumphos.

Nauales triumphus, Vide Nauis.

Opimus triumphus. Horat.4.Carm.ode 4.11.

Præclarus triumphus. Claud.3.de raptu Proserp.66.

Sacer triumphus. Ouid.1.Amor.eleg.2.10.

Superbus triumphus. Horat.1.Carm.ode 37.7.

¶ Agere triumphum. Ouid.15.Meta.151, Et multos meruisse, aliquos egisse triumphos.

Agere triumphum de aliqua re. Cic.7.Verr.79.

Agere triumphum ex inimicis. Cic.Appio,lib.3.10.4, Ages victor ex inimicorum dolore triumphum iustissimum.

Deportare triumphum,Vincere:victorũ enim proprium erat quum in vrbem rediissent. Cic.1.Offic.111, Pompeius dixit frustra se tertium triumphum deportaturum fuisse nisi,&c.

Ducere aliquem in triumpho. Plin.lib 7.ca.43.1,Eundem in triumpho Asculano Cn.Pompeii Strabonis duxit puerum.

Ducere per triumphũ. Cic.7.Verr.54, Viuum tu illũ seruabas, quem per triumphum,credo,quem ante currũ tuum duceres.

Frequentare triumphum. Liu.lib.6.Decad.4, Nunc ad triumphum frequentandum deductos esse milites,qui egregiam nauare operam Reipublicæ potuissent.

Habere triumphos pro Triũphare. Cic.pro Cor.Balbo,6, Qui tot habuit triumphos,quot oræ sunt partésque terrarum.

Triumpho,triumphas, triumphare, Triumphum agere. Plin.de Viris illust.61, Ex quibus tres Cõsules, vnum etiam triumphantem vidit. Cic.1.de Fini.105, Bella magna gesserat is,bis Consul fuerat,triumpharat. Idem 7.Verr.61,Ac etiam qui triumphant,eóque diutius,&c.

Amplissimè & honestissimè triumphare. Cic.pro Murena,13.

Triumphauit Achæos,Id est victis Achæis,triumphauit.Plin. de Viris illust.61,Achæos bis prælio fudit:triumphandos Mummio tradidit.

Glorioſe triumphare. Cic. Cælio lib. 2. ep. 6.

Triumphare de. Plin. de viris illuſt. 43, Conſul de Liguribus triumphauit. Cic. de Senect. 50, Curius quum de Samnitibus triumphaſſet. Idem pro Lege Manil. 4, Triumphauit L. Murena de Mithridate.

De ſententia alicuius triumphare. Cic. Attico lib. 7. ep. 11.

Amor de me triumphat. Propert. lib. 2. eleg. 9. 8.

Triumphare ex. Plin. lib. 7. ca. 43. 3, Qui ſolus eodē anno, quo fuerat hoſtis, Romæ triumphauit ex iis, quorum Cōſul fuerat.

¶ Triūphari, impersonale. Liu. 3. ab Vrbe, 170, Tum primùm ſine authoritate Senatus, populi iuſſu triumphatum eſt. Cic. 2. Offic. 39, Itaque vexatis ac perditis exteris nationibus, ad exemplum amiſſi imperii portari in triumpho Maſſiliam vidimus, & ex ea vrbe triumphari, ſine qua nunquam noſtri imperatores ex Tranſalpinis bellis triumpharunt.

¶ Triumphare, Exultare, & ſibi placere. Cæſar, Quod euenit ſenobis gaudeo & triumpho. Terent. Heaut. 4. 2. 5, Triumpho, ſi licet me latère, tecto abſcedere. Idem Phorm. 3. 3. 10, Non triumpho, ex nuptiis tuis ſi nihil nanciſcor mali. Idem Eunucho, 3. 1. 4, -ain' tu? læta eſt. G. non tam ipſo quidem Dono, quàm abs te datum eſſe, id verò ſerio Triumphat. Cic. ad Atticum, lib. 1. ep. 16, Nihil impetrarat reus, plus accuſatori dabatur, quàm poſtulabat: triumphabat.

Triumphare & gaudere, vel Triumphare gaudio. Cic. ad Atticum, lib. 9. ep. 19. 2, Atque ego quum ex ipſa re magnā capio voluptatem, tum meum factum probari abs te triumpho & gaudeo. Idem pro Cluentio, 10, Tum verò illa egregia ac præclara mater palàm exultare lætitia, ac triumphare gaudio cœpit.

Triūphat oratio mea, & exultat. Cic. 1. in Cati. 16, At ſiquis eſt talis, quales eſſe omnes oportebat, qui in hoc ipſo, in quo exultat & triumphat oratio mea, me vehementer accuſet.

Lætari & triumphare in. Cic. 7. Ver. 94, Lætaris tu in omnium gemitu & triumphas.

Triumphans, triumphantis, Participium. Cic. 14. Philipp. 393, Quū heſterno die propter eorum res geſtas me ouantem & propè triumphantem Populus Romanus in Capitoliū domo tulerit. Liu. 2. ab Vrbe, 88, Dictator & magiſter equitum triumphantes in vrbem rediere.

Equi triumphantes. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 2. 8,

Sic fera quamprimum pauido Germania vultu
Ante triumphantes ſerua feratur equos.

Triumphātus, penult. prod. Participium, De quo triumphatum eſt. Virgil. 4. Georg. 7, Biſque triūphatas vtroque ab littore gentes. Plin. lib. 5. cap. 5. 6, Omnia armis Rom. ſuperata, & à Cornelio Balbo triumphata. Ouid. 1. Amo, ele. 15. 6, Roma triumphati dum caput orbis erit. Idem 1. Faſt. 119.

Triumphātus, huius triumphātus, pen. prod. m. g. Ipſa triumphatio. Plin. Ne triumphatu ſuo nimis ſuperbiat Antonius.

Triumphātor, pe. prod. huius triumphatóris, m. g. Qui triumphat, vel qui aliquando triumphauit.

Triumphālis & hoc triumphāle, pen. prod. Quod ad triumphum pertinet. Vnde triumphales coronæ quibus imperatores in triūphis coronabantur. Plin. lib. 22. cap. 3. 1.

Cœnæ triumphales. Plin. lib. 9. cap. 55, Cœnis triūphalibus Cæſaris dictatoris ſex milia numerō muræna rū mutuo appendit.

Currus triumphalis, Super quem ſedebant triūphantes. Plin. lib. 7. cap. 16. 2, Curru triumphali reuectus eſt.

Fronde triumphali vinctus tempora. Ouid ad Liuiam, 67.

Habitus triumphalis. Quintil. lib. 10. cap. 7, Nec habitus triūphalis, quo nihil cogitari poteſt auguſtius, fœminas decet.

Imagines triumphales. Horat. Epod. 8. 3.

Laurus triumphalis. Tibull. lib. 2. eleg. 5. 1.

Porta triumphalis Romæ dicta, quòd per eam triumphantes victores in vrbem deducerentur. Cic. in Piſonem 45.

Prouincia triumphalis, propter quam denictam imperator triumphum reportauit. Ci. in Piſonem, 34, Vt ex ea prouincia, quæ fuerit ex omnibus vna maximè triumphalis, nullas ſit ad Senatum literas mittere auſus.

Statua triumphalis. Plin. epiſt. 3, lib. 2. a, Ueri à Senatu Veſtricio Spurinnæ, principe authore, triumphalis ſtatua decreta eſt. Id eſt in habitu triumphantis. Lege Plinium lib. 34. cap. 4, de honore ſtatuarum.

Tituli triumphales. Iuuenal. Satyr. 1. 13.

Vehicula triumphalia. Cic. in Piſonem 48. Nummus interea mihi Cæſar, neglectis vehiculis triumphalibus domi manet & manebit.

Veſtes triumphales, Quæ triumphantium erant: quemadmodum & aurum triumphale, & habitus triumphalis dicitur. Plin. lib. 8. ca. 48. 6, Pictas veſtes tam apud Homerū fuiſſe vnde triumphales natæ. Idem lib. 9. cap. 36. 3, De purpuræ ſucco, ſeu colore purpureo, Diis adnocatur placandis, omnémque veſtem illuminat, in triumphali miſcetur auro.

Vir triumphalis, Qui triumphauit, quemadmodum Cōſularis, qui Conſul fuit. Sueton. de Auguſto, Solos triumphales, quāquam & ſocios expeditionum & participes victoriarum ſuarum nunquā donis impertiendos putauit: quòd ipſi quoque ius habuiſſent tribuēdi ea quibus vellent. Liu. 5. ab Vrbe, 178, Et quo id æquiore animo de plebe multitudo ferret, ſenes triūphales, conſulareſque ſimul ſe cū illis palàm dicere obituros. Sic Plinius lib. 7. cap. 44. 1.

Bis triumphalem fieri. Cic. in Saluſtium 13.

Triumphalia, triumphaliorum, Ipſa triumphatio. vt

Tribuere alicui triumphalia. Tacit. lib. 4, Dolabellæ petēti abnuit triumphalia Tiberius, Seiano tribuens, ne illæſi auunculi eius laus obſoleſceret.

Triumuir/triúmuiri, pe. corr. maſ. g. Nomen Magiſtratus Romani, quem tres collegæ adminiſtrabant.

Triumuiri ecquando niſi per x x xv tribus creati ſunt Cic. 1. de Lege agrar. 31.

Triumuiri triplices fuēre: Capitales Menſarii, Nocturni.

Capitales triumuiri (inquit Póponius de Orig. iuris L. Neceſſariū. §. Eodē tempore.) conſtituti ſunt, qui carceris cuſtodiā haberent: vt quū animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. Valer. lib. 5, Tā admirabilis ſpectaculi nouitas ab ipſo cuſtode ad triumuirum, à triumuiro ad prætorem, à prætore ad conſilium iudicum perlata. Liuius, Triumuiris capitalibus mandatum, vt vigilias diſponerent per vrbem. Cic. in Orat. 87, Planéque Duorumuirorum iudicium, aut Triumuirorū capitalium, aut Decemuirorum lictibus iudicandis dico nunquam.

Menſarii triumuiri. Liuius, Triumuiri menſarii creati ſunt: hique nummulariis & monetæ omnis generis & formæ cuſoribus præerant.

Nocturni triumuiri. Cornelius Tacitus, Triumuiri nocturni quòd ad incēdium in ſacra via ortum tardè venerant, à Tribuno plebis die dicta damnati ſunt.

Epulones triumuiri. Liuius 3. bel. Maced. Romæ eo primùm anno triumuiri epulones facti C. Licinius Lucullus, T. Romuleius, qui legem de creandis his tulerat, & P. Porcius Lecca. His triumuiris, item vt pontifici lege datum togæ prætextæ habendæ ius.

Monetales Triumuiri, Vide **Moneta**.

Triumuirātus, huius triumuirātus, pen. prod. m. g. Ipſum Triūuirorum officium. Liu. 9. ab Vrbe, 247, Quem aliquanto antea deſiſſe ſcriptum facere arguit Macer Licinius, tribunatu antè geſto, triumuiratibúſque, nocturno altero, coloniæ deducendæ. Cic. de Clar. Ora. 60, Qui quidem in triumuiratu iudicauerit cōtra P. Africani auunculi ſui teſtimonium.

Triumuirālis, pen. prod. Adiectiuum. Horat. Epod. 4. 3,

Sectus flagellus hic triumuiralibus
Præconis ad faſtidium.

Triuncis, & hoc triunce, à tribus vnciis dicebatur quadrans. Vnde triuncium, quod trium vnciarum eſt. Plin. lib. 33. cap. 3. 7, Quadrans antea triuncis vocatus, à tribus vnciis.

Trifago, trifaginis, fœ. g. Eadē herba quæ triſſago. Vide ſupra.

TROAS, huius Troādis, pen. cor. Aſix regio Helleſponto adiacens, eadē quòd Æolis & Myſia appellata, authore Plinio lib. 5. ca. 30. Mela lib. 1, Proxima (inquit) regio, ex quo ab Æoliis incoli cœpit, Æolis facta, antè Myſia, & qua Helleſpontum attingit, Troianis poſſidētibus Troas fuit. Hactenus Póponius. Ptolemæus minorem Phrygiam appellat. Homerus ab Æſapo vſq; ad Cayci fluminis oſtia eius fines produxit. In ea Ilion, quæ & Troia, mille quingentis paſſib' à portu diſtans, omnium quæ ſub Sole ſunt nobiliſſima. Ciuitates Troadis nobiliores, Dardanum, Simoentis fluminis oſtia, Antandrus, Smyrna, Clazomenæ, Epheſus, Milemus, Pergamus, Tyatyra, Philadelphia, Laodicia, Antiochia. Montes clari, Ida & Tmolus.

Troas, Patronymicum fœm. pro gentili. Virgil. 5. Æneid. 113,

At procul in ſola ſecretæ Troades acta
Amiſſum Anchiſen flebant. Hoc eſt Troianæ mulieres.

Trochæus, trochæi, m. g. Pes celer, & volubilis, quòd rotatim & celeriter diceretur. nam τροχὸς, Latinè rota dicitur. A Mercurio repertus. tenet locum vltimum in carmine hexametro, cōſtátque ex duabus ſyllabis, prima longa & vltima breui. Vel dicitur ἀπὸ τοῦ τρέχειν, id eſt à currendo: quia curſum ſuum habet de longa ſyllaba in brenem. A Græcis τροχαῖος appellatur. Cic. 3. de Orat. 100, Quum ſint numeri plures, Iambum & trochæū frequentem ſegregat ab oratore Ariſtoteles.

Trochæus qui eſt eodem ſpatio quo choreus, cordax ab Ariſtotele appellatur. Cic. in Orat. 111.

Trochæus qui tēporib' & interuallis eſt par iámbo. Cic. in Ora.

Cordax trochæus, Vide Cor.

Trochilos/Parua auis, réxque auium dicitur, qui alio nomine regulus appellatur, siue vt Suetonius ait, regaliolus. Plin.lib.10. ca.74, Aquilæ & trochilus (si credimus) quoniam rex appellatur auium. Idem lib.8.cap.25.1, Auis quæ trochilos ibi vocatur, rex auium in Italia, &c.

Trochiscus/Vide **Trochus**.

Trochlea/trochleæ, Totam illam machinã significat, quæ continet rotulam, & axiculum per rotulam traiectum, circa quem rotula versatur: & præterea ductarium funem, qui circa orbiculum æneum currit: qualem in puteis videmus, quam *polian* vocamus. Huiusmodi meminit Cato de Re rustica, in instrumento torcularis, in quo suculas quinque, funes ductarios quinque, trochleas decem oportere esse tradit. Idem cap.3.3, Trochleas Græcanicas binas, quæ funibus sparteis ducantur. Hæc Budæus. Lucret.lib.4.183,

Multáque per trochleas, & tympana pondere magno
Commouet, atque leui sustollit machina nisu.

Trochleis pituitam adducere, pro Difficulter expuere, metaphoricè dixit Quintillianus libro 11.ca.3, de pronuntiatione, his verbis, Iam tussire & expuere crebro, & ab imo pulmone pituitam trochleis adducere, etsi non vtique vocis sunt vitia, quia tamen propter vocem accidunt, potissimum huic loco subiiciantur. Hoc est cum summa difficultate spuere. Budæus.

TROCTES, vir quidam è Phœnicia, qui, vt testatur Homerus lib. Odyss.14, aptus ad decipiendum, multa hominibus mala infixit: atque Vlyssi persuasit vt in Phœniciam, vbi ipsius domus & substantia erat, proficisceretur.

Trochum/trochi, Genus sellæ, teste Festo.

Trochus/trochi, m.g. Turbo quo lusitant pueri. A rotando dictus. nam τρέχω curro significat. Et trochus rota, revolutio: quæ rota (inquit Acron) à ludentibus pueris scutica agebatur. Mart. lib.14.173, Inducenda rota est, das nobis vtile munus:
Iste trochus pueris, at mihi cantus erit. Horat.de Arte,77, Indoctúsque pilæ, discive, trochive quiescit.

Græcus trochus. Horat.3.Carm.ode 14.11,
Venarique timet, ludere doctior,
Seu Græco iubeas trocho,
Seu malis vetita legibus alea.

Trochiscus, trochisci, m.g. Diminutiuum, Parua rota. Vnde compositiones quædam medicorum in formam rotulæ, trochisci dicuntur. Latini pastillos vocant teste Celso lib.5.cap.17.

Tróchulus, tróchuli, pen.corr. m.g. Aliud diminut. Plaut. Amph.3. 144, Tum meo patri autem trochulus inerit aureus sub petaso. Exemplaria depraua tè legunt torulus.

TROEZEN, huius Troezênis: vel Troezêne, Troezénes, pe.pro. trisyllabum, fuit oppidum Peloponnesi in sinu Argolico, à Troezene filio Pelopis. In eo educatus fuit Theseus. Est & Troezena regia in minore Asia, à qua Troezenii, populi sunt appellati. Cicero 3. Offic.61, Athenienses quum Persarum impetũ nullo modo possent sustinere, statuérntque vt vrbe relicta, coniugibus & liberis Troezene depositis, naues cõscenderent, libertatémque Græciæ classe defenderent, &c. Ouid.epist.4.11, Hic tecum Troezena colam Pittheia regna.

Alta Troezene. Ouid.1.Fast.55.

Troezenius, Adiectiuum: vt Heros Troezenius. Ouid.8.Metam.114.

Troezenii, populi, fide societatis Atticæ illustres, vt inquit Pomponius Mela, in ipsa Chersoneso siti, ad quos recto cursu ex Piræeo commodissima nauigatio est. Eo igitur tempore quo Xerxes, cum tantis copiis in Græciam traiecit, quum Themistoclis oraculum interpretantis sententia valuisset, vt terra relicta, mari se concrederent: inuẽtutem omnem Athenienses in triremes imposuerunt, plurimi verò parentes & vxores in Troezenem, Troezeniis eos humanissimè suscipientibus. Decreuerunt enim vt hi publicè alerẽtur, duobus obolis in singulos distributis: puerisque facta potestas, vt vndecunque liberet, poma acciperent: & pro his erudiendis, magistris merces persoluta est. Eius decreti author Nicegoras fuisse traditur. Hactenus in Themistoclis vita Plutarchus.

TROGLODYTAE, pen.corr. populi Æthiopiæ, nullarum opum domini, inquit Mela libro 1. strident magis, quàm loquantur. Specus subeunt, aluntúrque serpentibus. Cic.2.Offic.139, In his locis quæ nos incolimus, post solstitium Canicula exoritur, & quidem aliquot diebus apud Troglodytas, vt scribitur, ante solstitium, &c.

TROIA, teste Liuio de bello Macedonico lib.7, Regio est minoris Asiæ, in qua fuit Ilion ciuitas cantatissima: nonnunquam tamen pro ipsa vrbe Troia ponitur. Ouidius Epistol.1.1, Troia lacet certè Danais inuisa puellis. Et rursum in eadem epistola, 11, Iam seges est vbi Troia fuit. Similiter & Virgilius libro 3. Æneid.3, Et campos vbi Troia fuit. Troia dicebatur, à Troe rege: antea Teucria à Teucro, & Dardania à Dardano. Scribitúrque Græca diphthongo, nec diuiditur i consona: adiectiuum verò o & i vocales, & diuisæ. Et quum prouinciam significat, principale nomen est, & breuis est TRO. Quando autem non est principale, & derivatio est, TRO longa est. Virgil.1.Æneid.153. -& Troia gaza per vndas.

Author Troiæ Cynthius. Virgil.3.Georg.8.
Domitor Troiæ Vlysses. Horat.1.epist.2.4.
Alta Troia. Horat.4.Carm.ode 6.1.
Laomedontea Troia. Virgil.1.Geor.101.
Magnæ Troiæ vastator Achilles. Stat.2-Achill.64.
Neptunia Troia. Virgil.1.Æneid.115.
Troiam Neoptolemus capere potuisset, si, &c. Cic.de Amicit. 64. A Troia hæc fiunt adiectiua.

Tros, Qui ex Troia est. Virg.1.Æne.116, Tros, Tyriúsve mihi nullo discrimine agetur. Ibidem,6.11, -cessas in vota precésque Tros, ait, Ænea, cessas? &c. Sic lib.10.21, Tros, Rutulúsve fuat.

Troiânus, Troiâna, Troiânum, pen.prod. vt Troianas opes.

Acestes Troianus, Vide **Acesteo**.
Arma Troiana. Virgil.9.Æneid.37.
Bellum Troianum. Horat.de Arte,30.
Equus Troianus. Cic.pro Murena,71, Intus intus inquam est equus Troianus, à quo nunquam me Consule dormientes opprimemini.
Gens Troiana. Virgil.4.Æneid.85.
Iuuentus Troiana. Virgil.1.Æneid.95.
Vrbs Troiana. Virgil.1.Æneid.116.
Ferocitas Troianorum. Cicero 2.de Diuinat.113, At Homericus Aiax apud Achillem querens de ferocitate Troianorum, nescio quid hoc modo nuntiat, Prospera &c.

Troícus, Tróica, Tróicum, pe.cor. vt Troica castra, apud Virgilium.

Bellum Troicum. Cic. Luceio lib.5.12.6, Quia videbam Italici belli, & ciuilis historiam iam à te pene esse perfectã, deesse mihi nolui, quin te admonerem, vt cogitares, coniuncténe malles cum reliquis rebus nostra contexere: an, vt multi Græci fecerũt, Callisthenes Troicum bellum, Timæus Pyrrhi, &c.
Ensis Troicus. Ouid.epist.7.37.
Fata Troica. Ouid.epist.1.6.
Tempus Troicum. Cic.de Clar.Ora.19, Neque eum in Troicis temporibꝰ tantum laudis in dicendo Vlyssi tribuisset Homerus & Nestori, nisi iam tum esset honos eloquentiæ, &c.

Troius, Troia, Troium: trium syllabarum, vt Troia gaza.

Arma Troia. Virg.3.Æneid.110.
Heros Troius. Virg.6.Æneid.91.

Troiúgena, pen.cor. Ennius, Troiugenas bello claros. Sanè Troiugena & Graiugena, quum gemino i scribi debuerint, mutarũt i sequens in u, alternitatis causa: vt pro Troiigena & Graiigena, Troiugena & Graiugena factum sit. Catull.Argonaut.59.71, Troiugenûm infesto prosternet corpora ferro. Virg.5.Æneid. 72, Troiugena interpres diuûm.

Gentes Troiugenæ. Lucret.lib.1.95.

¶ Troia etiã ludus puerilis Equestris, ab Ænea cõstitutus. Suetonius de Cæsare, cap.39, Troiam lusit turma duplex maiorum minorúmque puerorum. Virgil.5.Æneid.111, Troiáque nunc pueri Troianum dicitur agmen. Sueton.in Augusto, cap.43, Sed & Troiæ ludum edidit frequentissimè magnorum minorúmve puerorum delectu, prisci, decorique moris existimans claræ stirpis indolem sic notescere. Idem in Claudio Cæsare, cap.11, Troiæ lusum exhibuit. Hunc lusum pulcherrimè describit Virgilius lib.5.Æneid.110.

¶ Troia locus est in agro Laurente, in quo primũ Æneas cõstitit. Semper autem prima longa est.

TROILVS, pen.corr. Priami & Hecubæ filius, ætate impar cum Achille congressus, periitque: cuius meminit Virgilius 1.Æneid.96,
Parte alia fugiens amissis Troilus armis
Infœlix puer, atque impar congressus Achilli. Horat.1.Carm. ode 9.3, -nec impubem parentes
Troilon, aut Phrygiæ sorores Fleuere semper.

TROIZENVS, fuit Thrax vnus ex his qui venerunt in auxilium Troianorum.

Tropæus, tropæi, m.g. Dicitur quasi versarius, qui alios vellicat, infestat, & ne deprehendatur, se conuertit. Suet.in Claudio Cæs.cap.8, Et quoties post cibum obdormisceret (quod ei ferè accidebat) olearum ac palmularum ossibus incessebatur. Interdum ferula, flagróve, velut per ludũ excitabatur à tropæis. τρέπω enim verto, & τροπὴ versionem significat.

Venti tropæi, Qui è mari redeũt. Plin.lib.2.ca.43.4. Nanq; vt è fluminibus, ac è niuibus, & è mari videmus & quidẽ tranquil-

lo,& alios quos vocant altanos, è terra consurgere ventos. Qui quidē quū è mari redeunt,tropæi vocantur: si pergūt,apogæi.

Trophæum,trophæi. Festus,Trophæi significantiam propriam Varro Bimargo ostēdit. Ideo fuga hostium,Græcè vocatur τροπή. Hinc spolia capta,fixa in stipitibus,appellantur trophæa. Virgilius 11. Æneid.1,

Mezenti,ducis exuuias(tibi magne trophæum
Bellipotens) aptat rorantes sanguine cristas,
Telaque trunca viri,& bis sex thoraca petitum,
Perfossúmque locis,clypeúmque ex ære sinistræ
Subligat,atq; ensem collo suspendit eburnū. Cic.1.de Finib. 168,Quæ si à vobis talia dicerentur,qualibus C.Marius vti poterat,vt expulsus,egēs,in palude demersus,trophæorū recordatione leuaret dolorem suum,audirem,& planè probarē. Plin.lib. 6.cap.18.11,Trophæa eodem in loco Ioui ac Neptuno statuisse. Horat.2.Carm.ode 9.41.

-& potius noua
Cantemus Augusti trophæa. Virgil.3.Georgic.7, Et duo rapta manu diuerso ex hoste trophæa.

Signum cupiditatis,trophæum necessitudinis,indicium amoris.Cic.4.Verr.79.

Belligera trophæa.Stat.10.Thebaid.6.

Clarum & exornatum trophæum.Cic.1.de Inuent.84.

Immane trophæum retulimus.Claud.de Nupt.Honorii,24.

Salaminum trophæum.Cic.1.Tusc.177.

Trunca trophæa.Ouid.3.de Ponto,eleg.4.11.

Ornare vrbem trophæis.Author ad Heren.lib.4.137.

Hic in Macedonia trophæa posuit,cáq; quæ bellicæ laudis victoriæque omnes gentes insignia & monimenta esse voluerunt.

Statuere trophæum.Cic.1.de Inuent.173.

TROPHONIVS,Summus artifex in secandis saxis fuit,qui subterraneum fanum in Lebadia Beotiæ regione construxit,quod vulgò Trophonii fanum cognominatum est ab artifice. Hic vbi aliquandiu oracula reddidisset,atque tandem fame interisset, ferunt genium quendam in id immigrasse,atque oracula reddere perrexisse: post superstitione mortalium plures se in id antrum demiserunt, ac dies complures ibi commorati sunt. Qui verò huc oracula scisciatum descendissent,in aditu specus nudi sedere soliti sunt,atque inde flatu quodam sub terram abripiebantur. Gestabant autem secum placentas quasdam,quas lemuribus & serpentibus occurrentibus obiicerent. Deinde percepto oraculo, rursus per alium hiatum in terram restituebantur. Plura vide apud Erasmum in prouerbio,In antro Trophonii vaticinatus est.De homine vehementer tristi, tetricóque: propterea quòd olim creditum est cum, qui in Trophonii specum descendisset,postea nunquam ridere. Huius Trophonii meminit & Cicero 3. de Natura deorum,76,qui alterum Mercurium(duos enim refert Mercurios)Valentis & Phoronidis filium,qui sub terris habetur,Trophonium censet. Idem 1.de Diuinatione,118, Quúmque eodem tempore apud Lebadiam Trophonio res diuina fieret,gallos gallinaceos in eo loco sic allidae canere cœpisse,vt nihil intermitterent.

Tropis,huius tropis,f.g.Latinè carina dicitur.Mart.lib.11.83,

Fumosæ ferēt ipse tropin de fæce lagenæ,
Frontis & humorem colliget vsque tuæ.

Tropologia,tropologiæ,figura qua sermo ad emendationem morum dirigitur.

Tropus, tropi,masc. gen. Dici potest modus, figura, conuersio. Et definitur à Quintiliano, quòd sit verbi vel sermonis à propria significatione ad aliam cum virtute mutatio.Virgil.11. Æneid.34, Horrentique atrum nemus imminet vmbra. Vbi Seruius,Atrum nemus,tropus est: per atrum,nigrum ostendit: per nigrum,vmbrosum: per vmbrosum,densum:id est frondibus plenum. Cic.de Claris Orat.34. Ornari orationem Græci putant,si verborum immutationibus vtantur, quos appellāt τρόπους: & sententiarū, orationisq; formis,quæ vocant σχήματα.

TROS, Rex Troiæ (inquit Seruius) Ganymedis pater,à quo Troia dicta.Virgilius 3.Georg.8,

-demissæque ab Ioue gentis
Nomina, Trósque parens & Troiæ Cynthius author.

Tros etiam ponitur pro Troius,vt notat idem Seruius, de quo vide supra in Troia.& facit genitiuum Trois,& Troos.Quia(vt inquit Seruius) omnia nomina monosyllaba Græca, quæ in Latinum sermonem transeunt, tertiæ tantum sunt declinationis, & tam Latinè quàm Græcè declinari possunt, vt Tros, Trois, Troos:Pan,Panis,Panos.

TROSSVLVM, pen.corr. Oppidum Tusciæ: dictum, quòd illud sine peditum adiumento equites cepissent: à quo Trossuli dicti sunt eius incolæ,de quibus Plinius lib.33.cap.1,Postea Trossuli,quum oppidum in Tuscis citra Volsinios pass. 1 x. M. sine vllo adiumento peditum cepissent eius vocabuli idque duravit vltra C.Gracchum.

Trossuli milites. Plin.lib.33.cap.1.6, Celeres sub Romulo, regibúsque appellati sunt, deinde flexumines,postea trossuli. Persius Sat.1.9, -vnde istud dedecus,in quo
Trossulus exultat tibi per subsellia læuis?

Trua,truæ, Vasis genus, à terendo dictum, quasi teruā, quam nos diminutiuè trullam dicimus. Siue,vt Varro docet,à trāsuolando,traiiciendóve,quòd per eam aqua traiiciatur.

Trulla,trullæ, Diminutiuum. Varro,Trulla ad similitudinē truæ: illa magna, & hæc parua. Trullæ,quæ è culina in lauatrinam aquam fundunt.

¶Trulla, Vas in quo ventris onus deponitur. Mart.lib.9.101, Clinicus Herodes trullam subduxerat ægro.

¶Trulla,Vas latum profundúmq;,quod in mensam plerunque conferri solet. Quod licet potui ineptum videatur, tamen vsurpatum fuisse legimus.Horat.1.Serm.Sat.3.29,

Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla,vappámque profestis. Iuuen.Sat.3.11, Si trulla inuerso crepitum dedit aurea fundo. Hic bibacem arguit,quòd in trulla bibat:ineptū,quòd crepitus inter bibēdum edat. Plin.lib.34.cap.1.Sunt ergo vasa tantum Corinthia,quæ isti elegātiores nunc æs sculpendo transferūt modò in lucernas, modò in trullas,nullo munditiarum respectu. Plaut.Amphit. 16.11, Lances detergam omnes,omnésque trullas hauriā. Cato ca.13, Vrceos fictiles vrnales duos, trullas ligneas duas. Liu. 7.bel.Maced.47, Contis enim binis à prora prominētibus,trullis ferreis multum conceptum ignem præ se portabāt. Cic.6. Verr.54,& 55,Trulla excauata cum manubrio aureo.

Trulla gemmea.Cic.6.Verr.55,Mittit etiam trullam gēmeam rogatum,velle eam se diligentius consyderare.

¶Trulla,Cæmentarii instrumentū,quo fabri murarii,tectoriis linendis cōplanandisque delutare solent: vt non solùm parietes pulchritudinem accipiant, sed & fortitudinem contra iniuriam imbrium & creberrimas tempestates.

Trullisso,trullissas,trullissare, Trulla gypsum inducere. Vitruuius lib.7.cap.3, Coronis explicatis parietes quàm asperrimè trullissentur:postea autem suprà trullisationē subarescente deformētur directiones arenati.

Trucido,Truculentus, Vide **Trux**.

Trudo,trudis,trusi,trusum,trudere, Violentia quadam impellere.Plautus Amphit.15.16,

-& pugnata illac pugna
Frater trudebat fratrem hasta. Idē Asin.10.30, Næ ille ecastor hinc trudetur largus lachrumarum foras. Idem Capt.11.92,Vis hæc quidem hercle est,& trahi,& trudi simul.

Quò ne trudamur,dii immortales nos admonent. Cicero de Aruisp.respon.56.

Trudi ad mortem,& ad supplicium. Cic.1.Tusc.113, Et quum pene in manu iam mortiferū illud teneret poculum,locutus ita est vt non ad mortem trudi,verùm in cœlum videretur ascēdere. Idem ad Atticum,lib.4.71.4, Ille omnium vocibus quum se non ad iudicium,sed ad supplicium præsens trudi videret,omnes Catilinas,Acidinos postea reddidit.

Fallacia alia aliam trudit.Terent.And.4.5.40.

Truditur dies die.Horat.2.Carm.ode 18.3.

Trudere tenebras,Id est obiicere.Plautus.Epid. Quæ te intem perīæ tenent:quas tu mihi tenebras trudis?

Trusātilis,& hoc trusātile,pen.corr.Quod truditur.vt Mola trusatilis,id est mola manuaria,quòd manibus trudatur,id est pellatur.Gellius lib.3.cap.3,Ob quærendum victum ad circunagendas molas, quæ trusatiles appellantur, operam pistori locasset. De Plauto.

Trudes,trudis.Instrumenti genus.Tacit.lib.3.Quidā trudibus aut furcis inertem molem prosternere.

TRVENTVM,fluuius Picenorum, & vrbs eiusdem nominis,Ptolemæo libro 3. cap.1. vulgò *Tronto*. Vide Plinium,lib.3.cap.13. Silius lib.8.86,Quique Truentinas seruant cum flumine turres.

Trulla,trullæ.Vide **Trua**.

Truncus,trunci,m.g. Pars arboris quæ ramis truncatis superstat.Colum.lib.3,Vt ex his partibus trunci sumantur,quæ & genitales sunt,& maximè feriles. Idem lib.9.cap.1.3,Et si veteris arboris trūcus,siue vt crassitudo postulat,erit fissilis stipes. Cæsar 7.bel.Gall.190,Itaque truncis arborum,haud admodum firmis ramis abscissis. Cic.3.de Orat.98, Quid in arboribus, in quibus non truncus,non rami,non folia denique,nisi ad suam retinendam conseruandámque naturam?

Arboris accliuis trunco.Virg.10.Æneid.167.

Arboris obnixus trunco.Virg.3.Georg.47.

Caui trunci.Horat.2.Carm.ode 19.3.

Cælebs ſine palmite truncus. Ouid. 4. Metam. 133.
Enodes trunci. Virg. 2. Georg. 16.
Ficulnus truncus. Horat. 1. Serm. ſaty. 8. 1.
Iners truncus. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 3.
Syncerus truncus, Non læſus. Ouid. de Nuce, 7.
Teretes trunci. Virg. 6. Æneid. 41.
Valentes trunci. Virg. 2. Georg. 86.
¶ Recto trunco ſe attollere. Ouid. 2. Metam. 165,
Illa quidem pugnat recto ſe attollere trunco:
Sed genuum iunctura riget.
Denudat foliis ramos, & cortice truncos. Cic. in Arato, 14.
Terra ex minutiſſimis ſeminibus, tantos truncos ramoſque procreat. Cic. de Senect. 48.
¶ Truncus corporis. Cic. pro Roſc. Com. 16, Nemo enim illũ ex trunco corporis ſpectabat, ſed ex artificio comico æſtimabat. Virg. 2. Æneid. 111, -iacet ingens littore truncus,
Auulſúmque humeris caput, & ſine nomine corpus. Ibidem, lib. 9. 67, Tum caput ipſi aufert domino, truncúmq; relinquit
Sanguine ſingultantem. Lucret. lib. 3. 133,
Et caput abſciſſum calido, viuentéque trunco,
Seruat humi voltum vitalem, oculoſque patentes.
Informes trunci. Lucan. lib. 2. 38.
Truncus atque ſtipes: pro Homine ſtupido. Cic. in Piſonẽ, 14, Sed qui tanquam truncus atque ſtipes, ſi ſtetiſſet modò, poſſet ſuſtinere tamen titulum Conſulatus.
Quí poteſt eſſe in eiuſmodi trunco ſapientia? Cic. 1. de Nat. deorum, 115.
¶ Trũcus ægritudinũ. Cic. 3. Tuſc. 141, Atqui ſtirpes ſũt ægritudinis quàm multæ, quàm amaræ, quæ ipſo trũco euerſo omnes elidendæ ſunt, & ſi neceſſe erit, ſingulis diſputationibus.

Trúnculus, pen. corr. Diminutiuum. Celſus lib. 2. cap. 19. & 11, Præcipue tamen in vngulis, trunculiſque ſuum, in petiolis, capituliſque hœdorum. Fortaſſe legendum pedunculis.

Truncus, Adiect. Quod eſt truncatũ. Colu. lib. 1, Quũ deinde trũcam reddideris, acuto ferramẽto plagá læuato. Liu. 7. bel. Pun. 149, Auctũ etiam viſum in capite: nec id ſanè aruſpici placuiſſe, quòd ſecũdum trunca & turpia exta nimis læta apparuiſſent.
Animalia trunca pedum. Virg. 4. Georg. 61.
Arma trunca. Stat. 10. Thebaid. 68.
Corpus truncum. Senec. Œdipo, 14. 5.
Manus trunca. Propert. lib. 4. eleg. 9. 3, Iactabat truncas ad cæua buxa manus.
Nares truncæ inhoneſto vulnere. Virg. 6. Æneid. 100.
Pinus trunca. Virg. 3. Æneid. 131.
Sermo truncus. Stat. 11. Thebaid. 96,
Multum & vbique fremant. Geticæ non plura queruntur
Hoſpitibus tectis trunco ſermone volucres,
Quum duplices thalamos, & iniquum Terea clamant.
Tempora trunca. Ouid. epiſt. 9. 18,
Cornua flens legit rapidis Achelous in vndis,
Truncáque limoſa tempora merſit aqua.
Vulnera trunca. Ouid. 3. Metam. 145,
Non habet infœlix, quæ matri brachia tendat:
Trunca ſed oſtendens deiectis vulnera membris,
Aſpice mater ait, &c.
Vultus truncus. Stat. 5. Thebaid. 48.

Trunco, truncas, truncare, In partes ſcindere. Valer. 6. Argonaut. 114, -iam non per curua volantem
Stagna: nec in medio truncantem marmore cernos.
Anguis truncâtus. Claud. de bello Gildon. 98.
Manibus truncatus, & armis. Claud. de bello Get. 18.
Membra truncata. Claud. de bello Getico, 53.

Trutina, trútinæ, pen. corr. Statera. Vitruuius lib. 1, Id autem ex trutinis quæ ſtateræ dicuntur, licet conſyderare.
¶ Trutina, per tranſlationem ponitur pro iudicio. Cic. 1. de Oratore, 87, Ad ea probanda quæ non artificis ſtatera, ſed quadam populari trutina examinantur. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 15, -hac lege in trutina ponetur eadem.
Caſtigare examen in trutina. Perſ. Saty. 1. 1,
-non ſiquid turbida Roma
Eleuet, accedas: examénve improbum in illa
Caſtiges trutina.
Penſari eâdem trutina. Horat. 2. epiſt. 1. 6.
Suſpendere in trutina. Iuuen. Saty. 6. 44,
Committit vates, & comparat inde Maronem,
Atque alia parte in trutina ſuſpendit Homerum.
Trutinam Cornutus ſcribit foramen eſſe, intra quod eſt lingua bilancis ad quod eſt examinatio: quod alii æquamentum, alii libramentum, alii æquilibrium vocant.

Trútino, trútinas, pen. corr. trutinare, Eſt animo penſiculare. Trútinor, trutinaris, trutinari, Deponens, Idem. Perſius Satyr. 3. 9, Atque ex porrecto trutinantur verba labello.

Trux, trucis, o. g. Ferox, crudelis. Plaut. Bacch. 23. 25, Arietes truces nos erimus. Idem Truc. 1. 5, Vi magna ſeruos eſt, ac trucibus moribus, lupæ ne rapiant domini parſimoniam.
Fronte trux. Valer. 4. Argon. 47, Illum Amycus nec fróte trucem, nec mole tremendum, &c.
Trux tactu. Plin. li. 11. ca. 6. 6, Inde excogitauit natura aliquas aſpectu hiſpidas, tactu truces, vt tantum non, &c. De herbis.
Affectus truces comprimere. Senec. Agamem. 3. 24.
Animi truces. Lucan. lib. 7. 16. Tacit. lib. 1. Oui. 2. de Arte, 96.
Aſpectus trux. Cic. 2. de Diuinat. 198, Capite breui, ceruice anguina, aſpectu truci. Ex poeta.
Claſſico truci excitatur miles. Horat. Epod. 2. 1.
Fremitus truces tubæ. Senec. Octau. 7. 5.
Inimicitiæ truces. Horat. 1. epiſt. 10. 10.
Iræ truces. Valer. 1. Argon. 135.
Oculi truces. Cic. 2. de Nat. deor. 154, E` trucibúſque oculis duo feruida lumina flagrant. Ex poeta. Senec. Œdipo, 12. 10.
Puellæ truces. Senec. Œdip. 5. 15. De Amazonibus.
Sonus trux oris. Plin. lib. 6. ca. 11. 8, Ipſos verò excedere hominum magnitudinẽ, rutilis comis, cæruleis oculis, oris ſono truci, nulli commercio linguæ.
Tauri truces. Ouid. 8. Metam. 60.
Horridus & trux Tribunus pl. Cic. 2. de Lege agrar. 67.
Venti truces. Plin. lib. 2. cap. 36.
Vocem trucem expaueſcere. Silius lib. 1. 14.
Vultus trux. Tacit. lib. 4, Et Cæſar truci vultu defenſionẽ accipiens, &c. Ouid. 5. Triſt. eleg. 8. 4.

Truculẽt°, Adiect. Qui vultu crudelitatẽ præ ſe fert, alióſq; terret. Plaut. Aſin. 8. 11, Truculẽtis oculis, commoda ſtatura. Terent. Adel. 5. 4. 11, Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculẽtus, tenax. Cic. pro Seſtio, 14, Alter ô dii boni quàm teter incedebat, quàm truculentus, quàm terribilis aſpectu. Idẽ 1. de Nat. deo. 160, Aduerſũ caput huic Helice truculẽta tuetur. Ex poeta. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 7, Nulla Getis toto gens eſt truculentior orbe. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 11.
Æquor truculentum. Catull. Argon. 59. 36.
Auſter truculentior. Claud. 2. de raptu Proſerp. 61.
Facinus nefariũ & truculentiſſimũ. Author ad Herenn. 4. 151.
Inſomnia truculenta. Silius lib. 10. 71.
¶ Truculentus, cum datiuo. Plin. lib. 8. cap. 42, Sic & tigris etiam feris cunctis truculenta.

Truculenter, truculentius, truculentiſſimè, Aduerbiũ. Cic. 2. de Lege agrar. 17, Truculentius ſe gerebat quàm cæteri.

Trucído, trucidas, pen. prod. trucidâre, Crudeliter necare. Virgil. 1. Æneid. 99, Fit via vi, rũpunt aditus, primóſque trucidant. Liu. 1. ab Vrbe. 110, Quippe qui alii ſuper alios trucidentur, exultatum eant, bona amittant. Cic. pro Roſc. Amer. 8, Cauſam dicit is, qui etiam ad hoc ipſum iudicium cũ præſidio venit, ne hic ibidem ante oculos veſtros trucidetur. Idem pro Lege Manil. 4, Vno nuntio, atque vna literarum ſignificatione ciues Rom. necandos, trucidandóſque denotauit. Lucret. lib. 6. 30,
Fit quoque vt è nube in nubem vis incidat ardens
Fulminis: hæc multò ſi fortè humore recepit
Ignem, continuò magno clamore trucidet. Horat. 1. epiſt. 11. 5,
Verùm ſeu piſces, ſeu porrum, & cepe trucidas,
Vtere Pompeio Groſpho.
Qui nos, qui coniuges, qui liberos noſtros trucidare voluerũt. Cic. 4. in Catilin. 84.
Trucidari ferro. Cic. 1. in Catilinã, 6, Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero.
Trucidari fœnore. Cic. pro Cælio, 33, Parcat iuuentus pudicitiæ ſuæ, ne ſpoliet alienam, ne effundat patrimonium, ne fœnore trucidetur.

Trucidatio, Verbale, Ipſe trucidandi actus. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 2. 5. 4, Is quũ grauiter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus queſtus eſſet, ſententiã dixit, vt ipſe Iudices per Prætorem vrbanum ſortiretur. Idem 4. Philipp. 160, Nullus ei ludus videtur eſſe iucundior, quàm cruor, quàm cædes, quàm ante oculos trucidatio ciuium. Sic Liu. 8. bel. Pun. 85.

Trychnon, Herba, quæ & ſtrychnon dicitur. Plin. lib. 21. ca. 31. 1, Strychno, quam quidã trychnõ ſcripſere, vtinam nec coronarii in Ægypto vterẽtur, quos inuitat hederæ florum ſimilitudo, in duobus eius generibus. Quorum alterum, cui acini coccinei, grandi intus acino, qui matureſcit Nouembri menſe. Tertio folia ſũt ocymi, minimè diligẽter demóſtrãda, remedia nó vene-

na tractanti:quippe insaniam facit paruo quoque succo. Hanc officinæ nostræ, inquit Ruellius, Mauritanos secutæ *decapsan*, cura nostra *cocrean* vocant.

Tryginon,penult.corr. Atramenti genus, quod Plinius lib.35. ca.6.13,explicat,his verbis,Sunt qui & vini fæcem siccatam excoquant:affirmántq; si ex bono vino fæx fuerit,Indici speciem id atramentum præbere. Polygnotus & Mycon celeberrimi pictores Athenis,è vinaceis fecêre, tryginon appellant. Interpretari potest fæcatum,aut fæcutinum : vtpote factum ex fæcibus.

TRYPHIODÔRVS,penul.prod. Ægyptius poeta,scripsit Marathoniaca,Excidium Ilii,Odysseam,id est poema de erroribus & laboribus Vlyssis: Paraphrases comparationum ab Homero positarum.Author Suidas.

TRYPHON,Alexandrinus Grãmaticus,Augusti tẽpore,scripsit de copia orationis,de orthographia, & alia à Suida cõmemorata.

Tryphon, Origenis auditor, ad quem nonnullæ eius extant epistolæ, in sacris literis eruditissimus fuit, vt eius multa ostendunt monumenta.De hoc scribit B.Hieronymus.

Tryxalis,pen.corr.Græcè,Animal locustæ simile sine pennis, Latinum nomen non habet,vt aliqui arbitrantur: nec pauciores,hoc esse quod gryllus vocetur.Hæc Plinius lib.30.cap.6.6.

T V

Tu,tui,vel Tis,tibi. Terent.Heaut.5.4.11,Crede,& nostrũ te esse credito. Plaut.Amphit.6.31,Lachrumantem ex abitu concinnas tu tuam vxorem. Idem Trin.6.30, Nimio satius tui opus est te ita esse,quàm vt animo lubet.

Tibi eidem. Plaut.Merc.3.71,Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis.

Tibi est domi.Plaut.Trucul.4.80,Estne intus nunc Phronesium?A.tibi quidem intus.

Ecce tibi è transuerso.Cic.4.Acad.116.

At tibi repentè.Cic.Varroni,lib.9.1.1.

Hic tibi strepitus.Silius Ciceroni,lib.8.1.4.

Alter tibi descendit de palatio & ædibus suis.Cic. pro Roscio Amerino,78.

Nunc tibi nostri milites.Cælius Ciceroni,lib.8.15.1.

¶Túne. Plautus Amph.8.124, Tún' me heri aduenisse dicis? A.Tún' te abisse hinc negas? Virgilius 1. Æneidos,115, Túne ille Æneas,&c.

Tu tu.Plaut.Mostell.13.16,Egóne? A.tu tu.

¶Tute,Tu ipse. Plaut.Amphit.8.113, Regémque Pterelã tute occideris. Idem Truc.4.14,Tute quid agis? Idem Bacchid. 5.30,Tute dederas. Terent.Eunucho,1.1.19,Et quod nunc tute secum iratus cogitas. Cicero Lentulo, lib.1. 8.3, Vt tute mihi præcepisti. Idẽ Attico,lib.12.241.14, Tute scis(si modo meministi)me tibi tum dixisse,vt de tuis aliquos adduceres. Et pro Domo sua,60,Quanquam vbi tute populares,&c.

Tute ipse,Virgil.3.eclog.2,7,Verum id quod multo tute ipse fatebere maius.

¶Tutemet,pen.corr.pro Tute,id est tu ipse.Lucret.lib.1.111, Tutemet à nobis iam quouis tempore vatum
Terriloquis victus dictis desciscere quæres. Idem libro 4. 185, Tutemet in culpa quom sis.

¶Te socio. Cic.ad Figulũ,lib.4.13.6,Per me quondam,te socio defensa Respublica.

¶Tu,repetitum.Cic.pro Rab.perduel.reo,8. Tu mihi etiam legis Portiæ,tu C.Gracchi,tu horũ libertatis,tu cuiusquam denique hominis popularis mentionem facis?

TVAESIS,Æstuarium maris Britannici apud Ptolemæum lib.2. cap.3:vulgò *Tuede*,iuxta quod Berwicia,munitissimum oppidũ regis Anglorum,in finibus Scotiæ,vulgò *Berwyk*.

Tuba,tubæ,Instrumẽtum musicum vulgò notũ, à tubo canali sic dicta.Nam ex lignis tubæ fiunt,& ex cornib⁹.Et quæ ex ære sunt,tubæ ductiles appellantur:quæ ex ligno vel cornu,ligneæ vel corneæ. Tuba vtũtur milites ad excitãdos animos in prælium.Cicero 1.in Catil.34,Quum tubas,quum signa militaria, quum aquilam illã argenteam scirem esse præmissam. Idem pro Sylla, Ille arma misit, cornua, tubas, falces,&c.

Clangor tubarum.Virg.1.Æneid.63.

Fremitus truces tubæ.Senec.Octau.7.5.

Sonit⁹ tubæ.Author ad Herẽ.lib.4.166,In cõcione de virtute loqueris, in prælio per ignauiã tubæ sonitũ perferre nõ potes.

Sonitus fracti tubarum.Virg.4.Georg.15.

Canora tuba.Ouid.3.Fast.170.

Naualis tuba,Vide **Nauis.**

Stridentes tubæ.Lucan.lib.1.87.

Vocales tubæ.Seneca Thyeste,8.8.

Canunt tubæ,Vide **Cano.**

Canere ludos dicitur tuba.Virg.5.Æneid.13,Et tuba commissos medio canit aggere ludos.

Occanere tubas. Tacit. lib. 2, Tum Sentius occanere cornua tubasque,& peti aggerem,erigi scalas iussit,ac promptissimum quenque succedere.

¶Tuba belli ciuilis,Per trãslationem. Cic.Ampio.lib.6.12.7, Quòd mirifica est improbitas in quibusdam qui tulissent acerbius tibi veniam dari,quam illi appellabãt tubam belli ciuilis.

Túbicen,pen.corr tubicinis,m.g.Qui tuba canit.

Tuber,tuberis,n.g.priore longa,Est terræ callus: vulgò *rastus* dicitur.Galli *trasse* vocant.Plin.lib.19.ca.2.6.Et quoniam à miraculis rerum cœpimus,sequemur eorum ordinem,in quibus vel maximum est aliquid nasci,aut viuere sine vlla radice.Tubera vocantur hæc, vndique terra circundata, nullisque fibris nixa,aut saltem capillamentis, nec vtique extuberante loco in quo gignuntur,aut rimam agente,neque ipsa terræ cohærent. Cortice etiam includuntur, vt planè nec terram esse possimus dicere,neque aliud quàm terræ callum.Siccis hæc ferè & sabulosis locis fruticosisque nascuntur.Excedunt sæpe magnitudinem mali cotonei, etiam librali pondere. Duo eorum genera, arenosa dẽtibus inimica,& altera syncera. Distinguuntur & colore,rufo,nigróque,& intus candido.Laudatissima Africæ &c. Idem capite sequenti,1, Quum fuerint imbres autumnales,ac tonitrua crebra,tũc nasci,& maximè è tonitribus,nec vlra annum durare,tenerrima autem verno esse. Martialis lib.13.50, Rumpimus altricem tenero de vertice terram

Tubera,boletis poma secunda sumus. Iuuenalis Saty.5.11,
Fumat aper,post hunc raduntur tubera,si ver
Tunc erit,& facient optata tonitrua cœnas
Maiores,tibi habe frumentum Alidius inquit,
O Libye diffiunge boues,dum tubera mittas. Quibusdam in locis acceptantur riguis,ac seruntur,sicut Mitylenis.

¶Tuber,metaphoricôs pro quouis tumore capitur: tũcque adiectiuum quidam esse volunt, sed falsò. Terentius Adelph. 2.2.37, Præterea colaphis tuber est totum caput. Sic dicitur caput tuber, pro tuberoso: quo modo homo scelus, pro scelerato. Horat.1.Serm.saty.3.15,
Qui,ne tuberibus propriis offendat amicum,
Postulat,ignoscat verrucis illius.

Tubera bina in dorso habẽt cameli,teste Plinio lib.8.ca.18.1.

Tubere super armos à cernicib⁹ eminẽte. Plin.lib.8.ca.45.4.

Immodico prodibant tubere tali.Ouid.8.Metam.163.

¶Tuber,Durities illa in arboribus extans ad nodi similitudinem.Plin.lib.16.cap.16.1, Reperitur & in alno tuber tanto dete rius,quãto ab acere alnus ipsa distat. Ibidem, Pulcherrimum verò est in acere bruscum, multóque excellentius molluscum. Tuber vtrunque arboris eius:sed bruscum,intortius crispum.

¶Tuber,herba,quæ Græcis cyclaminos à circumacta in orbẽ figura dicitur:Latini quoque rapum terræ vocant, quòd in terra velut rapum extuberat, qua ratione & terræ tuber dicitur, quòd in molem quandam intumeat.Quinetiam vmbilicus terræ dictus,quoniam & vmbilicus circinata forma emergit: sic & cyclaminus sub terra conspicitur : vulgus nostrum *panis porcinus* vocat.

¶Tuber,Arboris genus,priore correpta. Colu.lib.11.ca.2.74, Possunt etiã his diebus cerasi,& tuberes,& armeniacæ,atque amygdala,cæteræque arbores quæ primæ florẽt,inseri cõmodé.

Tuber,m.g.pro fructu arboris.Mart.lib.13.41,
Non tibi de Libycis tuberes & apyrina ramis,
De Nomentanis sed damus arboribus. Ibidem,43,
Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis
Et vernæ tuberes,quid tibi cum Libycis? Vernæ,id est domi nostræ nati. Sueto.in Domitiano,cap.16,Oblatos tuberes seruari iussit in crastinum.

Tubérculum,tubérculi,pen.corr.Diminutiuum. Plin.lib.11.ca.11. 1,Apes regias extruunt tuberculo eminentes. Idem lib.21.cap. 21.13,Habet proximã terræ mastichen tuberculo fabæ:quæ appolita,fœminarum menses trahere dicitur. Colum.lib.7.cap. 5.10,Claui quoque dupliciter infestant ouem,siue quum sublauies atque intertrigo in ipso discrimine vngulæ nascitur, seu quum idem locus tuberculum habet,cuius media ferè parte canino similis extat angulus,eique subest vermiculus.

TVBERO,pen.corr.Romanus, is notissimus est ex Ciceronis oratione pro Ligario. Est item Tubero,fluuius apud Indos, Põponio Melæ lib.3. Plin.lib.6.cap.13,Tuberum appellat.

TVBERVM, Plinio lib.6,cap.23,flumen nauigabile, quod circa Parisæ.Dicitur Melæ lib.3,Tubero.

Tuburcinor,tuburcinaris,tuburcinari, Raptim comedere, authore Nonio. Titinnius, Tuburcinari sine me vultis reliquias. Plautus Persa,4.41,
Lubido éxemplo cœpere est conuiuium,
Tuburcinari de suo,siquid domi est.

Tubus,tubi,masc.g.Canalis fictilis,per quem aqua deducitur. A tumore dictus. Cic.1.de Legib.1,Ductus verò aquarum quos isti tubos & curipos vocant, quis non,quum hæc videat, irriserit Verus codex legit Nilos.

Tubos etiam viscerum dicimus. Mart.lib.11.55,Modò qui per omnes viscerum tubos ibat.

Túbulus,túbuli,pen.corr.m.g.Diminutiuum.Varro 1.de Re rust. cap.8.3. Inde enim aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cum fundo pertuso,quos cuspides appellant. Ibidē, cap.59.1, In oporotheee mala manere putant satis cōmodè,alii In tubulis,vt in opere marmorato. Colum.de Arboribus,cap. 9.1, Quatuor vel quinque,siue etiam plures voles,virgas diuersi generis sumito, easq; diligēter & æqualiter compositas colligato,deinde in tubulum fictilem vel cornu arctè inserito.

¶Tubulum aliquando vocamus auenam quæ & cicuta appellatur,Græcè siphon.

TVCCA,L.Varus, & Plocius,viri doctissimi,amici Virgilii,hæredésque ex parte testaméti relicti, iussu Augusti carmina Æneidos emendauerunt,hac lege vt nihil adderent,vt Seruius tradit.

TVCRIS,Ptolemæo lib.2.cap.6,Hispaniæ vrbs:vulgò *Tudela*.

TVDAE, Ptolemæo libro 2.cap.6, Vrbs Hispaniæ. hodie *Tyde* in Gallicia.

TVDER,Oppidum mediterraneum Vmbriæ. Author Plinius libro 3.cap.14.

Tuditeo,Malleis tundendo dicti, inquit Festus. Inde & cuidā cognomen Tuditano fuit, quòd caput malleo simile habuerit.

Tudicula,tudiculæ,pe.cor.Instrumētū siue stylus,quo vasis signa imprimuntur. Quidā etiam accipiunt tudiculā pro cochleari maiori,quo ad carnes & iuscula è cacabis extrahenda vtuntur.

Tudicula,Machina qua tunduntur oleæ.Columel.lib.11.cap. 50.6,Est & organum erectæ tribulæ simile,quod tudicula vocatur: idque non incommodè opus efficit, nisi quòd frequenter vitiatur,& si baccæ plusculum inieceris,impeditur.

Tudículo,tudículas,pen.corr.tudiculare, Imprimere,ac sculpere.

¶Tudiculare,per trāslationē ponitur pro Commouere.Varro Marcipore, Hæccine nobis cernis hanc mala tudiculasse vetulam.Nonius.

Túdito,túditas,pen.corr.tuditare, Lucri gratia negotium agere. Lucretius lib.1.118,

Nec tuditantia rem cessant extrinsecus vllam
Corpora conficere,& plagis infesta domare. Idem lib.3.81,
Vsque adeò prius in nobis sunt multa cienda
Semina,corporibus nostris immissa per artus,
Quàm primordia sentiscant concussa animai,
Et quàm internallis tantis tuditantia possint
Concursare,coire,& dissultare vicissim.

Tueor,tuēris, tutus vel tuitus sum,tuēri,pen. prod. Defendere, Cōseruare. Ouid.1.de Arte,3,Nec minor est virtus,quàm quærere,parta tueri. Quintil. in Declamatione cæci, Tuitus sum adolescētis miserrimi caussam. Cic.de Amicitia,46, Non est enim inhumana virtus, neque immunis, neque superba, quæ etiam populos vniuersos tueri, eisque optimè consulere soleat.

Tueri & conseruare. Cic.pro Lege Manilia,7, Vobis turpissimum sit,illud quod accepistis, tueri & conseruare non posse.

Tueri & defendere.Cic.1.de Orat.84.

Tueri & ornare.Cic.3.in Catil.71,Illud perficiā profectò Quirites,vt ea quæ gessi in Consulatu, priuatus tuear atq; ornem.

Tueri & regere. Cic.1. de Legibus,16,Quæ vis non modò senior est quàm ætas populorum & ciuitatum, sed æqualis illius cælum atque terras tuentis & regentis dei.

Fortiter tueri.Quintil.lib.6.cap.1.16.

Perseueranter tueri,Vide **Perseueranter.**

Pertinaciter aliquid tueri. Quintil.lib.6.cap.4.13,Nam culpā præsertim deprehensam pertinaciter tueri,culpa altera est.

¶Absentem tueri,Defendere. Cic.ad Cælii,lib.2.15.10,Te tamen oramus,quibuscunque erimus in terris, vt nos,liberósque nostros ita tueare,vt amicitia nostra & tua fides postulabit.

Tuendam habere ædem.Cic.3.Verr.91,Ædem Castoris iudices P.Iunius habuit tuendam.

Ædificia tueri. Varro de Re rust.lib.1.cap.11.1, Maiora enim tecta & ædificamus pluris, & tuemur sumptu maiore. Id est, vt vulgus loquitur, *intertenemus*. Budæus.

Amicitias tueri,Conseruare. Cic.3.de Finib.111,Atque etiam ad iustitiam colendam, ad tuendas amicitias & reliquas charitates quid natura valeat,hæc vna cognitio potest tradere.

Armenta & vitulos tueri.Virg.1.Georg.59.

Arua tueri.Virg.1.Georg.5.

Certamina belli tueri.Lucret.lib.2.1.

Concordiam conglutinatam tueri.Cic.Attico lib.1.12.14.

Dignitatem.Cic.1.Tusc.85,Hos admonitu simili oportebit vt bonos milites reuocatos dignitatē tueri. Brutus ad Ciceronē, lib.11.4.1,Si de tua in me voluntate dubitarē,multis à te verbis peterem vt dignitatem meam tuerēre. Cic. Lentulo,lib.1.2.8, Mihi viderer animū hominis ab omni alia cogitatione ad tuā dignitatem tuendam traducere.

Factum alicuius præstare & tueri. Cic.pro Sestio,30, Ea conditione gessera,vt meum factum semper omnes præstare, tuerique deberent.

Fines suos ab excursionib⁹ hostiū tueri.Cic.pro Deiotaro,15.

Mediocritatem.Cic.3.Tusc.19,Posse tamen tueri mediocritatem officiorum,& vitæ communem cultum atque vsitatum.

Munus suum.Plancius ad Ciceronem,lib.10.11.4,Quod reliquum est,tuum munus tuere.

Patrocinia.Vatinius ad Ciceronem,lib.5.9.1,Si tuam consuetudinem in patrociniis tuendis seruas, P. Vatinius client aduenit,qui pro se caussam dicier vult.

Personam alicuius dicendo. Cicero de Claris Orat.39, Atque etiam 1.Paulus Africani pater, personam principis ciuis facilè dicendo tuebatur.

Rempub. Cic.1.Offic.115,Ab hoc igitur genere largitionis,vt aliis detur,aliis auferatur,aberunt hi qui Remp.tuebuntur.

Tueri se sua sanctitate. Cic.1.de Fin.117,Iam si pudor,si modestia,si pudicitia, si vno verbo temperantia, pœnæ aut infamiæ metu coercebuntur,non sanctitate sua se tuebuntur: quod adulterium, quod stuprū,quæ libido se non proripiet ac proiiciet aut occultatione proposita,aut impunitate,aut licentia?

Tueri se, pro eo quod est alere & tolerare & *intertenere*, vt vulgus loquitur. Scæuola in 2. penult. & vltima, De in rem verso,Sine quibus aut se tueri, aut seruos paternos exhibere nō posset.Budæus.

Societatem coniunctionis humanæ, munificè & æquè tueri. Vide **Munus.**

Tuendus,Participium. Quintil.lib.6.ca.1.26,Quædam enim tam fortiter tuenda, quàm facta sunt. Cic.Lentulo,lib.1.9.61,Totus est nunc ab iis à quibus tuendus fuerat,derelictus.

Pacis mihi cura tuendæ.Ouid.11.Metam.60.

Vita tuenda mea est.Ouid.4.Trist.eleg.4.8.

Tutor,tutāris,pen.prod.Frequentatiuū: pro Diligēter defendere. Plaut.Rud.17.25,Vos tutabor. Terent.in Hecyræ Prologo,41, Ego interea meum nō potui tutari locum. Idem Hecyra,5.1.8, Nam mores facilè tutor. Cic.in Som.Scip.8, Sed quo sis Africane alacrior ad tutandam Remp.sic habeto. Idem pro Lege Manil.9,Nā cæterarū prouinciarū vectigalia,Quirites,tāta sūt, vt his ad ipsas prouincias tutādas vix cōtenti esse possim⁹. Idē 2.de Nat.deor.31,Augustia autem concludæ orationis non facilè seipsa tutatur. Sic 4.Acad.80. Et Liu.2.ab Vrbe,117.

Tutati à Plin.lib.7.in Præf.3,Truncos etiam arborésque cortice interdum gemino à frigoribus & calore tutata est.

Tutari & conseruare.Cic.pro Sylla,46,Hunc patronum,defensorem,custodem illius coloniæ, si in omni fortuna atque honore incolumem habere non potuerunt, in hoc tamen casu, quo afflictus iacet,per vos tutari,conseruaréque cupiunt.

Fortiter & industriè aliquid tutari.Quintil.lib.5.cap.13.28.

Armis tutari res alicuius.Horat.1.epist.1.1.

Pericula tutari. Sallust.in oratione Lepidi ad Pop. Romanū, Aut si prouideritis,in tutandis periculis magis, quàm vlciscendo teneamini.

Præsidio suo tutari aliquem.Horat.1.epist.19.18.

Genæ tutantur oculos ab inferiore parte subiectæ,leuitérq; eminentes.Cic.1.de Nat.deorum,215.

Tutor,tutōris,m.g.Defensor pupilli.Cic pro Cecinna,53,Cui filius agnatus sit,eius testamentum non esse ruptum,iudicat quod mulier sine tutore authore promiserit,deberi.

Parens bonus & tutor fidelis.Cic.3.de Orat.1.

Legitimus tutor.Cic.Post reditum ad Quirites,9.

Ascribere tutorem liberis, Vide **Ascribo.**

Instituere aliquem tutorem filio suo.Cic.Silio,lib.13.62.1.

Tutorem institui testamento.Liu.1.ab Vrbe,157,Postremò tutor etiam liberis regis testamento institueretur.

Orbatus tutoribus.Cic.Post reditum in Senatu,3.

Tutorem adoptari bonis alterius. Plaut.Truc.18.6, Video eccum qui suis tutorem me adoptauit bonis.

Tutorem mittere alicui. Cic.5.de Fin.14,Nos tutores misim⁹ regib⁹,nostri imperatores pro salute patriæ suæ capita vouerūt.

Tutor finium.Horat.epod.1.5, -& te pater
Syluane tutor finium.

Orbæ eloquentiæ quasi tutores relicti simus.Cicero de Claris Orator.185.

Tutéla,tutélæ,pen.prod.Paulus lege prima,De tutelis,Tutela,ius ac potestas in capite libero,constituta ad tuendum eum qui per

ætatem ſua ſponte ſe defendere nequit, iure ciuili data ac permiſſa. Quintil.lib.7.cap.7, Subſtitutus hæres erat, ſi Poſthumus ante tutelæ ſuæ annos deceſſiſſet. Plinius de Viris illuſt. 74,Tutela eius M.Lucullo fratri permiſſa eſt. Cic.ad Atticũ, lib.1.3.6, De tutela legitima,in qua dicitur eſſe puella, niſi vſu capi poſſe. Idẽ 2.Offic.111,Vt enim tutela,ſic procuratio Reip. ad eorum vtilitatem qui commiſſi ſunt, non ad eorum quibus commiſſa eſt,gerenda eſt.

Iura tutelarum.Cic.1.de Orat.84.

Abdicare ſe tutela,Vide Abdico.

Abiit ad propinquos tutela,Vide Abeo.

Commendare filios ſuos alicuius tutelæ.Cic.1.de Orat.116.

Commendata tutelæ noſtræ.Lucret.lib.5.171.

Committere ſe in tutelam alicuius. Terẽt.in Prolog.Hecy.51,

Diminuere aliquid de tutela legitima.Cic.pro Flacco,65.

Latẽre in tutela ac præſidio alicuius.Cic.pro Murena,19.

Pupillũ fraudare qui in tutelã peruenit.Cic.pro Roſc.Com.9.

Cura ſubdita tutelæ tuæ.Ouid.1.de Remed.16.

In tutela alicuĩ eſſe. Cic.3.de Finib.101,Atque etiam Ionem, quum optimum & maximum dicimus,quúmque eũdem ſalutarem,hoſpitalem,ſtatorem,hoc intelligi volumus,ſalutem hominum in eius eſſe tutela.

Sinite impetrare me qui in tutelam meam
Studium ſuũ,& ſe in veſtrã cõmiſit fidem. Vide Committo.

Tradi in tutelam.Cic.1.de Orat.104,Neque gnati eius parui, qui tibi in tutelam eſt traditus.

Mulierbris tutela,Vide Mulier.

Rerum tutela mearum.Horat.1.epiſt.1.11.

Tutelæ & Septa,Idem. Varro 1.de Re ruſt.cap.14.1, Nunc de ſeptis, quæ tutandi fundi cauſa, aut partis fiant,dicam. Earum tutelarum genera quatuor. Vnum naturale,alterũ agreſte,tertium militare,quartum fabrile.

Tutelarius,pro Ædili,& eo qui ædes ſacras aut publicas ſuo periculo tuetur, quæ dictio nullo alio in loco à nobis lecta eſt,præterquam apud Plinium lib.34.cap.7.6,Capite tutelarios cauere pro ea inſtituti publici fuit.

Tutãmen,pen.prod.tutáminis,Munimentum,defenſio. Virgil.5. Æneid.53,Donat habere viro,decus & tutamen in armis.

Tutamentũ,tutamenti.Idem.Liu.1.bel.Pun.144,Vt ea ſola ignibus aliquoties coniectis ab hoſte, etiam tutamentum fuerit.

Tuitio,Verbale,Cuſtodia.Cic.in Topicis.48,Tuitio ſui.

Tutus,tutior,tutiſſimus, Metu vel periculo vacuus, nihil inſidiarum timens,In tuto locatus.

Auxilio tutos diminuam.Virg.2.Æneid.116.

Tutus à calore.Cic.2.de Nat.deor.179, Obducunturque libro aut cortice trunci,quo ſint à frigoribus,& caloribus tutiores.

Aʾ ferro tutus.Ouid.13.Metam.101.

Non hoſpes ab hoſpite tutus.Ouid.1.Metam.30.

Ab hoſtibus tutus. Cæſar 1.bel.Gall.151, Quæ res & latus vnũ caſtrorum ripis fluminis muniebat: & poſt eum quæ eſſent,tuta ab hoſtibus reddebat.

Ab inſidiis alicuius tutus.Aſinius Ciceroni lib.10.31.5. Horatius 2.Serm.ſaty.6.24.

Aʾ morſu fieri loco tutum. Plin.lib.11.cap.15.5, Vnum modò relinqui ſolertiſſimum,& qui ſe ipſius matris clunibus imponẽdo,tutus & à cauda & à morſu loco fiat.

Aʾ perfidia tutus. Liu.8.bel.Pun.143, Quorũ ego fidei ita innitar,vt bene tutus à perfidia ſim.

Aʾ vi tutʾ.Liu.3.ab Vrbe,183,Iam à vi tuta erat,quum aſſertor nihil opus eſſe multitudine concitata aitũſe iure graſſari,nõ vi.

Ad omnes ictus tutus.Liu.6.bel.Maced.117,Cæterum ſicut teſtudinem , vbi collecta in ſuum tegimen eſt , tutam ad omnes ictus video eſſe.

¶Conſilium tutum, Firmum,ſecurum.Terent.Heaut.2.3.86.

Nuſquam tuta fides.Virg.4.Æneid.75.

Fortuna tuta & tranquilla. Cic.Antequam iret in exilium,8.

Iniuria tuta ab aliquo.Liuius 5.bel.Maced.Nihil autem vtilius Græciæ ciuitatibus eſſe , quàm vtranque complecti amicitiam: ita enim ab vtriſq; iniuriam tutam alterius ſemper præſidio & fiducia fore.

Iter tutum currere.Virg.5.Æneid.173.

Locus tutus,In quo ſecurè verſari,aut quidpiam agere poſſumus. Plaut.Miſit.10.3, Nam opus eſt nunc tuto loco. Terent. Phor.5.3.35, Non ſatis tutus eſt ad narrandum hic locus. Cic. pro Lege Manilia,11,Quis locus tam firmum habuit præſidium vt tutus eſſet? Ouid.epiſt.10.11.

Perfugium tutum. Tacitus lib.11,Tutum Vannio perfugium promittens,ſi pelleretur.

Portus tutiſſimus.Cæſar 3.bel.Ciuil.106,Hic ſubitam commutationem fortunæ videre licuit,qui modò ſibi timuerãt,hos tutiſſimus portus recipiebat: qui noſtris nauibus periculum intulerant,de ſuo timere cogebantur.

Receptus tutus.Liu.7.bel.Pun.09.

Statio tutiſſima nautis.Virg.4.Georg.85.

Tellus tutiſſima.Stat.1.Achill.43.

Via tuta frequẽnſque.Ouid.1.de Arte,118.

Per vias tutas ambulare.Ouid.1.Faſt.15.

Fugæ tutam viam quærere.Cic.pro Cecinna,31.

Vita tuta. Lucret.lib.6.3. Cic.1. de Finib. 81, Nam diligi & charum eſſe iucundum eſt , propterea quia tutiorem vitam & voluptatem efficit pleniorem.

¶Tuta timere.Ouid.7.Metam.10.

Omnia tuta timens.Virg.4.Æneid.60.

In tutum eduxit legiones,Vide In præpoſitionem.

In tuto res eſt,Vide In præpoſitionem.

In tuto eſſe. Liu.3.ab Vrbe,188,Sæuite in tergum & in ceruices noſtras,pudicitia ſaltem in tuto ſit.

Tuto eſſe,pro In tuto.Cic.ad Terentiã,lib.14.3.5,Vt tuto ſim, quòd laboras,id mihi nunc facillimum eſt.

Tutò,Aduerbium,Impunè, ſine periculo. Plautus Amphit.3.3,Patri vt liceret tutò illam amplexarier. Terent.Heaut.5.1.10.Loquere. s.at tutó. c h. loquere. Cicero 4.Verr.99,Quã vix tutò tranſire poſſe videamur. Virgil.2. Georg.67, Inque nouos ſoles audent ſe gramina tutò Credere.

Tutò & ſine metu. Cic. 2.de Fin.151, Ob eámque rem colendam eſſe quod ſine ea tutò & ſine metu viui non poſſet.

Tutò & liberé. Cæſar 1.bel. Ciuil.4, Quo præſidio tutò & liberè Senatus quem vellet decernere auderet.

Amare tutó.Ouid.2.Amor.eleg.2.13.

Aʾ ſuis munitus tutò in foro eſſe.Cic.pro Seſtio,68.

Nec mihi tutò in Senatum venire licet. Cic.Caſſio,lib.12.2.4.

Tutè,Aduerbium.

Tutè cautéque agere aliquid.Author ad Heren.lib.3.104.

Eum tutè viuere qui honeſtè viuat. Author ad Herennium, lib.3.100.

Tutius,Comparatiui gradus.Ouid.13.Metam.1,

Tutius eſt igitur fictis contendere verbis,
Quàm pugnare manu.

Tutiſſimè,Superlat. Cn.Pompeius Ciceroni in epiſt.ad Atticum, lib.8.156.1,Cenſeo ad nos Luceriam venias : nam te hîc tutiſſimè fore puto.

TVEROBIS, fluuius Britanniæ, Ptolemæo libro ſecundo,cap.3. vulgò *Abedwy*.

Tugurium, tugurii, Dictum eſt quaſi teguriũ à tegendo,e in u mutata:Ruſtica habitatio, tecta ex vlua paluſtri. Et tugurii appellatione(vt ait Põponiʾde verb.ſignif.L. Tugurii)omne ædificiũ quod rei ruſticæ magis cuſtodiendæ conuenit,quàm vrbanis ædibus,ſignificatur. Quæ autem ita ædificantur, vt nec parietem habeant,nec luto cruſtata ſint:ſed ſtramentis vel arundinibus,alióve ſimili genere tegantur:tugurria appellãt. Colum. lib.12.cap.152. Et Varro 3.de Re ruſt.cap.1.2. Virg.eclog.1.14, Pauperis & tuguri congeſtum cæſpite culmen. Pro.tugurii.

Tuguriolum,tugurioli,pen.corr.Diminutiuum,Paruũ tugurium.

TVLCIS, modicus amnis Hiſpaniæ ad Tarraconem, vt ſcribit Pomponius lib.1.

Tuli,Vide Fero.

TVLIFVRDVM, Ptolemæo lib.2.cap.11,Germaniæ vrbs: vulgò *Costingen*.

TVLISVRGIVM, Ptolemæo lib.2.ca.11, vrbs Germaniæ,hodie Prunſuiga,vulgò *Brunſwig*.

Tullianum,pen.prod. Salluſt.in Catilin. Ipſe diſpoſitis præſidiis,Lentulum in carcerem deduxit:idem fit cæteris per Prætores. Eſt locus in carcere,quod Tullianum appellatur: vbi paululum aſcenderis ad lævam,circiter duodecim pedes humi depreſſus.eum muniunt vndique parietes,atque inſuper camera lapideis fornicibus iuncta : ſed inculta tenebris, odore fœda, atque terribilis eius facies eſt.In eum locum poſtquam dimiſſus eſt Lentulus,iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat,laqueo gulam fregere.Varro dictum ait Tullianum, quòd fuerit à Tullo Romanorum rege additum carceri.

Tullios,alii dixẽre eſſe ſilanos,alii riuos,alii vehementes proiectiones ſanguinis arcuatim fluentis, quales ſunt Tiburi in Aniene.Ennius in Aiace,Aiax miſſo ſanguine tepido tullii efflãtes euolant.Feſtus.

TVLLIVS,Tullii, Nomen oratoris, omnium Latinorũm facile principis,cognomento Ciceronis.

TVLLVM,Galliæ vrbs in Belgica, authore Ptolemæo lib.2.cap. 9.vulgò *Tulle,Toll*.

TVLLVS Hoſtilius, tertius Romanorum rex bellicoſus. De quo vide Liuium lib.1.ab Vrbe.

Tum, Copulatiua particula frequenter ſequitur dictionẽ C V M. Cum, min° quiddam vel magis generale proponit: Tum verò, maius, vel minus generale, indicatiuóq; ferè iungitur. Cic. 1. de Nat. deor. 1, Cum multæ res in philoſophia nequaquã ſatis adhuc explicatæ ſunt, tum perdifficilis Brute (quod tu minimè ignoras) & perobſcura quæſtio eſt de natura deorum. Sed hic duplex eſt verbum. Aliquando vnum tantum eſt, & cui adhæreat C V M. Cic. 4. Tuſcul. 1, Cum multis in locis noſtrorum hominum ingenia virtutéſque Brute ſoleo mirari, tum maximè in his ſtudiis, quæ ſerò admodum expetita in hanc ciuitatem è Græcia tranſtulerunt.

Subiunctiuo modo aliquando iunguntur. Cic. Attico, lib. 14. 308. 8, Nóſque cum multum literæ, tum nõ minimũ Idus quoque Martiæ conſolentur.

Nulli verbo aliquando adhærent, vt in ſubiectis exemplis. Quintil. in Præfat. lib. 1, Quod opus Marcelle Victori tibi dicamus: quem cum amiciſſimũ nobis tum eximio literarũ amore flagrantẽ, digniſſimũ hoc mutuæ inter nos charitatis pignore iudicabamus. Cicero Curioni, lib. 2. 1. 1, Qui cum ſuis laudibus, tum verò te filio ſupereaſſet omniũ fortunã, ſi ei cõtigiſſet vt te ante videret, quàm à vita diſcederet. Idẽ 1. Verr. 1, Factũ eſt, vti cum ſummũ in veterib° patronis multis, tum nonnullũ etiã in me præſidium ſuis fortunis conſtitutum eſſe arbitrarentur.

Cum ſpe ſumma, maxima, tum maiore etiam animo. Cic. Q. fratri, lib. 1. 2. 15.

¶ Tum pro Tunc. Cic. pro Quintio, 51, Tum mihi Roſcius & alia multa cõfirmandi mei cauſa dixit. Terent. Phorm. 2. 1. 11, Quãobrem omnes, cum ſecũdæ res ſunt maximè, tum maximè Meditari ſecũ oportet, quo pacto aduerſam ærumnam ferant.

Niſi forte hæc illi tum arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus. Cic. Attico, lib. 7. 116. 2.

Tum interim. Cic. pro Cluentio, 142.

Tum quum. Cic. 4. Acad. 127, Quóque ſolebat vti argumento tum quum ei placebat nihil poſſe percipi.

¶ Tum, geminatum in rebus paribus. Plaut. Ciſtell. 2. 1,

Tũ antehac te amaui, & mihi amicã eſſe creui mea Gymnaſiũ,
Et matrem tuam, tum id mihi hodie aperuiſtis, tu atque hæc.

Qui nõ tum hoc, tum illud, ſed idem ſemper. Cic. de Amicit. 11.

Tum ſemper, tum in his ipſis rebus. Cic. 4. Verr. 74.

¶ Tum autem, pro E T. Terent. Eunuch. 2. 3. 11,

Vt illum di, deæq; ſenium perdant, qui me hodie remorat° eſt,
Méque adeò, qui reſtiterim: tum autem qui illum non floccifecerim. Donatus.

Tum autem, Præterea, inquit Donatus. Terentius Andr. 1. 5. 34, -rogas?

Laborat è dolore, atque ex hoc miſera ſolicita eſt, diem
Quia olim in hunc ſunt conſtitutæ nuptiæ, tum autẽ hoc timet
Nẽ deſeras ſe. Cic. 2. de Nat. deor. 145, Iſque tum ſuſus & extenuatus ſublime fertur: tum autẽ concretus in nubes cogitur.

¶ Tum, præterea, inquit Donat°. Terẽt. in Prolog. Eunuchi, 4,

Si quiſquam eſt qui placere ſe ſtudeat bonis
Quamplurimis, & minimè multos lædere:
In his poeta hic nomen profitetur ſuum.

Tum ſiquis eſt qui dictum in ſe, &c. Virgil. 3. Æneid. 46, Tum vox tetrum dira inter odorem.

Tum deinde. Plin. lib. 11. cap. 37. 10, Canities homini ſemper à priore parte capitis, tum deinde ab auerſa.

Tum præterea. Cic. 3. Verr. 41.

Quid tum inde? Cic. pro Murena, 21.

¶ Tum demum, Nouiſſimè. Virg. 12. Æneid. 1, Tum demum mouet arma leo. Plaut. Trinum. 2. 36,

-tum igitur demum
Adoleſcenti aurũ dabis, vbi erit locata virgo in matrimonium.

c. Scitè hercle ſanè. Liu. 2. ab Vrbe, 87, Tum demum impulſi Latini, perculſáq; inclinauit acies. Ibidem, 120, Vtraque re ſatis experta, tum demum Cõſules, Ne prædictum negetis Patres conſcripti, adeſt ingens ſeditio. Ibidem, 3. 51, Tum demum coactus cum multa indignitate prehenſabat ſingulos.

Tum demum, pro Tunc tandem. Cic. 2. de Leg. 17, Erat enim ratio profecta à rerum natura, & ad rectè faciendum impellẽs, & à delicto auocans: quæ nõ tum deniq; incipit lex eſſe quum ſcripta eſt, ſed tum quum orta eſt.

Tum deniq;, pro Tum demum, vel ad extremũ. Cic. 4. Verr. 1, Suſcepi enim cauſam tot° ordinis, ſuſcepi cauſam Populi Ro. quòd putabam tum denique rectè iudicari poſſe, ſi non modò reus improbus adduceretur, ſed etiam diligens & firmus accuſator ad iudiciũ veniret. Ibidem, 1. 19, Ita propè quadraginta dieb° interpoſitis, tum denique ſe ad ea quæ à nobis dicta erũt, reſponſuros eſſe arbitrantur. deinde ſe ducturos, &c. Liuius 3. bel. Pun. 198, Indicandũ autem fuiſſe primum: dein petendum præſidium: poſtremò ni impetraretur, tum denique quærendũ fruſtra opem imploratam. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 43, Atque ille quidem princeps ingenii & doctrinæ Plato tum denique fore beatas Reſpublicas putauit, ſi aut docti, aut ſapientes homines eas regere cœpiſſent.

Tum verò, pro Deinde, C V M non præcedente. Cic. 1. de Orat. 96, Ex his enim & dignitatem maximè expetendam videmus, tum verò iuſtus atque honeſtus labor honoribus, præmiis atque ſplendore decoratur. Vetus exemplar legit, num verus, iuſtus, &c. Virgil. 1. Æneid. 98, Tum verò ingentem gemitum dat pectore ab imo. Idem 1. Æneid. 11.

¶ Tum, pro Deinde. Cic. 1. de Oratore, 100, Deinde qui poſſit non tam caduceo, quàm nomine oratoris ornatus incolumis vel inter hoſtium tela verſari: tum qui ſcelus fraudémque nocentis poſſit dicendo ſubiicere odio ciuium, ſupplicióque conſtringere: idémque ingenii præſidio innocentiam, iudiciorum pœna liberare, idémque languentem labantémque populum aut ad decus excitare, aut ab errore deducere. Ibidem 94, Deinde eorum genera quaſi quædam membra diſpertiat, tum propriam cuiuſque vim definitione declaret. Budæus.

¶ Tum ſæpius repetitũ, pro E T. Cic. 2. de Nat. deor. 74, Quia tum occultatur, tum rurſus aperiũtur, tum abeũt, tum recedunt, tum antecedũt, tum autẽ ſubſequũtur, tum celerius mouentur, tum tardius. Idem pro Sylla, 8, Qui cum propter honorem ac dignitatem atq; animũ eximiũ in Remp. tum propter ſummã familiaritatem, ſummúmq; amorem in patrẽ tuum, tum communibus, tum præcipuis patris tui periculis commouebatur.

Tumba, tumbæ, Locus in terra concauus. Vnde & pro ſepulchro poni conſueuit. Sipontinus.

Tumeo, tumes, tumui, tumẽre, Inflari. Plaut. Perſa, 9. 11, Quid hoc quod in collo tibi tumet? A. vomica eſt, preſſare parce.

Corpus tumet omne veneno. Ouid. 3. Metam. 7.
Lingua tumet. Ouid. 7. Metam. 114.
Lumina fletu tument. Tibull. lib. 1. eleg. 8. 14.
Genuum tumebat orbis. Ouid. 8. Metam. 163.
Vere tument terræ. Virg. 2. Georg. 65.

¶ Tumere, pro Superbire: quoniam inflati quodã modo ſuperbientium animi videntur. Plinius lib. 7. cap. 7. 1, Tu qui te deum credis, aliquo ſucceſſu tumens, tanti perire potuiſti. Sic lib. 35. cap. 10. 1.

Laudis amore tumes. Horat. 1. epiſt. 1. 8.
Corda tument rabie. Virg. 6. Æneid. 10.

Animus tumet. Cic. 3. Tuſc. 33, Sapiẽtis autem animus ſemper vacat vitio, nunquàm turgeſcit, nunquam tumet.

¶ Tumere negotia dicuntur. Cic. ad Atticũ, lib. 14. 3. 2. 1, Nunc quid putas me Lauinii? at ego te iſtic quotidie aliquid noui ſuſpicor. Tument negotia. Id eſt erumpunt ſeditiones & bella, vt ait interpres.

Bella tument. Ouid. epiſt. 7. 14.
Ora tument ira. Ouid. 3. de Arte, 100.

Tumens, Participium: vt

Vana tumens. Virg. 11. Æneid. 171, Vt vidit fulgentem armis ac vana tumentem.

Animi tumentes. Lucan. lib. 1. 71.

Inflatus & tumens animus. Cic. 3. Tuſc. 33, Sic igitur inflatus ac tumens animus in vitio eſt.

Aura tumens. Ouid. 5. Triſt. eleg. 6. 6.
Flumius tumens. Virg. 8. Æneid. 18.
Pedes tumentes. Virg. 2. Æneid. 55.
Suræ tumentes. Horat. epod. 8. 1.

Tumeſco, tumeſcis, tumeſcere, Tumidum fieri, turgere. Virgilius lib. 1. Georg. 71,

Continuò ventis ſurgentibus, aut freta ponti
Incipiunt agitata tumeſcere. Cic. 1. de Diuinat. 11,
Atque etiam ventos præmonſtrat ſæpe futuros
Inflatum mare, quum ſubitò penitúſque tumeſcit. Ex poeta.

Plin. lib. 21. cap. 25, Hippocrates tantùm ſorbitionis gratia ptiſanam laudauit, quoniam lubrica ex facili hauriretur, quoniam ſitim arceret, quoniam in aluo non tumeſceret, quoniam facilè redderetur. Vetus codex legit intumeſceret.

Aquæ tumeſcentes æquoris. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 6.
Inflata tolla tumeſcunt. Ouid. 6. Metam. 76.
Maria alta tumeſcunt. Virg. 2. Georg. 96.
Pondera ventris tumeſcebant. Ouid. epiſt. 11. 8.
Alte tumeſcunt ſeruiles animi. Claud. 1. in Eutropium, 56.
Bella operta tumeſcunt. Virg. 1. Georg. 93,

Sæpe monet fraudémque & operta tumeſcere bella.

Tumefacio, tumẽfacis. pen. corr. tumefeci, pen. prod. tumefactum, tumefácere, Tumidum facere. Cic. 1. de Diuin. 107, Quũ ſit immoderato tumefacta potu atque paſtu. Vetuſtum exemplar le-

git obſtupefacta. Mart.lib.4.11,Dum nimiũ vano tumefactus nomine gaudes. Ouid.15.Metam.61,Extentã tumefecit humũ.

Cor tumefactum.Senec.Agamemn.13.1.

Tumor, tumòris,m.g. Inflatio.Plin.lib.7.ca.6.1,Ingeſtabile onus, crurum & inguinum leuis tumor. Cic.3.Tuſc.31,Num manus affecta recte eſt,quum in tumore eſt?

Repentinus oculorum tumor.Cic.4.Tuſc.131.

Corporis bonã valetudinem tumor imitatur.Ad Heren.4.157.

Minuere aliquid ex tumore. Celſ.lib.5.cap.28,Ea ſic tẽperanda eſt,vt & manu contingenti iocunda ſit:vſque eo adhibenda donec aliquid ex tumore minuiſſe,colorémve viceri magis naturalem reddidiſſe videatur.

Obcalluit tumor.Celſus lib.4.cap.24.

Tumor animi. Cic.3.Tuſcul.46.Non inerant in his quæ tibi caſus inuexerat, & quidem inueterato malo quum tumor animi reſediſſet.

Inanis tumor.Quintil.lib.1.cap.10.5.

Vanus tumor.Silius lib.11.30.

Gerere tumores mente,Superbire.Lucan.lib.10.20.

Tumor rerum,Eruptio & commotio.Cic.ad Atticum,lib.14. 303.1,Meam ſtultam verecũdiam, qui legari noluerim ante res prolatas,ne deſerere viderer hunc rerum tumorem:cui certè ſi poſſem mederi,deeſſe non deberem.

Tumidus,penult.corr. Adiectiuum,Inflatum ſignificat. Plin.lib. 19,cap.6.1, Syluestri minores,tumidæ. Cicero 3.Tuſc.33,Num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitioſè ſe habet?

Æquor tumidum.Virg.5.Æneid.165.

Amnis tumidus.Lucan.lib.1.41.

Homo durus,confidens,tumidus.Horat.1.Serm.ſaty.7.1.

Mare tumidum.Virg.8.Æneid.135.

Montes tumidi.Ouid.1.Amor.eleg.16.11.

Pontus tumidus fluctibus.Ouid.1.Triſt.eleg.2.5.

Torrens tumidus.Ouid.1.Amor.eleg.7.9.

Venter tumidus pondere cæleſti.Ouid.3.Faſt.9.

Vuæ tumidæ.Ouid.15.Metam.16.

Succeſſu tumidus.Ouid.8.Metam.100.

Imagine genitoris tumidus.Ouid.1.Met.151, -omnia demens Credis,& es tumidus genitoris imagine falſi.

Tumidæ ceruices.Cicero in Vatinium,1.Repẽtè enim te,tanquam ſerpens è latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis ceruicibus intuliſti.

Cor tumidum.Horat.1.Serm.ſaty.3.43.

Faſtus tumidi.Ouid.1.de Arte,144.

Ira tumida.Ouid.epiſt.11.3.

Minæ tumidæ.Horat.4.Carm.ode 3.2.

Ore tumido delitigare.Horat.de Arte,120.

Sermones tumidi.Horat.1.Serm.ſaty.5.20.

Spiritus tumidi.Senec.Agamemn.4.5.

Vultus tumidi & truces.Senec.Octau.4.1.

Tumulo,Vide **Tumulus.**

Tumultus,huius tumultus,m.g.Motus,trepidatio:Dict' quaſi timor multus. Seruius, Tria genera olim militiæ fuerũt:Sacramentum,quæ legitima erat militia,quum ſinguli milites iurabant:Tumultus, id eſt bellum Italicum vel Gallicum,in quibus ex periculi vicinitate erat timor multus. Et quãdo ſingulos interrogare non vacabat,qui conuenerant,ſimul iurabant: & dicebatur iſta militia,coniuratio.Qui enim ducturus erat exercitum,ibat ad Capitolium,& exinde proferens duo vexilla,vnum roſeum, quod pedites euocabat: & vnum cæruleum, quod erat equitum(nam cæruleus color eſt maris : à cuius deo conſtat equum inuentum)dicebat, Qui Remp. vult ſaluam eſſe: me ſequatur.Erat & euocatio, quum ad diuerſa loca diuerſi cogebãtur exercitus.Hactenus ex Seruio in hunc locũ Virgilii,8.Æn.1, Extemplo turbati animi,ſimul omne tumultu

Coniurat trepido Latium. Cic.8.Philipp.256,Belli nomen ponendum in ſententia quidam non putabant,tumultum appellare malebant,ignari non modò rerum,ſed etiam verborũ.Poteſt enim eſſe bellũ ſine tumultu.Tumultus eſſe ſine bello non poteſt.Quid eſt enim tumultus,niſi perturbatio tanta,vt maior timor oriatur?vnde etiam nomen ductum eſt tumultus.Itaque maiores noſtri,tumultũ Italicũ,quòd erat domeſticus : tumultum Gallicũ,quòd erat Italiæ finitimus: præterea nullũ tumultum nominabant. Grauius autem eſſe tumultũ quàm bellum, hinc intelligi licet, quòd bello Gallico vacationes valẽt,tumultu non valent.Hactenus Cicero. Liu.lib.8.ab Vrbe cond.120, Nondum perfunctos cura Priuernatis belli, tumultus Gallici fama atrox inuaſit , haud fermè vnquam neglecta patribus. Et paulo pòſt,Mamercus,inquit,cui Gallicũ bellũ euenerat,ſcribere exercitũ iuſſus ſine vlla vacationis venia.quin opificũ quoq; vulgus, & ſellularii minimè militiæ idoneum genus , exciti dicuntur. Idem lib.7.35, Dictator quum tumultus Gallici cauſa iuſtitium edixiſſet, omnes iuniores ſacramento adegit, ingentique exercitu ab Vrbe profectus in citeriore ripa Anienis caſtra poſuit. Inſignia autem omnia tumultus Cicero vno in loco expreſſit,5.Philipp.187,his verbis,Rem adminiſtrandam arbitror ſine vlla mora,& cõfeſtim gerendam cenſeo, tumultum decerni,iuſtitium indici,ſaga ſumi dico oportere, delectum haberi ſublatis vacationibus,in Vrbe & in Italia.Ex prædictis ſatis apparet omnia in tumultu præpoſterè adminiſtrari publicè priuatimque ſolita,quum bellum vrgens, & quaſi muris imminẽs ſolennes actus non admittit.Indéque factum vt tumultuarium pro præpropero & ſubitario & rapidè facto aut quæſito accipiatur. Nobis autem iuſtum tumultũ eſſe dixerim,vel olim potius fuiſſe(núc enim omnia nobis cum illis conueniũt) Britannorũ,id eſt Anglorũ claſſis appulſum ad littora noſtra,aut Germanorũ ad Burgundiã aut Cãpaniã incurſionẽ,& ſi quod eiuſmodi bellũ eſt,cuius tumultuoſi nũtii eſſe, trepidiq; ſoleant.ſic enim vocabantur. Hæc Budæus. Cæſar 1.bel.Ciuil.31,Conclamant legionis tertiædecimæ quæ aderat,milites(hãc enim initio tumult' euocauerat: reliquæ nondũ cõuenerãt)ſeſe paratos eſſe imperatoris ſui, Tribunorúmq; plebis iniurias defendere.

Tumultus, authore Quintiliano, lib.7. cap. 4.18, nihil aliud eſt,quàm perturbatio tãta,vt maior timor oriatur.Vnde etiam nomen ductum eſt tumultus.

Trepidatio & tumultus. Cic.pro Deiotaro,13,Num qua trepidatio:num qui tumultus?

¶Tumultus,pro omni trepidatione,& perturbatione. Plaut. Milit.11.16,Nunc in tumultu ibo,intus clamorẽ audio. Terẽt. And.1.1.28, Nihil ornati,nihil tumulti. Tumulti pro tumultus in genitiuo,more antiquo.

Inflatus tumultu. Quintil.lib.1.ca.1.8,Hinc tumor & vana de ſe perſuaſio , vſque adeò , vt ille diſcipulorum tumultu inflati,ſi parum à præceptore laudẽtur,ipſi de illo malè ſentiant.

¶Cæci tumultus.Virg.1.Georg.93,

-ille etiam cæcos inſtare tumultus Sæpe monet.

Ingentes tumultus.Lucret.lib.1.191.

Magnus tumultus.Virg.2.Æneid.15.

Miſeri tumultus mentis.Horat.1.Carm.ode 16.1.

Monſtrifer tumultus.Lucan.lib.1.1.

Plebeius tumultus.Stat.1.Sylu.1.47.

Repens tumultus. Tacit.lib.18, Atqui illũ ſupremas iam curas agentem,repens tumultus auertit.Hoc eſt repentinus tumultus.

Repentini tumultus.Ouid.5.Metam.1.

Tremendus tumultus.Horat.1.Carm.ode 16.3.

¶Cõprimere tumultum.Tacit.lib.10,Se cum cohorte,cui præerat,Caninefatem tumultum compreſſurum.

Trepido belli tumultu concuſſa omnia.Lucret.lib.3.171.

Conijcere tumultum,Vide **Conijcio.**

Facere tumultum.Salluſt.in Iugurtha,Interdum ſomno excitus arreptis armis tumultum facere.

Ferre tumultus alicuius.Ouid.3.Metam.61,

-corpus mortale tumultus

Non tulit æthereos.

Iniicere tumultum ciuitati,Vide **Iniicio.**

Miſero tumulto miſcetur domus.Virg.2.Æneid.98.

Miſcere tumultum in concionem,Vide **Miſceo.**

Perſonare tumultu,Vide **Perſono.**

Tumultũ ſermonis reddere.Plin.lib.7.ca.11.5,Suræ qui idem Proconſulis etiam rictum in loquendo, contractionémque linguæ,& ſermonis tumultum, nõ imaginem modò piſcator quidam in Sicilia reddidit.

Impio tumultu vaſtata fana.Horat.4.Carm.ode 4.10.

Metus & tumultus. Cic.1.in Catil.45, Mihi vt vrbi ſine veſtro metu,ac ſine vllo tumultu,ſatis eſſet præſidii,&c.

Tumultuoſus,pen.prod.Adiectiuum,Plenum tumultu.Plaut.Trinum.17.51, -quis homo

Tam tumultuoſo ſonitu me excitat ſubitò forãs? Plin.lib.32. cap.2.3,Nam vt hæſit in hamo, tumultuoſo diſcurſu laxat vulnera, donec excidant inſidiæ. De lupo piſce.Cic. Cælio lib.2.11. 1,Ita tumultuoſæ conciones, ita moleſtæ Quinquatrius afferebantur. Idem ad Atticum,lib.15.319.3,Sed tumultuoſas ad me etiam illam ſuſpicionem pertulit.

Mare tumultuoſum.Horat.3.Carm.ode 1.6.

Tumultuoſum genus pugnæ.Liu.1.ab Vrbe,59, Cũ parte maiore atque omni equitatu profectus,tumultuoſo & inſtitutæ genere pugnæ obequitando ipſis propè portis hoſtem excitat.

Tumultuoſa ſomnia.Plinius lib.26.cap.8.14,Semen epithymi ſomnia tumultuoſa facit vna dragma in vino potum.

Seditioſa & tumultuoſa vita, cui opponitur Quieta. Cic.1.de

Inuent. 6, Sic ex seditiosa & tumultuosa vita se in studium aliquod traderent quietum.

Nuntius tumultuosus. Liu.2.ab Vrbe,101,Latini equites cum tumultuoso aduolant nuntio : Volscos infesto exercitu ad vrbẽ oppugnandam venire.

¶Tumultuosus,Qui turbas excitare solit⁹ est.Liu.4.ab Vrbe, 111,In otio tumultuosi,in bello segnes?

Tumultuóse,pen.prod.tumultuosius,tumultuosissimè, Aduerbiũ, *Impetuosè* quod dicitur.Liuius 5. ab Vrbe,117, Adeò tumultuosè excepta est clamoribus vndiq; & indignatione Patrũ. Idem 4. bel.Pun.116,Ac primò etiam tumultuosè decurrerat multitudo ad prolubendos, si in terram egrederentur. Cæsar 7.bel. Gal. 179,Cæsar mittit cõplures equitum turmas eo die media nocte: iis imperat vt paulo tumultuosius omnibus in locis peruagarentur. Liu.6.bel.Pun.43,Tumultuosius quàm allatũ erat, cursus hominum affingentium vana auditis totam vrbem concinerat. Idem 1.ab Vrbe,178, In vestibulo regiæ quàm potuere tumultuosissimè specie rixæ in se omnes apparitores regios cõuertũt.

Tumultuo,tumultuas, tumultuare, In perturbatione esse. Plaut. Rud.16.13,Vt mihi istuc dicas,negotii quid sit quòd tumultues.

Tumultuor,tumultuãris,tumultuari,Deponens,Idem. Plaut.Pœnulo, 16.21, Atque interfectis hostibus non decet tumultuari.

Terentius Hecyra,3.2.1,

Nescio quid iandudum hic audio tumultuari,misera
Malè metuo. Sueton.in Galba, Carthagine noua conuentum agens tumultuari Gallias comperit. Liu.5.ab Vrbe,69,Patricio-rum hospites clientésq;,si perlata lege frustra tumultuatos esse se sentiant,maiore quàm venerint silentio abituros. Cic.2. de Lege agrar.98, Qui Tribunos plebis perhorrescam? qui sæpe & sine causa tumultuer? Cæsar 7.bel.Gall.17, Vno fere tempore sub lucem hostibus nuntiatur in castris Romanorũ præter consuetudinem tumultuari,& magnũ ire agmen aduerso flumine. Cic.1.Offic.113, Fortis verò animi & constantis est, non perturbari in rebus asperis, nec tumultuantẽ de gradu deiici (vt dicitur) sed præsenti animo vti & consilio, nec à ratione discedere.

In otio tumultuaris,in tumultu sol⁹es otiosus.Ad Herẽ.4.165.

Quid tumultuaris soror?quid insanis?Cic.pro Cælio,18.

Passim tumultuari.Quintil.lib.2.cap.12.7.

Tumultuatio, Verbale. Liu.8.bel. Maced.8, Hæc tumultuatio regem cupientem,si se sequerẽtur, raptim euadere angustias, reuocare primos,& eãdem qua venerat, via referre cœpit signa.

Tumultuarius,Adiectiuum, Properatum & subitarium, aut rapidè factum & quæsitum significat,vt ait Budæus.

Tumultuarius exercitus,tumultuarius miles. Liu.8.ab Vrbe, 58,Tumultuarius vndique exercitus raptim conscriptus conuenit. Ibidem,lib.5.168, Quippe quibus velut tumultuario exercitu raptim ducto ægrè ad vndecimum lapidem occursum est. Idem 5.bel. Macedo.7, Mens ea Senatus fuit,vt in Hispania tumultuarii milites legerentur.

Tumultuarius & subitarius miles,Idem.Linius 1.bel.Macedo. 8,Duabus legionibus subitariis tumultus eius causa scriptis,additisque ad eas quatuor cohortibus de exercitu suo,Caium Appium præfectum sociũm hac tumultuaria manu per Vmbriã, quam tribum Sapiniam vocant , agrũ Boiorum inuadere iussit.Tumultuarium & subitarium pro eodem posuit.

Tumultuarius dux,Qui pro tumultu eligitur.Liu.8.bel.Pun. 113,Dux tumultuarius quidem ille L.Martius, & militari suffragio ad tempus electus.

Tumultuarium opus,In prompto,& rapidè factum.Quintil. lib.7.cap.4.25, Ille potuit vel ex loco tumulũ,vel opere tumultuario suspicari non esse monumentum.

Tumultuarius sermo.Quintil.lib.10.cap.7,Nec tumultuarii, nec fortuiti sermonis contextum mirabor vnquam, quem iurgantibus etiam mulierculis superfluere video.

Tumulus,túmuli,pen.cor.m.g.Terra tumens. Virg.2.Æneid. 143,Est vrbe egressis tumulus. Cæsar 1.bel.Gall.180, Planities erat magna,& in ea tumulus terreus satis grandis. Idem 1.bel. Gall.318,His deiectis & coacernatis cadaueribus,qui supereſſent, vt ex tumulo tela in nostros conicerẽt. Cic.7.Verr.73,E spelunca sublatus aut tumulo.

Agger tumuli.Virg.5.Æneid.9.

Albani tumuli atque luci.Cic.pro Milone,64.

Arduus tumulus.Ouid.15.Metam.60.

Syluestres tumuli.Cic.2.in Catil.43,Iam verò vrbes colonіarũ, ac municipiorum respondebunt Catilinæ tumulis syluestribus.

Struere tumulum.Tacitus lib.2,Tumulum tamen nuper Varianis legionibus structum.

Niualis tumulus,Vide Mons.

¶Tumulus,Sepulchrum: quòd in sepulchris coaceruari terra consueuit.Virg.3.Æneid.65,

O fœlix vna ante alias Priameia virgo,
Hostilem ad tumulum,Troiæ sub mœnibus altis
Iussa mori. Plin.lib.5.cap.31.9,Fuit & in Libyssa oppidum,vbi nunc Annibalis tantum tumulus. Virg.3.Æneid.61,
-manésque vocabat
Hectoreum ad tumulum.

Exangues tumuli.Claud.3.de raptu Proserp.69.

Marmoreus tumulus.Ouid.14.Metam.88.

Componi tumulo eodem.Ouid.4.Metam.32.

Contegere tumulo,Vide Contego.

Dare corpora tumulo.Ouid.2.Metam.66.

Facere tumulum. Virgil.5.eclog 8, Et tumulum facite,& tumulo superaddite carmen.

Parare tumulum.Lucan.lib.8.139.

Struere tumulum.Senec.Medea,11.14.

Vili tumulo tectus.Senec.Medea,8.9.

Honorarius tumulus,pro Cenotaphio.Suet.in Claudio,cap.1, Cæterum,inquit, exercitus honorarium ei tumulum excitauit, circa quem deinceps statо die quotannis miles decurreret,Galliarúmque ciuitates publicè supplicarent.

Túmulo,túmulas,pen.cor.tumulare,Sepelire, Condere in tumulum.Martialis lib.11.91,

Æolidon Canace iacet hoc tumulata sepulchro,
Vltima cui paruæ septima venit hyems. Catull.Argon.59.51,
-nec iniecta tumulabor mortua terra. Ouid.8.Metamor.144,
-ne coniugis vnquam
Busta meæ videam, neu sim tumulandus ab illa. Ibidem lib. 15.12, -iussáque ibi mœnia terra
Condidit,& nomen tumulati traxit in vrbem.

Tumulôsus,penul.prod.Adiect. Plenum tumulis.Sallustius in Iugurtha,Deinde tertia multò ante lucis aduentũ peruenit in locum tumulosum, à Capsa nõ amplius duũm millium interuallo.

Tunc,Aduerbium temporis,significat eo tempore.De omnibus temporibus dicitur.

De præsenti,Plautus,Tunc ad eam accede quum potes.

De præterito. Virg.4.Æn.110,Tũc decuit quũ sceptra dabas.

Etiam tunc. Cicero de Amicitia, 11, Senectus enim quanuis nõ sit grauis,tamen aufert eam viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio.

Tunc & nunc.Cic.7.Philipp.116,Sed erat tunc excusatio oppressit,misera illa quidem,sed tamen iusta:nunc nulla est.

De futuro. Plautus, Ego tunc adero, quum tui videndi mihi copia erit.

Tunc demum.Plin.lib.11.cap.14.5,Hos primũ tela inuoluentes,& tunc demum labra vtraque morsu apprehendentes.

Tunc temporis,Idem quod tunc.Iustinus,lib.1, Sed de gente obscura tunc temporis Persarum Cambysi mediocri viro.

Tundo,tundis,tútudi,pen.corr.tusum & tunsum,túndere,Percutere,pulsare:vt Tundere pectus. Plaut.Casina,9.61,
-cor lienosum opinor habeo,iandudum salit,
Delabor,pectus tundit. Idem Rud.30.3,Quasi palo pectus tundat. Virgil.1.Æn.97,Suppliciter tristes,& tunsæ pectora palmis. Plaut.Aul.6.14,Sed quid hoc quòd picus vlmum tũdit? Cic.7. Verr.111,Denique proximus lictor Sextius,conuerso bacillo oculos misero tundere vehementissimè cœpit. Virg.3.Georg.27,
Quum grauiter tunsis gemit area frugibus,& quum
Surgentem ad Zephyrum paleæ iactantur inanes.

Ictu crebro tundi.Lucret.lib.4.158.

Alicui iacenti latera tundere.Cic.7.Verr.111,Quum ille nihilominus iacenti latera tunderet, vt aliquãdo spõdere se diceret.

Littus tunditur vnda.Catull.ad Furium,11.1.

Pectora tundere manu.Ouid.3.Amor.eleg.8.1.

Pectora tundens palmis.Ouid.1.de Arte,108.

Terram pede tundere.Horat.de Arte,89.

Tympana tundere.Ouid.4.Fast.37.

¶Tundere aures alicuius,pro Obtundere, sæpius rem aliquã repetendo.Plaut.Pœn.5.25,Pergín' aures tunderet?

Tundere eãdem incudem assiduè, Est indefatigabili assiduitate in operis alicuius studio perseuerare.Metaphora ducta à fabris,crebris ictibus incudem ferientibus : atque ita tandem aliquando ferri rigorem perpetuo labore vincentibus.Cicero 1.de Orat.88, Ego autem siquem nunc planè rudem institui ad dicendum velim,his potius tradam assiduis vno opere eãdem incudem diem noctemque tundentibus.Conueniet in grammatistas ac literatores,quibus sine fine eadem sunt inculcãda pueris,vt hæreant aliquando.Erasmus.

Vocibus tundi.Virg.4.Æneid.90,
Haud secus assiduis hinc atque hinc vocibus heros
Tunditur,& magno perſentit pectore curas.

¶Tundere,Sæpius idem repetere:translatio à fabrorum mal-

leo,inquit Donatus. Terent.Hecyra.1.1.48,Tundendo,atque odio denique effecit senex.

¶Tundere,Comminuere in mortario.Virgilius 4.Georg.54, Proderit & tunsum gallæ admiscere saporem. Colum.lib.3.ca. 11.3,Ipsæ aut spicæ melius fustibus tunduntur, vánisque expurgantur. Idem lib.6.cap.7,Quibus in vnum tunsis. Plin.lib. 11.cap. 11.3, Medici nucleos Arabicæ glandis tundunt, affusa eis paulatim calida aqua.

¶Tusum aliquándo in supino facit,abiecta n. Plin.lib.31,Hæc tusa,cribratáque vino quantum possit excellentú.

TVNETVM.pen.cor.siue,vt quidam dicunt,Tunitium,Scipionis tempore tumulus erat editior, vnde Scipio spectauit Carchedonios ad Romanam classem exurendá proficiscentes. Nostra tẽpestate regis Libyci ciuitas metropolis est,in qua veluti ampliore & magnificentiore cõsuenit habitare,& Tunisæus rex appellatur. Tunetum non sinè ob hanc causam habitarunt,quod Carthagine carerẽt à Scipione diruta, quum denuo amplificata surrexerit,ex qua (velut ex equo Troiano) manarunt literarum proceres.Ad cuius celeberrimum gymnasium Augustinus professor contendisse.Hanc Eutropius libro quarto,continuis sedecim diebus arsisse perhibet. Hæc septingentesimo anno postquam condita erat,delera est. Hæc,vt idem author ait, L.Cæcilio Metello & Tito Flaminio Consulibus, in Africa iussu Senatus reparata est,quæ nunc manet,annis viginti duobus euolutis, postquam à Scipione fuerat euersa. Abest Tunetum à Carthagine duodecim millia fermè passuum. A Tuneto, Tunetei dicti sunt,quos Sidonius Tunisæos appellat.

Tunica,túnicæ,pen.corr.Vestis erat apud Romanos breuior & sine manicis,quæ propriè viris conueniebat.Virg.9.Æneid.114, Et tunicæ manicas,& habent redimicula mitræ. Hoc autẽ dicit vt barbarum & peregrinú morẽ indicet,non Romanum,quum apud Romanos sine manicis tunicæ gestarentur. Plaut.Milite, 11.18,Magis sapis de tunica,chlamyde,& muerone qui speres. Cic.7.Verr.3.Tunicámque eius à pectore abscidit,vt,&c.

Tunica pallio propior, Vide **Pallium**.

¶Tunica accipitur etiã pro ea quæ ima erat,qua hodie linea vtimur,vt olim Athenienses talari & linea vtebãtur,authore Polluce.Ouid.3.Amor.ele.6.8,Sic etiã tunica tẽgitur illa sua. Ibidẽ ele.13.5,Illic nec tunicã sibi sit posuisse pudori. Et 1.Am.ele.5.3, Pugnabat tunica se tamen illa tegi.Tunicam accipe pro ea quæ carni proximior,quam,vt mihi videtur,tunicã lineam, vel imã dicere possumus.Sunt qui interulam vocitẽr. Athenæus χιτῶνας ἐχέφαρας appellat in decimotertio,vbi de Phryne scorto nobili, ἐχέφαρας καὶ χιτῶνας ἀμπίσχεσθαι,Hoc est,tunicula carni proxima amiciebatur, quam camisiam dicimus. Vtebantur & tunica quæ media dici potest: cuiusmodi est fere tunica rubra, qua brumali tempore vtimur. Erat & alia tunica quæ his superinduebatur. Nostri rustici vocabuli Græci vestigia retinentes,Hocheton appellant,quasi dicas ὑ χιτὼν: alii ὑπὲρ. Neque verò cuipiam mirum videri debet:siquidem olim Druidæ Gallorum sacerdotes,publicis priuatisque rationibus Græcis literis vtebantur,vt legimus in sexto Commentariorum Cæsaris. Bayfius.

¶Tunica,Muliebris amictus.Plin.epist.vlt.lib.2.Aurelia ornata fœmina,signatura testamẽtú,supersperat pulcherrimas tunicas.

Tunica laticlaui.Suet.in Augusto,ca.94, Sumenti virilem togam tunica laticlaui resuta ex vtraque parte ad pedes décidit.

¶Tunica molesta,Genus erat supplicii.Ea ignitú alimentis illita & intexta,vt Seneca docet,ac mox succẽsa,cruciabiliter obuolutos nocentes,qui sceleris comperti grauioris forent,amburebat.Cælius lib.10.cap.5.

¶Adamantina tunica, Vide Adamantinus in **Adamas**.

Calloſa tunica, Vide Callosus in **Callum**.

Candidæ tunicæ linteæ, Vide Linteus in **Linteum**.

Fluentes tunicæ.Ouid.3.de Arte,61,Hæc monet arte latus, tuscíque fluentibus auras Accipit.

Laticlauia tunica, Vide Laticlauus in **Latus**,adiectiuo.

Laxa tunica.Ouid.epist.15.50.

Lucentes auro tunicæ.Stat.9.Thebaid.139.

Manicatis tunicis indui non sine probro solebant veteres,vt author est Gellius. Cic.2.in Catil.41, Quos pexo capillo nitidos aut imberbes aut barbatos videris,manicatis & talaribus tunicis, velis amictos,non togis.

Palmata tunica, Vide Palmatus in **Palma**.

Pexa tunica.Horat.1.Epist.1.29, -si forte subucula pexæ Trita subest tunicæ.

Pulchræ tunicæ.Horat.1.Epist.19.7.

Pulla tunica.Cic.6.Verr.49,Ipse tamen Prætor,qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse,in hac officina maiorem partem dici cum tunica pulla sedere solebat & pallio.

Recincta tunica.Ouid.1.Amor.ele.5.2,Ecce Corinna venit,tunica velata recincta.

Recta tunica. Plinius lib.8.cap. 48.5, Ea prima Tanaquil texuit rectam tunicam, qua simul cum toga pura tyrones induuntur,nouæque nuptæ.

Replicatæ bulborum tunicæ.Stat.4.Sylu.9.6.

Scissa tunica.Ouid.epist.11.11.

Solutæ tunicæ.Tibul.lib.1.eleg.5.3.

Valentes tunicæ,Crassæ,non molles.Ouid.3.de Arte,11, Si fuit Andromache tunicas induta valentes,
Quid mirum duri militis vxor erat.

¶Cingere tunicas.Seneca Troade,1.5.

Demissis tunicis ambulare.Horat.1.Serm.saty.2.5.

Didacere tunicã.Quintil.lib.2.ca.15.7,Et Phrynen nõ Hyperidis actione, quanquam admirabili,sed cúspectu corporis, quod illa, speciosissimum alioqui, diducta nudauerat tunica, putant periculo liberatam.

Diripere tunicam alicui.Ouid.1.Amor.eleg.5.3.

Discindere tunicam,& cicatrices ostendere.Cic.1.de Orat.106.

Instaurare sibi dẽsas tunicas aduersũ hyemẽ.Vide **Instauro**.

Laniare tunicam.Ouid.1.de Arte,35.

Nere tunicam.Virgil.10.Æneid.164,Et tunicam,molli mater quam neuerat auro.

Ponere tunicã.Cic.5.Tusc.84,Quũ pila ludere vellet,tunicámq; poneret,adolescentulo,quem amabat, gladiũ tradidisse dicitur.

Vincla tunicarum relaxare.Ouid.2.Fast.65.

¶Tunicæ purpuram latiorem,Plinius lib.33.cap.1.23,vocauit latum clauum,dicens, Annuli distinxére alterum ordinẽ à plebe, vt semel cœperant esse celebres, sicut tunica ab annulis Senatum tantum,quanquam & hoc serò,vulgóq; purpura latiore tunicæ vsos inuenimus etiam præcones.

¶Tunicæ oculorum,pro Membranis quibus variè contegũtur.Plinius lib.11.cap.37.23,Tenuibus,multísque membranis oculos natura composuit, callosis contra frigora caloréq; in extremo tunicis.

¶Tunica arboris.Plin.lib.12.ca.19.10, Probatur cassia breui tunicarum fistula,& non fragili.

Tenues tunicæ.Virgil.2.Georg.15,
Nec modus inserere,atque oculos imponere simplex.
Nam quà se medio trudant de cortice gemmæ,
Et tenues rumpant tunicas: angustus in ipso
Fit nodo sinus. De interiore libro arboris intelligit.

Tunicula,tunículæ,pen.corr. Diminutiuum. Plin.lib.26. cap.11.1, Morbum regium in oculis præcipuè mirari est, tenuitatẽ illam denſitatémque tunicularum felle subeunte.

Túnico,túnicas,pen.corr.tunicare,Tunicam induere.Varro, Hæc lanigeras detonderi docuit,tunicaréque homulum.Nonius.

Tunicátus,pen.prod.Participium,Tunicam indutus. Plaut.Pœn. 17.1,Nonne tu illunc tunicatum hominem qui fert Cic.pro Cælio,7,Vt exercitatione ludóque campestri tunicati vteremur. Idem 1.de Lege agrar.91,Iam verò qui metus erat tunicatorum illorum? Ouid.1.de Arte,61,Astiterit tunicata,&c.

Popellus tunicatus.Horat.1.epist.7.13, Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Tunicatus,Expeditus,& nullam aliam supra tunicam vestem habens.Iuuenal.Saty.3.15, -tunicati fuscina Gracchi.

Tuopte, Vide **Tuus**.

Tuor,túeris,pen.corr.tutum vel túitum,tui,quod non est in vsu nisi in compositis. Tuéri autem sumit mutuo à Tueor, Videre. Virgil.1.Æneid.144,Expleri mentem nequit,ardescítque tuendo Phœnissa.

Ora alicuius tueri.Virgil.7.Æneid.138.

Oculis imminbus tuens.Ouid.6.Metam.114.

Acerba tuens serpens.Lucret.lib.5.7.

Auersa tueri.Virg.4.Æneid.73.

Oculi diuersa tuentes.Ouid.1.Fast.57.

Transuersa tueri.Virg.eclog.3.1, -trãsuersa tuentibus hircis.

TVRARIVS, vicus Romæ.Asconius, Signum Vertumni in vltimo vico Turario est,sub basilica se flectentibus.

Turba,turbæ.Vlpianus,Vi bonorum raptorum, & de turba, L. Prætor ait,Turbam appellatam esse Labeo contendit ex genere tumultus,idque verbum ex Græco tractum, τύρβα. Si duo rixam commiserint, vtique non accipimus in turba id factum: quia duo turba non propriè dicuntur. Si verò fuerint decem, aut quindecim homines,turba dicetur. Rectissimè Labeo inter turbam & rixam multum interesse ait: nempe turbam multitudinis hominum esse turbationem & cœtum. Plaut.Aulul. 10.14,Turba istic nulla tibi erit, siquid vti voles. Cic.Cecinnæ, lib.6.6.39,Exponerem etiam quemadmodum hic, & quanta in turba quantáque in confusione rerum omniũ viueremus. Terent. Eunucho,5.5.5, Quæ illæc turba est? numnam ego perii? Idem And.4.5.6, -di vestram fidem

Quid turbæ eſt apud forum? Sic Heaut.1.1.16, Propter eã hæc turba atque abitio euenit. Idem And.1.3.6,
Sed ſi tu negaris ducere, ibi culpam in te tranſferet:
Tum illæ turbæ fient. Idem Eunucho,4.4.59,
-quia quum inde abeo, iam tum incœperat
Turba inter eos. Cic.6.Ver.130, Ecce autẽ noua turba atq; rixa.
Acris turba prædonum. Horat.1.Serm.ſaty.2.9.
Concire turbas, Vide Concieo.
Excitare turbas populares. Quintil.lib.2.cap.16.2.
Furens turba ruit omnis in vnum. Ouid.3.Metam.144.
¶ Turba, Multitudo: quia ferè nõ vacat perturbatione & cõmotione. Liuius 1.ab Vrbe,171, Vxor deinde ac liberi amplexi, flentúſq; ab omni turba mulierum ortus, & comploratio ſui patriæque, fregere tandem virum.
Turba & Primi, contraria. Stat.4.Thebaid.162, Incubuere vadis paſſim diſcrimine nullo Turba ſimul, primique.
Turba & colluuies. Cic.de Senect.76, Quúmque ex hac turba & colluuie diſcedam.
Comitantum turba. Ouid.1.Amor.eleg.7.8.
Stultorum turba. Cicero 5.Tuſcul.67.
Comes turba. Ouid.13.Metam.71,
Nec tu quum ſocia clypeum pro claſſe tenebas,
Solus eras: tibi turba comes, mihi contigit vnus.
Confuſa. Ouid.11.Meta.43. Inops. Ouid.14.Metam.13.
Denſa. Sen.Herc.furen.9.43. Leuis. Horat.1.Carm.ode 10.4.
Frequens. Sen.Herc.fur.10.2. Luxurioſa. Ouid.epiſt.1.18.
Imbellis fœminarum inermiſque, Vide Imbellis. Maxima. Virg.6.Æneid.112.
Plurima. Virg.6.Æneid.134.
Impia. Horat.2.Ser.ſat. 3.46. Pullata. Quintil.lib.6.cap.4.5.
Ruſtica. Ouidius 6.Metamor.70.
Sodalis turba, Id eſt turba ſodalium. Onid.1.de Remed.amor.38, Quæque leuet luctus turba ſodalis abeſt.
Temeraria. Oui.10.Meta.114. Vaga. Ouid.13.Metam.45.
¶ Congregare magnam turbam. Cic.1.de Nat.deorum,56.
Inſerere ſe turbæ. Ouidius 1.de Arte,111.
Rareſcit turba, Minuitur. Stat.1.Thebaid.113.
Effuſa turba ad ripas ruebat. Virgil.6.Æneid.61.
Comitum turba ſtipatus. Ouid.3.Metam.38.
¶ Turba prunorum, pro Variis generibus. Plin.lib.15.ca.13.1, Ingens poſtea turba prunorum, verſicolor, nigra, candicans.
Rotarum turba. Ouid.6.Metam.44.
Nonorum voluminum turba. Cic.de Claris Orat.63.
Vulnerum turba, pro Multitudine. Plin.lib.11.cap.37.35, Vt turba vulnerum molliant, quæ attritu ſubigere non queunt.
Turbella, turbellæ, Diminutiuũ. Plaut.Bacchid.20.142, Tantas turbellas facio. Idem Pſeud.3.108,
Scis tu quidem hercle mea ſi commoui ſacra,
Quo pacto, & quantas ſoleam turbellas dare?
Túrbidus, pen.corr. Adicẽ. Conturbatum, confuſum, non clarum, tumens. Plaut.Trinum.6.18, -nihil ego iſtos moror ſatuos
Mores & turbidos. Plin.epiſt.170.2, Nũ iſtic quoque immite & turbidũ cælum? Horat.1.Car.ode 3.4, Qui vidit mare turbidũ. Alij legunt turgidũ. Colum.lib.4.cap.17.6, Poteſt tamen, ſi vel parum latè diſpoſita vinea, vel parum fructuoſa, cælúmque nõ turbidum, nec procelloſum habeat, vno iugo contenta eſſe.
Homo turbidus. Commotus, vel Turbationis plenus, vt ait Seruius. Virgil.9.Æneid.11, -huc turbidus atque huc
Luſtrat equo muros, aditúmq; per auia quærit. Idẽ lib.11.134,
Ardentes oculorum acies ad mœnia torſit
Turbidus, éque rotis magnam reſpexit ad vrbem. Ibidem,1,
Tum ſic affatur regem, atque ita turbidus infit. Seruius.
Animi turbidus. Tacit.li.10, Mox C. Cæſar turbidus animi, &c.
Ira turbidus. Statius 3.Sylu.1.8.
¶ Achelous turbidus, Vide Achelovs.
Acies oculorum turbidæ, Vide Acies.
Actiones turbidiſſimæ. Quintil.lib.1.cap.10.11.
Æquora turbida Ponti. Lucret.lib.5.100.
Amnis turbidus imbri. Lucret.lib.1.58.
Turbida & inquinata aqua. Cic.5.Tuſcul.117, Darius in fuga quum aquam turbidam & cadaueribus inquinatã bibiſſet, negauit vnquam ſe bibiſſe iucundius.
Dies turbidus, Procelloſus. Plin.lib.11.cap.10.5, Excremẽta turbidis diebus & operis otio égerunt.
Imago turbida. Virgil.4.Æneid.71.
Imber turbidus aqua. Virgil.5.Æneid.140.
Iurgia turbida. Ouid.ad Piſonem,18.
Liquor turbidus, Minimè clarus. Plin.lib.13.cap.11.3, Turbidus liquor vim glutini præbet.
Loca turbida, Virgil.6.Æneid.107.
Mens quæ omni turbido motu ſemper vacet. Cic.1.Tuſc.114

Nouitas turbida. Claudianus 1.Paneg.30.
Nubila turbida. Virgil.4.Æneid.49.
Pectora turbidiora ipſo mari. Ouid.1.Triſt.eleg.10.7.
Puluis turbidus. Virgil.11.Æneid.176.
Eſſe in turbidis rebus. Cic.2.Philipp.58, Veruntamen homines quamuis in turbidis rebus ſint, tamen ſi modò homines ſunt, interdum animis relaxantur.
Seditio turbida. Ouid.9.Metam.86.
Tẽpeſtas turbida. Cic.1.de Inuent.6, Quaſi ex turbida tẽpeſtate in portũ, ſic, &c. Cæſ.2.bel.Ciuil.93, Nactus turbidã tẽpeſtatem eſt profectus. Virgil.11.Æneid.58. Lucret.lib.4.35.
Tempus turbidum & Tranquillum, contraria. Cic.ad Ligariũ, lib.6.14.6, Fac animo magno fortíque ſis: & ſi turbidiſſima ſapienter ferebas, tranquilliora lætè feras.
¶ Turbidus, Terribilis. Virgil.11.Æneid.149,
Hæc effatus, equum in medios moriturus & ipſe
Concitat, & Venulo aduerſum ſe turbidus infert. Seruius.
¶ Turbidus, Elatus, arrogantia tumens. Virg.10.Æneid.130,
Tum verò Æneam aduerſum vt cedere Turnus
Credidit, atque animo ſpem turbidus hauſit inanem. Seruius.
Túrbide, pen.corr. Aduerbium. Cic.4.Tuſc.36, Intelligatur igitur perturbationem iactantibus ſe opinionibus inconſtanter & turbidè in motu eſſe ſemper.
Turbulentus, Adiectiuum, Commotus, Iratus. Plaut.Epid.1.69, Tu ædepol re es turbulentus.
Ea ſũt & turbulẽta & temeraria & periculoſa. Ci.pro Cecin.14.
Animus turbulentus. Cic.4.Tuſcul.15.
Turbulentior inde animus L. Valerio, T. Æmylio c o s s. Liu.2.ab Vrbe,261.
Seditioſus ciuis & turbulentus. Cic.2.de Oratore,16.
Conciones turbulentæ. Cic.ad Atticum, lib.4.72.7, Conciones turbulẽtæ Metelli, temerariæ Appii, furioſiſſimæ Publii. Quintilianus lib.5.cap.13.32.
Concurſio turbulenta. Cicero 1.de Finibus,30.
Errores turbulenti. Cic.2.de Natura deorum,101.
Libido, temeritas, & ignauia turbulenta. Cic.1.de Finibus,78.
Mens turbulenta. Cicero 1.de Finibus,78.
Negotium turbulentum. Cic.ad Atticum, lib.7.130.5.
Res placatæ & minimè turbulentæ. Cic.in Oratore,34.
Tempeſtas turbulenta. Cic.7.Verr.21, Vt nullus vnquam dies tã magna, turbulentáque tempeſtate fuerit quin aliquo tẽpore ſolem eius diei homines viderent. Sic pro Sylla,30, In illa turbulentiſſima tempeſtate Reip. mea ſponte deſpexerim.
Tempus turbulentum. Cic. Thermo, lib.2.17.5, Tempora autem Reipub. qualia futura ſint, quis ſcit? mihi quidem turbulẽta videntur fore.
Meum turbulentiſſimum tempus, tuo trãquilliſſimo præſtat. Cic.in Piſonem,35.
Tribunatus turbulentiſſimus. Cic.de Claris Orat.53.
Turbulentè, Aduerbium, Concitatè. Cic.pro Domo ſua,53, Omnia contra leges, moréſque maiorum temerè, turbulentè, per vim, per furorem eſſe geſta. Idem 4.Tuſcul.96, Quúmque eorum grauitatem conſtantiámque laudamus, qui non turbulentè humana patiantur.
Agere aliquid raptim & turbulentè. Cic.pro Domo ſua,107.
Turbulenter, Aliud aduerbiũ. Cic.ad Cæliũ, lib.2.15.19, Extremum illud erit, nos nihil turbulenter, nihil temere faciemus.
Turbo, turbas, turbare, Confundere, commouere. Plaut.Epid.6.7,
Sed me vna turbat res, ratióque. Liuius 1.bel.Pun.18, Adortique Annibalem regreſſum ex Vacceis, haud procul Tago flumine, agmen graue præda turbauere.
Ab imo turbare aliquid. Lucret.lib.3.8,
Et metus ille foras præceps Acherontis agendus
Funditus, humanam qui vitam turbat ab imo.
Omnia infima ſummis paria fecit, turbauit, miſcuit? Cicero 3.de Legibus,19.
Notabilius turbare. Tacit.lib.17, Quibuſdam, vt in tumultu, notabilius turbantibus.
Ariſtoteles multa turbat à magiſtro Platone diſſentiens. Cicero 1.de Natura deorum,47.
¶ Aciem turbare, Vide Acieo.
Affectibus animos iudicum turbare. Quintil.lib.5.cap.14.24.
Capillos turbare. Mart.lib.2.36,
Pectere te nolim, ſed nec turbare capillos:
Splendida ſit nolo, ſordida nolo cutis.
Euerſæ turbant conuiuia menſæ. Ouid.12.Metam.45.
Delectum ciuium turbare. Cic.4.Verr.86.
Fœdera turbare. Virg.12.Æneid.117.
Fortunas turbare timore. Lucret.lib.1.12.
Iura turbantes Tribuni. Lucan.lib.1.36.

Pacem turbare. Liuius 5. bel. Maced. 46.
Quietem alicuius turbare. Propert. lib. 1. eleg. 3. 4.
Res animos incognita turbat. Virgil. 1. Æneid. 104.
¶ Turbor, passiuum. Cic. ad Atticum, lib. 2. ep. 1, Prorsus, vt scribis, ita sentio: turbatur Sampsiseramus.
Arenæ turbantur Zephyro. Virgil. 2. Georg. 12.
Metu turbari. Ouid. 15. Metam. 124.
¶ Turbare, Absolutè. Tacitus lib. 3, Si vna, alteráve ciuitas turbet. Idem lib. 4, Quum repente turbare fortuna cœpit.
¶ Turbâtú est, Impersonale. Terent. Eunu. 4. 3. 7, Nescio quid profectò absente nobis turbatum est domi.
¶ Turbatum, Absolutè. Tacitus lib. 1, Postquam turbatum in castris accepere.
¶ Turbassit, pro Turbauerit vsurparum ab antiquis. Cic. 3. de Leg. 16, Ast quid turbassit in agendo, fraus actoris esto. Vetus exemplar habet turbassitur.

Turbâtus, pen. prod. Participium, Commotus. vt Turbatus ex inopinato malo. Cæsar 1. bel. Ciuil. 46.
Vulnere mentis turbatus. Virgil. 12. Æneid. 31.
Pectora turbatus. Virgil. 8. Æneid. 6, Æneas tristi turbatus pectora bello.
Acies turbatæ, Vide Acies.

Animi. Virgil. 8. Æneid. 1.	Fides. Claud. 6. Paneg. 13.
Aquæ. Ouid. epist. 18. 25.	Freta procellis. Virg. 3. Geor. 51.
Castra. Virgil. 9. Æneid. 3.	Mens funere. Virgil. 11. Æne. 1.
Comæ. Ouid. 3. Fast. 4.	Quies. Stat. 3. Sylu. 5. 18.
Equi. Virgil. 9. Æneid. 25.	

Pede turbato fugere. Ouid. epist. 11. 11.
Placare res turbatas. Cic. pro Plancio. 8, Nostrum est autẽ, qui in hac potestate populi iactemur ac fluctibus, ferre modicè populi volũtates, allicere alienas, retinere partas, placare turbatas: honores si magni non putemus, non seruire populo.
Viri turbati. Ouid. epist. 3. 18.

Turbáte, pen. prod. Aduerbium. Cæsar 1. bel. Ciuil. 16, Illis de causis aguntur omnia raptim atque turbatè.

Turbâtor, pen. prod. Verbale, Qui turbat. Liu. 4. ab Vrbe, 6, Parum id videri, quòd omnia diuina, humanáq; turbẽtur, iam ad Cõsulatum vulgi turbatores accingi. Ibidem, lib. 2. 70, Quum pacis ipse author à turbatoribus belli premeretur. Sic lib. 4. 205.

Turbamentum, turbamenti, Perturbatio. Tacit. lib. 17, Quæq; alia turbamenta vulgi. Sallustius in Oratione Lepidi ad Populum Romanum, Maxima turbamenta Reipub. atq; exitia probate.

Turbo, túrbinis, pen. cor. m. g. Ventus cum frigore maximo, obiecta quæque deturbans, prosterénsq; ex depressæ nubis specu. Virg. 1. Æn. 18, -& terras turbine perflãt. Plin. in Pane. 111, Erãt sub oculis naufragia multorũ, quos inuidiosa trãquillitate prouectos improuisus turbo perculerat. Virgil. 1. Georg. 64,
-ita turbine nigro
Ferret hyẽs, culmúmq; leuẽ, stipuláq; volantes. Idẽ 1. Æne. 10,
Illũ expirantem transfixo pectore flãmas Turbine corripuit.
Ventorum turbo. Lucret. lib. 6. 31.
¶ Ater turbo. Virgilius 1. Æneid. 103.
Immanis turbo. Virgil. 6. Æneid. 119.
Indomitus turbo. Catullus Argonaut. 59. 12.
Nimbosus turbo. Ouidius 11. Metam. 111.
Puluereus turbo. Claudianus de bello Getico, 91.
Violentus turbo. Lucretius lib. 3. 165.
¶ Rauco turbine armatur Boreas. Claud. 1. de raptu Pros. 14.
Vndique omnes venti erumpunt, fœui exsistunt turbines. Cic. 3. de Oratore, 86.
Celeri turbine fertur. Virgil. 12. Æneid. 170.
Piceo turbine fumans nubes. Virgil. 3. Æneid. 115.
Insanis turbinibus furit ventus. Silius lib. 8. 131.
Guburnare nauem in maximis turbinibus. Cic. in Pisonẽ, 15.
Venti perflant terras turbine. Virgil. 1. Æneid. 18.
Agens hyemem ruit æquore turbo. Virgil. 3. Georg. 93.
Rupto turbine confligunt venti. Virgil. 1. Æneid. 85.
¶ Turbo ac tempestas pacis & otii. Cic. pro Domo sua, 105, Tu procella patriæ, turbo ac tempestas pacis atque otii.
Turbo lethi. Catul. Argon. 59. 30, Certe ego te in medio versãtem turbine lethi Eripui.
Mentis turbine agi. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 6, Nescio quo miseræ turbine mentis agor.
¶ Turbo, pro Vortice. Statius 4. Thebaid. 163,
Incubuere vadis passim discrimine nullo
Turba simul, primique: nequit secernere mistos
Æqua sitis. frænata suis in curribus intrant
Armenta, & pleni dominis, armisque ferantur
Quadrupedes: hos turbo rapax, hos lubrica fallunt
Saxa. Videtur ita intelligi posse etiam Ouidianum illud epist. 7. 13, Finge age te rapido (nullum sit in omine pondus)
Turbine deprẽdi: quid tibi mẽtis erit? Sed melius vt de vento intelligatur. Sequitur enim, Quæque cadent, in te fulmina missa putes.
¶ Turbo, pro Gyro, & spiris serpentum. Silius lib. 3. 39, Ater lethifero strideba turbine serpens.
Saxi turbo. Virgil. 12. Æneid. 107, Præcipitem scopulo, atq; ingentis turbine saxi Excutit. Id est saxo quod rotatur quum impellitur aut iacitur.
Teres turbo. Catullus Argonaut. 59. 63, Libratum tereti versãbat turbine sustum.
¶ Turbo, Genus instrumenti lusorii, pueros maximè delectãs. Tibullus lib. 1. eleg. 5. 1,
Nanque agor vt per plana citus sola verbere turbo,
Quem ceperò assueta versat ab arte puer. Virgil. 7. Æneid. 76,
Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo,
Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
Intenti ludo exercent: ille actus habena,
Curuatis fertur spatiis: stupet inscia turba,
Impubésque manus mirata volubile buxum.
Dant animos plagæ. Vbi Seruius, Catullus hoc turben dixit, vt hoc carmen. Hic turbo, vnde turbinis facit: nam si turbonis sit, erit à proprio nomine genitiuus. Cicero de Fato. 63, Sed reuertitur ad cylindrum, & ad turbinem suum, quæ moueri incipere nisi pulsa, non possunt. Id autem quum accidit, suapte natura, quod supereſt, & cylindrum volui, & versari turbinem putat. De Chrysippo.
¶ Turbo, Quicquid formã habet in imo acutam, in sum mo latiorem. Plinius lib. 27. ca. 4. 3, de aloe, In turbinibus cadorum. Ouid. 1. Metam. 68, -caua buccina sumitur illi,
Tortilis in latum quæ turbine crescit ab imo.
¶ Turbo, Vasculi genus, quo pruna & cottana inter Saturnalia xeniola missitabantur: cuius effigies turbinis in imo angustissima erat in summo latissima, qualis est figura pyrorum.

Turbineus, Adiectiuum. vt Vortex turbineus. Ouid. 8. Metam. 111,
Multa quoque hic torrens niuibus de monte solutis
Corpora turbineo iuuenilia vortice mersit.

Turbinâtus, pen. pro. Aliud adiect. Quod veluti turbo desinit. Plin. lib. 37. ca. 4. 2, Siquidẽ & colore trãslucido nõ differt, & laterũ sexangulo læuore turbinatus in mucronẽ, aut duab⁹ cõtrariis partib⁹, quo magis miremur, vt si duo turbines latissimis suis partib⁹ iungantur, magnitudine verò etiam auellanæ nuclei. Idẽ lib. 32. cap. 7. 17, Muricum generis sunt quæ vocant Græci colycia, alii corythia turbinata æque, sed minora multo, efficaciora etiã, & oris halitum custodientia. Idẽ lib. 21. cap. 31. 1, Folliculis magnis, latisque, & turbinatis. Idem lib. 11. cap. 37. 51, Cor homini infra læuam papillam, turbinato mucrone in priora eminens. Idem lib. 15. cap. 15. 5, Turbinatior pyris figura.

Turbinatio, turbinatiõnis, fœm. g. Plin. lib. 15. cap. 21. 1, Aliis turbinatio pyri, alii ouata species.

TVRBO, Turbonis, Proprium nomen gladiatoris. Horat. lib. 1. Sermonũ saty. 3. 82, Corpore maiorem rides Turbonis in armis.

TVRCAE, teste Pomponio lib. 1, populi sunt Scythici, iuxta Thyssagetas & vltra Sauromatas. Ab his orti iudicantur, qui ætate nostra latissimè imperitant: *Turci* vulgò dicti, ignauia quidem nostra magni, sed post Macedonas & Romanos sine dubio potẽtissimi. Hermolaus.

TVRDE, Vilumbrorum ciuitas in Italia, teste Ptolemæo lib. 3. ca. 1, Tudea Silio: *Tudertum* hodie.

TVRDVLI, pen. corr. & Bastuli, populi in Hispania Bætica præcipui, vt & Bætica Turdetania dicta sit Straboni lib. 3. Plin. lib. 3. cap. 1, Ab vna autem (inquit) Atlantico Oceano obuersa Hispania, Bastulorum, Turdulorúmque est. Strabo lib. 3, Turdetanos cum Ptolemæo lib. 2. ca. 44, nominat. Varro 2. de Re rust. cap. 10. 3, Non omnis apta natio ad pecuariã, quòd neque Basculus, neque Turdulus idonei: Galli appositissimi maximè ad fumẽta.

Turdus, turdi, m. g. Auis nota, & inter primas à saporis bonitate collocata. Hor. 1. epist. 16. 4, Nil meli⁹ turdo, vulua nil pulchri⁹ ampla. Plin. lib. 10. ca. 53. 2, Turdi in cacuminibus arborũ luto nidificãtes, penè cõtextim in secessu generant. Ibidẽ, cap. 29. 5, Turdis color æstate circa collum varius, hyeme concolor. Horatius 1. Serm. saty. 5. 15, -vbi sedulus hospes
Penè macros arsit, dum turdos versat in igne.
Obesus turdus. Horat. 1. epist. 16. 3.
Ab transenna huc turdus lumbricũ petit. Plaut. Bacchid. 17. 12, De amatore loquitur.
De turdo tale est Martialis epigramma, lib. 2. 40,
Subdola tenduntur crassis modo retia turdis,
Hamus & in mullum mittitur atque lupum. Idem lib. 13. 91,
Inter aues turdus, siquis me iudice certet:

Inter quadrupedes, gloria prima lepus.

¶ Turdus, Piſcis. Colum. lib. 8. cap. 16. 7, Rurſus optime ſaxoſum mare nominis ſui piſces nutrit, qui ſcilicet quòd in petris ſtabulentur, ſaxatiles dicti ſunt, vt merulæ, turdique, nec minus melanuri. Plin. lib. 32. cap. 11. 9, Turdus inter ſaxatiles nobilis. Quintil. lib. 8. cap. 2.

Turcus, Adiectiuum, Vide **Thus**.

Turgeo, turges, turſi, turgêre. Virgil. Ecloga 7. 10, Iam lxto turgent in palmite gemmæ. Plin. lib. 20. ca. 13. 15, Imponunt & mâmis turgentibus decoctam rutam, & pituitæ.

Frumenta in viridi ſtipula lactentia turgét. Virgil. 1. Georg. 63.

Oratio quæ turget & inflata eſt. Author ad Heren. lib. 4. 156.

¶ Turgere alicui, Iraſci in aliquê, & commoueri. Plaut. Caſin. 7. 17, Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi. Idem Moſtel. 9. 7, Tota mihi turget vxor nunc domi ſcio.

Turgês, Particip. vt Lumina turgêtia gemitu, Propert. lib. 1. ele. 2. 1.

Ora turgentia. Ouid. 3. Faſt. 151.

Turgeſco, turgeſcis, turgéſcere. Perſius Satyra 5. 1,

Non equidem hoc ſtudeo bullatis vt mihi nugis
Pagina turgeſcat dare pondus idonea. Plin. lib. 20. cap. 18. 3. E nigro papauere ſapor gignitur ſcapo inciſo, vt Diagoras ſuadet, quum turgeſcit. Cic. 3. Tuſcul. 31, Cóque meû penitus turgeſcit triſtibus iris. Ex poeta. Varro 3. de re ruſt. cap. 9. 11, Obiiciendum pullis diebus quindecim primis mane ſubiecto puluere (ne roſtris noceat terra dura) polentam miſtam cum naſturtii ſemine, & aquæ aliquanto antè facta intrita: & ne tum denique in eorum corpore turgeſcat aqua, prohibendum.

Semen turgeſcit in agris. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 3.

Ramus turgeſcit in arbore. Ouid. 3. Triſt. eleg. 11. 3.

Turgeſcentia virgulta. Plin. lib. 8. cap. 50. 1, Nouembri menſe, vt Martio pariant capræ, turgeſcentibus virgultis. Columel. lib. 10. 31, Sed quum iam valido turgeſcit lurida caule.

Túrgidus, pen. corr. Adiectiuû, Inflatus, tumens. Plaut. 15. 15, Cubare in naui lippam, atq; oculis turgidis. Idem Merc. 19. 2, Tarda nimium, aut lapis obriguit, aut angue demorſa ceſſauit turgida. Cic. 3. Tuſcul. 33, Num aliquod quippiam membrû tumidum ac turgidum non vitioſè ſe habet? Mart. lib. 6. 39, Turgidis labris.

Fluuii turgidi. Horat. 4. Carm. ode 12. 1.

Frons turgida cornibus. Horat. 3. Carm. ode 13. 1.

Mare turgidum. Horat. 1. Carm. ode 3. 4.

Vela turgida. Horat. 1. Carm. ode 10. 5.

Turgídulus, pen. corr. Diminutiuum. Catullus de paſſere, 3. 4, Flendo turgiduli rubent ocelli.

TVRIA, Nomen fluuii, ſecundum aliquos generis maſculini, ſecundum Priſcianum & Auguſtinum generis neutri. Vide in dictione **DVRIA**.

TVRIASSO Ptolemæo lib. 2. ca. 6, Hiſpaniæ vrbs: vulgò *Tiriaſſona*.

Turicremus, Vide **Thus**.

Turio, turiônis, Teneritas ſummitatum arborum vel arbuſtorû dicitur. Colum. lib. 11. cap. 48. 6, Cócíſis deinde pleno vaſe oliuis, immitte defrutum vſque ad os. Lauri turiones in hoc vſu mittito, vt oliuas deprimant: poſt dies viginti viere.

Turma, turmæ, Ordo militaris & equitum. Dicta quaſi terdena, quòd terdeni equites ex tribus tribubus, Tatienſium, Ramnenſium, & Lucerum fiebant: conſtabat enim ex triginta duobus equitibus. Et qui illi præerat, Decurio dicebatur, vt Varro & Vegetius tradiderunt. Feſtus, Turmam equitum dictam eſſe ait Curiatius, quaſi terimam, quòd terdeni equites, &c. eadem verba quæ ſuprà. Itaq; primi ſingularum decuriarû, Decuriones dicti. Cic. ad Atticum lib. 5. 110. 11, Appius noſter turmas aliquot equitum dederat huic Scaptio.

Cohors & turma. Cic. pro Marcello, 4, Nihil ſibi ex iſta laude Centurio, nihil præfectus, nihil cohors, nihil turma decerpit.

Equitum turmæ. Virgil. 5. Æneid. 111.

Equeſtris turma. Claud. de bello Getico, 117.

Feroces turmæ. Virgil. 3. Georg. 36.

Mortales turmæ. Horat. 3. Carm. ode 4. 10,

Diuóſque, mortaléſque turmas
Imperio regit vnus æquo.

Ducere turmas. Virgil. 5. Æneid. 109, Ducat duo turmas, & ſeſe oſtendat in armis.

Glomerare turmas. Silius lib. 3. 46.

Inſinuare ſe in turmas equitum, Vide **Inſinuo**.

Inuadere turmas. Virgil. 11. Æneid. 114.

Turmâlis & hoc turmâle, pen. prod. Qui eiuſdê turmæ eſt, inquit Budæus Cic. 1. de Orat. 145, Ex tranſlatione autem, vt quum Scipio ille major Corinthiis ſtatuam pollicentibus eo loco, vbi aliorum eſſent imperatorum, turmales dixit diſplicere. Liu. 5. bel. Pun. 102, Diu cunctantem Criſpinum perpulere turmales, ne impune inſultare Campanum paterentur. Idem 8. ab Vrbe, 18, T. Manlius Conſulis filius, ſuper caſtra hoſtium cum ſuis turmalibus euaſit. Stat. 5. Sylu. 2. 4, -non ſanguine cretus Turmali.

Buccina turmalis. Claud. de bello Gildonico, 90, Excitet inceſtos turmalis buccina ſomnos.

Turmâtim, pen. prod. Aduerbium. Per turmas. Cæſar 3. bel. Ciuil. 361, Equites Pompeiani hoc acrius inſtare, & ſe turmatim explicare, aciémque noſtram à latere aperto circuire cœperunt. Idem 8. bel. Gal. 68, Turmatim in eum locum deuenerunt. Liu. 5. ab Vrbe, 176, Mox vlulatus, cantúſq; diſſonos vagantibus circa mœnia turmatim barbaris audiebant. Lucret. lib. 2. 24,

Et velut æterno certamine prælia, pugnáſque
Edere turmatim certantia.

TVRNVS, Nomen ducis qui ab Ænea occiſus eſt, vt videre licet in 12. Virgilii Æneidos.

Præſtanti corpore Turnus. Virgil. 7. Æneid. 157.

Audax Turnus. Virgil. 9. Æneid. 1.

Barbarus Turnus. Tibullus lib. 2. eleg. 6. 2.

Pulcherrimus Turnus. Virgil. 7. Æneid. 11.

TVRONES, Lugdunenſis Galliæ populi ad fluuium Ligerim, authore Plinio lib. 4. cap. 18.

TVRPIO Ambiuius, actor comœdiarum Terentii temporibus.

Turpis, & hoc turpe, Deformes: contrarium pulchro. Ad corpus & ad animum refertur. Terent. Phorm. 1. 1. 57, Lachrumæ, veſtitus turpis. Idem Heaut. 5. 4. 19, -pudet
Dicere hæc præſente verbum turpe. Idem Adelph. 1. 4. 11, -tam ob paruolam
Rem penè ex patria turpe dictu. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 1, Turpe ſenex miles, turpe ſenilis amor. Ibidem eleg. 13. 8, Fœmina non cælo turpior vlla foret.

Turpis & miſer. Cic. pro Quintio, 65, Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, ſed miſer cõfugit.

Turpis & fœdiſſimus. Cic. 1. Offic. 175, Luxuria verò cum omni ætati turpis, tum ſenectuti fœdiſſima eſt.

Turpiſſimus & ſordidiſſimus. Cic. Attico, lib. 9. 180. 7.

¶ Amor turpis. Horat. 1. Serm. ſaty. 4. 24.

Campus turpis ſine gramine. Ouid. 3. de Arte, 50.

Caput turpe ſine crine. Ouid. 3. de Arte, 50.

Crimen turpe. Horat. de Arte, 53.

Egeſtas turpis. Virgil. 6. Æneid. 56.

Fabula turpis relatu. Claud. in Eutropium, 110.

Formido turpis. Virgil. 2. Æneid. 80.

Fuga turpis, Inhoneſta, Cic. 1. de Finib. 156, Trecentóſque eos quos eduxerunt Sparta, quú eſſet propoſita aut fuga turpis, aut glorioſa mors, oppoſuit hoſtibus. Tacit. lib. 19.

Homo turpiſſimus & inhoneſtiſſim⁹. Cic. pro Roſc. Amer. 30.

Lachrymæ turpes. Stat. 8. Thebaid. 11.

Macies turpis. Horat. 3. Carm. ode 17. 11.

Mors turpis. Lucret. lib. 6. 149.

Opprobrium turpe. Horat. 1. Serm. ſaty. 6. 17.

Præceptor turpis, hoc eſt flagitioſus. Quintil. lib. 1. cap. 2. 4, Nã & eſſe poteſt turpis domeſticus ille præceptor.

Prælia turpia. Propert. lib. 2. eleg. 5. 5.

Pudor turpis. Ouid. 11. Metam. 37.

O rem turpem & miſeram. Cic. Attico, lib. 8. 152. 1.

In turpiſſimis rebus habere, Vide **In** præpoſitionem.

Scabies turpis. Virg. 3. Georg. 89.

Senecta turpis. Virg. 3. Georg. 20.

Vita turpis. Tacit. in vita Agricolæ.

Vita turpis & infamis. Cic. pro Fonteio, 10.

Vitia turpia decipiunt cæcum. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 8.

¶ Cælare turpia. Horat. 1. Serm. ſaty. 2. 17.

Ducere turpe. Quintil. lib. 1. cap. 2. 15, Turpe ducet cedere pari, pulchrum ſuperaſſe maiores. De pueris.

Quid hoc turpius, quid fœdius Cic. 2. Philipp. 90.

¶ Turpis, Magnus, grandis. Virg. 3. Georg. 11, -optima torux
Forma bouis, cui turpe caput, cui plurima ceruix. Ibidem, lib. 4. 79, -& turpes paſcit ſub gurgite phocas. Nonius.

¶ Turpis, crudelis, frequens apud Salluſtium.

Turpículus, pen. corr. Diminutiuum. Cic. 2. de Orat. 137, Tantû intereſt, quod grauitas honeſtis in rebus ſeuerè, iocus in turpiculis & quaſi deformibus ponitur. Idem Attico li. 4. 74. 1, Quidr etiam ſubturpicula mihi videbatur παιγνιδία.

Naſus turpiculus. Catull. de Acme, 39. 1, Iſta turpiculo puella naſo.

Túrpiter, pen. cor. Aduerb. Inhoneſte, indecore. Plaut. Merc. 18. 16, Quod in ſe olim admiſere turpiter, &c. Terent. Eunuc. 3. 1. 24, -mirum ni ego me turpiter hodie hîc dabo
Cum meo decrepito hoc eunucho. Cæſar 7. bel. Gall. 76, Qui dimicare nõ auſi, turpiter ſe in caſtra receperint. Idem 3. bel. Ciuil. 96, Reliquos turpiter fugere coegerunt. Cic. 1. de Fin. 45,

Quia quod bene, id rectè, frugaliter, honestè: ille porrò malè, prauè, nequiter, turpiter cœnabat. Ouid.5.Trist.eleg.7.3, Turpius eiicitur, quàm non admittitur hospes.

Flagitiosè & turpiter. Cic.Attico,lib.6.114.13.

Turpiter & nequiter. Cic.3.Tusc.ul.64, Quæ te turpiter & nequiter facere nihil patiatur.

Extimesco nequid turpiter faciam. Cic.Attico,lib.9.175.1.

Perpeti turpiter. Cic.pro Milone,7.

Cato in me turpiter fuit malevolus. Cic.Attico,lib.7.111.8.

Ingenium turpiter hirtum. Horat.1.Epist.3.5.

Turpiter iners. Ouid.2.de Remed.amor.77.

Turpitūdo,pen.prod.turpitúdinis,pen.corr.f.g. Deformitas. Plaut. Pseud.11.2, Qui seruitutem didanunt lenoniam
Puero, atque eidem si addunt turpitudinem, &c. Cic.2.de Finibus,186, Sunt etiam turpitudines plurimæ, quæ, nisi honestas natura plurimum valeat, cur non cadant in sapientem, non est facile defendere. Idem 4.Acad.144.

Turpitudo & deformitas Cic.2.de Orat.130, Locus autē & regio quasi ridiculi turpitudine & deformitate quadā continetur.

Turpitudo quæ à libidine, aut à petulantia, aut ab audacia nata est. Cic.pro Fonteio,13.

Crimen turpitudinis. Quintil.lib.2.cap.2.9, Carendum non solùm crimine turpitudinis, verum etiam suspicione.

Generis turpitudo. Quintil.lib.3.cap.7.13, Nam & turpitudo generis opprobrio multis fuit.

Verborum turpitudinem & rerum obscœnitatem vitare. Cic.2.de Oratore,134.

Infligere sibi turpitudinem, Vide Infligo.

Liberare turpitudine aliquem, Vide Libero in Liber adiect.

Turpificātus,pen.prod.Adiectiuum, Turpis factus. Cic.3.Offic.143, Quæ si in deformitate corporis habeat aliquid offensionis, quāta illa depravatio & fœditas turpificati animi debet videri?

Turpo,turpas,turpare, Turpe facere, Fœdare. Cic.1.Tusc.ul.134,
Hæc omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari,
Iouis aram sanguine turpari. Virgil.10.Æneid.16,
-& terra subleuat ipsum
Sanguine turpantem comptos de more capillos. Horat.1.Sermonum,satyra 5.13, -at illi fœda cicatrix
Setosam læui frontem turpauerat oris.

Aram turparunt sanguine. Lucret.lib.1.17.

Pallor turpat ora. Silius lib.7.117.

Rugæ turpant te. Horat.4.Carm.ode 13.3.

Turrio, huius turris, f.g. à Terrendis hostibus dicta est. vel quòd aspectu torua sit, hoc est terribilis. Cæsar 5.bel.Gall.161, Tum ex omni parte lapidibus coniectis deturbati, turrisque succensa est.

Ærata turris. Claud.1.in Eutropium,17.

Ahenea turris. Horat.3.Carm.ode 16.1.

Alta turris. Cic.5.Tusc.ul.84, Dionysius concionari ex turri alta solebat. Virgil.4.Georg.25.

Ardua. Ouid.11.Met.79. Cōtabulata, Vide Contabulo.

Cana. Virgil.9.Æneid.10. Excelsa. Silius lib.13.139.

Celsa. Horat.2.Car.ode 10.3. Valida. Lucret.lib.5.189.

¶ Confringere turres. Lucanus lib.6.15.

Locus munitus turribus & trophæis. Cic.de Prouin.Consul.3.

Quassæ nutant turres. Lucan.lib.6.28.

Percussæ de cælo turres, Vide Percutio.

Stabilire quassas turres. Seneca Thyeste,7.5.

¶ Fiunt etiā turres ambulatoriæ, de quibus Vegetius lib.4.ca.17, hæc scribit, Turres dicuntur machinamenta ad ædificiorum speciem ex trabibus, tabulatisque compacta. Et ne tantum opus hostili coneremetur incendio, diligentissimè ex crudis coriis, vel centonibus communitur. Quibus pro modo latitudinis additur altitudo. Nam interdum tricenos pedes per quadrum, interdum quadragenos, vel quinquagenos latæ sunt. Proceritas autē ipsarum tanta sit, vt non solum muros, sed etiam turres lapideas altitudine superent. His plures rotæ mechanica arte subdūtur: quarum lapsu volubili magnitudo tam alta moueatur. Præsens autem periculum ciuitatis est, si ad murum fuerit turris admota. Plures enim accipit scalas, & diuerso genere conatur irrumpere. nam in inferioribus habet arietem, cuius impetu destruit muros. Circa mediam verò partem accipit pontem factum de duabus trabibus, septúmque de vimine, quem citò prolatum, inter turrim murúmque constituunt, & per eum egredientes de machina bellatores in ciuitatem transeunt, & occupant muros. In superioribus autem turris illius partibus contati & sagittarii collocantur, qui defensores vrbis contis, missilibus, saxilque ex alto prosternant. Quo facto ciuitas capitur sine mora. Cic. ad Catonem, lib.15.4.19, Aggere, vineis, turribus oppugnari, vsúsque multis tormentis.

Turritus,pen.prod. Adiectiuum, Altus & excelsus: vt Domus turrita, id est alta & sublimis, & ad turris similitudinem facta.

Puppes turritæ. Virgil.8.Æneid.159.

Scopuli turriti. Virgil.3.Æneid.108.

Turritus aliquādo dicitur turribus plenus. vnde & Turritæ vrbes, & Mater deûm nominatur turrita: quia terra est, quæ vrbes sustinet: Virgil.6.Æneid.157, -qualis Berecynthia mater
Inuehitur curru Phrygias turrita per vrbes,
Læta deûm partu.

Castella turrita. Lucanus lib.6.8.

Dea turrita, Cybele. Propert.lib.4.eleg.12.11.

Elephanti turriti, Quibus superponuntur turres, vel qui turres gestant. Plin.lib.8 cap.7.5, Iterum totidem turriti cum sexagenis propugnatoribus.

Mœnia turrita. Ouid.3.Amor.eleg.7.10.

Muri turriti. Ouid.3.de Ponto,eleg.4.11.

Túrrifer,pe.co. Adiect. vt Corona turrifera Cybeles. Ouid.4.Fast.54

Túrriger,pen.corr. Aliud adiectiuum: id est Gerens turres. Plinius, Sed turrigeros elephantorum miramur humeros. Sic apud Virgilium 10.Æneid.51, Turrigeræ vrbes.

Dea turrigera. Ouid.4.Fast.45.

Carina turrigera. Lucanus lib.3.103.

Frons turrigera Cybeles. Ouid.6.Fast.65.

Mater turrigera, Cybele. Statius 2.Achill.70.

Turricula,turriculæ,pen.corr. Diminutiuum. Parua turris.

Turricula, Vasculi genus, à turris similitudine, quo iactari tali ludendo solent. eadē pyrgus & orca dicitur. De hac tale est Martialis epigramma lib.14.16,
Quærit compositos manus improba mittere talos:
Si per me misit, nil nisi vota facit.

TVRRIS Bissonis, ciuitas Sardiniæ Ptolemæo lib.3.cap.3, Sardos hodie: Turris Libysonis Plinio.

Tursio,tursiōnis,m.g. Genus piscis. Plin.lib.9.cap.9, Delphinorum similitudinem habent qui vocantur tursiones.

Turtur,túrturis,pen.corr. masculini generis rarò fœminini. Auis nota, à sono vocis nomen habens. Plaut.Mostell.1.44, Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aues. Mart.lib.5.114, Gemit hinc palumbus, inde cæreus turtur. Cic.2.de Finib.175, Turtures & cursu & peregrinatione lætantur.

Niger turtur. Ouid.epist.21.8.

Gemit turtur. Virg.eclog.1.11, Nec gemere aeria cessabit turtur ab vlmo.

¶ Turtur, Piscis, m.g. qui aliàs dicitur pastinaca, trigon autē à Græcis. in cuius cauda emergit radius præsentissimi veneni.

TVRVLIS, pen.prod. flauius Hispaniæ Tarraconensis Ptolemæo lib.2.ca.6, Turia vulgò Clandiano & Hermolao apud Plinium, Pomponius Duriam corruptè nominat.

Turunda, turundæ, Genus panificii. Nonius, Turūda libum sacrum quoddam ex farre, genus panificii. Varro 3.de Re rust.ca.9.15, Amplas omnes ex his, eaulis ex alis pinnis, & è cauda, farciunt turundis ordeaceis, partim admistis ex farina loliacea aut semine lini ex aqua dulci. De gallinis. Cato ca.89, Gallinas teneras, quæ primū pariunt, concludat, polline vel farina ordeacea cōsperså turundas faciat, eas in aquam intinguat, & in os indat. Varro de liberis educandis, Alii afferunt libum ac turundam.

¶ Turunda apud Catonem, cap.157, significat linamentum illud ex filis quod in vicus immitti à medico solet. ait enim, Et si fistula erit, turundam intro tradito: si turundam non recipiet, diluito, succum exprimito.

TVRVPTIANA, Ptolemæo lib.1.cap.6, Hispaniæ Tarraconensis vrbs: Tuitana hodie: Toy vulgò.

Tus, Vide Thus.

TVSCANIA, Oppidum Tusciæ prope Tarquinios, à quo Tuscanenses.

TVSCENIVS, homo furiosus & auarus, cuius meminit Cicero ad Quintum fratrem lib.1.1.29, Hæc institutio atque hæc disciplina potest sustinere in rebus statuendis decernendisque eam sententiam qua tu in his rebus vsus es, ex quibus nonnullas simultates cum magna mea lætitia susceptas habemus: nisi forte me Paconii nescio cuius hominis, ne Græci quidem ac Mysii, aut Phrygis potius querelis moueri putas: aut Tuscenii hominis furiosi ac sordidi vocibus, cuius tu ex impurissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuisti summa cum æquitate.

Causa Tuscenii sanari non potest. Cic. Quinto fratri lib.1.2.9, Quid L.Cæcilium nonne omni ratione placaui quem hominē, qua ira, quo spiritu quem denique præter Tuscenium, cuius causa sanari non potest, non mitigaui?

TVSCIA, quæ & Hetruria dicitur, Italiæ regio celebris: à sacrificiis, vt quidam arbitrantur, dicta. Græci enim θύειν sacrificare dicunt. Vel à thure, quo maxime in sacrificiis vtimur. Vel à Tusco

lo Herculis filio,quod veteres grammatici probant. Vnde & sine h ab eis scribitur. Hæc Tyrrhenia dicta fuit,à Tyrrheno Atys filio, qui è Mæonia discedens in Italiam venit, & eam partem occupauit quæ ad mare inferum sita est, quod & Tyrrhenum dicitur. Hæc à Liguribus Romanisque finibus contingitur.Iugis inaccessis & difficilibus referta. Eius fines Macra & Tyberis amnes,centum & septuaginta quatuor milia inter se distantes. In ea, scientia faciendorum sacrorum ita floruit, vt Romani qui non seruandæ tantum,sed etiã amplificandæ religionis cupiditate incendebantur,decem principum filios Senatusconsulto singulis Tusciæ populis percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia traderent.Longior est ea prouincia,quàm latior. Ab Orientali plaga in Occidẽtalem porrigitur.Nam si ab Aquilonari in Australem perambulemur,arctis finibus contenta est. A b Occidẽte quã Liguriæ proxima est,habet Pisas,Senas,& Lucam,& Florẽtiam,inclytas ciuitates. Ad Septentrionem habet vrbem veterem. In Meridionali verò litore, Pisaurum,Aretium,& Assisũ. Et Tybris Romanus inde labitur, ex Apennino effluens. Septẽtrionalis regio cum Flaminia iungitur. Vulgus Italorum hodie *Toscanam* vocat.

Tusci,qui Tusciam habitant. Cic.1.de Natura deorum,16,An vos Tusci ac barbari,auspiciorum Populi Rom.ius tenetis,& interpretes esse comitiorum potestis?

Tuscus,Adiectiuum.vt Æquora Tusca.Horat.4.Carm.ode 4.11,
Gens,quæ cremato fortis ab Ilio,
Iactata Tuscis æquoribus.
Amnis Tuscus,Tybris.Ouid.3.de Arte,78,
Nec vos campus habet,nec vos gelidissima virgo,
Nec Tuscus placidis deuehit amnis aquis.
Flumen Tuscum.Ouidius 14.Metamor.115,
-post hunc Capetúsque,Capýsque,
Sed Capys ante fuit,regnum Tyberinus ab illis
Cepit,& in Tusci demersus fluminis vndis
Nomina fecit aquæ,de quo Remulíque,feróque
A`Crota sunt geniti.
Mare Tuscum. Horat.2.Epist.1. 41,Garganum mugire putes, nemus,aut mare Tuscum.
Tyberis Tuscus.Virgil.1.Georg.100.

Tusculum,Vide **Thus**.

TVSCVLVM,pen.corr. Italiæ oppidũ, Telegoni Vlyssis & Circes filii ædificiũ,Ciceronis villa nobilissimũ. Sil° lib.7.139,Mœnia Laertæ quondam regnata nepoti. Tusculani, Frederici Ænobarbi imperatoris quondam coniuncti copiis,Romanos insigni clade affecere,vt postea resipiscere non esset.Romani itaque iniuriæ memores,post aliquot annos,tanta in eos ira percitì sunt, vt vix vrbis fundamenta relinquerent. Hæc Volaterranus lib.6. Tusculum,vulgò *Frascati*. Ex Tusculo Cato Censorinus ortum habuit.Horat.1.pod.1.6,
Nec vt superni villa candens Tusculi
Circæa tangat mœnia.

Tusculanus, Qui Tusculum incolit. Cic.3.de Lege agraria,6, Ego Tusculanis pro aqua crebra vectigal pendam,quia à municipio fundũ accepi,si à Sylla mihi datus esset,Rulli lege non penderẽ.

Tusculanus ager,in quo erat villa Ciceronis celebratissima,in quã post forẽsia negotia animi recreãdi gratia se Cicero recipiebat:vbi aut cũ doctis aliquib°,quos eo adduxerat,se declamando exercere,aut philosophica studia intermissa renouare solebat,vt frequenter in scriptis suis meminit.Hanc villã sere Tusculanum absolutè vocat:vt ad Atticum,lib.1.4.2,Nos Tusculano ita delectamur,vt nosmetipsis tum demũque,cum illò venimus,placeamus. Idem 1.Tusc.11,Vt nuper tuum post discessum in Tusculano quum essent complures mecum familiares,tentaui quid in eo genere possem:vt enim antea declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit.sic hæc mihi nunc senilis est declamatio: ponere iubebam de quo quis audire vellet,& id aut sedens,aut ambulans disputabam. Itaque dierum quinque scholas,vt Græci appellant,in totidem libros contuli.

Cogito Tusculanum,Vide **Cogito**.

Disputatio Tusculana,quæ in Tusculano tractata est.Cic.1.de Diuinat.2,Quúmque fundamentum esset philosophiæ positum in finibus bonorum & malorum, perpurgatus est is locus à nobis quinque libris,vt quid à quoque,& quid contra quenq; philosophũ diceretur intelligi posset:totidem subsecuti libri Tusculanarum disputationum, res ad beatè viuẽdum maximè necessarias aperuerũt. Idem Attico,lib.15.ep.11.4. Balbũ leuari inuidia per nos velim,sed ne ipse quidem id fieri posse confidit:itaq; alia cogitat.quòd prima disputatio Tusculana te confirmat, sanè gaudeo.

Tusculanensis,& Tusculanẽse,Aliud adiectiuũ.Cic.Varroni,lib.9. 6,11,Equidẽ hos tuos Tusculanẽses dies instar esse vitæ puto,&c. Tusculos,pe cor. Aliud similiter adiect.vt Vmbra Tuscula.Stat.4. Sylu.4.4. Hos Prænestè sacrum,Nemus hos glaciale Dianæ Algidus aut horrens,aut Tuscula protegit vmbra,
Tyburis hi lucos,Anienáque frigora captant.
Tellus Tuscula.Tibullus lib.1.eleg.7.11,
Non taceam monumenta viæ,quæ Tuscula tellus,
Candidáque antiquo detinet Alba lare.

TVSCVS,Vicus Romæ,dictus quòd ibi habitauerunt Tusci,qui recedente ab obsidione Porsenna remãserunt,vt ait Festus.De quo Horatius 2.Sem.sat.3.46, -ac Tusci turba impia vici.

Tussis,huius tussis,f.g.Quæ gignitur vel ex frigore,vel ex pituita in pulmonem descendente.Terent.Heauton.2.3.131,Gemitus, screatus,tussis,risus abstine.

Veterem tussim acetũ inhibet. Plin.lib.23.ca.1.41,Tussim veterem inhibet,&gutturis rheumatismos,orthopnœam,dentium labefactionem.

Mortuus tussi.Lucret.lib.4.135.
Malam tussim expuli pectore.Catul.ad Fundum, 41.2,
Anhela tussis quatit ægros sues.Virgil.3.Georg.100.

Tussẽdo,pen.prod.tussẽdinis,fœ.ge.Idem.Apuleius,Assiduo pulsu tussedini hiulci pectora.

Tussicula,tussiculæ,pen.corr. Diminutiuũ.Plin.epist.114.b,Veteris infirmitatis tussicula admonitus, rursus sanguinem reddidit.

Tussio,tussis,tussiui,tussitum,tussire,pen.prod.Tussim pati.Plaut. Asin.13.49,Fortè si tussire occœpsit,ne sic tussiat,
Vt cuiquam linguam in tussiendo proferat. Plin.lib.20.cap.2. 1,Semen eorum cum cumino tritum potúmque in vino tussientibus auxiliatur. Martial.lib.1.40,Et placet & tussit.
Male tussire.Horat.2.Serm.saty.21.5, -siquis
Forte cohæredum senior male tussiet,&c.

Tussilãgo,pe.pro.tussilãginis,f.g.Herba quæ tussim sedat.Plin.lib. 6.cap.26.1, Tussim sedat beeluõ,quæ & tussilago dicitur.Duo ci° genera: syluestris vbi nascitur,subesse aquas credunt, & hoc habẽt signũ aquileges.Folia sunt maiuscula quàm hederæ, quinq; aut septẽ,subalbida à terra,supernè pallida. Farfara alio nomine dicitur,& vulgò *Vngula caballina* à forma pedis equi vel asini, vnde Gallica nostra lingua vocant *Pas d'asne*. Vide **Brechion**.

TVTANVS,pen.prod.Deus apud Etrusicos qui gentes tueri putabatur.Varro,Tutanum deum Romæ omnes qui laborant inuocant.Meminit Cælius lib.25.cap.30.

Tute,idest tuipse,Vide **Tu**.Ci.4.Ver.95,Hoc autẽ tute fatebere
Tute dicebas.Cic.1.de Finib.139,Etenim quemadmodum tute dicebas, negat Epicurus diuturnitatem quidem temporis ad beate viuendum aliquid afferre, nec minorẽ voluptatem percipi in breuitate temporis,quàm si illa sit sempiterna.

Tute paulò antè dixisti. Cic.1. de Orat.50, Nam me quidem semper à genere hoc toto sermonis refugisse,& tibi cupienti atque instãti sæpissime negasse,tute paulò antè dixisti: quod ego non superbia,neque &c.

Tute tibi imperes.Cic.2.Tusc.81,Quod si tibi persuasum est (principio enim dixisti plus in dedecore mali tibi videri,quàm in dolore) reliquum est vt tute tibi imperes.

Tutela,**Tutor**,**Tutus**,Vide **Tueor**.

TVTILINA,pen.prod.Dea quæ tutandis frugibus præerat.Cælius lib.25.cap.30,ex diuo Augustino. Varro, Tuam fidem Tutilina innoco.

Tuus,tua,tuum,Pronomẽ possessiuum à tu.Plaut.Persa,16.37, Tua merx est,tua indicatio est. Cic.ad Trebonium,lib.12.ep.5, Nunc hæc primò cupio cognoscere,iter tuum cuiusmodi sit.

Tuum est.Ad te spectat,tui est negotii & officii.Terent.And. 4.1.54, Tuum est, siquid præter spem euenit, mihi ignoscere. Plaut.Sticho,14.36,Haud tuum istuc est te vereri.

Tuo arbitratu.Plaut.Aulul.20.19, -agedũ,exeute dũ palliũ.
S T.Tuo arbitratu.E v.ne inter tunicas habeas.
Tetigine tui quicquam?Terent.Adel.1.1.14,
Quid tibi rei mecum est? AE.nihil. S.quid? nostine qui sim? AE. non desydero.
S.Tetigine tui quicquam? AE.si attigisses,fertes infortunium.

De tuo,Vide **De** præpositionem.

Tui studiosus. Cic.ad Tironem, lib.16.11.13,Ego A.Varroni, quem quum amantissimũ mei cognoui,tum etiã valde tui studiosum,diligentissimè commendaui.

Tui charitas. Cic.ad Plancum,lib.10.6.3, Me autem impulit tui charitas. Ouidius epist.5.21,Ardet amore tui, sic & Menelaon amauit.

De tuis vnus,pro Vnus tuorum amicorum,vel de numero amicorum tuorum. Cic.ad Cæsarem,lib.13.17.6, Qui & in bello tecum fuisset,& propter memoriam Crassi de tuis vnus esset.

Tam longe à tot tuis.Cic.Attico,lib.4.84.2,Iter Asiaticũ tuũ puto tibi suscipiendum fuisse: nunquam enim tu sine iustissi-

ma causa tam longe à tot tuis & hominibus, & rebus charissimis & suauissimis abesse voluisses.

Panætius ille tuus. Cic.1.de Oratore.24, Erat etiam Metrodorus, qui cum illis vnà ipsum illum Carneadem diligentius audierat, hominem omnium in dicendo, vt ferebant, acerrimum & copiosissimũ: vigebat auditor Panætii illius tui Mnesemarchus, & Peripateticus Critolaus & Diodorus, &c.

Pro amicitia tua, Cicero dixit: hoc est pro amore quo te prosequor, nempe quo tu à me diligeris: 10.Philipp.172, An verò hoc pro nihilo putas (in quo equidem pro amicitia tua vicem dolere soleo) efferri hæc foras, & ad Pop.Rom.aures peruenire?

Tua virtus. Cato ad Ciceronem, lib.15.5.1, Quòd & Respublica me & nostra amicitia hortatur, libenter facio, vt tuam virtutem, innocentiam, diligentiam cognitã in maximis rebus, domi togati, armati foris, pari industria administrari gaudeam.

Tuum studium adolescentis. Cic.ad L.Paulum, libro 15.13.1, Sed molestè fero me Consulem studium tuũ adolescentis perspexisse te meum, quum id ætatis sim, perspicere non posse.

Tua sui memoria. Cic.ad Atticum, lib.13.26.3, Nicias te (vt debet) amat: vehementérque tua sui memoria delectatur.

Tuo tibi iudicio est vtendum. Cic.2.Tuscul.107.

Tuopte, ablatiuꝰ cõpositus à Tuus & pte syllabica adiectione. Plau. Milit.10.11, Quippe si resciuêre inimici consilium tuum, tibi Tuopte consilio occludunt linguam. Idem Capt.7.11, Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum.

T Y

TYANA, penul.corr. vrbs Cappadociæ, Apollonii Tyanei patria. Inde Tyanensis prætura, in qua est oppidũ Tyana. Author Strabo lib.12. & Plinius lib.6.cap.3.

Tyaneius, Adiect. Ouid.8.Met.146, -ostendit adhuc Tyaneius illic Incola de gemino vicinos corpore truncos.

TYBERIS, pe.cor. & Tybris per syncopẽ, Amnis Italiæ è media fere lõgitudine Apœnini Aretinorũ finibꝰ defluẽs, tenuis principio, nec ferè nauì gabilis. Fertur per centum & quinquaginta millia passuũ nõ procul Tiferno, Perusia, & Otriculo. Hetruriã ab Vmbris ac Sabinis, mox Veientẽ agrũ à Crustumino, deinde Fidenate, Latinúmq; à Vaticano dirimẽs, duobus & quinquaginta fluuiis augetur: præcipuis autem Nare & Anione: nec minus tamen aquis, fontibusque in vrbem perductis: & ideo quamlibet magnarum nauium ex Italo mari capax, rerũ in toto orbe nascentium vector placidissimus. Primum ab aquarum colore Albula dictus est, deinde Tybris appellatus: vel à rege Tusco eius nominis, iuxta eum in bello occiso. Quod sensisse etiam videtur Virgilius 8.Æneid.67, -aspérque immani corpore Tybris: A quo post Itali fluuium cognomine Tybrin Diximus: amisit verum vetus Albula nomen. Vel quòd τὰς ὑβρεις, hoc est iniurias fluuius, esset, propter regẽ Tuscorũ, latrocinari circa eius fluminis ripas, ac vastare omnia solitũ. Seruius, Vt autem (inquit) Tybris dicatur, hæc ratio est, Quodam tempore Syracusani victores ceperunt Syracusis ingentem Atheniẽsium hostium multitudinem: & eam cæsis montibus fecerunt addere munimenta ciuitati. Tunc auctis muris, etiam fossa intrinsecus facta est: quæ flumine admisso repleta munitiorẽ redderet ciuitatem. Hanc igitur fossam per hostium pœnam & iniuriam factam, Tybrim vocarunt ἀπὸ τῆς ὕβρεως. Postea profecti Siculi ad Italiam, eã tenuerũt partẽ, vbi nunc Roma est, vsq; ad Rutulos & Ardeam. vnde est, Fines super vsque Sicanos. Et Albulam fluuium, ad imaginem fossæ Syracusanæ Tybrin vocarunt, quasi ὕβρεις. Hactenus Seruius. Rursus autem à Tyberino Albanorum rege in eo submerso pro Tybri dictus est Tyberis. Ouid.2.Fastorum, 78,

Albula, quem Tyberim mersus Tyberinus in vndis
Reddidit, hybernis fortè tumebat aquis. Tyberis etiam Ptolemæo lib.3.cap.1, Albula prius: vulgò Τιβερις. Cic.Attico, lib. 12.241.16, Cogito interdum trans Tyberim hortos aliquos parare, & quidem ob hanc causam maximè.

Arenosi Tybridis vnda. Ouid.1.Fast.49.

Ausonius Tybris. Virgil.5.Æneid.17, Nec tecum Ausonium, quicunque est quærere Tybrim.

Cæruleus Tybris, Vide Caeruleus.

Flauens Tybris. Silius lib.16.136.

Flauus Tyberis. Horat.1.Carm.ode 2.3, Vidimus flauum Tyberim retortis Littore, &c.

Laurens Tybris. Virg.5.Æneid.160.

Romuleus Tybris. Claud.5.Paneg.45.

Sceptriferi Tybridis vnda. Silius lib.8.73.

Tyrrhenus Tybris. Virg.7.Æneid.494

¶ Tybri, Vocatiuus. Virgil.8.Æneid.108, -galeásque & fortia corpora volues Tybri pater.

Tyberinus, pen.prod. Adiectiuum: vt Pisces Tyberini: & Tyberina ostia, apud Virgilium, 1.Æneid.4. Cic.pro Lege Manilia.13, Vos qui modò ante ostiũ Tyberinum classem hostiũ videbatis.

Fluminis Tyberini vnda. Virg.10.Æneid.16.

Gurges Tyberinus. Ouid.9.Metam.40.

Insula Tyberina. Claud.3.Paneg.55. De hac insula sic Liuius 2. ab Vrbe, 18, Ager Tarquiniorum qui inter vrbem ac Tyberim fuit, consecratus Marti, Martius deinde campus fuit. Fortè ibi tum seges fatis dicitur fuisse matura messi. quæ cãpi fructũ quia religiosum erat consumere, defectam cum stramento segetem magna vis hominum simul immissa, corbibus fudêre in Tyberim tenui fluentẽ aqua, vt mediis calorib⁹ solet. Ita in vadis hæsitãtis frumẽti aceruos sedisse illitos limo insulã inde paulatim, & aliis quæ fert temere flumẽ coãctis, factã. Postea credo additas moles, manúq; adiutũ, vt tam eminens area, firmáque tẽplis quoque ac porticib⁹ sustinẽdis esset. Hactenꝰ ille.

Canutius Tyberinus. Cic.3.Philipp.140, Tyberinum Canutium, à quo erat honestissimis cõtentionibus & sæpe & iure vexatus, non templo solùm, verumetiã aditu prohibere Capitolio?

¶ Tybrinus, per syncopen, pro Tyberinus. Claud.de Laudibus Serenæ reginæ.21.4, Præscia fatorum Tanaquil, rediénsque per vndas Cloelia Tybrinas.

Tyberinus, pen.prod. Tyberis fluminis Deus. Virg.8. Æneidos.6, Huic deus ipse loci fluuio Tyberinus amœno,
Populeas inter senior se attollere frondes
Visus: cum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus, & crines vmbrosa tegebat arundo.

Flauus Tyberinus. Virg.7.Æneid.6,
-hunc inter fluuio Tyberinus amœno
Vorticibus rapidis, & multa flauus arena
In mare prorumpit.

Tyberinis, pen.pro. Tyberínidis, pe.cor. Patronymicũ fœm. Ouid. 2.Fast.101, Dixerat: annuerant Nymphæ Tyberinides omnes.

TYBERIVS, Vide TIBERIVS.

TYBVR, huius Tyburis, pen.cor.n.g. Vrbs est Italiæ, sedecim millibus passuum distans ab vrbe Roma: quam, teste Solino, ex authoritate Catonis, Catillus Arcas præfectus classis Euãdri cõdidit. Quod etiã sensit Seruius: De Græcia (inquit) tres fratres venerũt ad Italiam, Catillus, Coras, Tybur vel Tyburnus. Hi simul omnes vnam fecere ciuitatem, & eam de fratris maioris nomine Tybur appellauerunt: licet & alias fecerint singuli. Hactenus Seruius enarrans illud Virgilii 7.Æneid.134,

Tum gemini fratres Tyburtia mœnia linquunt,
Fratris Tyburti dictam cognomine gentem,
Catillúsque, acérque Coras, Argiua iuuẽtus. Sextus Græcus historicus sic habet, Catillus Amphiarai filius fuit. Hic post prodigialem patris apud Thebas ante Iliacum bellum interitum, iussu dei, cum omni suorum cœtu, & sacris missis, tres liberos in Italia procreauit, Tyburtum, Coracem, & Catillum: qui expulsis ex oppido haud longè ab vrbe Roma posito, veteribus Sicanis, à nomine Tyburti maximi filii oppidum vocauerunt. Tybur autẽ Virgilio dicitur superbum: id est nobile, inquit Seruius: aut per transitum tetigit illud, quod aliquando quum à Senatu auxilia poscerent Tyburtes sub commemoratione beneficiorum, hoc tantum à Senatu responsum acceperunt, Superbi estis. Hæc Seruius, explicans illud Virgilii lib.7.Æneid.116,

Quinque adeò magnæ positis incudibus vrbes
Tela nouant, Atina potens, Tybúrque superbum,
Ardea, Crustumeríque, & turrigeræ Antennæ. Priscianus tamen cum i Latino scribit: quod vsitatius crediderim: non enim Græca est dictio. hodie autem vrbem ipsam vulgus Italorũ vocat Tiuoli. Horat.2.Carm.ode 6.2,

Tybur Argeo positum colono
Sit meæ sedes vtinam senectæ.

Fertile Tybur. Horat.4.Carm.ode 3.2.

Herculeum Tybur. Martialis lib.1.170,

Tybur in Herculeum migrauit nigra Lycoris,
Omnia dum fieri candida credit ibi.

Supinum Tybur. Horat.3.Carm.ode 4.3.

Vacuum Tybur. Horat.1.epist.7.9.

Vdum Tybur. Horat.3.Carm.ode 29.2.

Vuidi Tyburis ripæ. Horat.4.Carm.ode 2.7.

Tyburs, Tyburtis, generis omnis: vel hic & hæc Tyburtis & hoc Tyburte, Quod est ex Tybure. Suetonius, Inchoauit aquæ ductũ regione Tyburti. Cic.Attico, lib.8.166.5, De Domitio varia audimus, modò esse in Tyburti, aut Lepidi. Idẽ 2.de Orat. 113, In Tyburti fortè assedimus ego & Marcus filius. Idẽ 2.de Orat.146, Villam in Tyburte habes. Catull.in Egnatiũ.37.3, Si vrbanus esses, aut Sabinus, aut Tyburs. Idem ad Fundum, 41.1, O funde noster, seu Sabine, seu Tyburs,
Nam te esse Tyburtem autumant. Stat.1.Syl.4.10,

Hic tua Tyburtes Faunos chelys, & iuuat ipsum. Alciden. Horatius 1.Serm.satyra 6.21,
Quum Tyburte via Prætorem quinque sequuntur
Te pueri lasanum portantes,œnophorúmque.
Poma Tyburtia.Horat.1.Serm.satyra 4.14,Picenis cedunt pomis Tyburtia succo.

Tyburtinus,pen prod.Adiectiuum.Quod est ex Tiburto.

TYCHA,Hesiodo teste,Nympha Oceani & Tethyos filia.

TYCHE,Tyches,Vrbs Siciliæ, quam tertiam partem Syracusarũ constituit Cicero 6.Verr.16,cum ait,Tertia est vrbs,quæ quod in ea parte fortunæ fanum antiquum fuit,Tyche nominata est:in qua & gymnasium amplissimum est, & complures ædes sacræ: colitúrque ea pars,& habitatur frequentissimè.

TYCHIVS,Cerdo siue faber celeberrimus apud Homerum Iliados 7,qui scutum Aiacis fecit: cuius etiam mentionem facit Ouidius 3.Fast.circa finem,
Nec quisquam inuita faciet bene vincula plantæ
Pallade: sit Tychio doctior ille licet. Legitur & Titio.

TYDEVS, dissyllabum,huius Tydei vel Tydeos,pen.corr. Altheæ & Œnei filius,quem in bello Thebano Menalippus extinxit.Author Seruius in illud Virgilii 6.Æneid.96,
Hic illi occurrit Tydeus,hic inclytus armis
Parthenopeus. De hoc,vt scribit Homerus lib.4.Iliad.quũ Mycenis moraretur,fama est neminem illi viribus corporis potuisse æquari.At postquam rediens,ad fluenta Asopi venit,cæteri eum Græci ad Eteoclem pro legato miserunt. Ad quem quũ iuisset, ingressúsque regiam,complures illic ciues comperisset (fortè cũ Eteocle in conuiuio erant)non timuit & hostis & solus Thebanos omnes ad quodlibet certaminis genus prouocare. Atque vt animosè prouocauit,ita omnes(sic illi Pallas propitia erat)strenuè vicit. Quamobrem Thebani dolore indignationis accensi, reuersuro insidias tetenderũt: collatis ad opportunum locũ,qua Tydeus transiturus erat, quinquaginta iuuenibus cum duobus ducibus deorum immortalium robore similibus,Mæone Æmonis,& Lycophonte Autophoni filio.Eos Tydeus omnes ad ipsum locum occurrentes strauit occiditq;, fretus deorum qui sibi ministrabant auguriis: vnum tamen Mæonem cum tristi nuntio redire permisit,imò iussit.
Cruẽtus Tydeus.Stat.8.Theb.96, -vos præda cruẽti Tydeos.
Fulmineus Tydeus.Stat.4.Thebaid.19.
Magnanimus Tydeus.Statius 6.Thebaid.165.
Maximus Tydeus.Stat.6.Thebaid.76.

Tydides,pen.prod.Pronymicum,m.g,Diomedes Tydei filius,bellator strenuus,qui præter alia bene & fortiter gesta,Venerem in dextra, & Martem sub vtero percussit, vt latè scribit Homerus lib.Iliad.5. Proinde scribitur Horatio 1.Carm.ode 15.6, Tydides melior patre. Sic ibidem ode 6.3,
Quis Martem tunica tectum adamantina
Digne scripserit aut puluere Troico
Nigrum Merionem aut ope Palladis
Tydiden superis parem? Virgil.1.Æneid.21, -ô Danaûm fortissime gentis Tydide.
Cruentus.Virgil.1.Æneid.95. Impius.Virgil.2.Æneid.33.
Par superis Tydides.Horat.1.Carm.ode 6.4.

TYMBER,Nomen viri,& fluminis,quod Stephanus Tymbrium appellat.

Tymbra,herba, & TYMBRA,nomen proprium loci,Vide eadem supra cum H aspiratione.

Tymbus,tymbi, Latinè sepulchrum, siue monumentum dicitur.Cic.2.de Legibus,101, Siquis bustum (nam id puto appellari tymbon)aut monumentum,inquit,aut columnam violarit, deiecerit,fregerit.Ab hoc verbo tumba deducitur.

TYMOETES,Priami filius. Huius meminit Seruius Euphorionis verba referens:Priamus,inquit, ex Arisba filium vatẽ susceperat. Qui quum dixisset quadã die nasci puerũ, per quẽ Troia posset euerti:pepererunt simul & Tymœtæ vxor & Hecuba,quæ Priami legitima erat.Sed Priamus Tymœtæ filium, vxoremq; iussit occidi. Hactenus Seruius enarrans hunc locũ Virgilii 2.Æne.7,
Pars stupet innuptæ donum exitiale Mineruæ:
Et molem mirantur equi.primúsque Tymœtes
Duci intra muros hortatur,& arce locari.

TYMOLVS,Vide TMOLVS.

Tympanum,tympani,pen.corr. Instrumentum ex vna parte membrana clausum,intus vacuum,quod baculo pulsatur.Eo vti solebant in sacrificio Matris deûm.
Impulsa palmis tympana:Ouid.4.Metam.6.
Leue tympanum.Catullus de Berecynthia,58.2.
Rauca tympana.Ouid.in Ibin,91.
Sæua tympana.Horatius 1.Carm.ode 18.3.
Taurina tympana.Claudianus 3.Paneg.73.
Sonus virilis tympani.Seneca Hercole furente,6.17.
¶Adhibere tympanum.Vide Adhibeo.
Dare tympana eloquentiæ.Quintilianus lib.5.cap.12.16, Nos, qui Oratorem studemus effingere,non arma, sed tympana eloquentiæ demus?
Reboant tympana,Vide Reboo.
Remugit tympanum,Vide Remugio.
Tenta tympana.Lucret.lib.2.115.
Inania tympana tundere.Ouid.4.Fast.37.
¶Tympanum,Vehiculi tectum, vt ait Seruius. Siue,vt aliqui putant,testudo supra radios: radii autem dicuntur qui in media parte rotarum sunt.Virgil.2.Georg.89,Hinc radios triuere rotis, hinc tympana plaustris.
¶Tympanum, Rota est quæ à calcantibus versatur, qualem passim videmus in ea machina, qua saxa subuehuntur in magnificis ædificationibus:verbo Græco geranion,id est grus dicitur,quo verbo etiam lingua vulgari appellatur. In ea trochleæ sunt in summo carchesio, id est in versatili & superiore parte machinæ:& in trochlea ductarius funis,qui circum tympanum aduoluitur:& à fune dependentes,qui forfices dicuntur, quibus onera euehenda prehenduntur.Budæus. Lucret.lib.4.185,
Multáque per trochleas.& tympana pondere magno
Commouet,atque leui sustollit machina nisu.
¶Tympanum etiam machina hausteria dicitur,quæ dũ versatur,aquã adnexis permultis modiolis haurit, & iterum circũactu defundit,qualem in ponte Parisiensi vidimus, dũ pilæ intra septa aquaria substruerentur.à Vitruuio in decimo describitur:passim in pistrinis aquariis videntur.Budæus.
¶Tympanum, Genus vasis.Plinius lib.33.cap.11.8, Tympana verò se iuuene appellata stateras,& lances, quas antiqui magidas appellauerant.

Tympanista,tympanistæ,m.g.Qui tympana pulsat.

Tympanistria,tympanistriæ,f.g.Quæ tympanum pulsat. Sidonius lib.1.epist.Tympanistria,psaltria canit.

Tympanizo,tympanizas,tympanizare,Tympana pulsare.Sueton. de Augusto,cap.68,Et assensu maximo comprobauit versum in scena,pronuntiatum de Gallo Matris deûm tympanizante. Vidésne vt cinædus orbem digito temperet?

Tympanótriba,tympanótribæ,pen.corr. Qui tympanum terit, & tundit : apud Plautum in Trucul.11.49.

Tympanites,huius tympanitis,pen.prod.Species aquæ intercutis, quum ventre vehementer intento creber intus ex motu spiritus sonus est,teste Celso lib.3.cap.21.

Tympánicus,penul.corr.Qui hoc morbo laborat.Plin.lib.25.cap.5.21.Hydropicis,incipientibúsque tympanicis,stomachicis,&c.

TYMPHAEI, Plinio lib.4.cap.2, populi Ætoliæ. Strabo lib.7. Propinqui Macedoniæ & Thessaliæ sunt ad montem Pœum & Pindũ Æthices & Penei fontes,de quibus & Tymphæi & Thessali,Pindi accolæ,certant.

TYNDARVS,pe.cor.rex Œbaliæ,filius Œbali regis,habuit vxorem formosissimam Ledam.Nonnunquam pro Tyndaro,Tyndareus ponitur.vt Ouidius epist.8.7,
Me tibi Tyndareus vita grauis author & annis
Tradidit:& reliqua. Cic.de Fato,51,Nec Hecubam causam interitus fuisse Troianis,quòd Alexandrum genuerit:nec Tyndareum Agamemnoni,quòd Clytemnestram. Hinc
Tyndaridæ Castor & Pollux dicti sunt.Ouid.8.Meta.61,
Tyndaridæ gemini præstantes,cæstibus alter,
Alter equo. Cic.1.Tusc.45,Hinc Liber deus Semele natus, eadémque famæ celebritate Tyndaridæ fratres,qui nõ modò adiutores in præliis victoriæ Pop.Ro.sed etiam nuntii fuisse perhibentur. Valer.6.Argon.41,
Tum magis atque magis peditem candore notato
Tyndaridem incendit amor. Id est Castorem.
Astro comantes Tyndaridæ.Valer.5.Argon.74,
Iam Talum, iámque Ampyciden,astróque comantes
Tyndaridas ipse egregio supereminet ore. Comantes, id est ex quorum ore plurim' manabat fulgor: & fit allusio ad astra. nam & Castor & Pollux in Sydera mutati fuerunt, vt dictum est in dictione CASTOR.

Tyndaris,pen.cor.Tyndaridis,pen.cor.Patronymicum fœm.dicta est Helena.Ouid.epist.5.19,Tyndaris infestis fugitiua reposcitur armis. Lucret.lib.1.94,
Denique Tyndaridem raptam,bellóque subactas
Troiugenas gentes,&c. Virgil.1.Æneid.130,
Non tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatúsve Paris,&c., Vbi Seruius,Atqui(inquit) Helena Iouis est, non Tyndarei filia. Sed sic dicimus Tyndaridis de Helena, vt de Hercule Amphitryonides. Nam de Ioue & Leda nati sunt Pollux & Helena.De Tyndareo & Leda Castor,qui & sol' mor-

talis fuit. Vnde Virgilius 6. Æneid. 15, Si fratrem Pollux alterna morte redemit. Qui immortalitatem suam cum fratre partitus est. Helenam verò immortalem fuisse indicat tempus. Nam cõstat fratres eius cum Argonautis fuisse. Argonautarum filii cum Thebanis dimicauerunt. Item illorum filii contra Troiam bella gesserunt. Ergo si immortalis Helena non fuisset, tot sine dubio seculis durare non potuisset. Hanc autem legimus prius à Theseo raptam, & in Ægypto commendatam Prutheo.

Tyndareus, Adiect. vt Puer Tyndareus, Castor, aut Pollux. Valer. 1. Argon. 35, Tyndareúsque puer mihi vellere gratior Helles.

¶ Tyndaris item, Siciliæ vrbs, media ex parte à mari absumpta. Plin. lib. 2. cap. 92.

TYPHIS, Argonauta. Claud. de bello Get. 1,

Intacti quum claustra freti coeuntibus æquor
Armatum scopulis audax irrumperet Argo
Æætam, Cholchóíque petens propiore periclo
Omnibus attonitus solus post numina Typhis
Incolumem tenui damno seruasse carinam
Fertur, & ancipitem montis vitasse ruinam.

Vitiosè translata est Græca vocalis ex posteriore syllaba in priorẽ. Vide TIPHYS

Typhoeus/ trisyllabum cum eu diphthongo, huius Typhóei vel Typhóeos, pen. corr. Gigas fuit, Terræ & Titani filius.

Sæuus Typhoeus. Virg. 1. Georg. 56,

-tum partu terra nefando
Cœúmque, Iapetúmque creat, sæuúmque Typhoea. Hinc

Typhoeus, quatuor syllabarum, Adiect. Virg. 1. Æne. 134, Nate patris summi, qui tela Typhoea temnis.

Typhoius, Idem. Claud. 3. de rapta Pros. 37,

-rupitne Typhoia cervix Inarime?

TYPHON, ide qui & Typhoeus, quẽ Strabo lib. 13. ex Pindari authoritate sub Ætna cruciari scribit. Alii sub Inarime codunt. vt Lucanus lib. 5. 21, Conditus Inarimes æterna mole Typhoeus.

Ferus Typhon. Senec. Octau. 5. 4,

Non tam ferum Typhona neglecto Ioue
Irata Tellus edidit quondam parens.

Terribilis Typhon. Ouid. 2. Fast. 63.

¶ Typhon item ventus est quẽ Græci turbidum & orbe motum nominant, vt scribit Meteororum 3. Aristoteles. Gell. lib. 19. cap. 1, Nauigabamus (inquit) à Cassiopia ad Brundusium, mare Ionium violentum & vastum & iactabundum. Nox deinde, quæ diem primum secuta est, in ea ferè tota ventus à latere sæuiens, nauem vndis compleuerat. Tum postea comploratibus nostris omnibus, atque in sententia satis agentibus, dies quidem tandem illuxit: sed nihil de periculo atque sæuitia remissum, quin turbines etiam crebriores, & cælum atrum, & fumigantes globi, & figuræ quædam nubium metuendæ, quas τυφῶνας vocabant, impendére, imminéreque, ac depressuræ nauem videbantur. Hactenus Gellius. Plin. lib. 2. ca. 48. 1, de repentinis flatib', Sin verò depresso sinu arctius rotati effregerint, sine igne, hoc est sine fulmine, vorticem faciũt, qui Typhon vocatur, id est vibratus ecnephias. Defert hic secũ aliquid abruptum è nube gelida conuoluens, versánsque, & ruinam suo illo pondere aggrauans, & locum ex loco mutans rapida vertigine: præcipua nauigantium pestis, non antennas modò, verum ipsa nauigia contorta frangens.

¶ Typhon, frater Osiridis regis Ægypti, qui, vt testatur Diodorus Siculus, ipsum regem clàm necauit, & in viginti quinque partes corpus eius discerpsit. Tádémque ab Iside regina in bello est interemptus.

Typus/ typi, m. g. Forma, figura, adumbratio rudis, vestigium, vmbra, & veluti imago quædam alicuius rei. Plin. lib. 35. ca. 12. 1, Vmbram ex facie eius ad lucernam, in parete lineis circunscripsit, quibus pater eius impressa argilla typum fecit. Cic. Attico, lib. 1. 6. 5, Præterea typos tibi mando, quos in tectoria, &c.

TYRA, Plinio lib. 4 cap. 12, fluuius Istro proximus, Mœsiæ partem perlabitur. Ptolemæo lib. 3. cap. 10, & Ammiano Tyras, ciuitas sic appellata.

TYRAMBI, Sarmatiæ in Asia vrbs, authore Ptolemæo lib. 5. cap. 9. hodie *Trapano*.

TYRANNION Amisenus, discipulus Estixi Amiseni nobilis grãmatici, tempore Magni Pompeii, docebat Romæ. Ductus est à Lucullo captiuus in bello Mithridatico: prius dicebatur Theophrastus: mutauit autem nomen, quòd inter æquales superbis versaretur moribus. Clarus & diues ob doctrinam factus adeò est, vt supra tria millia librorum possideret. Decessit senex morbo podagræ. Tyrannion iunior è Phœnicia discipulus prioris, à quo nomen sibi vsurpauit, quum prius Diocles vocaretur. Captiuus & ipse Romam ductus, à quodam Diamante Cæsaris liberto emptus, deinde dono datus Terentiæ Ciceronis, ab eáque liber factus, ludum Romæ aperuit: scripsit libros LXVII. Vtriusq; author Suidas. Cic. ad Quintũ fratrẽ lib. 2. 8. 3, Hoc nũc magis animaduerto, quòd Tyrannio docet apud me. Idem Attico, lib. 4. 7. 1, Perbelle fecerit, si ad nos venerit, offendes designationem Tyrannionis, mirificam librorum meorum bibliothecam, quorum reliquiæ multo meliores sunt quàm putaram. Ibidem, libro 2. 21. 2, A scribendo prorsus abhorret animus: etenim πολυγραφία quæ constituerat, magnũ opus est: ita valde Eratosthenes, quẽ mihi proposueram, a Serapione & ab Hipparcho reprehenditur. quid censes, si Tyrannio accesserit?

Tyrannus/ tyranni, m. g. Apud veteres dicebatur dominus omnem habens in subditos potestatem. Vnde, Trogo teste, quæque ciuitas & gens, Rerumpu. imperium ab initio penes reges habebat, quos ad huiusmodi fastigium maiestatis non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat: qui & tyranni ob fortitudinem vocabantur. Virg. 7. Æneid. 54, Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni.

Latè tyrannus. Horat. 3. Carm. ode 17. 2, de Lamo,

Qui Formianum mœnia dicitur
Princeps, & innantem Maricæ
Littoribus tenuisse Lyrim. Latè tyrannus. Id est latè regnãs, amplum regnum potiendo. Sic Virgilius 1. Æneid. Hinc populum latè regem, &c.

¶ Tyranni nomẽ crescente malitia, quũ superbi reges regnare cœpissent, ad illos tantum translatum est qui non iure & æquis legibus, sed vi, & quadã animi libidine dominabãtur. Cic. 4. de Fin. 90, Negárq; Platonẽ si sapiẽs nó sit, eadẽ esse in causa qua tyrannum Dionysium. Idem 6. Ver. 46, Metus erat summus ipse enim tyrannus nó discedebat longius. Ibidem, 58, Quum in oppidis & ciuitatibus amicorum nó legatũ Pop. Ro. sed tyrannũ libidinesũ, crudelémq; præberis. Et Attico, lib. 7. 15. 3, Ex victoria cum multa mala, tum certè tyrannus existet.

Exitus tyrannorum. Cic. 2. Offic. 31, Nec verò huius tyranni solum, quẽ armis oppressa pernicies ciuitas, interitus declarat quãtum hominum odium valet ad pestem, sed reliquorum similes exitus tyrannorum.

Inhospita tecta tyranni. Ouid. 1. Metam. 44,

Arcados hinc sedes, & inhospita tecta tyranni Ingredior.

Vita tyrannorum. Cic. de Amicit. 48, Hæc enim est tyrannorũ vita, nimirũ in qua nulla est fides, nulla charitas, nulla stabilis benevolentiæ potest esse fiducia, omnia semper suspecta atque solicita sunt, nullus locus est amicitiæ.

Capricornus tyrannus Hesperiæ vndæ. Horat. 2. Car. ode 16. 4.

Orbis tyrannus, Nero. Senec. Octau. 5. 6.

Ferus tyrannus. Ouid. 6. Meta. 110, Talibus ira feri postquam commota tyranni est.

Immitis tyrannus. Virg. 4. Georg. 59, de Plutone, -ibi omnis
Effusus labor, atque immitis rupta tyranni Fœdera.

Importunus & amens tyrannus, Vide **Importunus**.

Impotens tyrannus. Senec. Her. fur. 9. 25,

Vidi cruentos carcere includi duces,
Et impotentis terga plebeia manu
Scindi tyranni. Vide **Impotens**.

Infandus tyrannus. Lucan. libro 8. 134, Nec satis infando fuit hoc vidisse tyranno.

Intolerandus tyrannus. Cic. in Vatinium, 17, Simúlque mihi respõdeto tu, qui nos, qui de cõmuni salute consentimus, tyrannos vocas, fuerítne nó Tribunus ple. sed intolerandus ex cœno nescio quo atque ex tenebris tyrannus.

Lethiferi tyranni. Silius lib. 13. 124, Talia lethiferis restant patienda tyrannis.

Sæuus tyrannus. Senec. Octau. 3. 6. Persius saty. 3. 4,

Magne pater diuũm sæuos punire tyrannos
Haud alia ratione velis (cum dira libido
Mouerit ingenium, ferventi tincta veneno)
Virtutem videant, intabescántque relicta.

¶ Coniungere se cum tyranno. Cic. Attico, lib. 7. 13. 2, Ad fugam hortatur amicitia Cn. causa bonorum, turpitudo coniungendi cum tyranno: qui quidem incertum est Phalarímne an Pisistratum sit imitaturus.

Ferre tyrannum. Cic. pro Milone, 17, Quo tãdem animo hoc tyrannum tulisse creditis?

Inuenire tyrannum in aliquem. Cic. pro Deiotaro, 9, Cujus tã inhumani & ingrati animi, à quo rex appellatus esset, in eum tyrannum inuenire? vt &c.

Teneri crudeli dominatu ab aliquo tyráno. Cic. 1. de Diui. 94.

Tyrannis, tyránnidis, pen. corr. f. g. Sæuum ac violentũ imperiũ. Iuue. sat. 8. 13, Quid Nero tam sæua crudáque tyrannide fecit? Cic. 3. de Nat. deor. 111, Atque in suo seculo mortuus, in tyrannidis rogum illatus est. Ouid. 15. Meta. 13,

-odióque tyrannidis exul Sponte erat.

Affectare tyrannidem. Quintil.lib.7.cap.3.9, Adulterium nō commiſi.tyrannidem non affectaui.

Reus tyrannidis affectatæ. Quintil.lib.7.cap.3.41.

Deſtruere tyrannidem. Quintil.libro 1.cap.10.35, Sicut Dion, quum ad deſtruendam Dionyſii tyrannidem venit, non eſt tali caſu deterritus.

Occupare tyrannidem. Cic.3. Offic. 121, Quid ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater? Quintil.lib.5. cap.11.7.

O dii boni viuit tyrannis. Cic. Attico, lib.14.305.4.

Tyránnicus, pen.corr. Adiect. Quod eſt tyranni. Cic.1.de Legibus, 61, Aut ſi omnes Athenienſes delectarentur tyrannicis legibus, num idcirco hæ leges iuſtæ haberentur?

Tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum facinus vel factum. Author ad Herē.lib.1.88, Septimus locus eſt, quo oſtēdemus tetrum facinus, crudele, nefariū, tyrannicum eſſe: quod genus iniuriæ mulierum, aut earum rerum aliquid, quarum rerum cauſa bella ſuſcipiuntur, & cum hoſtibus de vita dimicatur. Cic.1. de Inuent.114, Quòd tetrum, crudele, nefarium, tyrannicum factum eſſe dicamus, per vim, per manum opulentam, quæ res ab legibus & ab æquabili iure remotiſſima eſt.

Tyrannicè, pen.corr. Aduerb. Crudeliter. Cic.5.Verr.95, Nunc vt hoc tempore ea quæ regiè, ſeu potius tyrānicè ſtatuit in aratores Apronius, prætermittam.

Tyrannicida, tyránicidæ, pen.pro.m.g. Qui tyrannū occidit. Plin. li.7.ca.13, Clariſſimū in fœminis Lœnæ meretricis exemplum, quæ torta nō indicauit Armodiū & Ariſtogitonē tyrannicidas.

Tyrannicidæ proprium eſt, tyrannum occidere. Quintil.lib. 5.cap.10.41.

Tyrannicidium, tyrannicidii, Ipſe tyrannorum occidendorum actus. Plin.lib.34.cap.8.13, Et Iphicratis Lœnæ laudatur. Scortum hæc lyræ cantu familiare Harmodio & Ariſtogitoni, conſilia eorum de tyrannicidio, vſque ad mortem excruciata, tyrannis non prodidit. Quintil.lib.7.cap.4.8, Tyrannicidium eſt occidere tyrannum.

Tyrannóctonus, tyrannóctoni, pen.corr. Idem quod tyrannicida: à tyranno, & κτάνω interficio. Cic. Attico, lib.14.313.2, Suſtuliſſe mihi videtur ſimulationē deſyderii, adhuc quæ ſerpebat in dies & inueterata vetebat ne periculoſa noſtris tyrannoctonis eſſet.

TYRANNVS, Sophiſta fuit qui ſcripſit de diuiſione orationis libros decem. Author Suidas.

TYRAS, Sarmatiæ fluuius in Europa, Ptolemæo lib.3.ca.5. vulgò Neſter. Ouid.4.de Ponto, eleg.10.10,

Partheniuſque rapax, & voluens ſaxa Cynapes
Labitur, & nullo tardior amne Tyras.

TYRES, fluuius eſt Scythiæ, poſt Iſtrum ſecundus, teſte Herodoto libro 4.

TYRESIAS, Vide TIRESIAS.

Tyrianthinus/pen.cor. Adiect. ex Tyrio & ianthino compoſitum. vt Tyrianthinus color dicebatur quando abſolutus amethyſtus rurſum tyrio inebriabatur: & geminata luxuria faciebat ex vtroque improbum nomen. Ex Plinio lib.9.cap.41.

Tyrianthina veſtimēta, Violacea, purpurea. ita dicta ab ianthino, hoc eſt violaceo colore: & tyrio, hoc eſt purpureo. Martialis lib.1.49,

Sic interpoſito vilis contaminat vncto
Vrbica Lingonicus tyrianthina bardocucullus.

TYRIDATES, pen.prod. rex Armeniæ magus temporibus Neronis, vt author eſt Plinius lib.33.cap.3. Et lib.30.ca.1.3, Erat & Romæ in ſeptima regione, via quæ lata dicebatur, locus ab equo Tyridatis regis Armeniorum nomen habens, vt Publius Victor ſcribit. Vide Suetonium in Nerone.

TYRINTHIA, Ciuitas Argis vicina, in qua nutritus eſt Hercules, qui inde Tyrinthius dictus eſt Virgilio, 7. Æneid.133, vt notat Seruius, -poſtquam Laurentia victor,
Geryone extincto, Tyrinthius attigit arua,
Tyrrhenóque boues in flumine lauit Iberas.

Heros Tyrinthius. Silius lib.8.43.

Durus Tyrinthius. Valer.6.Argon.92.

Ingens Tyrinthius. Stat.6.Theb.54.

Tirinthius, Adiectiuum: vt

Aula Tyrinthia. Stat.1.Syl.1.12.

Tela Tyrinthia, Herculis. Ouid.13.Metam.81.

¶ Tyrinthia, Alcmene. Ouid.6.Meta.13, Amphitryon fuerit, quum te Tyrinthia cepit.

TYRIVS, Vide TYROS.

Tyro/tyrônis, pen.prod. Nouus miles & fortis ad militiā exercendam. Cic.11.Philip.317, Ego autem nō tā veteranos intuēdos nobis arbitror, quàm quid tyrones milites flos Italiæ, &c. Idē 2.Tuſc.64, Ætas tyronum plerunque melior, ſed ferre laborem, cōtemnere vulnus conſuetudo docet. Liu.10.bel. Maced.144, Vt ii modò, quibus emerita ſtipendia ſint, milites dimittantur: veteribus militibus tyrones immiſceantur. Ouid.3.Faſt.138, Ergo vt tyronum celebrare frequentia poſſet,
Viſa dies dandæ non aliena togæ.

¶ Tyro, ad omnē artem refertur: vnde & pro Gladiatore rudi adhuc in diſciplina gladiatoria accipitur. Sueto. in Cæſare, Tyrones neque in ludo, neque per laniſtas, &c.

¶ Tyrones dicebantur adoleſcentes, quando togā ſumentes, pubeſcente iam barba, eloquentiam in foro auſpicabātur. Plin. lib.8.cap.48.5, Ea prima texuit rectam tunicam qua ſimul cum toga pura tyrones induuntur, nouæque nuptæ.

Tyro vſu forenſi. Cic.1. Verr.16, Apuleium eſſe video proximum ſubſcriptorem, hominem non ætate, ſed vſu forenſi atque exercitatione tyronem. Id eſt, non tam ætate nouitium, quàm inertia. Budæus.

Tyro ac rudis in re aliqua. Cic.1.de Orat.110, Fateor enim calidum quēdam hunc, & nulla in re tyronē ac rudem, nec peregrinum, atque hoſpitem in agendo eſſe debere.

Tyrúnculus, pen.cor. Diminut. Iuue.ſat.11.15, -nec latus Aphræ
Nouit auis noſter tyrunculus.

Tyrunculum ſe Plinius in epiſtolis dixit, quaſi rudem in cognitione ſignorum, lib.3.epiſt.6. ad Seuerum, Quod me, inquit, quanquam tyrunculum, ſolicitauit ad emendum.

Tyruncula, Canis adoleſcentior dicitur à Columella lib.7.ca. 11.10, Quoniam, inquit, tyruncula nec rectè nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementum.

Tyrocinium, tyrocinii, Prima actio in quacunque arte. Plin.lib.7. ca.48.6, Lucceia in ſcenam producta fuerat tyrocinio à M. Pomponio ædili plebis. Suet.in Caligula, cap.10, Barbam poſuit ſine vllo honore, qualis ei contigerat tyrocinio fratrum.

Ponere tyrocinia. Iuſtin, Coſtātiores futuri ſi nō ſolū tyrocinia, verūetiā incunabula in ipſis caſtris poſuiſſet. Vide Pono.

Deponere rudimenta tyrocinii. Iuſtinus lib.9, Filium Alexandrum decem & octo annos natum, vt ſub militia patris tyrocinii rudimenta deponeret, ad ſe accerſit.

Tyrocinio ætatis lapſus, poſtea ſe correxit. Cic.in Salluſt.9. Id eſt, inſcitia & ignoratione. Budæus.

Tyrocinium nauiū. Plin.lib.24.ca.7.5, Zopiſſam eradi nauibꝰ diximus, cera marino ſale macerata. Optima hæc à tyrocinio nauium. Tyrocinium nauium per metaphoram vocat, quum primum mari cōmittuntur, & veluti in Neptuni militiam cōſcribuntur. Budæus.

Tyrocinium oratorū dicebatur, quū in forum primùm oratores futuri deducebantur, quaſique oratoriæ arti initiabantur & agendis cauſis. Huiuſmodi enim artis exercēdæ auſpicamētum, tyrocinium dicebatur: tūmque oratores dicebantur tyrones. Tranquillus in Nerone, cap.7, Deductus in forum tyro, populo congiarium, militi donatiuum propoſuit indicta decurſione. Idem in Auguſto, cap.16, Decimumtertium Conſulatum biennio poſt vltro petiit, vt Caium & Lucium filios ampliſſimo prædictos magiſtratu, ſuo quenque tyrocinio deduceret in forum. Idem in Tyberio, cap.54, Neronem & Druſum patribus commendauit, diēmque vtriuſque tyrocinii congiario plebi dato celebrauit. Budæus.

Facere tyrocinium, Vide Facio.

Tyrociniū animi. Venuleius de ædilitio edicto, L. Animi, Nouitium autem non tyrocinio animi, ſed conditione ſeruitutis intelligi. Hoc in loco Venuleius elegāter tyrocinium animi pro ſimplicitate & rudimento poſuit. Budæus.

TYRO Tullius M. Ciceronis alumnus & libertus, adiutórque in literis ſtudiorum eius fuit. Is libros complureis de vſu atque ratione linguæ Latinæ, item de variis atque promiſcuis quæſtionibus cōpoſuit. Hactenus Gellius lib.13.cap.9. Meminit & lib.7. cap.3. Extant multæ Ciceronis ad eum epiſtolæ. Nonnulli ſcribunt Tiro.

Tyronianus, pen.prod. A Tyrone poſſeſſiunum. Gellius libro 1.cap. 7, In oratione Ciceronis 5.in Verrem, libro ſpectatæ fidei, Tyroniana cura, atque diſciplina facta.

TYROS, Phœniciæ peninſula. De qua Plinius lib.5.ca.19, ſic ſcribit, Tyrus (inquit) quōdā inſula, prærupto mari ſeptingētis paſſibus diuiſa, nūc vero Alexandri oppugnantis operibus cōtinens. Olim partu clara vrbib⁹ genitis, Lepti, Vtica, & illa Romani imperii æmula terrarū orbis auida, Carthagine, etiā Gadibus extra orbem conditis. Nunc omnis eius nobilitas conchylio atque purpura conſtat. Hactenus Plinius. De obſidione eius, vtque cōtinenti adiuncta eſt, nemo huberius Diodoro lib.17. Lege Curtium libro 4. Hæc fuit olim Sarra nuncupata, vt ait Gellius. Vnde Sarranum oſtrum dicitur, & oſtrum Tyrium, & purpuram Tyriam dicimus. Phœnices accolæ fuerunt Maris rubri:

dicti à palma, cuius regio plena erat. Palma enim phœnix dicitur. Hinc terræ motu pulsi in maritimam Syriæ le contulere, condita vrbe, Sidonem à pisce appellarunt eam Syrii vocabant Sarrã. Lingua Syra piscis Sear dicitur. Postea condidere Tyrũ in ipso mari, propter merces. τύρος etiam Græcè, Latinè calcus.

Regna Tyri. Virg. 1. Æneid. 70.
Antiqua Tyros. Virg. 4. Æneid. 134.
Instabilis Tyros. Lucan. lib. 3. 44.
Phœnissa Tyros. Ouid. 15. Metam. 58.

¶ Antiqua Tyros, Prouerbiũ est, quo significamus summam molestiam extremúmque malum. Tyrum enim, quæ cognominata est vetus, dictione composita παλαίτυρον, Alexander expugnatam, & ex insula comportatis aggeribus reddidit continentem, crudeliter tractauit, plurimísque affecit incommodis: vnde prouerbium τὰ τύρια παλαιά, quo significabant tantum malorum, quantum antiqua Tyros pertulisset. Recensetur in Plutarchi collectaneis, atque ité Zenodoti Historia est apud Quintum Curtium. Hæc Erasmus.

Tyrius, Possessiuum. Qui ex Tyro est. Claud. de bel. Gildon. 104,

Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Caralis, &c.

Amictus Tyrii. Ouid. 1. de Arte, 60.
Arces Tyriæ. Virg. 1. Æneid. 5.
Coloni Tyrii. Virg. 1. Æneid. 4.
Colores Tyrii. Ouid. 9. Metam. 69.
Ostrum Tyrium. Virg. 3. Georg. 4.
Rubores Tyrii. Virg. 3. Georg. 61,

-quannis Milesia magno
Vellera mutentur, Tyrios incocta rubores.

Succo Tyrio cocta strata. Lucan. lib. 10. 15,

Strata micant Tyrio, quorum pars maxima, succo
Cocta diu.

Vestes Tyriæ, Purpura Tyria infectæ. Ouid. 1. de Arte, 60, Siue eris in Tyriis, Tyrios laudabis amictus. Martial. lib. 1. 136, Hispanas, Tyriásque, coccináque.

Vrbs Tyria. Virg. 1. Æneid. 69.

¶ Tyrius, pro Lecto Tyrio vel purpureo. Iuuenalis saty. 10. 14,

dudum sedet illa parato
Flammeolo, Tyriúsque palàm genialis in hortis
Sternitur, &c. Id est lectus genialis.

¶ Tyria maria, prouerbio dicebatur, de re magnopere tumultuosa, periculique plena. Festus Pompeius inde natũ adagium indicat, quòd Pœni Tyro oriundi adeò potentes maris fuerũt, vt per hos omnibus mortalibus nauigatio esset periculosa, citátque Afranium, qui scripserit de quopiam, quòd Tyria maria conciret, hoc est ingentes turbas excitaret. Erasmus.

Tyrotarichus/tyrotarichi, pen. cor. m. g. Genus opsonii ex caseo, salsamentisque confecti. τάριχος enim casus, τάριχος salsamentum. Cic. ad Patrum, lib. 5. 16. 15, Tu verò (volo enim abstergere animi tui metum) ad tyrotarichum antiquum redi. Idem ad Atticum, lib. 4. 77. 1, Multa me in epistola tua delectarunt, sed nihil magis quàm patina tyrotarichi.

TYRRHENOS, penul. prod. Romani Hetruscos appellant atque Tuscos. Græci verò eos hoc nomine nominarunt à Tyrrheno Atys filio, qui Lydia colonos hac in regione dimisit. Atys enim ex prognatis Herculis & Omphales vnus, quum sterilitate ac fame populum suum emittere cogeretur: è duobus filiis, sorte iacta, Lydũ quidem regni successorem tenuit. Tyrrheno autẽ maiorem applicans populum, foras abire iussit. Hanc ille ingressus oram, de suo nomine vocauit Tyrrheniam. A cuius gentis præcipua crudelitate tyranni sunt dicti.

Tyrrhenus, pen. prod. Adiectiuum, vt Æquor Tyrrhenum. Virg. 1. Æneid. 15.

Arua Tyrrhena. Virg. 8. Æneid. 111.
Gens Tyrrhena. Ouid. 15. Metam. 116. Cic. 1. de Diuinat. 36, Lydius ediderat Tyrrhenæ gentis aruspex. Ex poeta.
Monstra Tyrrhena. Ouid. 3. Fast. 145.
Rex Tyrrhenus. Ouid. 4. Fast. 180.
Sedes Tyrrhena. Virg. 7. Æneid. 41.

¶ Tyrrhenum mare dictũ est, vel quòd Tusciam allait (inquit Seruius) id est Tyrrheniam: vel à Tyrrhenis nautis, qui se in hoc mare præcipitauerunt. Nanque hoc habet fabula, Dormiẽtem in litore Liberum patrem puerũ nautas abstulisse Tyrrhenos, qui quum esset experrectus in naui, quò duceretur interrogauit. Respondérunt illi, Quò vellet. Liber ait, Ad Naxum insulam sibi sacratam. Sed quum aliò vela dellecterent, iratum mentigres sibi sacratas, visibus eorum obiecit, quo terrore se illi in fluctus dedere præcipites. Hactenus Seruius enarrans hunc locum Virgilii 1. Æneid. 15,

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor,
Ilium in Italiam portans, victósque penates. Idem in hymno quodam in Bacchi laudes scripsit Homerus.

TYRRHVS (inquit Seruius) pastor, apud quẽ Lauinia peperit. Inde Tyrrhidæ, Tyrrhi filii. Hæc Seruius apud Virgilii, 7. Æn. 57.

Ceruus erat forma præstanti & cornibus ingens,
Tyrrhidæ pueri quem matris ab vbere raptum
Nutribant, Tyrrhiúsque pater, cui regia parent
Armenta, & latè custodia credita campi.

Iuuenes Tyrrhidæ. Virg. 9. Æneid. 6.

TYRTÆVS, poeta Græcus, cuius sæpe meminit Plato in libris de legibus, O diuine poeta Tyrtæe (inquit) sapiens certè ac bonus nobis esse videris, quia excellentibus eos extulisti laudibus, qui in bello excelluerunt.

TYRVS, Plinio lib. 5. cap. 20, oppidum iuxta Libanum montem.

TYSIAS, Tysiæ, Princeps & inuentor artis rhetoricæ fuit, vt docet Cicero 1. de Inuẽt. 115, Ac veteres quidem scriptores artis vsque ab principe illo atque inuentore Tysia repetitos, vnum in locum conduxit Aristoteles, &c.

TYTYGIAS, latro fuit & plagiarius in Arcadia, qui res alienas, quas furto abstulerat, venditabat: eóque quæstu dives factus est. Zenodotus apud Erasmum in Chiliad.

V.

VT i literæ medius quidã est sonus. Quintil. lib. 1. ca. 4. 7, Et medius est quidam u & i literæ sonus. Non enim sic optumũ dicimus, vt optimum.

V atque o inuicem permutatæ. Quintil. lib. 1. cap. 4. 11, Quid o atque u permutatæ inuicem, vt Hecoba, & notrix: Chalcides & Pulixena scriberentur. Ac ne in Græcis id tantum notetur, dederont ac probaueront. Sic ἰδυσσεύς, quem Ὀδυσσέα fecerunt Æoles, ad Vlyssem deductus est.

V pro œ, Vide Moeri/pro muris.

V A

Vacanter/Vide Vaco.

Vacca/vaccæ, Bos fœmina. Varro 1. de Re rust. cap. 5. 5, Discernuntur in prima, vitulus & vitulain secũda, iuuencus & iuuencain tertia & quarta, taurus, & vacca. Cic. 1. de Nat. deor. 104, Cur non gestiret taurus equæ contrectatione, equus vaccæ?

Candens. Virg. 4. Æneid. 13.
Fœta. Virg. 3. Georg. 36.
Sterilis. Virgil. 6. Æneid. 51.
Nitida. Ouid. 2. Metam. 139.
Niuea. Ouid. 5. Metam. 66.

¶ Vbera lactea demittunt vaccæ. Virg. 2. Georg. 105.
Pastæ distentent vbera vaccæ. Virg. 9. eclog. 6.
Mugit vacca. Stat. 4 Sylu. 5. 4.
Pascere vaccas. Ouid. 2. de Arte, 48.

Váccula, vácculæ, pen. corr. Diminutiuum. Virg. Vaccula nonnun quam secreta cubilia captans.

Vaccinus, pen. prod. Adiect. Quod est ex vacca. Plin. lib. 24. cap. 3. 1, Cortex illinitur, decoctus lacte vaccino, serpentis plagæ.

VACCA, Hauius est Lusitaniæ in Hispania. Plinius lib. 4. cap. 21.

VACCEI, Hispaniæ citerioris populi, vt scribit Plinius li. 4. ca. 20.

VACCVS, Dux Fundanorum in Priuernati bello, qui à L. Papyrio captus, ædes eius dirutæ sunt & bona publicata. Vide Liuium 8. ab Vrbe, 95. Cic. pro Domo sua, 7, In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quæ publicata est & euersa, vt illius facinus memoria & nomine loci notaretur.

Vacerra/vacerræ, m. g. Vecors & vesanus dicitur. Festus.

Vacerra, Stipes ad quem religantur equi in stabulo, inquit Festus. Colum. lib. 6. cap. 19. 2, Ii autem in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnésque transuersis sex temonibus, quasi vacerræ inter se ligantur, ita vt à posteriore parte quæ latior est, velut in caueâ quadrupes possit induci, &c. De syluis murocircúdãdis.

¶ Vacerra, Genus clathrorum. Colum. lib. 9. cap. 1. 1, Vbi verò neutrum patrisamiliæ conducit, ratio postulat vacerris includi. sic enim appellatur genus clathrorum: idque fabricatur ex róbore, quercu, vel súbere.

Vacillo/vacillas, vacillare, Incóstãtem esse, & quasi alternatim

moueri.Cic.de Clar.Orat.114, Curio in vtranque partem toto corpore vacillans. Lucret.lib.3.97, -prædpiuntur
Cruta vacillanti.

Tellus vacillat sub pedibus.Lucret.lib.5.249.

Arbor vacillans.Lucret.lib.5.111.

Tabe nimborum arbusta vacillant.Lucret.lib.1.165.

Epistola scripta vacillantibus literulis. Cic.Tironi,lib.16.15.3, Accepi tuam epistolam vacillantibus literulis.Id est,non rectè præ valetudine scriptis.

Legio vacillans.Cic.3.Philip.146,In Galliam mutilatum duxit exercitum,cum vna legione & ea vacillante.

Memoriola vacillare.Cic.Attico, lib.11.152.3, Sed quod scribis igniculum matutinum, ὑποπυρίδιον est memoriola vacillare.

Testis vacillans apud Iurisconsultos, Qui inconstantia & diuersa testimonia dicit.

Vacillat iustitia,vel iacet potius,inquit Cicero lib.3.Offic.163.

Res vacillat & claudicat.Cic.1.de Nat.deor.148,Sed & ille reprehensus à multis est,nec vos exitum reperitis, totáque res vacillat & claudicat.

Vacillare videtur stabilitas amicitiæ.Cic.1.de Fin.101.

Vacillatio,vacillationis,pen.prod.Ipse vacillandi actus. Quintil. lib.11.cap.vltimo, Est & illa indecora in dextrum ac lævum latus vacillatio,alternis pedibus insistentium.

Vacinium/vacinii,t los qui aliàs hyacinthus dicitur.Virg.1.eclog.4,Alba ligustra cadũt,vacinia nigra legũtur.Vbi Seruius, Vacinia sunt violæ quas purpurei coloris esse manifestum est. Falsò,vt arbitror,inquit Ruellius, Seruiũ accusant, qui vaciniũ pro hyacintho Maroni acceptũ in carmine adfirmarit.Nec obstat,quòd nigra dicat poeta,quándò purpureã quoque violã,nigrã vocare soleãt authores. Idẽ sic floré hũc deliniat,Vaciniũ toliũ habet bulbi,caulem palmeũ,leuem,tenuioremque digito minimo,coloris herbacei,comã iacentem,incuruã, plenam floris purpurei,radice bulbacea. Hyacinthi cũ viola nigra erumpũt Vere,sed ante rosam,vt ferè omnia quæ in coronas à montibus petuntur.Exeunt cum gladiolo,cæterum hyacinthus maximè durat.In Gallia eximiè prouenit.Hoc inibi pro cocco hyssginũ tingitur.Frequẽs apud nos hyacinthus,quem florem rura hodie *nacetum* appellant,in quo pristini vocabuli quædãrudimenta relucent,quasi vacinũ & vacinium innuant, herbã ipsam nemoralem,vel agrestem cepam.Sũt qui duplici c scribãt.

Mollia vacinia.Virg.2.eclog.5.

Vacinia,vacinix, Arbor est Plinio libro 16.cap.18.4,Item vacinia Italiæ in aucupiis sata,Galliæ verò etiã purpurea, tingendi causa ad seruitiorum vestes.

Vaco/vacas,vacare, Dare operam.Datiuo iungitur. Plin.epist. 47.c,In itinere, quasi soluțus cæteris curis, huic vni vacabat. Cic.1.de Diuin.17,Ego verò,inquam,philosophiæ Quinte semper vaco. Quinul.lib.1.cap.8.13,Et detinet atque obruit ingenia melius aliis vacatura.

Armis vacare.Cic.11.Philip.317.

Choris epulisque vacare.Claud.1.in Eutrop.117.

Corpori vacare,Curare corpus. Plin.epist.9.2, Quod euenit mihi,postquam in Laurentino meo aut lego aliquid, aut scribo,aut etiam corpori vaco.

Postulationibus vacare,Vide ℙostulo.

Sermoni alicuius vacare. Curtius lib.6, Ille non vacasse sermoni suo regem causatus, discessit. Plin.epist.8.2, Petiturus sum enim vt rursus vaces sermoni quẽ apud municipes meos habui,bibliothecam dedicaturus.

Vacare sibi.Mart.lib.1.5,Vel tantũ causis,vel tibi sæpe vacas.

Vacare vitæ.Martialis lib.5.21,

Si disponere tempus otiosum,
Et veræ pariter vacare vitæ,&c.

¶ In opus aliquod vacare.Ouid.3.de Ponto,eleg.3.8,In nullũ mea mens grande vacauit opus.

¶ Vacare,Vacuum esse.Absolutè aliquando ponitur. Plautus Casin.11.7,Fac vacent ædes.

Vacant agri,Nihil proferunt, vel non excoluntur. Cæsar 4. bel.Gal.472,Itaque vna ex parte à Suevis circiter millia passuũ sexcenta agri vacare dicuntur.

Vacat locus,domus,triclinium.Cæsar 1.bel.Gall.110,Id ea maximè ratione fecit,quòd noluit eum locũ, vnde Helvetii discesserãt,vacare. Cic.Attico,lib.12.138.1,Tota domus superior vacat,vt scis:hoc puto valde ad rem pertinere. Eidem,lib.13.398. 3,Villa ita completa militibus est, vt vix triclinium, vbi cœnaturus ipse Cæsar esset,vacaret.

Vacat locus à.Cæsar 3.bel.Ciuil.101,Hæc à custodib⁹ classiũ loca vacabãt,quòd se longius portibus cõmittere non auderent.

Quantũ temporis vacabit ab officio publico. Cic.1.de Diuin. 11,Tantum huic studio relinquendum, quantum vacabit à publico officio & munere. Idẽ pro Deiotaro,18,Deiotarus quicquid à bellis Populi Rom.vacabat,cum hominibus nostris consuetudines,amicitiam,res,rationésque iungebat.

A scribendo vacare. Plin.epist.51.b, Doctissimis sermonibus dies transigebat,quum à scribendo vacaret. Hoc est,quum supersederet à scribendo.

Vacat tempus à. Cic.de Claris Orat. 147, Nullum tempus illi vnquam vacabat aut à forensi dictione, aut à commentatione domestica,aut à scribendo,aut à cogitando. Id est,Semper aut dicebat,aut scribebat orationes,inquit Budæus.

Vacat tempus iustitia. Cic. Nullum est tempus quod iustitia vacare debeat. Id est in quo iustitiã administrare nó oporteat.

¶ Ab omni administratione rerũ vacare.Cic.1.de Nat.deo.4, An ab omni curatione & administratione rerũ vacent.De diis.

¶ Vacare,Otium habere. Cic.Cornificio,lib.11.19.3, Quamuis enim occupatus sis,otii tamen plus habes: aut si ne tu quidem vacas,noli impudens esse, nec mihi molestiam exhibere. Idẽ Attico,lib.12.152.9, Scribes aliquid,si vacabis.

Vacare animo,pro Curis solutũ esse.Cic.1.de Diui.17,De quibus quid ipse sentiã,si placet,exponãsita tamẽ, si vacas animo, neque habes aliquid quod huic sermoni præuertendum putes.

¶ Vacare re aliqua,pro Carere.Cic.3.de Orat.24,Domicilium tantum in ea vrbe remanet studiorum : quibus vacant ciues, peregrini fruuntur.

Armis vacare.Lucret.lib.5.171.

Culpa vacare.Cic.Torquato, lib.6.3.8, Nec enim dũ ero,angar vlla re:quum omni vacem culpa. Et apud Plinium in Paneg.67.& 143,Vacat culpa. Cic.Mario,lib.7.3.13, Vacare culpa,magnum est solatium. Idem pro Ligario,1,Adhuc C.Cæsar Q.Ligarius omni culpa vacat. Quintil.lib.3.cap.6.56.

Vacare culpa in.Cic.Curioni,lib.1.1.3, Præsertim quũ in quo accusabar,culpa vacarem.

Fama nostra vacat crimine. Ouid.epist.4.4.

Insula vacat cultu.Ouid.epist.10.11.

Curis vacans.Lucan.lib.5.16.

Cura & negotio vacare.Cic.1.de Legib.13.

Custode vacans.Ouid.1.Metam,85.

Dolore corpus vacat.Ouid.in Ibin,13.

Epulis ora vacant.Ouid.15.Metam.96.

Lamẽtis vacauit mors eius.Cic.de Senect.66,Solonis quidem sapientis elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum lamentisque vacare.

Legibus vacat ætas nostra.Cic.de Senectute,31, Ergo & legibus & institutis vacat ætas nostra,muneribus iis quæ non possunt sine viribus sustineri.

Lite vacent aures.Ouid.1.Fast.15.

Metu vacat Amor.Ouid.1.Amor.eleg.6.11.

Milite & pecunia vacare.Liuius 1.ab Vrbe,111, Nostrum id nobis velut familiare bellũ priuato sumptu gerere in animo est, Reipub.& milite illic,& pecunia vacet.

Molestia vacare.Cic.4.Academ.136,Voluptatem autem & honestatem finẽ esse Callipho censuit,vacare omni molestia Hieronymus: hoc idem cum honestate Diodorus.

Pudore vacat nox.Ouid.1.Amor.eleg.6.11.

Vacare à metu.Liu.7.ab Vrbe,3.Inde L.Genutio,& Q.Seruilio Consulibus & ab seditione,& à bello quietis rebus,nequando à metu ac periculis vacarent,pestilentia ingens orta.

Vacare populo, Procul esse. Cic.1.Tuscul.107, Hoc igitur vbi propone, amplitudinem animi ac vnam esse omnium rerum pulcherrimam,eóque pulchriorẽ si vacet populo,nec plausum captans,se tantum ipsa delectet.Budæus.

Vacat,Impersonale, Otium vel vacuum tempus est,Datiuo & infinitiuo iungitur.Virg.1.Æneid.76,

O dea,si prima repetens ab origine pergam:
Et vacet annales nostrorum audire laborum. Iuuenalis Saty. 1.3, Si vacat,& placidi rationem admittitis, edam. Ouidius 1. Trist.43,Non vacat exiguis rebus adesse Ioui.

Vacat mihi esse diserto.Quintilian.lib.11.cap.1,Oderit reum verba aucupantem, & anxium de fama ingenii, & cui esse diserto vacet.

Vacans, Participium, Qui otiatur. Cælius ad Ciceronem, lib.8. 3.1,Hoc mihi certum ac iucũdissimum vacanti negotium erat, tecum id otii tempus consumere.

Animus vacans.Ouid.9.Metam.113.

Saltus longè latéque vacantes.Virg.3.Georg.95.

Vacanter, Aduerbium. Gellius lib.17.cap.10,Vacanter hoc cumulauit,& inaniter.

Vacatio,vacationis,Verbale,Feriæ,cessatio,immunitas.

Vacatio adolescẽtiæ.Cic.pro Cælio,11,Erat enim meũ,deprecari vacationem adolescentiæ,veniámque petere:non inquam

audeo:perfugiis non vtar ætatis.

Ætatis vacatio.Cic.1.de Legib.15, Ego verò ætatis potius vacationi cõdebam,quum præsertim non recusarem quominus more patrio sedens in solio,consulenũbus responderem.

Legis vacatio.Sueton.in Claudio,cap.19, Constituit vacationem legis Papiæ Popeæ pro conditione cuiusque ciuis. Id est, solutionem legis.Iudæus.

Militiæ vacatio.Cæsar 6.bel.Gall.56,Militiæ vacationem,omniúmque rerum habent immunitatem. Cic.Attico,lib.1.14.2,Senatus decreuit vt Consules duas Gallias sortirẽtur, delectus haberetur,vacationes ne valerent. Plin.lib.7.ca.1.10, Et ob id perpetuo Senatusconsulto, militiæ, omniúmque aliorum munerum vacationem habent.

Delectũ haberi in vrbe sublatis vacationibus.Ci.5.Philip.187.

Dare vacationem militiæ. Iustinus lib.11, Macedonibus immunitatem cunctarũ rerũ.præter militiæ vacationem dedit.

Omnium munerum vacatio.Cic.1.de Nat.deor.73, Nos autem beatam vitam in animi securitate,& in omnium vacatione munerum ponimus.

Rerum gestarum vacatio.Cic.pro Sylla,19,Si me non modò non rerum gestarum vacatio,sed neque honoris, neque ætatis excusatio vendicat à labore.

Dare vacationem rerum omnium. Cic.6. Verr.10, Prohisce rebus, vacatio data est ab illo sumptus,laboris,militiæ, rerũ denique omnium.

Dare vacationem à cansis.Cic.1.de Legib.16.

Habere vacationem,Cessare,intermittere.Ci.4.Acad.117,Sed quum sacerdotes deorum, vacationem habeant, quanto est æquius habere ipsos deos?

Vti vacatione. Cic.7.Verr. 47, Quod tam immune municipium,quod per hos annos tam commoda vacatione sit vsum omnium rerum,&c.

Vacuus,A dictiuum,Inanis,nihil continens.Virg.3.Georg.19, Saltibus invacuis pascãt,& plena secundũ Flumina.Vbi tamen Seruius,Vacuis,magnis interpretatur. Idẽ 7.Æn.76,-vacua atria circũ. Colu.lib.1.ca.1, Colles alii vacui arbonbus. Virg. 2,Georg.58, -neque in vacuum poterunt se extendere rami.

Aer vacuus.Virg.3.Georg.11.

Ætas vacua periculo.Tacit.lib.16.

Agri vacui.Virg.2.Georg.11.

Animus vacuus,Otiosus,nullis negotiis irretitus.Cic.de Clar. Orat.10, Nunc verò, inquit, si es animo vacuo, expone nobis quod quærimus. Idem 4.Acad.21,Nam & vacuo animo illum audiebam,& magno studio eadem de re sæpius.

Animus vacuus & solutus.Cic.2.Verr.16,Posteaquam illa petitionis magna cura liberatus sum, animo cœpi multo magis vacuo ac soluto,nihil aliud nisi de iudicio agere & cogitare.

Animum vacuum ad res difficiles sentiendas afferre. Cicero Attico,lib.12.ep.9.

Aula vacua.Virg.4.Georg.18.

Aurꝛ vacuæ.Virg.12.Æneid.119.

Aures vacuæ.Plaut.Trin.2.11,Accipite,& date mihi vacuas aures dum eloquor. Hoc est,nolite aliis rebus occupare aures,tantùm audite me. Cic.Antequam iret in exilium.7.

Aures vacuas permulcere dictis.Horat.1.epist.17.6.

Cælum vacuum.Virg.5.Æneid.103.

Dies vacuos habere,Hoc est nullis aliis rebus dedicatos. Cic.1. Verr.34. Etiam si spatium ad dicendum nostro commodo, vacuósqi dies habuissemus, tamẽ oratione lõga nihil opus fuisse.

Domus vacua.Cic.1.in Catil.9.

Equus vacuus,Sine sessore.Liuius 7.bel.Pun.92,Vacuus paulo pòst equus,errãnsque per vrbem cognitus.&c.

Gladius vagina vacuus.Cic.pro Marcello,10.

Hora vacua à furto.Cic.5.Verr.11, Hora nulla vacua à furto,à scelere,crudelitate,flagitio reperietur.

Lectus vacuus.Ouid.11.Metam 95.

Lecto vacuo viuere.Propert.lib.2.eleg.2.1,

Liber eram,& vacuo meditabar viuere lecto,
At me compositæ pace fefellit amor.

Locus vacuus à turba.Cic.5.de Fin.1, Maximè quòd is locus ab omni turba id temporis vacuus esset.

Mens vacua.Cic.3.Tusc.15,Sanitatem enim animorum positam in tranquillitate quadam constanti æquecensebant:his rebus mentem vacuam appellarunt insaniam.

Mẽtes vacuas tenere,Oblectare animos otiosos.Virg.3.Geo.1,

Cætera quæ vacuas tenuissent carmina mentes,
Omnia iam vulgata.

Nomina vacua.Tacit.lib.17,Si Respublica & Senatus & populus,vacua nomina sunt.

Nox vacua crimine.Ouid.4.Fast.117.

Operarii vacui.Colum.lib.11.cap.2.61, Sed nec vlla res magis vacuis operarijs aut seritur,aut cõditur.

Pars vacua & integra.Cic.pro Roscio Comœdo,30,Petisse,inquit,suam partem Roscium à Flauio cõfiteor: vacuam & integram reliquisse Fannii,concedo.

Pectore vacuo regnat amor.Ouid.1.Amor.eleg.1.6.

Pedes vacui.Ouid.1.de Arte,99.

Seu pedibus vacuis illi spatiosa teretur Porticus.

Possessio caduca & vacua.Cic.3.de Orat.67.

Prædia vacua.Cic pro Rosc. Amer.15, Quum ille confirmaret,se nomen Sext. Roscii de tabulis exempturum, prædia vacua filio traditurum,&c.

Tempus vacuum laboris dare sibi.Terent.Heaut.1.1.38,

Sine me,vacuum tempus ne quod dem mihi Laboris.

Tempus vacuum amori.Lucan.lib.3.6.

Sterile & vacuum tempus beneficio.Plin.in Paneg.94,Quod momentum, quod imò temporis punctum aut benefacio sterile,aut vacuum laudet

Quum vacui temporis nihil haberem.Cic.Attico,lib.1.18.1.

Transtrum vacuum,Hoc est in vanum,inutiliter,cum obstaculo.Cic.7.Verr.105,Nullum propugnatorem absuisse, nullum vacuum transtrum esse:remigi rem frumentariam esse suppeditatam,&c.

Vita vacua laboribus.Ouid.5.Trist.eleg.4.2.

Vmbra vacua.Horat.1.epist.7.10.

Vrbs vacua,In qua homines degunt otiosi.Horat.2.epist.2.17,

Ingenium sibi quod vacuas desumpsit Athenas,&c.

¶ Vacuus à re aliqua, Extricatus, quum negotium absolnimus.Cic.Q.fratri,lib.1.3.8,Sin eris ab isto periculo vacuus,agere scilicet, siquid agi posse de nobis putabit.

Locus vacuus ab exercitu,ab defensoribus.Cæsar 8.bel.Gall. 161,Nequa pars Galliæ ab exercitu vacua esset. Ibidem,2.176, Id ex itinere oppugnare conatus,quòd vacuum ab defensoribus esse audiebat.Oppidum intelligit.

Ab omni molestia vacuum esse,& Aliquam solicitudinem habere,contraria.Cic.Bruto,lib.11.16.1,Permagni interest,quo tibi hæc tempore epistola reddita sit, virum quum solicitudinis aliquid haberes,an quum ab omni molestia vacuus esses.

A periculo,à rebus vacuus.Cic.ad Atticum,lib.11.107.3,Cõsilium nostrum spero vacuum periculo fore. Idem 6.Verr.5,Nã ipsa Messana,quæ situ,mœnibus,portúque ornata sit,ab his rebus,quibus iste delectatur,sanè vacua ac nuda est.

A securibus vacuus. Tacit.lib.11, Quorum virtute vacui à securibus & tributis.

Vacui ab omni sumptu,Expertes,soluti ac liberi. Cic.1.Verr. 20,Verùm,vt opinio mea fert,his quidem temporibus in omni orbe terrarum,vacui,expertes, soluti ac liberi fuerunt ab omni sumptu,molestia,munere.

A suspicione vacuus.Cic.de Aruisp.resp.8.

A tributis vacuus.Tacit.lib.12.

Æmulatione vacuus.Tacit.lib.11.

Animi vacuus,Formidolosus.Stat.5.Thebaid.119,

Hic sese Argolicis immunem seruat ab armis,
Haud animi vacuus:sed templa,arcẽque tenebant.

Curis vacuus.Cic.1.de Fin.77, Quum vacui curis etiam quid in cælo fiat scire auemus.

Cura domestica vacuus.Tacit.lib.11.

Nihil rotum,nihil insidiis vacuũ. Cic.ad Plancium,lib.4.14.8, Quum propter eorum scelus nihil mihi intra meos parietes turum,nihil insidiis vacuum viderem.

Metu vacuus.Tacit.lib.2,Vacui externo metu.

Molestiis vacuus.Cic.Sulpitio lib.4.4.6.

Negotiis vacuus.Cic.4.de Finib.19,Vacui negotiis honestè ac liberaliter possimus viuere. Idem,1.Offic.21, Quum simul necessariis negotiis curisque vacui, tum auemus aliquid videre, audire,addiscere.

Noxiis vacuus. Plaut.Merc.14.15,Vacuum esse istac ætate his te decebat noxiis.

Operum vacuus.Horat.1.Serm.saty.2.14.

Periculo vacuus.Tacit.li.16,Nõ sexus,nõ ætas periculo vacua.

Rerum vacuus.Tacit.lib.15.

Somno vacuus.Ouid.1.Amor.eleg.1.1.

Timore vacuus.Cic.2.de Finib.55,Luxuriam nõ reprehendit, modò sit vacua infinita cupiditate & timore.

Tributo vacuus.Tacit.lib.11,Vt omni tributo vacui in posterum Coi,&c.

Virium vacuus,Qui sine viribus est. Plaut.Bacchid.2.46,Valens affligat me nunc iam vacuum virium.

¶ Venire in vacuum, Succedere in locum alicuius. Horat.1. Serm.saty.5.11, -& siquis casus puerum egerit Orco,

In vacuum venias.

¶ Vacuus, pro Otioso. Tacitus lib.1, Quoniam tres vacuas legiones, & ducem fraudis ignarum perfidia deceperit. Vacuas legiones, hoc est otiosas.

Vacuus ad narrandum aliquid. Hoc est cui vacat narrare, aut agere. Terent. And. 4.1.13,

-dic hic, mihi vt sit satis vereor
Ad agendum: ne vacuum esse me nunc ad narrandum credas.

Vacuum fuit. Tacit. lib.17, Sed vbi subacto orbe, & æmulis vrbibus, regibúsq; excisis securas opes cõcupiscere vacuũ fuit, &c.

¶ Vacuissimus. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 1.18,

Nec ruesus mihi sit vacuissima quæras:
Corporis ad cultum vix vacat illa sui.

Vacúitas, pen. corr. vacuitâtis. Cic. 1. Off. 105, Adhibenda est vacuitas ab angoribus. Idẽ 1. de Fin. 58, Nã quoniã quũ primamur dolore, ipsa liberatione & vacuitate omnis molestiæ gaudemus.

Securitas & vacuitas. Cic. 5. Tusc. 59, Securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis, in qua vita beata posita est.

Vacuo, vacuas, vacuare, Vacuum efficere. Martial. lib. 11. 6,

Si redeant veteres, ingentia nomina, patres,
Elysium liceat si vacuare nemus. Colum. lib. 3. cap. 13. 9, Opus est autem perito, ac vigilante exactore, qui ripam erigi iubeat, sulcúmque vacuari. Idem lib. 9. cap. 14. 14, Et sæpe etiam vacuatis ceris vsque in ortũ Arcturi, qui est ab Idibus Februariis, ieiunæ fauis accubanebis, &c. Stat. 1. Achil. 84,

-vacuantur pascua ditis Arcadiæ. Idem 11. Thebaid. 117, Ipse quoque in pugnas vacuatur collis.

Vacuefacio, vacuefacis, vacuefeci, vacuefactum, vacuefacere, Idẽ.

VACORIVM, Vrbs Norici apud Ptolemæum lib. 2. cap. 14. hodie *Villacum*.

VACVNA, pen. prod. dea quæ præerat otiosis & vacantibus. Huic sacrificabant agricolæ, quum post collectas fruges quiescebant. Ouid. 6. Fast. 62,

Nam quoque quum fiunt antiquæ sacra Vacunæ,
Ante Vacunales stántque sedéntq; focos. Horat. 1. epist. 10. 10, Hæc tibi dictabam post fanum putre Vacunæ.

VADIMONIS lacus, est in quo fluctuant insulæ, de quo Plinius lib. 2. cap. 95. 1, multa cõmemorat. Cæcilius in quadam epistola, Exegerat socer meus, vt Amerina sua prædia inspicerem, hæc perambulanti mihi ostenditur subiacens lacus nomine Vadimonis. Vadimonis lacum intelligunt, qui in agro Viterbiensi feruet, scatétque sulphureis aquis.

Vadio/huius vadis, priore corr. m. g. primò dicebatur, deinde per syncopen vas: est spõsor alterius in re capitali, vt ait Festus. Vas (inquit Varro de lingua Latina) dict' est qui pro altero vadimoniũ promittebat. Cic. 3. Off. 59. de duob' Pythagoreis, Quũ Is qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulauisset, vas factus est alter sistendi eius, vt si ille non reuertisset, moriendum esset ipsi. Liu. 5. belli Pun. 19, Caruilli Trib. pleb. omissa multæ certatione, rei capitalis diem Posthumio dixerunt: ac ni vades daret, prehẽdi à viatore, atque in carcerem duci iusserunt. Posthumius vadibus datis nõ affuit.

Vas dictus est, quòd qui vades dederit, vadere ei, id est discedere interim liceat. Horat. 1. Serm. sat. 1. 3, Ille datis vadibus, qui rure extractus in vrbem est.

Accipere aliquem vadem pro aliquo, Vide **Accipio**.

Vades deserere. Liu. 9. bel. Maced. Multos qui aut citati non affuerant, aut vades deseruerant, in ea regione Italiæ latentes partim noxios iudicauit, partim comprensos Romam ad Senatum misit.

Vadimonium, vadimonii, Sponsio quædam sistendi, comparendíque in iudicio ad diem præstitutam per se, vel per aduocatos, quod deserere non licet. Cic. pro Quintio, 30, Ad vadimonium non venit. quæris qui tibi præsto semper fuit. Et paulo pòst, 33, Nõ dubitaui, inquit, quum vadimonium desertum esset, bona proscribere. Plaut. in Curc. 4. 6, Vbi tu es qui me connadatus Veneris vadimonio? Lucret. lib. 4. ele. 2. 11,

-te, qui ad vadimonia curris, Non moror.

Garrula vadimonia. Ouid. 1. Amor. eleg. 12. 5.

¶ Concipere vadimonium, Certam formulã exprimere. Cic. Q. fratri, lib. 2. 16. 4, Negat enim in tanta multitudine corũ qui vna essent, quenquam fuisse, qui vadimonium concipere posset. Vide **Concipio**.

Constituere vadimoniũ. Cic. de Senect. 19, Omnia quæ curãt, meminerunt, vadimonia constituta, qui sibi, cui ipsi debeant.

Deferere vadimonium. Plin. in præfat. 10, Inscriptiones propter quas vadimoniũ deseri posset. Id est festiuissima, & magna, multáque promittentes, ita vt vel vadimonium propter eorum librorum recitationem deseri possit. Budæus. Vide **Defero**.

Differre vadimonium. Cic. Attico, lib. 2. 22. 2, In hominem ire cupiebam non mehercule vt differrem cum eo vadimonium: nam mira fuit alacritate ad litigandum. Id est, vt differrẽ cum eo diem contentionis, Clodium intelligens. Sic Plinius libro 7. cap. 53. 4. Bebius iudex quum vadimonium differri iubet. Vide **Differo**.

Missum facere vadimoniũ, Est vadimonii obligationem remittere, condonaréque. Cic. pro Quintio, 15, Qui quo tempore primùm malè agere cœpit, in vadimoniis differendis tempus omne consumpserit, qui postea quoque vadimonium missum fecerit. Budæus. Vide **Mitto**.

Obire vadimonium, Vide **Obeo**.

Obstricti vadimonio hodie dici possunt, qui ob crimina in iudicium vocati, ab iudicibus (vt fit) impetrauerũt, vt aut sua, aut sponsorum fide diminũtur, ea lege vt in diem certum, aut quãdocunque iudici visum fuerit, ad iudicium sistantur, quos *elargitos* vocant. Budæus.

Promittere vadimonium. Cic. 5. Verr. 30, Iam verò illud nõ solùm cõtra legem Hieronicam, nec solùm cõtra consuetudinem superiorum, sed etiam cõtra omnia iura Siculorum quæ habẽt à Senatu, Populóque Rom. ne extra suum forum vadimonium promittere cogantur: statuit iste vt arator, decumano quò vellet decumanus vadimonium promitteret, vt hic quoque Apronio quum ex Leontino vsque Lilybæum aliquem vadaretur, ex miseris aratoribus calumniandi quæstus accederet. Ibidẽ, 66, Quum omni ratione tamen ibi calumniarentur, promittũt Herbitenses vadimonium Syracusas. Et 7. Verr. 110, Quod isti simul ac nuntiatum est, hominem iubet Lilybæum vadimoniũ Venerio seruo promittere. Vide **Promitto**.

Vador, vadâris, vadâri, Verbum commune est secundum Priscianum, pro vadimonio obstringere, siue diem iudicii ex compacto cõstituere, & in ius vocare. Cic. pro Quintio, 42, Debere tibi dicis Quintium: procurator negat. vadari vis: promittit. in ius vocas: sequitur. iudicium postulas: non recusat. Plaut. Aulul. 9. 40, de sene præparco loquens,

Inest ibi postulare plorans, eiulans,
Vt sibi liceret miluium vadarier. Idem Persa, 3. 18,

-abi in malam rem. r. at tu domum:
Nam ibi tibi parata præsto est. s. vadatur hic me. r. Vtinã vades
Desint, in carcere vt sis. Idem Bacchid. 4. 5,
Mirum est me vt redeam, te opere tanto quærere,
Qui abire hinc nullo pacto possim, si velim:
Ita me vadatum amore, vinctúmque attines. Cic. pro Quintio, 11, Se iam neque vadari amplius, neque vadimoniũ promittere: siquid agere secũ velit Quintius, nõ recusare. Hic, quũ rem Gallicanam cuperet reuisere, hominẽ in præsentia nõ vadatur, ita sine vadimonio discedit. Idem 5. Ver. 30, Vt hic quoque Apronio, quum ex Lectino vsque Lilybæum aliquẽ vadaretur, ex miseris aratoribus calumniãdi quæstus accederet. Liu. 3. ab Vrbe, 59, Decem finierũt, tot vadibus accusator vadatus est reũ. Horat. 1. Serm. sat. 9. 8, -& casu tunc respondere vadato
Debebat: quod ni fecisset, perdere litẽ.

Ouid. 1. de Remed. 54, Iánque vadaturus, lectica prodeat inquit.

Vado/vadis, vasi, vasum, vádere, Iter facere, quasi viæ dare. Virgil. 1. Æne. 80, Vadimus immissi Danais, haud numine nostro. Cic. ad Atticũ, libro 4. 79. 5, Ad eum postridie mane vadebam quum hæc scripsi. Liuius 1. ab Vrbe, 17, Quem quum vadentem ad speluncam Cacus vi prohibere conatus esset, &c. Sic ibidem, lib. 1. 53.

Lentulus Spinter hodie apud me, cras mane vadit. Cic. Attico lib. 14. 307. 3.

Post hùc ore fero Capricornus vadere pergit. Cic. in Arato, 37.

Vade age. Virg. 3. Æneid. 91,

Veloci via, vadere. Seneca Medea, 4. 3.

Erectæ vadunt feræ. Author ad Heren. lib. 2. 63, Quum feras videamus alacres & erectas vadere, vt alteri bestiæ noceant.

Vadere in prælium. Liu. 3. ab Vrbe, 165, Vadunt igitur in prælium ab sua parte omissum.

In mortem vadere. Virg. 2. Æneid. 71, -per tela, per hostes
Vadimus haud dubiam in mortem.

In præceps vadere. Seneca Hippol. 1. 9.

Animus vadit in præceps. Seneca Hippol. 1. 19,

-quæ memoras scio
Vera esse nutrix: sed furor cogit sequi
Peiora. vadit animus in præceps sciens.

Gloria vadit per iter præceps. Ouid. 4. Trist. eleg. 3. 15.

Vadens, Participium. Virgil. 6. Æneid. 53, Ille ducem haud timidis vadentem passibus æquat.

Vadere per. Liu. 6. bel. Pun. 31, Elephãti per media castra vadẽtes stragẽ tabernaculorũ ingẽti sonitu ac fuga abrũpentium

vincula iumentorum facerent. Colum.lib.7.ca.6.7, Magister autem pecoris acer,durus,strenuus, laboris patientissimus, alacer atque audax esse debet,& qui per rupes,per solitudines,per vepres facilè vadat.

Vadit Euphrates in Mesopotamiam per. Plin.lib.5.cap.26.2, Scinditur Euphrates à Zeugmate LXXXIII. M.pass. circa vicum Matticen. Et parte læua in Mesopotamiá vadit per ipsam Seleuciam,circa eam præfluenti infusus Tigri.

Vadum/vadi,Locus in flumine,lacu,mari,& quacúque aqua, quæ propter breuitatem transiri potest.Plinius, Lignum vado hærebat. Cæsar 4.bel.Gall.561, Hostes verò notis omnibus vadis vbi ex littore,&c. Sic lib.3.386, Romanos neque vllam facultatem habere nauium,neque corú locorum vbi bellú gesturi essent,vada,portus,insulásq; nouisse. Liu.8.bel.Maced.80, Pontem quia vado nusquá trásitus erat,facere instituit. Rursum Cæsar 1.bel.Gal.13, Rhodanus nónullis locis vado trásitur.

Quú venissent ad vada Volaterrana quæ nominántur,vident perfamiliarem Næum,&c.Cic.pro Quintio,12.

Scitus vadorum.Ouid.9.Metam.11.

¶ Vadum,pro Mari.Catul.Argonau.59.2,Ausi sunt vada salsa cita decurrere puppi.

Breuia.Virg.5.Æneid.45. Cæca.Virg.1.Æneid.109.

Cærula vada.Virg.7.Æneid.40.

Dura vada cæcis saxis.Virg.3.Æneid.141.

Feruida.Virg.7.Æneid.5. Limosum.Ouid.3.Fast.60.

Gelida.Ouid.3.Amor.ele.5.6. Palustria.Clau.1.de ra.Pros.12.

Iniqua.Proper.li.1.ele.16.2. Piscosa.Ouid.2.de Arte,17.

Prona vada fluuii.Claud.1.in Eutrop.71.

Sacra vada fontis Numici.Virg.7.Æneid.49.

Salsa vada.Virg.5.Æneid.31, -sulcant vada salsa carinæ.

Tarda vada.Senec.Her.fur.9.30.

Torua vada.Senec.Theb.1.14.

Vitrea vada.Claud.de Aponi balneis.5.7.

¶ Applicare remos vadis.Ouid.5.Trist.eleg.9.2,

Impia desertum fugiens Medea parentem
Dicitur his remos applicuisse vadis.

Emergere è vadis,per metaphoram. Cice.pro Cælio, 39, Sed quoniam emersisse iam è vadis, & scopulos prætenuecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur.

Exultant vada.Virgil.3.Æneid.111, Exultántque vada, atque æstu miscentur arenæ.

Vndosum vadum frangere nando.Silius lib.8.111.

Placido vado labitur Lethe.Senec.Herc.fur.9.13.

Nudantur vada,Vide **Vndo**,

Pellere vada remis.Catull.Argon.59.11.

Imis vadis refusa stagna.Virg.1.Æneid.26.

Tentare vadum, pro Aggredi negotium aliquod, dixit Ouidius 3.de Arte,93,

Verba vadum tentent alienis scripta tabellis:
Accipiat missas apta ministra notas.

Rates transiliunt vada.Horat.1.Carm.ode 3.5.

Verrere vada remis.Virg.6.Æneid.64.

Res est in vado, Id est in tuto. Nã vt in profundo periculum cõsistit,ita in vado securitas.Terent.And.5.1.4, Quemnam hic laudat? D.omnis res est iam in vado. Plautus Aulul.30.73,Hæc propemodum iam esse in vado salutis res videtur.

Vado,vadas,vadare, Per vadum transire. Solinus, Flumen quod propter breuitatem facilè vadari poterat.

Vadósus,pen.prod.Adiect.vt Vadosus amnis, qui frequentia habet vada,quæ transiri pedibus possunt. Cæsar 1.bel.Ciuil.99, Quòd his locis vadosum mare erat longius progressus,&c. Liu.7.bel.Maced.60,Quòd in fluminis modum,longum & angustum & vadosum ostium portus sit.

Aquæ vadosæ.Lucan.lib.8.137.

Væ/Interiectio his rebus propria quas execramus, datiuo fúgitur.Martialis lib.5.34,

Carpere causidicus fertur mea carmina:quis sit,
Nescio:si sciero,væ tibi causidice. Terent.And.2.1.3,
-væ misero mihi,vt animus in
Spe atque in timore vsque antehac attentus fuit.

Aliquando sine casu.Virg.9.eclog.6, Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.

Nonnulli veh scribunt,alii væh.

Væneo/Vide **Veneo**.

Væsanus/Vide **Vesanus**.

Vafer,vafra,vafrum,Callidus,astutus,quasi valde Afer.Mira enim semper fui Afrorum calliditas.Cic.lib.3.de Rep.11,Nõ sunt in disputando vafri,non veteratores,non malitiosi.Idem lib.1. de Nat.deor.56,Chrysippus qui Stoicorum somniorum vaferrimus habetur interpres. Et 3.Offic.74, Certè non aperti, non simplices,nõ ingenui,&c.versuti potius, obscuri,astuti, fallacis, malitiosi,callidi,veteratoris,vafri. Ouid.3.de Arte,111,Qua vafer eludi possit ratione maritus.

Ius vatrum.Horat.2.Serm.sat.1.17.

Vafrè,Aduerbiú,Callidé.Cic.4.Verr.91,Nihil sanè vafrè, nec malitiosè facere conatus est.

VAGENI, pen.pro.Plinio lib.3.cap.20,populi inter Alpinas gentes.Silius lib.8.111,Tum pernix Ligur,& sparsi per saxa Vageni.

Vagina/vaginæ,pen.prod.Alicuius rei theca.

Vagina gladii.Cic.1. in Catil.1, Veruntamen inclusum in tabulis,tanquam gladium in vagina reconditú. Idem 1.de Nat. deor.53,Vt clypei causa inuolucrum, vaginam autem gladii,sic præter mundum cætera omnia aliorum causa esse generata. Cæsar 5.bel.Gal.165,Auertit huc casus vaginam,& gladium educere conantis dexteram morator manum.

Eburna vagina.Virg.9.Æneid.61.

Diripere ensem vagina.Ouid.10.Metam.94.

Ducere ferrum vagina.Ouid.4.Fast.187.

Educere gladium è vagina.Cic.2.de Inuent.131.

Eripere ferrum vagina.Virg.6.Æneid.51.

Ensem liberare vagina.Ouid.2.Fast.159.

Ensis tectus vagina.Horat.2.Serm.sat.1.9.

Membranæ & vaginæ viscerum.Plin.lib.11 cap.37.66,Omnia quidem principalia viscera membranis propriis,ac velut vaginis includit prouidens natura. Sic lib.7.cap.51.

Vagina frumenti. Varro 1.de Re rust.cap. 48.3, Ariste enim quasi cornua sunt spicarum:quæ primitus quum oriuntur,neque planè apparent, in qua sublatent herba, ea vocatur vagina,vti qua latet conditus gladius. Ibidem, cap.31, Quòd frumentum dicunt quindecim diebus esse in vaginis. Cic.de Senect.47,Culmóque erecta geniculato,vaginis iam quasi pubescens includitur.

In vaginas corporis vnguium mucrones condunt feræ.Plinius libro 8.cap.15.3,Mirum pardos, pantheras,leones,& similia, condito in corporis vaginas vnguium mucrone,ne refringantur,hebetenturque ingredi.

Vaginula,vaginulæ,pen.corr. Diminutiuum. Plin.lib.18.cap.7. 11,Et far in vaginulis suis seruant ad satus.

Vagio/vagis, vagiui,vagitum, vagire,penult. producta,Proprium est infantiú.Terent.Hecy.4.1.1,Nam audisse vocem pueri visus est vagientis. Cicero de Senect.75,Et siquis deus mihi largiatur,vt ex hac ætate repuerascam,& in cunis vagiam. Idẽ 2.de Fnib.54, Vagiens puer. Ouid.2.Fast.81, Vagierant ambo pariter. Idem 4.Fast.41,Intus vt infanti vagiat ore puer.

Puer vagit.Ouid.10.Metam.102.

Vagito,vagitas,penult. prod. vagitare,Frequentatiuum. Stat.4. Sylu.8.7, -quúmque tibi vagitet tertius infans.

Vagitus,huius vagitus,pen.prod.m.g.Ipsa infantium vox.Mart. lib.9.10,Sordida vagitu polceret æra puer.

Ingens vagitus.Virg.6.Æneid.86.

Lugubris vagitus.Lucretius lib.5.46.

Rudis vagitus.Stat.2.Syl.1.11.

Edere vagitum. Quintilianus lib.1.cap.1.16, Ita tumrus eloquentissimus edidit aliquando vagitum.Iuuen.Saty.7.19.

Ægris vagitibus misti ploratus.Lucret.lib.1.117.

Vagor,vagôris,pen.prod.masc.g.Idem.Lucret.lib.1.117,Et superantur item,mulcetur sonere vagor.Nonius.

Vagus/vaga,vagum,Qui sine negotio modò huc,modò illuc inutiliter discurrit. Dictus quòd vacuus,id est sine negotio agatur.Cic.ad Atticum,li.7.130.5, Vult enim me Pompeius esse, quem tota hæc Campana & maritima ora habeat *in statione*,ad quem delectus & summa negotii referatur. Itaque vagus esse cogitabam. Plin.lib.7.cap.51.2.

Aliquem vagum & exulem errare.Cic.pro Cluentio,138.

Animus vagus.Catull.de Berecynt.58.1.

Aues vagæ.Horat.4.Carm.ode 4.1.

Aura vaga.Ouid.8.Metam.40.

Errores vagi.Ouid.4.Metam.101.

Exul vagus.Ouid.11.Metam.81.

Fama vaga.Ouid.epist.10.47.

Flumina vaga.Horat.1.Carm.ode 34.1.

Fortuna vaga & volubilis.Cic.pro Milone,51.

Gressus vagi.Martialis lib.2.5.Hic quem videtis gressibus vagis lentum,&c.

Iuuentus vaga.Martialis lib.2.89.

Quintiliane vagæ moderator summe iuuentæ:
Gloria Romanæ Quintiliane togæ.

Lumina vaga noctis.Stat.3.Thebaid.13.

Mercator vagus.Horat.de Arte,24.

Murmura vaga.Stat.6.Thebaid.113.

Natura vaga.Horat.1.Serm.ſat.7.15, -tolle periclum,
Iam vaga proſiliet frænis natura remotis.

Nomen herbæ vagum,Incóſtans, & multis opinionibus obnoxium.Plin.lib.17.cap.4.13,Ambroſia vagi nominis eſt,& circa alias herbas fluctuati. Hoc eſt,ambroſiæ nomen multis herbis eſt commune.

Pecora vaga.Catul.de Berecynth.58.3.

Pede vago quiſque diſcedebant.Catul.Argon.59.56.

Rumores vagi.Ouid.11.Metam.134.

Errans & vaga ſententia,cui Certa & ſtabilis opponitur.Cic.1. de Nat.deor.1, Eſt enim & philoſophi & Pontificis & Cottæ de diis immortalibus habere non errantem & vagam, vt Academici,ſed vt noſtri ſtabilem certámque ſententiam.

Sermonibus vagis complet aures.Claud.5.Paneg.7.

Turba vaga.Ouid.13.Metam.45.

Proſequi vitam inopem & vagam.Cic.12.Philip.319.

Volucres vagæ.Ouid.14.Metam.68.

¶ Pars quæſtionum vaga,libera,& latè patẽs. Cicero 1.de Oratore.36.

Solutum quiddam ſit, nec vagum tamen, vt ingredi liberè, non vt licenter videatur errare.Cic.in Orat.42.

Vagè,Aduerb.Liu.6.bel.Pun.201,Qui vagè effuſos per agros palatoſque adortus,&c. Author ad Heren.lib.4.195, Reſtant etiã decem exornationes verborum, quas idcirco non vagè diſperſimus,ſed à ſuperioribus ſeparauimus,&c.

Res ſparſæ & vagè diſiectæ.Author ad Herẽ.lib.4.139,Poſtremò hoc ipſum eſt ſummum artificium,res varias & diſpares in tot poematibus & orationibus ſparſas,& vagè diſiectas,ita diligenter eligere,vt &c.

Vagor,vagáris,vagári,Inutiliter huc atque illuc ferri. Plaut.Amphit.16.56, -per freta,Ionium & Ægeum & Creticum,
Vagati vi vortebant piratica. Cic.pro Fonteio,19,Hi contrà vagantur læti atque erecti paſſim toto foro,cum quibuſdam minis, & barbaro atque immani terrore verborum. Idem 1. de Inuent.3,Nam fuit quoddam tempus, quum in agris homines paſſim beſtiarum more vagabantur.

Boues vagantur per arua.Ouid.1.Faſt.109.

Vagantur gregatim ferè cuiuſque generis ſquamoſi.Plinius lib.9.cap.16.1.

Per orbem terrarum vagari.Cic.1.de Lege agrar.51.

Quacunque velis vagari.Cic.1.de Lege agrar.45.

Tota vrbe vagatur.Virg.4.Æneid.13.

Volitare &vagari in foro.Author ad Heren.lib.4.110.

Vagamur egẽtes cũ cõiugibus & liberis.Ci.Attico,li.8.146.4.

Terras vagari.Propert.lib.1.eleg.19.4, Ino etiam prima terras ætate vagata eſt.

¶ Vagatur animus,quod etiam Peregrinari dicimus,& diuagari,hoc eſt alienari,diſcurrere.Cic.1.Offi.9,Nõ enim ſumus ii quorũ vagetur animus errore,nec habeatvnquã quid ſequatur.

Fama vagatur.Virg.2.Æneid.4.

Mors immatura vagatur.Lucret.lib.5.45.

Nomen tuũ lõgè atque latè vagabitur. Cic.pro Marcello,17.

Ne vagari & errare cogatur oratio.Cic.1.de Orat.104.

Vagari & Perſtringere breuiter,contraria.Cic.3.Tuſcul.13,Et primo ſi placet,Stoicorum more agamus,qui breuiter perſtingere ſolent argumenta:deinde noſtro inſtituto vagabimur.

Eo fit vt errem & vager latius. Cic.4.Acad.119.

Vago,vagas,vagare,Neutrum,Idem.Plaut.Mil.8.14,
-te alloquor vitii,probríque plena,
Quæ circum vicinos vages.

Vagans,Participium:vt Aues vagantes.Tibul.lib.1.eleg.3.11.

Aues huc & illuc paſſim vagantes.Cic.1.de Diuin.111.

Licentia vagans.Horat.4.Carm.ode 15.2.

Vagatio,vagationis,Verbale, Ipſe vagandi actus.

Vagationes militum.Liu.5.ab Vrbe,36,His Tribunis dum cura omnium in Veiens bellũ intenta eſt,neglectũ Anxuri præſidiũ vagationibus militum,& Volſcos mercatores vulgo receptando,proditis repentè portarum cuſtodibus oppreſſum eſt.

Vah/Interiectio admirantis.Plaut.Curcul.8.78,
Subegit ſolus intra viginti dies.
LY. Vah.c.quid mirare?

Vah,exultantis vel lætitiæ.Plaut.Bacch.19.38,
Quid fiet? ii.ducentis philippeis rem pepigi.N.vah,
Salus mea ſeruaſti me. Terentius And.3.4.10, Vah conſilium callidum.

Vah,inſultantis aliquando.Plaut.Moſtel.4.98, Vah quid illa poteſt peius quicquam muliere memorarier? Terent.Adel.1. 1.33,Vah,leno iniqua me non vult loqui.

Vaha,interiectio exultãtis,vel ridentis.Plaut.Caſin.21.25, -vaha. 5.Quid negoti eſt? o.obſecro vt valentula eſt,

Penè expoſuit cubito.

VALASCA,Bohemorum regina fuit,quæ facta cum cæteris mulieribus coniuratione, de excutiendo virorum principatu, copiarum ductrix bellum mouit,interfectiſque viris fœminas omnes aſſeruit in libertatem,ita vt inſtar Amazonum multos annos imperarint ſine viris.Volaterranus in Geographia.

Valde/Aduerbium,Id eſt multum.A validè factum eſt, detracto i.vt Valde doctus.Poſitiuis iungitur, etiam verbis & aduerbiis.Cic.de Senect.75,Et ſiquis deus mihi largiatur vt ex hac ætate repueriſcam,& in cunis vagiã, valde recuſem. Idem Tironi,lib.16.19.2,Literas tuas valde expecto. Et 1.Acad.27, Valde amo noſtra atque noſtros. Sic Attico,lib.13.178.2, Inhibere illud tuum quod mihi valde arriſerat,nunc vehementer diſplicet. Ibidem,lib.2.19.1,Valde hoc velim antè quàm proficiſcare. Eidem,li.14.199.2,Sed quidquid vult,valde vult. Rurſum Tironi,lib.16.17.4,Valde enim eius cauſa volo.

Epiſtola tua valde me leuauit.Cic.Attico,lib.4.76.1.

¶ Aduerbiis.Cic.Lentulo,lib.1.8.13,Rem te valde bene geſſiſſe rumor erat.

Valde graniter ferre.Cic.Attico,lib.1.11.11,Qui primum illud valde graniter tulerunt,promulgatum ex Senatuſcõſulto fuiſſe. Eidem,lib.1.9.4,Valde graniter prætexuit.

Valde vehementer eum viſum & liberè dicere. Cic. ad Atticum,lib.14.199.3.

Valde bene.Cic.Trebonio,lib.15.21.12, Quòd de ingenio eius valde exiſtimaui bene.

¶ Poſitiuis.Cic.4.Acad.176,Homo & acutus vt Pœnus,& valde ſtudioſus ac diligens.

Valde iniquum eſſe.Cic.de Aruſp.reſp.4.

Valde magnus.Ci.Caſſio,lib.15.17.5, De Hiſpania,noui nihil: ſed expectatio valde magna.

¶ Tam valde. Cic.1.de Diuinat.112, Quaſi verò quidquam ſit tam valde quàm nihil ſapere vulgare. Idem Attico, lib.7.118. 1,Quid opus eſt de Dionyſio tam valde affirmare?

Nimis valde,dixit Cicero lib.3.de Legib.Vide Nimis.

Valde,cum ſubſtantiuo.Cic.Attico,lib.11.214.1, Neque enim valde de aduentu eius opinio eſt.

Valde quàm.Decius Brutus ad Ciceronem,lib.11.13.6,Nã ſuos valde quàm paucos habet.

Valdius,Comparatiuum à valde.Horat.de Arte,65,
Fabula nullius veneris, ſine pondere,& arte,
Valdius oblectat populum,meliúſque moratur,
Quàm verſus inopes rerum,nugæque canoræ. Idem 1.epiſt. 9.1,Quid poſſim videt,ac nouit me valdius ipſo.

VALENTIA, Hiſpaniæ citerioris vrbs, tribus millibus paſſuum à mari remota,vt author eſt Plinius lib.3.ca.3. & Ptolemæus lib. 2.cap.10.& Mela lib.2. Eſt & Valentia,iuxta Viennam ad Rhodanum,Allobrogum ciuitas,vt docet Plinius lib.3. cap.4. Hodie *Valence.*

Valeo/vales,válui,válitum, pen.corr. valẽre,pen.prod. Sanum vel potentem eſſe.Plaut.Amphit.7.14,Equidem valeo,& ſaluos ſum rectè Amphitruo. Idem Perſa,15.36,Si valetis,gaudeo:ego valeo rectè,& rem gero. Idem Milit.10.8, Nam matri oculi ſi valerent,mecum veniſſet ſimul. Ouid.5.Triſt.eleg.14.1,Si tamen ipſe vales,aliqua nos parte valemus.

Nos hîc valemus rectè: & quo melius valeamus, operam dabimus.Brutus Ciceroni lib.11.13.1.

Valere & Ægrotare, contraria.Cic.1.de Finib.71,Quæ quum Ariſtoni & Pyrrhoni omnino viſa ſunt pro nihilo,vt inter optimè valere, & grauiſſimè ægrotare nihil prorſus dicerent intereſſe: rectè iampridem contra eos deſitum eſt diſputari.

Valere ab oculis,& eiuſmodi, Hoc eſt morbo oculorũ liberari. Gellius lib.5.ca.10,Quum valebo ab oculis,reuiſe ad me. Plau. Epid.3.26,A morbo valui,ab animo æger fui.

Valere à pecunia.Plau.Aulul.7.9,Ain' tu valere ter 2.pol ego haud à pecunia perbene.

Ne valeam,Imprecantis vox.Martialis lib.2.5,
Ne valeam,ſi non totis Deciane diebus
Et tecum totis noctibus eſſe velim.

¶ Valere, Poſſe, pollere, potentem eſſe,vim vel vires habere, Momentũ vel põdus,ſiue authoritatẽ habere,alicuius momenti putari.Terent.Eunuc.5.2.42,Neque tam imperita,vt quid amor valeat,neſciam. Idẽ in Prol.26,Arbitrium veſtrũ,veſtra exiſtimatio valebit. Cic.de Amicitia,45,Non tantum valet vt tollat è vita amicitiam. Idem ad Brutum,lib.11.16.4,Quódque plurimum valet, nihil mihi eius eſt familiaritate iucundius.

Proficere & valere.Cic.de Claris Orator.71,Omnia veniebant Antonio in mẽtem,eáque ſuo quæque loco, vbi plurimum proficere & valere poſſent.

Minus valet,Vide Minus.

Naturaliter valere. Quintil. lib.3.cap. 8.17, Neſcio an etiam naturaliter apud plurimos plus valeat malorum timor, quàm ſpes bonorum.

Nihil valet, Vide Nihil.

Publicè valere. Tacit.lib.11, Sed tunc ordinum diuerſa ſtudia, & quæ vicerant, publicè valebant.

Valere rogando. Ouid.1.Metam.36, Iam cognoſſe genus piget, & valuiſſe rogando.

¶ Valere, cum datiuo. Gellius lib.5. cap.12, Nam & augendæ rei, & minuendæ parum valet. Idem lib.17. cap.16, Digerendis venenis valent.

Quicquid valebo vel authoritate vel gratia, valebo tibi. Cic. Cæcinnæ, lib.6.6.32.

Valere ad. Cic.1.Acad.31, Vitæ autem adiuncta eſſe dicebant quæ ad virtutis vſum valerent. Plin.lib.31.cap.1.4, Nec dubitamus idem valere ad omnia genera. Vetus exemplar omittit (ad) præpoſitionem. Cic.pro Seſtio,16, Siue illa veſtis mutatio ad luctum ipſorũ, ſiue ad deprecandũ, valebat. Et pro Cornel. Balbo, 50, Quid enim eſt, cur non potius ad ſummam laudem hunc, quàm ad minimam fraudem Cæſaris familiaritas valere debeat? Quintil.lib.2.cap.16.6, Quin ipſa vitæ præcepta, etiam ſi natura ſunt honeſta, plus tamen ad formãdas mentes valẽt, quoties pulchritudinem rerum claritas orationis illuminat.

Hæc res mihi valet ad gloriam. Cic.3.in Catil.71.

Valet ad eam rem, vt. Cic.1.Verr.34, Etenim iſta Quæſtura ad eam rem valet, vt elaborandum tibi in ratione reddenda ſit, quamobrem, qui Quæſtor eius fueris, accuſes.

Valere apud aliquem, Poſſe aliquid ab aliquo facilè obtinere. Terent. Heaut.3.1.79, -ibit ad illum illico,
Quo maximè apud te ſe valere ſentiet. Cic.ad Dolabellam, lib. 9.14.7. O mi Cicero, inquit, gratulor tibi quum tantum vales apud Dolabellã. Sic ad eundem in epiſt.ad Atticũ, lib.14.315.4. Authoritas tua plurimum apud me valet. Marcellus Ciceroni, lib.4.11.1.

Valet authoritas illius apud plebem. Hoc eſt multum poteſt. Cæſar 1.bel.Gal.65, Tum demum Liſcus oratione Cæſaris adductus, quod antea tacuerat, proponit eſſe nonnullos quorum authoritas apud plebem plurimum valeat, qui priuatim plus poſſint quàm ipſi Magiſtratus. Cic.ad Atticum, lib.9.18.1.6, Peducæi authoritas multum apud me valet.

Valet apud eum mea gratia, vel authoritas. Cic.ad Brutum, 8.1, Nec quiſquam eſt quin ita exiſtimet, meam apud te & authoritatem & gratiam valere plurimum. Idem 2.Tuſc.16, Sed hæc eadem num cenſes apud eos ipſos valere, niſi admodum paucos, à quibus inuenta, diſputata, conſcripta ſunt? M.Marcellus ad Ciceronem, lib.4.11.1, Plurimum valuiſſe apud me tuam ſemper authoritatem, cũ in omni re, tum in hoc maximè negotio, potes exiſtimare.

Valere in arte aliqua. Mart.lib.2.63.
Incipe, tres vno perierunt rhetores anno:
Siquid habes animi, ſiquid in arte vales.

Valet in cauſis. Cic.1.Tuſc.41, Quod in omnibus cauſis & debet & ſolet valere plurimum.

In hoc fœlicitatis fama ſermóque valet. Cic.pro Murena,37.

Valet in id. Quintil.lib.4.cap.5, Quædã tamen etſi ipſa ſunt dura, in id tamen valent, quod ſcio.

In omnes partes valere. Cic.Marcello, lib.4.10.4.

In vtranq; partẽ valent arma facũdiæ. Quintil. lib.2.ca.16.7.

Illud verbũ VNDE in vtranque rem valet. Cic.pro Cecin.65.

Valet in vulgus inſipientium opinio. Cic.2. Tuſc.106, Sed tamen hoc euenit vt in vulgus inſipientium opinio valeat honeſtatis, quum ipſam videre non poſſit.

Valet vt lex. Cic.1.de Legibus,39, Tamen erant fere in more malorum, qui tum vt lex valebat.

¶ Valet, Significat. Sueton.in Vitellio,cap.vltimo, Cui Toloſæ nato cognomen in puericia Beco fuerat. id valet, gallinacei roſtrum. Hoc eſt ſignificat.

¶ Arma plus valent legibus. Ouid. 4.de Ponto, eleg.9.19.

Fiet enim quodcunque volent qui valebunt, valebunt autem ſemper arma. Cic.Pæto, lib.9.17.3.

Valuit authoritas. Cic.2.Tuſc.91, Cur ergo poſtea alii? valuit authoritas.

Ius valet. Tacit.lib.1, Neque Tribunorum militum Conſulare ius diu valuit.

Diuturna valet opinio tarditatis. Cic.1.Offic.62.

Preces veſtræ valuere. Ouid.13.Metam.18.

Hoc verbum quid valeat non vident. Cic.3.Offic.51.

Veritas valet apud eum. Cic.pro Quintio,3, Certè aut apud te, & eos qui tibi adſunt, veritas valebit: aut, &c.

¶ Amicis valere. Cic.ad Atticum, lib.4.86.3, Reliqui duo pleni ſic exæquantur, vt Domitius valeat amicis, & adiuuetur, tamen non gratiſſimo munere.

Authoritate valere. Cic.3.de Legib.55, Libertatem iſtã largior populo, vt & authoritate valeant, & vtantur bonis. Idem ad Atticum, lib.7.118.4, Tamen leuabar cura, virum fortem & peritum & plurimum authoritate valentem audiens, reſtituẽ de pacis ſimulatæ periculis differentem.

Valuit hæc res authoritate & voluntate Magiſtratuum. Cic. 4.Ver.85, Quæ omnia ante iſtum Prætorem, & noſtrorum Magiſtratuum authoritate, & Haleſinorum ſumma voluntate valuerunt.

Corpore valere. Cic.de claris Orat.38, Filius quidem eius, is qui hunc minorem Scipionem à Paulo adoptauit, ſi tantũ corpore valuiſſet, in primis habitus eſſet diſertus.

Curſu valere. Quintil. lib.9.cap.2, Qui curſu parum valent, flexu eludunt.

Curſu pedum valere, Virg.5.Æneid.14.

Gratia valere apud Senatum. Liu.1.bel.Maced.191, Apud magnam partem Senatus, & magnitudine rerum geſtarum valebat & gratia.

Ingenio valere. Ouid.1.Amor.eleg.15.3.

Perfidia valere. Plaut.Bacchid.4.48, Dũ quidem hoc valebit pectus perfidia meum. Sic Valere pugnis. In Amphit.4.136.

Opibus & potentia valere. Cic. ad Lentulum, lib.1. 7.33, Qui plus opibus, armis, potentia valent, perfeciſſe tantum mihi videntur ſtultitia, & inconſtãtia aduerſariorum, vt etiam authoritate iam plus valerent.

Stomacho valere. Iuuena. ſaty.6.10, Quæ mœchum ſequitur, ſtomacho valet.

Viribus ad luctandum valere. Cic.1.Offic.150. Alios enim videmus velocitate ad curſum, altos viribus ad luctandum valere.

Volũtate apud aliquem valere. Cic.1.de Oratore,3, Nam neque authoritate quiſquam apud me plus te valere poteſt, neque voluntate.

¶ Valere, ad pretium refertur, tũncque pretium in ablatiuo ponitur. Plin.lib.30.cap.3.8, Aureus nummus poſt annum ſexageſimum ſecundum percuſſus eſt, quàm argenteus, ita vt ſcrupulum valeret ſeſtertiis vicenis.

Accuſatiuũ dedit Varro, dicens, Denarii quòd denos æris valebant: quinarii quòd quinos.

¶ Vale, Imperatiuus, quo vtimur quũ recedimus: vel quũ remanẽtes reſpõdemus abeunti. Plaut.Aulul.6.48, -vale.
2. Et tu frater. Terent.Eunucho, 1.2.110, In hoc biduum Thais vale. Id eſt ſana ſis. Cic.Tironi, lib.16.6.9, Vale mi Tiro, vale, & ſalue. Plaut.Trucul.8.57, -quando otium
Tibi ſit, me reniſa. D. valeas. P. vale. Martialis lib.9.9, -non vis Aſer auere, vale.

Mi frater vale. Cic.Quinto fratri, lib.2.10.9.

Etiam atque etiam vale. Cic.Attico, lib.5.107.2.

Longum vale. Virgil.ecl.10g.3.16, Et longum formoſe vale vale inquit Iola.

Valete mea deſyderia, valete. Cic.Terentiæ lib.14.2.10.

¶ Valeas, Interdũ pro Diſcedas, & abeas ponitur: non q̃ abeat ille à nobis, ſed quòd nos ab illo. Vale dicẽdo, inquit Valla lib.6. ca.30. Terẽ. Adel.4.4.13, Hem quid iſtud obſecro inquã eſt? valeas, habeas illam quæ placet. Idem. Andr.5.3.18, Imò habeat, valeat, viuat cum illa. Ibidem, 4.2.13, Valeant qui inter nos diſſidium volunt. Cic.1.de Nat.deo.171, Si maximè talis eſt deus, vt nulla gratia, nulla hominum charitate teneatur, valeat. Ouid.6.Faſt.51, Non equidem vidi, valeant mendacia vatum.

Valere iuſſi, Id eſt vale dixi. Cic.ad Atticũ, lib.5.89.3, Poſtea iã iuſſi valere quũ me ſpectans è ſua villa nũquid vellem, rogaſſet. Ibidẽ, 5.89.3, Hominẽ aliquid agẽtẽ ſalutani, poſtea valere iuſſi.

¶ Vale & ſalue (inquit Varro) quum ad mortuos referuntur. nõ id dictum eſt quòd aut valere, aut ſalui eſſe poſſint, ſed quòd ab his recedimus, eos nunquam viſuri. Virg.11.Æneid.34,
-ſalue æternùm mihi maxime Palla, Æternúmque vale.

Supremum vale dicere. Ouid.10.Metam.13.

Valens, valentis, Participium, ſiue nomen ex participio, Sanus, incolumis. Cic.ad Tironem, lib.16.9.6, Sed tamen Aſclapo medicus planè confirmat propediem te valentem fore. Idem pro Cluentio,10, Eo ipſo die puer, quum hora vndecima in publico valens viſus eſſet, ante noctem mortuus. Idem in Orat.47, Valẽtiorum hæc laterum ſunt, nec ab hoc quem informamus, aut expectanda, aut poſtulanda.

Oblectatio valentium. Cic.1.Offic.10.

Rectè valens. Horat.1.epiſt.7.1.

Membris & mole valens. Virg.5.Æneid.87.

Valens & Imbecillus ſine infirmus, cõtraria. Cic. ad Atticum, lib.7.113.7, His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno ciui res

ad reſiſtendum ſit: qui mallem tantas ei vires nō dediſſet, quàm nunc tam valenti reſiſteret. Varro de Re ruſt. lib. 3. cap. 16. 17, Prouidendum ne infirmiores à valentioribus opprimantur.

Valentius ad omnia, vtilius, potentius, efficacius. Plinius lib. 20. cap. 18. 6, At ſyluestri longum ac puſillum, & ad omnes effectus valentius.

Cum valentiore pugnare. Cic. ad Meſſinam, lib. 5. 21. 7, Quauis tuta conditione pacem accipere malui, quàm viribus cum valentiore pugnare.

¶ Adiumētum valentiſſimum. Plin. lib. 22. cap. 22. 19, Mulieres libidinis auidiſſimas, virōſque in coitum pigerrimos ſcripſere, velut prouidentia naturæ hoc adiumento tunc ualentiſſimo.

Imberbis adoleſcens bene valens & meritus. Cicero pro Domo ſua, 29.

Omni ratione valētior amor patriæ. Ouid. 1. de Pōto, eleg. 4. 6.

Argumenta valentiora. Quintil. lib. 5. cap. 13. 10.

Cauſa valentior. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 11. 7,

Vnda locúſque nocent, & cauſa valentior iſtis,
Anxietas animi, quæ mihi ſemper adeſt.

Cibus valens. Celſus lib. 2. cap. 18, Valentiſſimum cibum voco in quo plurimum alimenti eſt.

Firma ciuitas & valens. Cic. de Aruſp. Reſp. 56.

Morbo omni valentior deus. Stat. 1. Sylu. 4. 23.

Statius quidam colonus homo valens. Cic. pro Cluentio, 138.

Iuuenis valens. Ouid. 15. Metam. 42.

Iuuenta valens. Catull. Epithal. Iuliæ, 56. 47.

Lictores valentiſſimi, & ad pulſandos verberandóſque homines exercitatiſſimi. Cic. 7. Verr. 111.

Poſtulatio valentior. Cic. ad Atticum, lib. 7. 116. 1, Eſt illa quidem impudens poſtulatio opinione valentior.

Robuſtus & valens & audax ſatelles. Cic. 1. de Lege agraria, 83.

Senſus ſani & valentes. Cic. 4. Acad. 40.

Trunci valentes. Virg. 2. Geor. 86.

Tunicæ valentes, Vide ¶ Tunica.

Valenter, Aduerbium. Columella, lib. 1. cap. 5. 8, Quippe quæ ab imo præſtructa valenter reſiſtent contra ea, quæ poſtmodum ſuperpoſita incumbent.

Valentius. Ouid. 11. Metam. 97,

Quum mare ſub noctem tumidis albeſcere cœpit
Fluctibus, & præceps ſpirare valentius Eurus.

Valentia, valentiæ, Potentia, firmitas, fortitudo, robur, cuius contrarium eſt Inualentia. Solinus cap. 2, Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Euandro primùm datum, quum oppidum ibi offendiſſet, quod extructum antea Valētiam dixerat iuuentus Latina, ſeruatáque ſignificatione impoſiti prius nominis, ῥώμην Græcè, Valentiam Latinè nominatam.

Valéntulus, pen. corr. Diminutiuum. Plaut. Caſin. 21. 26,

-obſecro & valentula eſt,
Penè expoſuit cubito.

Valitūrus, pen. prod. Participium. Ouid. 1. Triſt. eleg. 3. 10,

Multáque in aduerſos effudit verba penates,
Pro deplorato non valitura viro. Plin. lib. 17. cap. 21. 11, Huius ſerēdi ratio dicetur, eadem valitura in omni genere, in hoc verò numeroſior tantùm.

Valeſco, valeſcis, valéſcere, Inchoatiuū, Validum fieri. Lucret. lib. 1. 191, Sed potius tali facto recreata valeſcat. Hoc eſt, vires recolligat, & priſtinam ſanitatem recipiat. Idem lib. 4. 4.

Meditatio & labor in poſterum valeſcit. Tacit. lib. 4.

Aduerſum omnes valeſcere. Tacit. lib. 5, Quoties concordes agunt, ſpernitur Parthus: vbi diſſenſere, dum ſibi quiſque contra æmulos ſubſidium vocant, accitus in partem, aduerſum omnes valeſcit.

Válidus, pen. corr. Adiectiuum, Valēs. Plaut. Menæch. 18. 2, Qui me vi cogunt, vt validus inſaniā. Idem Amphit. 4. 7, Ita quaſi incudem me miſerum homines octo validi cædant.

Valida pondus ſuſtinere abies. Plin. lib. 16. cap. 42. 1.

Validus ex morbo, Conualeſcens. Liu. 3. ab Vrbe, 56, Ibi rixam natam eſſe, fratrémque ſuum maiorem natu, necdum ex morbo ſatis validum pugno ictum à Ceſone cecidiſſe ſemianimem.

Omnia viceris, ſi vt ſpero, te validū videro. Cic. Tironi, 16. 6, 6.

Validum ac ſaluum. Terent. Hecyra, 3. 5. 7,

-bene factum te aduenīſſe Pamphile:
Atque adeò quòd maximum eſt, ſaluum atque validum.

Animi validus, & corpore ingens. Tacit. lib. 15.

Copiis validus. Tacit. lib. 19, Simul coloniam copiis validam auferre Vitellio. De Verona.

Facundia validus. Plin. epiſt. 33. lib. 3, ad Cornelium Minutianum, Ex quibus duos ſtatim Claſſico iunximus, Bæbium Probum, & Fabium Hiſpanum, vtrunque gratia, Hiſpanum etiam facundia validum.

Spernēdis honoribus validus. Tacit. lib. 4, Cæſar validus alioqui ſpernendis honoribus.

Mente minus validus quàm corpore. Horat. 1. epiſt. 8. 2.

¶ Virium & opum validus. Tacit. lib. 18, Coloniam virium & opum validam.

Orandi validus. Tacit. lib. 4, Maleficæ vitæ, ſed orādi validus.

¶ Æſtus validus. Ouid. 14. Metam. 70.

Armis validis potens. Ouid. 6. Metam. 136.

Author validiſſimus. Tacit. lib. 5, Sed Parthus mittendi ſecretos nuntios validiſſimus author ſuit.

Certamina valida. Stat. 6. Thebaid. 141.

Enſis validus. Virg. 10. Æneid. 161.

Flamen validum. Lucret. lib. 1. 59.

Fons validus. Plin. epiſt. 161. 2, Adeò validus, vt illa quà properat, ipſe tanquam per ſolum planum remis non adiuuetur.

Gens valida. Claud. de bello Getico, 27.

Greſſus validi. Stat. 2. Sylu. 1. 26.

Hoſtis validus. Ouid. 11. Metam. 103.

Ictus validi. Ouid. 3. Metam. 13.

Lacerto valido torquentur pila. Ouid. 2. Faſt. 3.

Leges validas reſcindere. Lucret. lib. 5. 11.

Leo validus. Lucret. lib. 5. 197.

Manu valida lacerare aliquid. Virg. 11. Æneid. 10.

Opes validæ. Hoc eſt magnæ. Plaut. Caſina, 5. 18. Et apud Plinium in Paneg. 16, Validiſſimum præſidium.

Plaga valida. Lucret. lib. 3. 164.

Pondus validum. Virg. 3. Georg. 35.

Puer validus. Horat. 2. Serm. ſaty. 2. 18.

Radices validæ. Lucret lib. 2. 21.

Rumor validus. Tacit. l. b. 4.

Segetes validæ. Ouid. 1. de Remed. 17.

Spes valida. Tibull. lib. 2. eleg. 7. 5.

Taurus validus. Tibull. lib. 1. eleg. 3. 9.

Vino valido titubantia membra. Ouid. 6. Faſt. 136.

Vires validæ, Virg. 2. Æneid. 10.

Vrbs valida muris. Liuius 2. ab Vrbe, 63, Perſecutúſq; fuſos ad mœnia hoſtes, vrbe valida muris, ac ſitu ipſo munita abſtinuit.

Válide, pen. corr. Aduerbiū, Vehementer. Plaut. Merc. 3. 41, Amare validè cœpi hîc meretricem. Idem Rud. 8. 13, Atque vt nūc validè ſluctuat mare, nulla nobis ſpes eſt. Idem Milite, 11. 36, Non hercle tam iſtoc validè quaſſabant cadi.

Validè cupere, Maximè. Plin. epiſt. 21. 1, Ideò nondū eum legi, quum alioqui validiſſimè cupiam. Idem epiſt. 59. 2, Nam & poeticen ipſam religioſiſſimè veneror, & te validiſſimè diligo.

Validius, Magis. Quintil. lib. 3. cap. 8. 42, Verbōrum autem magnificentia non validius eſt affectanda. Idem in Proœm. lib. 6, Illud inſidiantis, quo me validius cruciaret, fortunæ fuit. Idem lib. 10. cap. 1, Nec prōptum eſt dicere vtros peccare validius putem, quibus omnia ſua placent, an quibus nihil.

Validiſſimè fauere alicui. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 2. 1, Quin ego quum pro amicitia validiſſimè fauerem ei, & me iam ad dolendum præparaſſem, poſtquam factum eſt, obſtupui.

Valetūdo, pen. prod. valetúdinis, tam bona quàm mala dicitur.

Bona. Cic. 3. Offic. 17, Si vnumquodque membrum ſenſum hunc haberet vt poſſe putaret ſe valere ſi proximi membri valetudinem ad ſe traduxiſſet.

Mala. Cicero Seruio Sulpitio, lib. 4. 1. 1, C. Trebatius familiaris meus ad me ſcripſit, te ex ſe quæſiſſe, quibus in locis eſſem: moleſtéque te ferre, quòd me propter valetudinem tuam, quum ad Vrbem acceſſiſſem, non vidiſſes. Eidem li. 13. 21. 1, Aſclapone Patrenſi medico vtor familiariter, cuiuſque conſuetudo mihi incūda fuit, tum ars etiā, quā ſum expertus in valetudine meorū. Sic 1. de Orat. 61, Valetudine impeditus non potui. Plin. epiſt. 22. 2, Perturbat me longa & pertinax valetudo Titi Ariſtonis.

Cura ſiue curatio valetudinis. Cicero Pæto lib. 9. 15. 1, Ex literis tuis intellexi animum meum tibi perſpectum eſſe circa curam valetudinis tuæ, quam tibi eſſe gaudeo. Idem 1. de Diuin. 184, Æſculapius poteſt præſcribere per ſomnium curationem valetudinis.

Genus valetudinis. Cic. Attico, lib. 11. 119. 1, Scripſeras enim te quodam valetudinis genere tentari.

Grauitas valetudinis. Cic. Torquato lib. 6. 2. 1.

Imbecillitas valetudinis. Cic. Mario lib. 7. 1. 19.

Incommodum valetudinis. Cic. ad Atticum, libr. 7. 127. 3, Sed prorſus te commoueri incommodo valetudinis tuæ nolo.

Infirmitas valetudinis, Idem. Cicero ad M. Marium, lib. 7. 1. 1, Si te dolor aliquis corporis aut infirmitas valetudinis tuæ tenuit, quo minus ad ludos venires, fortunæ magis tribuo quàm ſapientiæ tuæ. Idem 1. Offic. 170, Propter infirmitatem valetudinis non tam potuit patris ſimilis eſſe.

Vitium valetudinis. Cic. 1. de Diuinat. 139, Qui valetudinis vitio furerent, & melancholici dicerentur.

Fessus valetudinibus. Tacit. lib. 19, Circo quoque ac theatris & amœnitate vrbis emollitos, aut valetudinibus fessos.

Imbecillus valetudine. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 11. 5, Marius & valetudine est & natura imbecillior.

¶ Aduersa valetudo, Vide **Aduerto.**

Bona valetudo. Cic. 1. de Finib. 67, Vt enim medicorum scientiam, non ipsius artis, sed bonæ valetudinis causa probamus. Quintil. lib. 10. cap. 3, In hoc præcipuè bona valetudo, quæque eam præstat frugalitas necessaria est. Lucre. lib. 3. 21.

Commodior valetudo. Quintil. lib. 6. cap. 3. 53, Quum vellet videri commodioris valetudinis factus, &c.

Dura valetudo. Horat. 2. Serm. saty. 1. 18,

-tibi quidnam accedet ad istam,
Quam puer, & validus præsumis mollitiem: seu
Dura valetudo inciderit, seu tarda senectus?

Impatibilis valetudo, Vide **Impatibilis.**

Incómoda valetudo. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 95. 1, Me & incõmoda valetudo qua iam emerserã, &c. tenebat iam duodecimũ diem Brundusii. Idẽ de claris Orat. 67, Is valetudine incõmoda fuit.

Infensa valetudo. Tacit. lib. 14, Rarus per vrbem, quasi valetudine infensa, aut sapiẽtiæ studiis domi attineretur. De Seneca.

Infirma valetudo. Cic. Tironi, lib. 16. 8. 3, Vix in ipsis tectis & oppidi frigus infirma valetudine vitatur, nedũ in mari. Idem pro Cluentio, 139, Cecidisse ex equo dicitur, & homo infirma valetudine latus offendisse vehementer. Ibidem 35, Erat illo tempore infirma valetudine Habitus. Idẽ 1. de Oratore, 99, In eius infirmissima valetudine, affectáque iam ætate.

Infirma & ægra valetudo. Cic. de claris Orat. 84, Is semper infirma, atque etiam ægra valetudine fuit.

Integra valetudo, Vide **Integer.**

Mala valetudo animi. Cic. 4. Tusc. 131, Qui autem natura dicuntur iracũdi, aut misericordes, aut inuidi, aut tale quidpiã sunt eiusmodi constituti, quasi mala valetudine animi, sanabiles tamen.

Perdita valetudo. Cic. 8. Philip. 254, Ego Q. Scæuolã augurem memoria teneo bello Marsico, quum esset summa senectute & perdita valetudine, quotidie, simulatque luceret, facere omnibus conueniendi sui potestatem. Vide **Perdo.**

Tenui valetudine homo. Cic. de senectute, 31, Quàm fuit imbecillus P. Africani filius is qui te adoptauit! quàm tenui, aut nulla potius valetudine!

¶ Amittere valetudinem. Cic. ad Papirium Pætum, lib. 9. 18. 5, Ipse melior fio, primùm valetudine, quam intermissis exercitationibus amiseram.

Confirmata à morbo valetudo. Cic. Attico, lib. 11. 108. 1. Vide **Confirmo.**

Conflictari iniqua valetudine, Vide **Confligo.**

Valetudine nouissima conflictabatur. Plin. epist. vltima, lib. 1.

Consumi longiore valetudine. Quintil. Lib. 7. cap. 3. 11.

Dare operam valetudini, A morbis se conseruare. Cic. 1. de Oratore, 138, Nunc Scæuola, &c. paulum requiesceret, dum se calor frangat, & nos ipsi, quoniam id temporis est valetudini demus operam.

It in melius valetudo. Tacit. lib. 11, Crebróque vulgabat, ire in melius valetudinem principis.

Ferre valetudinem. Quintil. in Procem. lib. 6. 10, Nam quo ille animo, qua medicorum admiratione, mensium octo valetudinem tulit! De filio mortuo.

Firmare valetudinem. Tacit. lib. 3, Eius anni principio Tiberius quasi firmandæ valetudini in Campaniam concessit.

Grauescere valetudo Augusti. Tacit lib. 1. Hoc est grauescebat.

Impeditus valetudine. Quintil. lib. 3. cap. 6. 56.

Indulgere valetudini, Vide **Indulgeo.**

Instantur corpora valetudine. Quintil. lib. 1. cap. 3. 7, Vt corpora non robore, sed valetudine instantur.

Inseruire valetudini, Vide **Inseruio.**

Leuatur aduersa valetudo. Celsus lib. 2. ca. 14, Sed leuata quoque aduersa valetudine, rectè frictio adhibetur.

Parcere valetudini, Vide **Parco.**

Præstare secundã valetudinem. Celsus lib. 1. in Procem. Nam quæ demũ causæ vel secundam valetudinem præstẽt, vel morbos excitent, quo modo spiritus aut cibus vel detrahatur &c.

Seruire valetudini, Idem. Cic. ad Q. frarrem, lib. 2. 1 68, Te oro vt valetudini tuæ, si me & omnes tuos valere vis, diligentissimè seruias.

Sustentare valetudinem. Cic. 1. Offic. 117, Valetudo sustentatur notitia sui corporis, & obseruatione quæ res aut prodesse soleant aut obesse, & continentia in victu omni atque cultu corporis tuendi causa, & prætermittendis voluptatibus.

Tentari valetudine aliqua. Cic. ad Atticum, Scripseras enim te quodam valetudinis genere tentari.

¶ Valetudo oculorũ. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4. 14, Clodium Philetærum, quòd valetudine oculorum impedicbatur hominem fidelem remisi.

¶ Valetudines. Tacit. lib. 19.

Valetudinarius, Qui malè sanus est, & frequenter ægrotat. Martianus de Re militari, L. Officiũ, Officiũ Tribuni est, delicta militum secundũ suæ authoritatis modũ castigare, principiis frequẽter interesse, querelas cõmilitonum audire, valetudinarios inspicere. Cels. in Præf. li. 3, Qui amplè valetudinarios nutriũt.

¶ Valetudinarius medicus, Qui valetudine affectos curat: vel potius qui in valetudinario, ministerio medici fungitur. Callistratus de Iure immunitatis, L. Quibusdam aliquam vacationem munerum grauiorum conditio tribuit, vt sunt mensores, optiones, valetudinarii medici, capsarii artifices.

Valetudinarium, valetudinarii, Locus in quo valetudinarii & infirmi curantur, vt valetudinem malam bona permutent: qualia sunt in cœnobiis. Colum. lib. 11. cap. 1. 16, Sine quis sanciatus in opere noxam ceperit, adhibeat fomenta: siue alter languidior est, in valetudinarium confestim deducat. Sic lib. 11. cap. 3. 7, Valetudinaria quoque vel si vacent, &c. Tacit. in dialogo de Oratoribus, Canuti aut Aride Furnio & Toranio, quique alios in eodem valetudinario hæc ossa & maciem probant. De antiquis oratoribus.

Valor, valõris, pen prod. max. g. Pretium. Plin. Victoriati valore redimi potest. Fortasse locus est corruptus.

VALERIA, Messalorum soror, quæ amisso Sernio viro, quũ rogaretur, quur alteri non nuberet, ait, Sibi semper maritum Seruium viuere.

VALERIA, Ptolemæo, lib. 3. cap. 3, oppidum Hispaniæ, à qua Valerienses populi, Plinio lib. 3. cap. 3.

VALERII, prius Valesii, teste Quintiliano appellati: sicut Fusii, deinde Furii.

VALERIVS, L. Valesii filius, qui primùm de Veientibus, deinde de Sabinis, postremò de vtrisque triumphauit. Hic quia in locum Tricipitini collegæ Consulem non subrogauerat, & domum in Velia tumissimo loco habebat, in suspicionem regni affectati venit. quo cognito, apud populum questus est, quod tale aliquid timuissent. Quapropter remisit qui domum suam dirueret: secures etiam fascibus demsit, easque in populi concione summisit: legem de prouocatione à Magistratibus ad populum tulit. Hinc Publicola dictus. Quum diem obiisset, publicè sepultus, & annuo matronarum luctu honoratus. Author Cæcilius de Viris illustribus. Hic quadriga primus in triumpho vectus est, sine vlla inuidia: præterea collegæ Bruto honores funúsque curauit, funebrémque orationem de ipsius laudibus habuit, quæ adeò iucunda fuit Romanis, vt ex eo consuetudo manarit, vt qui strenuè pugnãdo occubuissent, ab optimatibus laudarentur. Author Plutarchus. Valerius, M. Publicolæ frater, Consul vnà cum Posthumio Tuberto factus, ac contra Sabinos profectus, rem fœliciter fratris auspiciis & administratione gessit. Ex quo publicè ei domus ædificata, cuius fores extrà honoris gratia aperirentur, quũ cæteræ intus procederent. Valerius Coruinus Tribunus militum, sub duce Camillo reliquias Senonum persequente, aduersus Gallum prouocatorem solus processit. Coruus ab ortu solis galeæ eius insedit, & inter pugnandum, ora oculósque Galli euerberauit: hinc hoste victo, Valerius Coruinus dictus fuit. Hic, quum ingens multitudo ære alieno oppressa, Capuam occupare tentasset, & ducem sibi Quintium necessitate magna compulsum fecisset, sublato ære alieno seditionem compressit. Hæc Cæcilius. Liuius verò addit de Samnitibus eum triumphasse, sexies Consulem fuisse, hostes T. Manlii morte exultantes cõpressisse. Vixit præterea, teste Valerio, corporis & animi viribus integris annos centum. Lege Liuium lib. 7. ab Vrbe. Valerius Potitus, post Decemuiralem inuidiam, plebem in Patres incitatam legibus & conditionibus suis mitigauit. Vnde Potiti cognomen adeptus. Primus quoque Consul, post Decemuiros quum Volscos Æquósque ad Algidũ magna laude debellasset, triũphus ei à Patribus negatus fuit. Sed suadente Icilio Tribunoplebis primus sine authoritate Senatus triumphauit cum Collega suo M. Horatio. Quamobrẽ Maximi cognomẽ adeptus est, quod nemini à Senatu præterquam Fabio Maximo cõcessum est, vt scribit Plutarchus. Valerius Leuinus Cõsul cum Pyrrho prælio congrediens, in Lucania infœliciter pugnauit. Iterum postea Consul contra Agrigentum missus, ac superato Hannone duce Carthaginensium, oppidum in potestatem recepit: Senatum secuti percussit. Alter Valerius Leuinus, contra Philippum Macedoniæ regem fœliciter bellum

gessit, teste Liuio lib. 7. de secundo bello Punico. Valerius Flaccus, M. Catonis familiarissimus, eundem ex agro Tusculano ad Reipublicā adduxit, pariter & instruxit, vt ait Plutarchus. Consul cum eodem Catone circa Mediolanum, vt Liuius testatur, cum Gallis & Insubribus & Boiis collatis signis pugnauit, vbi decem millia hostium sunt cæsa. Causam mulierū de abroganda lege Oppia contra collegam suum Catonem obtinuit, quorum vide apud Liuium elegantes vtriusque orationes libro 4. de bello Macedonico. Valerius Soranus poeta, quem Cicero in libris de Oratore doctissimum togatorum appellat: Plutarchus verò virum philosophum & eruditum dicit, ac interfectum à Cn. Pompeio fuisse. Valerius Antias scriptor historiæ sæpe ab authoribus testis citatus, vt à Liuio. Valerius Procillus militauit sub Cæsare, in Galliam missus legatus ad Ariouistum, vt est in Cōmentariis Cæsaris. Valerius Maximus historicus, scripsit dicta ac facta memorabilia ad Tiberium Cæsarem. Militauit sub Sex. Pompeio, vt ipse de se testatur, vbi de institutis antiquis loquitur. Valerius Flaccus Poeta scripsit Argonautica. Quintilianus eum sua ætate fuisse testatur his verbis, Multum (inquit) in Valerio Flacco nuper amisimus. De Valerio Martiale, Vide **Martialis.**

VALGIVS Apollodori discipulus. Quintil. lib. 3. cap. 5. 13.

Valgus, Qui altrinsecus prominentes suras habet, & in diuersum actas, quales cancri habent & lacertæ, authore Aristotele, qui Ægyptios huiusmodi esse tradit in Problematis, eadem ratione qua capillum crispum habent, & à calore intortū. Plaut. Milite, 10. 117, Aut varū, aut valgum, aut cōpernam, aut petum, aut brochum.

Valgum sanium, Id est intortum. Plaut. Milite, 4. 16,

Itaque hic meretrices labiis dum ducant cum,
Maiorem partem videas valgis sauiis.

Vallis, vallis, fœm. g. vel hæc vallis, huius vallis, Planities duobus lateribus inclusa, vt ait Festus: dicta quòd hinc atque hinc vallata sit. Virgilius lib. 11. Æneid. 105, Est curuo anfractu valles accommoda fraudi. Seruius ait valles plenū esse: sed metri necessitate compellimur vt vallis dicamus. Statius, Vallis in amplexu nemorum sedet.

Curua. Virg. 2. Æneid. 150.
Caua vallis. Virg. 1. Georg. 79.
Gelida. Virg. 1. Georg. 98.
Concaua. Ouid. 8. Metam. 67.
Ima. Ouid. 11. Metam. 150.
Condensa aboribus, Vide **Condensus.**
Madidæ valles cluosæ Idæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 3.
Opaca. Ouid. 11. Metam. 56.
Tonsa. Virg. 4. Georg. 56.
Vmbrosa vallis. Virg. 3. Georg. 66.
¶ Altas valles claudere insidiis. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 10.
Occulta valle conditus. Silius lib. 7. 17.
Saxosas inter decurrunt flumina valles. Virg. eclog. 5. 17.
Fluere totis vallibus. Quintil. lib. 5. cap. 14. 14. Sed vt latissimi amnes, totis vallibus fluant: ac sibi viam, siquando non acceperit, faciat. De eloquentia.
Reducta in valle secluſum nemus. Virg. 6. Æneid. 141.
Rauca vallis amne propinquo sonat. Stat. 4. Thebaid. 60.
Alarum vallis. Catull. in Rufum, 64. 2,

Lædit te quædam mala fabula, quæ tibi fertur
Valle sub alarum trux habitare caper.

Vallécula, vallécula, pen. corr. Diminutiuum, vel Vallicula, vt legitur apud Festum.

Vallus, valli, m. g. Firmior palus, cui vitis alligatur. Virgilius 1. Georg. 53, Exacuit alii vallos, furcásq; bicornes. Ibidē lib. 2. 82, -& vallos primus sub tecta referto. Idē 2. Georg. 5, Quadrifidáſque sudes, & acuto robore vallos.

Vallum, valli, munitio castrorum: quòd ex vallis, id est palis fiat. Cæsar 1. bel. Gall. 153, Castra in altitudinem pedum duodecim, vallo, fossáque duodeniginti pedum munire iubet. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 29, Vallo & fossa circundedi sex castellis castrisque maximis sepsi. Plin. lib. 10. cap. 37. 2, Quid vallum & vigil obsidio, atque etiam retia amne prætenta profuere Antonio, per cælum eunte nuntio?

Cæcum vallum, Vide **Cæcus.**
Non exuperabile vallum. Claud. 1. in Eutrop. 26.
Cingere oppidum vallo & fossa. Cic. Attico, lib. 5. 108. 7.
Circumiicere vallum, Vide **Circumiicio.**
Diiectum vallum. Silius lib. 7. 106.
Duplo vallo claudere locum. Tibull. lib. 4. ad Messalam, 1. 17.
Ferre vallū. Cic. 1. Tusc. 61. Horat. Epod. 9. 3,

Romanus (eheu posteri negabitis)
Emancipatus fœminæ
Fert vallum, & arma miles.

Induere se acutissimis vallis aut stimulis, Vide **Induo.**
Intersepire vrbem vallo, Vide **Intersepio.**
Munitæque sunt palpebræ tanquam vallo pilorum. Cic. 2. de Natura deorum, 214.
Rescindere vallum. Virg. 9. Æneid. 105.
Scindere vallum ferro. Virg. 9. Æneid. 30.
Fossa & vallo septum tenere aliquem. Cic. Attico, lib. 9. 184. 3.
Submendo vallo inducit. Tacit. lib. 15.
Pectinis vallum. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 3, ad puellam cui capilli deciderant, Non acus abrupit, non vallum pectinis illos.

¶ Vallus etiam masculino genere dicitur. Tibullus lib. 1. eleg. 10. 1, Non arces, non vallus erat. Cæsar 3. bel. Ciuil. 140, Erat eo loco fossa pedum x v, & vallus cōtra hostem in altitudinem pedum decem.

¶ Vallum significat nōnunquam vānum. Varro 1. de Re rust. ca. 51. 2, His tritis, oportet è terra subiactari vallis aut ventilabri, quum ventus spirat lenis: ita fit, vt quod leuissimum est in eo, atque appellatur acus, euannetur foras extra aream.

Vallāris, & hoc vallāre, pen. prod. Quod ad vallū pertinet. vt Vallaris corona, qua donari solebat qui primus vallum hostiū fuisset ingressus. Liuius 10. bel. Pun. 117, Qui imperatores, qui Consules Romanos sua manu occidissent, muralibus, vallaribúsque insignes coronis. Idem 10. ab Vrbe, 128, Multæ ciuicæ coronæ, vallaréque ac murales conspectæ. Sic Plin. lib. 22. cap. 3. 1.

Vallo, vallas, vallare, Munire, firmare, & quasi vallum facere. Plin. lib. 15. cap. 18. 8, Non castra Punica ad tertium lapidem vallata.

Armis vallere aliquem. Valer. 1. Argon. 140,

-medióque in crimine patrem
Liqueritne nullis inopem vallauerit armis.

Muri nulli vallarant oppida. Lucan. lib. 4. 46.
Vrbs vallata vertice montis. Silius lib. 15. 80.
Munire & vallare contra feras. Plin. lib. 10. cap. 33. 7, Perdices spina & frutice sic muniunt receptaculum, vt contra feras abundè vallentur.
Vallare sepimento. Cic. 1. de Legib. 91, Atque hæc omnia quasi septimento aliquo vallabit, differendi ratione, veri & falsi iudicādi scientia, & arte quadam intelligendi quid quanque rem sequatur, & quid sit cuique contrarium.
Cumulus vallatus arenæ. Propert. lib. 3. eleg. 16. 6.
Stipatus & vallatus. Cic. pro Murena, 46, Catilinam interea alacrem atque lætum, stipatum choro iuuentutis, vallatum indicibus atque sicariis.
¶ Monitis vallare aliquē. Silius lib. 7. 83, -sic castra relinquēs
Vallarat monitis.
Munire & vallare ius. Cic. de Aruſp. Resp. 30.

Valor, Vide **Valeo.**

Valuæ, valuarū, pluraliter tantum, dicuntur quòd intus reuoluantur, sūntque portæ geminas partes habentes. Cic. 6. Ver. 110, Confirmare hoc liquido iudices possum, valuas magnificentiores ex auro atque ebore perfectiores nullas vnquam vllo tempore fuisse. Idem 1. de Diuinat. 117, In templo Herculis valuæ clausæ repagulis subitò se ipsæ aperuerunt.

Ibi enim postis est, vbi templi aditus est, & valuæ ambulationis. Cic. pro Domo sua, 93.
Strepitus ingens valuarum. Horat. 1. Serm. sat. 7. 6. 15.
Apertæ valuæ. Ouid. 1. Metam. 35.
Biiores valuæ. Ouid. 2. Metam. 1.
Eburnæ valuæ. Ouid. 4. Metam. 37.
Stare ad valuas alicuius. Cic. 3. Verr. 41.
Cur valuæ concordiæ non patent. Cic. 1. Philipp. 108.
Patefacere valuas. Ouid. 4. Metam. 17.

Voluulus/valuuli, pen. corr. m. ge. Concauitas illa in folliculis fabæ & aliorum leguminum, in quam ipsa grana separatim recipiuntur. Columella lib. 6. ca. 10, Interdum magis prosunt gramina concisa, & his admista fresa faba. Lentes quoque valuulis exemptæ, & minutè molitæ, miscentur aquæ calidæ. Idem lib. 2. ca. 11. 5, Adeóque fabam farriendā censeo, vt existimem debere ter farriri: sic cultam cōperimus non solùm multiplicare fructū, sed exiguā portionē in valuulis habere. Festꝰ, Valuuli, fabæ folliculi appellati, quasi valli uoli, quia vallo facti excutiantur.

VANDALI, pen. corr. siue, vt Plinio lib. 4. cap. 14, & Straboni lib. 7. placet, Vindelici, populi sunt Germaniæ: qui, vt ait Volaterranus, paucis ante annis quàm Gothi Romam caperent, Gallias inuasere. Inde in Hispaniā, traiecto Pyrenæo, penetrantes, loca circa Bæticam, quæ Vandalia postea dicta est, occupauerunt.

VANGIONES, pen. corr. inter populos Galliæ Belgicæ ponitur, Coloniæ Agrippinensi vicini, Plinio lib. 4. cap. 17. Lucan. lib. 1. 87, Et qui te laxis imitantur Sarmata brachis Vangiones.

Vanitas/Vide **Vanus.**

Vannus/vanni, f. g. Vas viminеum latum, hoc est cribrum cereale, in quo propter capacitatem, rustici cogere primitias frugum solent, & frumenta purgare. Columella lib. 2. cap. 21. 3. Ipsæ autem spicæ melius fustibus tunduntur, vannis expurgantur.

Virg.1.Georg.34, -& mystica vannus Iacchi.

Vanno,vannas,vannare,Ventilare,vt fit vannis quum frumenta purgantur. Hinc compositum Euanno, euannas, apud Varronem de Re rust.lib.1.cap.51.1.

Vanus, Adiect. à vacuo, Idē significat, Vir.1.Geor.46, -sed illos Expectata seges vanis elusit auenis Seruius.

¶ Vanus, Stultus, quasi mente vacuus, qui in rebus inanibus studium collocat. Iuuen.Saty.3.4.16, Sic libitum vano, qui nos distinxit, Othoni.Seruius.

¶ Vanum, Nec possibile, nec verisimile, inquit Donatus. Terentius Eunu.1.1.14, Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuò palàm est.

Vanū & inane,. Cic.pro Plancio,81, Memini, neqi vnquam obliuiscar noctis illius, tibi vigilanti, assidenti, mœrenti, vana quædam miser atque inania, falsa spe inductus pollicebar.

¶ Vanus, Mentiens & infidus, lenia, inaniáque pro grauibus & veris astutissimè componens. Virgilius 1.Æneid.80, Ni frustra augurium vani docuere parentes.

Vanus & mendax.Virgil.lib.2.Æneid.16,

-nec si miserum fortuna Sinonem
Finxit, vanum etiam, mendacémque improba finget.

Vanus ingenio.Liu.5.bel.Maced.181, Hunc forte ingenio vanum Ætoli & Antiochus impulerant in spem.

Vanus & perfidiosus.Cic.pro Quintio,13, Necesse est iste qui amicū, socium, affinem, fama ac fortunis spoliare conatus est, vanum se & perfidiosum, & impium esse fateatur.

¶ Author vanus.Liuius 9.bel.Pun.162, Inde vanus author absumpti Masanissæ ad regem redit.

Conuitia vana facere.Ouid.9.Metam.61.

Dulcedo vana.Ouid.5.Metam.62.

Error vanus.Lucret.lib.1.211.

Fides vana, Falsa.Virg.4.Æneid.3, Credo equidem (nec vana fides) genus esse deorum.

Fiducia vana pedum.Ouid.9.Metam.15.

Gaudia vana.Horat.2.epist.2.38.

Ictus vanus.Liu.4.bel.Maced.151, Quòd alii vani, alii leues admodum ictus erant.

Imago vana.Horat.1.Carm.ode 14.3.

Incœptū vanū, Frustra.Liu.7.bel.Maced.114, Tādem sub noctē vano incœpto quū abstitissent, Teium postero die accessere.

Ira vana.Valer.8.Argon.75.

Lex vana. Liu.2.ab Vrbe,182, Vana lex, vanique legis authores, iactando irritum munus, facti.

Linguæ vanæ mendacia.Ouid.3.Amor.eleg.10.5.

Metus vanus.Horat.1.Carm.ode 13.1.

Oratio vana.Cic.pro Roscio Amer.69, Eius malitiam non viderunt, orationi vanæ crediderunt.

Persuasio vana.Quintil.lib.2.cap.2.7.

Precibus vanis sollicitare aliquem.Ouid.9.Metam.136.

Ratio vana. Author ad Herenn.lib.2. 71, Vana ratio est quæ ex falsa causa constat.

Somnia vana.Virg.6.Æneid.57.

Spes vana.Quintil.lib.6.cap.4.13.

Spem vanam sequi.Ouid.14.Metam.73.

Timores vani.Valer.8.Argon.82.

Verba vana.Ouid.13.Metam.53.

¶ Vana, Neutrum plurale loco aduerbii.Virgi.11.Æneid.171, Vt vidit fulgentem armis, ac vana tumentem.

Vanesco,vanescis,vanescere, Vanum fieri.Cic.2.de Legib.40, Animi labes, nec diuturnitate vanescere, nec manibus vllis elui potest. Hoc est euanescere, aboleri. Plinius lib.18.cap.24.3, Ne diu iacens atque non concipiens vanescat. Catull. Argon.59. 40, Vos nolite pati nostrum vanescere luctum.

Ceres sterilem vanescit in herbam.Ouid.3.Amor.eleg.6.7.

In auras vanescere. Ouid. epist.1. 16, Fallar, & hoc crimen tenues vanescat in auras. Idem, epist. 12.17, Spiritus ante meus tenues vanescat in auras.

Vanitas,pen.corr.vanitātis,f.g.Mendaciū,fallacia,& leuitas. Cic. lib.3.Offic.75, Quòd si vituperandi qui reticuerunt, quid de iis existimandum est, qui orationis vanitatem adlubuerunt? Sallustius, Huic homini non minor vanitas inerat, quàm audacia.

Vanitati opponitur Constantia.Cic.2.de Nat.deorū,80, Nulla igitur in cælo nec fortuna, nec temeritas, nec erratio, nec vanitas inest: contráque omnis ordo, ventas, ratio, constantia.

Manifestus vanitatis. Tacit. lib. 15, Eius accusationis author extitit Pætus quidam, exercēdis apud ærarium sectionibus famosus, & tum vanitatis manifestus.

Simulatio est cōiūctior vanitati quàm liberalitati.Ci.1.Of.69.

Leuitate, vanitate, malitia, exclusam diuinationē probo. Cic. 1.de Diuinatione,117.

Blanda vanitas.Cic.de Amicit.81.

Adhibere vanitatem, Vide Adhibeo.

Cedat veritas vanitati. Cic.5.Tusc.4, Tū ita variis imbuimur erroribus, vt vanitati veritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat.

Vti prosperitate rerum in vanitatem.Tacit.in vita Agricolæ, Nec Agricola prosperitate rerum in vanitatem vsus.

Exitus vanitas.Tacit.lib.15, Veniam, quam ab Imperatore acceperat, vanitate exitus corrupit.

Vanitūdo,pen.prod.vanitudinis,f.g. Idem.Plaut.Capt.11.38,

Pol ego, vt rem video, tu inuentus vera vanitudine
Qui conuincas.

Vano,vanas,vanare, Verbū antiquum, Fallere significat. Actius Alcumena, Sic illum vanans in angiportum deduxit.Nonius.

Vanidicus,pen. corr.Adiect. Qui vana dicit. Plaut. Trinum.5.37,

Cum probis potius, quàm cum improbis viuere vanidicis.

Vaniloquus,pen.corr.Adiectiuum,Idem.Plaut.Amphit.4.115,

-ergo istoc magis
Quia vaniloquus, vapulabis. Liu.5.bel.Maced.181, Is, vt plerique quos opes regiæ alunt, vaniloquus, maria, terrásque inani sonitu verborum compleuit.

Genus vaniloquum.Silius lib.8.4.

Vaniloquentia,vaniloquentiæ. Liuius 4.bel.Maced.89, Hac vaniloquentia primū Arithenū Prætorem Achæorum excitauit. Tacit.lib.3, Id Clutorius in domo P. Petronii, socru eius Vitellia coràm, multisq; illustrib' fœminis per vaniloquentiam legerat.

Vaniloquidorus, vaniloquidori,pen.prod. Iocosa Plauti dictio in Persa,18.18, Vaniloquidorus virginisuendonides.

Vapor, vapôris,pen.prod.m.g. Exhalatio. Dicitur & vapos. Lucretius lib.6.191, Peruolitāt, permanat odor, frigúsq;, vapórque.

Aquarum vapor.Cic.2.de Nat.deorū,40, Ipse enim oritur ex respiratione aquarum. Earum enim quasi vapor quidā aer habendus est. Ibidem, Sunt autem stellæ naturæ flammeæ: quo circa terræ, maris, aquarum vaporibus alantur.

¶ Vapor, pro Calore.Colum.lib.5.cap.10.2, Scrobs imus summo patentior, vt laxius radices vagentur: & minus frigoris hyeme, minúsque vaporis æstate per angustum os penetret.

Leuis flammæ vapor.Sene.Octau.5.19.

Vapor solis. Plin.lib.9.cap.10.2, de testudinibus, Vt solis vapore siccato cortice, non queant mergi.

Syderum vapor.Horat.Epod.3.3.

¶ Calidus vapor.Lucret.lib.2.169.

Calidus tepidúsque vapor.Lucret.lib.2.171.

Crassus vapor.Stat.6.Thebaid.95.

Humidus vapor.Ouid.1.Metam.87.

Lentus vapor.Virg.5.Æneid.137, -lentúsque carinas
Est vapor, & toto descendit corpore pestis.

Pinguis vapor.Seneca Herc.furen.11.4.

¶ Fero vapore dissiliunt saxa. Lucret.lib.2.102.

Niger vapor efflat anhelo ore.Stat.10.Thebaid.21.

Eiectare vaporem.Stat.6.Thebaid.95, -& crassum rapit eiectáque vaporem Cornipedum flammata sitis.

Phœbus findit arua vaporibus.Ouid.3.Metam.31.

Presserat ora vapor. Ouid.2.Metam.57, Presserat ora vapori tostos en aspice crines.

Terra semen tepefactum vapore & complexu suo diffundit. Cic.de Senectute,47.

Torreri vapore.Pli.li.9.ca.38.2.de purpuræ infectura, Ac modico vapore torreri. Idē lib.13.ca.4.16, Assiduo vapore torrētes.

Vapôro, vapóras,pen.prod.vaporare, neutrum verbum, pro Vaporem emittere.Plin.lib.31.ca.2.2.de differentiis aquarum, Vaporant & in mari ipso quæ Licinii Crassi fuere.

¶ Vaporare, Actiuum, Suffire.Plin.lib.28.cap.11.8, Quidā inassari iocineris sanie inungunt, aut felle caprę, carnéque eas vesci, & dum coquantur, oculos vaporari præcipiunt. Id quoque referre arbitrantur, si rutili coloris fuerint. Volunt & oculos suffiri, iocinere in ollis decocto. Hic vaporare & suffire pro eodem accepit. Idem lib.12.cap.25.41, Similiter iis quæ vaporāda sunt, excalfactum imponitur. Virg.11.Æneid.97, Succedunt matres, & templum thure vaporant.Budæus.

¶ Vaporare, Arefacere, exugere. Colum.lib.2.cap.5.4, Quum plerique amnes æstate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligēt. Idē li.2.ca.16.5, Quòd solidiores glebas diutius sustineat & suspendat, vt ex solibus æstiuis vaporatæ resolnantur. Budæus.

Vaporatio, Verbale, Ipse vaporandi actus: hoc est, vaporis excitatio.Plin.lib.28.cap.4.21, Perfundere caput aqua calida ante balinearum vaporationem, & postea frigida, saluberrimum intelligitur. Gellius lib.19.cap.5, Quum aqua frigore aeris duratur & coit, necessum est fieri vaporationem, & quandam quasi auram tenuissimam exprimi ex ea, & emanare.

Vaporarium,vaporarii,accipitur pro Tepidario,siue hypocausto. Cic.ad Q. fratrem,lib.3.17.4, Vaporarium ex quo ignis erumpit,esset sub tectum cubiculi.

Vaporiferus,pen.corr. Adiectiuum. Stat.3.Syl.5.10, Sine vaporiferas blandissima littora Baias.

Vaporiferæ fornaces.Stat.1.Syl.3.9.

Vápidus,pen.corr.Adiectiuum,Id est multi saporis.

Pectus vapidum.Pers.Saty.5.11,

Pelliculam veterem retines,& fronte politus
Astutam vapido seruas sub pectore vulpem. Id est veterum vitiorum pleno,& fraudibus redolente.

Vappa/vappæ, Vini vitium quod sponte deferbuit,& odorem saporémque amisit,vt illud quod in exhausto vase reliquũ fuit, & euaporauit.Horatius 2.Serm.saty.3.19,

Qui Veientanum festis potare diebus
Campana solitus trulla,vappámque profestis. Ibidem lib.1. Saty.5.3, -absentem cantat amicam
Multa prolutus vappa nauta. Plin.lib.14.cap.20.4,Vtiúmque musto quibusdam in locis,iterum spóte feruere qua calamitate quũ deferbuit,deperit sapor, vappæque accipit nomen,probrosum etiam hominum quum degenerauerit animus.

Vappa,Pro homine ignauo vilique aliquãdo ponitur,ac nugatore,& in quo nihil prudentiæ est. Horat.2.Serm.saty.1.21,

-non ego auarum
Quum veto te fieri,vappam iubeo, aut nebulonem. Idem 2. Serm.saty.2.3,Fusidius vappæ famam timet,ac nebulonis.

Perfida vappa,Vide Perfidus.

Vapulo/vápulas,pen.corr. vapulare, Verbũ neutrũ passiuum, Cæsi,verberari. Plaut.Amphit.4.180, Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem, quæ huc verberat. Cælius ad Ciceronem,lib. 8.1.9,Susurrationes dũtaxat venirũt,alius equitẽ perdidisse:quod opinor certè factum est: alius septimã legionẽ vapulasse. Propert.lib.2.eleg.13.4, Non ego, sed tenuis vapulat vmbra mea.

Corpus vapulat.Lucret.lib.4.190.

Vapulare sermonibus. pro Obloctutionibus fugillari.Cic.Attico,lib.2.19.1,Qui quũ se omniũ sermonibus sentiet vapulare, & quum has actiones ἐναντιῤῥήσεις videbit,ruere incipiat.

VARDVLI,Hispaniæ populi. De quibus Pomponius Mela lib.3.

Varico/**Varicosus**/**Varicus**/Vide **Varix**.

Varius/Adiect.Multiformis,vel multorũ colorũ. Plaut.Pseud. 4.11, Nisi somnũ secordiámq; ex pectore oculisq; amouebitis, Ita vestra ego latera loris faciam vt validè varia sient. Terentius Eunucho,4.4.16, -ita visus est
Dudum,quia varia veste exornatus fuit. Plinius lib.8.cap.17.4, Nunc varias & pardos,qui mares sunt,appellãt in eo omni genere,creberrimo in Africa,Syriáque.

¶ Variũ,ad multa trãsfertur.Cic.1.de Finib.16,Varietas enim Latinum verbum est, idque propriè quidẽ in disparibus coloribus dicitur,sed transfertur in multa disparia,varium poema, varia oratio,varii mores,varia fortuna:voluptas etiã varia dici solet, quũ percipitur è multis dissimilibus rebus dissimiliter afficiẽtibus voluptates.

Varius & multiplex Plato.Cic.1.Acad.14.Plato varius & multiplex & copiosus fuit.

Ferre ea quæ videntur acerba, quæ multa & varia in hominum vita versantur.Cic.1.Offi.97.

Varium & mutabile semper Fœmina.Virg.4.Æneid.114.

¶ Æstu vario irarum fluctuat.Virg.4.Æneid.113.

Artes variæ.Virg.1.Georg.27.

Casus varii.Virg.1.Æneid.41.

Colores varios mentitur lana.Virg.eclog.4.9.

Disputationes variæ & diuersæ,& in omnem partem dissusæ. Cic.3.de Orat.35.

Gentes variæ linguis.Virg.8.Æneid.146.

Varium ius & dispar conditio.Cic.7.Verr.40.

Lepore vario distincta omnia.Lucret.lib.5.176.

Lynces variæ.Virg.3.Georg.53.

Opum variarum diues.Virg.2.Georg.94.

Oratio multa & varia & copiosa.Cic.1.de Orat.118.

Sententiæ variæ & discrepantes.Cic.1.de Nat.deorum,1.

Sermone vario trahebat noctem.Virg.1.Æneid.151.

Victoria varia. Liu.2. ab Vrbe, 18, Ibi varia victoria, & velut æquo Marte pugnatum est.

Vuæ variæ fiunt, quum ad maturitatem perduci incipiunt, & colorem mutant. Cato cap.73, Vbi vuæ variæ cœperint fieri, bubus medicamentum dato quotannis vti valeant.

¶ Varius,Qui varis in facie distinctus est. Vnde iocus Ciceronis apud Quintilianũ lib.6.cap.4,in Isauricum, Miror quid sit quòd pater tuus homo cõstantissimus, te nobis variũ reliquit.

Variè,Aduerbium, Variis modis.Plin.epist.104.2.lib.5, Variè me affecerunt literæ tuæ:nam partim lætæ,partim tristia continebant. Cic.ad Tironẽ,lib.16.6.2, Variè sum affectus tuis literis.

Latè & variè.Cic.pro Sestio,84,Numerus,vt dixi,huius generis latè & variè diffusus est.

Variè valui.Plaut.Epid.2.15,

Quid agis perpetuón' valuisti?r.varié.r.qui variè valent,

Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus. Hoc est,quod vulgus dicit,nunc bene,nunc malé.

In variè se tondentem, tale est epigrãma Martialis,lib.8.47,

Pars maxillarum tonsa est tibi,pars tibi rasa est:
Pars vulsa est:vnum quis putet esse caput?

Variè agere.Liu.2.ab Vrbe,10,Socer præterea ipsius agere variè, rogando alternis suadendóque cœpit, vt vinci se consensu ciuitatis paterentur.

Differeré variè de re aliqua. Tacit. lib.1, Et ille variè differebat de magnitudine imperii.

Variè decernere,& Coniunctis sentẽtiis,cõtraria.Cic.6.Verr. 118,Postea decernitur ac non variè,sed propè coniunctis sententiis,vt laudatio quæ C.Verri decreta esset,tolleretur.

Moueri variè.Cic.2.de Diuinat.133, Perinde vt quæque stellæ in his finitimisque partibus sint quóque tempore, eámque vim variè moueri ab iis syderibus quæ vocantur errantia.

Variè perscripti sermones.Cic.1.Acad.11, Hic in omnibus ferè sermonibus qui ab iis qui illum audierunt perscripti variè, copiosè sunt,ita disputat vt nihil,&c.

Vario,varias,variare,Variũ facere. Plaut.Pœn.2.16,Domũ abeãt, vitẽ ancipiti infortunio, ne& hic variẽtur virgis,& loris domi. Virg.1.Georg.89,Ille vbi nascentem maculis varianerit ortum. De sole. Ouid.2.de Remed.26,Nam,quoniam variant animi, variabimus artes.

Positu variare capillos.Ouid.de medicamine faciei,4. Idem 2.Metam.83,Nec positu variare comas.

Otium variare labore. Plin.epist. 161.2, Iucundum vtrunque per iocum ludúmque fluitantibus,vt flexerint cursum,laborem otio,otium labore variare.

Pectora variare dubiis curis.Valer.3.Argon.116.

Sententiam varianit timor.Liu.2.ab Vrbe,150, Vbi quum timor atque ira inuicem sententias variassent,quo magis spatio interposito ab impetu ad consultandum aduocabantur,eo plus abhorrebant à certatione animi.

Sonum variare. Plin.lib.10.cap.29.5, Deinde in vna perfecta musicæ scientia modulatus editur sonus, & nunc cõtinuo spiritu trahitur in longum,nunc variatur inflexo.

Variantur acu tapetia.Martialis lib.8.29.

Non ego prætulerim Babylonica picta superbè
Texta,Semiramia quæ variantur acu.

Vices variare. Virg.9.Æneid.33,Discurrunt,variántque vices.

Vocem variare & mutare.Cic.in Orat.31.

Variare voluptatem. Cic.1.de Finibus,60, Omni autem privatione doloris putat Epicurus terminari summam voluptatem,vt postea variari voluptas distinguique possit: augeri,amplificarique non possit.

¶ Oratoris est orationẽ variare & distinguere.Ci.2.de Ora.20.

Prodigialiter variare aliquid.Horat.de Arte,6,

Qui variare cupit rem prodigialiter vnam,
Delphinum syluis adpingit,fluctibus aprum.

Figuris variare.Quintil.lib.6.cap.2.2, Quæ autem enumerãda videntur,cum pondere aliquo dicenda sunt,& aptis excitãda sententiis,& figuris vtique varianda.

Variare mistura iocorũ materiam aliquam.Martial. lib.8.1, Quã quidẽ subinde aliqua iocorũ mistura variare tentauimus.

¶ Variant multa de morte eius authores. Liuius 7.bel.Pun. 154, Multos circa vnam rem ambitus fecerim: si, quæ de Marcelli morte variant authores,omnia exequi velim.

Variant Græcorum exempla.Plin.lib.11.cap.14.4.

¶ Variare,neutrum,vel neutraliter positum.Liuius 9.ab Vrbe.95, Miremur, si quum ex hac parte secula plura numerentur,quàm ex illa anni:plus in tam longo spatio,quàm in ætate x i i.annorũ fortuna variauerit? De Alexandri imperio loquẽs. Celsus lib.3, Nõ in iis solùm in quibus semper ita se habet: sed in iis quoque in quibus variat. Idem lib.1.cap.1,Ex tempestatibus optimæ æquales sũt:siue frigidæ,siue calidæ:pessimæ,quæ variant maximé.Budæus.

Dissidet & variat sententia.Ouid.15.Metam.130.

Timores variant.Ouid.1.Trist.31,

Sic abeunt,redeúntque mihi, variántque timores:
Et spem placandi dántque,negántque tui.

¶ Variare,pro Ambiguã rẽ esse.Liu.9.ab Vr.de suffragiis,Ibi si variaret,quod raro incidebat,vt secũdæ classicẽturiæ vocarẽtur.

¶ Variãtur,Impersonale. Liu.1.bel.Pun.149,Ibi quũ sententiis

variaretur,& alii redimendos de publico,alii nullâ publicâ impensam faciendam,nec prohibendos ex priuato redimi,&c.

Varians,variantis,Participium. Plin.lib.7.cap.41, Cætera exempla fortunæ variantis innumera sunt.

Variantibus adhuc & acerbis uuis. Colum.lib.4.cap.20.

Varians cælũ. Plinius lib.14.cap.1.6, Vix vlla magis tam denso uuarum partu impatiens variantis cæli.

Formæ variantes. Lucret. lib.5.165, Aeriáſque ſimul volucres variantibus formis.

Variâtus, pen.prod. Aliud participium. vt Figuris multigenis variatus. Lucretius lib.1.68.

Veſtis variata figuris priſcis. Catull. Argon.59.10.

Variata ſententia. Cic. pro Milone,6, Itaque hoc iudices, non ſine cauſa fictis fabulis doctiſſimi homines memoriæ prodiderunt, cum qui patris vlciſcendi cauſa matrem necauiſſet, variatis hominum ſententiis, non ſolùm humana, ſed etiam dea ſapientiſſimæ ſententia liberatum.

Variâtim, pen.prod. Aduerbium. Gell.lib.5.cap.11, Ve enim particula, quæ in aliis atque aliis vocabulis variatim per has duas literas cum a litera media immiſſa dicitur.

Varietas, pen.corr. varietâtis. Plin.lib.8.cap.30.1, Oculis mille eſſe varietates, colorúmque mutationes.

Varietas criminum. Cic.7.Verr.114, Neque hoc prouiderim, vt varietate criminum vos attentos tenerem.

Florum omnium varietas. Cic.de Senect.50.

Varietate gentium conſtans prouincia. Cic.pro Fonteio,3.

Diſtinguere hiſtoriam varietate locorum. Cic.1.de Orat.19.

Sententiarum varietas. Cic.1.de Orat.31.

Surdus vocũ varietates noſcere non poteſt. Cic.2.de Diuin.13.

Varietas enim latinum verbum eſt, idque propriè quidem in diſparibus coloribus dicitur, ſed tranſfertur in multa diſparia: varii poema, varia oratio, varii mores, varia fortuna: voluptas etiam varia dici ſolet. Cic.1.de Finibus,15.

Vt in corporibus magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis exiſtunt maiores etiam varietates. Cic.1.Offic.151.

Incredibilis quædam varietas. Quintil.lib.1.cap.8.1.

Diſtinguere varietate inæquabili, Vide **Inæquabilis.**

Stella Iouis multas efficit varietates. Cic.2.de Nat. deorũ,76.

Reficit animos ac reparat varietas. Quintil.lib.1.cap.11.4.

Varix, váricis, pen.corr.m.g. Varices, venæ plus æquo intumeſcentes atque obtortæ, in temporibus, ventre, teſtibus, inguine, & potiſſimum in cruribus. Plin.lib.11.cap.45, Varices in cruribus viro tantùm, mulieri raró. Horatius, Varice ſucciſo. Cic. 2.Tuſcul.61, Quum varices ſecabantur C.Mario, dolebat. Celſus lib.5, de noxis in corpore loquens, Quum quid increuit, vt vena quæ intumeſcens in varicem conuertitur.

Varicôſus, pen.prod. Adiectiuum, Qui tumidiores habet huiuſmodi venas. Iuue.Satyr.6.40,

Hæc de Comœdis te conſulit, illa Tragœdum
Commendare volet: varicoſus fiet aruſpex.

Váricus, pen.corr. Adiectiuũ, Qui ampliore paſſu graditur. Ouid. lib.3.de Arte.60,

Ilia velut coniux Vmbri rubicunda mariti
Ambulat, ingentes varica fértque gradus.

Varicula, penult.corr. Diminutiuum, apud Celſum, lib.5.de curatione vlceris.

Várico, váricas, pen.corr. vel váricor, varicâris, varicari, Tranſgredi eſt, quaſi varices tranſcendere, & currendo præterire. Tractũ à medicis: qui quum varices curare non audent, eas tranſgrediũtur, atque prætereunt. Quintil.lib.11.cap.3.de geſtu pedum, Varicare ſupra modum & in ſtando deforme eſt, & accedente motu prope obſcœnum.

VARRO, poeta Romanus, quem Fabius Quintilianus, inter peritiſſimos Satyræ ſcriptores enumerat. Eius verba lib.10. cap.1, hæc ſunt, Alterum illud eſt & priſcis Satyræ genus, quod non ſola carminum varietate miſtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditiſſimus. Plurimos hîc libros & doctiſſimos compoſuit, peritiſſimus linguæ Latinæ, & omnis antiquitatis, & rerum Græcarumque noſtrarum: plus tamen ſcientiæ collaturus, quàm eloquentiæ. Eſt & alter Varro, cuius meminimus in dictione TERENTIVS.

Varro ſanctiſſimus atque integerrimus. Cic.2.Phil.101, Ab hac religionum perturbatione aduolat in M. Varronis ſanctiſſimi atque integerrimi viri fundum Caſſinatem.

Habere theſauros Varronis. Brutus Ciceroni lib.11.10.10. Non ſi Varronis theſauros haberem, ſubſiſtere ſumptui poſſem.

Varus, vara, varum, Qui pedes habet incuruos, & in ſe contractos, cuiuſmodi ſpadones & caſtratos videmus. Plaut. Mil. 10.117, Aut varum, aut valgum. Idem Merc.12.54, Canum, varum, ventrioſum, buculentum. Plin.lib.11. cap.45.5, Nam & hinc cognomina inuenta, Planci, Plauti, ſicut à cruribus vari. Horat.1.Serm.ſaty.3.10, -hunc varum diſtortis cruribus, illum Balbum hirſcauum prauis fultum malè talis.

Varæ manus, Id eſt incuruæ. Ouid.9.Metamorph.7,
-tenuique à pectore varas In ſtatione manus.

Varum brachium. Mart.lib.7.31, Vara nec iniecto ceromate brachia tendis.

Genius varus. Perſ.Saty.6.2, -geminos horoſcope varo
Producis genio. Varo, intorto, hoc eſt non æquali, ſed diſſimili ingenio præditos, quãuis ſub eodem natos ſydere, eodémque momento temporis.

Varus, Subſtantiuum. Vari apud Celſum, lib.6.cap.5, maculæ ſunt in facie, vt lenticulæ & ephelides. Vnde homines varii dicti. Vide VARIVS. Plin.lib.23.cap.4.8, Oleum amygdalinũ purgat, mollit corpora, cutem erugat, nitorem cõmendat, varos cum melle tollit è facie.

VARVS, fluuius eſt, Narbonenſem prouinciã ab Italia ſeparans. De quo Lege Strabonem lib.4, ab initio.

Vas, vadis, Vide **Vadis**. Cic.1.de Fin.117, Vadẽ te ad mortẽ tyranno dabis pro amico, vt Pythagoreus ille fecit Siculo tyranno?

Iuſtus vas, Vide **Iuſtus.**

Vadem mortis accipere, Vide **Accipio.**

Vas, vaſis, priore prod. n.g. tertiæ declinationis in ſingulari, in plurali ſecundæ. Mart.lib.14.103, Aretina nimis ne ſpernas vaſa monemus. Apud Ciceronem 1.de Inuent.109, Vaſa magnifica & pretioſè cælata. Et pro Roſc. Amer.79, Vaſa Corinthia & Deliaca. Et pro Murena,69, Et expoſuit vaſa Samia. Idem 1. Tuſc.82, Nam corpus quidem quaſi vas eſt, aut aliquod animi receptaculum.

Vaſorũ appellatio generalis eſt: dicim⁹ enim vaſa & vinaria & naualia, inquit Vlpianus, De auro & argẽto legato, 1. Si gẽma.

Æreum vas, Vide **Æs**, æris.

Argentea vaſa. Horat.2.Serm.ſaty.7.15.

Aſpera vaſa, Cælata. Iuue.Saty.14.7.

Hic lauet argentum, vaſa aſpera tergeat alter.

Clodiana vaſa, Vide CLODIVS.

Coquinaria vaſa, Vide **Coquo**, coquis.

Cupreum vas, Vide **Cupium.**

Olearia & ſalſamentaria vaſa, Vide Olearius in **Oleo.**

Pertuſum vas. Lucret.lib.3.191.& 205.

Rimoſa & curta vaſa cadunt feneſtris. Iuue.Saty.3.27.

Samia vaſa. Plaut. Capt.6.4, Vide **Opus.**

Vinarium vas. Cic.6.Ver.54. Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi, trulla excauata cum manubrio aureo, &c.

Vaſa vinaria, amphoras & cados intelligimus, authore Proculo. De tritico, vino & oleo legato, L. Vinum.

¶ Apponere in vaſis, Vide **Appono.**

Colligere in vas, Vide **Colligo.**

Vaſa colligere. Cic.6.Verr.135, Ille ex Sicilia caſtra iã mouerat, & vaſa collegerat. Hoc eſt repentè Diodorus profugerat, inquit Budæus. Vide COLLIGO.

Collocare vaſa in tabernam, Vide **Colloco.**

Conclamare vaſa. Cæſar 3.bel.Ciuil. Scipio ſuſpicatus fore vt inuitus dimicare cogeretur, noctu neque conclamatis quidem vaſis flumen tranſiuit. Vide **Conclamo.**

Concludere vas argento ab labris, Vide **Concludo.**

Ducere vaſa è luto. Quintil.lib.2.cap.17.3.

Efferre ſine thecis vaſa. Cic.6.Verr.46.

Incruſtare ſyncerum vas. Horat.1.Serm.ſaty.3.11,

At nos virtutes ipſas inuertimus, atque
Syncerum cupimus vas incruſtare. Idem 1.epiſt.2.11, Syncerũ eſt niſi vas, quodcunque infundis acceſcit.

Pelliculare vas, Vide **Pelliculo.**

Quaſſatis vaſis diffluit humor. Lucret.lib.3.89.

Vaſum, vaſi, neutro genere dixerũt veteres, teſte Gellio lib.13.ca. 22. Plautus Trucul.3.13, Aut aliquod vaſum argenteum.

Vaſculum, vaſculi, pen.corr. Diminutiuum. Plin.lib.15.cap.28.6, Quædam vaſculis conſtant. Cato cap.111, Si voles ſcire, in vinum aqua addita ſit, nécne, vaſculum facito de materia hederacea. Quintil.lib.1. ca.2.19, Nam vt vaſcula oris anguſti ſuperfuſam humoris copiam reſpuunt, &c.

Argenti puri vaſcula. Iuuenalis Saty.10.2.

Vaſarium, vaſarii: vel Veſtiarium, Calcearium: hoc eſt Vaſorum ſupellex. Cic.in Piſonem,68, Nonne ſeſtertiũm centies & octogies, quod, quaſi vaſarii nomine, in vẽditione mei capitis aſcripſeras, ex ærario tibi attributũ Romæ in quæſtu reliquiſti? Plinius lib.7. cap.49.3, Nec ſunt omnia vaſaria excutienda: mediæ tãtum partis, inter Apenninum Padúmque, ponemus exẽpla. Hîc per tranſlationem poſuit Plinius.

Vaſariũ Cicero appellat id quod publicè dabatur magiſtra-

tibus: vt muli, equi,& vasa,& reliqua quæ magistratus instrumentum implerent. id quod patet ex eo quod idem dicit in L. Agraria contra Rullum,43,de Decemuiris loquens,quos Rullus creandos esse censuerat ad agros diuidendos. Dat, inquit,potestatem verbo Prætoriam,re vera regiam. Definit in quinquennium:facit sempiternam.tantis enim cõfirmat opibus & copiis, vt inuitis eripi nullo modo possit.Deinde ornat apparitoribus, scribis,librariis,præconibus, architectis: præterea mulis, tabernaculis,centuriis, supellectili: sumptum haurit ex ærario, suppeditat à socijs,&c. Intelligimus ergo vasarii nomine pecuniã publicè dari solitã magistratibus euntibus in prouincias,ex qua sibi necessaria cõpararent. id quod postea Augusti tempore Senatusconsulto cõstitutum est: vt testatur Tranquillus in Augusto,cap.36.Hæc & plura Budæus in libro suo De asse.

Vascularius,Qui vasa argẽtea & aurea facit.Sunt enim inter aurifices vascularii,cælatores,inauratores,& bractearii.In L.apud Labeonem,De præscriptis verbis, Si quum emere argentũ velles, vascularius ad te detulerit. Cic.6.Verr.48,In regiam maximam palàm artifices omnes cælatores ac vascularios conuocari iubet,ipse suos complures habebat.

VASATAE,pen.prod.Vasatarũ,fœm.ge.Vrbs Galliæ Narbonensis.Paulinus ad Ausonium,

Quique superba tuæ contemnis mœnia Romæ
Consul, arenosas non dedignare Vasatas. Eam putauerim esse quæ vulgò dicitur Basas.

VASCONES,pen.corr. Hispaniæ populi, versus Gallicum & Britannicum Oceanum,ad Pyrenæum siti. De quibus Plinius lib. 3.cap.3.Hi à Metello Romanorũ duce obsessi,in tantam famem compulsi sunt,vt humana carne vescerentur. Iuue.Saty.15.10. de illis qui humanis corporibus vescuntur,

Vascones(vt fama est)alimentis talibus vsi
Produxere animas,sed res diuersa,sed illic
Fortunæ inuidia est,bellorúmque vltima,casus
Extremi,longæ dira obsidionis egestas.

VASIO,Narbonensis Galliæ Vocõtiorum oppidũ,vt scribit Pomponius Mela lib.2.in descriptione Galliæ Narbonensis.

Vastus,Adiect. dicitur quod modũ amplitudinis excedit. Virg. 3.Æneid.39,Vastúmque caua trabe currimus æquor. Plaut.Amphit. 16.1, Quis tam vasto impete has fores toto conuolsit cardine? Plin. epist. 150, Quum diuersam partem prouinciæ circumirem, Nicomediæ vastissimum incẽdium multas priuatorum domos,& duo publica opera,&c.assumpsit.

¶ Vastus,Desertus.Actius,Hãc vrbẽ ferro vastã faciet.Non⁹.

Vastus à natura & humano cultu. Salust. in Iugurtha, A quo mons aberat ferme millia passuum viginti tractu pari, vastus à natura & humano cultu.

¶ Æquor vastum.Virg.2.Æneid.156.

Ager vastus ac desertus.Cic.2.de Lege agrar.71.

In vastiorem altitudinem ac velut profundum inuehi.Liu.1. bel.Maced.2.

Animus vastus. Salust.in Catil.Vastus animus,immoderata, incredibilia,nimis alta semper cupiebat.

Antrum vastum.Virg.1.Æneid.11.

Aper vastus.Claud.3.Paneg.62.

Arma vasta.Virg.10. Æneid.154, Talis se vastis infert Mezentius armis.

Artus vasti.Virg.5.Æn.87,-vastos quatit æger anhelit⁹ artus.

Bellua vasta & immanis.Cic.1.de Diuinat.89.

Cæde vasta sessus.Virg.6.Æneid.101.

Campi vasti.Virg.3.Æneid.3.

Certamine vasto tendunt.Virg.11.Æneid.111.

Crater vastus.Ouid.12.Metam.48,

Forte fuit iuxtà signis extantibus asper
Antiquus crater,quem vastum,vastior ipse Sustulit Ægides.

Feræ vastæ.Ouid.1.Metam.39.

Figura vastior elephanto.Cic.1.de Nat.deorum,135.

Fluctus vasti.Virg.1.Æneid.18.

Hiatu vasto immanis spelunca.Virg.6.Æneid.48.

Homo vastus atque fœdus.Cic.1.de Orat.57.

Ictus vasti.Virg.5.Æneid.140.

Impetus vastus.Horat.4.Carm.ode 14.7.

Vasta & agrestis India.Cic.5.Tusc.113.

Ira vasta.Ouid.10.Metam.109. Iter vastũ.Ouid.14.Meta.88.

Latratus vastus. Colum.lib.7.cap.12.1, Villæ custos eligendus est amplissimi corporis,vasti latratus canorique.

Litera vastior.Cic.in Orat.86.

Locus vastus & ædificatus,contraria.Cic.in Partit.22.

Moles vasta.Virg.3.Æneid.151.

Molimen vastum.Ouid.15.Metam.161.

Mundus vastus.Ouid.1.Fast.14.

Murmure vasto it mare.Virg.1.Æneid.50.

Onus vastum.Ouid.1.Fast.113.

Oratio vasta.Author ad Herenn.lib.4.160, Crebræ vocalium concursiones quæ vastam atque hiantem orationem reddunt.

Orbis vastus.Ouid.2.de Arte,4.

Pondus vastum.Virg.5.Æneid.90.

Rupes vastæ.Virg.1.Æneid.34.

Sinus vastus.Virg.4.Georg.73.

Solitudo vasta.Cic.in Somnio,21. Et Liu.1.ab Vrbe,15.

Tellus vasta.Valer.2.Argon.111.

Vires vastæ.Virg.5.Æneid.74.

Vorago vasta.Virg.6.Æneid.60.

Vulnera vasta.Lucret.lib.5.159.

¶ Vastus atqi agrestis motu corporis per contemptum.Cic.1. de Orat.57, Aut ita vultu motúque corporis vasti atqi agrestes, vt etiam si ingeniis atque arte valeant,tamen in oratorum numerum venire non possint.

Vastè,vastius,vastissimè,Aduerb.Cic.3.de Orat.95,Id assequemini,si verba externa cum consequentibus primis ita iungetis, vt néve asperè concurrant,néve vastius diducantur.

Vastè & rusticè.Cic.3.de Oratore,16,Sic maiores,non asperè, vt ille quem dixi: non vastè, non rusticè,non hiulcè, sed pressè & æquabiliter,& leniter.

Vastitas,pen.corr.vastitãtis,f.g.Magnitudo. Colum.lib.3,Pari tamẽ in hac terra vastitate,belluas progenerari quis neget? Idẽ lib.5.cap.1.1, Sed quũ sim professus rusticæ rei præcepta,ni fallor,non asseueraueram quæ vastitas eius scientiæ contineret.

Sterilis profundi vastitas soli.Senec.Here.furen.9.17.

¶ Vastitas, Vastatio.Actius,Propterea tot, tãtásque habemus vastitates funerum. Cic.1.in Catil.8,Tecta vrbis,vitã omnium ciuiũ, Italiam denique totam, ad exitium & vastitatem vocas. Idem 1.de Diuin.89,Et eum admiratum quæsisse de deo,quodnam illud esset tale monstrum,& deum respondisse,vastitatem esse Italiæ. Idem ad Atticũ, lib.9.180.11, Valde est venustum: quanquam mihi ista omnia iam addicta vastitati videntur.

Agrorum vastitas. Cic.6.Verr.103, Audistis,&c. quæ solitudo esset in agris,quæ vastitas,quæ fuga oratorum,quam,&c.

Deflere iudiciorum vastitatem.Cic.de Clar.Orat.11.

Efficere vastitatẽ.Cic.in Pisonem,67,Pacati atqi socii nefario bello lacessiti,fana vexata,hanc tantam efficerent vastitatem.

Vastitũdo,pen.prod.vastitũdinis,f.g.Vastatio.Cato cap.141.1, Vti in morbos visos,inuisósque,videretatem, vastitudinémque,calamitates,intemperiásque prohibessis.

Vastities,penult.corr. vastitiei, pen.prod.fœ.ge.Idem. Apul.Cui in primis tanti corporis vastities horrori fuit.

Vastities,Separatio,Destructio.Plaut.Pseud.3.68,

Harum mihi voluptatum omnium,atque itidem tibi
Distractio,dissidium,vastities venit.

Vastificus,pen. corr.Adiectiuum, Quod vastitatem affert.Cic.1. Tusc.38,Hercymãthiam hæc vastificã abiecit belluam.Ex poeta.

Vasto,vastas,vastare, Perdere, Destruere. Brutus ad Ciceronem, lib.11.10.7,Decursionibus per equites,quos habet multos,vastet ea loca in quæ incurrerit. Cic.ad Atticũ, lib.9.175.5, Primum consilium est,suffocare vrbẽ & Italiam fame, deinde agros vastáre,vrere,pecuniis locupletum non abstinere. Cæsar 1.bel. Gall.41,Vt penè in cõspectu exercitus nostri,agri vastari, liberi eorum in seruitutem abduci,oppida expugnari nõ debuerint. Catull.de coma Berenicis,61.3, Vastatum finesiuerat Assyrios.

Vastare agros cultoribus.Virg.8.Æneid.1,

-vndique cogunt
Auxilia, & latos vastant cultoribus agros. Hoc est, abducendo cultores,vastos & desertos efficiunt. Seruius.

Agros vastare & exinanire.Cic.5.Verr.99.

Iter alicuius vastare.Silius lib.3.95,

Turbidus hic truncis,saxísque Druentia lætum
Vastauit ductoris iter.

Locum vastare & dirĩpere.Cic.4.in Catil.86.

Mentem vastare. Sallust.in Catilin. Nanque animus impurus diis hominibúsque infestus, neque vigiliis, neque quietibus sedari poterat: ita cõscientia mentem exagitatam vastabat.

Omnia latè vastare.Virg.4.Georg.4.

Vastare omnia ferro & incendiis. Liu.3.bel.Pun.192. Cic.1.in Catil.1. Et ad Octauium,10,

Regiones vastare.Vatinius Ciceroni,lib.5.10.4.

Homo magis ad vastandum,quàm ad vincendum paratus. Cic.Attico,lib.8.169.4.

Vastãtus, penult.prod. Participium:vt Vastatum forum.Cic.pro Sestio.45, Lex erat lata,vastato atque relicto foro.

Fana vastata tumultu impio.Horat.4.Carm.ode 4.10.

Pascua vastata.Claud.3.de raptu Proserp.34.

Vastatio, Verbale. Liuius 7.ab Vrbe,67, Accessit ad eam cladem & vastatio Romani agri.

Possessionú vastatio.Cic.2.in Catil.38,Ergo in vastatione omnium tuas possessiones sacrosanctas futuras putas?

Defendere aliquid à vastatione.Plancus Ciceroni libro 10.15. 10, Ego tamen,si id acciderit,fratrem cum equitatu mittam,qui sequatur,Italiam à vastatione defendat.

Vastâtor,pe.pro.Verb.vt Troiæ vastator Achilles.Sta.2.Achil.64.

Aper vastator Arcadiæ.Ouid.9.Metam.39.

Ferus vastator.Ouid.11.Metam.80.

Vates/vatis,com.g.A fando dictus est,quasi fates,Diuinator,sacerdos,& propheta.Virg.6.Æne.43,Cunctantem & vatis portat sub tecta Sibyllæ. Plaut.Milit.11.37, Bonus vates poteras esse, quum quæ sunt futura videas. Virgil.6.Æneid.133,Quique pii vates,& Phœbo digna locuti. Cic.1.de Nat.deorum.77.

Prædagia vatum.Ouid.4.Trist.eleg.9.16.

Interpretari effata incognita fatidicorú & vatũ.Ci.2.de Le.33.

Pater vatum Latous.Stat.1.Syl.2.41.

Insana vates.Virgil 3.Æneid.89.

Peritus vates.Ouid.1.de Arte.6.

Pii vates.Virgil.6.Æneid.133.

Sacer vates.Horat.4.Carm.ode 9.6.

Sanctissima vates præscia venturi.Virgil.6.Æneid.13.

Terrifici vates.Virgil.5.Æneid.105.

Vera vates.Claud.1.Paneg.69.

¶ Vates,inquit Varro de Ling. Lat. poetæ dicti sunt à viendis versibus.viêre enim vincire est.Columel.in Præf.lib.10, Ex voluntate vatis maximè memorandi.Id est Virgilii. Quintil.lib. 10.ca.1, Beneuolum auditorem inuocatione deorum quas præsidere vatibus creditum est,facit.

Versus quos olim Fauni vatésque canebãt. Cic.1.de Diui.187.

Sic honor & nomen diuinis vatibus.Horat.de Arte,81.

Attonitus vates.Horat.3.Carm.ode 19.3.

Cothurnatus vates, Poeta Tragœdiarũ.Oui.2.Amo.ele.184.

Lauriger vates.Stat.1.Thebaid.9.

Vates medicinæ.Pli.li.11.ca.37.84,Herophil' medicinæ vates.

Vaticinor,pen.corr.vaticinâris,vaticinâri,Diuinare, quasi fatidicinare dictum,& fatum canere aut prædicere.Plaut. Pseud.5.118, Vetera vaticinamini. Cic.ad Atticum,lib.8.155.5, Non multo inquam secus possum vaticinari. Idem 1.de Diuinat.117,Illud quod volumus expressum est, vt vaticinari furor vera soleat. Liu.2.ab Vrbe,175, Sæpe deinde & Virginium consulem in cõcionibus velut vaticinantem audiebat. Ouid.8.Metamor.156, Quæ tibi factorum pœnas instare tuorum

Vaticinor moriens. Ibidem,lib.4.2,

-& sæuam læsi fore numinis iram Vaticinatus erat.

Per furorem vaticinari.Cic.1.de Diuinat.65.

Qui hæc diceret,vaticinari & insanire dicebãt.Cic.pro Sest.17

Vaticinans,pen.corr.Participium.Ouid.2.de Ponto,eleg.2.13, Iam nunc hæc à me iuuenum bellóque,togáque

Maxime,dicta tibi vaticinante nota.

Vaticinatio,Verbale,Ipse vaticinandi actus. Cic.ad Atticum,lib. 8.160.1,Nam pridie quidem quoquo modo potueram, scripseram ipse eas literas, quarum vaticinationem falsam esse cupio. Idem 2.de Nat.deorũ,14, Multa ex Sibyllinis vaticinationibus, multa ex aruspicum responsis commemorare possum,&c.

Sortes quæ vaticinatione funduntur.Cic.2.de Diuinat 106.

Vaticinâtor,pe.prod.Verbale.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.9,Vnde tamen viuat vaticinator habet.

Vaticinus, pen.cor.siue vaticinius,Adiect.Quod ad vatem pertinet: vt Liber vaticinus, vel vaticinius. Liu.5.bel. Pun.6,Is & in concione Senatusconsultum recitauit,& edixit vt quicunque libros vaticinos,precationésve,aut artem sacrificandi cõscriptam haberet,eos libros omneis,literásque ad se ante Calend.Apriles deferret. Idem 9.bel.Maced.61,Sacrificulos,vatésque foro, circo,vrbe prohiberẽt: vaticinios libros cõquirerent cõbureréntq;

Vaticinus furor.Ouid.1.Metam.119,

Hæc vbi vaticinos concepit mente furores,

Incaluitque deo,&c.

VATICANVS,pen.prod.collis in vrbe Roma,dictus(inquit Festus)quòd eo potitus sit Populus Romanus vatum responso, expulsis Hetruscis.In eo autẽ colle sita est S. Petri Basilica.Is denique collis non longè est à theatro Pompeii, vt Porphyrio scribit apud Horatium,1.Carm.ode 20, -simul & iocosa

Redderet laudes tibi Vaticani

Montis imago. De Vaticano agro,colle, & deo sic scribit Gellius lib.16.cap.17,Et agrum Vaticanum(inquit) & eiusdem agri deum præsidem appellatum acceperamus à vaticiniis, quæ vi atque instinctu eius dei,in eo agro fieri solita essent.Sed præter hanc causam Marcus Varro in libris rerum diuinarum, aliam esse tradit istius nominis rationem.Nam sicut Aius,inquit,deus appellatus,aráq; ei statuta est,quæ est in infima noua via,quòd eo in loco diuinitus vox edita erat: ita Vaticanus deus nominatus,penes quem essent vocis humanæ initia: quoniam pueri simulatque parti sunt,eam primam vocem edunt,quæ prima in Vaticano syllaba est.Idcircóque vagire dicitur, exprimente verbo sonú vocis recentis. Hactenus Gellius. Augustinus tamen Vagitanum dixit deum, tanquam infantium vagitibus præsidentẽ: vnde vagire dicuntur.Prima huius nominis semper producitur: secunda variatur: tertia semper est longa. Iuuenalis Saty.6.35,Et Vaticano fragiles de mõte patellas.In Sapphico Horatii paulo antè citato secunda corripitur.

Campus Vaticanus.Cic.Attico lib.13.288.3, Illum Vaticanum campum fieri quasi Martium campum.

Vatesco/vatescis,vatescere,Destrui,derelinqui,horridum fieri, authore Nonio.Actius,Iussit proficisci in exiliũ quouis gentiũ, ne scelere tuo Thebani vatescãt agri.legendũ Fortasse,vastescãt.

VATINIVS, quum esset dignitati Ciceronis semper aduersus, ita postea prævaluere amicitia,vt duobus iudiciis publicis ab eo fuerit defensus.Author Valerius lib.4.ca.2. Hic quum esset impudentissimus,eleganter à Seneca describitur:Vatinius(inquit) assiduo conuitio depudere didicerat.

Vatiniânus,pen.pro.Adiectiuum.vt Carmina Vatiniana.Catull. de quodam,&c.50.1.

Vatinianũ odiũ,pro Capitali ac vehementer acerbo. Vatinius enim in quem acerrimè M. Tullius inuectus est,in tãtum odiũ Populi Romani peruenerat,iã detectis illius flagitiis, vt in prouerbium cesserit,odium Vatinianum.Catullus ad Caluum,14.1.

Ni te plus oculis meis amarem

Iucundissime Calue,munere isto

Odissem te odio Vatiniano. Erasmus.

Vatius,vatii,m.g.Vatii sunt qui pedes extrorsũ obtortos habẽt, iidé(vt arbitror)qui valgi.Varro lib.1.de Re rust.ca.9,de canibus loquens,Sint cruribus rectis,ac potius varis,quàm vatiis. Id est in se potius,& introrsus intortis,quã extrorsus. Plin.lib.11.ca. 45.6,Vola homini tantum,exceptis quibusdã.Nanq; & hinc cognomina inuẽta,Plãci,Plauci,Scauri,Pansæ:sicuti à cruribus vari,vatiæ,vatii:quæ vitia & in quadrupedibus.Legitur &Vatinii.

Vatrax/vatracis,o.g.& Vatricosus,Adiect.Qui crura vitiosa habet, teste Nonio.Lucilius,lib.28, Vt si progenie antiquam,qua est maximus Quintus Vacax,qua vatricosus vatrax.

VAVNIA,Italiæ ciuitas,Venetiæ propinqua,Ptolemæo authore lib.3,cap.1.vulgò *Lewino*.

V B

Uber,vbérior,vbérrimus,Adiectiuũ,Fertilis,pinguis,fœcúdus. Iuuenalis Saty.1.9, Et quando vberior vitiorum copia? Scribitur & Huber,Vide **Huber**.

Ætas vberior. Ouid.15.Meta.41, -neque enim robustior ætas Vlla,nec vberior,nec quæ magis ardeat vlla est. De iuuentute.

Aquis vberibus fœcundus specus.Ouid.3.Metam.7.

Arua vberrima.Valer.1.Argon.104.

Dona vberiora promissis.Ouid.epist.16.45.

Fruges vberes.Horat.4.Carm.ode 15.1.

Genis grauidis vberibúsq; effusæ lachrymæ.Oui.ad Liuiã,14.

Guttis vberibus flent omnia.Lucret.lib.1.71.

Honor vberior.Ouid.de Nuce,4.

At postquam sterilem platanis præbentibus vmbram

Vberior quauis arbore venit honor,&c.

Ingenium vberius.Ouid.2.Trist.15.

Morus vberrima niueis pomis.Ouid.4.Metam.128.

Regna vberrima.Virg.3.Æneid.11.

Riui vberes lactis.Horat.2.Carm.ode 19.3.

Terris vberibus fertilis Vmbria.Propert.lib.1.eleg.21.2.

Vber,vberis,penult.corr.n.g. Substantiuum, pro Mamma. Vide etiã **Huber**. Virg.3.Æneid.119, -cauo Polyphemus in antro Lanigeras claudit pecudes,atque vbera pressat.

Mammarum vbera.Lucret.lib.5.177.

Distentum vber.Ouid.13.Metam.177.

Distenta vbera lacte.Virg.eclog.4.5.

Equina vbera.Horat.Epod.8.2.

Grauidum vber.Virg.3.Georg.64.

Inania vbera.Ouid.10.Meta.79,Instat anus,canósque suos,& inania nudans Vbera.

Lactantia vbera.Ouid.7.Metam.65.

Lactea vbera.Virg.2.Georg.105.

Profusum vber.Silius lib.4.76, -coniúxque Libyssa profuso

Vagitum cohibens suspendit ab vbere natos.

Rarum vber.Virgil.2.Georgic.47,

-rarum pecorique & vitibus almis

Aptius vber erit.

Virgata vbera feræ Caspiæ.Sene.Herc.Œteo,2.9.

¶ Admouere vbera alicui.Virgil.4.Æneid.74.

-duris genuit te cautibus horrens
Caucasus:Hircanæque admorunt vbera tigres.
Alere fœtus vbere.Virgil.eclog.3.6,
-ego hanc vitulam(ne fortè recuſes,
Bis venit ad mulctram,binos alit vbere fœtus) Depono.
Conſumunt vbera vaccæ.Virgil.3.Georg.36, -nec tibi fœtæ
More patrum niuea implebunt mulctralia vaccæ:
Sed tota in dulces conſument vbera natos.
Demittunt vbera vaccæ.Virgil.2.Georg.105.
Depulſus equus ab vbere matris.Virgil.3.Georg.58.
Diſtentant vbera vaccæ.Virgil.eclog.9.6.
Dare vbera alicui.Ouid.4.Metam.65,
-& quæ dedit vbera nutrix.
Exhauſto vbere ſpumat mulctra.Virgil.2.Georg.62.
Exhibere vbera.Ouid.6.Metam.69, Vberáque exhiberant auidi lactantia nati.
Diſtentis vberibus manat humor lacteus.Lucret.lib.1.51.
Potanda vbera infantibus.Iuuenal.Sat7.6.1.
Preſſare vbera palmis.Virgil.eclog.3.10.
Rapti ab vbere infantes.Virgil.6.Æneid.86.
Raptus ab vbere vitulus.Ouid.4.Faſt.92.
Siccare diſtenta vbera. Horat.Epod.2.10.
Tendunt vbera capræ.Virgil.3.Georg.80.
Tenta vbera.Horat.Epod.16.10.
Trahunt vbera infantes.Lucan.lib.3.71,
Pectoribus rapti matrum,fruſtráque trahentes
Vbera ſicca fame,medios mittuntur in ignes.

¶Vber, pro vbertate poſuit interdum Virgilius,vt 1.Æn.108,
Terra antiqua,potens armis,atque vbere glebæ.
Fertilis vbere campus.Virgil.2.Georg.37.
Lætum vber.Virgil.3.Æneid.19, -quæ vos à ſtirpe parentum
Prima tulit tellus,eadem vos vbere læto Accipiet reduces.

Vbertas,vbertâtis,Fertilitas,fœcunditás: vt Opum vbertas. Silius lib.15.81.Vide **Ꝟubertas.**

Naturalis locorum vbertas.Quintil.lib.4.cap.1 42.

Vbertim,Aduerbium,Abundè.Catull.de coma Berenicis,61.4,
Eſt'ne nouis nuptis odio Venus:ánne parentum
Fruſtrantur falſis gaudia lachrymulis,
Vbertim thalami quas intra limina fundunt? Claud. de laudibus Serenæ,22.43,
Quis tibi tunc per membra tremor:quantæ que cadebant
Vbertim lachrymæ?

Hæc omnia de Vbere cum compoſitis ſuis, Vide in dictione **Ꝟuber.**

Ubi/Aduerbium loci,ſignificat in quo loco. Plin.lib.12. cap.14.7,Alexandriæ vbi thura interpolantur. Horat.1. Serm.ſatyr. 4.15,Non vbi vis,corámve quibuſlibet.

Interrogatiuè aliquando pronuntiatur. Plaut. Trucul.19.10, Vbi mea amica eſt gentium? Idem Capt.16.18,Vbi eſtis vosmet aſtûtum. Terentius Eunucho,5.9.10,Sed vbi eſt frater? c. præſto adeſt.

Vbi ego audiuerim? Plaut.Amp.3.115,Audiuiſtin tu me narrare hoc hodiern.vbi ego audiuerim?

Relatiuè nonnunquam.Virgil.1.Æneid.21, -vbi Æacidæ telo iacet Hector. Plaut.Trucul.4.37, -ſi rem ſeruaſſem,
Fuit vbi negotioſus eſſem.

Infinitè aliquando.Plaut.Trucul.18.30, -vbi amici,
Ibidem opus. Terent.Eunuch.1.3.10,
-fac ſis nunc promiſſa appareant,
Siue adeò digna res eſt,vbi tu neruos intendas tuos.

¶Vbi,Poſtquam.Virgilius 2.Æneid.159, Hæc vbi dicta dedit. Terent.And.2.1.19,Vbi te non inuenio,ibi aſcendo in quendam excelſum locum. Cic.3.Ver.46,Hæc vbi filio nuntiata ſunt,ſtatim exanimatus ad ædes contendit,&c. Virgil.5.Æneid.7,Hæc vbi dicta,petunt portus.

Vbi ſemel.Cic.pro Rabir.Poſth.12. Vbi ſemel quis peieraueri,ei credi poſtea,etiam ſi per plures deos iuret,non oportet.

¶Vbi primùm,Statim vt.Plaut.Amphit.4.49,
Principio vt illo aduenimus,vbi primùm terram tetigimus,
Continuò Amphitruo delegit viros primorum principes. Terẽt.Eunucho,4.1.14,Hoc eſt ſigni,vbi primùm poterit, ſe illinc ſubducet ſcio. Cæſar 1.bel.Ciuil.87,Cæſar vbi primùm illuxit, omnes Senatores,&c. Ibidem,lib.3.71,Vbi primùm rurſus adhibito Libone,&c.

¶Vbi,Quando.Terent.Eunucho,5.6.3, Vbi ſatias cœpit fieri, commuto locum. Ibidem,5.9.58,Vbi vis,accede. Ibidem,3.2.11, -vbi vis,dona adſunt tibi
A Phædria. Idem And.5.2.7,Vbi voles,accerſe. Plaut.Capt. 6.93,Vbi erunt inducíæ,illic tuum qui conueniat patrem.
Eſt vbi id iſto modo valeat.Cic.5.Tuſcul.35.

¶Vbivbi,compoſitum,pro Vbicunque.Plaut.Rud.16.6, Vbivbi erit, tamen inueſtigabo, & mecum ad te adducam ſimul. Cic.1.Tuſcul.110,Núc vbivbi ſit animus,certè quidem in te eſt. Terent.And.4.1.1,Iam vbivbi erit,inuentũ tibi curabo. Plaut. Curcul.3.3,Vbivbi eſt,prope me eſt.

Vbivbi gentium.Plaut.Aſin.7.11,Perii ego oppidò,niſi Litanum inuenio iam,vbivbi eſt gentium.

Vbivbi,Statim vt.Plaut.Merc.18.14,Vbivbi erit inuenta, mater redimet.

¶Vbi loci, pro In quo ſtatu.Plaut. Capt.17.5, Propemodum vbi loci tuæ fortunæ ſint,facilè intelligis. Idem Merc.14.26, Nam ſi iſtuc ita eſt ſenecta ætate ſcortari ſenes,
Vbi loci res ſumma noſtra publicat

¶Vbi terrarum,Idem.Plaut.Amphit.4.182,Non ædepol núc vbi terrarum ſim ſcio. Cic.ad Atticum,lib.5.97.4,Etſi mihi nihil erat propoſitum ad ſcribendum,quia quid ageres,vbi terrarum eſſes,ne ſuſpicabar quidem. Eidem,lib.11.109.1,Quòd qui eas diſpenſauit,neque adeſt iſtic,neque vbi terrarum ſit ſcio.

Vbi gẽtium,Idẽ.Plaut.Merc.7.91, Vbinã eſt is homo gentiũ?

¶Vbicunque,Id eſt in quocunque loco.Cic.ad Atticum,lib.3. 67.1,Illud abs te peto,des operam,id quod mihi affirmaſti,vt te ante Calend.Ianuarias,vbicunque erimus,ſiſtas.

Vbicunque ſunt.Cic.7.Ver.145,Omnes hoc loco ciues Romani, & qui adſunt, & vbicunque ſunt, veſtram ſeueritatem deſyderant.

Vbicunq; viſum.Plin.lib.10.ca.4.2,Oua hîc cõſectatur aquilæ auiditate maleficia:at illa ob hoc rapit vbicunque viſum.

Vbicunque opus ſit obſequi.Terent.Heaut.3.3.17.

Vbicunque factum eſt,improbe factum eſt.Cic.5.Verr.187.

Vbicũque gentium.Cic.1.de Nat.deorum,167,Nihil eſt enim virtute amabilius: quam qui adeptus erit, vbicunque erit gentium,à nobis diligetur.

Vbicunque terrarum.Cic.2.Philipp.108, Qui vbicunque terrarum ſunt,ibi eſt omne Reip. præſidium. Horat.2.epiſt.3.7,
-vbicunque locorum Vixitis.

¶Vbinam gentium. Cic.1.in Catil.6, O dii immortales,vbinam gentium ſumus? Seruius in primũ Æneidos, de accentu huius dictionis,& aliis,ſic dicit,Pronũtiationis cauſa contra vſũ Latinum,ſyllabis vltimis,quibus particulæ adiunguntur, accentus attribuitur:vt huiuſce,vbinam.

¶Vbivis. Cic.ad Atticum,lib.14.310.4,Qui mihi videntur vbivis tutius,quàm in Senatu fore.

Nemo eſt quin vbivis, quàm ibi vbi eſt,eſſe malit. Cic. Torquato,libro 6.1.1.

Vbivis gentium.Teren.Hecy.3.1.4,Cui quanto fuerat præſtabilius vbivis gentium agere ætatem.

¶Vbique,pen.prod.In omni loco.vt Vbique terrarum,locorum,gentium.Virg.1.Æneid.111, -grates perſoluere dignas
Non opis eſt noſtræ Dido,nec quicquid vbique eſt
Gentis Dardaniæ.

VBII,Inter Galliæ Belgicæ populos ad Rhenum,Coloniæ Agrippinenſi finitimi ponuntur Plinio lib.4.cap.17.

V C

VCALEGON,penul.corr.nobilis Troianus,qui tempore Troiani belli ob ſenium abſtinebat armis,vt ſcribit Homerus lib.3.Iliad. Inde, vt ſcribit Seruius,Virgilius 2.Æne.63,rem domus ad perſonam tranſtulit,dum ait, -iam proximus ardet
Vcalegon: Sigæa igni freta lata relucent.

VCIA, Ptolemæo lib.2.cap.4: Plinio libro 3.cap.1, Vria, Hiſpaniæ ciuitas.

V D

Udo, vdônis, m.g. Genus veſtimenti: de quo tale eſt epigramma Martialis lib.14.145,Vdones cilicii.
Non hos lana dedit,ſed olentis barba mariti.
Cinyphio poterit planta latere ſinu.

Udus, vda,vdum, quaſi ſudum, à ſudando, dicitur humidum. Virg.3.Georg.78, Nigra ſubeſt vdo tantum cui lingua palato. Plin.lib.24. ca.15.9, Folia epiphoris imponuntur cum polenta, ſuppoſito vdo linteolo. Colum.lib.2.cap.19.1, Nonnunquam etiam quum fœnum cecidimus,imber oppreſſit:quod ſi permanit,inutile eſt vdum mouere.

Vdus aqua. Martialis lib.11.21, Quàm vetus à craſſa calceus vdus aqua.

Vdus oſculis.Mart.lib.8.38,
Sed omne limen conteris ſalutator,
Et mane ſudas vrbis oſculis vdus.

Aleator vdus.Mart.lib.5.135,
Arcana modò raptus è popina
Ædilem rogat vdus aleator,
Saturnalia tranſiere tota.

Campi vdi.Silius lib.8.101.
Capilli vdi.Ouid.5.Metam.88.
Genæ vdæ.Ouid.1.Fast.81.
Humus vda.Horat.3.Carm.ode 2.5.
Luminibus vdis respiciens.Propert.lib.2.eleg.7.2.
Pomaria vda mobilibus riuis.Horat.1.Carm.ode 7.3.
Terra vda viret gramine.Ouid.2.Amor.eleg.6.10.
Ver vdum.Virgil.3.Georg.86.
Via vda.Lucan.lib.3.17.

V E

Ue/disiunctiua coniunctio est, id significãs quod Aut.Cic.Attico,lib.6.21.1,Appius enim ad me ex itinere,bis,térve literas miserat. Eidé ibidem,8,Amici regis duo, tréſve prædinites sunt. Idem 5.Philipp.102,Vtique Caius Pansa,Aulus Hircius consules alter,ambóve cognoscerent.

Quum eã tempestas vetustáſve cõsumpſerit.Cic.1.de Leg.4.

Suaues grauéſve sententiæ.Cic.in Orat.84.

Omnia quæ fiunt futuráve sunt.Cic.2.de Diuinat.28.

Nequid plus minúſve dicat.Cic.pro Flacco,9.

Geminata eleganter postponitur negatiue.Cic.Lentulo,lib.1.9.71, Peto à te vt id à me, néve in hoc reo, néve in aliis requiras. Idem 3.de Orat.94, Componere & struere verba sic, vtnéve asper eorum cõcursus,néve hiulcus sit,sed quodammodo coagmentatus & læuis. Ibidem,95,Id assequemini, si verba extrema cũ consequentibus primis ita iũgetis,vt néve asperè concurrant,néve vastius diducantur. Virgilius 2.Georg.60,

Néve tibi ad solem vergant vineta cadentem,
Néve inter vites corylum sere,néve flagella

Summa pete. De hac particula vide Gellium lib.5.cap.11.

Vecors/vecordis,om.g.Quasi sine corde,qui (vt ait Festus) est mali,turbatique cordis.Cic.1.Tusc.19,Aliis cor ipsum animus videtur,ex quo excordes,vecordes,concordéſq; dicuntur. Liu.4.ab Vrbe,115,Audita vox eius in cõcione stolida & propè vecors.

O vecors & amens.Cic.in Pisonem,15.

Audacia vecors.Liu.8.bel.Pun.118,Ibi quoque trepidatũ parum circa signa est,quum exci furore in vulnera ac ferrum vecordi audacia ruerent.

Furor vecors.Catull.ad Aurelium,15.3.

Iuuenes vecordes.Sene.Thebaid.1.59.

Libelli vecordes.Tacit.lib.1,Protulit libellos vecordes.

Libido vecors.Senec.Troade,4.17.

Mens vecors agitatur furiis.Ouid.in Ibin,69.

Rixam vecordem excitare.Catull.ad Rauidum,38.1.

Vecordissimus,Superlatiuum.Cic.pro Domo sua,109, Itaque istius vecordissimi mentem cura metúque terrebant.

Vecordia, vecordiæ.Terent.And.4.1.1,

Hoccine credibile est,aut memorabile,
Tanta vecordia innata cuiquam vt sit,
Vt malis gaudeant,atque,&c. Sallustius,Igitur color exanguis, fœdi oculi, citus modò, modò tardus incessus, prorsus in facie, vultúque vecordia.

Pulsat te vecordia.Ouid.11.Metam.46,

-quæ te vecordia Theseus
Euryte pulsat ait?

Vectiarius/Vecticularius/Vide **Vectis.**

Vectigal/pen.prod.vectigãlis,pen.prod.n.g. Quod ex vectura penditur.Vnde & à vehendo dicitur, quum ex fundis fruges in vrbem vehuntur.

Vectigal duplex est,publicum & priuatum.Vectigal publicũ, Ex quibus vectigal accipit fiscus. Cic.pro Lege Manil.11,Vectigalia,neruos esse Reipub. semper diximus.

Leuare agrum vectigali.Cic.de Clar.Orat.70,Sp. Torius agrũ publicum vitiosa & inutili lege vectigali leuauit. Claud.3.Paneg.10, -instárque trophæi
Retulit ignotum gelidis vectigal ab oris.

Magna vectigalia.Horat.1.Serm.saty.2.10.

Abrumpere vectigalia,Vide **Abrumpo.**

Augere vectigalia,Vide **Augeo.**

Capere vectigal,Vide **Capio.**

Conseruare vectigal.Cic.pro L.Manil.10,Itaq; neq; ex portu neq; ex decumis, neque ex scriptura vectigal conseruari potest.

Constituere vectigal,Vide **Constituo.**

Equidem iam non egeo vectigalibus,& paruo contentus esse possum.Cic.Attico,lib.11.14.16.

Exercere & Exigere vectigal,Vide paulo pòst,Péndere vectigal. Cice.pro Lege Manilia,1,Quorum magnæ res aguntur, in vestris vectigalibus exercendis occupatæ.

Exigere vectigalia.Cic.Q.fratri lib.1.1.50.

Imponere vectigal.Cic.pro Fonteio,9,Vectigal enim esse impositum fructibus nostris dicitur,& pecuniam permagnam ratione ista cogi potuisse confiteor & inuidiam. Idem 1.de Lege agrar.60,Sicque agro grande vectigal imponitur.

Obsolescere & nitére dicuntur vectigalia,Vide **Obsoleo.**

Péndere vectigal.Cic.pro Lege Manil.10, Quo tandem animo esse existimatis aut eos qui vectigalia vobis pensitant, aut eos qui exercent atque exigũt? Idem ad Q.fratrem,lib.1.1.51, Qui per se pendere vectigal non potuerunt.

Porrigere parua vectigalia.Horat.3.Carm.ode 16.8.

¶Vectigal,Priuatii esse dicitur,quod quisq;sumit ex reditib' & fructibus.Ci.inPara.63.Ex meo tenui vectigali detractis sumptibus cupiditatis. Paulus Iurisc.Cæsæ arúdinis,vel pali cõpendium,si in eodem fundo vectigal esse consueuit,ad fructuarium pertinet. Cic.in Parad.61,Nõ intelligunt homines quàm magnũ vectigal sit parsimonia. Cic.1. Offic.119, Vt bona valetudovoluptati anteponatur,vires celeritati:externorum autem,vt gloria diuitiis, vectigalia vrbana rusticis.Id est,prouẽtus,redit⁹.

Instituere vectigal. Columel.lib.8.cap.1, Nos enim censemus instituere vectigal industrii patrisfamiliàs.

Vectigaliôrum,pro Vectigalium,Genitiuus pluralis.Sueto.in Augusto,cap.vltimo,Quãtum pecuniæ in ærario & fiscis,& vectigaliorũ residuis. Idẽ in Caligula,16,Fructũ omnẽ vectigaliorũ.

Vectigalis,& hoc vectigale,pen.prod. Quod tributum pendit. Sic prouinciæ,agri,& ii qui tributa persoluunt, vectigales dicũtur. Cic.3.Offic.117,Quas ciuitates L.Sylla pecunia accepta Senatusconsulto liberauisset,vt ex rursus vectigales essent. Sic 5.Ver. 67. Sueton.in Cæsare,cap.20, Agrum Campanum ad subsidia Reipub.vectigalem relictum,diuisit extra sortẽ. Salust.in Catil.Et syluas lucósque publicos Romani vectigales habuere.

Vectigalis,& Immunis,contraria.Vide **Immunis.**

Vectigalis & stipendiarius.Linius, Vtrũ Annibal hic sit æmulus itinerum Herculis,vt ipse fert,an vectigalis stipendiariúsque, & seruus Populi Romani à patre relictus.

Liberare vectigales & stipendiarios.Cic.de Prouinc.Conſ.8.

Vectigales equi.Cic.1.Philipp.73,Tum existimauit se suo iure cum Hippia viuere,& equos vectigales Sergio mimo tradere.

Pecunia vectigalis,Quæ ex vectigaliũ reditibus prouenit.Cic. 3.Verr.63,Decem enim naues iussu L.Murenæ,populus Milesius ex pecunia vectigali Populi Romani fecerat.

Prouincia vectigalis.Cic.in Pisonem,69.

Socii vectigales. Cic.3.Offic.65,Melius hi quàm nos,qui piratas immunes,socios vectigales habemus.

Facere vectigales. Cæsar 4.bel.Gall.474,Hos quũ Sueui multis sæpe bellis experti propter amplitudinem grauitatémq; ciuitatis,finibus expellere nó potuissent,tamen vectigales sibi fecerunt,ac multo humiliores infirmioréſque redegerunt.

Vectis/huius vectis,m.ge. Dicitur quòd manibus percutiendo vehatur. Est enim palus è ferro sine ligno grandior,rusticis, & fabris cæmentariis ad multa necessarius. Cæsar 1.bel.Ciuil.43, Saxa quammaximè possunt,vectibus promouent,præcipitátaque muro in musculum deuoluũt. Liu.7.bel.Pun.159,Eã partim vectibus leuant,partim funibus subducunt in tantum altitudinis,vt subiri rectè possent. Cic.1.de Nat.deo.19,Quæ molitio,quæ ferramẽta,qui vectes, quæ machinæ,qui ministri tãti muneris fuerunt? Sic 1.de Diui.91. Horat.3.Carm.ode 16.1,

-hîc hîc ponite lucida
Funalia,& vectes,& arcus
Oppositis foribus minaces.

Demoliri signum,ac vectibus labefactare conantur. Cicero 3. Verr.84.

Vectes(inquit Budæus)baculi sunt validi per mediã machinã traiecti,quibus manu ductis machina dum versatur,funem ductarium aduoluit.Ab his vectibus Vectiarii dicti sunt homines, qui vectes versanda sucula manu ducunt. Hæc autem machina trũ generũ est.Vnũ genus iam dictũ, porrecta scilicet sucula & iacens,duobus tignis incũbens ad parietẽ admotis: qualis etiam passim visitur,quum vina aut dolearia,aut culearia ex hypogeis educuntur. Alterum genus est erectum,suis fulcimentis, & sua veluti basi nixum: quod non ductu brachiorum , vt illud primum versatur,sed ambientibus machinam vectiariis,ac brachiis, & pectore connitentibus. Huiusmodi etiam Parisiis vidimus, qua lapides cædendi è nauigiis extrahebantur. Simia (vt arbitror)à fabris appellatur.A Vitruuio etiam ergata dicta.Tertium genus est etiam erectum , quaternis tignis fibulatis constans.quod genus Parisiis vidimus, quum in ponte sublicio fabri sublicas in aquam magna vi adigerent.Hac enim machina ad tollendam fistucam vtuntur, quæ fistuca identidem sublata demissáque,sublicas in alueum defigit.Hoc autem genus alterno brachiorum ductu,quo modo & illud primum versatur,eodem vestigio vectiariis insistentibus. Vitruuius libro 10, de tra-

ctoriis machinationibus loquent, Quum autem funis habet caput ad ſuculam religatum, & vectes ducẽtes eam verſant, funis inuoluẽdo circum ſuculam extenditur, & ita ſubleuat onera ad altitudinem, & operum collocationes. Idẽ, Vectibus autẽ coacta ſucula verſabitur, erigétque per ſe machinam ſine periculo, ita circa diſpoſitis funibus, aut retinaculis in palis hærẽtibus, ampliori modo machina collocabitur, trochleæ, & ductarii funes, vt ſuprà ſcriptum eſt, expediantur. Hactenus Budæus.

Vectiarius, vectiarii, Qui torcularia premit vectibus. Vitruuius li. 6. cap. 8, Ipſum autem torcular, ſi nõ cochleis torquetur, ſed vectibus & prelo premitur, ne minus longum pedes quadraginta conſtituatur. Ita enim erit vectiario ſpatium expeditum.

Vecticulari° adiect. Vnde Vecticularia vita dicitur eorũ qui vectibus parietes perfodiunt alienos, furãdi gratia. Cato, Vecticularĩ vitã viuere, eſt repẽtè largiter habere, repentè nihil. Feſtus.

VECTIS, Inſula Britannici maris, vt ſcribit Ptolemæus lib. 2. ca. 3. Vagh incolæ vocant, in qua ſunt oppida Calbourt & Newport.

Uecto/vectas, **Uectura**/Vide **Ueho**.

VECTONES, penul. prod. Hiſpaniæ populi, Vacceis & Celtiberis proximi, vt ſcribit Plinius libro 3. cap. 3, Horum meminit Lucanus lib. 4. 2,

Vectonesque leues, profugique à gente vetuſta, &c.

VEDRA, fluuius Britãniæ inſulæ, Ptolemæo li. 2. ca. 3. *Vuere* vulgó.

Uegeo/veges, vegui, vegẽre. Nonius, Veget pro vegetat, vel erigit, vel vegetum eſt. Pomponius, Animos Venus veget voluptatibus. Vſitatius eſt nunc vigere.

Vegetus, vegeta, vegetum, pen. cor. Quod ſanum & incolume eſt: & ad corpus propriè pertinet. Gellius lib. 2, Quid igitur, inquit, dicimus, quòd multos videmus eſſe pecuniæ cupidos, & eoſdem cum corpore eſſe vegeto ac valenti? Suetonius de Cæſare, cap. 45, Nigris, vegetiſque oculis, valetudine proſpera. Cic. ad Atticum, lib. 10. 107. 6, Tu, quoniam quartana cares, & nouum morbum remouiſti, ſed etiam grauedinẽ, te vegetum nobis in Græcia ſiſte, & literarum aliquid interea. Horat. 2. Ser. ſat. 1. 17,

Alter, vbi dicto citius, curata ſopore
Membra dedit, vegetus præſcripta ad munia ſurgit.

Vegeta mens, Viua, integra: apud Ciceronem, lib. 1. Tuſc. 64, Horum igitur aliquid animus eſt, nec tam vegeta mens, aut in corde, cerebróve, aut in Empedocleo ſanguine demerſa iaceat.

Vegetum ingenium. Liu. 6. ab Vrbe, 84, Sed vegetum ingeniũ in viuido pectore vigebat, virebátque integris ſenſibus.

Præbere ſe vegetum & acrem ad aliquid faciendum. Cic. 1. de Diuinat. 109, Vt illa tertia pars rationis & mentis eluceat, & ſe vegetam ad ſomniandum acrémque præbeat: tum ei viſa quietis occurrent tranquilla atque veracia.

Vegetior & vegetiſſimus. Colum. lib. 6. cap. 20, Neq; enim alio diſtat bonus taurus à caſtrato, niſi quòd huic torua facies eſt, vegetior aſpectus, breuiora cornua. Plin. li. 18. cap. 26. 7, Hoc interuallum tẽporis vegetiſſimũ agricolis, maximéq; operoſum eſt.

Veges, vegetis, Idem quod vegetus. Liu. 1. bel. Pun. 157, A tergo Alpes vrgent, vix integris vobis ac vegetibus tranſitæ. Vetus exẽplar habet vigentibus.

Vegeto, vegetas, pen. corr. vegetare, Fortificare, recreare, vegetum facere, cõſeruare, ſeu longo tẽpore ſanũ tueri. Gellius, Memoriæ vegetãdæ gratia. Quod dicimus, bonæ memoriæ faciẽdæ gratia.

Vegetatio, Verbale. Apul. de Aſino aureo, Vt etiam ſatigationem ſedentariam inceſſus vegetatione diſcuterem.

VEGETI, Aſiæ populi, Murrhanis, Cappadocibus, Comagenis, & Armeniis vicini, vt ſcribit Pomponius Mela lib. 1.

VEGETIVS Flauius Renatus, comes Conſtantinopolitanus, ſcripſit ad Valentinianum principem libros quinque. Epitomẽ videlicet inſtitutionum rei militaris, de commentariis Catonis, Auguſti, Traiani, & Hadriani principum, ac Frontini. In primo electionem docet iuniorum, ex quibus locis vel quales milites probandi ſunt, aut quibus armorũ generibus exercitus imbuendi. Secundus veteris militiæ continet morem, ad quem pedeſtris inſtitui poſſit exercitus. Tertius omnium artium genera, quæ terreſtri prælio ſunt neceſſaria, exponit. Quartus vniuerſas machinas, quibus vel oppugnantur ciuitates, vel defenduntur, enarrat, nauáliſque belli præcepta ſubnectit. Ex Raphaelis Volaterrani lib. 11.

Uegrandis/& hoc vegrande. Feſtus, Vegrande ſignificari alii aiunt mẽ grande, vt vecors, veſanus, mali cordis, maléque ſanus. Alii paruum ſiue minutum: vt quũ dicimus vegrande frumentum. Et Plaut. in Ciſtell. Qui niſi iteres, nimium is vegrandi gradu. Hactenus Feſtus. Varro lib. 2. de Re ruſt. ca. 2. 11, Quòd quæ poſtea concipiunt, vegrandes fiunt atque imbecillæ.

Ucha, Via veteribus dicebatur, quòd per eam omnia veherentur. Varro 1. de Re ruſt. cap. 2. 13, A quo ruſtici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas.

Uehemens/pen. cor. vehementis, o. g. Graue, magnum, vrgẽs. Terentius And. 2. 1. 113, -ne hæc quidem
Satis vehemens cauſa ad obiurgandum. Idẽ Heaut. 3. 1. 31, Vehemens in vtranque partem Menedeme es nimis. Stat. 1. Syl. 2. 17, -haud vlli vehementior vnquam
Incubui genitrix, iteratáque vulnera fixi.

Hoc genus & acrimoniam habet in ſe, & vehementiſſimum eſt. Author ad Heren. lib. 4. 194.

Dea vehemens. Catull. ad Licinium, 47. 5,
Eſt vehemens dea, lædere hanc caueto. Coaleſcunt primæ duæ ſyllabæ in vehemens.

Exordium dicendi vehemens & pugnax. Cic. 2. de Orat. 173.

Inflãmari acri & vehemẽti quadã incitatione. Ci. 2. de Ora. 98.

Literæ vehementes, Acres, acerbæ. Cic. 6. Verr. 36, Literæ mittuntur iſti à patre vehementes, ab amicis itẽ, videret quid ageret, de Diodoro quò progrederetur.

Lupus vehemens. Horat. 2. epiſt. 2. 6.

Meru vehementi commota mens. Lucret. lib. 3. 31. Coaleſcunt duæ primæ ſyllabæ in vehementi.

Nimium & vehemens feróque natura. Cic. in Vatinium, 2.

Opera vehemente miniſter. Horat. 1. epiſt. 13. 1.

Oratio vehemens & atrox, cui oratio lenitatis & manſuetudinis opponitur. Cic. 2. de Orat. 110.

Palus vehemens. Colum. lib. 4. cap. 11, Nondum hic annus vehementem palum aut ridicam deſyderat.

Violentia vehemens. Lucret. lib. 3. 98,
-niſi quòd vehemens violentia vini
Conturbare animam conſuecit corpore in ipſo.

Vitis vehemens. Columel. lib. 3. cap. 1, Terræ denſæ dabit vehementem vitem, multáque materia frondentem.

Vſus vehemẽs. Hora. 2. epiſt. 2. 14, -quæ genitor produxerit vſ°
Vehemens, & liquidus, puróque ſimillimus amni. Contrahũtur duæ primæ ſyllabæ breues in vnam longam. Sub agricola.

Vehementia, vehementiæ, Acritudo. Plin. lib. 13. cap. 8. 1, Flore candido cum vehementia odoris.

Vehementer, Aduerb. Acriter, admodum. Cic. 8. Philipp. 145, Vehementer me agere fateor: iracundè, nego. Lucret. lib. 4. 7,
-quod vehementer ad has res Attinet.

Quæ vehementer, acriter, animoſè fiunt. Cic. 4. Tuſcul. 78.

Admirari vehementer. Cic. 4. Acad. 113.

Aduerſari vehementer. Cic. 7. Verr. 140.

Diſplicet vehementiſſime. Cic. 4. Acad. 141.

Dolet vehementer. Terent. Adelph. 4. 5. 48,
Ita velim me promerentem ames dum viuas, mi pater,
Vt me hoc delictum admiſiſſe in me id mihi vehementer dolet.

Excuſare vehementer. Cic. 3. Verr. 71, Me vehementer excuſatum volo, non negligentia mea fore, &c.

Exercere ſe vehementer in aliqua re. Cic. 1. de Orat. 73.

Expectare vehemẽter literas alicuius. Cic. ad Brutũ, lib. 11. 15. 3.

Fefellit vehemẽter. Lentulus ad Senatum, lib. 11. 15. 7, Quæ res nos vehementer fefellit.

Inſanire vehementer. Plaut. Merc. 18. 19.

Inuehi vehementer. Cic. 6. Ver. 7, Sed quid ego tam vehemẽter inuehor?

Minari vehementer. Cic. 4. Ver. 117, Niſi reſtituiſſent ſtatuas, vehementer iis minatur.

Pertinet vehementer ad. Varro 1. de Re ruſt. cap. 55. 4, Quum ad multas res, tum ad agriculturam pertineat vehemẽter, quòd circum arborum radices infundi ſoler, maximé ad oleam.

Repugnare vehementer. Cic. 4. Acad. 83. Idem 5. de Finib. 134, Nam illud vehementer repugnat, eundem eſſe beatum, & multis malis oppreſſum.

Vindicatum ſeuerè ac vehementer. Cic. 7. Ver. 104, Fateor nõ modò in ſocios, ſed etiam in ciues militéſque noſtros perſæpe eſſe ſeuerè ac vehementer vindicatum.

Velim vehementer. Terent. Eunuc. 5. 9. 39, Principio ego vos credere ambos hoc mihi vehementer velim.

Uehes, vel **Uehis**, Vide **Ueho**, vehit.

Uehia, vehiæ, Oſcorum lingua plauſtrum dicitur. Feſtus.

Ueho, vehis, vexi, vectum, vẽhere, Proprie de naui, equo, cæteriſque quadrupedibus & plauſtris dicitur. A vehiare Oſco verbo. Plaut. Moſtell. 9. 81, Vehit clitellas, vehit hic autẽ alter ſenex. Et paulo pòſt. 86, Magni ſunt oneris: quicquid imponas, vehũt. Idem Bacchid. 1. 73, Nam vt è naui vecta es, credo timida es aliquantum ſoror.

Curru vehere aliquem. Ouid. epiſt. 11. 19, Hunc Venus in cælũ curru vexiſſet eburno.

Curru vehere. Cic. 1. Tuſc. 183, Quum enim illam ad ſolemne & ſtatutum ſacrificium curru vehi ius eſſet. Plin. lib. 34. cap. 5. 3, Nõ vetus & bigarum celebratio in his, qui prætura functi cur-

ru vecti essent per circum.

Curru quadrigarum vehi. Cic. 2. de Diuin. 113, Cursor ad Olympia proficisci cogitans, visus est in somnis curru quadrigarum vehi mane ad coniectorem.

In curru vehi. Ouid. 4. Trist. eleg. 2. 10.

Dorso cornipedis vehi. Senec. Hippol. 6. 15.

Equo vehi. Ouid. 3. de Arte, 155, Parua vehatur equo.

Equus in quo vehebar, mecú vnà demersus rursus apparuit. Cic. 1. de Diuinat. 108.

Naui vehimur. Lucret. lib. 4. 78.

Phaselis pictis vehitur circum sua rura. Virgil. 4. Georg. 58.

Amne vehere. Ouid. 2. Metam. 50, Quódque suo Tagus amne vehit.

Vexerat Europen fraterna per æquora taurus. Martial. lib. 1. 16. Cic. 1. de Nat. deor. 105.

Vehunt per maria vasta ratibus. Plin. lib. 12. cap. 19. 2.

Vehere fructus ex agris. Liu. 1. bel. Pun. 250.

Cibum ore vehit formica. Ouid. 1. de Arte, 19.

Carpenta vehebant matres Ausonias. Ouid. 2. Fast. 24.

Ventrem grauem vehere. Ouid. 9. Metamor. 138,

-iámque ferendo

Vexerat illa grauem maturo pondere ventrem.

Sex motibus vehi. Cic. de Vniuers. 55, Ita totú animal mouebatur illud quidem, sed immoderatè & fortuito, vt sex motibus veheretur.

Ætas vehit fortunam. Lucret. lib. 3. 210.

Bella vehere trans pontum. Sene. Thyeste, 1. 9.

¶ Vehitur oratio tanquam in mari, per translationem. Cic. 1. Tuscul. 116, Itaque dubitans, circunspectans, hæsitãs, multa aduersa reuertens, tanquam ratis in mari immenso nostra vehitur oratio.

¶ Pretium vehendi. Ouid. 2. Fast. 13.

Vehens, vehentis, Participium. Cicero de Clar. Orat. 185, Sed in te intuens Brute doleo, cuius in adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis vehentem, transuersa incurrit misera fortuna Reipub. hic me dolor tangit, &c.

Vectus, Aliud participium: vt

Multa per æquora vectus. Catul. ad fratris tumulum, 96. 1.

Diuersa per æquora vecti. Virgil. 1. Æneid. 76.

Apes vectæ liquidum trans æthera. Virgil. 7. Æneid. 13.

Vecto, vectas, vectare, Frequentatiuum. Gellius lib. 16. cap. 19, Dorso super fluctus edito vectauisse. Proper. lib. 3. eleg. 3. 10, Saucia mœrenti corpora vectat aqua.

Corpora vectare carina. Virgil. 6. Æneid. 79.

Humeris vectari. Hora. epod. ad finem, Vectabor humeris túc ego inimicis eques.

Vectábulú, vectábuli, pen. cor. Idem quod vehiculú. Gellius lib. 20. cap. 1, Iumentum quoque non id solum significat quod nũc dicitur, sed vectabulú etiam, quod adiũctis pecoribus trahebatur.

Vectio, Verbale, Ipse vehendi actus. Cic. 1. de Nat. deorum, 116, Efficimus etiam domitu nostro quadrupedum vectiones.

Vector, vectôris, penul. prod. m. g. Qui in aliena naui vel equo vel plaustro vehitur pretio. Quintilianus in Corpore proiecto, In nauim filii mei malè permutatus vector imponor. Liu. 4. bel. Pun. 36, Quilibet nautarum, vectorúmque tranquillo mari gubernare potest: vbi sæua orta tempestas est, &c. Sic Plin. lib. 9. cap. 30. 6. Cicero 7. Philip. 234, Et summi gubernatores in magnis tempestatibus à vectoribus admoneri solent. Virg. eclo. 4. 8, Cedet & ipse mari vector.

Timidi & perterriti vectores. Cic. 3. de Nat. deor. 119, Idémque quum ei nauigãti vectores aduersa tempestate timidi & perterriti dicerent, non iniuria sibi illud accidere, qui illum, &c.

¶ Vector, Qui vehit. Ouid. 1. Fast. 87,

Ecce rudens ranco Sileni vector asellus,

Intempestiuos edidit ore sonos.

Fulminis vector Aquila. Stat. 9. Thebaid. 161.

¶ Vectores, metaphoricè pro Ciuibus. Cic. ad Atticum, lib. 2. 14. 6, Male vehi malo alio gubernante, quàm tam ingratis vectoribus bene gubernare.

Vectarius, Adiect. vt Vectarius equus, Qui vehit, aptúsq; est ad vehendũ. Varro lib. 2. de Re rust. cap. 7. 11, Neque idem, qui vectarios facere vult (scilicet equos) ad ephippium, aut ad prædam, quod vt ad rem militarẽ: quòd ibi ad castra habere volũt acres.

Vectûra, vectúræ, pen. prod. Ipse vehendi actus. Varro de Re rust. lib. 2. cap. 7, Equi quod alii sunt idonei ad rem militarem, alii ad vecturã, alii ad admissuram, &c. Cæsar 3. bel. Ciui. 115, Remiges, arma, tormenta, vecturæ imperabantur. Cic. ad Atticum, lib. 2. 2. 13, Misimus qui pro vectura solueret. Idem 5. Verr. 165, Vecturæ difficultate. Et 3. Verr. 105, Longa difficilique vectura.

Facere vecturam, Vehendo parare sibi lucrum. Quintil. in Pastu cadauerum, Classis nostra vecturam facit, & vicinarum ciuitatum copias introducit.

Vehículum, vehículi, pen. corr. In quo aliquid vehitur. quod cum quatuor rotis Phryges traduntur inuenisse, teste Plinio lib. 7. ca. 56. 8. Cic. 7. Verr. 146, Omnésque dii, qui vehiculis thensarum solennes cœtus ludorum initis, &c. Idem in Pisonem, 48, Nũmus interea mihi Cæsar, neglectis vehiculis triumphalibus domi manet & manebit. Sic ad Atticum, lib. 10. 202. 5, Ego verò vehiculo, si nauis nõ erit, eripiam me ex istorum parricidio.

Camerata vehicula, Vide Camera.

Meritoria vehicula, Vide Mereo.

Anteire vehiculo, Vide Anteeo.

Comparare furtorum vehiculum. Cic. 7. Verr. 48.

Vehes, vehis, vel Vehis, huius vehis, f. g. à vehendo, dicitur quantũ fœni vel stercoris vna vectura in plaustris vel aliis instrumentis ferre possumus: nostrũ vulgus vocat Vne voye. Plin. lib. 36. ca. 15. 9, Amplitudinem cauis eam fecisse proditur, vt vehem fœni largè onustam transmitteret. Colum lib. 11. cap. 2, Satis erit in singula iugera vehes stercoris comportare numero decẽ & octo.

Vehes autem stercoris habet modios octoginta. Idẽ lib. 2. cap. 15, Itémque maiores denas vehes stercoris efficiunt. Sic lib. 11. cap. 2. 10, Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedum x x. hæc erit vehis vna. Pinus autẽ v & x x pedũ æquè ab vno expeditur, quæ & ipsa vehis dicitur.

VEIA, Venefica quædã mulier, cuius meminit Horatius Epod. 5. 6,

Abacta nulla Veia conscientia

Ligonibus duris humum

Exhauriebat ingemens laboribus.

VEIOS, dicimus vrbem in Hetruria, quã Camillus cepit. Hæc insignis fuit bellorum frequẽtia cum Romanis. Vnde quum Nero domum ædificaret amplissimam, ædiri fuerunt illi versus,

Roma domus fiet, Veios migrate Quirites,

Si non & Veios occupat ista domus.

Veteres Veii. Propert. lib. 4. eleg. 11. 6.

Veiens, Veienus, Populus Veiorum. Cic. 1. de Diuinat. 161, Quum lacus Albanus præter modum creuisset, Veientem quendam ad nos hominem nobilem perfugisse, eúmque dixisse, ex fatis quæ Veientes scripta haberent, &c. Et paulo pòst, 161, Quum autem Veientes bello fessi legatos ad Senatum misissent, &c.

Populi Veientum. Silius lib. 7. 8.

Veiens, Adiectiuum: vt Bellum Veiens. Cic. 1. de Diuin. 161, Quid, quod in annalibus habemus, Veienti bello, &c.

Ager Veiens. Cic. pro Rosc. Ame. 27, Certè ad rem nihil interfit vtrum hunc ego comicum adolescentẽ, an aliquem ex agro Veiente nominem.

Arui Veientis emptor. Horat. 2. epist. 1. 34.

Solum Veient. Stat. 4. Syl. 5. 11, Nunc in paternis sedibus, & solo Veiente.

Veientânus, pen. prod. Aliud adiect. vt Vinũ Veientanum. Horat. 1. Serm. saty. 3. 29,

Qui Veientanum festis potare diebus

Campana solitus trulla.

Gemma Veientana. Plin. lib. 37. cap. 10. 41, Veientana Italica gemma est, Veiis reperta, nigram materiam distinguente limite albo. De Veientana gemma scribit & Solinus cap. 8. sub finẽ.

VEIOVIS, pen. cor. veteribus dicebatur deus, cui dempta atque detracta esset iuuandi facultas. Nam quosdam deos vt prodessent, celebrabant: quosdam ne nocerent, placabant. De quibus abundè Gellius lib. 5. ca. 12. Vbi corrigendus est locus in fine capitis. Sic enim legitur in omnibus quos vidimus, codicibus, Arũgus quoque habetur & Rubigus. Vbi Auerruncus legendum est. Cic. 3. de Nat. deor. 85, Quid Veiouis facies: quid Vulcanus?

Veiouem, interpretatur Ouidius paruũ Iouem. Sic enim ait 3. Fastorum, 89,

Iuppiter est iuuenis, iuueniles aspice vultus,

Aspice deinde manus, fulmina nulla tenet. Et paulo pòst,

Nunc vocor ad nomen. vegrandia farra coloni,

Quæ malè creuerunt, velcáque parua vocant.

Vis ea si verbi est, cur non ego Veiouis ædem,

Ædem non magni suspicer esse Iouis?

Vel, cõiunctio plerunque disiunctiua, vt, Vel scribã, vel ad te veniam. Plaut. Mil. 14. 28, Vel adest, vel non. Virg. 1. Æneid. 150,

Quid tantum Oceano properent se tingere soles

Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet.

¶ Vel, copulatiua. vt, Maximè me tibi amicum facit vel virtus vel doctrina tua. Terent. Eunuch. 1. 3. 17,

-hanc tu mihi vel vi, vel clàm, vel precario Fac tradas.

Multorũ vel honori vel periculo seruire. Cic. de Clar. Ora. 131.

Sunt ista quidem vel magna, vel potius maxima. Cicero Q. fratri, lib. 1. 16. 1.

¶ Vel,pro Veluti,inquit Donatus.Terent.Hecyra,1.1.3,
Per pol quàm paucos reperias meretricibus
Fideles euenire amatores,Syra:
Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi,&c. Idem Eunucho,3.1.7. -est istud datum
Profectò,vt grata mihi sint quæ facio omnia.
6.Aduorti hercle animum.7.vel rex semper maximas
Mihi agebat.

¶ Vel,Etiam, interprete Donato. Terent.And.3.2.9, Vel hoc quis non credat,qui norit te,abs te esse ortum? Hîc ironia est, teste Donato. Virgil.11.Æneid.52, Vel Priamo miseranda manus.In his duobus exemplis Budæus VEL pro NAM positum dicit. Idem 8.eclog.14, Carmina vel cælo possunt deducere lunam. Terent.Heaut.4.6.1,
Nulla est tam facilis res,quin difficilis fiet,
Quam inuitus facias.vel me hæc deambulatio
Quàm non laboriosa, ad languorem dedit. Cicero Attico,Vt vel perire maluerit, quàm perdere omnia. Eidem, lib.4.85.1, Occupationum mearum vel hoc signum erit, quòd epistola librarii manu est. Plaut.Epid.14.14,Dum sine me quæras hunc mea causa,vel in medio mari. Cic.2.Verr.28,Videt adhuc post legem tribunitiam vnum Senatorem vel tenuissimum esse dânatum. Idem pro Rosc.Ame.52, Vel illo ipso acerrimo iudice quærête. Terêt.Phor.1.2.91,Vbi ego hinc abîero,vel occidito.

¶ Vel,pro Saltem.Terent.Phor.1.1.71,Postremò si nullo alio pacto,vel fœnore.

¶ Vel etiam.Plaut.Menæh.15.17, -vtere
Vel tu,vel tua vxor,vel etiam in oculos compingite.
Vel hercle.Plaut.Aulul.31.11, -vel hercle enica,
Nunquam hinc feres à me.
Vel maximé.Cic.4.Acad.17,Statuere enim qui sit sapiens,vel maximè videtur esse sapientis. Idem 1.de Orat.17, Hoc vno præstamus vel maximè feris.
Vel minimum.Cic.in Orat.49, Hoc in genere neruorum vel minimum,suauitatis autem est vel plurimum.
Vel mediocris.Cic.1.de Orat.65, Hæc sunt omnia ingenii vel mediocris,exercitationis autem maximæ.
Vel plurimum. Cic.4.Verr.131, Nam quòd in publicanorum causis vel plurimum ætatis meæ versor,&c.
Vel quod. Cice.pro Plancio,6, Vel quod multo etiam minus est ferendum.

¶ Vel,in principio sententiæ positum,pro Nam,indignationi interdum seruiens,à Græcis tractum videtur, qui ἤ eodẽ fermè modo vtuntur.Quare miror quid Quintilianus his verbis libro 9,intelligi voluerit,cap.de figuris,Alia(inquit)commendatio vetustatis,cuius amator vnicè Virgilius fuit,Vel quum se paùidũ contra mea iurgia fingit Artificis scelus,& reliqua: quæ scripta sunt,1,Æneid.5,quasi scilicet simile sit illi, Progeniẽ sed enim Troiano,&c.quum tamen Cicero non semel vsus sit in eo sensu:à quo,vt opinor, Virgilius sumpsit potius quàm ab antiquitate obsoleta retulit. Cic.pro Flacco,35,Vel quod est in eodem decreto scriptũ, homines clarissimos ciuitatis amplissimis vsos honoribus hoc Prætore circunuentos:cur hi neque in iudicio adsunt,neq; in decreto nominãtur? Ac si diceret,Quid impudentius quã hoc dicere?Et rursus,64,Vel quod ait Lucius,L. Flaccũ sibi dare cupisse,vt à fide se abduceret,sestertiũ vicies:& cũ accusas auaritiæ quẽ dicis sestertiũm vicies voluisse perdere? Gellius lib.9.cap.11,Vel illud quale est,quod idem Plinius Democritum scripsisse asseuerat,&c. Terẽt.And.3.1.9,Vel hoc quis non credat,qui te norit,abs te esse ortum?Budæus.

Uelabrum/Uelamen/Uelamentum/Uelarium/Vide **Uelum.**

Uelatus/Vide velo,velas,in **Uelum.**

VELAVNI,inter Alpinas gentes,Plinio cõmemorãtur li.3.ca.20.

Uelco/vélitis,pen.corr.m.g.Miles leuissimè omnium armatus, qui & velatus & ferentarius dicitur.Refert Ælianus ordinẽ pedestrem in militia diuidi solitũ trifariam:in armatos,quæ grauis armatura dicitur: & velites, qui leuissimè omnium armantur,vnde & expediti nuncupantur: nõ enim ocreas aut loricam induunt, sed tantum iaculis & fundis vtuntur. In tertio ordine sunt peltati,à pelta paruo & leuiscuto:hi medii erant inter grauem armaturam & leuem. Liu.6.bel.Pun.19,Et vbi ad coniectum teli ventum est,signo dato velites desiliunt. Ibidẽ,lib.4.153,Ex cæteris nauibus sagittarii,funditoréſque,& velites etiam quorum telum inhabile ad remittendum imperitis est,vix quẽquam sine vulnere cõsistere in muro patiebãtur. Cic.de Claris Oratoribus,147,Hastæ velitibus amentatæ. Oui.in Ibin,10, Vtque petit primo plenum flauentis arenæ,
Nondum calfacti velitis hastæ solum.
Velites,quasi volites dicũtur.Cic.de Rep.Militari more veterum velocissimi, cum scutis leuibus;pedites ad hoc ipsum exercitati,iisdem miscendi, quos expeditos quasi volitantes, volites appellabant. Inde versa litera o in e, velites.Vel ἀπὸ τῆ βάλλειν id est à iaculatione,eo quòd tela tantum missilia secum gerant.

¶ Veles scurra,Cicero appellatus est, id est leuis, & qui nimiũ leniter iocis vteretur.Cic.ad Pætum,lib.9.20.1, Me autem à te, vt scurram velitem,malis oneratum esse,non modestè tuli.

Vélitor,pen.corr.velitâris,velitâri,Digladiari,pugnare.

¶ Velitari,ad verba interdum transfertur,pro Iurgari. Plaut. Menæh.17.20, Nescio quid velitati estis inter vos duos. Gellius lib.6.ca.11,Cum inquinatissimis hominibus non est cõuicio decertandum,neque in maledictis aduersum impudentes & improbos velitandum: quia tantisper similis & compar eorũ fias, dum paria & consimilia dicas,atque audias.

Velitatio,velitatiônis,Verbale,Pugna,digladiatio.Pla.Rud.13.41, Equidem meam velitationem exerceo.
Nam omnia coruſca præ tremore fabulor.
Velitatio,inquit Festus,Est vltro citróque verborum obiectatio,ab exemplo velitaris pugnæ.Plaut.Asin.7.41,Verbis velitationem fieri compendio volo.

Velitâris,& hoc velitâre,pe.prod.Quod ad velites pertinet. Vnde velitaris pugna.Salust.in Iugurtha,Præterea îêre sagittarii &cohors peligna cũ velitaribus armis itineris properandi causa:neq; his secus,atq; aliis armis aduersum tela hostiũ,quòd ea leuia sunt, muniti erant. Liuius 6.bel.Punici,19, Et septena iacula quatérnos longa pedes data, præfixa ferro quale hastis velitaribus inest.

Velitâtim,pen.prod.Aduerbium,Significat per saltus & interualla: quòd velites pugnando, saltibus vtantur.Sisenna lib.1. Hist. Nos vna æstate in Asia & Græcia gesta idcirco continentia literis mandauimus, ne velitatim aut saltuatim scribendo, lectorum animos impediremus.Quidam legunt velicatim,

VELIA, Lucaniæ oppidum in Italia ad mare situm. Inde Vellnus,pen. prod.Adiectiuum.Virgilius 6.Æneid.74,
Iniice(nanque potes)portúsque require Velinos.

VELIATES, populi Ligurix Cisalpini. Plinius libro 3.cap.5.

Uelificum,Vide **Uelum.**

VELINA, regio in Vrbe,Palatino monti coniuncta,in qua Valerii Publicolæ, & Victoriæ, deorúmque penatium ædes erant. Dicta Velina,quòd ibi pastores Palatini vellere lanam sint soliti.vnde Velin' lacus Plinio li.33. ca.1. & Columellæ li.8.ca.16.1.

Uelitaris/Uelitatim/Uelitor/Vide **Uelco.**

VELITRAE,penul.prod.Velitarum,ciuitas Volscorum insignis fuit.Inde Veliternus ager dictus,quẽ Volscis victis Romani ademerunt,vt scribit Liuius lib.7. Inde etiã Veliterni, populi,Velitrarum incolæ dicti,quos commemorat Plinius lib.3.cap.5.Ex ea vrbe gentem Octauiam fuisse testatur Suetonius in Augusto.Refert Dionysius libro 7. pestilentiam adeo Velitras esse depopulatã, vt ex decẽ partibus Veliternorũ vix vna superfuerit.

Uelituolus,Adiectiuum,Vide **Uelum.**

Uella/vellæ,ab antiquis dicebatur pro Villa.vnde
Vellaturam facere,quod Varro declarat his verbis,lib.1.de Re rust.cap.2.13,A quo rustici etiã nunc quoque viã vellam appellant,propter vecturas: & vellã non villam,quò vehunt,& vnde vehunt. Item dicuntur qui vecturis viuunt, vellaturam facere.

Uello/vellis,velli & vulsi,vulsum,véllere,Extirpare: vt Vellere herbas.
Radicitus vellere,vel cum radice. Colum.lib.11.cap.3.36,Reliquis annis non erit decerpendus,sed radicitus vellendus. Plin. lib.11.cap.11.4,Nardum Gallicum cum radice vellitur.
Ex patellis vellere emblemata.Cic.6.Ver.48,Tũ illa ex patellis & thuribulis quæ vellerat,ita scitè in aureis poculis illigabat,&c.
Tondere,radere,& vellere. Suetonius de Cæsare,cap.45,Circa corporis curam morosior,vt non solùm tonderetur diligenter,ac raderetur, sed velleretur etiam. Hoc est pilum sibi ad radicem velli iubere:quod nonnullæ mulierculæ facere solent ne amplius renascatur.

¶ Arbos solo vellitur ruptis radicibus.Virg.3.Æneid.6.
Barbam vellere,Prouerbium est,ait Erasmus, quo summum contemptum,ac ludibrium significamus. Hora.1.Serm.sat.3.17,
-barbam tibi vellunt Lasciui pueri.
Capillos albos à stirpe vellere.Propert.lib.3.eleg.14.7.
Comam vellere.Mar.lib.2.11,Et dextra pectus pulsat,& comã vellit. Idem lib.5.38,
Pectúsque pulsans pariter & comam vellens,
Deflere non te vernulæ pudet mortem?
Herbas vellens dentibus.Ouid.8.Metam.161.
Munimẽta vellere, sepulchra,vallũ,Eruere,proiicere in terrã. Liu.2.ab Vrbe, 106, Iámque ab omni porta munimenta vellebãtur. Idem 6.bel.Pun.68,Aræ,foci,deũm delubra, sepulchra

malorum vulsa,temerata ac violata. Idem 10.ab Vrbe,119,Haberis igitur,inquit,affatim lignorum:redite, & vellite vallum.
Pectora velluntur secreto morsu.Stat.5.Sylu.1.1.
Pisces vellere ex æquore.Ouid.1.Serm.saty.3.47.
Poma vellere manu.Tibull.lib.3.eleg.5.4.
Pontem vellere.Virgil.8.Æneid.130.
Postes vellere à cardine.Virgil.2.Æneid.57.
Signa vellere castris.Virgil.4.Georg.22.
Spicula vellere.Virgil.10.Æneid.278.
Spinas vellere.Cic.4.de Finib.9,Deinde ea quæ requirebant orationem ornatam & grauem,quàm magnificè sunt dicta ab illis quàm splẽdidè de iustitia,de fortitudine,&c. de spinis vellentium vt Stoici,&c.

Vulsus,Participiũ. Vulsa corpora à Quintiliano in Proœmio lib. 8, dicuntur Corpora siquis vulsa (inquit) atque fucata muliebriter comat,fœdissima sunt ipso formæ labore.
Tela vulsa pectore.Lucan.lib.5.46.

Vulsûra,vulsúræ,pen.prod.Ipsa vulsio.Varro 1.de Re rust.cap.11.7,Quam demptam & conglobatam, alii vellera,alii vellumina appellant: ex quorum vocabulo animaduerti licet, prius lanæ vulsuram,quàm tonsuram inuentam.

Véllico,véllicas,pen.corr.vellicare. Frequenter vellere:quod proprie fit quum extremas corporis partes vellimus, & pressando infestamus.Propert.lib.2.eleg.5.2,
Nec mihi tam duris insultes moribus,& te
Vellicet,heu serò flebis amata diu. Plaut.Mostell.10.61,
Vidén' pictum vbi ludificatur cornix volturios duos?
Cornix æstatica volturios duo vicissim vellicat? Quintil.lib.6. cap.1.31,Ex pædagogo se vellicari respondit.De puero flente.
¶ Vellicare,per trãslationem ponitur pro Criminari, mordere,lacerare.Plaut.Merc.7.65,
Contemplent,conspiciant,nutent,nictent,sibilent,vellicent, Vocent,molesti sint. Gellius lib.4.ca.15,In quibus plura inscitè aut malignè vellicant.De Sallustii scriptis. Cicero pro Cornelio Balbo,47. More hominũ inuident,in cõuiuiis rodunt,in circulis vellicant.
Absentem vellicare.Horat.1.Serm.satyra 10.16,
-an crucior,quòd
Vellicet absentem Demetrius?
Beneficium vellicare.Senec.de Benefic.lib.2.cap.18, Nullum est tam plenũ beneficiũ,quod non vellicare malignitas possit.
Vellicare opus alicuius. Varro li.3.de Re rust.ca.16.5,Minimè malefica, quod nullius opus vellicans facit deterius. De apibus.

Vellicâtus, huius vellicátus, pen.prod.Ipse vellicandi actus. Plin. lib.28.cap.6.4,Extremitates corporis vel auriũ vellicatibus perstringi,contra horrores corporis,sanguinémve narium immodicum.Vetustum exemplar omittit hanc dictionẽ vellicatibus.

Vellicâtim,pen.prod.Vide velitatim in **Velco**.

VELLOCASSES, Galliæ Lugdunensis populi Plinio lib.4.ca.18, Lugdunensis(inquit)Gallia habet Lexouios, Vellocasses,Galletos,Venetos,Abrincatuos,Osismios,flumen clarum Ligerim.

Véllus/vélleris,pen.cor.n.g.Lana ex ouibus detonsa.Varro de Re rust.lib.2.cap.11.7,Diligentiores tegeticulis subiectis ones tõdere solent,ne flocci intereant. Dies ad eam rem sumuntur sereni,& iis id faciunt ferè à quarta ad decimam horam:quoniã sole calidiore tonsa, ex sudore eius lana fit mollior & ponderosior,& colore meliore.Quam adẽptam & cõglobatam,alii vellera,alii vellumina appellant: ex quorum vocabulo animaduerti licet,prius lanæ vulsuram,quàm tonsuram inuentam.
Ouis auratæ vellus.Ouid.6.epist.1.
Atrum vellus.Ouid.7.Metam.49.
Ferina vellera.Ouid.11.Metam.1.
Fulua vellera.Ouid.epist.6.5. Intelligit vellus aureum.
Milesia vellera,Vide **MILETVS**.
Stamina facta de nigro vellere.Ouid.4.Trist.eleg.2.13.
Niuea vellera.Virgil.4.Æneid.92.
Peresa vellera lluuie.Virgil.3.Georg.113.
Pullum vellus.Ouid.4.Fast.114.
Splendentia vellera lanæ niueæ.Silius lib.15.140.
¶ Tenuia vellera foliis depectant Seres.Virgil.2.Georg.25.
Infuscare vellera,Vide **Infusco**.
Inquinare vellus murice,Vide **Inquino**.
Mollire vellera.Ouid.6.Metam.5.
Mutare vellera luto,Vide **Muto**.
Stratis velleribus iacebat.Virgil.7.Æneid.19.
¶ Vellera,pro frondibus.Ouid.de nuce,27,
At simul induimus nostris sua vellera ramis,&c.

Velo/velas,Vide **Velum**.

Velox/velôcis, pen.prod.Adiect. Celer:à volando,quasi volox. Plin.lib.8.cap.34.1,Velox saltatu,venatu vigens.
Ferro velox.Stat.3.Thebaid.80.
Iaculo velox.Virgil.11.Æneid.152.
Ad facinus velox.Claud.1.in Ruff.49.
Ad præmia velox.Ouid.1.de Põto,eleg.3.11,Sed piger ad pœnas princeps,ad præmia velox.
¶ Achilles velox,Vide **ACHILLES**.
Æui velocis memor.Senec.Herc.furente,3.3.
Alæ veloces.Claud.1.in Ruffin.45.
Animus velox.Horat.1.epist.2.3.
Annus velox.Stat.5.Thebaid.91.
Cerui veloces.Virgil.5.Æneid.51.
Crura velocia.Ouid.1.Metam.61.
Equi veloces.Ouid.8.Metam.111.
Horæ veloces.Ouid.2.Metam.14.
Iaculum velox.Virgil.3.Georg.106.
Ingenium velox.Ouid.8.Metam.51.
Ingenium velox ac mobile.Quintil.lib.6.cap.4.6.
Membra velocia.Silius lib.17.109.
Oculo veloci percurrere aliquid.Horat.2.Serm.saty.5.11.
Pila velox.Horat.2.Serm.satyr.2.3.
Procella velox.Horat.3.Carm.ode 17.13.
Victoria velox.Horat.1.epist.19.13.
Nihil est annis velocius.Ouid.10.Metam.103.
¶ Velox,pro Velociter.Virgil.5.Æneid.90,
-ille ictum venientem è vertice velox
Præuidit,celerique elapsus corpore cessit.

Velócitas,pen.corr.velocitâtis,Celeritas.Plin.lib.9.ca.8.11,At mugilum nihilominus velocitas transilit. Cic.2.de Fin.180, Quid si in ipso corpore multa voluptati præponenda sunt, vt vires, valetudo,velocitas,pulchritudo? Liu.5.bel.Pun.43,Decẽ millibus peditum atque equitũ,quos in expeditione,velocitate corporum ac lenitate armorũ aptissimos esse ratus est electis, quarta vigilia noctis signa mouit.
Pernicitas & velocitas.Cic.5.Tuscul.64,An dubitas quin præstans valetudine, viribus,forma, acerrimis integerrimisq; sensibus,adde etiam,si libet,pernicitatem,& velocitatem.
Pernix velocitas,Vide **Pernix**.
Velocitas corporis,celeritas appellatur.Cic.4.Tuscul.48.
Videmus alios velocitate ad cursum,alios viribus ad luctandũ valere. Cic.1.Offic.150.
Concertare velocitate nandi,Vide **Concerto**.
Exercitata studio velocitas.Quintil.lib.5.cap.10.86.
Cogitationum velocitas.Plin.lib.7.ca.11.1, Quoniam velocitas cogitationum,animique celeritas,& ingenii varietas multiformes notas imprimit.

Velóciter,pen.corr.Aduerbium,Celeriter.Mart.lib.1.45,Quoque magis mirũ est,velociter exit ab hoste. Ci.de Vniuers.39, Quæ velocissimè mouebãtur,ea celeritate vinci à tardioribus: & quũ superabant,superari videbantur. Ouid.1.de Arte,47, Ille quidẽ pennas velociter excutit vdas.
Auferre aliquid velociter.Ouid.4.Fast.89.
Currere velocius.Ouid.10.Metam.116.
Peruolare in aliquem locum velocius.Cic.in Somnio Scip.31, Sunt autẽ optimæ curæ de salute patriæ,quibus agitatus & exercitatus animus velocius in hãc sedem & domum suam peruolabit.

Velum/veli,Tegmen, à volo volas,nonnulli deriuãt,quòd vela ventis aptata,volitare videantur. Varro à velleribus,quòd ex ouium vellenbus fierent. Plin.lib.11.ca.19.1,Vehunt per maria vasta ratibus,quas neque gubernacula regant,neque remi trahant vel impellant,non vela, non ratio vlla adiuuet.
Tenor veli.Lucan.lib.5.142,
Sed nox sæua modum venti velique tenorem
Eripuit nautis,excussitque ordine puppes.
Carbasina vela,Vide **Carbasus**.
Ferruginea.Lucret.lib.4.15.
Fugacia.Ouid.epist.13.5.
Lutea.Lucret.lib.4.15.
Nautica.Hora.2.Ser.sat.5.11.
Niueis tẽtoria velis.Vir.1.Æn.95.
Nutantia.Lucan.lib.8.10.
Parua.Hora.4.Car.ode 15.1.
Passa,Vide Passus in **Pando**.
Rufa.Lucret.lib.4.25.
Tumida.Hor.2.epi.2.41.
¶ Abeuntia vela prosequi oculis.Ouid.epist.5.11.
Æquare vela,Vide **Æquo**.
Aptare classem velis.Virg.3.Æneid.05.
Arripere tellurem velis.Virg.3.Æneid.96, Ecce tibi Ausoniæ tellus,hanc arripe velis.
Cadunt vela.Virg.3.Æneid.42.
Leuibus velis candentia castra.Valer.1.Argon.90.
Contrahere vela,Vide **Contrabo**.
Turgida vela contrahere.Horat.2.Carm.ode 10.5.

Deducunt vela nautæ.Ouid.3.Metam.133.
Deserta vento vela.Senec.Agamem.6.15.
Dirigere vela in medio freto.Ouid.1.Fast.93.
Dare vela,Ventis se committere & nauigare. Quintil.lib.10. cap.3,Si fuerit flatus,vela danda sunt. Virgil.1.Æneid.18.
Dare vela retrorsum,pro In diuersum mutare sententiam,vitæque institutum.Horat.1.Carm.ode 34.1, -nunc retrorsum
Vela dare,atque iterare cursus
Cogor relictos.Translata metaphora à nauiganubus,qui cursus errorem versis velis corrigunt.
Dabant vela in altum.Virgil.1.Æneid 8.
Dare vela ventis.Virgil.4.Æneid.109.
Læta vela pelago dare.Senec.Troad.4.1.
Vela dare suæ famæ,per translationem. pro Celebrem facere famam suam.Martial.lib.8.70,
Pieriam tenui frontem redimire corona
Contentus,famæ nec dare vela suæ.
Ingenio vela dare.Ouid.3.Fast.158,ad Bacchum,
Mite pater caput hoc,placataque cornua vertas,
Et des ingenio vela secunda meo.
Facere vela,Idē quod vela dare.Cic.7.Verr.70,Princeps Cleomenes in quadriremi Centuripina malum erigi,vela fieri,præcidi anchoras imperauit. Virgil.5.Æneid.57,Vela facit tamen, & plenis subit ostia velis.
Nauis fertur velis ventóque.Lucret.lib.4.181.
Flectere viam velis.Virgil.5.Æneid.6.
Implere vela ventis.Virgil.7.Æneid.5.
Inflata vela secundis Notis.Sene.Agamem.1.7.
Intendere vela ventis secundis.Virgil.3.Æneid.137.
Intendunt vela Zephyri secundi.Virgil.5.Æneid.7.
Intenta vela theatris.Lucret.lib.4.15.
Humida vela legit nauita.Virgil.1.Georg.75. Idē 3.Æn.107.
Ministrare velis.Virgil.6.Æneid.61,Ipse ratem conto subigit, velisque ministrat.
Obducere velum,Vide Obduco.
Obtendere velis rem aliquam. Cice.Q.fratri lib.1.1.21,Multis enim simulationum inuolucris tegitur,& quasi velis quibusdam obtenditur vniuscuiusque natura.
Pandere tota vela.Quintil.lib.6.cap.1.39.
Quærebam igitur vtrum panderem vela orationis statim. Cic.4.Tuscul.15.
Alas velorum pandere.Virgil.3.Æneid.104.
Permittere vela ventis , Quintil. Triphoni,in præfatione,3, Permittamus vela ventis, & oram soluentibus bene precemur. Hoc est,Editionis ancipitem euentum,vtcunque cadet,experiamur.Erasmus.
Æquatis velis procedit classis.Virgil.4.Æneid.118.
Soluere vela.Virgil.4.Æneid.115.
Subducta vela.Silius lib.6.65.
Pleno subit ostia velo.Virgil.1.Æneid.81.
Subnectere totum velum antennis.Ouid.11.Metam.97.
Tendunt vela Noti.Virgil.3.Æneid.54.
Concaua vela tenet ventus.Ouid.epist.6.14.
Trahere vela.Virgil.4.Georg.14, -ni iam sub fine laborum
Vela trahem,& terris festinem aduertere proram.
Aurę vocant vela.Virgil.3.Æneid.71.
¶ Velis equisque,id est Omnibus neruis,omni conatu. Cice. ad Q.fratrem,lib.1.16.3, Sic ego quoniam in isto homine colendo tam indormiui diu,te me hercule sæpe excitante, cursu corrigam tarditatem tum equis tum velis.Vetus exēplar legit tum verò quadrigis. Idē lib.3.Offic.159,Quibus obsoletis floret Epicurus eiusdem ferè adiutor authórque sententiæ. Cum his, velis equisque(vt dicitur)si honestum tui ac retinere sententia est, decertādum est.In his exemplis respexit Cicero ad vtriusque pugnæ genus equestre,ac nauale.Ex Erasmo.
Remis,velisque,Idem cum priore significat.Inde translatum quòd quum nauis simul & remigio,& velo impellitur, summus est nautarum conatus. Cic.lib.3. Tuscul.43, Tetra enim res est, misera,detestabilis,omni cōtentione,velis(vt ita dicam)remisque fugienda. Idem 1.Philipp.6,Tum verò tanta fuit cupiditate incensus ad reditum,vt mihi nulli neque remi,neque venti satisfacerent. Plaut.Asin.5.5,Remigio, velóque,quantumque poteris,festina & fuge.Erasmus.

Velifico,velificas, pen.corr.velificare: vel Velificor,velificāris,velificari,deponens, Vela facere,siue dare vela,& nauigare. Plin. lib.9 cap.33.2, Nauigant ex his veneriæ, præbentésque concauam sibi partē,& alteram auræ opponentes,per summa æquorum velificāt. Idem lib.16.cap.37.5,Nanque iis velificant non in Pado tantum nautici. Idem lib.8.cap.13. Narratur in maritimis Æthiopum quaternos, quinósque inter se cratium modo implexos, erectis capitibus velificātes ad meliora pabula Arabiæ vehi fluctibus. De draconibus. Propert. l.b.4.eleg.10.2, Nauta per vrbanas velificabat aquas.
Velificari honori suo,per translationem. Cic.1. de Lege agr. 17,Quòd siquis vestrum spe ducitur,se posse turbulenta ratione honori velificari suo:primùm me Cōsule id sperare desistat:deinde habeat meipsum sibi documento,quē equestri ortum loco Consulem videt,quæ vitæ via facillimè viros bonos ad honorē, dignitatémque perducat. Hoc est euadere ad summos honores non virtute, & maiorum gloria, sed violenta quadam ratione, vt solet fieri ab iis qui quascunque fortunas experiuntur velis in altum elatis.
Velificari,Vela in altum extendere, quod fugientes & simulantes facere solent : vnde pro simulare & fugere ponitur . nisi quis malit accipere pro fortunam temere experiri,& nullo consilio aliquid facere,quod solent qui vela ventis expandunt.Cælius ad Ciceronem,lib.8.10.8,Quare tibi suadeo, quicunque est istic status rerum,diligenter & cautè perscribas,ne aut velificatus alicui dicaris:aut aliquid,quod referret scire,reticuisse.

Velificatus,pen.prod.Participium.Propert.lib.1.eleg.19.8,
Vna ratis fati nostros portabit amores
Cærula ad infernas velificata rates.

Velificatio,Verbale,Ipse velificandi actus. Cic.ad Lentulum,lib. 1.9.26, Quum verò id possis mutata velificatione assequi,stultū est cum tenere cum periculo cursum,quem cœperis.

Velificus,pen.cor.Adiect.vt Velificus cursus,qui velis fit.Plin.lib. 13.cap.11.4,Noctis dieique velifico nauigii cursu. Idem libro 6. ca.17.8,Complures autem totam ipsius longitudinem x l dierum noctiumque velifico nautum cursu determinauere.

Velifer,pen.corr.Adiect,vt Carina velifera. Ouid.15.Metam.144. Propert.lib.3.eleg.9.7.
Malus velifer.Valer.1.Argon.16.

Velinolus,pen.corr.Adiect.Mare dicitur velinolum,quòd velis volatur.Virg.1.Æneid.46,Despiciēs mare velinolum, terrásq; iacentes. Lucret.lib.5.190. Ouid.4.de Ponto,eleg.5.9.
Rates velinolæ.Ouid.4.de Ponto,eleg.5.9.
Velinolæ naues, Quæ velis volāt,apud Ennium teste Seruio.

Velinolātes naues.Ci.1.de Diui.118. Aduenit, & fera velinolātibus
Nauibu' compleuit manus littora.Ex poeta.

Velo,velas,velare,Tegere,operire. Plin.in Paneg.93, Quare non alia maior imperator Auguste gloria tua, quàm quòd agētibus tibi gratias, nihil velandum est,nihil omittendum.
Amictu croceo velari.Ouid.3.de Arte,36.
Caput velare. Cic.pro Domo sua.95, Tu,tu inquā capite velato,concione aduocata,foculo posito,&c.
Corpora velantur lino.Silius l.b.3.5.
Corpus velat maculoso vellere.Ouid.3.Metam.40.
Corpora pecudum velantur fuluis setis.Virg.3.Georg.77.
Frondē velamus delubra deūm.Virg.2.Æneid.50.
Humeros velare ostro.Virg.7.Æneid.163.
Penna latus velat.Ouid.2.Metam.76.
Tempora velat myrto.Virg.5.Æneid.15.
¶ Adiumētis extrinsecus aliquid velare.Taci.lib.12,Sed Claudius facilitate solita quod vni concesserat,nullis extrinsecus adiumentis velauit.
Scelus scelere velandum est.Senec.Hippol.5.17.
Velare,Ligare.Pomponius, Reste velet gulam. Plaut.Amphit.4.103,Velatis manib' orant, ignoscamus peccatum suum. Id est suppliciter orant.

Velans,Participium.vt Squamæ velantes artus.Ouid.4.Meta.9.

Velātus,pen.prod.Particip.Ornatus,vittatusve. Virg.11.Æne.10, Lámque oratores aderant ex vrbe Latina,
Velati ramis oleæ. Vbi Seruius,Velati,instructi,& ornati:id est in manibus ramos oliuæ tenentes.
Filo velatus.Tibull.lib.1.eleg.5.3.
Molliter velata ostro.Stat.5.Sylu.1.45.
¶ Velatus,Vestitus.Plautus,Muliebri velatus toga.Vnde velati,authore Festo,appellabantur vestiti & inermes, qui exercitū sequebantur, quique in mortuorum militum locum substituebantur. Hi postea mutatis literis velites dicti sunt, qui & ferentarii ab auxilio ferendo.
Pennis nigris velata monedula.Ouid.7.Metam.94.
Antennæ velatæ.Virg.3.Æneid.110.
Capite velato,Tecto & operto. Cic.1.de Nat.deor.14,At verò apud maiores tanta religionis vis fuit, vt quidam imperatores etiam seipsos diis immortalibus,capite velato, verbis certis pro rep.deuouerent. Liu.1.ab Vrbe,76, Augur ad læuam eius capite velato sedem cepit.
Comæ velatæ.Virg.3.Æneid.35.
Tempora velata corona.Ouid.4.de Ponto,eleg.14.11.

¶Corporis velanda,pro Pudẽdis dixit Plinius epist.110.lib.6, Maritus ex diutino morbo circa velanda corporis,viceribus putrescebat.

Velãmen,pen.prod.veláminis,pen.corr.n.g. Res qua aliquid velatur,id est tegitur. Virg.1.Æneid.131,Et circuntextum croceo velamen acantho.

Mollia velamina.Ouid.15.Metam.24.

Fulgentia auro velamina.Ouid.6.Metam.113.

Deripere velamina ex humeris.Ouid.6.Metam.115.

Cærula velamina induitur.Ouid.14.Metam.9.

Ponere velamina,Deponere,exuere.Ouid.1.Fast.34.

Mollia velamina ponere de corpore.Ouid.4.Metam.69.

Scisso velamine retegit vultus.Lucan.lib.8.130.

Velamentum,velamẽti,Idem.Liu.4.bel.Pun.139, Ramos oleæ ac velamenta alia supplicum porrigentes orare,vt reciperent sese. Idem, Oratores ad Romanos cum infulis & velamentis miserunt. Ouid.11.Meta.56,Velamẽta manu prætendens supplice.

Velamenta & infulæ.Tacit.lib.19, Mox velamenta & infulas pro muris ostentant.

Celsus tunicas testiculos ambientes velamenta testiculorum vocat,& tunicas viceru & tuberculorum.Budæus.

Velarium, velarii. Velaria dicebantur vela quibus theatra tegebantur. Stat.lib.1.Syl.6.2,Iam velaria linteæ pluebant. Sic legit Calepinus:vbi nunc legimus, Iam bellaria adorea pluebãt.

Velaria,Loca abdita quæ velis clauduntur. Iuuenalis Saty.4. 23, -sic pugnas Cilicis laudabat,& ictus,

Et pægma,& pueros inde ad velaria raptos.

Velâbrũ,velâbri,pen.prod.à velo,velas,Locus Romæ in quo vela obtendebantur,sub quibus olearii & alii venditabant. Plautus Capt.8.19,Quasi in Velabro olearii. Cic.Ornato.15.11,In eóque sum maiorum exemplum secutus qui hunc honorem mulieri Laurentiæ tribuerunt, cuius voi pontifices ad aram in Velabro facere soletis. Propert. lib.4.eleg.10.1, Qua Velabra suo stagnabant flumine. Horat.2.Serm.Saty.3.46,

Cum scurris fartor, cum Velabro omne macellum
Mane domum veniant.

Velabrensis,Adiectiuum.Mart.lib.11.46,

Altera non deerunt tenui versata famillæ,
Vel Velabrensi massa recocta foco.

Velut,véluti,pen.corr. aduerbia similitudinis, imaginem & similitudinem quandã alicuius rei innuunt, subiunctiuisque verbi s v m iunguntur,& ferè si præsens præcedit,præterito imperfecto.vt,Incedis veluti rex esses.Aliorum verò verborum potentialibus pon̄.vt Incedis veluti rex incederet.Et, Facis veluti vir probus faceret.Cic.2.de Nat.deorum,184. Bestiæ quæ gignũtur in terra veluti crocodili. Idem 2.de finib.184, Non elogia monumentorum id significant, velut hoc ad portam. Idem ad Q. fratrem,lib.3.17.18,Ideò multa coniecta sunt,aliud alio tẽpore:velut hoc,T.Annius,&c. Liuius 1.ab Vrbe,113,Morã suã hesternam velut deorum quadam prouidentia illatam ait Tarquinius,saluti sibi atque illis fuisse. Plinius lib.37.cap.11.3, Physei appellant,velut ipsius naturæ admirationẽ in iis vendicantes. Quintil.lib.8.cap.3.de similitudinibus, Et illud Ciceronis in Clodiũ,quo ex iudicio,velut ex incendio,nudus effugit. Horatius de Arte,96, -certè furit,ac velut vrsus

Obiectos caueæ valuit si frangere clathros. Idem 1.Carm.ode 11.19, Crescit occulto velut arbor æuo

Fama Marcelli. Sic 2.Ser.sat.3.20, -hoc veluti virtute paratũ

Speranit magnæ laudi fore.

Conatũ Clodii refutabo velut hesterno die.Ci.de Arusp.resp.6.

Velut,& ita.Colu.lib.3.ca.9.5, Nos quoque pari ratione velut Olympicarum equarum,ita fortissimarum aminearum vitium seminibus electis largæ vindemiæ spem capiamus.

Vena/venæ, Conceptaculum sanguinis missi confusique cum spiritu naturali,in qua plus sanguinis,minus spiritꝰ.Dicta quòd per eam sanguis veniat. Plin.lib. 11.cap.37.84, Vbi sunt nerui, interiores conducunt membra, superiores reuocant. Inter hos latent arteriæ, id.est spiritus semitæ.His innatãt venæ,id est sanguinis rini. Cic.1.de Nat.deor.108,Sanguis per venas in omne corpus diffunditur,& spiritus per arterias.

¶Vena pro Arteria. Celsus libro 3.cap.6, Venis enim credimus fallacissimæ rei: quia sæpe istæ leniores,celeriorésve sũt,& ætate,& sexu,& corporum natura.Et plerunque satis sano corpore si stomachus infirmus est,nonnunquam etiam incipiente febre,subeunt & quiescunt,vt imbecillus is videri possit,cui facilè adhuc grauis instat accessio.Contrà,sæpe eas concitat,& resoluit sol,& balneum,&c.Paulò post, Vt quum primùm medicus venit,solicitudo ægri dubitantis quomodo ille se habere videatur,eas moueat. Ouid.10.Meta.58, -saliunt tentatæ pollice venæ. Cic.de Fato,14,Sicui venæ sic mouentur,is habet febrim,&c. & is febrem non habet. Celsus, Periculosissimum tum est si venæ quæque ibi vehementer agitantur.

Pulsus venarum.Tacit.lib.5,Et per speciem officii manũ complexus,pulsum venarum attigit. Plinius lib.2.cap.97.7, Quoniam & in corpore,extrema pulsum venarũ,id est spiritus magis sentiunt.

¶Caua vena, Vide **Cauus**.

Trepidæ venæ.Ouid.6.Metam.78,

Detectique patent nerui,trepidæque sine vlla
Pelle micant venæ.

Vacuæ venæ.Hora.2.Ser.sat.4.6, -vacuis committere venis

Nil nisi lene decet.

Vitales venæ.Lucret.lib.2.113.

¶Abrumpere venas, Vide **Abrumpo**.

Abscindere venas, Vide **Abscindo**.

Astringit hiantes venas calor.Virg.1.Georg.19.

Calentes venæ fibrarum.Lucan.lib.1.117.

Concidere venæ dicuntur,quando deficiunt vires. Celsus lib. 3.cap.5,Si protinus venæ conciderũt,& sæpius eodem die,si inter plures accessiones,subinde vis corpori deest.

Sanguis detractus venis.Lucret.lib.3.90.

Exoluere venas.Tacit.li.16, At Mella(quæ tum promptissima mortis via)exoluit venas.

Ferire venam,est apud Celsum li.2.cap.10,pro eo quod Græci dicunt φλεβοτομῶν,id est venam secare.

Ferire venam inter ima pedis.Virg.3.Georg.92.

Imbuta vena veneno, Cicero 2.de Diuinat.151,

Cui viperino morsu venæ viscerum
Veneno imbutæ,tetros cruciatus cient.

Incidere venam, quod medici *phlebotomari* dicunt. Cic. de Arusp.resp.31,Quẽ ille propter pecuniam quã ab eo extorquere non poterat, in vincula coniecit:& medicũ intromisit suum, qui legato,socio,amico,libero fœdissimè & crudelissimè venas incideret,secures suas cruentari scelere noluit. Idem in Pisonem,66, Quem ne maiorum quidem more supplicio affecistis: quum miser ille securib⁹ hospitis sui ceruices subiicere gestiret, sed & medico quem tecum eduxeras,imperasti vt venas hominis incideret.

Libido tetra inflauit venas.Horat.1.Serm.Saty.2.7.

Inflatus venas Iaccho.Virg.eclog.6.3,

Silenum pueri somnovidere iacentem
Inflatum hesterno venas,vt semper,Iaccho.

Intercidere venas, Vide **Intercido** pen.prod.

Hiatus tenues venarum laxat cruor.Stat.10.Thebaid.106.

Marcent venæ.Lucan.lib.4.57.

Micant venæ, Vide **Mico**.

Mouentur venæ inæqualibus intervallis.Celsus libro 3.cap.6, Non protinus antè sub calore, motúque febrem fese concipere,sed ita, si summa quoque arida inæqualiter cutis est, si calor & in fróte est & imis præcordiis oritur, si spiritus ex naribus cũ feruore prorumpit,si color,aut rubore,aut palore nouo mutatus est, si oculi graues, aut persicci, aut subhumidi sunt,si sudor quum fit,inæqualis est,si venæ nõ æquis intervallis mouentur.

Nigrescunt sanguine venæ.Ouid.3.de Arte,100.

Pallent amisso sanguine venæ.Ouid.2.Metam.165.

Pertundere venam.Iuuen.Saty.6.5, -ô medici mediam pertundite venam.

Reficere venas cadentes vino. Seneca de Benefic. lib.3. cap. 9, Quid venas cadentes,vino refecisse, & medicum adduxisse morienti?

Reuulsæ venæ.Sene.Œdip.11.13, -& lacerum caput

Largum reuulsis sanguinem venis vomit.

Saliens vena sanguine.Virg.3.Georg.92.

Tangere venas alicui.Persius Saty.3.11.

Plenis tumuerunt guttura venis.Ouid.3.Metam.15.

¶Periculum inclusum in venis & visceribus alicuius. Cic.1.in Catilinam,23.

¶Venæ arborum. Plinius lib.16.cap.38.3,In quarundam arborum carnibus pulpæ,venæque sunt.Discrimen earum facile. Venæ latiores, candidioresque,pulpæ fissilibus insunt. Ideò fit, vt aure ad caput trabis quãlibet prælongæ admota,ictus ab altero capite vel graphi sentiatur,penetrãte rectis meatib⁹ sono: vnde deprehenditur an torta sit materies,nodisque concisa.

¶Venæ marmoris: vt Picturata lucẽtia marmora vena.Statius 1.Syl.3.8.

Silicum venæ.Ouid.1.Amor.eleg.11.1.

Silicis venis abstrusus ignis.Virg.1.Georg.17.

¶Venæ,per trãslationẽ in terra dicũtur subterranei meatus, per quos vnda manat,aut alius liquor.Hirtius 4.bel.Alexand.11, Omnia enim littora naturaliter aquæ dulcis habere venas.

Vena perit ſecundæ aquæ. Ouid. 3. Triſt. eleg. 7. 4.

Venæ auri & argenti. Cic. 2. de Nat. deorum, 143, Adde etiam reconditas auri argentique venas, infinitámque vim marmoris. Ibidem, 117, Nos æris, argenti, auri venas penitus abditas inuenimus, & ad vſum aptas, & ad ornatum decoras.

Argenti auríque venas ſequi. Lucret. lib. 6. 163.

Secundæ venæ argentum. Iuue. Saty. 9. 4,

Accipimus tenue argentum, venæque ſecundæ.

¶ Vena, pro Ingenio hominis ad aliquid ſcribendũ apto. Iuuen. Satyr. 7. 6. Sed vatem egregiũ cui non ſit publica vena, &c. Hoc eſt ingenium vulgare, & rude, commune cũ aliis.

Vena & ingenium. Horat. de Arte, 83,

-ego nec ſtudium ſine diuite vena,
Nec rude quid poſſit video ingenium.

Benigna vena ingenii. Horat. 2. Carm. ode 18. 2.

Tenuis & anguſta ingenii vena. Quintil. lib. 6. cap. 2. 3.

Venas cuiuſque generis hominũ tenere, quod aliàs dicimus, vniuſcuiuſque naturam pernoſcere & ingenii. Cic. 1. de Orat. 113. Acuto homine nobis opus eſt, & natura, vſúq; callido, qui ſagaciter perueſtiget quid ſui ciues, iique homines, quibus aliqd dicendo perſuadere velit, cogitent, ſentiãt, opinentur, expectẽt. Teneat oportet venas cuiuſque generis, ætatis, ordinis, & eorũ apud quos aliqd aget, aut erit acturus, mẽtes ſenſúſq; deguſter.

Peioris venæ æuum, Id eſt ſeculum ferreum. Ouid. 1. Meta. 26,

Protinus irrupit venæ peioris in æuum
Omne nefas, fugere pudor, verúmque, fidéſque.

Venóſus, penul. prod. Adiectiuum, Quod venas permultas habet. Plin. lib. 15. cap. 10. 5, Folia ei plantaginis, niſi anguſtiora eſſent, & magis laciniоſa, conuexáque in terram, aliàs etiã venoſa ſimiliter. Idem lib. 20. cap. 8. 4, Satiuum autem ſerin, quod eſt minus, & venoſius.

Venoſus liber, pro Aſpero, duro, & horrido. Perſius Satyr. 1. 8,

Eſt nunc, Briſei quem venoſus liber Acci.

Venabulum/ venábuli, pen. cor. Telum venationi aptũ, aclei longiſſimæ, apud nos cornibus hinc & inde extantibus. Martialis lib. 14. 31,

Si deiecta geres longo venabula roſtro,

Hic breuis in grandem cominus ibit aprũ. Virg. 4. Æn. 16,

Retia rara plagæ, & lato venabula ferro. Plinius lib. 7. cap. 56. 11, Piſcum venabula inueniſſe dicunt.

Cornea venabula lato ferro. Ouid. epiſt. 4. 17.

Splendida venabula. Ouid. 8. Metam. 84, Splendidáque aduerſos venabula condit in armos.

Infigere ſagittarũ venabula prætereuntibus, Vide **Infigo**,

Intrant vrſos venabula, Vide **Intro**.

Subeunt latum venabula pectus. Lucan. lib. 1. 43.

Tranſuerberari venabulo. Cic. Mario, lib. 7. 1. 11, Sed quæ poteſt homini eſſe polito delectatio, quum aut homo imbecillus à valentiſſima beſtia laniatur, aut præclara beſtia venabulo trãſuerberatur?

VENAFRVM, pen. prod. ciuitas Campaniæ oleis abundans. Author Plinius lib. 3. cap. 5. & Acron grammaticus apud Horatiũ, 2. Carm. ode 6. 3,

Ille terrarum mihi præter omnes
Angulus ridet, vbi non Hymetto
Mella decedunt, viridique certat Bacca Venafro.

Venafrânus, pen. prod. adiectiuum: vt

Agri Venafrani. Horat. 3. Carm. ode 5. 10.

Oliua Venafrana. Horat. 2. Serm. Saty. 4. 14.

Venalis & hoc venale. Vide **Veneo**.

VENARIA, inſula eſt in mari Tuſco, vt ſcribit Plinius lib. 3. ca. 6.

Venaticus, Venatus, Vide **Venor**.

Vendico, véndicas, pen. corr. vendicare, A venum fit, quaſi cõueniens ſibi dicere, & quod vulgò dicitur, *ſibi appropriare*: Hoc eſt ſibi proprium facere & aſſumere. Plin. epiſt. 47. b, Quam curam etiam ſi non mandaſſes, vendicaſſem. Id eſt, vltro ſuſcepiſſem. Idem epiſt. 77. 2, Hæredes ſcribæ ſibi, præfecti ærario, populóque vendicabant. Id eſt, proprium faciebant. Quintil. lib. 7. cap. 2, Petit ruſticus partem bonorum, orator totum ſibi vendicat. Cic. 1. Off. 54, Non nobis ſolùm nati ſumus, ortúſque noſtri partem patria vendicat, partem amici.

Aliquid pro ſuo vendicare. Curtius lib. 10, Apparebátque id modò pro ſuo vendicaturum, quod approbaſſet euentus.

Sibi aſſumere & vẽdicare. Cic. 1. Offic. 4, Quoniam in eo ſtudio ætatem conſumpſi, ſi id mihi aſſumo, videor id meo iure quodammodo vendicare.

Dicere ſuum, Vendicare ſuũ, vel Confirmare ſuum eſſe: idem ſignificãt. Cic. pro Archia, 14, Homerum Colophonii ciuem eſſe dicunt ſuum, Chii ſuum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnæi verò ſuum eſſe confirmant.

Arua vendicare. Ouid. 1. de Ponto, Eleg. 4. 11,

Quocunque aſpicies, campi cultore carentes,
Vaſtáque, quæ nemo vendicet, arua iacent.

Cæterarum rerum partem aliquam ſibi quiſque vẽdicat. Cic. in Orat. 34.

Laudem alicuius rei ſibi vendicare, Ouid. 4. de Põto, eleg. 1. 7.

Vendicare ſibi cognomẽ. Plin. lib. 13. ca. 19. 1, Sed circa Carthaginem punicum malum cognomẽ ſibi vendicat. Vetus exemplar habet cognomine.

Nomen aliquid ſibi vendicare. Quintil. in proœm. lib. 1. 12.

¶ Vendicare à. Cic. pro Sylla, 19, Sed me neque honoris, neque ætatis excuſatio vendicat à labore. Hoc eſt liberare, aſſerere. Curtius lib. 4, Ante omnia mare à piraticis claſſibus vendicare iuſſus, quippe obnoxium prædonibus erat. Ibidem, ſed multo pòſt, Vendicate ab vltimo dedecore nomen gentémque Perſarum. Et ſine præpoſitione, apud eundem lib. 9, Itaque famẽ duntaxat vendicatus exercitus, tãdem in Gedroſiæ fines perducitur. Sed in his locis non ab re contenderit quis legẽdum vindicare per tertiam vocalem.

Exiſtimationi hominum ſe vendicare. Cic. 5. Verr. 113.

Vendo, vẽdis, vẽndidi, vẽnditum pen. corr. vendere, Ex venum & do compoſitum. Cic. pro Quintio, 9, Eum non ita commodè poſſe eo tempore quæ proſcripſiſſet, vendere.

Malè vendere, aut rectè, contraria. Cic. 5. Verr. 195, Si hubertas in percipiendis fructibus fuit, conſequitur vilitas in vendendis: vt aut malè vendendum intelligas, ſi proceſſit: aut malè perceptos fructus, ſi rectè licet vendere.

Quàm optimè vendere. Cic. 3. offic. 67, Cætera ſine inſidiis agere, & quoniam vendat, velle quàm optimè vendere.

Merces ſuas vendere. Ouid. 5. Faſt. 134.

Prædia vendere. Horat. 1. Serm. ſaty. 7. 11.

¶ Beneficia vendere. Cic. ad Aciliũ, lib. 3. 37. 2, Quúmque propter quoſdam ſordidos homines, qui Cæſaris beneficia vendebant, tabulã in qua nomina ciuitate donatorum inciſa eſſent, reuelli iuſſiſſet.

Suffragia vendere. Iuuen. Saty. 10. 8.

¶ Cum ablatiuo cõſtruitur, ſi pretiũ exprimatur. Plaut. Trin. 14. 48, Talento inimicum mihi emi, amicum vendidi. Idem Merc. Viginti minis opinor me poſſe illam vendere.

Patriam vendidit auro. Virg. 6. Æneid. 115.

Quanto pretio vendidiſti, dicimus: non, quanti pretii.

Vendere pretio. Cic. 7. Verr. 48, Habetis vnius ciuitatis firmũ auxilium, amiſſum, ac venditum pretio.

Grãdi pecunia vendere. Cic. pro P. Seſtio, 47, Fanúmque ſanctiſſimarũ atque antiquiſſimarum religionũ, venditũ pecunia grãdi, Brogitaro impuro homini, atque indigno illa religione.

Magno vendidit, dixit Varro, quum ait, Vendiderunt propter penuriam magno. Cic. 5. Verr. 35, Quæro ſi ipſe excogitare nõ poterat quemadmodum plurimo venderet. Ibidem, 104, Cur igitur Metello non ita magno vendidiſti?

Aliquid quamplurimo vendere. Cic. 3. Offic. 66.

Cum genitiuis tanti, quanti, pluris, & minoris. Cicero 3. Offic. 67, Vendo meum non pluris quàm cæteri, forſaſſe etiam minoris, quum maior eſt copia.

Pluris aliquid vendere. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 6.

Vẽnditor, pen. corr. venditõris, Verbale. Cic. 3. Offic. 67, Vt nequid omnino, quod venditor nolit, emptor ignoret. Idem in Top. 54, Feci quod ſæpe liberales venditores ſolent, vt quum ædes, fúdúmve vendiderint, &c.

Mercatores prouinciarũ ac venditores noſtræ dignitatis. Cic. Poſt red. in Senatu, 8.

Venditio, Verbale, Ipſe vendendi actus. Cicero pro Roſcio Amer. 64, Oſtendit, ſi ſublata ſit venditio bonorum, illum pecuniam grandem amiſſurum.

Proſcriptiones venditionéſque fieri. Cic. pro Roſc. Amer. 75.

Aſcribere aliquid in venditione capitis cuiuſpiam. Cic. in Piſonem, 68, Nonne ſeſtertiũm centies & octogies, quod, quaſi varii nomine, in venditione mei capitis aſcripſeras?

Vẽndito, vẽnditas, pen. corr. venditãre, Frequentatiuum, Venale habere, inquit Budæus. Plaut. Curcul. 9. 11, Ibi ſunt homines qui ipſi ſeſe venditant. Plin. lib. 22. ca. 22. 14, Hæc eſt quã Ariſtophanes Euripidi poetæ obiicit ioculariter: matrem eius, ne olus quidem legitimum venditaſſe, ſed ſcandicem. Plin. iunior epiſt. 24, Tranquillus cõtubernalis meus vult emere agellum, quem venditare amicus tuus dicitur. Cic. ad Atticum, lib. 1. 9. 11, Tuſculanum venditat, vt ſi poſſit, emat Pacilianam domum. Idẽ 4. Verr. 94, Iſtius omnia decreta, imperia, literas perinſimè & callidiſſimè venditabat.

Aſſe venditare aliquid. Catull. ad Vibennium, 31. 2.

¶ Venditare, Oſtentare. tracta ab inſtitoribus metaphora, qui

merces ſuas oſtentare præcupidè ſolent. vnde Venditare ſe alicui, Eſt per aſſentationem, operam ſuam vltro ſpondere, quaſique venalem oſtentare, vt ait Budæus. Cic. ad Atticũ, lib. 8. 169. 2, Non me igitur is ducit, ſed ſermo hominum qui ad me à Philotimo ſcribitur. is enim me ab optimatibus ait conſcindi. Quibus optimatibus, di boni, qui nunc quomodo occurrunt? quòmodo autem ſe venditant Cæſari? Id eſt, ſeſe in clientelam Cæſari dedunt, & in eius partes adiungunt. Quintil. lib. 12, Summouendum verò eſt (inquit) vtrũque ambitus genus, vel potentibus contrà humiles venditandi operam ſuam, vel illud etiam iactantius, minores vtique contra dignitatem attollendi. Cic. pro Sylla, 21, Non intelligebat ea, quæ clarè diceret, ita illos audituros quibus ſe vẽditabat, vt vos quoque audiretis, qui id nõ probabatis. Liu. 3. ab vrbe, 143, In foro volitare, per illos ſe plebi venditare: donec collegæ quoque, &c.

Ingeniũ venditare, & memoriã oſtentare. Author ad Herennium, lib. 2. 86.

Venditatio, venditatiõnis, Verbale, Oſtentationem ſignificat. Cic. de Amicitia, 71, Quanquam à multis ipſa virtus contemnitur, & venditatio quædam atque oſtentatio eſſe dicitur. Idem 1. Tuſc. 108, Quinetiam mihi quidem laudabiliora vidẽtur omnia quæ ſine venditatione & ſine populo teſte fiunt. Sic Plinius lib. 19. cap. 1. 24, Oſtẽtatio artis, & portentoſa ſcientiæ vẽditatio manifeſta eſt.

Venditarius, adiectiuum, Qui vendere ſolet. Plaut. Sticho, 4. 123,

Neque aliud quicquam niſi quod hoc habeo pallium,
Præter vnam linguam quoque etiam venditariam.

Vendax, vendãcis, pen. prod. om. g. Qui facilè ſeu libenter vendit. Cato de Re ruſt. cap. 2. 4, Patremfamiliãs vẽdacem & non emacem eſſe oportet.

Vendibilis & hoc vendibile, pen. correp. Quod facilè vendi poteſt. Cic. 2. de lege Agra. 46, Accedent ſubicta ad Minturnas, adiũgetur etiam illa via vendibilis Herculanea, multarum deliciarum, & magnæ pecuniæ. Idem 3. Verr. 74, Docet hominem quid poſſit fieri: illi bona res, huic vendibilis videbatur. Columella lib. 7. cap. 6. 7, Dum poſſit eſſe vendibilis.

Fundus vendibilis. Horat. 1. epiſt. 18. 10.

Puella vendibilis. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 2.

¶ Vendibilis, Vulgaris, & vulgo gratus. Cic. de Amic. 79, Tamẽ illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis defendentibus facilè vincebat. Id eſt, fauorẽ populi captantem. Idẽ de claris Orat. 90, Horũ ætati propè coniũctus L. Gellius, nõ tam vendibilis orator, quàm vt neſcires quid ei deeſſet.

Venenum, venẽni, pen. prod. Dictum quòd citò per venas eat, ſiue ſalubre, ſiue noxium, quod Græci φάρμακον dicunt: nam & medicamenta etiam venena ſunt. Caius de verb. ſignifi. Qui venenum dicit, adiicere debet vtrum malum, an bonum: nam & medicamenta venena ſunt: quia eo nomine omne continetur, quod adhibitum, eius naturam cui adhibitum eſt, mutat. Quin id quod nos venenum appellamus, Græci φάρμακον dicũt: apud illos quoque tam medicamenta, quàm quæ nocent, hoc nomine continentur. Vnde adiectione alterius nominis diſtinctio fit.

Celeritas veneni. Cic. pro Cælio, 47, Ex hac igitur domo progreſſa iſta mulier, de veneni celeritate dicere audebit?

Ferax venenorum Iberia. Horat. epod. 5. 5.

Indicia & veſtigia veneni. Cic. pro Cluent. 21, Omnia præterea quæ ſolent eſſe indicia & veſtigia veneni, in illius mortui corpore fuerunt.

¶ Acre venenum. Lucret. lib. 4. 119.

Atrum venenum, Vide **Ater** adiectiuum.

Blandum venenum deſidiæ. Silius lib. 3. 117.

Ceruarium venenum, Vide **Ceruus**.

Crudele venenum noſtræ vitæ. Catull. ad Rufum, 71. 1.

Dira venena. Horat. epod. 5. 14.

Gelida venena. Valer. 6. Argon. 18.

Leue venenum. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 1, Sed ita lenibus vti videbãtur venenis, vt poſſe viderentur ſine dolore interire.

Nigrum venenum. Virg. 4. Æneid. 103.

Piceum venenum. Ouid. 2. Metam. 161,

Inſpirátque nocens virus, piceúmque per oſſa
Diffipat, & medio ſpargit pulmone venenum.

Portentifica venena. Ouid. 14. Metam. 11.

Somnifera venena. Ouid. 9. Metam. 139.

Torpens venenum. Lucan. lib. 9. 170.

¶ Adfuſum vulneri venenum. Tacit. lib. 2, Seu Panſam venenum vulneri adfuſum, ſiue milites Hirtiũ, & machinator doli Cæſar abſtulerat.

Agere venena membris, E mẽbris expellere. Virg. 1. Georg. 16.

Ardente veneno coquitur cruor. Ouid. 9. Metam. 35.

Cæco veneno correptus, Occulta peſte. Lucret. lib. 6. 165.

Deprehendere venenum. Cic. pro Cluentio, 14, Quum manifeſto venenum deprehendiſſet, quod vir matris Oppianicus ei paraſſet, &c.

Facere malum venenum. Cicero pro Cluẽtio, 119, Qui venenum malum fecit, fecerit.

Imprimere venenum dicitur ſerpens. Vide **Impremo**.

Inficere veneno pocula. Vide **Inficio**.

Infundere alicui venenum. Cic. 11. Philipp. 198, At hic nuper ſororis filio infudit venenum, non dedit.

Inſpirant venenum morſibus. Virg. 4. Georg. 48. de apibus.

Interimi veneno. Vide **Interimo**.

Lædere ſumma humili veneno, Obloqui principibus. Stat. 1. Thebaidos, 31.

Impia ſub dulci melle venena latent. Ouid. 2. Amor. eleg. 8. 21.

Lecta venena Ponto. Virg. Eclog. 8. 19.

Necare veneno. Cic. pro Cluent. 135, Oppianicum veneno necatum eſſe, quod ei datũ ſit in pane per M. Aſellium. Ibidẽ, 11, Eo denique veneno C. Oppianicũ fratrẽ necauit. Vide **Neco**.

Occidere aliquem veneno. Cic. pro Roſc. Amer. 61.

Occiſus veneno. Quintil. lib. 6. cap. 1. 14, Occiſus eſt, vtrum ferro, an igne, an veneno, vno vulnere, an pluribus.

Parare venenum alicui. Cicero de claris Orat. 151. Et pro Cælio, 30, Venenum quod eiuſdem Clodiæ necandæ cauſſa paraſſe Cælium criminantur. Quintil. lib. 5. cap. 13. 14.

Polluere ora veneno. Marr. lib. 1. 74,

Nec tamen obſcuro pia polluit ora veneno,
Aut torſit lenta triſtia fata fame.

Præbere venenũ. Cic. 1. Tuſcul. 154, Veréque ei qui venenum præbuerat, mortem eſt eam auguratus quæ breui cõſecuta eſt.

Prætincta humus valido veneno. Ouid. 7. Metam. 16.

Spargere venena. Cic. 2. in Catil. 41, Hi pueri tam lepidi ac delicati, &c. ſicas vibrare, & ſpargere venena didicerunt.

Suffuſa lingua eſt veneno. Ouid. 2. Metam. 156.

Dolos veneni timere. Catull. ad Furium, 20. 1.

Tincta libido feruenti veneno. Perſ. ſaty. 5. 4.

Tollere aliquem veneno. Cic. pro Cluen. 131, Obiectum eſt C. Vibium Capacem ab hoc A. Cluentio veneno eſſe ſublatum.

Corpus tumet omne veneno. Ouid. 3. Metam. 7.

¶ Venenum, pro arte malefica. Cic. in Orat. 71, Quum ſibi venenis ereptam memoriam diceret. Hoc eſt magica arte, vel alia malefica. Budæus.

¶ Venenum, pro Colore. Virgil. 2. Georg. 93, Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno. Seruius.

Venenarius, Qui venenum parat, aut conficit. Suetonius in Nerone, ca. 33, Iiritannicum, &c. veneno aggreſſus eſt. Quod acceptum à quadam Locuſta venenariorum indice, quum opinione tardius cederet, &c. Apule. Qui venenarium accuſat, ſcrupuloſius cibatur: qui furem arguit, ſua cuſtodit.

Venéficus, venẽfici, m. g. & venẽfica, venẽficæ, pen. corr. Qui vel quæ venenum conficit, & qui incantationibus & cæteris malis artibus vtitur. Cic. 1. in Catil. 30, Quis tota Italia veneficus? Idẽ 3. Offic. 95, Neque enim de ſicariis, veneficis, teſtamentariis, &c. Idem 13. Philipp. 363, Nimirum rectè veneficum appellas à quo tibi præſentem peſtem vides comparatam.

Veneficum audes appellare eum verum qui tuis veneficiis remedia inuenit? Cic. 13. Philip. 363.

Barbara venefica. Ouid. epiſt. 6. 4.

Venẽficus, pen. corr. Adiectiuum: vt Veneficus aſpectus, Veneno inficiens. Plin. lib. 18. cap. 3. 1, Hominum monſtrificas naturas & & veneficos aſpectus, plenius diximus in portentis gentium.

Veneficium, veneficii, Ipſe venendi actus. Plinius, Hæc arbor ante atrium ſata, omnibus veneficiis remedio eſt. Cic. pro Cluentio, 1, Altera tantummodo conſuetudinis cauſſa timidè & diffidenter attingere rationẽ veneficii criminum. Idem de Clar. Orat. 115, l'dq; veneficiis & cantionibus Ticiniæ factum eſſe dicebat. Ouid. 1. de Remed. amor. 51, Iſta veneficii vetus eſt via.

Damnatus veneficii. Tacit. lib. 11, Diligitur artifex talium, vocabulo Locuſta, nuper veneficii damnata.

Venẽnifer, pen. corr. Adiectiuum. Ouid. 3. Metamorph. 17, Iámque venenifero ſanguis manare palato Cœperat.

Venẽno, venẽnas, pen. prod. venenãre, Veneno inficere. Lucr. lib. 6. 165, Vt ſpatium cæli quadam de parte venenet.

Venenãtus, pen. prod. Participium: ſiue Nomen ex Participio: vt

Anguis venenatus. Ouid. in Ibin, 97.

Caro venenata. Cic. 2. de Nat. deorum, 129.

Colubris venenatis vallata Hydra. Lucret. lib. 5. 6.

Ioco venenato miſta littera. Ouid. 2. Triſt. 113.

Morſus venenatus. Plin. lib. 8. cap. 58. 3, In Italia muribus araneis venenatus eſt morſus.

Munera venenata. Cic. 13. Philip. 373, Quoniã vos aſſentatio-

nibus,& venenatis muneribus veniſtis.

Pabulum venenatum.Plinius lib.8.cap.17.5.

Sagitta venenata.Cic.1.de Nat.deo.189, Capras autē in Creta feras quum eſſent confixæ venenatis ſagittis,&c.

Sanies venenata.Colum.lib.7.cap.5.11.

Spiritus venenatus. Author ad Heren.lib.4.119, Iſte quotidie per forum medium,tanquam ſubatus draco ſerpit,dentibus aduncis,aſpectu rabido,ſpiritu venenato,&c.

Telum venenatum.Cic.pro Quintio,5,Et ſiqua in re,id quod parati ſunt facere,falſum crimē, quaſi venenatum aliquod telū fecerint,medicinæ faciendæ locus non erit.

Vipera venenata ac peſtifera.Cic.de Aruſp.Reſp.47.

Virga venenata.Ouid.14.Metam.83.

Veneo/venis,veniui,& ſæpius vēnii per ſyncopen, venum, venire,Vēdi.Componitur ex Venum,& eo is,teſte Diomede. Alii Væneo per æ diphthongum ſcribunt.Quod venditur, in nominatiuo ponitur:& is à quo venditur, in ablatiuo cum præpoſitione:& pretium in ablatiuo ſine præpoſitione. Cic.pro Roſcio Amerino,74,Primùm hoc videamus, eius hominis bona qua ratione venierunt,aut quomodo venire potuerunt. Idē 5.Ver. 75,At Ameſtratinos homines tenues , quum eorum decumas med.D C C C.vendidiſſes, Banobali Venerio(cognoſcite nomina publicanorum)cogis eos plus lucri addere, quàm quanti venierant, quum magno veniſſent. Idem de Aruſpicū reſponſis,1, Atque ei ſeſe, cui totus venierat, etiam vobis inſpectātibus venditaret. Varro, Veneunt propter penuriam magno. Plautus Menæch. Quibus hīc pretiis porci veneunt. Cic.4.de finib.38, Negaret eſſe in malis,capi,venire, interfici, patriam amitteret Idem ad Atticum,li.1.17, Et is quem putabant magiſtrum fore ſi bona venirent,L.Pontius. Idem ad Terentiam,lib.14.6.1. Horat.1.Serm.ſaty.5.18,

-venit viliſſima rerum
Hīc aqua. Ibidem,libro 1.ſatyra 1.6, -quia veneat auro
Rara auis. Claud.1.in Eutrop.41,
Non pudet (heu ſuperi) populos veniſſe ſub haſta Vendentis.

Si ex edicto poſſedisti,quæro cur bona non venierint. Cicero pro Quintio,49.

Malo compilari,quàm venire.Cic.1.de Orat.149.

Veniit ei olea.Cato,cap.144.1, Oleam cogito rectè omnē arbitratu domini,aut quem cuſtodem fecerit,aut cui olea venierit.Oleam ne ſtringito,&c.

Venire quamplurimo.Cicero ad Marium,lib.7.2.1,Sed homo acutus ei mandaſti potiſſimū cui expediret illud venire quamplurimo.

¶Veneor,Paſſiuum antiqui protulerunt.Plautus,apud Diomedem,Egone illi veneor?

¶Venum ire,& Venū ibit dicimus pro Vendi.Saluſtius in Iugurtha,Quippe cui omnia venum ire,in animo hæſerat. Liuius 3.ab Vrbe,131,Tum legem etiam fecerunt, ſanciēdo vt qui Tribuniplebis,ædilibus,iudicibus,decemuiris nociſſet,eius caput Ioui ſacrum eſſet:familia ad ædem Cereris,Liberi,Liberæque venum iret. Claud.1.in Eutrop.8,
Omnes pœnituit pretii,venúmque redibat,
Dum vendi patuit.

Dari venum,Vendi.Claud.1.in Ruff.36,
Ilicet ambitio naſci,diſcedere rectum,
Venum cuncta dari.

Venâlis & hoc venāle,pen.pro. Quod vendendum eſt,vel venditioni expoſitum.Cic.lib.3.Offic.75,Venales quidē ſe honos non habere dixit. Plin.lib.6.cap.21.8,Fluminis vlteriore ripa merces poſitas iuxta venalia tolli ab his,ſi placet permutatio.De Taprobanes inſulæ incolis.

¶Venalis,Sordidus,auarus,qui pecuniæ gratia ſeipſum vendit.Saluſt.in bello Iugurth.O vrbem venalem, & citò periturā. Dictum Iugurthæ de Roma.

¶Venalis, Qui vel pecuniæ vel obſonii gratia aliquid facit, aut aliquò it.Mart.lib.5.105,
Quum vocor ad cœnam,non tam venalis vt antè,
Cur mihi non eadem quæ tibi cœna datur?
Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino,
Sumitur inciſo mytilus ore mihi.

Venalis aſcriptor. Qui pretio emitur, & pecunia comparatur. Cic.pro Domo ſua,39, Denique ille nouitius Ligur, venalis aſcriptor & ſubſcriptor tuus,quū M.Papirii ſui fratris teſtamēto eſſet & iudicio improbat⁹, mortē eius ſe velle perſequi dixit.

Amicæ venales ad munus.Propert.lib.2.eleg.17.5.

Animæ venales. Silius lib.15.99,
Hinc noua complerunt haud tardo milite caſtra
Venales animæ.

Campus venalis.Lucan.lib.1.36.

Dextram venalem in prælia adferre.Silius lib.5.39.

Eloquium venale.Stat.4.Syl.5.10.

Habere fidem venalem.Cic.5.Verr.111.

Proponere fidem venalem.Cic.4.Verr.55.

Iura venalia auro.Propert.lib.3.eleg.13.11.

Lingua venalis.Lucan.lib.1.54, Audax venali comitatur Curio lingua.

Otium non gemmis,neque purpura venale,nec auro.Horat. 2.Carm.ode 16.2.

Pueri venales.Cic.pro Quintio,11,Quum veniſſent ad Vada Volaterrana quæ nominātur,videt perfamiliarem Næuii, qui ex Gallia pueros venales iſti adducebat.

¶Venales, Si nihil addas, ſerui nouitii intelliguntur, qui ad vendendum ſunt expoſiti.Seruorum enim alii nouitii ſunt,alii veteratores.Quintil.lib.8.cap.2.

Venalitius, Adiectiuum, Idem. Plinius libro 35.cap. 18.1, Aliōſque deinceps,quos enumerare iam non eſt, è ſanguine Quiritium, & proſcriptionum licentia ditatos.Hoc eſt,inſigne venalitiis gregibus,opprobriúmque inſolentis fortunæ.Id eſt vendi tis ſeruis. Pomponius iuriſcon.lib.24.Digeſt. Quòd ſi familiā domeſticam vxoris, aut venalitiam parauit.

¶Venalitiū,Corpus ipſum,vel venditio,vel locus vbi nouitii venduntur.Venuleius De edilitio edicto,L.vltima,Nam quicūque ex venalitio nouitiorum emptus alicui miniſterio præpoſitus ſit,ſtatim eum è veteratorum numero eſſe.

Venalitius,venalitii,m.g.Venditor.Cic.in Orat.137,Neque me diuitiæ mouent,quibus omnes Aphricanos & Lælios multi venalitii,mercatoréſque ſuperarunt. Plin.lib.11.cap.26.1,Radix eſt bulbacea,mangonicis venalitiis pulchrè nota.

Venalitiarius,venalitiarii,m.g. apud Varronem & Plinium dicitur mango,& nouitiorū ſeruorū negotiator. Africanus,Mercis appellatione homines non contineri Mela ait: & ob eā rem mangones,non mercatores,ſed venalitiarios appellari ait. Vlpianus lib.21.Digeſt.Quia ergo venalitiarii ſciunt facilè decurri ad nouorum emptionem, idcirco interpolāt veteratores,& pro nouitiis vendunt.

Veneror/pen.corr.venerāris,venerāri, à venia & orando compoſitum eſſe videtur,quaſi veniam orare,hoc eſt colere. Plaut. Rud.6.19,Eſt deus,veneror, vt nos ex hac ærumna eximat miſeras. Cic.6.Verr.84,Quod in precibus & gratulationibus nō ſolum id venerari,verū etiam oſculari ſolent. Idē 1.Tuſcul.76, Eiuſque inuentori & principi gratias exultantes agunt, eúmq; venerantur vt deū. Liu.1.ab Vrbe,18.Solenne allatum ex Arcadia inſtituiſſe,vt nudi iuuenes Lycæum Pana venerantes, per luxum atque laſciuiam currerent.

Colere,precari,venerari.Cic.1.de Nat.deorum,161.

Laudibus gratiiſque aliquem venerari.Tacit.lib.11.

Deos venerari.Virg.1.Georg.68.

Deos auguſtè omnes,fāſtéq; veneramur.Cl.3.de Na.deo.71.

Lapidem è ſepulchro venerari.Cic.pro Plancio,77.

Memoriam alicuius venerari.Tacit.in vita Agricolæ.

Numina magna venerari.Virg.3.Æneid.139.

Pacem veneramur amantes.Propert.lib.3.eleg.5.1.

Templa venerari.Virg.3.Æneid.17.

Vénerans,pen.corr. Participium: vt Suppliciter venerans aram. Virg.11.Æneid.45.

Carmina venerantia aliquem.Ouid.1.Triſt.16.

Venerandus,Aliud participium. Cic.1.de Lege agrar.91, Non eos in deorum immortalium numero,venerandos à nobis & colēdos putatis? Virg.9.Æneid.56,
Te verò,mea quem ſpatiis propioribus ætas
Inſequitur venerande puer,iam pectore toto
Accipio. Martialis lib.1.66,
Inde ſacro veneranda petes palatia cliuo,

Plurima quā ſummi fulget imago ducis.

Amicus venerandus.Horat.1.epiſt.19.15.

Cani venerandi.Sene.Herc.furente,13.13.

Dux venerandus.Ouid.1.Faſt.113.

Effigies veneranda.Valer.5.Argon.41.

Sacra veneranda.Silius lib.7.77.

Vox veneranda.Lucan.lib.1.107.

Venerâtus,pen.prod. Nomen ex participio pro venerabili ponitur.Virg.3.Æneid.91,Curſúſque dabit venerata ſecundos.

Ceres venerata.Horat.2.Serm.ſaty.2.25.

Veneratio,Verbale,Ipſe venerandi actus. Cic.1.de Nat. deorū,65, Nam & præſtans deorum natura hominum pietate coleretur, quum & æterna eſſet & beatiſſima:habet enim venerationem iuſtam quicquid excellit. Plin.lib.8.ca.1.2,Religio quoque ſyderum,ſoliſque ac lunæ veneratio.

Venerâtor,penult. prod.Aliud verbale. Ouid.2.de Ponto,eleg.2.1,

Ille domus veſtræ primis venerator ab annis.

Venerábilis,& hoc venerábile,pe.cor. Qui cultu & veneratione dignus eſt. Plin.in epiſt. Vir grauis,& ipſa ſenectute venerabilis. Idé epiſt.177.2,Reuerere conditores deos,numina deorũ,reuerere gloriam veterem,& hanc ipſam ſenectutem,quæ in homine venerabilis,in vrbibus ſacra eſt. Idem de Viris illuſt.12,Anguis è ſedibus eius elapſus venerabilis,non horribilis. Liu.1.ab Vrbe,18,Venerabilis vir miraculo literarum,rei nouæ inter rudes artium homines.

Decus venerabile.Lucan.lib.8.119.

Diues venerabilior lare.Horat.1.Serm.ſat.5.3.

Exemplum venerabile morum.Ouid.ad Liuiam,3.

Ius venerabile.Stat.5.Sylu.1.13.

Moles venerabilis.Mart.lib.1.2,

Hîc vbi conſpicui venerabilis amphitheatri
Erigitur moles,ſtagna Neronis erant.

Nomen venerabile amicitiæ.Ouid.1.Triſt.eleg.7.3.

Templum venerabile.Ouid.2.de Remed.31.

Venerabundus,Adiectiuum,Venerans.Liuius 5.ab Vrbe,103,Nâque delecti ex omni exercitu iuuenes,purè lautis corporibus,cándida veſte,quibus deportanda Romam regina Iuno aſſignata erat,venerabundi templum iniere. Ibidem,lib.1.68,Quũ perfuſus horrore,venerabundúſque aſtitiſſem,petens precibus vt contrà intueri fas eſſet,Abi,nuntia,inquit,Romanis,&c. Curtius lib.8,Itaque more Perſarum Macedonas venerabundos ipſum ſalutare proſternentes humi corpora.

VENERIS portus,Galliæ inter Pyrenæi promontoria oppidum. Author Pomponius Mela,lib.2.Strabo Aphrodiſiũ nominat, Veneris templum Ptolemæus.

VENETI,pen.corr.Galliæ Lugdunenſis populi,author Plinius, lib.4.cap.18.Sunt & Veneti,Italiæ populi,Troiana ſtirpe orti,vt author eſt Cato:quorum regio Venetia dicitur, Adriatico mari appoſita,& omnis ora circum ſinum maris, poſt Iſtriam vſque ad oſtia Padi. Tradit Liuius 1. ab Vrbe,1, Antenorẽ cũ multitudine Henetũm,qui ſeditione ex Paphlagonia pulſi, & ſedes & ducem,rege Pylemene ad Troiam amiſſo,quærebãt: veniſſe in intimum maris Adriatici ſinum: Euganeiſque qui inter mare alpéſque incolebant,pulſis,Henetos Troianoſque eas tenuiſſe terras, & in quem primùm egreſſi ſunt locũ, Troia vocatur: pagóque inde Troia nomen eſt,gens vniuerſa Veneti appellati.Hactenus Liuius. Alii à Gallis eiuſdem appellationis originem traxiſſe dixerunt. Fuerunt enim Veneti populi inter Celtas littora Oceani Gallici incolentes, quos Cæſar nauali prælio ſuperauit. In hac regione ſunt vrbes illuſtres,Verona, Vincentia,Patauium,& Venetiæ ciuitas,& Virunus placida & amœna.

Venetiæ,Venetiarum, ciuitas inſignis, quam Veneti inhabitant: quæ anno à natali Chriſtiano quinquageſimoquarto ſupra quadringenteſimum condita fuit,quo anno Attila rex Hunnorum Aquileiam euertit.

Venetiæ etiam alia ciuitas in noſtra Gallia, nempe in ea parte quæ à Britonibus incolitur,de qua Cæſar in ſuis commentariis multa:eſt autem maritima. Vannes vulgò dicitur.

Vénetus,poſſeſſiuum,penul.cor.quod è Venetiis eſt: vt Veneti ciues. Propert.li.1. eleg.11.7, Quantum Hipanis Veneto diſſidet Eridano.

Venetus color,(vt ait Vegetius)cæruleus dicitur, qui color eſt marinis fluctibus ſimilis. Scribit Lampridius Heliogabalum comediſſe piſces coctos conditura veneta:quaſi in marina aqua cum colore ſuo. A quo colore aurigarum factio,Veneta nominatur. Et qui eo colore induebãtur,Venetiani dicebãtur. Vegetius libro 4.de Re militari ſcribit nautas veſte veneta eſſe induendos,& vela nauium exploratoriarũ colore veneto eſſe tingenda.Hic color etiam thalaſſicus,id eſt marinus dicitur. Græci enim θάλασσαν mare appellant. Idem à colore ferri,ferrugineus dicitur.

Veneta factio.Sueton.in Vitellio,cap.14.

Uenia/veniæ,Remiſſio culpæ, & cõdonatio erroris,inquit Valla.Quintil.in Gladiatore,Peccaui,veniam peto.

Venia,Beneficium,indulgentia,permiſſio.Plinius de Viris illuſt.11.Quum Porſena rex vrbẽ obſideret, Mutius Scæuola Cordus vir Romanæ conſtantiæ, Senatum adiit, & veniam tranſfugiendi petiit, necem regis repromittens. Virgilius 1.Æneid. 105,Orantes veniam,& templum clamore petebãt Cicero pro Archia,2,Quæſo à vobis,vt in hac cauſa mihi detis hanc veniã. Id eſt indulgeatis, concedatiſque mihi hoc , ſi fortè peccauero. Nam apud hunc vix vnquam indulgẽtia reperitur. Terentius And.5.3.30,Da veniam. P. ſine te hoc exorẽ.Hæc duo pro vtroque poſuit,id eſt da veniam: ſine vt hoc, etiam ſi improbũ ſit, abs te impetrem. Et Cum venia tua dixero: hoc eſt, Siquid erro,tamen cum pace tua, & (vt iſti loquuntur) cum licentia tua dixero.Hactenus Valla lib.4.

Exilii venia.Tacit.lib.11.

Facilior venia. Quint.in Proœm.lib.12,Sed qua ego ex cauſa faciliorem mihi veniam meæ deprecationis arbitrabar fore, hac accendebantur illi magis.

Impetrabilis venia. Tacit.lib.20, Scribuntur ad Treuiros epiſtolæ nomine Galliarũ,vt abſtinerent armis impetrabili venia.

¶ Accipere veniam pro aliquo,Vide **Accipio.**

Audire cum bona venia. Cic.pro Roſc.Amer.6, Quapropter vos oro,atque obſecro Iudices,vt attentè, bonáque cum venia verba mea audiatis. Liuius, Cum bona venia quæſo audiatis Patres conſcripti,id quod eloquar.

Bona venia me audies. Cic.1.de Nat.deor.81, Vt moleſtè ferem tantum ingenium(bona venia me audies)in tam leues,ne dicam in tam ineptas ſententias incidiſſe.

Carere venia.Horat.de Arte,71,

Vt ſcriptor ſi peccat idem librarius vſque,
Quamuis eſt monitus,venia caret.

Concedere veniam alicui.Lucan.lib.3.148.

Bona venia dixerim,Vide **Bonus.**

Dare veniam alicui.Cic.pro Lege Manilia,4,Veruntamen illis imperatoribus laus eſt tribuenda,quod egerunt:venia danda quod reliquerunt. Idem 1.de Inuent.114, Voluntario maleficio veniam dari non oportere. Idé 8.Philipp.155,Cæteris autem,ſi errorem ſuum depoſuerint, &c.veniam & impunitatem dandam puto.Virgil.4.Georg.107.

Veniam ad vos, ſi mihi ſenatus det veniam . Author ad Herennium lib.4.165.

Qui tuliſſent acerbius veniam illi dari.Cic.Ampio,lib.6.11.7.

Dare veniam homini impudẽter petenti.Cic.Att.lib.5.110.15.

Dici alicuius veniam dare, Vide **Do** das.

Dare veniam ſcriptis,Vide **Do** das.

Dare veniam in aliquem. Tacit.lib.11, Et Brigantes quidem pauci,qui arma cœptabant, interfectis,in reliquos data venia, reſedere.

Dare veniam excuſationis. Cic.1.de Orat.108, Vix vt mihi tenuis quædam venia daretur excuſationis,quòd.&c.

Da nobis hanc veniam vt. Cic.1.de Ora.13,Sed cum.&c.dabis hanc veniam mi frater vt opinor,&c.vt eorũ quibus,&c. Ibidẽ,49,Date nobis hanc veniam,vt ea,quæ ſentitis de omni genere dicendi, ſubtiliter proſequamini.

Dare veniam ad ignoſcẽdum.Cic.in Piſonem,79,Cui non apud Senatum,non apud vllum ordinem,&c.non in Italia maximorum ſcelerum venia vlla ad ignoſcendum dari poſſit.

Datur etiam venia concinnitati ſententiarum.Cic.in Ora.11.

Dare veniam culpæ.Ouid.epiſt.7.21.

Dare neceſſitati veniam.Cic.1.Offic.81.

Expetere bona venia,Vide **Bonus.**

Expoſcere veniam dicendi.Tacit.lib.11, Veniam dicendi ante alios expoſcit.

Habere veniam, pro Ignoſcere,apud Quintilianũ lib.11.ca.1, Nos inſtitutionem profeſſi , non ſolùm ſcientibus iſta, ſed etiam diſcentibus tradimus,ideóque paulo pluribus verbis debet haberi venia.

Impetrare veniam culpæ vel erati.Cic.pro Ligario,1,Quum à te non ſolum liberationem culpæ,ſed errati veniam impetrauiſſent. Vide **Impetro.**

Impetrare veniam pro aliquo.Tacit.lib.11,Veniam exilii pro Anneo Seneca,ſimul prætoram impetrat.

Inuenire veniam ſupplicii,Vide **Inuenio.**

Legere cum venia,Attentè, & diligenter. Quintil.lib.10.cap. 1,Habent tamen alii quoque Comici,ſi cũ venia legantur,quædam quæ poſſis decerpere.

Minuere veniam.Quintil.lib.6.ca.3.51,Eleuandi ratio eſt duplex,vt aut veniam quis,aut iactantiam minuat .

Negare veniam alicui.Ouid.10.Metam.8.

Orare veniam.Virg.4.Æneid.88.

Petere veniã. Cic.7.Verr.108, Hæc ſi tibi tuus parens diceret, poſſes ab eo veniam petere: poſſes, vt tibi ignoſceret, poſtulare: Quintil.lib.6.cap.1.13. Horat.de Arte,3.

Petere veniam in præteritum.Tacit.lib.11,Is veniam in præteritum petens , quòd ei cis Vectium Plancium diſſimulauiſſet,&c.nec nunc adulteria obiecturum ait.

Si mihi veniam quam peto,dederit,vtar illius concẽſione: ſin minus,impetrabo aliquid à meipſo.Cic. Attico,lib.9.188.1.

Ab Ioue pacem ac veniam peto, precórque ab eo vt,&c. Cic. pro Rabirio perduel.reo.3.

Fatetur aliquis ſe peccaſſe,& eius delicti veniã petit:nefarium eſt facinus ignoſcere.Cic.pro Murena,57.

Poſcere deos veniam.Virg.4.Æneid.10.

Precari veniam. Seneca Medea, 8.4.

Rogare veniam. Ouid. 6. Metam. 7.

Venia sit. Plinius libro 12. cap. 1. 4, Quapropter hæc vel bello quæsisse venia sit. Sed quis nō iure miretur, arborē vmbræ gratia tantum ex alieno petitam orbe?

Venia sit dicto. Plin. epist. 101. p. lib. 5, Mei quoque nusquam salubrius degunt: vsque adhuc certe neminem ex iis, quos eduxeram mecum (venia sit dicto) ibi amisi.

Tribuere veniam, Vide **Tribuo.**

Veniale, Venia dignū. Macrob. Si venialis erit ista translatio.

Venio/venis, veni, ventum, venire, Notæ significationis. Cic. pro Cælio, lib. 2. 11. 3, Obuiæ mihi velim sint tuæ literæ, quæ me erudiant de omni Rep. ne hospes planè veniam.

Venire ab. Plautus Amphit. 3. 140, Nunc hodie Amphitruo veniet huc ab exercitu.

Ab aliquo venire. Cic. pro Rosc. Comœdo, 18, Quia veniebat à Roscio, plus etiam scire, quàm sciebat, videbatur.

Angiporto venire, pro Ab angiporto. Plautus Asin. 12. 151, Hæc quidem non venit angiporto.

A Roma venire. Cic. 1. Acad. 1, Nuntiatum est nobis à M. Varrone, venisse eum à Roma pridie vesperi: & nisi de via fessus esset, continuò ad nos venturum fuisse. Vetera exemplaria nó legunt præpositionem A.

Supplicem venire ad aliquem. Cic. Attico, lib. 16. 343. 1, Nunquam putaui fore vt supplex ad te venirem.

Ad vrbem venire. Cic. ad Tironem, lib. 16. 3. 2, Quāquam magni ad honorem nostrum interest, me quamprimum ad vrbem venire: tamen peccasse mihi videor qui à te discesserim.

Missus in hanc vrbem venio. Ouid. 3. Trist. eleg. 1. 1.

Ad cœnam venire. Horat. 1. epist. 7. 11.

Venire de. Cic. Attico, lib. 5. 100. 2, Veruntamē cum de Cumanis venissem cum imperio, Græci quasi Ephesio Præt. se alacres obtulerunt.

De auctione venire, & quo die. Cic. ad Atticum, lib. 12. 33. 2.

Ex Arabia venerunt legati. Plin. lib. 12. cap. 14. 5.

In solitudines venire. Cicero Cælio, lib. 2. 15. 28, In easdem solitudines tu ipse (vt arbitror) venies, in quibus nos consedisse audies.

Assiduè veniebat inter sas fa gor. Virg. eclog. 2. 1.

Omnes qui istinc veniunt, ita de tua virtute commemorant. Cic. Q. fratri, lib. 1. 1. 55.

Domum venisti ad tuos penates. Catull. ad Veranium, 9. 1.

¶ Satis venire duobus. Virgil. 7. Æneid. 94, Se satis ambobus Teucrisque venire, Latinisque.

¶ Venire, Crescere. Virgil. lib. 1. Georg. 11. Hic segetes, illic veniunt fœlicius vuæ.

Arbores quædam veniunt sua sponte. Virg. 2. Georg. 3.

Sponte venire ex, pro Prouenire. Plin. lib. 12. cap. 1. 2, Ex arboribus tot sapores annui sponte venientes.

¶ Venire, Portari, Deferri. Plin. li. 35. cap. 6. 2, Species sinopidis tres: rubra, & minus rubens, & inter has media. Et paulo pòst, Eius quæ ex Africa venit, octoni asses.

Venire, pro Afferri, de literis dictum. Cic. ad Brutum, li. 11. 14. 3, Quod scribis in Italia te moraturum, dum tibi literæ meæ veniant, si per hostem licet, non erraris.

Commeatus venire, qui afferantur, dicimus per metonymiā. Quintil. lib. 6. cap. 6.

¶ In orationem venire. Quintil. libro 9. cap. 4, Horū pedū nullus non in orationem venit. Id est ingreditur orationem.

¶ Venies ad illud quod refert tua: hoc est, Tādem vel postea id leges. Plaut. Persa, 15. 51, Nūc ad illud venies quod refert tua. hoc est, nunc leges, &c. Terent. Heaut. 2. 3. 33,

-mane, hoc quod cœpi primum, enarrem, ô Clitipho:
Pòst, istuc veniam.

Ad Archesilam, Carneadémq; veniamus. Hoc est De Archesila loquamur. Cic. 4. Acad. 16. Et pro Rosc. Amer. 16, Vt ad fabulas veniamus.

¶ In aciem venire, Vide **Acies.**

Alicui venire adnorsum, Ire obuiam. Plautus Mostel. 5. 1, Adnorsum mihi venire ad Philolachem volo tempori.

In adoptiua venire. Cic. pro Domo sua, 18, Neque amissis sacris paternis in hæc adoptiua venisti.

In amicitiam venire aliquorum. Liuius 5. bel. Pun. 89, Liberos cum suis legibus venturos in amicitiam Lucanos, &c. Cæsar 6. Bel. Gall. 16, Item per Treuiros venisse Germanos in amicitiam cognouerat. Liu. 7. ab Vrbe, 135, Haud parua accessio bonis rebus vestris in amicitiam venimus vestram.

In arbitriū venire, ac potestatem alicuius. Cic. 3. Verr. 105, Hac conditione, si quis de populo redemptor accessisset, &c. tum in eius arbitrium ac potestatem venire nolebat, qui sibi ereptam prædam arbitraretur.

In arma venire. Lucan. lib. 3. 37.

Intra arma aliena venire, hoc est, Intra præsidia & alienas manus. Cic. ad Atticum, lib. 8. 159. 7, Neque enim eos solos arbitrabamur capi qui in armatorū manus incidissent: sed eos nihilominus qui regionibus exclusi, intra præsidia, atque intra arma aliena venissent.

Sub aspectum venire. Cicero 2. de Ora. 194, His autem formis atque corporibus, sicut omnibus rebus, quæ sub aspectum veniunt, sedes opus est.

Ad aures alicuius venire, Audiri. Horat. de Arte, 52.

Ad aures meas venit, te, &c. Cicero pro M. Marcello, 14, Sæpe enim venit ad aures meas, te idem istud nimis crebrò dicere.

Ad aures vox venit. Plaut. Rud. 6. 11, Mulier est, muliebris vox mihi ad aures venit. Virgilius 2. Æneid. 25,

-quæ vox vt vēnit ad aures,
Obstupuere animi.

Alicui auxilio venire. Liuius 9. ab Vrbe, 130, Qui Hernicis subactis, maturauit collegæ venire auxilio.

In bona alicuius venire. Ouid. 1. Trist. eleg. 5 3,

Sic mea nescio quis male fidus rebus iniquis
In bona venturus, si patere, fuit.

Quod venit in buccam. Cic. ad Atticum, lib. 1. 7. 9, Tu velim sæpe ad nos scribas: si rem nullam habebis, quod in buccam venerit scribito. Prouerbialiter dictum, pro Quicquid occurret & in mentem veniet.

In calamitatem venire. Cic. pro Roscio Amerino, 19, Hoc verò est quod ferri nō potest, si & in hanc calamitatē venit propter prædiorum bonitatem & multitudinē: & quòd ea studiosè coluit, id erit ei maximè fraudi.

In casum venire. Cic. pro Cluentio, 65, Postremò, in eum casum veneram, vt omnis mearum fortunarum status vnius iudicii periculo contineretur.

In certamen venire. Cice. 5. Tusc. 113, Mulieres verò in India, quum est cuiusque earum vir mortuus, in certamen iudiciúmque veniunt.

In certamen cum aliquo venire. Cicero de Claris orat. 177, In patrocinio Siciliēsi maximè in certamē venit designatus Ædilis cum designato Consule Hortensio.

Venire in certamē virtutis. Cic. 5. de Fin. 115, Qui omnes motus fortunæ, mutationésque rerum & temporum leues & imbecilles fore intelligant, si in virtutis certamen venerint.

Clamor à populo venit ad astra. Ouid. 3. Fast. 75.

In cognitionem Senatus venit hæc res. Quintil. lib. 7. ca. 3. 16, Potest hoc genus in cognitionem venire Senatus.

In colloquium ad aliquem venire. Liu. 5. bel. Pun. 89, Ad Magonem qui in Brutiis præerat, clàm in colloquium venit. Cæsar 1. bel. Gall. 141, Hanc sibi populóque Rom. gratiam referret, vt in colloquium venire inuitatus grauaretur.

Commoda veniunt hinc. Cic. 1. de Inuētione, 8, Nam hinc ad Remp. plurima commoda veniunt.

In complexum alicuius. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 7, Si in vestrum complexum venero, ac si & vos, & meipsum recuperaro, satis magnum mihi fructum videbor percepisse. Cæsar 3. bel. Ciuil. 18, Ipse grauissima hyeme in nauibus excubabat, neque vllum laborem aut munus despiciens, si in Cæsaris complexū veniret. Hoc est vt à Cæsare complecteretur & amaretur.

In cōcionē venire. Cic. 3. Verr. 47, Postridie mane homines in concionem veniunt, quærunt quid optimum factu sit.

In confessum venit ea res. Plin. epi. 301, Vt necesse sit in ea re quæ & in confessum venit, & exemplis defenditur, deliberare. Hoc est, nota est & manifesta.

In consilium alicuius venire, pro Obtemperare eius consilio. Cic. ad Atticum, lib. 10. 191. 5, Veniendúmne sit in consilium Tyranni, si is aliqua de re bona deliberaturus sit.

In conspectum alicuius. Cicero 1. de Finib. 36, Réque ex vtraque parte audita, pronuntiaret eum non talem videri fuisse in imperio, quales eius maiores fuissent, & in conspectum suū venire vetuit. Liuius 5. bel. Pun. 100, Postquam in conspectū venēre, Pronoco te, inquit, ad pugnam Crispine, Badius. Sic 4. bel. Maced. 96. Et Cæsar 4. bel. Gal. 500, Atque ita perterritos egerunt, vt non prius fuga desisterent, quàm in conspectū agminis nostri venissent. Idem 3. bel. Ciuil. 431, Quos ille quum in conspectum eius venissent, prius quàm audiret, aut cuius rei causa missi essent, cognosceret, corripi ac interfici iussit.

In conspectum ad aliquem venire. Plancus ad Ciceronē, lib. 10. 13. 11, Legatos fide Lepidi dimissos, ad me in conspectum venire vetueram.

In consuetudinem. Cic. 1. de Inuent. 140, Deinde quædam in consuetudinem ex vtilitatis ratione venerunt. Idem pro Ce-

cinna.1,4, Quod quoniam iam in conſuetudinẽ venit, & id viri boni veſtri ſimiles in iudicando faciunt, reprehendendum fortaſſe minus.

In conſuetudinem benignitatis.Cic.in Piſonem,35,Vt Senatus is,qui in eam iam benignitatis conſuetudinem venit,vt eos qui bene Remp.geſſerint,nouis honoribus afficiat.

In contemptionẽ.Cæſar 5.bel.Gal.185,Eo conſilio,vt in ſummam contemptionem hoſtibus veniat.

In contemptum. Idem.Cæſar 3.bel.Gall.418,Vt iam non ſolum hoſtibus in cõtemptum Sabinus veniret,ſed etiam noſtrorum militum vocibus nonnihil carperetur.

In contentionem. Cic.pro Quintio,11, Quod niſi ex Publicio narratum Nævio eſſet, non tam citò res in contentionem veniſſet. Cic 2.Offi.104,Sed ſi res in contentionem veniet,nimirum Themiſtocles eſt author adhibendus: qui cum conſuleretur,vtrum,&c.

In contentionem,vtrum. Cic.1.de Diui.191, Venit enim iam in contentionem, vtrum ſit probabilius, &c.

In controuerſiam vel contentionem venit eares. Quintil. lib.3.cap.6.31.

In cõtentionem de accuſando.Cic.1.Verr.34,Neque ferè vnquam venit in contentionẽ de accuſando,qui Quæſtor fuiſſet, quin repudiaretur.

In cõtentionem honoris. Cic.Anteq.iret in exilium,3,Eos in contentionem honoris venire,qui officiis ſe ſuperari æquiſſimo animo tulerunt?

In cõtroverſiam.Cic.4.Verr.15,Nam hoc animo prouidebat, quum tanta hæreditas in controverſiam veniſſet. Idem 4.de Finib.41, Quæ in controverſiam veniunt,de his,ſi placet,diſſeramus. Quintil.lib.3.cap.6.31.

In crimen.Terent.Hecy.3.1.55,Hera in crimen veniet,ego verò in magnum malum. Hoc eſt accuſabitur.

In cruciatum.Cæſar 1.bel.Gall.118, Propterea quòd ſi enuntiatum eſſet,ſummum in cruciatum ſe venturos viderent.

In deditionem.Cæſar 6.bel.Gall.8,Atque ea præda militibus conceſſa,vaſtatiſque agris, in deditionem venire,atque obſides ſibi dare coegit. Liu.4.ab Vrbe,165, A quibus quum cuſtodes trucidarentur,cætera multitudo repentino pauore oppreſſa, in deditionem venit.

In deliberationem venire.Quintil.lib.1.cap.11.11.

In deſyderium venire dicitur res aliqua. Liu.3. ab Vrbe, 151, Cumulare quoque iniurias,vt tædio præſentium Conſules duo tandem,& ſtatus priſtinus rerum in deſyderium veniant.Id eſt deſyderentur.

Dies venit legi:Cic.ad Atticum,lib.4.85.9,Venit legi dies,Terentius interceſſit.

In diſceptationem.Liu.9.bel.Maced.149, Quonam modo ea, quæ belli iure acta ſunt,in diſceptationem veniunt?

In diſcrimen,In periculo eſſe Cic.pro Roſcio Amer.9,Quum omnium nobilium dignitas & ſalus in diſcrimẽ veniret. Idem ad Dolabellam,lib.9.13.4,Lepta verò quum ita laboret, vt eius fortunæ videantur in diſcrimen venire, non poſſum ego non, aut proximè atque ille,aut etiam æquè laborare.

In diſcrimen exiſtimationis.Cic.1.Verr.39, Itaque ſemper hi diligentiſſimè,laborioſiſſimèque accuſarunt,qui ſeipſos in diſcrimen exiſtimationis venire arbitrati ſunt.

In diſquiſitionem.Liuius 6.belli Pun.158. Sed non quid ego fecerim,in diſquiſitionẽ venit,&c. ſed quid iſti pati debuerint. Idem,8.ab Vrbe,117,Nec tamen ab Dictatore comitia ſunt habita,quia vitióne creatus eſſet,in diſquiſitionem venit.

In diuitias venire. Plautus Capt.19.15,At nũc libet in diuitias faxo venies.

Ad quem dolor veniat, ad eundem neceſſe eſt interitum venire.Cic.3.de Nat.deor.48.

In dubium.Cicero ad Atticum,lib.16.343.5, Præſertim quum hoc genere cognitionum labefactato,acta Cæſaris in dubiũ vẽtura videantur. Idem pro Quintio,3, Non eodico C. Aquili, quo mihi veniat in dubium tua fides & conſtantia. Liuius 3. ab Vrbe,58,Summam pecuniæ quantam æquum eſſet promitti,veniebat in dubium. Terentius Adelph.3.1.41,Tua fama,& gnatæ vita in dubium veniet. Quintil.lib.1.cap.6.4.

In dubium de voluntate,&c.Cic.ad Atticum,lib.11.213.3,Alii capti,alii intercluſi non veniunt in dubium de volũtate, eo minus ſcilicet,quum ſe expedierint,& vnà eſſe cœperint:ii autem ipſi,qui ſua voluntate ad Fuſium venerunt,nihil poſſunt,niſi timidi exiſtimari. Terentius Adelph.2.1.35, Etiam de ſorte venio in dubium miſer.

In dubium venire de ciuitate.Cic.pro Cecin.13,Itaque homo timidus imperitúſque, qui neque animi,neque conſilii ſatis haberet, non putauit eſſe tanti hæreditatem,vt de ciuitate in dubium venire.

Quid ſit factum,in dubium venit.Quintil.lib.7.cap.3.

Emolumentum ad eum ex ea re venit. Cic.pro Cluentio,40, Sinautem illud egeram,nullam ad Scamandrum morte Habiti venturum emolumentum fuiſſe concedebat.

Epiſtola mihi venit,Ouid.1.de Ponto,Eleg.10.1.

In exemplum venire.Ouid.4.Faſt.49.

Venit in exemplum furor hic,molléſque miniſtri
Cædunt iactaris vilia membra comis.

Ad extrema venire.Liu.2.ab Vrbe,106,Et ad extrema ventũ foret,ni legati rapto Cõſulis corpore,patefeciſſent vna porta hoſtibus viam.

In faciem pacis veniretur.Tacit.lib.13.

Fama mihi venit.Virg.4.Æneid.78.

In familiaritatem alicuius.Cic.ad Trebatiũ.lib.7.15.2, Quod verò in C.Marii ſuauiſſimi doctiſſimique hominis familiaritatem veniſti,non dici poteſt quàm valde gaudeam.

Tarda venit dictis,difficiliſque fides.Ouid.3.Faſt.70.

In fidem alicuius venire,hoc eſt Seſe dedere.Liuius 6.bel. Punici,107.Prodita breui ſunt viginti oppida,ſex vi capta, voluntaria deditione in fidem venerunt ad quadraginta. Idem 7.ab Vrbe,83, Ni vniuerſa gens poſitis armis in fidem Conſulis veniſſet. Cæſar 1.belli Gall.180,Manus ad Cæſarem tẽdere,& voce ſignificare cœperunt ſeſe in eius fidem ac poteſtatẽ venire.

Ad finem venire dicitur res aliqua,Liu.5.bel.Pun.113,Quum maximè Capua circunuallaretur, Syracuſarum quoque oppugnatio ad finem venit. Idem 8.ab Vrbe,70,P.C. quod bello armiſque in Latio agendum fuit, id iam deũm benignitate ac virtute militum ad finem venit. Silius lib.17.73,Ad finem vẽtum,& claudenda eſt ianua belli.

In flammã venire. Cic.ad Atticum,lib.16.330.9, Veniendum eſt igitur vel in ipſam flammam. turpius eſt enim priuatim ea dere,quàm publice. Id eſt,conijcere ſe oportet in periculum.

Ad fœdus veniunt amantes. Ouid.1.de Arte,116.

In fœdera venire.Virg.4.Æneid.68.

Fœliciter hæc res tibi venit, pro Euenit. Cicero ad Tironem, lib.16.21.14,Emiſſe te prædium vehementer gaudeo,fœliciterq; rem tibi iſtam venire cupio. Vetus exemplar legit euenire.

Fortuna læta mihi venit.Virg.11.Æneid.9.

Fulgor venit ab æthere.Virg.8.Æneid.104.

Gradibus venire ad virtutẽ.Ci.1.de Nat.deo.113,Nam à beatis ad virtutem, à virtute ad rationẽ video te veniſſe gradibus.

In gloriam ſummam.Cicero ad Atticum,li.2.35.4,Edicta eius & conciones deſcribunt & legũt:nouo quodam genere in ſummam gloriam venit.

Hæreditate venire dicitur res aliqua. Cic.1.de Inuent.95, Sed neque emiſti, neque hæreditate venit, neque domi natus eſt, neque donatus eſt.

Hæreditas mihi venit à patre.Cic.3.Ver.18, Quum eius filio, prætore Sacerdote, hæreditas à propinquo permagna veniſſet. Ibidem,89,Quampridem ſibi hæreditas veniſſet,docet. Idem pro Cecinna.54,Mihi credite,maior hæreditas venit vnicuique veſtrum in iiſdem bonis à iure & à legibus, quàm ab iis, à quibus illa ipſa bona relicta ſunt. Sic 2.Philipp.58.

Hyems venit.Cic.ad Atticum,lib.5.106.3,Ea ſi venerit,nec illi antè in meam prouinciam tranſierint,vnum vereor,&c. Virg 2.Georg.104.

Sub iactum telorum venire.Liuius 7.bel.Pun.108,Deinde vt ſub iactum venerunt telorum: primò omnis generis vis ingens effuſa eſt in eos.

Cum impetu venire.Cic.1.de Finib.178,Si cum tanto impetu in Græciam veniſſet.

Inimicus ei venit, pro Eſt illi inimicus. Cic.pro Roſc.Amer. 31,Vidẽt omnes qua de cauſa huic inimicus venias:ſciũt huiuſce pecunia te adductum eſſe.

Ad inimicitias venire. Cic.ad Q.fratrẽ, lib.3.20.3,Ad inimicitias res veniſſet,&c.cum Æſernino Samnite Pacidianus comparatus videret.

Ad internecionem venire. Liu.6.bel.Maced.131, Et ſi capta vi foret, omne ibi nomen Ætolorum ad internecionem videbatur venturum.

Intrò venire,Vide Intro.

In inuidiam ex gratia venire. Plin. de Viris illuſt.66, Deinde ex gratia in inuidiam venit.

In iudicium venire.Cic.ad Atticum,libro 1.16.14,Quid verius quàm in iudicium venire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit?

In iudicium venit fama eius. Cic. pro Quintio,16, Demonſtrabant de re iudicium fieri oportere, vt aut vterque inter ſe, aut neuter ſatisfaceret: non neceſſe eſt famam alterius in iudicium venire.

In laudem venire. Quintil. lib. 2. cap. 21. 11.

Liuor venit in artus. Ouid. 10. Metam. 52.

In locum ſummum venire. Cic. 3. de Legib. 41, Ex his autem qui magiſtratum ceperunt, quod Senatuſconſulto efficitur, popularem ſanè neminem in ſummum locum, niſi per populum venire, ſublata cooptatione Cenſoria.

Lues tabida venit membris. Virg. 1. Æneid. 58.

Lues miſeranda vênit arboribus. Virg. 3. Æneid. 18.

Ad manum venire. Quintil. lib. 2. cap. 11. 5, Sed abrupta quædam, vt fortè ad manum venêre, iaculantur.

In manus alicuius. Cice. 3. Offic. 44, Neque enim quicquam de hac parte poſt Panætium explicatum eſt, quod mihi quidem probaretur de iis quæ in manus meas venerint. Idē 4. Acad. 23, Et quidem iſti libri duo Philonis, de quibus heri dictum à Catulo eſt, tum erant allati Alexandriam, tumque primùm in Antiochi manus venerant. Sic Liuius 5. belli Punici, 61. Plinius epiſt. 1, Neque enim hiſtoriam componebam, ſed vt quæque in manus venerat.

In manus hominũ libros venire dicimus. Quintilianus Tryphoni, 3, Multum autem in tua quoque fide ac diligentia poſitũ eſt, vt in manus hominum quàm emendatiſſimi veniant.

Maturè venit ipſe, Vide Maturus.

In medium. Cic. 4. Verr. 116, Venient in medium: dicent quid ſtatuerint. Idem 1. de Finib. 21, Vt autẽ à facillimis ordiamur, prima veniat in mediũ Epicuri ratio, quæ pleriſque notiſſima eſt: quam à nobis ſic intelliges expoſitam, &c.

In mentem venit, pro Succurrit. Plautus Epid. 13. 31, Non noſti me? v. quod quidem nunc veniat in mentem mihi. Idem Perſa, 10. 60, Ergo iſtuc facito vt veniat in mentem tibi. Idem Amphit. 4. 139, -quem in mentem venit,
Illic homo hoc denuo volt pallium detexere. Idem Trucul. 19. 36, -venitne
In mentẽ tibi, quod verbum in cauea dixit hiſtrio? Terentius Eunucho, 2. 1. 2, Hoc adeò ex hac re venit in mentẽ mihi. Ibidem, 3. 2. 45, Et illud de Rhodio dictum in mẽtem venit. Idem Phorm. 4. 3. 47, Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum. Cicero ad Thermum, lib. 2. 17. 7, Quæ mihi veniebant in mentem, quæ ad te pertinere arbitrabar, quòd in Ciliciã proficiſcebar, exiſtimaui me ad te oportere ſcribere. Plinius epiſt. 4. lib. 3, Veniebat in mẽtem priores noſtros etiam ſingulorum hoſpitum iniurias accuſationibus voluntariis executos. Virgilius 4. Æneid. 8, Nec venit in mentem quorum conſederis aruis? Lucretius libro 5. 143, Et venit in mentem ſolis, lunæque viarum.

In mentem, quemadmodũ. Cicero pro Roſcio Amerino, 45, Et ſimul tibi in mentem veniat facito, quemadmodum vitam huiuſce depinxeris.

In mentem huius rei. Cicero 5. de Finib. 3, Venit enim mihi Platonis in mentem, quem accepimus primum hîc diſputare ſolitum. Sic 7. Verr. 96. & 141. Idem pro Quintio, 3, Idq; dum cogitat, non minus ſæpe ei venit in mentem poteſtatis, quàm æquitatis tuæ. Idem pro Roſcio Amerino, 58, Venit enim mihi in mentem oris tui. Idem 6. Verr. 99, Venit enim mihi fani, loci, religionis illius in mentẽ verſãtur ante oculos omnia.

In mentem venit, quid. Cic. 1. Verr. 15, In mentem tibi nõ venit, quid negotii ſit cauſam publicam ſuſtinere?

In mentem venit vt. Plaut. Mil. 10. 48, -ah, ah,
Quam venit in mentem mores vt mihi mutandi ſient.

Minus in Senatum venit, Vide Minor in Paruus.

Mœror ſummus venit ad eũ morte fratris. Cic. pro Quintio, 8, Vt ad quem ſummus mœror morte ſua veniebat, ad eũdem ſummus honos quoque perueniret.

Mores eò venere. Plinius lib. 13. cap. 1. 20, Eò venere mores, vt nomina modo cellarum veneant, ſtatimque in lacubus vindemiæ adulterentur.

In morem venire. Ouidius 1. de Ponto, elegia 7. 8, Iam dolor in morem venit meus.

Ad naſum venire. Plinius lib. 15. cap. 18. 1, Multóque celerius talia ad naſum veniunt, quàm pinguia. Hoc eſt, aſcendunt, & nares feriunt.

Nauibus venire. Liu. 1. bel. Punici, 141, Ea P. Cornelio Conſuli cauſa fuit, quum Piſas nauibus veniſſet.

Ad nihilum venire. Cicero 2. Tuſcul. 8, Atque oratorum quidem laus ita ducta ab humili venit ad ſummum, vt iam, quod natura fert in omnibus ferè rebus, ſeneſcat, bretuique tempore ad nihilum vẽtura videatur. Liuius 5. bel. Pun. 91, Quando res quoque Romana, quæ prope exitium clade Cannenſi veniſſet, indies melior atque auctior fieret, Annibalis vis ſeneſceret, ac propè ad nihilum veniſſet.

Ad nimium venire. Plin. lib. 26. cap. 4. 4, Sed hæc eſt omni in re animorum conditio, vt à neceſſariis orſa primùm, cuncta ad nimium venerint.

Ad nomen venire. Plin. lib. 10. cap. 70. 1, Spectatur in piſcinis Cæſaris, genera piſcium ad nomen venire, quoſdam ſingulos. Hoc eſt quum vocantur.

In notitiam. Plinius lib. 7. ca. 1. 1, Quis enim Æthiopas, antequam cerneret, crediderit aut quid nõ miraculo eſt quũ primùm in notitiam venit?

In notitiam venire alicui, Vide Notitia.

Nox venit. Propert. lib. 1. eleg. 8. 9.

In numerum oratorum. Cic. 1. de Orat. 57, Sed ſunt quidã aut ita lingua hæſitantes, aut ita voce abſoni, aut ita vultu motúque corporis vaſti atque agreſtes, vt etiam ſi ingeniis atque arte valeant, tamen in oratorum numerum venire non poſſint. Id eſt dici oratores, ſiue Pro oratoribus haberi.

In oblitionẽ. Cicero in Salluſtium 3, Tu tuis vita, quam turpiter egiſti, magnas offudiſti tenebras: vt etiam ſi fuerint egregii ciues, certè venerint in oblitionem. Liuius 3. belli Punici, 168, Breuique tanta concordia coaluerant omnium animi, vt propè in oblitionem venirent, qua ex conditione quiſque eſſet miles factus.

Obuiam venire. Cicero 4. Tuſcul. 110, Alacris obuiam mihi veniet, complexum exoptans meum. Ex poeta. Idem ad Atticũ, lib. 1. 16. 1, Eunti mihi Antium, & gladiatores Marci Metelli cupidè relinquenti, venit obuiam tuus puer. Idem 3. de Natura deorum, 15, Eos tu cæteris albis nullis calonibus obuiam Vatieno veniſſe exiſtimas.

Obuia mihi venit turba. Propert. lib. 2. eleg. 30. 1.

Sub oculos venire. Senec. de Benefic. lib. 1. cap. 5, Sic nõ eſt beneficiũ id quod ſub oculos venit, ſed beneficii veſtigiũ & nota.

In odium venire, Vide Odium.

Opportunè venire, Vide Opportunus.

Optatò venire, Vide Optato in Opto.

In ordinem Senatorium. Cic. 3. de Leg. 43, Nam quum omni vitio carere lex iubeat, ne veniet quidem in eum ordinem vnquam vitii particeps. Sub. Senatorium.

In ora virũm venire. Propert. lib. 3. eleg. 9. 7,
Crede mihi magnos æquabunt iſta Camillos
Indicia, & venies tu quoque in ora virũm.

In otium. Cic. ad Atticum, li. 1. 4. 3, Omnem ſpem delectationis noſtræ, quam, quum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate poſitam habemus.

Ad pactionem venire. Cic. ad Atticum, lib. 9. 18. 9, Ego, ſi Pompeius manet in Italia, nec res ad pactionẽ venit, longius bellum puto fore.

Paratè venire, Vide Paro.

In partem alicuius. Liu. 6. ab Vrbe, 175, Parum eſt ſi cuius pars tua nulla adhuc fuit, in partem eius venis, niſi partem petendo totum traxeris?

In partem impenſæ. Cic. ad Terentiam, libro 14. 2. 6, Illud doleo quæ impenſa facienda eſt, in eius partem miſeram & deſpoliatam venire.

In partem elocutionis memoria ac pronuntiatio veniunt. Quintil. in Procem. lib. 2. 17.

Paſſu ingenti venire. Ouid. 3. Amor. eleg. 2. 3.

In periculum venire. Terent. Adelph. 2. 2. 31,
-vide ſi ſatis placet,
Potius quàm venias in periculũ Sannio. Cic. 3. Ver. 48, Neque adhuc cauſam vllam excogitare potuit, quamobrem commiſerit, aut quid euenerit, vt in tantum periculum veniret.

In periculũ ne. Cic. pro Murena, 51, Venit in periculum, ne & ea quæ relicta, & hæc quæ ab ipſo parta ſunt, amittat.

Peropportunè venire, Vide Peropportunus.

Plaga venit vehementior. Cic. 2. Tuſc. 96, Pugiles verò etiam quum feriunt aduerſarium in iactandis cæſtibus ingemiſcunt, non quòd doleant, animóve ſuccumbant: ſed quia profunda voce omne corpus intenditur, veniſque plaga vehemẽtior.

Pœnæ veniũt crudelitati alicuius. Liu. 3. ab Vrbe, 237, Et ſuperbiæ crudelitatique etſi ſeras, non lenes tamen venire pœnas.

In populos venire. Ouid. 6. Metam. 109, -ſi copia detur
In populos veniam: ſi ſyluis clauſa tenebor,
Implebo ſyluas.

In poſſeſſionem. Cic. 3. de Lege agra. 7, Etiámne ſi vi electi? etiámne ſi clàm, ſi precariò venit in poſſeſſionem? Idem ad Atticum, lib. 4. 7. 4, Nuntiat iam populo Pontifices ſecundum ſe decreuiſſe, me autem vi conari in poſſeſſionem venire.

In poſſeſſionem Reipublicæ venire. Cic. ad Atticum, libro 7. 12. 5, Quid cenſes, aiebat, facturum eſſe ipſum, ſi in poſſeſſionem Reip. venerit, quum hæc Quæſtor eius infirmus & inops audeat dicere?

In poteſtatem alicuius.Cæſar 4.belli Gall. 597,Omnes ferè in poteſtatem Labieni venerunt. Idem 1.bel.Ciuil.133,Et in eorũ poteſtatem veniatis,qui ſe per vos periſſe exiſtimant.

Ad potum,vel prandium venire.Plin.lib.9.cap.15.3,His tantas eſſe vires,vt elephantos ad potum venientes,mordicus comprehenſa manu eorum abſtrahant. Cic.pro Cluentio,154,Quum ad illud prandium crudior veniſſet.

Prope exitium,vel prope ſpem venire.Liu.5.bel.Pun.91,Quãdo res quoque Romana,quæ prope exitium clade Cannẽſi veniſſet,in dies melior,atq; auctior fieret. Ibidem,lib.6.188,Ipſæ quoque Hiſpaniæ quò propius ſpẽ venerant,tantis duobus ducibus exercitibuſque cæſis,debellatum ibi,ac pulſos inde Romanos eſſe: eò plus,&c.

Proſpere venit.Plautus Pſeud.8.1,Pro Iuppiter,vt mihi quicquid ago,lepidè omnia proſperéque Veniunt.

In prouerbium.Liu.10.bel. Maced.188, Vulgatum illud, quia verum erat,in prouerbium venit,Amicitias immortales,inimicitias mortales debere eſſe. Plin.lib.19.ca.5.6,Minus hoc miretur,qui cogitet lapidem à cane morſum, vſque in prouerbium diſcordiæ veniſſe. Idem lib.35.cap.10.19.

In prouerbii conſuetudinem.Cic.1.Offic.79,Id quod à noſtris hominibus ſæpiſſime vſurpatum,iam in prouerbii conſuetudinem venit,Largitionem fundum non habere.

Ad pugnam venire.Horat.1.Serm.ſaty.5.11.

Ex malis moribus venire. Quintil.lib.2.cap.5.9,Vt pulchritudo corporis venire videatur ex malis moribus.

Venire in quæſtionẽ.Quintil.lib.7.ca.3,Subita mors in quæſtionem venit.

Rabies venit canibus.Virgil.3.Georg.99.

In religionem venit illi hæc res.Cicero 2.de Natura deorum, 15,Gracchus quum comitia nihilominus peregiſſet, rémque illã in religionem populo veniſſe ſentiret,ad Senatum retulit.

In rem præſentem,Vide Ire præpoſitionem.

Riſus veniunt.Ouid.1.de Arte,48,Tunc veniunt riſus,&c.

Rumor venit.Terentius in Prologo Hecyræ,39,

Primo actu placeo: quum interea rumor venit
Datum iri gladiatores.

In ſecreta venire.Ouid.13.Metam.113.

Segetes veniunt,Id eſt proueniunt.Virgil.1.Georg.11.

In eum ſermonem,vt,&c.Cic.ad Appium Pulchrum,lib.3.5.8, Veni in eum ſermonem,vt dicerem libenter me ad eam partem prouinciæ primum eſſe venturum.

In ſermonem hominum,& vituperationẽ.Cic.6.Verr.11,Nũquam enim ſi denariis quadringentis Cupidinem illum putaſſet,commiſiſſet vt propter eum in ſermonem hominum,atque in tantam vituperationem veniret.

In ſermonem alicui venire.Cicero Attico,lib.14.199.1,In ſermonem ſe poſt Idus Martii, præterquam Lepidi,veniſſe neminem.Sub.affirmat.

In ſermone.Cic.ad Atticum,lib.11.230.2, Neque eum rogari, nè me quidem:ſed quaſi ita ſit,quoniam in ſermone iam veniſti,poteris eam monere,vt alicui comminat,cuius extra periculum huius belli fortuna eſt.Quidam legunt,in ſermonem.

In ſocietatem laudum alicuius.Cic.ad Atticum,lib.14.315.5,Ate autem peto,vt me hanc,quaſi falſam hæreditatẽ alienæ gloriæ ſinas cernere,méque aliqua ex parte in ſocietatem tuarum laudum venire patiare.

In ſortem prouinciæ.Liuius 8.belli Pun.145, Qui ne à ſacris abſit Pontifex maximus,ideo in ſortem tam longinquæ prouinciæ non venit.

Spes venit ex merito.Ouid.epiſt.2.13.

In ſpem.Cic.2.de Orat.120,Nonnullam in ſpem venerã poſſe me aliquid ex iſtis diſcere. Cæſar 3.bel.Gal.371,In ſpẽ potiendorum caſtrorum venerant. Ibidem.lib.7.44,Quem ſimul atque oppidani conſpexerunt,atque in ſpem auxilii venerunt,&c. Sic ibidem,lib.1.73. Cic.ad Atticum,lib.9.186.2.

In ſpem ventum eſt,Impersonale. Liuius 2.ab Vrbe,190, Inde ad Veiens bellum profecti, quò vndique ex Hetruria auxilia conuenerant,non tam Veientium gratia concitata,quàm quòd in ſpem ventum erat, diſcordia inteſtina diſſolui rem Romanam poſſe.

In ſpem,quód.Brutus ad Ciceronem,lib.11. 13.8, In ſpem venerant, quòd neque Planci quatuor legiones omnibus ſuis copiis pares arbitrabantur, neque ex Italia tam celeriter exercitũ traiici poſſe credebant.

Subſidio.Cic.ad Atticum,lib.6.116.4,Ad méque legati eius, & Quæſtor,& amici literas mitterent,vt ſubſidio venirem.

Ad ſummum venire.Cic.2.Tuſcul.7,Atque oratorum quidem laus ita ducta,ab humili venit ad ſummum.

Cum ſupplemento.Liu.9.ab Vrbe,113,Fabius ad accipiendum ab Æmylio exercitum ad Satriculam ſupplemento venit.

Suppetias venire.Hirtius bel.Africani lib.5.18,Et nũtiabantur auxilia magna equitatus oppidanis ſuppetias venire.

In ſuſpicionem venire.Cicero 1.de Inuentione,143,Si id non poterit,ſiquam in ſimilem antè ſuſpicionem venerit. Idem 6. Verr.16, Hoſce opinor Cybiræ, quum in ſuſpicionem veniſſent, ſuis ciuibus ſanum expilaſſe Apollinis,veritos pœnam iudicii ac legis,domo profugiſſe. Idem pro Flacco.63,Scilicet defendam Decianum,qui tibi in ſuſpicionem nullo ſuo delicto venit.

Venire in ſuſpicionem de.Cic. ad Brutum, 6.2,Audimus eum veniſſe in ſuſpicionem Torquato de morte Panſæ,cuſtodiríque vt parricidam.

Tædio venire.Plin.lib.31.ca.2.13,Vinum tædio venire his qui ex Clitorio lacu biberint.

Veni in tempore.Terent.And.4.5.19.

In tutelam venire.Cic.de Claris Orat.101,Quum is hoc probare vellet,M.Curium, quum ita hæres inſtitutus eſſet, ſi pupillus antè mortuus eſſet,quàm in ſuam tutelam veniſſet,pupillo non nato hæredem eſſe non poſſe.

In vacuum venire, Vide Vacuus.

Ad vadimonium venire.Cic.pro Quintio,17, Ad Vadimoniũ non venerat,vt ais,is quicum tibi affinitas,ſocietas, omnes denique cauſæ & neceſſitudines veteres intercedebant.

A vero venit cauſa,Id eſt vera eſt cauſa.Ouid.5.Faſt.74.

Viam venire.Cic.2.Philipp.73,Quis qui neſcierit veniſſe eam tot dierum tibi viam gratulatum?

Vigor venit membris.Virgil.4.Georg.84.

In vitam venire.Cic.1.de Legib.89,Et quum ſe ipſe perſpexerit,totúmque tentarit, intelliget quemadmodum à natura ſubornatus in vitam venerit, quantáque inſtrumẽta habeat ad obtinendam adipiſcendámque ſapientiam.

In vnitatem.Plinius lib.33.ca.2.1, Tiberii demum principatus nono anno in vnitatem venit Equeſter ordo.

In vſum venire. Plin.lib.9.cap.35.10, Romæ in promiſcuum ac frequentem vſum veniſſe,Alexandria in ditionem redacta. Idem libro 33.cap.11.7,Sed & teſtudinea tum in vſum veniſſe. Et lib.14.cap.11.5,Nec rhus Latinum nomen habet,quum in vſum plurimis modis veniat. Sic lib.19.cap.2.6.

In vſum alicuius rei venire. Plinius libro 8.cap.48.2, Quippe aheni polientium extracta, in tomenti vſum veniunt. De generibus lanarum.

Vſus venit.Terent.Heaut.3.2.45,

Et ne ego te (ſi vſus veniat) magnificè,Chreme,
Tractare poſſim.

Mihi vſu venit. Cic. ad Appiũ Pulchrũ,lib.3.8.15,Quid poteſt eſſe callidius,quàm quũ te abſentem ſemper defenderim,quum præſertim mihi vſu venturum non arbitrarer vt ego quoque à te abſens defendendus eſſem:nũc committere vt,&c. Idem ad Atticũ,lib.7.144.1, Nunc venit idem vſu mihi,quod tu tibi ſcribis,quoties exorior.

¶ Ad agendum venire. Quintil.lib.4. cap.1.5, Quare in primis exiſtimetur veniſſe ad agendum,ductus officio vel cognationis,vel amicitiæ.

¶ Veniens ad te comeſſatum.Plaut.Perſa,16.19.

Venio oratum. Cæſar 7.bel.Gal.119,Legati ad eum principes Hedunorum veniunt oratum,vt maximè neceſſario tẽpore ſubueniat:ſummo eſſe in periculo rem.

Venire emptum.Cic.4.Verr.86,Tamẽ ad iſtũ venerũt emptũ locum illum Senatorium,non ſolùm veteres,ſed etiam noui.

Venit deriſum.Plaut.Aulul.7.46. Et apud Terentium in Eunucho,4.6.14,Venit ereptum.

¶ Venitur,pe.prod.Impersonale.Plin.epiſt.190.8,Venitur ad me:conſurgo. Cic pro Quintio,2,Ad me ventum eſt. Liu.1. ab Vrbe,154,Ad Ianiculum fortè vẽtum erat. Ouidius 3.Faſt. 15,Seu quod aduſque decem numero creſcente venitur.

Venitur,& ventũ eſt in diſcrimen,Impersonaliter.Cic.8.Philipp.253, Nam ſi maximum in diſcrimen venietur, aut libertas pacta eſt victori,aut mors expoſita victo. Idem 1.Offic.46, Et quum res agatur,in diſcrimẽque ventum ſit,expedire rem, & conſilium ex tempore capere poſſe. Idem 4.Verr.50, Itaque hac vna ſpe ad iudicium venitur. Idem 2.de Legib.10,Ventum in inſulam eſt,hac verò nihil eſt amœnius. Idem ad Atticum,lib.7.117.8, Nemini eſt enim exploratũ, quum ad arma ventũ eſt,quid futurũ ſit. Idem 7.Verr.110,Lilybæum venitur.

Ventum in aciem.Tacit.in libello de Germanis.

Vt ventum ad cœnam eſt,&c.Horat.2.epiſt.7.15. Ouidius 5. Faſt.19,Quò poſtquam ventum eſt,&c.

Iuxta ſeditionem ventum.Tacit.lib.5,Iiſdem Conſulibus gratitate annonæ iuxta ſeditionem ventum.

Prope ſeditionem ventum. Tacitus lib.19,Id verò ægrè tole-

rante milite,prope ſeditionem ventum.

¶Ventum gaudeo.Plaut.Ciſtel.2.11,

Quod ille dixit qui ſecundo vectus eſt mari,
Ventum gaudeo ad te ecaſtor.

¶Cauſas veniendi diſcere.Virgil.6.Æneid.98.

Cauſas veniendi poſcere.Virgil.1.Æneid.84.

Veniens,venientis,Participium: vt Claſſis veniens ad littora. Virgil.3.Æneid.131.

Ætas veniens.Ouid.6.Faſtorum,118.

Annus veniens.Cic.ad Q.fratrẽ,lib.3.10.6, Non enim ſumus omnino ſine cura venientis anni,etſi ſumus ſine timore. Liu.1.ab Vrbe,181,Nec in præſens modò,ſed in venientem etiã annum M.Fabium Cæſonis fratrem,& magis inuiſum,&c.

In annum venientem curas extendere. Virgil.1.Georg.81.

Dies veniens,Dies decedens,contraria. Virgil.4.Georg.94,Te veniente die,te decedente canebat.

Virtus veniens in pulchro corpore.Virgil.5.Æneid.69.

Ventûrus,pen.prod.Aliud participium.vt Æui venturi inſcius.Virgil.8.Æneid.116.

Bella ventura.Virgil.3.Æneid.92.

Doloris venturi ſigna.Ouid.Epiſt.18.11.

Hyemis venturæ memores.Virgil.4.Georg.31.

Mali venturi prima fauilla.Propert.lib.1.eleg.9.4.

Senectæ venturæ memor.Ouid.3.de Arte,11.

¶Videre ventura.Virgil.1.Æneid.15.

Præſcia venturi vates.Virgil.6.Æneid.14.

Ventio,ventiônis,Verbale.Plaut.Trucul.11.61,Quid tibi huc ventio eſt? Hoc eſt,Ad quid huc venis?

Vento,ventas,Frequentatiuum.A quo

Véntito,véntitas,pen.cor. ventitâre,Alterum frequentatiuum:vt, Sæpius ventitare in agrum.Plin.lib.18.cap.5.5. Cic. ad Mariũ, lib.11.17.11, In reliquis officiis cui tu tribuiſti, excepto Cæſare, præter me,vt domum venitares, horáſq; multas ſæpe ſuauiſſimo ſermone conſumeres? Idem ad Atticum,lib.1.1.7,Dies ferè nullus eſt quin hic Satyrus domum meam ventitet. Idem pro Cælio,19,Fuiſſe meo necẽſario Beſtiæ Cæliũ familiarẽ, cœnaſſe apud eum,véntitaſſe domum,ſtuduiſſe Præturæ. Sic 1.de Legib. 18. Et Cæſar 4.bel.Gal.473. Catullus ad ſeipſum,8.1, Quum ventitabas quo puella ducebat.

Uenor,venâris,pe.pro.venári,Feras indagare,feris inſidiari.Cic. 1.de Nat.deor.137,Canum tãta alacritas in venando. Idem ad Cælium,lib.2.10.4,De pantheris, per eos qui venari ſolent, agitur mandato meo diligénter.

Apros venari.Virgil.eclog.10.11.

Canibus venari leporem.Virgil.3.Georg.82.

Venari piſces.Plin.lib.16.ca.1.1,Fugientes cum mari piſces circa tuguria venantur.

¶Venari, per tranſlationẽ, pro Artificio quodam & ſolertia quærere:vt Venari laudem,gloriam,&c.Cic.ad Atticum, lib.16. 334.4,Bene igitur tu qui ὑπαρατίαν venaris, relinquis patriam. Vetus exemplar loco venaris legit Bene.

Amores venari.Ouid.de Medicamine faciei,6.

Laudẽ modeſtiæ in aliqua re venari.Auth.ad Heren.li.4.141.

Viduas venari fruſtis & pomis. Horat.1.Epiſt.1.16.

Venari imperio alicuius.Cic.ad Atticum,lib.6.111.34,Illud autem alterum,alienum eſſe exiſtimatione mea,Cibyratas imperio meo publicè venari.

Venari de verbis alterius.Plaut.Milit.14.37,Tu contrà cura & contempla,& de verbis meis venator.

¶Venari apros in mari, Prouerbiũ in eos qui fruſtrà aliquid conantur,& operam perdunt.Plaut.Aſin.5.88,

Iubeas vna opera me piſcari in aere,
Venari autem iaculo apros in medio mari.

¶Venandi,venando,venandum,Gerundia.vt Studio venandi laſſus.Ouid.3.Metam.83.

Tempora longa ponere venando.Ouid.Epiſt.18.2.

¶Venãtum,venátu,Supina.vt Ire venatum.Virg.4.Æne.14.

Venâtus,huius venátus,pen.prod.Ipſe venandi actus. Plaut.Rud. Hunc qui cepi in venatu meo. Plin.lib.8.cap.8.1,Qui hoc ſolo venatu aluntur. Ibidem,cap.16.3,Quos venatus,aucupia,piſca túſque alebant. Sic cap.34.1,Venatu viuens. Et ca.55.1,Magna propter venatum eius viuerris gratia eſt. Ouid.1.Metam.90, Quum dea venatu fraternis languida flammis
Nacta nemus gelidum,&c. Cicero 5.Tuſcul.139,Labor in venatu,ſudor,curſus ab Eurota,fames,ſitis.

Aptus ſaltus venatibus.Ouid.Epiſt.5.4.

Aſſiduus venatus.Virgil.9.Æneid.50.

Venatio,venatiônis,Verbale,Idem.Cic.1.de Finib.40, Piſcatu,aucupio,venatione,his omnibus exquiſitis vitantis cruditatem,&c. Liui.5.beli.Pun.46, Conuenerat autem,vt Philomenes portula aſſueta venationem inferens armatos induceret.

Prodigi qui ludorum venationúmq; apparatu pecunias profundunt.Cic.1.Offic.80.

Proſcribere venationem.Cic.Attico lib.16.333.7,Itaq; ſe ſcripturum aiebat,vt venationem etiã, quæ poſtridie ludos Apollinares futura eſt,proſcriberent.

Venâtor,pen.prod.venatôris,Qui venatur.Cic.1.Tuſc.70, Pernoctant venatores in niue,in mótibus vri ſe patiuntur. Plin.lib. 28.cap.8.6,Facilius autẽ capi ſi cinctus ſuos venator,flagellúmque imperitans equo ſeptenis alligauerit nodis.

Venator adeſt noſtris conſiliis,Per tranſlationem.Plaut. Milite, 10.14,Noſtro conſilio venator aſſit cum auritis plagis.

Venátrix,pen.prod.Verbale fœm.Virgil.9.Æneid.36,

-comitem Æneæ quem miſerat Ida
Venatrix,iaculo celerem,leuibúſque ſagittis. Idem 1.Æne.65,
Nanque humeris de more habilem ſuſpenderat arcum
Venatrix,dederátque comam diffundere ventis.

Pharetræ venatrices.Claud.7.Paneg.33.

Turba venatrix canum.Valerius 3.Argonaut.67.

Venáticus, pen.corr.Adiectiuum,Quod ad venationem pertinet: vt Venaticus canis.Plaut.Milite,5.113,

-ſi ita non reperio,ibo odorans quaſi
Venaticus vſque,donec perſecutus vulpem ero. Varro 2.de Re ruſtica,cap.9.2, Canum duo genera: vnum venaticum,& pertinet ad feras beſtias ac ſylueſtres : alterum quod cuſtodiæ cauſa paratur, & pertinet ad paſtorem. Columella lib.7.cap.12.1, De villatico igitur & paſtorali dicendum eſt : nam venaticus nihil pertinet ad noſtram profeſſionem. Cicero 6.Verr. 16, Mirandum in modum canes venaticos diceres,ita odorabantur omnia & perueſtigabant. Canum autem venaticorum elegantiſſimè excogitata nomina habes apud Ouidium 3.Metam.42.

Catulus venaticus.Horat.1.Epiſt.2.13.

Paraſiti venatici.Plaut.Cap.3.17,Prolatis rebus paraſiti venatici ſumus.

Venatorius,Aliud adiect.Idem.Plin.epiſt.63, Ineſt huic computationi ſumptus ſupellectilis,ſumptus atrienſium,topiariorum,fabrorum,atque etiam venatorii inſtrumenti. Apud Martialem, lib.14.31,Culter venatorius.

Uenter,ventris,m.g.Qui à pectore ad pubem terminatur, tam in animalibus brutis quàm hominibus.Iuue.Satyr.4.11,Montani quoque venter adeſt, abdomine tardus. Plinius lib. 9. cap. 50.1,Attritu ventriũ piſces coeunt. Ibidem, Fœmina piſcis coitus tempore marem ſequitur, ventrem eius roſtro pulſans. Perſius in Prologo.3,

Magiſter artis,ingeníque largitor
Venter,negatas artifex ſequi voces.

¶Vẽter,Stomach⁹.Iuu.Sa.5.1,Vẽtre nihil noui frugali⁹.Plau. Capt.113.86,Proin tu tui quotidiani victi vétrem ad me afferas.

¶Venter,Alnus.Celſus libro 3.capite 18.Vbi ab inferiore parte purgandus aliquis eſt,ventré eius antè ſoluendum eſſe: vbi à ſuperiore,comprimendum. Colum.lib.9.cap.12,Nam & uthymallus maiorum quoque animalium ventrem ſoluit.

Fluxiones ventris ſiſtere.Plin.lib.13.cap.5.1.

Fluor ventris.Celſus lib.4.cap.16.

Inflatio ventris,Vide Inflatio.

Orificia ventris,Vide Orificium.

Proluuies ventris fœdiſſima.Virg.3.Æneid.44.

Rabies improba ventris.Virg.1.Æneid.71.

Solutiones ventris.Plin.lib.14.cap.20.8. Et lib.17.cap.10.5.

Vitiũ ventris.Cic.pro Cælio,35,Nulla luxuries reperietur, nulli ſumptus,nullum æs alienum,nulla conuiuiorũ ac luſtrorum libido,quod quidem vitium ventris & gutturis non modò non minuit ætas hominibus,ſed etiam auget.

¶Albus venter.Perſ.ſaty.3.10,Turgidus hic epulis,atque albo ventre lauatur.

Aſtrictus venter.Celſus lib.1.cap.1.

Carnoſus venter,Vide Caro.

Fuſus venter.Celſus lib.2.cap.1.

Grauidus venter.Ouid.10.Metam.100.

Grauidus venter iuſto pondere.Ouid.epiſt.15.9.

Grauis venter.Ouid.9.Metam.138,Vexerat illa grauem maturo pondere ventrem.

Improbus venter.Sene.Thyeſte,5.12, -non ventrẽ improbum Alimus tributo gentium.

Inanis venter.Horat.1.Serm.ſaty.6.16.

Intentus venter.Celſus lib.4.cap.9.

Liquidus venter,Vide Liquor.

Mollis venter.Horat.epod.8.2.

Peſtifer venter ſerpentis.Ouid.1.Metam.93.

Planus venter.Ouid.1.Amor.eleg.5.5.

Tumidus venter cælesti pondere. Ouid. 3. Fast. 9.
Tumido ventre cucurbita. Propertius lib. 4. eleg. 2. 9.
Vacui ventris furor. Iuuenalis Satyra 15. 10.
¶ Auferre aliquid in ventrem. Cic. 1. de Oratore, 147, Errat, inquit, Scaure: ego enim Magium non conseruasse dico, sed tanquam nullus nuces legeret, in ventrem abstulisse.
Complecti sua tempora maturus venter. Ouid. 11. Metam. 63.
Comprimere ventrē & Soluere, contraria. Celsus lib. 3. cap. 18.
Contrahere ventrem, Vide **Contrahō**.
Crepat mihi venter, Vide **Crepo**.
Crescit in ventrem cucumis. Virgil. 4. Georg. 15.
Distringere ventrem. Celsus lib. 4. cap. 15.
Donabat auaro ventri quicquid quæsierat. Horat. 1. Epist. 16. 1.
Duci ventre, Inseruire ventri & gulæ. Horat. 2. Serm. Saty. 7. 8,
-equidem fateor me, dixerit ille,
Duci ventre leuem, nasum nidore supinor.
Exinanire ventrem. Celsus lib. 4. cap. 11.
Inflatur venter. Cic. 2. de Diuinat. 179, Faba quidem Pythagorei vtiq; abstinere: quasi verò eo cibo mens, nō venter infletur.
Intumuit venter ab vnda. Ouid. 1. Fast. 44.
Liquare ventrem. Celsus lib. 4. cap. 11.
Mersæ res in ventrem. Iuuenalis Satyra 11. 4.
Metiri ventrem lino. Celsus lib. 3. cap. 21, Vinum quoque vtile est & austerum, sed quàm tenuissimum. Commodum est etiam lino cotidie ventrem metiri.
Mollire ventrem. Celsus lib. 2. cap. 11, At vbi febres sunt, satius est eius rei causa cibos potionesque assumere, qui simul & alāt, & ventrem molliant.
Mouere ventrem, Vide **Mouco**.
Petere ventrem. Cic. pro Murena, 49, Etenim sciebā Catilinā non latus aut ventrem, sed caput & collum solere petere.
Placare ieiunia voracis ventris. Ouid. 15. Metam. 19.
Placat iratum ventrem esca. Horat. 2. Serm. Saty. 8. 2.
Suppressus venter. Celsus lib. 4. cap. 15.
Tenere ventrē. Celsus lib. 4. cap. 19. Hoc est sistere fluxū vētris.
Soluere ventrem & Comprimere, contraria. Celsus lib. 3. ca. 18.
Sistere ventrem. Plin. lib. 20. cap. 23. 4. & lib. 21. cap. 19. 1.
Vacare luxuriæ vētriq;. Claud. de Nupt. Honorii & Mariæ, 11.
Cupidine ventris victa pietas. Ouid. 15. Metam. 55.
Viriati ventris tumescunt pondera. Ouid. epist. 11. 8.
¶ Ventrē perferre, pro Esse grauidam. Colum. lib. 6. ca. 24. 1. de vaccis, Mense Iulio fœminæ maribus plerunque permittendæ: vt eo tēpore conceptos, proximo Vere adultis iam pabulis edāt: nam decem mensibus ventrem perferunt.

Ventriculus, ventriculi, pen. cor. m. g. Diminut. Corn. Celsus lib. 4. ca. 1, Ventriculus autē qui receptaculū cibi est, constat ex duobus tergoribus: isque inter lienem & iecur positus est, vtroque ex his paulum super eum ingrediente. Iuuenalis Satyra 3. 10,
-vacua, & plana omnia dicas Infra ventriculum.
Ventriculus cordis. Cic. 2. de Nat. deorū, 108, Nam quæ spiritu in pulmones anima ducitur, ea calescit primùm ipso ab spiritu, deinde contagione pulmonum, ex eáque pars redditur respirando, pars concipitur cordis parte quadam, quam ventriculū cordis appellant. Cui similis alter adiunctus est, in quem sanguis à iecore per venam illam cauam influit.

Ventriōsus, pen. prod. Adiectiuum, Qui magnum habet ventrem. Plaut. Asin. 3. 20, Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus. Idem Merc. 2. 54, Canum, varum, ventriosum.

Ventrōsus, pen. prod. Aliud adiectiuū, Idem. Plin. lib. 14. cap. 21. 2, Ventrosa ac patula minus vtilia.

Ventrāle, ventrālis, pen. prod. n. g. Vestimentum ventrē contegēs. Plinius lib. 8. cap. 48. 3, Patris mei memoria cœpere amphismalla nostra, sicut villosa, & etiam ventralia.

Ventilo, véntilas, pen. cor. ventilare, Ventum excitare vt aliquid ardeat vel coquatur. Propert. lib. 4. eleg. 3. 10, Hanc Venus vt viuat ventilat ipsa facem. Plin. lib. 15. ca. 1. 10, Huius proprietas vt ventiletur in coquendo, donec desinat olere.
Carbasa ventilantur aura. Stat. 4. Syl. 3. 11.
Faces accensas ventilare. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 3.
Frumentū ventilare, Ventilabro expurgare. Plin. lib. 18. ca. 30. 6, Multi ventilare quoque granum vetant. Colum. lib. 1. ca. 6. 10, Quod genus exitii quum incidit, multi opinātur arceri posse, si exesæ fruges in horreo ventilentur, & quasi refrigerentur.
Aura ventilat iubas. Silius lib. 16. 89.
Flatus ventilat incendia. Silius lib. 17. 105.
Vinū ventilare. Colu. lib. 12. ca. 30. 1, Quanto maior æstus erit, eo sæpius conuenit vinum nutriri, refrigerarique & ventilari.
¶ Ventilare, Per manus versare, è digitis eximendo. Apuleius, Ad hæc ego insperato lucro diffusus in gaudiū, & in aureos refulgentes, quos identidem manu mea ventilabam. Iuuen. Sat. 2. 3. -quum verna Canopi
Crispinus Tyrias humero reuocante lacernas,
Ventilet æstiuum digitis sudantibus aurum.
¶ Ventilare concionē aliquā. Cic. pro Flacco, 43, Cuius linguæ quasi flabello seditionis illa tum est egentium concio ventilata.

Ventilatio, Verbale, Ipse ventilandi actus. Plin. lib. 15. cap. 1. 1, Innocentiores, quæ decerptæ diu pependere: qua ventilatione etiam vtiles fiunt stomacho, ægrisque. De vuis.

Ventilātor, pen. prod. Verbale, Qui frumentum ventilat. Columel. lib. 2. cap. 10. 11, Faba quæ longius emittetur, pura eò perueniet quò ventilator eam iaculabitur.
Ventilator naturæ. Cic. 1. de Natura deor. 111, Non pudet igitur physicum, id est speculatorem, ventilatoremque naturæ, ab animis cōsuetudine imbutis petere testimonium veritatis? Vetus codex habet venatorémque, &c.
¶ Ventilatores apud Quintilianum lib. 10. cap. 7, sunt præstigiatores, qui vt ventilatores grana quæ purgant, in ventum proiiciunt, ita rem quam retinent manibus, eiicere videtur: ita enim ait, Quo vsu constat mira illa in scenis pilariorum ac ventilatorum, vt ea quæ emiserint, vitro venire in manus credas, & qua iubentur decurrere.

Ventilābrum, ventilābri, pen. prod. Instrumentū quo aliquid ventilatur. Colu. lib. 2. cap. 20. 10, Nam quum aceruus paleis granisque mistus in vnum fuerit congestus, paulatim ex eo ventilabris per longius spatium iactetur.

VENONIVS historicus, cuius meminit Cicero 1. de Legibus, Nā (inquit) post Annales pontificum maximorum, quibus nihil potest esse nudius, si aut ad Fabium, aut ad eum qui tibi semper in ore est, Catonem, aut ad Pisonem, aut ad Fannium, aut ad Venonium venias: quanquam ex his alius alio plus habet virium, tamen quid tam exile quàm isti omnes? Hactenus Cicero. Huius historiam se non habere dolet idem Cicero ad Atticum.

Ventōsus, Vide **Ventus**.

Ventus, venti, m. g. à Venio fit propriè est cum impetu veniēs aer: quum nihil aliud sit ventus, quàm aer commotus atque agitatus. Vitruuius, Ventus est aeris fluens vnda cum incerta motus redundandi. Plaut. Mostel. 9. 41, Sed ita Simo nunc ventus nauem deseruit. Idem Pœn. 2. 9, Vtcunque est ventus, exin velum vortitur. Cic. 2. de Nat. deorum, 145, Aer effluēs huc & illuc ventos efficit. Idem 1. de Diuin. 64, Placet enim Stoicis, eos anhelitus terræ, qui frigidi sunt, quum fluere cœperint, vētos esse.
Ocyor ventis. Virgil. 5. Æneid. 64.
Domus pernix vento. Ouid. 1. Metam. 153.
Accessus ventorum, Vide **Accedo**.
Æquor ventorum. Catull. Argon. 59. 3.
Cursus ventorum. Catull. in Camerium, 51. 6.
Paces ventorum. Lucret. lib. 5. 247, -ac prece quæsit
Ventorum pauidus paces, animásque secundas.
Cæca potestas venti. Lucret. lib. 3. 50.
Rabies sæua ventorum. Ouid. 5. Metam. 2.
Turbo venti. Virg. 9. Æneid. 19. Lucret. lib. 6. 31.
Vis fera ventorum. Ouid. 15. Metam. 60.
Vires validæ ventorum. Lucret. lib. 3. 100.
¶ Aduersus ventus. Ouid. epist. 6. 2.
Aerii vēti. Catul. Arg. 59. 19, Quæ cūcta aerii discerpūt irritavēti
Igneus ventus. Senec. Thyeste, 1. 21.
Inanis. Virgil. 10. Æneid. 17. Insanus. Stat. 6. Thebaid. 60.
Languidus. Seneca Herc. Œtæo, 6. 2,
Vt fractus Austro Pontus etiamnum tumet:
Quamuis quiescat languidis ventis dies.
Leuis. Virgil. 2. Æneid. 159. Magnus, Vide **Magnus**.
Loquax. Lucan. lib. 5. 17. Mobilis. Ouid. epist. 5. 23.
Mitior ventus. Ouid. 13. Metam. 89.
Nigris ventis aspera æquora. Horat. 1. Carm. ode 5. 2.
Niualis. Virg. 3. Georg. 64. Rapax. Ouid. 1. de Arte, 78.
Pluuius. Horat. 1. Car. ode 17. Rapidus. Virg. 6. Æneid. 15.
Proterum. Hor. 1. Car. ode 20. 1. Sæuus. Ouid. 11. Metam. 2.
Secundus ventus, Prosper, minimè contrarius. Cic. ad Catonē, lib. 15. 3. 4, Et existimabā M. Bibulū proconsulē, qui circiter Idus Sextiles ab Epheso in Syriā nauibus profectus erat, quòd secundos ventos habuisset, iam in prouinciam suam peruenisse.
Septentrionales & Septentriones venti. Colum. lib. 11. ca. 2. 16. Cic. ad Attic. lib. 9. 173. 9, Ex ea die fuere Septentriones venti: naues quibus vsus nō est, omnes aut præcidisse, aut incēdisse dicūt.
Tenuis. Virgil. 3. Æneid. 90. Trux. Stat. 10. Thebaid. 19.
Tepidus. Ouid. 7. Metam. 114. Tumidus. Sene. Medea, 8. 1.
Vagus. Horat. 3. Car. ode 19. 5. Validus. Ouid. 6. Metam. 61.
Vanus. Catul. Arg. 59. 21, Nequaquā vanis factāte cornua vētis.
Vehemens ventus & immoderata tempestas. Cic. pro Roscio Amerino, 77.
Violenti venti summa vis. Lucret. lib. 5. 247.

¶Abire in ventos, Vide Abeo.
Absentes venti. Vide Absens.
Accipiunt ventos à tergo carinæ. Ouid. 11. Metam. 8.
Accipiunt naues à tergo ventos, Vide A præpositionem.
Admouit te ventus oræ Siculæ. Virgil. 3. Æneid. 85.
Agentes frigora venti. Virgil. 1. Georg. 71.
Agit nubes ventus. Virgil. 1. Georg. 93.
Agit nubila ventus. Virgil. 1. Georg. 85.
Agitur carina suo vento. Ouid. epist. 11. 15.
Actus discordibus ventis. Ouid. 4. Metam. 115.
Agitari ventorum vi. Cic. pro Cluentio, 109, Ex quo intelligi potuit, id quod sæpe dictum est, vt mare quod sua natura tranquillum sit, ventorũ vi agitari atque turbari: sic & Populum Rom. sua sponte esse placatum, hominum seditiosorum vocibus, vt violentissimis tempestatibus concitari.
Apponere à vento, Vide A vel Ab præpositiones.
Aspirare ventos alicui. Virgil. 5. Æneid. 111,
Irim de cælo misit Saturnia Iuno
Iliacam ad classem, ventósque aspirat euntí.
Bacchans ventus. Horatius 1. Carm. ode. 25. 3.
Circunflari à ventis inuidiæ, Vide Circunflo.
Claudit ventos carcere Hippotades. Ouid. 4. Metam. 135.
Carcer clausus ventorum. Virgil. 1. Æneid. 49.
Cohibentur in antris leues venti. Ouid. 15. Metam. 79.
Committere vitam ventis, Nauigare. Virgil. 10. Æneid. 14.
Magni commorunt æquora venti. Lucret. lib. 2. 154.
Concipere ventum, Vide Concipio.
Odioso vento concita æquora. Ouid. epist. 18. 5.
Concrescunt imbres gelidis ventis. Ouid. 9. Metam. 45.
Concurrunt prælia ventorum. Virgil. 2. Georg. 64.
Confligunt rupto turbine aduersi venti. Virgil. 1. Georg. 84.
Consurgunt venti ab atro vespere. Virgil. 5. Æneid. 4.
Coorti venti. Lucretius lib. 2. 111,
Sed quasi naufragiis magnis, ventísque coortis
Dissectare solet magnum mare, transtra, carinas, &c.
Crepitabat leni bractea vento. Vergil. 6. Æneid. 41.
Custodit ventos Æolus. Ouid. 11. Metam. 150.
Depræliantes seruido æquore venti. Horat. 1. Carm. ode 9. 3.
Dare comam diffundere ventis. Virgil. 1. Æneid. 65.
Dant cursum venti. Virgilius 3. Æneid. 68, Sed tibi qui cursum venti, quæ fata dedere?
Placata maria dant venti. Virgil. 3. Æneid. 14.
Operam dat ventus, Prosper est. Plaut. Milite, 16. 50, Nisi est, te soluturum esse nauim, ventum operam dare.
Dare verba in ventos. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 9.
Iræ ventis. Horatius epod. 9. 6,
Aut ille centum nobilem Cretam vrbibus
Ventis iturus non suis.
Euertere æquora ventis. Virgil. 1. Æneid. 10.
Explorare omnes ventos. Virgil. 3. Æneid. 103.
Facientes frigora venti. Ouidius 1. Metam. 11.
Fauentes venti cælo pelagóque. Ouid. epist. 2. 4.
Ferens ventus. Virgil. 3. Æneid. 95,
Interea classem velis aptare iubebat
Anchises, fieret vento mora nequa ferenti. Idẽ lib. 4. 86. 4, Expectet facilémque fugam, ventósque ferentes. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 11, Lintea dem potius, ventisque ferentibus vtar.
Ferri iniuriosis ventis. Horat. epod. 17. 7.
Nauis fertur velis ventóque. Lucretius lib. 4. 182.
Feruunt omnia ventis nimbísque. Virgil. 1. Georg. 91.
Furentes venti. Virgilius 10. Æneid. 8.
Glomerátque ferens incendia ventus. Virgil. 2. Georg. 63.
Impellunt ratem venti. Silius lib. 17. 9.
Impulsa ianua animoso vento. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 11.
Impendens ventus. Virgil. 1. Georg. 73,
Sæpe etiã stellas vẽto impẽdente videbis Præcipites cælo labi.
Increbrescit ventus, Vide Increbresco.
Secundis ventis intendere vela. Virgil. 3. Æneid. 137.
Vtilibus ventis intrare vrbem. Ouid. 13. Metam. 28.
Luctantes venti, Vide Luctor.
Mouere ventos tenui flabello. Ouid. 1. de Arte. 33.
Nascitur ventus, Vide Nascor.
Fauentibus ventis nauigare æquor. Ouid. 15. Metam. 10.
Perpessus ventos & imbres. Virgil. 9. Æneid. 11.
Petere vrbem aliquam vento. Virgil. 2. Æneid. 36,
quòd patrias vento petiẽre Mycenas.
Ponunt venti. Virgil. 7. Æneid. 6,
Quum venti posuere, omnísque repente resedit
Flatus. Statius 5. Thebaid. 3, Quam fera ponit hyems: eodem modo dixit quo Virgilius. id est quiescit, desinit.

Folle premere ventos. Persius Satyra 5. 1,
Tu neque anhelanti coquitur dum massa camino,
Folle premis ventos, &c.
Profundere verba ventis. Lucretius lib. 4. 188.
Prosequitur surgens à puppi ventus euntes. Virg. 5. Æneid. 156.
Pugnantes venti. Lucret. lib. 6. 10.
Pulsari vento & imbri. Virgil. 4. Æneid. 50.
Flamine ventorum pulsæ nubes. Catullus Argonaut. 59. 48.
Quassata classis ventis. Virgil. 1. Æneid. 111.
Vita recessit in ventos. Virgil. 4. Æneid. 141.
Sæuit mare ventis. Seneca Troade, 10. 27.
Secare ventos. Virgil. 4. Æneid. 51. de Mercurio volante.
Secundante vento. Tacit. lib. 2, Tandem relabente æstu, & secundante vento, claudæ naues raro remigio, aut, &c.
Sequi vrbem aliquam aut regionem vento. Virgil. 4. Æneid. 76, 1, Sequere Italiam ventis: pete regna per vndas.
Silent venti. Seneca Medea, 8. 10.
Solutum æquor pace ventorum. Statius 3. Thebaid. 51.
Sternere ventos, Pacare. Horat. 1. Carm. ode 9. 2.
Permitte diuis cætera: qui simul
Strauere ventos æquore seruido
Depræliantes: nec cupressi,
Nec veteres agitantur orni.
Placidi strauerunt æquora venti. Virgil. 5. Æneid. 153.
Erit ventus, Spirabit ventus. Virgil. 1. Georg. 87,
At si virgineum suffuderis ore ruborem,
Ventus erit, vento semper rubet aurea Phœbe.
Tenere vento cursum aliquó. Virgil. 4. Æneid. 10,
Dis equidem auspicibus reor, & Iunone secunda
Hunc cursum Iliacas vento tenuisse carinas.
Temperat ventos Æolus. Ouid. Epist. 10. 14.
Tenuerunt æquora venti emissi. Ouid. 11. Metam. 87.
Trahitur vento nubes. Virgil. 4. Georg. 11.
Turbantes æquora venti. Lucretius lib. 2. 1.
Verrentes æquora venti. Lucretius lib. 5. 54.
Vesaniens ventus. Catullus ad Thallum, 12. 3.
Verbera ventorum vitare. Lucret. lib. 5. 192.
Vocatis vẽtis prona petit maria. Virg. 5. Æne. 43. Idẽ 8. Æne. 141, Ipsa videbatur ventis regina vocatis Vela dare.
Voluunt mare venti. Virgil. 3. Æneid. 40.
Crudelibus ventis vti. Ouid. epist. 10. 6.
¶Ventus secundus, pro Secũda fortuna, per translationẽ. Cic. ad Atticum, lib. 2. 16. 13, Quid si etiam Cæsarem, cuius nunc venti valde sunt secundi, reddo meliorem?
¶Ventus, pro Procella & turbine in Repub. Cic. in Pisonem, 15, Neque tam fui timidus, vt qui maximis turbinibus ac fluctibus Reipub. nauem gubernassem, saluámque in portu collocassem, frontis tuæ nubeculam &c. pertimescerem: alios ego vidi ventos, alias prospexi animo procellas.
Colligere concionum ventos, hoc est Rumores, & sententias, aut deliberationes. Cic. pro Cluentio, 61, Condemnato Oppianico, statim L. Quintius homo maximè popularis, qui omnes rumorum & concionum ventos colligere consuesset, oblatam sibi facultatem putauit vt ex inuidia Senatoria posset crescere, quòd eius ordinis iudicia minus iam probari populo arbitrabatur.
Ventum popularem quærere in re aliqua, Populi plausum & secũdum rumorem, fauorémque inanem expiscari. Cic. pro A. Cluentio, 102, Verùm omnes intelligimus in istis subscriptionibus ventum quendam popularem esse quæsitum.
Véntulus, véntuli, pen. corr. m. g. Diminut. Terent. Eunuch. 3. 5. 47. Cape hoc flabellum, & ventulum huic sic facito dum lauamur.
Ventósus, pen. prod. Adiectiuum, Vento plenum: vt ventosa regio.
Ventosus aer. Plin. lib. 2. ca. 18. 1. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 10, ad Cupidinem, Tu leuis es, multóque tuis ventosior alis.
Æquora ventosa. Virg. 1. Georg. 41.
Alæ ventosæ. Virg. 11. Æneid. 170.
Auræ ventosæ. Ouid. de Medicamine faciei, 11.
Currus ventosus. Horat. 1. epist. 1. 36, Quem tulit ad scenã ventoso gloria curru.
Equi ventosi, Celeres. Ouid. 4. Fast. 79.
Follis ventosus. Virgil. 8. Æneid. 90,
-alii ventosis follibus auras
Accipiunt, reddúntque.
Fornax ventosa. Cato cap. 38. 1, Vbi satis foderis, tum fornaci locum facito, vt quàm altissima, & quàm minimè ventosa fiet.
Mare ventosum. Horat. 3. Carm. ode 4. 10.
Mens ceruorum ventosa. Lucret. lib. 3. 61.
Murmur ventosum auræ. Virg. eclog. 9. 11.
Potentia ventosa Neptuni. Ouid. 2. Amor. eleg. 16. 6.
Qualitas ventosa cæli. Colum. lib. 3. cap. 1. 5.

Status ventoſus cæli.Colum.lib.7.cap.3.3.
Vndæ ventoſæ.Ouid.Epiſt.18.40.
¶Ventoſus,Inanis.Plin.in Paneg. 50,Superbiebat ventoſa & inſolens natio. Cic.11.Philipp.301,Nam extraordinarium ſemper imperium populare atque ventoſum eſt,minimè veſtræ grauitatis,minimè huius ordinis..
Gloria ventoſa.Virgil.11.Æneid.141,Iam noſces ventoſa ferat cui gloria fraudem.Id eſt Inanis iactantia.
Ventoſus homo,dicitur leuis & inconſtans.Horat.1.epiſt.8.3,
Quæ nocuere ſequar,fugiam quæ profore credam.
Romæ Tibur amem ventoſus,Tybure Romam. Brutus ad Ciceronem, lib.11.9.2, In primis rogo te ad hominem ventoſiſſimum Lepidum mittas.
Plebs ventoſa.Horat.1.Epiſt.20.8.
Ratio ventoſa fauoris.Claud.de Bello Getico,23.

Venuculus,pen.corr.vel vt in quibuſdam exemplaribus legitur Veniculus,aut Venunculus adiectiuum. vt Venucula vitis, Venuculum far.Colum.lib.3.cap.2.2,Item quarum vuæ temporibus hyemis durabiles vaſis condũtur,vt venuculæ,& nuper in hos vſus exploratæ, numiſianæ. Iit in eodem capite,17. Plin. lib.14.cap.1.11,Veniculam inter optimè defloreſcentes & ollis aptiſſimam,Campani malunt ſirculã vocare,alii ſtaculam, Tarracina numiſianã,nullas vires proprias habentem,ſed totã perinde ac ſolum valeat. Columel.lib.2.cap.6.2,Far quod vocatur venunculum rutilum,atque alterum candidum,ſed vtrunq; maioris ponderis quàm Cluſinum. Quo in loco vermiculum legit Ruellius,fortaſſe exemplo Plinii adductus qui lib.22.cap.25.2,ait in farre vermiculum eſſe teredini ſimilem,qui dentibus vitiatis medeatur.Neſcio tamen an vernaculum melius legi debeat:ait enim Plinius fauadorem vernaculum dici.

VENVLVS,pen.corr.Turni legatus ad Diomedem,vt ſcribit Virgilius in prooemio lib.8.Æneid.2,
Mittitur & magni Venulus Diomedis ad vrbem,
Qui petat auxilium,& doceat quæ cauſa petendi.

Venum,à Venio,quaſi Veniũ, vſurpatur pro ſupino verbi Veneo.Liuius,Se venum à primoribus datos. Gellius lib.7.cap.4, Venum ſolitos ire pileatos.Id eſt vendi.Vide **Veneo**.
Veno exercere,Id eſt promercale habere,apud Tacitum,teſte Budæo.

Venúndo,venúndas,pe.prod.venúndedi,venúndatum,venúndare,pen.corr.Plin.lib.35, Octoginta talentis venundatas. Cic.3. Offic.86,Quum in venundando rem eam ſciſſet,& non pronuntiaſſet emptori.Correctiora exemplaria habent vendendo,&c. Propert.lib.3.eleg.19.5,Túque ô Minoa venũdata Scylla figura.

Venundatio,venundatiônis,Verbale,Permutatio rerum & contractus ex conuentione prouenientis.

VENVS,Iouis filia à noſtris(vt ſcribit Cicero 1.de Nat.deor.101,) ſic dicta,quòd ad res omnes veniret,Venerem noſtri nominauere rectiùs,atque ex ea potius venuſtas,quàm Venus ex venuſtate. Sic ibidem lib.3.84. Venus quia venit ad omnia. Græci ἀφροδίτην, quòd è ſpuma maris è teſtibus Saturni proiectis ſit nata.Cõcha inſidentem finxerunt,quòd, vt legitur apud Stobeum, mulierẽ deceat præter omnia cura ſub tecto,ac ſilẽtiũ. Hæc vt amorum, gratiarúmque,ita pulchritudinis & deliciarũ, & voluptatũ omniũ dea eſt. Cicero Veneres plures fuiſſe declarat lib.3.de Nat. deor. 80,his verbis,Venus prima Cælo & Die nata,cuius Eli delubrum videmus. Altera ſpuma procreata, ex qua & Mercurio Cupidinẽ ſecundũ natũ accepimus.Tertia Ioue nata,& Diona, quæ nupſit Vulcano:ſed ex ea & Marte natus Antheros dicitur. Quarta Syria Cyróque concepta,quæ Aſtarte vocatur,quam Adonidi nupſiſſe proditum eſt.
Regina Gnidi Paphique Venus.Horat.1.Carm.ode 30.1.
¶Venus pro Libidine aliquãdo ponitur.Terẽt.Eunucho,Sine Cerere & Baccho friget Venus. Dicũtur hæc ſub perſona Chremetis adoleſcentis ruſtici,qui ſobrius oderat meretrices.pòſt idẽ potus non abhorret. Cibus enim & potus irritamenta ſunt libidinis.Eleganter autẽ Cererem pro cibo,Bacchum pro vino,Venerem pro libidine dixit,continenter in figura perſiſtens. Ardẽt amantes.& frigent quæ languent.Eraſmus.
¶Venerẽ,quàm coitum dixiſſe magis decet,ait Quintilianus lib.8.c2.6. Plin.lib.14.cap.9.6, Ad venerem impetus inhibent.
Frigidus in venerem ſenior. Virgil.2.Georg.10.
Pronum genus in venerem.Ouid.6.Metam.91.
Rudis ad furtum veneris.Ouid. Epiſt.16.29.
Concordia veneris.Ouid.13.Metam.185.
Me videt,atque Acim,videóque exclamat,& iſta
Vltima ſit,faciam,veneris concordia veſtræ.
Sagittæ veneris.Lucretius lib.4.157.
Spes veneris inconceſſa.Ouid.9.Metam.118.
Stimuli veneris.Lucretius lib.4.245.
Studioſa veneris iuuentus.Horat.2.Serm.ſaty.5.17.
Voluptas damnoſa veneris.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.7.
¶Alma Venus.Virgil.1.Æneid.115.
Aurea Venus.Virgil.10.Æneid.4.
Auſpicata venus.Catullus de Acme & Septimio,41.6,
Quis vllos homines beatiores
Vidit quis venerem auſpicaciorem?
Non caſta Venus.Seneca Hippol.1.31.
Cytherea Venus.Horat.1.Carm.ode 4.1.
Damnoſa Venus.Horat.1.Epiſt.19.5.
Decens venus. Horatius 1.Carm.ode 18.2.
Diua Venus.Virgil.1.Æneid.166.
Externa venus.Ouidius 14.Metam.76,
Nec venere externa ſocialia fœdera lædam,
Dum mihi lanigenam ſeruabunt fata Canentem.
Fœmineam venerem refugere.Ouid.10.Metam.16.
Formoſa Venus.Virgil.eclog.7.13,
Populus Alcidæ gratiſſima,vitis Iaccho
Formoſæ myrtus Veneri:ſua laurea Phœbo.
Furtiua venus.Ouidius 1.de Arte,55.
Idalia Venus.Virgil.5.Æneid.151.
Ignaua venus, Quæ otio delectatur.Ouid.2.Amor.eleg.18.1.
Illicita venus. Statius 8.Thebaid.20.
Impia venus, Concubitus inceſtus.Seneca Thyeſte,6.17.
Læta venus. Horat.3.Carm.ode 21.5.
Marina Venus.Horat.4.Carm.ode 11.3.
Nefanda venus.Virgil.6.Æneid.6.
Nuda Venus.Ouid.3.de Arte,45.
Palæſtrica Venus,Vide Palæſtricus in **Palæſtra**.
Paphia Venus,Vide PAPHOS.
Parabilis venus. Horat.1.Serm.ſatyra 2.14, Non ego: nanque parabilem amo venerem,facilémque.
Priſca venus.Horat.3.Carm.ode 9.4,
Quid ſi priſca redit venus,
Diductóque nodo cogit aheneo?
Turpis venus.Seneca Octauia,4.19.
Tuta venus, Non prohibita legibus.Ouidius 1.de Arte,7,Nos Venerem tutam,conceſſáque furta canemus.
Volginaga venus.Lucretius lib.4.216.
Vtraque venus.Ouid.3.Metam.64, -Venus huic erat vtraque nota.De Tireſia,qui & mas fuerat & fœmina.
¶Abdicata venere,Vide **Abdico**.
Abſtinere venere.Vide **Abſtineo**.
Abundare venere,Vide **Abundo**.
Telis veneris ictum accipere.Lucret.lib.4.111.
Admittere venerem curis.Vide **Admitto**.
Amat otia venus.Ouid.1.de Remed.19.
Ardeſcere venere.Lucret.lib.5.179.
Auertere venerem & ſtimulos amoris.Virg.3.Georg.41.
Carere fructu veneris.Lucret.lib.4.216.
Facere ſibi modum veneris in aliqua.Ouid.4.Metam.9.
Sancta Venus habitat in paruis tectis.Sene.Hippol.1.16.
Inhibere venerem,Vide **Inhibeo**.
Iungi per veneris res. Lucret.lib.5.170.
Languentis veneris irritamentum.Iuuen.Saty.11.17.
Noſſe venerem,Vide **Noſco**.
Perrumpere nodos veneris.Lucret.lib.4.131,
Nam vitare plagas in amoris ne iaciamur,
Non ita difficile eſt,quàm captum retibus ipſis
Exire,& validos veneris perrumpere nodos.
Muneribus Veneris potés,Formoſus.Horat.4.Carm.ode 10.2.
Ruens in me Venus.Horat.1.Carm.ode 19.2,
In me tota ruens Venus Cyprum deſeruit.
Soluere corpora in venerem.Virg.4.Georg.40.
Vacare veneri.Senec.Agameinn.3.16.
Vendere venerem.Tibull.lib.1.eleg.4.12.
Conceſſa venere vti.Horat.1.Serm.ſaty.4.23.
¶Venus, Stella quæ aliàs Lucifer dicitur. Cic.1.de Nat.deor. 77,Infima eſt quinque errantium terræque proxima,ſtella Veneris,quæ φωσφόρος Græcè, Lucifer Latinè dicitur, quum antegreditur ſolem: quum ſubſequitur autem,Heſperos.
¶Venus,pro amica.Virgil.eclog.3.14. Parta meæ veneri ſunt munera,&c.
¶Venus,Pulchritudo,Venuſtas,Ornatus,Elegantia. Quintil. lib.6.cap.4,Quod cum gratia quadam & venere dicitur. Plautus Stycho,5.5, -profectò
Amœnitates omnium venerum & venuſtatum affero.
Veneres dicendi.Quintil.lib.10.cap.1,Iſocrates omnes dicendi veneres ſecutus eſt.
Exornare narrationẽ gratia & venere. Quintil.lib.4.c2.1.81.

¶Venus,pro talorum iactu Venerio.Sueton.in Augusto,cap. 71,Talis enim iactatis vt quisque canem aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in medium cõferebat: quos tollebat vniuersos,qui Venerem iecerat.

Venerius,Adiectiuum,siue Venereus,Quod ad Venerem pertinet: vt Venerius nepotulus apud Plautum in Milite,21.20. Et apud eundem Veneria sacerdos,in Rudente,9.14.

Homo venerius,Veneri cõsecratus.Cic.pro Cluent.31, Quúmque itẽ vt in Sicilia permulti venerei sunt,sic illi Larini in Martis familia numerarentur. Idem 7. Verr.111, Iste autem homo venerius, & affluens omni lepõre & venustate,de bonis illius in æde Veneris argenteum Cupidinem posuit.

Venereus,iactus tali.Cic.1.de Diuin.46,Quatuor tali iacti casu, venereum efficiunt. Num etiam centũ venereos,si quadringentos talos ieceris,casu futuros putas?

Voluptates venerex. Cic.4.Tusc.111,Et vt turpes sunt qui efferunt se lætitia tum quũ fruuntur venereis voluptatibus,sic flagitiosi,qui eas inflammato animo concupiscunt.

Pyra veneria,apud Columellã lib.5.ca.10.11. & lib.12.ca.10.3.

Vti rebus venereis.Cic.de Senectute,43.

Venustus,Aliud adiectiuum,A Venere dicitur,teste Cicerone 1. de Natura deorum,101.

Homo venustus.Catul.ad Varum,19.1. Idem de Passere,3.1,

Lugete ô Veneres,Cupidinésque,
Et quantum est hominum venustiorum.

Soror venusta.Catullus de Gellio,84.1.

Vultus venustus,Ingenuus,elegans.Terent.Andria,1.1.93,

-& vultu Sosia
Adeò modesto,adeo venusto,vt nihil suprá.

Gestus corporis venustus.Cic.de Claris Oratoribus,106,Gestus & motus corporis ita venustus,vt tamen ad forum,non ad scenã instituius videretur.

¶Venustum esse, quod cum gratia quadã & venere dicatur, apparet,inquit Quintilianus lib.6.cap.4. Cic. ad Trebonium, lib.15.21.7,Primum quod tibi facetum videtur quicquid ego dixi,quod alii fortasse non item: deinde quòd illa siue faceta sunt, siue sic fiunt narrante te venustissima.

Sed obsecro te,ita venusta habeãtur ista,nõ vt.Cic.in Par.47.

Venustus & vrbanus.Cic.1.de Oratore,116, Sed quum omniũ sit venustissimus & vrbanissimus,omnium grauissimum & seuerissimum & esse & videri, quod isti contigit vni,id mihi vix ferendum videbatur.

Sermo vrbanus & venustus.Cic.pro Domo sua,71.

Sententia dulcis & venusta.Cic.de Claris Orat.182.

Venustum ad aspectũ.Cic.in Orat.134,Vt quicquid in his rebus fiat viliter ad pugnã,idem ad aspectum etiã sit venustum.

Venústulus,pen.corr.Adiectiuum diminutiuum. Plaut.Asin.5.70,

-compellando blanditer,
Osculando,oratione vinula,venustula.

Venustas,venustãtis,f.ge.Pulchritudo propriè muliebris,& dignitatis: itẽ gratia dicendi,amabilisq; suauitas.Plaut.Pœn.4.34,Pulchrum & celebrẽ,& venustatis diem plenum. Terent.Hecyra,5. 4.17,Antiquámq; adeò tuam venustatẽ obtines. Ibidẽ,5.4.8, Quis me est fortunatior? venustatisque adeò plenior? Cicero 6. Verr.4,Erant æneæ præterea duo signa nõ maxima,verùm eximia venustate,virginali habitu atque vestitu. Idem 1.Offic.181, Venustatem muliebrem ducere debemus,dignitatem virilem.

Ex venere venustas dicta est.Cic.2.de Nat.deorum,101.

Venustas & pulchritudo corporis secerni non potest à valetudine.Cic.1.Offic.135.

Vultus multã affert tum dignitatẽ tũ venustatẽ.Cic.in Ora.33.

Vsus & venustas.Cic.1.de Nat.deorũ,68,Quum artificiũ effingitis,fabricámque diuinam,quàm sint omnia in hominis figura non modò ad vsum,verùm etiã ad venustatẽ apta describere.

Festiuitas & venustas dicendi.Cic.1.de Orat.116,Itaque hilaritatis plenum iudicium ac lætitiæ fuit, in quo quid tibi iuris ciuilis exercitatio profuerit,non intelligo,dicendi vis egregia,summa festiuitate,& venustate coniuncta profuit.

Commendatur expositio venustate.Quintil.lib.4.cap.2.84.

Lepõre & venustate affluens.Cic.7.Verr.111,Iste autem homo Venerius & affluens omni lepõre & venustate,&c.

Agere cum dignitate & venustate.Cic.1.de Orat.69,Tũ ea denique vestire atque ornare oratione, pòst memoria sepire, ad extremum agere cum dignitate & venustate.

Venustè,Aduerbium.Cælius ad Ciceronẽ,lib.8.4.5, Qua in re mihi videtur illud perquam venustè cecidisse.

VENVSIA,Colonia inter Lucaniam & Apuliam,Horatii poetæ patria,qui inde Venusinus,pen.prod.dicitur. Venusiæ meminit Plinius lib.3.cap.11.

Colonus Venusinus.Horat.1.Serm.sat.1.7,Nam Venusinus arator finem sub vtrunque colonus.

Sylvæ Venusinæ.Horat.1.Carm.ode 28.6.

Vepres,vepris,tam in singulari,quàm in plurali, generis masculini est secundũ Probum, & fœminini secundũ Priscianum: Rubus,siue spina,aut etiam spinarum septum vel sepes dicitur: quòd vehementer prehendat.Ouidius 5.Metam.116,

Aut leporis qui vepre latens hostilia cernit
Ora canum. Colum.lib.11.cap.3, Vepres efficiendi consitis spinis rationem talem reddiderunt. Ibidem,Hunc veprem manifestum est interimi nõ posse.In quo capite spinam,sentẽ,& veprem pro eodem accipit. Cic.5.Tusc.91,Cuius ego Quæstor ignoratum ab Syracusanis, quũ esse omnino negarent, septum vndique & vestitum vepribus & dumetis,indagani sepulchrum. Hora.1.Epi.17.1,Cornu vepres,& pruna ferant,& cornus,& ilex.

Hirsuti secuerunt corpora vepres.Virgil.3.Georg.89.

Sparsi rorabant sanguine vepres.Virgil.8.Æneid.119.

Incendere vepres.Virgil.1.Georg.55.

Veprécula,vepréculæ,pe-cor.Diminut.Cic.pro Sestio, 61,Quoniã id etiam fatum ciuitatis fuit,vt illa ex vepreculis extracta nitedula Rempub.conaretur arrodere.

Veprétum,vepréti,pen.prod.Locus vepribus plenus.Colum.lib.4. cap.32.1,Fluminũ ripis & limitibus ac vepretis cómodius, quàm mediis agris deponitur.

Ver,veris,n.g.Anni pars temperatior.à Veniendo dictum,quòd tum venire,id est oriri & crescere incipiunt virgulta, & frondes ac flores arborum atque herbarum.

Ver in tres partes diuiditur,Nouum,adultum,& præceps.Vide **Adultus**. Virgil.1.Georg.9,

Vere nouo,gelidus canis quum montibus humor
Liquitur. Vbi Seruius,Vere nouo, & anni initium accipimus,& primam partem veris. Idem 10.ecloga,15,Quantum vere nouo viridis se subiicit alnus.

Primo vere,Id est nouo.Plin.lib.10.cap.19.9,Luscinix pariunt vere primo quum plurimum sena oua. Liuius,Primo vere exercitum moturus erat.

Veris initiũ,quãdo.Cic.7.Verr.11,Quũ autẽ ver esse cœperat, cuius initium iste non à Fauonio neq; ab aliquo astro notabat, sed quum rosam viderat,tum incipere ver arbitrabatur.

¶Aquosum.Stat.4.Sylu.4.3. Imbriferum.Virg.1.Geor.61.
Benignum.Sene.Thyeste,9.11. Nidificũ.Sene.Medea,9.9.
Breue.Ouid.1. Metamor.14. Nimbosum.Iuuen.Saty.4.9.
Purpureum.Virg.eclog.9.7.
Tepidi veris tempora. Ouid.5.Fast.110.
Vdo vere madent terræ.Virg.3.Georg.86.
¶Adolescit ver.Vide **Adolco**.
Agere ver.Virg.2.Georg.68, -ver magnus agebat Orbis.
Appetit ver,Vide **Appeto**.
Incipiente vere,Vide **Incipio**.
Ineunte vere,Vide **Ineo**.
Rubens. Virgil.2. Georg.64. Tepens.Ouid.3.de Arte,37.

¶Ver sacrum.Sisenna lib.4.hist. Quondam Sabini feruntur vouisse,si res communis melioribus locis constitisset, se ver sacrum facturos. Festus,Ver sacrum vouendi mos fuit Italissima gnis enim periculis vouebant adducti,quæcunque proximo vere nata essent apud se animalia,immolaturos.Sed quum crudele videretur pueros ac puellas innocentes interficere, perductos in adultam ætatẽ velabant,atque ita extra fines suos exigebant. Vide Liuium Decad.3.lib.2.43.& Decad.4.lib.4.164.

Ver tanquam adolescentiam significat, ostenditque fructus futuros: reliqua tempora demetendis frugibus, aut percipiendis accommodata sunt.Cic.de Senect.64,

Vernus,Adiectiuum,Quod est veris,vt Verni flores,Vernũ æquinoctiũ.Plin.lib.10.cap.31.1, Oscines non temere fœtus faciunt ante æquinoctium vernum. Vide **Verna**.

Aura verna.Ouid.epist.6.22.
Flos vernus.Tibull.lib.2.eleg.1.12.
Rosa verna.Propert.lib.3.eleg.5.5.
Sol vernus.Ouid.3.Trist.eleg.12.6.
Species verna diei. Lucret.lib.1.2.

Tempus vernum.Horat.de Arte,61. Cic.de Senect.64,Breue enim tempus ætatis satis est longum ad bene honesteq; viuendum.sin processeris longius,non magis dolendum est, quàm agricolæ dolent præterita verni temporis suauitate æstatem autumnúmque venisse. Idem 5.Tusc.l. 53, Verno tempore tepefacta frondescunt.

Verno,vernas,vernãre,Pullulare: quòd ipso vere omnia renasci & succrescere conspiciantur. Mart.lib.2.60, Quum tibi vernarent dubia lanugine malæ.Id est,pilos emittere incipierent. Columella lib.9.cap.9,Apes,inquit,curam postulant diligentiorem, quum vernant & exundant nouis fœtibus.

Ager vernans paſſere arguto. Martialis lib.9.57,
Nunc ſturnos inopes, ſtringillarúmque querelas
Audit, & arguto paſſere vernat ager.
Arbores vernantes. Plinius lib.11.ca.21.28, Signa erunt tot herbæ, tot arbores, fruticéſque, ab emerſu earum ad latebram vſq; vernantes.
Humus vernat. Ouid.7.Metam.57.
Nemus vernat. Seneca Hercule Œtæo, 4.44.
Sylvæ vernantes. Seneca Hercule Œtæo, 4.30.
Cælum vernans, Salubre & mite, omnibuſq; tam gratũ quàm quod verno tempore videmus. Plin.lib.7.cap.2.17, Salubri cælo, ſempérque vernante.
¶ Vernare, Splendere. Plin.lib.8.cap.17.3, Anguis hyberno ſitu membrana corporis obducta, fœniculi ſucco impedimentum illud exuit, nitidúſque vernat.
Vultus vernabant lanugine. Claud.7.Paneg.40.
¶ Vernant auiculæ. Plautus, Dũ auiculæ vernant. Quippè verno tempore omnia lætari videntur.
Auis vernat indocili gutture. Ouid.3.Triſt.eleg.11.1.

Vernatio, vernatiõnis, Coriũ vetus quo ſerpẽtes exuuntur: quoniã id Vere faciunt. Notum enim eſt ſerpẽtes quotannis verno tẽpore exuere membranã corporis, hyberno ſitu obductam. Plin. lib.29.cap.6.5, Lendes tollũtur adipe canino, vel anguibus in cibum ſumptis, anguillarũ modo, aut vernatione eorũ, quam exuunt, pota. Idẽ lib.30.cap.3.6, Anguinæ vernationis membrana cũ oleo tedæque reſina calefacta, &c. Et lib.25.cap.1.16, Sed huic alia figura, aliúdque miraculum exerentis ſe terra ad primas ſerpẽtiũ vernationes bipedali ferè altitudine, rurſúſq; cum iiſdem in terrã ſe condentis. Sic lib.29.cap.5.5, Membrana ſiue ſenectus anguium vernatione exuta cum cancro maſculo trita.

Veracitas, Vide **Verum.**

Veratrum, verátri, pen.prod. Herba, quæ & helleborũ dicitur, teſte Plinio, lib.25.cap.5.14. Perſius Satyra 1,
-non hic eſt Ilias Acci Ebria veratro. Lucret.lib.4.119,
Præterea nobis veratrum eſt acre venenum:
At capris adipes, & cothurnicibus augent. Vide **Helleborum.**

Verax, veracis, Vide **Verum.**

Verbaſcum, Herba quæ Græcis inquit Plinius phlomos dicitur. cuius apud eundem duas ſpecies videbis expreſſas, noſtra lingua Bulleyen albũ aut nigrum vocamus. Vide Plinium lib.25.ca.10.1.

Verbena, verbẽnæ, pe.prod. Propriè, vt ait Seruius, herbã ſacra, ſumpta de loco ſacro Capitolii, qua coronabãtur fœciales & pater patratus fœdera facturi, vel bella indicturi. Plin.lib.22.ca.2.3, Siquidem authores imperii Romani, conditoréſque immenſum quiddã & hinc ſumpſere, quoniã non aliunde ſagmina in remediis publicis fuere, & in ſacris, legationibuſq; verbenæ. Certè vtroq; nomine idẽ ſignificatur, hoc eſt gramẽ ex arce, cũ ſua terra eruulſum: ac ſemper & legati, quum ad hoſtes, clarigaturúmque mitterentur, id eſt res raptas clarè repetitũ: vnus vtiq; verbenarius vocabatur. Plaut.Trucul.9.17, Fer huc verbenã mihi, thus, & bellaria. Virg.12.Æneid.24, -& verbena tempora vincti. Gallis hodie noſtris Verueus dicitur, multis ſtatim ab radice tripedaneis anguloſiſque coliculis, coma ſubtus incana, &c. Ruellius.
Verbenas abuſiuè vocamus omnes frondes ſacratas, vt eſt laurus, olina, myrtus. Terent.Andria, 4.4.5,
-ex ara hinc ſume verbenas tibi,
Atque eas ſubſterne. Nam myrtum fuiſſe Menander teſtatur. Hæc Seruius.
Verbenas Donatus ait eſſe omnes herbas & frondes feſtas ad aras coronandas, ex aliquo loco puro decerptas, quaſi herbenas. Cic.6.Verr.99, Dies ille quo ego Ennam quum veniſſem, præſto mihi ſacerdotes Cereris cum infulis ac verbenis fuerunt.
Pingues verbenas adolere. Virgil.ecloga 8.13.
Velare capita verbena. Propert.lib.4.eleg.3.11.
Caſtis verbenis vincta ara. Horat.4.Carm.ode 11.1.
Vincti tempora verbena. Virgil.12.Æneid.24.

Verbenãca, verbenácæ, pen.prod. Herba cadẽ quæ & verbena dicitur. Plin.lib.25.cap.9.3, Nulla tamẽ Romanæ nobilitatis plus habet quàm hieroborane. Aliqui periſtereon, noſtri verbenacã vocant. Hæc eſt quã legatos ferre ad hoſtes indicauimus. Hac Iouis menſa verritur, domus purgantur, luſtrantúrq;. Genera eius duo ſunt: Folioſa, quam fœminã putãt: Mas rarioribus foliis. Ramuli vtriuſq; plures, tenues, cubitales, anguloſi. Folia minora quàm quercus, anguſtioráque, diuiſuris maioribus, flos glaucus, radix longa, tenuis. Naſcitur vbique in planis aquoſis.

Verber, vérberis, pen.cor.n.g. Inſtrumentũ (inquit Valla lib.6.) longũ & exile, qualis eſt virga, baculus, fuſtis, lora, flagellum, ferula, arundo, & ſiquid eſt ſimile. Terent.And.1.1.17, Verberibus cæſum te in piſtrinũ Daue dedã vſq; ad necem. Quintil.Declamat.vltima, Ignes ex proximo raptos, verbera, quæ caſus obtulerat. Virgil.3.Georg.12, -illi inſtant verbere torto,
Et proni dant lora. Cic.7.Verr.101, Ne catenæ, ne verbera, ne ſecures, ne cruciatus ſociorum, &c. Plin.lib.8.ca.2.9.11, Domãtur autẽ rabidi fame & verberibus. De elephantis. Mart.lib.14.76,
Sordida ſi flauo fuerit tibi puluere veſtis,
Colligat hunc tenui verbere cauda leuis.
Ictu verberis increpuit. Ouid.14.Metam.165.
Crudeli verbere lacerauit mea terga. Ouid.2.Faſt.139.
Crudo verbere mugit forum. Stat.1.Sylu.1.14, Innumeros'æris ſonitus, & verbere crudo Vt ſenſit mugire forum, &c.
Sæuire verbere. Ouid.2.Metam.80.
Recto verbere ſæuus ſcorpius. Lucan.lib.9.158.
¶ Verbera nonnunquam pro ipſa verberatione, ſiue pro ictibus accipimus. Terent.Heaut.2.3.115, Tibi erũt parata verba, huic homini verbera. Liu.1.ab Vrbe, 97, Inde oſtentare tergum fœdum recentibus veſtigiis verberum.
Denſa verbera. Statius 6.Thebaid.85.
Inania verbera. Claudianus in Ruffinum, 10.
Sæua verbera. Virgil.3.Georg.11.
¶ Accipere verberibus, Vide **Accipio.**
Animaduertere verberibus, Vide **Animaduerto.**
Caſtigare verberibus, Vide **Caſtigo.**
Coercere aliquem verberibus, Vide **Coerceo.**
Deterreri verberibus. Cicero 5.de Finibus, 99, Videmus igitur vt conquieſcere ne infantes quidem poſſint: quum verò paulũ proceſſerint, luſionibus vel laborioſis delectantur, vt ne verberibus quidem deterreri poſſint.
Ferre verbera in aliquem. Ouid.1.Amor.eleg.7.1.
Ferre verbera alicuius. Ouid.2.de Arte, 107.
Formidare verbera. Statius 5.Sylu.3.37.
Multare aliquem verberibus. Tacitus lib.1, Proſtratos verberibus multant.
Necare aliquem verberibus. Cic.in Piſonem, 66.
Negare ſe verberibus. Tibullus lib.1.eleg.3.17,
Ducite ad imperium dominæ, ſulcabimus agros:
Non ego me vinclis verberibuſque nego.
Pati verbera. Tibullus lib.3.eleg.4.14.
Lenta verbera pati. Virgilius 3.Georg.41.
Præbere manus verberibus. Ouid.1.de Arte, 7.
Scindentia verbera pectus. Silius lib.1.35.
Sonant ſæua verbera. Virg.6.Æneid.111.
Stare ad verbera. Ouid.1.Amor.eleg.6.4,
Certè ego, quum poſita ſtarem ad verbera veſte,
Ad dominam pro te verba tremente tuli.
Subeunt verbera manus teneræ. Ouid.1.Amor.eleg.13.4.
Serui qui ad ſupplicium cæſi verberibus trahuntur. Cic. Antequàm iret in exilium, 11.
¶ Radiorum verbera. Lucret.lib.1.112,
-quoniam miteſcere multa videbant
Verberibus radiorum, atque æſtu victa per agros.
Ventorum verbera vitare. Lucret.lib.5.191.
Linguæ verbera, Obiurgationes. Horat.3.Carm.ode 11.1, Aut exanimari metuentes patruæ verbera linguæ.

Vérbero, vérberas, penul.corr. verberare, Verbere cædere. Liu.2.ab Vrbe, 178, Sunt, qui patrem authorem eius ſupplicii ferant. eum cognita domi cauſa verberaſſe, ac necaſſe. Cic.7.Ver.88, Quæ quum apud te diceret, virgis oculi verberabantur.
Pendére, pulſari & verberari. Cic.5.Ver.54, Videtis pẽdere alios ex arbore, pulſari autẽ alios & verberari, porrò alios &c.
Vngula ſonante vrbem verberat eques. Horat.Epod.16.3,
Barbarus heu cineres inſiſtet victor, & vrbem
Eques ſonante verberabit vngula.
Manifeſto verberari, Vide **Manifeſtus.**
Ora verberat manu. Propert.lib.2.eleg.10.1.
Verberare tormẽtis. Cic.8.Philip.147, Quid ille vt faceret inducias ante Conſules, oculóſque legatorum tormẽtis Mutinam verberauit: opus oſtendebat, munitionémque legatis.
Verberat alas hirundo. Plaut.Bacchid.1.17, Dux vnum expetitis palumbem, parua hirundo alas verberat.
Aquila verberat æthera alis. Virg.11.Æneid.131.
Ictibus auras verberare. Virg.5.Æneid.75.
Verberari ſole, luna, imbre, ac ventis. Plin.lib.14.cap.21.4.
Aer verberat etiam intertorem partem. Lucret.lib.4.19.
Vineæ verberatæ grandine. Horat.3.Carm.ode 1.6.
¶ Verberare, de verbis etiã dicitur: quoniã vt teſtatur Non., verberare nõ ſolùm à verberibus dictũ, ſed etiã à verbis. Plaut. Amphit.4.179, Hinc enim mihi dextera vox aures, vt videtur, verberat. Idem.Truc.4.15, Me illis quidẽ hæc verberat verbis.
Aures ſermonibus verberatæ. Tacit.in vita Agricolæ, Quibus ſermonibus ſatis conſtat Domitiani quoque aures verberatas.

Verberare cogitationis conuitio,vel iniuria:pro Lacessere. Q. Cicero ad Tironem,lib.16.16.1, Verberaui te cogitationis tacito duntaxat conuitio.

Aliquem iniuria verberare.Cic.4.de Finibus,111.

Verbérito,verbéritas,pen.cor.verberitare,Sæpe verberare.Festus, Verberitare idem Cato frequentatiue ab eo quod verbero dixit.

Verberâtus,huius verberâtus,pen.prod.m.g.Ipsa verberatio.Plin. lib.31.cap.3.9, Si etiam expressa in altum,aut è sublimi deiecta, verberatu corripiat aera.De qualitate aquarum.

¶Verberatus,pro Impulsu. Curtius lib.7, Tu hercule (si verũ audire vis) Rex, huius nobis periculi causa es. Quis enim alius effecit,vt ad Philotã decurrerent,qui placere vellent tibi? Paulo pòst, Si non propemodum tuo verberatu ei omnes te præeunte iurauimus,eosdem nos inimicos,&c.

Verberatio,verberatiônis,Verbale,Ipse verberandi actus.Q.Cicero ad Tironem,lib.16.17.1,Mirificam mihi verberationem cessationis epistola dedisti.

Verberábilis,verberabilior,verberabilissimus.Plau.Aul.20.6,Verberabilissime etiam rogitas,non fur,sed trifur?

Verbereus,Adiectiuũ,Quod est dignũ vt verberetur.Plaut. Persa, 6.1,Ain' verò verbereum caput? Idem Pseud.14.9, -sed video Eccum verbeream statuam.

Vérbero,pen.corr.verberônis,m.g.Qui est verbere dignus.Plaut. Amph.4.130,Ain verò verbero? Ibidem,7.10,
-rún' me verbero Audes herum ludificarier?

Verbum,verbi,à Verberatu:quòd verberato lingua intra palatũ aere,omnis oratio promatur. Varro à veritate deducit, quòd verũ nos loqui oporteat.Terent.And.5.1.19, Verbũ si addideris. Idẽ Hecyra,3.1.33,Fortasse vnum aliquod verbum inter eas iram hanc conciuerit. Ibidem,3.4.2, -verbis dici non potest Tantum,quàm re ipsa nauigare incommodum est. Idem Eunucho,1.1.8,De exclusione verbum nullum. Cic.1.de Oratore, 71,Neque enim quoties verbum aliquod est scribendum nobis, toties eius verbi literæ sunt cogitatione conquirendæ. Idem in Topicis,18, Verba sunt rerum notæ. Idem Antonio, lib.5.5.4, Nam comperisse me non audeo dicereme fortè id verbum ponam quod abs te aiunt falsò in me solere conferri. Idem pro Flacco,17,De subselliis quærere vna ex domo prodeunt,si verbo titubarint,quò reuertantur non habebunt.

Verbum voluptatis nõ habet dignitatem. Cic.1.de Finib.119.

¶Verba istæc sunt.Terent.Phorm.3.2.31,
Idem hoc tibi,quod bene promeritus fueris,conduplicauerit.
2. Verba istæc sunt.

Verba & ineptiæ.Cic.in Pisonem,51,Existimatio,dedecus,infamia,turpitudo,verba sunt atque ineptiæ.

Verbo tenus disserere.Cic.3.de Legibus, 10,Veteres verbo tenus acutè illi quidem,sed non ad hunc vsum popularem atque ciuilem de Repub.disserebant.

Ora peruia verbis.Ouid.5.Metam.39.

Ambage nouorũ verborũ obscurũ carmen.Ouid.14.Meta.11.

Asperitas verborum.Ouidius 14.Metam.105.

Collocatio verborum.Quintil.lib.1.cap.10.19.

Copia verborum.Quintil.lib.1.cap.8.6.

Copia cassa verborum.Lucretius lib.4.103.

Delectus verborum,origo est eloquentiæ.Cic.de Cla.Ora.137.

Deriuatio verborum.Quintil.lib.3.cap.7.18.

Electio verborum.Quintilianus lib.1.cap.11.3.

Elegantia verborum.Quintil.lib.1.cap.8.6.

Grauitas verborum.Quintil.lib.1.cap.8.6.

Iactatio verborum,Vide Iactatio in **Iacio**.

Iaculatio verborum.Quintil.lib.6.cap.3.30.

Magnificentia verborum.Quintil.lib.3.cap.8.41.

Murmura verborum.Ouid.10.Metam.77.

Summa verborum.Ouid.14.Metam.163, -rata sit verborum summa tuorum.

¶Balba verba.Horat.1.Serm.saty.3.55.

Canina verba.Ouidius in Ibin,47,Latrat & in toto verba canina foro.

Castrense verbum,Vide Castrensis in **Castrum**.

Certa verba,Vide **Certo**.

Charũ ipsum verbum est amoris,ex quo amicitiæ nomen est ductum.Cic.1.de Natura deorum,167.

Composita verba,Vide **Compono**.

Confusa verba.Ouidius 2.Metam.134,Intellecta parum, confusáque verba fuerunt.

Consulta verba,Vide **Consulo**.

Contumeliosissimum verbum.Quintil.lib.1.cap.11.8.

Durum verbum,insolens,& humile.Cic.de Claris Orat.150.

Execrantia verba.Ouid.5.Metam.11.

Expressa & sensu tincta verba.Quintil.lib.4.cap.2.85.

Exquisita verba.Quintil.lib.4.cap.2.16.

Grandia verba.Persius Satyra 3.5.

Grauia verba, plena,sonantia,iuncta,facta,cognominata,nõ vulgata,superlata,in primisque translata,nec in singulis verbis, sed in continentibus soluta.Cic.in Partit.29.

Grauissima verba.Quintil.lib.6.cap.3.28.

Inania verba, Vide **Inanis**.

Indignantia verba.Ouid.6.Metam.117.

Indomita verba.Seneca Agamem.13.3.

Ingentia verba,Magnifica.Ouid.13.Metam.69.

Inopinata verba, Vide **Inopinato**.

Inornata verba.Horat.de Arte,48.

Verbum inquinatum,abiectum,non aptũ,durum,longè petitum.Cic.de Optimo genere Orat.144.

Insolens verbum,Vide **Insolens**.

Intrepida verba.Seneca Hippol.5.1.

Lenia verba.Ouid.1.Amor.eleg.1.5.

Libera verba,Propertius lib.4.eleg.11.18.

Luctifica verba.Seneca Thebaide,1.27.

Lugubre verbum,Vide Lugubris in **Lugeo**.

Magnifica verba,Vide Magnificus in **Magnus**.

Mala verba,Vide **Malus**. Medẽtia verba.Stat.1.Sylu.1.1.

Minantia verba.Ouidius 5.Metam.134.

Natiua verba,Vide Natiuus in **Nascor**.

Nauticum verbum,Vide Nauticus in **Nauis**.

Nitida verba,Vide Nitidus in **Niteo**.

Nostratia verba,Vide Nostras in **Noster**.

Noua fictáque verba.Horat.de Arte,11,
Et noua,fictáque nuper habebunt verba fidem,si
Græco fonte cadant parcè detorta.

Nũtia verba.Valer.1.Argo.90. Nupta verba,Vide **Nubo**.

Obscura verba.Seneca 1.Thebaid.25.

Obsoleta & barbara verba,Vide Obsoletus in **Obsoleo**.

Ouantia verba.Silius lib.8.53.

Perabsurda verba,Vide **Perabsurdus**.

Perplexa verba.Seneca Hippol.8.5.

Prænuntia verba cladis.Ouid.3.Metam.39.

Profana verba.Ouid.3.Trist.eleg.5.10.

Propria,vsitata verba,noua,prisca,inusitata. Cic.in Orat.44.

Propria,significãtia,& nõ sordida verba.Quintil.lib.4.cap.2. 16,Erit narratio aperta atq; dilucida,si fuerit primùm exposita verbis propriis & significantibus,& non sordidis quidem, non tamen exquisitis,& ab vsu remotis.

Sæua verba.Horat.Epod.11.3.

Sesquipedalia verba.Horat.de Arte,20.

Simulata verba.Virgil.1.Æneid.143.

Singultantia verba.Stat.5.Sylu.5.6.

Solantia verba.Ouid.11.Metam.137.

Solennia verba.Ouid.10.Metam.1.Vide **Solennis**.

Suadentia verba.Stat.11.Thebaid.87.

Suspensa semper & obscura verba.Tacit.lib.1.

Tristia verba.Horat.2.de Arte,2.

Vana verba.Ouid.13.Metam.53.

Violenta verba.Ouid.3.Metam.144,Iam trepidum, iam verba minus violenta loquentem.

Vulgaria,& quotidiana verba.Quintil.lib.4.cap.2.42.

¶Aberrare verbo aut nutu.Cic.de Aruisp.respon.19.

Abstinere verbis,Vide **Abstineo**.

Absit verbo inuidia.Vide **Absum**.

Accedit verbum ad aures,Vide **Accedo**.

Accidit in te istud verbum,Vide **Accido**.

Accipere verbum,& verbis,Vide **Accipio**.

Accommodare alicui verba.Quintil.lib.6.cap.1.11.

Addere verba. Silius lib.13.145, Appellare viros erat ardor,& addere verba.

Verbum non amplius addam.Horat.1.Serm.saty.1.24.

Addere periuria falsis verbis.Ouid.11.Metam.41.

Adigere in verba,Vide **Adigo**.

Affari aliquem blandis verbis.Stat.1.Achill.77.

Anhelata verba,Vide **Anhelo**.

Aptare verba rebus.Quintil.lib.3.cap.8.41.

Arripere verba de foro,Vide **Arripio**.

Aucupari verba,vel vim verborum,Vide **Aucupor**.

Aucupari verba rumoris.Senec.Thebaid.2.9.

Auferre alicui vsum verborum.Ouid.14.Metam.20.

Cadentia verba tollere,Vide **Cado**.

Capta verbis puella,Decepta.Ouid.1.de Arte,91.

Cauillari verba alicuius.Tacit.lib.1, Tiberium vigentem annis sedere in Senatu,verba Patrum cauillantem.

Claudere verba pedibus.Horat.2.Serm.saty.1.6.

Claudere verba modis imparibus, Scribere elegias. Ouidius 4.de Ponto,eleg.16.8.
Coagmentare verba, Vide Coagmento.
Cogere verba in pedes,Carmina scribere.Oui.5.Triſ.ele.13.7.
Cogitare ad verbum, Vide Cogito.
Commemorare verbis, Vide Commemoro.
Tabellis verba cõmittere,Scribere in tabellis.Ouid.9.Met.118.
Commutare verba, Vide Commuto.
Compellare aliquem amicis verbis.Virg.1.Æneid.75.
Compeſcere verba,Seneca Medea,3.11.
Complecti vno verbo, Vide Complector.
Comprehendere verbis, Vide Comprehendo.
Concipere verba.Ouid.10.Metam.58,
Tum verò Paphius pleniſſima concipit heros
Verba,quibus Veneri grates agit.
Concipere verba iuſiurãdi. Tacit.lib.10,Et quum cætera iuſiurandi verba conciperent,&c.
Conferre verba in pauca, Vide Confero.
Conferre verba ad rem, Vide Confero.
Conflictari verbis, Vide Conflicto.
Coniicere verbum in interdictum, Vide Coniicio.
Conſerere verba. Stat.2.Sylu.1.2, Quum iam egomet cantus, & verba medentia fœnus Conſero.
Conſiſtere cum aliquo verbis, Vide Conſiſto.
Conſueſcere verbis idoneis, Vide Idoneus.
Contendere inter ſe verbis, Vide Contendo.
Fictis verbis contendere.Ouid.13.Metam.1.
Continuare verba.Quintil.lib.4.cap.1.43.
Conueniunt vtriuſque verba, Vide Conuenio.
Credere verba alicui, Vide Credo.
Sum decepta tuis & amans,& fœmina verbis.Ouid.2.epiſt.13.
Depromere verba. Quintil. lib.6.cap. 3.18, Quum verba illa grauiſſima ex intimo artificio deprompſiſſet,&c.
Deſunt verba animo.Ouid.3.Metam.47.
Dicere excuſantia verba.Ouid.9.Metam.44.
Nouiſſima verba dicere.Virg.4.Æneid.130.
Precantia verba dicere.Ouid.7.Metam.110.
Dare verba alicui.Ouid.epiſt.15.48. Vide Do,das.
Dare verba ventis.Ouid.epiſt.2.5.
Dare verba in ventos.Ouid.1.Amor.eleg.6.9.
Domare horrida verba,Reducere verba magnifica.Tibull.lib.1.elegia 5.7.
Ducere verbum ex verbo. Quintil. lib.1.cap.6.18, Nam verbum ex verbo ductum,id eſt veriloquium,ipſe Cicero,qui finxit,reformidat.De etymologia.
Effingere verba alicuius.Quintil.lib.1.cap.1.4.
Non vltra verba ac voces errare. Tacit.lib.17,Quartã & duo deuiceſimam legiones,paucis ſeditionis autoribus,nõ vltra verba ac voces erraſſe,& breui in officio fore. Similé ſenſum eleganter enũtiat Curtius per intra, Vtinam,inquit,Philotas quoque intra verba peccaſſet.Et intra verba deſipere, Celſo eſt,nõ vltra verba deſipere.
Nil opus eſt verbis.Lucret.lib.5.53.
Exaſperare rem verbis.Quintil.lib.4.cap.1.54.
Exaudi verba mea.Seneca Hippol.11.4.
Exponere rem verbis. Lucret.lib.1.107. Idem lib.3.194.
Exprimere verbum de,vel è verbo,Ad verbũ trãſferre.Terẽt. in Prologo Adelph.11, -eum hic locum ſumpſit ſibi
In Adelphos,verbũ de verbo expreſſum exſulit. Cic.4.Acad. 35, Nec definiri aiebant neceſſe eſſe quid eſſet cognitio, aut perceptio:aut(ſi verbum è verbo volumus)comprehẽſio. Gellius lib.11. cap. 16, Aliud inſtitui apud me exquirere, quod, vt dicitur,verbum de verbo expreſſum eſſet.
Facere multa verba, Vide Multus.
Rata verba alicuius facere.Ouid.4.Metam.78.
Facere verba mortuo,Prouerbialis locutio.Terẽt.Phor.5.9.16, Ego Nauſiſtrata eſſe in hac re culpam meritam non nego:
Sed eam,quæ ſit ignoſcenda. 2.verba fiunt mortuo.Id eſt,opera luditur.Vide Mortuus.
Fingere verbum aliquod.Quintil.lib.1.cap.6.28.
Flectunt animos verba precantia.Ouid.2.Metam.97.
Formare rectè verba. Quintil.lib.1.cap.11.7.
Fundere verba.Ouid.7.Metam.50.
Hortari aliquem verbis.Horat.1.epiſt.2.7.
Iacere verba. Ouid.15.Meta.156,Talia nequicquam toto Venus aurea cælo Verba iacit.
Mitiſſima verba iactare alicui.Ouid.2.Metam.164.
Inceſſere aliquem amaris verbis.Silius lib.11.41.
Incidere verba ceris.Ouid.9.Metam.107.
Incluſa verba pectore.Valer.4.Argon.75.
Includere verba verſu, Vide Includo.
Incluſa modis verba. Stat.4.Sylu.4.3.
Inculcare verba Græca.Vide Inculco.
Incurrere verbis in aliquem, Vide Incurro.
Infarcire verba, Vide Infarcio.
Ingerere verba & vocem, Vide Ingero.
Inhærere verbis. Quintil.lib.7.cap.2.41,Diſertus & verbis inhærebit,in quibus nulla exceptio eſt.
Interponere verbum vllum.Vide Interpono.
Iterare verba, Vide Iterum.
Interpretari verbũ priſcum & inſolitũ, Vide Interpretor.
Iungere verba, Vide Jungo.
Iurgari verbis.Horat.1.Serm.ſaty.2.20.
Iurare in verba alicuius.Horat. Epod.15.1. Idem 1.epiſt.1.3. Ouid.1.de Arte,138,Iurabant omnes in Ixĩ verba mariti.
Iurare in verba aliqua, Vide Iuro.
Iurare conceptis verbis, Vide Iuro.
Lenire aliquem mollibus verbis.Horat.Epod.5.18.
Loqui diſerta verba.Propert.lib.3.eleg.23.1.
Meditata verba loqui.Stat.1.Sylu.1.15.
Modeſta verba loqui.Ouid.3.Amor.eleg.13.4.
Miniſtrat verba vinum.Horat.1.epiſt.15.5.
Modulanda verba fidibus.Horat.1.epiſt.2.19.
Mouent aliquem blanda verba.Ouid.6.Metam.72.
Mouere odia verbis.Virg.2.Æneid.20.
Notare verba memori animo.Ouid.14.Metam.163.
Niti verbis.Quintil.lib.3.cap.6.62.
Nuncupare verbis, Vide Nuncupo.
Obuoluere vitium decoris verbis.Horat.2.Serm.ſaty.7.9.
Onerantia verba laſſas aures.Horat.1.Serm.ſary.10.2.
Parcite verbis malè ominatis.Horat.3.Carm.ode 14.3.
Peccare verbo aliquo.Ouid.2.Amor.eleg.16.4.
Perdere verba,Fruſtra loqui.Sene.1.Thebaid.18.
Dicerem iucundus,niſi id verbum in omne tempus perdidiſſem.Cic.Luceio lib.5.15.1.
Perdere verba non proficientia.Ouid.1.Triſt.eleg.2.3.
Perhibere verba, Vide Perhibeo.
Permittere verba,re hortari.Cic.4.Verr.47.
Poſita verba in vſu quotidiano.Quintil.lib.2.cap.10.7.
Portare verba alicuius.Ouid.2.Metam.149.
Premere aliquem verbo.Cic.1.Tuſc.11.
Profundere verba ventis.Lucret.lib.4.188.
Promittere verbis. Quintil.lib.4.ca.1.42, Nec verbis vultúq; nimia promittens. Ouid.3.de Arte,92.
Proſequi aliquid verbis antè præparatis.Quintil.li.2.ca.4.22.
Recitare verba ex codice.Cic.7.Verr.20.Si hæc edicta non ex ipſius tabulis totidem verbis recitare poſſem, ſicuti faciam, da quæſo ſcribæ,recitet ex codice.
Redarguere verba alicuius.Virg.11.Æneid.138.
Reddere verba,Reſpondere.Ouid.9.Metam.6.
Reddere verbum verbo.Horat.de Arte,27, Nec verbum verbo curabis reddere fidus Interpres.
Verbũ pro Verbo reddere,Idẽ. Cic.de Optimo genere Orat. 148,Conuerti enim ex Atticis duorum eloquentiſſimorum nobiliſſimas orationes inter ſe contrarias,Æſchinis,Demoſthenisque:nec conuerti vt interpres,ſed vt orator,ſententiis iiſdem, & earum formis tanquam figuris,verbis ad noſtram conſuetudinem aptis,in quibus non verbum pro verbo neceſſe habui reddere,ſed genus omnium verborum,vimque ſeruaui.
Eiſdem verbis, ſiue ad verbum reddere quod cogitauimus. Cic.de Claris Orat.167, Primùm memoria tanta,quanta in viro cognouiſſe arbitror,vt quæ ſecum commentatus eſſet, ea ſine ſcripto verbis eiſdem redderet quibus excogitauiſſet. Quintil.lib.10.cap.6, Hortenſium tradit Cicero, quæ cogitauerat, ad verbum reddidiſſe.Quod Cicero EISDEM VERBIS,Quintilianus AD VERBVM dixit.
Relinquere verbum in ambiguo.Lucret.lib.4.219.
Imperfecta verba relinquere.Ouid.1.Metam.106.
Repetere verba.Ouid.epiſt.19.7.
Reſpondere verbum verbo.Terent.Phorm.1.4.36,
Hem iſtuc ſerua: & verbum verbo par pari vt reſpondeat,
Ne te iratus ſuis fœnis dictis protẽlet.
Retentare intermiſſa verba.Ouid.1.Metam.150.
Retenta verba dolore.Ouid.10.Metam.95.
Socianda verba chordis.Horat.4.Carm.ode 9.1.
Sordent verba.Stat.5.Sylu.5.11, -inferior vox omnis, & omnia ſordent Verba,&c.
Spernere verba alicuius.Ouid.5.Metam.134.
Sumunt verba ius ab authoribus.Quintil.lib.1.cap.4.3.
Trahere verba.Silius lib.8.16,

Cui sic verba trahens largis cum fletibus Anna Incipit,&c.

Verba de verbis trahere. Quintil.lib.9.ca.4.14,Sermo & epistola non fluunt,neq; cohærent,nec verba de verbis trahunt.

Transferre totidem verbis. Cic.ad Atticum,lib.6.115.5, Itaque istum ego locum totidem verbis à Dicæarcho transtuli. Idem ad Appium Pulchrum,lib.3.8.11. Vt de tuo edicto totidem verbis transferrem in meum diligentissimè scriptum.

Audacius translatum verbum.Quintil.lib.4.cap.1.41.

Vexare aliquem verbis.Lucret.lib.5.35.

Vincere verbis aliquid.Virg.3.Georg.58,

Nec sum animi dubius verbis ea vincere,magnum
Quàm sit,& angustis hunc addere rebus honorem.

Volat verbum. Horat.1.epist.19.15,Et semel emissum volat irrevocabile verbum.

Volutare secum verba alicuius.Ouid.1.Metam.79.

Minoribus verbis vti.Ouid.6.Metam.31.

Petulantibus verbis vti.Ouid.epist.15.50.

¶ Verbum,Prouerbium,vulgare dictum. Plaut.Mostell.10.6,

-heus tu,si verbum hoc cogitare voles,
Simul flare,sorberéque haud facto facile est. Idem Merc.16.31,
Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus,
Aliquid mali esse propter vicinũ malum. Terent.Adel.5.3.17,
Non æquum dicis,non.nam vetus verbum hoc quidem est,
Communia esse amicorum inter se omnia. Idem And.1.5.15,
Verum illud verbum est vulgò quod dici solet,
Omnes sibi melius malle esse,quàm alteri.

¶ Verbum,pro Tota sententia.Terent.And.5.3.14,

Olim istuc olim,quum ita animum induxti tuum,
Quod cuperes,aliquo pacto efficiundum tibi,
Eodẽ die istuc verbũ verè in te accidit. Idẽ Eun.1.1.55,Vtinã istuc verbum ex animo ac verè diceres. Idem Adelph.5.3.50,
Postremò non meum illud verbum facio,quod tu Mitio
Bene & sapienter dixti dudum.

Quid istuc verbi est? Plaut. Cistel.7.61. Hoc est,quid sibi volunt hæc verba?

¶ Bona verba quæso,Vide **Bonus.**

¶ Verbis meis salutẽ ei adscribito:hoc est,meo nomine.Plau. Bacchid.15.81,Scribe salutẽ tuo patri verbis meis. Cic. ad Atticum, lib.16.336.10, Atticæ, quoniam hilarula est,meis verbis suauium des. Eidem, Tu Atticam quæso cura, & ei salutem & Pliæ,Tulliæ quoque verbis plurimam. Liuius lib.9,Introductúmque in Senatum Camertium, Consulis verbis egisse de societate,amicitiáque.

¶ Verbum sat est. Plautus Bacchid.19.36, Tu aurum rogato, cæterum verbum sat est. Idem Trucul. 12.9, Sequere me hàc, verbum sat est. Idem Rud.10.18,

-id verbum sat est, Sequere.

¶ Verbi gratia, & Verbi causa, quod & exempli gratia dicitur in eãdem significationem. Cic.1.de Inuen.159,Verbi causa, docere aduersarium maiestatem minuisse. Idem de Fato,18, Siquis,verbi causa,oriente Canicula natus est,is in mari nõ morietur. Et 4. Academ. 165, Verbi causa,tria pauca sint,ánne multa. Et subdit,167, Sin autẽ vsque ad nouem,verbi gratia. Sic 5.de Finib.53.Verbi gratia, propter voluptatẽ nos amemus. Item 4.Verr.90.& 100. & 1.Tuscul.19. Lucret.lib.3.86,

Atque animam,verbi causa,quum dicere pergam
Mortalem esse docens:animum quoque dicere credas.

Ad verbum,Vide **Ad** præpositionem.

In hæc verba,Vide **In** præpositionem.

In verbo,Inter loquendum.Virg.6. Æneid.110,Tantum effatus,& in verbo vestigia torsit.

¶ Verbũ,Pars orationis grãmaticæ, in qua omnis vis orationis est.De qua abũdè apud Grammaticos.Quintil.lib.9.cap.4, Verbo sensum claudere,si compositio patiatur,optimum est.

Verbigero,verbigeras, pen.corr.verbigerare,Verba facere. Apuleius. Nimis multa est oratio,si velim memorare quæ ego contrà respondẽrim,quandiu & quoties inter nos verbigeratum sit.

Verbãlis.& hoc verbãle,pen.prod. Quod à verbo descendit.vt lector à lego,doctor à doceo,Dictio Grammaticis familiaris.

Verbósus,penult.prod.Adiectiuum,Quod verbis abundat.Cic.ad Atticum, lib.8.147.11, Quod plura in eam partem verba fecerim, potest fieri, quod sit in multis quæstionibus,vt res verbosior hæc fuerit,illa verior. Idem Mario lib.7.3.19, Habes epistolam verbosiorem fortasse quàm velles.

Forum verbosum.Ouid.3.Trist.eleg.11.4.

Leges verbosæ.Ouid.1.Amor.eleg.15.1.

Loci verbosissimi.Quintil.lib.2.cap.4.23.

Loquela verbosa.Catull.in Camerium,51.5.

Simulatio verbosa. Cic.pro Murena,28, Non solùm ista vestra verbosa simulatio prudentiæ, sed etiam ipsa illa domina rerum sapientia.

Verbósè,pen.prod.Aduerb.Multis verbis. Cic. pro Murena,11,Satis verbosè: sed quid postea? Et Mario, libro 7.3.14,Hæc ad te scripsi verbosius. Varro 1.de Re rust. cap.5.9, Paulo verbosius hæc qui,&c. Plãcus ad Ciceronẽ,lib.10.7.1,Plura tibi de meis cõsiliis scriberẽ, rationémque omnium rerũ redderẽ verbosius.

Adhibere discrimina verbosius.Quintil.lib.2.cap.15.13,Solicitius ac verbosius(vt necesse erat)adhibuerunt discrimina.

Exponere aliquid verbosius.Quintil.lib.3.cap.11.19.

VERCELLAE, Vrbs Italiæ Transpadanæ,in regione vndecima, Taurinis vicina,vt scribit Plinius lib.3.cap.17. Silius lib.8.119, Vercellæ,fascique ferax Pollentia villi.Vulgò *Verceil en Piedmõt.*

Vere, Vide **Verus.**

Verecundia, verecundiæ, Pudor. Licet Donatus pudorem esse dicat mali facti:verecundiam recti & honesti. Cic.pro Quintio, 21,Homo timidus,virginali verecundia. Idem 1.Offic.131,Verecundia, & quasi quidam ornatus vitæ. Sic in Partit.42,Custos verò virtutum omnium,dedecus fugiens, laudémque maximè consequens,verecundia est.

Sine verecundia nihil potest esse rectum, nihil honestũ. Cic. 1.Officiorum,107.

Timiditas imitatur verecundiam.Cic.in Partit.43.

Verecundia & pudor. Cic.4. de Finib.30, Hoc solum animal natum est pudoris & verecundiæ particeps.

Verecundia ætatis.Liuius 1.ab Vrbe,13,Plus tamẽ vis potuit, quàm voluntas patris,aut verecundia ætatis.

Adducere in verecundiam. Liu.1.ab Vrbe,86,In eam verecũdiam adducti sunt, vt ciuitatem totam in cultum versam deorum,violari ducerent nefas.

Cepit eum verecundia,Vide **Capio.**

Tardatus verecundia. Quintil.lib.1.cap.3.3, Hæc vultu interrito nulla tardati verecundia proferunt.

Verecundia in rogando.Cic.ad Q.fratrem,lib.3.17.14,Et mihi ipse Cæsar nominatim Curtio paratũ esse perscripsit,meámque in rogando verecundiam obiurgauit.

¶ Verecundia,pro Modestia.Plin.epist.7.lib.1,Causas summa fide,pari constantia,nec verecundia minore defendit. Ibidem epist.13, Malles tu quidem multos, sed meæ verecundiæ sufficit vnus aut alter,ac potius vnus.

A verecundia, id est præ verecũdia, Vide **A** vel **Ab** præp.

Verecundus, Adiectiuum,Pudens. Plaut.Asin.15.6,Decet verecundum esse adolescentem.

Verecundus vt. Cic.1.de Legib.74, Innocentes ergo & verecundi sunt vt bene audiant:& vt rumorẽ bonum colligant,erubescunt:pudici etiam loqui de pudicitia.

Verecundus in. Cic.11.Philipp.3.6, Verecundiorémne coràm putamus in postulando fore,quàm fuerit tum quum missi mãdata ad Senatum?

Impudent & Verecundus,contraria. Cic.2.de Orat.196,Habetis sermonem bene longum hominis vtinam,non impudentis: illud quidem certè,non nimis verecundi.

Verecundus & parcus in transferendo, cui Audax opponitur. Cic.in Orat.45,Nec in faciendis verbis erit audax, & in transferendis verecundus & parcus,& in priscis reliquisque ornamentis & verborum & sententiarum demissior.

Color verecundus.Horat.epod.17.5.

Decor verecundus.Stat.1.Sylu.1.28.

Inimicus verecundus.Cic.2.Phil.63,Tu autẽ eo liberior, quòd ea in te admisisti quæ à verecundo inimico audire non posses.

Oratio casta,verecunda,virgo incorrupta quodammodo.Cic. in Oratore,55.

Pudor verecundus.Ouid. 4.Trist.eleg.4.10.

Puellæ verecundæ.Ouid.1.Amor.eleg.5.2.

Rubor verecundus.Ouid.epist.4.15.

Verecunda tralatio,Minus dura. Cic.ad Tironem,lib.16.17.3, Nam & doctrina,& domus, & ars,& ager etiam fidelis dici potest,vt sit,quomodo Theophrasto placet,verecunda tralatio.

Verba parum verecunda.Quintil.lib.10.cap.1, Omnibus ferè verbis,præter pauca quæ sunt parum verecunda,in oratione locus est.Id est,quæ sunt obscœna.

Vita verecunda.Ouid.2.Trist.71.

Vultus verecundus.Ouid.14.Metam.168.

Verecundum est dicere.Quintil.lib.7.cap.1, Hoc dicere rustico verecundum est,quia innocentem fuisse patrem fatetur.

Verecundè, Aduerbium. Cic.5.de Finib.11, Tum ille timidè, vel potius verecundè,Facio,inquit,equidem,

Verecundè & Constanter,contraria. Cic.1.de Finib.181,Cyrenaici quidem non recusant,vestri hæc verecundius,illi fortasse constantius.

Verecũdè ac modestè.Liu.6.bel.Pun.154,Spectatæ deinde in-

tegritatis viro tradidit eas: tueriq, haud secus verecundè ac modestè, quàm hospitum coniuges ac matres iussit.

Gratulari alicui nimis verecundè. Cic. Mario lib. 7. 2. 3.

Verecundius hac de re iandudum loquor. Cic. 1. de Orat. 83.

Verecundor, verecundâris, verecundâri, pen. prod. Verecundia teneri. Plaut. Trinum. 8. 60, -verecundari neminem
Apud mensam decet. Cic. 1. de Orat. 138, Nam quod Sp. Carvilio grauiter claudicâti ex vulnere ob Remp. accepto, & ob eam causam verecundâti in publicũ prodire, mater dixit, Quin, &c. Ibidẽ, lib. 3. 21, Alterũ enim exultâte verborũ audacia reprimebat, alterum cunctantem & quasi verecundantem incitabat.

Veredus, verêdi, pe. pr. equ⁹ à vehẽda rheda dict⁹. Mart. li. 14. 91,
Stragula succincti venator sume veredi
Nam solet à nudo surgere ficus equo.

Vereor, verêris, pen. prod. véritus sum, verêri, Timere: propriè liberorum est qui honesti gratia mouẽtur. Dictum, vt quidam volunt, quasi valde reor, quia ea quæ timemus, multifacere ac diu cogitare solemus. Plautus Amphit. 3. 23,
-quippe qui intellexerat
Vereri vos se, & metuere, ita vt æquum est, Iouem. Plin. epist. 10. b, lib. 5, Tum ego, qui vir & quantus esset, altissimè inspexi, quum sequerer vt magistrum, vt parentem verérer. Cic. pro Plancio. 23, Is patrẽ veretur vt deum. Idem de Senect. 73, Vos tamen deos verentes, qui hanc omnem pulchritudinem tuentur & regunt, memoriam nostri piè inuiolatéque seruabitis.

Vereri & metuere aliquem. Author ad Herennium, lib. 4. 204, Licentia est, quum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debemus, tamen, &c.

Metuebant eum serui, verebantur liberi. Cic. de Senect. 33.

Bella vereri. Ouid. 5. Trist. eleg. 11. 6.

Caritatem annonæ vereri. Cic. 5. Verr. 38, Et quod caput est rei frumentariæ, campus Leontinus, cuius antea spes hæc erat, vt quum obsitum vidisses, annonæ caritatem non vererêre.

Conspectum patris vereri. Terent. Phorm. 1. 1. 1,
Itáne patris ais conspectum veritum hinc abiisse? o. admodum.

Culpã vereri. Cic. 1. de Orat. 55, Perge verò Crasse, inquit Mutius: istam enim culpam quam vereris, ego præstabo.

Pauperiem veritus. Horat. 1. epist. 10. 8.

Reprehensionem doctorum vereri. Cic. in Orat. 1.

Verbera vèreri. Ouid. epist. 19. 15.

¶ Vereri, cum datiuo. Cæs. 5. bel. Gall. 36, Eo minus veritus nauibus quòd in litore molli atque aperto alligatas ad anchoras relinquebat. Cic. 4. Acad. 149, Vos autem mihi veremini, ne labar ad opinionem, & aliquid adsciscam, & comprobem, &c.

Vereri nonnihil ab aliquo, Ne malum afferat, siue nobis inferat. Terent. And. 3. 4. 3,
Ego dudum nonnihil vèritus sum Daue abs te ne faceres idem
Quod vulgus seruorum solet, dolis vt me deluderes.

Vereri ab aliquo supplicium. Author ad Herennium, Ergo & metus periculi hortabatur eum interimere, à quo supplicium verebatur.

Vereri de aliquo. Cic. de Senect. 17, Et quod modo Carthagini malè iam diu cogitanti bellum inferatur, multo antè denũtio, de qua non antè vereri desinam, quàm illam excisam cognouero. Id est, timere ne nobis malum inferat.

Vereri à Timere cur differat. Liu. 9. bel. Maced. Veremur quidem vos Romani, & si ita vultis, etiam timemus: sed plus veremur & timemus deos immortales.

Magis vereor, Vide Magis.

Vereor dicere. Terent. And. 1. 1. 25,
Si id facis, hodie postremùm me vides. r. quid itaʳe. hei mihi,
Vereor dicere. Ibidem, 3. 1. 8, Quúmque huic veritus est optumæ adolescenti facere iniuriam. Plaut. Epid. 2. 39, Est caussa qua caussa mecum ire veritus est.

Túne id veritus es? Cic. Q. fratri, lib. 1. 3. 1.

Vereor ne. Terent. Phorm. 5. 8. 8,
Quid ad me ibatis ridiculum? an verebamini
Ne non id facerem quod recepissem semel? Plautus Rud. 10. 58, -vbique habebat
Qui suos parentes noscere posset: veretur ne perierit. Cic. ad Cornificium, lib. 12. 19. 1, Non enim dubitabam quin eas libenter lecturus esses, verebar vt redderentur. Idem ad Cassium, lib. 15. 17. 4, Cæsarem putabant molestè laturum, verentem ne hasta refrixisset. Idem 6. Verr. 74, Non vereor ne hoc officium meum P. Seruilio iudici non probem. Idem 4. Acad. 104, Vereor ne subarroganter facias si dixeris tuam. Idem ad Atticum, lib. 7. 13. 1, Si manet, vereor ne exercitum firmum habere non possit.

Non vereor ne meæ vitæ modestia parum valitura sit in posterum contra falsos rumores. Matius Ciceroni, lib. 11. 28. 18
Veritus es, nisi istam artem oratione exaggerasses, ne operam perdidisses. Cic. 1. de Orat. 110.

Vereor quid sit. Terent. And. 1. 4. 7, Sed quidnam Pamphilum exanimatũ video? vereor quid sit. Cic. ad Atticũ, lib. 7. 11. 1, Et quod scribis in vrbem introisse, vereor quid sit.

Vereor quorsum. Terent. And. 1. 1. 5,
Mirabar hoc si sic abiret, & heri semper lenitas
Verebar quorsum euaderet.

Vereor vt, pro Vereor ne non. Terent. Hecy. 1. 1. 16, Sed firmæ hæ vereor vt sint nuptiæ. Idem Phorm. 5. 8. 71, At vereor vt placari possit. Idem And. 4. 2. 11,
-dies hic, mihi vt sit satis vereor
Ad agendum. Cic. 1. de Lege agraria, 61, Hoc quia vos fœdus non iusseritis, veretur Hiempsal vt satis firmum sit & ratum. Idem ad Atticum, lib. 11. 18. 1, Accepi enim à te literas, quibus videris vereri vt epistolas illas acceperim, quas quidem vellem mihi nunquã redditas. Idem 1. de Orat. 18, Sed illa duo Crasse vereor, vt tibi possim concedere.

Addo illud, quòd vereor tibi ipsi vt probẽ. Cic. Att. li. 6. 111. 14.

Verens, verentis, Participium, siue Nomen ex participio, Timẽs. Cic. ad Papirium, lib. 9. 16. 1, Qui te ad scribendum incitauit, verentem ne Silius suo nũtio aliquid mihi solicitudinis attulisset.

Verens plagarũ. Colu. lib. 6. ca. 1. 11, Sed nõ inertes hui⁹ pecudis mores, qui sunt verentes plagarum & acclamationũ. De bobus.

Verendus, Aliud participium: vt
Augusta grauitate verendus. Ouid. 9. Metam. 55.
Maiestas verenda. Ouid. 4. Metam. 108.
Patres verendi. Ouid. 3. de Ponto. eleg. 1. 28.
Senex verendus. Claud. 2. Paneg. 87.

Verenda, Verendorum, plur. num. neu. gen. Dicũtur corporis partes, quæ nonnisi cum verecundia nominantur. Plinius Iunior epist. 14. lib. 3, Repentè eum serui circunsistunt, alius fauces intuadit, alius os verberat, alius pectus & vẽtrem, atque etiam (fœdum dictu) verenda contundit. Plinius maior, lib. 10. cap. 23. 5, Verendis amicissimum, siue ad fouendum radice cocta cum vino, siue contrita in oleo illitam.

Veretrum, verêtri, pen. prod. n. g. Membrum virile. Sueton. in Tiberio, ca. 61, Excogitauerat autẽ inter genera cruciatus etiam, vt larga meri potione per fallaciam oneratos, repentè veretris deligatis, fidicularum simul vrinæque tormento distenderet.

Vergiliæ, Vergiliarũ, Stellæ sunt quæ & Pleiades, & Institor vestis dicuntur: ita appellatæ, quòd earũ exortu Ver finem facit: seu quòd circa æquinoctium vernũ sit earum ortus matutinus. Sunt autẽ septem in Tauro locatæ, quarũ signo exoriẽte, æstas significatur, occidẽte hyems ostenditur. Earum exortus fit circa quintũ Idus Maias, distans ab æquinoctio verno vndequinquagesimo die. Plaut. Amphit. 4. 111, Nec Iugula, nec Vesperus, neq; Vergiliæ occidunt. Plin. lib. 16. cap. 25. 10, Concipiunt Vergiliarum exortu. Sic lib. 9. cap. 15. 9. Cic. 1. de Nat. deorum, 164,
At propter læuum genus omni ex parte locatas
Paruas Vergilias tenui cũ luce videbit. Ex poeta. Virg. 1. Geor. 18,
Nauita tum stellis numeros & nomina fecit,
Pleiadas, Hyadas, clarámque Lycaonis Arcton. Vbi Seruius, Pleiades, signũ est ante genua Tauri, quod ortu suo primæ nauigationis tẽpus ostẽdit. Vnde Græcè Pleiades dicuntur ἀπὸ τῦ πλεῖν, Latinè Vergiliæ, à vemi temporis significatione quo oriuntur.

Occasus Vergiliarum, Vide Occasus in **Occido**. pen. corr.

Vergo, vergis, versi, vel secũdum Diomedem versi, versum, vergere, neutrũ verbũ, & nõnunquã deponẽs significat Declinare. Virg. 11. Æne. 146, Quem dãnet labor, & quo vergat pondere lethum. Lucan. lib. 1. 11, Nec polus aduersi calidus quà vergitur Austri. Stat. 6. Theb. 43, Spumantésq; mero pateræ vergunt.

Vergere ad. Cic. 11. Philipp. 309, Et eius auxilium ad Italiam vergere, quàm ad Asiam maluissemus. Liuius 7 bel. Pun. 143, Et naues indidem accitæ erant, quæ vergentem ad mare partem vrbis oppugnarent. Cæsar 1. bell. Gall. 5, Vergit ad Septentriones.

Ad imum vergere. Horat. de Arte, 77,
Sic animis natum, inuentúmque poema iuuandis,
Si paulum summo discessit, vergit ad imum.

Vergere in. Cic. 1. de Nat. deor. 174, Vt omnibus eius partibus in medium vergentibus (id autem medium, infimum in sphæra est) nihil interrumpat. Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 17. 19, Id nũc honestè vergit in tectũ inferioris porticus. Liu. 7. bel. Maced. 131, Vbi cohæret faucibus angustis, duos in vtranque regionem versos portus tutissimos habet, qui in Meridiem vergit. Cæsar 1. bel. Ciuil. 177, Ab oppido autem decliui fastigio vergebat in longitudinem passuum circiter quadringẽtorum. Lucret. lib. 2. 43, In terras igitur quoque solis vergitur ardor.

In senium vergi. Stat. 4. Sylu. 4. 14.

-nos facta aliena canendo Vergimur in senium.

Ætas vergit.Tacit.lib.1,Nã suam ætatem vergere,Drusi nondum satis adoleuisse.

¶Venenum vergere alicui,Actiuè,pro Miscere,fundere. Lucretius lib.5.101,Illi impudentes ipsis sibi sæpe venenum
Vergebant: nunc dant aliis solertius ipsi.

Vergens,Participium.Lucan.lib.2.114,Illyris Ionias vergens Epidaurus in vndas.

Annis vergens.Tacit.lib.13.Sextium Africanum nobilem iuuenem à nuptiis Syllanæ deterruerat Agrippina, impudicam & vergentem annis dictitans.

Anni vergentes in senium.Lucan.lib.1.6.

Vergente iam die ingressus Senatum, &c. Id est inclinato. Sueton.in Othone,cap.7.

Dies vergens in noctem.Seneca Thyeste,9.4.

Ora Hecates vergentia in tres partes.Ouid.1.Fast.29.

Vergobretus, vergobreti, Summus erat apud Heduos magistratus,qui creabatur annuus, & vitæ necisque in suos habebat potestatem.Cæsar belli Gall.lib.1.

Veridicus,Verisimile,& Veritas,Vide **Verus**.

Vermis,huius vermis,m.g. A vertendo dicitur, quòd sese torquendo vertat, & ita repat. Plin.lib.18.cap.17.9, Vulgò verò si dulcedo noceat, & vermes radicibus inhæreant, remedium est amurca pura,&c. Lucret.lib.2.175,

Quippe videre licet viuos existere vermes
Stercore de tetro. Ibidem,186,
Quatenus in pullos animales vertier oua
Cernimus alituum,vermésque efferuere terram.

Vermiculus.vermiculi,pe.cor.Diminut.Plin.lib.10.ca.65.2,Iã obituris munbus vermiculũ in capite gigni tradũt.Lucret.lib.2.80,
Et tamen hæc quum sunt quasi putrefacta,per imbres
Vermiculos pariunt.

Verminôsus,penul.corr. Adiectiuum,Quod vermes habet. vnde Verminosæ aures,quæ intus vermes habent.Plin.lib.17.cap.10.11, Præter alia vitia etiam verminosa fiunt. Idem lib.10.cap.14.1,Succus auribus verminosis instillatur. Sic lib.16.cap.14.6.

Vermiculor, pen.corr.vermiculáris,vermiculári, Dicuntur arbores,in quibus vermes sub cortice generantur. Est igitur vermiculari,vermiculis infestari. Plin.lib.17.cap.24.5,Vermiculantur magis minutæ quædam arbores,omnes tamen ferè,idque aues cauí corticis sono experiuntur.

¶Vermiculari, Minuta opera facere.vnde Vermiculata opera dicũtur,quæ paruis tessellis insititiis apta atq; conserta sunt. Plin.lib.35.cap.1.1, Nec tantum vt parietes toti aperiantur, verùm & interraso marmore, vermiculantísque ad effigies rerum & animalium crustis.Budæus.

Vermiculatum emblema.Cic.3.de Orat.94.ex Lucilio,
Quàm lepidè lexeis compostæ,vt tesserulæ omnes
Arte pauimento,atque emblemate vermiculato.

Vermiculatio,Verbale, Est quum enatis vermiculis & bestiolis segetes,arboréue infestantur. Plin.lib.17.ca.11.11,Neque vermiculationi obnoxium.

Vérmina,verminorũ,n.g.plur.num. Dolores corporis, qui quodam minuto motu intestina quasi vermes scindere videtur.Hic dolor Græcè *σπάσις* dicitur. Hæc Festus. Plinius,Magi eo vermina & dysenteriam curari putant.

Vérmino,vérminas,pe.cor.verminare,Vermes habere.Cornelius Celsus,Nihil est perniciosius pueris dum verminant. Sipõtinus.

Verminari,pro Torqueri.A vermib⁹ deductum verbũ,quòd facilè se torqueant, inquit Nonius. Varro, Septimo(inquit) mense verminari cœpit,partum putauit propinquum.

Verminatio,verminatiõnis,Verbale,Morb⁹ præsertim iumẽtorũ. Plin.lib.28.cap.11.17,Iisdem sanari dimissis in fauces,iumẽtorũ verminationes notũ est. Idem lib.30.ca.15.10, Verminatio iumentorum sanatur,ter circunlato verẽdis palumbo:mirum dictu,palumbus emissus moritur,iumentum liberatur confestim.

Verna, vernæ, com.gen. Seruus domi nostræ natus ex ancilla nostra aut seruo.Plautus Amphit.4.25,
Satius est me queri illo modo seruitutẽ hodie qui fuerim liber,
Eam nũc potius pater hic seruitutis,qui verna nat⁹ est queritur.
Idem Milit.10.103, Quid,nutrici non missurus quicquam quæ vernas alit? Cælius Ciceroni,lib.9.15.6,Bellienus verna Demetrii,qui ibi cum præsidio erat,&c.

Turba vernarum.Tibull.lib.1.eleg.1.5.

Lactei vernæ.Martialis lib.5.103, Cingunt serenum lactei focum vernæ.

Procaces vernæ.Horat.1.Serm.saty.6.14, -vernásq; procaces
Pasco libatis dapibus.

¶Puer verna.Horat.1.Serm.saty.2.14.

Tuberes vernæ,Vide **Tuber**.

Vérnula,vérnulæ,pen.corr.Diminutiuũ.Plin.lib.11.cap.17.3,Vernula charus Pericli Athenièsium principi,quum is,&c. Mart. lib.14.59,Siquis plorator collo tibi vernula pendet. Iuuenalis Saty.10.11,Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ.

Vernáculus,pen.corr.Adiectiuum,Omne quod domi nostræ nascitur,vel in nostra patria:vt ait Valla lib.1.

Res quotidianæ & vernaculæ.Cic.3.de Orat.51.

Vernacula lingua dicitur,vel seruilis,vel plebeia:qua tãquam communi ac naturali omnes vulgò loquuntur: linguam maternam hodie vocamus.

Vernaculæ volucres: cui aduenæ opponuntur. Varro 3 de Reust.ca.5.5, Præterea volucres quum partim aduenæ sint,vt hirundines & grues:partim vernaculæ,vt gallinæ & columbæ.

Vernaculus mos,Id est domesticus,vel patriæ.

Vernaculum cõsilium. Plaut.Pœn.14.106, Et illud autem inserendum est consilium vernaculum.

Vernaculi artifices. Liuius 7. ab Vrbe,6, Accepta itaque res, sæpiúsque vsurpando excitata,vernaculis artificibus,quia hister Thusco verbo ludio vocabatur, nomen histrionibus inditum. Id est domesticis.

Antiqua & vernacula festiuitas.Cic.Præto,lib.9.15.7.

¶Vernaculum,Proprium ac peculiare.Plin.lib.14.ca.1.4,Potissima nobilitas datur vuis peculiaribus atq; vernaculis Italiæ.

Vernaculum,Quod à nobis domestica consuetudine vsurpatur.Cic.de Claris Orat.89,Nescio quo sapore vernaculo. Idem 5.Verr. 110, Non vt solemus interdum in defensionibus dicere, crimen domesticum ac vernaculum.

¶Vernaculum aliquando dicitur quod est veris. Plinius lib. 17.cap.23. 10, Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus,circunuestit arborem, crinésque ipsos vuis. Quo in loco nõ putarim vernam significari putationem, sed eam quæ tum esset illic vulgaris. Mox enim sequitur,Gallica in traduces porrigitur,&c.

¶Vernaculi, Malis moribus homines, & lingua proterua: quòd vernarum similes sint, quibus ars est adulari & maledicere.Sipontinus.

Vernílis,& hoc vernile,pen.pro.Idem quod seruilis,siue scurrilis.

Blanditiæ verniles. Tacit.lib.18,Quãuis odium Vitellius vernilibus blanditiis velaret.Hoc est seruilibus,& adulatoriis,vt ait Rhenanus in Castigationibus in Tacitum.

Dictum vernile.Tacit.lib.19,Vernile dictum omnẽ inuidiam in eum vertit.Hoc est,scurrile,procax.

Vernilitas,pen.corr.vernilitâtis, Scurrilitas. Plin.lib.34.cap.8.30, Puerum subdolæ ac fucatæ vernilitatis.

Imbui vernilitate.Quintil.lib.1.cap.11.1.

Seruilis vernilitas. Quintil.lib.1.cap.11.1, Nec vitia ebrietatis effingat,nec seruili vernilitate imbuatur. De futuro oratore.

Verniliter,pen.cor.Scurriliter,seu adulatoriè:à vernis quibus hæc viuendi ars est.Cæcilius Venatore,Credo minus tandem hoc fit verniliter.Nonius.

Vernáliter,pen.corr.Aduerbium,Id est seruiliter.Horat.2.Serm.satyra.6.12,
-necnon vernaliter ipsis
Fungitur officiis.Quod alii pro luxuriosè,alii pro adulatoriè exponunt,quibus hæc viuendi ars est.

Vero,Discretiua coniunctio:vt,Achilles quidem fortis fuit,Vlysses verò astutus.

Verò,his dictionibus solet iungi, Neque,nec,tum,age, sanè, iam,enim,at,quasi,ceu,nunc.vt Neque verò,nec verò,tum verò,age verò,sane verò,iam verò,enim verò,at verò,quasi verò, ceu verò. Cum quibus particulis rarò AVTEM particula iungi solet.

Aín' verò,indignãtis.Plautus,Aín' verò verbero? Idem, Aín' verò? s o. aío enimuero. Idem,Tu vrbanus verò scurra deliciæ populi,tu mihi reus obiectas?

At verò nos.Cic.1.Tuscul.49,At verò nos docti scilicet à Græcia,hæc & à pueritia legimus & discimus.

Aut verò,pro Aut etiam.Cic.in Verrem,act.5, Quem tibi hominem inuitis diis immortalibus,aut verò deum tantis religionibus eorum violatis auxilium futurum putas? Budæus.

Verò.cum pronomine E G O, non tam discretionem interim significat,quàm(vt Hermolao placet) confirmationẽ.pro quinetiam,vel etiam.Plinius,Proinde occupantibus locũ faueo:ego verò & posteris.

Ego verò.Sæpe vsurpatur in respondendo adhibetur,significátq; profectò vel certè,vel potius? Græcum.Cic.ad Atticum, Nam quòd scribis te audire, me etiam mentis errore & dolore affici, mihi verò mens integra est. Idem,Quod laudas quia obliuisci me scripsi antè facta & dicta nostri amici,ego verò ita facio. Plinius ad Fabatum, Adiicis posse eos nongentis milibus veni-

re, ac tanto magis quæris an quod gessit, ratum seruem. Ego verò seruo. Idem ad Gallum, Quare ego verò Coreliæ adero promptissimè. Cicero ad Q. fratrem, lib. 2. ep. 1. Quòd me admones de non curandis, suadésque vt meminerim Iouis orationem quæ est in extremo illo libro: ego verò memini. Eidem lib. 3. ep. 14, De Tribunatu quod scribis, ego verò nominatim petiui Curio. Idem ad Volumnium, lib. 7. ep. 4. Quas si vt volumus, exceperimus: ego verò multam salutem & foro dicam & curiæ.

Ego verò, Aliter. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. ep. 4. Quum enim te desydero, fratrem solum desydero. Ego verò suauitate propè fratrem, propè æqualem, obsequio filium, consilio parentem.

Eia verò. Plautus, Herus tuus vbi amabo est? R. eia verò quasi non sit intus.

Est verò ita. Cic. 2. de Legib. 11, Est verò ita. sed tamen huic amœnitati, quam ex Quintio sæpe audio.

Et verò. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. ep. 10, Tibi & fuit hoc semper facillimum, & verò esse debuit.

Et verò etiam. Cic. ad Atticum, lib. 16. ep. 11. 4, Quæ quidem voluntate esse erga Atticum sæpe præsens & illi ostendisti, & verò etiam mihi.

Iam verò. Plin. lib. 18. cap. 6, Latifundia perdidêre Italiã, iam verò & prouincias.

Id verò. Terent. in Prol. Eunu. 33, sed eas fabulas factas prius Latinas scisse se, id verò pernegat. Pro Id demum.

Ille verò, pro Imò verò, vel ille etiam. Cicero 1. de Diuin. 170, Quid inquies, remex ille de classe Coponii, nónne ea prædixit quæ facta sunt? Ille verò & ea quidem quæ eo tempore ne acciderent, timebamus. Idem pro Cælio. 37, Nihil igitur illa vicinitas redolet? nihil hominum fama? nihil Baiæ denique ipsæ loquuntur? Illæ verò non loquuntur solùm, verum etiam personant.

Ille verò, Ille certé. Cicero Attico, De Lepido verò, & Tullio, quòd quæris, Illi verò non dubitant quin Cæsari præsto futuri, in Senatúmque venturi sint.

Ipse verò, ille verò. Cic. 2. de Nat. deorũ, 39, Ipse verò aer, qui natura maximè frigidus, minimè est expers caloris: ille verò & multo quidem calore admixtus.

Ita verò, sanè verò, Ironicé. Plautus, Ita verò vt tu ipse me dixisse dicites. Hoc est, mirum quin tibi hoc dicam, vt postea me accuses proditi arcani. Terent. Eunuc. 1. 2. 9, Sanè quia verò hæ mihi patent semper fores. Budæus.

Mirum verò, per Ironiam dictũ. Terent. And. 4. 5. 16, -ha he: Mirum verò impudenter mulier si facit meretrix. Cicero pro Flacco, 14, Mirandum verò est homines eos, &c. Hoc est, nequaquam mirari debemus.

Nisi verò. Cic. in Verrẽ, 2 act. vltima, Nisi verò existimatis, &c. Quasi dicat, Nihil minus est credibile.

Non verò, Vide **Hon.**

Nunc verò, Vide **Hunc.**

Nunc verò iam, Vide **Hunc.**

Sed verò, vt At verò. Cic. pro Cluentio, 12, Sed ea verò sic agit vt prorsus reticere nullo modo possit.

Tu verò, similem vsum habet quem Ego verò. Terent. Eun. 4. 4. 20, Quem tu verò videre velles Phædria.

¶ Legitur & cum nominibus. Terent. Eun. 3. 5. 18, Illa ilico vbi me accepit, læta verò ad se abducit domum.

¶ Verò, in principio epistolæ. Cic. ad Atticum, lib. 5. 88. 1, Ego verò & tuum in discessu vidi animum, & meo sum ipse testis.

¶ Verò, authore Donato, particula est quæ ironiam aliquando iuuet. Virg. 4. Æneid. 19,

Egregiam verò laudem, & spolia ampla refertis
Tuque puerque tuus. Cic. ad Lentulum, lib. 1. ep. 5, Est verò probandum qui & summa voluntate cesserit, & egregia animi alacritate absuerit. Idem pro Rabirio perduel. reo, 7, Popularis verò Trib. pleb. custos, defensórque iuris & libertatis. Quasi dicat, Non est hoc Tribuni officium velle hominem Romanum cruce puniri. Portia lex virgas ab omnium Ciuium Rom. corpore repulit, hic misericors flagella retulit. Sic 6. Philipp. 107, Facilè verò huic denuntiationi patebit, vt in Patrum conscript. atque in vestra potestate sit qui in sua nunquam fuerit. Budæus.

Verò ironicè, cum accusatiuo aliquando. Cic. 13. Philipp. 363, Turpem verò actionem qua defenditur amplissimi authoritas ordinis contra crudelissimi gladiatoris amentiam. Ille manifesta est ironia.

¶ Verò, permittétis est, & concedentis. Cic. de Claris Orat. 166, Tum Brutus, De isto postea: sed tu (inquit, in me intuens) orationes nobis veteres explicabis? Ego verò, inquam, Brute, sed in Cumano, &c. Ibidem, 161, Tum Atticus, &c. Nũc quoniam ad perorandum spectare videtur sermo tuus, dicam opinor. quod sentio. Tu verò, inquam, Attice. Idem 5. Tuscul. 32, Quid igitur contra Brutum me dicturum putas? A. Tu verò, vt videtur nam præfinire nõ est meum. Ibidem, 13, Sed quæro vtrum aliquid actum superioribus diebus, an nihil arbitremur. A. Actum verò, & aliquantum quidem. Terent. Heaut. 3. 2. 16, Eho laudas qui heros fallunt? &c. in loco. ego verò laudo. Cic. 1. de Fin. 43, Vtrum igitur percurri omnem Epicuri disciplinam placet, &c. Tuo verò id quidem inquam arbitratu. Idem 1. de Finibus, 15, Quid paulo antè, inquit, dixerim, nónne meministi? &c. Memini verò, inquã. Idé 1. Tusc. 47, Fuisti sæpe credo, quum Athenis esses in scholis philosophorum. A. verò, ac libenter.

¶ Nec verò, Nec etiã. Cic. de Vniuers. 16, Nihil porrò igni vacuum videri potest, nec verò tãgi quod careat solido. Idem de Finibus, Quòd quia nullo modo sine amicitia firmã & perpetuam iucũditatem vitæ tenere possumus, nec verò ipsam amicitiam tueri, nisi æquè amicos & nos ipsos diligam, &c. ideireo hoc ipsum, &c. Cicero de Oratore, Non enim omnis fortuna, non omnis honos, non omnis ætas, nec vero locus aut tempus, &c.

¶ Verò, expletiua vel ornatiua est aliquãdo. Terẽt. Eun. 5. 4. 8. Id verò est quod ego puto mihi palmarium
Me reperisse. Vbi ait Donatus, Nisi ornatiuum esset VERO, nihil significaret.

¶ Verò, pro interiectione stomachantis accipi ait Donatus in illo Eunuchi, 5. 3. 3,
-moue verò ocyus Te nutrix.

Uero, veras, Vide **Uerus.**

VERO, Fluuius Celtiberiæ, à quo Populi Verones dicti sunt, circa eum habitantes.

VERO MANDVI, Galliæ Belgicæ populi, quorum meminit Plinius lib. 4. cap. 17. Et Cæsar bel. Gall. lib. 2. Vulgò *Vermandois.*

VERÔNA, pen. prod. Vrbs Venetiæ à Gallis olim condita, duce (vt quidã opinatur) Brenone, à quo Brenona primùm, deinde mutatis consuetudine literis, Verona appellata. Galli enim quum nouas sedes quærere ob intestinas discordias, & assiduas domi dissensiones cogerẽtur, in Italiam venêre: expulsíque inde cultoribus, Mediolanum, Comum, Brixiam, Bergomum, Tridentum, Vincentiam condiderunt. Veronam magna ex parte alluit fluuius omnium amœnissimus Athesis, qui ex Tridentinis Alpibus ortus, non longè à fossa Clodia Pado miscetur. Clara hæc vrbs solo, ac frugum & fructuum omnium hubertate, tum alumno Catullo poeta. Ouid. 3. Amor. eleg. 14. 1, Mantua Virgilio gaudet, Verona Catullo. Hinc fiunt adiectiua Veronius, & Veronensis.

Iuuenum Veronensium flos. Catull. de Cælio & Quintio, 95. 1.

Uerpus, verpi, m. g. Medius digitus est: à verrendo podice dict⁹.

¶ Verpus, Decorticatus, pellem non habẽs, recutitus. Catull. ad Porcium, & Socrationem, 44. 1,
Vos Veraniolo meo, & Fabullo
Verpus præpositi Priapus ille. Mart. lib. 7. 81,
Dum ludit media populo spectante palæstra,
Delapsa est misero fibula, verpus erat.

Verpi dicti sunt Iudæi, quòd sanguinis fluxum patientes, hoc digito verrendo podici vruntur, vel potius quia sunt recutiti: vnde & apellæ dicuntur. Iuuen. Saty. 14. 11,
-eadem nisi sæua colenti,
Quæsitum ad fontem solos deducere Verpos.

¶ Verpam, fœm. g. mentulam inuit Martialis, lib. 11. 46,
Iam nisi per somnum non arrigis & tibi Meui
Incipit & medios meiere verpa pedes. Catull. ad Memmiũ, 16. 1, -nam nihilo minore verpa Es farctus.

VERRA, Ara fuit Romæ, ad quã orabãt ne agrippæ nascerentur.

VERRES, C. perfũctus Quæstura & Prætura vrbana, patre C. Verre, & prætextato filio, & filia nupta, successit in Sicilia prætor C. Sacerdoti: atque in ea libidinosè auaréque versatus, decedens tandem succedente Metello repetundarum reus à Siculis postulatus est. Qui M. Tullium ad accusandum descendere compulerunt, iampridem ipsis necessitudine copulatum, quum Quæstor in Sicilia fuisset. Author Asconius Pædianus.

Verrea, Verreorum, Festa siue sacra à Verre instituta. Cicero 4. Verr. 37, At verò præclarum diem reposuisti, Verrea vt agerent, & vt ad eum diem, quæ sacris epulísque opus essent, in cõplures annos locarentur.

Uerres, verris, masc. gene. Porcus masculus. Varro de Re rustic. lib. 2. cap. 4. 4, de sue loquens, Cum hæc eadem vt habeant verres videndum, tum vtique sint cernicibus amplis, boni seminis. Ibidem, in fine capitis, Castrantur verres commodissimè anniculi, vtique ne minores quàm semestres: quo facto nomen mutant, atque è verribus dicuntur maiales. Ibidem, cap. 9. 1. Et Colum. lib. 7. cap. 9. 1. Horat. 3. Carm. ode 11. 1,

Imminens villæ tua pinus eſto,
Quam per exactos ego lætus annos
Verris obliquum meditantis ictum
Sanguine donem.

Verrem ad hominẽ maſculum trãſtulit Plautus Milit.14.66,
-audin' tu mulier?
Dixi hoc tibi dudũ, & nũc dico, niſi huic verri aſſertur merces,
Non hic ſeminio ſuo quanque porculenam partiturus eſt.

Verrinus,pen.prod.Adiectiuum,Quod eſt verris. Plin.lib.18.cap. 20,Simili modo verrinum iecur exemptis duntaxat fibris,quatuor obolorum pondere. Ibidem,ca.9.18,Adipe verrino cõfici.

Verriculum,verriculi,pen.corr. Rete piſcatorium, quod trahendo è vado educitur.

Verriculãtus,pen.prod.Adiect.Ad verriculi formã factũ.Colu.lib. 2.ca.21.2,Sunt autẽ metẽdi genera cõplura: multi falcibus verriculatis, atque iis vel roſtratis vel dẽticulatis medium culmũ ſecant.Niſi quis malit legere verticulatis,aut potius vermiculatis.

Verro,verris,verri & verſi,verſũ,verrere,Trahere. Vir.1.Æn.13,
Ni faciat,maria ac terras cælúmque profundum
Quippe ferãt rapidi ſecum,verrántq; per auras. Sic 3.Georg. 41,Ille volat, ſimul arua fuga,ſimul æquora verrens. De Aquilone. Lucretius lib.1.56,
Sunt igitur venti nimirum corpora cæca,
Quæ mare,quæ terras,quæ denique nubila cæli Verrunt.
Ouid.13.Metam.100,Canitiémque ſuam concreto in ſanguine verrens. Stat.3.Syl.3.19,
Dalmatico quod monte nitet,quod meſſibus Afris
Verritur,æſtiferi quicquid terit area Nili.
Venti verrentes æquora.Lucret.lib.5.54.
Nautæ verrunt cærula.Virg.3.Æneid.42. Idem 3.Æneid.58, Certatim ſocii feriunt mare,& æquora verrunt. Catull.Argon. 59.2, Cærula verrentes abiegnis æquora palmis.
Remi verrebant freta.Ouid.3.Amor.eleg.7.9.
Remis vada liuida verrunt.Virg.6.Æneid.64.
Cauda verruntur arenæ.Ouid.10.Metam.139.
Diripiunt verrúntque dapes. Valer.4.Argon.90.De Harpyiis.
¶Verrere,Mundare,quòd trahendo ſordes mundentur.Apud Plautũ in Merc.7.57,Verre ædes. Iuuen.Sat.14.6,Verre pauimẽtũ,nitidas oſtende columnas. Cic.in Parad. 46, Qui tergent, qui vngunt, qui verrunt, qui ſpargunt, &c. Plin.lib.18. 2.15, Recedente aliquo ab epulis, ſimul verri ſolum. Liu.3.ab Vrbe, 31, Stratæ paſſim matres crinibus templa verrentes, veniam irarum cæleſtium, finémque peſti expoſcunt. Idem 6. bel.Pun.44,Vndique matronæ in publicum effuſæ circa deũm delubra diſcurrunt,crinibus paſſis aras verrentes.

Verſus,Particip.Virg.1.Æn.57, -& verſa puluis inſcribitur haſta.
Spumant freta verſa lacertis.Virg.5.Æneid.29.

Verruca,verrúcæ,penul.prod.Locus in monte editior.Cato in libris originum,Maturum cenſeo,inquit, ſi rem ſeruare vis,faciundum vt quadringentos aliquos milites ad verrucam illã ire iubeas:eam vti occupent, imperes, horteriſque. Ex Gellio lib.3. cap.7,vbi verrucam locum editum,aſperúmque interpretatur.
¶Verruca, Caruncula eminens in corpore ſine pruritu. Plin. lib.20.cap.21.5, Ocimum verrucas miſto atramento ſutorio tollit. Horat.1.Serm.ſaty.3.15,
Qui,ne tuberibus propriis offendat amicum,
Poſtulat,ignoſcat verrucis illius.
Maculæ & verrucæ gemmarum. Plin.lib.37. cap. 11.3, Illud modò meminiſſe conueniet, increſcentibus variè maculis, ac verrucis,linearúmque interueniente multiplici ductu & colore, mutata ſæpius nomina in eadem plerunque materia. De gemmis naſcentibus & factitiis.

Verrúcula,verrúculæ,pen.cor.Diminut. Colu.lib.7.ca.6.17,Caper cui ſub maxillis binæ verruculæ collo depẽdẽt, optimꝰ habetur.

Verrucôſus,pen.pro.Adiect.Homo verrucis plenus,& varias eminentes partes habens. Verrucoſa loca, Inæqualia, & diuerſas partes eminẽtes habẽtia. Perſ.Saty.1.8,Sunt quos Pacuuiúſqi & verrucoſa moretur Antiopa,&c.Hoc eſt aſpera,nõ perpolita.
Orator verrucoſus.Cic.de Claris Orat.18,Quintus etiam Maximus verrucoſus orator habitus eſt temporibus illis.

Verrucaria,verrucariæ,Herba quæ verrucas tollit.Plin.lib.22.cap. 21.7,Verrucas cum ſale tollit ſuccus è folio:vnde noſtri verrucariam herbã appellauêre,aliis cognominari effectibus dignioré.

Verrunco,verruncas,verruncãre, Vertere,inquit Feſtus. vnde Auerrunco cõpoſitum:de quo vide ſuo loco. Cic.1.de Diuin.81, Per propinqua hæc bene verruncent populo. Ex poeta.

Verſatilis,& hoc verſátile,pe.cor. Quod huc & illuc verſatur: ſiue quod idoneũ eſt vt verſetur.Plin.lib.36.cap.18.2,Idẽ molas verſatiles Volſiniis inuẽtas, aliquas & ſponte motas inuenimus in prodigiis. Ibidẽlib.4.ca.15.17,Verſatili ſuſpenſa libramẽto.
Verſatilis acies.Curtius lib.4.Adeóque aciem verſatilem poſuit,vt qui vltimi ſtabant,ne circuirentur,verti tum,& ad frontem circumagi poſſent.
Verſatile ingeniũ. Liu.lib.9.bel. Maced.164,de Catone,Huic verſatile ingeniũ ſic pariter ad omnia fuit, vt natum ad id vnũ diceres,quodcunque ageret.

Verſicolor,**Verſicul⁹**,**Verſipellis**, **Verſo**,verſas,**Verſura**,**Verſus**,Participium,Nomen,Præpoſitio,Aduerbium, Vide **Verto**,vertis.

Verſus,Participium à Verro,Vide **Verro**.

Verſutus,**Verſutiloquus**,Vide **Verto**.

Vertagus,vértagi,pen.cor.Canis ſponte in venationẽ exiens, prædámque domum referens. Mart.lib.14.105,
Non ſibi,ſed domino venatur vertagus acer,
Illæſum leporem qui tibi dente feret.

Vertebra,**Vertebratus**,**Vertex**,**Verticillum**,**Verticulum**,**Vertigo**,Vide **Verto**.

Verto,vertis,verti,verſum,vertere,A' Vere dicitur:quia Vere annus incipit verti.Virg.8.Æneid.88,Gorgona deſecto vertentem lumina collo. Terent. Heaut.5.1.73, Retundam, redigam, vt quò ſe vertat neſciat.
Omnia vertere, pro Euertere & corrumpere. Cic.1.Offic.118, Vt Callicratidas, qui quum Lacedæmoniorum dux fuiſſet Peloponneſiaco bello, multáque feciſſet egregiè, vertit ad extremum omnia. Idem pro Roſc. Amer.36, Quoniámque vides verſa eſſe omnia. Tranſlatũ videri poteſt ab iis qui ſegetẽ vertunt.Ex Budæo. Tacit.lib.11,Et ſi res verterentur,formido.
In Africum ſe vertit Auſter.Cæſar 3.bel.Ciuil.105,Quo ſimul atque intrò eſt itum,incredibili facilitate Auſter,qui per biduũ flauerat,in Africum ſe vertit.
Agrum vertere, pro Subigere. Plin.lib.18.cap. 6.13, Iuncoſus ager verti pala debet,at in ſaxoſo bidentibus.
Animam vertere,pro Reddere anhelitum. Plaut. Merc.4.15, Perii,animam nequeo vertere.
Arces vertere.Virg.1.Æneid.5,
Progeniem ſed enim Troiano à ſanguine duci
Audierat,Tyrias olim quæ verteret arces.Hoc eſt euerteret.
Arma vertere aduerſus Carthaginienſes pro Romanis.Liuius 4.bel.Pun.111.
Arma vertere in aliquem.Liu.5.bel.Pun.183,Non enim vt in Romanos verterent arma,agebatur.
In auaritiam verterat.Tacit.lib.20.
Aures ad pacem vertere.Propert.lib.4.eleg.14.3.
Beneficium vertere in grauiſſimã iniuriã. Plin.in Paneg.59.
Dulcia ſe in bilem vertunt.Horat.2.Serm.ſaty.2.15.
In bonum vertere.Quintil.lib.1.cap.1.5,Nã bona facile mutantur in peius:nunc quando in bonum verteris vitia? Plinius epiſt.18.6,Proinde diſpice,an tu quoque ſub hoc exemplo ſomnium iſtud in bonum vertas.
In bonum vertere auſpicia.Liu.10.ab Vrbe,213, Id votum diis cordi fuit,& auſpicia in bonum verterunt.
In bonum vertere detrimentum.Cæſar 3.bel.Ciuil.161,Quod ſi eſſet factum,detrimentum in bonum verteret, vti ad Gergoniam accidiſſet.
Cælum vertitur. Virg.1.Æneid.50,Vertitur interea cælum, & ruit Oceano nox.Id eſt in aliam faciem commutatur:quod more ſuo explanat ſequentibus.Seruius.
Cauſas ſecundorum & aduerſorum vertere in deos.Liu.8.bel. Pun.56. In ciuitate tanto diſcrimine belli ſollicita, quum omnium ſecundorum aduerſorúmque cauſas in deos verterent, multa prodigia nuntiabantur.
Cauſa vertitur in,pro Conſiſtit.Quintil.lib.3.cap.13,Significamus ſummam illam,in qua cauſa vertitur.
Certamen vertitur.Cic.ad Atticum,lib.8.166.2,Brunduſii autẽ omne certamen vertitur huius primi temporis.
In cinerem vertere. Ouid.2.Metam.43,Cúmque ſuis totas populis incendia gentes In cinerem vertunt.
In conſuetudinem vertere. Tacit.in Dialogo de Oratoribus, Niſi frequens ac aſſidua nobis contentio iam propè in conſuetudinem veniſſet.
In contrarium aliquid vertere.Quintil.lib.3.cap.11.4.
In contumeliã ſuam vertere quod alius geſſerit.Cæſar 1.belli Ciuil.34,Velle Pompeium ſe Cæſari purgatum,ne ea quæ Reip. cauſa egerit,in ſuam contumeliam vertat.
Crateras vertere,pro Potare.Virg.9.Æneid.34,
-fuſique per herbam
Indulgent vino, & vertunt crateras ahenos. Hemiſtichium Ennianum.Seruius.
Crimen reus citra accuſationem in aduerſarium vertit.Quintil.lib.7.cap.3.18.

In crimen vertere quod gloriæ esse debet.Liu.10.bel.Maced. 64,Romanos obiicis mihi,& ea quæ gloriæ esse debent,in crimen vertis.

Culpam vertere in gloriam.Plin.epist.171,Viuebat tamen,& viuere volebat,sustentante maximè vxore,quæ culpam inchoati matrimonii in gloriam perseuerantia verterat.

Culpam omnem belli à publico consilio in Annibalem vertentes.Liu.10.bel.Pun.101.

Cursum vertere aliquò.Virg.5.Æneid.30.

Dies vertitur.Propert.lib.1.eleg.19.7,

Nunc vtcunque potes fato gere faucia morem:
Et deus,& durus vertitur ipse dies.

Discrimen vertitur. Quintil.lib.6.cap.1.5, Illud ne indignum quidem admonitione, ingès in epilogis meo iudicio verti discrimen,quo modo se dicenti,qui excitatur,accommodet.

In discrimine verti dicuntur res. Liu.6.ab Vrbe,146, In maiore discrimine domi res vertebantur.

In dorsum vertere,pro Resupinare.Plin.lib.9.cap.10.1.

Elocutionem vertere. Plin.epist.vltima,lib.2,Mutat personã, vertit elocutionem.

Equos vertunt ad mœnia.Virg.11.Æneid.114.

In facies omnes se vertere, Varias formas & species referre. Virg.12.Æneid.179,Verte omnes tete in facies.

Intra fines hos vertũtur omnia. Cælius ad Ciceronẽ,lib.8.10. 11, Plures suspicari nõ possum,hæc noui.Alia quæ possunt accidere,non cerno.Multa tempus afferre,& præparata multa esse scio,sed intra fines hos,quæcunque acciderint,vertentur.

In fugam vertere aliquem,Cogere vt fugiat.Liu.10.bel.Pun. 159,Nec pila ab antesignanis cessabant:donec vndique incidẽtibus telis exacti ex Romana acie hi quoque in suo dextro cornu ipsos Carthaginiensium equites in fugã verterũt. Idẽ lib.7. bel.Maced.Posteaquã videre ex alto clamorem,in fugã verterunt.

In gaudium renuntiata verterunt.Liu.lib.5.Decad.5.

Glebas vertere vomere.Lucret.lib.1.43.

Ad gloriam vertere.Tacit.lib.13,Idque illi imperitante Claudio impunè,mox ad gloriam vertit.

Gradum vertere.Ouid.8.Metam.18.

In horrorem versum facinus.Liu.4.ab Vrbe,75.

In ignorãtiã verti. Senec.de Benef.li.3.ca.1,Quis tam ingrat⁹ est, quàm qui quod in prima parte animi positũ esse debuit, & sẽper occurrere,ita sepositit & abiecit,vt in ignorãtiã verteretur?

Impetum cæli cum admirabili celeritate moueri vertiq; videmus.Cic.1.de Nat.deor.141.

Inuidiam in aliquem vertere.Quintil.lib.6.cap.5.8.

Ad inuidiam vertere. Tacit.lib.13,Ne per tot annos siue querela tolerata,nouis acerbitatibus ad inuidiam verterent.

In inuidiã vertit se gloria. Liu.2.ab Vrbe,31,Vbi audire iussi, Cõsul laudare fortunã collegæ, quòd liberata patria in summo honore pro Republica dimicãs,matura gloria, necdum se vertente in inuidiam,mortem occubuisset. Sic 6.bel.Pun.104.

In locum aliquid vertere. Plin.lib.11.cap.31.1, Quanquam & Græci authores in locum vertêre.Id est,irrisêre.

Irat in aliquem vertere. Liu.1.ab Vrbe,54, Si affinitatis inter vos,si connubii piget,in nos vertite irat.

Iram vertere ab aliquo in alium.Horat.Epod.10.3,

Quum Pallas vsto vertit iram ab Ilio
In impiam Aiacis ratem.

Iter vertere aliquò.Virg.5.Æneid.5.

Iter retrò vertere. Liu.8.bel.Pun.11, Scipio vbi animaduertit dissipatum passim bellum:& circũferre ad singulas vrbes arma, diuini magis,quàm magni esse operis:retrò vertit iter.

Laudem vertere in crimina.Ouid.epist.8.11.

In laudem vertere.Tacit.lib.4,Quod asperè acceptũ ad præsens,mox in laudem vertit.

In licentiam vertere libertatẽ.Liu.7.bel.Pun.175,Et libertatẽ quum aliis vanã ostendisset,totam in suam licentiam verterat.

In ludibrium vertere. Tacitus lib. 11, Britannicus desolatus paulatim etiam seruilibus ministeriis per intẽpestiua nouercæ officia in ludibria vertebat.Budæus.

In lupos vertere homines. Plin.lib.8.cap.22.1,Homines in lupos verti,rursumque restitui sibi,falsum esse confidenter existimare debemus.

Ad luxuriã vertere vsum alicui⁹ rei,pro Cõuertere, redigere, applicare. Plin.li.15.ca.4.1,Vsum olei ad luxuriã vertêre Græci.

Malo vertere.Tacit.lib.5,Ac ne dubium haberetur,magnitudinem pecuniæ malo vertisse,&c.

Terror facilis vertere mentes.Lucan.lib.1.93.

Mœnia vrbis ab imo vertere.Virg.5.Æneid.161.

Mœnia vertere ferro.Lucan.lib.3.98.

In morem vertere. Tacit.lib.10,Quod tum in morẽ verterat.

Oculos ad sydera vertit.Silius lib.4.11.

In se oculos omnium vertere, Facere vt omnium oculi in se conuertantur.Liu.7.ab Vrbe,162,Inde admiratione pauentibus cunctis,quum omnium in se vertisset oculos,&c.

In odium vertere.Tacit.lib.4,Nam quæ saxo struuntur,si in dicium posterorum in odium vertit,pro sepulchris spernuntur.

Ora vertere huc & illuc.Horat.Epod.4.2.

Orbes torui luminis ad aliquẽ vertere,Torue aspicere.Ouid. 1.Metam.150,Vertit ad hanc torui dea bellica lumnis orbes.

In peiorem partem sunt versa & mutata omnia.Cic.pro Roscio Amerino,62.

Periculum vertere in aliquem.Liu.2.bel.Maced.43.

In pernicie vertere alicui rẽ aliquã.Liu.9.bel.Maced.196,Hæc quæ augẽdæ amplitudinis ei⁹ causa facta crãtexteplo in inuidiam,mox etiã in perniciem adolescẽti verterũt. Tacit.lib.2, Astusque hostium in perniciem ipsis vertebat. Plin.lib.18.ca. 2.4,Ipsum quoque quo viuitur aerem in pernicies vertimus.

In vni⁹ potestate ac moderatione vertũtur omnia.Cl.2.Ver.13.

Prælium eò versum est. Liuius lib.4, Donec Dictator pedem iam referẽtibus suis aduenit,eóque omne prælium versum est.

In priuatum vertere pecuniam. Liu.8.bel.Maced.158,Aurũ & argenti quum vim magnam habuisset, nihil in publicum relatum,omne in priuatum versum.

Quò me vertam, nescio,vel non habeo. Locutio,qua rei alicuius grauitatem ostendimus. Cic. ad Q.fratrem,lib.3.ep.8, De Latinis verò quò me vertam nescio. ita mendosè & scribuntur & veneunt. Idem 5.Verr.171, Quid esse reliqui poterat ei qui per hanc iniuriam non modò frumentum omne amittere, sed etiam omne instrumentũ vendere cogeretur?quò enim se verteret,non habebat.

Quoquò te verteris,Id est in quancunque partem respexeris. Cic.in Parad.23,Ipsum quidem illud peccare,quoquò verteris, vnum est. Idem 2.de Diuinat.36,Quoquò se verterint Stoici, iaceat omnis eorum necesse est solertia.

Superstitio instat & vrget,& quò te cunque verteris persequitur.Cic.1.de Diuinat.111.Id est quocunque.

Rationem vertere. Cic.pro Rosc. Comœdo,10,Vertit hic rationem,& id quod probare non potest,fingere conatur.

Regnum in formam prouinciæ verterat.Tacit.lib.19.

In religionem vertere. Vide Religio. Liuius 5. ab Vrbe,67, Nihilominus ipsi perinde ac si omnes candidati essent, cuncta experientes,non homines modò,sed deos etiam excipiebant,in religionem vertentes comitia biennio habita.

In rem suam. Vlpianus in 1.prima,ad 1. Iuliã peculatus,Lege Iulia peculatus cauetur nequis ex pecunia publica sacra religiosa auferat:néve intercipiat,néve in rem suã vertat. Liu.3. ab Vrbe,309,Cum his circumire Tribunos, orare pessimum facinus petore exemplo admitterent, iudices in suam rem litem vertendo,&c.

Vertere Rempub.in meliorem statum.Tranquillus in Augusto,cap.23,Vouit & magnos ludos Ioui Optimo Maximo si Rẽpub.in meliorem statum vertisset.

In eo res vertitur.Liu.1.ab Vrbe.133, Quum bellum vtrinque summa ope pararent,vertique in eo res videretur,vtri prius arma inferrent,occupat Tullus in agrum Sabinum transire.

Tribus in rebus ferè vertitur omnis virtus.Cic.2.Offic.24.

Res vertitur in periculo.Plaut.Merc.4.11.Quàm maximè resisto,tam res in periculo vertitur.Hoc est periclitatur.

Vertitur res in meo foro.Plaut.Mostel.15.10,

Quem quum vocaui,atque illi me è Senatu segregant,
Vbi ego video rem verti in meo foro,quantum potest
Facio idem quod plurimi quibus res timida aut turbida est. Id est,de mea re agi,& in meam ceruicem cuncta ruere.

Salus mea in eo vertitur.Liu.3.ab Vrbe,191,In eo verti puellæ salutem, si postero die vindex iniuriæ ad tempus præsto esset. Hoc est,Illud saluti puellæ futurum erat,si,&c. In hoc consistebat puellæ salus.

Ad se vertere partẽ alicuius rei,pro Accipere sibi.Cic.1.Verr. 31, Nam ex illa pecunia magnam partem ad se vertit, mulieri reddidit quantulum visum est.

Vertere se in aliquẽ,pro Celare secreta nostra eũ,cui ea detegere solebamus,& alteri aperire. Liu.10.bel. Maced.18, Iuuenis incautus,& amore nominis Romani, & certamine aduersus fratrẽ,omnia tuendo suspectum se patri, & opportunum criminibus faciebat.itaque expertem eum pater omnium de rebus Romanis consiliorũ habebat.totus in Persea versus,cum eo cogitationes eius rei dies ac noctes agitabat.Hoc est propensus.

Segetem vertere,hoc est inarare. Plin.lib.18.cap.17.6,Lupinũ stercorandi causa vertitur.Budæus.

Sententiam vertere retrò.Virg.10.Æneid.2,

Cælicolæ magni, quianam ſententia vobis
Verſa retro? Id eſt mutata.

Sententia vertit ꝛc. Virg. 1. Æneid. 49. Vide **Sententia.**

Seria vertere ludo. Horat. de Arte, 46.

Seſe in faciem alterius vertere, Mentiri alterius formam, & ſimulatè effingere. Plau. in Argumento Amphit. 1. r, In faciem verſus Amphitruonis Iuppiter. Ibidem, 5. 111, In Amphitruonis vertit ſeſe imaginem.

Vertere ſeſe in hirundinem. Plau. Epid. 5. 5, Iam ego me vortam in hirundinem.

Sõlum exilii cauſa vertere, Id eſt, Sedem aut locum mutare. Cic. pro Quintio, 59, Ex edicto autem non potuiſſe bona poſſideri, demonſtraui, quòd nequa fraudãdi cauſa latitaſſet, neque exilii cauſa ſõlum vertiſſe diceretur. Idem pro Domo ſua, 61, Quò vertendi, hoc eſt mutandi ſõli cauſa venerant. Idẽ pro Cecinna, 71. Liu. Collegæ exilii cauſa ſõlum verterũt. Vide **Solum**, ſõli.

Spes ciuitatis in eo vertitur. Liu. 4. ab Vrbe, 134, Mœſta ciuitas vinci inſueta, odiſſe Tribunos, poſcere Dictatorẽ, in eo verti ſpes ciuitatis.

Ad ſpẽ vel in ſpẽ vertere. Liu. 9. bel. Pun. 183, Eodẽ tẽpore M. Cornelius Conſul altera parte Italiæ non tam armis, quàm iudiciorum terrore Hetruriam continuit, totam fermè ad Magonem, ac per eum ad ſpem nouandi res verſam. Idem 6. ab Vrbe, 133, Latinos ex propè certa fiducia mox capiẽdæ arcis, quoniam oppido potirentur, in exiguam de ſe ipſis ſpem verterat.

Stimulos ſub pectore vertit Apollo. Virg. 6. Æneid. 21.

¶ Vertere ſtultitiæ aliquid alicui, pro Stultè factũ eſſe interpretari. Plaut. Capt. 6. 9, Neque pol tibi nos, quia ſeruas, æquum ſtultitiæ vertere.

Stylum in tabulis vertere, Id eſt ſcripta inducere & delere. Cic. 4. Verr. 70, Vertit ſtylum in tabulis, quo facto cauſam omnem euertit ſuam. Budæus.

Non in ſupplicio crimen meum vertitur. Cic. 7. Verr. 103.

Facinora atque flagitia ſua ipſi quoque in ſupplicium verterant. Tacitus lib. 5.

Tẽpus hyemis vertitur, vel mutatur æſtate. Colu. lib. 7. ca. 7. 2, Mox interpoſito ſpatio cõuenit & alium griegẽ reparare: nec tamen antequam peſtilens tempus anni, ſiue id fuit Hyemis, vertatur Æſtate, ſiue Autũni, Vere mutetur. De medicina caprarũ.

Terga vertere, Fugere. Liu. 1. ab Vrbe, 61, Ita multiplici terrore perculſi Fidenates, prius penè quàm Romul⁹, quiq; cũ eo equites erãt, circũagerent frænis equos, terga vertũt. Cæſar 4. bel. Gall. 590, Commiſſo prælio, diutius noſtrorum militum impetũ hoſtes ferre non potuerunt, ac terga verterunt. Sic ibidem, 1, 115. Plin. lib. 16. cap. 4. 1, Achimenide conjecta in aciem hoſtiũ trepidare agmina, ac terga vertere. Virg. 6. Æneid. 99,

Terra in aquam ſe vertit. Cic. 3. de Nat. deor. 41.

Terram vertere, Arare. Virg. 1. Georg. 1.

Terram vertere aratro. Horat. 1. Serm. ſaty. 1. 6. Virg. 7. Æn. -& terram centum vertebat aratris.

Terram bidentibus vertere. Colum. lib. de Arboribus, cap. 11, Bidentibus terram vertere villius eſt quàm aratro.

Terram vertere ferro. Virg. 1. Georg. 30.

Vitio vertere. Horat. 1. Serm. ſaty. 6. 17. Plaut. Epid. 3. 5, Quis erit, vitio qui id non vertat tibi? Idem Milite, 10. 40,
-nos palàm ferre nunc per vrbem hæc omnia,
Nequis tibi hoc vitio vertat. Liuius 8. ab Vrbe, 164, Neminem id Quinto Fabio pœnam deprecanti ſuam vitio verſurum, ſed Dictatori. Horatius 1. Serm. ſaty. 6. 17, Nec timuit ſibi ne vitio quis verteret.

In voluntate Philippi id totum vertitur. Liu. 7. bel. Maced. 27.

In voluptatẽ gulæ vertere pœnas mõdium. Plin. lib. 19. ca. 4. 6.

In vſum publicũ vertẽdæ erãt pecuniæ. Liu. 4. bel. Maced. 31.

Vultus vertere ad ora alicuius. Ouid. 7. Metam. 12.

¶ Vertere fabulas, Platonem, Ariſtotelem: pro Tranſferre, traducere in aliam linguam. Cic. 1. de Finib. 11, Quanquam ſi planè ſic verterem Platonem aut Ariſtotelem, vt verterunt noſtri poetæ fabulas, malè credo mererer de meis ciuibus.

In Latinum Græca vertere. Quintil. lib. 10. cap. 5, Vertere Græca in Latinum veteres noſtri oratores optimũ iudicabãt. Ibidem, & conuertere & tranſferre pro eodem poſuit.

Comœdiã à. Gell. lib. 1. cap. 13, A` quo iſtã comœdiã verterat.

De Græcis multa vertere. Cic. 1. Tuſcul. 47, Veri enim multa de Græcis, ne quo ornamento in hoc genere diſputationis careret Latina oratio.

Vertere ex Græcis. Terent. in Prologo Eunuchi, 7,
Qui bene vertendo, & eas deſcribendo malè, ex Græcis bonis Latinas fecit non bonas.

Ex Græco in Latinũ ſermonẽ vertere ãnales. Liu. 5. bel. Pu. 111,

¶ Vertere, pro Verti, abſolutè. Liu. lib. 3, Aliquandiu æquatus inter omnes terror fuit, paulatim totus vertere in plebem cœpit. Id eſt verti. Alibi lib. 5, de Camillo reuocato aduerſus Gallos, Iam verterat fortuna, iam deorum opes, humanáque conſilia rem Romanam adiuuabant.

In præſagium vertit. Tacit. lib. 11, Seu fortè lapſa vox in præſagium vertit.

Bene vertere, pro Euenire. Gell. lib. 1. ca. 13, Si res fortè melius vertiſſet, diis quidẽ gratia habẽda. Virg. 9. eclo. 2, Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos. Id eſt, quæ res ei⁹ in pernicie vertatur, id eſt vt malo omine hoc mun⁹ accipiat, inquit Seruiꝰ.

Bene tibi vertat hæc res, pro Vtinam res proſperè tibi ſuccedat. Plaut. Aul. 30. 58, -nunc quæ res tibi & gnatæ tuæ
Bene, fœlicitérque vortat, ita di faxint, inquito. Ibidem, 6. 48, -nunc verba ne facias ſoror.
Scio quid mihi dictura es, hãc eſſe pauperẽ. hæc pauper placet. 2. Di bene vertant. Terent. Adelph. 1. 1. 37, Minis viginti tu illam emiſti, quæ res tibi vertat malè. Plaut. Trinũ. 17. 31, Deos volo conſilia veſtra rectè vertere. Liuius 3. ab Vrbe, 113, Quod bene verteret ipſi Reique publicæ. Ibidẽ, 1. 110, Contrà, Tullus Metium benignè alloquitur, quod bene vertat, caſtra Albanos Romanis caſtris iungere iubet.

Vertũt res malè, Malè cedũt, malè exeunt, malè habẽt. Plaut. Perſa, 13. 5, Si malus aut nequam eſt, malè res vertũt quas agit. Hoc eſt infœliciter cadunt. Idem Trucul. 4. 43, Malè vertit res pecuaria mihi apud vos. Idem Trinum. 8. 101,
Neque vnquam quiſquam ſi cuius ager ille fuit,
Quin peſſumè ei res vorterit.

Malè tibi vertat, Imprecantis. Terent. Phor. 4. 3. 73, Quæ quidem illi res vertat malè.

¶ Vertere, Verſurã facere. Plaut. Curcul. 9. 13, Vel qui ipſi vertant, vel qui alii ſubuerſandos præbeant.

Vertens, Participium. Cic. in Arato, 38, Annua conficiens vertentia tempora curſu.

Vertens annus. Cic. in Somnio, 15, Quum autem ad idem vnde ſemel profecta ſunt, cuncta aſtra redierint, eandémque totius cæli deſcriptionẽ longis interuallis retulerint, tum ille verè vertens annus appellari poteſt, in quo vix dicere audeo, quàm multa hominum ſecula teneantur. Idem pro Quintio, 21, Anno vertente ſine controuerſia. Anno & ſex mẽſibus verò, quum tibi quotidie poteſtas hominis fuiſſet admonendi, verbum nullum facis. Propert. lib. 4. eleg. 1. 3, Sed quia vertentis fructũ percepimus anni. Vide **Annus.**

Menſis vertens, ea ratione qua etiam Vertens annus. Plautus Perſa, 16. 76, -tu hanc ſi emeris,
Nunquam hercle hunc menſem vertentem credo ſeruibit tibi.

Vertendus, Aliud participium: vt
Aquæ vertendæ, Nauigandæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 3,
Nec freta preſſurus tumidos cauſabitur Euros,
Aptáque vertendis ſydera quæret aquis.

Verſus, Aliud ſimiliter participium. Cic. pro Roſc. Amer. 61, Videte nunc quàm verſa & mutata in peiorem partẽ ſint omnia. Quũ de bonis & de cæde agatur, &c.

Acies retro verſa, Vide **Acies.**

Amor, verſus in tædia. Ouid. epiſt. 3. 28.

Fas verſum atque nefas. Virg. 1. Georg. 101.

Equis verſis animoſus Parthus. Horat. 1. Carm. ode 19. 3.

Gradu verſo diſcedere. Ouid. 4. Metam. 68.

Hoſtes verſi fuga. Virg. 3. Georg. 24.

Leges abolitæ & funditus verſæ. Tacit. lib. 3.

Mens mea verſa eſt cum fortuna. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 18.

Regna ab imo verſa. Sene. Hippol. 4. 41.

Sententia retro verſa. Virg. 10. Æneid. 2.

Verſus ciuitatis ſtatus. Tacit. lib. 1, Igitur verſo ciuitatis ſtatu. Hoc eſt euerſo, ſiue mutato.

¶ Verſus, Propẽſus. Liu. 10. bel. Mace. 18, Tot⁹ in Perſea verſus pater, cũ eo cogitationes eius rei, &c. Vide Vertere ſe in aliquẽ.

Verſus animi, nomẽ. Tacitus, Qui verſus animi modò numen paueſcere, modò minis aduerſantis populi terreri.

Verſo, verſas, verſare, Frequentatiuum, Frequenter vertere. Quintil. lib. 6. cap. 4, Verſati & aduſti piſces, & poſtero die appoſiti. Plin. lib. 14. ca. 8. 1, Vuæ ter die verſatæ per triduum, quarto exprimuntur. Virgil. 4. Georg. 35,
Illi inter ſeſe magna vi brachia tollunt
In numerum, verſántque tenaci forcipe ferrum. Cic. in Piſonem, 16, In quo ne tum quidem, quum illum ſuum ſaltatorium verſaret orbem, fortunæ rotam pertimeſcebat. Idẽ 1. Tuſc. 16,
Num illud quod Siſyphus verſat
Saxum ſudans nitendo, neque proficit hilum? Ex poeta. Virg. 8. Æneid. 114, Miratúrque, intérque manus & brachia verſat

Terribilem criſtis galeam.

Verſare aliquem,pro Deludere.Plaut.Perſa.13.11.
Quid ais tu crux,ſtimulorum tritor:quomodo me hodie
Verſaniſti:vt me in tricas conieciſti? Idem Bacchid.16.6,Ego verſabo illum hodie,ſi viuo,probé.

Animum verſat cupido regni, vel pauor. Liu.1.ab Vrbe, 69, Patrum interim animos certamen regni ac cupido verſabat. Idem lib.5.bel.Pun.16,Et fortè in cornu primus ſedebat Caſca, cui ſimul metus,pudórque animum verſabat. Hoc eſt exagitabat,variis cogitationibus angebat.

Animum verſare in omnes partes.Virg.4.Æneid.116.

Animum verſare per omnia.Virg.4.Æneid.58.

Animum muliebrè verſare in omnes partes, Precibus & minis tentare vt faciat quod volumus.Liuius 1.ab Vrbe,154,Tum Tarquinius fateri amorem,orare: miſcere precibus minas:verſare in omnes partes muliebrem animum.

Animos militares verſare. Curtius, Interim qui Perſas ſolicitarēt mittūtur:hinc ſpe, hinc metu militares animos verſabat.

Authores verſare,Frequenter euoluere.Horat.in Arte,55,
-vos exemplaria Græca
Nocturna verſate manu,verſate diurna.

Bellum verſare.Cic.5.Verr.105, Quæ nā in Sicilia tāta clades, aut quod bellū tā diuturnū, tam calamitoſum te Prætore verſatum eſt? Ibidem,6.91, Vt non modò illis Punicis bellis, quæ in his ferè locis nauali prælio geſta,atque verſata ſunt.

Cauſas verſare.Cic.in Orat.17,Sed ita vt rerū explicator prudens,ſeuerus,grauis,non vt in iudiciis verſaret cauſas, ſed vt in hiſtoriis bella narraret.

Cura,quæ núc te coquit & verſat. Cic.de Senect.1.

Dolorem corde verſans.Stat.1.Thebaid.50.

Conſilia noua verſare pectore.Virg.1.Æneid.133.

Dolos verſare.Virg.11.Æneid.141,
Conſilio verſare dolos ingreſſus,& aſtu,
Incipit hæc.Id eſt tractare,vt ait Seruius.

Verſare dolo,pro Euertere.Virg.2.Æneid.13,Seu verſare dolo, ſeu certè occumbere morti.Seruius.

Hominem regere ac verſare.Lucret.lib.3.33.

Mētem ſuā verſare ad. Cic.pro Cluētio,55, Ad omnē malitiā & fraudem verſare mentem ſuam hæc ſecum cogitans cœpit.

Verſare ſuam naturam & regere ad tempus.Cic.pro Cælio,9.

Sors omnia verſat.Virg.eclog.9.1.

Oues verſare,pro Paſcere. Virg.10. eclog.14, Æthiopum verſemus oues ſub lydere Cancri.Seruius.

Pectora verſat illis pudor. Liuius 2.ab Vrbe,195, At imperitæ multitudini nunc indignatio, nunc pudor pectora verſare, & ab inteſtinis auertere malis.

Amor verſat pectora.Ouid.2.Amor.eleg.1.2.

Eandem rem multis modis ſæpe verſare.Cic.in Orat.75.

Se verſare.Cic.3.Verr.94,Verſat ſe,quærit quid agat.

Se in vtranque partem verſare. Cic.4.Verr.55, Itaque æſtuabat dubitatione: verſabat ſe in vtranque partem non ſolùm mente,verumetiam corpore.

Se huc atque illuc verſare. Cic.5.de Finib.147,Id quæres,inquam,in quo vtrū reſpondebo,verſes te huc atque illuc neceſſe eſt. Ibidem, 2.158, Huc & illuc Torquate vos verſetis licet, nihil in hac præclara epiſtola, ſcriptum ab Epicuro congruens & conueniens decretis eius reperietis.

Seſe verſat animus.Ci.de Vniuerſ.34,Seſéq; ipſe animus verſans,diuinius,ſempiternæ,ſapientiſque vitæ induxit exordium.

Spes occultas verſaret animo.Tacit.lib.18.

Terram verſare,Arare,fodere.Virgil.1.Georg.24,
Nec tamen hæc quum ſint hominúmque boumque labores
Verſando terram experti. Valerius lib.1,In agro Lucii Petilii cultoribus terram alūs verſantibus. Id eſt profundè arātibus.

Vultus verſare in omnia.Ouid.3.Triſt.eleg.9.5.

¶ Verſare,Animo voluere,conſyderare.Horat.in Arte,8.
Sumite materiam veſtris qui ſcribitis æquam
Viribus,& verſate diu quid ferre recuſent,
Quid valeant humeri. Virg.5. Æneid.81, Huc illuc vinclorum immenſa volumina verſat. Id eſt conſyderat, vt ait Seruius. Idē lib.10,Hæc ait,& ſecum verſat quos ducere contrà, Vel,&c.

Secū in animis verſare. Liu.3.ab Vrbe,140, Verſarent in animis ſecū vnanquanque rem, agitarēt deinde ſermonibus,atq; in medium quid in quaque re plus,minúſve eſſet,conferrent.

Verſare in corde, Cogitare. Plaut. Trinum.5.1, Multas res ſimul in meo corde verſo.

Verba verſare. Cic.4.de Fin.90,Homo igitur acutus, cauſam non obtinens repugnante natura,verba verſare cœpit.

¶ Verſare teſtes. Quintil. lib.5.cap.7, Multū domi antè verſandi, ac variis percontationibus, quales haberi ab aduerſario poſſunt,explorandi ſunt.De teſtibus.

¶ Verſare aliquid,Tractare. Quintil.lib.7.cap.4,Finitio plerunque legibus iiſdem,quibus coniectura verſatur.

Pecunias non ex fide verſare,Non fideliter tractare.Suetonin Galba,cap.9,Nūmulario non ex fide verſanti pecunias, manus amputauit,menſæque eius affixit.

Verſor,verſāris,verſari, Deponēs,In aliqua re aſſiduum eſſe. Cic. pro Milone,139, Quo in fundo propter inſanas illas ſubſtructiones facilè mille hominū verſabatur valentū aduerſari. Plaut. Amphit.3.118,Verſari crebrò hic quum viderent me domi.

Verſari ad,Vide Ad præpoſitionem.

Ad ſolarium verſari,Vide Ad præpoſitionem.

Ante oculos alicui verſari. Cic.ad Atticum, lib.3.49.1, Verſabatur mihi tempus illud ante oculos, quum ille aut lictores dimitteret, aut vi euelleretur ex cōplexu meo. Idem 7. Verr.95, Verſatur mihi ante oculos indignitas calamitatis. Ibidē, 74, Excipitur ab omnibus eiuſmodi clamore, vt ei Lampſaceni periculi ſimilitudo ante oculos verſaretur. Et 6.99. Et 3.de Finib.13. Et ad Terentiam,lib.14.1.8,Nam mihi ante oculos dies noctéſque verſaris. Ibidem,3. 4,Nā mi ante oculos dies noctéſque verſatur ſqualor veſter,& mœror.

Imago verſatur nobis ante oculos.Lucret.lib.1.23.

Verſatur circa res omnes rhetorice.Quintil.lib.2.cap.16.

Cum'aliquo verſari. Cæſar 1.bel. Gall.110,Cum his in prælijs verſabantur.

Verſari cum animis.Cicero 1.de Diuin.188,Qui quia vixit ab omni æternitate,verſatúſque eſt cum innumerabilibus animis, omnia quæ in natura rerum ſunt,videt.

Nobiſcum verſari iam diutius non potes.Cic.1.in Catil.7.

Inter aliquos ſine dedecore verſari.Cic.Attico,lib.10.ep.7.4.

Inter manus verſari. Cælius ad Ciceronem,lib.8.3.9, Genere tamen quod ad nos perueneat,& *diſſuaſuriæ* quandam vt verſetur inter manus,habeat.

Hoſtis intra mœnia verſatus eſt. Cic.Poſt reditū in Senatu,9.

In acie verſari.Cic.1.Offi.114,Temere autem in acie verſari, & manu cum hoſte confligere, immane quiddam & beluarum ſimile eſt.

In ăguſtiis.Ci.2.de Fi.49,In magnis interdū verſatur ăguſtiis

In animis verſatur timor.Cic.1.de Finib.81,Itaque non ob ea ſolùm incōmoda, quæ eueniunt improbis, fugiendam improbitatem putamus,ſed multo etiam magis quòd cuius in animo verſatur,nunquam ſinit eum reſpirare,nunquam acquieſcere. Idem 5.Verr.111, Quum tui nominis terror in auribus animiſque aratorum verſaretur.

In artibus ingenuis verſari.Cic.Sulpitio,lib.4.3.15.

In ſordida arte verſari. Cic.1.Offic.109.

Præclariſſimè in cōſiliis,ac adminiſtratione Reipub. verſari. Quintil.in Proœm.lib.1.12.

Verſatur cupido in corde meo,apud Plautū in Pœnulo,3.68. Et Moſtell.4.34.

In diſcrimine.Cic.pro Quintio,62,Ea res enim nunc in diſcrimine verſatur,vtrúmne pollit ſe cōtra luxuriem, ac licentiam, ruſticana illa atque inculta parſimonia defendere:an deformata atque ornamentis omnibus ſpoliata, nuda cupiditati, petulantiæque addicatur.Vbi aliqui legunt in diſcrimen:nā vtrunque eleganter efferri poteſt.

In errore verſari.Plin.epiſt.55.b,Nā in hoc vno interdū, vir alioqui prudētiſſimus,honeſto quidē,ſed tamē errore verſatur.

In errore verborū verſari.Cic pro Cecinna,57,Eos enim verè poſſumus dicere eſſe deiectos,an non? Quum voluntas & cōſilium & ſententia interdicti intelligatur, imprudentiā ſummā, aut ſtultitiam ſingularem putabimus in verborū errore verſarit

In inanitate.Cic.3.Tuſcul.5,In ſumma inanitate verſatur,cōſectatúrque nullam eminentem effigiem virtutis, ſed adumbratam imaginem gloriæ.

In labiis primoribus modò verſabatur mihi. Plau.Trin.13.61.

In loco aliquo.Cic.7.Verr.114,Verſabatur in Sicilia lōgo internallo alter,nō Dionyſius ille,nec Phalaris,ſed quoddam nouum monſtrum ex vetere illa immanitate, quæ in iiſdem locis verſata eſſe dicitur.

In loco difficili verſari, pro eo quod vulgò dicitur *In difficultate eſſe*. Cic.de Nat.deo. Difficili in loco verſor.Id eſt hic locus eſt difficilis explicatu. Idem 3.de Nat.deorum, 113,Inuita in hoc loco verſatur oratio.

In malis.Ter.And.4.1.25,Neſcis quātis in malis verſer miſer.

Verſari in memoria hominum & ſermone. Plinius epiſt.15.c, Vivit enim,viuétque ſemper, atque etiā latius in memoria hominum & ſermone verſabitur.poſtquam ab oculis receſſit.

In mente & cogitatione aliqua verſari.Cic.pro Cluentio,54, Quæ pecunia ſimulatque ad eum delata eſt, homo impuriſſi-

mus ſtatim cœpit in eiuſmodi mente & cogitatione verſari, nihil eſſe ſuis rationibus vtilius, quàm Oppianicum condemnari. Idem 1. de Orat. 100.

In munere ſuo verſari, Suo munere fungi. Cic. de Fato, 18, Nõ enim credo nullo percepto aut cæteros artifices verſari in ſuo munere, aut eos qui diuinatione vtãtur, futura prædicere.

In oculis animóq; verſatur mihi hæc res. Cic. 7. Ver. 112, Núquã tibi Populi Romani abſentis dignitas, nunquã ſpecies ipſa huiuſmodi multitudinis, in oculis animóque verſata eſt?

In ore vulgi, atq; in cõmunib⁹ prouerbiis verſatur illi⁹ nequitia. Ci. 3. Ver. 85, Vos illud vellẽ recordari, iſti⁹ nequitiã & iniquitatẽ, tũ in ore vulgi, atq; in cõmunibus prouerbiis eſſe verſatã.

Nefas in pectore verſare. Virg. 4. Æneid. 115.

In periculis amicorum verſatur labor meus. Cic. pro Lege Manil. 1, Et meus labor in priuatorum periculis caſtè integréque verſatus, ex veſtro iudicio fructum eſt ampliſſimum conſequutus. Vide Integer.

In publico verſatus. Tacit. lib. 15.

In quæſtione aliqua verſari. Cic. 4. Tuſc. 18, Stoici mihi videntur in hac quæſtione verſari acutiſſimé.

In quæſtu & compendio verſari. Cic. 5. Verr. 90.

In vitæ ratione verſari. Cic. pro Fonteio, 12.

In re aliqua verſari. Cic. 4. Acad. 198, Iidem ſi de officio multiſque aliis de rebus, in quibus verſatur, exercitatúſque ſit, neſcire ſe dicat.

In re aduerſa verſari. Plaut. Pſeud. 11. 55.

In rebus & vſu verſari. Cic. Trebiano, lib. 6. 10. 12.

In reb⁹ exulceratis verſari. Cic. ad Lentulũ, lib. 1. 1. 12, Vt in rebus multo antè, quàm profectus es, ab ipſo rege, & ab intimis, ac domeſticis Põpeii clam exulceratis, deinde palàm à Conſularibus exagitatis, & in ſummã inuidiam adductis, ita verſamur.

In amoris rota verſari. Plaut. Ciſtell. 5. 4.

In ſalute atque auxilio ferendo verſari. Cic. pro Quintio, 17, Eos porrò qui defendere conſuerunt, vides accuſare: & ex ingenia conuerti ad perniciem, quæ antea verſabantur in ſalute, atque auxilio ferendo.

In ſumma ſeueritate verſari. Cic. 4. in Catil. 79.

In ſubſellis vtriſque verſari. Cic. ad Brutum, lib. 13. 11. 6, Deinde verſatus in vtriſque ſubſellis optima & fide & fama, iam ante hanc commutationem Reipub. petitioni ſeſe dedit.

In ſuis ſummis verſari. Cic. pro Roſc. Comœd. 13, Roſcio cur tãti fuerit, cauſam requiro. egebat: imò locuples erat. debebat? imò in ſuis ſummis verſabatur. Id eſt, multas pecunias habebat, & nihil debebat. Hæc Budæus. Alii legunt nummis.

In tenebris verſari. Cic. pro Plancio, 34.

In timore ruinæ. Cic. Attico lib. 2. 19. 5, Sed ita tamen vt nihil minus velim, quàm Põponiã & puerũ verſari in timore ruinæ.

In magna varietate. Cicero Torquato, lib. 6. 2. 2, Quòd maiore in varietate verſata eſt adhuc tua cauſa, quàm homines aut volebant, aut opinabantur.

In veſtigatione veri verſari. Cic. 1. Offic. 30, Quæ omnes artes in veri veſtigatione verſantur.

In vicinitate. Cic. 4. Acad. 150, Nam qui ſummũ bonum dicant id eſſe, ſi vacemus omni moleſtia, eos inuidioſum nomen voluptatis fugere, ſed in vicinitate verſari.

In vita verſatur inſcitia. Cic. 4. Acad. 163, Deinde ita teneri, ſi ſciens falleret: quòd inſcitia multa verſaretur in vita.

¶ Verſatur malum alicubi. Plaut. Moſtel. 4. 34, Quod malum verſatur domi mex?

Verſãtus, pen. prod. Participium, vt

Fuſo verſato ducere flamina. Ouid. 4. Metam. 45.

Verſatio, Verbale, Ipſe verſandi actus. Plin. lib. 8. cap. 33. 2, Nec pupillæ motu, ſed totius oculi verſatione circumſpicit.

Verſãtilis, pen. corr. Adiectiuum. vt

Magnum & verſatile templum mundi. Lucret. lib. 5. 188. Vide poſt Verruncо.

Verſorius, Adiectiuum, vt Verſoriam capere, id eſt reuerti. Plaut. Trinum. 14. 19, Periiſſe ducis, cape verſoriam, recipe te ad herum. Et Merc. 11. 34.

Verſus, huius verſus, Carmen dicitur, quod dum fit, verba ipſa variè huc atque illuc vertantur. Cic. pro Archia, 17, Nam ſiquis minorem gloriæ fructũ putat ex Græcis verſibus percipi, quàm ex Latinis, vehementer errat: propterea quòd Græca leguntur in omnibus ferè gentibus: Latina ſuis finibus, exiguis ſanè continentur. Idem 5. Ver. 65, De qua muliere verſus plurimi ſupra Tribunal & ſupra Prætoris caput ſcribebãtur. Virg. 2. Geor. 77,

Necnon Auſonii Troia gens miſſa coloni
Verſibus incomptis ludunt, riſúque ſoluto. Id eſt, carminibus (inquit Seruius) Saturnio metro cõpoſitis: quòd ad rhythmum ſolum vulgares componere conſueuerunt.

Verſus, orationis eſt vitium. Cic. in Orat. 36.

¶ Æterni verſus, Qui nunquam peribunt. Lucret. lib. 1. 25.

Canori verſus. Horat. 2. epiſt. 2. 16.

Catenati verſus ex planibus aſperrime coeuntibus inter ſe ſyllabis. Quintil. lib. 2. cap. 1. 17.

Parum clari verſus, Subobſcuri, non faciles intellectu. Horat. de Arte, 91.

Concinnior verſus. Horat. 2. epiſt. 2. 15.

Confragoſi verſus. Quintil. lib. 2. cap. 2. 17.

Duri verſus. Horat. de Arte, 90.

Inculti verſus & malè nati. Horat. 2. epiſt. 2. 47.

Inertes verſus. Horat. de Arte, 90.

Inopes rerum verſus. Horat. de Arte, 65.

Intercalaris verſus, Vide Intercalo.

Laborioſus verſus, Vide Labor, labõris.

Lepid⁹ verſus. Catull. ad Flauiũ, 6. 4, -volo te, ac tuos amores
Ad cælum lepido vocare verſu.

Longi verſus, Vide Longus.

Malus verſus. Cic. in Piſonem.

Soluti verſus. Quintil. lib. 2. cap. 8. 9.

Suauidicis verſibus edere aliquid. Lucret. lib. 4. 37.

Teres verſus. Ouid. ad Piſonem, 50,
Tu mihi Mecœnas tereti cantabere verſu.

¶ Amplecti cuncta verſibus. Virg. 2. Georg. 9.

Componere verſus. Horat. 1. Serm. ſaty. 4. 2.

Numerũ & verſum cõficere. Cic. 3. de Orat. 30, In ipſa oratione quaſi quẽdam numerũ verſúmq; cõficiunt. Idẽ 4. Acad. 45, Aut is qui fidibus vtitur, explere numeros & conficere verſus?

Contendere alternis verſibus. Virg. eclog. 7. 4.

Famoſis verſibus coopertus. Horat. 2. Serm. ſaty. 1. 14.

Deducere verſum. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 3,
Vt tamen ipſe vides, luctor deducere verſum,
Sed non fit fato mollior ipſe meo.

Dicere verſus. Virg. eclog. 5. 1.

Dicere aliquid verſu. Horat. 1. Serm. ſaty. 5. 18.

Ornatiſſimis atque optimis verſibus de re aliqua dicere. Cic. 1. de Orat. 35.

Dictare verſus. Horat. 1. Serm. ſaty. 4. 2.

Ducere verſus, Scribere. Ouid. 5. Triſt. eleg. 13. 14,
Nec poſſum, & cupio nonnullos ducere verſus.

Edere aliquid verſibus. Lucret. lib. 1. 25.

Effutire leues verſus. Horat. de Arte, 47.

Euoluere molles verſ⁹, Legere laſciua carmina. Oui. 1. Tri. 61.

Exponere verſibus aliquid. Horat. de Arte, 19,
Verſibus exponi Tragicis res Comica non vult.

Facere verſus. Cic. 7. Verr. 65, Verſus qui in iſtius cupiditatem facti ſunt. Quintil. lib. 9. cap. 4, Verſum facientes, totũ decurſum illum, non ſex, vel quinque partes, ex quibus conſtat verſus, aſpiciunt. Horat. 1. Serm. ſaty. 10. 5.

Factitare verſus. Horat. de Arte, 95.

Fingere verſus. Horat. de Arte, 77.

Fundere verſus. Cic. 3. de Orat. 107, Solitus eſt verſus hexametros, alióſque variis modis atque numeris fundere ex tempore.

Illuſtrare aliquid verſibus. Lucret. lib. 1. 28.

Includere verſu verba, Vide Includo.

Inuenari teneris verſibus. Horat. de Arte, 50.

Lædere aliquem triſti verſu. Horat. 1. Serm. ſaty. 1. 5.

Ludere incomptis verſibus. Virg. 3. Georg. 78.

Ludenti verſu nectere carmina. Ouid. ad Piſonem, 33.

Oblinere aliquem atris verſibus. Horat. 1. epiſt. 20. 6,
Nec ſocerum quærit quem verſibus oblinat atris:
Nec ſponſæ laqueum famoſo carmine nectit.

Perſcribere verſum puris verbis. Horat. 1. Serm. ſaty. 4. 11.

Perſequi verſu aliquid. Virgil. 3. Georg. 68, Quid tibi paſtores Libyæ, quid paſcua verſu Perſequar?

Poſiti commodè verſus. Quintil. lib. 6. ca. 3. 66, Adiuuant vrbanitatem & verſus commodè poſiti.

Pronuntiare verſus. Cic. 1. de Orat. 137, Qui etiam conjectis in os calculis, ſumma voce verſus multos vno ſpiritu pronũtiare conſueſcebat. De Demoſthene.

Si verſus pronũtiatus eſt ſyllaba vna breuior aut longior, exibilatur, explodítur. Cic. in Parad. 31.

Ructari ſublimes verſus. Horat. de Arte, 92.

Scribere verſus. Horat. 1. Serm. ſaty. 9. 5.

Scribere verſibus. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 97, Scripſi etiam verſibus tres libros de temporibus meis.

Soluere verſus. Quintil. lib. 1. cap. 9. 2.

Surgit pagina verſu. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 5.

Tornati verſus. Horat. de Arte, 89. -delere iubebat,
Et malè tornatos incudi reddere verſus.

¶Versus, Linea vulgò vocatur. Plin.in epist.lib.3. ad Macrū, Nempe quum ille annuisset, Cur ergo reuocabas? decem amplius versus hac tua interpellatione perdidimus. Idem lib.4, Non paginas tantū epistolæ, sed etiam versus, syllabasque numerabo. Suet.in Augusto,cap.87,Non diuidere verba, nō ab extrema parte versuum abundātes literas in alterum transferre solitus erat. Cic.pro Rab.Posth.9,Glaucia solebat homo impurus, sed tamen acutus populum monere, vt quum lex aliqua recitaretur,primum versum attenderet.

¶Versus,pro Cantu.Plinius lib.10.cap.19.7, Meditantur aliæ iuniores,versúsque quos imitentur,accipiunt.De luscinijs.

¶Versus in agricultura quid notet, explanat Varro lib.1. de Re rust.cap.10.1, his verbis, In Hispania viteriore metiuntur iugis,in Campania versibus, apud nos in agro Romano ac Latino iugeris.Iugū vocant,quod iuncti boues vno die exarare possint.Versum dicunt centum pedes quoquouersum quadratum. Iugerum,quod quadratos duos actus habeat. Colum.lib.1.ca. 2.11,Bubulcum autem per prosciſſum ingredi oportet, alternísque versibus obliquum tenere aratrum.

¶Versus remorum,pro Ordine.Virgil.5. Æneid.14,

-triplici pubes quam Dardana versu
Impellunt,terno consurgunt ordine remi.

Versus arborum,pro Ordinibus. Virg.4. Georg.19,Ille etiam seras in versum distulit vlmos.

Versus foliorum.Plin.lib.15.cap.29.5, Senis foliorum versibus.

Versiculus,pen.corr.Diminutiuum.Carmen,aut linea quam vocant. Cic.ad Brutum,14.1, Breues tuæ literæ,breues dico, imò nullæ:tribúísne versiculis his temporibus Brutus ad me? Idem 2.de Legibus,13, Quæ præsertim vno versiculo Senatus puncto tēporis sublatæ sint. Idem 3.Verr.69, Audistis quæstoriam rationem tribus versiculis relatam. Martialis lib.5.107,

Hæc tibi non alia est ad cœnam causa vocandi,

Versiculos recites vt Lygurine tuos. Rursus Cicero ad Atticū, lib. 13.197.3, Scripto iam superiore versiculo Eros mihi dixit. Eidem,lib.13.164.3,Epistolas mihi pronuntiabat versiculis facetis,ad familiareis missas à Corintho.

Molliculi versiculi ac parum pudici. Catull.ad Aureliū,16.1.

Scribere versiculos.Horat.Epod.11.1.

Euntes mollius versiculi.Horat.1.Serm.saty.10.11.

Versifico,versificas,pen.corr.versificare,Versus facere. Quintilianus lib.9.cap.4,Nam & versificandi genus est omnibus sermonibus vnam legem dare.

Versificatio,Verbale, Ipse versificandi actus. Quintilianus lib.9. cap.1, Abusiuè in versificationis ac sermonū imitatione seruatur. Ibidem, cap.4, Quem in poemate locum habet versificatio,eum in oratione compositio.

Versificator,pen.prod.versificatóris. Quintil.lib.10.cap.1,Versificator quàm poeta melior Cornelius Seuerus.

Versus,Præpositio, accusatiuum requirit,& semper postponitur. Plautus,Ego porrum versus pergam,& perquiram:quem si inuenero, domum versus reuortar. Cic.ad Matium, lib.11.27.6, Et initio belli Ciuilis quum Brūdusium versus ires ad Cæsarem, venisti ad me in Formianum. Idem 1. de Diuin. 130, Quum Arterium versus castra mouisset.

¶Habet quandoque adiunctam præpositionem, vt Ad Occidentem versus,in forum versus: & tunc est aduerbium,vt nonnullis placet. Cic.de Amicit.79, Is primū instituit in forum versus agere cū populo. Vetus exemplar habet versibus. Liu.1.ab Vrbe,76,Deductus in arcem,in lapide ad Meridiem versus consedit. Plinius lib.5.cap.7.3, Interiori autem ambitu Africæ ad Meridiem versus.

¶Versus aliquādo aduerbiū,vt Sursum versus, Deorsum versus.Cato cap.156,Postea vbi deorsum versus ibit, heminam,&c.

Quum gradatim sursum versus rediturCic.in Orat.75.

Et idem quasi sursum versus retróqi dicatur.Cic.in Partit.14.

¶Sursus versus.Lucret.lib.2.30,

Sursus enim versus gignuntur,& augmina sumunt.

¶Versum ad eum.Plaut.Epid.5.64, Cœpi rursum versum ad illas pauxillatim accedere.

Quoquo versus, Id est In vnanquanque partem & quocunque. Varro 1.de Re rust.cap.10.1,Quoquo versus quadratum. Cæsar 7.bel.Gall.13,Dimittit quoquo versus legationes.

Vtroque versus, Id est in vtranque partem. Gellius lib.5.cap. 11,Ambigua sint,& vtroque versum dicantur.

Vndique versus. Gell.lib.11.cap.13, Quum verò omnes terras omnisariam & vndique versus circunfluat, nihil citra eum est.

Versūra,versúræ,pen.prod. A verto vertis dicitur, quum aliquid vertitur:hoc est conuersio. Varro lib.1.de Re rust.cap.46, Propter eiusmodi res admirāda discrimina sunt naturalia,quòd ex quibusdam foliis,propter eorum versuram, quod sit anni tempus dici possit,vt olea,& populus alba,& salix.Horum enim folia quum conuerterunt se,solstitium dicitur fuisse.

Vorsura per o,pro Versura certè semper apud comicos.

¶Versura,Scriptoribus agriculturæ dicitur,quū boues in arādo post peractum legitimum sulcum circumagūtur,vertuntúrque. Colum.lib.2. cap.2.13, Sulcum autem ducere longiorem quàm pedum centum viginti,contrarium pecori est:quoniam plus æquo fatigatur vbi hunc modum excessit. Quum ventum erit ad versuram,in priorem partem iugum propellit, & boues inhibet,vt colla eorum refrigescant. Ibidem,cap.18.4,Deinde viciam permistam seminibus fœni seremus, tum glebas sarculis resoluemus,& inducta crate coæquabimus,grumósqi quos ad versuram plerunque tractæ faciunt crates, dissipabimus ita, vt necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere. Idem de Arb. cap.19.2, Itaque placet inter ordines quadragenos pedes, minimumque tricenos relinqui versuris.

¶Versura, Flexus ipse angulorū in ædificiis & parietibus exterior, vt est apud Vitruuium, lib.3. cap.1. & lib.5. cap.6. ad finem. Ibidem cap.11.& cap.11.

¶Versura soluere,& Versura dissoluere.Terent.Phorm.5.2.1, -In eodem luto hæsitas,versura solues

Geta:præsens quod fuerat malum,in diem abiit:plagæ crescūt, Nisi prospicis.Id est,debitas tandem pœnas dabis etiam cū fœnore.Simili cōditione atque li solent qui vt syngraphā vnam dissoluant,& vna cautione se liberent, pecuniam mutuam maiori fœnore iterum accipiunt. In dies enim deteriorem conditionem suam faciunt,quod frugi homines non solent.Hæc Budæus. Cic.1. Tusc.161, Ego verò illi maximam gratiam habeo qui me ea pœna multauerit, quam sine mutatione & sine versura possem dissoluere. Idem ad Atticum,lib.5.103.2,Admirabilis abstinētia ex præceptis tuis:vt verear ne illud quod tecum permutaui,versura mihi soluendum sit.

Versurā facere,honesta locutione apud Romanos dicebatur, quod nos nunc dicimus Pecuniā *ad tempus* mutuari, vel *ad iactūrā fuisse*.Cicero ad Atticū,lib.5.110.13,Salaminii,quū Romæ versuram facere vellēt,non poterāt,quòd lex Gabinia vetabat. Idem 4.Verr.135, Inspiciebamus Syracusis à Carpinatio confectas tabulas societatis, quæ significabant multis nominibus eos homines versuram à Carpinatio fecisse qui pecuniā Verri dedissent.Id est multis de causis pecuniā fœneratitiam sumpsisse. In vulgatis exemplaribus vsurā corruptè legitur. Hæc Budæus. Idem Budæus alio loco, Versuram facere, vel soluere(vt inquit Donatus) est creditorem mutare, & fœnus fœnore dissoluere, quasi nudato Petro Paulum tegere, vt vulgò dicunt, &,vt ita dicā,nomen nomine expungere.Hactenus ille. Donatus,Versuram facere dicitur,qui as alienum ex ære alieno soluit. Dicitur etiam versuram facere, quum minore fœnore acceptā quis pecuniam maiore occupat. Festus,Versuram facere,mutuam pecuniam sumere,ex eo dictum est, quòd initio qui mutuabātur ab aliis,non vt domum ferrent,sed vt aliis soluerent, velut verterent creditorem. Cic.pro Flacco,38,Negauit sese omnino versuram vllam fecisse Romæ. Idem ad Atticum,lib.5.88, 1,De Oppio factum est vt volui,& maximè quòd DCCC. aperuisti,quæ quidē ego vtique vel versura facta solui volo, ne extrema exactio nostrorum nominum expectetur. Eidem lib. 16.339.8, Non modo, sed iniquissimo fœnore versuram facere Aurelius coactus est. Idem pro Fonteio,1, A quibus versuras tantarum pecuniarum factas esse dicunt?

Versūtus,pen.prod.Adiectiuum.Quod vertitur. Plaut.Epid.8.35, Versutior es quàm rota figularis.

¶Versutus, Qui mentem ad malitiā conuertit,Vel qui incōstanti quodam animi motu huc atque illuc variè & simulatè fertur.Festus, Versuti dicūtur quorum mentes crebrò ad malitiam vertuntur. Cic lib.3.de Natura deor.33,Versutos eos appello,quorum celeriter mens versatur. Plaut.Sticho,9.55,Hercle ille quidem certè adolescens doctè versutus fuit. Cic.1.de Finib.86,Sed omnia callidè referentem ad vtilitatem,acutum, versutum,veteratorem, &c. Et paulo pòst,88,Is enim qui occultus & tectus dicitur,tantū abest vt se indicet, perficiet etiam vt dolere alterius improbè facto videatur.Quid enim est aliud esse versutum? Ouid.11.Metam.63,

Alipedis de stirpe dei versuta propago
Nascitur Autolycus,furtum ingeniosus ad omne.

Versutus & callidus.Cic.3.de Nat.deor.33,Et Chrysippus tibi acutè dicere videbatur,homo sine dubio versutus & callidus.

Versutus in.Cicero 3.de Finibus.3,Neque enim qui defendūt eam,versuti in differendo sunt: nec qui contrà dicunt, causam difficilem repellunt.

Versutus ingenii.Plin.lib.7.ca.11.6,Respōdit versutus ingenii magno,ob id ipsum se tantivendidisse,quoniam nō esset mira-

ſimilitudo in vllis eodem vtero editis.

Malitia, eſt verſuta & fallax ratio nocendi. Cicero 3. de Nat. deorum, 107.

Verſúte triſtitia. Ci. poſt reditũ in Senatu, 11, Nã ille alter Ceſonius Caluẽtius ab adoleſcẽtia verſatus eſt in foro, quũ eũ præter ſimulatam verſutámque triſtitiam nulla res cõmendaret.

Verſúte, pen. prod. Aduerbium, Callidé. Cic. de claris Orat. 17, Nihil, vt ita dicam, ſubdole, nihil verſutè, quod ille nõ viderit, niſi ſubtiliter dici, &c. Plaut. Pſeudolo, 16. 1,

Peiorem ego hominem, magiſque
Verſutè malum nunquam ædepol quenquam vidi.

Verſutè & ſubtiliter dicere. Cic. in Orat. 11.

Hoc ſi vobis verſutius, quàm mea cõſuetudo defendẽdi fert, videbitur, ſic exiſtimetis, &c. Cic. pro Cecinna. 61.

Verſutiloquus, pen. corr. Adiectiuum, Qui verſutè loquitur. Cic. 3. de Orat. 85, Num non vis huius me verſutiloquas malitias. Videtis enim & verſutiloquas, & expectorat, ex cõiunctione facta eſſe verba, non nata.

Malitiæ verſutiloquæ. Cic. in Orat. 95, Habeo iſtam ego perterricrepam. Idémque, Verſutiloquas malitias.

Verſipellis, & hoc verſipelle, Quod facilè vertit pellem, hoc eſt vultum, & quomodolibet faciem mutat: vnde pro aſtuto & callido ſimulatore poni ſolet. Plaut. Amphit. 3. 113,

-eccum Iuppiter
In Amphitruonis vertit ſeſe imaginem,
Omnéſque eum eſſe cenſent ſerui, qui vident:

Ita verſipellem ſe facit quando lubet. Idem Perſa, 6. 49, Ne vbi capillus verſipellis fuat, fœdè ſemper ſeruias. Verſipelles, inquit Sipontinus, dicuntur qui modò vnum, modò aliud oſtendunt, & quolibet ſe fraudulenter commutant. Lucilius, At libertinus tricorius Syrus iſte ad maſtigias, quicum verſipellis fio, & cõmuto omnia. Plin. lib. 8. cap. 22. 1, Homines in lupos verti, rurſúmque reſtitui ſibi, falſum eſſe confidẽter exiſtimare debemus, aut credere omnia quæ fabuloſa tot ſeculis cõperimus. Vnde tamen iſta vulgo infixa ſit fama in tantum vt in maledictis verſipelles habeant, indicabitur.

Verſicolor, pen. cor. verſicolõris, pen. prod. om. g. Apud Iuriſcõſultos dicitur quod mutat colorem. Vel etiam quod variis coloribus conſtat: quaſi eos mutare inuicem videatur, vt eſt cauda pauonis, & collum columbæ, & aqua maris. Liuius ſcribit Punico bello interdictũ fuiſſe mulieribus ne verſicoloribus veſtib⁹ vterẽtur, id eſt coloris varietate diſtinctis. Hui⁹ verba ſunt hæc, 4. bel. Maced. 2, Tulerat eam C. Oppius Tribunus plebis, Q. Fabio, T. Sempronio c o s. in medio ardore Punici belli, Nequa mulier plus ſemuncia auri haberet: neu veſtimẽto verſicolori vteretur. Cic. 3. de Finib. 29, Plumæ verſicolores columbis.

Pluma verſicolor. Propert. lib. 3. eleg. 7. 10. Cic. 3. de Finib. 29.

Cultu verſicolore decens. Ouid. 5. Faſt. 71.

Verſicolor varietas. Plin. lib. 9. cap. 17. 6, Mullum expirantem verſicolori quadam & numeroſa varietate ſpectari, proceres gulæ narrant.

Verſicoloribus armis, apud Virgilium Seruius exponit depictis: per quod bellicoſus oſtenditur 10. Æneid, 37, Aſtur equo fidens, & verſicoloribus armis.

Vértebra, vértebræ, pen. corr. ſiue Vertíbulum, vertibuli, pen. corr. Vbi ſummæ oſſium partes non æqualiter finiunt, ſed quibuſdam craſſioribus nodis conglobatæ, & ſubſtringuntur facilius nervis, & tutius vertuntur, inquit Sipontinus. Plin. lib. 11. cap. 1. 2, Imbricatis flexilibus vertebris.

Vertebrãtus, pen. prod. Adiect. In vertebræ morẽ tornatus. Plin. lib. 11. cap. 37. 49, Sed quibus ceruix è multis vertebratiſque orbiculatim oſſibus flexilis ad circunſpectum, articulorum nodis iungitur. Idem lib. 34. cap. 8. 16, Ita vertebrato dente vtriſque in partibus, vt à repulſu per vices reſiliat.

Vertex, vértĭcis, pen. cor. m. g. à vertendo, & Vortex, vórtĭcis apud antiquos iuxta Quintilianũ lib. 1. ca. de Orthographia, qui primũ Aphricanũ per e vertices dixiſſe docet. Vertices propriè dicũtur cõtorti vẽti, ac rotati: à quibus fit qui typhon vocatur, id eſt vibratus. Vertice (inquit Apuleius in Coſmo) torquetur humẽ arida, & ab imo erigitur ad ſummũ. Lucret. lib. 1. 59. de vẽtis,

Quamlibet in partem trudunt res ante, ruúntque
Impetibus crebris: interdum vertice torto
Corripiunt, rapidique rotanti turbine portant. Lucan. lib. 3. 116, Vicinum inuoluens contorto vertice pontum.

Inſanus vortex. Virg. 1. Georg. 96.

Turbineus vortex. Ouid. 8. Metam. 111.

¶ Verticem Quintilianus lib. 8. cap. 2, docet eſſe contortam in ſe aquam, vel quicquid aliud ſimiliter vertitur. Virg. 1. Æneid. 24, Ingens à vertice pontus. Liu. 8. bel. Pun. 161, Vt fugientem nauem videres retro vertice intortam, victricibus illatam.

Cani vortices. Stat. 9. Thebaid. 101.

Denſi vortices. Ouid. 6. Faſt. 101.

Rapidus vortex. Virg. 1. Æneid. 25.

Vnda exæſtuat vorticibus. Virg. 3. Georg. 49.

Crebro vortice tortus Halys. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 10.

Voluit flumen vortices. Horat. 1. Carm. ode 9. 5.

Spumoſo vertice ſyluas inuoluũt amnes. Claud. 8. Paneg. 48.

¶ Vertices dolorũ dixit Cicero ex quodã poeta, 2. Tuſc. 36, pro vertigine, rotationéque quæ in dolorib⁹ circũagit, lancinátque præcordia: Nunc nunc dolorum anxiferi torquent vertices, Nunc ſerpit ardor.

Abſorptus vortice amoris. Catull. ad Mallium, 63. 11.

¶ Vertex capitis etiam dicitur, propter flexum capillorum. Inde, A vertice ad calcem, id eſt à principio ad finem. Plin. lib. 7, in Præf. 4, Quandiu palpitans vertex, ſummæ inter cuncta animalia imbecillitatis indicium. Idem lib. 11. cap. 37. 10, Vertices bini homini tantum.

Ab imis vnguibus vſque ad verticem ſummum. Cicero pro Roſc. Com. 11.

Criniger vertex. Claud. 1. Paneg. 41.

Crinitus vertex. Stat. 9. Thebaid. 16.

Intonſus vertex. Stat. 6. Thebaid. 111.

Nudo vertice fulua cæſaries. Virg. 11. Æneid. 119.

Raſus vertex. Inue. Saty. 11. 8.

Sũmiſſo vertice intrabant humiles poſtes. Ouid. 8. Metam. 119.

Suppoſito vertice ferre aliquid. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 6. Idé 2. Metam. 143, Illa fontè die caſtæ de more puellæ
Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces
Dura coronatis portabant ſacra caniſtris.

¶ Vacuum verticem plus nimio attollens gloria. Horatius 1. Carm. ode 18. 3.

Sublimi feriam ſydera vertice. Horat. 1. Carm. ode 1. 7.

Obſtipare verticem, Vide Obſtipo.

Palpitat vertex, Vide Palpito.

Iunctũras verticis rupit graui ictu. Ouid. 11. Metam. 58.

Conſpicuum latè tollere verticem. Horat. 3. Carm. ode 16. 4.

Ictus veniens à vertice. Virg. 5. Æneid. 89.

¶ Vertex arboris. Plin. lib. 11. cap. 1. 6, Arbor numeroſo vertĩce, Vide Humerus.

Celſo vertice quercus. Virg. 3. Æneid. 135.

Nemoroſus vertex. Silius lib. 6. 65.

¶ Arcis vertex. Lucretius lib. 6. 151.

¶ Vertex mõtis etiã dicitur eminentiſſima mõtis pars: quòd quæ ibi naſcuntur, partim in dexteram, partim in ſiniſtrã vertantur. Virg. 1. Æneid. 34, -geminique minantur
In cælum ſcopuli: quorum ſub vertice late
Æquora tuta ſilent. Martialis lib. 1. 170,
Et planus modico tumore vertex
Cælo perfruitur ſereniore.

Saxi vertex. Virg. 4. Æneid. 31.

Ignes qui ex Ætnæ vertice erumpunt. Cic. 6. Verr. 95.

Aerius vertex. Silius lib. 1. 26.

Altus vertex ſaxi. Virg. 2. Æneid. 61.

Excelſus vertex montis. Virg. 5. Æneid. 7.

Niuali vertice attollens ſe Apœninus. Virg. 12. Æneid. 141.

Summus vertex. Virg. 2. Æneid. 137.

Vmbroſus vertex montis. Silius lib. 5. 9.

¶ Vertices, Altiſſimæ cæli partes, quas Græci polos dicunt: q circa hos mundus rotetur. Virg. 1. Georg. 49,
Hic vertex nobis ſemper ſublimis: at illum
Sub pedibus Styx atra videt, manéſque profundi. Pin. lib. 2. ca. 15. 5, Terra à verticibus duobus, quos appellauerunt polos. Cic. 2. de Nat. deorum, 150. Ex poeta,
Extremúſq; adeò duplici de cardine vertex Dicitur eſſe polus.

Cæli vertex. Virg. 1. Æneid. 46.

¶ Vertices, Cardines, circa quos fores vertuntur.

¶ Verticẽ, pro Aquilone poſuit Virgilius in Georgicis, lib. 2. 63, Præſertim ſi tempeſtas à verticẽ ſyluis Incubuit.

Verticõſus, pen. prod. Adiectiuum. Liuius 2. bel. Pun. 21, Quidam verticoſo amni delati in hoſtes, ab elephantis obtriti ſunt. Alii legunt vorticoſo.

Verticulum, verticuli, pen. corr. Inſtrumentum quod fuſo adhibetur vt facilius vertatur.

Verticulas, inquit Feſtus, quum dixit Lucilius, articulos intelligi voluit.

Verticillũ, verticilli: ſiue verticillus, Diminutiuũ. Plin. li. 37. ca. 2. 11, In Syria quoque fœminas verticillos inde facere, & vocare harpaga, quia folia & paleas, veſtiúmque fimbrias rapiat.

Verticilla, inſecti ſpecies, inquit Budæus.

Verticillãtus, pen. prod. Adiect. Celſus lib. 8, Superius autẽ humeri

caput rotũdius quàm cætera ossa, verticillatis scapularum ossibus inseritur. Legitur & verticulatus. Hoc etiam vertibulatus dici potest, quoniam vertibulum & vertebra pro spondylis accipiuntur: & vertebratum. Budæus.

Vertigo, penult. prod. vertiginis, f. g. Conuersio, rotatio. Plin. lib. 8. cap. 40. 9, de cane inuadente elephantum, Hinc & illinc artifici dimicatione qua maximè opus esset, infestans atque euitans, donec assidua rotatum vertigine affixit, ad casum eius tellure concussa.

Molli vertigine membra rotare. Claud. 1. in Eutrop. 71.

Rerum vertigine attonitus. Lucan. lib. 18. 4.

Vertigo cæli, apud Plinium, teste Budæo. Plin. lib. 1. cap. 3. 1, Tantæ molis rotatæ vertigine assidua. Ibidem, cap. 8. 5. Æterna mundi vertigine.

¶ Vertigo, Morbus capitis, qui ex frigidis & lentis humoribus è cerebro defluentibus oritur, ita vt sic affecti, occasione parua succidant. Dicta quòd ob oculos eorum verticosa quædam & rotatilia circumagi videantur. Plinius lib. 20. cap. 17. 17, Vertigines à parta cum semine cucumeris & lini pari mensura trinũm digitorum, vini albi tribus cyathis discutit. Idem lib. 7. cap. 6. 1, A conceptu decimo die dolores capitis, oculorũ vertigines tenebræque. Colum. lib. 7. cap. 10. 1, Hebetantium signa sunt, quum obstipæ sues trãsuersa capita ferunt, ac per paleas, quum paululũ procurrerũt, cõsistunt, & vertigine correptæ concidũt. Iuuc. Saty. 6. 31, Quum bibitur concha, quũ iam vertigine tectũ Ambulat, & geminis exurgit mensa lucernis.

VERTVMNVS (inquit Acron) deus dictus est qui humanis mentibus præest, à vertendo: hic quondam Romæ colebatur. Aliter, Vertumnus dicitur deus qui præest sensibus, ab eo quòd vertat, & mutet cogitationes humanas: scribitur itaque multiformis. Is autem dicitur iniquo Vertumno natus, qui nescit se regere. Hactenus Acron apud Horatium lib. 1. Sermonum. Saty. 7. 3.

Iam mœchus Romæ, iam malet doctus Athenis
Viuere, Vertumnis, quotquot sunt, natus iniquis. Cic. 3. Verr. 109, Quis à signo Vertumni in Circum maximum venit, quin is in vnoquoque gradu de auaritia tua commoneretur?

De Vertumno vide Elegiam integrã apud Propertiũ, lib. 4. 2.

Veru, indeclinabile in singulari, in plurali hæc veru, Instrumentum ferreũ cum cuspide quo carnes ad ignem torrere solemus. Virgil. 1. Georg. 80, Pinguiáque in verubus torrebimus exta colurnis. Idem lib. 1. Æneid. 44, Pars in frusta secant, verubúsque trementia figunt.

Prunas subiiciunt verubus. Virg. 5. Æneid. 11.

Salignis verubus transfixa exta. Ouid. 1. Fast. 73.

¶ Veru, Telũ ad veru similitudinẽ factũ. Virgil. 7. Æneid. 153, Et tereti pugnãt mucrone, verúque Sabello. Plaut. Truc. 11. 66, Machæram longiorem habes, quàm hæc est: sed veru
Sine dum peteres: siquidem belligerandum est tecum.

Veru, dicitur à Græcis ὄβελος.

Veruculum, veruculi, pen. cor. Diminut. Plin. lib. 33. cap. 6. 11, E superiori catino desuẽs in inferiorem, & ex eo sublata veruculis ferreis, atque in ipsa flamma conuoluta veruculo, vt sit modici ponderis. De spuma argenti.

Verũtum, verũti, penult. prod. Veruta (inquit Festus) pila dicũtur, quòd velut verua habẽt præfixa. Nonius, Verutum est telum breue & acutum. Cæsar 5. belli Gall. 165, Transfigitur scutum Pulfioni, & verutum in balteo defigitur. Liu. 8. ab Vrbe, 114, Iámque in vadum egressum, eminus veruto Lucanus exul trãsfigit. Ibidem, 10. 143, Quibus plerisq; in scuta, plerisque verutis in corpora ipsa fixis, sternitur cunctis. Sic ibidem, 2. 86.

Tenue verutum. Silius lib. 3. 74. -mouet Arrabrus arma,
Aclide, vel tenui pugnax instare veruto.

Fixus super inguina Tyrio veruto. Silius lib. 10. 8.

Verũtus, pen. prod. Adiect. Verutis armatus. Virgilius 1. Georg. 34, Assuetúmque malo Ligurem, Volscósque verutos.

VERTORRICI, Oppidũ est Hispaniæ Bæticæ, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 1.

VERTVMNVS, Vide Uerto.

Veru, Vide Uerto.

Veruactum, veruacti, Terra quæ interdum requieuit, & vere proscissa: quia vere actũ aruũ, id est versum est. Plin. lib. 18. cap. 19. 3, Quidã vtique ab æquinoctio verno proscindi volũt. Quod vere semel aratum est, à tẽporis argumento veruactũ vocatur. Varro lib. 1. de re Rust. ca. 44. 1, Illud quoq; multũ interest, in rudi terra, an in ea seras quæ quotannis obsita sit, quæ vocatur restibilis: an in veruacto, quæ interdũ requierit. Colu. li. 1. ca. 3. 8, Ideóque post reges exactos Liciniana illa septena ingera, quæ plebis Trib. virilim diuiserat, maiores quæst' antiquis retulere, quàm nunc nobis præbent amplissima veruacta. Idem lib. 1. cap. 4. 1, Et compluribus iterationibus sic resoluatur veruactum in puluerem, vt vel nullam, vel exiguã desyderet occationem, quum seminaueris. Idem lib. 11. cap. 1, Quæ mense Ianuario veruacta fecimus, nunc vltima parte Martii sunt iteranda.

Veruculum, Vide Veru in Uerto.

Veruex, veruẽcis, pen. prod. m. g. Mas est inter oues: cui inuersi sine adempti sunt testiculi. Plaut. Capt. 13. 51, Qui patroni nomen indunt veruecis sectario. Cic. 2. de Legib. 86, Quod genus sacrificii lare veruecibus fiat.

Veruecem hominem amantem vocauit Plautus in Merc. 11. 6, Itáne verò veruex intrò eas?

Veruecinus, Adiect. Ad similitudinẽ veruecis factũ. Plau. Cap. 16. 19,
Vos ite intrò, interibi ego ex hac statua veruecea volo
Erogitare, meo minore quid sit factum filio. Id est, seruo qui velut imago veruecis est, hoc est sine ratione & prudentia, non aliter quàm veruex.

Veruecinus, pen. prod. Adiectiuum, Quod ex veruece est.

VERVLANI, pen. prod. populi sunt Italiæ, Tusculanis & Veliternis vicini, vt scribit Plinius lib. 3. cap. 5.

Verum, Coniunctio, idem quod SED significat. Plaut. Merc. 16. 15, Satis scitũ siuum mulieris: verùm hercle an nec hoc? Idem Amphit. 4. 46, Verùm quasi affuerim, tamen simulabo. Ibidem, 3. 24, Verum profectò hoc petere me precario
A vobis fuisse leniter dictis bonis. Terent. Eunucho, 1. 3. 96,
Si certum est facere, facias: verum ne post conferas
Culpam in me.

Verum, inceptiua aliquando particula, non relatiua. Terẽt. Andr. 4. 5. 31,
Quémne ego heri vidi ad vos adferri vesperi,
O hominem audacem. D. verùm vidi Cantharam
Suffarcinatam. Idem Eunucho, 2. 3. 55,
D. Comites secuti scilicet sunt virginem?
C. Verùm parasitus cum ancilla. P. ipsa est scilicet:
Desine: iam conclamatum est. Virgil. eclog. 3. 7, Verùm id, quod multo tute ipse fatebere maius.

Verùm pro tamen, vel at. Plaut. Amphit. 4. 244, Verùm vtut est facturus, hoc quidem hercle haud retrecbo tamen.

Verùm hoc. Cic. 2. de Orat. 76, Verũ hoc (vt dixi) nihil ad me.

Verùm vt aliud ex alio incidit. Terent. Heaut. 3. 3. 37.

¶ Verum etiam, vt Sed etiã. Cic. pro Cælio, 36, Nõ modò agendo, verumetiam cogitãdo possit sustinere. Et paulo post, Illæ verò non loquuntur solùm, verumetiam personant. Ouid. 13. Metam. 69, -non tantum mœnia Troiæ,
Verumetiam summas arces intrare?

Verum enim. Terent. Adelph. 2. 1. 47, Verum enim quando bene promeruit, fiat, suum ius postulat. Cic. 3. de Orat. 30, Verum enim oratori, quæ sunt in hominum vita, quandoquidem in ea versatur orator, &c.

Verum enimuero. Plautus Cap. 19. 2,
Verum enimuero nullus adæquè est Acheron,
Atque vbi ego fui in lapicidinis. Terent. Adelph. 2. 3. 2,
Abi quiuis homine, quũ est opus, beneficium accipere gaudeat:
Verum enimuero id demum iuuat, si quem æquum est benefacere, is facit. Cic. 5. Verr. 168, Verum enimuero quũ esset bis binis, aut etiam ternis quibusvis in locis prouinciæ, duodenos sestertios exegisti. Liuius 4. ab Vrbe, 11, Verum enimuero lege id prohiberi, & connubium tolli patrum ac plebis, id demum cõtumeliosum plebi est. Idem 4. bel. Pun. Verum enimuero Hieronymus, velut suis vitiis desyderabilem efficere vellet auũ, primo statim conspectu omnia quàm disparia essent, ostendit.

Verum hercle verò. Plautus Curcul. 8. 5, Verum hercle vero conuellere illos cogito.

¶ Verũntamen, Idem quod tamen. Cic. 7. Verr. 80, Cõsilium capit primo stultum, veruntamen clemens. Idem pro Quintio, 6, Qui societatem cum Sex. Næuio fecerit, viro bono, verum tamen non ita instituto, vt iura societatis, & officia certi patrisfamiliãs nosse posset.

Etsi tum nemo erat admodum copiosus, verũtamẽ versus ab his admisceri orationi, &c. Cic. 1. Tusc. 47.

Non dubitabam equidem: verũtamen multo mihi notiorem amorem tuum effecit Cherippus. Cic. Cornificio, lib. 11. 29. 7.

Veruntamen si qua reliqua spes est. Cic. 1. Verr. 10.

Verũtamen pro Inquam. Cic. Attico, lib. 1. 6. 2, Quum essem in Tusculano, &c. veruntamen quum ibi essem, &c.

Verus / Adiectiuum, Solidum, syncerum, nõ falsum significat. Terent. Heaut. 3. 1. 81, Videre verum, atque ita vti res est, dicere. Idem And. 3. 1. 7, Actum est, si quidem hæc vera prædicat.

Verum & falsum, cõtraria. Cic. 4. Acad. 64, Interesse oportet vt inter rectum & prauum, sic inter vtrum & falsum.

Magis verum, Vide Magis.

Procul à vero. Ouid. 5. Trist. eleg. 7. 6, Nec procul à vero est,

quod vel pulſarit amicum,&c. Id eſt veriſimile eſt.

Maiora vero. Tacit. lib. 18, Sua quiſque facta extollentes, falſa, vera, aut maiora vero miſcebant. Liu. lib. 1. bel. Maced. 5, Incerta in maius vero ferri ſolent.

Minora vero. Tacit. lib. 17, Quidam minora vero, ne tũ quidem obliti adulationis.

Propius vero. Tacit. lib. 1, Propius vero Tiberium ac Liuiam, illum metu, hanc nouercalibus odiis ſuſpecti, &c.

Simile vero. Cic. ad Caſſiũ, lib. 12. 5. 1, Id autem eo facilius credebatur, quia ſimile vero videbatur.

Verba ſimillima veris. Ouid. epiſt. 21. 17.

Verius vero. Mart. lib. 8. 70,

Vero verius ergo quid ſit audi,
Verum Gallice non libenter audis.

¶ Conſcia numina veri. Virg. 2. Æneid. 29.

Ignorantia veri me decipit. Ouid. 7. Metam. 19.

Inſolens veri, Qui verum non amat. Sene. Hippol. 2. 11,

Nec me fugit, quàm durus, & veri inſolens,
Ad recta flecti regius nolit tumor.

Notitia veri fallitque. Lucret. lib. 4. 97.

Patiens veri. Curtius lib. 10, Amico animo, ſi veri patiens fuiſſet, admonebatur. Sed in rabiem ira peruenerat.

Prouidus augur veri. Ouid. 11. Metam. 4.

Similitudo veri. Cic. 4. Acad. 193, Quum poſſit ſine aſſenſione ipſam veri ſimilitudinem non impeditam ſequi. Idem de vniuerſ. 9, Bene agi putat ſi ſimilitudinẽ veri conſequatur. Plin. lib. 34. cap. 7. 6, Cuius eximium miraculum, & indiſcreta veri ſimilitudo, non eo ſolùm intelligitur, quòd ibi dicata fuerat, verùm & noua ſatisdatione.

¶ Mordax verum. Perſ. Saty. 1. 11, Sed quid opus teneras mordaci radere vero Auriculas?

¶ Abdere verum, Vide Abdo.

Abhorrere à vero, Vide Abhorreo.

Abeſſe à vero, Vide Abſum.

Auerſus à vero, Vide Auerto.

Cernere verum, Vide Cerno.

Cõcedere veris, Veritati nõ aduerſari. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 61,

Stultum me fateor (liceat concedere veris)
Atque etiam inſanum.

Confundere vera falſis, Vide Confundo.

Conuertere ſe ad verum, Vide Conuerto.

Dicere verum. Horat. 1. Serm. ſaty. 1. 5.

Verum vis dicam? Terent. And. 4. 2. 15,

-verum vis dicam? D. imò etiam.

Narrationis incipit mihi initium.

Ars differendi, & vera ac falſa diiudicandi. Cic. 2 de Orat. 86.

Diſtinguere falſum vero. Horat. 2. epiſt. 10. 6.

Merſum latebris educere verum. Claud. 7. Paneg. 102.

Examinare verum. Horat. 2. Serm. ſaty. 2. 2.

Exequi vera. Tacitus lib. 11, Neque falſa prompſerim, & vera exequi pudet.

Fatebor tibi cuncta vera. Virg. 2. Æneid. 16.

Iácere vera aut vana, Vide Iacio.

Intendere vera. Tacit. lib. 2. Hoc eſt augere.

Inuoluens obſcuris vera. Virg. 6. Æneid. 10.

Latet in occulto verum. Cic. in Orat. 140, Sed ne in maximis quidem rebus quicquam adhuc inueni firmius quod tenerem, aut quo iudicium meũ dirigerem, quàm id quodcunque mihi quamſimillimum veri videretur, quum ipſum illud verum in occulto lateret.

Perſpicere quid in quaque re verum ſyncerúmque ſit. Cic. 2. Offic. 24.

Referre vera. Ouid. 3. Metam. 131.

Remiſcere falſa veris. Horat. de Arte, 31.

Verũ ſit. Cic. pro Domo ſua, 41, Electio nuſquam eſt. verũ ſit.

Quum plus vno verum eſſe non poſſit. Cic. 2. de Orat. 17.

Verum ſit velim. Plaut. Rud. 2. 6. 39, Peni. 5. c. verum ſit velim.

¶ Verum, vel Verum id eſt, Reſponſio. Plautus Mercat. 2. 3. 18, Quantum intelligo, & hanc malè habet Demipho. 2. id verum. Idem Aſin. 3. 3. 45, Scio, captiones metuis. D. 1. verum.

Falſa vincere veris. Lucret. lib. 4. 97.

¶ Verum modò, pro Modò ſit verum. Plaut. Caſin. 3. 7. 23,

-tam mihi mea vita, quàm tua
Tibi chara eſt. 1. verum modò.

¶ Verũ, Irridẽtis interrogatio. Terẽ. Eun. 5. 7. 18, Si quidẽ iſtuc impune habueris. P. Y. verũ? P. A. redda hercle. P. Y. credo. Donat'.

¶ Verùm, aliquando non eſt nomen, ſed aduerbiũ cõfirmantis, id eſt verè, teſte Donato. Terent. Adelph. 4. 2. 4, Syr. 1. 5. quid aiſne me quæritis? verùm. c. perii. 6. quin tu animo bono es.

¶ Verus & germanus. Cic. 6. Verr. 119, Inter hũc & illum Numidicum verum & germanum Metellum intereſſe.

Simulatus, fucatus, Syncer' & verus, cõtraria. Ci. de Amicit. 78.

Cauſam veram exponere. Lucret. lib. 3. 194.

Color verus, Natiuus, nõ adulteratus. Terent. Eunucho, 2. 5. 26, Color verus, corpus ſolidum, & ſuccì plenum.

Conſilium verum. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 4.

Fama vera. Virg. 4. Georg. 9.

Homo verus, Veridicus. Terẽt. And. 2. 5. 12, -facis vt te decet
Quum iſtuc quod poſtulo, impetro cum gratia.

2. Sum verus? Donatus.

Labor verus. Virgil. 12. Æneid. 88,

Diſce puer virtutem ex me, verúmque laborem,
Fortunã ex aliis. Vbi Seruius, Verũ laborem, quẽ per me ipſum ſuſcipio, nõ qui ex aliorũ virtute imperatorib' aſcribi cõſueuit.

Laus vera. Terent. Eunucho, 5. 4. 3, -di veſtram fidem
Quantam, & quàm veram laudem capiet Parmeno.

Nuntius verus. Virg. 6. Æneid. 91.

Nuptiæ veræ. Terent. And. 1. 1. 20, Quas credis eſſe has, non ſunt veræ nuptiæ.

¶ Verus, pro Æquo & iuſto. Cic. pro Murena, 67, At enim agit mecũ auſtere, & Stoicè Cato, negat verũ eſſe allici beneuolentiã cibo, negat iudicũ hominũ in magiſtratibus mãdandis corrũpi voluptatib' oportere. Verũ inquit, id eſt iuſtũ, par, & æquũ. Et in Saluſtium, 10, Quem honorẽ ita geſſit, vt nihil in eo non venale habuerit cuius aliquis emptor fuerit? Ita igitur egit, vt nihil non æquum ac verum duxerit quod ipſi facere collibuiſſet. Et pro Domo ſua, 16, Sed quid ad te, qui neges eſſe verum, quẽquam vlli Reip. extra ordinem præfici? Vbi perperam in pleriſque libris pro verũ, T V R I S legitur. Virg. 11. Æneid. 339,

Parcite iam Rutuli, & tela inhibete Latini,
Quæcunque eſt fortuna, mea eſt, me verius vnum
Pro vobis fœdus luere & decernere ferro. Horat. 2. epiſt. 7. 10. ad Mecœnatem, Metiri ſe quenque ſuo modulo ac pede verum eſt. Vtitur & Liuius & Iuriſconſulti interdum. Budæus.

¶ Verior & veriſſimus. Plin. lib. 12. ca. 13. 4, Quod verius coſto vicinius eſſe debet. De odore cardamomi. Vet' codex legit, Qui verus, coſto vicinus, &c. Cic. 4. Acad. 21, Sed me hercule vt quidem nunc ſe cauſa habet, etſi heſterno ſermone labefacta eſt, mihi tamen videtur eſſe veriſſima.

Crimina veriſſima dicere in aliquẽ. Ouid. 4. de Põto, ele. 14. 6.

Imago mortis veriſſima. Ouid. 5. Triſt. eleg. 8. 4.

Verè, Aduerbiũ, quod dicitur *In rei veritate*. Terent. Eunuc. 3. 5. 58,

Tũ pol ego is eſſem verè qui aſſimulabar. Idẽ Heaut. 1. 1. 102,

Hoc ibi ſit, vbi nõ verè viuitur. Cic. pro Roſcio Amer. 31, Verè nihil potes dicere: finge aliquid ſaltẽ cõmodẽ. Ibidẽ, 83, Verè & liberè loquutus ſit. Idẽ ad Q. fratrẽ, lib. 1. 1. 47, Si verè cogitare volumus. Idẽ ad Atticũ, lib. 7. 111. 6, Põpeius verè iudicat.

Honeſtum quod propriè veréque dicitur, id in ſapientibus eſt ſolis. Cic. 3. Offic. 16.

Verè & falſò, cõtraria. Cic. pro Murena, 6, Quũ graue eſt vere accuſari in amicitia, tũ etiã ſi falſo accuſeris, nõ eſt negligendũ.

Verè & fictè, etiã cõtraria. Ci. pro Domo ſua, 61, Maiores noſtri qui nõ fictè & fallaciter populares, ſed verè & ſapienter fuerũt.

Nullum amans verè. Catull. ad Furium, 11. 4.

¶ Verius, pro Æquius & iuſtius. Cic. Antequã iret in exiliũ, 1, Nam neque maius eſt defendere vnum, quàm populum: neque verius à ſingulis, quàm ab omnibus repetere officii præmium & fructum.

Veriſſimè. Plin. lib. 18. cap. 6. 2, Homerus omnino è flumine ſemper antelucanas auras inſalubres veriſſimè tradit. Cic. 4. Verr. 118, Laudarem illam ciuitatẽ, id quod veriſſimè poſſem.

Non *ἀνυπαιτίως*, ſed veriſſimè loquor. Cic. Attico, lib. 5. 109. 6.

Verax, verácis, pen. prod. omn. ge. Veridicus. Cic. 1. de Diuinat. 70, Multis ſeclis verax fuiſſe id oraculum. Ibidem, 109, Tum ei viſa quietis occurrent tranquilla atque veracia. Ibidem, 2. 173, Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? Idem 4. Acade. 140, Veraces ſuos eſſe ſenſus dicit.

Saga verax. Tibull. lib. 1. eleg. 2. 9.

Vates verax. Ouid. epiſt. 12. 19.

Veracitas, pen. corr. veracitatis, Sermonis integritas.

Veridicus, pen. corr. Adiectiuum, Qui vera dicit. Cic. pro Flacco, 60, Veridicas adiungis cauſas inimicitiarum. Idem 1. de Diui. 163, Et in rebus turbidis veridicæ voces ex occulto miſſæ eſſe dicantur. Liuius 1. ab Vrbe, 19, Te mihi mater veridica interpres deũm, auſturum cæleſtium numerum cecinit. Plin. lib. 7. cap. 16. 1, Sueſſam Pometiam illa tempeſtate florentiſſimam deportata eſt veridico exitu conſequuto. Martialis lib. 5. 1,

Seu tua veridicæ diſcunt reſponſa ſorores,
Plana ſuburbani qua cubat vnda freti.

Cantus veridici. Catull. Argon. 59. 61.

Dicta veridica.Lucret.lib.6.5.
Oraclum veridicum.Catull.Argon.59.65.
Os veridicum.Lucret.lib.6.1.

Veriloquium,veriloqui.Cic.in Topicis,18, Multa enim ex notatione sumuntur:ea est autem, quum ex vi nominis argumentum elicitur, quam Græci ἐτυμολογίαν vocant, id est verbum ex verbo veriloquium.

Verisimilis,& hoc verisimile.pen.corr. Idē quod simile vero. Cic. pro Roscio Amer.34,Etiā tum quū verisimile erit aliquē cōmisisse,in suspicione latratote. Colum.lib.3.cap.9,Id autem quū sit verisimile, tū etiam verum esse nos docuit experimentum. Et Quintil.lib.1.cap.18. Terē.Heaut.5.1.37,Est verisimile. Lucret.lib.1.110, Nullo iam pacto verisimile esse putandum Vt.

Narrationem iubent verisimilem esse & apertam & breuem. Cic.1.de Orat.46.

Verisimili simile. Cic.1.de Nat.deor.89,Hæc ego nūc physicorum oracula fundo,vera an falsa nescio:sed verisimili tamen similiora quàm vestra.Vetus exemplar legit veri tamen.

Verisimilior & verisimillimus. Plin. lib.5. cap.11.1, Quod est verisimilius, quàm quia cadendo tripudium sonúmve faciant. Cic.1.de Inuent.5,Verisimillimum mihi videtur quodam tempore neque in publicis rebus infantes,neque insipientes homines solitos esse versari.

Volunt probabile aliquid esse, & quasi verisimile. Cicero 4. Acad.64.

Non est verisimile vt. Cic.pro Rosc. Amer.72, Nō est ita profectò Iudices, non est verisimile vt Chrysogonus horum literas adamarit,aut humanitatem.

Non verisimile est quàm. Cic.de Clar.Orat.34,Nō verisimile est, quàm sit in vtroque genere & creber & distinctus Cato.

Non sit verisimile.Terent.And.1.3.20, -fabulæ:
Mihi quidem hercle non sit verisimile, atque ipsis commentum placet.

Facere verisimile. Plautus Pſeud.6.10, Facit illud verisimile quod mendacium est.

Verimonia,verimoniæ,Idem,sed antiquum.Plaut.Truc.4.61, -planius qui antehac amator fummus
Habitus est,istunc ad amicam verius verimonia referre.

Veritas,pen.cor.veritātis,Vera ratio,res vera.Plin.lib.14.ca.11.4, Vulgo veritas iam attributa vino est. Cic.1.de Inuent.141,Veritas est,per quam immutata ea quæ sunt,aut ante fuerunt,aut futura sunt,dicuntur. Idem pro Cælio,30,O magna vis veritatis quæ contra hominum ingenia,calliditatem,solertiam,contráque fictas omnium insidias facilè sē per seipſam defendat.

Veritas & imago,contraria. Cic.5.Tusc.11,Quum autem animum ab ista pictura imaginibúsque virtutum, ad rem veritatémque traduxeris.

In veritate, Id est secúdum verum iudicium. Quintil.lib.10. cap.1, Quis in veritate tumens potēnsque ne minima quidem alicuius certè fiducia partis,memoriam artis speraverit?

Ex veritate.Tacit.lib.4.Nec occultum est,quando ex veritate, quando adumbrata lætitia facta imperatorum celebrentur.

Fori veritas. Quintil. lib.6.cap.1.31, Non admittit hoc idem veritas fori.

Morum veritas.Quintil.lib.6.cap.2.11, Illis ineſt vis mentis & veritas ipsa morum.

Vir bonus & simplicis veritatis amicus.Cic.1.Offi.91.

Cultor veritatis.Cic.1.Offic.153,Sunt his alii multum dispares simplices & aperti,&c.veritatis cultores,fraudis inimici.

Expertes veritatis homines.Cic.1.de Orat.45.

Fides veritatis.Quintil.lib.3.cap.8.35.

¶ Cana veritas, Vide Canus.

Infracta veritas.Tacit.lib.17.

Ista veritas etiamsi iucunda non est, mihi tamen grata est. Cic.Attico,lib.3.66.4.

¶ Accōmodare se assertorem veritatis, Vide Accommodo.

Adducere ad veritatem, Vide Adduco.

Veritate adductus, Quia veritas postulabat. Cic.ad Acilium, lib.13.31.3, Neque id ambitione adductus facio, sed tum familiaritate,& necessitudine,tum etiam veritate.

Contaminare veritatem mendacio,Vide Contamino.

Infirmare veritatem,Vide Infirmo.

Intueri veritatem,Vide Intueor.

Limare veritatem in disputatione. Cic.2. Offic.49, Subtilitas illa quum veritas ipsa limatur in disputatione.

Niti veritate,Vide Nitor.

Obscurare veritatem.Quintil.lib.4.cap.2.47.

Proferre aliquid in lucem veritatis. Cic.1.de Orat.76, Et illa commentatio inclusa in veritatis lucem proferenda est.

Renocare rationem ad veritatem.Cic.3.Offic.111, Nihil contrà inutilius ei qui id iniustè consecutus sit inuenio, quam ad veritatem cœpi renocare rationem.

Vero,veras,verāre,Verum dicere.Gellius lib.18.ca.2. Ex Ennio in x i i i Annalium,Satin' vates verant ætate in agendā?

¶ Verare,Vera repræsentare. Sidonius, Quoties verba Graia carmine verat.

Verutum, Vide Veru in Verto.

Vesanus,vesana,vesanum,pen.prod.Vecors,crudelis,furiosus. Plaut.Trin.11.7,Spurcificū, immanem,intolerādum,vesanum. Vesanus,Malè sanus,inquit Festus. Cic.1.de Diuin.171, Vtrum tandem per deos atque homines magis verisimile est vesanum remigem,an aliquem nostrum. Idem pro Domo sua,44,Hæc furiosa vis vesani Trib.pl.

Vesanus & furiosus. Cic. pro Domo sua,1,Ac primum illud à te homine vesano & furioso requiro,quæ te tanta pœna,&c.

Acies vesana, Vide Acies.

Amor vesanus.Propert.lib.1.eleg.16.6.

Fames vesana. Virg.9.Æneid.71,Suadet enim vesana fames. Alibi,Et malesuada fames,dixit.

Flamma vesana.Catull.de Cælio & Quintio,95,1,
Quum vesana meas torreret flamma medullas.

Leonis vesani stella.Horat.3.Carm.ode 19.4.

Vires vesanæ.Ouid.1.Amor.eleg.7.5,
In mea vesanas habui dispendia vires.

Vesanio,vesānis,pen.prod.vesanīui,vesanītum,vesanīre,Insanire,Sæuire.Catull.ad Thallum,11.5, -velut minuta magno
Deprensa nauis in mari vesaniente vento.Rudæus.

Vesania,vesaniæ, Vecordia. Plin.lib.35.cap.11.8, Nobiles eius tabulæ Ephesi, Vlysses simulata vesania bouem cum equo iungens,& palliati cogitantes,dux gladium condens.

Discors vesania vos agit.Horat.2.Serm.saty.3.35.

Vesci 1,Ptolemæo authore lib.2.ca.4,Hispaniæ ciuitas:alio nomine Vesci,& Fauentia Plinio dicta lib.3.cap.1.

Vescor,vésceris,penult.corr.vesci,Cibo vti. Festus, Vescor,Pascor.Virgil.8.Æneid.37,

Vescitur Æneas simul,& Troiana iuuentus
Perpetui tergo bouis. Cic.1.de Nat.deor.84,Dii nec escis,nec potionib⁹ vescūtur. Ibidē,98,Ut enim omne quo vescūtur homines pen⁹. Idē in Ora.16,Quæ est autē in hominib⁹ tāta peruersitas,vt inuētis frugibus,glādē vescātur? Sic 1.de Fin.146, Quo vesci Persas esse solitos scribit Xenophon. Ibidē,16,Quū autē vescamur his rebus quæ dulcem motum afferūt sensibus.

Vesci ex manu.Plin.lib.9.cap.8.6,Simili modo ex hominum manibus vescens,præbénsque se tractandū. Idē lib.31.cap.2.5, E manu vescuntur pisces in pluribus quidem Cæsaris villis.

Vesci auidè.Plin.lib.11.ca.53.4,Vespæ serpēte auidè vescūtur.

Foliis vescatur amaris.Horat.2.Serm.saty.3.13.

Lacte,caseo,carne vescor.Cic.5.Tus.130.

Pyris vesci.Horat.1.epist.7.3.

Munere terræ vescimur.Horat.2.Carm.ode 14.2.

Atro sanguine vesci.Virg.3.Æneid.115.

Aura vesci,Viuere.Virg.3.Æneid.68,Quid puer Ascanius?superátne,& vescitur aura? Ibidem,lib.1.111,
Quod si fata virum seruant,si vescitur aura
Ætherea,nec adhuc crudelibus occubat vmbris. Quo in loco, impropriè etiam vesci pro vti sumitur, teste Nonio.

Auris vitalibus vesci.Lucret.Lib.5.171.

Vesci voluptatibus. Cic.5.de Fin.101, Itaque vt quisque optimè natus institutúsque est, esse omnino nolit in vita,si gerendis negotiis orbatus,possit paratissimis vesci voluptatibus.

¶ Vescor,cum accusatiuo.Plin.lib.10.cap.38.3,Aues nōnullæ vescuntur ea quæ rapuere pedibus. Propertius lib.2.eleg.6.5, -sic vsque sacras innoxia lauros Vescar. Tacit.in vita Agricolæ,Eo ad extremū inopiæ venēre,vt infirmissimos suorum,mox sorte ductos vescerentur.

¶ Vesci, pro Videre apud veteres. Actius Athamante,Priusquam infans esses,tui oculi vescuntur. Nonius.

¶ Vescendo esse,pro Bonum esse quod comedatur,Aptū esui. Plin.lib.15.cap.18.2,Alexandrinæ ficus vix sunt vescendo.Sic enim legendum iuxta Hermolaum. Idem lib.21.cap.16.2,Radix eius vescendo est decocta.De scolymo loquitur.

Sus ad vescendum hominibus apta.Cic.1.de Nat.deor.159.

Vescus/Adiectiuum,A ve & esca cōpositum, & significat cum edendi fastidio.Sic Lucilius appellat vescum,vt id dicatur quod in esca & cibatu appetitur,& id fastidiosum est,libro ✱,Quàm fastidiosum ac vescum cum fastidio edendi vinere.

Vescum,Fastidiosum & edacem significare scribit Festus.

Vescum, Quicquid ad escā pertinet,& quicquid edule est, ab edendi intētione.Vnde Lucretius lib.1.67,vescū salem appellat: Vesco sale saxa peresa. Virgilius 4.Georgic.27, Verbenásque

premẽs,veſcúmq; papauer.Id eſt quo veſcimur,inquit Seruius.

Veſcæ ſalicum frondes,quoniam eſcis iumentorum ſunt accommodatæ.Virgil.3.Georg.55, Nec veſcas ſalicum frondeis,vlmámque paluſtrem. Sipontinus minutas interpretatur:Seruius verò ſiccas & teneras.verùm ab Hermolao reprehenditur.

¶ Veſcum,Paruum & minutum.Vnde & apud Marſos,lingua vernacula quum dicunt maluã veſcam,intelligunt de ea quam paruam vocamus.Ouidius 3.Faſtorum,90,

Nunc vocor ad nomen vegrandia farra coloni
Quæ valè creuerũt, veſcáque parua vocant. Plin.lib.7.cap. 20.1,Corpore veſco fuiſſe,ſed eximiis viribus Tritanum.

Véſculus,veſcula,véſculum,pen.corr.Diminutiuum,Malè curatus & gracilis,vt ait Feſtus.

VESEVVS,pen.prod. Mons iuxta Sarnum fluuium, non longè à Neapoli,bonitate vini celebratus, qui ſemper emittit fumum & ignes ſicut Ætna in Sicilia.Hic mons amœniſſimus olim habitus agris,excepto vertice,qui(vt ait Strabo lib.5.)cineroſus eſt, & cauernoſus,petris exuſtus,quas color indicat igni abroſas fuiſſe. Virg.1.Geor.44, -& vicina Veſeuo Ora iugo.Hic(vt quidam volũt)dictus eſt Veſuuius,& per ſyncopam Veſuius appellatur à conflagratione(nam veſuiæ,fauillæ dicuntur) qui Tito imperãte,ruptus in vertice tantum emiſit incendii,vt regiones vicinas incenderet.Alii(vt Seruius) dicunt Veſuuium eſſe montem Campaniæ:Veſeuum verò Liguriæ ſub montibus. De Hoc Veſuuio monte, Martialis lib.4.41, Hic eſt Pãpineis viridis Veſuuius vmbris. Et ſubdit,

Cuncta iacent flammis,& triſti merſa fauilla,
Nec ſuperi vellent hoc licuiſſe ſibi.
Inſanus Veſeuus.Stat.4.Syl.8.1.
Prorupti Veſeui lethalis apex.Valer.4.Argon.101.

Veſica/veſicæ,pe.prod. Folliculus in quo vrina colligitur infra aluum à priore parte.Plin.lib.11.cap.37.76,Veſica,mẽbrana cõ ſtat, quæ vulnerata cicatrice non ſolideſcit. Cic.1.de Fin.154, Tanti autem morbi aderãt veſicæ & torminum, vt nihil ad eorũ magnitudinem poſſit accedere. Ouid.15.Metam.61,Extentam tumefecit humũ,ceu ſpiritus oris Tendere veſicã ſolet.

Diſploſa ſonat veſica.Horat.1.Serm.ſaty.8.10.

2.¶ Venſica per n,Caper proferri cẽſet,quòd non ſit ſine vento.

Veſicula,veſiculæ,penult.corr.Diminutiuum,In herbis etiam dicitur.Cic.1.de Diuin.49,Et pulcium aridum floreſcere brumali ipſo die,& inflatas rumpi veſiculas,& ſemina malorum quæ in his mediis incluſa ſint, in contrarias partes ſe vertere. Lucretius lib.6.17, -quum plena animæ veſicula parua
Sæpe ita dat paciter ſonitum diſploſa repente.

Veſicaria, veſicariæ, Herba quæ veſicæ medetur. Plin. lib.11.cap. 31.1,de ſtrychno loquens, Quorum alterum, cui acini coccinei, granoſi folliculi,halicacabum vocant, & alii callion.Noſtri autem veſicariam,quoniã veſicæ & calculis proſit. Frutex eſt furculoſus verius quàm herba, folliculis magnis, latiſque,& turbinatis,grandi intus acino,qui matureſcit Nouembri menſe.

Veſpa/veſpæ,Animal paruum volatile,api ſimile: quòd veſperi muſcas venetur in cibum. Vide Plinium de hac abundè tractãtem,lib.11.cap.21. Varro 3.de Re ruſt.cap.16.14, Veſpa quæ ſimilitudinem habet apis, neque ſocia eſt operi, & nocere ſolet morſu,quã apes à ſe ſecemũt. Liu.5.bel.Maced.58,Et à Capua nuntiatum eſt, examen veſparum ingens in forum aduolaſſe. Cic.5.de Finib.75, Cornibus vti videmus boues, veſpas aculeis, ſuam denique cuique naturam eſſe ad viuendum ducem.

VESPASIANVS, Imperator Romanus, cuius vitam vide apud Suetonium.

Veſper/véſperis,penult.corr. maſc.gen. vel Veſperus, veſperi, Stella quæ Venus dicitur,quòd ſole iam occiduo,& prima omnium ex ſtellis lucere veſperi conſpiciatur,dicta quaſi heſperus: nam eam ſtellam heſperum Graci vocant, & vltimam partem diei.Statius lib.10.Thebaid.

-ſed veſper opacus
Lunares iam ducit equos. Virgil.3.Georg.68,
Solis ad occaſum quum frigidus aera veſper
Temperat,& ſaltus reficit iam roſida luna. Idem 1.Æneid.76,
Ante diem clauſo componet veſper Olympo.

Veſper dici.Saluſt.in Iugurtha, Et iam dici veſper aderat.
Hunc tegit obſcurus ſubter præcordia veſper. Cic.in Arat.15.
Surgente veſpero,&c.Horat.1.Carm.ode 93.
Frigidus veſper.Valer.4.Argon.76.
Purpureus veſpero.Horat.3.Ode 19.6.
Serus veſper.Virg.1.Georg.93.
Proceſſit veſper Olympo.Virg.eclog.6.18.
Ab atro veſpere conſurgunt venti.Virg.5.Æneid.4.

¶ Legitur & fœminino genere. Virg.1.Geor.51,Illic ſera rubens accendit lumina veſper.

¶ Veſper,Veſpertinum tempus. Plaut. Bacchid.23.83, Hic veſper eſt,vos ſequimini. Cic.Attico,lib.12.141.5,Quámque mane me in ſyluam abſtruſi denſam & aſperam, non exeo inde ante veſperum.

Primo veſpere. Cæſar 1. bel. Ciuil.185, Pollicetur, magiſtriſque imperat nauium, vt primo veſpere omnes ſcaphas ad littus appulſas habeant. Liuius 5. bel.Maced. Primo veſpere, vt lumina in caſtris hoſtium conſpexere.

Neſcis quid ſerus veſper vehat,Ex Menippeis Varronis ſatyris citatur hic titulus,tum ab A.Gellio,tum à Macrobio:neque dubitandum quin prouerbialis,ſicut ſunt & alii plerique.Quo ſalubriter admonemur, ne præſentium ſucceſſuum proſperitate ſublati,futuri curam abiiciamus.Neque vlla de re ſecuri ſimus, prius quàm exitú viderimus. Idem hodie quoq; vulgò dicũt, diem nondum ad veſperã decurriſſe,quum ſignificãt diuerſum exitum poſſe accidere. Appãret Maronem ad parœmiam alluſiſſe,quum ait lib.primo Georg.93, Denique quid ſerus veſper vehat.agés de prognoſticis occaſus. Liu.Decadis 5.lib.5, In ſecundis rebus nihil in quenquam ſuperbè ac violenter conſulere decet,nec præſenti cedere fortunæ, quum quid veſper ferat incertum ſit.Hæc Eraſmus. Ouid.1. Triſt.eleg.2.6, Nunc Zephyrus ſero veſpere miſſus adeſt.

Ad veſperum,Vide **Ad** præpoſitionem.

Vſque ad veſperum contentius ambulare.Cic.5.Tuſc.138.

Perpotare ad veſperum. Cic.2. Philip.84, Atque ibi ſe occultans perpotauit ad veſperum.

Epiſtolam quum à te auidè expectarem ad veſperum. Cic. Attico,lib.2.23.1.

Declinat in veſperum dies.Vide **Declino.**

In veſperum parata,Vide **In** præpoſitionem.

¶ Véſpera,véſperæ, pen.corr.pro eodem dicitur. Plaut.Curcul.2.4,Si media nox eſt, ſiue eſt prima veſpera. Cic.1.Catil. 19,Si accelerare volent,ad veſperam conſequentur. Idem 3.de Finibus, 11, Ludis commiſſis ex vrbe profectus veni ad veſperam. Plin.lib.13.cap.18.1. Stat.5.Thebaid.50,

-ferimur per deuia vaſtæ
Vrbis,vbi ingentem nocturnæ cædis acerbum
Paſſim,vt quoſque ſacris crudelis veſpera lucis
Straurat,occulta ſpeculamur nube latentes.

Flexo in veſperam die.Tacit.lib.1.

Inumbrante veſpera vniuerſum Flauiani exercitus robur aduenit.

Prima veſpera.Liuius 4.bel.Maced.Tabellas deſcriptas celeberrimo loco ſupra ſedem cotidianam Magiſtratuum prima veſpera ſuſpendit.

Propinqua veſpera Tribunus venit.Tacit.lib.15.

Véſperi, ſiue véſpere, Aduerbium. Id eſt principio aduentus noctis. Plautus Milit.14.5, Quique aucupetur, tanquam quidem qui veſperi viuat ſuo Cic.ad Matium,lib.11.17.1, Nam quum in Tuſculanum veſperi veniſſem. Idem ad Tironem,lib.16. 7.1,Septimo Idus Nouembris,Actio,veſperi. Et ad Atticum, lib.11.210.1,Cephalio mihi à te literas reddidit ad octauum Idus Martii,veſpere. Sic.pro Milone,40,Videte nunc illũ,primum egredientem è villa ſubito,cur veſperi; quid neceſſe eſt tardé?

Ad octauum Idum Martii veſpere.Cic.Attico,lib.11.210.1.

Heri veſperi. Cic.1.de Orat.8, Quum ad me in Tuſculanum, inquit,heri veſperi veniſſet Cæſar de Tuſculano ſuo,&c.

Pridie veſperi. Cic.1.Acad.1, Nuntiatum eſt nobis à M.Varrone,veniſſe eum Roma pridie veſperi,&c.

Prima veſperi.Cæſar 1.bel.Ciuil.75,Diuulgato Domitii conſilio milites qui erãt Corfinii,prima veſperi ſeceſſionem faciũt. Caſtigatiores codices habent veſpera.

Veſper,véſpera,véſperum etiam dicitur. Vnde quum veſperum dicimus neutro genere,intelligimus tempus. Plin.lib.19.ca.11.1, His horæ rigandi matutina atque veſpera. Idem,Matutinum tempus atque veſperum.

Veſpertinus,pen.prod.Adiectiuũ, Quod ſit veſperi.Cic.1.de Nat. deorum,75,Tum veſpertinis temporibus deliteſcendo,tum matutinis rurſum ſe aperiendo. Horat.1.epiſt.6.4,Gnauus manè forum,& veſpertinus pete tectum.

Acies veſpertina,Vide **Acies.**

Cantus veſpertini. Plinius lib.10.cap.21.4,Habent oſtenta,& præpoſteri eorum veſpertini cantus.

Forum veſpertinum.Horatius 1.Serm.ſaty.6.25,
-veſpertinúmque pererro Sæpe forum.

Hoſpes veſpertinus.Horat.1.Serm.ſaty.4.4,
Si veſpertinus ſubitò te oppreſſerit hoſpes,&c.

Literæ veſpertinæ.Cic.ad Atticũ,lib.13.28.1,Antemeridianis tuis literis heri ſtatim reſcripſi,nunc reſpondeo veſpertinis.

Regio veſpertina.Horat.1.Serm.ſaty.4.6.

Véspero, vésperas, pen.corr. vesperare, Vesperam fieri. Gellius lib. 17.cap.8, Philosophus Taurus accipiebat nos Athenis cœna, pleráque ad id dici vbi iam vesperauerat. Id enim est tempus istic cœnandi frequens.

Vesperascit, In tertiis tantum personis. Terent. Heaut. 2.3.7,
-portant quid rerum. c e l n. hei mihi.
s. Aurum, vestem, & vesperascit, & non nouerunt viam.
Vesperascente die. Tacit. lib. 18, Vesperascente die, sitim haustu gelidæ aquæ sedauit.

v e s v e r i e s, Hispaniæ citerioris oppidum, vt scribit Plinius libro 4.cap.20.

Vesperna/vespernæ, Cœna apud veteres dicebatur. Nam, vt Festus ait, cœna vocabatur, quod nunc est prandium: Vesperna, quam nũc cœnam appellamus: quod conuiuium, nonnisi aduentante nocte inibant prisci.

Vespertilio/vespertilionis, m.g. Animal mediæ cuiusdam inter auem & murem speciei, vt mus alatus dici possit: appellatus autem ob id quòd vespere se ad volatum proferat. Plin. lib. 10. cap. 61, Volucrum animal parit vespertilio tantùm, cui membrana ceu pennæ. Eadem sola volucrum lacte nutrit, vbera admouens, geminos volitat amplexa infantes, secúmque deportat. Eidem coxẽdix vna traditur, & in cibatu culices gratissimi. Author Philomelæ, 8, Strix nocturna sonans, & vespertilio stridũt.

Vesperugo/vesperúginis, f.g. Idem quod Vesper, stella Venus dicta, æmula Solis & Lunæ: quæ quum Solem præcedit, dicitur Lucifer, vt alter Sol. Et ante ortum Solis apparet in Oriente. Et in occasu Solis refulgẽs, Vesper appellatur, quasi vicem Lunæ reddens: videtúrque in Occasu statim postquam Sol occidit. Plautus Amph. 4.121, Nec lucula, nec Vesperugo, neque Vergiliæ occidunt.

Vespices/Fruteta densa, dicta à similitudine vestis. Festus.

Vespillo/vespillónis, m.g. Vilis cadauerum funerator, qui vespertino tempore cos efferre solebat, qui funebri pompa duci propter inopiam non poterant, vt ait Sipontinus. Martialis lib. 2.115, Chirurgus fuerat, nunc est vespillo dianius. Idem lib. 2. 65, in maledicum,
Postquam triste caput fastidia vespillonum,
Et miseri meruit tædia carnificis. Vide **Dianius.**

v e s t a, dux à veteribus memorantur: altera Saturni mater, altera eiusdem dei filia. De qua Ouidius 6. Fast. 57,
Ex Ope Iunonem memorant, Cererémque creatas
Semine Saturni: tertia Vesta fuit. Confundunt tamen has poetæ, alteram pro altera ponentes. Quando eam terram esse dicunt, de matre Saturni intelligendum est. Quando verò virginem nominant, de filia eius, quam ignẽ esse voluere. Idem Ouidius ibidem, 19.
Nec tu aliud Vestam, quàm viuam intellige flammam:
Natáque de flamma corpora nulla vides:
Iure igitur virgo est, quæ semina nulla remittit. Huius simulachrum Romani Pesinunte allatum in æde Victoriæ, quæ est in palatio, posuere: & virgines ei sacrarunt, quæ ignem perpetuum conseruarent: hæ si stuprum cõmisissent, viuæ defodiebantur. Si verò ignis fuisset extinctus, nequaquam reparari fas erat ex hoc igne humanis manibus elaborato, sed accensa per fomites ex Sole flamma, purus & cœlestis ignis eliciebatur.
Vesta ἀπὸ τῆς ἑστίας, id est à foco, in quo ignis alitur, dicta est. Est enim Vesta, quasi focus vrbis appellata, ait Cicero de Legib. lib. 2. Nam quum pro terra, siue deorum matre accipitur, à vestitu denominatur, quòd variis herbis ac floribus vestita sit terra, vt diligentissimè annotauit Sipontinus: vel quia vi sua stet. Ouid. 6. Fast. 60, Stat vi terra sua, vi stando Vesta vocatur.
Ignis Vestæ perpetuus & sempiternus. Cic. 4. in Catil. 90.
Ignis extinctus lachrymis Vestæ. Cic. pro Fótcio, 31, Prospicite ne ignis ille æternus nocturnis Fonteiæ laboribus vigiliisq; seruatus, sacerdotis Vestæ lachrymis extinctus esse dicatur.
Æterna Vesta. Horat. 3. Carm. ode 5.3.
Canæ penetralia Vestæ. Virg. 5. Æneid. 149.
Mater Vesta. Virg. 1. Georg. 100.
Potens Vesta. Virg. 1. Æneid. 60.
Sancta Vesta. Claud. de bello Gildon. 26.

Vestâlis, pen. prod. Adiectiuum. Cic. 1. de Diuinat. 71, Narrat enim & apud Ennium Vestalis illa, &c. Idem 1. de Legibus, 33, Virgínésq; Vestales in vrbe custodiũto ignẽ foci publici sẽpiternũ.
Incesta Vestalis, Vide **Incestus.**
Ara Vestalis. Lucan. lib. 1. 109.
Festa Vestalia. Ouid. 6. Fast. 79.
Foci Vestales. Lucan. lib. 1. 40.

Vester/vestra, vestrum, Pronomen possessiuum. Terẽt. And. 4. 5.16, -cuium puerum hic apposuisti: dic mihi.
m. Tu nescis? u. minime id quod scio: dic quod rogo,
m. Vestri. D. cuius nostri? m. Pamphili. Idem Eunucho. 5.9.36, Non cognosco vestrum tam superbum.
Omnium vestrum bona, pro Omnia vestra. Cic. Attico. lib. 11. 14.3, Vt iam omnium iudicio constitutum esset, omnium vestrum bona prædam esse illius victoriæ.
Vestrum est dare, vincere nostrum. Ouid. 4. Fast. 179,

Vestras, vestrâtis, om.g. Pronomen patrium.

v e s t i a Oppia, mulier Atellana, Capuæ habitans, quæ quondam quæstum corpore faciebat, vt est apud Liuium libro sexto secundi belli Punici. 169.

Vestibulum, vestibuli, pen.cor. Locus ante ianuam domus, per quem à via ad ædes itur. Gellius lib. 16. cap. 5, Cæcilium Gallum in libro de significatione verborum quæ ad ius pertinent, ita tradidisse affirmat, Vestibulum esse dicit, nõ in ipsis ædibus, nec partem ædium, sed locum ante ianuam domus vacuum, per quem à via aditus, accessúsque est ad ædes. Siquidem olim, quibus ampliores domos habere licebat, ii ante ianuam locum relinquebant, qui medius inter viam & fores domus esset: qui locus erat statio salutatorum. Plaut. Mostel. 10. 32, Vidén' vestibulum ante ædes, & ambulacrum cuiusmodi? Plin. lib. 16. cap. 1. 3, Potus iis non nisi ex imbre seruato scrobibus in vestibulo domus. Cic. Attico, lib. 4. 7. 4, Discessimus in vestibulum Tetii Damionis. Virg. 6. Æneid. 115, -cernis custodia qualis
Vestibulo sedeat?
Vestibulum dictum est (inquit Seruius) vel quòd ianuam vestiat, vt videmus cameram duabus sustentatam columnis: vel quoniam Vestæ consecratum est. Vnde nubentes puellæ limen non tangunt. Luca. lib. 2. 72, Translata vetuit contingere limina planta. Singula enim domus, sacrata sunt diis: vt Culina diis Penatibus: Maceries quæ ambit domum, Herceo Ioui. Idem alio loco, Vestibulũ, vt Varro dicit, etymologiæ non habet proprietatem: sed sit pro captu ingenii. Nam vestibulum, vt suprà diximus, dictum ab eo quòd ianuam vestiat. Alii dicunt à Vesta dictum per imminutionem. nam Vestæ limen est cõsecratum. Alii dicunt ab eo quòd nullus istic stet. In limine enim solus est transitus: quo modo vesanus dicitur non sanus: sic vestibulum, quasi nõ stabulum. Virg. 4. Georg. 4, Palmáque vestibulum, aut ingens oleaster obumbrat.
Ante ipsum vestibulũ, primóque in limine. Virg. 2. Æneid. 94.
Astare vestibulo. Virg. 7. Æneid. 37.
Vestibulũ templi. Liu. 1. ab Vrbe, 157, Fixa per multas ætates cornua in vestibulo tẽpli Dianæ, monimẽtũ ei fuere miraculo.
Primus aditus & vestibulum templi vel ædium. Cic. 4. Verr. 116, At quo loco celeberrimo ac religiosissimo, ante ipsum Iouem, in primo aditu vestibulóque templi. Idem pro Cecinna, 15, Non modò limine tectóque ædium tuarum, sed primo aditu vestibulóque prohibere quempiam.
Balnearum vestibulum. Cic. pro Cælio. 49, Nam si essent in vestibulo balnearum, non laterent.
Vestibulum curiæ & Senatus. Liu. 2. ab Vrbe, 113, Comitante Fabiorum agmine, qui in vestibulo Curiæ Senatusconsultum expectantes steterant. Cic. pro Milone, 14, Insidiator erat in foro collocatus atque in vestibulo ipso Senatus.
Priuatum vestibulum. Cic. de Aruſp. resp 28, Nunc sanctissimam partem, ac sedem maximè religionis priuato dicunt vestibulo contineri.
Vestibulum sepulchri. Cic. 1. de Legib. 97, Quod autem ἀφόρον, id est vestibulum sepulchri bustúmve vsucapi vetat.
Vestibulum cubilium gallinaceorum, columbariorũ, apum. Colum. lib. 8. cap. 3, Sin autem parietibus cauatis, aut qualis viminei præponenda erunt vestibula, quæ per imbrices ad cubilia vel pariendi, vel incubandi causa perueniant. Sic ibidem, cap. 4. Idem lib. 8. cap. 8, Fictilia columbaria recipiant præpositis vestibulis, per quæ ad cubilia perueniant. Idem lib. 9. cap. 7. 3, Ora cauearum, quæ præbent apibus vestibula, &c.
¶ Vestibulum Siciliæ, pro Ingressu. Cicero 7. Verr. 134, Monimentum sceleris audaciæque suæ voluit esse in conspectu Italiæ, vestibulo Siciliæ præteruectione omnium, qui vltro citróque nauigarent.
¶ Vestibulum & aditus ad rem aliquam. Cic. in Ora. 28, Vestibula nimirum honesta, aditúsque ad causam faciet illustres.
Ingredi vestibulum alicuius artis. Quintil. lib. 1. cap. 5. 5, Ex quibus si quis erit planè impolitus, & vestibulum modò artis huius ingressus, &c.

Vesticeps/pen.corr. vesticipis, pen.corr. Puer iam pubes, vt ait Budæus. Gellius lib. 5. ca. 19, Iúsque iurandũ à Q. Mutio Pontif. Max. conceptum dicitur, quod in arrogando iuraretur. Sed arrogari non potest nisi iam vesticeps. Vestis enim aliquando barbam significat. Vnde aurea vestis, Virg. 8. Æneid. 131.

Vestigium/vestigii, Pedis impressio, id est signum quod à pe-

de relinquitur. Virg. 3. Georg. 13, Et gradiens ima verrit vestigia cauda. Plaut. Cistell. 10. 14, Nunc vestigia hîc si qua sunt, iam noscitabo. Et paulo pòst, 30, Sed is hâc, aut hâc, socii video vestigium in puluere. Et paulo pòst, 63, Vestigium hîc requiro quà aufugit mihi quædam.

¶ Vestigium, Ima pars pedis. Gellius lib. 5. ca. 14, Ego stirpem ingentẽ vestigio pedis hærentem reuulsi. Virgil. 5. Æneid. 114,

-vestigia primi
Alba pedis, frontémque ostentans arduus albam.

Aduersis vestigiis contra nostra vestigia stans antipodes. Cic. 4. Acad. 110.

A vestigio ad verticem, Vide A præpositionem.

¶ Vestigiorum articulis & vnguibus amplissimis villaticum canem esse eligendum docet Columella lib. 7. cap. 12.

¶ Vestigium excussum vngula equi. Plin. lib. 28. cap. 10. 1, Vestigium equi excussum vngula (vt solet plerunque) si quis collectum reponat, singultus remedium esse, recordãtibus quonam loco id reposuerunt.

¶ Vestigiũ corporis, Impressio. Cic. 6. Verr. 47, Nam nos quidem quid facimus in Verre, quẽ in luto volutatum totius corporis vestigiis inuenimus? Ibidem, 5. 67, Præsertim quum in lectulo decumanæ mulieris vestigia viderent recentia.

¶ Cæca vestigia, Obscura & perplexa. Virg. 6. Æneid. 6,

Dædalus ipse dolos tecti, ambagésque resoluit,
Cæca regens filo vestigia.

Certa vestigia. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21.

Carnosum vestigium, Vide Caro.

Errabunda vestigia. Virgil. 6. eclog. 18. Catull. Argon. 59. 23, Errabunda regens tenui vestigia filo.

Fœda vestigia. Virg. 3. Æneid. 49.

Irrita vestigia, Vide Irritus.

¶ Consequi vestigiis. Cic. pro Cluentio, 27, Asinius cũ Aiulio Romam est profectus: hos vestigiis Oppianicus consecutus est.

Delere pedum vestigia. Stat. 1. Achil. 11.

Excipere vestigia fugientis. Curtius lib. 4, Exandiebantur tantùm strepitus habenarum, quibus equi currum trahẽtes idẽtidem verberabantur. Hæc sola fugientis vestigia excepta sunt. De Dario fugiente loquitur.

Facere vestigia in loco aliquo. Cic. pro Rab. Posth. 30, Hic vos aliud nihil orat, nisi vt rectis oculis hanc vrbem sibi intueri, atque in hoc foro vestigium facere liceat. Idem pro Cecinna, 19, Vtrum pedem quum intulero, atque in possessionẽ vestigium fecero, tum expellar atque deiiciar? Virg. 1. Georg. 95,

-extrema per illos
Iustitia excedens terris vestigia fecit.

Fallere vestigium dicitur locus lubricus. Curtius. Et præruptæ saxa vestigium subinde fallentia. Ruãus. Vide Fallo.

Ferre vestigia per ignes. Propert. lib. 1. eleg. 5. 1.

Figere ebria vestigia. Claud. 1. de raptu Pros. 4.

Firmare vestigia. Virg. 3. Æneid. 131, Trũca manum pinus regit, & vestigia firmat.

Flectere vestigia aliquò. Ouid. 1. Metam. 75.

Flectere vestigia, Decedere. Stat. 9. Theb. 97.

Hærere in vestigio. Plin. lib. 8. cap. 30. 2, Et quibusdam magicis artibus omne animal, quod ter lustrauerit, in vestigio hærere.

Impedire vestigia cursu. Virg. 5. Æneid. 119.

Imprimere vestigiũ. Cic. pro Cecin. 55, Nisi ex eo loco, vbi vestigium impresserit, deiici neminẽ posse. Idem 13. Philip. 363, Te extra munitiones tuas, vestigium vbi imprimas non haberes?

Incedere communi vestigio, Vide Communio.

Inflectere vestigia cursus sui. Cic. 2. de Nat. deo. 70, Stellæ nũquam cursus sui vestigium inflectunt.

Ingredi vestigiis patriis, Vide Ingredior.

Inhærere vestigiis prioribus, Vide Inhæreo.

Insistere vestigia certa viæ. Lucret. lib. 1. 83.

Insistere in vestigio. Cic. 3. de Orat. 4, Post eius interitum veniebamus in curiam, vt vestigium illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. Per translationem dictum.

Insistere vestigiis. Cic. 3. de Orat. 19, Nos autem &c. ab huius multum genere distamus: quod quale sit, non est meum dicere: propterea quòd minimè sibi quisque notus est, & difficillimè de se quisque sentit: sed tamẽ dissimilitudo intelligi potest & ex moris mei mediocritate, & ex eo, quòd quibus vestigiis primùm insti, in his ferè soleo perorare. Per translationem. Vide Insisto.

Insistere alienis vestigiis. Quintil. in procm. lib. 1. 3.

Insistere vestigiis laudum suarum, Vide Insisto.

Instare vestigiis alterius, Vide Insto.

Interdicere vestigiis, Vide Interdico.

Lustrare vestigia alicuius, Vide Lustrum.

Mouere vestigium, Hoc est pedem, Discedere, abire. Curtius lib. 10, Palàm professi, nusquam inde nisi in patriam vestigium esse moturos.

Mouere se vestigio, Vide Mouco.

Obterere vestigia, Vide Obtero.

Occumbere in vestigio. Tacitus, Pugnacissimè quisque in vestigio, multi palantes occubuere.

Permulcere vestigia. Catul. Argon. 59. 33.

Persequi vestigia alicuius, Vide Persequor.

Persequi aliquem vestigiis ipsius, Sequi aliquem per ipsius vestigia, & eo pacto progredi quo ipse prius. Cic. de Clar. Orat. 170, Hæc etsi videntur esse à proposita ratione diuersa, tamen ideirco à me proferuntur, vt nostrum cursum perspicere queas, quoniam voluisti, Brute possis, & videre quemadmodum simus in spatio Q. Hortensium ipsius vestigiis persecuti.

Persequi aliquem vestigiis ipsius, Per ipsius vestigia, hoc est scripta quæ reliquerat, rem facere. Cicero 3. Verr. Ex istis etiam tu rebus effugere te posse confidis, quum te non opinione, sed tuis vestigiis persequamur, quæ & in tabulis publicis expressa & recentia reliquisti?

Ponere vestigium. Cic. 3. Philipp. 146, Ille autem ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator, quas fecit strages, vbicunque posuit vestigia?

Ponere vestigia summâ arenâ. Virg. 3. Georg. 39.

Falsa vestigia ponere. Ouid. 1. Metam. 171, Falsa pedum primis vestigia ponit in vndis.

Ponere vestigium, per translationẽ: pro Attingere, vt ait Erasmus. Cic. 5. de Fin. 9, Quacunque enim ingredimur, in aliquam historiam vestigium ponimus.

Libera per vacuum posui vestigia. Horat. 1. epist. 10. 5.

Premere vestigia. Tacit. lib. 1, Neque bellum vltra, modò se patris patrúique vestigia prementem, iisdem in terris victorem sisteret. Virg. 6. Æneid. 40, -sic effatus, vestigia pressit. Ibidem, 11. 158, -& medium freti pietate per ignem
Cultores multa premimus vestigia pruna. Id est ambulamus per prunas.

Premere vestigia leuiter, Ita progredi vt vix vestigia appareãt. Cic. pro Sestio, 10, Quanquã non est omittẽda singularis illa integritas prouincialis, cui ego nuper in Macedonia vidi vestigia non pressa leuiter ad exigui prædicationem temporis: sed fixa ad memoriam illius prouinciæ sempiternam. Idem 6. Verr. 47, Illos ego accusatores puto fuisse qui huiusmodi hominum furta odore, aut aliquo leuiter presso vestigio, persequebantur.

Relinquere vestigium auaritiæ. Cic. pro Murena, 17, Asiam istam refertam, & eandem delicatam sic obiit, vt in ea neque auaritiæ, neque luxuriæ vestigium reliquerit.

Admisso sequitur vestigia passu. Ouid. 1. Metam. 108.

Retro sequi vestigia. Virgil. 1. Æneid. 151.

Sequi certa vestigia. Quintil. lib. 1. cap. 1. 21, Et celerius, ac sæpius sequendo certa vestigia, firmabit articulos.

Contracta sequi vestigia vatum. Horat. 1. epist. 2. 16.

Tenuia vix summo vestigia puluere signat. Silius lib. 4. 30.

Spargere vestigia fugæ. Curtius lib. 5. ad finem, Hoc edito facinore, vt vestigia fugæ spargerent, Nabarzanes Hyrcaniam, Bessus Bactra paucis equitum comitantibus petebant.

Sparsa vestigia. Ouid. 1. Metam. 64, Sparsáque sunt latè laceri vestigia currus.

Spectantia retrorsum vestigia. Horat. 1. epist. 1. 15,

-quia me vestigia terrent,
Omnia te aduersum spectantia, nulla retrorsum.

Stare in vestigio. Author ad Herennium, lib. 2. 119, Nam si eris sermo cum dignitate, stantes in vestigio, leui dexteræ motu loqui oportebit.

Stringere vestigia. Ouid. 1. Metam. 118.

Tenere vestigia inconcussa, In sententia sua perseuerare. Lucanus lib. 2. 50, -pacémne tueris
Inconcussa tenens dubio vestigia mundo?

Titubata vestigia. Virg. 5. Æneid. 67, -vestigia presso
Haud tenuit titubata solo: sed pronus in ipso
Concidit immundóque fimo, sacróque cruore.

Torquere vestigia. Virgil. 3. Æneid. 134, Sensit & ad sonitum vocis vestigia torsit.

Trahere ebria vestigia. Propertius lib. 1. eleg. 5. 2.

Turbare incerta fugæ vestigia. Lucan. lib. 8. 1.

¶ Omnibus vestigiis indagare, Id est Vbique quærere & diligenter. Cic. ad Atticum, lib. 2. 12. 1, De Publio quæ ad me scribis, sanè mihi iucunda sunt: eáque etiam velim omnibus vestigiis indagata, ad me afferas.

¶ Vestigium, pro Reliquiis, signo, monumento, siue indicio aliquando ponitur. Cicero pro Fonteio, 2, Vnæ tabulæ proferã-

tur,in quibus veſtigium ſit aliquod, quod ſignificet pecuniam Fonteio datam. Virg.4.eclog.7,Pauca tamen ſuberunt priſcæ veſtigia fraudis. Lucretius lib.4.330, -in vultúque videt veſtigia riſus.

Itinerum quædam demonſtranda veſtigia.Quintil.li.2 ca.6.4.

Veſtigium & index.Cic.7.Ver.116,Cuius rei neque index,neque veſtigium aliquod,neque ſuſpicio cuiquam eſſet vlla.

Amoris veſtigia.Cic.Fabio Gallo,lib.7.15.1,Amoris quidé tui quoquo me verti,veſtigia:vel proximè de Tigellio: ſenſi enim ex literis tuis valde te laboraſſe. Virg.4.Æneid.5, -agnoſco veteris veſtigia flammæ. Flammæ,id eſt amoris.

Annulorum veſtigium, Id eſt Argumentum quòd annuli tunc fuerint,vt interpretatur Budæus.Plin.li.33.ca.1.14,Ita qua dringentis XLVIII. à condita vrbe geſtum eſt, & primum annulorum veſtigium extat.

Nullum veſtigium ciuitatis.Cic.Planco,lib.10.1.4,Nec leges vllæ ſunt,nec iudicia,nec omnino ſimulachrum aliquod,ac veſtigium ciuitatis?

Dignitatis veſtigium.Cic.Plancio,libro 4.14.3,Ne veſtigium quidem vllum eſt reliquum nobis dignitatis.

Fortitudinis,humanitatis,& conſilii veſtigia.Cicero pro Cornelio Balbo,9.

Iudiciorum veſtigia. Cic.pro Roſcio Amer.55, A quibus miror,ne quod iudiciorum eſſet veſtigium,non ſubſellia quoque eſſe combuſta.

Manebant etiam tum veſtigia morientis libertatis. Tacit.li.1.

Veſtigia antiqui officii remanent.Cic.pro Roſc. Amer.16,In qua mulicre iudices etiam nunc,id quod omnes ſemper exiſtimauerũt, quaſi exempli cauſa veſtigia antiqui officii remanẽt.

Olfactus veſtigium nullum habere.Plin.lib.11.cap.37.14,Nec olfactus veſtigia habẽt,quũ olfaciãt ſagaciſſimè.De delphinis.

Profectæ pecuniæ veſtigium.Cicero pro Cluentio, 97, Docequam pecuniam Cluentius dederit,vnde dederit, quemadmodum dederit:vnum denique aliquod à Cluentio profectæ pecuniæ veſtigium oſtende.

Violatæ religionis veſtigium.Cic.6.Verr.87,Nihil in religioſiſſimo ſano præter veſtigia violatæ religionis, nomẽque P. Scipionis reliquit.

Manent ſceleris veſtigia noſtri.Virg.4.eclog.3.

Extant expreſſa ſceleris veſtigia.Cic.pro Roſcio Amer.38,Hæc quũ ſint omnia,tamen extẽt oportet expreſſa ſceleris veſtigia: vbi,qua ratione,per quos, quo tẽpore maleficiũ ſit admiſſum.

Surpis veſtigia oſtendere.Curtius lib.9,Hi de exercitu Herculis maiores ſuos eſſe commemorãt &c. Pelles ferarum pro veſte,clauæ pro telo erant. Multáque etiam, quum Græci mores exoluiſſent,ſtirpis oſtendebant veſtigia.

Tumoris veſtigium.Plin.lib.11.cap.51.3, Frons quibus rotunda,tracũdum animum ſubeſſe ſignificat,velut hoc veſtigio tumoris apparente.

Indicia & veſtigia veneni.Cic.pro Cluentio,11.

Ne veſtigium quidem,nec ſimulachrũ. Cic.Q.fratri,li.1.3.2, Non enim vidiſſes fratrem tuum: non eum quem reliqueras: nõ eum quem noras:&c.ne veſtigium quidem eius nec ſimulachrum,ſed quandam effigiem ſpiritus mortui.

¶Veſtigium,pro Nota quæ rei formam & qualitatem oſtendit.Cic.1.de Nat.deor.55,Ita fit vt deus ille,quem mente noſcimus,atque in animi notione,tanquam in veſtigio volumus reponere,nuſquam prorſus appareat.Budæus.

¶Veſtigio temporis.Cæſar 1.bel. Ciuil.110, Eodémque tempore vis magna pulueris cernebatur, & veſtigio temporis primum agmen erat in conſpectu.Id eſt Statim,cõfeſtim. Idem lib.7.bel.Gallici,Omnem Galliæ ſalutem in illo veſtigio temporis poſitam arbitrarentur. Cic.in Piſonem, 16, Atque eodem in templo, eodem & loci veſtigio & temporis, arbitria nõ mei ſolum,ſed patriæ funeris abſtuliſti.

Veſtigo,veſtigas, pen.prod.veſtigare, Quærere diligenter, quaſi veſtigia indagare.A veſtigiis tanquam indiciis dictum.Plautus Rud.4.23, -quid tu id quæritas?

An quò furatum mox venias,veſtigas locat Idem Truc.8.39, Hæc vna opera circumit per familias.puerum veſtigat. Cic.3. de Orat. 50, Ipſa tractatio & quæſtio quotidie ex ſe gignit aliquid,quod cũ deſidioſa delectatione veſtiges. Virg.12.Æneid. 57, -veſtigátque virum. Ibidem,lib.7.17,

Quæ loca,quive habeant homines,vbi mœnia gentis
Veſtigemus.

Iter alicuius veſtigare.Stat.11.Thebaid.18.

Cauſas rerum veſtigare.Cic.1.de Orat.90,Nam & coniuncta quærimus,&c.& cauſas rerum veſtigabimus,&c.

Veſtigare atque odorari voluptates omnes. Tranſlatio à canibus venatoriis qui veſtigia ferarum odorantes, ipſas conſequuntur. Cic.Poſt reditum in Senatu, 13, Hi voluptates omnes veſtigant atque odorantur.

Altè veſtigare oculis.Virg.6.Æneid.29,

Ergo altè veſtiga oculis,& rite repertum Carpe manu.

Oculis & naribus eſcã veſtigare.Colum.lib.8.ca.17.11, Omnis enim iacens piſcis magis naribus eſcam, quàm oculis veſtigat.

Veſtigare odore.Plin.lib.8.cap.18.1,de tigride, At vbi vacuũ cubile reperit fœta,fertur præceps,odore veſtigans.

Veſtigător,pen.pro.veſtigatóris,Verbale,Venator,à veſtigiis ferarũ dictus,vt author eſt Varro de lingua Lat.Colum.lib.9.cap. 8.8,Nã ſtatim ſono territũ, vel in fruticc, vel in editiore ſylnæ fronde conſidet,vel à veſtigatore præparato vaſe reconditur. Vlpianus in 2.Quæſitum.§.Si in agro,De fundo inſtructo.

VESTINI,pen.prod.Populi Italiæ,Sabinis & Picentibus vicini, vt ſcribit Plinius lib.3.cap.5.Apud eos olim fiebant caſei laudatiſſimi.Martialis lib.13,

Si ſine carne voles ientacula ſumere frugi,
Hæc tibi Veſtino de grege maſſa venit.

Veſtina iuuentus.Silius lib.8.103,

Haud illo leuior bellis Veſtina iuuentus
Agmina denſauit venatu dura ferarum.

Aquæ Veſtinæ.Lucan.lib.2.86, -& vmbroſæ Lyris per regna Maricæ Veſtinis impulſus aquis.

Veſtis/huius veſtis,f.g.A velãdo:quod corpus velet,dicitur.Seu à vellere,quod eſt vniuerſæ ouis lana, vt ait Varro de ling.Lat. lib.4. eſtque generale indumẽtum tam virile, quàm muliebre, & ſcenicum,etiamſi tragicum &citharœdicum ſit. Plaut.Curc. 10.2,Et aurum,&veſtem omnem,ſuam eſſe aiebat,quidquid haberet. Quintil.lib.9.cap.4,Quorum ſi fieri nihil melius licebat, ne domibus quidem cæſis, aut veſtibus pellium tegmina, aut vrbibus montes,ac ſylvas mutari oportuit.

Obtentu veſtis caput velata mulier.Senec.Herc. fur.6.4.

¶Aurea veſtis.Virgil.8.Æneid.132,Aurea cæſaries ollis,atque aurea veſtis.Vbi Seruius,Veſtis,hoc eſt barba.vnde econtra inueſtes dicimus imberbes. vnde eſt,Tunc mihi prima genas veſtibat flore iuuenta.

Bombycina,Vide **Bombyx**. Caſta.Valer.1.Argon.168.

Commoda ad curſus.Ouid.2.Faſt.58.

Conchyliata,Vide **Conchylium**.

Cymatilis,Vide **Lyma**. Fluxa.Stat.1.Achil.108.

Eximia.Lucret.lib.4.118. Laciniata,Vide **Lacinia**.

Lintea. Cic.7.Verr.114, Illi ad deprecandum periculum proferebant alii purpuram Tyriam,thus alii atque odores,veſtémque linteam,gemmas alii & margaritas.

Longa. Quintil.lib.11.cap.1, Monilia & margaritæ, & veſtis longa,ſunt ornamenta fœminarum.

Lugubris,Vide **Lugeo**.

Madida cocco,Vide **Madeo**.

Melitenſis. Cic.4. Verr.117, Dico te maximum pondus auri, argenti,eboris,purpuræ, plurimam veſtem Melitenſem, plurimam ſtragulam,multam Deliacam ſupellectilem,&c. Syracuſis exportaſſe. Ita legit Budæus, pro eo quod pannum vocamus. Alii verò legunt,plurimam veſtem,plurimam ſtragulam,&c.

Muliebris.Cic.6.Verr.91,Tamen iſti textrinum per triẽnium ad muliebrem veſtem conficiendam fuit.

Nexilis.Lucret.lib.5.171.

Nocturna.Horatius 1.Serm.ſaty.5.17.

Obſoleta,Vide **Obſoleo**.

Olida,Vide **Oleo**.

Oſtrina,Vide Oſtrinus in **Oſtrum**.

Papauerata,Vide Papaueratus in **Papaver**.

Pexa,Vide **Pecto**.

Picta.Virg.9.Æne.6,Dines equũm,dines pictæ veſtis,& auri.

Pretioſa.Cic.2.Philip.76,Maximus vini numerus fuit,permagnum optimi pondus argenti,pretioſa veſtis,multa & lauta ſupellex,& magnifica multis locis,&c.

Purpurea.Cic.1.de Diuinat.194,Cæſar quum immolaret illo die quo primùm in ſella aurea ſedit, & cũ purpurea veſte proceſſit,in extis bouis opimi,cor non fuit.

Sacrifica.Silius lib.3 6.

Seruilis.Cic.in Piſonem,73,Nocte intempeſta crepidatus veſte ſeruili nauem conſcendit.

Sinuoſa.Ouidius 5.Metam.14.

Tenuiſſima veſtis.Ouid.3.Amor.eleg.1.2.

Trita.Horat.1.epiſt.10.8.

Vilis vetúſque.Ouid.8.Metam.131.

¶Abſcindere veſtem humeris.Virg.5.Æneid.137.

Abſciſſa planxi mea pectora veſte.Ouid.epiſt.12.30.

Ardentes murice veſtes.Valer.3.Argon.68.

Læſis de veſtibus auferre maculas.Ouid.3.Faſt.165.

Cingere veſtem ad pectora. Ouid. 6. Metam. 11.
Commutauerunt inter ſe veſtem, Vide Commuto.
Concinnare veſtem, Vide Concinno.
Plebeia in veſte cubare. Lucret. lib. 2. 8.
Decreſcunt puero veſtes. Stat. 2. Syl. 1. 26.
Deducere veſtem abore. Ouid. 3. Metam. 96.
Deducere veſtem à pectore. Ouid. 6. Metam. 81.
Defluxit veſtis ad imos pedes. Virg. 1. Æneid. 81.
Demiſſa veſtis. Horat. 1. Serm. ſat. 2. 19.
Deponere veſtes humeris. Ouid. epiſt. 18. 9.
Diſcindere veſtem. Silius lib. 16. 88. Terent. Adelph. 1. 2. 40.
Ire in longis veſtibus. Ouid. 6. Faſt. 138.
Sciſſa veſte ire. Virg. 11. Æneid. 111.
Explicare veſtem. Cic. 1. de Orat. 78, Tanquam in aliquam locupletem ac refertam domum venerim, non explicata veſte, neque propoſito argento, &c.
Gerere veſtes. Ouid. epiſt. 13. 8.
Illitæ veſtes. Senec. Herc. Œtæo, 4. 59.
Illitæ veſtes auro atque purpura. Senec. Hippol. 4. 5.
Illuſæ auro veſtes, In quibus artifex ludens, auro aliqua depinxit, ait Seruius. Virgilius 2. Georg. 93.
Immutare veſtem, Vide Immuto.
Induere veſtem, Induere ſibi veſtem, & Induor veſtem, & veſte, Vide Induo.
Induere veſtes humeris. Ouid. epiſt. 20. 18.
Infringere veſtes. Ouid. 9. Metam. 41.
Arte laboratæ veſtes. Virg. 1. Æneid. 119.
Lacerare veſtem. Ouid. 11. Metam. 146.
Laniare veſtem ab ora ſumma. Ouid. 5. Metam. 80.
Madens ſanguine veſtis, Vide Madeo.
Fibula raſilis mordebat veſtem ſummam. Ouid. 8. Metam. 64.
Mutare veſtem, Vide Muto.
Auratis mutauit veſtibus atras. Ouid. 8. Metam. 90.
Nitentes veſtes. Senec. Herc. Œtæo, 4. 61.
Obnubitur caput atra veſte. Silius lib. 11. 52.
Perfuſæ veſtes oſtro. Virg. 5. Æneid. 13.
Tenuem perſcindere veſtem. Tibul. lib. 1. eleg. 10. 13.
Pictæ veſtes auro. Valer. 3. Argon. 68.
Picturatæ veſtes auri ſubtegmine. Virg. 3. Æneid. 97.
Prætexuit veſtem oſtro. Silius lib. 8. 97.
Recinctas veſtes induta. Ouid. 7. Metam. 37.
Reſcindere veſtem. Cic. pro Cælio, 29, Fores effregit: reſtituentur. reſcidit veſtem: reſarcietur. Terentius Adelph. 1. 2. 40, vnde Cicero hæc verba accepit, habet, Diſcidit veſtem?
Reſoluere cinctas veſtes. Ouid. 1. Metam. 77.
Retecta veſte nudare papillas. Catul. de coma Berenicis, 61. 17.
Saturatæ murice veſtes. Ouid. epiſt. 13. 8.
Squalentes puluere veſtes. Lucan. lib. 8. 11.
Stabant ſorores Atris cum veſtibus. Ouid. 6. Metam. 58.
Purpuream veſtem aurea ſubnectit fibula. Virg. 4. Æneid. 18.
Subſutâ talos tegit inſtita veſte. Horat. 1. Serm. ſat. 2. 6.
Succincta veſtem puella. Ouid. 10. Metam. 107.
Sumere veſtes, Induere. Senec. Medea, 10. 16.
Pretioſas ſumere veſtes. Ouid. 1. de Arte, 61.
Virilem veſtem ſumere. Horat. 1. Serm. ſat. 2. 4.
Suſpenſæ in littore veſtes. Lucret. lib. 1. 61.
Funerea veſte tegere corpus. Ouid. 3. Faſt. 43.
Vili veſte tegi. Ouid. epiſt. 21. 16.
Tincta veſtis rubro cocco. Horat. 1. Serm. ſat. 6. 11.
Bibulas veſtes trahit vnda. Valer. 1. Argon. 59.
Variata figuris veſtis. Catul. Argon. 59. 10, Hæc veſtis priſcis hominum variata figuris.
Niueâ velatus corpora veſte. Ouid. 10. Metam. 86.
Pura cum veſte venire. Tibul. lib. 2. eleg. 1. 3.
Virgatæ veſtes auro. Silius lib. 4. 31.
¶ Veſtis, pro Pilo & lanugine, ſeu prima barba. Lucret. li. 5. 135,
Nec minus incerto dentes cadere imperat ætas
Tempore, & impubem molli pubeſcere veſte.
¶ Serpentis veſtis, Leberis. Lucret. lib. 4. 11,
-& item quom lubrica ſerpens
Exuit in ſpinis veſtem.
Vieta veſtis aranei. Lucret. lib. 3. 79.

Veſtio, veſtis, veſtiui, veſtitum, veſtire, pen. prod. Veſtem induere. Plaut. Caſina, 1. 4, Vir te veſtiat, tu virum deſpolies. Terentius Heaut. 1. 1. 78, -hem, tot mea
Solius ſolliciti ſunt cauſa, vt me vnum expleant?
Ancillæ tot me veſtiant? ſumptus domi
Tantos ego ſolus faciam? Virg. 4. eclog. 10, Sponte ſua ſandyx paſcentes veſtiet agnos.
Ali & veſtiri ab aliquo. Cic. pro Roſcio Amer. 87.

Ex ſuo corpore contra frigus veſtiri. Quintil. lib. 1. cap. 16. 8, Et pleraque contra frigus ex ſuo corpore veſtiuntur. De quibuſdam animalibus.
Spoliis ferarum veſtire corpus. Lucret. lib. 5. 191.
Veſtiri pilo. Plin. lib. 9. cap. 13. 1, Quæ pilo veſtiuntur, animal pariunt, vt priſtis, balena, vitulus.
Parietes tabulis veſtire. Cic. 6. Verr. 108, His autem tabulis interiores templi parietes veſtiebantur.
Agrum vineis veſtire. Colum. lib. 3. cap. 4. 1, Sed genus ſurculi probatiſſimum domi conſerat, faciátque vitiarium, ex quo poſſit agrum vineis veſtire.
Colles veſtit vitis. Colum. lib. 3. cap. 1. 6.
Sepulchrum vepribus veſtire. Cic. 5. Tuſc. 91.
Veſtire lumine. Cic. 1. de Nat. deor. 165,
Quem quum perpetuo veſtiuit lumine Titan,
Brumali flectens contorquet tempore currũ. De Capricorno.
Æther veſtit campos purpureo lumine. Virg. 6. Æneid. 118.
Ebur atria veſtit. Lucan. lib. 10. 24.
Hortum veſtit morus. Plin. epiſt. 17. lib. 1, Hortum morus & ficus frequens veſtit.
Hyems veſtit montem gelu. Claud. de bello Get. 34.
Iuuentas veſtit malas lanugine. Lucret. lib. 5. 178,
Tum demum puerili ætate florente, iuuentas
Occipit, & molli veſtit lanugine malas.
Seges veſtit iter. Claud. 1. de rapt. Proſ. 38.
Reconditas exquiſitáſque ſententias mollis & pellucens veſtiebat oratio. Cic. de Claris Orat. 149.

Veſtitus, pen. prod. Participium. Propert. lib. 2. eleg. 16. 4,
Quòd ſi pertendens animo veſtita cubaris,
Sciſſa veſte meas experiere manus.
Candidè veſtitus, Vide Candidus.
Malè veſtitus, Vide Malus.
Peruenire ad aliquem locum cum hominibus malè veſtitis. Cic. in Piſonem, 48.
Mediocriter veſtitus, Vide Mediocris.
Citharœdus optimè veſtitus. Author ad Heren. lib. 4. 116, Sumetur ſimilitudo per collationem, ſic: Vti citharœdus, quum prodierit optimè veſtitus, palla inaurata indutus, &c.
Veſtitus veſtem. Plaut. Epid. 5. 39, -viden' veneficam?
2. Sed veſtita aurata ornamenta, vt lepidè, vt cõcinnè, vt noue! Liu. 8. bel. Maced. 56, Permiſſu conſulis poſtero die in caſtra tyrannus venit, veſtitus comitatuſque vix ad priuati modicè locupletis habitum.
Genas veſtitus, Barbatus. Senec. Herc. Œtæo, 3. 9,
Nondum teneras veſtite genas:
Necdum ſortis ſanguine Toxeu.
Agri veſtiti meſſibus. Ouid. 4. Faſt. 143.
Montes veſtiti ſyluis. Liuius 1. bel. Maced. 47, Ipſi mõtes Epiri veſtiti frequentibus ſylnis ſunt, iuga ſumma campos patentes, aquáſque perennes habent. Cic. 1. de Nat. deorum, 198, Montes veſtiti atque ſylueſtres.
Oculi veſtiti mẽbrana: hoc eſt, operti, muniti, contecti, velati. Cic. 1. de Nat. deo. 113, Natura primũ oculos membranis tenuiſſimis veſtiuit & ſepſit, quas primùm perlucidas fecit, vt, &c.
Ripæ veſtitæ gramine. Columella lib. 8. cap. 5. 4, Deinde per vicenos vndique pedes gramine ripæ veſtiantur.
Terra veſtita floribꝰ, arboribꝰ, frugibꝰ, &c. Ci. 1. de Na. deo. 141.
Tori veſtiti gramine. Ouid. 1. Faſt. 81.
Vuæ veſtitæ ſuis frondibus. Propert. lib. 3. eleg. 13. 7.

Veſtitus, huius veſtitus, pen. prod. m. g. Verbale, Veſtis ornatus, & ipſa veſtis contectio. Plaut. Epid. 11. 8, -quia veſtitum atque ornatum immutabilem Habet hæc. Terent. Eunucho, 3. 5. 8. -vnde emergam, vbi ſiem Veſtitum hunc nactus. Cic. 1. de Nat. deor. 110, Reliquos deos ea facie nouimus qua pictores, fictoréſque voluerunt: neque ſolùm facie, ſed etiam ornatu, ætate, veſtitu. Idem 3. de Fini. 110, Pulcherrimo veſtitu & ornatu regali. Et 3. Verr. 108, Veſtitus enim neminem commouebat is quem illi mos, & ius ingenuitatis dabat. Cæſar 4. bel. Gall. 467, Atque in eam ſe conſuetudinem adduxerunt, vt locis frigidiſſimis, neque veſtitus præter pelles habeant.
Fœditas veſtitus. Cic. 12. Philipp. 327, Quando eius oblíniſcetur vlla poſteritas, cuius ſcelere in hac veſtuus fœditate fuerimus?
Victus veſtituſque neceſſarius. Cic. pro Quintio, 28.
Veſtitu nimio indulges, Vide Indulgeo.
Nanciſci veſtitum, Vide Nanciſcor.
Aſper veſtitus. Cicero pro Seſtio, 14, Veſtitus aſper noſtra hac purpura plebeia, ac penè fuſca, &c.
¶ Orationis veſtitus. Cic. de Clar. Orat. 183, Cõcinnitas illa crebritáſque ſententiarum priſtina manebat: ſed ea veſtitu illo orationis, quo conſueuerat, ornata non erat.

Montium veſtitus denſiſſimi. Cic. 1. de Nat. deor. 240.
Ripárum veſt. tus viridiſſimi. Cic. 1. de Nat. deor. 143.

¶ Veſtitus, pro Veſtimentis. Plin. lib. 8. cap. 11. 2, Euanthes tradit, ex gente Antari cuiuſdam ſorte electum ad ſtagnum quoddam regionis eius duci, veſtitúque in quercu ſuſpenſo tranare, atque abire in deſerta. Et paulo pòſt 11, Addit quoque Fabius eandem recipere veſtem.

Vir muliebri indutus veſtitu. Cic. Attico, lib. 1. 8. 5.

Veſtimentum, veſtimenti, Idem quod Veſtis. Vlpianus De auro & argento legato, L. Veſtimentum id eſt quod detextum eſt, etſi delectum non eſt, id eſt, ſi ſit conſummatum quod in tela eſt. nondum pertextum vel detextum, cótextum appellatur. Quiſquis igitur veſtẽ legauerit, neq; ſtamẽ, neque ſubſtamen legato continebitur. Veſtimentorũ ſunt lanea omnia lineáque vel ſerica vel bombycina, quæ induendi, præcíngendi, amiciendi, inſternendi, iniiciendi, accubandive cauſa parata ſunt: & quæ his acceſſionis vice cedunt, quæ ſunt inſitæ picturæ, clauique qui veſtibus inſuuntur. Veſtimenta omnia aut virilia ſunt, aut puerilia, aut muliebria, aut communia, aut familiaria. Virilia ſunt quæ ipſius patriſſamiliâs cauſa parata ſunt, veluti togæ & tunicæ, palliola, veſtimenta ſtragula, amphitapa & ſagа, & reliqua ſimilia. Puerilia ſunt quæ ad nullum alium vſum pertinẽt, niſi ad puerilem: veluti togæ prætextæ, aliculæ chlamydes, pallia quæ filiis noſtris comparamus. Muliebria ſunt quæ matriſſa militâs cauſa parata ſunt, quibus vir non facilè vti poteſt ſine vituperatione: veluti ſtolæ, palliæ, tunicæ, capitia, zonæ, mitræ, quæ magis capitis tegendi, quàm ornandi cauſa ſunt comparata: plagulæ, penulæ. Communia ſunt quibus promiſcuè vtitur mulier cũ viro: veluti ſi eiuſmodi penula palliúmve eſt, & reliqua huiuſmodi, quib⁹ ſine reprehẽſione vel vir vel vxor vtatur. Familiaria ſunt quæ ad familiã veſtiendã parata ſunt: ſicut ſagа, tunicæ, penulæ, lintea, veſtimẽta ſtragula, & cætera ſimilia. Veſtis etiã ex pellibus cõſtabit. Itẽ pelles caprinæ & agninæ veſtis erũt, quũ & tunicã, & ſtragulã pelliceam nõnulli habeant.

Cruor in veſtimẽtis. Author ad Heren. lib. 2. 19. Si telum, ſi veſtimentum, ſiquid eiuſmodi relictum ſit, aut ſi veſtigiũ rei fuerit, aut ſi cruor in veſtimentis, aut ſi in eo loco, &c.

Aridum veſtimentum, Vide **Arco.**

Affers purpuram Tyriam, in qua tibi inuideo, quòd vnis veſtimentis tandiu lautus es. Cic. pro Flacco, 55.

Funebre veſtimentum. Cic. 2. de Leg. 94, Sex. Ælius, L. Acilius non ſatis intelligere ſe dixerũt, ſed ſuſpicari, veſtimẽti aliquod genus funebris.

Pretioſa veſtimenta. Horat. 1. epiſt. 19. 7.

Detrahere nudo veſtimenta, Vide **Rudus.**

Mutare veſtimentum. Cic. pro Milone, 10. Milo autem quum in Senatu fuiſſet eo die, quoad Senatus dimiſſus eſt, domum venit, calceos & veſtimenta mutauit.

Veſtiarium, veſtiarii, Locus in quo veſtes vel ſeruantur vel venduntur. Plin. lib. 15. cap. 8. 1, Veſtiarium etiam contra teredines ac noxia animalia, amurca aſpergi.

Veſtiarii nomine aliquãdo veſtitus intelligitur. Colum. lib. 1. ca. 8. 11, Tantóque curioſior inquiſitio patriſfamiliâs debet eſſe pro tali genere ſeruorũ, ne aut in veſtiariis, aut in cæteris prædiis iniurioſè tractétur. Seneca, Dominus debet ſeruo veſtiarium. Scæuola iuriſconſultus, Quæſitum eſt an mortua matre conditio appoſita defeciſſe videatur, & per hoc neque veſtiaria, neque cibaria his debeantur. Reſpondi ſecũdum ea quæ præponerentur, deberi.

Veſtiarius, Adiectiuum: vt Veſtiaria arca, In qua veſtes reponuntur & conſeruantur. Cato cap. 11. 3.

Veſtiſpicus, veſtiſpici: & Veſtiſpica, veſtiſpicæ, pen. corr. Seruus ſiue ancilla cuſtodiens veſtes: quòd frequenti diligẽtia veſtes inſpiciant: inquit Nonius cum Varrone de lingua Latina. Plaut. Trinum. 5. 11, -ducitur familia tota,
Veſtiſpici, vnctor, auri cuſtos. Afranius, Noui nõ inſciam ancillulam veſpere veſtiſpicam.

Veſtiſſimus, Adiect. Quod eſt optimè veſtitum. Colum. lib. 7. ca. 3. 7, Id pecus, quannis ex omnibus animalibus veſtitiſſimum, frigoris tamen impatientiſſimum eſt. De ouibus.

VESVLVS, pen. corr. Mõs Liguriæ iuxta Alpes, vt notat Seruius. In huius radicibus imis exoritur Padus fluuius, vt Pomponius ſcribit lib. 2. Virg. 10. Æneid. 142,
-multos Veſulus quem piniſer annos Defendit.

VESVVIVS, ſiue Veſeuus, & Veſuius per ſyncopen, Mons prope Neapolim, & pomis & cõflagratione inſignis. Colu. li. 10. ca. 14, Fontibus & Stabiæ celebres, & Veſuia rura. Vide **VESEVVS.**

Veſuuinus, pen. prod. Adiect. vt Apex Veſuuinus. Stat. 3. Syl. 5. 15. Incendia Veſuuina. Stat. 5. Syl. 3. 41.

Veter/veteris, pen. corr. Adiectiuum trium generum, Senex. A quo Veterior comparatiuum, & vetérrimus. Ennius apud Priſcianum, Quum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo.
Actius, Veter ſatorum terminus ſic inſſerat.

Veterior, Comparatiuum. Plaut. Bacch. 13. 17,
Senem illum ego tibi dedo veteriorem ſoror,
Lepide vt lenitum reddas.

Vetérrimus, pen. corr. Superlatiuum. Trebonius ad Ciceronem, Pro noſtro veterrimo, veriſſimóque amore. Plaut. Trucul. 4. 64, Certè hercle quàm veterrimus. Cic. 1. de Nat. deor. 59, Vt etiam veterrimi poetæ qui hæc ne ſuſpicati quidem ſint, Stoici fuiſſe videantur. Cæſar 8. bel. Gall. 19, Singularis enim virtutis veterrimas legiones, ſeptimam, octauam, & nonam habebat. Virgil. 2. Æneid. 103, Ingens ara fuit, iuxtáque veterrima laurus.

Veterrimus liberorum. Tacit. lib. 5, Arſacem liberorum ſuorum veterrimum impoſuit. Hoc eſt maiorem natu.

Veterrimus author. Liu. 1. ab Vrbe, 77.

Veterrimus hoſtis. Liu. 8. bel. Pun. 104.

Veterrima ſocietas. Liu. 4. ab Vrbe, 41.

Veterrima quæque (vt ea vina quæ vetuſtatem ferunt) eſſe debent ſuauiſſima. Cic. de Amicitia, 60.

Veteranus/**Veterator**/ Vide **Vetus.**

Veterinus/pen. prod. Adiectiuum. Veterina animalia dicuntur ad vecturam idonea, quæ aliquid vehere poſſunt: quaſi véterina, quòd ad ventrem onus religatum gerant. Plin. lib. 11. ca. 46. 1, Vngulæ veterino tantum generi renaſcuntur. Idem lib. 8. cap. 41. 15, Equo ferè qui homini morbi, præterquam veſicæ conuerſio, ſicut omnibus in genere veterino. Sic lib. 17. cap. 15. 11, Nanque vt veterina à iugo, & canes à curſu voluratio iuuat. Lucret. li. 5. 173, Et genus omne quod eſt veterino ſemine partũ.

Veterinarius, veterinarii, maſc. gen. Qui veterinorum curam gerit, & veterina ducit: qui apud nos conſueuit etiam illa locanda domi nutricare ad quæſtum. Columella libro 11. cap. 1. 18, Nã & arator reperitur aliquis bonus, & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arborator, & vinitor, tum etiam veterinarius & probus paſtor.

Veterinarius, Medicus veterinorum. Colum. lib. 6. cap. 8. 1, Solent etiam faſtidia cibo afferre vitioſa incrementa linguæ, quas ranas veterinarii vocant.

Veterinarius, Adiect. vt Veterinaria medicina. Colu. lib. 7. ca. 3. 14, Quare veterinariæ medicinæ prudẽs eſſe debet pecoris magiſter.

Veternus/veterni, m. g. Morbus ex nimio otio perpetuum ſomnum inducens. Plaut. Menæch. 19. 3, Num eum veternus, aut aqua intercus tenet? Veternum etiam dicitur.

Funeſto veterno arcere aliquem. Horat. 1. epiſt. 8. 2.

Veternus, pro Pigritia aliquando ponitur. Virgil. 1. Georg. 25, Nec torpere graui paſſus ſua regna veterno. Columella lib. 7. cap. 5. 3, Ita cõducit mediocriter exercere, & quaſi torpentes excitare, nec pati veterno conſeneſcere.

Veternus ciuitatem occupat. Cælius ad Ciceronem, lib. 8. 6. 9, Niſi ego cum tabernariis & aquariis pugnarem, Veternus ciuitatem occupaſſet.

¶ Veternus, Nimia dormitio. Pli. li. 8. ca. 36. 1, Primis diebus bis ſeptenis tã graui ſomno vrſi premũtur, vt ne vulneribus quidẽ excitari queant. Tũc mirum in modum veterno pingueſcunt.

Veterno pigrior. Martia. lib. 3. 25, Ceſſatis pueri, nihilqi noſtis,
Veterno, remoráque pigriores.

Olidum veternum. Catullus ad Coloniam, 17. 5,
Nunc eum volo de tuo ponte mittere pronum,
Si poteſt olidum repente excitare veternum,
Et ſupinum animum in graui derelinquere cœno.

Situ & veterno macerare vites dicitur muſcus. Columella lib. 4. cap. 24. 6, Iam verò muſcus, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, ſitúque & veterno macerat, ferro diſtringendus & eradendus eſt.

Veternoſus, penu. prod. Adiectiuum, Qui graui ſomno premitur, inquit Feſtus. Plin. lib. 10. cap. 4. 5, Linori verò recenti corticem cum melle: veternoſis autem quàm acerrimos mandere.

Veternoſũ Eunuchũ vocat Terẽtius in Eun. 4. 4. 21, quia ſegnis eſt & quaſi veternũ patitur, Hic eſt vet⁹, viet⁹, veternoſus, ſenex.

Veternoſum, Cato hydropicum appellat, quũ inquit, Veternoſus quàm plurimum bibit, tam maximè ſitit. Feſtus.

Veternoſa curat quæ exedum vocatur. Plin. lib. 24. cap. 19. 5.

Veto/vetas, vetáui, vetâtum, pen. prod. & vétui, vétitũ, pen. cor. vetâre, Prohibere, & ne aliquid fiat, imperare. Pe. Ius Sary. 5. 9, Excepto ſiquid Maſuri rubrica vetauit. Alii legũt notauit. Plautus Aſin. 10. 19, Quoties te vetui Argyrippum filium Demeneti Compellare? Terentius Phorm. 4. 4. 18,
Aruſpex vetuit ante brumam aliquid noui
Negotii incipere. Ibidẽ, 5. 6. 14, Ait eſſe vetitum, intrò ad heram accedere. Cæſar 1. bel. Gal. 304, Et quòd ab opere ſinguliſ-

que legionibus ſingulos legatos Cæſar diſcedere, niſi munidis caſtris, vetuerat. Cic.5.Ver.151, Vetat te Volcatius tux tuorúmque delicix, mentionem mancipis facere. Ouid.1.Metam.105, Eſſe hominem vetui, facta eſt dea, &c. Tibul.lib.1.eleg.4.5,

-vetuit pater ipſe valere,
Iuraſſet cupidè quicquid ineptus amor. Virgil.1.Æneid.9,

Quippe vetor fatis.

Vetare & prohibere. Cæſar 7.bel.Gall.136, Quum leges duos ex vna familia, viuo vtroque, non ſolùm magiſtratus creari vetarent, ſed etiam in Senatu eſſe prohiberent.

Vetare & Iubere, contraria. Cic.1.de Legib.18, Lex vera atque princeps apta ad iubendum & ad vetandũ ratio eſt recta ſummi Iouis. Idem 4.Acad.131, Nõ enim magis aſſentiuntur, neque approbant lucere nunc, quàm quum cornix cecinerit, tum aliquid eam aut iubere, aut vetare.

Lex peregrinum vetat in murum aſcendere. Cicero 2. de Oratore, 56.

Eum ſaluti deſperare vetuit. Cic pro Cluentio, 54.

Tu me incognito aſſentiri vetas. Cic.4.Acad.103.

Bella vetare. Virg.2.Æneid.17.

Vetor plura loqui. Ouid.1.Metam.131.

Vetari aliquid prouerbio. Cic.de Amicit.71, Præpoſteris enim vtimur cõſiliis, & acta agimus, quod vetamur veteri prouerbio.

Vetare, Obeſſe. Horat.1.Serm. -ridentem dicere verum
Quid vetat? Hoc eſt, quid obeſt quo minus etiam qui ridet, verum dicere poſſit, & ſerio agere? Vel etiã, Quid prohibet? Virgil.10.eclog.12, -non me vlla vetabunt
Frigora Parthenios canibus circundare ſaltus.

Vetans, vetãtis, Participium. Cic.1.de Legib.14, Ita principem legem illam & vltimam, mentem eſſe dicebant, omnia ratione aut cogentis, aut vetantis dei. Ouid.3.Triſt.eleg.3.14,

-fratrem Thebana peremptum
Suppoſuit tumulo rege vetante ſoror.

Deo vetante agere aliquid. Propert.lib.4.eleg.1.18.

Vétitus, pen.corr. Participium. Virg.6.Æneid.115, Hic thalamum inuaſit natæ, vetitóſque hymenæos.

Adulterium vetitum. Ouid.3.de Ponto, eleg.3.11.

Æquor vetitum. Ouidius 2.Metam.34, -veuto tentarunt æquore tingi.

Alea vetita legibus. Horat.3.Carm.ode 24.11.

Amor vetitus. Ouid.1.de Arte, 57.

Arma vetita. Virg.9.Æneid.109.

Ciborum vetitorum fames. Ouid.15.Metam.28.

Concubitus vetitus. Ouid.10.Metam.70.

Crimen vetitum. Ouid.2.Triſt.61.

Libido vetita. Ouid.9.Metam.116.

Nefas vetitum. Horat.1.Carm.ode 3.6.

Probrum vetitum. Ouid.10.Metam.138.

Vétitum, vétiti, pe.cor. Subſtantiuũ, Id quod prohibetur. Ouid.3.Amor.eleg.4.4, Nitimur in vetitũ ſemper, cupimúſq; negata. Virgil.10.Æneid.1, Quæ contra vetitum diſcordia?

Iuſſa ac vetita. Cic.1.de Legib.16, Sed verò intelligi ſic oportet & hæc & alia iuſſa ac vetita populorum, vim non habere ad rectè facta vocandi, & à peccatis auocandi.

Vetatũrus, pen.prod. Participium futuri temporis, non Vetiturus. Valla lib.1.

Vetatiõnis, Verbale, non vetitio, authore Valla lib.1.

VETÔNES, pen.prod. Populi in Hiſpania, teſte Plinio lib.15.cap.8.5. qui herbam betonicam inuenerunt. Alii Vettones ſcribunt, alii Vectones. Lucan.lib.4.1,

Vectonéſque leues, profugique à gente vetuſta
Gallorum Celtæ miſcentes nomen Iberis.

VETVLONIVM, ſeu Vetulonia, Hetruriæ, quam Mæonii tenuerunt, vrbium erat caput: de qua Silius lib.8.96, Mæoniáque decus quondam Vetulonia gentis. Hodie *Viterbo*.

Vetus/véteris, pen.cor.om.g. Antiquum, & multorum annorum, mẽſium aut dierum ſignificat, ſecundum id cui adiectum eſt. Plaut.Trucul.6.46, Vetus eſt maceria. Idem Amphit.3.118, Veterem atque antiquam rem nouam ad vos perferam.

Vetus & vſitatus. Cic.pro Cecinna, 33, At verò hoc quidẽ iam vetus eſt, & maiorum exemplo multis in rebus vſitatum.

Veteres, ſenes, & antiqui differunt. Vide **Antiquus**.

Adagium vetus: hoc eſt iamdiu vſurpatum, & à veteribus etiam dictum. Plaut.Amphit.15.40,

Vetus eſt adagium, fames & mora
Bilem in naſum conciunt.

Ætas vetus. Horat.de Arte, 13.

Amicum veterem agnoſcit. Virg.3.Æneid.17.

Amores veteres cantare. Ouid.epiſt.15.51.

Anorum veterum effigies. Virg.7.Æneid.36.

Calceos veteres vendere. Quintil.lib.6.cap.4.

Exceptio vetus & vſitata. Cic.1.de Orat.82.

Fagi veteres. Virg.3.eclog.3.

Fama vetus. Horat.2.Serm.ſat.1.8.

Hoſpita vetus. Cic.4.Verr.15, Nihil de ſocru tua, fœmina primaria Seruilia vetere Dionis hoſpita audiſti?

Infamia vetus. Ouid.1.Metam.141.

Malorum veterum memor. Ouid.13.Metam.116.

Memoria vetus. Tacit.lib.5, Nihilque vſurpauiſſe ex his, quæ vetus memoria firmauit.

Miles exercitatus & vetus. Cic.1.Tuſc.64.

Paterna, magna, vetus, & iuſta neceſſitudo. Cic.Planco in epiſtolis ad Atticum, lib.16.341.1.

Patientia vetus. Tacit.in vita Agricolæ.

Querela vetus. Virg.1.Georg.76.

Senes veteres. Tibul.lib.1.eleg.8.10,

Heu Marathum torques, puero quæ gloria victo eſt?
In veteres eſto dura puella ſenes.

Tuſſis vetus. Colum.libro 6.cap.10.1, Veterem tuſſim ſanant duæ libræ hyſſopi macerati ſextantis aquæ tribus.

Verbum vetus. Plaut.Epid.8.14, Nihil moror vetera & vulgata verba. Idem Pœnul.3.7, Scitum eſt, per tempus, hoc eſt iam verbum vetus. Terent.Adelph.5.3.17,

-nam vetus verbum hoc quidem eſt,
Communia eſſe amicorum inter ſe omnia.

Vexator vetus. Cic.pro Seſtio, 13, Alter vnguentis affluens, calamiſtrata coma, deſpiciens conſcios ſtuprorum ac veteres vexatores ætatis ſuæ, &c.

Virorum veterum monimenta. Virg.3.Æneid.21.

Credẽdũ eſt veteribꝰ & priſcis (vt aiũt) viris. Cl.de Vniuerſ.48.

¶ Vetus, ad vituperationẽ aliquando refertur: pro Carioſo, & quaſi rancido. Terent.in prologo Heaut.21,

Tum quòd malenolus vetus poeta dictitat
Repentè ad ſtudium hunc ſe applicaſſe muſicum. Idem in prologo Phorm.1,

Poſtquam poeta vetus poetam non poteſt
Retrahere à ſtudio, &c.

¶ Regnandi vetus. Tacit.li.5, Senſit vetus regnãdi, falſos in amore odia non figere.

Vétulus, pen.corr. Adiectiuum diminutiuum. Plaut.Epid.14.1,

Satin' ille homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos
Habet? Ibidem, 5.4, Quales volo vetulos duos. Et Bacchid.13.8, Vetulæ oues. Et Merc.6.43, -vetulus, decrepitus, ſenex
Tantundem eſt. Cic.ad Trebatiũ, lib.7.16.1, Sero ſapiunt. Tu tamen mi vetule nõ ſero, primas illas rabioſulas ſat fatuas dediſti. Idẽ ad Atticũ, lib.13.284.1, Se ſcire aiebat ab eo nuper petitã Cornificiã, Quinti filiã vetulam ſanè & multarũ nuptiarũ.

Arbor vetula. Cic.5.de Fin.69, Itaque & viuere vitẽ & mori dicimus: arborémque & nouellã & vetulam & vigere & ſeneſcere.

Cornix vetula. Horat.4.Carm.ode 13.5.

Equus vetulus, cui cõtrarium, tener. Cic.de Amicitia, 59, Nũquando amici noui digni amicitia, veteribus ſint anteponẽdi, vt equis vetulis teneros anteponere ſolemus.

Falernum vetulum. Catull. ad puerum ſuum, 24.1, Miniſter vetuli puer Falerni.

Gladiator vetulus. Cic.pro Quintio, 15, Alphenus interea cũ iſto gladiatore vetulo quotidie pugnabat.

Vinum vetulum. Columel.libro 10.41, Brachia ſaltantes vetulo marcentia vino.

Vetuſtus, Adiectiuum, Idem quod vetus. Liu.lib.1, Poſſe quidem ſe vetuſto iure agere. Plin.in Paneg.17, Verùm hæc olim in præſentia quidem quiſquis paulò vetuſtior miles, hic te commilitone cenſetur. Liu.1.ab Vrbe, 13, Numitori, qui ſtirpis maximus erat, regnum vetuſtum Syluiæ gentis legat. Cic.Acilio lib.13.37.1, Cum Demetrio Mega mihi vetuſtum hoſpitiũ eſt. Idem, Ratio vetuſtæ diſciplinæ. Idẽ de Clar.Orat.41, Sed multò tamen vetuſtior, & horridior ille quàm Scipio. Ouid.2.Faſt.117, Tybri doce verum, tua ripa vetuſtior vrbe eſt.

¶ Amicitia vetuſta puer puero iũctus. Ouid.4.de Põto, ele.3.3.

Gens vetuſta. Virg.9.Æneid.59.

Lucus vetuſtus. Ouid.8.Metam.150.

Mos vetuſtus. Ouid.1.Faſt.61.

Spatio vetuſto ætatis feſſa domus. Lucret.lib.3.156.

Templum vetuſtum. Virg.2.Æneid.155.

Vetuſtiſſimus in poetica arte. Plin.lib.25.cap.2.8, Vt Æſchylus è vetuſtiſſimis in poetica refertam Italiam herbarum potentia proderet.

Vetuſtiſſimũ quenque militum nomine vocãs. Tacit.lib.17.

Vetuſtiſſimus liberorum. Tacit.lib.2, Qui Vononem vetuſtiſſimum liberorum eius accirent. Hoc eſt maximum natu.

Vetustè, Aduerbium, vetustius, vetustissimé. Plin.lib.17.cap.7.4, Vetustissimè in vsu est. Hoc est, etiam diutissimè conseruatum, adhuc in vsu est.

Vetustas, vetustâtis, pen. prod. Plin.lib.11.cap.35.1, Nix vetustate rubescit.

Ad vetustatem, Vide Ad præpositionem.

Vetustas rerum, vel authorum. Liu.1.ab Vrbe, 90, Nec quid quôque anno actum sit, in tanta vetustate non rerum modò, sed etiam authorum digerere possis.

Iudicium vetustatis. Quintilianus lib.1.cap.5.45, Iam ne balare quidem, aut hinnire fortiter diceremus, nisi iudicio vetustatis niterentur.

Historia nuntia vetustatis. Cic.2.de Oratore, 20, Historia verò testis temporum, lux veritatis, vita memoriæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua voce alia nisi oratoris, immortalitati cõmendatur?

Vetustatis exẽpla oratori nota esse debent. Cic.1.de Ora.100.

Vetustas possessionis. Cic.2.de Lege agrar.61, Qui agrum Recentoricum possident, vetustate possessionis se, non iure: misericordia Senatus, non agri conditione defendunt.

Municipium vetustate antiquissimum. Cic.3. Philip.134.

Vetustas & consuetudo. Cic. Bruto, li.11.16.3, Magna vetustas, magna consuetudo intercedit.

Magna est vis vetustatis & consuetudinis. Cic.de Amicit.60.

Alta vetustas. Silius lib.1.6.

Annosa vetustas. Ouid.5.Trist.eleg.2.3.

Anteacta vetustas. Lucret.lib.3.198.

Arcana mundi vetustas. Stat.4.Theb.7.

Deserta vetustas. Horat.2.epist.1.24,

Quæ priscis memorata Catonibus, atque Cethegis,
Nunc situs informis premit, & deserta vetustas.

Edax vetustas. Ouid.15.Metam.175.

Exacta vetustas. Claud.1.in Eutrop.58.

Inuidiosa vetustas. Ouid.15.Metam.47,

Tempus edax rerum, tuque inuidiosa vetustas
Omnia destruitis.

Longinqua æui vetustas. Virg.3.Æneid.83.

Nimia vetustas. Cic.de Claris Orat. 159, Nimia vetustas nec habet eam quã quærimus, suauitatẽ, nec est iã sanè tolerabilis.

Obsoleta vetustas. Quintil.lib.4.cap.1.41.

Spatiosa vetustas. Ouid.15.Metam.115.

Tabida vetustas. Ouid.4.de Ponto, eleg.8.10.

Tarda vetustas. Ouid.11.Metam.37.

Vitiosa vetustas. Claud.de phœnice.3.7, -pars igne peresa
Rumpitur: abripuit partem vitiosa vetustas.

¶ Vetustate abiit memoria. Liuius 2.ab Vrbe, 15, Præterea & nobiles aliquot adolescentes conscii assumpti, quorum vetustate memoria abiit.

Acceptum ab omni vetustate, Vide Ab præpositionem.

Adepta vetustatem, Vide Adipiscor.

Adiuta impulsu ventorum vetustas, Vide Adiuuo.

Capere vetustatem, Vide Capio.

Coaecescit ætas vetustate. Cic.de Senect.60.

Delet vetustas famam operis. Ouid.1.Metam.90.

Euanescit vetustate vinum. Cic.2.de Diuin.175.

Exolescere vetustate. Quintil.lib.1.cap.6.7, Inde prima positio etiam si vetustate exoleuerat, apparebat, pago, vt cado.

Extrusa vetustas nouitate. Lucret.lib.3.196,

Cedit enim rerum nouitate extrusa vetustas Semper.

Exuitur vetustas anguibus. Ouid.3.de Arte, 16.

Facit peritiores vetustas. Cic.pro Domo sua, 90.

Scripta ferunt vetustatem. Ouid.5.Trist.eleg.10.1.

Probatus vetustate. Author ad Heren. lib.4.140, Illud enim veremur, necui satis sit ad contrariam rationẽ probandã, quòd ab ea steterint ii, qui & inuentores huius artificii fuerunt, & vetustate iam satis omnibus probati sunt.

Res ab nostra memoria propter vetustatem remotæ. Cic.1. de Inuentione, 1.

Ex vetustate sumere verba. Quintil.lib.10.cap.1, Orator pleraque ex vetustate diligenter sibi cognita sumat.

Vétero, véteras, pen.corr. veterare, Vetus fieri. Celsus lib.3.cap.11, In his autem febribus quæ veterauerunt, vtilis fames non est.

Vetustesco, vetustescis, vetustéscere, Idem. Colum.libro 1.cap.7.13, Apothecæ rectè superponẽtur his locis, vnde plerunque fumus earum exoritur, quoniam vina celerius vetustescunt, quæ fumi quodam tenore præcoquem maturitatem trahunt.

Veterasco, veterascis, veteráscere, Idem. Colum.lib.2.cap.15.1, Aptior est tamẽ surculis hominis vrina, quam sex mensibus passus fueris veteráscere, si viribus aut pomorum arboribus adhibeas.

Veterâtor, pen.prod. veteratôris, Authore Donato, est homo astutia vetus, & in omni re callidus: à multarũ (inquit Festus) rerum gerendarum vetustate. Terent.Heaut.5.1.16, -idem istuc mihi Venit in mentem. c. veterator. Veterator igitur, qui diuturna ac multiplici & sæpe commutata seruitute astutus & vafer euasit: vt ait Budæus.

Veterator in omni arte & instituto dicitur, qui ea astutia ac subdola solertia vtitur, quam lingua vernacula vocamus *ruſam*. Budæus.

Veterator, & ad liberos homines transfertur. Cic.2.de Fin.86, Acutum, versutum, veteratorem, facilè vt excogitet quomodo occultè sine teste, sine vllo conscio fallat. Idem de Clar.Orat. 91, Eius æqualis P.Cethegus, cui de Rep. satis suppeditabat oratio: totam enim tenebat eam, penitúsque cognouerat. Itaque in Senatu consiliariam authoritatem assequebatur: sed in causis publicis nihil, in priuatis satis veterator videbatur. Hæc Budæ⁹. Gellius lib.3.cap.1, Videbatur esse in literis veterator. Cic.Q. fratri, li.2.15.4, Me magis de Dionysio delectat: ipse est enim veterator magnus & perfamiliaris Philisto. Idem de Clar.Orat. 40, Tum ipse L.Cotta veterator habitus, sed C.Lælius, & P.Africanus in primis eloquentes.

Veterator aduocatus dici hodie potest, qui diu ac multũ in foro versatus, omnes litiũ trahendarum anfractus, omnes ambagiosas fugitandi ludificationes, omnes prehensiones, nexúsque lubrici litium certaminis tener, qui in ancipiti forensium salebrarum Marte, belliſſimè insidias disponere, atque etiã prouidere nouit: sed is propriè (vt vno verbo absoluam) qui eam se artem scire atque exercere profitetur, qua arte causa inferior, superior euadere, vel reclamante æquo bonóque possit. Budæus.

Veteratorius, Adiect. Subdolũ, & impostoriũ. Cic.de Cla.Ora.118, de C.Macro oratore loquẽs, At in inuenitidis cõponẽdisq; rebus mira accuratio, vt nõ facilè in vllo diligẽtiorẽ maiorémq; cognouerim, sed eã vt citius veteratoriã quàm oratoriã diceres. Ibidẽ, 141, de Iulio Cæsare, qui postea Remp. oppressit, Hãc quũ habeat præcipuã laudẽ in comunib⁹, nõ video cui debeat cedere, splẽdidã quandã miniméq; veteratoriã rationẽ dicendi tenet, voce, motu, forma etiã magnifica & generosa quodãmodo.

Veteratoria, & Perspicua dicere, opponuntur. Cic.3.Verr.100, Nihil ab isto tectum, nihil veteratorium expectaueritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur.

Veteratoriè, Aduerb. Cic.in Ora.53, Ille enim sũmissus, quòd acutè & veteratoriè dicit, sapiens iam.

Veterânus, pen.prod. Adiectiuum. Idem quod vetus.

Veteranus hostis. Liuius 1.bel.Pun.17, Pœnum hostem veteranum trium & viginti annorũ militia durissima inter Hispanas gentes semper victorem.

Veteranum pecus. Colum.lib.6.cap.2.7, Verùm ista sic agenda præcipimus, si veteranum pecus non aderit.

Veterana vitis. Colum.lib.3.ca.15.3, Deinde eã velut veteranã vitem totam exputare, & ad vnã materiã firmissimã redigere.

Veterana mancipia à nouitiis distinguũtur: Veterana enim, quæ anno continuo in vrbe seruierunt. Nouitia intelliguntur quæ anno nõdum seruierunt. Hæc Martianus de Publicanis & vectigalibus.

¶ Veterani milites sunt qui per viginti annos in legione vel vexillatione militauerunt, teste Budæo. Cic.ad Atticũ, lib.14. 303. 1, Vides tamen tyranni satellites in imperiis, vides eiusdem exercitus, vides in latere veteranos. Idem 2.Tusc.69, Ergo hæc veteranus miles facere poterit, doctus vir, sapiens facere non poterit? Idem ad Octauiũ, 7, Extitisti tu vindex nostræ libertatis, vt tunc quidem optimus, & veteranis in vnum cõductis, & duabus legionibus à pernicie patriæ ad salutem auocatis, &c. Cæsar 1.bel.Gal.93, Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quatuor veteranorum. Idem 3.belli Ciuil.11, Vnam legionem ex Sicilia veteranam: quam factam ex duabus, gemellam appellabat. Lucanus lib.1.70,

Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur,
Quæ noster veteranus aret?

Cõparare firmissimum exercitum inuicto genere veteranorum militum. Cic.3.Philipp.115.

Incitare veteranos ad aliquid. Cic.1.Philip.4, Veterani qui appellabantur, quibus hic ordo diligentissimè cauerat. 1.bel.Gal.301, Vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma cõcurri oporteret. Cicero tamẽ in libro de Oratore, 86, docet ve-

Veterator, pen.prod. veteratôris, Authore Donato, est homo astutia vetus, & in omni re callidus: à multarũ (inquit Festus) rerum gerendarum vetustate. Terent.Heaut.5.1.16, -idem istuc mihi Venit in mentem. c. veterator. Veterator igitur, qui diuturna ac multiplici & sæpe commutata seruitute astutus & vafer euasit: vt ait Budæus.

Veterator in omni arte & instituto dicitur, qui ea astutia ac subdola solertia vtitur, quam lingua vernacula vocamus *ruſam*. Budæus.

Veterator, & ad liberos homines transfertur. Cic.2.de Fin.86, Acutum, versutum, veteratorem, facilè vt excogitet quomodo occultè sine teste, sine vllo conscio fallat. Idem de Clar.Orat. 91, Eius æqualis P.Cethegus, cui de Rep. satis suppeditabat oratio: totam enim tenebat eam, penitúsque cognouerat. Itaque in Senatu consiliariam authoritatem assequebatur: sed in causis publicis nihil, in priuatis satis veterator videbatur. Hæc Budæ⁹. Gellius lib.3.cap.1, Videbatur esse in literis veterator. Cic.Q. fratri, li.2.15.4, Me magis de Dionysio delectat: ipse est enim veterator magnus & perfamiliaris Philisto. Idem de Clar.Orat. 40, Tum ipse L.Cotta veterator habitus, sed C.Lælius, & P.Africanus in primis eloquentes.

Veterator aduocatus dici hodie potest, qui diu ac multũ in foro versatus, omnes litiũ trahendarum anfractus, omnes ambagiosas fugitandi ludificationes, omnes prehensiones, nexúsque lubrici litium certaminis tener, qui in ancipiti forensium salebrarum Marte, belliſſimè insidias disponere, atque etiã prouidere nouit: sed is propriè (vt vno verbo absoluam) qui eam se artem scire atque exercere profitetur, qua arte causa inferior, superior euadere, vel reclamante æquo bonóque possit. Budæus.

Veteratorius, Adiect. Subdolũ, & impostoriũ. Cic.de Cla.Ora.118, de C.Macro oratore loquẽs, At in inuenitidis cõponẽdisq; rebus mira accuratio, vt nõ facilè in vllo diligẽtiorẽ maiorémq; cognouerim, sed eã vt citius veteratoriã quàm oratoriã diceres. Ibidẽ, 141, de Iulio Cæsare, qui postea Remp. oppressit, Hãc quũ habeat præcipuã laudẽ in comunib⁹, nõ video cui debeat cedere, splẽdidã quandã miniméq; veteratoriã rationẽ dicendi tenet, voce, motu, forma etiã magnifica & generosa quodãmodo.

Veteratoria, & Perspicua dicere, opponuntur. Cic.3.Verr.100, Nihil ab isto tectum, nihil veteratorium expectaueritis: omnia aperta, omnia perspicua reperientur.

Veteratoriè, Aduerb. Cic.in Ora.53, Ille enim sũmissus, quòd acutè & veteratoriè dicit, sapiens iam.

Veterânus, pen.prod. Adiectiuum. Idem quod vetus.

Veteranus hostis. Liuius 1.bel.Pun.17, Pœnum hostem veteranum trium & viginti annorũ militia durissima inter Hispanas gentes semper victorem.

Veteranum pecus. Colum.lib.6.cap.2.7, Verùm ista sic agenda præcipimus, si veteranum pecus non aderit.

Veterana vitis. Colum.lib.3.ca.15.3, Deinde eã velut veteranã vitem totam exputare, & ad vnã materiã firmissimã redigere.

Veterana mancipia à nouitiis distinguũtur: Veterana enim, quæ anno continuo in vrbe seruierunt. Nouitia intelliguntur quæ anno nõdum seruierunt. Hæc Martianus de Publicanis & vectigalibus.

¶ Veterani milites sunt qui per viginti annos in legione vel vexillatione militauerunt, teste Budæo. Cic.ad Atticũ, lib.14. 303. 1, Vides tamen tyranni satellites in imperiis, vides eiusdem exercitus, vides in latere veteranos. Idem 2.Tusc.69, Ergo hæc veteranus miles facere poterit, doctus vir, sapiens facere non poterit? Idem ad Octauiũ, 7, Extitisti tu vindex nostræ libertatis, vt tunc quidem optimus, & veteranis in vnum cõductis, & duabus legionibus à pernicie patriæ ad salutem auocatis, &c. Cæsar 1.bel.Gal.93, Ipse interim in colle medio triplicem aciem instruxit legionum quatuor veteranorum. Idem 3.belli Ciuil.11, Vnam legionem ex Sicilia veteranam: quam factam ex duabus, gemellam appellabat. Lucanus lib.1.70,

Quæ sedes erit emeritis? quæ rura dabuntur,
Quæ noster veteranus aret?

Cõparare firmissimum exercitum inuicto genere veteranorum militum. Cic.3.Philipp.115.

Incitare veteranos ad aliquid. Cic.1.Philip.4, Veterani qui appellabantur, quibus hic ordo diligentissimè cauerat. 1.bel.Gal.301, Vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma cõcurri oporteret. Cicero tamẽ in libro de Oratore, 86, docet ve-

eteramentarius sutor, Qui veteres calceos reficit. Suetonius de Vitell.ca.2, Cassius Seuerus, nec minus alii, eundem & sutorem veteramentarium prodiderunt.

Vexillum, vexilli, quasi paruũ velũ, vt ait Seruius, Signũ quo in exercitu, aut classe imperatores vtuntur. Cæsar 2.bel.Gal.301, Vexillum proponendum, quod erat insigne, quum ad arma cõcurri oporteret. Cicero tamẽ in libro de Oratore, 86, docet ve-

ſum à vexillo factum, vt à paxillo palus, à taxillo talus. Cicero 2. Philipp. 101, Tu autē inſolentia elatus, omni auſpiciorum iure turbato, Caſilinū coloniā deduxiſti, quò erat paucis annis antè deducta, vt vexillum videres, & aratrum circunduceres.

Nauale vexillum. Claud. 1. Paneg. 35.

Conuellere vexilla. Tacit. lib. 1, Poſtquam turbatum in caſtris accepere, vexilla conuellunt.

Sub vexillo mitti. Cæſar 6. bel. Gall. 135, Ex quibus qui hoc ſpatio dierum conualuerant circiter ccc, ſub vno vexillo vnà mittuntur.

Vexillum continebat homines cētum octoginta ſex, teſte Liuio lib. 8. ab Vrbe, 59. Vide Triarii.

Fortunæ vexilla ſubmittere. Stat. 4. Syl. 1. 9.

Vexillarius, vexillarii, m. g. Anteſignanus. Liu. 8. ab Vrbe, 37, Ordo ſexagenos milites, duos cēturiones, vexillarium vnum habebat. Idem 5. bel. Maced. 16, Inferre vexillarios iuſſit ſigna.

Vexillatio, vexillationis, quid ſignificet, declarat Vegetius libro 1. cap. 1, Equitum alæ dicuntur ab eo quòd ad ſimilitudinem alarum ab vtraque parte protegant aciem: quæ nunc vexillationes vocantur à velo, quia velis, hoc eſt flammulis vtuntur. Suet. in Galba, cap. 10, Illud mirum admodum fuerit, neque præſentiū quenquam opē imperatori ferre conatum, & omnes qui accerſerētur, ſpreuiſſe nuntium, excepta Germanicorū vexillatione.

Vexo/vexas, vexare, A veho, vehis: Nunc huc, nunc illuc vehementer agitare. Gellius lib. 2. cap. 6, Qui fertur & raptatur, atque huc atq; illuc diſtrahitur, is vexari propriè dicitur. Cato ex oratione quā de Achais ſcripſit, Quúmq; Hānibal terram Italiā laceraret atque vexaret. Vexatā Italiam dixit Cato ab Hannibale, quando nullum calamitatis aut ſæuitiæ genus reperiri queat, quod eo tēpore Italia nō perpeſſa ſit. Hactenus Gellius. Cic. in Verrem, Quæ ab iſto ſic ſpoliata atque direpta eſt, vt non ab hoſte aliquo, qui tamen in bello religionem & conſuetudinis iura retineret, ſed à barbaris prædonibus vexata eſſe videatur. Idem in eundem, 2. 8, Quam iſte per triennium ita vexauit ac perdidit, vt ea reſtitui in antiquum ſtatum nullo modo poſſit. De Sicilia loquitur. In quem locum Aſconius, Nimirum vexauit, ingētis calamitatis vſum ſignificat. Nam & ipſe ſuprà ſic ait, Populatæ, vexatæ, funditus euerſæ prouinciæ. Virgilius 6. eclog. 16.

Candida ſuccinctam latrantibus inguina monſtris
Dulichias vexaſſe rates. Hactenus Aſconius. Liuius 4. ab Vrbe, 179, Orarent ne imperatorem ſuum innoxiū, in quo nihil præter fortunam reprehendi poſſet, vexaret.

Diripere & vexare. Cic. 3. Verr. 38, Quæ oppida tu diripienda & vexanda curaſti.

Populari & vexare. Cic. 5. Verr. 103, Prouincia populata atque vexata.

Vexare ac ſpoliare. Cic. pro Fōteio, 17, Hæ ſunt nationes quæ quondam tam longè ab ſuis ſedibus, Delphos vſque ad Apollinem Pythium, atque ad oraculum orbis terræ vexādum, ac ſpoliandum profectæ ſunt.

Vaſtare & vexare. Cic. 1. in Catil. 11, Quum bello vaſtabitur Italia, vexabuntur vrbes, tecta ardebunt.

Violare & vexare diuina & humana. Cicero pro Seſtio, 1, Qui omnia diuina & humana violarint, vexarint, perturbarint, euerterint.

Agros vexare. Cæſar 4. bel. Gall. 513, Illi ſupplicia, cruciatúſque Gallorum, quorū agros vexauerant, remanere ſe apud eum velle dixerunt.

Contumeliis & probris vexare aliquem. Cic. pro Quintio, 65, Multis vexatus contumeliis, plurimis iactatus iniuriis, non turpis ad te, ſed miſer confugit. Idem 1. de Nat. deor. 98, Quem quum à ſe non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis. Et pro Flacco, 38, Splendidiſſimū atque ornatiſſimum ciuitatis ſuæ, probris omnib⁹, maledictiſque vexat. Sic Liuius 8. bel. Maced. 135.

Calor vexat feſſa corpora. Tibul. lib. 4. eleg. 11. 1.

Fortunas alterius vexare. Cic. pro Roſc. Amer. 84, Ideirtóne experrecta nobilitas armis atque ferro Remp. recuperauit, vt ad libidinem ſuam liberti ſeruiique nobilium, bona, fortunas veſtras, noſtráſque vexare poſſent?

Inſomnia me vexant. Ouid. 3. Triſt. eleg. 8. 6.

Mœnia vexantur malis. Catull. Argon. 59. 16.

Ventus vexat montes flabris. Lucret. lib. 1. 55.

Peſtilētia vexari. Colu. lib. 7. ca. 7. 1, Alia nāq; genera pecorū, quū peſtilentia vexātur, prius morbo & lāguoribus macelcunt.

Pœna ſcelerum vexari. Cic. pro Domo ſua, 2, Ac primū illud à te homine veſano ac furioſo requiro, quæ te tāta pœna tuorū ſcelerum flagitiorúmque vexet, vt hos tales viros, &c.

Pudorem vexare. Lucret. lib. 3. 17.

Querelis ingratis vitam vexare. Lucret. lib. 6. 4.

Solicitudo vexat impios. Cic. 1. de Legib. 58.

Verbis vexare aliquem. Lucret. lib. 5. 55.

Vitia vexare nos dicuntur, quia animum iactant, diſtorquēt, agitant, infeſtant. Salluſt. in Catil. At me quum ab reliquis malis moribus diſſentirem, nihilominus honoris cupido eadē quæ cæteros, fama atque inuidia vexabant.

Quin & vitia ipſa vexant mores, vt eſt apud eundem Salluſtium in eodem opere, Incitabāt, inquit, præterea corrupti mores ciuitatis: quos peſſima ac diuerſa inter ſe mala, luxuria atque auaritia vexabant.

Vrbem trepidam vexat legionibus. Claud. 3. Paneg. 44.

Vxorem alterius vexare. Cic. pro Domo ſua, 47, Quid enim vos vxor mea miſera violarat quam vexauiſtis, raptauiſtis, omni crudelitate laceraueriſtis?

Vexātus, pen. pro. Participium. vt Iure vexatus. Cic. 3. Philip. 140, Tyberium Canutium, à quo erat honeſtiſſimis contentionibus & ſæpe & iure vexatus, &c.

Bello audacis populi vexatus. Virg. 4. Æneid. 113.

Febre vexatus. Plin. epiſt. 134, Atque etiam febriculis vexatus.

Comæ vexatæ. Ouid. 1. Amor. eleg. 14. 5.

Vexata domus vetuſtate, apud Plinium epiſtola 116. libro 6, Villa Camiliani, quam in Campania poſſides, eſt quidem vetuſtate vexata.

Vexata vindemia nimbis continuis. Martialis lib. 1. 52.

Vita vexata per multa pericula. Propert. lib. 1. eleg. 19. 3.

Vnda vexata ingenti Noto. Senec. Herc. fur. 11. 8.

Vexatio, vexatiōnis, Ipſe vexandi actus. Ci. 4. Tuſc. 19, Afflictatio, ægritudo cum vexatione corporis. Idem 5. Verr. 6, Is in te nō expilatione Aſiæ, vexatione Pamphiliæ, ſqualore & lachrymis Siciliæ concitetur? Liu. 8. bel. Maced. 161, At enim quod ex bonis redigi non poſſit, ex corpore & tergo per vexationem & cōtumelias L. Scipionis perituros inimicos. Colum. lib. 6. cap. 1. 10, Propter quod vtilius eſt citra corporis vexationem, ſame potius & ſiti cubitorem bouem emendare.

Impunita & libera vexatio. Cic. 1. in Catil. 13, Tibi vexatio, direptióque ſociorum impunita fuit, ac libera.

Virginum vexatio. Cic. 4. in Catil. 84, Quum verò mihi propoſui regnantem Lentulum, &c. tum lamentationem matrum familiās, tum fugam virginum atq; puerorum, ac vexationem virginum Veſtalium perhorreſco.

Vexātor, pen. prod. vexatōris. Cic. 6. Verr. 71, Neque ſolum ſpoliata illa patiere, ſed etiam eorum ſpoliatorem, vexatorémque defendes? Idem de Aruſp. reſp. 44, Tam crudelis mei, tam ſceleratus Reipub. vexator eſſe potuiſſet?

Veteres vexatores ætatis ſuæ. Cic. pro Seſtio, 13.

Direptor & vexator vrbis. Cic. 3. Philip. 143.

V F

VFENS, Vfentis, Fluuius qui labitur per Pontinas paludes, qui etiam Aufentum à quibuſdam dicitur. Plin. lib. 3. cap. 5. Virg. 7. Æneid. 161, -gelidúſque per imas
Quæ rit iter valles, atque in mare volmitur Vfens.

Vfentinus, pen. pro. Adiectiuum, Vt Vfentina tribus. Liuius 9. ab Vrbe, 108, Duæ Romæ additæ tribus, Vfentina ac Falerina.

V I

Via/viæ, Dimidius actus quo poteſt ire vehiculum. Via (inquit Paulus) conſtituī vel latior octo pedibus, vel anguſtior poteſt, vt tamen eam latitudinem habeat, qua vehiculum ire poteſt: alioqui iter ſit, non via.

Via, abuſiuè pro omni loco per quem habere iter omnibus licet. Plin. Quum de via vocaſſem. Terent. Eunucho, 3. 1. 41, -haud conuenit
Vnà ire amica cum, imperatorem in via. Horat. 1. Ser. ſat. 9. 1, Ibam fortè via ſacra, ſicut meus eſt mos. Idem Epod. 4. 2 & 7. 2. Ouid. 2. de Arte, 54,
Rure ſuburbano poteris tibi dicere miſſa,
Illa tibi in ſacra ſint licet empta via.

Anguſta viarum. Virg. 2. Æneid. 67, Obſedere alii teliis anguſta viarum. Oppoſiti.

Anguſta & lubrica viarum. Tacitus lib. 19, Per anguſta, & lubrica viarum flexerant.

Flexus viarum. Lucret. lib. 3. 119, -quia mota loco ſunt
Fundamenta foras animæ: manántque per artus,
Pérque viarum omnes flexus in corpore qui ſunt.

Ignarus viæ. Virg. 1. Georg. 8. Idem 3. Æneid. 114.

Impatiens viæ. Ouid. 6. Metam. 64, -iam grandior æuo,
Impatiénſque viæ genitor.

Inſidiator viæ, Vide Inſidiæ.

Meta longarum viarum. Virg. 3. Æneid. 143.

Opaca viarum. Virg. 6. Æneid. 117.

Spatium viæ.Ouid.8.Metam.161.
Strata viarum.Virg.1.Æneid.86.
Strata viarum detrita pedibus volgi.Lucret.lib.1.64.
Viæ vrbis. Cic.6. Verr.106, Altera autem est vrbs Syracusis, cui nomen Arcadina est:in qua forum maximũ, pulcherrimæ porticus,ornatissimum Prytaneum,amplissima est curia, templúmque egregium Iouis Olympii.cæteræque vrbis partes vna lata via perpetua,multisque trãsuersis diuisæ,priuatis ædificiis continentur.
Tres viæ.Cice.11.Philipp.334, Tres ergo vt dixi viæ,à supero mari Flaminia,ab infero Aurelia,media Cassia.
Appia via imbuta sanguine latronis,Vide Imbuo.
Caupo de via Latina.Cic.pro Cluentio,131.
Inter viας,Vide Inter præpositionem.
Viæ trium sunt generum.Vlpianus,Nequid in loco publico, §.Si quis,Viarum quædam publicæ sunt,quædã priuatæ, quædam vicinales.De quibus vide ordine alphabetico.
¶Maris tuta via.Ouid.11.Metam.1,0.
¶Viæ ab intestinis ad iecur ductæ ac directæ.Cic.1.de Natu. deorum,106. Ouid.1.Metam.166,
Sic lethalis hyems paulatim in pectora venit,
Vitaléque vias,& respiramina clausit.
Vocis via.Ouid.6.Metam.71,
-caret os humore loquentis,
Et fauces arent,vixque est via vocis in illis.
Tenuata via vocis.Ouid.14.Metam.100,
Agmona corripimur:cui respondere volenti
Vox pariter,vociſque via est tenuata.
¶Via,Ipse eundi actus.Cic.1.Philipp.8, Quum de via langue rem,& mihimet displicerem. Ouid.1.Metam.108,
Auditisque viæ causa,non vtile carpis Inquit iter.
Potest enim quidquam esse absurdius, quàm quo minus viæ restat,eo plus viatici quærere?Cic.de Senect.61.
Via aliquorum dierum. Cic.5. Verr.166, Video quot dierum via sit. Idem pro Plancio,79,Qui antè quàm de meo aduentu audire potuissent,quum tum abessent, aliquorum dierum viã in Macedoniam,ad Planciúmque perrexi.
¶Via.per translationẽ,pro ratione & modo aliquid faciendi.
Tradere viam litigandi.Cicero.1.de Legib.26,Altè verò, & vt oportet,à capite frater repetis quod quæris:&qui aliter ius Ciuile tradunt,non tam iustitiæ,quàm litigandi tradunt viam.
Siqua via est. Virg.6.Æn.39, Este duces,ô siqua via est.Id est, Si est ratio,Si quoquomodo fieri possit. Ibidem,74,
Aut tu,siqua via est,siquam tibi diua creatrix, Ostendit,&c.
Via ac ratio.Cicero 2.Ver.19,Habeo autẽ certam viam atque rationem,qua omnes illorum conatus inuestigare & consequi possim.
Via & arte dicere. Cice.de Claris Orat.11,Antea neminẽ solitum via nec arte,sed accuratè tamen & de scripto plerosque dicere.
Accedendi via.Terent.Heaut.3.3.31,Eho quæso, vnà accedendi via est.
Dicendi via.Quintil.lib.4.cap.5.2.
Morum via.Stat.3.Syl.3.41.
Via ad.Cic.1.Offic.60,Præclarè Socrates hanc viã ad gloriam proximam,& quasi compendiariam dicebat esse,siquis id ageret, vt qualis haberi vellet,talis esset.
Via vti. Cicero ad Atticum,lib.2.34.4,Ego autem neque pugno cum illa causa propter illam amicitiam: neq; approbo,ne omnia improbem quæ antea gessi.Vtor via,populi sensus maximè in theatrò & spectaculis perspectus est.
Æquoreæ viæ.Ouid.epist.18.33.
Æstuosa.Cic.ad Atticum,li.5.101.1,Nunc iter conficiebamus æstuosa & puluerulenta via.
Alta ruptis collibus.Sene.Hippol.10.14.Vide Altus.
Anceps.Ouid.14.Metam.88.Vide Anceps.
Aperta, simplex & directa.Cic.1.de Finib.88.
Arctæ viæ.Stat.9.Thebaid.88.
Ardua.Ouid.2.Metam.13.Vide Arduus.
Assueta.Ouid.epist.18.8.
Audax.Ouid.2.de Arte,5,de Dædalo,
Hospitis effugio præcluserat omnia Minos,
Audacem pennis repperit ille viam.
¶Breuis.Virg.eclog.9.4. Plancus ad Ciceronem,lib.10.9.4, Vienna equites mille via breuiore præmisi.
Breuior,& multò lucidior via,subaudi docendi.Quintil.lib.3. cap.11.15.
¶Cæca via.Ouid.1.Amor.eleg.11.4,Hactenus est tutũ cætera cæca via est.
Celebris via,Vide Celebris.
Certa via. Cicero 11.Philip.In Seyriam patebat via certa,neque longa.
Decliuis.Ouid.7.Metam.81.
Deterrima. Cicero ad Atticum,lib.9.180.7, Cursem huc illuc via deterrima.
Difficilis via cliuis Ouid.3.Amor.eleg.11.1, -quamuis
Difficilis cliuis huc via præbet iter.
Facilis.Virg.1.Georg.15, -pater ipse colendi
Haud facilem esse viam voluit.
Facilior,& apertior.Quintil.lib.3.cap.6.59.
Illustris & lata,Vide Illustris.
Implicitæ viæ errore. Lucan.lib.8.1,
Inepta,Vide Ineptus.
Inexplicabiles viæ cõtinuis imbribus,Vide Inexplicabilis.
Inoffensa,Vide Inoffensus.
Inuia.Virg.3.Æneid.77.
Irremeabiles.Sene.Herc.fur.7.5.
Latebrosa,Vide Lateo.
Liquidæ viæ,Viæ in aquis Lucret.lib.1.76.
Longa,Vide Longus.
Lubrica via plagæ.Stat.2.Syl.1.1,Vulnus hiat,magnæque patet via lubrica plagæ.
Militaris. Cicero 12.Philip.337,Quis enim audeat luci,quis in militari via,quis bene comitatum,quis illustrem aggredi? Vide Miles.
Obsessio militaris viæ.Cic.in Pisonem,31.
Mollis.Sene.Herc.fur.6.21,
Non est ad astra mollis è terra via.
Mollior & magis trita.Quintil.lib.1.cap.6.14.
Mollissima.Vide Mollis.
Patentior,Vide Patens in Pateo.
Præcipites viæ.Ouid.2.Metam.42. Quintil.in Procem.li.6.6, Me saluo maximos cruciatus præcipiti via effugit.
Prima.Plaut.Mil.5.98, -dummodo nunc prima via
Inducamus, vera vt esse credat, quæ mẽtibimur. Barbari dicũt *Primo ictu*,Hoc est statim,primo ipso congressu.
Priuatæ viæ,sunt quas agrarias quidam dicunt.Dupliciter autem accipi possunt: vel ex quæ sunt in agris,quib⁹ imposita est seruitus, ita vt ad agrum alterius ducant. Vel ex quæ ad agros ducunt: per quas omnibus commeare liceat: in quas exitur de via Consulari: & sic post illam excipit via,vel iter, vel actus ad villam ducens.
Prona.Ouid.epist.17.25.
Publicas vias dicimus,quas Græci βασιλικὰς,nostri Prætorias, alii Consulares vias appellant.
Sera nunquã est via ad bonos mores. Senec. Agamem.4.4.
Simplex via mortis.Virg.3.Georg.97.
Nec via mortis erat simplex,sed vbi ignea venit
Omnibus acta sitis,miseros adduxerat artus. Vbi Seruius,Nec moriebantur ex vsu,id est secundum naturalem ordinem,non tantùm fuga animæ,sed etiam corporis resolutione. Est autem Salustii qui ait,Ne simplici quidem morte mouebantur.
Subita. Ouid.epist.16.31, Magna fuit subitæ, iustáque causa viæ.
Sublimis.Ouid.1.Metam.34.
Tecta via.Lucan.lib.4.19.
Tremenda.Claud.de bello Getico,69.
Trita. Cic.de Clar.Orat.154,Vt eam laudis viam rectissimam esse duceret,quam maiores eius,ei tritam reliquissent.
Trita humano pede.Tibull.lib.4.eleg.11.1.
Tuta frequẽnsque. Ouid.1.de Arte,118,Tuta frequẽnsque via est.per amici fallere nomen.
Vda.Lucan.lib.5.17.
Velatæ viæ.Ouid.3.Amor.eleg.11.3.
Vicinales sunt viæ quæ in vicis sunt,vel quæ in vicos ducũt. Has quoque publicas esse quidam dicunt. Paulus de Locis,& itineribus publicis,L.Viæ vicinales quæ ex agri priuatorum collatis factæ sunt,quarum memoria non extat,publicarũ viarum numero sunt. Sed inter eas & cæteras vias militares hoc interest, quòd viæ militares, exitum ad mare, aut in vrbem,aut in flumina publica,aut ad aliam viam militarem habent.
Vulgaris.Quintil.in Proœm.lib.1.3.
¶Accelerare viam,Vide Accelero.
Accipere viam.Quinct.lib.5.cap.14.14.
Adiuuare temeraria via,Vide Adiuuo.
Affectare viam,Vide Affecto.
Affectare viam Olympo.Virg.4.Georg.113.
Aggredi alia via.Teren.And.4.1.46,Hac non succesſit,alia aggrediamur via.
Occultas vias agere.Virg.3.Æneid.140,

-fama eſt,huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare.
Errore viæ actus.Virg.7.Æneid.40,
Siue errore viæ,ſeu tempeſtatibus acti,
Iluminis intraſtis ripas.
Perennes agitare vias.Sene.Hippol.9.2.
Ambulare per vias tutas.Ouid.1.Faſt.15.
Anticipare viam.Stat.6.Thebaid.89.
Aperit viam vis.Virg.10.Æneid.173.
Aperire viam alicui.Virg.11.Æneid.177.
Patulas vias aperire.Silius lib.17.86.
Calcanda omnibus via lethi.Horat.1.Carm.ode 28.4.
Capere viam animo,Vide **Capio.**
Carpere viam.Virg.3.Georg.70.
Celerare viam.Virg.5.Æneid.112.
Clamare de via.Vide **Clamo.**
Claudere vias,Vide **Claudo.**
Incendia obiecta claudunt vias.Stat.1.Thebaid.1.
Commeare viam ſcrupuloſam,Vide **Commeo.**
Committere ſe viæ,Vide paulò poſt,Dare ſe in viam.
Commonſtrare viam,Vide **Commonſtro.**
Commutare viam,retróque reuerti.Lucret.lib.1 .16.
Concinnare viam,Vide **Concinnus.**
Conficere viam.Cicero de Senect.6,Volumus ſanè niſi moleſtum eſt, Cato , tanquam aliquam viam longam confeceris: quam nobis quoque ingrediendum ſit,iſtuc quò peruenîſti,videre quale ſit.
Conſternere viam frumento,Vide **Conſterno.**
Conſtruere vias.Lucan.lib 2.133,
Tales fama canit tumidum ſuper æquora Xerxem
Conſtruxiſſe vias.
Corripere viam,Accelerare.Virgil.1.Æneid.85.Corripuere viam interéa,quâ ſemita monſtrat.Vide **Corripio.**
Indociles vias currit lympha, Id eſt vias quas nemo illi monſtrauit.Proper.lib.1.eleg.1.3.
Decedere de via.Cicero pro Cælio,29, Huic triſti ac decrepito ſeni reſpõderet Cælius,ſe nulla cupiditate inductum de via deceſſiſſe.Vide **Decedo.**
Declinare ſe extra viam,Vide **Declino.**
Declinare de via ad dextram.Cic.5.de Fin.9.Vide **Decliuo.**
Regione viæ declinare.Lucret.lib.2.50.
Deducere in viam.Cic.1.de Legib.60.Vide **Deduco.**
Deducere de via,Vide **Deduco.**
Deerrantes via equi.Sene.Hippol.10.1.6.
Demonſtrare rectam viam.Quintil.lib.2.cap.6.2.
Depelli recta via.Quintil.lib.2.cap.17.18.
Deſerere viam virtutis.Horat.3.Carm.ode 24.9.
Deterit pedes via longa.Tibul.lib.1.eleg.9.4.
Detorquere viam ad.Valer.5.Argonaut.80, -viam detorquet ad amnem.
Dare viam alicui per fundum ſuum.Cic.pro Cecinna.
Dare viam,per tranſlationem.Virg.11.Æneid.16,
Et te,ſiqua viam dederit fortuna,Latino
Iungemus regi.Id eſt,Si voluntatem noſtram fortuna comitetur.Seruius.
Dat aura viam.Ouid.epiſt.7.34,Quam dabit aura viam,præbebis carbaſa ventis.
Dare viam ad.Cic.2.de Diui.153, Et non,ſi ſignificant futura, nullas dant vias nobis ad ſignificationum ſcientiam.
In viam dare ſe, vel Committere ſe viæ. Cicero Terentiæ, libro 14.11.1,In viâ quòd te des hoc tempore,nihil eſt:& lõgum eſt iter,& nõ tutum. Idem libro 16.6.1,Te neque nauigationi,neque viæ committas.
Ducit via.Virg.eclog.9.1,Quò te Mœri pedes?an,quò via ducit,in vrbem?
Triſtis via ducit ad Manes.Sene.Herc.fur.19.2.
Ire viam.Virg.3.Georg.16.
Ire atque redire viam.Virg.6.Æneid.25.
Longam viam ire.Virg.4.Æneid.94.
Fallaces vias ire,Non tutas.Ouid.2.Amor.eleg.11.2.
Fœlici via ire.Ouid.1.Faſt.87.
Negatâ viâ ire.Horat.3.Carm.ode 2.5.
Via quæritur.Cic.6.Verr.86, Fanum eius eſt in agro propter ipſam viam,qua Aſſoro itur Ennam.
Errare viâ.Virg.1.Æneid.148.
Tota via errare,Prouerbium in eos qui vehementer aberrãt. Terent.Eunuch.2.2.14, Quid tu his rebus credis fieri?tota erras via.Tranſlatum à viatoribus,qui nonnunquam ita ſolent aberrare à via,vt non ſine diſpendio quidem , tamen quò tendebãt perueniant:nonnunquam ſic aberrãt, vt longè diuertant, & in diuerſum tendant.Eraſmus.
Euadere viam.Virg.2.Æneid.145,
Iámque propinquabam portis omnémque videbar
Euaſiſſe viam.
Exigere viam dicuntur magiſtratus , quum vicinîam cogunt munire quàmdiligentiſſimè ſumptu facto. Aſconius in Prætura vrbana,in fine.
Viam facere,Eſt locũ,vbi non erat via,aperire.Vide **Facio,**
Tellus icta fecit viam in Tartara.Ouid.5.Metam.8.
Facere viam ruinâ.Lucan.lib.1.30,
-impellens quicquid ſibi ſumma petenti
Obſtaret:gaudénſque viam feciſſe ruina.
Facere ſibi viam.Quintil.lib.5.cap.14.14,Ac ſibi viam ſiquãdo non acceperit, faciat.
Fallit via euntes.Virg.9.Æneid.49.
Fert via. Virg.6.Æneid.59, Hinc via Tartarei quæ fert Acherontis ad vndas.
Findere vias pectore,dicuntur natantes. Ouid.epiſt.18.41,Tu placidas toto pectore finde vias.
Findit ſe via in ambas partes. Virg.6.Æneid.108.
Fit via vi,rumpunt aditus,&c.Virg.2.Æneid.99.
Flectere viam velis.Virg.5.Æneid.6.
Gratulari viam alicui.Cic.2. Philip.73, Quis qui neſcierit veniſſe eam tot dierum tibi viam gratulatum?
Habere docendi viã. Cic.in Bruto,Volo igitur huic ſummo omnem,quæ ad dicendũ trahi poſſet,loquẽdi rationem eſſe notam:quæ quidem res duplicem habuit docendi viam.
Ignorare viam gloriæ. Cic.Quod ſi ita putas,totam ignoras viam gloriæ.
Illuminare vias igni.Stat.12.Thebaid.55.
Innumeras vias errore implet Dædalus. Ouid.8.Meta.34. De Labyrintho.
Incedere via & per vias,Vide **Incedo.**
Inchoare viam,Præire. Stat.10.Thebaid.71.
Includere viam, Vide **Includo.**
Indagare viam inuſitatam.Cic.in Orat.6,Reprehendẽt,quòd inuſitatas vias indagemus,tritas relinquamus.
Inducere in viam,Vide **Induco.**
Inire viam,redire viã.Cic pro Murena,23.Vide **Ineo,** inis.
Ingreſſus viam hâc.Stat.4.Sylu.4.1.
Ingredi vulgarem viam.Quintil.in Proœm.lib.14.
Sceleris viam ingredi.Lucret.lib.2.17.
Ingredi viam viuendi,Vide **Ingredior.**
Inſiſtere viam agendi aliquid.Virg.3.Georg.33.
Inſiſtere viis,Vide **Inſiſto.**
Inſtaurare vias.Stat.5.Thebaid.1.
Rectam inſtas viam,Vide **Inſto.**
Intercludere vias omnes ſeditionum,Vide **Intercludo.**
Inuadere viam,Vide **Inuado.**
Inuaſit vias phaſelus in æquore.Stat.5.Sylu.1.49.
Inuenire viam,exitum reperire.Virg.3.Æneid.79,Fata viam inuenient, aderitque vocatus Apollo. Ibidem,lib.4.96, Inueni germana viam. Terent. Eunuc.2.2.16, Hoc nouum eſt aucupium,ego adeò hanc primus inueni viam.
Languere è via,Vide **Languor.**
Laxauit viam bellis.Claud.2.in Ruffinum,5.
Leuare viam ſermone,Vide **Leuio.**
Mittere è via,Vide **Mitto.**
Moliri viam,Vide **Molior.**
Moliri vias vetitas.Silius lib.4.160.
Monſtrare viam. Cic.3. Offic.71, Quid enim eſt aliud quàm viam erranti non monſtrare(quod execrationibus publicis ſancitum eſt)&c. Idẽ 1.de Diuinat.116,Qui ſibi ſemitam non ſapiunt,alteri monſtrant viam.Ex poeta.
Monſtrare viam paruo tramite.Lucret.lib.6.6.
Vitæ via monſtrata eſt per carmina.Horat.de Arte,82.
Iter viæ propoſitum morari.Ouid.epiſt.15.24.
Munire viam.Cic.pro Murena,45,Hæc omnia tibi accuſandi viam muniebant. Sic pro Fonteio,6.Vide **Munio.**
Munire diuerſas vias. Quintil. lib.3.cap.1.5, Diuerſas tamen vias munierunt.
Mutant vias tempeſtas,& humor cæli.Virg.1.Georg.84.
Noui viam,Vide **Roſco.**
Noſcere vias pecuniæ.Cic.ad Q. fratrem,Sin autem id non perſpicies, nullum genus erit in familiaritate cauendum magis, propterea quòd & omnes vias pecuniæ norunt, & omnia pecuniæ cauſa faciunt.
Obfirmare viam,Vide **Obfirmo.**
Obliquare vias in denia campi.Stat.6.Thebaid.91.
Obſepire viam.Cic.pro Murena,45.

Obſeſſa via, Vide Obſideo.

Pandere viam, Vide Pando.

Panditur via ſalutis. Virg. 6. Æneid. 10.

Patuit via in cælum. Sene. Medea, 11. 19.

Patefacta via. Sene. Herc. fur. 1. 11.

Patefacere viam auaritiæ. Cic. 5. Ver. 188, Proinde ne auaritiæ quæ antehac occultis itineribus atque angustiis vti ſolebat, authoritate veſtra viam patefaciatis illuſtrem atque latã. Sic 10. Philipp. 173, Ne quam viam patefaceret ſceleratorum hominum audaciæ.

Patefacere viã ad. Cic. 5. Philipp. 199, Itaque, &c. eam ſibi viã ipſe patefecit ad opes ſuas amplificandas, quam virtus liberi populi ferre non poſſet. Vide Patefacio.

Pergere viam. Cic. pro Plãcio, 79, Qui antequam de meo aduẽtu audire potuiſſent, quum tum abeſſent, aliquorum dierum viam in Macedoniam ad Plancúmque perrexi.

Perſequi vias. Cic. Figulo, li. 4. 13. 17, Et in ipſius conſuetudinẽ, quã adhuc meus pudor mihi clauſit, inſinuabo, & certè omnes vias perſequar, quibus putabo ad id, quod volumus, perueniri poſſe.

Præbere viam alicui. Ouid. 11. Metam. 104, Rima patet, præbétque viam lethalibus vndis.

Præcipitare viam. Ouidius 3. Metam. 46,

-ſed per compendia montis
Præcipitata via eſt.

Præſtare alicui faciliorem viam. Quintil. lib. 7. cap 1. 13.

Procedere viam. Cic. ad Atticũ, lib. 6. 16. 1, Etſi te hæc legente, aliquantum tamen viæ proceſſero. Cæſar 1. bel. Gallici, Quum tridui viam proceſſiſſet, nuntiatum eſt ei, Arioviſtum cum omnibus ſuis copiis ad occupandum Veſontionem, quod eſt oppidum maximum Sequanorũ, contendere, triduique viam à ſuis finibus proceſſiſſe.

Rectà via proficiſci. Cic. Q. fratri, lib. 3. 17. 5, Ex eo loco rectà Vitularia via profecti ſumus in Fuſidianum fundum.

Progredi viam. Cicero 1. de Diuin. 51, Itaque vt ex ipſo audiebam, perſæpe reuertit ex itinere, quũ iam progreſſus eſſet multorum dierum viam.

Purgare viam, refectionis portio eſt. Purgare autem propriè dicitur Ad libramẽtum proprium redigere, ſublato eo quod ſupereſt. Vlpianus.

Quærere viam vitæ, Rationem rectè viuendi. Lucret. lib. 2. 2.

Rapere viam aliquò, Currere. Silius lib. 8. 56.

Redire in viam, per tranſlationem. Cic. 11. Philip. 311, Quod ſi erratum r. c. ſpe falſa atque fallaci, redeamus in viam. Vide Redeo.

Reduci alio flexu ad rectã viã. Quintil. li. 1. ca. 17. 18, Nec enim qui recta via depulſus eſt, reduci ad eam, niſi alio flexu poteſt.

Reficere viam dicitur, & qui aperit, & qui purgat & omnes omnino qui in priſtinum ſtatum reducunt. Vlpianus de Via publica, L. Prope ait.

Scindere viam. Virgilius 10. Æneid. 155,

-quam magnus Orion
Quum pedes incedit medii per maxima Nerei
Stagna, viam ſcindens.

Secare viam. Virg. 6. Æneid. 180, Ille viam ſecat ad naues.

Compita ſecta in ternas vias. Ouid. 1. Faſt. 19.

Sequi viam aliquam in re aliqua. Cic. 4. in Catil. 30, Si eritis ſecuti ſententiam C. Cæſaris, quoniam hanc is in Repub. viam, quæ popularis habetur, ſecutus eſt.

Strauit viam per mare Xerxes. Lucret. lib. 3. 209.

In via eſſe. Cic. Tironi, lib. 16. 2. 1, Iam ad id biduũ quod fueris in via, dum in Cumanum venis, accedent continuò ad reditum dies quinque. Idem ad Atticum, lib. 3. 45. 1, Si enim es Romæ, iam me aſſequi non potes: ſin es in via, quum eris me aſſequutus, coràm agemus quæ erunt agenda.

Saltu viam ſuperare. Virg. 3. Georg. 29.

Via per Macedoniam eſt. Cic. de Prouin. Conſul. 3, Via illa noſtra quæ per Macedoniam eſt vſq; ad Helleſpontum militaris.

Tendere vias in deuia campi. Stat. 6. Thebaid. 91.

Directis viis tendere. Lucret. lib. 4. 113.

Tenere vias omnes amoris. Plaut. Trin. 10. 41,

Scio te ſponte, non tuapte errãſſe ſed amorem tibi
Pectus obſcuraſſe, atque ipſe amoris teneo omnes vias.

Tentare viam. Virg. 3. Æneid. 104.

Illicitas tentare vias. Valer. 1. Argon. 41.

Tentanda via eſt. Virgilius 3. Georg. 1,

-tentanda via eſt, qua me quoque poſſim
Tollere humo.

Terrere viam. Ouid. 1. de Arte, 11, Nec tibi, vt inueniar, longa terenda via eſt.

Tradere viam quandam & rationem. Quintil. lib. 5. cap. 1. 6.

Tradere viam optimarum artium alicui. Cicero 1. de Diuin. 1, Quærenti mihi, multúmque & diu cogitanti, quanã re poſſem prodeſſe quamplurimis, nequando intermitterẽ cõſulere Reip. nulla maior occurrebat, quàm ſi optimarum artiũ vias traderẽ meis ciuibus.

Clauſtra viarum tranſit vox. Lucret. lib. 4. 114.

Veloci via vadere. Sene. Medea, 4. 3.

Venire viam. Cic. 2. Philip. 73, Qui neſcierit veniſſe eã tot dierum tibi viam gratulatum?

Vorare viam. Catul. ad libellum, 33. 1,

Quare ſi ſapiet, viam vorabit,
Quamuis candida milies puella
Euntem reuocet, &c.

Vti via. Cic. Attico, lib. 2. 34. 4.

¶ Via peruolgata, Conſuetudo. Terent. Heaut. 1. 1. 49,

Neque vt animum decuit ægrotum adoleſcentuli
Tractare, ſed vi & via peruolgata patrum.

Viãtor, penult. prod. viatôris, Qui iter facit. Plautus Pœnulo. 2. 58,

Vos viatores eſtis, quæſo operam date. Plinius libro 15. cap. 29. 7. Virgæ quoque eius geſtatæ manu viatori proſunt in longo itinere pediti. Cicero ad Atticum, lib. 9. 18. 1. 17, Lentulum noſtrum ſcis Puteolis eſſe, quòd quum è viatore quodam eſſet auditum, quiſe diceret eum in Appia, quum his paulum lecticam aperuiſſet, cognoſſe. Idem de Fato, 51, Hoc enim modo viator quoque bene veſtitus cauſa graſſatori fuiſſe dicitur cur ab eo ſpoliaretur. Martialis libro 12. 6, Laſſus tam citò deficis viator. Iuuenalis Satyra 10. 3, Cantabit vacuus coram latrone viator.

Non ſemper viator à latrone, nonnúquam etiam latro à viatore occiditur. Cic. pro Milone, 41.

Niſi ſiquid ex prætereunte viatore exceptum eſt, ſcire nihil poſſumus. Cic. Attico, lib. 1. 16. 2.

Aridus viator. Virg. 4. Georg. 20, -ceu puluere ab alto
Quum venit, & terram ſicco ſpuit ore viator.

Feſſus viator. Horat. 1. Serm. ſaty. 5. 4.

Laſſus viator. Catull. ad Mallium, 63. 13.

Siccus viator. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 10. 7.

Sitiens viator. Ouid. 3. Amor. eleg. 5. 10.

Cautus præcingitur enſe viator. Ouid. 1. Triſt. 54.

¶ Viatores etiã dicebantur, qui magiſtratibus parebant: eo quòd plerunque euocabantur ex agris homines ad magiſtratus, & frequens eorum ab agris ad vrbem via erat. Columella in Præfatione, 17, Illis temporibus proceres ciuitatis in agris morabãtur: & quum conſilium publicum deſyderabatur, à villis arceſſebantur in Senatum: ex quo qui eos euocabant, viatores nominati ſunt. Plinius in Paneg. 118, Tanta viatorũbus quies, tantus pudor faſcibus, vt plerunque aliena turba ſubſiſtere & Conſulem & principem cogeret. Liu. 8. ab Vrbe, 91, Quibus in forum delatis, & ad x x matronis apud quas deprehenſa erant, per viatorem accitis. Cic. de Senect. 51, A villa in Senatum arceſſebãtur Curius & cæteri ſenes: ex quo qui eos arceſſebant, viatores nominati ſunt.

Mittere viatorem. Cice. in Vatinium, 16, Miſeriſne viatorem, qui M. Bibulum domo vi extraheret.

Viatorius, Adiectiuum, Quod ad viam pertinet. Vnde Viatorium vas, quod per viam deferebatur: vt Cubilia viatoria. Plinius lib. 16. cap. 10. 11, Vaſa etiam viatoria ex taxo vinis in Gallia facta, mortifera fuiſſe compertum eſt. Idem libro 37. cap. 2. 5, Qui ſcepira, & perſonas & cubicula viatoria vnionibus conſternebat.

Viarius, Adiect. vt, Lex viaria. Cælius Ciceroni, lib. 8. 6. 11, Leniſſimè enim quia de intercalendo non obtinuerat, tranſfugit ad populum, & pro Cæſare loqui cœpit, legémque Viariã non diſſimilem Agrariæ Rulli, &c.

Viãticum, viatici, pen. cor. Quicquid iter agendi cauſa neceſſariũ eſt, ſiue cibus ſit, ſiue pecunia ad victũ expẽdenda. Plaut. Capt. 7. 89, Sequere me, viaticum vt dem à trapezita tibi. Idem Menæch. 2. 3. 8, -ſic ſine igitur,
Situum negas me eſſe ſeruum, abire liberũ cum viatico. Plin. epiſtola 160, Eidem ciuitati imputata ſunt terna millia, quæ viatici nomine annua dabantur legato eunti ad eum. Cice. ad Caſſiũ, lib. 12. 3. 5, Cætera eiuſmodi ſint, ex hoc iudica, quòd legato tuo viaticum eripuerunt. Idẽ ad Atticũ, lib. 4. 74. 4, Viaticum Craſſipes præripitatu de via recta in hortos. Horatius 1. epiſt. 18. 11, Aut ciſtam effractam, & ſubducta viatica plorat.

Velim videas & quid viatici, & quid inſtrumenti ſatis ſit. Cic. Attico, lib. 12. 249. 4.

Equidem video mihi quoque opus eſſe viatico. Cicero Attico, lib. 15. 119. 15.

Collecta viatica multis ærumnis. Horat. 2. epiſt. 2. 6.

Habere viaticum. Cic. Attico, lib. 7. 136. 4, Q. Titinius viaticum

ſe neget habere.

Largum & liberale viaticum, Vide Liber/liberi.

Viatica cœna, Quæ datur abituro. Plaut. Bacch. 1. 61,

Nunc ego te facere hoc volo: egoſorori meæ cœnam
Hodie dare volo viaticam.

Viáticor, pen. cor. viaticâris, viaticári, Viaticum parare. Plaut. Menæh. 7. 30,

-quum inſpicio marſupium,
Viaticati hercle admodum æſtiuè ſumus.

VIA, Hiſpaniæ fluuius, Ptolemæo lib. 2. cap. 6. cuius meminit & Pomponius lib. 3.

Uiber/vibicis, pen. prod. fœm. g. Signũ verberis in humano corpore remanens, quòd vi fiat, vt ait Feſtus. Plaut. Moſtel. 2. 9,

Malam rem prius cauendam multo eſſe, quàm vt meum
Tergum ſubiiciam culciterã vibicibus. Plin. lib. 30, Verberum vulnera, atque vibices, pellibus ouium recentibus impoſitis, obliterantur. Perſius Satyra 4. 5, Si puteal multa cautus vibice flagellas.

VIBIVS Virius, Capuæ deditionem elegantiſſima oratione diſſuadet apud Liuium 6. bel. Pun. 71, Fuerat enim author Campanæ defectionis ab Romanis ad Annibalem. Is mortem ſibi conſciuit ante deditionem, & multis ciuibus Senatoribus, vt idẽ quoque facerent, perſuaſit. Vibium Virium (inquit Liuius) ſeptem & viginti fermè Senatores domum ſecuti ſunt, epulatique cum eo: & quantum facere potuerant, alienatis mentibus vino, ab imminentis ſenſu mali, venenum omnes ſumpſerunt. Inde miſſo conuiuio, dextris inter ſe datis, vltimóque complexu, collachrymantes ſuum patriæque caſum, alii vt eodem rogo cremarentur, manſerunt, alii domos digreſſi ſunt. Impletæ cibi vi nóque venæ minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt. Itaque noctem totam plerique eorum, & diei inſequentis partem quum animam egiſſent: omnes tamen priùs quàm aperirentur hoſtibus portæ, expirarunt. Hactenus Liuius.

VIBIVS Criſpus vir ingenii iucundi & elegantis. Quintil. lib. 5. cap. 13. 38.

VIBON, vrbs eſt in agro Brutiorum, antè Hippo appellata, vt ſcribit Mela lib. 2.

Uibones, britannicæ herbæ flos. Plin. lib. 25. cap. 3. 2, Florem vibones vocant.

Uibriſſæ/, ſeu vibrici, ſunt pili in naribus hominum: dicti quòd his euulſis, caput vibretur. Feſtus.

Uibro, vibras, vibrâre, A vi deductum, ſignificat Mouere, & quaſi vi agitare. Virg. 2. Æne. 43, Sibila lambebant linguis vibrantibus ora. Cic. 2. Offic. 40, Quam haſtam L. Sylla quum vibraſſet Dictatore propinquo ſuo, idem ſexto & triceſimo anno pòſt à ſceleratiore haſta nõ receſſit. Idem 2. de Oratore, 177, Atque eiuſmodi illa proluſio debet eſſe, non vt Samnitum, qui vibrant haſtas ante pugnam, quibus in pugnando nihil vtuntur. Plin. lib. 8. ca. 23. 2, Iaculum ex arborum ramis vibrari. Cic. 2. In Catil. 41, Hi pueri tam lepidi, ac delicati, non ſolùm amare & amari, neque cantare & pſallere, ſed etiam ſicas vibrare, & venena ſpargere didicerunt. Ouidius epiſt. 11. 16, Sic mea vibrari pallẽtia membra videres.

Bipennem vibrare. Lucan. lib. 3. 87.

Haſtam vibrauit gelidis viribus. Silius lib. 10. 11.

Iaculum vibrare excuſſo lacerto. Ouid. epiſt. 4. 9.

Spicula vibrare. Virg. 11. Æneid. 111.

Telum vibrare. Lucan. lib. 4. 8.

¶ Vibrare dicitur mare, hoc eſt micare, & intremiſcere, vt ait Budæus, ſiue contremeſieri. Cice. 4. Acad. 189, Quódque nunc quia à ſole collucet, albeſcit & vibrat, diſſimiléq; eſt proximo ei continenti.

Vibrant fulmina. Cic. in Orat. 138, Demoſthenes cuius non tã vibrarent fulmina illa, niſi numeris contorta ferrentur.

¶ Iambos truces vibrare. Catul. in annales Voluſii, 34. 1.

¶ Vibrare, Neutrum, Id eſt trepidare. Valer. 8. Argon. 11,

Quum ſubito ingentem media inter nubila flammam
Conſpicit: & ſæua vibrantes luce tenebras.

Vibrans, vibrantis, Participium: vt

Draco vibrans linguas multifidas. Valer. 1. Argon. 13.

Lingua vibrante minarum ſerpens. Lucret. lib. 5. 134.

Vibrans ſonus, Aures feriens: vel Tremulus. Plin. lib. 10. cap. 19. 6, Modulatus editur ſonus. Et paulò poſt, Creber, extẽtus, vbi viſum eſt vibrans.

Superciliũ vibrante loqui. Ouid. 2. Amor. eleg. 5. 3.

Incitata & vibrans oratio. Cic. de Cla. Orat. 182, Et erat oratio cum incitata & vibrans, tum etiam accurata & polita.

Vibrantes ſententiæ. Quintil. libro 10. cap. 1, Summa in Archilocho vis elocutionis, tum validæ, tum breues, vibrantéſque ſententiæ. Id eſt incitatæ.

Vibrâtus, pen. prod. Participium præteritum: vt Vibrata haſta.

Fulgor vibratus ab æthere. Virg. 8. Æneid. 105.

Fulmina vibrata iactat Iuppiter. Ouid. 2. Metam. 61.

Membra vibrata vertigine. Claud. 2. in Eutrop. 71.

Sibila vibrata per auras. Silius lib. 3. 38.

Spicula vibrata per auras. Ouid. 8. Metam. 75.

Tela vibrata lacertis. Ouid. 12. Metam. 16.

¶ Vibratum, pro Criſpo. Plin. lib. 2. cap. 78. 1, Nanque Æthiopas vicini ſyderis vapore torreri, aduſtiſque ſimiles gigni, barba & capillo vibrato, non eſt dubium. Virg. 12. Æneid. 10,

-& fœdare in puluere crines
Vibratos calido ferro, myrrháque madentes. Id eſt criſpatos calamiſtro, inquit Seruius. Colum. lib. 10. 19, Cãdida vibrato diſcrimine, candida thyrſo eſt.

Uiburnum/viburni, Genus fruticis, vnde Virgilius 1. eclog. 5,

Verum hæc tantùm alias inter caput extulit vrbes,
Quantum lenta ſolent inter viburna cupreſſi.

Uicarſus/Vide Uicio.

Uicatim/Vide Uicus.

Uicenarius/vicenaria, vicenarium, Viceſimus. Plaut. Pſeud. 5. 70, Tum lex me perdit quina vicenaria. Vbi interpres, Videtur lex lata vt ſi cuipiã crederentur ſupra viginti quinque minas, redhibitio nulla eſſet, nec debitor quicquam deberet. Alii quina vicenaria, centum interpretantur.

Vicẽnus, pen. prod. Adiectiuum, Idem. Plin. lib. 10. ca. 53. 4, Plus vicena quina incubanda ſubiici vetant. De ouis. Idem lib. 6. ca. 13. 8, Circa has hydri marini vicenum cubitorum adnatãtes terruere claſſem. Liu. 2. bel. Maced. 114, Vicena quina millia æris. Colum. lib. 3. cap. 3. 7, Vicenas amphoras percipient.

Vicies, Aduerbium, pro Vigecies. Mart. lib. 11. 74, Et pedit deciéſq; viciéſque. Cic. Attico, lib. 4. 71. 8, Æſtimarunt HS vicies.

Bis & vicies. Cic. Attico, lib. 11. 209. 2.

Centies vicies ducẽti. Colum. lib. 3. ca. 2. 4. Et apud Plinium lib. 7. cap. 28. 1, Centies vicies præliatus.

Viceſimus, pen. corr. pro Vigeſimus. Cic. Cornificio, lib. 12. 25. 1, Altero viceſimo die. Et 2. de Finib. 61, Viceſimo die lunæ.

Ætas viceſima. Ouid. ad Piſonem, 53.

Viceſima, viceſimæ, Vectigal quod ex mille, vel ex centum colligitur: vt decimæ, ex decem. Cicero ad Atticum, libro 2. 31. 3, Et eo magis quòd portoriis Italiæ ſublatis, agro Campano diuiſo, quod vectigal ſupereſt domeſticum, præter viceſimam, quæ mihi videtur vna conciuncula, clamore pediſequorum noſtrorum eſſe peritura.

Viceſimarius, Adiectiuum: vt Viceſimarium aurũ. Liu. 7. bel. Pun. 58, Cætera expedientibus, quæ ad bellum opus erant. Cõſulibus, aurum viceſimarium, quod in ſanctiore ærario ad vltimos caſus ſeruabatur, promi placuit. Id eſt aurũ quod ex viceſima colligebatur. Erat autem vectigal, quemadmodum decima.

VICENTIA, Venetiæ oppidum, vt ſcribit Plinius lib. 3. cap. 19. Tacit. lib. 19, Poſſeſſa ipſo tranſitu Vicentia. Sic enim Plinius atque Ptolemæus vocant: non Vincentia. Quidam & Vicetiam ex inſcriptione, quæ in agro Veronenſi reperta eſt, vt annotat Rhenanus in ſuis Caſtigationibus in Tacitum.

Uicia/vicix, Genus leguminis, à vinciendo dicta. Plin. lib. 18. ca. 15. 1, Et vicia pingueſcunt arua, nec ipſa agricolis operoſa: vno ſulco ſata, non ſarritur: non ſtercoratur, nec aliud quàm deocca tur. Sationis eius tria tempora: circa occaſum Arcturi, vt Decembri menſe paſcat, tunc optimè feritur in ſemen, &c. Varro 1. de Re ruſt. cap. 31. 4, Vicia dicta à vinciendo, quòd itẽ capreolos habet vt vitis, quibus quum ſurſum vorſum ſerpit ad ſcapum lupini, aliúmve quem, vt hæreat, eum ſolet vincire.

Fœtus tenues viciæ. Virg. 1. Georg. 15.

Pabularis vicia, Vide Pabulum.

Serere viciam. Virg. 1. Georg. 46.

Viciarius, Adiectiuum, Quod ad viciam pertinet. vt Cribrũ viciarium, in quo vicia expurgatur, apud Columellam lib. 8. ca. 5. 12.

Viciarium, Subſtãtiuum, pro Loco vicia conſperſo & conſeminato. Columella lib. 11. cap. 2. 11, Hoc eodem tempore ſtercoris pars in prata digerenda, pars oleit & exteris arboribus inſpergenda, quinetiam viciaria diligenter faciẽda. Vbi rectius legitur vitiaria, vtique à vite.

Uicinia, Uicinus, Vide Uicus.

Uicis/vici, vicem, vice: Pluraliter, vices, vicibus. Rariſſimè autem leges vicis, vici. Eſt alternatio, ſiue viciſſitudo. Plaut. Trucul. 5. 11,

-vertere ſeſe memoria eſt
Vices ſic. Plin. lib. 10. cap. 19. 7, Audit diſcipula intentione magna & reddit, vicibúſque reticent. Quintil. lib. 6. cap. 5, Iudices vel præſidentes magiſtratus appellandi ſunt frequenter, vt loquendi vices ſeruentur.

Belli vices. Stat. 9. Thebaid. 16.

Colloqui vices. Ouid. epiſt. 10. 4.

Vices feriarum. Plinius, Nihil eſt in opere naturæ quod non aliquas vices feriarum velit.

Inuerſæ vices. Propert. lib. 1. eleg. 14. 6,

Multa prius vaſto labentur flumina Ponto,
Annus & inuerſas duxerit ante vices.

Alia vice. Liuius 1. ab Vrbe, 87, Ita duo deinceps reges alius alia vice, ille bello, hic pace ciuitatem auxerunt. Id eſt, vnus vna vice, & alter alia. Videtur tamen hoc accipi pro tempore: vt ſit, Alius alio tẽpore, quod poſterius loquendi genus doctiſſimi eſt vſitatum. Vetus tamen exemplar legit, alius alia via, &c.

Benigna vice. Horatius Epod. 13. 1,

-deus hæc fortaſſe benigna
Reducet in ſedem vice.

Grata vice. Horat. 1. Carm. ode 4. 1,

Soluitur acris hyems grata vice Veris & Fauoni.

Stata vice. Curtius lib. 9, Tertia ferme hora erat, quum ſtata vice Oceanus exæſtuans inuehi cœpit, & retro flumẽ vrgere.

Sua vice. Curtius lib. 7, Séque mirantem quòd non vice ſua tali fungerentur officio, &c.

Suam cuiuſque vicem. Liu. 3. ab Vrbe, 150, Quam priores Decemuiri ita ſeruaſſent, vt vnus faſces haberet, & hoc inſigne regium in orbem ſuam cuiuſque vicem per omnes iret.

¶ Alternare vices. Ouid. 15. Metam. 81.

Diſponere varias vices operum. Tibul. lib. 1. eleg. 9. 13.

Diuidere vices profeſſionum. Quintil. in Proœmio, lib. 1. 4.

Exercere vices. Virg. 9. Æneid. 36,

Omnis per muros legio ſortita periclum
Excubat: exercétque vices.

Fértque refértque vices incerta fors. Lucan. lib. 2. 5.

Implere deſtinatas vices. Curtius lib. 4, At illi, qui ſatis ſcirent, temporum orbes implere deſtinatas vices, lunámque deficere quum aut terram ſubiret, aut ſole premeretur, &c.

Mutare vices. Horat. 4. Carm. ode 7. 1.

Peragit vicem nox. Ouid. 4. Metam. 44.

Permutatis vicib⁹ ſtationũ, expletis, redituris, traditis. Curtius lib. 8, Itaque in permutandis ſtationum vicibus, cæteróque apparatu exequendæ rei, &c. Paulò poſt, Quippe alios in ſtationẽ oportebat prima luce ſuccedere, ipſorum poſt ſeptimum diem reditura vice. Ibidem, Adhuc tamen conſurati ſtabant vice officii ſui expleta. Paulò poſt, Data ſunt ſingulis quinquaginta ſeſtertia, collaudatiſque quod etiã aliis tradita vice, tamen excubare perſeueraſſent.

Reuocare vicem. Senec. Herc. fur. 13. 15.

Seruare vices. Virg. 9. Æneid. 45, -illi
Succedant, ſeruántque vices. Curtius li. 5, Vigiliarũ vices ante cubiculi fores ſeruant.

Sortiri vices. Virgilius 3. Æneid. 117.

Voluere vices. Virg. 3. Æneid. 76,

-ſic fata deûm rex
Sortitur, volúitque vices.

Variare vices. Virg. 9. Æneid. 33,

Interea vigilum excubiis obſidere portas, &c.
Purpurei criſtis iuuenes, auróque coruſci
Diſcurrunt: variántque vices.

¶ Alterna vice, Vide Alternus in Alter.

Alternis vicibus. Sene. Herc. fur. 6. 9.

Per vices, Vide præpoſitionem Per.

Vicibus, Per vices. Plin. lib. 8. cap. 32. 4, Maria tranãt gregatim nantes porrecto ordine, & capita imponentes præcedentiũ clunibus, vicibúſque ad terga redeuntes. De ceruis. Sic Sueton. in Caligula, cap. 11.

Vice verſa. Vlpianus de Stipulationibus, lib. 45. Pand. L. 1. §. Si quis ſimpliciter, Et vice verſa ſi interrogatus ſub conditione, reſponderit purè, &c.

Sermonum vice. Virg. 6. Æneid. 107,

Hac vice ſermonum roſeis Aurora quadrigis
Iam medium ætherio curſu traiecerat axem.

Vicibus annorum. Colum. lib. 2. cap. 9. 3, Collis enim quanuis granum robuſtius aliquanto, minus tamen tritici reddit. Denſa, cretoſáque, & vliginoſa humus ſiliginem & far adoreum nõ incommodè alit. Ordeum niſi ſolutum & ſiccum locum nõ patitur. Atque illa vicibus annorum requietum, agitatúmque alternis, & quàm lætiſſimum volunt aruum.

Annua vice, Vide Annus.

¶ Vice, pro Loco accipitur: vt Vice mea, Vice tua: pro Tuo & meo loco. Plinius in Paneg. 133. 2, Qui erga omne hominum genus vice ſua fungereris. Plautus Amphit. 4. 180, Metuo vocis ne vice hodie hîc vapulem. Horatius in Arte, 61,

Vtar vice cotis, acutum
Reddere quæ ferrum valet, exors ipſa ſecandi. Plinius lib. 9. cap. 15, Humi quoque vice pedum ſerpunt. Idem lib. 8. cap. 46, Bos in Ægypto etiam numinis vice colitur.

Nulla eſt enim perſona quæ ad vicẽ eius, qui è vita emigrarit, propius accedat quàm hæres. Cic. 1. de Legib. 77.

Vicem ſolis ſupplet, Loco ſolis eſt. Plin. epiſt. 121. g. lib. 5, Cohæret hypocauſtum: & ſi dies nubibus, immiſſo vapore, ſolis vicem ſupplet.

Vice alicuius ſolicitus. Curtius lib. 7, Rex non cupidine magis potiũdi loci, quàm vice eorum quos ad tam manifeſtum periculũ miſerat, ſolicitus toto die cacumina mõtis intuens reſtitit.

Pro, Vice mea, tua, &c. Plautus ferè ſemper accuſatiuum poſuit, Vicem meam, tuam, &c. vt in Capt. 10. 11,

-neque vllum pol de hac re negotium eſt
Quam malè occidam, oppetémque peſtem, heri vicem mei. Id eſt Pro hero meo. Ibidem, 7. 37, Vt eum redimat & remittat huc noſtrũm amborum vicem. Idem Rud. 19. 33,

-ſi appellabit quampiam,
Vos reſpondetote iſtinc iſtarum vicem. Hoc eſt, pro illis. Et Moſtellaria, 6. 8,

Ecquis homo eſt, qui facere argenti cuplat aliquantum lucri,
Qui hodie ſeſe exercuciari meam vicé poſſit pati? Item Truc. 4. 4, -ea omnia tibi dicis Dinarche, & noſtram
Et illorum vicem. Videntur Cicero & Liuius ſic etiam locuti. Liuius, Stupentes Tribunos & ſuam iam vicem magis anxios, quàm eius cui auxilium ab ſe petebatur, liberauit conſenſus Populi Rom. Idem, Vt meam vicem ſolicitus videretur. Idem, At enim cum Philippo Argiui ſenſerunt: remittimus hoc tibi ne vicem noſtram iraſcaris. Idem, Clamor vndique ab ſolicitis vicem imperatoris militibus ſublatus eſt. Cic. ad Lentulum, lib. 1. 9. 7, Quanquam ille perennis inimicus amicorum ſuorum, qui tuis maximè beneficiis ornatus in te potiſſimũ fractam illam, & debilitatam vim ſuam contulit, noſtram vicem vltus eſt ipſe per ſeſe. Id eſt, in ſeſe pœna afficiendo occupauit officium noſtrum, inquit Budæus.

¶ Vice mũdi, Ad ſimilitudinẽ mundi. Suet. in Nerone, ca. 31, Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuò diebus ac noctibus vice mundi circunageretur.

In vicem. Colum. lib. 3. cap. 14, Poteſt tamen malleolus protinus in vicem vinearũ radicis conſeri.

Cedere in vicem alicuius rei, Vide Cedo.

Fungi aliena vice. Liu. 1. ab Vrbe, 183, Itaque per aliquot dies, quum tam expiraſſet Tarquinius, celata morte per ſpeciem alienæ fungendæ vicis, ſuas opes firmauit.

Implere vicem alterius, Vide Impleo.

Fungi vicibus alicuius. Propert. lib. 4. eleg. 11. 15, Fungere maternis vicibus pater.

Obtinere vicem veri. Curtius lib. 8, Fama enim bella conſtãt: & ſæpe etiam quod falſò creditum eſt, veri vicem obtinuit.

Penſare vicem, Vide Penſo.

Præſtare vicem alterius. Ouid. 3. de Arte, 135. Saluſt. in epiſt. Pompeii ad Senatum, Vtrum cenſetis, me vicem ærarii præſtare, an exercitum ſine frumento & ſtipendio habere poſſe?

Recitare vicem. Cic. pro Seſtio, 7, Sed recito memoriam perfũcti periculi, prædicationem ampliſſimi beneficii, vicem præſentis officii, teſtimonium præteriti temporis.

Reddere vicem lunæ. Plin. l. b. 1. cap. 8. 7, Nuncupatur veſper, vt prorogans lucem, vicémque lunæ reddens.

¶ Vices vitare, Id eſt pugnas: quia per viciſſitudinem pugnabatur, vt Saluſtius docet. Virg. 2. Æneid. 87,

Iliaci cineres, & flamma extrema meorum,
Teſtor, in occaſu veſtro, nec tela, nec vllas
Vitauiſſe vices Danaũm. Seruius.

¶ Sardanapali vice, in ſuo lectulo mori: Hoc eſt In deliciis & volupratibus viuere, ac deinde ita mori, nullo alio fortunæ ictu quàm deliciarum abundantia vt Sardanapalus. Cic. ad Atticum, lib. 10. 197. 10, Quòd ſi me ſeſellerit, feram ſicut multi clariſſimi homines in Repub. excellentes tulerũt. niſi fortè me Sardanapali vice in ſuo lectulo mori malle cenſueris, quàm exilio Themiſtocleo, qui, &c.

Carinæ vice inuerſæ, Id eſt in modum. Plin.

Teli vice ſæuit nuda manus. Iuuen. Sary. 15. 6.

Fingere nomina vice poetæ. Cicero 1. de Legibus, 46, Quod ſi fingenda nomina, vice poetæ potius, vincendi, atque potiundi, &c.

¶ Vices, Pœnæ, & incommoda. Horat. 1. Carm. ode 18. 7,

-viceſque ſuperbæ
Te manent ipſum. Terent. Heaut. 4. 5. 1,
Ita me dij amabunt, vt nunc Menedemi vicem
Miſeret me. Cic. Attico, lib. 4. 75. 2, Nóſq; malò ſolatio, ſed nõ multo tamen cõſolamur, quòd ipſius vicem minimè dolemus.

Idem ad Brutū,10.8,Velim deinceps meliora ſint: ſin aliter fuerit (quod dii omen auertant) Reip.vicem dolebo. Idē 3.Verr. 79, Nos ſi alienam vicem pro noſtra iniuria dolerem⁹, veſtigiū iſtius in foro non eſſet relictum. Idem ad Atticum,lib.8.167.5, Vt meam vicem doleres,quum me videres derideri.

Vicem noſtram dolere, Eſt propter incommoda priuata dolere. Vicem autem publicam,eſt quod vulgò dicunt,Zelo Reip. Eſt autem figurata locutio, vt docet Priſcianus de cōſtructione. Quintil.lib.4,Si iudex aut ſua,aut Reip.vice commouetur.

Iraſci vicem alterius,Vide Ira.

Mœſtus non ſuam vicem, ſed propter ipſum periclitantium fratrum.Curtius lib.7.

Mihi vni neceſſe erit & meam & aliorum vicem pertimeſcere:Cic.pro Domo ſua,6.

Valde & meam & veſtram vicem timeam neceſſe eſt. Brutus Ciceroni,lib.11.19.2.

¶ Vices appellantur pœnæ,quæ in ſceleratos pro admiſſis regeruntur,vt inquit Porphyrio in illud Horatii,Epod.5.19,

Venena,magnum fas,nefāſque,non valent
Conuertere humanam vicem.

¶ Repoſcere & reddere vicem.Mart.lib.8.35, Captet forſitan, aut vicem repoſcat. Plin.epiſt.9.lib.2,Reddā vicē,ſi repoſces.

Reddere vicem meritis.Ouid.1.Amor.eleg.6.5.

Exigere vices alterius.Propert.lib.1.eleg.11.2,

Hæc erit illarum contempti pœna doloris:
Multarum miſeras exigit vna vices.

Simplici vice.Horat.4.Carm.ode 14.3, -& arces
Alpibus impoſitas tremendis
Deiecit acer plus vice ſimplici. Vult intelligi in vaſtandis his non tantam illis cladem intuliſſe,quantā ipſi dederant,ſed duplam:hoc eſt eam non ſimplici vice reddidiſſe. Porphyrio.

Vicarius,Adiectiuum,Qui vicem alicuius gerit,ſine obtinet,& in eius locum ſucceſſit.Liu.9.bel.Pun.4,Quando igitur adoleſcens quid ſentires non diſſimulaſti,vicarium tibi expediā, cui tu arma,equúmque,& cætera inſtrumenta militiæ tradas.

Vicaria opera,Mutuo data.Quintil.Vicariā ei operā impēdi.

Vicariam fidē,operæ noſtræ ſupponere.Cic.pro Roſc.Amer. 65,Propterea quòd quibus in rebus ipſi intereſſe nō poſſumus, in his operæ noſtræ vicaria fides amicorū ſupponitur.De mandati iudicio loquens.

Manus vicarias polliceri.Quintil.in Gladiatore,ad finē,Quod vnum mihi relictum eſt,en polliceor patri tuo vicarias manus.

Vicaria mors,Quæ pro altero ſubitur.Quintil.in Gladiatore, Vna fingitur coniunx, quæ iam perituri vitam mariti vicaria morte ſua redemit.

¶ Vicarius,Dicitur etiam ſeruus qui alterius ſerui vices gerit, Qui ſeruo maiori in familia ſeruit.Plaut.Aſin.9.17,

-cui datum eſt? L. Sticho vicario ipſi
Tuo. L. vah,delenire apparas:mihi ſcio vicarium eſſe, Neque eſſe ſeruū in heri.ædib⁹ qui ſit pluris quàm ille eſt. Cicero 3.Verr.65,Peculia omnium, vicariique retinentur. Ibidem,5.73,Hæc Diognetus qui ex publicis vectigalibus tanta lucra facit,vicarium nullum habet,nihil omnino peculii. Horatius 3.Car.ode 14.4,

Defunctúmque laboribus
Æquali recreat ſorte vicarius. Idem 1.Serm.ſat.7.16, -nam
Siue vicarius eſt,qui ſeruo paret,vti mos
Veſter ait,ſeu conſeruus,tibi quid ſum ego? Paulus de Noxalibus act.L.Si in re,Si ſeruus tuus nomen exercuerit: etiúſque vicarius ſeruus,& idem nauta in eadem naui damnum dederit.

¶ Miſerrimi laboris vicari⁹.Apuleius de Aſino aureo lib.8.nō procul à fine,Veniſti tandem miſerrimi laboris vicarius,ſed diuinus,& dominis placeas,& meis defectis iā lateribus conſulas.

Vicarius alieni iuris.Cic.pro Cecinna,41,Qui legitimè procurator dicitur omnium rerum eius,qui in Italia non ſit, abſitve Reipub.cauſa, quaſi quidam penè dominus, hoc eſt alieni iuris vicarius.

Alienæ dominationis vicarius.Brutus Ciceroni,16.4.

¶ Dare vicariū.Cic.12.Philipp.320,Quòd ſi in bello dari vicarii ſolerent,libēter me vt Brutus emitteretur,pro eo includi paterer. Idem ad Tironem,libro 16.11.4,Itaque te do vicarium, tu eum obſeruabis.

Inuenire vicarium.Cicero pro Sylla,20,Tamen hoc regnum appellabitur:cuius vicarius qui velit eſſe,inueniri nemo poteſt, longè abeſt regni ſuſpicio.

Succedere vicarium muneri alterius.Cicero 5.Ver.100,Vnum & quinquaginta aratores ita video deiectos, vt his ne vicarii quidem ſucceſſerint, Ibidem,6.75,Si hoc,quod abs te poſtulo, minus ad officium tuum pertinere arbitrabere, ſuccedam ego vicarius tuo muneri,ſuſcipiam partes quas alienas eſſe arbitrabar.Vide Succedo.

Succedere vicarium diligentiæ alterius.Colum.lib.11.cap.1.5, Etenim qui me abſente in meum locum ſubſtituitur, & vicari⁹ meæ diligentiæ ſuccedit,is ea,quæ ego,ſcire debet.

Subtrahere vicarium diligentiæ alterius. Cicero pro Murena, 73,Nolite mihi ſubtrahere vicarium meæ diligentiæ.

Vicarium alicuius eſſe alteri. Quintilianus in Gladiatore, Nō ſinas mendicare parentem meum.Suſtineas,adiuues,præſtes affectum:ſi mereor,tu ſis illi vicarius meus.

Viciſſim,Aduerbium,Per vices.Terent Eunucho,4.7.45,

-vti fortes decet
Milites,domique fociſque fac viciſſim vt memineris. Virgilius ecloga 5.10,
Nos tamen hæc quocunque modo tibi noſtra viciſſim
Dicemus. Plautus Aſin.11.91, Inambulandum eſt, nunc mihi viciſſim ſupplicabunt. Idem Sticho, 3.58, Dic viciſſim nunc iam tu. Idem Moſtel.16.31,Sine me viciſſim loqui. Cicero 1. de Natura deorum,3, Quòd ſi haberem aliquid quod liqueret, tamen te viciſſim audire vellem,quum ipſe tā multa dixiſſem. Idem 4.Academ.111,Sed & vos ab illo irridemini,& ipſi illū viciſſim eluditis.

Terra vno tempore florere,dein viciſſim horrere poteſt.Cic. 1.de Natura deorum,19.

Fari viciſſim.Virg.6.Æneid.107,
Sed te qui viuum caſus,age fare viciſſim,
Attulerint.

¶ Viciſſim,Secundo loco,ſiue econtrario.Cice.de Amicit.30, Sed ego admiratione quadam virtutis eius,ille viciſſim opinione forſaſſe nonnulla,quam de moribus meis habebat,me dilexit. Ibidem,26,Vt dandis recipiēdiſque meritis, quod quiſque minus per ſe ipſe poſſet, id acciperet ab alio, viciſſimque redderet. Terentius Heaut.4.3.10,

-ſed nunc Clinia,da te mihi viciſſim:
Nam amici quoque res eſt videnda. Cic.5.de Fin.108, Quicquid æquum iuſtúmque eſſet,id etiam honeſtum: viciſſimque quidquid eſſet honeſtum,id iuſtum etiam atque æquum fore.

Si ſint ea genera diuinandi vera,de quibus accepimus, quæque colimus, eſſe deos:viciſſimque ſi dii ſint,eſſe qui diuinent. Cic.1.de Diuinat.16.

Expecto quid ille tecum,quid tu viciſſim.Ci.Attico,li.16.333.3.

Mutuari ab aliquo,& ei viciſſim reddere aliud quippiam.Cicero de Fato,5.

Experiri viciſſim.Virg.eclog.3.6,
Vis ergo inter nos,quid poſſit vterque,viciſſim
Experiamur?

Viciſſātim,pen.prod.Aduerbium,Idem:ſed antiquum eſt.Plaut. Pœnulo,1.46,
Ad argumentum nunc viciſſatim volo
Remigrare. Idem Sticho,9.27,
Hodiéne exoneramus nauem frater? P.clementer volo:
Potius oneremus noſmet viciſſatim voluptatibus.

Viciſſitūdo,pen.pro.viciſſitūdinis,f.g. Alternatio,Mutatio ex alio in aliud,inquit Cicero lib.5.Tuſ.99. Idē de Amicit.46,Nihil eſt enim remuneratione benevolentiæ,nihil viciſſitudine ſtudiorū officiorúmque iucundius. Idē Lucceio,lib.5.11.16, Nihil eſt aptius ad delectationem lectoris, quàm temporum varietas,fortunæque viciſſitudines. Terent.Eun.2.1.45, -hoc nunc dices, Eiectos hinc nos,omnium rerum heus viciſſitudo eſt.

Viciſſitudo & mutatio ex alio in aliud. Cic.5.Tuſc.99, Inde eſt indagatio nata initiorum,& tanquam ſeminum,vnde eſſent omnia orta generata,&c. quæ vita,quis interitus,quæque ex alio in aliud viciſſitudo atque mutatio?

Dierum ac noctium viciſſitudines.Cic.1.Tuſcul.105,Vt quum videmus ſpeciem primùm candorémque cæli, deinde conuerſionis celeritatem tantam,quantā cogitare non poſſumus,tum viciſſitudines dierum atque noctium.

Diurnæ nocturnæque viciſſitudines.Cic.1.de Inuent.75,Verum ad vtilitates quoque rerum omnium ſunt accommodatæ & diurnæ nocturnæque viciſſitudines, nulla in re vnquam mutatæ quicquam nocuerunt.

Laboris ac voluptatis viciſſitudo.Cic.pro Murena,69.

Ad actionis ſuauitatem,quid eſt viciſſitudine, & varietate,& commutatione aptius? Cic.3.de Orat.114.

Tædiū aufert viciſſitudo.Cic.3.de Ora.107,Horum viciſſitudines efficient,vt neque il ſatientur qui audient,faſtidio ſimilitudinis: nec nos id quod faciemus, opera dedita facére videamur.

Viciſſitas, pen.cor,viciſſitātis,f.g.Idē,ſed antiquum.Actius Phœniſſi,Viciſſitatemque imperandi tradit. Nonius.

Victima,victimæ,pe.cor.Quæ poſt victoriā dextra victrice immolabatur. Quid.1.Faſt.68,Victima quæ dextra cecidit victrice

vocatur.Cic.ad Atticũ,lib.1.8.1,Ego enim te arbitror cæsis apud Amaltheam tuam victimis,statim esse ad Sicyonẽ oppugnandum profectum. Horat.1.Carm.ode 17.6,

-reddere victimas
Ædémque votivam memento.

Deuota victima.Horat.3.Carm.ode 13.3.
Maxima victima taurus.Virg.2.Georg.30.
Sacra victima.Iuuen.Sat.12.11.
¶ Niuea victima cadet ante aras.Senec.Agamem.6.39.
Litare victimas,Vide Lito.
Mactata victima.Sene.Octau.4.10.
Mactare victimam gratiorem.Cic.pro Flacco,74,Quam potestis P.Lentulo,qui vos in complexu liberorum coniugúmque vestrarum trucidatos incendio patriæ sepelire conatus est,mactare victimam gratiorem,quàm,&c.
Præbere se victimam alicui. Cicero 1.de Finibus,100,Neque porrò ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens Consul cecidisset in prælio,séque è continenti genere tertiam victimam Reipu. præbuisset.

Victimarius,Qui victimas vendebat. Plinius libro 7. cap.12.4, Et Scipioni in seruo Serapione victimarii negotiatoris, vili mancipio. Vetustum exemplar manu scriptum hîc aliter legit & distinguit, necnon pro Victimarii negotiatoris,Suarii legit.

Victimarius,Victimarum minister,qui in sacrificiis victimas ligabat,cultrum,aquam,& molam parabat, & reliqua quæ sacris erant necessaria.Valer.lib.1.ca.1,Libros Petilius Prætor Vrbanus ex authoritate Senatus,per victimarios facto igne in cõspectu populi cremauit. Liu.10.bel.Maced.111, Libri in comitio igne à victimariis facto,in conspectu populi cremati sunt.

Victito/Vide Viuo.

Victoria/Victoriatus/Victrix/ Victus/ Participium, Vide Vinco.

Victus/victus,victui,m.g.Vide Viuo.

Vicus/vici.m.g.Pars vrbis est,quæ ex multiplicatis domib° fit: & ex pluribus vicis vrbs constat. Diuiditur enim vrbs in vicos, quasi in membra minora. Cicero pro Milone,47,Nullum in vrbe vicum, nullum angiportum esse dicebant, in quo Miloni non esset conducta domus. Horat.1.epist.10.4,Purior in vicis aqua tendit rumpere plumbum. Ibidem lib.1.1.54,Deferar in vicum vendentem thus,& odores.

Ædificare vicos,Vide Ædifico.
Sceleratus vicus.Ouid.6.Fast.111.Vide Scelus.
Omnibus vicis statuæ factæ sunt.Cic.3.Offic.106.

Vicus rure,siue rusticus dicitur,quum plures simul villæ, quæ pagi dicuntur,hoc est plures rusticanæ domus coniunctæ sunt, & aliquo spatio remotæ ab vrbe,dúmodo non sint clausæ mœnibus.Cicero ad Terentiam,lib.14.1.10, Quod ad me mea Terentia scribis,te vicum vẽditurã,quid obtecro te (me miserũ) quid futurum est? Idem ad Catonem,lib.15.4.31,Quintum fratrem negotio præposui,vt in vicis, aut captis, aut male pactis exercitus collocaretur. Idem pro Lege Manilia,2,Bithyniæ vicos exustos esse complures. Idem ad Atticum,lib.1.1.3, Quod si assequor,Crassum diuitiis supero,atque omnium vicos & prata contemno.

Concursus fiunt ex agris,ex vicis,ex domibus omnibus.Cicero Attico,lib.5.104.3.

Conscribere seruos ex omnibus vicis concitatos. Cicero pro Domo sua,45.

Magister vici.Mart.lib.10.79,
Consul Torquatus,vicifuit ille magister,
Nec minor in tanto vsus honore sibi.

Vicânus,vicáni,penul.prod.Qui in vico rustico habitat. Cicero 1. de Diuinat.115,
Non habeo denique nauci Marsum augurem,
Non vicanos aruspices,non de circo astrologos. Ex Poeta. Idem pro Flacco,6, Timolites ille vicanus,homo non modò nobis,sed ne inter suos quidẽ notus,vos docebit qualis sit L. Flaccus. Liu.8.bel.Mac.130,Vicani,&c. quiqi ibi exules habitabãt.

Viculus,viculi,pen.corr.masc.g. Diminutiuum,accipitur pro pago & rusticanis domibus.

Vicinus,vicini,& Vicina,vicinæ,pen.prod.Qui vel quæ eundem locũ colit,& prope domum nostrã habitat.Cic.Attico,lib.8.150. 1,M.Lepidus vicinus noster. Idem pro Rosc. Amer.16, Quasi verò mihi difficile sit quamuis multos nominatim proferre,vel Tribules,vel vicinos meos,qui,&c.

Anniuersarii vicini,Vide Anniuersarius in Annus.
Bonus vicinus.Horat.1.epist.1.17.
Finitimus ac vicinus.Cic.pro Sylla,43,Quũ cæteri deficerent finitimi ac vicini.
Vicinus proximus. Cic.Attico, lib.1.19.2, C. Arrius proximus est vicinus,imò ille quidẽ iam contubernalis.Plaut.Merc.Tuus amicus & sodalis,simul vicinus proximus.
Vicinus interior.Cicero ad Q.fratrem,libro 1.1.11, Et mediocri me dolore putas affici,quum audiam qua sit existimatione Virgilius,qua tuus vicinus Cn.Octauius: Nam si te interioribus vicinis tuis Cilicensi,& Syriaco anteponis,valde magnum facis.

Vicinus,pen.prod.Adiectiuum,Vt Vicinum malum,Id est proximum.Plautus Merc.16.31,
Nunc ego illud verbum esse experior verum,
Aliquid mali esse propter vicinum malum. Virgil.9.eclog.3, Mantua væ miseræ nimium vicina Cremonæ.
Vicina & finitima rhetoricæ dialectica.Cic.in Orat.61.
Iurgia vicina. Horat.1.epist.2.55.
Mala sunt vicina bonis.Ouid.1.de Remed.65.
Oppidum vicinum.Horat.Epod.5.9.
Partus vicinus.Statius 1.Achil.43, Qualis vicino volucris iam fœdula partu,&c.
Pecoris vicini contagia.Virg.eclog.1.10.
Terra vicina mihi.Ouid.3.Trist.eleg.4.11.
Villa vicina.Horat.1.Serm.saty.5.16.
Vrbes vicinæ.Virg.1.Georg.101.
Vicina ad pariendum.Cicero 5.Verr.31,Latonam ex longo errore & fuga grauidam, & iam ad pariendum vicinam,temporibus exactis fugisse Delum, atque ibi Apollinem,Dianámque peperisse.

Vicinior,Cõparatiuus.Plin.lib.11.ca.13.4,Quid verus,costo vicinius esse debet. Legendum Qui, & vicinus. Ouid.6.Fast.55, Ni conuexa foret,parti vicinior esset,
Nec medium terræ mundus haberet onus.
In vicino sunt terræ,Vide In præpositionem.

Vicinitas,pen.cor.vicinitâtis,Vicinorum propinquitas,& aliquãdo vicinorum multitudo.Terentius Heaut.1.1.4, Tamen vel virtus tua me,vel vicinitas,&c. Cic.6.Verr.86,Signum quod erat notum vicinitati,buccina datur. Idem pro Rosc.Amerino,79, Cantu vocum & neruorum & tibiarum,nocturnisque cõuiuiis tota vicinitas personet.

Vicinitas & confinium. Cic.1. Offic.93, In omníque re contrahenda, vendendo,emendo,conducendo,locando,vicinitatibus & confiniis æquum & facilem,&c.

¶ Vicinitas etiam aliarum rerũ dicitur. Cic.pro Rosc.Amer. 9,Fuit cum genere,& nobilitate,& pecunia,non modò sui municipii, verumetiam eius vicinitatis facilè primus. Idem pro Cluentio,8, Pater huiusce Iudices, homo non solùm municipii Larinatis,ex quo erat, sed etiã regionis illius,& vicinitatis virtute,æstimatione,nobilitate facilè princeps.

Versari in vicinitate.Cic.4.Acad.150,Nam qui summum bonum dicant id esse,si vacemus omni molestia, eos inuidiosum nomen voluptatis fugere,sed in vicinitate versari.Id est parum abesse à nomine voluptatis:vel qui potius voluptatis quàm virtutis studiosi dicantur.

Sylvæ vicinitas. Plin.lib.4.cap.16.1, Triginta propè iam annis notitiam eius Rom. armis non vltra vicinitatem sylvæ Calidoniæ propagantibus.

Nominis vicinitas.Plin.lib.11.ca.18.3, Multi verò non discernunt à Cypiro vicinitate nominis.

Virtutibus ac vitiis vicinitas quædã est.Quintil.lib.3.ca.6.17.
Artium studiorúmque quasi finitima vicinitas. Cic.de Claris Orat.80.

Nares non sine causa vicinitatem oris secutæ sunt. Cice.1.de Nat.deorum,111.

Cum ciuibus vicinitas.Cic.5.de Finib.116, Serpit sensim foras cognationibus primùm,tum affinitatib°,deinde amicitiis,pòst vicinitatibus cum ciuibus.

Amicitiæ,consuetudines,vicinitates.Cic.Post red.ad Quir.2.
Mihi cum eo vicinitas & magnus vsus est.Cic.pro Cluẽtio,57.
Meretricia vicinitas.Cic.pro Cælio,19,Cur te in istam vicinitatem meretriciam contulisti?

Vicinia,viciniæ,Locus vicinus,seu ipsa vicinitas. Plaut.Milit.6.1, Certò ædepol scio vidisse,hic proximæ viciniæ,&c. Idem Mostel.15.14,Sed quid hoc quòd foris concrepuit proxima vicinia? Cic.1.Tusc.58, Inde in vicinia nostra Auerni lacus. Horat.1. Serm.satyra 5.11, -funus
Egregie factum laudet vicinia. Idem 1.epist.17.9, Sed videt huc omnis domus,& vicinia tota. Ouid.epist.17.37,Penè manu,quod amo,tanta est vicinia,tango.
Dines vicinia.Ouid.3.Fast.38.
Hic viciniæ,& Huc viciniæ,Vide Hic & Huc,aduerbia.
Verbis vicinia.Colum.lib.7.cap.3.11,Summitti tamen in vicinia verbis quandoque oportebit. Ibidem,cap.4.8,Si est vicinia maris,ad litus deducta mersatur.

Solis vicinia mollit ceras. Ouid. 8. Metam. 46.

Ex aliqua rei vicinia. Quintilianus lib. 3. ca. 10. vel 8, vt alii distinguunt.

Est tamen diuersarum rerum quædam vicinia. Quintilianus libro 8. cap. 3.

Vicinia cum. Quintil. lib. 8. cap. 6, Est enim huic tropo cũ synecdoche quædam vicinia.

Virtutum vitiorúmque vicinia. Quintil. lib. 1. cap. 11. 3.

Vicinâlis, & hoc vicinâle, pen. prod. Quod ad viciniam pertinet: vt Vicinales vix, Vide **Via**.

Vicinalis vsus. Liu. 1. bel. Pun. 96, Itaque ingens coacta vis nauium est, lintriúmque temerè ad vicinalem vsum paratarum.

Vicâtim, pen. prod. Aduerbium, Per varios vicos. Plin. lib. 6. ca. 16. 3, Mesopotamia tota Assyriorũ fuit, vicatim dispersa, præter Babylona & Ninum. Horat. Epod. 5. 11,

Vos turba vicatim hinc, & hinc saxis petens
Contundet obscœnas anus.

Conscribere homines vicatim. Cic. pro Sestio, 27.

Vicatim, Per varios vicos vrbis. Cic. ad Atticum, lib. 4. 71. 3, Ille vehemens ruere: post hũc furorem, nil nisi cædem inimicorum cogitare, vicatim ambire: seruis apertè spem libertatis ostendere. Idem pro Domo sua, 93, Seruorum omnium vicatim celebratur tota vrbe descriptio. Plin. lib. 33. cap. 9. 5, Igitur ars facta denarios probare, tam iucũda lege plebi, vti Mario Gratidiano vicatim totas statuas dicauerit.

Videlicet/pen. corr. Aduerbium confirmandi est, teste Donato, significat idẽ quod Videre licet: quod scilicet, scire licet: & illicet, ire licet. De hoc sic Valla, Scilicet & videlicet, idem significare videntur quod certè: sed habẽt vsum suum & præcipuũ per amaritudinem quandam cum derisu permistam. Nonunquã post relatiuum, sicut solet poni Quidem: nõnunquam & ante, vel sine relatiuo. Et hi sunt ferè modi vtendi his duabus dictionibus apud doctissimos: apud quos vix reperias illum vulgo vsitatissimum modum, quum ea quæ confusè dicta sunt, per singula postea exponimus: quale esset, Quatuor sunt virtutes, scilicet, vel videlicet, prudentia, iustitia, fortitudo, modestia. Hactenus Valla libro 1.

Maluit videlicet homines peccare quàm deos. Cic. 4. Verr. 14.

Quidam magnus videlicet vir & sapiens. Cic. 1. de Inuent. 3.

Sapiens videlicet homo cum primis nostræ ciuitatis. Cicero 1. de Orat. 113.

Videlicet, cum irrisione. Quintil. in Pastu cadaueris, Hoc videlicet expectastis: & ne captiosum esset officio tuo, maturius rediisse, ex industria tempus triuisti. Cic. 1. Philip. 40, Tuus videlicet salutaris Consulatus, pernicios⁹ mens. Idem pro Quintio, 21, Huic tu molestus esse videlicet noluisti, quem nunc respirare libere non sinis? Sic 4. de Finib. 37, Hæc videlicet est correctio philosophiæ veteris & emẽdatio, quæ omnino aditum habere nullum potest in vrbem, in forum, in curiam. Et 5. Verr. 33, At te videlicet inuentorem rerum optimarum ac principem imitabuntur omnes. Ibidem, 4. 95, Palàm (licebat enim videlicet legibus) singulis Censoribus denarii trecenti ad statuã Prætoris imperati sunt. Liu. 2. bel. Maced. 70, Nolite, quia vltro Romani petunt amicitiam, id quod optandum vobis, ac summa ope petendum erat, fastidire: metu enim videlicet compulsi in aliena terra, quia sub vmbra vestri auxilii latere volũt, in societatem vestrã confugiunt, vt portubus vestris recipiantur, vt cõmeatibus vtantur. Mare in potestate habent, &c.

Videlicet, sine irrisione: pro Nimirũ, certè, nam, enim. Plaut. Mil. 18. 67, Est profectò nauclerus: hic quidem est videlicet accersit accitã hinc credo. Idem Capt. 6. 36, Videlicet & propter diuitias inditum id nomen quasi est. Terent. Heaut. 3. 1. 11,

-hic de nostris verbis errat videlicet,
Quæ hic fumus locuti. Idem Heaut. 3. 2. 3,
Num me fefellit hosce id fruere videlicet
Est ille Clinix seruus tardiusculus. Idẽ Adel. 3. 4. 4, -videlicet
De psaltria hac audiuit. Cic. 1. de Inuent. 84, Quid hunc tanta Thebanorum gloria tam claro atque exornato trophæo clarius atque antiquius habere conuenit? scripto videlicet legis omisso, scriptoris sententiam consyderare debebat. Idẽ 2. de Legi. 40, Castè iubet lex adire ad deos, animo videlicet in quo sunt omnia, nec tollit castimoniam corporis. Idem ad Tironẽ, lib. 16. 17. 1, Nam quæ parcius frater perscripserat, verecundia videlicet & properatione, ea tu sine assentatione, vt erat, ad me scripsisti. Idem pro Fonteio, 16, Verebatur enim videlicet, ne quid apud vos populúmq; Rom. de existimatione sua deperderet.

Videlicet, cum relatiuo. Cic. 2. de Fin. 54, Hæc natura videlicet vult saluam esse se. Idem 1. de Legib. 14, Quos imitatus Plato, videlicet hoc quoque legis putauit esse, persuadere aliquid, &c. Ibidem, 15, Quæ quũ ita composita sanctáque essent, eas leges videlicet nominarunt. Idem 1. de Inuent. 131, Quũ ille alterũ, videlicet qui nummos haberet, &c.

Vt videlicet. Cic. pro Cluent. 101, Statuerunt enim ita maiores nostri, vt si à multis esset flagitium rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur: vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Idem in Orat. 61, Aristoteles dicit rhetoricam quasi ex altera parte respondere dialecticæ: vt hoc videlicet inter se differant, &c.

Tu videlicet. Cic. 2. de Finib. 111, Hæc quum loqueris, nos barones stupemus, tu videlicet tecum ipse rides.

Nihil videlicet est eorum. Cic. pro Plancio, 78.

¶ Videlicet, pro scilicet, siue nempe. Cic pro Sestio, 11, Venisse tempus iis qui in timore fuissent, coniuratos videlicet dicebat, vlciscendis. Idem pro Cluentio, 118, Qui eorum: quorum: videlicet qui suprà scripti sunt. Et 5. Verr. 94, Id quum impetrabatur, hoc videlicet impetrabatur, vt, &c.

Videlicet igitur. Cic. 5. Ver. 76, Videlicet non Turpioni lucrum datũ, sed Petrinis pecuniæ ereptæ. Vet⁹ exẽplar legit gloriatur.

Video/vides, vidi, visum, vidêre, Oculorum actio & officiũ est. Plaut. Bacchid. 10. 67,

-heu literas minutas! c. qui quidem videat parum:
Verùm qui satis videat, grandes satis sunt. Terent. Eunuch. 5. 3. 4, -mone verò oculos
Te nutrix. s. moueo. c. video, sed nihil promoues. Idẽ Adelp. 5. 4. 13, Duxi vxorem, quam ibi miseriam vidi! Sic Eunuc. 5. 1. 11, Vide amabo, si non quum aspicias, os impudens
Videtur. Cic. 7. Ver. 69. Iam hoc ipso istum vestitu Siculi ciuésque Romani permulti sæpe viderunt. Ouid. 9. Metamorp. 111, Vidisset lachrymas, vultus vidisset amantis.

Cernere & videre. Cic. pro Milone, 59, Liberæ enim sunt cogitationes nostræ: & quæ volunt sic intuétur, vt ea cernimus quæ videmus.

Venire, videre, & visere. Cic. Præto, li. 10. 23. 1, Sed tamen cõstitui ad te venire, vt & viderem te, & viserem, & cœnarem etiam.

Absens absentem audítque vidétque. Virgil. 4. Æneid. 17.

Video paucies, Vide Paucies in **Paucus**.

Magis vidi, Vide **Magis**.

¶ Videre oculis. Plaut. Pseud. 9. 19, Nunquam aduenî, neque te vidi ante hunc diem vnquam oculis meis. Terent. Eunu. 4. 4. 11, -hunc oculis suis
Nostrarum nunquam quisquam vidit Phædria. Idem Adel. 3. 1. 31, Certè, hisce oculis egomet vidi. Cic. 3. Catil. 63, I'dque quũ coniectura consequi possumus, quòd vix videtur humani consilii tãtarum rerum gubernatio esse potuisse, tum verò ita præsentes his temporibus opem & auxilium nobis tulerunt, vt eos penè oculis videre possemus.

Claris oculis videre, Vide **Clarus**.

Vultu placido videre aliquem. Tibull. lib. 1. eleg. 4. 11.

Oculis somnum videre. Terent. Heaut. 3. 1. 81, Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis. Hoc est tota hac nocte non dormiui. Cic. ad Curionẽ, lib. 7. 31. 5, Fuit enim mirifica vigilantia qui suo toto Consulatu somnum non viderit.

Diem videre. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 7, Quem ego diem si videro, & si in vestrum complexum venero, ac si & vos & meum recuperaro, satis magnum mihi fructum videbor percepisse & vestræ pietatis & meæ.

Aliquid animo videre. Cic. 4. Acad. 126, Et si nũc, aut si etiam dormientes aliquid animo videre videamur, imagines extrinsecus animos nostros per corpus irrumpere. Ouid. epist. 15. 8, Antè tuos animo vidi, quàm lumine vultus.

Somnia videre, Somniare. Ouid. 9. Metam. 96,
Me miseram, tacitæ quid vult sibi noctis imago?
Quàm nolim rata sit. cur hæc ego somnia vidi?

¶ Video, de visu per insomniũ. Tacit. lib. 1, Nox eadem lætam Germanico quietem tulit, viditque se operatum.

¶ Causas videre, Intelligere. Lucret. lib. 1. 31.

Insidias alicuius videre. Ouid. 1. de Arte, 154.

Spem videre. Terẽt. Heaut. 4. 1. 46, Si potis est reperiri, s v. plus spei video quàm volo.

Vitium videre in aliquo. Ouid. 2. Amor. eleg. 19. 2.

Videre quippiam ingratum, hoc est videre aliquid quod nobis non placeat. Ouid. 1. Metam. 157,
Sed videt ingratos, intabescítque videndo
Successus hominum.

Manifesta videre. Lucret. lib. 1. 175.

¶ Videre, ferè prouna esse vel cõgredi. Ci. Lẽt. lib. 1. 9. 23, Quippe qui etiã Rauennæ Crassum antè vidisset, ab eoqi in me esset incensus. Idem ad Atticum lib. 6. 113. 10, Ego (vt spero) propediem te videbo. Idem Appio libro 3. 6. 16, Sed planè, quando, aut vbi te visurus sim, nisi ad me scripseris, ne suspicari qui-

dem possum. Sic Sulpitio libro 4.6.11,Multis de causis te exopto quamprimum videre. Et Cælio lib.2.14.10,Ego,nisi quid me Etesiæ morabuntur, celeriter, vt spero vos videbo. Item ad Atticum,lib.3.46.1,Non fuerat mihi dubium,quin te Tarenti,aut Brundusii visurus essem.

¶ Videre,pro Vigilare.Terent.Eunucho,1.1.18,

-& prudens,sciens,
Viuus,vidénsq; pereo.Vbi Donatus, videre pro vigilare posuit: vt etiam Virgilius,quum de Sileno dicit,6.eclog.5,

-iámque videnti
Sanguineis frontem moris,& tempora pingit.Ergo viuus,non mortuus:videns,non dormiens.

¶ Vide,stomachantibus conuenit, qui indignatione cogûtur quasi cum aliquo colloqui. Terent.Phorm.2.3.11,Anaritia vide quid facit. Sic in Adelph.5.1.5,Illud sis vide exemplum disciplinæ.

Vide modò,inquis,nó me hercules.Cælius Ciceroni lib.8.1.1.

Vide vt incedit.Plaut.Aulul.4.7,Ironia. Idem Mil.5.45,Vide quemadmodum astitit seuera fronte.

¶ Me vide,phrasis comica:pro,Ad me accipio,certũ id habeto. Terét.And.1.1.13,Atque istuc ipsum nihil periculi'est,me vide. Idem Phorm.4.4.30,Fient,me vide.

¶ Videre, Prænidere,prænoscere.Cic.in quadam epist.An tu non videbas mecũ simul quã illa crudelis esset futura victoria? Idem, Tu enim ipse qui & me & alios prudentia vincis, omnia credo vidisti,nihil te fefellit. Idem 10.Philipp.181,An verò, si quid esset quod à M.Bruto timendum videretur,Pansa id non videret? aut si videret,non laboraret?

Videre animo.Cic.Torquato lib.6.3.3,Summa tamen eadem est & idem exitus,quem ego tam video animo, quàm ea quæ oculis cernimus.

Videre futura & diuinare. Cic.Cassio,lib.15.15.4. Sed sunt ea cõsequuta, vt magis mirum sit accidere illa potuisse,quàm nos non vidisse ea futura: nec, homines quum essemus, diuinare potuisse.

Ventura videre.Virgil.2.Æneid.15,

-& taciti ventura videbant.

Videre in futurum.Liu.6.ab Vrbe,55, Nostra victoria est milites(inquit)siquid dii vatésque eorum in futurum vident.

¶ Videre,Attendere,curare,aut intelligere,cognoscere & perficere. Terent. Heaut.4.2.3,Nisi aliquid video, ne esse amicam hãc gnati rescisçat senex. Idẽ And.1.2.36,Nisi vides,nisi senis amicos oras,ambis. Idem Eunucho,2.3.88, Vide ne nimiũ calidum hoc sit modo. Idem Heaut. 4.1.30,Melius,peius:prosit, obsit:nihil vident nisi quod lubet. Idẽ And.5.1.6, Vide quàm iniquus sis præ studio,dum efficias id quod cupis. Id est cõsidera. Idem Eunucho,2.1.18,Vide quid agas. Idem Heau.3.1.99, Itáne comparatam esse hominum naturam omnium,
Aliena melius vt videant & iudicent,
Quàm sua? Idem Phorm.1.4.11, Rectè ego mihi vidissem. Id est prouidissem. Plautus Amphit.7.71,Sed vide efferantur ex naui. Cic.1.Verr.16, Inclamando quidem video eum esse bene robustum atque exercitatum. Idem ad Tironem, lib.16.3.5,Nauem idoneam vt habeas,diligẽter videbis: vnum illud mi Tiro videto,si me amas. Idem Lepido lib.10.17.4,Tu pro tua prudentia,quid optimum factu sit videbis. Et ad Atticum,lib.1,Tu ista omnia vide & guberna. Ibidem,lib.6.115.2,Tu quãdo Romam saluus,vt spero,veniśti:videbis,vt soles,omnia,quæ intelligis nostra interesse. Sic, Sed valebis, meáque negotia videbis.

Sed id quoque videbimus.Cic.Attico lib.1.12.1.

Videre & consyderare.Cic.7.Verr.137, Quamobrẽ te quoque Hortensi,quia monendi locus est,ex hoc loco moneo,videas etiam atque etiã,& consyderes quid agas,quò progrediare,quem hominem & qua ratione defendas.

Videre & intelligere.Cice.Cæcinæ lib.6.5.4,Non mihi sumo, vt plus ipse prospiciam, quàm te videre atque intelligere mihi persuaserim.

Videre de.Cicero 4.de Finib.13,De summo bono,mox,vt dixi,videbimus.

¶ Hoc vide,Præmonentis,& cõsulentis. Terent.Heaut.2.3.74, Hoc vide:in mea vita tu tibi laudem is quæsitum scelus.

Vide ne.Cic.1.Tuscul.130,Illud angit,vel potius exercuciat,discessus ab omnibus his, quæ sunt bona in vita, vide ne à malis dici verius possit. Idẽ 4.Acad.13,Vide quæso etiam atque etiã, ne illarum quoque rerum pulcherrimarum, à teipso minuatur authoritas. Ibidem,110,Sapientis autem hanc censet Arcesilas vim esse maximam, cauere ne capiatur: ne fallatur videre. Idem 1. Tusc.75,Atqui vide ne quum omnes rectæ animi affectiones virtutes appellentur,non sit hoc proprium nomen omnium:sed ab ea quæ una cæteris excellebat,oẽs nominatæ sunt.

Vide quantum fallãre.Cic.1.de Finib.23.

Videat quid de illis respondeat.Cic.3.Verr.7.

Vide quid agas,Non terrentis est,sed excitantis.Teren.Phor. Vide quid agas.prima coitio est acerrima.

Vide vt.Terent.Heaut.4.1.4,At vide,vt satis modò contẽplata sis.Id est,caue ne non satis. Alii non habent vide.

¶ Videro,pro Cauebo,& attentè cõsyderabo.Plau.Mer.7.126, Non potes tu lege vendere illam?D. ego aliquid videro. Idem Adelph.5.3.59, Modò facito vt illam seruet. D. ego istuc videro. Et And.1.6.15, Ego istæc rectè vt fiant videro. Cic. Trebatio lib.7.16.4,Balbus mihi confirmauit te diuitem futurumid verũ Romano more loquutus sit, bene nummatum te futurum: an quomodo Stoici dicunt omnes esse diuites,qui cælo,& terra frui possint,postea videro. Idẽ pro Cælio,26,Videro hoc posterius. Et 4.Verr.106,Alio loco de aratorum animo & iniuriis videro. Sic 6.Ver.31,Compone hoc quod postulo de argento:de reliquo videro.

Viderit Epicurus de hac re:Id est videat, hoc est,Huius rei illi cura sit, vel huius opinionis rationem reddat. non ego, inquit Valla in Raudẽsem.Sic Videris,viderimus,videritis,viderint:.Cicero 4.Acad.40, Epicurus hoc viderit, & multa alia. Idem ad Brutũ,1.4,Sed de hoc tu videris. Et pro Quintio,31,Viderint, inquit, ista officia viri boni: de me ista consyderent. Sic pro Rosc.Amer.51,De Capitone pòst viderimus, si quemadmodum paratum esse audio, testis prodierit. Item ad Varronem lib.9. 6.9,Sed hoc viderint?il,qui nulla sibi subsidia ad omnes vitæ status parauerunt. Idem ad Atticum,lib.6,Sed hoc fortuna viderit,quoniam consilio nõ multum vti licet. Liu.1.ab Vrbe,171, De his videris,quos, si pergis,aut immatura mors aut lõga seruitus manet. Ibidem,li.1.157,Vos,inquit,videritis quid illi debeatur: ego me ersi peccato absoluo, supplicio non libero.

Quid concupiscas,tu videris: quod concupieris certè habebis.Cic.5.Philipp.188.

¶ Videbitur,Impersonale.Plaut.Asin.11.95,

Da mihi istas viginti minas:vides me amantem egêre.
1.1.Videbitur.

Videndum est ne.Cic.1.Offic.41,Videndũ est ne non satis sit iustos esse,&c. Ibidem,65, Vidẽdum est enim primum ne obsit benignitas,&c. Terent.Hecyra,5.1.3,Vidẽdum est ne minus propter iram hanc impetrem.Id est prouidendum,cauendum.

¶ Videor,pro Speciem offero,speciem habeo,& præ me fero. Plaut.Capt.4.11,

Omnes profectò liberi libentius sumus
Quàm seruimus.At nó vidêre ita tu quidem. Idem Aul.5.36,
Nam nunc quum celo sedulò,omnes ne sciant,
Omnes videntur scire. Terent.Eunu.5.2.61,Parum perspexisse eius vidêre audaciam. Idem Heaut.3.1.81,Vidêre verum,atqui vti res est,dicere.

Meruit formosa videri.Ouid.4.Metam.64.

Mihi vidêris.Cic.1.Acad.38, Tu verò, inquam,Varro,bene etiam merituras mihi vidêris de tuis ciuibus. Hora.1.epist.7.19, Durus,ait Vultei,nimis,attentúsque videris
Esse mihi. Catull.ad seipsum,8.4, Quis nunc te adibit? cui videberis bella?

¶ Videor,pro eo quod barbarè dicitur,*Videtur mihi quod*.Plautus Epid.11.11, Noscito ego hanc? nam videor, nescio vbi, me vidisse priùs. Idem Trinum.8.3,Quum consydero,meminisse videor fieri. Plancus ad Ciceronem,lib.10.17.7,Amicum eum Reip.cognosse videor. Cic.ad Senatum,lib.15.1.24, Eóque vos studiosi' feci certiores,quòd in rege Ariobarzane ea mihi signa videor virtutis,ingenii,fidei,benevolentiæque erga vos perspexisse. Virg.5.Æneid.35, -sed coràm agnoscere vultus,
Velatáque comas,præsentiáque ora videbar.

Siquid est in me,quod iam sperare videor,quoniam,&c. Cic. 2.de Orat.66.

Mihi videor.Cic.ad Terentiã,lib.14.1.6, Quod de domo scribis, hoc est de area, ego verò tũ denique mihi videbor restitutus,si illa erit nobis restituta. Virg.eclog.10.11, Iam mihi perrupes videor,lucósque sonantes Ire.

Nónne vobis videtur animus is qui plus cernat & longius, videre se ad meliora proficisci: ille autẽ cuius obtusior sit acies, non videre? Cic.de Senect.75.

Videre videor.Terent.Adel.3.3.30,

Videre videor iam diem illum,quum hinc egens
Profugiet aliquò militatum. Cic.ad Tironem,lib.16.11.16,Videor enim videre ementem te rusticas res,cum villico loquentem. Idem 5.de Finib.7,Modò enim fuit Carneades,quem videre videor: est enim nota imago. Sic ad Atticum,libro 7.111. 4, Videre enim mihi videor tãtam dimicationem,&c.quanta

nunquam fuit. Ouid.2.de Ponto,eleg.4.2,
Ante meos oculos præſto eſt tua ſemper imago,
Et videor vultus mente videre tuos.
Videor enim mihi videre hanc vrbem,lucem orbis terrarum atque arcem omnium gentium,ſubito vno incendio concidentem. Cic.4.in Catil.85.
Videor mihi perſpicere primùm ipſius animum, qui plurimum poteſt,propẽſum ad ſalutẽ tuam. Cic.Figulo,lib.4.13.14.
Videtur ita mihi,Ita cenſeo. Plaut.Ciſtel.10.67,
Mala merx hera hæc & callida.v.ecaſtor mihi
Ita videtur. Terent.Phorm.2.4.10, -mihi
Sic hoc videtur,quod te abſente hic filius Egit,&c. Idẽ Andria,3.3.31,Tibi ita videtur:at ego non poſſe arbitror. Cic. Trebatio lib.7.17.10,Hoc quemadmodum vos ſcribere ſoletis in veſtris libris,idem Q.Cornelio videbatur.
¶ Vt videmur. Cic.Att.lib.5.106.3,Stamus animis: & quia cõſiliis,vt videmur,bonis vtimur,ſperamus.
Si videtur,Si placet. Cic.ad Terentiam,lib.14.7.5,Si tibi videbitur,villis iis vtere quæ longiſſimè aberunt à militibus. Idem ad Fabium Gallum,lib.7.24.15,Facies me,ſi tibi videtur,certiorem. Idem ad Atticum,Tu,ſi videbitur,dabis operam quamprimum ad nos venias.
Quibus videbitur. Cicero,Quibus tibi videbitur,velim des literas nomine meo. Hoc eſt quibus tibi videbitur dandas eſſe. Idem pro Rabirio,perduel.reo,13,Fit ſenatuſcõſultum,vt C. Marius,L.Valerius Conſules adhiberent Tribunos plebis,& Prætores quos eis videretur. Liuius. Ad hæc præſidia diſponerent, quibus locis videretur. Deeſt eſſe diſponenda. Budæus.
Magnopere videtur,Vide in Magnus.
¶ Viſus ſum. Plau.Aulul.31.4,Certò enim ego vocẽ hîc loquẽtis modò me audire viſus ſum. Idem Ciſtel.7.1,Audire vocem viſa ſum ante ædes modò. Terent. And.1.5.10, Id mihi viſus eſt dicere,abi citò,& ſuſpende te.
Viſus ſum mihi. Cicero 4.Acad.94, Viſus ſum mihi cum Galba ambulare.
Viſus ſum videre. Plaut.Curcul.6.10, Hac noctu in ſomnis viſus ſum videriер.
¶ Viſum eſt illi. Plaut.Epid.2.2.19,Quid ſi ſeruo aliter viſũ eſt? Cic.ad Plancum,lib.10.21.3,Commodiſſimum mihi Plancóque viſum eſt,vti eo,quod ne noſtro arbitratu componeretur, &c. Idem ad Atticum,lib.5.10.3,Sextius ad me ſcripſit quæ tecũ eſſet de mea domeſtica & maxima cura loquutus, quid tibi eſſet viſum. Brutus ad Ciceronẽ,Facies tamẽ quod tibi viſum fuerit
Cælitibus non ita viſum eſt. Ouid.4.de Ponto,eleg.9.8.
Dis aliter viſum. Virgil.2.Æneid.86.
Superis viſum. Virgil.3.Æneid.1,
Poſtquam res Aſiæ,Priamique euertere gentem
Immeritam viſum ſuperis,&c.
Viſum eſt faciendum,vel vt facerẽ. Seruius ad Ciceronẽ, lib. 4.12.1,Viſum eſt faciẽdum quoquomodo res ſe haberet, certiores vos facere. Ibidem,Quare viſum eſt occultius agendum. Cælius ad Ciceronẽ,lib.8.5.5,Viſum eſt vt te facerem certiorem.
¶ Videri pro nihilo. Cic.2.de Finib.70, Quæ quum Ariſtoni & Pyrrhoni omnino viſa ſunt pro nihilo, &c. Id eſt,nihili æſtimata ab eis.
¶ Videbis,pro Videbit quis. Virgil.4.Æneid.98,
-mugire videbis
Sub pedibus terram,& deſcendere montibus ornos.
¶ Penè videre eſt,Propemodum videri poteſt. Hora.1.Serm. ſatyr.2.21.
Videre licet. Cic.1.Offic.68, Videre etiam licet pleroſque non tam natura liberales, quàm quadam gloria ductos. Idem 2. Tuſc.17,Videre licet alios tanta lenitate & iactatione,his vt fuerit non didiciſſe melius.
¶ Vidén', pro Vidéſne. Terent.Eunu.2.2.10,Vidén' me ex eodẽ ortum loco? Cic.ad Atticum,lib.13.27.2, Vidén' quàm φαντάζωται an tu nos fruſtra exiſtimas hæc in manibus habere? Terẽt. And.3.5.10, -vidén' me tuis conſiliis
Miſerum impeditum eſſe! Hoc eſt,nunquid negare potes? Catull.in Epithal.Iuliæ,56.16,
Virgo adeſt,vidén' vt faces
Splendidas quatiunt comas?
¶ Vide ſis, pro Vide ſi vis. Perſius Satyra 2.11,
-vide ſis ne maiorum tibi fortè
Limina frigeſcant. Sumptum à comicis, vt Apageſis,caueſis.in qua dictione tanquam per hyphen legenda ſit poeta mediam corripuit. Terent.Heaut.2.3.118,Sed heus tu vide ſis,nequid imprudens ruas. Et paulo poſt,133,Laudabis.2. vide ſis. CLITT. intemet mirabere.
¶ Videndi,videndo, videndum, Gerundia. Virgil. eclog.2.6,

Et quæ tanta fuit Romam tibi cauſa videndi?
Auidus videndi. Ouid.10.Metam.12.
Copia rara videndi. Tibull.lib.2.eleg.3.17.
Inſatiabilis cupiditas veri videndi. Cic.1.Tuſcul.71.
Dare ſe videndum populo. Ouid.3.de Arte,85.
Offerre ſe videndum alicui. Virgil.2.Æneid.118.
¶ Videndo, gerundii modus à paſſiuo. Virgil.3.Georg.43,
Carpit enim vires paulatim,vritque videndo
Fœmina: nec nemorum patitur meminiſſe,nec herbæ. Hoc eſt, dum videtur,vt aiunt Seruius & Valla.
¶ Viſu, Supinum. vt Deformia viſu. Ouid.3.de Arte,44.
Facilis viſu. Virgil.3.Æneid.115.de Polyphemo,
Nec viſu facilis,nec dictu effabilis vlli:
Ferum viſu dictúque. Silius lib.1.35.
Miſerabile viſu. Virgil.1.Æneid.13.
Terribiles viſu formæ. Virgil.6.Æneid.56.
Tenuis viſu. Stat.8.Thebaid.18.
Videndus, Participium. vt Cuncta videnda ſunt animo. Ouidius 3. Triſt.eleg.4.11.
Probra videnda meis oculis. Ouid.3.Amor.eleg.13.9.
Viſus, viſa, viſum, Participium. Terent. Heaut.3.2.9, Viſa verò eſt, quod dici ſolet, aquilæ ſenectus. Idem And.3.5.10, Viſus ſum. Idem Hecyra,3.1.38,Matris vox viſa eſt Philumenæ. Vbi Donatus,Omnia hæc quæ ſenſu percipi poſſunt,viſa dicimus. Virgil.6.Æneid.51, Viſæque canes vlulare per vmbrã. Plin.lib.7. cap.19.2,Socratem clarum ſapientia, eodem ſemper viſum vultu,nec aut hilari magis aut turbato.
Non magnopere viſus, Vide Magnus.
Oculis meis viſa eſt. Ouid.3.de Ponto,eleg.3.4.
Formæ viſæ correptus imagine. Ouid.3.Metam.84.
Imago viſa mihi ante oculos. Virgil.2.Æneid.155.
Viſa eſt pedum via. Terent.Phorm.2.2.11,Factum eſt periclũ, iam pedum viſa eſt via.
Viſos vultus agnoſcere. Ouid.1.de Ponto,eleg.11.5.
Senſibus viſa. Lucretius lib.4.95, -horũ pars maxima fallit
Propter opinatus animi,quos addimus ipſi:
Pro viſis vt ſint,quæ non ſunt ſenſibus viſa.
Viſo eſt opus. Plaut.Capt.5.31, -tamen viſo opus,
Cauto eſt opus, vt ſobriè ſinéque arbitris accuratè hoc agatur.
Viſũrus, pen.prod. Participium futuri temporis.
Viſuros, Ad videndum miſſos, dixit Salluſtius, teſte Quintiliano libro 9.cap.3.
Abies caſus viſura marinos. Virg.2.Georg.14.
Dies belli viſura tumultus. Lucan.lib.2.47.
Viſum, viſi, pro eo quod videmus: vt Referre viſa. Ouid.3.Faſt.8.
Turpia viſa. Propert. lib.2.eleg.6.6,
Quæ manus obſcœnas depinxit prima tabellas,
Et poſuit caſta turpia viſa domo.
Viſum, viſi, Somnium, & nocturnum, ſine etiam diurnum phantaſma, quod etiam vigilantibus apparet. Virg.4.Æneid.91, Hoc viſum nulli,non ipſi effata ſorori eſt. Cic.1.de Diuin.119, Caſus autem innumerabilibus penè ſeculis in omnibus plaga mirabilia, quàm in ſomniorum viſis effecerit. Idem de Fato,63, Viſum obiectum imprimet illud quidem,& quaſi ſignabit in animo ſpeciem ſuam. Idem 1.Acad.57,Senſus iunctos eſſe cenſuit è quadam quaſi impulſione oblata extrinſecus, quam ille φαντασίαν, nos viſum appellemus Idẽ 1.de Diui.108, Huic omnia viſa obiiciuntur à mente ac ratione vacua.
Viſum eſt enim tale obiectum dormienti, vt id quod euenit, naturæ vis,non opinio erroris effecerit. Cic.1.de Diuin.111.
Somniorum viſa. Cic.1.Tuſc.155, Quamobrem ſine ſenſus extinguitur,mórſque ei ſomno ſimilis eſt, qui nonnunquã etiam ſine viſis ſomniorum placatiſſimam quietem affert.
A dormientibus multa ſignificata viſis. Cic.in Top.41.
Si deus iſta viſa nobis prouidendi cauſa dat,non vigilantibus potius det quàm dormientibus. Cic.1.de Diuin.188.
Viſus, huius viſus, m.g. Ipſe videndi actus. Plin.lib.8.cap.21.1, Sed in Italia quoque creditur luporum viſus eſſe noxius.
Orbus viſus, Orbus oculorum. Silius libro 13.146,
-Pyrrhúmque à limine portæ Deiecit viſus orbus. Viſus genitiuus eſt.
Acer viſus, Vide Acer adiectiuum.
Connexus viſus, Vide Connecto.
Hebes viſus. Senec.Her.fur.9.8, Hebetéſque viſus vix diem inſuetum ferunt.
Inocciduis viſibus ſtellatus Argo. Stat.6.Thebaid.56.
Inoffenſi viſus. Claud.de raptu Proſerp.2.24,
-& latè pernius humor
Ducit inoffenſos liquido ſub gurgite viſus:
Imáque perſpicui prodit ſecreta profundi.

Tortus visus. Stat. 10. Thebaid. 167.

¶ Abducere visum, Vide Abduco.

Decipere visus alicuius. Senec. Herc. furente, 9. 1.

Deprendere aliquid visu. Valer. 1. Argon. 94. de Lynceo,

-possit qui rumpere terras:
Et Styga transmisso tacitam deprendere visu.

Dirigere visus aliquó. Claud. 1. in Eutrop. 17.

Ducere visus per omnia. Stat. 1. Sylu. 3. 11, Dum vagor aspectu, visúsque per omnia duco.

Effugere visus alicuius. Ouid. 3. Fast. 82,

Siue est Arctophylax, siue est piger ille Bootes,
Mergetur, visus effugiétque tuos.

Fallere visum. Plin. lib. 9. cap. 50, Pisces attritu ventriũ coeunt tanta celeritate vt visum fallant.

Imago dubia fallit visus meos. Senec. Agamem. 10. 2.

Ferre visus per membra alicuius, Contemplari membra. Sta. 4. Sylu. 6. 8.

Flectere visus aliquó. Stat. 10. Thebaid. 163.

Fugere visus alicuius. Ouid. 2. Fast. 16,

Quem modò cælatum stellis Delphina videbat,
Is fugiet visus nocte sequente tuos. Id est non videbitur à te.

Habere visum illustrem, Vide Illustris.

Immoto visu hærere. Stat. 5. Thebaid. 45.

Hebetat visus mœror. Sene. Herc. furente. 11. 30.

Intercludere visus prospectu. Stat. 6. Thebaid. 41,

Stant iussi Danai, atque obtentis eminus armis,
Prospectu visus interclusere nefastos.

Lassari inani visu. Valer. 1. Argon. 142.

Marcens visus. Sene. Agamem. 8. 2.

Metiri aliquid visu. Stat. 10. Thebaid. 167, Ardua mox torno metitur culmina visu.

Monere visum. Lucret. lib. 6. 34, -quia semper ad aures
Tardius aduenient, quàm visum quæ moueant res.

Obliquare superbos visus. Stat. 1. Achill. 6. 5.

Perstringere visum. Quintil. lib. 10. cap. 1, Qualis est ferri fulgor, quo mens simul, visúsque perstringuntur.

Prælibare vultus alicuius visu. Stat. 1. Achill. 18,

Tum verò intentus vultus, ac pectora Vlysses
Prælibat visu.

Premere visus alicuius, Claudere oculos. Stat. 2. Sylu. 1. 35.

Dilectósque premis visus, & frigida lambis Oscula.

Prendere aliquid visibus, Assequi oculorũ acie. Stat. 4. Syl. 2. 7.

-fessis vix culmina prendas
Visibus, auratique putes laquearia exli.

Satiare lumina longo visu. Stat. 4. Sylu. 6. 7.

Sparsus visus per omnia. Stat. 5. Thebaid. 110,

-sparsóque per omnia visu
Lustrat humum, quærens, &c.

Subdere aliquid visu oculorũ. Lucret. lib. 5. 21. Visu, pro visui.

Vmbratus visus. Silius lib. 13. 69,

Obtendénsque manum, solem inferuescere fronti
Arcet, & vmbrato perlustrat pascua visu.

¶ Auferre visus agris, Obscurare agros. Stat. 11. Thebaid. 17,

Sic pater omnipotens visúsque nocentibus aruis
Abstulit, & dulci terræ caruere sereno.

¶ Visus, Id quod videtur. Virgilius 3. Æneid. 8, Rite secundarent visus.

Acerbo visu defixus. Valer. 8. Argon. 74.

Obstupuit visu Æneas. Virgil. 5. Æneid. 18.

Tremefactus visu. Virgil. 2. Æneid. 77.

Subito turbatur Scipio visu. Silius lib. 13. 90.

Immundo somnia visu. Horat. 1. Serm. satyr. 5. 17.

Nocturnus visus. Tacitus lib. 11, Nocturno visu demonstrat. Idem lib. 10, Aduocata concione, iussa numinis, suos Ptolemæique visus ingruentia mala exponit.

¶ Visus, Species. Cic. 1. de Nat. deorũ, 19, Ex quo existit & illud multa esse probabilia quæ quanquam non perciperentur, tamen quia visum quendam haberent insignem & illustrem, his sapientis vita regeretur.

Visio, visiónis, Verbale, Id quod videtur. Cic. 4. Acad. 64. Nec potest is cui est visio veri falsique communis, vllum habere iudicium, aut vllam omnino veritatis notam. Idem 1. Tuscul. 73, Falsáque eius visione ac specie moueri homines dico vehementius. Et 1. de Nat. deor. 150, At quàm licenter fluentiũ frequenter transitio fit visionum.

Aduentitia visio, Vide Aduentio.

¶ Visio, Phantasia etiam dicitur. Quintil. lib. 6 cap. 2. 14. Quas phantasias Græci vocãt, nos sanè visiones appellemus. per quas imagines rerum absentium ita repræsentantur animo, vt eas cernere oculis ac præsentes habere videamur.

Inanes visiones, Vide Inanis.

Visor, visóris, Verbale, m. ge. Visores, pro inspectoribus explaratoribúsque. Tacit. lib. 16, Nec missis visoribus, per quos nosceret an vera assererentur.

Viso, visis, visi, visum, visere, pe. corr. Ad videndũ ire. Plau. Merc. 3. 66,

Neque nisi quinto quoque anno posse tum visere
Vrbem. Idem Mostell. 10. 8, -vise, specta tuo
Arbitratu. Terent. And. 4. 1. 15, Ego hanc visam. Liu. 3. ab Vrbe, 167, Ex muris visite agros vestros ferro igniq; vastatos. Cic. 1. Tuscul. 103, Sed quum audisset eum graviter esse ægrum quòd vehementer eius artus laborarẽt, voluisse tamen nobilissimum philosophum visere. Idem Mario, lib. 7. 1. 11, Posthac ad ludos venies, nósque vises. Idem ad Atticum, lib. 11. 146. 5, Velim aliquando cum erit tuum commodum, Lentulum puerum visas. Ouid. 5. Trist. eleg. 3. 4, Arua relegatum iussisti visere Ponti.

Orbem peregrinum visere. Ouid. 1. Metam. 10.

Regiam visere. Horat. 1. Carm. ode 37. 5.

Aliquem longo interuallo visere. Cic. Attico, lib. 1. 1. 1.

Quum laxati curis sumus, spectare aliquid volumus & visere. Cic. 1. Tuscul. 70.

Viso ad. Plaut. Epid. 5. 115, Ego visam ad forũ. Idẽ Cap. 13. 115, Postremò Ægio, si parua iumorando est fides,
Vise ad portum. Terent. Hecyra, 3. 1. 4, Nunc ad eam visam.

Viso ecquid. Plaut. Bacch. 11. 10, -nunc Mnesilochum,
Quod mãdaui, viso ecquid eũ ad virtutẽ aut ad frugẽ opera sua Compulerit.

Viso si. Terentius Eunuc. 3. 4. 7. Idque adeò visam si domi est. Idem Heaut. 1. 1. 118, -ibo vt visam si domi est,
Nihil opus fuit monitore.

Vise redieritne iam, an nondum domum. Terẽt. Phor. 1. 4. 5.

¶ Viso, Ad videndum venio, interprete Donato. Terẽt. And. 53. 4. Id viso, túne, an illi insaniant. Id est ob id viso te.

¶ Viso, iũctum cum Venio, aut Eo is, significat Video. Plautus Rud. 4. 6, Nunc huc ad Veneris fanum venio visere. Terent. Hecyra 1. 2. 114, -nostra illico
Ire visere ad eam, admisit nemo. Gellius lib. 6. ca. 9, Dicitur ad Collegam venisse visere ægrotum.

Idem significat iunctum cum Gratia, Causa, Studio, & huiusmodi. Sallust. de bel. Catil. Multi autem qui ex castris visendi aut spoliandi gratia processerant, volentes hostilia cadauera, amicum alii, pars hospitem, aut cognatum reperiebant. Terent. Hecyra, Ne mittas quidem visendi causa quenquã. Virg. 2. Æneid. 13, Vndique visendi studio Troiana iuuentus
Circunfusa ruit. Cic. 5. Tusc. 13, Qui nec plausum, nec lucrum quærerent, sed visendi causa venirent, studioséque perspicerent quid ageretur, & quomodo. Idem de Vniuers. 3, Cratippus Ephesum venit mei salutandi, & visendi causa. Idem 7. Verr. 53, Ex finitimis visendi causa conuenirent.

¶ Visitur, pe. cor. passiuũ. Cic. 6. Ver. 4, Idẽ opinor artifex eiusdem modi Cupidinẽ fecit illum qui est Thespiis, propter quem Thespiæ visuntur. Nam alia visendi causa nulla est. Idem 1. Offic. 193, Domus Cn. Octauii vulgo visebatur.

Visendus, Participium. Cicero pro Lege Manil. 43, Eam quoque rem Populus Romanus non modò vidit, sed etiam studio omni visendam putauit. Ibidem, Quæ cæteri tollenda esse arbitrantur, ea sibi ille ne visenda quidem existimabat. Idem de Opt. genere Orat. 153, Quid enim aut tam visendũ, aut audiendum fuit, quàm, &c. Horat. 1. Car. ode 14. 4, Visendus alter flumine languido Cocytus errans.

¶ Visendus, Nomẽ ex participio vt Visendæ magnitudinis arbor, hoc est spectabilis & admirandæ. Plin. lib. 16. cap. 44. 8, Vicina loco est ilex, & ipsa nobilis triginta quinque pedum ambitu candicis, decem arbores metiens singulas, magnitudinis visendæ. Idem lib. 10. cap. 19. 10, Vpupa crista visenda plicatili. Idẽ lib. 11. cap. 49. 2, Ceu planè visenda res esset, principem terrarum insidere portentis. Cic. in Vatinium, 14, Epulum, omni apparatu, ornatúque visendo.

Visito, visitas, pen. corr. visitare, Frequentatiuum à Visere. Plaut. Curcul. 7. 60, -ibi me interrogat
Ecquem in Epidauro trapezitam Liconem nouerim.
Dico me nouisse. quid lenonem Cappadocem annuo
Visitasse. Cic. 5. de Finib. 161, Is quum arderet podagræ doloribus. visitasséque hominem Carneades Epicuri perfamiliaris, & tristis exiret, &c.

Visitatio, visitatiónis, Verbale, Ipse visitandi actus.

Visibilis, & hoc visibile, pen. corr. Quod videri potest. Plin. libro 11. cap. 37. 12, Oculi seu vasa quædam visibilem animi partem accipiunt, atque transmittunt.

Vidua, viduæ, Dicta est quasi valde idua, ab Iduum die qui mensem diuidit: hoc est, à viro diuisa. Plaut. Sticho, 2. 1, Quæ tandiu

vidua viro ſuo caruit. Cic.pro Cecinna,10, Cognitor viduarũ.
Auaras viduas venari.Horat.1.epiſt.1.18.

Viduo,viduas,viduare,Priuare.Columel.lib.4.cap.2.1,Sine enim caput ipſum demortuum eſt,duo viduantur ſtatumina,& mox viuiradices totidem ſubſtituendæ ſunt, quæ numero ſuo rationem cultoris onerant.

Dexteram viduare enſe.Sene.Hippol.8.1.
Orni viduantur foliis.Horat.2.Carm.ode 9.2.
Penates viduare.Stat.2.Thebaid.77.
Vrbem viduare ciuibus.Virgil.8.Æneid.115,
-tot ferro ſæua dediſſet
Funera,tam multis viduaſſet ciuibus vrbem.

Viduãtus,pen.prod.Participium:vt
Manuum viduata portenta.Lucret.lib.5.168,Orba pedũ partim,manuum viduata viciſſim.
Coniux viduata tedis.Sene.Medea,8.1.
Leges viduatæ iudice.Claud.8.Paneg.24.
Regna viduata lumine,Tartara.Silius lib.3.112.

Viduus,vidua,viduum,Priuatus.Horat.1.Carm.ode 10.3,
Voce dum terret, viduus pharetra
Riſit Apollo. Cic.2.Tuſc.44,Sic me ipſe viduus peſtes excipio anxias. Ex poeta.
Ager viduus pecudibus.Colum.lib.2.cap.15.5,Hæc vbi viduus pecudibus ager:nam vbi greges quadrupedum verſantur,quædam quotidie,vt culina & caſeale.
Anni vidui.Stat.1.Syln.1.34.
Non ideo tibi tale decus,vultuſque ſuperbos,
Méque dedi,viduos vt tranſmittare per annos,
Ceu non chara mihi. Id eſt vt nunquam nubas.
Arbor vidua.Plin.libro 13.cap.4.7,Huius arbore exciſa viduas pòſt ſterileſcere fœminas. Horat.4.Carm.ode 5.6,Et vitem viduas ducit ad arbores.Id eſt coniungit vites arboribus tanquam maritum mulieri viduæ.Alibi dicit,Altas maritat populos.
Cubile viduum,Vide paulo pòſt,Toro viduo iacêre.
Domus vidua.Ouid.1.Faſt.8,
Per totidem menſes à funere coniugis vxor
Suſtinet in vidua triſtia ſigna domo.
Lectus vidu°.Lucan°,In ſomnis viduo tũ primũ frigida lecto
Lecto viduo diſcedere,iterum nubere.Ouid.epiſt.1.17,
Me pater Icarius viduo diſcedere lecto
Cogit,& immenſas increpat vſque moras.
Nomen viduum ſua fama,Nudum, & ſine elogio. Plin.lib.3. in Proœmio,2,Locorum nuda nomina, & quanta dabitur breuitate ponentur,claritate cauſiſque dilatis in ſuas partes. Nunc enim ſermo de toto eſt.Quare ſic accipi velim,vt ſi vidua fama ſua nomina,qualia fuere primordio ante villas res geſtas,nũcupentur:& ſit quædã in his nomenclatura quidẽ,ſed mundi rerũque naturæ.
Noctes viduas exigere,Dormire ſine cõiuge.Ouid.epiſt.18.14,
Cur ego tot viduas exegi frigida noctes?
Cur toties à me lente natator abes?
Noctes viduas iacêre.Catull.ad Flauium,6.2.
Pectus viduum amoris.Ouid.3.Amor.eleg.9.4,de Cerere,
Nec tamen eſt,quamuis agros amet illa feraces,
Ruſtica:nec viduum pectus amoris habet.
Puellæ viduæ.Ouid.2.Faſt.111.
Sòlum arboribus viduum. Colum.lib.2 cap.2.11, Vbi plerunque arboribus viduum ſõlum frumentis ſeminatur.
Thalami vidui.Valer.2.Argon.74.
Toro viduo iacêre,Sine coniuge.Ouid.epiſt.15.64,
Sola iaces viduo tam longa nocte cubili,
In viduo iaceo ſolus & ipſe toro.
Viduus vir . Plautus Merc.10.13, Plures viri ſunt vidui, quàm nunc mulieres. Ouid.epiſt.8.18.
Virgines viduæ.Sene.Agamem.3.18.
Vitis vidua.Catull.in Carm.nupt.57.10,
Vt vidua in nudo vitis quæ naſcitur aruo,
Nunquam ſe extollit,nunquam mitem educat vuam:
At ſi fortè eadem eſt vlmo coniuncta marito,&c.

Viduitas,pen.corr.viduitãtis.Cic. pro Cecinna,9, Ebutius iſte qui iandiu Ceſenniæ viduitate ac ſolitudine aleretur. Liu.4.belli Maced.37,Et ipſæ libertatem,quam viduitas & orbitas facit,deteſtantur. Ibidem,lib.10.10, In viduitate relictæ filiæ ſingulos filios paruos habentes.
Viduitas,priuatio.Plaut.Rud.17.1,
Nunc demum eſt, quum omnium copiarum atque opum, auxilii,præſidii Viduitas nos tenet.

Viduertas,viduertatis,apud Catonem,cap.141.1, calamitas dicitur,teſte Feſto.

Vidulum/vidŭli,pen.corr.In quo aliquid ſeruatur.Plau.Epid.2.2.9, -vbi ergo eſt,niſi ſi in vidulo,
Aut ſi in mellina attuliſti? Idem Menæch.8.11, Eccum in vidulo ego ſaluum fero. Ibidem,2.45,Rectè obſignatum in vidulo eſt marſupium.

VIENNA,Auſtriæ ciuitas inclyta,omnium vrbium, quas Danubius ſuſtinet,& ædium magnificentia,& rerum facili copia,clariſſima. quam Vianam Plinius nominaſſe videtur lib.3.cap.24, vt placet Hermolao. Eſt & Vienna, Allobrogum illuſtris ciuitas in Gallia Narbonenſi,cuius meminit Mela libro 2.in deſcriptione Galliæ Narbonenſis.

Vieo/vies,viẽui,viẽtum,viẽre,pe.prod.Alligare,inflectere:quia vietis virgis ligare poſſumus quidlibet.Vnde vimina,& vaſa viminea,teſte Feſto.Varro de Lingua Latina,lib.1,Viere, inquit, eſt vincire.Vnde apud Ennium, Ibant viere Veneream corollã.
Viere,In obliquum flectere.Plautus Menæch.Vides tu illi oculos viere,vt viridis exoritur cõlos? Varro 1.de Re ruſt.cap.23.4, Vt habeas vimina,vnde viendo quid facias, vt ſcirpeas, vallos, crates.

Viẽtus,pe.prod.Adiectiuum,Mollis,languidus, ſine vi,& naturalibus priuatus viribus,vt ait Feſtus.Varro de Re ruſt. lib.1.cap. 59.1,Ne quum humorem amiſerint, pertinaci vento mala vieta fiant.Id eſt flaccida,rugoſa. Cic.de Senectute,5, Sed tamen neceſſe fuit aliquod eſſe extremum,& tanquam in arbore bacis, terræque frugibus maturitate tempeſtiua quaſi vietũ & caducum:quod ferendum eſt molliter ſapienti.
Vietus homo. Terent.Eunuch.4.4.11,Hic eſt vetus,vietus,veternoſus ſenex.Vbi Donatus,Vietus,mollis,flaccidúſque,& flexibilis corpore. Vnde & vimina & vimenta, & vites,& vietores dicuntur: & viere,religare dicitur: quia vietis virgis magis religare poſſimus quidlibet.
Vieta veſtis aranei,Tela flexibilis & mollis.Lucret.lib.3.78,
-neque aranei tenuia fila
Obuia ſentimus,quando obtrectimur euntes:
Nec ſupera caput eiuſdem cecidiſſe vietam Veſtem.
Vieta mẽbra.Horat.Epod.12.2,Qui ſudor vietis,& quàm malus vndique mẽbris Creſcat odor. Hoc eſt rugoſis,& vetuſtate cõfectis,inquit Acrõ.Hic penultimam nouè corripuit Horatius.
Vietus locus.Cato cap.9,Salicta locis aquoſis,vietis,vmbroſis, propterque amnes ibi ſeri oportet.
Exiguum & vietũ cor.Cic.1.de Diuinat.54, Vel ſuſpicari contractum aliquo morbo bonis exile & exiguum & vietum cor,& diſſimile cordis fuiſſe.
Ficus vieta.Colum.lib.12.cap.15.2, Ficus porrò neque nimium vieta,neque immatura legi debet.

Viẽtor,pen.prod.vietôris,m.g.Qui vaſa vinaria religat,ſtipátq;, vt ait Budæus.

Vigeo/viges,vigui,vigêre,pen.prod.Viuere,potentem eſſe,ſiue in vigore eſſe, & viriditatem quandam habere. Cic.3.Tuſc.117, Quandiu in illo opinato malo vis quædã inſit & vigeat, & habeat quandam viriditatẽ. Plin.epiſt.139.2,Inſident febres,tuſ ſis increſcit,ſumma macies,ſumma defectio,animus tantum & ſpiritus viget. Apud eundẽ in Paneg.81,Vigentes domus. Feſtus, Viget,dictũ videtur à vi agẽdo, ſed nõ in hoſtilibus rebus, verũm his quæ celerrimo, concitatóque animo ad bonam tendunt frugẽ. Cic.5.de Fin.46, Vt neceſſe ſit omniũ rerum,quæ natura vigeant,ſimilem eſſe finem,non eundem. Idem ad Volumniũ,lib.7.34.2, Nos enim planè, mi ſuauiſſime Volũni,aut nihil ſumus,aut nobis quidem ipſis diſplicemus,gregalibus illis, quibus te plaudente vigebamus,amiſſit. Cælius ad Ciceronẽ, lib.8.1.15,Tui politici libri omnibus vigent. Quintil.lib.7.cap. 1,Artus leuiter loco moti perdunt quo viguerunt,vſum.
Inter vegetum & vigens hoc intereſt: quòd vegetum ſit incolume: vigens,forte. Nam vegetum corporis: vigens,etiam animi poſſumus dicere. Nonius.
Florere & vigere.Cic.11.Philipp.38,Nihil ſemper floret:ætas ſuccedit ætati:diu legiones Cæſaris viguerũt,nunc vigẽt Panſæ.
Viguit vſque ad noſtram ætatem . Cic.1. de Nat.deorum,17, Hæc in philoſophia ratio contra omnia differẽdi, vſque ad noſtram viguit ætatem.
Summo in honore vigere.Lucret.lib.4.133.
Immẽſum viguit.Tac.lib.3,Quis domus illa immẽſũ viguit.
Viuere & vigere. Ci.1.deNat.deor.117,Quod ſi ea quæ à terra ſtirpibus continentur,arte naturæ viuunt & vigent.
Deus eſt qui viget,qui ſentit,qui meminit, qui prouidet. Cic. in Somnio Scip.19.
Viget apud eum hæc res.Cic.1.Tuſc.106, Apud quos autẽ venandi & equitandi laus viget. Idem pro Cælio,54,Vigeant apud iſtam mulierem venuſtate.
Flagrabant vitia libidinis apud illum, vigebant etiam ſtudia rei militaris.Cic.pro Cælio,8.

Vigere animo.Cic.ad Atticum,lib.4.72.10, Nos animo duntaxat vigemus etiam magis,quàm quum florebamus.

Miles vigeat assiduo certamine.Tibull.lib.4.ad Messalã, 1.18.

Vigere corporibus.Liu.1.ab Vrbe,119, Romani contrà, quia principio pugnæ quieti steterãt,vigentes corporibus facilè adepti fessos,& castra impetu cœperunt.

Libertate vigere.Claud.de bello Getico,21.

Memoria vigere,Pollere & valere.Cic.1.de Orat.193,Qui memoria vigent,sciunt,&c. Idem pro Marcello,16, Vita quæ vigebit memoria seculorum omnium.

¶Animus post mortem sentit & viget.Cic.pro Sestio,35.

Animus viget lætitiâ.Lucret.lib.3.30.

Curæ tibi vigent,animique viriles.Valer.1.Argon.11.

Vt eorum & in bellicis & in ciuilibus vigeat industria. Cic.1. Offic.172.

Inuidia & crimina vigent.Horat.1.Serm.satyr.3.13.

Leges vigent Lycurgi.Cice.1.Tuscul.163,Fuit hæc gens fortis, dum Lycurgi leges vigebant.

Nomẽ viget Pythagoreorũ.Cic.1.Tus.60,Multáque secula postea sic viguit Pythagoreorũ nomẽ,vt nulli alii docti viderẽtur.

Purpura vigebat eo tempore,Quod vulgus dicit, *In cursu erat.* Plinius lib.9.cap.39.1,Me,inquit,iuuene violacea purpura vigebat,cuius libra denariis centum væniebat.

Regnum viget consiliis.Virgil.2.Æneid.18. Cic.5.Tuscul.53, Neque enim est vllum,quod non ita vigeat interiore quodam motu, & suis quoque seminibus inclusis,vt aut flores,&c.

Vires vigent.Lucret.lib.5.214.

Vrbes vigent populis.Stat.3.Sylu.5.15.

Vigens,vigentis,Participium. Cic.2 de Fin.75,Homines enim etsi multis aliis,tamen hoc vno à bestiis plurimum differunt: quòd rationem habeant à natura, mentémque datam & acrem & vigentem. Colum.lib.11.cap.1.5, Nos aut memores ignorantiæ nostræ,vigentis sensus adolescentulos,corporisque robusti periissimis agricolis commendemus.

Animus vigens.Stat.1.Sylu.4.11.

Herbæ vigentes rore.Lucret.lib.2.73.

Mens vigens.Lucret.lib.1.189.

Vigesco,vigescis,vigéscere,Inchoatiuum.Catull.ad seipsum,43.2, Iam læti studio pedes vigescunt.

Vigor,vigôris, pe.prod. Firmitas,robur,integritas.Plin.lib.7.cap. 25.1, Animi vigore præstantissimũ arbitror C. Cæsarem Dictatorem. Liuius 1.bel.Pun.11, Eundem vigorem in vultu, vimque in oculis,habitum oris,liniamentáque intueri. Idem 1.ab Vrbe,151,Quin si vigor iuuẽtæ inest,cõscendimus equos? Virgil.9.Æneid.111, -nec tarda senectus
Debilitat vires animi,mutátque vigorem.

Constat vigor membris.Lucan.lib.3.142.

Habilis vigor venit membris.Virgil.4.Georg.84.

Crudo vigore asper equus.Silius lib.3.78.

Viuus vigor.Ouid.1.Trist.eleg.5.7.

Animi vigor.Ouid.epist.15.11.

Ingenii vigor.Ouid.8.Metam.51.

Gratus in ore vigor.Ouid.11.Metam.80.

Vigesimus/pen.cor.Adiectiuum, Quod & vicesimus dicitur. Cic.Terentiæ,lib.14.5.1,Vno & vigesimo die.

Annus vigesimus. Propert.lib.3. eleg.18.3, Occidit, & misero steterat vigesimus annus. Plaut.Capt.18.3, Hic annus incipit vigesimus.

Ab illo tempore annum iam tertium & vigesimum regnat. Cic.pro Lege Manilia,4.

Vigésima,vigésimæ,Tributum seu exactio,sicut decima. Plin.in Paneg.58,His vigesima reperta est,tributum tolerabile.

Vigesimarium aurum à Liuio dicitur,quod ex vigesimis exigebatur. Vide **Vicenus.**

Vigessis,huius vigessis,m.g.Viginti assium.Martial.lib.11.73, Amphora vigessis,modius datur ære quaterno:
Ebrius & crudus nil habet agricola.Id est viginti assibus amphora venditur.

Vigil/vigilis,penul.corr.m.g.Qui non est torpens,quales sunt dormientes.

Animus vigil.Stat.1.Achill.110.

Auris vigil. Stat.1.Achill.14, Aspicit intentum, vigilique hæc aure trahentem.Id est magno studio auscultantem.

Aurora vigil.Ouid.1.Metam.23.

Canum vigilum excubiæ.Horat.3.Carm.ode 16.1.

Curæ vigiles.Ouid.3.Metam.80.

Custos vigil.Ouid.3.de Arte,111.

Custodia vigil.Ouid.11.Metam.30.

Flamma vigil.Ouid.4.Trist.eleg.5.1.

Ignis vigil, Qui semper lucet.Virgil.4.Æneid.40.

Lucernæ vigiles.Horat.3.Carm.ode 8.3.

Oculi vigiles.Virgil.4.Æneid.57.

Sensus vigiles angit dolor.Stat.5.Thebaid.66.

¶Vigil,Nocturnus custos.Plautus Amphit.4.197,Rex Creon vigiles nocturnos singulos semper locat. Cic.6. Verr.84, Clamor à vigilibus, sanique custodibus tollitur. Tacit.lib.2,Nocte cœpta,egressus augurali, per occulta & vigilibus ignara,comite vno.

Castrorum vigiles.Lucan.lib.7.5.

Sol & luna vigiles mundi. Lucret. lib.5.289, Vigilant enim & excubant pro mundo:sol quidem interdiu,luna noctu.

Excubiis vigilum obsidere portas.Virgil.9.Æneid.31.

Cædere vigiles,Vide **Cædo.**

Vigilo,vigilas,pen.corr.vigilare, Notæ significationis. Terentius Eunucho,2.2.15,
Opus faciam vt defatiger vsque,ingrams vt dormiam.
P.Vigilabis lassus:hoc plus facies. Plaut.Mostell.6.16,
Quis istic dormit? PHILO.Callidates.T. suscita istũ Delphium.
D.Callidates,Callidates,vigila.C.vigilo: cedo vt bibam. Cic.2. in Catil.52,Tardissimè autem Lentulus,credo quòd literis dandis præter consuetudinem proxima nocte vigilarat.

Vigilare vsque ad lucem . Terent. Eunucho, 2.2.47, Ne sursum deorsum cursites,néve vsque ad lucem vigiles.

Vigilare ad multam noctem.Cic.in Somnio Scipionis,4,Me & fessum de via, & qui ad multam noctem vigilassem, arctior quàm solebat somnus complexus est.Vide **Ad** præpositionem.

Vigilare de multa nocte, Idem. Cic.ad Q.fratrem,lib.2.16.3, Ego verò ardẽti quidem studio ac fortasse efficiam,quod sæpe viatoribus quum properant, euenit: vt si serius quàm voluerint fortè surrexerint, properãdo etiã citius quàm si de multa nocte vigilassent,perueniãt quò velint.Vet'exẽplar omittit MVLTA.

Noctes vigilare ad ipsum mane.Horat.1.Serm.satyr.3.4.

Dolores mei vigilant sine fine.Ouid.1.de Ponto,eleg.11.5.

¶Vigilare,Vigilanter prouidere, inquit Seruius:siue studium & diligentiam adhibere.Virgil.1.Georg.63,
Quid tempestates Autumni,& sydera dicam,
Atque vbi iam breuiórque dies,& mollior æstas,
Quæ vigilanda viris? Cic.pro Plancio,48,Vigilandum est semper: multæ insidiæ sunt bonis. Plaut.Ruden.11.11, -vigilare
Decet hominem,qui vult sua tempori conficere officia.

Vigilare pro re alterius. Cic.2.Off.99,Vigilantem pro re alterius eos ipsos qui aut cõsuluntur,aut defendũt rogantem, &c. Idem 6. Philipp.216, Quamobrem Quirites, consilio quantum potero,labore plus penè quàm potero excubabo , vigilabóque pro vobis.

In scelus aliquod vigilare.Stat.5.Thebaid.40.

Studiis vigilare seueris.Propert.lib.1.eleg.3.2.

Vigilor, pen.corr.vigilãris, Passiuum.Noctes vigilantur amaræ. Ouid.epist.11.34,
Non mihi grata dies,noctes vigilantur amaræ:
Nec teneor in misero pectore somnus adest.

¶Vigilãtur,Impersonale.Mart.lib.11.65,
Otia me,somnúsque iuuant,quæ magna negauit
Roma mihi: redeo si vigilatur & hîc.

Vigilans,pen.corr.vigilantis,Participium. Plau.Capt.13.79,Vigilans somniat. Terent.And.5.6.8, -num ille somniat
Ea,quæ vigilans voluit? Plaut.Amph.7.65,
Vigilans vidi,vigilans nunc video,vigilans fabulor,
Vigilantem ille me tandudum vigilans pugnis contudit.

Amor vigilans.Ouid.epist.19.45.

Curis vigilantibus excita.Ouid.1.Metam.156.

Stertis vigilans.Lucret.lib.3.113,
Qui somno partem maiorem conteris æui:
Et vigilans stertis: nec somnia cernere cessas.

¶Vigilans,Prouidus & intentus.Plin.epist.17.lib.1,Vir exercitatus & vigilans. Cic.1.Verr.20,Perficiam vt nemo vnquam post hominum memoriam paratior,vigilantior,compositior ad iudicium veniisse videatur.

Vigilans & acutus.Cic.1.de Lege agraria,1.

Vigilans,sobrius,& industrius.Cic.pro Cælio,59.

Vigilãs,bonus, & fortis.Cic.pro Ros.Amer.81,Vnum hoc dico,nostri isti nobiles,nisi vigilantes,& boni, & fortes,& misericordes erunt.

Oculi vigilantes,Intenti in re aliqua.Virg.5.Æneid.38,
Stat grauis Entellus,nisúque immotus eodem,
Corpore tela modo,atque oculis vigilantibus hausit.

Vigilandus,Aliud participium:vt Nox vigilãda cum fletu.Tibull. lib.1.eleg.2.16. Vide paulo ante,Vigilare, Vigilanter prouidere.

Vigilãtus,penult.prod.Similiter participium: vt
Nox vigilata.Ouid.4.Fast.33.

Nox conuiuio vigilata. Tacit.lib.13, Refutare tenebras,& vigilatam conuiuio noctem.

Vigilandus,Aliud participium. Quintil.lib.11.cap.3, Et vigilandæ noctes,& fuligo lucubrationum bibenda.

Vigilantia,vigilantiæ, Diligẽtia. Cic. Antè quàm iret in exilium, 8,Et vos vt totam tranquillámque fortunã traheretis,mea perfeci vigilantia. Idem ad Atticum,lib.8.15.8,Sed hoc πάντα horribili vigilantia, celeritate, diligentia est,planè quid futurũ sit nescio. Terent.Adelp.3.3.44,Vigilantiam tuam tu mihi narras? Cic.Curio,li.7.31.4, Nihil tamen eo Consule mali factum est: fuit enim mirifica vigilantia. Idem 6.Verr.48,Ipse tamen Prætor qui sua vigilantia pacem in Sicilia dicit fuisse.

Vigilantia & solicitudo animi. Hermolaus Iurisconſ. Personale munus est quod cum corporibus,cum labore ac solicitudine animi ac vigilantia existit.

Vigilanter,Aduerbium,Cum diligentia & solicitudine.Cic.6.Ver. 117,Quòd vigilãter prouinciam administrasset,cuius omnes vigilias in stupris constat adulteriisque esse consumptas. Idem pro Murena,30,Quem L.Murena pater huiusce vehementissimè vigilantissimèque vexatum,repressum magna ex parte, nõ oppressum reliquit. Plancus ad Ciceronem,lib.10.23.13,Tu mi Cicero,quod adhuc fecisti,idem præsta: vt vigilanter neruoseq; nos,qui stamus in acie,subornes. Cic.Senatui,lib.15.1.11, Cohortatus vt recordaretur casum illum interitus paterni, & vigilãter se tueretur,atque admonitu Senatus consuleret saluti suæ.

Vigilarius pro excubitore.Seneca epist.58,Quid interest vtrum super aliquem vigilarium ruat aut mons,aut turris?

Vigilax,pen.corr.vigilãcis,pen.prod. Adiectiuum,pro Vigilante. Columel.lib.7.cap.12.5,Maxime autem debent in custodia vigilaces cõspici, nec erronei,sed assidui,& circũspecti magis quàm temerarii. De canibus. Vide Curax in Cura.

Vigilia, vigiliæ, pro vna, vel etiam multis noctibus insomnibus tractis: vt quod tempus somno tradicẽdum erat,alicuius rei diligentiæ impendamus.Cic.5.de Finib.98,Qui etiã nunc agendi aliquid discendique causa propè contra naturam,vigilias suscipere soleamus. Idem ad Atticum,lib.10.225.6,Mihi quidem etiam lippitudo hæc, propter quam non ipse ad te scribo, sine vlla lachryma est: sed sæpius odiosa est propter vigilias. Et 4. Tusc.67,Cui non sunt auditæ Demosthenis vigiliæ, qui dolere se aiebat, siquando opificum antelucana esset victus industria?

Affecta labore ac vigiliis corpora ex somno mulcebãtur. Liu. lib.6.belli Maced.

Agere,siue agitare vigilias,Vide Ago.

Certare vigiliis ac labore,Vide Certo.

Maior vigilia.Cic.in Parad.5, Quoniam illud maiorum vigiliarum munus in tuo nomine apparuit.

¶ Vigilia,& frequentius Vigiliæ,vigiliarum,Excubiæ dicũtur: sed tamen hoc inter se differunt, quòd Vigiliæ sunt tantum nocturnæ: Excubiæ autem tam nocturnæ quàm diurnæ. Diuidebantur autem in quaterna horarum spatia,ita vt prima,secunda,tertia,& quarta vigilia diceretur.Cæs. 1.bel.Gall.44,Vbi per exploratores Cæsar certior factus est, tres iam partes copiarum Heluetios in flumen transduxisse, quartam verò partem citra flumen Ararim reliquam esse,de tertia vigilia cum legionibus tribus è castris profectus,ad eam partem peruenit, quæ nondũ flumen transierat. Cic.6.Verr.83, Præcipitur,& negotium datur Quæstoribus & Ædilibus,vt noctu vigilias agerẽt ad ædes sacras. Idẽ 3.in Catilinam,51, Interim tertia ferè vigilia exacta, quum iam pontem,&c. Cic. ad Appium Pulchrum,lib.3.7.8, Quũ puer tuus ad me secunda ferè vigilia venisset,isque te ante lucem Iconium mihi venturum nuntiasset.

Inire vigilias.Tac.li.13,Qui non stationẽ,nõ vigilias iniissent.

Incuriosæ vigiliæ.Tacit.li.21, Nauibus remeabat disiecto agmine,incuriosis vigiliis.

¶ Vigiliæ,Ipsi custodes qui vigilant.Salust. Et ab incẽdio intelligebat vrbem vigiliis munitam. Cic. pro Milone,52,Si Capitolinæ cohortes,si excubiæ,si vigiliæ,si delecta iuuentus,quæ tuum corpus domumque custodit, contra Milonis impetum armata est. Idem 1.in Catilinã,5,Sẽsistine illam coloniam meo iussu,meis præsidiis,custodiis,vigiliisque esse munitam?

Circumire vigilias. Salust.in Iugurtha, Vigilias ipse circũire. Id est circumibat.

Deducere vigilias.Salust.in Iugurtha, Sed neque more militari vigiliæ deducebantur.

¶ Manere in vigilia vrbis,aut alterius rei,per translationem. Cic.in Pisonem,11, Neque enim me stante & manente in vrbis vigilia,neque resistẽte Cn.Pompeio, omnium gentium victore,vnquam se illi Rempub.delere posse duxerũt. Idem 1.Philipp.1, Manendum mihi statuebam quasi in vigilia quadam Cõsulari & Senatoria.nec verò vsquam discedebã,nec à Repub. deiiciebam oculos.

Vigilia sua reddere aliquem vacuum metu.Cic.7.Philip.119, Iccirco in hac custodia tanquam in specula collocati sumus, vt vacuũ Pop.Ro.metu nostra vigilia & prouidentia redderemus.

Tradere suam vigiliã alteri.Cic.ad Brutum,lib.11.14.3,Sed,vt mones,frænum momordi. etenim qui te incluso omnẽ spem habuerim in te,quid nunc putas? Cupio iam vigiliam meã Brute tibi tradere,sed ita vt ne desim constantiæ meæ. Allusit Cicero ad vigilias militares. nam qui in castris, exploratorum & excubiarum partes noctu obeũt, sua vigilia vbi perfuncti sunt, alii aliis vigiliam quasi per manus tradunt.

¶ Vigilia,pro eo die qui festum diem præcedit,in quo mos erat vigilare in sacrificiis faciendis, & sacris hymnis cantandis. Plautus Aulularia,3.36,

Is adolescentis illius est auunculus,
Qui illam stuprauit noctu Cereris vigiliis.

Vigintí/ Nomẽ numerale,indeclinabile.Ci.3.de Ora.42,Annósque natus vnum & viginti nobilissimum hominem & eloquẽtissimum in iudicium vocarim. Idem pro Plancio,74, Quæ,si viginti quiessem dies, in aliorũ iugulum Consulum recidissent. Virgil.1.Æneid.14, -ad littora mittit Viginti tauros.

Vigintiviri,pe.cor.Nomen magistratus apud Romanos, vt Triũviri.Cic.ad Atticũ,lib.2.21.3,Vbi nemo sit præter me,qui quenquam ex vigintiviris vnum esse saluum velit.

Vigintivirâtus,huius vigintivirâtus,pe.prod.Ipsum Vigintivirorum officium. Cic.ad Atticum,lib.9.17.3, Repudiari se totum, magis etiam quàm olim in Vigintiviratu putabit.

Vigor/vigôris,Vide Vigeo.

Vilis,& hoc vile,Quod parum valet.Plaut.Trinum.3.7,

-neque quicquam hîc vile nunc est,
Nisi mores mali. Idem Milite,10.139, -& postea
Qui homines probi essent,esset his annona vilior. L.Piso Frugi in primo Annali, apud Gellĩũ lib.11. cap.14, Eodem Romulum dicunt ad cœnam vocatum,ibi non multũ bibisse, quia postridie negotium haberet.Ei dicunt, Romule,si istuc omnes homines faciant,vinum vilius sit.Is respondit,Imò verò carum,si quantum quisque volet,bibat: nam ego bibi quantum volui.

Vilis & Pretiosus cõtraria.Cic.1.de Fin.145,Nõ minor,inquit, voluptas percipitur tã ex vilissimis rebus,quã ex pretiosissimis.

Vile & vulgare.Cic.pro Rosc.Amer.43,Nihil tam vile,neque tam vulgare est,cuius,&c.

Quotidie nos ipsa natura admonet,quàm paucis,quàm paruis rebus egeat,quàm vilibus.Cic.5.Tuscul.145.

Vilis & leuis.Cic.Q.fratri,lib.1.1.45,Semper eos putaui si vulgares essent,viles: si temporis causa constituerentur,leues.

Vile habere aliquid,Parui facere. Salust.in Catil. Fidem,fortunas,pericula vilia habere.

Alimenta vilia.Ouid.5.Trist.eleg.9.3.

Vilius argẽto est auro, virtutibus aurum. Hora.1.epist.1.11.

Pars vilissima rerum,opes.Lucan.lib.3.24.

Seruulus vilis.Cicero 3.Offic.119,Quæritur,si in mari iactura faciendi sit,equine pretiosi potius iactura faciat, an seruuli vilis.

Supellex vilis. Virgil.1.Georg.33.

Vestis vilisque vetusque.Ouid.8.Metam.133.

Vilis vobis honor meus.Cic.pro Flacco,80,Etiam si honos noster vobis vilior fuisset, salutem certe charam futuram putaui. Idẽ 12.Philip.333,Vobis tamẽ vilis esse spiritus meus non debet.

Gratia vilis.Ouid.2. de Arte,6, Da reditum puero, senis est si gratia vilis.

Honos vilis studiis.Stat.5.Sylu.3.7.

Vilis oratio,cui opponitur Accurata. Quintil.li.8.ca.3,Quædam hebes,sordida,ieiuna,tristis,ingrata,vilis oratio est: quæ vitia, fiunt manifesta contrariis virtutibus: nam primum acuto, secundum nitido,tertium copioso, deinceps hilari,iucundo,accurato diuersum est.

¶ Vile,dicitur quod paruo pretio emitur. Cic.ad Trebatium, lib.7.11.1, Quanquam enim Velia nõ est vilior quàm Lupercal: tamen istuc malo,quàm hæc omnia. Idem 5.Verr.169,Frumẽtum quoniam vilius erat,ne emisses.

Vilis amicorum est annona.Horat.1.epist.12.5.

Aqua vilis.Propert.lib.3.eleg.15.4.

Aqua rerum vilissima.Horat.2.Serm.saty.5.18.

Oua vilia.Horat.2.Serm.saty.2.9.

Vile pretium.Plin.libro 9.cap.40, Pretia medicamento sunt quidem pro fertilitate litorum viliora. Mart.lib.2.72,O mihi curarum pretium non vile mearum.

Pretium non vile laboris.Ouid.epist.17.34.

Proiecta vilior algâ. Virg.eclog.7.9. Horat.2. Serm.saty.5.2, Et genus,& virtus,nisi cum re,vilior alga est.

¶ Vile, pro Abundanti.Virgil.1.Georg.46,Si verò viciámque seres,vilémque fasellum.Vbi Seruius,Vilem,abũdantem: nam omne quod abundat,vile est. Ibidem.

Sæpe oleo tardi coſtat agitator aſelli,
Vilibus aut onerat pomis.

¶ Vili, Ablatiuus, verbis pretii ſolet addi. Plau. Epid. 1.49, Iſtãc quam emit, quanti eam emit? 1. vili. Martial. lib. 11. 63, Inſtructam vili vendis Antene domum.

¶ Iſtoc vilius. Terent. Adelph. 5. 9. 14,
Tu tuũ officium facies, atque huic aliquid paulũlũ præ manu
Dederis, vnde vtatur: reddet tibi citò. M. Iſtoc vilius. Vbi Donatus, Quaſi, nihil minus. Negatio enim eſt floccum oſtendentis, aut quid tales cum ἀλόγῳ, qua ſubauditur QVICQVAM, & NON DABO.

Vilius, vilíſſimè, Aduerbia, Minoris & minimi pretii. Plin. lib. 18. cap. 6. 11, Quicquid per aſellum fieri poteſt, vilíſſimè conſtat. Columel. lib. 12. cap. 59. 4, Hoc vbi lignorum copia eſt, vilíſſimè conſtat, & eſt in vſu vel dulcius, quàm ſuperiores notæ paſſi.

Vilitas, pe. corr. vilitâtis, cui opponitur Caritas: vt Vilitas annonæ. Cic. pro Lege Manil. 31, Tãta repentè vilitas annonæ ex ſumma inopia & caritate rei frumentariæ conſecuta eſt, vnius ſpe & nomine, quãtam vix ex ſumma hubertate agrorum diuturna pax efficere potuiſſet. Idem pro Domo ſua, 11, Subitò illo ipſo die cariſſimam annonam necopinata vilitas conſecuta eſt. Et 5. Verr. 185, Caritas enim annonæ faciebat, vt iſtuc quod re parum videbatur, tempore magnum videretur. Idem iſtuc ſi in vilitate Populi Rom. largiri voluiſſes, deriſum tuum beneficium eſſet atque contemptum. Liuius 10. bel. Pun. 116, Annus inſignis incendio ingenti, quo cliuus publicus ad ſõlum exuſtus eſt: & aquarum magnitudine, ſed & annonæ vilitate fuit.

Vilitas ſui. Curtius lib. 5, Quid ruimus beluarum ritu in perniciem non neceſſariam? fortium virorum eſt magis mortem contemnere, quàm odiſſe vitam. Sæpe tædio laboris ad vilitatem ſui compelluntur ignaui.

Vileſco, vileſcis, vileſcere, Vile fieri. Hinc Euileſco, apud Suetoniũ.

Vilito, vilitas, pe. corr. vilitare, Vile facere. Turpilius, Et quærat tua vitia quæ te vilitant. Nonius.

Villa, villæ, Domus extra vrbem ædificata, caſa villatica, & ſuburbana domus. Plin. li. 18. ca. 6. 1, Modus hic probatur, vt neque fundus villam quærat, neque villa fundum. Cic. 1. de Orat. 78, Quin tu igitur facis idem, inquit Scæuola, quod faceres, ſi in aliquam domum plenam ornamentorum vel in villam veniſſes? In quibuſdam codicibus legitur, ornamentorũ illam veniſſes. Villæ deſcriptionem habes in epiſtolis Plinii 41. & 101. d.

Villa ruſtica, Eſt ea pars villæ, quam villicus, colonus, vel vinitor, vel arborator habitandam ſibi obtinet, & familiæ villaticæ, atque inſtrumento omni ruſtico condendo aut continendo.

Villa vrbana, quæ & Prætoriũ dicitur, ea pars eſt quã dominus ſibi recepit: itaque quia elegantius, amœniúſque ædificari ſolet & inſtrui, ideò vrbana vocatur, quaſi vrbani nitoris, & elegantiæ plus quàm ruſticæ. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 13. 5, Fructuoſior eſt certè fundus propter ædificia, ſi potius ad antiquorum diligentiam, quàm ad horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim faciebãt ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines indomitas. Itaque illorum villæ ruſticæ erant maioris, quàm vrbanæ, quæ nunc ſunt pleræque contrà. Idem paulò pòſt, Itẽ cætera vt eſſẽt in villa huiuſcemodi, quæ cultura quæreret, prouidebant: nunc contrà, villam vrbanam quàm maximam ac politiſſimam habeant, dant operam: ac cum Metelli ac Luculli villis peſſimo publico ædificatis certant. Columella villam tripartitò diſtribuit, partem vnam vrbanam, ruſticam alteram, & tertiam fructuariam appellans. Budæus.

Villa dicta eſt (inquit Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 2. 12.) quòd à villico in eã conuehũtur fructus, & euehuntur quum vænũt.

Fruméta autin agris aut inuilliſũt Pollio Ciceroni, li. 10. 33. 16
Otiũ dom⁹ eſt, quæ nulli mearũ villarũ cædat. Cic. Lep. 6. 18. 9
Aqua non longè à villa bellè ſanè fluens. Cic. Q. fratri 3. 17. 1
Anſer erat minimæ cuſtodia villæ. Ouid. 8. Metamor. 138.
Culmina villarum fumant. Virgil. eclog. 1. 17.
Aperta villa. Cic. Q. fratri, lib. 1. 11. 4, Hominem infirmum in villam apertam, ac ne rudẽ quidem etiã nunc inuitare nolui.
Minuſcula villa, Vide Minor in **Paruus**.
Optima villa. Cic. pro Roſc. Com. 10, Tum erat ager inculrus ſine tecto: nunc eſt cultiſſimus cum optima villa.
Parua villa. Cic. 1. de Leg. 5, Hoc ipſo in loco quum auus viueret, & antiquo more parua eſſet villa, vt illa Curiana in Sabinis.
Pleniſſima villa, Populoſa. Horat. 1. Serm. ſatyr. 5. 10.
Suburbana villa. Catull. ad Fundum, 41. 2.
Eſſe in agro, & ali ad villam. Cic. pro Roſc. Amer. 15.
Contexere villas, Vide **Contexo**.
Incluſæ in paucis villis, Vide **Includo**.

Villula, villulæ, pen. corr. Diminutiuum. Cic. ad Atticum, lib. 8. 15. 4, Ego Arpini volo eſſe pridie Calen. deinde circum villulas noſtras errare. Eidem, lib. 11. 245. 1, Villula ſordida & valde puſilla. Catull. ad Furium, 13. 1, Furi villula noſtra non ad Auſtri
Flatus oppoſita eſt, &c. Horat. 2. Serm. ſatyr. 3. 2, Si vacuum tepido cepiſſet villula tecto.

Proxima Campano villula. Horat. 1. Serm. ſatyr. 5. 9.

Villânus, villáni, pen. prod. m. g. Villani (inquit Budæus) dicuntur, quòd villæ (vnde villici dicti) aſcripti, & colonariæ cõditioni addicti, aut ipſi ſint, aut eorum maiores fuerint. quarum rerũ veſtigia non obſcura multis in locis extant: quod tamen nomen loquẽtium inſcitia in contumeliam iam vertit. Villanum enim & vilem vernacula ſimplicitas confundit.

Villáticus, pen. corr. A dicẽt. Quod ad villam pertinet. vnde Villatica paſtio, dicitur alimentum quod pertinet ad animalia quæ ruri nutriuntur, vtputa, pecudes, aues, piſces. Sic dicitur Villaticus canis, qui in villa tenetur. Columel. lib. 7. cap. 12. 1, De villatico cane igitur & paſtorali dicendum eſt: nam venaticus nihil pertinet ad noſtram profeſſionẽ. Plin. lib. 23. cap. 1. 16, Aiũt ſiquis villam ea tinxeris, fugere accipitres, tutáſque fieri villaticas alites. Var. 1. de Re ruſt. ca. 9. 13, Villatico verò gregi in fundum ſatis eſſe duos, & id marem & fœminam.

Villicus, villici, pen. corr. Villæ gubernator: vel qui præeſt pago, & totius rei ruſticæ curam habet. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 2. 12, Villicus agri colendi cauſa conſtitutus, atque appellatus à villa: villa, quòd ab eo in eam cõuehuntur fructus, & euehũtur quum væneunt. A quo ruſtici etiam nunc quoque viam veham appellant, propter vecturas: & vellam, non villam, quò vehunt, & vnde vehunt. Columel. lib. 11, Villicus ſemper caueat ne improuidus abopere vincatur. Res eſt agreſtis inſidioſiſſima cunctãti. Cic. 2. Offic. 95, Ita enim inſtituiſſe & villicis imperauiſſe, vt omnia præberentur quicũque Laciades in villã ſuã diuertiſſet. Idem 4. Tuſcul. 128, Qui quum villico factus eſſet irator, Quo te modo, inquit, accepiſſem, niſi iratus eſſem? Horat. 1. epiſt. 14. 3, Nunc vrbem, & ludos, & balnea villicus optas.

Si mandandum aliquid procuratori de agricultura, aut imperandum villico ſit. Cic. 1. de Orat. 119.
Syluarum & agelli villicus. Horat. 1. epiſt. 14. 1.
Dominus villico delectatur. Cic. 5. Verr. 99.
Cuſtos ac villicus. Cic. 5. Verr. 99, Putat ſe bonum in arationibus, fructibúſque ſuis habuiſſe cuſtodem ac villicum.
Villicus procurator. Cic. Attico, lib. 14. 314. 1, Quum Pilię noſtræ villam ad Lucrinum, villicóſque procuratores tradidiſſem.

Villica, villicæ, pen. corr. Vxor villici. Colum. lib. 12. cap. 1. 3, Nec tamen inſtituendo villicam, domeſticarum rerum villico remittimus curam, ſed tantummodo laborem eius, adiutrice data, leuamus. Sic lib. 11. cap. 4. 46. Mart. lib. 1. 51, Pinguis inæquales onerat cui villica menſas. Iuuenalis Satyr. 11. 7, Aſparagi, poſito quos legit villica fuſo.

Villico, villicas, pen. cor. villicare: & Villicor, villicâris, villicâri, Deponens, Ruſticari, vel in villam animi cauſa ſecedere. Pomponius Ergaſtulo, Longè ab vrbe villicari, quò herus rarenter venit, non villicari, ſed dominari, mea eſt ſententia. Afranius Suſpecta, In Arpinos iam quantum potes explodam hominem vt vil licetur. Turpilius Paraterusa, Ego nondum etiam hic villicabar Phædria. Idem Hetæra, Hic villicor ante vrbem, nunc rus eo. Plinius libro 18. cap. 6. 8, Exercitúſque ducebant Senatu illis villicante.

Villicatio, villicatiõnis, Ruſtica negotiatio, vel villæ diſpẽſatio. Colum. lib. 11. cap. 1. 11, Qui ſuſceperit officium villicationis.

Villâris, & hoc villâre, pen. prod. Idem quod villaticus. Plin. libro 10. cap. 41, Villaribus gallinis & religio ineſt. inhorreſcunt edito ouo, excutiúntque ſeſe, & circumactæ purificant, aut feſtuca ali qua ſeſe & oua luſtrant.

Villico, villicõnis, m. ge. Idẽ quod villicus, vel præfectus villicationis. vt eſt apud Apuleiũ in Apologia, qui & Epiſtates dicitur.

Villum, Vide **Vinum**.

Villus, villi, m. g. Pilus. Martialis li. 14. 136, Calfaciũt villi pallia veſtra mei. Cic. 1. de Nat. deor. 180, Quarũ animalium aliæ coriis tectæ ſunt, aliæ villis veſtitæ, aliæ ſpinis hirſutæ. Plin. li. 8. cap. 11. 4, Quin & caudæ huius animalis creditur vulgò ineſſe amatorium virus exiguo in villo, cúmque quum capiatur abiici. Ibidem, cap. 50. 4, Dependet omnium mento villus, quem arancum vocãt. De capris. Ouid. 3. Meta. 41, Et niueis Leucon, & villis Aſbolus atris.

Albentes villi. Ouid. 11. Metam. 36.
Cani villi arborum, Vide **Canus**.
Mollibus villis albi greges. Virg. 3. Georg. 78.
Soluit villis mantile. Ouid. 4. Faſt. 188.
Tonſis villis mantilia. Virg. 4. Georg. 76.
Vdis villis merſatur aries. Virg. 3. Georg. 90.
Conficere & contexere villos ouium. Cic. 2. de Nat. deorum,

136,Quid enim oues aliud afferunt, nisi vt earum villis confectis atque contextis,homines vestiantur?

Villósus,pen.prod.Adiectiuum,Villis plenum.

Cauda villosa.Plin.lib.7.cap.2.11. Et lib.8.cap.38.5.

Genua villosa.Plin.lib.11.cap.17.3.

Guttura villosa colubris.Ouid.10.Metam.5.

Pectus villosum. Colum lib.7.cap.11.4. Nigris vel glaucis oculis acri lumine radiantibus,amplo villosóque pectore. Virgil 8. Æneid.54, -vultum villosáque setis

Pectora semiferi,atque extinctos faucibus ignes.

Pelles villosæ.Ouid.11.Metam.64.

Radice villosa arbor,quæ & capillaris dicitur.Plin.lib.11.cap.11.4,Radice obliqua villosáque,& imitante auium pedes.

Terga villosa leonis.Silius lib.16.91.

Veste villosa tegere corpus.Tibull.lib.2.eleg.3.16.

Vrsa villosa.Ouid.13.Metam.178.

Vímen/viminis,pen.corr.n.g. Omne virgultum molle,& ad ligandum aptum,quasi vincimẽ.Colum.lib.4.ca.30.3,Nec refert cuius generis vimen feras,dum sit lentissimũ. Plin.lib.16.ca.37.1,Et aliæ arbores pariunt virgas sequacis ad vincturas lenticiæ. Aliæ prætenues viminibus texendis spectabili subtilitate. Cæs.6.bel.Gal.64,Alii immani magnitudine simulachra habẽt: contexta viminibus mẽbra viuis hominibus cõplent. Idem 1.bel.Ciuil.106, Reliquum corpus nauium viminibus contextum coriis integebatur. Idem 2.bel.Gall.346, Partim scutis ex cortice factis,aut viminibus intextis,quæ subitò pellib⁹ induxerãt.

Densus vimine specus.Ouid.3.Metam.6.

Fœcundæ viminibus salices.Virgil.2.Georg.90.

Vimina fiunt ex populorum virgis,vlmi,& sanguineorũ fruticum,& betulæ,& vitis,& coryli intortæ, & salicis, quæ principatum obtinent. Columel.lib.4.cap.13, Si viminibus salicis aut vlmi ligaueris. Sic lib.9.cap.15.

Viminibus factæ fenestræ.Varro 3.de Re rust.ca.9.5,Vtrisque fenestræ latitudine tripedali,& eo pede altiores è viminibus factæ raris,ita vt lumen præbeant multum.

Actæum vimen,Atticum.nam Attica regio prius Actæa dicebatur ab Actæo,qui primus Athenis regnauit.Ouid.2.Meta.111, Pallas Erichthonium prolem sine matre creatam

Clauserat Actæo texta de vimine cista.

Aspera rusci vimina.Virgil.2.Georg.83.

Breue vimẽ.Mar.li.4.44,Nec rugosarũ vimẽ breue Picenarũ

Fruticosa vimina.Ouid.6.Metam.69.

Lentum vimen,Molle & flexuosum. Virgil.3.Æneid.7,

-lentum conuellere vimen.

Lento vimine texta aluearia.Virgil.4.Georg.7.

Querno vimine texunt crates.Virgil.11.Æneid.13.

Spisso vimine quali.Virgil.2.Georg.49.

Detexere aliquid viminibus.Virgil.2.eclog.15.

Vímineus,Adiectiuũ,Quod est ex vimine.vt Vasa viminea. Plautus Epid.2.16,Viminei fasces virgarum. Columel. lib.8.cap.3.4,Vt palis in parietes vehementer actis,vimineos qualos superimponant. Cæsar 3.bel.Ciuil.145,Multum autem ab ictu lapidum,quod vnum nostris erat telum, viminea tegumẽta galeis imposita defendebant.

Crates vimineæ.Virgil.1.Georg.19.

Viminâlis,& hoc viminâle,pe.prod.Quod est ad ligandum aptũ, seu quod pertinet ad vimina.Plin.lib.17. cap.20.2,Hæc est viminalium cultura. Colum.lib.4.cap.30.1, Quare salices viminales, atque arundineta,vulgaréque sylvæ,&c.

Viminalis collis dictus est Romæ,quòd ibi viminũ sylua fuit. Plin.lib.17.cap.2.3,In colle Viminali C.Aquilii.

Vinaceus/**Vinarius**,Vide **Vinum**.

Vínca/vincæ,Herba à vinciendo dicta.Plin.epist.17.lib.1,Adiacet gestationi interiore circuitu vinea tenera & vmbrosa,nudísque etiam pedibus mollis & cedens.Vbi corruptè legitur vinea, facili lapsu literæ c in e.

Vinca peruinca,Nomen herbæ.Plinius lib.21.cap.11.8,Vinca peruinca semper viret, in modum lineæ foliis geniculatim circundata. Topiaria herba:inopiã tamen florum aliquando supplet. Hæcque à Græcis chamædaphne vocatur. De hac sic Ruellius, Chamædaphne Plinio vinca peruinca esse videtur.Profecto chamædaphne lõgè diuersa est ab ea quæ vinca peruinca dicitur, quòd in subitalem assurgat altitudinem,vt Dioscorides tradit, & Plinius ipse confirmat,acinis rubris, qui foliis promiscui pendent.Vinca verò peruinca topiaria est herba, virens in modum lineæ foliis geniculatim circundata,veteribus inopiam florum supplere solita,quæ non attollitur,sed humi serpit,& se in modum funiculi porrigit vicina quæque vinciens,vnde nomẽ: flore in purpuram cæruleo. Vincam peruincam tamen dici Plinio chamædaphnen placuit , quòd humilis videatur laurus, vt nomen sonat.Verùm, vt testatum relinquitur,aliud non idem genus esse.Alioquin & medicinæ quoque prorsus variant.

Vínclo/vincis,vinxi,vinctum, vincire,Constringere. Virgil.1.Æn.69,Purpureóq; alte suras vincire cothurno. Plaut.Menæ.3.3,Homines captiuos qui catenis vinciunt. Et paulo pòst,11, Quem tu asseruare rectè ne aufugiat,voles,

Esca atque potione vinciri debet. Cic.1.Tuscul.119,Vt hi qui ferro vincti multos annos fuerũt. Idem 7.Verr.133,Facinus est vinciri ciuem Romanum. Virg.2.Georg.19, -tenuisq; lagenos Tentatura pedes olim,vincturáque linguam.

Vincire & constringere.Cic.pro Domo sua,19,Tu liberos populos L.Pisoni vinctos constrictósque tradidisti.

Catenis vincire aliquem.Ouid.15.Metam.111.

Dolia vincire plumbo.Cato cap.59,Dolia plumbo vincito,vel materie quernea,virificca alligato.

Guttura alicuius vincire.Ouid.10.Metam.5.

Lacertos vincire auro.Tibull.lib.1.eleg.9.14.

Manus vinxerat post terga.Virgil.11.Æneid.17.

Tempora vincire floribus.Horat.4.Carm.ode 1.7.

Vitta vinxit comas.Propert.lib.4.eleg.11.7.

Vincire præsidijs locũ,pro Tenere. Cic.ad Atticum,lib.7.136.1,Cæsarem quidem L.Cæsare cum mandatis de pace misso, tamen aiunt acerrimè delectum habere, loca occupare , vincire præsidiis.

Mentem vincire Lyæo.Propert.lib.3.eleg.5.5.

Vinciri & constringi amicorum custodiis. Cic.1.Tuscul.84, Si turpissimè se illa pars animi geret, quam dixi esse mollem,si se lamentis muliebriter lachrymísque deder,vinciatur & constringatur amicorum propinquorúmque custodiis.

Fœdere certo vinciri.Propert.lib.3.eleg.10.5.

Legibus vincire.Cicero pro Marcello,14,Omnia quæ delapsa iam fluxerunt,seueris legibus vincienda sunt.

Vincire numeris membra orationis.Cic.3.de Orat.205, Sæpe carpenda mẽbris minutioribus oratio est,quæ tamen ipsa membra sunt numeris vincienda. Idem in Orat.96,Et verba eligebant,& sententias graues,& suaues reperiebãt,sed eas haud vinciebant,haud explebant.

Vínctus,Participium,Constrictus.

Vinctus & astrictus.Ci.6.Ver.81,Dedit igitur tibi fortuna Siculorum C. Marcellum iudicem : vt cuius ad statuam Siculi te Prætore alligabantur, eius religioni te eundem vinctum astrictúmque dedamus.

Aspicite religatum asperis vinctúmque saxis.Cic.1.Tusc.41.

Tradere alicui aliquem vinctum.Cic.5.Verr.29.

Nodis ahenis vinctus post tergum.Virg.1.Æneid.60.

Compede vinctus fossor.Ouid.4.Trist.eleg.1.1.

Præcordia vincta ferro,Vide **Præcordia**.

Lauro vinctus caput.Ouid.11.Metam.34.

Vincti inter se orbes.Cic.in Arato,18,

Vincto pectore virgo:Id est tenui & gracili.Teren.Eun.2.3.11,

-quas matres student

Demissis humeris esse,vincto pectore,vt graciles sient.

Vinctum & Dissolutum,contraria.Cic.in Orat.113,Alterũ nimis est vinctum,vt de industria factum appareat: alterũ nimis dissolutum, vt peruagatum ac vulgare videatur.

Nexu vincti,Vide **Necto**.

Fides vincta teste numine, Iureiurando obligata . Ouidius epist.19.41.

Vincta amicitia inter aliquos.Plaut.Cistell.2.11,

-vt sanctè amicitiam colunt,

Atque vt eam vinctam bene habent inter se.

¶ Vinctus,pro Seruo & compedito.In cõpedibus enim vincti serui ad agriculturam destinabantur. Plin.epist.19.lib.3, Nam nec ipse vsque vinctos habeo,&c.

¶ Vinctus,pro Coacto.Horat.2.Serm.saty.7.6,

-si nusquam es forte vocatus

Ad cœnam,laudas securum holus:ac velut vsque

Vinctus eas,ita te fœlicẽ dicis.Id est, quasi ad alienam cœnam semper eas coactus.

Vínctus,huius vinctus,Ligamen.Var.1.de Re rust.ca.8.5,Et vindemia facta denique discat pendẽre in palmam aut funiculo,aut vinctu,quod antiqui vocabant cestum.

Vínculum,vinculi,pen.cor.Ligamen.Dicimus & Vinclum,vincli, per syncopam.Columella lib.3,Salix humida loca desyderat,genista etiam sicca,vtræque tamen circa vineam seruntur,quum palmitibus idonea præbent vincula.

Digitorum vincula.Ouid.9.Metam.16,

Dixerat,& summo digitorum vincula collo

Iniicit.angebar ceu guttura forcipe pressus.

Arcta vincula.Virg.2.Æneid.30,

Fabrilia vincula. Ouid. 1. Amor. eleg. 9. 8, Mars quoq; deprensus fabrilia vincula sensit.
Immania vincula. Valer. 7. Argon. 119.
Irresoluta vincula. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 2. 5.
Iuncea vincla. Ouid. 4. Fast. 175, Textáque compositа iuncea vincla rosa.
Linea vincula. Virg. 5. Æneid. 101.
Spinea vincula. Ouid. 1. Metam. 159.
Stuppea vincla. Stat. 5. Sylu. 2. 6.
Tenacia vincla. Virg. 4. Georg. 85.
¶ Abducere vincula ab aliquo loco, Vide **Abduco**.
Abrumpere vincula alicui. Horat. 4. Carm. ode 7. 6.
Addere manus alicuius in vincla. Ouid. 1. Amor. eleg. 7. 1.
Adhibere vincula capitis. Ouid. 5. Fast. 59.
Adimere vincula canibus. Ouid. 8. Metam. 67.
Aptare vincula collo. Ouid. 10. Metam. 77.
Arcebant vincula palmas. Virg. 1. Æneid. 30.
Astringere vincula. Ouid. 11. Metam. 16.
Capere aliquem vinclis. Virg. 4 Georg. 79.
Circundare vincula collo. Ouid. 1. Metam. 117.
Corpora constricta vinculis. Cic. 1. de Orat. 115, Si corpora capta sint armis, aut constricta vinculis, tamen suum ius, &c.
Contendere vincla, Vide **Contendo**.
Copulare vinculo, Vide **Copulo**.
Demere vincla pedibus. Ouid. 3. Metam. 34, Vincla duæ pedibus demunt. Id est soluunt calceamenta.
Dilaniare vincula. Ouid. 10. Metam. 78.
Effugere vincula. Horat. 2. Serm. saty 3. 15.
Euadere vincla. Silius lib. 7. 15.
Excidere vinclis, Euadere vincula. Virg. 4. Georg. 81.
Exuta pedem vinclis Dido. Virg. 4. Æneid. 104.
Exuæ vinclis palmæ. Virg. 2. Æneid. 31.
Digitorum vincula frangere. Stat. 6. Thebaid. 171.
Gerere vincla. Ouid. 4. Metam. 137.
Firma vincula impediunt manus. Ouid. 1. Fast. 74.
Impediri vinculis, Vide **Impedio**.
Imponere vincla, & Soluere vincla, contraria. Propert. lib. 3. eleg. 10. 5, Et quibus imposuit, soluit mox vincla libido.
Imposita capiti vincla, Coronæ, diadema, vel simile quippiã. Seneca Thyeste, 6. 11, Imposita capiti vincla venerando gere.
Indere vincula. Tacit. lib. 11, Indiráque sunt vincula, vt quis reperiebatur in publico aut per latebras.
Iniicere vincula, Vide **Iniicio**.
Innectere vincla gutturi. Horat. Epod. 17. 16.
Innectere vincula cæsis syluis. Lucan. lib. 1. 135.
Tunc placuit cæsis innectere vincula syluis,
Roboráque immensis latè religare catenis.
Intendere vincula collo, Vide **Intendo**.
Leuare vincla alicui. Virg. 2. Æneid. 30.
Ligare vincla. Silius lib. 11. 30.
Minacia vincla collo ligabantur. Ouid. 1. Metam. 19.
Nectere vincula alicui. Virg. 6. eclog. 5.
Secantibus vinclis præstricta manus. Seneca Troade, 6. 31.
Recusantes vincla leones. Virg. 7. Æneid. 4.
Rumpere vincula. Virg. 2. Æneid. 27.
Soluere vincula. Ouid. epist. 17. 5.
Tendere vincula alicui. Virg. 4. Georg. 80, -neque illum
Orando flectes: vim duram, & vincula capta Tende.
Tenêre vinclis aliquem. Virg. 4. Georg. 81.
Grauibus vinclis teneor coercita. Ouid. epist. 14. 1.

Vincula, vinculôrum, per translationẽ, Carcer in quo noxii vincti seruãtur. Venuleius De verb. signif. Vinculorũ appellatione, vel priuata, vel publica vincula significãtur: custodiæ verò, tantum publica custodia. Cic. 7. Verr. 14, Iste hominẽ arripi à tribunali, & in carcerẽ cõiici debet. Et paulo pòst, Quũ maximè, vt dico, hoc de pecunia clamaret, in vincla cõiectꝰ est. Ibidem, 63, Quid si aufugisset: si vincla rupisset: Idem 1. Tusc. 84, Ergo hos quidem vt famulos vinclis propè à custodia arceamus.
Absolutus vinculis, Vide **Absoluo**.
Dicere causam ex vinculis, Vide **Dico**, dicis.
Mandare æternis vinculis, Vide **Mando**, mandas.
Aliquem vinculis & verberibus, atque omni supplicio excruciatum necare. Cic. pro Lege Manilia, 6.
In vinculis esse, In carcere esse vinctum. Plin. lib. 7. cap. 34, de Scipione Nasica, In summa, ei in patria mori non licuit: nõ Hercule magis, quàm extra vincula illi sapientissimo ab Apolline iudicato Socrati.
¶ Amicitiæ vincula rumpere. Lucret. lib. 3. 17.
Vinculis amoris esse cum aliquo coniunctum. Cic. pro Plancio, 12, Est quidem cum illo maximis vinculis & propinquitatis & affinitatis coniunctus.
Vincula concordiæ. Cic. 2. de Finib. 185, Tollitur beneficium, tollitur gratia, quæ sunt vincula concordiæ.
Vincula cõiunctionis cum aliquo. Cic. ad Atticum, lib. 6. 113. 2, Dixerim me vel plurimis vincla tecũ summæ cõiũctionis optare, etsi sunt amoris arctissima: tantum abest vt ego ex eo quo astricti sumus, laxari aliquid velim. Virg. 11. Æneid. 6,
Victus amore tui, cognato sanguine victus,
Coniugis & mœstæ lachrymis, vincla omnia rupi: &c.
Connubialia vincla. Stat. 5. Thebaid. 13.
Iugalia vincla, Fœdus matrimonii. Virg. 4. Æneid. 12.
Iugali vinclo sociare se alicui. Virg. 4. Æneid. 4.
Vincula iuris. Cic. 3. de Finibus, 123, Et quo modo hominum inter homines iuris esse vincula putant, sic homini nihil iuris esse cum bestiis.
Reuellere vincula iudiciorũ. Cic. pro Cecinna, 51, Qui ius Ciuile contemnendum putat, is vincula reuellit non modò iudiciorum, sed etiam vtilitatis, vitæque communis.
Legum certa vincula. Quintil. lib. 5. cap. 10. 71.
Quæstionis vinculum. Quintil. lib. 1. cap. 4. 13.
Arctissimum societatis vinculum, Vide **Arceo**.
¶ Vinculũ ad. Cic. 3. Offic. 151, Nullũ enim vinculũ ad astringendam fidem iureiurando maiores arctius esse voluerunt.
Astrictus vinclis. Cic. 4. Acad. 112, Quos si sequamur, his vinclis simus astricti, vt nos commouere nequeamus.
Astrictus certis legum vinculis. Quintil. lib. 5. cap. 10. 71.
Astringere Galliam vinclis, Vide **Astringo**.
Copulatus locus vinculo quæstionis. Quintil. lib. 1. cap. 4. 13, Vix vllus est tam communis locus, qui possit hærere cum causa, nisi aliquo propriæ quæstionis vinculo copulatus.
In vinculis habere. Quintil. libro 7. cap. 4, Valet in sermone tantum, vt constrictũ in vinculis suis habeat eum qui respondisurus est.
¶ Vincla, Pro negotiis. Horat. 1. epist. 7. 14, -ille Philippo
Excusare laborem, & mercenaria vincla.

Vinco, vincis, vici, victum, vincere, Superare, superiorem discedere. Plaut. Persa, 6. 34, Fatear si ita sim. 1. iam abi, victi. Cic. pro Deiotaro, 14, Quum igitur eos vinceret, quos secum habebat, te solutum Romam mittebat. Idem 3. in Catil. 70, Mihi viuendum est cum illis quos vici ac subegi. Mattius ad Ciceronem, lib. 11. 28. 5, Aiunt enim patriam amicitiæ præponendam esse: perinde ac si iam vicerint, obitum eius Reipub. fuisse vtilem. Cic. ad Atticum, lib. 8. 151. 2, Malo cum Pompeio vinci, quàm cum istis vincere.
Vinci & expugnari. Cic. in Parad. 31, Sapiẽtis animus magnitudine consilii, tolerantia rerum humanarum, contemptione fortunæ, virtutibus denique omnibus vt mœnibus septus, vincetur & expugnabitur qui ne ciuitate quidem pelli potest?
Vincere ac vinci vultu eodem. Liu. 7. ab Vrbe, Comiter facilis vincere ac vinci vultu eodem, nec quenquam aspernari parem, qui se offerret factis, benignus pro re dictis.
Vinci à voluptate. Cic. 1. Offic. 97, Non est consentaneum, qui metu non frangatur, eum frangi cupiditate: nec qui inuictum si à labore præstiterit, vinci à voluptate.
¶ Vincere, pro Obtinere, probare. Cic. pro Cluentio, 97, Vincit eũdem virum bonum fuisse Oppianicum. Ibidem, 50, Si doceo non ab Habito, vinco ab Oppianico. Idẽ de Oratore, Hæc à se peti illi vincerent oportere. Budæus.
¶ Vincere aciẽ ferri. Plin. lib. 19. cap. 1. 4, Cumanæ plagæ concidunt apros, & hæ cassésve ferri aciem vincunt.
Amor vincitur donis. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 11.
Amor omnia vincit. Virg. eclog. 10. 14.
Animum vincere. Plautus Mil. 9. 86,
-vincam animum meum,
Ne malitiosè factum id esse abs te arbitrer. Idẽ Trinum. 6. 29,
Tu si animũ vicisti potius, quàm animus te, est quod gaudeas.
Animum diuitiis parem, munere vincere. Senec. de Benefic. lib. 1. ca. 8, Vicit Æschines hoc munere Alcibiadis parem diuitiis animum, & omnium iuuenum opulentorum munificentiam.
Animus omnia vincit. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 15.
Bello vincere. Lucan. lib. 1. 29.
Carminibus vincere aliquem. Virg. eclog. 4. 11.
Victa causa. Cic. pro Deiotaro, 15, Sed tamen quum ad Cæsarem mittebat, vtrum causam illam victam esse nesciebat?
Certamine pedum vicerat omnes. Ouid. 11. Metam. 61.
Cibum vincere, Concoquere. Plin. lib. 11. cap. 53. 6, Peruigilio quidem præcipuè vincuntur cibi.
Clementia vincitur lachrymis. Ouid. 4. Trist. eleg. 8. 1.
Crimina vincere. Martial. lib. 1. 7, Vicerat antiquæ scelerata crimina famæ.

Curſu vincere ceruum, vel cochleam tarditudine: In celeres & tardos dicitur. Plaut. Pœnulo, 7.17,

At ſi ad prandium in ædem vos dixiſſem ducere,
Vinceretis ceruum curſu, vel gralatorem gradu.
Nunc vos quia mihi aduocatos dixi & teſtes adducere,
Podagroſi eſtis, ac viciſtis cochleam tarditudine.

Curſu vincere comites. Ouid. 1. Triſt. eleg. 9. 1.

Difficultates locorum vincere. Cæſar 4. bel. Gall. 145, Non deterrentur tamen milites noſtri vineas proferre, & labore atque operibus locorum vincere difficultates.

Dolor vicit virum inuictum. Ouid. 13. Metam. 78.

Eloquio vincere Neſtora. Ouid. 13. Metam. 13.

Expectationē vincere, Facere præter expectationē & ſpē aliorum. Cic. 7. Verr. 9, Expectate facinus quàm multis improbum, vincá tamē expectationē omniū. Idem Appio Pulchro, lib. 5. 10. 17, Quid mihi mandaſti, quum te Puteolis proſequerer, in quo non expectationem tuam mea diligentia vicerim?

Falſa vincere veris. Lucret. lib. 4. 97.

Fame vinci. Ouid. 6. Faſt. 79.

Fata ſua vincere. Virg. 11. Æneid. 33,

Contrà ego viuendo vici mea fata, ſuperſtes
Reſtarem vt genitor. Vbi Seruius, Vici mea fata, id eſt naturalem ordinem vitæ longiore ſuperaui: nanque hic ordo eſt, vt ſint parentibus ſuperſtites filii.

Furorem vincere ratione. Ouid. 7. Metam. 1.

Gloria vincere aliquē, & ſimilibus. Cic. pro Deiotaro, 7. Tanto ille ſuperiores vicerat gloria, quanto tu omnibus præſtitiſti. Idē 1. de Orat. 33, Neque vero Aſclepiades is, quo nos medico amicóque vſi ſumus, tum cum eloquētia vincebat cæteros medicos in eo ipſo, &c.

Miles vicit hoſtem. Ouid. 1. Triſt. 10.

Iudicio aliquid vincere. Cic. pro Roſc. Comœdo, 31, Itáne verò cognitor ſi fuiſſet tuus, quod viciſſet iudicio, ferres tuum ſuo nomine petiſſe? quod abſtulit ſibi, non exegit.

Labor omnia vincit Improbus. Virg. 1. Georg. 19.

Licitatione vincere. Paulus De publicanis. Licitatio veſtigalium, quæ licitantis vltra modum ſolitæ conductionis inflauit, ita demum admittenda eſt, ſi fideiuſſores idoneos & cautiones is qui licitatione vicerit, offerre paratus ſit.

Magnitudinem alterius rei vincere. Cic. in Somnio Scip. 13, Stellarum autem globi terræ magnitudinem facilè vincebant.

Memoriam vicit vita iſtius. Cic. in Salluſtium. 2, Quod ſi vita iſtius memoriam vicerit, aliam r. c. non ex oratione eius, ſed ex moribus ſpectare debetis.

Montes vincere aſcenſu. Claud. 6. Paneg. 10.

Moribus vincere aliquem. Propert. lib. 3. eleg. 6. 5.

Funalia vincunt noctem flammis. Virg. 1. Æneid. 147.

Numero vincere, ætatibus, & authoritate. Cic. 11. Philip. 3. 18, Nunc vigent Panſæ, vigent Hirtii, vigent Cæſaris illi, vigent Planci, vincunt numero, vincunt ætatibus, nimirum etiam authoritate vincunt.

Officio vincere omnes. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4. 14, Salluſtius officio vincet omnes.

Opinionē omniū vincere. Cic. 4. Acad. 3, Nō modò opinionē vicit omniū, quæ de virtute ei erat, ſed etiam gloriā ſuperioū.

Pectora dura vincuntur molli prece. Tibull. lib. 3. eleg. 4. 16.

Nulla vinci ratione. Cic. 1. Tuſc. 84, Sæpe enim videmus fractos pudore, qui ratione nulla vincerentur.

Seipſum vincere. Caſſius Ciceroni, lib. 12. 13. 2, Quòd maximus Conſularis maximum Conſulem teipſum viciſti, & lætamur, & mirari ſatis non poſſumus.

Sententia hæc vicit. Liu. 5. bel. Maced. 174, Hæc vicit ſententia: Imperatorémq; Regem appellandum cenſuerunt. Idem 8. bel. Pun. 135, Vicit ſententia lenior, vt vnde culpa eſſet orta, ibi pœna conſiſteret.

Sponſione vincere. Cic. pro Quintio, 57, Num quid eſt cauſæ C. Aquili, quin ſi lōgè aliter poſſederit, quàm Prætor edixit, iſte ex edicto non poſſederit, ego ſponſione vicerim?

Viribus vincere aliquid. Virg. 6. Æneid. 30.

Vno te vicim⁹. Cic. Sulpitio, lib. 4. 4. 7, Vno te vicim⁹, quod de Marcelli Collegæ tui ſalute paulò ante, quàm tu, cognouimus.

¶ Vicimus, viciſtis, Noſtra eſt cauſa, Veſtra eſt ratio. Ci. 5. Ver. 113, Liget Hercules, inquit, omnes omnia dicant, in illo niſi ita res manifeſta erit allata, vt reſpōderi nihil poſſit, vicimus. Idē ad Auicum, lib. 14. 318. 5, Cui ſi eſſe in vrbe tutò licebit, vicimus. Et 3. Verr. 41, Vnum oſtende in tabulis aut tuis, aut patris tui emptum eſſe, viciſti.

Vince & vale. Cic. Bruto, lib. 11. 25. 6.

Viceris. Terentius And. 5. 3. 21, Adducti qui illam ciuem hinc dicant, viceris. Vbi Donatus, Viceris, verbum eſt eius qui vix ſibi extorquet vt abiiciat curam, & proprium patribus, ac familiare iratis.

¶ Cura vincendi. Ouid. epiſt. 15. 16.

Victus, Participium: vt

Victi & ſubacti populi. Cicero pro Fonteio, 11, Aut ſi non poterit, M. Fabium ſubſcriptorem eius rogabimus, vt Allobrogum animos mitiget, quoniam apud illos Fabiorum nomen amplißimum: vt velint iſti aut quieſcere, id quod victi ac ſubacti ſolent, &c.

Galli victi ſilere ſolent, canere victores. Cic. 1. de Diuinat. 83.

Bellis victi. Stat. 11. Thebaid. 102.

Natura victus. Cic. 1. de Finib. 81, Itaque idem natura victus (cui obſiſti non poteſt) dicit alio loco, &c.

Prece victus. Horat. Epod. 17. 9.

Somno victus. Liu. 9. ab Vrbe, 157, Atque ita in plauſtra ſomno victos coniiciunt, ac Romam deportant.

Somno victa iacebat Thetis. Ouid. 11. Metam. 48.

Viribus victa virgo. Ouid. 1. de Arte, 140.

Voluptate victus. Cicero 1. de Finib. 74, Et qui ſuum iudicium retinent, ne voluptate victi faciant id quod ſentiunt non eſſe faciendum.

Vulnere ingenti victus. Virg. 10. Æneid. 167.

¶ Clemētia illi⁹ victa eſt noſtro vitio. Oui. 1. de Pont. ele. 1. 14.

Corpora victa ſopore. Ouid. 1. Faſt. 86.

Fœmina victa dolo diuūm duorum. Virg. 4. Æneid. 19.

Hoſtis victus terra marique. Horat. Epod. 9. 6.

Ira victa per preces. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 8. 10.

Opes victæ. Cic. 7. Verr. 77, Hīc primum opes ipſius ciuitatis victæ, comminutæ, depreſſæque ſunt.

Patientia victa vitiis. Ouid. 3. Amor. eleg. 10. 1.

Pietas victa furore. Horat. 3. Carm. ode 17. 8.

Pudor victus amore. Ouid. 3. Amor. eleg. 9. 6.

Reus victus. Cicero 3. Verr. 6, Ne actor quidem eſt is, cui reus tam nocens, tam perditus, tam victus, aut occultè ſurripi, aut impune eripi poſſit.

Terga victa dare. Ouid. 7. Metam. 15.

Vrbes victæ. Horat. 4. Carm. ode 15. 1.

¶ Victus, pro impote voti. Virg. 9. eclog. 1,

Nunc victi triſtes, quoniam ſors omnia verſat,
Hos illi (quod nec bene vertat) mittimus hœdos. Vbi Seruius, Victi, id eſt impotes voti. Nam quo modo victores dicimus voti compotes, qui quod volunt faciunt: ſic victos econtrario voti impotes, qui non poſſunt facere quod volunt.

¶ Victus, A propoſito priſtino recedens. Virg. 2. Æne. 140, Hīc verò victus genitor ſe tollit ad auras. Seruius.

Victor, victōris, pen. prod. Qui vicit. Cæſar 2. bel. Gall. 315, Qui ab Decumana porta, ac ſummo iugo collis noſtros victores flumen tranſire conſpexerant. Plin. lib. 7. cap. 28. 2, Centies vicies præliatus, octies ex prouocatione victor. Cic. ad Atticum, lib. 11. 25. 5, Iudicio hoc ſum vſus, nō eſſe barbaris auxiliis fallaciſſimæ gentis Rempub. defendendam, præſertim contra exercitum ſæpe victorem. Virgil. 3. Georg. 1,

-tentanda via eſt, qua me quoque poſſim
Tollere humo, victórque virūm volitare per ora. Idē 1. Æn. 40,

Nec prius abſiſtit, quàm ſeptem ingentia victor
Corpora ſundat humi. Sic lib. 3. 41.

Multa enim victori, eorum arbitrio per quos vicit, etiam inuito facienda ſunt. Cic. Marcello, lib. 4. 9. 10.

Belli victor. Stat. 9. Thebaid. 115.

Omnium gentium victor. Cic. in Piſonem, 11, Neque enim me ſtante & manente in vrbis vigilia, neque reſiſtente Cn. Pōpeio omnium gentium victore, &c.

Hoſtium victor. Horat. 1. Carm. ode 6. 1.

Ille externorum bellorum hoſtiúmque victor. Cic. de Aruſp. reſpon. 45.

Cruentus victor. Lucan. lib. 5. 151.

Ferus victor. Horat. 1. epiſt. 1. 31.

Violens victor. Horat. 1. epiſt. 10. 8.

Currus victor, Triumphalis. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2. 10, Hos ſuper in curru Cæſar victore vehēris.

Victrix, victricis, pen. prod. f. g. Quæ vicit. Cic. ad Brutū, 10. 1, Erat victrix Reſpub. cæſis Antonii copiis, ipſo expulſo. Idē 5. Tuſc. 113, Quæ victrix, ea læta, proſequentibus ſuis, vnà cum viro in rogum imponitur. Plautus Caſin. 2. 3.

Libidinis victrix. Cic. pro Cluentio, 10, Tum verò illa egregia ac præclara mater palàm exultare lætitia, ac triūphare gaudio cœpit, victrix filiæ, non libidinis.

Arma victricia, pro Victoribus, & iis qui armis vicerūt. Virg. 3. Æneid. 11, Res Agamemnonias, victriciáque arma ſecutus,
Fas omne abrumpit. Vbi Seruius, Omnia nomina à verbo ve-

nientia, quum in OR exeunt, masculina sunt, vt Victor: quum in TRIX, fœminina sunt, vt Victrix. Neutra verò nó faciunt, nisi tantùm ex numero plurali. Vnde est Victricia.

Athenæ victrices. Cic. 1. Tuscul. 189.

Cæteræ victrices. Horat. 4. Carm. ode 4. 5.

Dextra victrix. Ouid. 1. Fast. 67.

Lauri victrices. Virg. 8. eclog. 3.

Libido victrix. Seneca Thyeste, 1, 10.

Literæ victrices, Victoriam denuntiantes. Cic. ad Atticũ, lib. 5. 109. 3, Quo autem die Cassii literæ victrices in Senatu recitatæ sunt, id est Non. Octob. eodem mox tumultum nuntiantes.

Manus victrix. Cic. pro Sestio, 68, Quum subitò manus illa Clodiana, in cæde ciuium iam sæpe victrix, exclamat, incitatur. Idem 2. Tusc. 37. Ouid. 1. de Arte. 144.

Palmæ victrices. Ouid. ad Pisonem, 7.

¶ Victrix, Voti compos. Virg. 7. Æneid. 109,

-cæli connexa per auras
Iunonem victrix affatur voce superba. Seruius.

Victoria, victoriæ. Plaut. Truc. 6. 12, Hic sunt quas habet victorias. Cic. ad Brutũ, 15. 10, Facilius in timore benigni, quàm in victoria grati reperiũtur. Idem pro Lege Manilia, 19, Cuius adolescentia ad scientiam rei militaris non alienis præceptis sed suis imperiis, non offensionibus belli sed victoriis, non stipẽdiis sed triumphis est traducta.

Victoria & triumphus. Cic. pro Murena, 11, Finem stipendiorum patris victoriam ac triumphum fuisse.

Victoria natura insolés & superba est. Cic. pro M. Marcello, 5.

Facies victoriæ. Tacitus in vita Agricolæ, Proximus dies faciem victoriæ latius aperuit.

Agilis victoria, Vide Agilis.

Cruenta victoria, Vide Cruentus.

Facilis victoria de madidis, &
Blæsis, atque mero titubantibus. Iuuen. Saty. 15. 5.

Læta victoria. Horat. 1. Serm. saty. 1. 2.

Pulchra & spectabilis victoria. Tacit. in vita Agricolæ.

Velox victoria. Horat. 1, epist. 19. 13.

¶ Adipisci victoriam. Cæsar bel. Ciuil. lib. 3, Turpe sibi existimabat tot rebus gestis, tantisque exercitibus deuictis, tam claris victoriis partis, à reliquis copiis aduersariorũ ex fuga collectis, se cruentam adeptum existimari victoriam. Sallustius in Catil. Quòd si primo prælio Catilina superior aut æqua manu discessisset, profectò magna clades, atque calamitas Remp. oppressisset: neque illis, qui victoriam adepti essent, diutius ea vti licuisset, quin defessis, & exanguibus, qui plus posset, imperium atq; libertatem extorqueret. Ibidem, Neque tamen exercitus Populi Rom. lætam, aut incruentam victoriam adeptus erat.

Amplecti victoriam, Vide Amplector.

Cessit illi victoria, Vide Cedo.

Cohonestare victoriam, Vide Cohonesto.

Concedere victoriam. Tacit. lib. 5, Victoriámque concessere.

Concelebrare victoriam, Vide Concelebro.

Conclamare victoriam, Vide Conclamo.

Consequi victoriam. Cic. pro Cælio, 11, Qui quum ex Reipub. causa iam esset mihi quidem molestum, sibi tamen gloriosam victoriam consequutus.

Consistis victoria, Vide Consisto.

Constituere victoriam, Vide Constituo.

Constat victoria. Cæsar bel. Gall. lib. 7, Indignantes milites Cæsar, quòd conspectum suum hostes ferre possent tantulo spatio interiecto, & signum prælii exposcentes edocet, quanto detrimento, & quot virorum fortium morte necesse esset constare victoriam.

Corrupta toties victoria. Tacit. lib. 20.

Deferre victoriam. Liuius ab Vrbe lib. 5, Vos fidem in bello, quàm præsentem victoriam maluistis: nos fide prouocati victoriam vtro detulimus.

Differre victoriam. Liuius de bel. Pun. Illa cunctatio distulisse modò victoriam videri potuit: hic error vires ademisse ad vincendum.

Dare victoriam. Liuius ab Vrbe lib. 5, Nisi fortuna imperatori Romano, simul & cognitæ reb⁹ bellicis virtutis specimen matura victoriã dedisset, &c. Idẽ de bel. Pun. Præter multa vulnera, cædes etiam propè par vtrinq; fuit, fugáque & pauor Numidarum Romanis iam admodum fessis victoriam dedit.

Edere victoriam. Tacitus in vita Agricolæ, Defixêre aciem in his vestigiis, in quibus pulchram & spectabilem victoriam ederetis.

Eripere victoriam. Sallustius in Iugurtha, Quam rem alii in superbiam vertebant: alii bonum ingenium contumelia accensum esse: multi quòd iam parta victoria ex manib⁹ eriperetur.

Excidit victoria è manibus, Vide Excido.

Exercere victoriã. Sallustius in Catil. Vterque victoriam crudeliter exercebãt. Idem in Iugurtha, Acerrimè victoriam nobilitatis in plebem exercuerat.

Extorquere victoriam. Liuius de bel. Pun. Nunc signa extra vallum proferte: victoriam hosti extorqueamus, confessionem erroris ciuibus.

Habere victoriam. Liu. de bel. Pun. Quod primum esset, confessionem se hostiũ habere, nequaquã pares eos esse sibi, breui & victoriam haud dubiam habiturum, nec meliore euentu eos secum, quàm spe pugnaturos.

Habere victoriã in manibus. Liuius libro 10. bel. Pun. 73, Scipio & venisse ea spe in Africam se ait, & spem suam prospero belli euentu auctam, victoriam se, non pacem domum reportaturam esse. tamen quum victoriã propè in manibus habeat, pacem non abnuere. vt omnes gentes sciant, Populum Romanum & suscipere iustè bella, & finire.

Inquietare victoriam. Tacit. lib. 19. Hoc est inquietabant.

Interpellare victoriam. Cæsar bel. Ciuil. lib. 4, Munitiones à castris ad flumen productæ, expugnatis iam castris Pompeii, propriam, & expeditam Cæsaris victoriam interpellauerunt.

Morari victoriã. Liuius de bel. Pun. Itaq; & ingenio feroces, & multitudine freti, & quòd metu cessisse credebant hostem, id morari victoriam rati, quòd interesset amnis, clamore sublato passim sine vllo imperio, quà cuiq; proximũ erat, in agmẽ ruũt.

Nascitur victoria. Cæs. bel. Ciuil. li. 4, Magno, atq; acri prælio facto, cominus dextro cornu, quo veterana legio sexta erat collocata, initium victoriæ natum est ab ea parte.

Oritur victoria. Cæsar bel. Ciuil. lib. 3, Neque verò Cæsarem fefellit, quin ab his cohortibus, quæ contra equitatũ in quarta acie collocatæ essent, initium victoriæ oriretur, vt ipse in cohortandis militibus pronuntiauerat.

Parere victoriã. Cæsar bel. Ciuil. libro 5, Turpe sibi existimabat tot rebus gestis, totisque exercitibus deuictis, tam claris victoriis partis, à reliquis copiis aduersariorum ex fuga collectis, se cruentam adeptum existimari victoriam.

Patrare victoriam. Tacit. lib. 13, Vtque inter festos referretur dies, quo patrata victoria, quo nuntiata, quo relatũ de ea esset.

Portendere victoriam. Liu. de bel. Pun. Hoc principium, simúlque omen belli, vt summæ rerum prosperum euentum, ita haud sanè incruentam, ancipitisque certaminis victoriam Romanis portendit.

Reportare victoriam. Cic. pro Lege Manil. 4, Etenim adhuc ita vestri cum illo rege cõtenderunt Imperatores, vt ab illo insignia victoriæ, non victoriam reportarent. Liuius lib. 10. belli Pun. 73.

Retinere victoriam. Sallust. in Iugurtha, At Iugurtha dum sustentaret suos, & propè iam adeptam victoriam retinere cupit, circumuentus ab equitibus dextra, & sinistra omnibus occisis, solus inter tela hostium vitabundus erumpit.

Spectare victoriam. Quintil. lib. 5. cap. 12. 17, Iam in schola victoriam spectet, & ferire vitalia ac tueri sciat. De futuro oratore.

Stat victoria. Liu. lib. 3. bel. Pun. 131, Dum hæc in Hispania geruntur, Petilia in Brutiis aliquot post mensibus quàm cœpta oppugnari erat, ab Similcone præfecto Annibalis expugnata est: multorumq; sanguine ac vulnerib⁹ ea Pœnis victoria stetit.

Victoriam in manibus esse. Sallust. in Catilin. Verũ enimuero per deũm atq; hominũ fidem, victoria in manib⁹ nobis est.

Tradere victoriam. Quintil. lib. 7. ca. 2. 31, Quæ omnia sunt in materia, & multum iuuant: victoriam tamen non tradunt.

Transferre victoriam. Cæsar bel. Ciuil. lib. 4, Pugnatur vtrinque acriter, crebráque, vt accidit, fortuna sæpe ad vtrunq; transferente victoriam: nec tamen vnquam ab operibus depellitur Marcellus.

Tribuere victoriam. Cæsar bel. Ciuil. lib. 4, Cui dii immortales victoriam tribuissent.

Victoriãtus, victoriãti, pen. prod. Genus nummi. Plin. lib. 33. cap. 3. 8, Qui nunc victoriatus appellatur, lege Clodia percussus est. Antea enim hic nummus ex Illyrico aductus, mercis loco habebatur. Est autẽ signatus victoria, & inde nomen. Quintil. lib. 6. cap. 4, Dicente quodã, victoriato se vno in Sicilia quinq; pedes longam murænam emisse. Cic. pro Fonteio, 8, Crodimum Porcium, & Numium ternos victoriatos Nulchalo & Serene *Vmbinos, & victoriatos mille.

Victoriõsus, pen. prod. Adiectiuũ, Qui varias siue plures victorias reportauit, qua dictione vsus Cato, teste Gellio lib. 4. cap. 9.

Vincibilis, & hoc vincibile, penult. corr. Quod facilè vincitur. Terent. Phorm. 1. 4. 50, Iustam illam causam, facilem, vincibilem, optumam. Colum. lib. 3. cap. 11. 3, Grauem terram, vis vlla cultura vincibilem.

VINDELICIA, Prouincia Europæ, sicuti à Ptolemæo lib.3. scribitur. Est autem inter Rhetiam, quam habet ab Occasu, & Noricum ab Oriēte. Eam Lycius amnis disterminat à Rhetia, Enos fluuius diuidit à Norico. A' Septentrione Danubio terminatur, à Meridie Alpibus supra Italiam extensis. Eius ciuitas insignis fuit Augusta Vindelicia.

Vindelici, penult. corr. Populi, de quibus diximus in dictione VANDALI. Horat. 4. Carm. ode 4.4.

-videre Rheti bella sub Alpibus
Drusum gerentem: & Vindelici: quibus
Mos vnde deductus per omne
Tempus Amazonia securi
Dextras obarmet, quærere distuli. Ibidem, ode 14.

-maxime principum,
Quem legis expertes Latinæ
Vindelici didicēre nuper Quid Marte posses.

Vindélicus. pen. corr. Adiectiuum: vt
Spolia Vindelica. Claud. de bel. Getico, 84.
Saltus Vindelici. Claud. de bel. Getico, 74.

Vindemia, vindemiæ, Quasi vinidemia, à vino demēdo. Virg. 2. Georgic. 105, Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.

Mitis in apricis coquitur vindemia saxis. Virg. 2. Georg. 105.

Vindemia mellis. Plinius, Prima mellis vindemia melior. Idem lib. 11. cap. 14. 3. & cap. 15. 2. Columel. lib. 9. cap. 15. 1, Mox Vere transacto sequitur mellis vindemia.

Vindemiā & vindemias inter se differre vult Seruius, his verbis, Quū vindemiam numero singulari dicimus, vnius anni significamus: quum plurali, multorum. vt Messem, messes: hyemem, hyemes. hæc enim semel tantùm annis quibusque contingunt. Multi tamen volunt vindemiam esse totius orbis generaliter, vindemias singularum partium: vt plus significet singularis, quàm pluralis numerus: sicut plus est quum dicimus, Per terram pluit, quàm Per terras. tunc enim omne elemētum per singularem numerum, non terras aliquas significamus. Virg. 2. Georg. 2, -spumat plenis vindemia labris.

Administrare vindemias, Vide **Administro.**

Vindemíola, vindemiolæ, pen. corr. Diminutiuū. Cic. ad Atticum, libro 1. 6. 5, Ego omnes meas vindemiolas eò reseruo, vt illud subsidium senecturi parem. De fructu studiorum intelligit.

Vindemio, vindemias, vindemiare, Vindemias colligere. Plin. lib. 14. cap. 2. 9, Nouissimas vindemiant.

Vindemiātor, pen. prod. vindemiatōris, Qui vinum legit. Colum. lib. 3. cap. 21. 5, Vindemiatorum aleam subeat. Idem lib. 4. cap. 17. 7, Et fructus commodius legitur à vindemiatore.

¶ Vindemiator, Sydus quod tertio Nonas Martii apparet. Columel. lib. 11. cap. 2. 44, dicit illud septimo Calend. Septembris exoriri. Plin. lib. 18. cap. 31. 1, Cæsari & Assyriæ stella quæ Vindemiator appellatur.

Vindemiātor, pen. prod. Idem.

Durus vindemator. Horat. 1. Serm. saty. 7. 6, -durus
Vindemator, & inuictus, &c.

Vindémitor, pen. corr. Idem. Ouid. 3. Fast. 81,
Siue est Arctophylax, siue est piger ille Bootes,
Mergetur: visus effugiétque tuos.

At nō effugiet vindemitor. Seneca, Carpebat raras serus vindemitor vuas.

Vindemiatorius, Adiectiuū, Quod ad vindemiam pertinet. Varro 3. de Re rust. cap. 2. 7, Nihilo magis torcula vasa vindemiatoria, aut serias olearias, vt trapeta.

Vindex, vindicis, pen. corr. Vltor iniuriæ. Cic. ad Sestium, lib. 5. 6. 5, Sed partim odio inducti me excludunt, & apertè vindicem coniurationis oderūt, partim nō credūt. Idem pro Flacco, 45, Quū speculatur atq; obsidet Rostra vindex temeritatis, & moderatrix officii Curia. Idē pro Sylla, 13, Te, siquid eiusmodi facis, nō modò talē adolescentē, sed in ea causa, in qua te vindicē coniurationis velis esse, vehemēter admiror. Idē 1. de Inuent. 198, Ideò quòd cōcesso peccato, difficile est ab eo qui peccatorū vindex esse debet, vt ignoscat impetrare. Et ad Brutum, 17. 4, Quid hoc mihi prodest, &c. si vindex illius mali, author extitit alterius, fundamētū & radices habituri altiores, si patiamur?

Vindex & oppressor. Cic. ad Brutum, 16. 11, Petitur vt vindices atque oppressores dominationis salui sint?

Vindex & vltor. Columel. lib. 7. cap. 12, de cane, Quis denique vltor aut vindex constantior?

Facinorū & sceleris vindex. Cic. 3. de Nat. deor. 63, Furiæ dex sunt, speculatrices, credo, & vindices & facinorum & sceleris.

Fraudis auaræ vindex. Horat. 4. Carm. ode 9. 8.

Scelerum vindex. Lucan. lib. 9. 4.

Linguæ magnæ vindex, Vindex superbiæ. Hor. 4. Car. od. 6. 1.

Iustissimus vindex. Ouid. 3. de Arte, 65.

Carcer nefariorum vindex. Cic. 1. in Catilinam, 46.

¶ Vindex, Defensor & assertor. Cic. ad Atticū, lib. 1. 16. 17, Tusculanum & Pompeianum valde me delectāt, nisi quòd me illum ipsum vindicē æris alieni, ære non Corinthio, sed hoc circunforaneo obruerunt. Idem 5. de Legib. 36, Habeat sanè populus tabellam, quasi vindicem libertatis.

Extitisti tu vindex nostræ libertatis. Cic. Octauio, 7.

¶ Pœna vindex. Catull. Argon. 59. 39.

Vires vindices. Ouid. epist. 9. 3, Respice vindicibus pacatum viribus orbem.

Vindiciæ, vindiciarum, pluraliter. Festus, Vindiciæ appellantur res ex de quibus controuersia est: de quibus Cincius sic ait, Vindiciæ olim dicebantur quæ ex fundo sumptæ, in ius allatæ erant. Seruius Sulpitius vindiciam esse ait, ab eo quòd vindicātur res ex controuersia. Hactenus Festus. Vindiciæ, id est sententiæ, vt dicunt aliqui, aut verius assertiones rei & adiudicationes, vt loquuntur: vbi nescit iudex si duo sint, verius sit: vel si sint plures, cuius. Nihil nanque aliud est vindicia quàm assertio: quæ si à seruitute est in libertatem, dicitur vindicia secūdum libertatē: si verò à libertate in seruitutē, dicitur vindicia secūdū seruitutem pronuntiari. Vnde Prætor dicitur decernere vindicias secūdum libertatem, quando in libertatem asserit. Item dicitur dare vindicias secundum seruitutem: quando pronuntiat assertionem eiusmodi. Hæc verò omnia latissimè declarat Budæus, his verbis, Vt autem ad vindicias veniamus, Liuius 3. ab Vrbe, 18, de filia Virginii loquens, ita inquit, Hanc virginem adultam, forma excellentem Appius amore ardens, pretio ac spe pellicere adortus, postquam omnia pudore septa animaduerterat, ad crudelem superbámque vim animum conuertit. Marco Claudio clienti negotium dedit, vt virginem in seruitutē assereret: neq; cederet secundum libertatem postulantibus vindicias: quòd pater puellæ abesset, locum iniuriæ esse ratus. Item paulo post, Aduocati puellæ quum Virginium Reipub. causa dixissent abesse, biduo affuturum, si nuntiatum ei sit: iniquum esse absentem de liberis dimicare: postulant vt rem integrā in patris aduentum differat: lege ab ipso lata vindicias det secundū libertatem. Vindicias secūdum libertatem dare, & Liuius & Pomponius intellexerunt decernere, vt interim dum pater puellæ accersitur, dúmque ipsa status sui quæstionē patitur, in possessione ipsa sui ac libertatis esset. Vt vindicias postulare secūdum libertatem, pro eo quod est postulare vt interim libertate potiretur. Quod autem sequitur de Bruto qui vindicias secundum libertatem dixisset in persona Vindicii Vitelliorum serui, Vindicii, non Vindicis legendum est, ex eodem Liuio libro secundo, Præmiū, inquit, Indici pecunia ex ærario, libertas & ciuitas data. Ille primùm dicitur vindicta liberatus: quidā vindictæ quoque nomen ab illo tractum putant, Vindicio illi nomen fuisse. Post illum, seruatum vt qui ita liberati essent, in ciuitatem accepti viderentur. Itidem Plutarchus in Publicola, Restat vt videamus quomodo vindicias Brutus secundum libertatem in persona serui dedisse dicitur Vindicii. Hoc igitur ex Plutarcho requirendum: nam Liuius tacuit: qui tamen non Vitelliorum seruū, sed Aquiliorum fuisse dicit, nisi sit erratum apud Plutarchum, vt facilè reor. Sic igitur idē author in Publicola inquit, Aquilii mollitie Collatini Consulis confirmati, petierunt ad respondendum tempus. Vindicium seruum sibi reddi iubentes, nec apud accusatores asseruari. Inclinante ad hæc Consule, dimittentéque hac conditione concionem, Valerius turbæ permistum hominē non poterat dimittere, neque populum dimissis proditoribus abire sinebat. Ad postremum quum iniecisset in hos manus, Brutum implorabat, Collatinum clamitans rem indignam facere, si imposita Collegæ necessitate occidendi liberos, æquum ipse duceret fœminis per gratiam proditores patriæ & hostes concedere. His permoto vehementer Consule, & comprehendi Vindicium iubente, lictores repulsa turba ceperunt hominem: conātibúsque eripere incusserunt verbera. At amici Valerii repugnantes aderant, populúsque Brutum adesse iubebat. Ex his verbis apparet Brutum quodam modo vindicias secundum libertatem dixisse, ex eo quòd Vindicium bene de Rēpub. meritum, interea dum Vitellii causam maiestatis dicerēt, in manum ac potestatem infensissimorum dominorū ob accusationē, excarnificandum tradi nō sinit, quod Collatin⁹ Collega permiserat. Vindiciarum nomen non à Vindicio, vt Accursius putauit, sed à vindicando tractū est: id quod ex Liuio intelligi satis potest. Appius, inquit, quū virginem non defendi ab Icilio, sed inquietum hominem locum seditionis quærere diceret, nō præbiturum se illi eo die materiam, ius eo die se nō dicturum, neque decretum interpositurū, à M. Claudio petiturū vt decederet iure suo, vindicariq; puellam in posterum diem pateretur. Vindicari puellam Liuius pro Vindicias puellæ secundū libertatē dari di-

xit,hoc eſt aſſeri interim in libertatem, & in poſſeſſione libertatis eſſe vſque in poſterum diem. Idem paulo poſt,Ita vindicatur Virginia ſpondentibus propinquis.Hactenus Budæus.

Vindicias hodie *recredentias* vocamus, quod ex verbis Aſconii Pædiani in Verrinas Ciceronis intelligere poſſum⁹:Lis vindiciarum eſt,inquit,quum litigatur de ea re apud Prætorē cui⁹ incertū eſt quis debeat eſſe poſſeſſor. & ideò qui eam tenet,ſatisdat pro prædę litis vindiciarū aduerſario ſuo,quo illi ſatisfaciat nihil ſe deterius in poſſeſſione facturū de qua iurgiū eſſet, rurſus ſponſione ipſe prouocatus ab aduerſario certæ pecuniæ aut æſtimationis,quam amittat ni ſua ſit hæreditas de qua cōtēdit. Prædes ergo dicūtur ſatisdatores locupletes pro re de qua apud iudicem lis eſt,ne interea qui tenet,diffidens cauſæ,poſſeſſionē deteriorē faciat,tecta diſſipet,excidat arbores,& culta deſerat.Hæc verba apud Aſconium vulgò adeò deprauata legūtur, vix vt intelligantur. Cic.5.Verr.80, Si habuiſſet,inquit,iſte edictum quod ante iſtū & poſtea omnes habuerunt Prætores,poſſeſſio Minutiæ genti eſſet data. Siquis teſtamento ſe hæredem eſſe arbitraretur quod tum non extaret,lege ageret in hæreditatem:aut prædes litis vindiciarum quum ſatis accepiſſet,ſponſionē faceret:ita de hæreditate certaret.Hoc opinor iure & maiores noſtri & nos ſemper vſi ſumus. Quæ verba Pædianus exponens,ita inquit,Aut peteret vt poſſeſſor eſſet:aut acciperet ab aduerſario ſatis pro prædę litis vindiciarū, & ipſe ſponſionē faceret, & ita de hæreditate certaret. Fortaſſe autem non prædes apud Ciceronem,ſed prædę legēdum eſt,hoc modo, Aut prædę litis vindiciarū quum ſatis accepiſſet. ſic erit ſenſus cōgruētior. Ex ſupradictis ſatis (vt opinor) apparet vindiciarum litem eam eſſe qua controuerſæ rei poſſeſſionem fiduciarii petimus, interea dum lis de re ipſa,aut de poſſeſſione diſceptatur,quam *recredentiam* dicim⁹.Huiuſmodi enim poſſeſſio,quam Pædianus intelligi ex Cicerone voluit,non iuſta & abſoluta eſt poſſeſſio, ſed fiduciaria, & veluti depoſitaria, vt hæc noſtra *recredentia* rationibus reddendis & fructibus eſt obnoxia.Hæc Budæus.

Vindicias ſecundum libertatem poſtulare, vel dare, Vide ſuprà in Vindiciæ.

Vindiciis ac ſacramēris petere.Cic.pro Milone,55,Eū denique cui nulla lex erat,nullū Ciuile ius,nulli poſſeſſionū terminiquin calūnia litium, nō iniuſtis vindiciis ac ſacramentis alienos fundos,ſed caſtris,exercitu, ignis inferendis petebat. Clodius, inquit, non iam aliquo iuris colore quæſito alienas inuadebat poſſeſſiones, vt calumniatores & litigioſi ſolent: ſed vi armata apertáque,& tanquam hoſtili prælio.Ex quibus verbis apparet vindicias & ſacramentum, & vindicationis formulam, qua in iure manu conſertum vocabant,ſimiles quodammodo inter ſe ac cognatas actiones formulāſque fuiſſe.Budæus.

Vindico,vindicas,penult.corr.vindicare,Vlciſci,caſtigare,punire. Cic.1.de Leg.63,Grauiter olim iſta vindicabat vetus illa Græcia: lōgè prouides,&c. Idē 7.Verr.116,Siqua natio feciſſet aliquid in ciuem Romanum eiuſmodi, nónne publicè vindicaremus? Idem de Amicitia,40, Talis improborum conſenſio non modò excuſatione amicitiæ tegēda non eſt,ſed potius omni ſupplicio vindicanda eſt. Et 1.Offic.154, Illum qui T.Gracchi conatus perditos vindicauit.

Dolus malus legibus erat vindicatus.Cic.3.Offic.79.

Acerrimè maleficia vindicare.Cic.pro Roſc.Amerino,7.

Mortem vindicare alicuius. Plin.lib.10.ca.43.3, Scipionis verò Æmyliani nemo vindicauerat mortem.

Necem alicuius vindicare.Ouid.6.Faſt.94.

Offenſas ſuas vindicare enſe.Ouid.3.Triſt.eleg.8.8.

Peccata morib⁹ & iudiciis vindicare.Cic.1.de Inuēt.178,Tū leges quoq; & iudicia demōſtrāda ſūt,per quæ potuerit id peccatum,quòd ſpōte ſua reus priuat⁹ ſit,morib⁹ & iudicio vindicari.

Peccatum in altero vindicare. Cicero 5.Verr. 4, Omnia poſtremò quæ vindicaris in altero, tibiipſi vehementer fugienda ſunt. Idem pro Sylla,14, Neque me arbitrabar ſine ſummo ſcelere poſſe quod maleficium in aliis vindicaſſem,idem in illorum ſocio,quum ſcirem defendere.

Seditionem vindicare.Cic.Lentulo,lib.1.9.51.

In aliquē ſcelera alteri⁹ vindicare.Cic.5.Verr.153,Atq; in eam fraudē videtur mihi diuinitus incidiſſe,nō ſolùm vt eas pœnas quas proximè metuiſſet,ſolueret:ſed vt illa etiam ſcelera eius in Carbonem & in Dolabellam vindicarentur. Gell. lib.11.cap. 18,Is ſua lege in fures dupli pœna vindicandum exiſtimauit.

¶ Vindicari,Paſſiuè.Plin.in Paneg.Licet nobis & in præteritum de malis imperatoribus quotidie vindicari,& futuros ſub exemplo præmonere. Cicero pro Cecinna,49,Fateor,hoc interdicto Prætoris vindicari,ſi voluntas & æquitas valeat. Vetus codex habet Hoc interdictum Prætoris violari.

In poſterum diem vindicari,Vide paulo antè in Vindiciæ.

Vindicatum eſt, Imperſonale,pro Animaduerſum eſt. Cic.7. Verr. 104, Fateor non modò in ſocius, ſed etiam in ciues militēſque noſtros perſæpe eſſe ſeuerè ac vehementer vindicatum. Ibidem,15, Siquid vindicatū ſeuerè eſt,vt ex eo crudelitatis inuidiam colligam. Suprà dixerat quamobrē iure in eum animaduerteretur.Budæus.

¶ Vindicare,Liberare,aſſerere in libertatē. Cic.1.Philipp.94, Pecunia quæ nos à tributis poſſet vindicare.

¶ Vindicare & liberare. Cic.pro Rabirio perduel. reo,11, An verò ſeruos noſtros horum ſuppliciorum omnium metu,dominorum benignitas vna vindicta liberauit nos à verberibus, ab vnco,à crucis denique terrore, neque res geſtæ,neq; acta ætas, neque noſtri honores vindicabunt? Idem ad Q.fratrem,lib.3. 17.13,Téque item ab eo vindico & libero.

Ab interitu vindicare. Plin.in Paneg.81,Ingentia opera eodē quo extructa ſunt animo,ab interitu vindicat.

A labore vindicare. Cicero pro Sylla,19,Sed neque honoris, neque ætatis excuſatio vindicat à labore. Id eſt aſſerit, tuetur, immunem præſtat.

Aliquem à magnitudine doloris vindicare. Cic.2.Tuſcul.77.

A moleſtia,ſupplicio,& impetu libidinum vindicari:pro Liberari. Cic. ad Q.fratrem, lib.1.4.2, Te ſatis innocentia tua & miſericordia hominum vindicat hoc tēpore à moleſtia. Liu. 1.ab Vrbe,113,Quò enim ducere hunc iuuenē poteſtis,vbi non ſua décora eum à tanta fœditate ſupplicii vindicent? Cic.1.de Finib. 71, Sapientiámque eſſe ſolam quæ nos à libidinum impetu & formidinum terrore vindicet.

Ab oblitione & ſilētio hominū vindicare.Ci.1.de Orat.5,Vel me hercule etiam vt laudē eorū iam prope ſeneſcentē,poſſem, quātū ego ab oblitione hominum, atq; à ſilentio vindicarem.

Senectutem à ſolitudine vindicari iuris Ciuilis ſcientia.Cic.1. de Oratore,131.

Aliquē à vitiis omnib⁹ vindicare.Cic.de Senect.50,Et ſenect⁹ eſt natura loquacior: ne ab omnib⁹ eā vitiis videar vindicare.

In libertatem vindicare,pro Aſſerere.Aſinius ad Ciceronem, lib.10.31.4,Deinde qui & me,& Remp.vindicare in libertatem paratus ſim. Cic.in Parad.51,In libertatē vindicari vult? Idem 1.de Oratore,79, Me tamen ita oſcitans ſapientia, ſimul atque ad eam cōfugero,in libertatem vindicabit. Cæſar 1.bel.Ciuil. 86, Vt ſe,& Pop.Rom. paucorum factione oppreſſum in libertatem vindicaret. Idem 8.belli Gall.137,Néve hoc exēplo cæteræ ciuitates locorum opportunitate fretæ, ſe vindicarent in libertatem. Liuius 9.belli Pun.16,Et miſſum ſe ad eos vindicandos in libertatem ait.

Solui terroribus,& in libertatem vindicari.Cic.1.de Nat.deo. 77, His terroribus ab Epicuro ſoluti & in libertatem vindicati, nec metuimus eos quos intelligimus, nec ſibi fingere vllā moleſtiam,nec alteri quærere.

Vindicare libertatem,Defendere vel vlciſci.Cæſar 7.bel.Gall. 301, Pro quibus meritis ciuitatem eius immunem eſſe iuſſerat, iura,legéſque reddiderat,atque ipſi Morinos attribuerat.Tanta tamen vniuerſæ Galliæ conſenſio fuit libertatis vindicandæ,& priſtinæ belli laudis recuperandæ,vt neque beneficiis,neque amicitiæ memoria mouerentur.

Vindicare ſe ad ſuos.Cic.pro Rabirio Poſthumo,15, Hoc quidem ſemel ſuſcepto atque contracto,perpetienda illa fuerunt,vt ſe aliquando ad ſuos vindicaret.

Vindicare ſe exiſtimationi hominum. Cic.5.Verr.113,Pro dii immortales,hoc aut innocens homo perpeti potuiſſet,aut quanuis nocens,qui modò iudicia Romæ fore putaret,non aliqua ſe ſimulatione exiſtimationis hominum vindicaſſet?

Vindicare ſe de aliquo.Cic.pro Deiotaro,14,Præſertim quum is vnus eſſet,qui poſſet de abſente ſe vindicare?

¶ Vindicare data,Compenſare.Senec.de Benefic.lib.3.cap.15, Tardiores inquit ad beneficia danda facimus non vindicando data,nec inficiatores eorum afficiendo pœna.

Vindicatio,vindicatiōnis,Verbale,Vltio,vindicta.Cic.2.de Inuent. 170,Vindicationem,per quam vim & contumeliā defendendo, aut vlciſcendo propulſamus à nobis, & à noſtris qui nobis eſſe chari debent,& per quam peccata punimus.

Vindicta,vindictæ, Id eſt animaduerſio pro delicto. Paulus in L. Quod Reipub.De iniuriis,Quod Reipub.vindicandæ cauſa ſecundum bonos mores fit: etiamſi ad contumeliā alicuius pertinet,quia tamen non ea mente magiſtratus facit, vt iniuriam faciat: ſed ad vindictā maieſtatis publicæ reſpiciat, actione iniuriarum non tenetur.

Suſcipere vindictam legis.Ouid.4.de Ponto,eleg.6.7.

¶ Vindicta,Libertas,ſiue virga qua ſerui libertate donabātur. Nā faciēdi liberi tres partes ſunt,Vna,vt cēſu liber fiat:cenſebātur enim antiquitus ſoli ciues Romani. Siquis conſequente vel

iubente domino nomen detulisset in censum, ciuis Romanus fiebat, & seruitutis vinculo soluebatur. Altera pars adipiscendæ libertatis, quæ vindicia vocabatur, scilicet virgula quam Prætor manumittendi serui capiti imponens, eundem seruum in libertatem vindicabat, dicens quædam verba solennia: atque ideò illa virgula, vindicta vocabatur. Plinius epist. 136, Spero, imò confido facilè me impetraturum, vt ex itinere deflectat ad te, si voles vindicta liberare, quos proximè inter amicos manumisisti. Tertia pars faciendi liberi est, siquis suprema voluntate, in testamenti serie seruum liberum scripserit. Cic. in Topicis, 6. Si neque censu, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber: neque est vlla earum rerum, nō est igitur liber. Idem pro Rabirio perduel. reo, 11, An verò seruos nostros horum suppliciorum omnium metu, dominorum benignitas vna vindicta liberauit: nos à verberibus, &c. Liu. 2. ab Vrbe, 23, Ille primum dicitur vindicta liberatus. Horat. 1. Serm. saty. 6. 16, -quem ter vindicta quaterque
Imposita haud vnquam misera formidine priuet. Vbi Acron, Vindicta id est virga qua percutiebantur serui dum liberi fiebant. Persius Satyra 5. 9,
Vindicta postquam meus à Prætore recessi,
Cur mihi non liceat, iussit quodcunque voluntas?
Liberare vindicta. Tacit. lib. 13, Quos vindicta patronus non liberauerit, velut vinculo seruitutis attineri.

VINDIVS, Edulius, Egdubeda, Ortospeda, Hispaniæ Tarraconēsis insignes montes sunt apud Ptolemæum lib. 2. cap. 6. vulgò *montes de Oca y de Asturias.*

Vinea, vineæ, Locus vitibus consitus: vel ipsa vitis. Cic. 2. de Lege agrar. 69, Iugera c c c vbi institui vineæ possunt. Colum. lib. 3. cap. 2, Ideo non est vineis apta, vix etiam arbusto.
Brachiata, Vide **Brachium.** Compluuiata, Vide **Compluuium.**
Caluata, Vide **Calua.**
Capitata, Vide **Caput.** Culta. Tibull. lib. 1. eleg. 10. 7.
Collina, Vide **Collis.** Imputata. Horat. Epod. 16. 9,
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis:
Et imputata floret vsque vinea.
Macerrimæ vineæ. Columel. lib. 8. cap. 2. 2.
¶ Floret vinea. Ouid. 5. Fast. 53.
Induunt se vuis vineæ, Vide **Induo.**
Iugare vineas, Vide **Jugum.**
Ordinare vineam parib⁹ interuallis, Vide Ordino in **Ordo.**
Pubescit vinea. Virg. 2. Georg. 78.
Purgare vineam. Catull. Argon. 59.
Verberatæ grandine vineæ. Horat. 3. Carm. ode 2. 6.
¶ Vinea, Instrumentum bellicum lignis compactum, inquit Liuius, latum pedibus octo, altum septem, longum sexdecim, tectū duplici ligno, cratibúsq; contexitur. latera quoque vimine sepiuntur, ne saxorum ac telorum impetu perfringantur: extrinsecus, ne crementur, crudis ac recentibus coriis integuntur. Quum plures fuerint, iunguntur ordine, sub quibus oppugnantes tutius ad muros subruendos pugnant. Plaut. Milite, 5. iii, -ad eum
Vineas, pluteósque agam. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 18, Aggere, vineis, turribus oppugnaui, vtúsque multis tormentis. Idem 8. Philipp. 245, Conductæ vineæ sunt, pugnatur acerrimé. Salustius in Iugurtha, Marius vinea aggressus testudine acta succedere, & simul hostem tormentis & sagittariis eminus terrere.

Vinearius, Adiectiuū, Quod est vineæ, vel quod ad vineam pertinet: vt Colis vinearius. Columel. lib. 5. cap. 6. 30, Validam ergo vitem in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atq; diradiare, exterósque vinearios coles præcipitare.

Vineáticus, pen. corr. Aliud adiectiuum, Idem. vt
Falces vineaticæ. Varro 1. de Re rust. ca. 22. 4, Sic alia quorum nonnulla genera species habent plures, vt falces. nam dicuntur ab eodem scriptore vineaticæ opus esse sex. Columel. lib. 4. cap. 2. 1, Vnum tamen atque alterum reprehendissent, quippe seminibus vineaticis nimiū me profundos censuisse fieri scrobes. Cato cap. 22. 3, Ferramenta, falces vineaticas sex. Colum. lib. 7. cap. 3. 10, Prius tamen haud dubiè probabilius, vt messem vindemia: fructum deinde vineaticum fœtura pecoris excipiat.

Vineālis, & hoc vineāle, penul. prod. Quod est aptum ad vineam. Columella lib. 3. cap. 12. 1, Sed ne nunc per infinitas terreni speciesenumemur, non intempestiuè commemorabimus Iulii Græcini conscriptam velut formulam, ad quam posita est limitatio terræ vinealis.

Vinetum, Vinitor, Vinosus, Vide **Vinum.**

VINTIVM, Nerusiorum in Alpibus litoreis vrbs, Ptolemæo lib. 3. cap. 1. vulgò *mear Visol*, Vesulo monte.

Vinum, vini. Mart. lib. 3. 55, Resinata bibis, vina Falerna fugis,
A`vi deducitur, vt nonnulli volūt, quòd vim inferat mēti. Ouid. 1. de Arte, 49, Et Venus in vinis, ignis in igne fuit.
Vina, pluraliter. Cic. 3. Verr. 64, Vina, cæteráque quæ in Asia facilè comparantur. Alibi sæpe.
Languidus vino, Vide **Languor.**
Certamen mite vini. Tibull. lib. 3. eleg. 6. 3.
Pernicies vini lymphæ. Catull. ad puerum, 14. 1,
At vos quò lubet hinc abite lymphæ, Vini pernicies.
Plenus vini, Ebriosus. Cic. Post reditū in Senatu, 11, Vini, somni, stupri plenus, madenti coma.
Infirmi saporis vinum, Vide **Infirmus.**
Vini sapores quatuor, Dulce, acutum, lene, & austerum.
Violentia vehemens vini. Lucret. lib. 3. 96.
Ad vinū, Inter cōuiuiū & sympoſia, Vide **Ad** præpositionē.
Ad vinum disertus, Vide Ibidem.
¶ Albū vinū, Vide **Albus.** Calidum. Ouidius 15. Metamorphoseos, 65.
Asperum, Vide **Asper.**
Atrum, Vide **Ater.** Cibarium, Vide **Cibus.**
Austerum, Vide **Auster.** Collina vina, Vide **Collis.**
Doliare vinum. Vlpianus De periculo & commodo rei venditæ, L. prima, Si doliare vinum emeris, nec de tradendo eo quicquam conuenerit, id videtur actum vt antè euacuarentur, quàm ad vindemiam opera eorum futura sit necessaria. Doliare vinum dicitur ad differētiam vini pendentis. Vide Catonem cap. 148, quæ sit lex vino in doliis, & oleæ pendenti.
Vinum vetustate edentulum. Plaut. Pœn. 9. 87,
Vbi tu Leucadio, Lesbio, Thassio, Coo,
Vetustate vino edentulo ætatem irriges. Hoc est quod vim suam amisit.
Firmissimū. Virg. 2. Geor. 20. Ignitius, Vide **Ignis.**
Hornum, Vide **Hornus.** Larga, aut libera vina. Hora.
Indigena, Vide **Indigena.** 3. Car. ode 18. 2. & de Arte, 17.
Lene vinum. Cic. 5. Tuscul. 20, Tanquam lenia quædam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quàm potata delectant.
Marathrites vinum, Vide **Marathrum.**
Marcida. Stat. 1. Sylu. 6. 7. Merum, Vide **Merus.**
Molle vinum, quod caret asperitate & defæcatum est. Virg. 1. Georg. 69, Tunc agni pingues, & tunc mollissima vina.
Myrtites, Vide **Myrtus.** Mucida, Vide **Mucor.**
Nouitium vinum, Vide **Nouus.**
Nouum & Vetus vinum, contraria. Cic. de Claris Orat. 158, Vt siquis Falerno vino delectetur, sed eo nec ita nouo vt proximis Consulibus natum velit: nec rursus ita vetere vt Opimium, aut Anitium Consulem quærat. Plaut. Aulul. 16. 35, Cadum vnum vini veteris.
Peculiare, Vide **Peculium.** Purum. Ouid. 7. Metam. 111.
Pendens, Vide **Pendeo.** Rubens. Ouid. 5. Fast. 102.
Spurcum vinum, Vide **Spurcus.**
¶ Abstinere vino, Vide **Abstineo.**
Absumere vinum, Vide **Absumo.**
Acere vinum dicitur, Vide **Acidus.**
Adhibere vinum ægrotis, Vide **Adhibeo.**
Carere vino, Vide **Careo.**
Circuncidere vinum, Vide **Circuncido.**
Coacescit vetustate vinum. Cic. de Senect. 60, Vt enim non omne vinum, sic non omnis ætas vetustate coacescit.
Collectum vinū. Plin. Et collecto iam vino differētia in cella.
Concinnare vinum, Vide **Concinnus.**
Corrigere vina, Vide **Corrigo.**
Diffusum vinum ex œnophoro. Cic. 1. de Finib. 40, Quibus vinum diffusum è pleno sit œnophoro, vt ait Lucilius. Vetus exemplar pro œnophoro legit hirsiphon.
Dant animos vina. Ouid. 12. Metam. 49.
Euanescunt vetustate vina. Cic. 1. de Diuinat. 175, De vino aut falsamento putes loqui, quæ euanescunt vetustate.
Expletus dapibus vinóque sepultus. Virg. 3. Æneid. 116.
Feruida vina exsurdant subtile palatū. Horat. 2. Serm. saty. 8. 8.
Vinum facit ingeniū. Ouid. 7. Meta. 87, -nec non & carmina, vino Ingenium faciente canunt.
Vinum facit somnum. Ouid. 1. Fast. 84,
Nox erat, & vino somnum faciente, iacebant
Corpora diuersis victa sopore locis.
Ferre vetustatem dicuntur vina, Vide **Fero.** Cicero de Amicitia, Veterrima quæque (vt ea vina quæ vetustatem ferunt) esse debent suauissima.
Fugiens vinum. Cic. 3. Offic. 112, Qui vinum fugiens vendat sciens, &c. Vide **Fugio.**
Fundere vina pateris. Virg. 5. Æneid. 10.
Liquentia vina fundere. Virg. 5. Æneid. 48.

Graues vino somnóque iacebant. Ouid. epist. 14. 7.
Impulsus vino. Quintil. lib. 4. cap. 1. 51, Vis te dicam vino impulsum?
Incalescere vino, Vide Incalesco.
Infuscare vinum, Vide Infusco.
Inuergere vina, Vide Inuergo.
Dulci mala vino lauêre. Horat. 3. Carm. ode 11. 1.
Leuare vino curáque sitimque. Ouid. 12. Metam. 31.
Liquare ex vino. Celsus lib. 5. ca. 18, Aut cadê ex vino liquâda.
Madent membra vino, Vide Madeo.
Nimio marcescere vino. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 6. 9.
Medicata suffitione vina, Vide Medico.
Miscere vinum aqua, Vide Misceo.
Nutrire vinum, Vide Nutrio.
Olere vina. Horat. 1. epist. 10. 1, Vina ferè dulces oluerunt mane Camœnæ.
Vina parant animos. Ouid. 1. de Arte, 48.
Pellere curas vino. Horat. 1. Carm. ode 7. 7.
Pressa vina. Horat. Epod. 13. 2, Tu vina Torquato move Consule pressa meo.
Languidiora vina promere. Horat. 3. Carm. ode 21. 2.
Horna dulci vina promens dolio. Horat Epod. 2. 10.
Reponere vina mensis. Virg. 7. Æneid. 17.
Sepulti vino conticuêre. Virg. 9. Æneid. 48.
Sepulta vrbs somno vinóque. Virg. 2. Æneid. 53.
Quies sequitur vina. Ouid. 3. Fast. 61.
Solati somno vinóque procubuêre. Virg. 9. Æneid. 38.
Sumere vinum meracius. Cic. 3. de Natu. deor. 111, Vt si medicus sciat eum ægrotum, qui iussus sit vinum sumere, meracius sumpturum, statimque perirurum, magna sit in culpa.
Transire ad vinum, Vide Ad præpositionem.
Vti largiore vino, Vide Largior, largitis.
¶ Vinum, Liber appellatur, per translationem, à Libero patre. Cic. 2. de Nat. deor. 86, Quum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum.
¶ Vina, pro poculis. Virgil. 1. Æneid. 146, Crateras magnos statuunt, & vina coronant. Hunc versum legimus etiam lib. 7. 13. Idem lib. 9,
Inter lora, rotásque viros, simul arma iacere,
Vina simul.

Villum, villi, Diminutiuum: sicut ab vnus, vllus. Terent. Adelph. 5. 2. 11, -interea in angulum
Aliquò abeam, atque edormiscam hoc villi.

Vinacea, vinaceorum, vel per i, vinacia, Substantiuum plurale neutrum, significat grana vuæ iam pressæ, & etiam nondum pressæ. Significat etiam interdum lignosa illa semina quæ sunt in acinis, id est vuæ granis. Columel. lib. 11. cap. 2, Naturalis autem maturitas est, si quum expresseris vinacea quæ acinis celantur, iam infuscata, & nonnulla propemodum nigra fuerint. Nam colorê nulla res vinaceis potest afferre, nisi naturæ maturitas: præsertim quum ita in media parte acinorum sint, vt & à Sole æstuante, & à ventis protegantur, humórque ipse non patitur ea percoqui, aut infuscari, nisi suapte natura. Idem lib. 6. cap. 3. 4, Licet etiam si sit leguminum inopia, & eluta & siccata vinacia quæ de lora eximuntur, cum paleis miscere. Et lib. 12. cap. 43. 10, Tum vinaceorum pes bene prælo expressus proruitur, & modicè separatis scipionibus, resolutáque intrita folliculorum, in dolio substernitur. Cato cap. 7. 2, Hæc in ollis, ollæ in vinaceis conduntur.

Vinaceus, masc. gen. pro eodem. Cato cap. 10. 3, Dolia quæ vinaceos condat decem. Idem cap. 15, Vinaceos quotidie recentes succernito. Varro 3. de Re rust. ca. 11. 2, Pabulum his datur triticum, ordeum, vinacei, vuæ. Columel. lib. 3. cap. 1, Humido loco sciet non rectè mandari fructus teneri & amplioris acini, sed callosi & angusti, frequentisque vinacei. Idem lib. 6. cap. 3, de boum pabulo, & cap. 7.

Vineacea, vineaceæ, vel vinacea potius, Idem. Columel. lib. de Arboribus, cap. 4. 5, Vitem quam ponis, fac vt ad Orientem spectet adminiculo religata. In imo scrobe lapides circa pondo quinq; ita ponito, ne vitem premãt, sed tamen iuxta radices sint. Præterea post hæc vineaceæ heminam vuæ albæ in nigra, vuæ nigræ in alba ponito, atque ita scrobem vel sulcum cum stercorata terra ad medium completo. Triennio deinde proximo scrobem vel surculum vsque in summum completo: sic vites consuescent radices deorsum agere. Spatium autem radicibus, qua repant, lapides præbent, & hyeme aquam repellunt, æstate humorem præbent vineaceæ, quæ & radices agere cogunt. Plin. lib. 17. cap. 11. 17, Circum capita addito stercus, paleas, vinaceas, aut aliquid horunce.

Vinaceus, Adiectiuum: vt Acinus vinaceus. Cic. de Senectute, 43, Omitto enim vim ipsam omnium quæ generantur à terra, quæ ex fici tantulo grano, aut ex acino vinaceo, aut ex cæterarum frugum aut stirpium minutissimis seminibus, tantos truncos racemósque procreat.

Vinalia, Vinaliorum, Tam secundæ quàm tertiæ declinationis: Teriæ i x Calend. Maii degustandis vinis institutæ, vt ait Plinius lib. 18. cap. 19. 6. Sunt & altera Vinalia, quæ aguntur ad x i i i Calend. Septembris, vt ipse paulo pòst dicit.
Festa Vinalia quæ x Calend. Maii fiebant, ab Ænea instituta fuisse docet Ouidius 4. Fast. 174.

Vinarius, vinarii, Vini venditor. Vnde Lampridius scribit Alexandrum Romanum imperatorem constituisse corpora vinariorum, & caligariorum, & omnino omnium artium. Plaut. Asin. 9. 30, Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærambo, &c. Idem Pœnulo, 14. 16, Ita vinariorum habemus nostræ delectum domi. Sueton. de Claudio, Quum de laniis aut vinariis ageretur, exclamauit in curia.
Vinarius, pro Vinoso & ebrioso. Vlpianus in L. Ob quæ, De ædilitio edicto, Item aleatores & vinarios non contineri edicto quosdam respondisse Pomponius ait: quemadmodum nec gulosos, nec impostores, aut mendaces, aut litigiosos. Ibidẽ, in L. Ædiles, Vtputa si imitatione conseruorũ apud emptorem talis factus est, aleator forte, vel vinarius, vel erroneus sit. Budæus.

Vinarius, Adiectiuum, Quod ad vinum pertinet: vt Taberna vinaria, Vas vinarium. Plin. lib. 14. cap. 13. 1, In quibus erant claues vinariæ cellæ. Idem lib. 24. cap. 13, Qua de causa & in saccos vinarios additur polenta. Sic Columella lib. 1. cap. 6. 5.
Vinarii lacus. Columel. lib. 11. cap. 18. 2, Tum lacus vinarii, & torcularii, & fora, omniáq; vasa (si vicinum est mare) aqua marina: si minus, dulci eluenda sunt & commutanda. Horatius 1. Serm. satyra 8. 8, -inuertunt Aliphanis vinaria tota
Vibidius, Balatróque.
Vas vinariũ. Cic. 6. Verr. 54, Erat etiam vas vinarium ex vna gemma pergrandi, &c.
Crimen vinariũ, Id est Portoriũ vini exportãdi gratia soluendum, quod à Fonteio constitutum in Gallia fuisse accusator eius dicebat. Cic. pro Fonteio, 8, Cognoscite nunc de crimine vinario, quod illi inuidiosissimum & maximum esse voluerunt.

Vinêtum, vinéti, penult. prod. Locus vbi multitudo vitium consita est, hoc est vbi multæ vites, vel multæ vineæ sunt. Columel. lib. 3. cap. 4. 1, Cui vineta facere cordi est, faciat vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. Idem lib. 5. cap. 5. 1, Sed & scrobes & sulci plurimum prosunt, si in locis temperatis in quibus æstas non est perferuida, ante annum fiant, quàm vineta conserantur. Cic. 1. de Nat. deor. 147, Nec verò ita refellendum est, vt si segetibus aut vinetis cuiuspiam tempestas nocuerit. Idem 2. de Legib. 34, Sacerdotes vineta virgetáque & salutem populi auguranto. Plin. lib. 14. cap. 15. 6, Ampeloprason in vinetis nascitur. Quintil. lib. 1. cap. 11. 5, Cur non idem suademus agricolis, ne arua simul & vineta, oleas, & arbustum colant? Virgil. 2. Georg. 60, Néve tibi ad solem vergant vineta cadentem. Ibidem, 64, Optima vinetis satio est quum Vere rubenti, &c.
Læta vineta. Lucret. lib. 2. 231.
Madentia vineta. Stat. 3. Syl. 5. 10.
Infestantur vineta Austris & Euris, Vide Infestus.

Vinipôtor, pen. prod. vinipotôris, Potator vini. Plin. lib. 10. cap. 54. 3, Scitum de quodam vinipotore reperitur, Syracusis tandiu potare solitum, donec ab eo cooperta in terra oua fœtum ederent. Vetus exemplar legit potore.

Vinitor, pen. cor. vinitôris, Rusticus vinearum cultor. Columel. lib. 2, Separandi sunt aratores à vinitoribus. Virgil. 2. Georgic. 84, Quum canit extremos effœtus vinitor antes. Colum. lib. 1. cap. 9. 3, Minus in hoc officio, quàm in cæteris agricolatio frugalitatem requirit, quia & in turba & sub monitore vinitor opus facere debet. Cic. 5. de Finib. 71, An ea quæ per vinitorem antea consequebatur, & per seipsam curabit?
Maturæ vinitor vuæ. Virgil. eclog. 10. 8.

Vinitorius, Adiectiuum, Quod est vinitoris. Colum. lib. 4. cap. 25. 1, Est autem sic disposita vinitoriæ falcis figura.

Vinolentus, Aliud adiectiuũ, Ebrius, qui vino se ingurgitauit. Plautus Aulul. 13. 8, Te eam compressisse vinolẽtum virginem. Cic. de Fato, 16, Vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam & cõpressam esse doctrina, vt nemo vnquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. Idem 4. Acad. 95, Ne vinolenti quidem quæ faciunt, eadem approbatione faciunt qua sobrii: dubitant, hæsitant, reuocant se interdum, hisque quæ videntur, imbecillius assentiuntur: quúmque edormierunt, illa visa quàm leuia fuerunt intelligunt. Ibidem, 154, Dormientium & vinolentorum & furiosorum visa imbecilliora esse dicebas, quàm vigilantium, siccorum, sanorum.

Somnia vinolentorum. Cic.1.de Lege agrar.1, Hæc per deos immortales, vtrum esse vobis consilia siccorum, an vinolentorum somnia?

Incidere in violentiam vinolentorum.Cic.5.Tuscul.166.

Vinolentus furor. Cic. ad Cornificium, lib.12.15.9, Si sum in Antonium inuectus,vt ille non ferret, omnémque suum vinolentum furorem in me vnum effunderet.

Medicamina vinolenta.Cic.in Pisonem,9.

Bacchatur vinolentus.Cic.in Oratore,54,Furere apud sanos, & quasi inter sobrios bacchari vinolentus videtur.

Vinolentia,vinolétiæ,Ebrietas. Cic.in Topic.40,Cuius etiam generis illa sunt, ex quibus verum nonnunquá inuenitur,pueritia,somnus,imprudéria,vinolentia,insania. Idem 4.Tusc.80, Nam isto modo quidé licet dicere vtilé vinolentiam ad fortitudinem. Plin.lib.14.ca.22.4,Pretiú vinoléuæ lege accipito.

Amor,iracundia,ægritudo,vinolentia.Cic.2.de Inuent.133.

Vinolentia subiecta est ægrotationi. Cic.4.Tuscul.39, Ægrotationi autem talia quædam subiecta sunt, auaritia, ambitio, mulierositas, pernicacia,liguritio,vinolentia, cupedia,& si qua similia.

Furiosa vinolentia. Cic.2.Philipp. 100, Quid furiosam vinolentiam tuam proferam?

Vinósus,pen.prod.Adiectiuum, Cupidus vini dicitur, vt ait Valla lib.1. Plinius ait idcirco vinosos dici homines, quòd soli animalium non sitientes bibunt. Sic legit Calepinus:vbi nunc sic legimus lib.23.ca.1.19,Vino debem⁹ homines,quod,&c. Ouid. 3.Fast.153, -vinosior ætas

Hæc erat,& grauidæ munera vitis amans.

Vinosus,Ebriosus. Plaut.Curcul.2.79,Quid opus est verbis?vinosissima est.

Conuiuia vinosa.Ouid.3.Amor.eleg.1.4.

Senex vinosus.Ouid.3.de Arte,66.

Vinosus succus(vt author est Plinius lib.15.cap.28.1.) propriè est moro, pyro, myrto. Idem lib.13.cap.19.2. & lib.23.cap.6.6, inter mali punici genera,vinosa quædam appellat,quæ aluum sistunt & stomachum.

Vinosus sapor.Plin.lib.12.cap.13.1,Asari semen acinosum,saporis calidi ac vinosi.

Vinosus fructus. Colum.lib.5.cap.10.10,Ea res & fertilem arborem reddet, & primis annis fructum vinosum, & post quinquennium dulcem,& apyrinum facit.

Vinosa mordacitas ad linguam, Hoc est Quæ haud secus ac vinum linguam ferit. Plin.lib.21.cap.18.9,Est autem rotundus, vinosæ mordacitatis ad linguam.De iunco odorato.

Vinulus,pen.corr. Adiectiuum, Molliter se gerens,& minimè viriliter,quod facit ebriosus. Plaut.Asin.5.70,Osculando,oratione vinula,venustula.

Uíola,violæ,penul.corr.Notæ significationis.Dicta,vt quidam volunt, per antiphrasim, quasi minimè violata: vel quòd non violanda? vel à vi olendi.quanuis aliqui per diminutionem, à Græco ἴον violam dictam velint. Plin.lib.21.cap.6.1, Violis honos proximus. Earum plurima genera, purpureæ, luteæ,albæ: plantis omnes, vt olus satæ. Ex iis verò quæ sponte apricis, & macris locis proueniunt purpureæ,latiore folio statim ab radice carnosa exeunt, &c. Abundè de violis in hoc capite tractat. Ibidem,cap.11.3, Florum prima Ver nuntiantium, viola alba. Tepidioribus verò locis etiam hyeme micat. Postea quæ appellatur purpurea. Proximè flammea, quæ & phlox vocatur, syluestris duntaxat. Cic.5.Tuscul. 103, An tu me in viola putabas, aut in rosa diceres. Virg.1.eclo.10, -tibi candida Nais Pallentes violas & summa papauera carpens,&c.

Fuscæ violæ.Claud.2.de raptu Proserp.26.

Mollis viola.Virg.5.eclog.8. Nigræ violæ.Virg.10.eclo.8.

Tinctus viola pallor amantium.Horat.3.Carm.ode 10.3.

Tondere violas manu.Propert.lib.3.eleg.13.6.

Violariũ,violarii,Locus vbi nascuntur violæ,inquit Seruius.Virg. 4.Georg.7, -irriguúmque bibant violaria fontem. Colum. lib.10.24,Et cõnitentes oculos violaria soluunt. Ouid.4.Fast. 88,Illa legit calthas,huic sunt violaria curæ.

Violaceus, Adiectiuum, Idē quod purpureus, qui in violæ florem tendit. Plin. lib.9.cap. 39.1, Nepos Cornelius,⁹qui diui Augusti principatu obiit, Me,inquit, inuene violacea purpura vigebat. Idem lib.35.cap.16.1,Probatur mollitie,& quòd si æra præducãtur,violaceum reddit colorem.

Violarius,violarii,Violacei coloris infector.Plaut.Aulul.15.38,Flãmearii,violarii,carinarii.

Uíolo,violas,pen.cor.violare,Corrumpere,polluere,Quasi vim inferre.Et propriè de virgine dicitur.

Violare,ad alia transferuntvt Violare amicitiã.Cic.pro Cluẽtio,93,Ame tamen,vt æquum est,omnia cautè,pedetentimq; dicentur,vt neque fides huius defensionis relicta, neque cuiusquam aut dignitas læsa,aut amicitia violata esse videatur.

Amores alicuius violare.Tibull.lib.1.eleg.3.17.

Aras cælicolũm violauit mea dextera.Silius lib.17.26.

Aurum violare.Stat.1.Thebaid.30.

Bello violari.Cic.Cæsari in Epist.ad Atticum,lib.9.18.3.1.

Corpus manu.Cic.Post reditum in Senatu,5, Fortissimi atque optimi viri Tribuni plebis sanctissimũ corpus non solùm tactũ ac violatum manu, sed vulneratũ ferro confectúmque vidistis.

Corpus vulnere.Virg.11.Æneid.170.

Cubile alicuius.Catull.ad Ianuam,epigr.61.5.

Dignitatem. Cic.ad Lentulum,lib.1.6.3, Nam etsi minore in re violatur tua dignitas, quàm mea salus afflicta est: tamen est tanta similitudo, vt sperem te mihi ignoscere,si ea non timuerim,quæ ne tu quidem vnquam timenda duxisti.

Ebur ostro.Virg.11.Æneid.14.

Indum sanguineo veluti violauerit ostro
Siquis ebur: vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa:tales virgo dabat ore colores.

Existimationem alicuius.Cic.ad Q.Philippũ,lib.13.74.4,Nisi quid existimas in ea re violari existimationem tuam. Idem pro Quintio,40.

Famam probris flagitiisq; violare. Cic.3.Verr.58, Quũ apud exteras nationes imperii nominisque nostri famam, tuis probris flagitiisque violaris.

Fidem violare.Ouid.epist.7.11.

Fidem coniugii. Plin.lib.10. cap.34.1, Columbæ coniugii fidem non violant. Idem lib.4.cap.11.48.

Fœdus. Liu.8.bel.Pun.143,Dii fœderis ab hoste violati testes.

Fœdera communia pacis violare factis.Lucret.lib.5.233.

Hospites. Cæsar 8.bel.Gall.86,Hospites violare fas non putãt.

Iura.Cic.in Somnio Scip.33,Eorum animi qui se voluptatib⁹ dediderunt, earúmque quasi ministros præbuerunt, impulsúqi libidinum voluptatibus obedientium,deorum & hominum iura violauerunt. Idem 2.de Legib.37,Sanctè vota reddúto,pœna violati iuris esto.

Ius sanctum.Cic.pro Roscio Amerino,64.

Loca religiosa. Cic.pro C.Rabirio perduel. reo,4, Nisi fortè de locis religiosis, ac delubris, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respondendum putas.

Numina verbo violare.Tibull.lib.1.eleg.2.17.

Parentes.Cic.3.de Finib.51,Vt peccatum est patriam prodere, parẽtes violare,fana depeculari,quæ sunt in effectu,&c. Ouid. 2.Amor.eleg.7.1.

Puellam violare.Tibull.lib.1.eleg.6.11.

Rempub.Cic.1. Tuscul.114,Vel in Repub.violãda fraudes inexplicabiles concepissent.

Sacra.Cic.de Arusp.resp.7,Qui sacra Bonæ deæ quæ viri oculis,ne imprudentis quidem aspici fas est,non solùm aspectu virili,sed flagitio stupróque violarit.

Nubes violant serenam speciem mundi.Lucret.lib.4.28.

Suspicione violata virtus. Liu.2.ab Vrbe,33, Nunquámne ergo, inquit, vlla adeò à vobis spectata virtus erit, vt suspicione violari nequeat?

Syluam violare securi,Cædere. Ouid.3. Metam.6, Syluæ vetus stabat nulla violata securi.

Verbo ius legationis violare.Cic.pro Lege Manil.7, Ius legationis verbo violatum illi persecuti sunt.

Virginitatem.Cic.3.de Nat.deorum,81.

Vxam patris.Cic.in Parad.30.

Voce aliquem violare.Cic.pro Domo sua,64,Sed tametsi nihil de me tulisti, quo minus essem nõ modò in ciuiũ numero, sed etiam in eo loco,in quo me honores Pop.Romani collocauerunt:taménne eum tua voce violabis,quem post nefariũ scelus Consulum superiorum tot vides iudiciis Senatus,Pop.Rom. totius Italiæ honestatum?

Violàtus,pen.prod.Participium. Liu.1.ab Vrbe,248, Post publicã causam priuato dolore habito,ne verbo quidem violatis Consulibus,rogationem tulit ad populum.

Ab arcu violatus.Ouid.3.de Ponto,eleg.5.9, Ipse quidem Getico perearn violatus ab arcu.

Fletu genas violata Diana.Stat.9.Thebaid.143.

Corpus violatum nullo crimine.Silius lib.17.8.

Iura violata mariti.Ouid.2.de Arte,77.

Leges violatæ.Claud.2.in Eutropium,31.

Potestas violata.Lucan.lib.3.25.

Violandus,Aliud participium: vt

Fœdera clam violanda.Tibull.lib.1.eleg.9.2.

Violatio,violatiõnis,Verbale.Liuius 9.belli Pun.43,Tum quoque alio genere cladis eadem illa pecunia omnibus cõtactis ea vio-

latione templi,furorem obiecit.

Violâtor,pen.prod.violatôris,Verbale masculi.Liu.5. ab Vrbe,167, Interim Galli,postquam accepere,vltro honorem habitum violatoribus iuris humani,elusámque suam legationé esse,flagrantes ira,cuius impotens est gens,&c. Ibidé.lib.4.83, Hiccine est, inquit,ruptor fœderis humani,violatórque gentium iuris?

Templi violator.Ouid.1.de Ponto,eleg.2.6, Confugit interdũ templi violator ad aram.

Violábilis,& hoc violábile,pen.corr. Adiectiuum, Qui violari potest.Stat.5.Thebaid.51.

Cor violabile telis.Ouid.epist.11.16.

Numen non violabile.Virgil.2.Æneid.31.

Violentus,Aliud adiect.Qui vim facit.Cic.5.de Finib.115,Atq; hæc vt verè dicitur parua esse ad beatè viuendum momẽta ista corporis commodorum: sic nimis violentum est,nulla dicere. Colum.lib.5.cap.5.15,Supereſt reliqua illa cultura proſtratæ vineæ, quæ niſi violentiſſimo cœli ſtatu ſuſcipi non debet.

Violentus & furens.Cic.2.Philipp.73,Neceſſe eſt,quamuis ſis, vt es,violentus & furens.

Tranquillus & Violentus,contraria.Claud.8.Paneg.48, -peragit tranquilla poteſtas Quod violenta nequit.

Aer violentior incubuit puppibus.Lucan.lib.5.144.

Amnis violentior influit in mare.Virgil.4.Georg.75.

Aper violentus.Ouid.8.Metam.148.

Aura cœli violentior.Statius 6.Thebaid.31.

Enſe violento fortiter vti.Ouid.epist.11.10.

Homo vehemens & violentus.Cic.5.Philipp.177.

Impetus alicuius furentes & violenti.Cic.de Aruſpic.reſp.43.

Ira violenta. Ouid.8.Metam.11.

Ira violentior ſurgit.Silius lib.4.53.

Lues violenta.Valerius 5.Argonaut.4.

Mors violenta. Tibullus lib.1.eleg.3.1.

Opes violentæ.Cic.1.Philipp.21,Non opes violentas & Populo Rom. minimè ferendam potentiam: ſed charitatem ciuium & gloriam concupiſſe.

Pectora violenta,Superba.Virgil.10.Æneid.31, -violentáque pectora Turni Edocet. Seruius.

Tela violenta ſumere.Ouid.11.Metam.77.

Tempeſtates violentiſſimæ. Cic.pro Cluentio,109, Populum Rom.ſua ſponte eſſe placatum,hominum ſeditioſorũ vocibus, vt violentiſſimis tempeſtatibus concitari.

Venti violenti.Lucretius lib.5.247.

Vis violenta leonum.Lucretius lib.3.60.

Vires violentæ æris.Lucretius lib.5.255.

¶ Violentior æquo.Ouid. 3.Meta.50, -aliis violentior æquo Viſa dea eſt.

Violens,pen.corr.pro Violentus,apud Horatiũ,teſte Budæo.A quo

Violenter,Aduerbium,vt vult Acron.Liuius 5.ab Vrbe,2,Quia ſolennia ludorum,quos intermitti nefas eſt, violenter diremiſſet. Idem 1.bel. Maced.143, Orſum eum dicere in Ætolos maximè violenter,Phaneas interfatus,&c.

Violenter gerere Conſulatum,pro Crudeliter.Plin.epist.9.lib. 3,Proconſulatum non minus violenter quàm ſordidè geſſerat.

Inuadere violenter.Colum.lib.7.ca.11.7,de canibus villaticis, Nec patiuntur propius accedere,vel conſtantius appropinquantem violenter inuadunt.

Tolerare violenter,pro Ægre & inuito. Terent.Phorm.5.1.4, Nam vereor hera ne ob meũ ſuaſum indignè iniuria afficiatur: Ita patrem adoleſcentis facta hæc tolerare audio violenter.

Violentius.Ouidius 1.de Arte,5,

Quò me fixit amor,quò me violentius vſſit,
Hoc melior facti vulneris vltor ero.

Violentia,violentiæ.Plin.lib.2. ca.47.4,In Narbonenſi prouincia clariſſimus ventorum eſt Circius,nec vlli violentia inferior. Idẽ lib.17.cap.1.11,Sed tanta plerunque violentia, vt auferat tecta. Et lib.2.cap.38.4,Horum violentiæ plerique aſſignant.

Vinolentorum violentia.Cic.5. Tuſcul.166,Ne ſobrius in violentiam vinolentorum incidat,antè diſcedit.

Vultus violentia.Ouid.1.Metam.48.

Acris violentia.Lucretius lib.3.149.

Effrænata violentia.Cic.12.Philipp.338,Noui hominis furorẽ, noui effrænatam violentiam.

Vehemens violentia vini.Lucretius lib.3.98.

Cliſcit violentia.Virgil.12.Æneid.2.

Opprimi impetu violentiæ.Cic.Antequam iret in exilium,8.

Proſpicere vjolentiã inimicorũ.Cic.Antequã iret in exiliũ,7.

VION Valentia,Apulorum vrbs, authore Ptolemæo lib.3.cap.1, hodie Biuona,Hippo Plinio,

Vipera,víperæ,pen.cor.Genus ſerpẽtis.Dictũ quòd vi pereat.De quo Plinius abũdè multis locis,maximè verò lib.10.cap.62.1,Viperæ mas caput inſerit in os,quod illa abrodit voluptatis dulcedine.Terreſtrium eadem ſola intra ſe parit oua vnius coloris,& mollia vt pisces.Tertia die intra vterum catulos excludit:deinde ſingulos,diebus ſingulis parit,viginti ferè numero.Itaq; cæteræ tarditatis impatientes,perrumpunt latera,occiſa parente.

Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurũ.Oui.2.de Reme.5.

Vipera venenata ac peſtifera.Cic.de Aruſp.reſp.47. Etiámne in ſinu atque in deliciis quidã optimi viri viperam illam venenatam ac peſtiferam habere potuerunt?

Læſa vipera ignaro pede.Ouid.1.de Arte,75.

Breuibus viperis implicata crines Canidia. Horat.Epod.5.5.

Vipereus,Adiectiuũ.vt Carnes vipereas edere.Ouid.1.Metam.154.

Crinis vipereus.Virgil.6.Æneid.56.

Felle viperco linere ſpicula.Ouid.1.de Ponto.eleg.1.4.

Cruore viperco madent tela.Ouid.4.de Ponto,eleg.7.8.

Dentes viperei.Ouid.3.Metam.11.

Nodis vipereis nexa brachia.Ouid.4.Metam.98.

Viperinus,pen.prod. Aliud adiectiuũ.Plin.lib.11.cap.53.3, Scythæ ſagittas tingunt viperina ſanie & humano ſanguine. Idem lib. 7.cap.2.19,Hos quidẽ,quia viperinis carnibus alantur,&c. Cic. 2.de Finib.151,Morſus viperinus.

Cruor viperinus.Horatius Epod.5.2.

Vipiónco,pen.prod.ſunt minores grues: ſicut pipiones, minores columbi.Plin.lib. 10.cap.49.1, In Balearibus inſulis & buteo accipitrum generis in honore menſarum eſt: item vipiones,ſic enim vocant minorem gruem.

Vir,viri,m.g.Reſpectũ ſexus habet.Plin.lib.10.cap.63.2,Viros autidiores veneris hyeme,fœminas æſtate Heſiodus prodidit.

Soboles virũm.Lucretius lib.4.248.

Vir,reſpectum ætatis aliquando dicit.Plinius,Quod non modò in puero ſiue adoleſcente, ſed etiam in viro admiratione dignum videretur.

Genus acre virũm.Virgil.2.Georg.34.

Gens effræna virũm.Virgil.3.Georg.77.

Inuicta vis viri.Statius 3.Thebaid.13.

Ingentis ſpiritus vir,Vide **Ingens.**

Roboris magni vir.Seneca Thebaide,1.38.

Ingenii iucundi & elegantis vir.Quintil.lib.5.cap.13.38.

Magnæ famæ vir.Ouid.7.Metam.95.

¶ Abſurdus vir,Vide **Abſurdus.**

Acres viri.Virgil.11.Æneid.10.

Ademptus vir,Vide **Adimo.**

Adoleſcens vir,Vide **Adoleo.**

Agreſtes viri.Horat.3.Carm.ode 1.5.

Ampliſſimus & ornatiſſimus vir,Vide **Amplus.**

Audax vir.Silius lib.3.106.

Bellatores viri.Silius lib.1.44.

Bonus vir & prudens.Horat.de Arte,90.

Bonus vir & ſapiens.Horat.1.epiſt.7.5.

Bone vir,Vide **Bonus.**

Cæleſtis vir,Vide **Cælum.**

Cenſorius vir,Vide **Cenſeo.**

Ciuilis vir.Quintil.lib.1.cap.10.14.

Clari viri.Quintil.lib.1.cap.1.26.

Clarorum virorum animi.Horat.1.epiſt.1.50.

Clariſſimus vir.Cic.Curioni,lib.2.1.1,Graui teſte priuatus ſum amoris ſummi erga te mei, patre tuo clariſſimo viro, qui cum ſuis laudibus,tum vero,&c.

Comis & bonus vir.Quintil.lib.6.cap.2.15.

Conſularis vir,Vide **Conſul.**

Egregius ſanctúſque vir.Iuuen.Saty.13.7.

Excellens vir.Cic.Lentulo,lib.1.7.9,Virum enim excellentem, & tibi tua præſtanti in eum liberalitate deuinctum.

Externus vir.Ouid.epiſt.15.61.

Ferox vir.Silius lib.11.138.

Fortis vir.Ouid.13.Metam.15.

Fortis vir ad arma.Ouid.2.Faſt.138.

Grauis vir.Quintil.lib.1.cap.2.5.

Ignoti noua forma viri.Virg.3.Æneid.119.

Illuſtris vir,Vide **Illuſtris.**

Iniuſtus vir.Ouid.2.Faſt.138.

Inſignis vir pietate.Virg.1.Æneid.3.

Inſtructiſſimus vir,Vide **Inſtruo.**

Intemperans vir,Vide **Intemperans.**

Inuictum virum vicit dolor.Ouid.13.Metam.78.

Iurisperiti,an militaris viri laus maior.Quintil.lib.12.ca.4.18.

Iuſtus vir & tenax propoſiti.Horat.3.Carm.ode 3.1.

Lectiſſimi viri atque ornatiſſimi,Vide **Lego**,legis.

Literati viri,Vide **Litera.**

Magnus vir.Ouid.13.Metam.6.

Maximus vir, Vide Magnus.
Memor, gratus, & bonus vir. Cic. Curioni, lib. 2. 5. 11.
Mendax vir. Virgilius 8. Æneid. 130.
Molles viri. Horatius Epod. 1. 2.
Nefandus vir. Virgilius 4. Æneid. 100.
Princeps vir. Ouidius ad Liuiam, 69, Principibus natis, principe digna viro. Horatius 2. epist. 18. 7, Principibus placuisse viris non vltima laus est.
Sanctus vir. Seneca Hippol. 12. 9.
Solers vir. Ouidius in Ibin, 56.
Subtilis vir. Quintil. lib. 3. cap. 11. 15.
Veloces viri. Ouidius 10. Metam. 111.
¶ Cadere in virum, Vide Cado.
Compellare virum blandè, Vide Compello.
Congelare virum, Vide Congelo.
Diuidere in viros, Vide In præpositionem.
Per hos viros salutaris professio increuit. Celsus lib. 1. in Proœmio, Et per hos quidem maximè viros salutaris nobis ista professio increuit.
¶ Vir, Fortis, qui præsenti fortiq; animo est præditus. Terent. Adelph. 4. 1. 26, Laudo Ctesipho, patrissas, abi, virum te iudico. Idem Eunuc. 1. 2. 74, Heu noster, laudo, tandem perdoluit, vir es. Curtius, Exurgite, inquit, aliquando, si viri estis, atque arma capessite. Cic. 2. Tuscul. 75, Si virtutis compotes, vel potius si viri volumus esse. Idem pro Cælio, 8, Quum is iam se corroborauisset, ac vir inter viros esset.
Vir & homo. Cicero 2. Tuscul. 91, Ita & tulit dolorem vt vir, & vt homo, maiorem ferre sine causa necessaria noluit. Idem pro Flacco, 41, Si ciuitas per viros bonos grauésque homines querelas ad vos detulisset. Et ad Qu. fratrē, lib. 2. 13. 2, Sed quū veneris, virum te putabo: si Salustii Empedocles legeris, hominem non putabo.
¶ Vir, Maritus. Plaut. Casin. 2. 2. 2, Sospes iter incipe hoc, vt viro tuo semper sis superstes. Terent. And. 3. 3. 40, Tibi generū firmum, & filiæ inuenies virum. Ouidius 1. Metam. 30, Imminet exitio vir coniugis, illa mariti.
Matura viro filia. Virgil. 7. Æneid. 11.
Durus vir. Ouidius 3. Amor. eleg. 4. 1.
Periurus vir. Ouid. epist. 10. 16. Viduus vir. Ouid. epist. 8. 18.
¶ O digno coniuncta viro. Virgil. ecloga 8. 7.
Dare nuptum viro, Vide Nubo.
Expertæ virum puellæ. Horat. 3. Carm. ode 14. 3.
Meruit illa virum dote, Vide Mereo.
Nupta viro puella. Ouid. epist. 15. 74.
Suo nupta viro. Horat. 3. Carm. ode 10. 1.
¶ Vir, de brutis etiam dicitur. Virgilius ecloga 7. 2, Vir gregis ipse caper.

Virágo. pen. prod. viráginis. pen. corr. fœ. g. Mulier fortis, quæ viro similis sit, & virilia opera faciat. Plautus Mercat. 7. 71,
-rectè ego emero matri tuæ
Ancillam viraginem aliquam, non malam, forma mala.
Diua virago, Diana. Seneca Hippol. 1. 11.
Cruda virago Gorgone, Pallas. Statius 11. Thebaid. 83.
Flaua virago, Pallas. Ouid. 6. Metam. 16.
Bello metuenda virago, Pallas. Ouid. 2. Metam. 151.
Regina bellorum virago, Pallas. Statius 4. Sylu. 5. 5.

Viripotens. pen corr. viripotentis, fœ. g. Virgo dicitur quæ apta est connubio. Plaut. Persa, 7. 1.

Virilis, & hoc virile. pen. prod. Quod est viri: vt Opus virile. Et Virilis toga, Cic. 1. Philip. 61. Et Colum. lib. 7. cap. 11. 1, Virilis pars.
¶ Virilis animus, id est Fortis, qualis debet viri esse. Terentius Phor. 5. 8. 64, Animo virili, præsentique, vt sis, para. Cic. ad Atticum, lib. 14. 319. 3, Acta enim illa res est animo virili, consilio puerili. Horat. de Arte, 34. Virgil. 3. Æneid. 69.
Magis virilis, Vide Magis.
Parum virile. Cic. 2. de Finibus, 78, Veretúrque quicquam aut facere, aut loqui quod parum virile videatur.
Cura virilis. Virgil. 9. Æneid. 63.
Dolor virilis. Cic. ad Atticum, lib. 11. 119. 3, Nec res periisset, & videremur aliquid doloris virilis habuisse.
Forma virilis. Ouid. epist. 4. 16.
Habitus orationis virilis. Quintil. lib. 5. cap. 12. 14.
Igniculus virilis. Cicero Attico, lib. 15. 329. 14, Reliqua pars epistolæ: illa nanque in vtranque: sed tamen nonnullos interdum iacit igniculos viriles.
Fortis ac virilis laterum inflexio. Cic. 3. de Oratore, 113.
Oculi viriles. Ouid. 5. Fast. 31.
Officium virile. Horat. de Arte, 40.
Oratio fortis & virilis. Cic. 1. de Orat. 118, Sic illam orationem disertam sibi & oratoriam videri, fortem & virilem non videri.

Pars virilis, Pars cuiusq; viri. Cic. 5. Verr. 6, Qui præsertim plus etiam, quàm pars virilis postulat, pro voluntate Populi Rom. oneris ac muneris susciperе debeam. Ibidem, 6. 73, Est aliqua mea pars virilis, quòd eius ciuitatis sum quam ille amplam, illustrem, clarámque reddidit.
Partes viriles mandare puero. Horat. de Arte, 36.
Pro virili parte, Pro viribus. Cic. pro Sestio, 110, Hæc qui pro virili parte defendunt, optimates sunt. Vide Pro præpositionē.
Pro virili portione. Tacitus in vita Agricolæ.
Proles virilis. Virgil. 7. Æneid. 10.
Ratio fortis & virilis. Cic. 5. Tuscul. 37, Sententiis tamen vtendum est eorum potissimum qui maximè forti, &, vt ita dicam, virili vtuntur ratione atque sententia.
Sexus virilis, aut stirps. Plin. lib. 10. cap. 55, Iulia Augusta párere virilem sexum admodum cupiebat. Liuius 1. ab Vrbe, 6, Breui stirps quoque virilis ex nouo matrimonio fuit, cui Ascanio parentes dixere nomen.
Studia virilia. Ouid. 11. Metam. 41.
Tela virilia. Ouidius 8. Metam. 79.
Vestis virilis. Horatius 1. Serm. saty. 2. 4.
Vox virilis. Cic. pro Sestio, 7, Recita quæso P. Sesti quid decreuerint Capuæ Decuriones, vt iam virilis tua vox possit aliquid significare inimicis nostris. Ouid. 4. Metam. 77.
Vultus virilis. Ouid. 3. Metam. 38.
¶ Vocare aliquos ad virilia. Salust. in oratione Marci Tribu. pleb. ad Plebem, Ne vos ad virilia illa vocem, quò Tribuni plebei modò patritium magistratum.

Virilitas. pen. cor. virilitâtis, Idē quod Virilia, & pudenda. Mart. lib. 9. 8, Non puer auari sectus arte mangonis,
Virilitatis damna mœret ereptæ. Colum. lib. 6. cap. 16. 2, Nā hoc modo, nec eruptione sanguinis periclitatur iuuencus, nec in totum effœminatur adēpta omni virilitate: formáque seruata maris, generandi vim deposuit. Plin. lib. 23. cap. 1. 30. Vtiliter etiam fouetur vino calido virilitas iumentis. Idem lib. 7. cap. 4. 1, Licinius Mutianus prodidit visum à se Argis Aresconten, cui nomē Arescusæ fuisset, nupsisse etiam: mox barbam & virilitatem prouenisse, vxorémque duxisse.
Ademptæ virilitatis homo, Vide Aduno.
Excisa virilitas. Quintil. lib. 5. cap. 11. 14, Non alio mediusfidius vitio dicentium, quàm quo mancipiorum negotiatores formæ puerorum, virilitate excisa lenocinantur.
Incestæ virilitatis, de stupratore. Tacit. lib. 5. Arguitur pleraque, C. Cæsarē quasi incestæ virilitatis, &c. dixisse. Sic enim nos scripsimus, quum antea legeretur, incesta virilitatis. Id autē ideo de Caligula dixerat Messalinus, quòd is cum omnibus sororibus suis stupri cōsuetudinem fecit, vt scribit Tranquillus, cuius verbis vsus sum.

Virilia, virilium, pluraliter tantum, Verenda, pudenda. Plin. lib. 21. cap. 27. 1, Et in totum ad virilia, cauliculis eius in vino & aceto tritis, nihil vtilius putant.

Viriliter, pen. cor. Aduerbium, Fortiter, & magno animo. Plin. lib. 34. cap. 8. 8, Item & Doryphorum fecit viriliter puerum. Cic. 1. Tusc. 110, Itaque barbari quidam, & immanes ferro decertare acerrimè possunt, ægrotare viriliter non queunt.
Viriliter & magno animo. Cic. 1. Offic. 134, Quod enim viriliter animóque magno fit, id dignum viro & decorum videtur.
Defendere viriliter. Quintil. lib. 6. cap. 1. 6.
Facere viriliter. Horat. 1. epist. 18. 8.
Fortuna ferenda viriliter. Ouid. 1. Fast. 96.

Viritim, pen. prod. Aduerbium, Per singulos viros, inquit Festus. Plaut. Pseud. 7. 26, Populo viritim potuit dispartirier. Plin. de viris Illust. 33, Quaterna dena agri ingera viritim populo diuisit. Cato, Præda quæ capta est, viritim diuisa. Liu. 1. ab Vrbe, 186, Ex quo belli, pacisque munia non viritim, vt antè, sed pro habitu pecuniarum fierent. Cic. 3. Tuscul. 83, Nolim, inquit, mea bona Gracche tibi viritim diuidere liceat: sed si facias, partem petam. Cæsar 7. belli Gall. 183, Pecus, cuius magna erat ab Mā duuiis compulsa copia, viritim distribuit.
Rumor viritim percrebuit. Curtius lib. 6, Itaque rumor otiosi militis viritim sine authore percrebuit, regem cōtentum rebus quas gessisset, in Macedoniam protinus redire statuisse.
Ferre aliquid de aliquo loco viritim diuidendo. Cic. de Claris Orat. 28, Dicitur etiā C. Flaminius is, qui Trib. pleb. legē de agro Gallico & Piceno viritim diuidēdo tulerit. Idē de Senect. 12.
Viritim, de vno etiam dicitur. Curtius lib. 7, Siquis viritim dimicare vellet, prouocauit ad pugnam. Horat. 2. epist. 1. 19,
-aut quid haberet
Quod legeret, tereréteq; viritim publicus vsus Silius lib. 17. 97,
-præsens astare viritim
Creditur intento perculsis Iuppiter igne.

Viroſus,Adiectiuum.à Vir,primã corripit. vt Viroſæ mulieres,dicuntur virorum appetentes,vel luxurioſæ.Lucilius lib.7,

Dixi ad principium venio,vetulam atque viroſam
Vxorem cædã potius quàm egomet me. Afranius Diuortio,Vigilãs ac ſolers,ſicca,ſana,ſobria,viroſa nõ ſum: & ſi ſum,nõ deſunt mihi qui vltro dent,ætas integra eſt,formæ ſatis.Nonius.

Viroſus,à Virus,primam producit.Vide Virus.

VIRBIVS, Dicitur Hippolytus Theſei filius, quaſi bis vir: quia nouercali calumnia necatus,beneficio Æſculapii vel Dianæ reuocatus fertur ad vitam.Reuera inquit Seruius,Virbius eſt nomen coniunctum Dianæ,vt Matri deũm Atys, Mineruæ Erichthonius,Veneri Adonis.

Virectum,& Vireo,Vide Viridis.

Vireo,virẽonis,pen.prod.m.g.Auis Plinio lib.18.ca.29.10,Auem Parram oriente Sirio,ipſo die non apparere,donec occidat.E diuerſo vireonem prodire ipſo ſolſtitii die.Gaza eũ intelligit qui & Ariſtoteli & Plinio vocatur Chlorion.

Virco,virium,&c.Vide Vis.

Virga,virgæ,Notæ ſignificationis.Cic.pro Rab.perduel.reo,7, Portia lex virgas ab omnium ciuium Rom.corpore amouit:huic miſericors flagella retulit. Idem pro Flacco,13, Cæſus eſt virgis Cynicus ille Athenagoras. Ouid.1.de Arte,58,de tauro quodã,

Signatus tenui media inter cornua virga:
Vna fuit labes,cætera lactis erant.

Lentior virgis ſalicis.Ouid.13.Metam.172.

Arbuteis virgis texunt pheretrum.Virgil.11.Æneid.13.

Aurea virga.Virgil.7.Æneid.38.

Cornea virga,Vide Corneus in Cornus.

Fraxina virga.Ouid.epiſt.11.16.

Medicata virga.Ouid.1.Metam.144.

Raſæ haſtilia virgæ.Virgil.2.Georg.71.

Viſcata virga fallere volucres.Ouid.15.Metam.95.

Cædere virgis,Vide Caedo.

Cædere aliquem virgis ad necem.Cic.5.Verr.58,Quid erit extremum? ſi damnatus eris,virgis te ad necem cædi neceſſe erit.

Lacerare aliquem virgis,Vide Lacero in Lacer.

Morientur in tergo virgæ,Vide Mortior.

Multari virgis,Vide Multo.

¶Virga thuris.Plin.lib.12.cap.14.5,Virgis etiam thuris ad nos commeantibus.Virgam thuriam dixit Virgilius 2.Georg.24.

¶Virga Cenſoria.Quinti.lib.1.ca.5,Quo quidem ita ſunt ſeuerè vſi veteres grammatici,vt non verſus modò Cenſoria quadam virga notare,&c.Hæc autem virga aliàs dicitur obeliſcus,vt annotat interpres Quintiliani.

Virgula,virgulæ,pen.corr.Diminutiuũ. Cic.8.Philipp.149,Quum tempus ille differret,virgula ſtantẽ circunſcripſit dixitq; ſe non antea renuntiaturũ Senatui,niſi prius ſibi reſpondiſſet quid facturus eſſet,quàm ex illa circunſcriptione excederet. Plin.lib. 17.cap.10.5,Ex quo virgulæ differantur. Colu.lib.3.cap.13.9,In cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem.

Virgula diuina dicitur,quoties quicquid optamus,id citra humanam operam quaſi diuinitus nobis ſignificamus contingere. Propterea quòd antiquitas,quemadmodum in annulis,ita & in virgis ferendis exiſtimauit aliquam fatalem, ac ſeu magicã ineſſe virtutem. Cicero 1. Offic.121,Quod ſi omnia nobis, quæ ad victum cultumque pertinent,quaſi virgula diuina,vt aiunt,ſuppeditarentur. Citatur aliquoties & apud Nonium Marcellum, Varro in virgula diuina, vt appareat hunc fuiſſe titulum alicuius ex Menippeis,qui nimirum & ipſi pleriq; feruntur prouerbiales. Adagium natum videri poteſt ponſſimum ab illa virga Homerica,quam ille Palladi tribuit,adeò celebri,vt de ea Antiſthenes Cynicæ ſectæ conditor,librum conſcripſerit,eam cũ ſuo, vt coniicio,baculo conferens.Eraſmus.

Virgãtus,pen.prod.Adiectiuum.Virgata veſtis dicebatur(vt Iulius Pollux,inquit) in qua intexebantur virgæ purpureæ,hoc eſt lineæ,quas Græci ῥαβδώσεις vocant.Sed eas veſtes, grammatici interpretantur purpureas: quòd virga, Gallorum lingua dicatur purpura.Virgil.8.Æneid.132,

Aurea cæſaries ollis,atque aurea veſtis,
Virgatis lucent ſagulis. Hæc Hermolaus ex Seruio,quem Grammaticum nominat. Alii virgata interpretantur,diuerſorum colorum lineis velut virgis variegata & diſtincta.

Calathiſci virgati.Catullus Argonaut.59.64.

Corpore virgato tigris.Silius lib.5.30.

Tigres virgatæ.Seneca Hippol.3.15.

Veſtes virgatæ auro.Silius libro 4.31. Hoc eſt virgis ſeu lineis aureis diſtinctæ.

Vbera virgata.Seneca Herc.Œtæo,1.9, -te Rhodope tulit:
Te præruptus Athos: te fera Caſpia,
Quæ virgata tibi præbuit vbera.

Virgãtor,pen.prod.virgatôris, Qui virgis cædit. Plaut.Aſin.11.19,

Vbi ſæpe cauſſam dixeris pendens aduerſus octo
Aſtutos,audaces viros,valentes virgatores.

Virgeus,Adiectiuũ,Quod eſt ex virgis factũ.Virg.1.Georg.33,Virgea præterea Celei,viliſque ſupellex. Colum.lib.1.cap.6.15, Ideoque periti ruſtici quicquid ouilibus ſtabuliſque conuerſum progeſſerunt,ſuperpoſitis virgeis cratibus tegunt.

Virgeam ſepem interponere.Colum.lib.11.cap.3.

Area virgea.Colum.lib.7.cap.3.16.Poſtea luxuriantem virgea cum comparibus area claudi oportebit.De agno.

Pabula virgea.Virgil.3.Georg.64.

Flamma virgea.Virgilius 7.Æneid.93.Hoc eſt de virgis factæ vnde eſt flamma validior.Seruius.

Virgẽtum,virgẽti,pen.prod. Locus virgis cõſitus ad illigandas vites: qui mos antiquis fuerat vt hodie quoque,dum amerina ſalix aut geniſta iuxta vites ſeruntur.Cic.1.de Legib.34, Sacerdotes vineta,virgetáque & ſalutem populi auguranto.

Virgindemia,virgindemiæ,Collectio virgarum ob verbera,aut ad aliquid vinciendum.Varro in Agathone,Quid triſtiorem video te eſſe? hæc ſpes eſt argentaria,ideóq; ſcapulæ metuunt virgindemiam. Plaut.Rud.19.11,Tergúmque obteſtor tuum, vt tibi vberem vlmeam eſſe ſperes virgindemiam.

Virgultum,virgulti.Plin.lib.11.cap.19.5, Præcipua bonitas virgultorum tenuiſſimis partibus ad longitudinem palmi. Cæſar 3. bel.Gal.423,Sarmentis,virgultiſque collectis, quibus foſſas Romanorum compleant,ad caſtra pergunt. Cic.pro Cælio,33,Ergo hæc deſerta via & inculta,atque intercluſa iam frondibus & virgultis relinquatur. Et 1.de Diuinat.89,Omnia arbuſta virgulta,tecta peruertere. Virgil.1.Georg.70,

Quod ſupereſt,quæcunque premes virgulta per agros,
Sparge ſimo pingui,& multa memor occule terra.Siue de plantaris,ſiue de arboribus.

Cornea virgulta.Virgilius 3.Æneid.5.

Sonantia ſyluis virgulta.Virgil.6.Æneid.141.

Sylueſtria virgulta.Virgil.2 Georg.1.

Tenera attondent ſimæ virgulta capellæ.Virgil.eclog.10.1.

Noua virgulta in terrã defodere.Lucret.lib.5.187. Ibidẽ,174.

Reſonant auibus virgulta canoris.Virgil.2.Georg.66.

VIRGI,Hiſpaniæ oppidum,in ſinu quem Virgitanum vocant ſitum. Author Pomponius lib.2.

VIRGILIVS,Mantuanus poeta celeberrimus, Marone,Maiáq; natus,qui primum apud Latinos inter poetas obtinet locũ.Sunt ex recentioribus,qui Vergilium non Virgiliũ ſcribi debere autument.De hoc vide Caſtigationes Pierii in Virgiliũ. Huius vitam non minus doctè quàm copioſè ſcribit Petrus Crinitus lib. 3.de poetis Latinis. Virg.4.Georg.113,

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope,ſtudiis florentem ignobilis oti.

Virgilius amantiſſimus veruſtatis.Quintil.lib.1.cap.7.10.

Optimus Virgilius.Horat.1.Serm.ſaty.6.11, -optimus olim
Virgilius,poſt hunc Varius dixere quis eſſem.

Virgiliãnus, penult.prod.Poſſeſſiuum: vt Virgiliana virtus, apud Plinium in Præfat.9. Quintil.lib.1.cap.3.8, Habendúmque in animo ſemper illud Virgilianum.

Virgo,virginis,pen.cor.com.g.Quintil.lib.6.cap.4.Cicero obiurgantibus quod ſexagenarius Popilliã virginem duxiſſet, Cras mulier,inquit,erit. Vlpianus, Quod ſi ego me virginem emere putarem,quum eſſet mulier,emptio non valebit.

Virginem,omne incorruptũ & intactũ dixerunt veteres. Cic. in Orat.35,Mollis eſt enim oratio philoſophorum & vmbratilis, nec ſententiis,nec verbis inſtructa popularibus, nec vincta numeris,ſed ſoluta liberius,nihil iratum habet,nihil inuidum,nihil atrox,nihil mirabile,nihil aſtutũ,caſta,verecunda,virgo incorrupta quodámodo,itaque ſermo potius,quàm oratio dicitur. Idem de Claris Orator. Domi teneamus eloquentiam ſeptam liberali cuſtodia &c.tueamúrque vt adultam virginem caſtè.

Abſolutio virginum.Cic.3.in Catil.54,Cinnam ante ſe & Syllam fuiſſe,eundémque dixiſſe,fatalem hunc eſſe annum ad interitum huius vrbis atque imperii,qui eſſet decimus annus poſt virginum abſolutionem,&c.

Adulta virgo,Vide Adoleo.

Animoſa virgo.Ouid.epiſt.19.13.

Armata virgo,Vide Arma.

Aſpera virgo.Virg.11.Æneid.134.

Bellica virgo,Pallas.Silius lib.7.93.

Caſta virgo dore,Vide Caſtus.

Corrupta virgo.Ouid.3.Amor.eleg.7.6.

Non frigida virgo. Ouid.2. Amor.eleg.1.1, Me legat in facie ſponſi non frigida virgo.

Iugatæ nondum thalamis virgines.Senec.Herc.furen.10.

Iuncea virgo, Vide **Juncus.**
Laudatiſſima virgo dote formæ. Ouid. 9. Metam. 144
Matura virgo. Horat. 3. Carm. ode 6. 5.
Matura viro virgo, Vide **Maturus.**
Nitidæ virgines. Horat. 2. Carm. ode 11. 4.
Nobilis virgo in omne æuum. Horat. 3. Carm. ode 11. 7.
Pulcherrima virgo. Ouid. 9. Metam. 2.
Regia virgo. Ouidius 1. Metam. 112.
Sáctæ virgines, Veſtales. Hor. 1. Car. ode 2. 6, -prece qua fatigẽt
Virgines ſanctæ minus audientem
Carmina Veſtam
Teneræ virgines. Horat. 1. Carm. ode 11. 1.
¶ Abſtinere virgine, Vide **Abſtineo.**
Comprimere virginem, Vide **Compſimo.**
Rapere ad virum virginem. Catull. in Epithal. Iuliæ, 56. 1, Qui rapis teneram ad virum. Virginem, &c.
¶ Virgo equa. Plin. lib. 28. cap. 9. 11, Quin & ſanguis equorum ſeptică vim habet. Item equarum præterquam virginum erodit, emarginat vlcera.

Virginâlis, & hoc virginâle, pen. prod. Quod ad virginẽ pertinet. vt Virginalis modeſtia. Cic. 1. de Diuinat. 115.
Virginalis habitus atque veſtitus. Cic. 6. Verr. 4.
Ploratus virginalis. Cic. 2. Tuſcul. 35, Heu virginalem me ore ploratum edere. Ex poeta.
Virginali verecundia homo. Cic. pro Quintio, 21. Plin. epiſt. 111. 2. lib. 5, Et tamẽ ſuauitas puellaris cũ virginali verecũdia erat.

Virginarius, Adiectiuum, Idem. Plaut. Perſa, 11. 14, Sceleſta fides eſt virginaria.

Virgineus, Aliud adiectiuũ, Idem. Plin. lib. 28. cap. 7. 10, Si purgatio illa poſt virginitatem prima ſit, aut in virginea ætate ſpõtanea.
Virgil. 1. Georg. 86, At ſi virgineum ſuffuderit ore ruborem.
Agmen virgineum. Claud. 3. Paneg. 53.
Artus virginei. Ouid. 3. Metam. 33.
Chorus virgineus. Ouid. 3. de Arte, 34.
Facies virgineæ. Virgil. 9. Æneid. 27.
Forma virginea puer. Ouid. 3. Metam. 112.
Habitus virginei. Ouid. 13. Metam. 34.
Luſus virginei. Ouid. 14. Metam. 111.
Pudor virgineus. Tibullus lib. 1. eleg. 4. 3.
Rubor virgineus. Virgil. 1. Georg. 86.
Timor virgineus. Ouid. 10. Metam. 73.
Vultus virginei. Ouid. 5. Metam. 113.

Virgínitas, pen. cor. virginitâtis, Caſtitas, caſtimonia. Cic. 3. de Nat. deorum, 81, Minerua patrem dicitur interemiſſe, virginitatem ſuam violare conantem. Plin. lib. 25. ca. 13. 10, Anaxilaus author eſt, mammas à virginitate illitas, ſemper ſtaturas.
Spolium virginitatis. Ouid. epiſt. 5. 28,
Me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit,
Ille meæ ſpolium virginitatis habet.
Matura toris virginitas. Statius 1. Achilleid. 59.
Perpetua virginitas. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2. 3.
Seuera virginitas. Ouid. 3. Metam. 50.
Carens virginitate. Ouid. 9. Metam. 67, -notiſſima forma
Œchalidum Dryope, quam virginitate carentem,
Vimque dei paſſam, &c.
Erepta virginitas. Virgil. 11. Æneid. 19.
Libata virginitas. Ouidius epiſt. 2. 13,
Cui mea virginitas auibus libata ſiniſtris,
Caſtáque fallaci zona recincta manu. Idem epiſt. 15. 31,
Vel tua virginitas eſſet libata, vel illud,
Quod poterat ſalua virginitate rapi.
Patet virginitas. Ouid. 14. Metam. 17,
Lux æterna mihi, carituráque fine dabatur,
Si mea virginitas Phœbo patuiſſet amanti.
Raptæ virginitatis præmia. Ouid. 8. Metam. 171.

Virîa, viriæ: vel Viriola, viriolæ, pen. corr. Ornamentum colli, è gemmis viridibus, vt putat Bayfius. Paulus in L. Si tibi electio, De optione vel electione leg. Si ex quatuor viriolis duæ, quas elegiſſem, mihi legatæ ſunt: ſiue duæ ſolæ ſint relictæ, ſiue ab initio duæ ſolæ fuerint, valet legatum. Iabolenus in L. Medico, De auro & argento leg. Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcunque ſepulturæ meæ cauſa feram ex ornamẽtis, lineas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis. Plin. lib. 33. cap. 3. 2, At Hercules idem tu Brute mulierum pedibus aurum geſtari tacuiſti: cuius ſceleris nos coarguimus illum primũ, qui auro dignitatẽ per annulos fecit, vt habeant in lacertis iampridem & viri, quòd è Dardanis venit, itaque & Dardanium vocabatur. Viriæ, Celticæ dicuntur: Viriles, Celtibericæ. Quo loco ex vetuſtiſſimo codice Bayfius legendum putat Vxoriæ.

Virîatus, Adiectiuum obſoletum, id eſt magnarum virtũ. Lucilius lib. 16, Contra flagitium neſcire bello vinci à barbaro viriato Annibale. Nonius.

VIRIATVS, pen. prod. Luſitanus, primùm in Hiſpania, è paſtore venator, è venatore latro, mox iuſti exercitus dux factus, vniuerſam Luſitaniam occupauit. M. Ventidium Prætorem fuſo eius exercitu cepit. Poſt Cn. Plancius Prætor nihilo fœlicius rem cũ eo geſſit: tantúmq; terroré hoſtis his intulit, vt aduerſus eũ Conſulari opus eſſet duce & exercitu. Deniq; à proditoribus cõſilio Cæpionis interemptus eſt, & ab exercitu multum imploratus, tumulatuſque nobiliſſimé. Author Liuius & Florus.

Virículum, viriculi, pe. cor. Miſſilis genus, quod Graci ceſtron vocant: id autem à virico deductum videtur, cuius fit mentio apud Gellium lib. 10. cap. 15, Et quòd virica ſurculum de arbore ſe lici habet. Plinius lib. 35. cap. 11. 27, Encauſto pingendi duo fuiſſe antiquitus genera conſtat, cera, & in ebore ceſtro, id eſt viriculo, donec claſſes pingi cœpere.

Víridis, & hoc viride, pen. corr. à Vigore dicitur. Vnde dicimus Virides plãtas, quæ nondũ aruerunt, & in vigore ſuo ſunt. Virg. 6. Æneid. 61, Iam ſenior, ſed cruda deo, viridiq; ſenectus. Colu. lib. 1. in Præf. 11, Quũ iſtud opus nõ ſolùm ſcientiã, ſed & viridẽ ætatem cum robore corporis ad labores ſufferendos deſyderet. Plin. epiſt. 144. 2, Numidia Quadratilla paulominus octogeſimo ætatis anno deceſſit, vſque ad nouiſſimam valetudinem viridis.
Æuum viride. Ouidius 3. de Ponto, eleg. 1. 2.
Animi virides auſis. Silius lib. 1. 38.
Flore viridiſſimo puella. Catul. ad Coloniam, 17. 3.
Iuuenta viridis. Virgil. 5. Æneid. 59, Euryalus forma inſignis, viridique iuuenta.
Cruda ac viridis ſenectus. Tacitus in vita Agricolæ.
¶ Viride, Quod viriditatem habet, & viridi colore tinctum eſt. Virgil. 8. Æneid. 17, -viridique in littore conſpicitur ſus. Plin. lib. 10. cap. 42. 1, Pſittacem vocant, viridem toto corpore. Cic. 2. de Natura deorum, 143, Adde huc fontium gelidas perennitates, liquores perlucidos amnium, riparum veſtitus viridiſſimos. Idem 3. Verr. 30, Ignem ex lignis viridibus, atque humidis in loco anguſto fieri iuſſit.
Aquæ virides. Ouid. 4. Faſt. 33. Cæſpes viridis. Virg. 3. Æn. 61.
Color viridis. Ouidius 10. Metamor. 28.
Gramen viride. Virgil. 2. Georg. 44.
Herba viridis. Virg. eclog. 2. 11.
Humus viridis. Ouid. 6. Faſt. 66.
Lapilli virides. Horat. 2. Serm. ſaty. 2. 16.
Lentiſcus ſemper viridis. Cic. 1. de Diuinat. 26,
Iam verò ſemper viridis ſempérque grauata
Lentiſcus triplici ſolita grandeſcere fœtu. Ex poeta.
Pratum viride. Ouid. 13. Metam. 195.
Ripa viridiſſima gramine. Virg. 3. Georg. 29.
Inambulare in viridi & opaca ripa. Cic. 1. de Legib. 22.
Smaragdi virides. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 5.
Lux viridis ſmaragdi. Lucret. lib. 4. 217.
Vmbra viridis. Virg. eclog. 9. 3.

Viridans, pen. cor. viridantis, Species participii ſine verbi origine, temporis præſentis. Virg. 5. Æneid. 108, Sic fatus, cingit viridanti tempora lauro. Plin. lib. 37. cap. 8. 6, Viridantium & alia plura ſunt genera. Idem lib. 8. ca. 32. 7, Capti iam ſunt, edera in cornibus viridante, ex attritu arborum. Columel. lib. 10. 23,
Quæ canat inter opus Muſa modulante putator
Pendulus arbuſtis: olitor, viridantibus hortis.
Gramina viridantia. Stat. 5. Thebaid. 106.
Lux viridans fluuii. Plin. lib. 4. ca. 8. 3, Intus ſua luce viridante allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concentu.
Toro viridante conſederat. Virg. 5. Æneid. 78.

Vireo, vires, virui, virêre, pen. prod. Viride eſſe. Virg. lib. 6. Æne. 41,
Quale ſolet ſyluis brumali frigore viſcum
Fronde virere noua. Plin. lib. 15. cap. 28. 7, Detrahitur hæc ficis virentibus, vt putamen. Cic. 5. Tuſc. 53, Itaque & arbores, & vites, & ea quæ ſunt humiliora, neque ſe tollere à terra altius poſſunt: alia ſemper virent, alia hyeme nudata, verno tempore tepefacta frondeſcunt. Catull. Argon. 59. 59, Veſtibulum vt molli velatum fronde vireret.
Nemus omne viret. Virg. eclog. 7. 12.
Genua virent, Firma ſunt. Horat. Epod. 13. 1.
Pectora felle virent. Ouid. 2. Metam. 156.

Virens, Participium: vt Æui flore virens. Silius lib. 1. 13.
Malignè virens, Vide **Malus.**
Agelli virentis cultor. Horat. de Arte, 24.
Perpetuò virens buxus. Ouid. 10. Metam. 20.
Campi virentes. Horat. 2. Carm. ode 5. 1.
Edera virens. Horat. 1. Carm. ode 25. 4.

Herbæ virentes. Ouid. 4. Metam. 61.
Stagna virentia muſco. Virgil. 4. Georg. 4.
Syluarum virentiũ domina Diana. Catul. in Carm. ſecul. 31. 2.

Vireſco, vireſcis, vireſcere, Viride fieri. Plin. lib. 15. cap. 24. 5. Pomũ iis primò candidum, & ferè omnibus baccis. Mox altis vireſcit. Colum. lib. 11. cap. 2. 50. Quidam quũ vidiſſent partem aliquam vuarum vireſcere, crediderunt tempeſtiuum eſſe vindemiam.
Claud. 5. Paneg. 13. -prima quum parte vireſceret æſt.
Gramina iniuſſa vireſcunt. Virgil. 1. Georg. 11.

Viriditas, pen. corr. viriditâtis. Cic. de Senect. 47, Terra ſemen tepefactum vapore & complexu ſuo, diffundit, & elicit herbeſcẽtem ex eo viriditatem. Ibidem, 55, Viriditas pratorum.
Amittere viriditatem. Cic. de Prouinciis Conſul. 13. Ac laurea illa magnis periculis parta, amittit longo interuallo viriditatem: Hſc per metaphoram.
¶ Viriditas, Vis & fortitudo. Cic. de Amicit. 11, Senectus aufert eã viriditatem, in qua etiam tunc erat Scipio. Idem 3. Tuſc. 117, Sed quandiu in illo opinato malo vis quædam inſit & vigeat, & habeat quandam viriditatem, tandiu appelletur recens.

Viridarium, viridarii, Locus in quo ſunt herbæ & plantæ virentes, & amœnitate refertæ. Suet. in Tib. cap. 60, Militem Prætorianũ, ob ſurreptum è viridario pauonem capite puniuit. Plin. lib. 18. cap. 2. 2, Huius ſpatii viridariis, piſcinas iuuat habere maiores.

Viridarius, Adiectiuum. vnde Viridarii ſerui Vlpiano Iureconſ. dicuntur, qui hortos curant, & eorum curam habent.

Virẽtum, ſiue Virectum, Locus viriditate plenus: vel ipſæ herbæ virentes. Virgil. 6. Æneid. 218, Deuenêre locos lætos, & amœna virecta Fortunatorum nemorum.
Viretum, adiectiuum probat Calepinus ex libro duodecimo Columellæ, cap. 15. 1, de ficu. Ea porrò neque nimium vireta, neque nimium matura legi debet. Vbi nunc ſic legimus, Neq; nimium vieta, neque immatura.

Viridicâtus, pe. pro. Adiect. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 3. 17. 5, Equidẽ hoc, quod melius intelligo, affirmo mirifica ſuauitate te villã habiturum. piſcina & ſalientibus additis, palæſtra & ſylua viridicata.

Virilis, Virípotens, Viritim, Vide **Vir**.

VIRITIVM, authore Ptolemæo libro 2. cap. 11, Germaniæ vrbs: vulgò *Grieſnagen*.

Virôr, virôris, pen. prod. m. g. Idem ſignificat quod Viriditas: ſed de quo nullum exemplum reperimus.

Viroſa mulier, Vide **Vir**.

Viroſus, Vide **Virus**.

Virtus, virtûtis, pen. prod. à viro dicta eſt, teſte Cicerone 2. Tuſcul. 75. Et propriè fortitudinem ſignificat, quòd viri maximè fortitudo ſit. Virgilius 5. Æneid. 91, Tunc pudor incendit vires & conſcia virtus. Cæſar 1. bel. Gall. 7, Perfacile eſſe, quum virtute omnibus præſtarent, totius Galliæ imperio potiri. Ibidem, lib. 8. 194, Sic enim exiſtimabat tutiſſimam fore Galliam, ſi Belgæ, quorum maxima virtus: & Hedui, quorum authoritas ſumma eſſet, exercitibus continerentur. Cic. pro Lege Manilia, 25, Nõ enim ſolùm bellandi virtus in ſummo atque perfecto Imperatore quærenda eſt: ſed multæ ſunt artes eximiæ, huius adminiſtræ comitéſque virtutis. Plaut. Aulul. 6. 39, Ego virtute deũm & maiorum noſtrorum diues ſum ſatis. Idem Pſeud. 7. 118, Virtutem regis Agathocli anteceſſeris. Terent. Eunucho, 4. 7. 8, Egóne imperatoris virtutem noueram, & vim militum, Sine ſanguine hoc fieri non poſſe.
Cinis omnium virtutũ Troiæ. Id eſt in qua præſtantiſſimus & fortiſſimus quiſque periit. Catull. ad Mallium, 63. 18.
Inferior virtute alicuius. Ouid. 9. Metam. 13.
Actuoſa virtus, Vide Actuoſa vita in **Ago**.
Animoſa. Silius lib. 16. 21. Aſpera. Silius lib. 7. 11.
Ardua. Stat. 10. Theb. 168. Atrox. Silius lib. 13. 74.
Arguta virtus, Vide **Arguo**.
Bellica virtus, Vide Bellicus in **Bellum**.
Crudelis virtus. Statius 6. Thebaid. 147,
-atque vtinam potius de ſtirpe veniret
Æmulus Aoniæ, quem fas demittere letho:
Nec mea crudelis ciuili ſanguine virtus.
Damnoſa alicui virtus. Ouid. 10. Metam. 141.
Effera virtus. Valerius 1. Argonaut. 130.
Expertæ virtutis homo. Tacitus lib. 3, Præponítque Centuriones virtutis expertæ. Hoc eſt exploratæ.
Ferox. Virgil. 11. Æneid. 5, O præſtans animi iuuenis, quantum ipſe feroci Virtute exuperas, tanto, &c.
Feruida. Catul. Argo. 59. 44. Ignea. Lucan. lib. 9. 2.
Horrida. Stat. 5. Thebaid. 35. Indomita. Sene. Herc. fur. 1. 8.
Maior poſt otia virtus. Statius 4. Sylu. 4. 7.
Spectata virtus belli domique. Horat. 1. epiſt. 2. 47.
Temeraria virtus nocet. Ouid. 8. Metam. 81.
Velox virtus. Silius lib. 4. 16.
Viuida bello virtus. Virgil. 5. Æneid. 150.
¶ Affirmare armis virtutẽ. Tacit. lib. 20, Neqi ego vnquã facundiam exercui, & Populi Rom. virtutem armis affirmaui.
Conniti virtute, Vide **Conniteor**.
Defendere terram patriam armis ac virtute. Lucret. lib. 2. 119.
Egreſſa modum virtus. Statius 10. Thebaid. 166.
Fracta virtus. Horatius 2. Carm. ode 7. 5.
Frænata iuuenum virtus quieuit. Stat. 10. Thebaid. 48.
Mira manuum pedúmque virtute fretus. Lucret. lib. 5. 193.
Bona virtus exilio punita. Silius lib. 13. 56.
Præſtans virtute. Virgil. 8. Æneid. 110.
Seneſcit virtus cuicta veneno deſidiæ. Silius lib. 3. 117.
Locum virtute ſecundum tenere. Virgil. 5. Æneid. 52.
¶ Virtute tua, pro Tuo auxilio. Plaut. Trucul. 16. 18, De eo nũc bene ſum tua virtute.
Sentire alicuius rei virtutes. Quintil. lib. 1. cap. 11. 7.
¶ Arboris vel equi virtus. Cic. 1. de Legib. 66, Nam nec arboris, nec equi virtus quæ dicitur (in quo abutimur nomine) in opinione ſita eſt, ſed in natura.
Formæ virtute, Formæ merito, ob formã egregiã. Plau. Milite, 17. 11, Saltem id volupe eſt, quum ex virtute formæ venit tibi
Mea opera ſuper hac vicina, quã ego nũc cõcilio tibi. Idẽ Moſtel. 4. 17, Virtute formæ id euenit, te vt deceat quicquid habeat.
Mercis virtus, Id quod valet merx ipſa. Plaut. Milite, 10. 131,
Sicuti merci pretium ſtat pro virtute vt væneat:
Quæ improba eſt, pro mercis vitio dominum pretio pauperat.
Verbi vel dictionis virtus. Cic. pro Plancio, 64, Non dicam miſer (natura quidem abhorret à virtute verbi) ſed, &c.
Vis & virtus dicendi. Cic. 1. de Oratore, 65, Alterum eſt in quo oratoris vis illa diuina, virtúſque cernitur. Ibidem, 1. 16, Dicendi virtus, niſi ei, qui dicit ea, de quibus dicit, percepta ſint, extare non poteſt. Idem de Claris Orat. 31, Licet ex his eligant ea, quæ notatione & laude digna ſint, omnes oratoriæ virtutes in eis reperientur. De Orationibus Catonis.
Orationum virtutes. Quintil. lib. 1. cap. 11. 7, Ceterùm quum legere orationes oportebit, quũ virtutes earum iam ſentiet, tum mihi diligens aliquis ac peritus aſſiſtat.
Diſputatrix virtus. Quintil. lib. 2. cap. 20. 6.
¶ Virtus, Vis illa quæ res, cuius eſt virtus, perfecta redditur. Cic. 5. de Finib. 63, Atqui in ſenſibus eſt ſua cuique virtus.
¶ Virtus, Perferendorum malorum fortis atq; inuicta patientia. Virtutes, rectè animi affectiones appellantur à Cicerone, lib. 2. Tuſcul. 75. Atqui vide ne quum omnes rectæ animi affectiones, virtutes appellentur, non ſit hoc proprium nomen omniũ, ſed ab ea quæ vna cæteris excellebat omnes nominatæ ſunt. Appellata eſt enim ex viro virtus. Viri autem propria maximè eſt fortitudo, cuius munera duo maxima ſunt, mortis doloriſque contemptio. Vtendum eſt igitur his, ſi virtutis compotes, vel potius, ſi viri volumus eſſe: quoniam à viris virtus nomen eſt mutuata. Plaut. Perſa, 7. 16, Virtus eſt, vbi occaſio admonet, deſpicere. Cic. ad Plancum. lib. 10. 3. 4, Omnia ſumma conſequutus es virtute duce, comite fortuna. Terent. in Prolog. Phorm. 34, Actoris virtus nobis reſtituit locum. Hoc eſt, qui toties excluſus animum non abiecerit, ſed perſeuerauerit agere, inquit Donatus. Cic. 2. Offic. 24, Virtus omnis tribus in rebus ferè vertitur. Quarum vna eſt in perſpiciendo quid in quaque re verum ſyncerúmque ſit, quid conſentaneum cuique, quid conſequens, ex quo quæque gignantur, quæ cuiuſque rei cauſa ſit. Alterum, cohibere motus animi turbatos, quos Græci πάθη nominant, appetitionéſque quas illi ὁρμὰς, obedientes efficere rationi. Tertium, iis quibuſcum congregemur, vti moderatè & ſcienter, quorum ſtudiis ea quæ natura deſyderat, expleta cumulatáque habeamus, &c.
Virtus eſt animi habitus naturæ modo rationi conſentaneus. Cic. 2. de Inuent. 140.
Vera laus vni virtuti debetur. Cic. 2. de Orat. 186.
Virtus eſt per ſe ipſa laudabilis, & ſine qua nihil laudari poteſt. Cic. 3. de Orat. 187.
Virtutes in ſpecie fictæ ſimulationis ineſſe non poſſunt. Cic. 2. de Natura deorum, 6.
Virtus animi. Cic. de Claris Orat. 67, Is virtute animi atque vita fuit bonus author in Senatu.
Vir ſingulari virtute prædituſ. Cic. pro Domo ſuã, 31.
Singularis & præſtantiſſima virtus P. Lentuli. Cic. Poſt reditum in Senatu, 4.
L. Piſo qui tanta virtute atque integritate fuit: vt, &c. Cicero pro Fonteio, 24.
Pro tuis maximis, clariſſimiſq; virtutibꝰ. Cic. Marcel. li. 4. 7. 13.
Ornatus virtutibus. Cic. 1. Offic. 70, Quj virtutibus his leniori-

bus erit ornatus,modestia,temperantia,iustitia,&c.

Virtutibus dignũ Consulatu iudicare alterũ.Cic.pro Mure.10, Aliis ego te virtutibus,cõtinẽtiæ,grauitatis,iustitiæ,fidei,cæteris omnib⁹,Cõsulatu,& omni honore semper dignissimũ iudicaui.

Macte virtute,Vide Macte.

Inuia virtuti nulla est via.Ouid.14.Metam.13.

Aditus virtutis,Vide Aditus in Adeo,adis.

Præmiũ virtutis est gloria.Cic.pro Milone,74.

Nihil est virtute formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Cic.Dolabellæ,lib.9.14.11.

Seculum virtutum sterile.Tacitus lib.17.

¶Acris animi virtus.Lucretius lib.1.14.

Æterna virtus,Vide Æternus.

Ardens virtus.Virgil.6.Æneid.16.

Ardua virtus.Horat.3.Carm.ode 24.9.

Ciuiles virtutes.Quintil.lib.1.cap.11.10.

Clara & insignis virtus alicuius posteris,Vide Insignio.

Egregia virtus.Cic.2.de Inuẽ.107,Si existãt qui apud maiores nostros ob egregiã virtutẽ tali honore dignati sunt,nónne,&c.

Egregia virtute progenies.Virgil.7.Æneid.11.

Gloriosa & memorabilis virtus,Vide Memor.

Non est immunis virtus,Vide Immunis.

Inexplebilis virtutis veræq; laudis homo,Vide Inexplebilis.

Ingens virtus.Horat.1.Serm.saty.7.11.

Iugatæ virtutes,Vide Iugatus in Iugum.

Semper sola libera est virtus. Cic.1.de Oratore, 114, Potestne virtus Crasse seruire istis authoribus,&c. quæ & semper & sola libera est,quæque etiam,si corpora capta sint armis,aut constricta vinculis,tamen ius suum,atque omnium rerum impunitam libertatem tenere debeat.

Manca virtus,Vide Mancus.

Durior est conditio spectatæ virtutis,quàm incogitatæ.Brutus Ciceroni,16.18.

Veræ virtutis custos.Horat.1.epist.1.4.

¶Accedere virtuti,Vide Accedo.

Adhibere virtutem,Vide Adhibeo.

Adoleuit virtus,Vide Adoleo.

Amittere virtutem. Cic.2.Tuscul.56,Virtutem autem si vnam amiseris,etsi amitti virtus non potest,sed si vnam confessus fueris te non habere,nullam te esse habituram?

Amplexari virtutem,Vide Amplexor in Amplector.

Amplificare virtutem laudibus,Vide Amplifico.

Capere virtutem,Vide Capio.

Certare virtute Virgiliana,Vide Certo.

Confidere virtuti,Vide Confido.

Contestata virtus,Vide Contestor.

Viam virtutis deserere.Horat.3.Carm.ode 24.9.

Iminere virtutibus.Quintil.lib.3.cap.8.44.

Extendere virtutem factis.Virgil.6.Æneid.162.

Exuere virtutem.Tacitus lib.1.

Præ se virtutem ferre.Quintil.lib.1.cap.13.7,Mutant enim aliquid à recto,atque hanc præ se virtutem ferunt.

Fingere virtutes.Tacit.lib.5,Occultum ac subdolum fingendis virtutibus.

Habere & perdere virtutẽ.Cic.Post reditũ ad Quirites,16,Recuperata verò sua dignitate,se non commissurum,vt,&c,virtutem animi non haberet,quam nunquam perdidisset.

Iacent virtutes,Vide Iaceo.

Imminuta virtus, Vide Imminuo.

Inchoare virtutem,Vide Inchoo.

Inuoluere se sua virtute.Horat.3.Carm.ode 29.11,de Fortuna,

-si celeres quatit
Pennas,resigno quæ dedit,& mea
Virtute me inuoluo,probámque
Pauperiem sine dote quæro.

Nulla vi labefactari potest virtus.Cicero 4.Philip.161,Omnia alia falsa,incerta sunt, caduca, mobilia: virtus est vna altissimis defixa radicibus,quæ nunquam vlla vi labefactari potest, nunquam dimoueri loco.

Laborare virtute ac studiis.Quintil. in Procem. lib.1.11, Non enim virtute ac studiis,vt haberentur philosophi,laborabant.

Locare virtutem,Vide Loco,locas,in Locus.

Studium virtutis monstrare alicui.Statius 4.Syl.8.11.

Multare virtutem morte. Quintil.lib.5.cap.11.6,Manlius virtutem filii morte multauit.

Obsolescit virtus,Vide Obsolesco in Obsoleo.

Ornatus ex suis virtutibus,Vide Orno.

Præstare virtute.Cic.pro Plancio,49,Is gloria maximè excellat qui virtute plurimum præstet.

Repræsentare virtutem alicuius.Horat.1.epist.10.5.

Retinere virtutem.Tacitus lib.1,Quam virtutem diu retinuit, quum cæteras exueret.

Parem esse alicui virtute.Ouid.4.de Ponto,eleg.13.6.

Superare virtute dolores.Ouid.8.Metam.104.

Virtus virtute superatur.Cic.14.Phili.397,Vt enim cursu cursus,sic in viris fortibus virtus virtute superatur.

¶Virtutes pro vitiis,per ironiã aliquando ponuntur,authore Donato.Terent.Adelp.1.1.21,Si possiderem,ornatus esses ex tuis virtutibus. Plaut.Pseud.11.36,

-qua facie? p.malum,
Callidum,doctum: qui quando principium prehenderit,
Porrò virtute sua teneat quid se facere oporteat.

¶Virtus,Proprietas.Quintil.lib.4.cap.2, Sunt quidẽ hæ quas suprà retuli,virtutes aliarum quoque partium.

VIRVESTA, Ptolemæo lib.2.cap.6. in antiquo codice Virdubesca,Hispaniæ vrbs,vulgò Briuiesca.

Virus,priore prod.Indeclinabile,n.g.Significat propriè asperitatẽ odoris in homine iã adulto:quippe talis odor in puero non est,nec ante coitum mulieri. Plinius, Prodest & ad virus alarũ. Idem lib.31.cap.10.15. Rursus lib.35.cap.15.13,Virus alarũ sudoréque sedat. Idem,Signum est vernis temporibus odoris virus. Sanè virus hodie tres tantum habet casus, hoc virus,hoc virus, ô virus.Antiqui hoc virus,huius viri dicebant. Lucret.lib.1.96,

-tetri primordia viri.

Viro,Ablatiuum.Lucre.li.6.7,Quod flueret naturali viro,atque veniret. Virus naturale vocat incommoda quæ à natura nobis proueniunt. Sic lib.2.171.

Virus paludis,pro Tetro odore.Colum.lib.1.ca.5.4,Nec paludem vicinam esse oportet ædificiis, quia caloribus noxiũ virus eructat. Plin.lib.8 cap.11.7,de basilisco,Huic tali monstro mustelarum virus exitio est.Id est necant eos odore.Budæus.

Amatoriũ virus,pro Veneno.Plin.lib.8.ca.22.4, Quin & caudæ huius animalis creditur vulgo inesse amatorium virus exiguo in villo,cúmque quum capiatur abiici.De lupo.

Dirum virus.Lucanus lib.1.111,

Nec cruor emicuit solitus,sed vulnere largo
Diffusum rutilo dirum pro sanguine virus.

Edax virus.Ouid.5.Fast.81.

Graue virus.Horat.2.epist.1.32.

Ingenium corpori virus,Vide Ingigno.

Ingratum virus,Vide Ingratus.

Lunare virus.Lucan.lib.6.134, -tabóque medullas
Abluit,& virus largè Lunare ministrat. Interpretes intelligũt spumam Lunæ,aut menstruum muliebre.

Malum virus.Virg.1.Geor.26,Ille malũ virus serpentibus addidit atris.Vbi Seruius,Bene addidit MALVM ad discretionem epitheton. Nam virus & bonum & malum est, sicut venenum: nam idem est.Venit autem à Græco: nam & illi φάρμακον medium habent,id est bonum & malum.

Mortiferum virus.Cic.in Arato,47,

Hic valido cupidè venantem perculit ictu,
Mortiferum in venas figens per vulnera virus.

Nocens virus.Ouid.1.Metam.161,

Pestiferum virus.Ouid.in Ibin,111.

Rutilum virus.Lucanus lib.9.153.

Adiicere virus,Vide Adiicio.

Aspergere virus alicui.Virg.3.Georg.84,

Aut tecto assuetus coluber succedere,& vmbræ:
Pestis acerba boum,pecorique aspergere virus:&c.

¶Virus,per metaphoram,asperitatem saporis significat.Plin. lib.31.ca.8.6,Aqua marina vetustate virus deponit.Id est amaritudinẽ illã & salsedinem. Idem,Virus mali medici.Id est Acor & amaritudo. Idẽ lib.34.cap.17.1, Stannũ illitum æreis vasis, saporem gratiorem facit,& compescit æruginis virus.

Acerbitatis virus.Cic.de Amicit.73, Tamen is pati nõ possit vt nõ anquirat aliquẽ apud quẽ euomat virus acerbitatis suæ.

¶Virus,Asperitas coloris. Plin.de sanguine purpuræ, Tũ superadditum decoquitur virus. Idem lib.9.cap.36.3.

¶Virus,Genitura, id est humor qui è genitalibus fluit. Plin. lib.28. cap.11.11, Virus verrinum è scropha ex coitu exceptum, prius quàm terram attingat, contra dolores. Idem lib.9.cap. 50.1, Nisi editis ouis inter se versando mares & fœminæ vitale asperserint virus.De piscibus.

¶Virus,Vis naturalis.Lucret.lib.2.171,Concoctóque suo contactus perdere viro.Hoc est virtute naturali,vt Marcellus interpretatur:vel virulentia & illiberali odore,vt Baptista Pius. Plin.de magnete,lib.34. cap.14.9, Sola hæc materia virus ab eo lapide accipit,retinétque longo tempore,aliud apprehendens ferrum. Vbi cum veteri exemplari legendum est vires.

Lentum distillat ab inguine virus.Virg.3.Georg.37.

¶Virus, Viror, seu herbæ virentes. Statius lib. 1. Sylu. 4. 11,
-atque omne benignè
Virus, odoriferis Arabum quod doctus in aruis, &c. Sed fortè non ad viriditatem respexit poeta, sed ad odorem.
Virulentus, Adiectiuum, Plenū veneno. Gellius lib. 16. cap. 11, Vt serpentium virulentorum domitores sint.
Virosus, pen. prod. Aliud adiectiuum, Mali odoris, aut venenatus. Virgil. 1. Georg. 12,
At Chalybes nudi ferrum, virosaque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epiros equarum? Vbi Seruius, Virosa, id est venenata. Nam licet sint multis remedio, tamen prægnātes eorum odore abiiciunt egerúntq; partum. Et virosa dicta ab eo quod est virus. Alii fortia accipiunt, à viribus. Cato cap. 157. 9, Et si mulier eo lotio locos fouebit, nunquam virosi fient.
Virosus, Mali saporis. Varro, Rancidam carnem apposuit nobis, & virosam.
Vīs, huius vis, productè, hanc vim: Pluraliter vis, accusatiuo vis, vocatiuo vis, apud veteres. nūc ab antiquo singulari dicimus hæ vires, virium, viribus, &c.
Vis in accusatiuo plurali. Sallust. li. 3. Hist. Malè iam assuetum ad omnes vis controuersiarum. Nonius.
Vis, Possibilitas. Virgil. 1. Georg. 40,
-ni vis humana quotannis
Maxima quæque manu legeret. Idem 1. Æneid. 107, Nō ea vis animo, nec tanta superbia victis. Sallustius in bello Catil. Sed nostra omnis vis in animo & corpore sita est. Seruius.
Vis & copia. Cic. pro Marcello, 4, Nulla est enim tanta vis, tāta copia, quæ non ferro ac viribus debilitari frangíque possit.
Vis & effectus radicum. Cic. 2. de Diuinat. 68, Et eo quidem loco & prognostica nostra pronuntiabas, & genera herbarū scammoneam, aristolochiámque radicem, quarū causam ignorares, vim & effectum videres.
Vis & facultas oratoris. Cic. 1. de Orato. 69, Quúmque esset omnis oratoris vis ac facultas in quinque partes distributa, &c.
Vis & natura rei. Cic. 1. de Orat. 94, Ac si nos id, quod maximè debet, nostra patria delectat, cuius rei tāta est vis ac tanta natura, vt Ithacam illā in asperrimis saxulis tanquam nidulū affixā, sapientissimus vir immortalitati anteponeret. Idem in Orat. 60, Rei potius, id est eloquentiæ vim & naturam explicemus.
Vis ac necessitas. Cic. pro Quintio, 39, Timidè tamen & pedetentim istuc descendunt, vi ac necessitate coacti, inuiti.
Vis & potestas astutiæ. Terent. Heauton. 4. 3. 31,
-hîc me magnificè effero,
Qui vim tantam in me, & potestatem habeam tantæ astutiæ.
Cic. 3. de Natura deorum, 118, Improborum igitur prosperitates secundæque res redarguunt, vt Diogenes dicebat, vim omnem deorum ac potestatem.
¶Vis amicitiæ est in animorum cōsensione. Cic. de Amici. 14.
Mista vis animi toto corpore. Lucret. lib. 3. 56.
Boni vis. Terent. Phorm. 1. 2. 57, -ipsa horrida,
Lacrumæ, vestitus turpis: vt ni vis boni
In ipsa inesset forma, hæc formā extingueret. Id est, Bona indoles, & probitatis signum.
Cantharidis vis. Cicero 5. Tuscula. 165, Theodorus Lysimacho mortem minitanti, Magnum verò effeciſti, si cantharidis vim consecutus es.
Conscientiæ vis. Cicero pro Milone, 46, Magna vis est conscientiæ Iudicis.
Eloquentiæ vires. Quintil. in Proœm. lib. 1. 18.
Frigoris vis. Cicero pro C. Rabirio Posthumo, 26, Hanc vim frigorum hyemémq; quam nos vix huius vrbis tectis sustinemus excipere.
Ingenii vis. Cic. 1. de Oratore, 83, Antonii incredibilis quædam & propè singularis, & diuina vis ingenii. Idem 5. Philipp. 199, Omnem vim ingenii, quæ summa fuit in illo, in populari leuitate consumpsit.
Magistratus vis. Cicero 3. de Legibus, 3.
Morborum vis. Tacitus lib. 11.
Morbi vis excita. Lucretius lib. 4. 134.
Impetus & vis orationis. Cic. in Orat. 134, Enerueturoratio cōpositione verborum, vt aliter in ea nec impetus vllus, nec vis esse possit.
Ostenti vis, vt. Cic. 1. de Diuin. 117, Quod ostentū habuit hanc vim, vt Dionysius paucis post diebus regnare cœperit.
Potestatis vis. Cic. 1. Philipp. 2, Dictaturam, quæ vim iam regiæ potestatis obsederat, funditus ex Repub. sustulit.
Veneni vis. Cic. pro Cælio, 46, Habuisse aiunt domi, vimque eius esse expertam in seruo quodam ad rem ipsam parato, cuius perceleri interitu esse ab hoc comprobatum venenum.
Verborum vis, quæ Græcis energia dicitur. Cic. pro Cluentio, 43, Ea intellecta, certè nihil ad rem pertinet, quæ verborum vis sit, ac nominum.
Vis magna in fortuna ad res secundas vel aduersas. Cic. 1. Offi. 26, Magnam vim esse in fortuna in vtranque partem, vel secundas ad res, vel aduersas, quis ignorat?
Vis in verbis. Cic. Torquato, lib. 6. 1. 6, Quæ vis insit in his paucis verbis, si attendes, quod facis.
Vis in manibus. Cic. 1. Acad. 19, In pedibus celeritatem, vim in manibus, claritatem in voce, &c.
Dicendi vis. Quintil. lib. 1. cap. 1. 11.
Loquendi vis & norma. Horat. de Arte, 15.
Percipiendi vis. Quintil. lib. 1. cap. 1. 1.
Infirmitas virium, Vide **Infirmus.**
Ad portionem virium. Vide **Ad** præpositionem.
Audax viribus, Vide **Audax.**
Editior viribus, Fortior. Horat. 1. Serm. Saty. 3. 11.
Inferior viribus. Ouid. 4. Metam. 131.
Inuicti viribus. Virgil. 6. Æneid. 79.
Præduras viribus. Virgil. 10. Æneid. 150.
Opibus & viribus. Cic. 3. Tuscul. 10, Est profectò animi medicina philosophia, cuius auxilijū non vt in corporis morbis petendum est foris, omnibúsque opibus viribúsque. vt nosmet ipsi nobis mederi possimus, elaborandum est. Ibidem. 43, His autem perturbationibus, quas in vita hominum stultitia quasi quasdā furias immittit atque incitat, omnibus viribus atque opibus repugnandum est.
¶Agrestes & horridæ vires. Cicero 1. de Legibus, 9, Fannii autem ætate coniunctus Antipater paulò inflauit vehementius, habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas sine nitore ac palæstra.
Ardens vis fulminis. Lucretius lib. 6. 30.
Auxiliaris vis, Vide Auxiliaris in **Auxilior.**
Blanda vis dei noctiuagi. Statius 10. Thebaid. 31.
Cælestis vis. Cic. 1. de Diuinat. 139.
Vis cælestis & numen diuinum. Cic. pro Milone, 65, Nec verò quisquam aliter arbitrari potest, nisi qui nullam vim cælestem existimat, numénve diuinum.
Concalefactoria vis. Vide Cócalefactorius in **Concalefacio.**
Corusca vis, Vide Coruscus in **Coruſco.**
Dura vis. Virgil. 4. Georg. 80.
Exesa vis luminis. Tacitus lib. 20. Huic non exesam vim luminis, & redituram, si pellerentur obstantia.
Exiguæ vires ingenii. Ouid. 2 Trist. 106.
Eximia vis. Cicero pro Lege Manilia, 18.
Firmæ vires. Ouidius 3. Fastorum, 8.
Furiatæ vires. Silius lib. 13. 42, Concitat intortam furiatis viribus hastam.
Horrida vis lethi. Lucretius lib. 3. 55.
Humana vis. Virg. 1. Georg. 40.
Ignea vis cæli Ouid. 1. Metam. 6.
Imperiosissima vis. Quintil. lib. 6. cap. 3. 6.
Incita vis ventis. Lucret. lib. 1. 11.
Infirmis viribus homo. Vide **Infirmus.**
Ingens vis rerum. Quintil. lib. 6. cap. 1. 24.
Inimica vis Parcarum propinquat. Virg. 12. Æneid. 30.
Inualidæ vires. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 25.
Magna vis nocendi. Ouid. 5. Metam. 91.
Magnæ vires, Vide **Magnus.**
Maximis viribus vir. Cic. pro Cælio, 46, Quúmq; ille vir, qui se natum huic imperio putauit, tertio die postquàm in Curia, in Rostris, in Repub. floruisset, integerrima ætate, optimo habitu, maximis viribus, eriperetur indignissimè bonis omnibus, atq; vniuersæ ciuitati.
Maximæ vires, in oratione. Cic. in Oratore, 43, Orationis subtilitas imitabilis quidem illa videtur esse existimanti, sed nihil est experienti minus. Etsi enim non plurimi sanguinis est, habeat tamen succum aliquem oportet, vt etiam si illis maximis viribus careat, sit (vt ita dicam) integra valetudine.
Malefica, Vide **Malus.**
Morbida, Vide **Morbus.**
Mordax, Vide **Mordeo.**
Mortifera. Lucret. lib. 6. 165.
Occulta vis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 8.
Occultis viribus egregius fons. Id est arcana quadam & incognita virtute ac vi præditus. Iuuen. Saty. 12. 5.
Præduræ vires. Claud. in Gigantomach. 14.
Solida ac virilis ingenii vis. Quintil. lib. 2. cap. 5. 15.
Summa vi. pro Toto conatu. Plautus Aulul. 2. 1,
Aulam repertam auri plenam domi Euclio
Vi summa seruat, miseris affectus modis. Idem Mere. 3. 45, Vi

ſumma,quicquid poterat,rapiebat domum. Terent.Adelph.5.4.47,Summa vi hanc defendam,atque illum mortuum.
Tacita vis.Quintil.lib.5.cap.5.7.
Temperata vis.Horat.3.Carm.ode 4.13.
Vaſtæ vires.Virg.5.Æneid.74.
Vera vis.Quintil.lib.1.cap.5.3.
Veſanæ vires.Ouid.1.Amor.eleg.7.5,
In mea veſanas habui diſpendia vires:
Et potui pœnam fortis inire meam.
Violentæ vires.Lucret.lib.5.155.
Violenta vis leonum.Lucret.lib.3.60.
Vimida vis animi.Lucret.lib.1.15.
¶Abolere vires.Tacit.lib.10, Dein poſtquam inanem animu ſpe,& cupidine impleuerat,vires abolet.
Abrogare vires beneficiis.Vide **Abrogo.**
Abſcedunt vires,Vide **Abſcedo.**
Abſtinere vim ab aliquo.Horat.1.Serm.ſaty.3.41, ſed omiſſa præpoſitione, -abſtinuit vim
Vxore & gnato. De Aiace inſano loquitur.
Abſtulerat vires corporis ipſe timor.Ouid.6.Faſt.89.
Ira abſumit vires morâ.Ouid.3.Metam.139,
Præbuimus longis Pentheus ambagibus aures
Inquit,vt ira mora vires abſumere poſſet.
Abuti viribus corporis,Vide **Abutor.**
Accipere vim,& vires,Vide **Accipio.**
Acquirere vires.Virgil.4.Æneid.35.
Nouas vires acquirere.Lucanus lib.2.128.
Adiicere vires,Vide **Adicio.**
Adimit dolor vires,Vide **Adimo.**
Admouere vim,Vide **Admouco.**
Summis adnixus viribus,Virgil.5.Æneid.46.
Robuſtis viribus adoleuit ætas.Lucretius lib.3.91.
Afferre vim maximâ ad.Cic.1.de Orat.56,Sic igitur cenſeo,inquit Craſſus, naturam primùm atque ingenium ad dicendum vim afferre maximam.Hoc eſt facultatem.
Agere pro viribus.Cic.de Senectute,24,Nec nunc quidem vires deſydero adoleſcentis, non plus quàm adoleſcens tauri aut elephantis deſyderabam. quod eſt,eo vti decet.& quidquid agas, agere pro viribus.
Alere vires,Vide **Alo.**
Ventus amittit vires.Lucanus lib.3.73.
Aſſumpſit vires flamma.Ouid.epiſt.19.3.
Grammatica tenuis,à fonte, aſſumptis poetarum, hiſtoricorúmque viribus pleno iam ſatis alueo fluit.Quintil.li.1.ca.1.4.
Augentur vires.Ouid.9.Metam.158.
Augere vires eloquentiæ.Quintil.in Proœm.lib.1.18.
Capere vires,Vide **Capio.**
Carpere vires,Vide **Carpo.**
Ægra animo vis,ac fiducia ceſſit.Stat.8.Thebaid.107.
Colligere vires,Vide **Colligo.**
Colligit vires ſibi amor vſu.Ouid.2.de Arte,68.
Concipere vires, Vide **Concipio.**
Flumina concipiunt vires.Ouid.15.Metam.68.
Occultas vires concipiunt terræ.Virgil.1.Georg.18.
Conferre vires in vnum,Vide **Confero.**
Conſiſus viribus. Iuuenalis Satyra 10.1, -viribus ille
Conſiſus periit,admirandiſque lacertis.
Fortuna vires ipſa conſumpſit ſuas.Seneca Agamem.7.11.
Contendere viribus inter ſe.Lucretius lib.3.157.
Validis viribus contorſit haſtam.Virgil.2.Æneid.10.
Conuulſus vi dominationis.Tacitus lib.5.
Decedunt vires,Vide **Decedo.**
Deficiunt vires,Vide **Deficio.**
Quum me vires deficere cœpiſſent.Cic.1.de Oratore,99.
Defici viribus.Quintil.in Proœm.lib.4.6,Et ſi viribus deficiemur,animo tamen perſeuerandum.
Inſanis viribus Auſtri deiecta trabs.Ouid.12.Metam.103.
Demittere ad vnum auditorem vim dicendi. Quintilianus libro 1.cap.2.21.
Deſyderare vires adoleſcentis.Cic.de Senect.14.
Diſtracta vis animæ per artus.Lucret.lib.4.185.
Dare vim, vel vires.Cicero ad Atticum,lib.4.71.2, Tum profectò doloris magnitudo vim quandã nobis dicendi dedit. Eidem,lib.7.113.6,His ille rebus ita conualuit, vt nunc in vno ciui res ad reſiſtendum ſit: qui mallem tantas ei vires non dediſſet, quàm nunc tam valenti reſiſteret.
Dare ſententiæ vires. Quintilianus lib.4. cap.1.45,Quo iure, aut qua tanta ſuperſtitione prohibemur dare per hanc figuram ſententiæ vires?
Dare vires alicui in rem aliquam. Ouid.1.Faſt.4, ad Cæſarem,

Da mihi te placidum,dederit in carmina vires.
Domare vires alicuius.Seneca Hercule Œtæo,9.9.
Magna vi flexa domatur vlmus.Virgil.1.Georg.54.
Effundere vires ſuas in aliquo.Ouidius 12.Metam.12,
-manus eſt mea debilis ergo:
Quáſque,ait,antè habuit vires,effudit in vno.
Effundere vires in ventum.Virgil.5.Æneid.90.
Eneruare vires alicuius.Horat.Epod.8.1.
Eniti viribus.Virgil.2.Georg.72.
Excellere aliquem pulchritudine & viribus.Cic.3.Offic.31.
Exercere vires.Cicero 1.de Oratore,71,Plerique in hoc vocem modò,neque eam ſcienter, & vires exercent ſuas, & linguæ celeritatem incitant. Virgilius 3.Georgic. 46, Ergo omni cura vires exercet.
Experiri vires alicuius.Ouid.2.de Arte,36.
Explorare vires alicuius.Statius 8.Thebaid.9.
Firmare vires.Virgil.3.Georg.41.
Fractæ vires Danaûm.Virgil.2.Æneid.34.
Frangere vim alicuius.Quintil.lib.1.cap.7.17.
Effœtæ frigent in corpore vires.Virgil.5.Æneid.80.
Fundare vires alicuius.Seneca Herc.fur.6.2, -alieno in loco
Haud ſtabile regnum eſt:vna ſed noſtras poteſt
Fundare vires,vincta regali face
Thalamiſque Megara.
Gerere res viribus.Cic.de Senect.16,Non enim viribus,aut velocitatibus,aut celeritate corporũ res magnæ geruntur,ſed conſilio,authoritate,ſententia.
Habere vires alicuius. Cic.de Senect. 19, Nec vos quidem T. Pontii centurionis vires habetis.
Habere vires dicitur virtus.Cic.in Parad.18,Neſcis quantas vires virtus habeat.
Habere vim dicendi.Cic.1.de Oratore,44,Huic reſpondebat, non ſe negare Demoſthenem ſummam prudẽtiam, ſummámque vim habuiſſe dicendi.
Habere vim,vt. Cic.3.Offic.99, Si vir bonus habeat hãc vim, vt ſi digitis concrepuerit,poſſit in locupletũ teſtamenta nomen eius irrepere:hac vi non vtatur. Idem pro Com. Balbo,18, Id habet hanc vim,vt ſit ille in fœdere inferior.
Habere vim ad. Cicero 1.de Orat.135,Illud verò fuit horribile, quod me hercule vereor ne maiorem vim ad deterrendum habuerit, quàm ad cohortandum. Idem pro Cecinna, 41,Si ad eum reſtituendum qui vi deiectus eſt, eandem vim habet æquitatis ratio.
Habere vim & religionem in ſe.Cic.pro Murena,1,Quod ſi illa ſolennis comitiorum precatio Conſularibus auſpiciis conſecrata, tantam habet in ſe vim & religionem, quantam Reipub. dignitas poſtulat,&c.
Habent literæ vim fœderis. Cic.M.Licinio,lib.5.8.15,Has literas velim exiſtimes fœderis habituras eſſe vim.
Impendere vim ſuam in rem aliquam.Quintil.lib.1.cap.11.2.
Incutere vim,Vide **Incutio.**
Infringere magnas vires alicuius.Propert.lib.1.eleg.13.4.
Infringere vim militum,Vide **Infringo.**
Inſtigat & alit vires quies tempeſtiua.Stat.4.Sylu.4.7.
Intendere vim.Tacit.lib.4,Vim præfecturæ modicam ea tenus, intendit.Hoc eſt auget.
Intendere vim verbis,Vide **Intendo.**
Laborare vitio virium.Quintil.lib.2.cap.3.7.
Langueſcit vis.Quintil.lib.4.cap.1.46.
Metiatur,ac diligenter æſtimet vires ſuas actor. Quintil.lib.6.cap.1.34.
Miniſtrare vires alicui.Virgil.11.Æneid.14.
Minuuntur vires amoris.Ouid.5.Metam.75.
Propria vi niti.Virg.2.Georg.86.
Obtuſis ceciderunt viribus artus.Lucret.lib.3.91.
Occupare orbem viribus.Virg.7.Æneid.51.
Superbas vires oſtentare.Stat.6.Thebaid.130.
Vindicibus pacatus viribus orbis.Ouid.epiſt.9.3.
Parare vim,Vide **Paro.**
Indomitas vires poſuere incendia.Virg.5.Æneid.136.
Progredi viribus ſuis ſine adminiculo.Quintil.lib.2.cap.6.4.
Proſterni ſuis viribus.Quintil.lib.2.cap.11.2.
Viribus ac lacertis pugnare. Cic.ad Marcellũ, lib.4.7.5, Non enim iis rebus pugnabamus,quibus valere poteramus,conſilio, authoritate,cauſa,quæ erant in nobis ſuperiora: ſed lacertis & viribus,quibus pares non eramus.
Validis viribus æui quaſſatum eſt corpus.Lucret.lib.3.91.
Recreat vires cibus.Lucret.lib.4.175.
Recuperatis cibo ſomnóque viribus.Tacit.lib.19.
Reparat vires alterna requies.Seneca Hippol.4.18.

Reſoluere vires. Lucret. lib. 4. 193.

Retinere omni vi. Cælius Ciceroni, lib. 8. 16. 10, Hoc à te præſens contendiſſem, atque omni vi te retinuiſſem.

Reuocare vires victu. Virg. 1. Æneid. 44.

Seruare vim ſuam. Quintil. lib. 1. cap. 5. 5.

Solidæ vires ſuo ſtant robore. Virg. 2. Æneid. 118.

Subducere vires alicui. Ouid. 13. Metam. 13.

Ergo aut exilio vires ſubduxit Achiuis, Aut nece.

Suggerere vim occultam. Quintil. lib. 1. cap. 10. 6.

Bonis viribus eſſe, Vide **Bonus.**

Sumunt vires incendia. Horat. 1. epiſt. 19. 16.

Superare viribus aprum. Horat. 1. epiſt. 19. 11.

Suſcitare vim ira. Virg. 5. Æneid. 91.

Suſtinere omnibus viribus. Cic. ad C. Antoniũ, lib. 5. 5. 7, Quæ ego ſi non profundere ac perdere videbor, omnibus meis viribus ſuſtinebo.

Tẽperare vires ſuas. Quintil. lib. 1. cap. 2. 19. Ouid. epiſt. 1. 18.

Torpent infractæ ad prælia vires. Virg. 9. Æneid. 100.

Torquere lacertis & viribus. Cic. 1. de Orat. 132, A quo quum amentatas haſtas acceperit, ipſe eas oratoris lacertis viribuſque torquebit.

Valere viribus. Virg. 5. Æneid. 14.

Vigent vires. Lucret. lib. 5. 214.

Vti viribus per clinos. Horat. 1. epiſt. 13. 1.

Armorum viribus vſus. Ouid. 13. Metam. 143.

Vti orandi viribus. Quintil. lib. 2. cap. 16. 1.

¶ Odora canum vis. Virg. 4. Æneid. 17.

¶ Vis, Violentia. Virg. 1. Æneid. 99, Fit via vi, rumpunt aditus, primóſque trucidant. Plaut. Bacch. 5. 57, -vi coactus reddidit Ducentos & mille philippũm. Terent. Phorm. 1. 4. 38, Vi coactum te eſſe inuitum, lege, iudicio. Idem And. 1. 5. 41, Sed vim vt queas ferre.

Expers conſilii vis. Horat. 3. Carm. ode 4. 13.

Vis & violentia. Cic. Antè quàm iret in exilium, 7, Quum inimicorum noſtrorum vim atque violentiam perſpiciat.

Armatorum vis. Cic. pro Cecinna, 47.

Ingens vis pelagi. Lucan. lib. 3. 13.

Vis maior. Plin. lib. 18. cap. 18. 17, de ſterilitatum cauſis, Ante omnia autẽ duo genera cæleſtis iniuriæ meminiſſe debemus: Vnum quod tẽpeſtates vocamus, in quibus grandines, procellæ, cæteráque ſimilia intelliguntur: quæ quum acciderunt, vis maior appellatur. Hæc ab horrendis ſyderibus exeunt, veluti Arcturo, Orione, Hœdis. Alia ſunt illa, quæ ſilente cælo, ſereniſque noctibus fiunt, nullo ſentiente, niſi quũ facta ſunt. Publica hæc & magnæ differentiæ à prioribus, aliis rubiginem, aliis vredinem, aliis carbunculum appellantibus, omnibus verò ſterilitatem. Ex his verbis apparet vim maiorem eſſe quam Vlpianus, Locati & conducti, L. Ex conducto: tempeſtatem calamitoſam appellat. Colum. lib. 1. cap. 7. 1, Nam vbi ſedulò colitur ager, plerunque cõpendium: nunquã, niſi ſi cæli maior vis, aut prædonis inceſſit, detrimentum affert. Caius, Locati & conducti, L. Si merces. §. 6, Vis maior, quã Græci θεόπεμπτον appellant, non debet conductori damno eſſe, ſi plus quàm tolerabile eſt, læſi fuerint fructus. Cic. pro Plancio, 81, Pollicebar me ſi eſſem in patriam reſtitutus, præſentem tibi gratiam relaturum: ſinautem vitam mihi ſors ademiſſet, aut vis aliqua maior reditum peremiſſet: hos hos, omnia tibi illorum laborum præmia pro me perſoluturos. Budæus.

Vis diuina, Idem. Vlpianus, De damno infecto, L. Fluminum, §. Vitium autem, Servius quoque putat, ſi ex ædibus promiſſoris vento tegulæ deiectæ damnum vicino dederint, ita eum teneri ſi ædificii vitio id acciderit, non ſi violentia ventorum, vel qua alia ratione quæ vim habeat diuinam. Budæus.

Abducere vi aliquem, Vide **Abduco.**

Adacta vis mortis, Vide **Adigo.**

Adhibere vim. Cic. 1. in Catilinam, 14, Hæc ſi tecũ, vt dixi, patria loquatur, nónne impetrare debeat, etiam ſi vim adhibere non poſſit: Vide **Adhibeo.**

Adhibere vim pactioni. Cic. 5. Verr. 19, Cohibitio tollendi, niſi pactus eſſet, vim adhibebat pactioni non voluntatem.

Afferre vim mulieri. Cic. 3. Verr. 41, Quàm multis iſtum ingenuis, quàm multis matribuſfamiliãs in illa tetra atque impura legatione vim attuliſſe exiſtimatis? Vide **Affero.**

Afferre vim ſibi. Tacitus lib. 16, Neque enim multo poſt, vim ſibi attulit.

Agere vi, Vide **Ago.**

Auellere vi, Vide **Auello.**

Auferre per vim, Vide **Aufero.**

Cogere vi & minis, Vide **Cogo.**

Decutere vi, Vide **Decutio.**

Defendere vim, Vide **Defendo.**

Defendere vim vi. Cic. pro Milone, 6, Certè illud eſt nõ modò iuſtum, verum etiam neceſſariũ, quum vi vis illata defenditur.

Denuntiare vim alicui. Cic. pro Murena, 47, Sulpitium accuſatorem ſuum numerabat, non competitorem, ei vim denuntiabat, Reipub. minabatur.

Deponunt vim ſuam æquora. Ouid. 1. Triſt. 31.

Per vim datus. Cic. Attico, lib. 7. 18. 11, Tenuiſti prouinciam per decem annos, non tibi à Senatu, ſed à teipſo per vim & per factionem datos.

Facere vim. Cicero Attico, libro 4. 71. 6, Siquæ vis facta eſſet, Senatum exiſtimaturum eius opera factum eſſe, qui i. e. interceſſiſſet. Tacit. lib. 1, Et reſiſtenti vim facere. Idem lib. 13, Sed neque cõmeatibus vim facere potuit. Liu. libro 2, Ipſum priorem vim omnibus feciſſe. Vide **Facio.**

Facere imperium vi, Id eſt Metu ac malo. Terent. Adel. 1. 1. 41, Qui imperium credat grauius eſſe, aut ſtabilius Vi quod ſit, quàm illud quod amicitia adiungitur. Hic oppoſuit Vi facere imperium, & Amicitia adiungere.

Ferre vim. Ouid. 14. Metam. 80, -regémque reposcunt, Vimque ferunt, ſæuiſque parant inceſſere telis.

Ferre vim alicui. Virg. 10. Æneid. 16, Quid, face, Troianos atra vim ferre Latinis: &c.

Fracta vis & debilitata. Cic. Lẽtulo, lib. 1. 9. 7, Quanquam ille perennis inimicus amicorum ſuorum, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potiſſimum fractam illam & debilitatam vim ſuam contulit, noſtram vicem vltus eſt ipſe ſeſe.

Imponere alicui vim, Vide **Impono.**

Inferre alicui vim. Quintil. lib. 3. cap. 11. 10.

Inferre vim & manus alicui, Vide **Infero.**

Paratus ad vim. Ouid. 11. Metam. 59, Acer erat, bellóq; ferox, ad vimque paratus.

Perferre aliquid vi eadem. Quintil. libro 4. cap. 1. 33, Nec eadem vi perferuntur alieni animi, qua ſui, motus.

Auro vi potitur. Virg. 3. Æneid. 11.

Acrior vis rapit me. Horat. Epod. 7. 3.

Vim vi repellere. Cic. pro Seſtio, 31, Non verebar, nequis aut vim vi repulſam reprehenderet. Vide **Repello.**

Per vim ſtuprare, Vide **Stupro.**

Vim ſuſcipere contra Rempub. Cic. pro Milone, 10, Nulla vis vnquam eſt in libera ciuitate ſuſcepta inter ciues, non contra Rempublicam.

Victus vi. Virg. 11. Æneid. 51.

¶ Vis, Multitudo & copia. Liui, Magna vis ex Sicilia aduecta, Salluſtius, Secunda tempeſtate ex ponto vis piſcium erumpit. Plaut. Amphit. 4. 37, Id vi, & virtute militum, victum atque expugnatũ oppidũ eſt. Cic. pro Lege Manilia, 15, Sic Mithridates fugiens maximã vim auri atque argenti, pulcherrimarúmque rerũ omniũ. Sic in Parad. 61. Vis frumẽti, Cæſ. 3. bel. Ciui. 17. Vis ſeminũ magna, Ci. 1. de Nat. deo. 197. Vis mellis maxima, Cic. 4. Verr. 117. Vis militũ, Cic. ad Atticum, lib. 7. 14. 1. Idem ad Terentiam, lib. 14. 1. 10, Non queo reliqua ſcribere, tanta vis lachrymarum eſt: ne te in eundem fletum adducam. Item 4. Acad. 116, Tantam vim natricum, viperarúmque fecerit.

Magna vis auri & argenti. Cic. 5. Tuſc. 131.

Equorum vis. Cic. 1. de Diuinat. 213.

Lachrymarum infinita vis. Cic. Q. fratri, lib. 1. 3. 4.

Maxima vis ranunculorum. Cic. Trebatio, lib. 7. 18. 8.

Continet mens vim maximam optimarum rerum. Cic. 1. de Legibus, 13, Quid ſit homini tributum natura, quãtam vim rerum optimarum mens humana contineat.

Vis negotii, Maxima & multa negotia. Plautus Pœnulo, 4. 1, Negotii ſibi qui volet vim parare, nauem & mulierem Hæc duo ſibi comparato.

Viſcus /viſci, m. g. & Viſcum, viſci, Glutinũ quod ad aucupium pertinet. Plin. lib. 16. cap. 44. 11, Viſcum conſit ex acinis qui colliguntur meſſium tempore immaturi. Nam ſi acceſſere imbres, amplitudine quidem augentur, viſco verò marceſcunt. Siccantur deinde, & aridi tunduntur, ac cõditi in aqua putreſcunt duodenis ferè diebus. Vnúmque hoc rerum putreſcendo gratiam inuenit. Inde in profluente rurſus malleo tuſi, amiſſis corticibus, interiore carne lenteſcunt. Hoc eſt viſcum pennis auium tactu ligandis: iuglandis oleo ſubactũ, quum libeat inſidias moliri. Plaut. Bacch. 1. 16, Viſcus mens veſtra eſt blanditia. Ibidem, 13. 36, Viſco tactus ſum vehementer. Varro 3. de Re ruſt. cap. 7. 6, Quod intercipere ſoleant accipitres, qui ita accipiũtur, quum ſe obleuerint viſco. Cic. 1. de Nat. deo. 116, Proniſum etiam, vt ſiqua minima beſtiola conaretur irrũpere, in ſordibus aurium, tanquam in viſco inhæreſceret.

Sequaci viſco correpta auis. Valer. 6. Argon. 55.

Viſcum, Frutex qui ex turdorum potiſſimum fæce ſuper arborum quarundam ramis delapſa, & à Sole cum humiditate quadam feruefacta naſcitur. viret autem per totam hyemem. Virg.6.Æneid.41,

Quale ſolet ſyluis brumali frigore viſcum
Fronde virere noua(quod non ſua ſeminat arbos)
Et croceo fœtu teretes circundare ramos. Vide Plinium libro 16.cap.44.

Viſcum,inquit Nonius, poſitum aliquando pro rete,à tenacitate. Varro Parmenone,Lepuſculi timentes hoc quadrangulum,dedunt ſe in rete.ſic fugere viſcum nequiuerunt, lineamque compedem. Teſtatur & Virgilius 1.Georg.28,

Tum laqueis captare feras,& fallere viſco
Inuentum:& magnos canibus circundare ſaltus.De feris enim hîc proculdubio Virgilius loquitur,non de auibus.

Viſcâtus,pen.prod.Adiect.Viſco óblitus.Varro 3.de Re ruſt.cap. 7.6, Quos columbarii interficere ſolent duabus virgis viſcatis defixis in terram,inter ſe curuatis.

Alæ viſcatæ.Ouid.1.de Arte,79, Non auis vtiliter viſcatis eſſugit alis.

Virga viſcata fallere volucres.Ouid.15.Metam.95.

Viſcata munera,& Hamata, pro eodem:hoc eſt Quibus maiora attrahûtur quàm quæ dantur.Plin.epiſt.107,Hos ego viſcatis,hamatiſque muneribus non ſua promere puto, ſed aliena corripere.

Viſcus/ viſceris,pen.corr.n.ge. Non tantùm inteſtina ſignificat, ſed quicquid ſub corio eſt, id eſt carnem quæ eſt inter oſſa & cutem,inquit Seruius.Virgilius 6.Æneidos 51,Et ſolida impoſuit taurorum viſcera flammis. Et lib. 3.225, Viſceribus taurorum,& ſanguine veſcitur atro. Sueton.in Vitellio,cap.13, Vt autem homo non profundæ modò, ſed intempeſtiuæ quoque ac ſordidæ gulæ, ne in ſacrificio quidem vnquam, aut itinere vllo temperauit,quin inter altaria ibidem ſtatim viſcus, & fera penè rapta è foco manderet.

Soliditas viſcerum.Cic.2.de Nat.deor.17, Quin & humorem & calorem qui eſt fuſus in corpore,& terrenam ipſam viſcerum ſoliditatem,&c.

Tetra viſcera.Lucret.lib.6.156.

Diripiûtauidæ viſcera noſtra feræ.Ouid.epi.11.24.Viſcera vocat filium ſuum puella Canace. Sic idem 1.Amor.eleg.14.6, Veſtra quid effoditis ſubiectis viſcera telis? In illas quæ abortinos faciunt.

Venæ viſcerum imbutæ viperino morſu.Cic.2.de Fin.151.

Permanat in venas, & inhæret in viſceribus id malum.Cic. 4.Tuſcul.37.

Liquefacta viſcera,Putrida.Virg.4.Georg.111,

Aſpiciunt liquefacta boum per viſcera toto
Feruere apes vtero. Sic enim Ouidius 15.Metam.75,
-de putri viſcere paſſim
Florilegæ naſcuntur apes.

Nudare viſcera.Virg.1.Æneid.43, Tergora diripiunt coſtis,& viſcera nudant.

Salientia viſcera.Ouid.6.Met.78, -ſalientia viſcera poſſes,
Et pellucentes numerare in pectore fibras.

Soluere viſcera cultro.Senec.Hippol.1.10,
Tu præcipites clamore feras ſubleſſor ages.
Tu iam victor curuo ſolues viſcera cultro.

Tunſa per integrâ ſoluuntur viſcera pellê.Virg.4.Georg.61.

Spumantibus viſceribus,ardens,pro Valde irato & commoto, dixit Iuuenalis Saty.13.2, -exiguámque malorum
Particulam vix ferre potes,ſpumantibus ardens
Viſceribus.ſacrum tibi quod non reddat amicus Depoſitum.

Sumere aliquid ex viſceribus alicuius.Cic.2.de Orat.174.

Torrere viſcera.Virg.5.Æneid.11, -fuſique per herbam
Subiiciunt veribus prunas,& viſcera torrent.

Traiecit viſcera ferro.Ouid.1.Amor.eleg.10.11.

Periculũ incluſum in venis,atque in viſceribus alicuius. Cic. 1.in Catil.23.

¶ Viſcera montis.Virg.3.Æneid.115,
Interdum ſcopulos,auulſaque viſcera montis
Erigit eructans.Vbi Seruius,Viſcera,partes. Sic autem dixit viſcera,quemadmodum terræ oſſa dicuntur.

Terræ viſcera.Ouid.1.Metam.28,-ſed itũ eſt in viſcera terræ,
Quáſque recondiderat,Styguſque admouerat vmbris,
Effodiuntur opes.

Viſceratio,viſcerationis, Crudæ carnis diſtributio quæ fieri ſolebat vel in ſolennitate quadam, vel in funere alicuius excellentis perſonæ. Gellius, Tum in Albano viſceratio Latinis data. Liu.8.ab Vrbe,108,Et populo viſceratio data à M. Hauio in funere matris. Plin.de Viris illuſt.31, Mortuo huic tantum æris

populi liberalitate congeſtum,vt inde filius viſcerationem & epulas publicè daret. Cic.2.Offic.80, Prodigi, qui epulis & viſcerationibus & gladiatorũ muneribus,ludorum venationúmque apparatu pecunias profundunt in eas res.

Viſceratim,pen.prod.Aduerbium, Significat per viſcera. Ennius Andromeda,Diſſipat viſceratim membra.

Viſibilis/**Viſito**/**Viſo**/Vide **Video.**

VISONTIVM, Hiſpaniæ vrbs Ptolemæo lib.2.cap.6. Vulgò *Viſeum*,*Viſco*.

VISVLA,Sarmatiæ in Europa fluuius Pomponio lib.3. Viſtula item dicitur,Iuſtilla,Iuſtula,& Iſtula,vt notat Vadianus.

Viſulæ vites,de quibus ſic Columella li.3.ca.2.12,Viſulæ deinde ab his & minor argitis terræ mediocritate lætantur:nã in pingui nimiis viribus luxuriãt,in macra tenues &vacuæ fructu veniunt.Amiciores iugo,quàm arboribus:ſed argitis etiã in ſublimibus ſertilis vaſtis materiis & vuis exuberat,humillimis tabulatis aptior.Viſula breuem materiam,& latũ foliũ exigit,cuius amplitudine fructus ſuos optimè aduerſus grandinem tuetur: qui tamen niſi primo quoque tempore maturi legãtur,ad terram decidunt:humoribus etiã prius quàm defluãt, putreſcunt.

Viſum/viſi,Vide **Video.**

VISVRGIS,Germaniæ fluuius eſt,vt ſcribit Pomponius Mela li.3.

Viſus/Vide **Video.**

Vita/vitæ,Notæ ſignificationis.Cic.2.Philip.56,Neque verò eram tam indoctus,ignarúſque rerum,vt frangerer animo propter vitæ cupiditatem,quæ me manens conficeret angoribus, dimiſſa moleſtiis omnibus liberaſſet. Lucret.lib.3.198,Vitáque mancipio nulli datur,omnibus vſu.

Abſurdum atque alienum à vita,Vide **Abſurdus.**

Blandimenta vitæ.Tacit.lib.18.

Color vitæ,Vide **Color.**

Exiguum curriculum vitæ. Cic.pro.Rab.perduel.reo,23,Etenim Quirites exiguum nobis vitæ curriculum natura circunſcripſit,immenſum gloriæ.

Debito vitæ liberari. Curtius libro 10, Dimiſſóque vulgo,velut omni vitæ debito liberatus,fatigata membra reiecit. De Alexandro moriente.

Delinimẽta vitæ.Tacit.lib.15,Vitæ,inquit,delinimenta non ſtraueram tibi.De Seneca ad vxorem.

Dux vitæ dia voluptas.Lucret.lib.2.35.

Exemplar vitæ morũmque.Horat.de Arte,64.

Exſpes vitæ.Tacitus lib.5, Mox vbi exſpes vitæ fuit,meditatas compoſitáſque diras imprecabatur.

Integer vitæ ſceleriſque purus.Horat.1.Carm.ode 22.1.

Integritas vitæ anteactæ.Quintil.lib.7.cap.3.27.

Labes vitæ.Ouid.epiſt.9.2,Lætáqi ſit vitæ labe nouerca tuæ.

Manifeſtus vitæ.Tacit.lib.11,Interim Zenobiam (id mulieri nomen) placida illuuie,ſpirantem ac vitæ manifeſtam aduertêre paſtores.

Plenus vitæ.Lucr.li.3.191,Cur nõ vt plen'vitæ cõuiua recedis?

Securus vitæ.Stat.3.Thebaid.159.

Series atra tuæ vitæ.Ouid.in Ibin,13.

Solatia dulcia vitæ.Lucret.lib.5.5.

Spatium vitæ.Quintil.lib.2.cap.8.9.

Spes vitæ.Tacitus lib.11.

Summa breuis vitæ.Horat.1.Carm.ode 4.3.

Tædia vitæ.Ouid.10.Metam.96.

¶ Acerba vita,Vide **Acerbus.** Actuoſa,Vide **Ago.**

Amara.Cic.1.de Finib.69, Intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſſident atque diſcordant, ex quo vitã amariſſimam neceſſe eſt effici.

Arida,Vide **Aridus.** Baſilica,Vide **Baſilicus.**

Attenta,Vide **Attendo.** Beata,Vide **Beatus.**

Breuis eſt vita,curſus gloriæ ſempiternus.Cic.pro Seſtio,38.

Cæca vitæ lubrica.Stat.2.Sylu.2.45.

Cælebs,Vide **Cælebs.** Chara.Ouid.10.Metam.111.

Conſtans & probata. Cic.in Topicis,41, Quos doctrina præditos vident,quorúmque vitam conſtantem & probatã,vt Catónis,Lælii,Scipionis.

Crudelis.Virgilius 8.Æneid.116.

Deformis vita,Inhoneſta.Stat.10.Thebaid.66.

Deſidis otia vitæ.Stat.3.Sylu.5.17.

Dubia.Columella lib.1.cap.3.2.

Dulcis ſtabiliſque.Lucretius lib.3.14.

Fœdiſſima ac miſerrima.Cic.pro Sylla,56.

Fortunata.Horatius 1.epiſt.11.3.

Honeſta.Cic.pro Roſcio Amerino,18, Vita ruſtica honeſtiſſima atque ſuauiſſima.

Illuſtris.Quintil.li.3.ca.8.31. Infeſta alicui,Vide **Infeſtus.**

Inculta & horrida,Vide **Incolo.** Iniuriosa, Vide **Iniuria.**

Innoxia, Vide Innoxius. Iucunda. Horat. Epod. 1. 1.
Inusa, Vide Inusus. Licentior, Vide Licet.
Longa. Cic. 1. de Orat. 113, Docuit enim iam nos longa vita, vsúsque rerum maximarum, &c.
Longa vita dignissimus. Ouid. 4. Metam. 11.
Gnate mihi longa iucundior vnice vita. Catul. Argon. 59. 43.
Longinqua, Vide Longus. Malefica. Tacit. lib. 4.
Maritima, Vide Mare.
Mea vita, Blandientis vox. Cic. Terentiæ, lib. 14. 1. 7, Obsecro te mea vita, quod ad sumptum attinet, sine alios qui possunt, si modò volunt, sustinere.
Menstrua, Vide Mensis.
Miseræ vitæ brevissima portio. Iuuenal. saty. 9. 13.
Mœsta. Virg. 10. Æneid. 164. Mortalis. Virg. 4. Georg. 65.
Nitidior, Vide Niteo.
Pigræ vitæ obliuio. Stat. 1. Sylu. 4. 11.
Precaria vita. Tacitus lib. 10, Redituram in animos formidinem, fugam, famémque ac toties captis precariam vitam.
Rapida, Citò præteriens. Persius sat. 5. 10.
Rudis. Stat. 1. Achill. 80. Rustica. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18.
Sanctissimè & honestissimè acta vita. Cic. 9. Philip. 167.
Similis feris. Ouid. 2. Fast. 59.
Seuera. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 4.
Solitaria. Quintil. lib. 1. cap. 2. 14.
Solicitæ iucunda oblivia vitæ. Horat. 2. Serm. sat. 6. 13.
Turpis vita. Cic. pro Quintio, 18, Mors honesta sæpe vitam quoque turpem exornat, vita turpis ne morti quidem honestæ locum relinquit.
Turpis & nocens vita, Vide Nocco.
Vitalis vita, Antiqua locutio: hoc est Vitam viuens, vel vita superstes. Cic. de Amicitia, 10, Principio cui potest esse vita vitalis, vt ait Ennius, qui nō in amici mutua benevolétia cōquiescat?
Vitiosa & flagitiosa. Cic. 2. de Fin. 149, At miser, si in vitiosa & flagitiosa vita affluëret voluptatibus.
Vmbratilis vita. Quintil. lib. 1. cap. 2. 14.
Vmbratilis & delicata. Cic. 2. Tusc. 48, Sic ad malam domesticam disciplinam vitámque vmbratilem & delicatam quum accesserunt etiam poetæ, nemos omnis virtutis elidunt.
Vrbana vita. Quintil. lib. 1. cap. 4. 18.
Vrbana vita clemens, Vide Clemens.
Abire è vita, Vide Abeo.
Abrumpere vitam. Virg. 8. Æneid. 116.
Accipere vitam, Vide Accipio.
Addicere vitam, Vide Addico.
Addicta præmiis vita alicuius, Vide Addico.
Adducere ad vitam communem, Vide Adduco.
Adimere vitam. Cic. pro Plācio, 81, Sin autē vitam sors mihi ademisset. Vide Adimo.
Afferre vitam, Vide Affero.
Agere, vel agitare vitam, Vide Ago.
Agere vitam sub dio, & trepidis in rebus. Hora. 3. Car. ode. 1. 1.
Agere vitam puriter. Catul. de Lesbia, 71. 4.
Amittere vitam. Author ad Herenn. lib. 4. 121, Amisit vitā, at nō perdidit: &c. amisit animā, potiē est gloria. Vide Amitto.
Per summū dedecus vitā amittere. Cic. pro Roscio Amer. 18.
Amittere vitam in vndis. Horat. 1. Serm. sat. 1. 11.
Assignare vitam hominum rebus. Quintil. lib. 5. cap. 13. 18.
Lumina vitæ attingere, Nasci. Virg. 6. Æneid. 166.
Auferre vitam, Vide Aufero.
Relliquias vitæ aufert ex membris. Lucret. lib. 6. 166.
Carere vita. Cic. pro Rabirio perduel. reo, 21, Quid iam ista C. Mario, inquit, nocere possunt, quoniam sensu & vita caret?
Cedere vita, & è vita, Vide Cedo.
Cernitur vita beata honestate, Vide Cerno.
Collocare se in vita meretricia, Vide Colloco.
Colere vitam, Vide Colo.
Committere vitam ventis, Dicuntur nauigātes. Virgilius 10. Æneid. 14.
Commorari in tam turpi vita. Cic. Q. fratri, lib. 1. 3. 10.
Commutare vitam cum morte, Vide Commuto.
Comprobare vita & moribus, Vide Comprobo.
Concedere vitam, Vide Concedo.
Concessit vita per auras ad Manes. Virg. 10. Æneid. 161.
Conferta vita voluptatum varietate, Vide Confercio.
Continetur vita corpore & spiritu. Cic. pro Marcello, 16.
Conterere vitam in quærendo, Vide Contero.
Spatium vitæ decurrere. Ouid. 3. Trist. eleg. 4. 7.
Lumen vitæ decursum. Lucret. libro 3. 121, Ipse Epicurus obiit decurso lumine vitæ.
Defuncta corpora vitā, Mortua. Virg. 4. Georg. 95.
Iucunda. Horat. Epod. 1. 1.
Licentior, Vide Licet.
Degere vitam expertem thalami. Virg. 4. Æneid. 110.
Depactus vitæ terminus. Lucret. lib. 1. 117.
Deserere vitam. Cic. de Senect. 66. Vide Desero.
Deseruit vita miserum. Ouid. epist. 18. 41.
Dirigere vitam ad normam, Vide Norma.
Discedere è vita. Cic. Curioni, lib. 2. 2. 1, Qui cū suis laudibus, tum verò te filio superasset omnium fortunam, si ei cōtigisset, vt te antè videret, quàm è vita discederet. Vide Discedo.
Dispergere vitam in auras. Virg. 6. Æneid. 114.
Dare vitam. Cic. Antè quàm iret in exilium, 4, Neq; enim peto vt mihi detis vitam, sed datam repeto, vt reddatis. Idem 1. Tusc. 149, Nam (vt eor) nullis, si vita longior daretur, posset esse iucundior. Et 1. Philipp. 31, Quod est aliud beneficium latronum, nisi vt commemorare possint, his se vitam dedisse quibus non ademerint?
Æternam vitam dare. Virg. 11. Æneid. 176.
Dare vitam alicui, Concedere vitā, non occidere. Virg. 2. Æneid. 19, His lachrymis vitam damus, & miserescimus vltro.
Placidam ac pacatam degere vitam. Lucret. lib. 5. 131.
Ducere vitam, Viuere. Virg. 2. Æneid. 119,
Me si cælicolæ voluissent ducere vitam,
Hanc mihi seruassent sedem.
Ducere vitam longius. Ouid. 11. Metam. 141.
Ducere vitam per omnia extrema. Virg. 3. Æneid. 63.
Dulcem vitam ducere. Lucret. lib. 2. 199.
Ingrata misero ducenda est vita. Horat. Epod. 17. 14.
Edere vitam, Mori, expirare. Lucret. lib. 6. 153.
Effluit vita cum sanguine, Vide Effluo.
Extulit vitam ictus sagittis, Mortuus est. Sene. Herc. Œt. 11. 11.
Effundere vitam alicui, Ouid. epist. 7. 36.
Eripere vitam homini. Senec. Theb. 1. 30.
Eripere vitam alicui per crimina. Ouid. 2. Fast. 161.
Excolere vitam per artes. Virg. 6. Æneid. 133.
Exhalare vitam sub acerbo vulnere. Ouid. 5. Metam. 13.
Exigere vitam, pro Traducere. Terent. Heaut. 2. 3. 39, Quo studio vitam suam, te absente exegerit.
Expellere aliquē vita, Id est occidere. Cic. pro Murena, 33, Tamē nō antè quàm illū vita expulit, bellum confectum iudicarit.
Expetere vitam. Cic. 1. de Legibus, 46, Vita expetitur, quia nos in quo nati sumus continet.
Fructibus vitæ nunquam explemur. Lucret. lib. 3. 105.
Extorquere vitam membris. Lucret. lib. 6. 146, Extorquebat enim vitam vis morbida membris.
Facere finem vitæ. Lucret. lib. 3. 191.
Incommoda vitæ ferre. Iuuenalis Saty. 13. 3.
Fessus vita. Plin. lib. 5. cap. 17. 1.
Finire vitam. Tacit. lib. 1, Vitam finiuisset.
Finire vitam ense. Ouid. 3. Trist. eleg. 17. 11.
Frui vita. Cic. 4. in Catilinam, 79, Eos frui vita, & hoc cōmuni spiritu putat non oportere. Vide Fruor.
Fudit vitam cum multo sanguine. Virg. 2. Æneid. 107.
Sensus gubernant vitam. Lucret. lib. 3. 111.
Gubernare vitam vera ratione. Lucret. lib. 5. 216.
Gustare amorem vitæ. Lucret. lib. 5. 36,
Qui nunquam verò vitæ gustauit amorem,
Nec fuit in numero, quid obest non esse creatum?
Habere vitā ab aliquo. Cic. 2. Philip. 71, Sed fac te dedisse mihi quod nō ademisti: méq; à te habere vitā, qa à te nō sit erepta.
Iacebat vita in tenebris ac mœrore. Lucret. lib. 5. 36.
Impendere vitam famæ. Stat. 5. Sylu. 1. 13.
Impendere vitam patriæ. Lucan. lib. 2. 77.
Implere finem vitæ. Tacitus lib. 1, Finem vitæ sponte an fato impleuit.
Incolere vitam, Vide Incolo.
Limen vitæ inire. Lucret. libro 3. 139, Tunc quom gignimur, & vitæ quom limen inimus.
Ingredi in vitam, Vide Ingredior.
Instituere vitam sapienter, Vide Instituo.
Interficere aliquem vita, Vide Interficio.
Interminari alicui vitam, Vide Interminor.
Introire in vitam, Vide Introeo.
Iterare vitam à morte, Vide Iter.
Labefactare vitas hominum, Vide Labeo.
Lacerare reliquias vitæ alicuius, atq; distrahere, Vide Lacer.
Largiri vitam, Vide Largior.
Lugere vitam hominum, Vide Lugeo.
Mandare vitam fugæ solitudinique, Vide Mando.
Manere in vita, Vide Maneo.
Manet vita. Virg. 5. Æneid. 145, Nate, mihi vita quondam, dum vita manebat, Chare magis.

Mentiri ſibi vitam, Vide Mentior.
Metuo de vita, Vide Metuo.
Migrare de vel ex vita, Vide Migro.
Vita vitæ monſtrata eſt per carmina. Horat. de Arte, 81.
Moratur vita in membris. Lucret. lib. 3. 15.
Nuncupata vita, Vide Nuncupo.
Obiectare vitam procellis. Claud. 3. de raptu Proſ. 73.
Paciſci vitam pro laude. Virg. 5. Æneid. 46.
Paciſci vitam ab hoſte, Vide Paciſco.
Palantis vitæ viam quærere. Lucret. lib. 2. 2.
Palleſcere ſolitaria & velut vmbratili vita. Quintilianus lib. 1. cap. 1.
14, Aſſueſcat iam à tenero nõ reformidare homines, neque illa ſolitaria, & velut vmbratili vita palleſcere.
Parcere vitæ, Vide Parco.
Tranquillæ vitæ ſemita per virtutem patet. Iuue. Sat. 10. 37.
Pati à vita, Vide Patior.
Penetrare alicuius vitam ac famam. Tacit. lib. 10, Suffragia & exiſtimationem Senatus reperta, vt vniuſcuiuſque vitam famámque penetrarent.
Perdere vitam, Vide Perdo.
Perducere vitam, Vide Perduco.
Diſcrimine vitæ coniugium petere. Ouid. 10. Metam. 112.
Ponere ſibi finem vitæ. Tacit. lib. 5. Senec. Agamem. 7. 4.
Priuare vita aliquem. Lucret. lib. 5. 200.
Prodere vitam, Vide Prodo.
Producere vitam, Vide Produco.
Neque erat quo vitam produceremus. Author ad Herennium, lib. 4. 183.
Producere ſpem vitæ. Tacit. libro 11, Eo vſque ſpem vitæ produxerat.
Profundere vitam pro re aliqua. Cic. Lentulo, lib. 1. 4. 7, Quid enim aut me oſtentem, qui ſi vitam pro dignitate tua profundam, nullam partem videar tuorum meritorum aſſecutus? Vide Profundo.
Prolatare vitam. Tacit. lib. 11, Interim Meſſalina Luculliani in hortis prolatare vitam.
Propagare vitam, Vide Propago/propaginis.
Propoſita vita telis, Vide Propono.
Relinquere vitam. Tacit. libro 4, Relinquendæ vitæ certus.
Virg. 3. Georg. 109,
Ipſis eſt aer anibus non æquus: & illæ
Præcipites alta vitam ſub nube relinquunt.
Reliquit eum vita. Lucret. lib. 5. 13.
Relinquit vita artus. Ouid. in Ibin, 68.
Retinere vitam, Vide Retineo.
Rumpere vitam. Silius lib. 7. 7.
Serenare vitam. Lucret. lib. 2. 118,
Nam prò ſancta deũm tranquilla pectora pace,
Quæ placidum degunt æuum, vitámque ſerenant. Alii legunt ſerenam, vt ſit adiectiuum.
Breuis vitæ ſpatium ſortitus. Ouid. 3. Metam. 15.
Spoliare vita aliquem. Virg. 6. Æneid. 34.
Sic vita eſt hominum. Cic. pro Sext. Roſcio, 51, Sic vita eſt hominum, vt ad maleficium nemo conetur ſine ſpe.
Liberioris vitæ iter ſumere. Ouid. 3. Faſt. 156.
Tenere vitam, & Vita tenetur, Vide Teneo.
Tolerare vitam ſimplici victu & agreſtibus pomis profluentéque aqua. Tacit. lib. 15. De Seneca.
Tractare vitam, Viuere. Lucret. libro 5. 187, Volgiuago vitam tractabant more ferarum.
Traducere vitam. Brutus Ciceroni, in epiſt. ad eundem, 16. 17, Quib' enim poti' hæc vita factis traducatur. Vide Traduco
Trahere vitam in luctu. Virg. 1. Æneid. 19.
Trahere vitam in ſyluis. Virg. 3. Æneid. 119.
Trahere vitam in tenebris. Virg. 1. Æneid. 19.
Tueri vitam famámque. Horat. 1. Serm. ſat. 4. 14.
Humanam vitam turbare ab imo. Lucret. lib. 3. 8.
Viuere vitam. Cic. 4. Ver. 81, Proponerémque ſpem meis hoſpitibus ac neceſſariis, quo tutiorem vitam ſeſe meo præſidio victuros eſſe arbitrarentur. Idem pro Cluentio, 136, Illa quam tum viuebas, non erat vita. Terent. Adelph. 5. 4. 5,
Nam ego vitam duram quam vixi vſque adhuc
Propè iam excurſo ſpatio, mitto.
Viuere vita. Plaut. Perſa, 1. 26, -faciam vt memineris mei,
Dum vita viuat.
¶ In vita mea. Cic. Attico, lib. 5. 10. 8. 9, Ego in vita mea nulla vnquã voluptate tãta ſũ affectus, quãta afficior hac integritate.
Ingerrimè vitam agere. Cic. in Saluſt. 2, Velim mihi reſpõdeat, núquid hi, quos protulit Scipiones, & Metellos vel Fabios,

antè fuerint, aut opinionis, aut gloriæ, quàm eos res ſuæ geſtæ, & vita innocentiſſimè acta commendauit?
Ab ineunte vita, Vide Ineo/ inis.
¶ Vita, Vitæ longitudo. Virg. 4. Georg. 51,
Si verò (quoniam caſus apibus quoque noſtros
Vita tulit) triſti languebunt corpora morbo.
¶ Vitæ, in plurali, pro Moribus. Terent. Adel. 3. 3. 61, -denique
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, vitas omnium
Iubeo: atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
¶ Tenues ſine corpore vitæ, Animæ. Virgil. 6. Æneid. 59. Idem 4. Geor. 45, Quenque ſibi tenues naſcentẽ arceſcere vitas.
Vitâlis, & hoc vitâle, pen. prod. Quod vitam præſtat, aut quod habet vitam.
Vitale, cui opponitur Mortiferum. Liu. 6. ab Vrbe, 171, Vi ſiquis ei, quem vrgeat fames, venenũ ponat cum cibo: & aut abſtinere eo quod vitale ſit, iubeat: aut mortiferũ vitali admiſceat.
¶ Ænum vitale. Plaut. Pœnulo, 18. 15,
-Iuppiter qui genus colis, aliſque hominum, per quem viuimus
Vitale æuum.
Aura vitalis. Virg. 1. Æneid. 79, -auras
Vitales carpis. Id eſt aerem quo viuimus.
Auxilium vitale, Quod ad vitam ſuſtinendam pertinet. Lucretius lib. 5. 45,
Tum porrò puer, vt ſæuis proiectus ab vndis
Nauita, nudus humi iacet, infans, indigus omni
Vitali auxilio.
Calor vitalis. Curtius lib. 3, Pallor deinde ſuffuſus eſt, & totum propemodũ corpus vitalis calor reliquit. Idẽ li. 8, Nec fallebat ipſos morti locũ eligere, quũ immobilis vitalis calor linqueret.
Salutaris & vitalis calor. Cic. 1. de Nat. deor. 41.
Fœtus vitalis, Vide Fœtus.
Halitus vitalis. Plin. lib. 9. cap. 57. 1, In aquas quidem penetrare vitalem hunc halitum quis miretur?
Vitalis homo haud vnquam eſt ante ſeptimũ menſem. Plin. lib. 7. cap. 5. 1.
Lumina vitalia. Cic. 1. de Diuin. 34, Luce ſerenanti vitalia lumina liquit. Ex poeta.
Motus vitalis. Plin. lib. 9. cap. 57. 3. Lucret. lib. 2. 144.
Partus vitales edere. Plin. lib. 7. cap. 15. 4.
Ros vitalis. Cic. 1. de Diuinat. 38,
-quæ paruos Mauortis ſemine natos.
Vberibus grauidis vitali rore rigabat.
Sanguis vitalis, In quo vita continetur. Plin. lib. 11. cap. 37. 53. Ex hoc fonte duæ grandes venæ in priora & terga diſcurrunt, ſparſáque ramorum ſerie, per alias minores omnibus membris vitalem ſanguinem rigant.
Seculum vitale, In quo viuitur. Lucretius lib. 1. 41, Multáque viuendo vitalia vincere ſecla.
Senſum vitalem reddere. Lucretius lib. 2. 178.
Venæ vitales. Lucret. lib. 2. 113.
Viæ vitales. Ouid. 2. Metam. 166,
Sic lethalis hyems paulatim in pectora venit:
Vitaléſque vias, & reſpiramina clauſit.
Vincula vitalia. Valer. 4. Argon. 61, -vitalia donec
Vincula, qua primo ceruix committitur artu,
Soluit dextra grauis.
Caloris natura vim habet in ſe vitalem. Cic. 1. de Nat. deo. 36.
Vitalis vita, Vide ſuprà in Vita.
¶ Vitalia capitis, Cerebrũ. Plin. lib. 8. cap. 7. 3, Pilum ſub oculo adactum, in vitalia capitis venerat. Vitalia (inquit Budæus) dicuntur, cor, iecur, pulmo, cerebrũ: in quibus quamor, vitæ ſumma conſiſtit. Lucan. lib. 1. 124, -pulmonis anheli
Fibra latet, paruúſque ſecat vitalia limes.
Nuda vitalia. Luca. li. 6. 39, -nec quicquã nudis vitalib' obſtat
Iam, præter ſtantes in ſummis oſſibus haſtas.
Ferire ac tueri vitalia. Quintil. lib. 5. cap. 11. 17.
Fiſſum familiare & vitale. Cic. 1. de Diuinat. 47.
Artus vacui vitalibus. Lucan. lib. 3. 119.
Vitâlitas, pen. corr. vitalitâtis, pro Vita, & vitali motu. Plin. lib. 11. cap. 37. 53, Cæteris corruptis, vitalitas in corde durat. Ibidem, cap. 45. 3, Hæc ſupplices attingunt, ad hæc manus tendunt, hæc vt aras adorant, fortaſſe quia ineſt iis vitalitas.
Vitâliter, pen. corr. Aduerbium. Lucret. lib. 5. 30,
Haud igitur conſtant diuino prædita ſenſu:
Quandoquidem nequeunt vitaliter eſſe animata.
Vitellus/ huius vitelli, maſc. g. A vita dictus eſt, Pars oui rubra, quòd ex eo viuat pullus. Horat. 2. Serm. ſaty. 4. 11, Quatenus ima petet volucris aliena vitellus. Martialis lib. 13. 40,
Candida ſi croceos circunfluit vnda vitellos,
Heſperius ſcombri temperet oua liquor. Cic. 1. de Diuin. 199,

Tum ille, Nihilne, inquit, de vitello? Id enim ex quo videbatur aurum declarasse, reliquum argentum.

Mas vitellus. Horat. 1. Serm. sat. 4. 3.

Longa quibus facies ouis erit, illa memento,
Vt fucet melioris, & vt magis alba rotundis
Ponere: nanque marem colubent calloſa vitellum.

Vitellinus, Adiectiuum. Cic. Præto, lib. 9. 10. 3, Integram famem ad ouum affero: itaque vſque ad aſſum vitellinum opera perducitur. Quidam à vitello adiectiuum deductum eſſe volunt, alii à vitulo: vt ſit genus edulii quo veteres menſas claudebant. nã ab ouis eas incipere certum eſt. Vetus exemplar habet vitulinũ. vt ſit adiectiuum à vitulo ductum.

Vitex/ viticis, pen. corr. f. g. Fruticis genus, Græci agnon vocãt, hoc eſt caſtum: quod, inquit Galenus, caſtitatem conſeruet iis quibus aut eſtur, aut bibitur, aut ſubſternitur: vulgus herbariorum *agnon caſtum* appellat, vtraque voce idem ſignificãte. Plin. lib. 24. cap. 9. 3, Non multum à ſalice vitilium vſu diſtat vitex, foliorum quoque aſpectu, niſi odore gratior eſſet. Et paulo pòſt, Duo genera eius, Maior in arborem ſalicis modo aſſurgit: minor, ramoſa, foliis candidioribus lanuginoſis. Prima album florem mittit cum purpureo, quæ & candida vocatur: Nigra, quæ tantùm purpureum. Idem lib. 31. cap. 3. 3, Vel triti ad craſſitudinem mellis cum ſemine viticis. Et lib. 30. cap. 9. 6, Stellionis caput cum viticis pari modo tritum ex oleo.

Vitiarium/Viticula/ Vide **Vitis.**

Vitilitigator/ pen. prod. vitilitigatôris, m. g. Vitioſus litigator, eſt obtrectator & calumniator. Iſi enim vitilitigatores ſũt, quũ hoc ſola prauitate cõtentionem quærunt. Plin. in Prologo Nat. hiſtoriæ, 13, Ergo ſecuri etiam contra vitilitigatores, quos Cato eleganter ex vitiis & litigatoribus compoſuit.

Vitilitigo, vitilitigas, pen. cor. vitilitigare, Criminari, dãnare. Plin. in Prologo Naturalis hiſtoriæ, 11, Scio ego quæ ſcripta ſunt, hæc ſi palàm proferantur, multos fore qui vitilitigent.

Vitiligo/ pen. pro. vitiliginis, f. g. Diuerſi coloris maculæ per omnia mẽbra diſperſæ. Celſus in fine lib. 5, Vitiligo, quãuis per ſe nullũ periculũ afferat, tamẽ fœda eſt: & ex malo corporis habitu fit. Eius tres ſpecies ſunt. Alphos vocatur, vbi color albus eſt, ferè ſubaſper, & nõ cõtinuus, vt quædã quaſi guttæ diſperſæ eſſe videantur. Melas, colore ab hoc differt, quia niger eſt, & vmbræ ſimilis: cætera eadem ſunt. Leuce habet quiddam ſimile alpho, ſed magis albida eſt, & altius deſcendit, in eáque albi pili ſunt, & lanugini ſimiles. Omnia hæc ſerpunt, ſed in aliis celerius, in aliis tardius. Hactenus Celſus. Feſtus, Vitiligo in corpore hominis macula alba, quam Græci alphon vocãt, à quo nos album, ſiue à vitio dicta, etiam ſi non lædit. Siue à vitulo, propter eius membranæ candorem, qua naſcitur inuolutus. Lucilius, Hæc odioſa mihi vitiligo eſt, num dolet inquit? Plin. lib. 20. cap. 15. 5, Radix eius vitiligines albas tollit, ſi trita in Sole fricentur.

Vitilis/ & hoc vitile, pen. corr. Quicquid ſic lentum eſt vt commodè flecti poſſit, inquit Budæus. A vinciẽdo dictum, vt Vitex, vitis, vimen, viticula. Plin. lib. 19. cap. 5. 7, Cucurbita omni modo faſtigiatur, vaginis maximè vitilibus. Idem lib. 14. cap. 9. 3, Nõ multum à ſalice vitilium vſu diſtat vitex. Et libro 4. cap. 16. 4, Ad eam Britannos vitilibus nauigiis corio circunſutis nauigare. Cato cap. 11. 2, Infundibula duo, cola vitilia tria.

Vitioſus/ Vide **Vitium.**

Vitis/ huius vitis, fœ. g. Notæ ſignificationis. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 31. 2, Poſterior quo ea vitis immittitur ad vuas pariendas, dicta primò videtur à pariendo parilema. Cic. 4. de Fin. 63, Vt ſi cultura vitium, cuius hoc munus eſt vt efficiat vt vitis cum partibus ſuis quàm optimè ſe habeat.

Propagatio vitium. Cic. de Senect. 49, Cuius quidem non vilitas me ſolùm, ſed etiam cultura, & ipſa natura delectat, &c. religatio, propagatio vitium ſarmentorumque, &c.

Arborum putatio ac vitium. Cic. 1. de Orat. 119.

Putator vitis. Ouid. 14. Metam. 130, Falce data frondator erat, vitiſque putator.

Almæ vites. Virg. 2. Georg. 47.

Arbuſtiua vitis, Vide **Arbuſtum.**

Cicatricoſa, Vide **Cicatrix.** Incrmicula, Vide **Inermis.**

Fœcunda. Iuuenal. Sat. 19. 6. Inſana, Vide **Inſanus.**

Lanatæ vites, Vide **Lana.**

Læta vitis. Virg. 3. ecl. 8. Idẽ 9. eclg 8, -candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt vmbracula vites.

Luxurioſa, Vide **Luxus.** Moroſa, Vide **Mos.**

Macrior, Vide **Macer.** Nequam, Vide **Nequam.**

Miſcellæ, Vide **Miſceo.** Nodoſa. Iuuenal. Sat. 8. 25.

Obliqua vitis. Colum. lib. 4. cap. 4. 2. Vide **Orbis.**

Obnoxia vitis procellis, Vide **Obnoxius.**

Ordinaria, Vide Ordinarius in **Ordo.**

Palmea, Vide **Palmes.** Percxilis, Vide **Percxilis.**

Pampineæ. Ouid. 10. Met. 20. Pergulana, Vide **Pergulanæ.**

Prænalidæ vites. Virg. 2. Georg. 58.

Purpureis de vitibus collectæ vuæ. Ouid. 8. Metam. 136.

Semiputata. Virg. 2. ecl. 14. Vidua. Catul. in car. Nupt. 57. 10.

¶ Adaperire vites, Vide **Adaperio.**

Adiugare vitem, Vide **Adiugo.**

Vlmis adiungere vites. Virg. 1. Georg. 1.

Æmulatur vitem vlmus, Vide **Æmulor.**

Grauidæ munera vitis amant. Ouid. 3. Faſt. 154.

Amicta vitibus vlmus. Horat. 1. epiſt. 17. 1.

Applicitæ vites arboribus. Quintil. libro 1. cap. 2. 18, Vt vites arboribus applicitæ inferiores prius apprehendendo ramos, in cacumina euadunt.

Attondêre vitem dente Saturni. Virg. 1. Georg. 81.

Carbunculant vites, Vide **Carbo.**

Caſtrare vites, Vide **Caſtro.**

Colere vitem, Vide **Colo.**

Committere vitem ſulco. Virg. 2. Georg. 58.

Compeſcere vitem, Vide **Compeſco.**

Componere vitem in brachia, Vide **Compono.**

Concredere vites ſôlo calido, Vide **Concredo.**

Grando contundit vites. Horat. 1. epiſt. 8. 1.

Diſponere vites certo ſydere. Claud. 1. in Eutropium, 40.

Vitis educat vuam. Catul. in Carm. nuptial. 57. 10.

Enodare vitem. Cato de Re ruſt. cap. 34.

Fluentes vites multo Baccho. Virg. 2. Georg. 38.

Immittere vitẽ ad vuas pariẽdas. Var. de Re ruſt. li. 1. ca. 31. 2.

Nouellas vites incidere. Virg. 3. eclog. 3.

Inſerere vitem, Vide **Inſero.**

Inſtituere vitem, Vide **Inſtituo.**

Lætis intexere vitibus vlmos. Virg. 2. Georg. 45.

Nodare vitem. Cato de Re ruſt. cap. 33.

Ponere vites. Virg. 1. Georg. 57.

Vitis ſerpens multiplici lapſu & erratico. Cic. de Senect. 48.

Sociata palmite vitis. Stat. 5. Syl. 1. 10.

Vinctæ vites. Virg. 2. Georg. 84.

¶ Vitis, Geſtamen centurionis, non carnificis, aut lictoris: honorificentior enim pœna quæ à centurione, quàm quæ à lictore eſſet illata. Iuuenalis Saty. 8. 25,

Nodoſam poſthæc frangebat vertice vitem,
Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.

Viticula, viticulæ, pen. corr. Diminutiuum. Cic. 3. de Nat. deo. 114, At enim minora dii negligunt, neque agellos ſingulorum, nec viticulas perſequuntur. Sic Plinius lib 1. epiſtola vltima.

Viticulum, viticuli, pen. corr. Capreolus vitis, flagellum & clauiculus, vt ſunt flagella etiam cucurbitarum & ſimilium. Plin. lib. 14. cap. 11. 11, Frutex eſt, folio ederæ, molliore tamen, & minus longis viticulis. Idem lib. 27. cap. 7. 1, Ampelos agria vocatur herba, foliis duris cineracei coloris, viticulis longis.

Vitiarium, vitiarii, Vitium ſeminarium. Colum. lib. 3. ca. 5. 1, Vitiarium neque ieiuna terra, neque vliginoſa faciẽdum eſt: ſuccoſa tamen & mediocri, potius quàm pingui. Ibidem, cap. 4. 1, Cui vineta facere cordi eſt, præcipuè caueat ne alienæ potius curæ, quàm ſuæ credere velit: néve mercetur viuiradicem, ſed genus ſurculi probatiſſimũ domi conſeret, faciátque vitiarium, ex quo poſſit agrum vineis veſtire. Idem lib. 11. cap. 2. 14, Quinetiam vitiaria diligenter facienda, malleoliſque quàm recẽtiſſimis curioſiſſimè pangenda. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 31. 2, Ideo in vitiario primitus quum exit vitis, tota reſecari ſolet, vt firmiore ſarmento è terra exeat, atque in pariendis colibus, vires habeat maiores. Cato cap. 40. 1, Sulcos & ſcrobes fieri ſeminariis, vitiariis locum verti, vites propagari.

Viteus, Adiectiuum. vt Pocula vitea. Virg. 3. Georg. 76,
-& pocula læti
Fermento atque acidis imitantur vitea ſorbis.

Vitigineus, Adiectiuum, Quod eſt ex vite. Colum. lib. 12. cap. 16. 3, Alii foliis vitigineis, nonnulli plataninis ſemiuietas vuas contegunt. Cato ca. 41. 2, Eò duos ſurculos vitigineos, quod genus eſſe voles inſertos, obliquos arcito ad medullam. Plin. lib. 30. cap. 6. 7, Sanguinem reiiciẽtibus pulmo vulturinus vitigineis lignis combuſtus adiecto flore mali punici & parte dimidia.

Vitigenus, pen. cor. Adiectiuũ, Quod genitũ eſt è vite. Lucr. li. 5. 3, Nanque Ceres fertur fruges, Libérque liquoris
Vitigeni laticẽ mortalib⁹ inſtituiſſe. Hoc eſt vinũ. Idẽ lib. 6. 215, Vitigeni latices in aquai fontibus audent Miſceri.

Vitifer, pen. cor. vitifera, vitiferum, pen. corr. Quod fert vites, In quo proueniũt vites. Plin. lib. 6. cap. 16. 1, Sequitur regio Margianæ apricitatis inclytæ, ſola in eo tractu vitifera. Mart. li. 13. 107, Hæc de vitifera veniſſe picata Vienna

Ne dubites, misit Romulus ipse mihi.
Arua vitifera. Silius lib. 7. 42.
Montis vitiferi vertex. Silius lib. 4. 78.

Vitisco, vitiscis, vitiscere, Vitem fieri. Columella de Arboribus, ca. 7, Reliquas gemmas, quæ in terrâ absconduntur, exceptis quatuor imis, sic abradas, ne in summa radice vitiscat. Ita legit Calepinus. At nunc ita legimus, Ne in summo radices vitis citet.

Vitiſator, pen. corr. vitisatoris, m. ge. Qui vites serit, Quo nomine dictus est Saturnus. Virg. 7. Æneid. 36, Vitisator, curuam seruans sub imagine falcem.

Vitium, vitii, Quod virtuti opponitur. A vito, vitas, quod vitandum sit, ac fugiendū. vnde Horatius 1. epist. 1. 9, Virtus est vitium fugere. Cic. pro Cluentio, 105, Nullam quidē ob turpitudinē, nullum ob totius vitæ non dicam vitium, sed erratum. Plaut. Truc. 4. 81, Hoc nobis vitium maximum est, quū amamus, tunc perimus. Terent. Heaut. 5. 3. 18, Nam illi nihil vitii est relictū, quin id itidem sit tibi. Cic. Terentiæ, lib. 14. 4. 11, Non vitium nostrum, sed virtus nostra nos afflixit. Idem 3. de Fin. 63, Virtutibus igitur rectissimè mihi videris & ad consuetudinem nostræ orationis vitia posuisse cōtraria. Quod enim vituperabile est per seipsum, id eo ipso vitium nominatum puto, vel etiam à vitio dictum vituperari. Sin κακίαν malitiam dixisses, ad aliud nos vnum certū vitiū cōsuetudo Latina traduceret. Hoc omni virtuti vitiū contrario nomine opponitur. Et paulo antè, 61, Quas enim Græci κακίας appellāt, vitia malo, quā malitias nominare. Idē Q. fratri, li. 1. 1. 55, Quod vitiū quū in hac priuata quotidianáque vita leuis esse animi atque infirmi videtur: tū verò nihil est tam deforme, quàm ad summū imperium etiā acerbitatem naturæ adiungere. Ibidem, 57, Caueamus quantum efficere & cōsequi possumus, vt nequod in nobis insigne vitiū fuisse dicatur. Sic pro Cluentio, 57, Queritur se ab Oppianico destitutū: & qui esset totus ex fraude & mēdacio factus, quique ea vitia quæ à natura habeat, etiā studio, atque artificio quodā malitiæ cōdiuisset, pulchrè asseuerat se ab Oppianico destitutū.

Vitiorum officina, Vide Officina in **Officium**.

¶ Vitiū, non tantùm ad animū refertur, sed etiā ad corpus. Vnde Vitiosum mancipiū, vel Vitiosum iumētum, id est morbosum. Vlpianus in Tit. De Ædilitio edicto, L. 1, Aiunt Ædiles, Qui mancipia vendūt, certiores faciant emptores quid morbi, vitiue sit. Et paulo pòst, Sed sciendum est, morbum apud Sabinum sic definitum esse, habitum cuiusque corporis contra naturam, qui vsum eius ad id faciat deteriorē, causa cuius natura nobis eius corporis sanitatem dedit. Id autem aliàs in toto corpore, aliàs in parte accidere solet. nanque totius corporis morbus est, puta phthisis, febris: partis, veluti exeitas, licet homo ita natus sit. Vitiúmque à morbo multum differre: puta siquis balbus sit. nam hunc vitiosum esse magis, quàm morbosum.

Intercutis vitia, Vide **Intercus**.

¶ Vitium (inquit Nonius) à morbo prudentia veterum sic voluit separari: vt sit morbus cum accessu vtique aut temporis, aut contagii: vt vitium, perpetua & insanabilis, atque irrenocabilis causa. Cic. 4. Tusc. 43, Quomodo autē in corpore est morbus, ægrotatio, & vitium, sic in animo. Morbū appellant totius corporis corruptionem: ægrotationem morbum cum imbecillitate: vitium quum partes corporis inter se dissident: ex quo prauitas membrorum, distorsio, deformitas. Itaque illa duo, morbus & ægrotatio, ex totius valetudinis corporis conquassatione & perturbatione gignuntur: vitium autem integra valetudine ipsum ex se cernitur.

Opportunus vitio. Celsus libro 4. cap. 4, Volunt vaporem calidum ore recipi, per quem molliores alii partes eas fieri dicunt, opportunioréſque vitio iam hærent.

¶ Vitium, Corruptio, & ad res ipsas pertinet. Plaut. Mostel. 3. 17, Hic iam vitium ædibus additur. Idem Mil. 10. 133, Quæ improba est, pro mercis vitio dominū pretio pauperat. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 14, Si enim nihil est in parietibus, aut in tecto vitii, cætera mihi probabuntur.

Vitium in libris. Plin. Librum vitiis plenum. Plaut. Mostell. 4. 118, Qui vitia corporis fuco occultant.

Vitium paginæ, Vide **Pagina**.

Deliciarum vitia. Quintil. lib. 1. cap. 8. 7.

Oris & linguæ vitia. Quintil. lib. 1. cap. 5. 10.

Ebrietatis vitia. Quintil. lib. 1. cap. 11. 1.

¶ Vitium, Quicquid impedit vel corrūpit, & inutile est. Virg. 1. Georg. 18, -sanè illis omne per ignem
Excoquitur vitium, atque exudat inutilis humor.

¶ Vitiū, Id quod vituperari solet. Ci. 1. de Orat. 57, Adest enim ferè nemo quin acutius atque acrius vitia in dicēte, quàm recta videat. Ibidem, 58, Fingēdus est nobis oratione nostra detractis omnibus vitiis orator, atque omni laude cumulandus.

¶ Vitiū, Vituperatio, inquit Valla. Cic. de Sene. 50, Et senectūt est natura loquacior, ne ab omnib' eā vitiis videar vindicare.

¶ Vitium, Culpa. Cic. 4. Acad. 91, Huc si peruenieris me tibi primum quidque concedente, meū vitium fuerit: sin ipse tua spōte processeris, tuum.

Vitio vini fecit, Ob vinum, præ ebrietate. Plaut. Trucul. 17. 51, Quod animi impos, vini vitio fecerim.

Affinis vitio. Ci. 2. de Inuēt. 144, Vt si auaritia inductū arguas fecisse: & auarum, cum quem accuses, demonstrare non possis, aliis affinem esse vitiis doceas, & ex ea re non esse mirandum, qui in illa re turpis, aut cupidus, aut petulans fuerit, hac quoque in re cum deliquisse.

Pinguis vitio. Horat. 2. Serm. sat. 2. 5.

Purum vitio cor. Horat. 2. Serm. sat. 3. 43.

Seruum vitii pectus. Ouid. 2. de Remed. amor. 11,
Vtile propositum est sæuas extinguere flammas:
Nec seruum vitiis pectus habere suum.

Alimenta vitiorum. Ouid. 2. Metam. 154.

¶ Adulta vitia, Vide **Adolco**.

Commune vitium, Vide **Communio**.

Immane vitium. Horat. 1. Serm. sat. 4. 16.

Iners vitium. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 3. 11.

Ingens vitium. Horat. 2. Serm. sat. 7. 19.

Magnum vitium. Horat. 2. Serm. sat. 2. 14.

Mediocria vitia. Horat. 1. Serm. sat. 4. 19.

Prævalida & adulta vitia. Tacit. lib. 3.

Solenne vitium secundis rebus, superbia. Claud. 2. Paneg. 33.

¶ Abſterrere animum vitiis. Horat. 1. Serm. sat. 4. 16.

Abstinere à vitiis. Cic. Vt ab iis se abstineant maxime vitiis in quibus alterum reprehenderunt.

Abesse à vitiis, Vide **Absum**.

Abundare vitiis, Vide **Abundo**.

Accendere & irritare vitia. Ouid. 1. de Remed. amor. 17. Vide **Accendo**.

Addere vitium, Vide **Addo**.

Addere vitium pudicitiæ, Vide **Addo**.

Ægrotare vitio animi. Horat. 1. Serm. sat. 3. 61.

Affectus vitiis, Vide **Afficio**.

Alitur vitium, viuitque tegendo. Virg. 3. Georg. 91.

Apponere modum vitiis, Vide **Appono**.

Auocare à vitiis, Vide **Auoco**.

Capere vitium, Vide **Capio**.

Carere vitio. Cicero Ligario, lib. 6. 14. 4, Etsi hoc vitium est, eo me non carere confiteor. Idem in Salust. 13, Carere debet omni vitio, qui in alterum paratus est dicere.

Coarguere apertè vitia. Quintil. lib. 2. cap. 6. 3.

Colligere vitium, Vide **Colligo**.

Concipere vitium, Vide **Concipio**.

Condire vitia studio, Vide **Condio**.

Conferre vitia in senectutem, Vide **Confero**.

Consequi vitium, Vide **Consequor**.

Contaminare vitiis, Vide **Contamino**.

Conuertit natura vitium alicui in bonum, id est, Hoc efficit, vt quod alioqui vitium in altero iudicaretur, in hoc minimè culpari possit. Cic. de Claris Orat. 73, Sed cum hæc magna in Antonio, tum actio singularis: quæ si partienda est in gestum atque vocem, gestus erat non verba exprimens, sed cum sententiis congruens, manus, humeri, latera, supplosio pedis, status, incessus, omnisque motus cum verbis sententiisque consentiens, vox permanens, verum subrauca natura: sed hoc vitium huic vni in bonum conuertebat.

Corripi vitio comitiali, Vide **Corripio**.

Corrupta bona vitiis. Quintil. lib. 3. cap. 7. 14.

Cumulari vitiis. Cic. 2. de Orat. 11, Hoc vitio cumulata est eruditissima illa Græcorum natio.

Declinare vitia. Cic. 1. Offic. 29, Quibus vitiis declinatis, quod in rebus honestis & cognitione dignis operæ curæq; ponetur, id iure laudabitur.

Delabi in vitium, Vide **Delabor**.

Deprehendere in aliquo vitia. Quintil. lib. 3. cap. 8. 47.

Dare summam laudem vitio. Cic. pro Roscio Amer. 18.

Dare vitio, Culpare. Mattius ad Ciceronem, lib. 11. 28. 4, Vitio mihi dant, quòd mortē hominis necessarii grauiter fero. Cicero 1. Offic. 101, Quibus autem talis nulla sit causa, si despicere se dicant ea quæ plerique admirantur, imperia & magistratus, his non modò non laudi, verùm etiam vitio dandum puto.

Ducere vitia. Quintil. lib. 1. cap. 5. 13, Sed nec in carmine vitia ducenda sunt.

Effingere vitia ebrietatis. Quintil. lib. 1. cap. 11. 1.

Eluere vitia. Quintilian. lib. 2. cap. 3. 1, Vt ostendam quanto

sit melius optimis imbui, quantáque in eluẽdis, quæ semel insederunt, vitiis difficultas consequatur.

Excidit libertas in vitium. Horat. de Arte, 57.

Excusare vitia. Quintil. lib. 1. cap. 5. 4. Sed quia interim excusantur hæc vitia, aut consuetudine, aut authoritate, &c.

Exprobrare vitia alicui. Ouid. 2. de Arte, 119.

Exuere vitia. Tacitus lib. 5, Virilibus curis fœminarum vitia exuerat.

Vitiũ facere dicuntur ædificia dum vitiantur, corrumpũtur, & aliqua sui parte labefactantur. Cic. in Top. 8, Si ædes ex corruerunt, vitiumve fecerunt. Vide Facio.

Hæsti in vitium. Horat. de Arte, 33.

Virtus est vitium fugere. Horat. 1. epist. 1. 9.

Imbuere aliquem vitiis. Quintil. lib. 1. cap. 1. 8.

Incidere in vitium, Vide Incido.

Inclinare in vitium, Vide Inclino.

Inquirere vitia in ciuitatem, Vide Inquiro.

Irritare vitia vetando. Ouid. 3. Amorum, eleg. 4. 3.

Labi in vitium. Horat. 2. epist. 1. 19.

Laborare vitio. Quintil. lib. 3. cap. 11. 25.

Leuatur vitium. Celsus lib. 4. ca. 1, Raróque fit, vt si biduo, vel certè triduo nobis temperauimus, id vitium non leuetur.

Leuare vitiis atque erroribus, Vide Leuis.

Mederi vitiis atque erroribus, Vide Medeor.

Aeris vitio moriens herba. Virg. 7. eclog. 11.

Bellum enim est sua vitia nosse. Cic. Attico, lib. 2. 31. 1.

Notare vitium aliquod, Vide Nota.

Obuoluere vitium, Vide Obuoluo.

Occurrere vitio. Celsus lib. 1. in Proœmio, Occursurum enim vitio dicunt eum qui originem non ignoraret.

Offensus vitiis. Ouid. 10. Metam. 49.

Pensare vitia. Quintil. lib. 2. cap. 11. 4.

Perfecare vitium aliquod ne serpat, Vide Perfeco.

Ponere vitium, Vide Pono pro Depono.

Ponere in vitio, In malam partem sumere. Cic. 3. Tuscul. 13, Qui fortis est, idem est fidens: quoniam confidens mala consuetudine loquendi, in vitio ponitur.

Recisa vitia à stirpe. Claud. 1. in Ruffinum, 11.

Remotus ab omni vitio. Horat. de Arte, 78.

Eodem vitio est, quo, &c. Cic. 4. Tusc. 107, Sint sanè ista bona quæ putantur, honores, diuitiæ, voluptates: cætera tamen in eis ipsis potiundis exultans gestiénsque lætitia turpis est. vt si ridere concessum sit, vituperetur tamen cachinnatio. eodem enim vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.

Tam est in vitio, quàm, &c. Cic. 1. Offic. 36, Qui autem nec defendit, nec obstitit si potest iniuriæ, tam est in vitio, quàm si parentes, aut amicos, aut patriam deserat.

Hoc in vitio est. Cic. 5. de Fin. 53, Hoc quidem est in vitio, dissolutionem naturæ tam valde perhorrescere.

Suppressa vitiis pectora. Ouid. 1. de Remed. amor. 15.

Mediocribus vitiis teneri. Horat. 1. Serm. sat. 4. 17.

Vacare vitio. Cic. 3. Tusc. 33, Sapientis autem animus semper vacat vitio, nunquam turgescit, nunquam tumet.

Vertere vitio. Cic. Trebatio, li. 7. 6. 3, Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignouerunt Medeæ, quæ Corinthum arcem altam habebant matronæ opulẽtæ optimates: quibus illa manibus cyprissimis persuasit, ne sibi illæ vitio verterent quòd abesset à patria. Horat. 1. Serm. sat. 6. 17.

Vertere in bonum vitia. Quintil. lib. 1. cap. 1. 5.

¶ Vitium, Stuprum. vnde Offerre vitium virgini, pro Vitiare virginem, dixit Terentius in Hecyra, 3. 3. 23.

Pudicitiæ afferre vitium. Plautus, Pudicitiæ nunquã nec vim, nec vitium attuli. Idem dicit Vitiũ addere, pro Vitium afferre. Pudicitiæ, inquit, huius me absente vitium est additum.

Ventris vitiati tumescebant pondera. Ouid. epist. 11. 8.

Vitiósitas, pen. corr. vitiositâtis, vt Cicero lib. 4. Tuscul. 44, ait, est habitus aut affectio in tota vita inconstans, & à seipsa dissentiens. Ibidem, 51, Huius igitur virtutis contraria est vitiositas. Sic enim malo, quàm malitiam appellare eam, quam Græci κακίαν appellant. nam malitia certi cuiusdam vitii nomen est, vitiositas omnium.

Vitiósus, pen. pro. Adiect. Vitiis plenum. Cic. 2. de Fin. 149, At miser, si in vitiosa ac flagitiosa vita affluereat voluptatibus. Idem Attico, lib. 1. 9. 10, Ille alter vno minus vitio vitiosus, quòd iners, quòd somni plenus, quòd imperitus, quòd ἀπραγμοσύνην, sed voluntate. Idem de Fato, 15, Vitiosam enim naturam ab eo sic edomitam & compressam esse doctrina, vt nemo vnquam vinolentum illum, nemo in eo libidinis vestigium viderit.

¶ Vitiosum, Corruptum, putridum. Plaut. Mil. 6. 45, Non ego emam nunc vitam tuam vitiosa nuce. Virg. 2. Georg. 91, Corticibúsque cauis, vitiosáque ilicis aluco. Plin. lib. 17. cap. 11. 24, Quoniam è vitiosa materie vtilis non exeat.

Carmina vitiosa. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 3. 4.

Ciuitas vitiosa. Cic. de Petit. Consul. 36, Et quoniam in hoc vel maximè vitiosa est ciuitas, quòd largitione interposita virtutis & dignitatis obliuisci solet.

Corpus vitiosum, cui Integrum opponitur. Cic. 1. de Diui. 139, Animi enim integri, non vitiosi corporis est diuinatio. Horat. 1. Serm. sat. 7. 22. vitiosum ferre recusante Corpus. De pedibus.

Cura vitiosa. Horat. 2. Carm. ode 16. 5.

Humanitas vitiosissima. Quintil. lib. 2. cap. 2. 6.

Libido vitiosa. Horat. 1. epist. 1. 17.

Magistratus vitiosi, dicuntur vitio creati. Vnde apud Liuium legimus expugnatũ esse, vt vitiosus Dictator per augures fieret. Cicero 2. Phil. 88, vitiosũ Cõsulem appellat, hoc est vitio creatũ ex augurum disciplina. Quando enim comitia Romæ habebantur causa magistratuum creandorum, solebant augures de cælo seruare si aut tulmen vidissent, aut tonitrua audiuissent. Quare per augures nũtiata, illi magistratus vitio creati esse dicebantur, & ita se abdicare cogebantur. Idem 2. de Nat. deor. 17, Atqui & nostrorum augurum, & Hetruscorum, & aruspicum disciplinam P. Scipione, C. Figulo Consulibus, res ipsa probauit, quos quum T. Gracchus Consules iterũ recrearet, primus rogatorũ, vt eos retulit, ibidem est repentè mortuus. Gracchus quum comitia nihilominus peregisset, rémque illam in religionem populo venisse senuiret, ad Senatum retulit: Senatus quos adsoleret referendum censuit. Aruspices introducti responderunt, nõ fuisse iustum comitiorũ rogatorem. Tum Gracchus, vt è patre audiebam, incensus ira, Itane verò ego non iustus, qui & Consul rogaui, & augur, & auspicato? An vos Tusci ac Barbari, auspiciorum P. R. ius tenetis, & interpretes esse comitiorum potestis? Itaque tum illos exire iussit, post autem è prouincia literas ad collegium misit, se quum legeret libros, recordatum esse vitio sibi tabernaculum captũ fuisse in hortos Scipionis: quòd quum pomœrium postea intrasset habendi Senatus causa, in redeundo, quum idem pomœrium transiret, auspicari esset oblitus. Itaque vitio creatos Cõsules esse. Augures rem ad Senatum: Senatus vt abdicarent Consules, abdicauerunt.

Opus vitiosum. Ci. 3. Ver. 101, Quid istarne vitiosũ opus fieret?

Oues vitiosæ, Morbosæ, morbo infectæ. Columella lib. 7. cap. 3. 13, Quum præsertim boni pastoris vel prima cura sit, annis omnibus in demortuarum vitiosarúmque onum locũ, totidem, vel etiam plura capita substituere.

Progenies vitiosior. Horat. 3. Carm. ode 6. 20.

Suffragium vitiosum, Corruptũ. Cic. 4. de Leg. 50, Quamobrẽ suffragii nimia libido in nõ bonis causis eripienda fuit potẽtibus, nõ latebra danda populo, in qua, bonis ignorãtibus, quid quisque sentiret, tabella vitiosum occultaret suffragium.

Vita vitiosa, cui opponitur Pura. Cic. de Clar. Orat. 141, Cæsar autem rationem adhibens, consuetudinem vitiosam & corruptam, pura & incorrupta consuetudine emendat.

Vitiósè, pen. pro. Aduerbium, Malè, corruptè. Quintil. lib. 4. ca. 1, Vitiosè in scholis facimus, quòd exordio sic vsi sumus, quasi causam iudex iam cognouerit.

Concludere vitiosè. Cic. 4. Acad. 174, Si rectè conclusit, teneo: sin vitiosè, minam Diogenes reddet.

Vitiosè se habet membrum, Vitio affectum est. Cic. 3. Tuscul. 33, Aut num aliquod quippiam membrum tumidum ac turgidum non vitiosè se habet?

Vsurpare vitiosè. Columella lib. 4. cap. 24. 13, Quódque etiam vsurpari vitiosissimè animaduerto, maximè vitandum est. Nã dum seruiunt decori, quo sit brevior custos, &c. De vitibus.

Vitio, vitias, vitiare, Corrũpere, destruere. Plau. prol. Aul. 5, ei filiã Lyconides vitiarat. Et paulo pòst, 10,

Insidias seruus facit huius Lyconides
Qui virginem vitiauerat. Cic. ad Atticum, lib. 1. 13. 7, Nam M. Luculli vxorem Memmius suis sacris vitiauit. Vetus codex legit initiauit. Plin. li. 10. ca. 54. 1, Si incubatu tonuerit, oua pereunti & accipitris audita voce vitiantur.

Vitiare & corrũpere. Ci. pro Sestio, 100, Comitiorũ & cõcionũ significationes interdũ veræ sunt, nõnũquã vitiatæ & corruptæ.

Auræ vitiantur odoribus. Ouid. 7. Metam. 111.

Contagia mentis vitiant artus. Ouid. 3. Trist. eleg. 8.

Facies longis vitiabitur annis. Ouid. 3. Trist. eleg. 7. 7.

Herbæ vitiatæ. Ouid. 3. Metam. 16.

Vito, vitas, vitare, Cauere est, imò plus quàm cauere: & à vi dicitur, quasi vi auertere: à quo vitium dictum. Plaut. Pœnu. 2. 15,

Domum abeant, vitent ancipiti infortunio,
Ne & hîc varientur virgis, & loris domi. Cicero 3. Tuscul. 106,
Qui miser in campis mœrens errabat Aleis,

Ipſe ſuum cor edens,hominum veſtigia vitans.

Cauendo vitare.Cic.3.Verr.17, Nam eum qui palàm eſt aduerſarius,facilè cauendo vitare poſſis.

Æſtum vitare ſub frondibus.Ouid.in Fragmento,2.

Amorem vitare.Lucret.lib.4.216.

Contagia vitare.Ouid.2.de Remed.amor.44.

Culpam vitaui,non laudem merui.Horat.de Arte,54.

Frigus vitare,Cauere ſibi à frigore.Cic.Tironi,lib.16.8.3, Vix in ipſis tectis & oppidis frigus inurma valetudine vitatur.

Inſidias dolúmque vitare.Lucret.lib.2.113.

Malum aliquod vitare.Propert.lib.1.eleg.1.7.

Mortem fuga vitare.Cæſar 5.bel. Gall.74, Ipſe mortem fuga vitauerat. Cic.Terentiæ,libro 14.3.2, Meum fuit officium, vel legatione vitare periculum, vel diligentia & copiis reſiſtere,vel cadere fortiter.

Iuuenca vitans onus iugi.Catul.de Berecynthia,58.7.

Patriam vitare.Ouid.5.Metam.1.

Pericula vitare.Virg.3.Æneid.74.

Quis non morte proprium periculum vitet?Cic.Octauio,5.

Periuria vitare.Ouid.epiſt.19.36.

Seipſum vitare, Id eſt Non ſibi conſtare, vel ſibi diſplicere propter ſcelerum conſcientiam.Horat.2.Serm.ſaty.7.13, -téque ipſum vitas fugitiuus vt erro.

Suſpiciones vitare.Cæſar 1.bel.Gal.83,Monet vt in reliquum tempus,omnes ſuſpiciones vitet.

Vitãda eſt ingenii oſtentationiſq; ſuſpicio.Cic.2.de Ora.181.

Vitium vitare.Horat.2.Serm.ſat.2.11.

Vituperationem vitare.Cic.de Prouinc.Conſul.36, Vtar hoc, quod non tam ad laudem adipiſcendam, quàm ad vitandam vituperationem valet.

Vitatio,vitatiõnis,Ipſe vitandi actus.Cic.Attico,lib.12.249.2,Illud autẽ quod fore video,ipſum volo vitare, ne illæ ad me veniãt, & vna eſt vitatio,& ego nollẽ,ſed neceſſe eſt. Idem in Partit. 49,Sin apud indoctos imperitóſque dicimus, fructus, emolumẽta,voluptates, vitationéſque dolorum proferantur. Idem 5.de Fin.34, Ne vitationem quidem doloris ipſam per ſe quiſquam in rebus expetendis putauit, ne ſi etiam euitare poſſet. Et 3.Philip.140, Quæ vitatio oculorum,lucis,vrbis,fori?

Periculi vitatio.Author ad Herennium,lib.3.93,Tuta eſt,quæ conficit inſtantis aut conſequentis periculi vitationem qualibet ratione.

Vitabundus,Adiectiuum,Idem quod vitans.Saluſtius,Marius vitabundus hoſtium claſſem, ad oppidum peruenit. Idem in Iugurtha,Ipſe quaſi vitabundus per ſaltuoſa loca & tramites exercitum ductare. Ibidem,ſed multo poſt,Solus inter tela hoſtium vitabundus erumpit. Liu.5.bel.Pun.68,Hanno ex Bruttiis profectus cum exercitu,vitabundus caſtra hoſtium, Conſuléſque qui in Samnio erant, quum Beneuento iam appropinquaret,tria paſſuum millia ab ipſa vrbe loco edito caſtra poſuit.

Vitricus/vitrici,pen.corr.Matris meæ maritus. Plin.libro 36. cap.15. 16, Vnde enim illi vitricus Sylla, & Metella mater proſcriptionum ſectrix? Cicero ad Atticum,lib.15.316.10, Vitricus quidem nihil cenſebat,quem Aſturæ vidimus. Ouid.1.Amorum,eleg.2.5,ad Amorem,

Nec te comam myrto,maternas iunge columbas.

Qui deceant,currus vitricus ipſe dabit.Intelligit Vulcanum.

Vitrum/vitri,Materia trãſlucida, quæ ex arena & cinere percoctis fieri dicitur.De cuius origine & ratione faciẽdi, & obſidiano vitro,& generibus multiformibus vide Plinium lib.36.cap.26.

Perlucidus magis vitro amnis.Ouid.epiſt.21.31.

Splendidior vitro fons.Horat.3.Carm.ode 13.1.

Deferre merces fallaces & fucoſas, chartis & linteis & vitro. Cic.pro Rabirio Poſth.24.

Obſidianum vitrum,Vide **Obſidium**.

Vitreus,Adiect. Quod eſt ex vitro:vt Vitreæ ampullæ. Plin.libro 20.cap.14.7. Colum.lib.12.cap.4.3,Vaſa autem fictilia, vel vitrea plura potius quàm ampla.

¶ Vitreus,Quod vitri colorem refert:vel perlucidum eſt more vitri.Plin.epiſt.16.2,Hunc ſubter fons exit,& exprimitur pluribus venis,ſed imparibus:eluctatuſque facit gurgitem,qui lato gremio pateſcit purus & vitreus. Plin.maior lib.9.ca.31.4, Nec omnibus idem vitreus color.

Vnde vitreæ.Ouid.5.Metam.10.

Fama vitrea.Horat.1.Serm.ſat.3.45,Et furioſus erit,quẽ cepit vitrea fama.Hoc eſt fragilis.Senſus,Eum qui famæ ſeruiat,inſanire dicit. Sic Acron.Porphyrio interpretatur ſplendidam.

Hoſtis vel miles vitreus.Ouid.2.de Arte,41,

Sine latrocinii ſub imagine calculus ibit,

Fac pereat vitreo miles ab hoſte tuus. Idẽ ad Piſonem,39, Callidiore modo tabula variatur aperta

Calculus,& vitreo peraguntur milite bella.

Vitriolum,vitrioli,penult.corr.Diminutiuum apud Sipontinum. Quinetiam vulgus noſtrum officinarum vitriolum ſeu vitreolum pro chalcitide ſumit.Eſtque duorum generum.

Vitriarius,vitriarii,m.g.Qui vitra facit.

Vitta/ vittæ, Faſcia qua circum capita antiqui, vel crines, vel ſerta,aut flores,aut quidvis aliud religabant.Plaut. Mil.10.196, Capite compto,crines,vittáſque habeat. Virgilius 2.Æneid.32, -vittæque deũm. Ibidem,17,Et ſalſæ fruges,& circum tempora vittæ.Vbi Seruius,Vittæ,quibus victimæ coronabantur. Ibidem,lib.3, -vittáſque reſoluit

Sacrati capitis. Sic lib.7.21. Et lib.8.11. Plin.lib.18.cap.2.1, Spicea corona quæ vitta alba colligaretur.

Præſignis vittis victima.Ouid.15.Metam.17.

Cæruleis vittis ſtant mœſtæ aræ.Virg.3.Æneid.13.

Leues vittæ.Ouid.epiſt.11.14.

¶ Molli cinge hæc altaria vitta.Virg.8.eclog.13.

Niuea circundatur infula vitta.Virg.3.Georg.98.

Alba vitta coerceat neglectos capillos.Ouid.2.Metam.83.

Euinctus vittis coronisque.Tacit.lib.10.

Exuta comam vittis.Stat.11.Theb.91.

Purpureâ vittâ ligat mœſta capita.Senec.Thyeſt.8.13.

Redimitus tempora vittis.Virg.3.Æneid.17.

Crinales ſoluere vittas.Ouid.4.Metam.2.

Torta vitta ſtringit comas.Lucan.lib.5.29.

Ferales ſumere vittas.Ouid.in Ibin,21.

Pia vitta tegere tempora.Virg.4.Æneid.118.

Albenti velatus tempora vitta.Ouid.5.Metam.11.

Velatus auro vittiſque iuuencus.Virg.5.Æneid.74.

Vittãtus,pen.prod.Adiect.Plin.libro 7.cap.30.1,Vittatam nanem Dionyſius tyrãnus Platoni miſit obuiam. Plutarchus in Marci Coriolani vita, in Metellorum ait familia fuiſſe, qui Vittatus cognominaretur,ab vſu vittæ qua vlceris tegendi cauſa procedebat in publicum obligata fronte.

Capilli vittati.Ouid.1.Amor.eleg.7.4.

Honos vittatus.Stat.5.Sylu.5.6.

Comam vittata fœmina.Stat.3.Sylu.3.1.

Sacerdos vittata.Lucan.lib.1.119.

Vitula/vitulæ,pen.corr.Vacca viridioris ætatis. Virg.3.eclo.6, -ego hanc vitulam(ne fortè recuſes,

Bis venit ad mulctrã,binos alit ubere fœtus) Depono. Varro 2.de Re ruſt.cap.5.5,Diſcernuntur in prima vitulus & vitula, in ſecunda iuuencus & iuuenca.

Cæſa vitula.Virg.4.Georg.110.

Vitulus,vituli,penul.corr.maſc.ge. A vitulando,id eſt laſciuiendo dictus: Bos iunior dicitur. Cicero 2.de Inuent. 212, Vt in vituli immolatione.

Ferox vitulus templis maturus.Iuuen.Saty.12.1.

Imbelles vituli.Stat.8.Thebaid.119.

Lactentes vituli.Ouid.10.Metam.46.

Mactatus vitulus.Lucret.lib.2.71.

Tener vitulus.Horat.4.Carm.ode 2.11.

Tueri vitulos.Virg.2.Georg.39.

¶ Vitulus etiam de aliis quadrupedibus maioribus.Plinius de elephantis,lib.8.cap.1.1, Atque ita ſalutato ſydere in ſyluas reuerti,vitulorum fatigatos præ ſe ferentes. Virgilius ad equos tranſtulit,3.Georg.33,Iam vitulos hortare, viámque inſiſte domandi. Quinetiam de piſcibus.Plin.de balænis,lib.9. cap.6.1, Irrumpunt orcæ in ſecreta,& vitulos earum ac fœtas vel etiam grauidas lancinant morſu.

¶ Vitulus,Piſcis genus.Plin.lib.9.ca.13.1,Quæ pilo veſtiuntur, animal pariunt,vt priſtes,balæna,vitulus.Hic parit in terra,pecudum more:ſecundo partus reddit initu. Canum modo cohæret,& parit nunquam geminis plures:educat mammis fœtum. Non ante XII die deducit in mare,ex eo ſubinde aſſuefaciens. Interficiuntur difficulter, niſi capite eliſo. Ipſis in ſomno mugitus,vnde nomen vituli. Accipiunt tamẽ diſciplinam,vocéque pariter & viſu populum ſalutant,incõdito fremitu, nomine vocati reſpondent.Nullum animal graniore ſomno premitur.

Vitulinus,pen.prod.Adiectiuum,Quod ex vitulo eſt:vt Vitulina caro,apud Plautum in Aulu.13.5. Cic.1.de Diuin.78,An tu,inqt,carunculæ vitulinæ manis,quam Imperatori veteri crederer Aſſum vitulinũ.Cic.Pæto,li.9.20.1,Integram famem ad ouũ affero:itaque vſque ad aſſum vitulinum opera perducitur.

Vitulor,pen.corr. vitulãris,vitulári, veteres vſurparunt pro voce lætari,teſtibus Feſto & Nonio:Et Vitulantes dicuntur lætantes. Plaut.Perſa,7.2,Commodanti lubens,vitulóque merito.

VITVNVS, antiquis deus erat, qui credebatur vitam largiri:vt Sentinus,ſenſum.

Vitupero/vitúperas,pen.corr.vituperare,Vitio aliquid dare.

Plaut. Aulul. 9.47, Vituperas me? Terẽt. in prologo Andriæ, 15, Iſti id vituperant factũ. Id eſt vitium rei parant, inquit Donatus. Cic. ad Caſſium, lib. 12. 4. 4, Dolabella valde vituperatur ab hominibus non inſulſis, quòd tibi tam citò ſuccederet.

Improbum notari & vituperari. Cic. 1. de Orat. 190.

Grauiter vituperari. Cic. 1. de Finib. 146, Sit voluptas non minor in naſturtio illo, quo veſci Perſas eſſe ſolitos ſcribit Xenophon, quàm in Syracuſanis menſis, quæ à Platone grauiter vituperatur.

Artem, ſcientiam, & ſtudium vituperare. Author ad Herenn. lib. 2. 81, Vitioſum eſt, artem aut ſcientiam, aut ſtudium quodpiam vituperare propter eorum vitia, qui in eo ſtudio ſunt: veluti qui rhetoricam vituperant propter alicuius oratoris vituperandam vitam.

Conſilium alicuius vituperare. Cic. pro Murena, 55, Ego tuum conſilium Cato, ſingulare animi mei de tua virtute iudicium, vituperare non audeo.

¶ Vituperare, Datiuo iunctum. Plaut. Caſina, 8. 58,

-cur omine mihi
Vituperat malo?

Vituperatio, Verbale, Ipſe vituperandi actus. Quintilianus lib. 8. in Proœm. His adiiciebamus demonſtrationem laude & vituperatione conſtare. Idem lib. 7. cap. 2, Hanc propoſitionem neceſſariò ſequitur laudatio, & eius qui non affuerit, vituperatio. Cic. ad Atticũ, lib. 11. 136. 5, De Hiſpania duo attuli. primũ idem quod tibi, me vereri vituperationẽ. Idem 7. Verr. 79, Hæc autem iſtius vituperatio atque infamia confirmabatur eorum ſermone, qui à ſuis ciuitatibus illis nauibus præpoſiti fuerant.

Effugere vituperationem. Cic. Attico, lib. 16. 334. 7, Se autem lætari, quòd effugiſſem duas maximas vituperationes. vnã, &c.

Relinquere ſtultitiæ vituperationem. Cic. 11. Philip. 336.

Scribere vituperationes. Quintil. lib. 3. cap. 4. 3, Nam & laudes & vituperationes ſcribebantur.

Vitare vituperationem. Cic. de Prouinc. Conſul. 36, Vtar hoc, quod non tam ad laudem adipiſcendam, quàm ad vitandam vituperationem valet.

¶ Vituperatio, ſi cum VENIO, vel ſimilib' iũgatur, paſſiue accipitur. Cic. 6. Verr. 11, Vt propter eum in ſermonẽ hominũ atque in tantam vituperationem veniret. Idem ad Philippum, lib. 13. 74. 5, Sed mihi ita perſuadeo (poteſt fieri vt fallar) eã rem laudi tibi potius, quàm vituperationi fore. Cic. de Claris Orat. 49, Eáque res P. Africano vituperationi fuit, quòd eius authoritate de ſententia deductus Briſo putabatur.

Cadere in vituperationem, Vide Cado.

Vituperãtor, pe. pro. vituperatoris. Aliud verbale, Qui vituperat. Cic. 1. de Finib. 3, Quanquã philoſophiæ quidem vituperatoribus ſatis reſpõſum eſt eo libro quo à nobis philoſophia defenſa & collaudata eſt, quum eſſet accuſata & vituperata ab Hortenſio. Idem 2. Tuſcul. 6, Nos autem vniuerſæ philoſophiæ vituperatoribus reſpondimus in Hortenſio. Et ad Marium, libro 7. 3. 16, Hæc tecum coràm malueram, ſed quia lõgius fiebat, volui per literas eadem: vt haberes quid diceres, ſiquando in vituperatores meos incidiſſes.

Vituperãbilis, & hoc vituperãbile, pen. corr. Dignum quod vituperetur. Cic. 3. de Legib. 33, Iſto quidem modo vel Cõſulatus vituperabilis eſt, ſi Cõſulum quos enumerare nolo, peccata collegeris. Idem 3. de Finib. 63, Quod enim vituperabile eſt per ſeipſum, id eo ipſo vitio nominatum puto, vel etiam à vitio dictum vituperari.

Viuax, Viuacitas, Vide **Viuo.**

Viuarium, viuarii, Locus in quo vel aues, vel piſces, vel feræ cõtinentur, quæ ad victũ dũtaxat pertinẽt. Plin. lib. 9. cap. 54. 1, Oſtrearum viuaria primus omnium Sergius Orata inuenit in Baiano. Idem lib. 8. cap. 51. 1, Viuaria eorum (ſcilicet ſuum) cæterorúmque ſylueſtrium primus togati generis inuenit Fuluius Hirpinus, qui in Tarquinienſi feras paſcere inſtituit. Colum. lib. 8. ca. 1. 4, Quæ nos ſimiliter appellamus apum cubilia, apiaria: vel nantium volucrum, quæ ſtagnis piſciníſque lætantur, auiaria: vel etiam pecudum ſylueſtrium, quæ nemoribus clauſis cuſtodiuntur, viuaria. Vide eundẽ Columellã lib. 9. ca. 1. per totũ. Iuuen. Saty. 4. 5, Non dubitaturi fugitiuum dicere piſcem, Depaſtúmque diu viuaria Cæſaris.

Viuaria, per trãſlationẽ, apud Horatiũ 1. epiſt. 1. 16, -ſunt qui
Fruſtis, & pomis viduas venentur auaras:
Excipiántque ſenes, quos in viuaria mittant.

Viuerra, viuerræ, Animal paruum quidem, ſed magni vigoris: muſtella ruſtica dicitur, vt ait Strabo, ab Africa primum importata. His vtuntur adoleſcentes, ad extrahendas de parietum nidis auiculas. Plin. lib. 8. cap. 55. 2, Magna propter venatum eorum (ſubaudi cuniculorum) viuerris grauia eſt. Iniiciunt eas in ſpecus, qui ſunt multiforei in terra, vnde & nomen animali, atque ita erectos ſupernè capiunt.

Viuidus, Vide **Viuo.**

Viuiradix, pen. prod. viuiradicis, pen. prod. fœm. ge. Plãta quæ cum radice ſeritur, quaſi viuam radicem habens: ad differẽtiam malleoli & talearum. Plin. lib. 17. cap. 22. 4, In arido ſõlo viuiradix quoque fruſtra ſeritur. Columella, Sationis autẽ duo ſunt genera, malleoli, vel viuiradicis. Idem lib. 3. cap. 5, Nam depoſitæ ſtirpes valido ſõlo quamuis celeriter comprehendant atque proſiliant, tamen quum ſint viuiradices factæ, prius quàm tráſferantur, retorreſcunt, nec adoleſcere queunt. Et lib. 3. cap. 11, Et adhuc tamen ſic computauimus, quaſi nullæ ſint viuiradices, quæ de paſtinato eximãtur. Cato cap. 33. 2, Si vinea à vite caluata erit, ſulcos interponito, ibiq; viuiradices ſerito. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 39. 2, Quare quum ſemina ferè quatuor ſint genera, quæ tranſferuntur è terra in terram, viuiradices: quæ ex arboribus dempta demittuntur in humum, quæ &c.

Viuiſco, viuiſcis, viuiſcere, Vide **Viuo.**

Viuo, viuis, vixi, victum, viuere, Notæ ſignificationis. Plautus Mil. 14. 80, Quin mille annorũ perpetuo viuũt ab ſeculo ad ſeculũ. Idẽ Trin. 14. 66, -liberi quid agunt mei, quos reliqui hic filium atque filiam? 15. viuunt, valent nempe. Quintilianus lib. 9. cap. 3, Non vt edam viuo, ſed vt viuam edo. Virgilius eclog. 8, Omnia vel medium fiant mare: viuite ſyluæ. Id eſt valete. Seruius.

Viuere, Lætam vitam agere. Plaut. Mil. 20. 30, Conſerui, conſeruæque omnes bene valete & viuite.

Viuere caſeo, lacte, rapto, & ſimilibus. Plin. lib. 11. cap. 42. 3. & cap. 41. 3. & cap. 37. 32.

Viuere ad naturam, Vide **Ad** præpoſitionem.

Ætatem viuere. Plaut. Amphit. 14. 3, Quo modo HOM. eo modo, vt profectò vitas ætatem miſer.

Æuo extento viuere, Longo æuo. Horat. 1. Carm. ode 1. 1.

Affecti viuunt omnibus ærumnis. Lucret. lib. 3. 101.

Annis, vel annos centum viuere: Id eſt annos explere, & implere. Plin. lib. 7. cap. 48. 3, Itaq; apud eos aliqui & ſingula millia annorum vixiſſe prodantur. Et paulo poſt, 4, Vixit annos XCVIII. Ibidem poſt, 7, Sammullam quoque e decem annis vixiſſe, author eſt Aſconius Pædianus. Ibidem, cap. 50. 4, Xenophilum muſicum centum & quinque annis vixiſſe.

Nemo enim eſt tam ſenex, qui ſe annum nõ putet poſſe viuere. Cic. de Senectute, 11.

Viue beatus in rebus iucundis. Horat. 1. Serm. ſaty. 6. 20.

Bene & fortunatè viuere. Plautus Mil. 10. 111, Nunc bene viuo, & fortunatè, atque vt volo, atque animo vt lubet. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 1. 4, Quòd ſi noſtris conſiliis vſi eſſemus, neque apud nos tãtum valuiſſet ſermo aut ſtultorum amicorum, aut improborum, beatiſſimi viueremus.

Conſilio nullo viuere. Propertius lib. 1. eleg. 1. 1.

Conuenienter naturæ viuere. Horat. 1. epiſt. 9. 3.

Cum labore viuere. Plautus Aulul. 3. 14,

-agri reliquit ei non magnum modum,
Quo cum labore magno & miſerè viueret.

Viuere cum aliquo. Cic. pro Quintio, 8, Ibi cum iſto Næuio familiariter viuit. Idem Tironi, lib. 16. 1. 1, Xenomenes hoſpes tam te diligit, quàm ſi vixerit tecum.

Cum aliquo coniunctiſſimè viuere. Cic. 3. de Orat. 7, Sulpitius autem, qui in eadem inuidiæ flamma fuiſſet, quibuſcum priuatus coniunctiſſimè vixerat.

Cum aliquo familiariter viuere. Cic. Attico, lib. 6. 117. 2, Decreram enim cum eo valde familiariter viuere.

Multum viuere cum aliquo, Vide **Multus.**

Viuere cum ſumma gloria. Cic. 7. Verr. 141, Et maximis in laboribus vſque ad ſummã ſenectutem ſumma cum gloria vixit.

De die, vel in diem viuere. Cic. 1. Philip. 91, Cum perditiſſimis latronibus non ſolùm de die, ſed etiam in diem viuere.

De lucro viuere. Cic. Pæto, lib. 9. 17. 3.

Delicatè & molliter, Parcè, continenter, ſeuerè, ſobriè viuere. Vide **Parcus.**

Diu viximus. Virg. 10. Æneid. 172.

Satis diu viuere. Cic. pro Marcello, 14.

E' natura viuere. Cic. 3. de Finib. 104, Cõſentaneũ eſt huic naturæ, vt ſapiens velit gerere & adminiſtrare Rẽp. atque vt è natura viuat, vxorem adiungere, & velle ex ea liberos procreare.

Viuere ex more alterius. Terent. Heaut. 1. 1. 19, Hunccine erat æquum ex illius more, an illum ex huius viuere?

Viuitur exiguo melius. Claud. 1. in Ruffinum, 43.

Viuite fœlices. Virg. 3. Æneid. 99.

Viuite fortes. Horat. 1. Serm. ſaty. 1. 17.

Gloria & laude viuere ob virtutem. Cic. in Piſonem, 34, Sum-

ma virtute, pietate, gloria militari, perijt in mari: qui tamen ob virtutem, gloriæ laude viuit.

Armenta viuunt gramine. Ouid. 15. Metam. 17.

Honestè, turpitérque viuere. Quintil. lib. 5. cap. 10. 17.

Honestè viuit. Terent. Andr. 4. 6. 2,

Quæ se inhonestè optauit parare hîc diuitias
Potius, quàm in patria honestè pauper viuere.

Immoderatè & intemperatè viuere, Vide **Immoderatus.**

In amore lociſque viuere. Horat. 1. epiſt. 6. 14.

In caupona viuere. Horat. 1. epiſt. 11. 3.

In diem, vel In horam viuere, Vide **In** præpoſitionem.

In maxima celebritate, & in media Reipublicæ luce viuere. Quintil. lib. 1. cap. 2. 13.

In literis viuere. Cic. Pæto, lib. 9. 26. 2.

In laude viuere. Cic. ad Catonem, lib. 15. 6. 1, Ea eſt enim profectò iucunda laus, quæ ab iis proficiſcitur, qui ipſi in laude vixerunt.

In oculis ciuium viuere, Sine timore, & ſecurum in ciuitate viuere. Cic. 3. Offic. 4, Ita qui in maxima celebritate in oculis ciuium quondam viximus, nunc fugientes conſpectum ſceleratorum, quibus omnia redundant, abdimus nos quantum licet, & ſæpe ſoli ſumus.

Incultè atque horridè viuere, Vide **Incolo.**

Inſtituto bonorũ viuere. Cic. pro Quintio, 31, Etenim ſi vult virorum bonorum inſtituto viuere, multa oportet diſcat atque dediſcat.

Inter prælia viuere. Ouidius 2. Amor. eleg. 6. 6.

Iucundiſſimè viuere, Vide **Iucundus.**

Vacuo lecto viuere, Sine vxore aut concubina. Propert. lib. 2. eleg. 2. 1.

Libenter viuere, Vide **Libet.**

Liberaliter, vel liberè viuere, Vide **Liber**, liberi.

Magnificè viuere, Vide **Magnus.**

Malè viuere, Vide **Malus.**

Viue memor noſtri. Ouid. epiſt. 11. 25.

Molliter viuere. Ouid. 3. Triſt. eleg. 2. 5.

Moribus antiquis viuere. Plaut. Trin. 6. 16, Neu imbuas ingenium, meo modo & moribus viuito antiquis.

Negligentius viuere. Plin. epiſt. 12. 6, In ſumma dicam, quod recenti dolore, contubernali meo Galuiſio dixi, vereor ne negligentius viuam.

Obſequenter & obſequentiſſimè viuere, Vide **Obſequor.**

Odia improba viuunt. Stat. 12. Thebaid. 89.

Parcè ac frugaliter viuere. Horat. 1. Serm. ſaty. 4. 11.

Parcius viuere. Horat. 1. Serm. ſaty. 3. 10.

Parcè viuere æquo animo. Lucret. lib. 5. 215.

Placidè viuere. Ouid. 2. Amor. eleg. 9. 5.

Quietè & liberè viuere. Cic. Marcello, lib. 4. 7. 11.

Rapto viuere. Ouid. 11. Metam. 59. Quintil. lib. 3. cap. 7. 17.

Rectè viuere. Horat. 1. epiſt. 6. 6.

Sanctiſſimè viuere. Cic. 1. de Orat. 118.

Secum viuere. Cic. de Senect. 45.

Siliquis viuere & pane ſecundo. Horat. 2. epiſt. 1. 25.

Spiritu & laude viuere. Cic. 13. Philip. 347.

Studiis viuere. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 19. 4, Eſt enim in eo cum virtus & probitas, & ſummum officium ſummáque obſeruantia, tum ſtudia illa noſtra quibus antea delectabamur, nunc etiam vinimus.

Suauius victuros, quàm ſi, &c. Horat. 1. Serm. ſaty. 6. 26.

Temerè inconſultéque viuere. Seneca lib. 1. epiſt. 1.

Vitam viuere. Plautus Merc. 8. 5, Quando mihi adimitur qua cauſſa vitam cupio viuere. Terent. Adelph. 5. 4. 5,

-nam ego vitam duram, quam vixi vſque adhuc,
Propè iam excurſo ſpatio, mitto. Vide **Vita.**

Vitium alitur, viuitque tegendo. Virg. 3. Georg. 91.

Prorſus vnà viuere. Cic. in Piſonem. 54, Dedit ſe in conſuetudinem, ſic vt prorſus vnà viueret.

¶ Viuere alicui. Plaut. Bacchid. 11. 14,

-bene valens viuit tibi:
Nam ni ita eſſet, tecum orarem vt ei quod poſſes malefacere, faceres.

Viuit ſibi. Cic. ad Octauium, 15, Quibus ille ſeptus omnia miſceret, nulli parceret, ſibi viueret. Ouid. 3. Triſt. eleg. 4. 1,

Vſibus e●●to ſi quicquam credis amico,
Viue tibi: & longè nomina magna fuge.
Viue tibi: quantúmque potes præluſtria vita:
Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit.

¶ Ita viuam, Bene precãtis particula. Cic. ad Tironem, lib. 16. 20. 1, Solicitat, ita viuã, me tua mi Tiro valetudo. Vide **Ita.**

Ne viuã̃m, Id eſt ne ſim ſaluus: Imprecantis particula, pro

Diſpeream. Cic. ad Atticum, lib. 4. 8. 11, Quid poteris, inquies, pro iis dicere: ne viuam ſi ſcio. Vide **Ne.**

¶ Viuitur, pen. corr. Impersonale. Plaut. Perſa, 1. 18, Quid agitur? viuitur. Terent. Heaut. 1. 1. 102, Hoc ibi fit, vbi non verè viuitur. Plin. lib. 18. cap. 1. 4, Ipſum quoque quo viuitur, aerem in perniciem vertimus. Cic. 1. de Finib. 69, Qua præceptrice in tranquillitate viui poteſt, omniũ cupiditatum ardore reſtincto.

Paruo bene viuitur. Horat. 2. Carm. ode 16. 3.

Viuitur ex rapto. Ouid. 1. Metam. 30.

¶ Viuitur, Perſonale. Ouid. 11. Metam. 38, -vixi
Annos bis centum: nunc tertia viuitur ætas.

¶ Conditio viuendi. Horat. 2. Serm. ſaty. 8. 13.

Tenet me voluptas viuendi. Virg. 11. Æneid. 167.

Finis viuendi mihi adeſt. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 6.

Viuendo vincere aliquem, Poſt eum mortuum viuere. Plaut. Epid. 4. 11, Quia licitum eſt eam tibi viuendo vincere.

Ad viuendum firmus, Vide **Ad** præpoſitionem.

Mihi viuendũ eſt ſemper in Barbaria. Ouid. 3. de Põto, ele. 1. 1,

Viuens, Participium: vt

In vrbe viuens. Horat. 1. epiſt. 14. 1.

Rure viuens. Horat. 1. epiſt. 14. 1.

Pectore viuenti eripiunt fibras. Ouid. 15. Metam. 18.

Focus viuens. Ouid. 4. Faſt. 111.

Fluuius viuens. Stat. 9. Thebaid. 115.

Victito, victitas, pen. corr. victitare, Veſci, & quaſi victu vti. Plaut. Moſtel. 3. 50,

Victitabam volupe parſimonia & duritia. Ibidem, 2. 51,

Licet me amare, & te bubulcitarier:
Me victitare pulchrè, te miſeris modis. Terent. Eunu. 5. 9. 44,

Et libenter viuis, etenim bene libenter victitas.

Parcè victitare, Vide Parce in **Parcus.**

Victus, huius victus, maſc. g. Vlpianus De verb. ſignif. Victus verbo continentur quæ eſui, potui, cultuique corporis, quæque ad viuendum homini ſunt neceſſaria. Plaut. Bacchid. 13. 61,

-I hâc mecum intrò,
Vbi tibi ſit lepidè victibus, vino, atque vnguentis. Idem Capt. 4. 81, Meus ſcrupuloſam victus commeat viam. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 20. 1, Item cætera quæ ſunt ad victum & valetudinem neceſſaria.

¶ Victi, genitiuus legitur apud Plautũ Capt. 13. 86, Proin' tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.

Victus & veſtitus, ſiue Cultus & victus. Cic. 1. Offic. 10, Ob eſſque cauſas ſtudeat parare ea quæ ſuppeditẽt & ad cultum & ad victum. Idem pro Quintio, 18, Cuius non modò illæ ampliſſimæ fortunæ, ſed etiam victus veſtitúſque neceſſarius ſub præcone cum dedecore ſubiectus eſt.

Victus ex rapina. Plin. lib. 11. ca. 43. 1, Quibus ex rapina victus quadrupedum, quini digiti in prioribus pedibus.

Parſimonia aliquorum in victu. Cic. 5. Tuſc. 139.

Penuria victus. Horat. 1. Serm. ſaty. 1. 10, -ne ſe penuria victus
Opprimeret, metuebat.

¶ Annuis victibus ſufficient prædium. Plin. lib. 7. cap. 46, Senior hîc in angustiſſimo Arcadiæ angulo paruum, ſed annuis victibus largè ſufficiens, prædium colebat.

Aridus victus, Vide **Aridus.** Aſper, Vide **Aſper.**

Baſilicus, Vide Baſilicus in **Baſis.**

Facilis. Virg. 2. Georg. 91, -procul diſcordibus armis,
Fundit humo facilem victum iuſtiſſima tellus.

Fœdus. Horat. de Arte, 79.

Frugi. Quintil. lib. 5. cap. 10. 20.

Infœlix. Virg. 3. Æneid. 130,

Victum infœlicem, baccas, lapidoſáque corna
Dant rami: & vulſis paſcunt radicibus herbæ.

Inops victus. Ouid. 6. Faſt. 75.

Luxurioſus. Quintil. lib. 5. cap. 10. 20.

Malignus. Silius lib. 3. 57,

Sed menſis aſper populus, victúque maligno:
Nam calida triſtes epulæ torrentur arena.

Mundus. Horatius 1. epiſt. 4. 3.

Parcus & parabilis. Curtius lib. 8, Credo eos qui gentis mores condiderunt, parco & parabili victu oſtendere voluiſſe iuuentutibus opes, quantulo contenti eſſe deberent.

Sordidus. Quintil. lib. 5. cap. 10. 20.

Tenuis victus. Cic. de Amicitia, 71, Multi diuitias deſpiciunt, quos paruo contentos tenuis victus cultúſque delectat. Idem 1. de Finib. 144, Negat enim tenuiſſimo victu, id eſt compriſſimis eſcis & potionibus minorem voluptatem percipi, quàm rebus exquiſitiſſimis ad epulandum.

¶ Alitur corpus victu. Lucret. lib. 4. 117.

Attenuans victus, Vide **Attenuo.**

Carere omni cultu & victu humano. Cic. 5. Tusc. 90.

Colere victum. Cic. Attico, lib. 11. 246. 1, Nunc planè nec ego victum, nec vitam illam colere possum.

Hominum vita multum distat à cultu & victu bestiarũ. Cic. 2. Offic. 10.

Inuigilare victu, Id est acquirendo victui. Virg. 4. Georg. 31.

Ministrare victum, Vide Administro.

Mutare ex consuetudine victus. Cel. lib. 1. cap. 10, Quibus seruatis ex reliqua victus cõsuetudine quã minimũ mutari debet.

Seges ægra negabat victum. Virg. 3. Æneid. 19.

Tolerare victum lacte. Colu. in Præfat. lib. 10. 2, Lactis copia, ferináque ac domesticarũ pecudum carne, velut aqua, frumentóque summis, atque humilimis victum tolerantibus.

Qui salubri & moderato cultu atque victu, quieti se tradidit. Cic. 1. Offic. 128.

Vita victúsque communis in amicitiis vigent maximè. Cic. 1. Offic. 84.

Vinus, Adiectiuum, à Viuo, Quod mortuo contrarium est. Cic. ad Atticũ, lib. 4. 85. 17, Cato tamen affirmat se viuo illum nõ triumphare. Idẽ pro Milone, 69, Vt eam mortuus incenderet, quam viuus euerterat.

Exturbari ex numero viuorum. Cic. pro Quintio, 18, Is non modò ex numero viuorum exturbatur, sed si fieri potest infra etiam mortuos mandatur.

Viuus & videns. Cic. pro Quintio, 19, Huic acerbissimum vino videntique funus ducitur. Cic. pro Sestio, 50, Viuus (vt aiunt) est & videns cum victu ac vestitu suo publicatus.

¶ Vti peruenimus illuc, Id est Diu viuendo. Virgil. 9. eclog. 1,

O Lycida viui peruenimus, aduena nostri
(Quod nunquam veriti sumus) vt possessor agelli
Diceret, Hæc mea sunt, veteres migrate coloni. Seruius.

¶ Viuus, Validus, vehemens. Virgil. 1. Æneid. 146,

-paulatim abolere Sichæum
Incipit, & viuo tentat prævertere amore. Seruius.

¶ Viuus, pro Naturali: vt Viua sepes, Viua aqua.

Animus viuus & naturalis, apud Plinium in epist. 159. g.

Aqua viua, Naturalis, & ex eo loco nata. Varro 1. de Re rust. cap. 11, Si omnino aqua non est viua, cisternæ faciundæ sub tectis, & lacus sub dio: ex altero loco vt homines, ex altero vt pecus vti possit.

Aquæ viuæ, Fluentes. Ouid. 2. Fast. 52.

Cæspes viuus, Virdis. Horat. 1. Carm. ode 19. 3.

Calor viuus. Ouid. 4. Meta. 50, de Sole & mortuo Phaethõte,

Ille quidem gelidos radiorum viribus artus
Si queat, in viuum tentat renouare calorem.

Caro malè viua. Ouid. 15. Metam. 76,

Nec catulus partu quem reddidit vrsa recenti,
Sed malè viua caro est.

Cutis viua. Plaut. Bacchid. 5. 8, Itaque tondebo auro vsque ad viuam cutem.

Flumen viuum. Liu. 1. ab Vrbe, 198, Quidnam tu hospes paras, inquit, incestum sacrificium Dianæ facere? quin tu ante viuo porfunderis flumine? infima valle præfluit Tyberis. Id est fluente aqua. Virg. 2. Æneid. 144, -donec me flumine viuo
Abluero.

Lacus viui. Virgil. 2. Georg. Speluncæ, viuique lacus, ac frigida Tempe.

Lapis viuus, Ignitus, quòd vim habeat emittendi ignem. Vide Plinium lib. 36. cap. 19. 1. Vide etiam Pyrites.

Linum viuum. Plin. lib. 19. cap. 1. 11.

Lucernæ viuæ, Ardentes. Horat. 3. Carm. ode 11. 5.

Plantaria viua. Virg. 1. Georg. 6.

Sanguis viuus. Ouid. 5. Metam. 88.

Saxum viuũ. Virg. 1. Æneid. 35, Intus aquæ dulces, viuóque sedilia saxo. Viuo, ait Seruius, Id est naturali, vt 3. Æneid. 138,

-viuóque prætereuehor ostia saxo. Ouid. 5. Fast. 152.

Sepes viua, Quæ rubis non præcisis, sed in eo loco natis contexitur. Colum. lib. 11. cap. 3. 1, Vetustissimi authores viuam sepem fructili prætulerunt, quia non solùm minorem impensam desyderaret, verum etiam diuturnior immensis temporibus permaneret.

Sulfura viua, Vide Sulfur.

Vigor viuus. Ouid. 1. Trist. eleg. 5. 7.

Vnda viua. Silius lib. 12. 150.

Voluptas viua prati. Claud. 1. in Ruffinum, 41.

Vultus viuos ducere, hoc est Viuam & naturalem effigiem referentes. Virg. 6. Æneid. 170,

Excudent alii spirantia mollius æra:
Credo equidem, viuos ducent de marmore vultus.

¶ Ad viuum resecare. Cic. de Amicit. 16. Vide Ad præposit.

¶ Detrahere, vel resecare aliquid de viuo. Cic. pro Flacco, 71, Si dat tantam pecuniam Flaccus: nempe idcirco dat, vt rata sit emptio. Emit igitur aliquid, quod certè multo pluris esset. dat de lucro: nihil detrahit de viuo: minus igitur lucri facit. Idem 5. Verr. 98, De viuo igitur erat aliquid resecandum, vt esset vnde Apronio ad illos fructus arationum hoc corollarium nummorum adderetur. Id est, nõ de lucro, sed de eo quod aratores pro impendiis perceperant. Budæus.

Viuax, viuãcis, pen. prod. om. ge. Validus, Vigorosus, inquit Sipontinus: siue qui diu viuit. Virg. 1. Georg. 57, Palladia gaudẽt sylua viuacis oliuæ. Idẽ eclog. 7. 6, Et ramosa Mycon viuacis cornua cerui. Plin. lib. 9. cap. 10. 1, In sicco quoque repunt, ideo etiam viuaciora talia.

Viuax in pœnam. Plin. lib. 7. cap. 50. 1, Nec reputantur infantiæ anni qui sensu carent, non senectæ in pœnam viuacis.

Aconita viuacia, Vide Aconitum.

Anima viuax. Ouid. 11. Metam. 103.

Anus viuax. Ouid. 13. Metam. 105.

Apium viuax, Diu viriditatem retinens. Horat. 1. Carm. ode 36. 4. Acron.

Ceruus viuax. Virg. eclog. 7. 6.

Dextra viuax, Animosa. Ouid. ad Pisonem, 37, Nunc quoque viuaci seruatis pectora dextra. Exponi potest etiam celeri & agili.

Fata viuacia senectæ. Lucan. lib. 2. 13.

Gramen viuax, Tenerum & viride. Ouid. 4. Fast. 80.

Gratia sermonum viuax. Horat. de Arte, 14.

Verba viuacia, Vel efficacia, vel ad posteritatem vsque perẽtura. Ouid. ad Pisonẽ, 11, Et dare subtili viuacia verba catenæ.

Virtus viuax, expérsque sepulchri. Ouid. 4. de Pẽto, eleg. 8. 10,

Viuacior. Horat. 2. Serm. saty. 2. 27,

Illum aut nequities, aut vafri inscitia iuris,
Postremùm expellet certè viuacior hæres.

Viuácitas, pen. corr. viuacitãtis, fœm. g. Naturalis vigor. Columel. lib. 2. cap. 2. 11, Verùm et si subinde nascentẽ falce decidas, quod vel puerile opus est, intra prædictum tempus viuacitas eius absumitur. Idem lib. 11. cap. 3. 33, Multis etiam locis viuacitatem suam vsque in annos decem prorogat.

Impia viuacitas. Quinct. in Proœm. lib. 6. 4.

Viuesco, siue viuisco, viuiscis, viuiscere, Significat viuere, siue viuum fieri. Quod verbũ præcipuè vsurpamus, quũ de aliis rebus ab homine & etiã animalibus, quæ cõmuni vita fruũtur, loquimur, vt inanimatis, & huiusmodi. Plinius lib. 9. cap. 51. 3, Anguillæ asserunt se scopulis, ea strigmenta viuiscunt, nec alia est earum procreatio. Idem lib. 16. cap. 15. 1, Hoc enim maritantur viuescentia è terra. Et lib. 17. cap. 10. 2, Quum semen decidens exceptúmque terra.

Vicus viuescit, & inueterascit alendo. Lucret. lib. 4. 215.

Verbum affixum cordi viuescit. Lucret. lib. 4. 119.

Viuidus, pen. cor. Adiectiuum, Plenum vigoris. Propertius, Quattuor artificis viuida signa boues. Quasi spirantia, atque viuentia. Plin. in Paneg. 71, Amas constantiam ciuium, rectósque ac viuidos animos. Liu. 6. ab Vrbe, 84, Sed vegetum ingenium in viuido pectore vigebat, virebátque integris sensibus.

Animus viuidus. Tacitus lib. 13.

Imago viuida Martis. Claud. de bello Getico, 94.

Impetus viuidus. Horat. 4. Carm. ode 4. 1.

Ingeniũ viuidum. Liu. 2. ab Vrbe. 110, Aspernati patres sunt; queiti quoque quidam, nimia gloria luxuriare, & euanescere viuidum quondam illud Cæsonis ingenium.

Membra viuida. Silius lib. 7. 13.

Odia viuida. Tacit. lib. 15, Viuida odia intulere.

Virtus viuida bello, Id est fortis. Virg. 5. Æneid. 151.

Vix, Aduerbiũ, significat Cũ vi ac difficultate & labore. Plaut. Pseud. 15. 17, Nam in sorovix decumus quisque est qui ipsus sese nouerit. Idem Amphit. 4. 176, Vix incedo inanis, ne ire posse cũ onere existimes. Terẽ. Eunuc. 3. 1. 19, -hic sunt tres minæ. G. Vix. Idẽ Phor. 1. 1. 9, Quod ille vnciatim vix de demẽso suo, Suum defrudãs genium, comparsit miser. Vbi Donatus, Vix potuit & vnciatim & citò conflari peculium: vt multa pauxillatim & citò fiunt maxima. Merito ergo additum est VIX. Cic. 6. Verr. 35, Minitari absenti Diodoro, vociferare palàm, lachrymas interdum vix tenere. Idem 4. Acad. 16, Nos probabilia multa habemus, quæ sequi facilè, affirmare vix possumus. Virgil. 6. Æneid. 100, Vix adeò agnouit paulatim: &c. Horatius 1. Serm. saty. 9. 11, Magnum narras, vix credibile.

Vix, nedum. Liuius 4. bel. Maced. Vix clamorem eorum, nedum impetum Suessani tulere. Ibidem, lib. 6, Arx, quæ vix capere, nedum tueri multitudinem tantã posset.

In dicendo excellentes vix paucos proferre possumus. Cic. 1.

de Oratore,4.

¶Vix,Multis modis,vel ſtatim,interprete Donato. Terentius Hecyra,3.1.17,

Tamẽ nunquã auſus ſum recuſare eã,quã mihi obtrudit pater.
Vix me illinc abſtraxi,atque impeditum in ea expediui animũ.

¶Vix ægrè. Plaut.Pœn.4.10, -nam quum ſedulò
Munditer nos habemus,vix ægrè amatorculos inuenimus.

Mihi verò cũ his ipſis vix:lis autem detractis, ne vix quidem. Cic.Varroni,lib.9.8.7.

Aut vix,aut nullo modo corrumpi. Cic.1. de Nat.deorum,30.

Vix dum,Vix adhuc. Terẽ.Phorm.4.1.4,Vixdum dimidium dixeram,intellexerat. Cic.ad Caſſiũ,lib.12.4.5, Dolabella valde vituperatur ab hominibus non inſulſis, quòd tibi tam cito ſuccederet,quũ tu vixdum triginta dies in Syria fuiſſes. Idem 1. in Catilinam, 7, Hæc ego omnia vixdum etiam cœtu veſtro dimiſſo,comperi. Et ad Atticum,lib.9.17.6,Vixdum epiſtolam tuam legeram, quum ad me currens ad illum Poſthumus Curtius venit,nihil niſi claſſem loquens & exercitus.

Vix tandem. Terent.Phorm.2.1.4, -ô facinus audax!ô Geta Monitor.6.vix tandem. Vbi Donatus, Conuenit hoc dictum ei: iam pridem ſe malè audire putat: & ideo ſerò videtur ad hunc ſenex peruenisſe: quum ille metuens,ſe primum ad accuſationem crederet. Idem Andria,3.1.11,Vix tandem ſenſi ſolidus. Cic.Appio Pulchro,lib.3.9.1,Vix tandem legi literas dignas Appio Claudio. Virg.1.Æneid.16, Vix tãdem magnis Ithaci clamoribus actus Compoſito rupit vocem.

Vix ſaltem. Quintil. lib.6. cap.5, Illud vix ſaltem præcipiendum videtur.

Vix vt. Plin.li.11.ca.17.1, Vix vt dignoſci poſſit à maſtice vera.

¶Vix,Refertur ad tempus. Virg.1.Æneid.8,
Vix è conſpectu Siculæ telluris in altum
Vela dabant læti. Id eſt mox & ſtatim. Ibidem,114,Vix ea fatus erat. Sic 4.Æneid.109, -& quos Sidonia vix vrbe reuelli. Id eſt ſtatim,aut etiam vix. Seruius.

¶Vix,Non, authore Donato. Lucilius,-carcer,vix carcere dignus. Ouid.1.epiſt.1,Vix Priamus tanti,totáque Troia fuit.

¶Vixita tamen viuimus. Plaut.Ciſtel.1.1,Si idem iſtuc imitamur, ita tamen vix viuimus.

V L

Vlciſcor,vlciſceris,pen.corr.vltus ſum,vlciſci,Vindicare,& iniuriam nõ impunitã relinquere. Et dicimus, Vlciſcor te,Vlciſcor te,pro,Vlciſcor me,& Vlciſcor ſcelus. Plaut.Amphit.16.74, Ego pol illum vlciſcar hodie Theſſalum veneficũ. Terẽ.Eun.5.4.10, Ego pol te pro iſtis dictis & factis,ſcelus,
Vlciſcar,vt ne impune in nos illuſeris. Idem Adelph.3.1.15,Satis mihi id habeam ſupplicii,dum illos vlciſcar modó. Cic.ad Cornificiũ,lib.12.13.2,Neque enim quæ tu propter magnitudinem & animi & ingenii moderatè fers,à te non vlciſcenda ſunt etiam ſi nũ ſint dolenda. Quintil.lib.6.cap.1, Vtitur frequenter accuſator & miſeratione quum aut eius caſum quem vlciſcitur,aut liberorũ aut parentum ſolitudinem conqueritur.

Vlciſci & perſequi. Cic.Bruto,3.4, Quos quidem ego omnib⁹ ſententiis vlciſcor, & perſequor,omnibus bonis approbantibus.

Vlciſci & Sanare, cõtraria. Cic.2.in Catil.37,Quos quidẽ ego, ſi vllo modo fieri poſſet,non tam vlciſci ſtudeo quàm ſanare.

Aliquẽ vlciſci. Cic.2.de Inuẽt.185,Ab defenſore,in eius quem vltus ſit,audaciam ſui cõqueſtione, rem non ex nomine ipſius negotii,ſed ex conſilio eius qui fecerit,&c.

Vlciſcentur illum mores ſui. Cic.Attico,lib.9.18.4.3.

Vlciſci aliquod factum. Plaut.Menæch.11.6, Ni hãc iniuriam, méque vltus fuero. Terent.Phorm.1.4.11,Rectè ego mihi vidiſſem,& ſenis eſſem vltus iracundiam. Cic.3.in Catilinã,68, Vltus eſt huius victoriæ crudelitatem poſtea Sylla.

Fratres cæſos vlciſci. Ouid.12.Metam.111.

Gentis delectæ vlciſci funera. Lucan.lib.2.17.

Genera ſingula vlciſci. Cic. Poſt reditũ ad Quirites,17, Sic vlciſcar genera ſingula,quẽ admodũ à quibuſq; ſum prouocatus.

Vlciſci iniurias. Cæſar 1.belli Gall. 47, Qua in re Cæſar non ſolùm publicas,ſed etiã priuatas iniurias vltus eſt. Cicero 2.de Inuent. 182, Deinde hoc ſi conſtitutum ſit, vt peccata homines peccatis,& iniurias iniuriis vlciſcantur,quantum incommodorum conſequatur.

Mortem alicuius vlciſci. Cic.pro Rabirio perduel.reo,9, Et ſimilis virtus vlciſceris patrui mortem, atque ille perſequeretur fratris ſui,ſi iſta ratione agere voluiſſet?

Necem alicuius vlciſci armis. Ouid.7.Metam.92.

Nefas fortiter eſt vltæ laqueo. Ouid.1.de Arte,57. De Byblide.

Patriam cadentem vlciſci. Virg.1.Æneid.116.

¶Vltum ire. Curtius li.10,Poſtero die indigna res Macedonibus videbatur, Perdicam ad mortis periculum adductum: & Meleagri temeritatem armis vltum ire decreuerant. Salluſt.in Iugurtha, Cum maxima cura vltum ire iniurias feſtinat. De Metello.

Vltio,vltiõnis,penult.prod. Verbale,Ipſe vlciſcendi actus. Plinius lib.11.cap.18.1,Illis enim vltionis cauſa datum eſt.

Promptus vltioni. Tacit.lib.11.

Voluptas vltionis. Quintil.lib.5.cap.13.7.

Audere vltionem. Tacit.lib.1, Et tunc dubiis rebus eius vltionem auſus.

Mactare aliquem vltioni & gloriæ. Tacit. lib.1, Simul perfidos & raptores pacis vltioni & gloriæ mactandos.

Vltor,vltóris,penult.prod. Qui vlciſcitur. Cic.de Claris Orat.145, Duo præterea Conſulares, quorum Publius ille noſtrarum iniuriarum vltor,author ſalutis. Idem pro Sylla,64, Ego ille cõiurationis inueſtigator atque vltor,certè non defenderem Syllam, ſi coniuraſſe arbitrarer. Idem,Tribunitiique ſanguinis vltores eſſe præſentes. Sic Plinius lib.11.cap.15.5.

Prævaricator & vltor alicuius. Cic. in Piſonem,17, Id autem templum ſublato aditu,reuulſis gradibus, à coniuratorum reliquis, atq; à Catilinæ prævaricatore,tũ vltore armis teneretur.

Dolorum alicuius vltor. Virg.10.Æneid.173.

Inimicorum vltor. Cic.Cælio, lib.1.8.6, Te verò mi Rufe diligo, quem mihi fortuna dedit amplificatorem dignitatis meæ, vltorem non modò inimicorum, ſed etiam inuidorum meorum,&c.

Mortis alicuius vltor. Ouid.3.Metam.12.

Scelerum vltores. Lucan.lib.2.106.

Fortiſſimus vltor. Ouid.15.Metam.165.

Di vltores. Propert.lib.3.eleg.10.5.

Vltrix,vltrícis,penult.prod.fœm.gen. Quæ vlciſcitur. Cic.pro Domo ſua,86, Hæc vltrix afflictæ ciuitatis, Reipub. ſpoliis ornabitur? Virgil.11. Æneid. 118, Hæc cape, & vltricem pharetra deprome ſagittam.

Anima vltrix. Stat.11.Thebaid.113.

Dextra vltrice fuſus Lycus. Sene.Herc.fur.11.1.

Hamma vltrix. Virg.2.Æneid.118.

Vlcus,vlceris,pen.corr.n.g. Sanies concreta intra cutem latitans:quæ vt properè abrupta cute erumpat,emplaſtris ſupernè alligatis ſolet confoueri. Virg.lib.3.Georg.91,
Quàm ſiquis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os,alitur vitium,viuitque tegendo.

Calloſa vlcera. Vide Callus.

Incurata vlcera. Horat.1.epiſt.17.5.

Tetra vlcera. Lucret.lib.5.199.

Putre vlcus tenero latet in ore. Perſius Saty.3.11.

Ad malum vlcera reducere. Vide Ad præpoſitionem.

Os ſummum vlceris reſcindere. Virg.3.Georg.91.

Inuſtis vlceribus rubet corpus. Lucret.lib.6.134.

Viueſcit vlcus,& inueteraſcit alendo. Lucret.lib.4.215.

¶Vlcus tangere,i ſt mouere dolorem,eiúſque rei facere mẽtionem quæ nos magnopere vrat. Terent.Phorm.4.4.9, Quid minus vtibile fuit,quàm hoc vlcus tangere? Hãc metaphoram M. Tullius oppido quàm eleganter expreſſit in Clodium, qui populum fame iam exaſperatum,concionibus inſuper ſeditioſis in rabiem agebat. Vt tu (inquit) in hoc vlcere tanquam vnguis exiſteres. Erasmus.

Vlcus eſt quicquid attigerit horũ. Cic.1.de Nat.deo.144, Quæro igitur,veſter deus primùm vbi habitet. Deinde quæ cauſa eũ loco moueat,ſi modò mouetur aliquãdo. Poſtremò quum hoc proprium ſit animantium, vt aliquid appetat, quod ſit naturæ accõmodatum,deus quid appetat,ad quam denique rem motu mentis ac rationis vtatur. Poſtremò quomodo beatus ſit, quo modò æternus. Quicquid enim horũ attigeris, vlcus eſtuta malè inſtituta ratio exitum reperire non poteſt. Id eſt,ita abeo defendi non poterit,quin erroris vanitatiſque conuincatur.

Exiſtere tanquam vnguem in vlcere. Cic. pro Domo ſua, 9, Quid ſi vtrunque fuit,& vt fames ſtimularet homines,& tu in hoc vlcere tanquam vnguis exiſteres?

¶Vlcus,à nonnullis ſcribitur cũ h,quod Græcè ἕλκος dicatur.

Vlcuſculum,vlcuſculi,pen.corr.Diminutiuum. Plin.lib.18.ca.19.13,Lien vituli in vino decoctus,tritúſq; & illitus, vlcuſcula oris. Celſus lib.5,de puſtularum generibus. Ex puſtulis verò nõnunquam etiam vlcuſcula ſunt,aut aridiora,aut humidiora.

Vlcero,vlceras,pen.corr.vlcerãre,Dilaniare,& multa vlcera facere. Plin.lib.28.ca.9.13,Item equarũ præterquam virginum erodit,emarginat,vlcerat. In veteri codice legitur emarginat vlcera. Cic.de Fato,53,Nondũ enim vlcerato ſerpentis morſu Philocteta, quæ cauſa in rerum natura continebatur,fore vt is in inſula Lemno linqueretur. Horat.1.Serm.ſatyra 6.11,
-nunc mihi curto

Ire licet mulo, vel ſi libet, vſque Tarentum,
Mantica cui lumbos onere vlceret, atque eques armos.
Iecur alicuius vlcerare. Horat. 1. epiſt. 19. 15,
Non ancilla tuum iecur vlceret vlla, puérve
Intra marmoreum venerandi limen amici.

Vlcerôſus, pen. pro. Adiectiuum, Plenum vlceribus. vt
Iecur vlceroſum. Horat. 1. Carm. ode 15. 3.
Vlceroſum, ad arbores tranſlatum. Plin. lib. 17. cap. 14. 7, Ante omnia gemmantes nitêre cõueniet, nihil vſquam vlceroſum eſſe, aut retorridum.

Vlex, vlicis, pen. corr. Frutex eſt roris marini ſimilis, aſper, aurúmque reuocans. Plin. lib. 33. cap. 4. 10.

Vligo, penult. prod. vligĭnis, pen. corr. fœm. ge. Terræ naturalis humor, ex ea nunquam recedens, inquit Seruius. Varro 1. de Re ruſt. cap. 1. 6, Sõlũ oportet eſſe eruderatũ & procliuũ, vt euerri facilè poſſit, ac fieri purum. Non enim ſolùm ea vligo lanam corrumpit ouium, ſed etiam vngulas, ac eas ſcabras fieri cogit. Virg. 2. Georg. 37, At quæ pinguis humus, dulcique vligine lætâ.
Peſtifera vligo campi. Silius lib. 8. 76.

Vliginôſus, penult. prod. Adiectiuũ, Semper vnidum: vt Vligino-ſus ager, qui ſemper eſt humidus. Varro 1. de Re ruſt. cap. 6. 5, Campeſter locus is melior, qui totus æquabiliter in vnam partem vergit, quàm is qui ad libellam æquus: quòd is, quũ aquæ non habent delapſum, fieri ſolet vligino-ſus. Columel. lib. 2. cap. 4. 3, Igitur vligino-ſi campi proſcindi debent poſt Idus menſis Aprilis. Plinius lib. 17. cap. 5. 1, Item vligino-ſam triſtia terram demonſtrant.

Vllus, vlla, vllum, Aliquis, quaſi vnus aliquis: nunquam autem affirmatiuè ponitur, ſed ponitur vel negatiuè: vt, Non eſt vllus qui currat. Vel interrogatiuè: vt, E ſine vllus qui currat? Vel ſubiunctiuè: vt, Si vllus me vocabit, ſtatim veniam. Terent. Si vllo modo eſt, vt poſſit, quod ſpero fore. Cicero 6. Verr. 6, Nullum inquam horum reliquit, neque aliud vllum tamen, præter vnum perutus ligneum, Bonam fortunam, vt opinor. Idem in eundem, 4. 42, Debebat Epicrates vllum nummum nemini. Idem ad Quint. fratrem, Si vllam partem libertatis tenebo. Et 2. Offic. 56, Iuſtitiæ tanta vis eſt, vt ne illi quidem qui maleficio & ſcelere paſcuntur, poſſint ſine vlla particula iuſtitiæ viuere. Virg. 3. Georg. 11, -in me mora non erit vlla.
Negat prodeſſe vllam ſcientiam alicui. Cic. 1. de Orat. 130.
Emptor vllius rei nemo. Cic. 1. Philip. 97, Omnino vllius rei nemo fuit emptor, cui defuerit hic venditor.
Obiicit mihi quòd vllum de liberis meis potuerim facere diſcrimen. Quintil. in Ægro redempto.

Vlmus, vlmi, fœm. gen. Arbor vineis amica. Plin. lib. 16. cap. 40. 9, Rigorem fortiſſimè ſeruat vlmus, ob id cardinibus, aſſamentiſque portarum vtiliſſima, quoniam minimè torquetur: permutanda tantùm ſic, vt cacumen ab inferiore ſit cardine, radix ſuperior. Columel. lib. 4. cap. 33. 2, Quia ſi viminibus ſalicis aut vlmi ligneris, increſcẽs vitis ſeipſam præcidit. Idem libro 5. cap. 6. 1, Si vlmorum ſeminarium paratum habuerit.
Alta vlmus. Virgil. eclog. 10. 14.
Exeſa vlmus. Ouid. 3. Faſt. 150.
Fœcundæ frondibus vlmi. Virg. 2. Geor. 90.
Fortes vlmi. Virg. 2. Georg. 17.
Frondoſa vlmus. Virg. eclog. 2. 14.
Patula vlmus. Perſ. Saty. 5. 2.
Speciоſa vlmus nitentibus vuis. Ouid. 14. Metam. 133.
Viduæ vlmi, Quibus nõ adhærent vites. Iuue. Saty. 8. 8, Stratus humi palmes viduas deſyderat vlmos.
¶ Adiungere vites vlmis. Virg. 2. Geor. 2.
Amictæ vitibus vlmi. Ouid. 10. Metam. 10.
Degrauat vlmum vitis. Ouid. 5. Triſt. eleg. 4. 7.
Intexere vlmos vitibus. Virg. 2. Georg. 45.
Vinciſtur vitibus vlmus. Ouid. epiſt. 5. 10.

Vlmeus, Adiectiuum, Quod ex vlmo eſt. vt Virgæ vlmeæ, apud Plautum in Aſin. 7. 75. Et Epid. 3. 10, Quem Apelles Zeuſíque duo pingent pigmentis vlmeis. Hoc eſt virgis vlmeis. Colum. lib. 6. cap. 3. 5, Probatúrque maximè vlmea frons.

Vlmitriba, pen. cor. Qui vlmum terit, id eſt qui virgis vlmeis cæditur. Plautus Perſa, 8. 8.

Vlmarium, vlmarii, Locus vlmis conſitus, vlmorum ſeminarium. Plin. lib. 17. cap. 11. 1, Differendæ ex arearum venis poſt annum in vlmaria, interuallo pedali in vnamquamque partem.

Vlna, vlnæ, Propriè, inquit Seruius, eſt ſpatium quantum vtraque extẽditur manus. Plin. lib. 11. cap. 43. 1, Terreſtrium vni homini iugali, humeri, cæteris armi vlnæ. Virgil. 3. eclog. 11, Tres pateat cæli ſpatium non amplius vlnas. Dicta vlna, vt ait Seruius, ἀπὸ τῶν ὠλένων, id eſt à brachiis, vnde & ὠλένιον ὄρος dicitur. Licet Suetonius vnum cubitum velit eſſe tantummodo. Virgil. 3. Georg. 71, -ſeptémque aſſurgit in vlnas. Vbi Seruius: Creſcit in ſeptem vlnas. Vlna autem, vt diximus, ſecũdum alios cubitus, quod magis verum eſt, quia Græcè ὠλένη dicitur cubitus: vnde eſt ὠλενιαῖος ὄφις.
Toga bis ter vlnarum. Horat. Epod. 4. 2.
¶ Leues vlnæ. Claud. 7. Paneg. 34.
Teneræ vlnæ. Ouid. 9. Metam. 131.
Tremula vlna. Catul. ad Coloniam, 17. 3,
-nec ſapit pueri inſtar
Bimuli, tremula patris dormientis in vlna.
Mollibus vlnis attollere aliquem. Ouid. 7. Metam. 171.
Circundare aliquem vlnis. Stat. 5. Sylu. 3. 54.
Auidis vlnis circunligat matrem. Stat. 1. Achill. 35.
Niueis reducem complectitur vlnis. Claud. 2. in Eutrop. 38.

VLPIANVS Iuriſconſultus, Adriani Imperatoris ſcriniorũ magiſter, Tyrius fuit. Is vtitur authoritate Pomponii in libris Pandectarum. Qui quum Galliam regeret, populari tumultu excitato, interfectus eſt, vt notat Raphael Volaterranus.

Vlpicum, vlpici, pen. corr. Græci appellauere genus allii grandius inter pulmentaria ruris adſcriptum, authoribus Plinio & Columella. Plaut. Pœn. 19. 35, -amán`tu autem plenior
Allii vlpici quàm ſint romani remiges? Colum. lib. 11. ca. 3. 15, Vlpicum, quod quidam allium punicum vocant, Græci autem σφαιρικὸν appellant, longè maioris eſt incrementi, quàm allium. Idque circa Calendas Octobris, antequam deponatur, ex vno capite in plura diuidetur. Habet enim velut allium plures cohærẽtes ſpicas: exq; quũ ſint diuiſæ, liratim ſeri debent, vt in paluinis poſitæ minus infeſtentur hyemis aquis. Eſt autem lira ſimilis ei portæ quam in ſationibus campeſtribus ruſtici faciunt, vt vligînem vitent. Sed hæc in hortis minor eſt facienda, & per ſummam partem eius: id eſt in dorſo, inter palmaria ſpatia ſpicæ vlpici vel allii (nam id quoque ſimiliter conſeritur) diſponendæ ſunt.

Vls, facit vltra & vltim', inquit Feſtus. Nonius, Vls Cato pro vltro poſuit.

Vlterior, **Vltimus**, Vide **Vltra**.

Vltio, vide **Vlciſcor**.

Vltra, Præpoſitio, accuſatiuo caſui ſeruiens, Significat præter & trãs. Plaut. Merc. 3. 14, Sed amori accedunt etiã vltra hæc quæ dixim'. Saluſt in Iugurtha, Maurique vagũ genus, vt alii Aphricæ, cõtendebant Antipodas vltra Æthiopiã cultu Perſarũ, & iuſtos & egregios agere. Quintilianus lib. 7. cap. 3, Vltra Oceanũ nec quid ſit, nec quale ſit, ſed an quid ſit. Cic. ad Atticum, lib. 12. 45. 1, Vltra Silianam villam eſt, quã puto tibi notã eſſe, &c.
Vagari vltra terminum. Horat. 1. Carm. ode 12. 3.
Vltra pueriles annos. Quintil. lib. 1. cap. 11. 11, A me tamen nec vltra pueriles annos retinebitur.
Vltra placitum laudare. Virg. eclog. 7. 6,
Aut ſi vltra placitum laudarit, baccare frontem
Cingite. Vbi Seruius, Vltra placitum, Id eſt nimiẽ. Irriſoriè, Vltra quàm placeo & mereor.
Vltra modum progredi. Cic. 4. Tuſc. 59, Sed adhibent modum quendam, quem vltra progredi non oporteat.
¶ Vltrà, Aduerbium eſt, quum ſine caſu ponitur. Plaut. Stich. 5. 14, Nunc vltrà hoc deportem? haud placet: neque id verò officium ego arbitror. Colum. de Arboribus, cap. 5, Quæ ſic reſectæ inoleſcunt, nec vltrà obſunt vitibus.
Intendamus vltrà animum. Quintil. lib. 7. cap. 2. 38.
Vltra citráve peruolare. Plin. lib. 10. cap. 23. 4, Et quanuis vltra citráve peruolent, nunquam tamen aduenîſſe vſquam, niſi noctu exiſtimantur. De grauibus.
Nihil vltra, vel Nõ vltra, pro Nihil ſupra, vel nihil præterea. Cic. ad Att. li. 15. 21. 8, Eſt autem oratio ſcripta elegãtiſſimè ſententiis, verbis, vt nihil poſſit vltra cogitari. Idem de Vniuerſ. 10, Si probabilia dicentur, nequid vltra requiratis. Liu. 4. belli Punici, 67, Tãta vi ſe in hoſtem intulerunt, vt ſuſtineri vltra nõ poſſent. Hîc pro amplius.
Vltra quàm. Cicero 1. de Inuentione, 103, Remotum eſt, quod vltra quàm ſatis eſt, petitur. Idem 1. Tuſc. 18, Vltra enim quò progrediar, quàm vt veriſimilia videam, non habeo. Ibidem, lib. 2. 9, Nec vltra, quàm id quod veriſimile occurrerit, progredi poſſumus.
Vltra quàm oportet. Quintil. lib. 2. cap. 5. 15, Sed dicendi mutauimus genus, & vltra nobis, quàm oportebat, indulſimus.
Non vltra quàm, Vide **Non**.
Vltra, ab VLS deriuatur, quo veteres vtebãtur, ſicut citrà à Cis.

Vlterior, ab Vltra comparatiuus. Terent. Phorm. 4. 1. 10,
Sed eccum ipſum. quis eſt vlterior? atat Phædriæ
Pater venit. Plin. epiſt. 34. 6, Sit modò ſilentium acre, & intentum, & cupidum vlteriora audiendi. Cic. ad Atticũ, lib. 3. 17.

4,Ille Galliæ vlterioris adiunctor. Idē de Prouinc Consul.19, Quorū alter vlteriorē Galliā decernit cū Syria,alter citeriorem.

Vlteriora mirari,præsentia sequi.Tacit.lib.10.

Loqui vlteriora.Ouid.5.Fast.106.

Vlterius,Aduerbium. Ouid.2. Metam.175, Inde abit vlterius:mediique per æquora ponti Fert prædam.

Vltimus,pen.cor. Ab vltra superlatiuum,idem quod Postremus, extremus,summus.Cic.2.de Nat.deorū,80,Luna quæ omnium vltima est. Idem 1.de Legib.11,A quibus tēporibus capiat scribendi exordium.Ego enim ab vltimis censeo.

Extremus & vltimus.Cic.2.de Diuin.137, Cælum ipsum quod extremum atque vltimum mundi est.

Vltimæ ædes. Terent.Heaut.5.1.19, Est mihi vltimis conclaue in ædibus quoddam retro.

Dies vltima expectanda homini.Ouid.3.Metam.27.

Mors vltima linea rerum.Horat.1.epist.17.16.

Luna vltima.Cic.in Somnio Scip.13.

Memoria vltima.Cic.pro Archia.1.

Tempus proximū,medium,vltimum.Cic.de Prouinc.Cōs.36.

Platea vltima.Plaut.Mil.10.15, Sterilis hinc prospectus vsque ad vltimā plateam probè est. Idem Curcul.6.28, Illum vsque in platea vltima. Terent.Phorm.2.4.39,Sed quis hic est senex, quem video in vltima platea?

Terra vltima.Cic.de Aruisp.resp.11.

Ad vltimum,Vide Ad præpositionem.

¶Vltimum ac maximum telum.Liu.4.ab Vrbe,111,Necessitate,quæ vltimum ac maximum telum est,superiores estis.

Vltima inopia. Liu.7.bel. Maced. 137, Vbi inopiam vltimam laborémque in obsidenda vrbe sibi proposuerant. Ibi paucos dies statiua habuere.

¶Denuntiare necessitatem vltimam.Tacit.lib.15,Qui necessitatem vltimam denuntiaret.Hoc est,mortem.

Vltima pœna.Liu.3.ab Vrbe,149,Et M.Claudius assertor Virginiæ, die dicta damnatus, ipso remittente Virginio vltimam pœnam,dimissus Tybur exulatum abiit.

¶Vltimum bonum,pro summo.Cic.3.de Finib.Eorum, dico qui summum bonum, quod vltimum appellant, in animo ponerent.Nonius.

Vltima experiri, Id est summa. Liu.1.ab Vrbe,110, Prius itaque,quàm vltima experirētur, Senatū iterū consulere placuit. Curt.lib.8, Interim frater Taxilis regis Indorum præmissus ab Alexandro, monere cœpit Porū, ne vltima experiri perseueraret. Celsi.lib.7.cap.7, Igitur vbi vltima experiri statutū est,&c.

¶Vltima pati,Extrema supplicia.Liu.7.bel.Maced.115,Collaudatis egregiè Smyrnæis,quòd omnia vltima pati,quàm se regi tradere maluissent, introducti Rhodii sunt. Curtius lib.3,non procul ab initio,Ni se dederent,ipsos vltima esse passuros.

Vltima in malis hæc sunt illi. Cicero ad Brutum, 17.6. Hæc mihi videntur Ciceroni vltima esse in malis: & dum habeat à quibus impetret quæ velit, & à quibus colatur ac laudetur, seruitutem,honorificam modò,non aspernatur.Id est extrema & summa mala esse videntur.

¶Vltimum periculi.Curtius lib.8,Lysimachus enim quōdam quū venaretur in Syria, occiderat eximiæ magnitudinis feram solus,sed læuo humero vsque ad ossa laceratus,ad vltimum periculi peruenerat.

¶Vltimus, pro Primus aliquādo ponitur. Virg.7.Æneid. 10, -tu sanguinis vltimus author.Dictus vltimus,quod vltra omnia sit,siue antè respicias,siue retro.Seruius.

Vltima antiquitas.Cic.1. de Finib.99,Quòd quàm magnum sit,fictæ veterum fabulæ declarant,in quibus tam multis támque variis ab vltima antiquitate repetitis, tria vix amicorum paria inueniuntur.

Vltimū in amicitia,Primum. Cic.1.Offic.Efficitúrqi id quod Pythagoras vltimum in amicitia putauit, vt vnus fiat ex pluribus.Nonius.

Vltimum principium. Cic.1. de Inuent. 115, Nobis omnium quicunque fuerunt ab vltimo principio huius præceptionis,vsque ad hoc tempus expositis copiis, quodcunque placeret, eligendi potestas fuit.

Initiū vltimū.Author ad Herenn.lib.1.14,Rem breuiter narrare poterimus, si inde incipiemus narrare, vnde necesse erit, & si non ab vltimo initio repetere volemus.

Vltimùm Aduerbium, Postremùm. Liu.1.ab Vrbe,136, de Albanis migrātibus,Nunc errabundi domos suas,vltimùm illas visuri peruagantur. Idem lib.10.bel. Maced. Vltimùm de cælo, quod comitia turbaret,interuenit. Idem lib.5.Decad.5,An vltimum mori iussurum? Curtius lib.5,Darius Artabazum vltimùm illum visurus amplectitur.

Vltimò, pen.corr.Aliud aduerbium,Denique.Sueton.in Nerone, cap.31,Vltimò templis compluribus dona detraxit, simulachráque,ex auro vel argento fabricata conflauit.

Vltro,Aduerb.Ab vltra fit:& significat Vltra, siue insuper.Vir. 1.Æne.30,Illis lachrymis vitā damus,& miserescimus vltro. Vbi Seruius,Vltro,nō est spōte,nā iam rogauerat:sed insuper.Et venit ab eo quod est vltra:quia plus quàm rogauerat præstiterūt. Idē 5.Æne.11,Nūc vltro ad cineres,ipsi' & ossa parētis.Vbi Seruius,Vltro,aut vltra,id est insuper, hoc est ampli' numina præstiterūt.Aut vltro,spōte sua,non optātibus,aut volentibus nobis. Idem lib.9.146,Viderit irrumpentem,vltróque incluserit vrbi.

¶Vltro,Econtrario.Virg.5.Æneid.90,

Entellus vires in ventum effudit,& vltro
Ipse grauis,grauitérque ad terram pondere vasto
Concidit. Nam(inquit Seruius)ille cadere debuerat.

¶Vltro,Prauè,& peruersè.Terent.Adelph.4.3.5.

Nisi si me in illo credidisti esse hominū numero,qui ita putāt, Sibi fieri iniuriam vltro,siquam fecēre,ipsi expostulant, Et vltro accusant.Donatus.

¶Vltro,Non requisitus,inquit Valla.Plaut.Epid.3.51,Continuò te orabit vltro,vt illā trānsmittas sibi. Idem Pœnul.4.119, Inuēdibili merce oportet vltro emptorē adducere. Idem Menæch.15.15, -nec te vltro orauī vt dares,

Tute vltro ad me detulisti,dedisti eam dono mihi. Idem Amphit.7.19, Venis etiam vltro irrisum dominū. Terēt. Phorm. 2.3.13, O audaciam!etiam me vltro accusatum aduenit. Idem Andria,1.1.73, -hæc fama impulsus Chremes,

Vltro ad me venit. Idem Eunucho,1.1.8,

Infecta pace vltro ad eam venies,indicans
Te amare. Cic.ad Figulū,lib.4.13.4,Nec mihi quicquā tali tēpore in mētem venit,optare,quod nō vltro mihi Cæsar detulerit. Idem pro Quintio,11,Tūc appellat vltro Næuiū,vt quoniā suspicaretur aliqua de re fore cōtrouersiā, videret vt quàm primū & quàmminima cum molestia tota res transigeretur. Et 1.de Finib.94,Cum sciret nemo eum rogatū à C.Plotio Equite Rom.splēdido Nursino,vltro ad mulierem venit. Cæsar 4.bel. Gall.563,Cæsar quæstus,quòd cum vltro in continentem legatis missis,pacē à se petissent,bellū sine causa intulissent. Ouid.2. Met.111,At puto nō vltro,nec quicquàm tale rogātē Me petiit.

Dare animam vltro.Virg.4.Georg.41.

Compellare aliquem vltro.Virg.1.Æneid.56.

Vltro offerre se alicui.Cic.in Pisonem,19.

Vltro polliceri.Cic.in Pisonem,19.

Vltro citróque,Hinc atque illinc,siue vtrinque.In factis & in dictis.Cic in Somnio Scip.3,Multísque verbis vltro citróque habitis,ille nobis est cōsumptus dies.Quum ego te alloquor,tunc verba vltro quasi vltra eunt. quum te alloquentem audio,tunc verba citro quasi citra veniunt. Sicut pedes quum à loco recedo,tunc vltro eo:quum redeo,tunc citro.Nec elegans esset,huc atque illuc cōmeabat,nisi errabundum,& incertum iter significes.Hæc Valla libro 2. Cicero pro Roscio Amerino,36, Postea homines cursare vltro,& citro non desiterunt. Idem 7.Verr. 134,Monimentum sceleris, audaciáque suæ voluit esse in conspectu Italiæ,vestibulo Siciliæ,præternectione omnium,qui vltro citróque nauigarent. Et 1.de Nat.deorum,110,Sic naturis his ex quibus omnia constant sursum deorsum, vltro citróque commeantibus,mundi partium coniunctio continetur. Sic 1. Acad.41,Et quum sic vltro citróque verseturi,& materiā ipsam totam penitus cōmutari putant. Cæsar 1.bel.Gall.177,Quum sæpe vltro citróque legati inter eos mitterentur. Item 1.belli Ciuil.77, Pòst paulo tamen nuntiis vltro citróque missis, quæ ignorabant de L.Domitii fuga cognoscunt.

Vlua,vluæ,Herba palustris. Virg.1.Æneid.17,

Limosúque lacu,per noctem obscurus in vlua Delitui.

Fluminea vlua.Ouid.5.Fast.104.

Glauca vlua.Virg.6.Æneid.83,

Tandem trans fluuium incolumes,vatémque virúmque
Informi limo,glaucáque exponit in vlua.

Leues vluæ.Ouid.8.Metam.68.

Limosa vlua.Lucan.lib.2.14.

Palustris vlua.Virg.3.Georg.35.

Steriles vluæ.Ouid.4.Metam.60.

Viridi vlua tectus Rhenus.Ouid.4.Trist.eleg.2.9.

VLVBRAE,pen.cor. locus est in Italia in quo nutritus est Cæsar Augustus,propter quā causā ab Horatio nominatur,quū sit desertissimus vicus.Hæc Porphyrio apud Horatiū, lib.1.epist.11.6,

Strenua nos exercet inertia,nauibus atque
Quadrigis petimus bene viuere:quod petis hîc est,
Est Vlubris,animus si te non deficit æquus.

Vacuæ Vlubræ.Iuuenalis Satyr.10.11, -vasa minora
Frangere pannosus vacuis ædilis Vlubris.

Vlula/vlulæ,pen.cor. Auis nocturnæ genus,dicta ἀπὸ τῆς ἀλάλης, inquit Seruius,quod est vlulare & flere. Virgil. eclog.8.11, Cernent & cygnis vlulæ,sit Tityrus Orpheus. Plin.lib.10. cap. 11.4, Vncos vngues & nocturnæ aues habent, vt noctux,bubo, vlulæ.

Vlulas Athenas,Vide **Noctua.**

V'lulo,v'lulas,pen.corr.vlulâre,Canū est & furiarum, inquit Seruius:transfertur & ad alia.Virg.1.Georg.96, -& altè
Per noctē resonare lupis vlulātibus vrbes. Idē lib.4.Æne.34, -summóque vlularūt vertice Nymphæ. Sic Plin.lib.16.cap.4.2, Terribili Marte vlularent.

Lætus vlulare triumphis.Lucan.lib.5.63.
Canes vlulant.Virg.6.Æneid.51.
Ædes vlulant plangoribus fœmineis.Virg.2.Æneid.98.
Flebile vlularunt ripæ.Silius lib.6.57.
Tristia vlularunt Galli.Lucan.lib.1.114.

V'lulans,pen.cor.Participiū.Cic.in Orat.15,Quū verò inclinata, vlulantique voce,more Asiatico,canere cœpisset,quis eū ferret?
Tumultus vlulans.Virg.11.Æneid.133.

Vlulātus,pen.prod.Aliud participium:vt
Pœnia vlulata.Stat.9.Thebaid.195.

Vlulātus,huius vlulātus,penul.prod.Ipse vlulandi actus.Virgil.9. Æneid.96, -& fœmineo vlulatu. Liu.5.ab Vrbe,175,Mox vlulatus cantúsque dissonos vagantibus circa mœnia turmatim Barbaris audiebant. Cæsar 5.bel.Gall.138,Tum verò suo more victoriam conclamant,atque vlulatum tollunt. Ibidem,lib.7. 315,Et ii,qui ad auxilium cōuenerāt, clamore & vlulatu suorum animos confirmabant. Plinius iunior epist.14.lib.2, Vlulatus quidē(neque enim alio vocabulo potest exprimi) theatris quoque indecora laudatio largè supersunt. Plin.maior lib.8.cap. 40.4,Vni ex his canē nec à carcere abigi potuisse,nec à corpore recessisse,abiecto in gradibus gemonijs, mœstos edentem vlulatus magna Pop.Rom.corona circunstante.

Acutus vlulatus,Vide **Acuo.**
Flebilis vlulatus.Stat.5.Thebaid.111.
Fœmineus vlulatus.Virg.4.Æneid.134. Et.9 96.
Insani vlulatus.Claud.de bello Gildon.27.
Querulis vlulatibus impleui Idam.Ouid.epist.5.15.
Terrificus vlulatus.Claud.1.in Rufinum,17.
Tremuli vlulatus.Stat.lib.5.Sylu.5.14. Vlulatum dixit pro vagitu.Loquitur enim de infante.

¶ Complere auras vlulatibus.Ouid.6.Fast.103.
Crebris vlulatibus feriunt aures.Lucan.lib.2.7.
Implere montes vlulatibus.Ouid.4.Fast.91.
Inerrat auribus vlulatus.Stat.9.Thebaid.30.

VLYSSES,Græcorum omnium qui ad Troiam profecti sunt,sapientissimus,filius Laertæ & Autolycæ.Cuius vitam & res omnes in vita gestas scribit Homerus.

Dicimus Vlysses,Vlyssis,Vlyssi,Vlyssem,Vlysses. Itē Vlysseus, Vlyssei,Vlysseo,Vlyssea, Vlysseu,quatuor syllabarū: & Vlysseus per eu diphthongum, Vlyssī vel Vlyssi, trium syllabarū. Est & vocatiuus Vlysse ab Vlysses,e producto: quēadmodū ab Achilles Achille. Nam quod Græcorū alii dicunt ἀχιλλεῦ, ἀχιλλέος, ἀχιλλεῖ vel ἀχιλλῆ, ἀχιλλέα,ἀχιλλεῦ: Dores dicūt ἀχίλλευ,ἀχίλλα, ἀχίλλᾳ, ἀχίλλευ,ἀχίλλε.Hoc casu vsus est Ouidius epist.1.1,Hanc tua Penelope lento tibi mittit Vlysse. Idem 13.Metam.17, Quáque ruit,nō tu tantum terretis Vlysse, Sed fortes etiam. Eodem in libro sæpius etiam Achille vocandi casu vsurpatum inuenies. Reliquos casus non omnes Latinis in vsu fuisse arbitror.Nam Vlyssei & Vlyssi sæpius inuenio:ita Vlysseus,Vlysseo, Vlyssea,Vlysseu,nusquā.Sic Vlysses, Vlyssis, Vlyssi,Vlyssem,vsitata sunt:Vlysses vocandi casu vix inuenies. Postremò Vlysses, Vlysse,Nominatiuus & vocatiu⁹,apud Græcos primæ,apud Latinos secundæ declinationis,in vsu frequenti sunt, quorum genitiuus & datiuus Vlyssæ, Vlyssæ, (quemadmodū vsitatum est Anchisæ,)à Latinis repudiati sunt.

Multa passus est Vlysses. Cic.1.Offic.158, Quàm multa passus est Vlysses in illo errore diuturno,quum & muliebribus(si Circe & Calypso mulieres appellandæ sunt)inseruiret,&c.

Vlysses & Nestor sapientes habiti.Cic.5.Tusc.11,Etiam heroicis ætatibus Vlyssem & Nestorē accepimus & fuisse & habitos esse sapientes.

Vlysses simulatione insaniæ militiam subterfugit. Cic.3.Offi. 230,Vsile videbatur Vlyssi,vt quidā poetæ tragici prodiderunt: nam apud Homerum, optimum authorem, talis de Vlysse nulla suspicio est, sed insimulant eum tragœdiæ simulatione insaniæ militiam subterfugere voluisse.

Carminibus Circe socios mutauit Vlyssi.Virg.eclog.8.14.
Cautum Vlyssem.Ouid.1.Trist.eleg.2.2.
Dirus Vlysses.Virg.2.Æneid.55.
Duplicis Vlyssei.Horat.1.Carm.ode 6.2.
Duri miles Vlyssi.Virg.2.Æneid.2.
Experientis Vlyssæ.Ouid.14. Metam.31.
Fallacis Vlyssæ.Ouid.11.Metam.154.
Inuentor scelerum Vlysses.Virg.2.Æneid.33.
Ithacensis Vlyssē.Horat.1.epist.6.13.
Laborioſi Vlyssei. Horat.Epod.17.4.
Vlysses Orator.Cic.de Claris Orat.19,Neq; enim iam Troicis temporibus tantum Laudis in dicendo Vlyssi tribuisset Homerus.
Patiens Vlyssei.Horat.1.epist.7.8.
Pellacis Vlyssi.Virg.2.Æneid.18.
Sæui terram execramur Vlyssis.Virg.3.Æneid.55.
Solers Vlysses.Iuue.Saty.9.7.
Ingenio Vlyssis deprensus.Ouid.13.Metam.61.
Socio semper confidit Vlysse.Ouid.13.Metam.48.

VLYSSIPONA,Lusitaniæ metropolis,quam hodie *Lisbonam* vocant, regū Portugalliæ hodie regia est. Tradit vetustas ab Vlysse conditam esse. Strabo Vlysseam appellari scribit lib.3. Aliqui Vlyssippo scribunt,alii Olyssippo.vt apud Plinū lib.8.cap.41.12.

Olyssipponensis,Adiectiuum.vt Olyssipponense promontorium. Plin.lib.4.cap.21.

V M

Umbella,Vide **Umbra.**

VMBER,Vide **VMBRIA.**

Umbilicus, vmbilici,penul.prod.ab vmbone deriuatur:Ligamentum intestinorū, quod mediam ferè planitiem ventris obtinet:ad hoc factum,vt per eum,fœtus,dum est in vtero matris, nutriatur.Plin.lib.10.cap.52.3, Vmbilicus ouis à cacumine inest ceu gutta eminens in putamine.

Castrare Vmbilicum,Vide **Lustro.**

Vmbilicus, quicquid in aliqua re est mediū.Vnde Reate oppidū,vmbilicū Italiæ esse dicim⁹, quia in medio ferè Italiæ situ est.Ci.6.Ver.95,Et raptā esse Liberā,quā eādē Proserpinā vocāt, ex Ennēsiū nemore,qui loc⁹,quòd in media est insula sit⁹,vmbilic⁹ Siciliæ nominatur. Liu.5.bel.Maced.65,Iā primùm Ætolos,qui vmbilicū Græciæ incolerēt, in armis eum inuenturum.

Certus terrarum vmbilicus.Cic.2.de Diuin.171,O sancte Apollo,qui vmbilicum certum terrarum obsides. Ex poeta.

Dies ad vmbilicum iam est. Plaut.Menæch.4.43,Dies quidem iam ad vmbilicum est dimidiatus mortuus.

¶ Vmbilici, interprete Porphyrione, ornamēta quædam ossea,aut lignea,corneáve,vmbilici nostri formam imitātia,quæ voluminibus iam absolutis addebantur. Hinc prouerbialis figura nata,Ad vmbilicum ducere, quod significat Librum finire, atque absoluere.Horatius Epod.14.2,

Deus deus nam me vetat
Incœptos, olim promissum carmen,iambos
Ad vmbilicum ducere. Martialis lib.4. epigrammate vltimo,
Ohe iam satis est,ohe libelle,
Iam peruenimus vsque ad vmbilicos,
Tu procedere adhuc & ire quæris. Idem lib.5.6,
Quæ cedro decorata,purpuráque,
Nigris pagina creuit vmbilicis. Et in tertio,2,
Cedro nunc licet ambules perunctus,
Et frontes gemino decens honore,
Pictis luxurieris vmbilicis. Rursum lib.11.108,
Explicitum nobis vsque ad sua cornua librum,
Et quasi perfectum Septitiane refers. Idem lib.1.61,
Mutare dominum non potest liber notus,
Sed pumicata fronte siquis est,nondum
Nec vmbilicis cultus atque membrana. Et lib.2.6.
Quid prodest mihi tam macer libellus,
Nullo crassior vt sit vmbilico,
Si totus tibi triduo legatur? Erasmus. Catull.ad Varum,19.2, -chartæ regiæ,noui libri, Noui vmbilici.

Binis vmbilicis decoratus liber.Stat.4.Sylu.9.2.

¶ Vmbilicus,Parua circulus in terra descriptus ad dignoscēdos ventos. Plin.lib.18.cap.33.2, Per huius mediā longitudinem duci sæculo sulcum,vel cinere lineam,verbi gratia pedum x x cōueniet:mediámque mēsuram, hoc est in x pede circunscribi circulo parvo,qui vocatur vmbilicus.

¶ Vmbilici,Parui ac rotundi,politique lapilli.Cic.2.de Orat. 13,Sæpe ex socero meo audiui,quum is diceret socerū suum Lælium semper ferè cum Scipione solitū rusticari,eósque incredibiliter repuerascere esse solitos, quum rus ex vrbe tanquam ex vinculis euolauissent.Non audeo dicere de tantis viris,sed tamen ita solet narrare Scæuola, cúchas eos & vmbilicos ad Caietam & ad Laurentum legere consuesse.

Vmbilicātus,pen.prod.Adiectiuū,Quod vmbilicos habet,vel aliquid ad vmbilici similitudinem. Plin.lib.13.cap.4.5, Et in aluo media plerisque vmbilicatum. De palma.

Umbo,vmbōnis,pen.prod.m.g. Media pars clypei est.Liu.4.ab

Vrbe,83,Aſſurgentem ibi regẽ,vmbone reſupinat. Ibidẽ,lib. 5.209,Gallũ qui id in ſummo cõtiterat,vmbone ictũ deturbat. Ibidem,lib.9.111,Vmbonibus inculſáque ala ſternuntur hoſtes.

¶ Vmbo in gemma. Plinius lib.37. ca.6.8,Arabicæ excellunt candore circuli prælucido, atque non gracili, neque in receſſu gemmæ,aut in delectu renitẽte,ſed in ipſis vmbonibus nitente,præterea ſubſtrato nigerrimi coloris.

¶ Vmbo,Scutum:à parte totum.Virgil.9.Æneid.161,

-nec ſufficit vmbo Ictibus. Ibidem,lib.10.177,

Inde aliud ſuper,atque aliud figitque volátque
Ingenti gyro,ſed ſuſtinet aureus vmbo.

Fortis vmbo.Lucan lib.6.39.

Vmbra,vmbræ,Aer carens ſole:quod ſit alicuius corporis obiectu,præſertim nubiũ.Cic.1.de Orat.15,Nam me hæc tua platanus admonuit,quæ nõ minus ad opacandum hunc locũ patulis eſt diffuſa ramis, quàm illa cuius vmbram ſecutus eſt Socrates.

Nemorum altorum vmbræ.Virg.3.Georg.104.

Æmula vmbra,Vide Æmulo.

Apta vmbra paſtoribus.Ouid.1.Metam.157.

Arborea vmbra.Ouid.10.Metam.16.

Cana vmbra.Virgil.2.Æneid.71, -nox atra cana circumuolat vmbra.

Denſæ vmbræ in montibus.Virg.1.Georg.69.

Dulcis vmbra.Virg.1.Æneid.140.

Exangues vmbræ.Virg.6.Æneid.81.

Frigida noctis vmbra.Virg.eclog.8.3, Frigida vix cælo noctis decеſſerat vmbra.

Grauis vmbra.Virgil.eclog.10.15, -ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra.

Horrenti vmbra nemus.Virgil.1.Æneid.34.

Ingens vmbra.Virg.2 Georg.4.

Largæ vmbræ opulenta ſylua.Stat.6.Thebaid.19.

Leuis vmbra nemoris.Ouid.5.Metam.68.

Longæ vmbræ,Vide Longus.

Matutinæ vmbræ,Vide Matutus.

Nemorales vmbræ.Ouid.3.Amor.eleg.1.1.

Nocturnæ vmbræ.Ouid.1.Amor.eleg.8.3.

Nutrix aut nouerca vmbra,Vide Nouerca.

Obſcura vmbra.Virg.6.Æneid.91.

Pampinea vmbra,Vide Pampinus.

Spiſſæ vmbræ noctis.Virg.2.Æneid.134.

Squallentes vmbræ picearum.Silius lib.1.17.

Subluſtris vmbra noctis.Virg.9.Æneid.75.

Tremulæ vmbræ.Stat.5.Thebaid.50.

Vacua vmbra tonſoris.Horat.1.epiſt.7.10, -cõſpexit,vt aiũt, Adraſum quendam vacua tonſoris in vmbra.

Viridis vmbra.Vir.ecl.9.3, -aut viridi fõtes induceret vmbra.

¶ Nigras vmbras ſibi abluit terra.Lucret.lib.4.76,

Propterea facilè & ſpoliatur lumine terra:
Et repletur item,nigráſque ſibi abluit vmbras.

Sacra nemus accubat vmbra.Virg.3.Georg.67.

Blanditur populus vmbrâ.Ouid.10.Metam.110.

Cadunt vmbræ,Vide Cado.

Captare vmbras & frigora.Virg.eclo.2.2.

Minax vmbra coit.Valer.3.Argon.116, -ceu pectora nautis
Gelat hyberni vultus Iouis,agricoliſve,
Quum coit vmbra minax. Id eſt quum tempeſtas in nubibus congregatur.

Contrahit vmbras dies medius.Ouid.3.Metam.19.

Humentem vmbrã polo dimouerat Aurora. Virg.4.Æneid.2.

Nigras vmbras diſcutit aer lucidus.Lucret.lib.4.65.

Pallentes vmbras diſcutit ſol.Virg.3.Georg.71.

Creſcentes vmbras decedens ſol duplicat.Virg.eclog.2.14.

Efficere vmbrã. Celſ.lib.1.cap.2, Melior autem eſt exercitatio ſub dio,quàm in porticu:melior,ſi caput patitur,in ſole,quàm in vmbra: quam parietes efficiunt aut viridaria, quàm quæ tecto ſubeſt:melior recta,quàm flexuoſa.

Per vmbras ire ſub nocte.Virg.6.Æneid.54.

Foliorum vmbra exuberat luxuria.Virg.1.Georg.39.

Facere vmbram. Quintil.lib.5. cap.10.57, Nam corpus in lumine vtique vmbram facit.

Exiguas vmbras fecerat ſol altiſſimus.Ouid.3.Metam.10.

Minimas fecerat vmbras ſol.Ouid.14.Metam.11.

Incurrere in vmbram. Cic.2.de Diuinat.15,Vident ex cõſtantiſſimo motu Lunæ,quãdo illa è regione Solis facta incurrat in vmbrã terræ,quæ eſt meta noctis,vt eam obſcurari neceſſe eſt.

Inducere vmbras fontibus.Virg.eclog.5.8.

Inducit vmbras terris nox.Horat.1.Serm.ſaty.5.2.

Ingruit vmbra vitibus.Virg.2.Georg.81.

Nox inuoluit cælum magna vmbra.Virg.2.Æneid.51.

Miniſtrans vmbram potantibus platanus. Virg.4.Georg.30.

Nocent frugibus vmbræ.Virg.eclog.10.16.

Roriferis vmbris nox terram obruit.Lucret.lib.6.174.

Obtexitur cælum vmbra.Virg.11.Æneid.111.

Ingentes vmbras murorũ porrigit cãpus. Stat.11.Thebaid.51.

Requieſcere ſub vmbra.Virg.eclog.7.2.

Salices vmbram ſufficiunt paſtoribus.Virg.2.Georg.87.

¶ Vmbras arborum amputare.Virgil.1.Georg.31,

Et ſonitu terrebis aues,& ruris opaci
Falce premes vmbras,votíſque vocaueris imbrẽ. Vbi Seruius, Vmbras,ramos arborum ſegetibus incumbentes.

¶ Ne vmbram quidem eius nouit.Ductum ab antiqua pictura videri poteſt,quæ rem duntaxat vmbris ruditer repræſentabat.Cic.ad Atticum,lib.7.130.1,O hominem amentem & miſerum,qui ne vmbrã quidem vnquam rĩ aliã̃ viderit! Ex Eraſmo.

¶ Vmbræ, prouerbiali loco dicebãtur olim ii qui venirent ad conuiuiũ,non ipſi quidem vocati,ſed comites eorum qui vocati fuerant:ſic illos ſequẽtes, velut vmbra corpus vltro ſequitur. Ad hanc paræmiam alluſit Horatius 1.epiſt.5.6,ſcribẽs ad Torquatum, -Brutam tibi Septimiúmque,
Et niſi cœna prior,potiórque puella Sabinum
Detinet,aſſumam. Locus eſt & pluribus vmbris:
Sed nimis arcta premunt olidæ conuiuia capræ.Huius carminis ſenſus ſic habet:Admonet Torquatũ,vt ad cœnam veniat,paucis comitatus,videlicet Bruta,Septimio,& Sabino:non quòd ſit defuturus in accubitu locus,ſi velit plures vmbras ſecum adducere: verùm id futurum incommodi, vt alarum odor offendat cõuiuii ſuauitatem,ſi anguſtius ſedeatur.Deinde ſi velit omnino plures vmbras, id eſt comites,præmoneat ſe de numero, ne non reſpondeat apparatus.Brutam itaque,Septimium,& Sabinum,vmbras Torquati vocat,ſi veniant,non ipſi quidẽ inuitati,ſed à Torquato,quem vocarat Horatius,ceu comites adducti. Idem alibi, -cum Seruilio Balatrone
Vibidius,quos Mecœnas adduxerat vmbras. Id eſt Vltróneos comites.Eraſmus.

Velut vmbra ſequi dicitur,qui nũquã deeſt: Nã vmbra corp' affectatur, velit nolit.Plaut. Caſina,3.4, Decretũ eſt mihi quaſi vmbra quoquò ibis tute,perſequi. Vnde affectas indiuiduos, vmbras vocamus,& vltro comitãtes ad cõuiuiũ. M.Tullius lib. Tuſcul.quæſt.1,Etſi enim nihil in ſe habeat gloria quur expetatur,tamen virtutem tanquam vmbra ſequitur.Ex Eraſmo.

Suã ipſius vmbrã metuere dicuntur,qui pueriliter trepidant, vbi nihil omnino ſit periculi.Tranſlatũ vel ab his,qui forte cõſpecta corporis ſui vmbra,ſubitò expaueſcũt. Vel à melancholicis quibuſdã,qui authore Ariſtotele, propter oculorum imbecillos ſpiritus, in aere proximo, veluti ſuam quandã imaginem contemplantes arbitrantur ſeſe ſuos videre manes. Socrates in Phædone Platonis, Tu verò tuam, quemadmodum dici ſolet, metuens vmbrã,id eſt Tibiipſi diffiſus. Cic.de Petitione Cõſulatus,6,Alter verò,quo,dii boni,ſplendore eſt! primum nobilitate eadem,qua Catilina,num maiore:non ſed virtute.Quãobrem qui Manius vmbram ſuam metuit, hunc negliges quidem.Hactenus Eraſmus. Cic.ad Atticum,lib.15.319.15,Etſi mihi videtur iſte qui vmbras timet, ad cædem ſpectare, tamen niſi explicata ſolutione,non ſum diſceſſurus.

Vmbra & imago,cui opponitur Solida & expreſſa effigies.Cic. 3.Offic. 91, Sed nos veri iuris germanæque iuſtitiæ ſolidã & expreſſam effigiẽ nullam tenemus, vmbra & imaginibus vtimur.

Vmbras falſæ gloriæ conſectari.Cic.in Piſonem,44,Nam vt leuitatis eſt inanem aucupari rumorẽ,vt omnes vmbras etiam falſæ gloriæ conſectari.

Vmbra honoris.Tacit.lib.19.

Vmbra luxuriæ,Signum, Veſtigium. Cic.pro Murena,11, In quo ipſam luxuriam reperire non potes, in eo te vmbram luxuriæ reperturum putas?

Vmbra veritatis,Species quædam,& quod veriſimile dicitur. Plin.lib.30.cap.2.4,Proinde autem ita perſuaſum ſit,inteſtabilem, irritam,inanem eſſe, habẽtem tamen quaſdam veritatis vmbras,ſed in his veneficas artes pollere,non magicas.

Sub vmbra Tribunitia delitere.Liu.4.ab Vrbe,179,Vbi illi patritii ſpiritus,vbi ſubnixus & fidẽs innocẽtiæ animus eſſet quærebat:ſub Tribunitia vmbra Conſularem virum delituiſſe.

¶ Vmbræ dicũtur quas faciũt pictores, vt imagines quæ planæ ſunt,ſolidæ videantur.Cic.4.Acad.41,Adhibita verò exercitatione,& arte,vt oculi pictura teneãtur, aures cantibus,quis eſt quin cernat quanta vis eſt in ſenſibus:quàm multa vident pictores in vmbris,& in eminentia,quæ nos non videmus?

¶ Vmbra & imago alicuius. Cic. pro Rabirio Poſthumo,11, Vmbrã equitis Rom.& imaginẽ videtis Iudices vnius amici cõſeruatã auxilio & fide: nihil huic eripi poteſt præter hoc ſimu-

lachrum pristinæ dignitatis,quod Cæsar solus tuetur & sustinet.
Ne contagio mea bonis,vmbráve obsit.Cic.3.de Orat.90.
¶Vmbræ,Inferorum imagines.Virgil.6.Æneid.79,
Vmbrarum hic locus est,somni,noctisque soporæ:
Corpora viua nefas Stygia vectare carina. Tranquil.in Calig. cap.59,Satis constat custodes hortorũ vmbris inquietatos. Pli. li.7.ca.55.3.Quæ genitis quies vnquã,si in sublimi,seíus animæ manet,inter inferos vmbræ? Seruius in illud 4.Æneid.131,
Vixi:& quem dederat cursum fortuna, peregi.
Et núc magna mei sub terras ibit imago. Bene(ait)imaginẽ dixit. Valde enim quæritur apud philosophos quid illud sit quod inferos petat.Nãtibus cõstamus:Anima,quæ superna est,& originẽ suã petit:Corpore,quod in terrã deficit: Vmbra,quã Lucretius sic definit,Supràspoliat lumine aer.Ergovmbra si ex corpore creatur,sine dubio perit cũ corpore est quicquam reliquũ de homine quod inferos petat.Sed deprehenderunt esse quoddam simulachrũ, quod ad nostri corporis effigiem fictum inferos petat:& est species corporea, quæ non potest tangi, sicut ventus. Hinc in l.b.6.Æn.79,Corpora viua nefas Stygia vectare carina. Hãc autẽ rẽ etiã Homer° requirit, simulachro Herculis apud inferos viso. Et sciẽdum simulachra hæc esse etiã eorum qui per apotheosin dii facti sunt. Vnde aut visi esse apud inferos,aut illuc descendisse dicuntur.Horatius de Libero,lib.2.Carm.ode 19.
6,Te vidit insons Cerberus aureo
Cornu decorum. Sciendũ tamen abuti poetas & confuse vel simulachrum,vel vmbram dicere.Hactenus Seruius.
Dominus vmbrarum,Pluto.Ouid.10.Metam.4.
Rector vmbrarum.Senec.Œdipo,10.6.
Rex vmbrarum.Onid.7.Metam.51.
Crudelibus occubat vmbris.Virgil.1.Æneid.111.
Exangues vmbræ.Stat.1.Thebaid.61.
Gelidæ vmbræ. Ouidius 8. Metamorph.100, Vos cinis exiguus,gelidæque iacebitis vmbræ
Imas Erebi descendit ad vmbras.Virg.6.Æneid.81.
Infernæ vmbræ.Vide Infernus.
Inhumata vmbra.Silius lib.13.89.
Pallentes vmbræ.Virgil.4.Æneid.6.
Parentales vmbræ.Ouid.4.Trist.eleg.9.18.
Saxæ Stat.10.Thebaid.80. Silentes.Virgil.6.Æneid.53.
Senilis.Ouid.14.Metam.14. Stygiæ.Ouid.1.Metam.19.
Tenues Erebi vmbræ.Virgil.4.Georg.94.
Tristes vmbræ.Virgil.5.Æneid.147.
Vlricis vmbræ vanis exagitari terroribus. Quintil.in Sepulcro incantato,ad finem.
Volantes nocte vmbræ.Ouid.1.Amor.eleg.6.3.
¶Adigere aliquem ad vmbras infernas,Vide Adigo.
Vmbella,vmbellæ,Diminutiuum.
Viridis vmbella.Iuuenal.Satyr.9.5,
Et cui tu viridem vmbellam, cui succina mittas Grandia.
¶Vmbella,Id est ἀνάθλιτον,In plantis quibusdam dicitur floris seminisve veluti pedamentum in plures diuisum longiores pediculos:qui simul ex fastigio eodem orti,in latius continuò radiantur, singulique florem vel semen sustinent,in orbem circumactum:qua floris figura fœniculum anisum,sambucus, pluráque alia sunt:quod quoniam vmbellæ,qua solem à vultu mulieres arcent,forma est,ob latitudinem circinationémqi suam: ideo vmbella & ἀνάθλιτον dicitur.Cæterùm Dioscorides hanc vmbellam non in origano in orbem se colligere, sed multifidam & veluti diuisam esse inquit,lib.3.cap.31.Dicitur & Latinè muscarium. De hac vmbella, tale est Martialis epigramma lib.14.
28,vmbraculum similiter nominans,
Accipe quæ nimios vincant vmbracula Soles:
Sit licet & ventus,te tua vela tegent.
Vmbro,vmbras,vmbrare, Tegẽdo vmbram facere. Columel.lib. 5.ca.7.1,Tum omnes penè virgæ,ne vmbrent,eo tempore quo vitis putatur abraduntur. Plin.lib.19.cap.1.15, Marcellus velis forum vmbrauit.
Montes vmbrantur opaci.Virgil.3.Æneid.101.
Rosis vmbratus dux.Claud.de bello Gildon.89.
Tempora vmbrata quercu.Virgil.6.Æneid.155.
Vmbráticus, pen.corr.Adiect. Quod est ex vmbra,seu ad similitudinem vmbræ.
Vmbraticus homo dictus est à Plauto in Curcul.11.24, trapezita,qui in vmbra sub tecto vitam agit otiosam.
Vmbraticæ literæ. Plinius epist.179, Nos quàm angustis terminis claudamur, etiã tacente me perspicis: nisi fortè volumus scholasticas tibi,atque(vt ita dicam) vmbraticas literas mittere.
Vmbrátilis,& hoc vmbrátile,pen.corr.Adiect.vt Vita vmbratilis, & delicata.Cic.2.Tuscul.48, Sic ad malam domesticam disciplinam vitámque vmbratilem & delicatã,quum accesserũt etiam

poetæ,nervos omnis virtutis elidunt.
Vmbratilis exercitatio, Quæ in loco operto atq; adeò in vmbra fit.Cic.1.de Orat.76,Ducenda deinde dicho est ex hac domestica exercitatione & vmbratili medium in agmen, in pulverem,in clamorem,in castra atque aciem forensem.
Segnis mora & vmbratilis.Colum.lib.1.cap.2.1, Quicquid verò dabitur occasionis, ruri moretur, quæ non sit mora segnis, nec vmbratilis.
Oratio philosophorum mollis & vmbratilis.Cic.in Orat.35.
Vita vmbratilis & delicata.Cic.2.Tuscul.48.
Vmbráculum,vmbráculi,pen.corr.Locus cõpositus & tectus frondibus aut re alia quacunque ad vmbram præbendam.Varro li-bro 1.de Re rustica,cap.51.2, Vbi ea re tecta & loca calida prope aream faciunt, ac vmbracula quò succedant homines in æstu, tempore meridiano. Virgil.9.eclog.8,
-& lentæ texunt vmbracula vites.
Tegmen & vmbraculum. Colum.lib.3.ca.10.10,Ex his igitur si non ipsa membra cõcepta atque fœtu granida, sed tanquam tegmina & vmbracula eorum, quæ fructibus vidua sunt, legerimus,vmbræ scilicet,non vindemiæ laborabimus.
Vmbracula eruditorum.Cic.de Claris Orat.18,Processerat enim in solem & pulverem,nó vt è militari tabernaculo, sed vt è Theophrasti doctissimi hominis vmbraculis. Idem 3.de Leg. 11, Mirabiliter doctrinam ex vmbraculis eruditorum , otióque non modò in solem atque in pulverem, sed in ipsum discrimẽ aciémque produxit.
¶Vmbraculum,pro Vmbella mulieris, qua regitur facies ad solis calores arcendos.Ouid.1.Fast. 61, Aurea pellebant tepidos vmbracula Soles. Idem 1.de Arte,41, Ipse tene distincta tuis vmbracula virgis.
Vincta vmbracula sertis.Tibull.lib.2.eleg.6.12.
Vmbrífer,pen.corr.vmbrifera, vmbrifer ũ,pe.corr.Ferés vmbrã. Cic.1.de Diuina.44.
Inque academia vmbrifera,nitidóque Lyceo
Fuderunt claras fœcundi pectoris artes.Ex poeta. Varro 1.de Re rust.ca.2.8,Circiter meridianos æstus dum defervescũt, sub vmbriferas rupes,& arbores patulas subiiciunt.
Fundo vmbrifero Styx liuida.Stat.1.Thebaid.12.
Nemus vmbriferum.Virgil.6.Æneid.95.
Vndæ vmbriferæ salcator.Stat.8.Thebaid.4.
Vmbrósus,penul.prod.vmbrosior,vmbrosissimus.Opacus.Cicero ad Q. frat.lib.3.17.5, Ego locum æstate vmbrosiorem vidi nunquã. Plin.lib.16.cap.26.8,Fico folium maximum vmbrosissimúmque. Idem lib.11.cap.27.1. Virg.8.Æneid.7,
-eum tenuis glauco velabat amictu
Carbasus,& crines vmbrosa tegebat arundo.
Arbos vmbrosa.Virg.2.Georg.14.
Cacumina vmbrosa.Virgil.eclog.1.1.
Collis vmbrosus.Ouid.1.de Arte,84.
Nemus vmbrosum.Ouid.7.Metam.15.
Ripa.Horat.3.Carm.ode 1.5. Tecta.Tibull.lib.1.eleg.4.1.
Sylua.Ouid.1.Metam.139. Valles.Virg.3.Georg.67.
VMBRIA, Regio Italiæ, quam Plinius li.3.ca.14.1,in sexta regione collocat,ἀπὸ τῦ ὄμβρυ,hoc est ab imbre:quòd Vmbri à Græcis quasi Vmbrii dicantur, & omnium Italiæ populorum antiquissimi inundatione terrarum imbribus fuisse credantur. Vel dicta est Vmbria ab vmbra:quòd ea regio propter altitudinem montium & vicinitatem Apennini,vmbrosa sit. Lucanus lib.2, Iúsque sui pulso iã perdidit Vmbria Thermo. Incipit Vmbria ab Apennino,& vltra ac vsque ad sinum Adriaticum extenditur, multis præclara vetustissimis oppidis, sed in primis Sentino,& fano Fortunæ. In ea etiam sunt Spoletum:à quo nunc ea regio,ducat° Spoletanus dicitur:Nurcia,Reate,Ameria,Tipher num, Fulgineum,Nuceria,Assisia,Tudertum,Narnia.Trecenta vmbrorum oppida Tusci debellasse reperiuntur. Cic.1.de Diuin.151,Phryges autem & Pisidæ,& Cilices,& Arabum natio, auium significationibus plurimum obtemperant, quod idem factitatum in Vmbria accepimus.
Vmber, Qui est ex Vmbria. Catull. in Egnatium,37.3, Aut parcus Vmber,aut obesus Hetruscus.
Martius Vmber.Silius lib.10.65.
Aper Vmber.Horat.2.Serm.saty.4.8.
Mariti Vmbri rubicunda vxor.Ouid.3.de Arte,61.
Vmbro,vmbras,Vmbrosus,Vide Vmbra.

V N

Una/Aduerb.acuitur in fine,vnâ,ad differentiam ablatiui nominis Vnus:significátque Simul.Cic.ad Atticum,li.7.119.2,Si in Italia Pompeius constitit,erimus vnâ.
Ambos vnà necare.Cic.2.de Finib.117,Et si id non probares, quo minus ambo vnà necaremini,non precarêre?

Vnà inter ſe. Plaut. Mil. 4.60, Qui amantes vnà inter ſe faciã vt conueniant.

Vnà mecum. Terent. Adelph. 4.3.7, Sed quæſo vt vnà mecum ad matrem virginis eas. Virgil. 2 eclog. 7, Mecum vnà in ſyluis imitabere Pana canendo.

Vnà cum. Cic. de Amicitia, 33, Quòd ſummi puerorum amores ſæpe vnà cum prætexta toga deponerentur. Idem pro Milone, 18, Cum hoc quum eſſet vnà, ita eſt multatus, vt vitã amiſerit. Et 1. de Orat. 24, Qui cum illis vnà ipſum illũ Carneadem diligentius audierat. Item ad Terentiam, libro 14. 4. 13. Peccatum eſt nullum, niſi quòd non vnà animam cum ornamentis amiſimus.

Philoſophari vnà cum aliquo. Cic. 2. de Finib. 161.

¶ Vnà, geminatum aliquando in oratione ponitur, & eandẽ vim habet quam cum & tum. Cic. 1. Verr. 1, Is ſi mei cõſilii cauſam rationémque cognouerit, vnà & id quod facio probabit, vnà & in hac cauſa profectò neminem mihi eſſe præponẽdum actorem putabit. Sic legit Valla. at noſtra exemplaria non habent ſecundum illud VNA.

Vnà pariter. Cato cap. 160, Dic vnà pariter vſque dum coeãt.

Vnanimis/& hoc vnánime, & Vnánimus, pen. cor. Adiectiuũ, Quod vnius eſt animi, & eiuſdem ſententiæ cum altero. Liu. 7. ab Vrbe, 94, Noui Conſules fœnebrem quoque rem, quæ diſtinere vnanimos videbatur, leuare aggreſſi, &c. Virgil. 4. Æne. 2, Quum ſic vnanimem alloquitur male ſana ſororem. Ibidem lib. 12. 53, -vos vnanimi denſate catervas. Stat. 5. Syl. 1. 36, Tunc ſic vnanimum moriens ſolatur amantem.

Fratres vnanimes. Catull. ad Veranium, 9. 1.

Sodales vnanimi. Catull. ad Alphenum, 28. 1.

Vnanimitas, pen. corr. vnanimitãtis, fœm. g. Conſenſus, æquanimitas. Plautus Trucul. 8. 58, -proh dii immortales, non
Amantis mulieris, ſed ſociæ vnanimitatis fidentis fuit
Officium facere. Liu. 10. bel. Maced. 30, Mihi, Antiocho, & cuilibet regum huius ætatis nulla re magis quàm fraterna vnanimitate regnum æquaſſe.

Vncia/ vnciæ, Exiguæ menſuræ genus. Dicta quòd vna ſit ex duodecim partibus aſſis. Plaut. Menæ. 11. 3, Atque huic vt addas auri pondo vnciam. Idem Rud. 11. 6,
Neque piſcium vllam vnciam pondo hodie
Cepi. Cic. ad Atticum, lib. 13 195. 4, Mortuus enim Babulius. Cæſar, opinor, ex vncia, etſi nihil adhuc, ſed Lepta ex triente. Et ad Q. fratrẽ, lib. 3. 24. 14. Duas enim tabulas ſe putauit obſignare, in quibus in vnciis firmiſſimum.

Vncia agri, Duodecima pars iugeri. Varro 1. de Re ruſt. ca. 10. 1, Adhoc principio mẽſores nõnunquam dicunt in ſubciſiuum eſſe vnciam agri, aut ſex antem, aut quid aliud: quum ad iugerum peruenerunt, id habet ſcrupula ducenta octoginta octo.

Vncia in menſuris vocatur duodecima pars pedis. Nos pollicem dicimus. Vnde Plinio lib. 15. ca. 14. 1, latitudo pollicaris, quæ & vncialis. Frõtinus de aquæ ductibus, Eſt autem digitus, vt cõuenit, ſextadecima pars pedis, vncia duodecima. Vide Budæum lib. 5. de Aſſe. Vide etiam Libra.

Vnciola, vnciolæ, pen. cor. Diminutiuum. Iuuenalis Satyr. 1. 5, Vnciolam Proculeius habet, ſed Gillo deuncem.

Vnciatim, pen. prod. Aduerbium. Terent. Phorm. 1. 1. 9,
-quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo
Suum defrudans genium comparſit miſer, &c. Plin. lib. 28. ca. 9. 16, Datur & phthiſicis vnciatim, cum vini veteris hemina decocta, donec tres vnciæ è toto reſidant.

Vnciarius, Adiectiuum: vt Lex vnciaria, apud Feſtum.

Vnciarium fœnus, Omnium minimum quod ex centum vnciam tãtùm in annum reddebat. Liu. 7. ab Vrbe, 68, De vnciario fœnore à M. Duellio, L. Menenio Trib. pleb. rogatio eſt perlata. Ibidem, Nam etſi vnciario fœnore facto, leuata vſura erat, ſorte ipſa obruebantur inopes. Tacit. lib. 5, Nequis vnciario fœnore amplius exerceret.

Vnciaria ſtips, Duodecima aſſis pars, omnium minima moneta. Plin. lib. 34. cap. 5. 3, Item P. Minutio præfecto annonæ extra portam Trigeminam vnciaria ſtipe collata.

Vnciariæ vites, Quæ ita diſpoſitæ erant vt inter quãlibet vitem vnius iugeri vncia interuallum æquale faceret. Colum. lib. 3. ca. 1. 1, Nec ſolùm quæ iucunditate ſaporis, verumetiam quæ ſpecie commendari poſſint, conſeri debent, vt ſtephanitæ, vt tripedanæ, vt vnciariæ, vt cydonitæ.

Vnciãlis, & hoc vnciãle, pen. prod. Quod ad vnciam pertinet: vel quod eſt vnius vnciæ.

Vncialis aſſis, Qui vnciam tantùm valebat. Plin. lib. 33. ca. 3. 7, Q. Fabio Maximo Dictatore, aſſes vnciales facti.

Vncialis altitudo. Plin. lib. 18. cap. 16 5, Ideo protinus altitudine vnciali herbis omnibus liberanda eſt.

Literæ vnciales. Hieronymus in Præfatione libri Iob. Habeãt qui volunt veteres libros vel in membranis auro argentóq; deſcriptos, vel vncialibus (vt vulgò aiunt) literis onera magis exarata quàm codices. Vnciales literas Hieronymus intelligi voluit pollicis craſſitudine exaratas. Budæus de Aſſe lib. 1.

Unctum/ Vide Ungo.

Uncuo/ vnci, Fuſtis ab vno latere incuruus ac ſeſe retorquens: quo inſtrumento puniebãtur damnati. Iuue. Saty. 10. 7, -impactus Seianus ducitur vnco. Plin. in Paneg. 33, Nemo ſpectator ſpectaculũ factus miſeras voluptates vnco, & ignibus expiauit. A Græco fit: Græci enim ὀγκᾶσθαι extuberare & intumeſcere dicunt: & ὄγκος tumorem: à quo ὄγκινον vncum ſiue vncinũ: quòd vbi incuruatur, quodãmodo intumeſcere atque extuberare videatur. Cic. pro C. Rabirio perduel. reo. 11, Nos à verberibus, ab vnco, à cruce denique terrore, neque res geſtæ, neque acta ætas, neque noſtri honores vindicabunt? Idem 1. Phil. p. 3, Vncus impactus eſt fugitiuo illi qui in C. Marii nomen inuaſerat. Liu. 10. bel. Pun 41, Poſtremò aſſeres ferreo vnco præfixi (harpagones vocant milites) ex Punicis nauibus inijci in Romanas cœpti. Cato cap. 10. 1, Operculum aheni vnum, vncos ferreos tres. Colum. lib. 3. cap. 18. 1, Et velut vncus infixus ſõlo, antequam extrahatur, prærumpitur.

Naualis vncus, Harpago. Valer. 8. Argon. 60.

Seuerus vncus. Horat. 1. Carm. ode 35. 4, ad Fortunam,
Te ſemper anteit ſæua Neceſſitas,
Clauos trabales, & cuneos manu
Geſtans ahena, nec ſeuerus
Vncus abeſt, liquidúmque plumbum.

Vncus, Adiectiuum, Incuruus. Columel. lib. 7. cap. 11. 1, Atque vncis digitis alterum quoque teſticulum educito. Plin. lib. 10. cap. 11. 4, Vncos vngues & nocturnæ aues habent, vt noctuæ, bubo, vlulæ. Idem lib. 11. cap. 37. 50, Aquaticis vnci vngues ſunt.

Læuia & Vnca, contraria ſunt apud Lucretium lib. 2. 86,
Sunt etiam quæ iam nec læuia iure putantur
Eſſe, neque omnino flexis mucronibus vnca.

Æra vnca. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 1,
Qui ſemel eſt læſus fallaci piſcis ab hamo,
Omnibus vnca cibis æra ſubeſſe putat. Hoc eſt hamos.

Aratrum vncum. Virgil. 1. Georg. 4.

Cauda vnca minatur ſcorpius. Ouid. 15. Metam. 75.

Cornibus vncis ferit taurus. Propert. lib. 2. eleg. 5. 4.

Dente vnco recluditur tellus. Virg. 2. Georg. 85.

Hami vnci. Ouid. 15. Metam. 96.

Labrum vncum. Lucret. lib. 4. 119.

Morſu vnco naues alligat anchora. Virg. 1. Æneid. 35.

Ora vnca. Stat. 3. Thebaid. 107. De aquilis.

Pedes vnci. Virg. 3. Æneid. 47.

Retinacula vnca. Stat. 3. Syl. 2. 7.

Vnguibus vncis timendæ volucres. Lucret. lib. 5. 7.

Vomer vncus. Virg. 2. Georg. 44.

Vncinãtus, pen. pro. Aliud adiect. Vncinis armatum. Cic. 4. Acad. 117, Nec vt ille qui aſperis & læuibus, & hamatis vncinatiſque corporibus concreta hæc eſſe dicat interiecto inani.

Unda/ vndæ, Propriè pars aquæ in ſe collecta, & in vnam partem tendens, vt quum fluctuat mare. dicta quòd ſit vna, & in ſe conſta. Cic. 10. Philipp. 174, O ſpectaculum illud non modò hominibus, ſed vndis ipſis & litoribus luctuoſum, cedere è patria ſeruatorem eius, manere in patria proditores. Apud Plautum in Milite, 9. 33, Vndarum plenum mare.

Vnda ponitur pro aqua, vt pars pro toto. Ouidius 1. Meta. 5,
-& terris abſcidit vndas. Hoc eſt mare à terra ſeparauit.

Aeriæ vndæ, Nubes. Lucret lib. 2. 31.

Cæcis erramus in vndis, Tenebricoſis. Virg. 3. Æneid. 40.

Deformis vnda Stygis. Senec. Thyeſte, 8. 9.

Dulces vndæ. Virg 1. Georg. 49.

Flauæ vndæ. Claud. 1. in Ruffinum, 18, Acrius Harpyiis, flauis incertius vndis.

Fluctiuaga vnda. Stat. 1. Thebaid. 54.

Formoſæ vndæ. Propert. lib. 1. eleg. 19. 9.

Gelida vnda perluor. Horat. 1. epiſt. 15. 1.

Grata vnda ſiti. Ouid. 2. de Remed. amor. 2.

Inertes vndæ. Lucan. lib. 6 22,
At liber terræ ſpatioſis collibus hoſtis
Aere non pigro, nec inertibus angitur vndis.

Innabilis vnda. Ouid. 1. Metam. 4.

Innatare vndam, Vide Innato.

Lapidoſæ vndæ. Ouid. 15. Metam. 5.

Limoſæ vndæ. Silius lib. 8. 120.

Liquidæ vndæ. Virg. 5. Æneid. 172.

Mendax vnda ſcrupeis vadis. Senec. Agamem. 634.

Minax vndæ.Horat.1.Carm.ode 11.7.
Molles vndæ.Lucret.lib.2.76.
Nigræ vndæ.Lucret.lib.3.170.
Nitidis vndis argenteus fons.Ouid.3.Metam.82.
Opaca vnda.Ouid.14.Metam.66.
Præceps vnda.Stat.6.Thebaid.155.
Rapax.Ouid.8.Metam.111. Rapida.Ouid.7.Metam.2.
Rauca vnda.Ouid.11.Metam.157.
Recuruatæ vndæ.Ouid.1.Metam.50,Quáque recuruatis ludit Mæander in vndis.
Sæuæ vndæ.Lucret.lib.5.45.
Salsæ vndæ.Lucret.lib.6.179.
Salubris vnda.Ouid.1.de Arte,15.
Sequaces vndæ Maleæ.Virgil.5.Æneid.39.
Silens vnda,Quieta.Valer.5.Argon.105.
Spumea.Virgil.10.Æneid.41. Spumosa.Virg.6.Æneid.35.
Stygiæ vndæ,Vide STYX.
Tacita vnda.Virgil.8.Æneid.18,
Tybris ea fluuium,quàm longa est,nocte tumentem
Leniit,& tacita refluens ita substitit vnda.
Tardâ vndâ innabilis palus.Virgil.4.Georg.96.
Tenui vnda pellucidus fons.Ouid.3.Metam.33.
Tepidæ vndæ.Ouid.1.Metam.54.
Torrentem vndam leuis innatat alnus.Virgil.1.Georg.91.
Tremulæ vndæ.Claud.1.de raptu Pros.1.
Tristi vnda inamabilis palus.Virgil.6.Æneid.88.
Vaga vnda.Ouid.8.Metam.119.
Veloces vndæ.Lucan.lib.1.88.
Vitreæ vndæ.Ouid.5.Metam.10.
Volucris vnda.Valer.5.Argon.86.
¶Agitata ventis vnda.Sene.Agamem.6.16.
Albescentes vndæ.Silius li.8.90, -Nárque albescéntibus vndis
In Tybrim properans.
Allidentes vndæ.Ouid.4.Metam.69,
Huc it,& hinc illuc,& in alludentibus vndis
Summa pedum,talóque tenus vestigia tingit.
Hyems asperat vndas Aquilonibus.Virgil.3.Æneid.57.
Conticuere vndæ.Ouid.5.Metam.115.
Currens vnda.Ouid.1.Amor.eleg.16.7.
Curuatâ in mótis faciem circunstetit vnda.Virgil.4.Geor.75.
Decrescentes vndæ.Ouid.1.Metam.70.
Dehiscens vnda terram inter fluctus aperit.Virg.1.Æneid.13.
Desilire in vndas.Ouid.2.Fast.13.
Despumare vndam tepidi aheni.Virgil.1.Georg.90.
Diuulsa remis sonat vnda.Ouid.8.Metam.18.
Dare vela per vndas.Virgil.5.Æneid.158.
Concussas Triton exasperat vndas.Ouid.2.Amor.eleg.11.6.
Indomitas vndas exercet Auster.Horat.4.Carm.ode 14.4.
Exultantes vndæ.Ouid.13.Metam.189.
Feruentes æstibus vndæ.Ouid.14.Metam.10.
Haurire vndam ab amnibus.Stat.1.Syl.2.52.
Vnda impellitur vndâ.Ouid.15.Metam.37.
Incanescit vnda spumis.Catul.Argon.59.3, Totáque remigio spumis incanuit vnda.
Inhorruit vnda tenebris.Virgil.3.Æneid.39.
Insilire vndis.Ouid.8.Metam.19.
Insonuit vnda.Ouid.4.Metam.138.
Intremuere vndæ.Virgil.3.Æneid.135.
Labentes vndæ.Ouid.5.Metam.78.
Ludunt per vndas delphines.Virgil.5.Æneid.119.
Mergitur vnda delphinus,Vide Mergo.
Placidis vndis natare.Ouid.13.Metam.190.
Proiicere aliquem in vndas.Virgil.5.Æneid.172.
Rapere currus suspensos per vndas.Cic.2.Tusc.11,Equi Pelopis illi Neptuni,qui per vndas currus suspensos rapuisse dicuntur.
Ridentes vndæ,Nitentes & tranquillæ.Lucret.lib.5.101,
Nec poterat quenquam placidi pellacia ponti
Subdola pellicere in fraudem ridentibus vndis.
Satiare ora vndâ.Stat.3.Thebaid.91.
Incursu vndarum sonat vnda.Ouid.11.Metam.100.
Spumans vnda.Virgil.4.Georg.106.
Stridentes vndæ.Lucan.lib.9.174.
Subsidunt vndæ.Virgil.5.Æneid.163.
Surgentes vndæ.Virgil.6.Æneid.71,
-ne spoliata armis excussa magistro
Deficeret tantis nauis surgentibus vndis.
¶Vndæ comitiorum,per trãslationem, Varia sententiarum multitudo,quibus veluti vndis mare,ita etiam comitia feruere videntur.Cic.pro Plancio,11,Sin hoc perspe accidit vt & factos aliquos,& non factos esse miremur: si campus, atque illæ vndæ comitiorum,vt mare profundum & immensum sic efferuescũt quodã quasi æstu,vt ad alios accedant,ab aliis autem recedant: in tanto nos impetu studiorum & motu temeritatis modũ aliquem & consilium & rationem requiramus?
Bellorum vndæ.Claud.2.in Eutropium,102.
¶Vnda,Pro hominum multitudine.Virgil.2.Georg.93,
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit ædibus vndam.
Vndo,vndas,vndâre,Vndas facere.Cic.2.de Nat.deor.119,
Subter radices penitus vndanti in freto
Molem ex profundo saxeam,aut cælum erui.Ex poeta.
Galea vndans fletu.Stat.1.Thebaid.117.
Vndans bello Nilus.Virgil.3.Georgicorum,6,
Atque hic vndantem bello,magnúmque fluentem
Nilum,ac nauali surgentes ære columnas. Vbi Seruius, Vndantem bello,quasi non vndas,sed bella portantem: propter Antonii & Cleopatræ grauissimum prælium.
Curis vndare.Valer.5.Argon.61,
Præcipuè Æsonidem varios incerta per æstus
Mens rapit vndantem curis,ac multa nouantem.
Vndans Ætna.Virgil.1.Georgicorum,95,
-quoties Cyclopum efferuere in agros
Vidimus vndantem ruptis fornacibus Ætnam.Vbi Seruius, Vndantem,vndæ modo flammas euomentem.
Fumus vndans puluere.Virgil.2.Æneid.131.
Vndantia lora,Id est largè effusa.Virg.5.Æneid.61,
Nec sic immissis aurigæ vndantia lora
Concussere iugis,pronique in verbera pendent.Seruius.
Habenæ vndantes.Virg.11.Æneid.95,Ipsa subit,manibúsque vndantes flectit habenas.
Vndantem chlamydem facere.Plaut.Epid.9.51,
Sed hic quis est,quem huc aduenientem conspicor,
Suam qui vndantem chlamydem quassando facit?
¶Vndare,pro Vndare facere.Stat.1.Achil.18,
Quum tuus Æacides tepido modò sanguine Teucros
Vndabit campos,&c.
Vndabundum mare apud Gellium dicitur,Abundè vndas faciẽs, lib.1.cap.30,Sed mare est etiam atque etiam vndabundum.
Vndâtus,pe.prod.Adiectiuum.vt Vndatum imbricatum concharum genus.Plin.lib.9.cap.35.2.
Vndâtim,penul.prod.Aduerbium, Ad similitudinem vndarum.Plinius lib.36.cap.7.1,Augustum vndatim crispum in vertices: Tiberium sparsim conuoluta canitie. Idem libro 13.cap.15.5, Sunt & vndatim crispæ mensæ,maiore gratia,si pauonum caudæ oculos imitentur.
Vndôsus,pen.prod.Adiect.Vndis plenum:vt Vndosum mare.
Æquor vndosum.Virg.4.Æneid.63.
Plemmyrium vndosum.Virg.3.Æneid.138.
Regna vndosa.Flauius Silius lib.5.5.
Vndisonus,pe.cor.Adiect.vt Æquor vndisonum.Virgil.4.Æn.63.
Dii vndisoni.Propert.lib.3.eleg.11.4.
Rupes vndisonæ.Stat.1.Achill.40.
Vndulatus, pen.prod.Adiectiuum,Vndulata vestis,quæ fit ex hircorum & caprarũ pilis, potius quàm lanis: quòd ad vndarum similitudinem picta sit.Varro de vita Pop.Rom.lib. primo, Et à quibusdam dicitur esse virginis Fortunæ simulachrum,ab eo quòd duabus vndulatis togis est opertum,perinde vt olim reges nostri vndulatas & prætextatas togas soliti sunt habere.Nonius, Varro(inquit)vndulatũ nouè pro puro posuit. Plin.li.8.ca.48.6, Vndulata vestis primò lautissimis fuit, inde soriculata defluxit.
Vnde,Aduerbium,Ex quo loco:interrogatiuè & infinitè accipitur.Plaut.Trin.13.34. -quid eos quæris?
Aut quis est aut vnde est aut vnde aduenit? Idem Cistell.11.3,
Here,vnde is?D.ex Senatu. Terent.Eunucho,1.3.13,
-quid tu es tristis?quidve es alacris?
Vnde iste?I.ego nescio hercule. Hic tamen Donatus interpretatur VNDE, pro Ad quid. Idem Adel.3.1.4, Tot res repentè circũuallant,vnde emergi non potest. Cic.pro Cecin.63,VNDE TV.hoc verbum Vnde,vtrunque declarat,& ex quo loco,& à quo loco.vnde deiectus est Cecinna ex vrbe.vnde deiecisti?ab vrbe.vnde deiecti Gallia à Capitolio. vnde qui cum Graccho fuerunt?Ex Capitolio. Videtis igitur hoc vno verbo significari res duas,& ex quo,& à quo loco.
Inde,vnde. Author ad Heren.libro 1.14,Rem breuiter narrare poterimus,si inde incipiemus narrare,vnde necesse erit.
Eloquentia vnde longè absum.Cic.de Clar.Orat.177.
¶Vnde, A cuius domo:vel Cuius est?Terent.And.4.5.9,Eho Mysis,puer hic vnde est?quisve huc attulit? Idẽ Eunuch.1.3.29, Quid virgo,cuia est?I.nescio hercle.P.vnde estne?I.tantundẽ. Idem Andria,4.5.11, -quem igitur rogem,

Qui hic neminem alium video? c. miror vnde ſit.

Vbi, quis, & vnde. Cic. 4. Verr. 137, Ego inſtare, vt mihi reſponderet vbi eſſet, quis eſſet, vnde eſſet, &c.

¶ Vnde, Ex qua re. Terent. Adelph. 1. 2. 42, -eſt diis gratia Et vnde hæc fiant, & adhuc non moleſta ſunt. Cic. de Aruſp. reſpon. 16, Alterum putabo regem ſi habuerit vnde vbi ſoluat.

¶ Vnde, A quo homine. Plaut. Moſtell. 14. 5,

-nam eccum, ædes vnde filius
Meus emit. Ibidem, 8. 15, Cõueni illum vnde haſce ædes emeram. Idem Epid. 2. 75, Nunquam hominem quenquam conueni vnde abierim lubentius. Virgil. 1. Æneid. 2, -genus vnde Latinum. Terentius Eunucho, 1. 2. 35, -è prædonibus Vnde emerat. Cic. 1. de Oratore, 35, De ea multo dicat ornatius quàm ille ipſe vnde cognorit. Idem de Senect. 11, Quaſi iam diuinantem id quod euenit, illo extincto, fore vnde diſcerem, neminem. Et 5. Verr. 28, Ille autem vnde ablatum eſt, iudicio ſuum recuperare nullo modo poteſt. Item 1. de Oratore, 157, Vt is vnde te audiſſe dicis, &c.

Hem mea lux, meum deſyderium, vnde omnes opem petere ſolebant. Cic. Terentiæ, lib. 14. 2. 5.

¶ Vnde, A latere. Plaut. Caſina, 8. 25, Vide quod ſcriptum vnde villicus eſt.

¶ Vnde, Ad quid. Horatius 1. Serm. ſat. 7, ad finem, Vnde mihi lapidem? quorſum eſt opus? vnde ſagittas? Quintil. Vnde hùc illi animũ? Idẽ in Cæco in limine, Vnde tantum viriũ cæco?

¶ Vnde gentium, Idem quod vnde. Plautus Aſina 3. 78, Face id vt paratum iam ſit. 1. vnde gentium? Idem Ciſtel. 9. 16, Nã obſecro vnde hæc gentium? Et Epidic. 10. 47, Vnde hæc igitur gentium eſt? -ité Pſeud. 15. 11, Vnde ego hominẽ hunc eſſe dicam gentium?

¶ Vnde, Quo modo, Qua ratione, Ex qua re. Terẽt. And. 3. 1. 31, Vnde id ſcis? D. audiui, & credo. Cic. 1. Acad. 11, Nec erat vnde ſtudioſi ſcire poſſent. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 4, -ſed vnde Tam bene me noſti?

Vnde iſte amor tam improuiſus, ac tam repentinus? Cic. 1. de Lege agrar. 63.

Verbum vnde quiſquam poſſit offendi. Cic. pro Sylla, 54.

Non recordor vnde ceciderim, ſed vnde ſurrexerim. Cic. Attico, lib. 4. 85. 14.

¶ Vnde domo? Id eſt, de qua ciuitate? Virgil. 8. Æneid. 13, Qui genus? vnde domo? pacémne huc fertis, an arma? Seruius.

Vndecunque, Aduerbium, Ex quocunque vel quolibet loco. Plinius in Pane. 133, Poſtremò velociſſimi ſyderis more omnia inuiſere, omnia audire, & vndecũque inuocatum, ſtatim numen velut adeſſe & aſſiſtere. Liuius 4. bel. Pun. 197, Bellum vndecunque cum Annibale Conſulibus mandatum. Plinius libro 17. cap. 4. 7, Vulnerum quoque ſanguinẽ, & vndecunque fluentem ſiſtit per ſe vel ex aceto.

Vndélibet, pen. cor. Aduerbium. Author ad Herennium, lib. 4. 131, Aſt iſtud quidem facile fuit vndelibet inuenire.

Sequentia, ab Vnus compoſita ſunt.

Vndecentum, Quaſi vno dempto de centum. Plin. lib. 7. ca. 60. 3, Paruerunt tamen ei annis vndecentum.

Vndecéni. pen. prod. vndecenũm, Adiectiuum, Idem quod vndecim. Plinius lib. 36. cap. 8. 5, Idémque digreſſus inde, vbi fuit Mneuidis regia, poſuit alium, longitudine vndecenis pedibus, per latera cubitis quatuor.

Vndécies, Aduerbium. Cic. 4. Verr. 13, Its vndecies numeratũ eſſe, vt eam cauſam, in qua tenuiſſima quidem dubitatio poſſet eſſe, iſto cognoſcente obineret. Colum. lib. 3. cap. 2. 10, Hanc ſummam vndecies multiplicato, fiunt pedes quinquaginta tria millia nongenti. Plin. li. 6. cap. 29. 1, Troglodytico verò vndecies LXXXII. M. P. Ptolemaida vſque. Martial. lib. 5. 10,

Vndecies vna ſurrexti zoile cœna,
Et mutata tibi ſyntheſis vndecies.

Vndécimus, pe. cor. Adiectiuum, Quaſi vnum & decem. Pli. li. 11. cap. 54. 1, Duraſſe & vltra vndecimum diem pleroſque. Virgil. 8. eclog. 3, Alter ab vndecimo tũ me iam ceperat annus. Ouid. 11. Metamorph. 10, Et iam ſtellarum ſublime coegerat agmen, Lucifer vndecimus.

Vndecirêmis, huius vndecirêmis, pen. prod. Nauis vndecim remorum ordines habens. Plin. lib. 16. cap. 40. 4, Maxima ea in Cypro traditur ad vndeciremẽ Demetrii ſucciſa centumtriginta pedũ longitudinis, craſſitudinis verò ad trium hominum complexũ.

Vndéni, pe. prod. vndenõrum, Adiectiuum, Vndecim. Plin. lib. 11. cap. 25. 5, Pariuntur autem vndeni. Idem lib. 8. cap. 42. 9, Partũ in eo genere vndenis menſibus ferunt, duodecimo gignunt. De equis. Horat. in Carm. ſecul. 5,

Certus vndenos decies per annos
Orbis, &c. Ouid. 1. Amor. eleg. 1. 7,

Muſa per vndenos emodulanda pedes.

Vndeoctoginta natus annos. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 24.

Vndequadraginta, Adiectiuum indeclinabile. Liu. 5. bel. Pun. 174, Ad mille c c c c. Carthaginienſium cæſi, vndequadraginta vi capti.

Vndequadrágies, Aduerbium. Plin. lib. 7. ca. 25. 2, Solus M. Marcellum tranſgreſſus, qui vndequadragies dimicauerat.

Vndequinquaginta. Adiect. indeclinabile. Liu. 7. belli Maced. 149, In eo triũpho vndequinquaginta coronæ aureæ tranſlatæ ſunt.

Vndequinquagéſimus, pen. corr. Adiectiuum. Cic. pro Lege Manilia, 24, Ipſe autẽ vt à Brunduſio profectus eſt, vndequinquageſimo die totam ad imperium Populi Rom. Ciliciam adiũxit.

Vndeſexaginta, Adiectiuum indeclinabile. Plin. lib. 36. cap. 15. 25, Adiecit ipſe in Ædilitatis ſuæ cõmemoratione & ludos vndeſexaginta diebus factos. Liu. 3. bel. Pun. 117, Ceperint amplius tria millia hominum, paulo minus mille equorum, vndeſexaginta militaria ſigna.

Vndetrigéſimus, pen. cor. Adiectiuum. Liu. 5. belli Pun. 199, Anno octauo poſtquam in Hiſpaniam venerat Cn. Scipio, vndetrigeſimo die poſt fratris mortem interfectus eſt.

Vndeuicéſimus, pen. corr. Adiectiuum. Liu. 10. ab Vrbe, 133, Cenſores viceſimiſexti à primis Cẽſoribus: Inſtrũ vndeuiceſimũ fuit. Cic. de Senect. 13, Anno enim vndeuiceſimo poſt eius mortem, hi Conſules T. Flaminius & M. Attilius facti ſunt.

Vndeuiginti, Adiectiuum indeclinabile. Liu. 3. belli Pun. 114, Vbi ea dies venit, ad conducendum tres ſocietates aderant hominũ vndeuiginti. Ci. de Clar. Orat. 111, Vndeuiginti annos natus erat eo tempore. Plin. lib. 6. cap. 20. 1, Sandus ab incolis appellatus, in iugo Caucaſi montis, quod vocatur Paropamiſſus aduerſus Solis ortum effuſus, & ipſe vndeuiginti recipit amnes.

Vndique, pen. cor. Aduerbium, In omnes partes, vel potius Ex omni parte. Plaut. Merc. 3. 76,

Nauim metretas quæ trecentas tolleret,
Paraſſe, atque ea ſeſe ſcis vectatũ vndique. Cic. 5. Ver. 116, Teſtis eſt tota prouincia, propterea quòd vndique ad emẽdas decumas ſolent eò conuenire. Ibidem, 4. 91, Concurritur vndique ad iſtum Syracuſas. Idem 1. de Orat. 91, Atque interea tamen dum hæc, quæ diſperſa ſunt, coguntur, vel paſſim, licet carpentem & colligentem vndique, repleri iuſta iuris Ciuilis ſcientia. Idem pro Lege Manil. 10, Sicilia multis vndique cincta periculis. Idem 5. Verr. 17, Hic eſt Apronius, quem in prouincia tota Verres, quum vndique homines nequiſſimos conquiſiſſet, &c. Idem 1. de Finib. 78, Habes vndique expletam & perfectam Torquate formam honeſtatis. Ibidem, lib. 5. 46, Quod ita interpretemur, viuere ex hominis natura vndique perfecta & nihil requirente.

Locus ſeptus vndique. Cic. 7. Verr. 55.

Cogunt auxilia vndique. Virg. 8. Æneid. 1.

Vndique aliquẽ proripere. Cic. 7. Verr. 116, Deinde iubet vndique hominem proripi, vehementiſſimẽque verberari.

Aut vndique religionem tolle, aut vſquequaque conſerua. Cic. 1. Philipp. 107.

Honeſtas vndique perfecta atque abſoluta. Cic. 5. de Fin. 113.

Mundus perfectus vndique eſt. Cic. 2. de Nat. deor. 53.

¶ Vndique, Ex omni genere. Cic. 5. Tuſcul. 115, Sic vita non ſolùm ſi vndique referta bonis eſt, ſed ſi multo maiore & graniore ex parte bona propendent, beata rectè dici poteſt.

Ex omni genere, & vndique. Cicero pro Seſtio, 103, Non ſum tam ignarus Iudices cauſarum, non tam inſolens in dicendo, vt omni ex genere orationem aucuper, & omnes vndique floſculos carpem ac delibem.

Vnedo, pen. cor. vnedõnis, pe. prod. f. g. Arboris genus, cuius fructus etiam vnedo dicitur, quod vnũ pomũ tantũ edatur, & nunquam ad aliud edendum, vno abſorpto, recurramus. Plin. li. 15. ca. 24. 3, Aliud corpus eſt terreſtrib' fragis, aliud congeneri eorũ vnedoni, quod ſolum pomum ſimile fructui terræ gignitur. Arbor ipſa fruti coſa: fructꝰ anno matureſcit, paritérque floret ſubnaſcens, & prior coquitur. Vide **Arbutus**.

Vngo, vngis, vnxi, vnctum, vngere: & Vnguo, vnguis, vnguí, vnctum, vnguere, ſecundum Priſcianum, Quaſi vnum agere. Vngendo enim copulatur atque vnitur caro. Plau. Mil. 10. 50, Quidni nouerim magnum illum cincinnatum, mœchum vnguentatum? Idem Trucul. 6. 31, -iam ego iſtos fictos,
Compoſitos, criſpos, cinnos tuos vnguentatos vſque ex cerebro Expellam. Cato cap. 71, Piſce liquida cornua infima vnguito. Sic cap. 80. & 95.

Tractare, tergere, vngere. Cic. in Parad. 46, Sed vt in familia, qui tractant iſta, qui tergent, qui vngunt, qui verrunt, qui ſpargunt, &c.

Vngi oliuo. Horat. 1. Serm. ſaty. 6. 25.

Vngere vnguentis. Cic. 6. Ver. 69, Quid hoc tota Sicilia eſt clarius, quàm omnes Segeſtanas matronas & virgines conueniſſe, quum Diana exportaretur ex oppido: vnxiſſe vnguentis, compleſſe coronis & floribus?

Vngi & accumbere. Cicero ad Atticum, lib. 13. 198. 3, De Mamurra non mutauit, vnctus eſt, accubuit, μυρίσας agebat.

Vnctus. Participium, ſiue Nomẽ ex participio. Hora. 1. epiſt. 17. 5, -occultam febrem ſub tempus edendi
Diſſimules, donec manibus tremor incidat vnctis.
Capillis vnctis puer. Horat. 1. Carm. ode 19. 2.
Manus vnctæ. Horat. 2. Serm. ſatyr. 4. 16,
Magna mouent ſtomacho faſtidia, ſeu puer vnctis
Tractauit calicem manibus, &c.
Oluſcula vncta pingui lardo. Horat. 2. Serm. ſatyr. 6. 13.
Vnctus Squallido opponitur, Martiali.
Vnctior loquendi conſuetudo. Cic. de Claris Orat. 38.

Vnctito, vnctitas, pe. corr. vnctitáre, Frequentatiuũ. Plaut. Moſtel. 4. 117, Nam iſtæc veteres quæ ſe vnguẽtis vnctitant, interpoles.

Vnctum, Subſtantiuum, probat Calepinus ex Columella li. 6. ca. 30. 3, Frigoris fométa adhibentur capite & ſpina tepenti, adipe vel vncto linuntur. Vbi nunc legimus, adipe vel vino linuntur.

Vnctiuſcul', pe. cor. Diminut. ab Vnct' adiectiuo. Plau. Pſeu. 4. 84, Nunc tua etiã eſt mihi hodie & tuorũ opera cõſeruorum caput Nitidiſſimum, ac nõ ipſe ego pulmẽto vtor magis vnctiuſculo.

Vnctio, vnctiõnis, pe. prod. Verbale. Plau. Stich. 4. 73, Vel vnctiones Græcas ſudatorias. Cic. 1. de Orat. 13, Philoſophum omnes vnctionis cauſa reliquerunt.

Vnctor, vnctõris, pen. prod. Aliud verbale, Qui vngit. Plaut. Trin. 5. 11, Vnctor, auri cuſtos, ſtabelliferæ, ſandaligerulæ. Mart. lib. 7. 31, At iuuenes alios fracta colit aure magiſter,
Et rapit immeritas ſordidus vnctor opes. Cic. ad Gallũ, libro 7. 15. 5, Ille autem, qui ſciret ſe nepotem bellum tibicinem habere, & ſat bonum vnctorem, diſceſſit à me.

Vnctũra, vnctúræ, pen. prod. Idem quod vnctio. Cic. 1. de Leg. 95, Hæc præterea ſunt in legibus de vnctura, quæ ſeruilis vnctura tollitur, omniſque circumpotatio.

Vnctorius, Adiectiuum: vt Vnctorium hypocauſton, Vbi ſeruabatur oleum ad vngendum opportunum. Plin. epiſt. 17. lib. 2, Adiacet vnctorium hypocauſton.

Vngentum, quod & vnguentum dicitur, Non eſt medicamentum vt vulgus exiſtimat, & tenax illa compoſitio qua chirurgi vtuntur ad vulnera curãda: ſed commiſtio diuerſorum odorum, addito oleo aut balſamo, aut aliquo pingui, ad vngenda corpora, deliciarum & luxuriæ cauſa inuenta. Plau. Moſtel. 1. 41, Nõ omnes poſſunt olêre vnguenta exotica. Põponius tamen Iuriſc. titulo De auro, argento, mundo, ornamẽtis, L. Argumento, ſcribit vnguẽta eſſe, quæ valetudinis cauſa cõparantur. ſed hæc magis medicamẽta dicũtur. Hora. 1. Car. ode 7. 5, -funde capacib' Vnguenta de conchis.
Cõpoſitio vnguentorũ, cõditio ciborũ. Cic. 1. de Nat. deor. 110.
Aderãt vnguenta, coronæ, incẽdebãtur odores. Cic. 5. Tuſ. 86.
Craſſum vnguentum. Horat. de Arte, 76.
Lepidum vnguentum. Vide Lepidus.
Nardinum vnguentum, Vide Nardus.
Moritur ſuis horis vnguentum, Vide Mors.
Nitere vnguentis, Vide Niteo.
Perfricare caput ſuum vnguento. Cic. 5. Verr. 50.
Stillant vnguenta capillo. Tibul. lib. 1. eleg. 7. 11.
¶ Vnguentum non recipit u, ſicut nec Vngo, authore Seruio.

Vnguentãtus, pe. prod. Adiectiuum, Catul. in Epithal. Iuliæ, 56. 19,
Diceris malè à tuis
Vnguentate glabris marite Abſtinere.

Vnguen, v́nguinis, pen. corr. n. g. Idem quod vnguentum: Significat omnem ſuccum ex quo aliquid vngi poteſt. Plin. lib. 18. ca. 21. 4, Epiphoras bubulo ſeuo cũ oleo cocto illinunt: Ceruini cornus cinis ſcabritias eorũ vnguine ſanat. Vetus codex legit cinere ſcabritias eorũ inungũt. Varro 2. de Re ruſt. ca. 9. 11, Quidam nucibus Græcis in aqua tritis perungunt aures, & inter digitos, quòd muſcæ & ricini. & pulices ſoleant (ſi hoc vnguine non ſis vſus) ea exulcerare. Cato ca. 146. 1, Modio oleario mẽſum dato, vnguinis pondo decẽ ponderibus. Idẽ cap. 80, Euchytum ſic ad eundẽ modum facito, vti globulos, niſi calicem pertuſum ea num habeat: ita in vnguen caldũ fundito. Colum. lib. 6. ca. 31, Vnguine ceti. Idẽ lib. 6. cap. 33, Pice & oleo vel vnguine miſtis.
Pingues vnguine ceræ. Virgil. 3. Georg. 90.
Craſſo vitiarunt vnguine pultes. Perſ. Satyr. 6. 4.
Pingui fluit vnguine tellus. Valer. 6. Argon. 73.

Vnguinóſus, pen. prod. Adiectiuum ab vnguine: vt Vnguinoſum medicamentum. Plinius lib. 13. ca. 1. 13, Myrrha & per ſe vnguẽtum facit ſine oleo, ſtacte duntaxat, alioquin nimiam amaritudinem affert. Cyprino viride ſit, Suſino vnguinoſum, Mendeſio nigrum. Idem lib. 23. cap. 8. 5, Sunt autẽ recentes nuces inglandes iucundiores, ſiccæ vnguinoſiores, & ſtomacho inutiles.

Vnguentarius, vnguentarii, m. g. vel Vnguentaria, vnguentariæ, Qui vel quæ vnguenta conficit ac vendit, à Græcis Myropola dicitur. Plin. epiſt. 35. 12, Ipſe præterea accepiſſe feſtertia decẽ millia, fœdiſſimo quidem titulo, nomine vnguentarii: qui titulus à vita hominis compti ſemper, & pumicati nõ abhorrebat. Cic. in Piſonem, 19, Gabinium denique ſi vidiſſent Duumvirum veſtri illi vnguentarii, citius agnouiſſent. erant illi compti capilli, & madentes cincinnorũ fimbriæ, & fluentes ceruſſatæque buccæ dignæ Capua, ſed illa vetere. Idem ad Atticum, li. 13. 194. 3, Quid minus probandũ, quàm Plotiũ vnguentariũ, per ſuos pueros omnia tãto antè Balbo illũ, &c. Idẽ 1. Off. 110, Adde huc, placet, vnguentarios, ſaltatores, totúmque ludũ talariũ. Plin. lib. 8. cap. 5. 4, Et vnguentariam quãdam dilectam luba tradit. Horat. 2. Serm. ſatyr. 3. 46, -pomarius, auceps,
Vnguentarius, ac Tuſci turba impia vici.

Vnguentaria, vnguentariæ, Ars ipſa conficiendorum vnguentorum. Vnde Vnguentariã facere. Plaut. Pœn. 9. 90, Vt balneator faciat vnguentariam.

Vnguentarius, Adiect. Quod ad vnguenta pertinet. vt Vnguentaria vaſa. Plin. lib. 36. cap. 8. 1, Hunc aliqui lapidem alabaſtriten vocant, quem cauant ad vaſa vnguentaria, quoniam optimè ſeruare incorrupta dicitur.

Unguis/huius vnguis, m. ge. Ablatiuũ habet vngue, & vngui, apud Catullũ in Carm. nupt. 57. 9. Propriè eorũ animalium eſt, quæ digitos habẽt ſeparatos, vt ſunt homines, ſimiæ, aues. Plin. lib. 11. cap. 45. 1, Vngues ſimiæ imbricati ſunt, hominibus lati, rapacibus vnci, cæteris recti, vt canibus, præter eum qui à crure pleriſque depẽdet. Idem lib. 10. ca. 3. 8, de aquila, Vngues quoque huic generi inuertuntur. Terent. Eunucho, 4. 3. 6, Vt ego vnguibus facilè illi in oculos inuolem venefico. Cic. 1. de Nat. deorum, 181, Cibúmque partim oris hiatu & dẽtibus ipſis capeſſunt, partim vnguium tenacitate arripiunt, partim aduncitate roſtrorum.
Acuti vngues. Iuuenal. Satyr. 5. 5, -cuſtos affixus ibidem,
Qui numeret gemmas, vnguéſque obſeruet acutos.
Aduncí vngues. Plin. lib. 10. cap. 11, Aduncos vngues habentia carne tantum veſcuntur ex parte magna. Vide Aduncus.
Formoſi vngues. Propert. lib. 3. eleg. 8. 2.
Quini vngues. Ouid. 2. Metam. 135.
Recurui vnguis. Stat. 3. Thebaid. 103.
Rigidus vnguis. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 2.
Scaber vnguis. Ouid. 3. de Arte, 56.
Validi vngues. Valer. 2. Argon. 31.
¶ Tenui vngui carptus flos. Catull. in Carm. nupt. 57. 9.
Inſanis vnguibus diripere artus. Ouid in Ibin, 110.
Ire vnguibus in vultus alicui. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 13.
Aduncis vnguibus iras exercent volucres. Ouid. 13. Meta. 114.
Fœdans ora vnguibus. Virg. 12. Æneid. 175.
Lacerare vnguibus, Vide Lacer.
Hamatis vnguibus laniare ora alicuius. Ouid. 12. Metam. 113.
Notare genas vngue. Ouid. 2. Amor. eleg. 7. 10.
Curuis vnguibus petere vultus alicuius. Horat. Epod. 5. 20.
Ponere vngues. Horat. de Arte, 60.
Purgare vngues cultello Horat. 1. epiſt. 7. 10.
Nigris vnguibus rapit hydrum coruus. Ouid. 2. Faſt. 51.
Prauè ſectus vnguis. Horat. 1. epiſt. 1. 21.
Subſecare vngues docta manu. Tibull. lib. 2. eleg. 8. 3.
Vncis vnguibus timendæ volucres. Lucret. lib. 5. 7.
¶ Vngues, pro Vngula. Colu. li 6. ca. 12, Si ſanguis in inferiore parte vngulæ eſt, extrema pars ipſius vnguis ad viuũ reſecatur. De bobus.
¶ Vnguis, de palmitibus, Columel. lib. 4. cap. 11. 7, Vngues cuſtodum annotinos reſecato.
¶ Vnguis roſæ. Plinius lib. 21. cap. 18. 10, Capita foliorum, partéſque candidæ, vngues vocantur.
¶ Vnguis arborum. Plin. li. 12. cap. 9. 2, Bactriano nidor ſiccus, multíque candidi vngues.
¶ Vngues ferrei, inſtrumẽta quædã quibus vindemiatores vnguium vice vtebantur ad colligendas vuas, ne ipſæ manibus diſtringerẽt. Fieri enim nõ poterat vt dum vnguib' manuũ vuas colligerẽt, bona pars acinorũ digitorũ contactu in terrã non diſlaberetur. Colum. lib. 12. cap. 18. 1, Et vngues ferrei quamplurimi parandi & exacuendi ſunt, ne vindemiator diſtringat vuas, & nõ minima fructus portio diſperſis acinis in terram dilabatur.
¶ Vnguem latum non diſcedere, aut Tranſuerſum digitum, frequenter apud Ciceronẽ, pro eo quod eſt, Quàm minimo ſpatio. Fit autẽ feſtiuior metaphora, quoties his verbis perfectam

imitationem,ac plenum vndequaque conſenſum ſignificamus. vt Acad.quæſt.lib.2,Ab hac regula mihi non licet tranſuerſum (vt aiunt)vnguem diſcedere. Idem ad Atticum, lib.13.277.1, Curandum enim non eſt,atque hoc in omni vita ſua quenque à recta cõſcientia tranſuerſum vnguem non oportet diſcedere. Idem in Epiſt.famil. Vrge igitur tranſuerſum vnguem , quod aiunt,à ſalo. Sunt illa quidem minus figurata, ſed tamẽ prouerbialia,quæ loquitur Plautinus Euclio in Aulul.4.18,

-ſi hercle tu ex iſtoc loco
Digitum tranſuerſum,aut vnguem latum exceſſeris. Eraſmus.

¶ Medium vnguem oſtendere dicitur qui maximè contemnit alterum.Iuuenalis Satyr.10.6,Mandaret laqueum, mediúmque oſtenderet vnguem.Hic duobus adagiis extremum contemptũ ſignificauit.Eraſmus.

¶Vngues arrodere,caput ſcabere, geſtus hominis ſunt cogitabundi,& de mutando,cuius pœniteat, ſecum agitantis. Vnde trahũtur in vſum prouerbialem.Horat.1.Ser.ſat.10.15, -ſed ille
Si foret hoc noſtrum fato delapſus in ænum,
Detereret ſibi multa,recideret omne,quod vltra
Perfectum traheretur,& in verſu faciendo
Sæpe caput ſcaberet,vinos & roderet vngues.
Sæpe ſtylum vertas,iterum quæ digna legi ſint
Scripturus. Id imitatus Perſius, Satyr.1.11, Nec pluteum, inquit,cædit,nec demorſos ſapit vngues. Idem Satyr.5.17,
-crudum Chereſtratus vnguem
Arrodens ait hoc. In ſuperiore taxat poetarum in ſcribẽdo negligentiam. In altero deſcribit adoleſcentem de mutanda anteactæ vitæ ratione cogitantem.Eraſmus.

Acuto vngui ſecari.Horat.1.epiſt.20.10.

Ad vnguem,Vide Ad præpoſitionem.

Perfectum ad vnguem.Horat.de Arte,59, -vos ô
Pompilius ſanguis carmen reprehendite,quod non
Multa dies,& multa litura coercuit,atque
Perfectum decies non caſtigauit ad vnguem.

Ad vnguem factus homo,Vide Facio.

Ab imis vnguibus,Vide Ab præpoſitionem.

Incipere ab vnguibus,Vide A vel Ab præpoſitiones.

De tenero vngui.Horat.3.Carm.ode 6.5,
Motus doceri gaudet Ionicos
Matura virgo,& fingitur artubus
Iam nunc,& inceſtos amores
De tenero meditatur vngui.

Vnguiculus,vnguiculi,pen.corr.Diminutiuum. Plaut.Epid.13.17, -contempla Epidice
Vſque ab vnguiculo ad capillum ſummum. Cic.5.de Finibus, 139,Valetudinem,vires,ſtaturam,formam,integritatem vnguiculorum omnium.

A teneris vnguiculis,Id eſt ab infantia.Cicero ad Lentulum, lib.1.6.4,Sed præſta te eum,qui mihi à teneris (vt Græci dicũt) vnguiculis es cognitus.

V'ngula,v'ngulæ,penult.cor.Ab vnguis denominatiuum,non diminutiuum,De his animalibus dicitur quæ digitis carent.Plin. lib.11.cap.45.6,Solidas vngulas habent,quæ non ſunt cornigera. Ibidem,1,Omnia digitos habent,quæ pedes, excepto elephanto.Huic enim informes numero quidem quinque,ſed indiuiſi,ac leuiter diſcreti,vnguiſq; non vnguibus ſimiles. Plau. Aulul.14.8,Vbi erat hæc defoſſa,occœpit ibi ſcalpurire vngulis. De gallo gallinaceo loquitur.

Veſtigium vngulæ Caſtoris equi. Cic.3. de Nat.deor.16, Ergo & illud in ſilice,quod hodie apparet apud Regillum, tanquam veſtigium vngulæ Caſtoris equi credis eſſe.

Caua vngula.Ouid.4.de Ponto,eleg.8.16.

Dura vngula.Ouid.6.Metam.4.

Leuis vngula.Ouid.2.Metam.135.

Quatit vngula campũ quadrupedãte ſonitu.Virg.8.Æn.120.

Cornu ſolido graniter ſonat vngula.Virgil.3.Georg.18.

Omnibus vngulis, prouerbiale eſt,quod ſignificat Omnibus viribus, manuúmque pedúmque conatu & totius corporis, vt etiam vngues qui in extremitate collocati , intendantur, quos Plinius exiſtimat eſſe ſummas neruorũ clauſulas.Cic.2. Tuſc. 96,Toto corpore,atque omnibus vngulis,vt dicitur, contentioni vocis aſſentiunt.

Inſicere vngulas.Plaut.Nunc ſcio febrim tibi eſſe, quia non licet huc inſicere vngulas.Id eſt hoc argentum rapere.

Vngulum/v'nguli,pen.cor.Plin.lib.33.cap.1.5,Miror Tarquinii eius ſtatuam ſine annulo eſſe.Quanquam &de nomine ipſo ambigi video:Græci à digitis appellauere, apud nos priſci vngulum vocabant,poſtea & Græci & noſtri ſymbolum.

Vnicaulis/Unicolor/Unicornis/Unicus/Unigenitus/Uniiugæ/Unimanus/Vide Unus.

Vnio/vniõnis,pen.prod.m.g.quam *perlam* vulgò dicimus.Plin. lib.9.cap.35.8,Quidam tradunt,ſicut apibus, ita concharũ examinibus ſingulas magnitudine & vetuſtate præcipuas eſſe veluti duces,miræ ad cauendum ſolertiæ:has vrinantiũ cura peti: illis captis, facilè cæteras palantes retibus includi. Multo deinde obrutas ſale in vaſis fictilibus,eroſa carne omni, nucleos quoſdam corporum,hoc eſt vniones decidere in ima.Vſu atteri non dubium eſt,coloremque indiligentia mutari. Dos omnis in candore,magnitudine,orbe, læuore,põdere, haud promptis rebus, intantum vt nulli duo reperiãtur indiſcreti:vnde nomen vnionũ Romanæ ſcilicet impoſuere deliciæ.Nã id apud Græcos non eſt,ne apud Barbaros inuẽtores eius aliud quàm margaritæ.

¶Vnio,Alterũ cæpæ genus capitatum,quod ferè citra cerniculẽ in caput extuberauit, in cuius nominis ambitu eſt,quæ ſimplex nõ fruticauit,nec habuit ſoboles adhærẽtes,qualis eſt maritima.Hanc vocant vnionem veteres ruſtici,vt teſtatur Columella,quod nomen apud Gallos velut triuiale,hactenus vſurpatum eſt.Siquidẽ quod ſingulari conſtat, nec pluribus coagmentatur bulbis,vnionem Gallica lingua nominat.Hæc Ruellius. Colu. lib.11.ca.10.1, Pompeianam, vel Aſcaloniam cæpam,vel etiam Marſicam ſimplicem,quam vocant vnionem ruſtici,eligito.

¶Vnio,fœ.g.pro Concordia,de hoc nullum ſe obtulit exemplum ex veteribus.

Untoculus,Uniſtirpis,Unitas,Uniter,Uniuerſus Untuocus,Untuſmodi, Vide Unus.

VNNI,Vide HVNNI.

Unoculus,Vide Vnioculs in Unus.

Unquam,Aduerbium, ſignificat Aliquo tẽpore.Plaut.Aul.17.2, Neque id in tantis periculis vnquam cõmittam vt ſiet. Terent.Heaut.5.4.8,Et caue poſthac(ſi me amas)vnquã iſtuc verbum ex te audiam.

Vnquam hodie.Plaut.Amphit.4.110,Neque ego hunc hominem hodie ad ædes has ſinam vnquam accedere.

Vnquam gentium.Cic.4.Tuſcul.115,Quis homo te exuperauit vnquam gentium impudentia?

Rarò vnquam. Quintil.lib.5.ca.7,Rarò vnquam poſſunt ante iudicium ſcire,quid teſtis dicturus ſit.

Semel vnquam. Plin.li.2.cap.35, Scintillam è ſtella cadere, & augeri terræ appropinquantem:ac poſtquam Lunæ magnitudine facta ſit,illuxiſſe ceu nubilo die: dein quum in cælum ſe reciperet,lampadem factam, ſemel vnquã proditur, Cn.Octauio,C.Scribonio COSS.

Vt nemo vnquam,pro Vt nemo vnquam magis.Cic.ad Auicum,lib.3.52.1, Ita ſim afflictus,vt nemo vnquam. Ibidem,53.3,Quòd me ſæpe accuſas cur hunc meum caſum tam graniter feram,debes ignoſcere:quum ita me afflictum videas vt neminem vnquam nec videris nec audieris.

Non vnquam. Virg. eclog.1.7, Non vnquam grauis ære domum mihi dextra redibat.

Unus/vna,vnum,vnius genitiuum facit pen. prod. ſed quum opus eſt corripitur, hac excuſatione,quòd quoties vocalem longã vocalis ſequitur,ſuperiori vires detrahit,teſte Seruio: Vnus, principium eſt numerorum.Ouidius 1.Metam.1,
Vnus erat toto naturæ vultus in orbe,
Quem dixere chaos. Virg.1.Æneid.51,
Nauibus (infandum)amiſſis vnius ob iram
Prodimur. Ibidem,9,Vnius ob noxam & furias Aiacis Oilei.

¶Vnus,Solus.Plautus,Vnus tum domi erã,& fores erant clauſæ. Idẽ Bacchid.4.19, Imò vnice vnum plurimi pendit. Terentius Adelphis, 3.3. 81, Illum curo vnum , ille ad me attinet. Plautus Capt. 6.81, Eum ſi reddes, mihi præterea vnum nummum ne duis. Idem Trinum.15.15, Hic vnus(vt ego ſuſpicor) ſeruat fidem.

Mihi vni commodus.Horat.1.epiſt.9.1.

Vnus,pro Solus,genitiuo aliquando iungitur,& ferè cum adiecto Omnis:aliquando ſubſtantiuo iũgitur,ſed quaſi ſubintelligitur OMNIVM.Plin.li.9.cap.17.1, Acipenſer vnus omnium ſquamis ad os verſis contra aquam natando meat. Idem lib. 11.cap.37.9,Caluitium vni tantum animalium homini. Cic.ad Atticum, lib.8.148.3,Dicæarchum mehercule, aut Ariſtoxenum diceres accerſi,non vnum omnium loquaciſſimum,& minimè aptum ad docendum. Idem Figulo, lib.4.13.10,P.Nigidio vni omnium doctiſſimo,&c. ne benignè quidem polliceri poſſum.

Vnus multorum.Horat.1.Serm.ſat.9.15,
-ſum paulo infirmior vnus Multorum.

Vnus ſubticetur aliquando. Quintil. lib.9.cap.1, Nec deſunt qui tropis,figuræ nomen imponant, quorum eſt Caius Antorius Proculus.

Ab vnis hoſtium copiis bellum geri.Cic.pro Lege Manil.5.

Ad vnum,Vide Ad præpoſitionem.

In vnis ædibus.Terent.Eunuch.2.3.75, Aderit vnà in vnis ædibus.Id eſt iiſdem.

Vna ætas.Plaut.Capt.2.10,

Hic poſtquam hunc emit,dedit eum huic gnato ſuo
Peculiarem, quia quaſi vna ætas erat. Id eſt eiuſdem ætatis.

Idē Merc.9.11,De lanificio neminē metuo, vna ætate quæ ſit.

Vnus aliquis.Cic.10.Philipp.270,Cur nunquam tam frequēs Senatus fuit, quòd vnus aliquis tuam ſententiam ſecutus ſit?

Idem de Finibus,Vtilitati hominum plus quàm vnius alicuius, aut ſuæ conſulit. Et de Prouinciis Conſularibus.24,Tanquam vnum aliquem portum tutum & clauſum teneri.

Cōfugere ad vnum aliquem virtute præſtantē.Cic.2. Off.58.

Vnus & alter,pro Duobus.Cic.4.Verr.53,Repente iſte teſtes citari iubet,dicit vnus,& alter breuiter,nihil interrogatur.

Vnus & alter aſſuitur pannus.Horat.de Arte,3.

Alter aliquando ſubauditur.Virgilius 9.Æneid.109,

-vix vnus Helenor,
Et Lycus elapſi,quorum primæuus Helenor.

Vnus aut alter.Cic.ad Atticum,lib.7.118.1,Quid enim eſt tātū in vno aut altero die? Liu.1.ab Vrbe,101,Appius vehementis ingenii vir,imperio Conſulari rem agendam cenſebat: vno aut altero arrepto,quieturos alios.

Vnus & item alter.Terent.And.1.1.50,

Sed poſtquam amans acceſſit pretium pollicens,
Vnus & item alter.

Vnus,alter,plures dies.Ci.6.Ver.57,Dies vnus,alter, plures:nō referri. Ibidem, 7.61, Vnū,alterum menſem, prope annum.

Vnus,alter,tertius. Quintil.lib.6.cap.4, Tres excitauit lectores,liſque patris eius dialogos dedit legendos,quorum quum in Priuernati vnus, alter in Albano,tertius in Tyburti ſermonem habitum complecteretur,requirebat vbi eſſent ex poſſeſſiones. Sic lib.9.cap.2. Cic.1.Acad.28,Fuit ergo iam accepta à Platone philoſophandi ratio triplex. Vna,de vita & moribus: altera, de natura & rebus occultis:tertia,de diſſerendo.

Vnus,pro Alter.Cic.in Offic. Quum duas cerneret vias, vnā virtutis,alteram voluptatis. Idem ad Atticum,Acceſſit vt duo nuntii afferrētur,vnus claſſe fratrem Epheſo Athenas,alter pedibus per Macedoniam venire. Virgil.4. Æneid.104, Vnum exuta pedem vinclis.

Vna,altera.Terent.Phorm.5.8.90, -vna iniuria eſt
Tecum. D.lege agito ergo. P. altera eſt tecum Chreme. Id eſt actio iniuriarum ex lege,ait Donatus.

Vnum animal eſt. Curtius lib.4,Alexander quantuſcunque ignauis & timidis videri poteſt,vnum animal eſt,&(ſiquid mihi creditis)temerariū & vecors, adhuc noſtro pauore quàm ſua virtute fœlicius.

Vno animo. Terent. Hecyra,2.1.4, Itaque adeò vno animo omnes ſocrus oderunt nurus.

Vnus atque idem.Cic.7.Verr.71, Vna atque eadem nox erat, qua Prætor amoris turpiſſimi flamma ac claſſis Populi Ro.prædonum incendio conflagrabat. Plin.epiſt.167.b,Quòd ſi vnus atque idem & perdendos cenſeret,& relegandos.

Eiuſdem vnius aut plurium verborum iteratio. Author ad Herennium,lib.4.190.

Vno cantharo potare,Hoc eſt eodem in poculo bibere.Plaut. Sticho,14.47.

Cum vno forti viro loquor.Cic.ad Caſſium,lib.15.16.7,Quāquā quicū loquor:cum vno fortiſſimo viro, qui poſteaquam ſorū attigiſti,nihil feciſti, niſi pleniſſimū ampliſſimæ dignitatis.

Vnus de multis.Cic.2.de Fin.107,Tenuis L.Virginius, vnúſq; de multis, ſexageſimo anno poſt libertatem receptā,virginem filiam ſua manu occidit.

Vnus de illis.Cic.pro Milone,48.

Vnum de malis.Cic.ad Atticum,lib.3.49.4, Mihi etiā vnum de malis in metu eſt,fratris miſeri negotium.

Vnus de ſeptem,Vna de tribus.Colum.lib.1.cap.3.7, Nos ad extera præcepta illud adiicimus, quod ſapiens vnus de ſeptem in perpetuum poſteritati pronuntiauit μέτρον ἄριστον. Martialis lib.9.80,

Et libata ſemel ſummos modo purpura cultus
Sparſerat,inuidit de tribus vna ſoror.

Vni ſex dies.Plaut.Trinum.4.95, -quia rure dum ſum
Ego vnos ſex dies,me abſente atque inſciente, inconſulto meo,
Ædes vænales haſce inſcribit literis.

Vna è multis.Virgil.5.Æneid.119.

Vnus è populo.Seneca epiſt.10.

Vnus è vulgo. Quintil. lib.8.cap.4, Non aliquis inuenis, aut vnus è vulgo:ſed ſenes,&c.

Vnus ex multis.Plaut.Sticho,1.11, -vnice qui vnus ciuibus
Ex omnibus probus perhibetur. Idem Trucul.4.78,Te vnum ex omnibus amat.

Vnus ex multis,Id eſt pars vulgi,vnus è populo. Cic.4.Acad. 121,Sed ſit ingenio diuino,quem vnum ex phyſicis potiſſimum probabit? nec enim plus vno poterit. Plin.epiſt.3.b,Si poſſident,fœlix,beatúſque es: ſin minus, vnus ex multis,&c.

Vnus erat timendus ex omnibus.Cic.3.in Catilinam,61.

Efficere penè vnum ex duobus.Cic.de Amicit.69.

Ex vitiis mediocribus vnum.Horat.1.Serm.ſaty.4.19.

Vno exemplo omnes viuunt.Plaut.Milite,10.131.

Hic vnus,pro Hic tantùm. Cic.ad Cluuium,libro 13.8.9, Tuus amor in me ſperare me cogit,te quod tuis neceſſariis tribueris, idem eſſe tributurum meis, præſertim quum ego pro his vnis petam, habeam autem qui ſimili cauſa laborent, cōplures neceſſarios. Idem 5.Verr.62,Vni mehercule huic ciuitati Verres obſiſtere tua defenſione non potes.

Omnibus hic erit vnus honos.Virgil.5.Æneid.62.

Vno ictu.Plaut.Milite,3.53,Ni hebes machæra foret,vno ictu occideres.

Coire in vnum,Vide Loco.

Colligere & cōferre omnia in vnū.Author ad Heren.li.4.114.

Vnum in locum cogi,vnum ſub aſpectum ſubiici.Cicero 1.de Inuent.109.

Vnius modi.Cic.1.Acad.44,Quia ſola cerneret id quod ſemper eſſet ſimplex & vnius modi,& tale quale eſſet.

Vnis moribus.Cic.pro Flacco,49,Adſunt Lacedæmonii, &c. qui ſoli toto orbe terrarum ſeptingentos iā annos amplius vnis moribus,& nunquam mutatis legibus viuunt.

Vna opera.Plaut. Caſina,8.1,Vna ædepol opera in furnū calidum condito. Idem Truc.8.39,Hæc vna opera circumit per familias.

Omnibus vna quies operum, labor omnibus vnus.Virgilius 4.Georgic.37.

Vnus quiuis.Terēt.And.5.4.1,Mitte orare, vna harum quæuis cauſa me vt faciam, monet.

Situ ſolus aut quiuis vnus.Cic.pro Cecinna,45.

Vno quoq; gradu.Cic.3. Verr.110,Quis à ſigno Vertumni in Circum maximum venit, quin is vno quōque gradu de auaritia tua commoneretur?

Vna res.Plaut.Capt.8.28,

Abeo ab illis,poſtquam video me ſic ludificarier,
Pergo ad alios, venio ad alios deinde ad alios:vna res,
Omnes compacto rem agūt.Poſterioribus verbis declarat quid velit,quum dicit Vna res.

Vna ſalus victis, nullam ſperare ſalutem.Virg. 2. Æneid.71.

Vna ſpes.Terent.Eunucho,1.3.4,Vna hæc ſpes,vbivbi eſt,diu celari non poteſt.

Vno tempore, pro Eodem tempore.Cic.ad Atticum,lib.2.17. 1,Oſuaues epiſtolas tuas vno tempore mihi datas duas! Idem 2.Verr.31,Quæ conuenit vno tempore vndique comitiorum,iudiciorum cenſendique cauſa. Ibidem,1.40,Si tantulum offenſum titubatúmque ſit, vt ea quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt,vno tempore vniuerſa perdamus.

Vno verbo. Plautus Merc.11.17, Vno verbo eloquere vbi ego ſum. Idem Trucul.16.41,Vno verbo eloquere.

Vnus vllus. Cic.1. de Lege agrar.45, Ratum ſit quod finitor vni vlli,à quo miſſus erit,renuntiarit.

Vna voce Senatus frequens retinendum me in vrbe cēſuit, Cicero ad Atticum,lib.1.14.5.

¶ Vnum,in neutro genere,pro Re vera. Plautus Aulul. 11.3, Niſi vnum hoc faciam,vt in puteo cœnam coquant. Terētius Eunucho,5.9.54,

-vnum etiam hoc vos oro,vt me in veſtrum gregem
Recipiatis. Idem And.3.1.16,Hoc ego ſcio vnum,neminem periſſe hīc. Ibidem,1.5.46,Vnum hoc ſcio,hanc meritam eſſe, vt memor eſſes ſui.

Vnum venit in mentem modò. Plaut.Caſin.8.16.

Vnum quicquid. Terent.Adelph.4.2.51, Nam iam adibo:atque vnum quicquid,quod quidem erit beliſſimum,carpam.

Vnum aliquid inſigniter facere.Plin.epiſt.106.

¶ Vnus, Præcipuus.Virg.5.Æneid.141,

Tum ſenior Nautes vnum Tritonia Pallas
Quem docuit,multāque inſignem reddidit arte. Idem 2.Æn. 86, -cadit & Ripheus iuſtiſſimus vnus
Qui fuit in Teucris.Seruius.

Vnuſquiſque, vnaquæque, vnumquodque, & vnumquidque,Id eſt ſingulus:non facilè patitur ſuperlationem,vt ait Valla,quia illud VNVS,vim quandam atque naturā ſuperlatiui obtinet:potiúſque dicimus,Vnuſquiſque bonus,quàm Vnuſquiſque optimus. Cic.pro Fonteio,15, Mouetur eo timore quo vnuſquiſque noſtrū quum in eū locum productus eſt? Ibidē,10,Mihi enim ſemper vnaquæque de re, teſtis non ſolùm ſemel, verumetiam

breuiter interrogatus. Idem 6.Verr.116,Itaque Iudices,hi qui hoſpites ad ea quæ viſenda ſunt,ducere ſolent,& vnumquidque oſtendere, quos illi myſtagogos vocant, conuerſam iã habent demonſtrationem ſuam.

Vnuſquiſque & vniuerſi.Cic.3.Offic.33,Ergo vnum debet eſſe omnibus propoſitum, vt eadẽ ſit vtilitas vniuſcuiuſque & vniuerſorum,&c.

Leuiter vnumquodque tangere.Cic.pro Roſc.Amerino,51.

Sigillatim vnicuiq; calamitati fore ſe denũtiabat.Ci.6.Ver.67

Vnicaulis, & hoc vnicaule,Quod vnum caulem habet,nec in ramos ſpargitur.Plin.lib.19.cap.10.1, Eſt autem vnicaule, radice bulbo ſimili.

Vnicolor,pen.corr.vnicolôris, pen.prod.om.g.Vnius coloris.Plinius lib.32.cap.9.10, Dulciores fœminæ ſunt & vnicolores. Sic lib.8.cap.43.4. Ouid.11.Metam.113,

At medio torus eſt hebeno ſublimis in antro
Plumeus, vnicolor,pullo velamine tectus.

Vnicornis,huius vnicornis,maſ.g.ſiue Vnicornius,vnicornii, vel Vnicornium,vnicornii,Animal,quod vnicum in fronte cornu longum gerit,quod ad ſaxa limat,& ipſo perforat elephantem. Græcè monoceros dicitur.Plin.lib.8.cap.21.4, Aſperrimam autem feram monocerotem,reliquo corpore equo ſimilem,capite ceruo,pedibus elephãto,cauda apro,mugitu graui, vno cornu nigro media fronte cubitorum duũm eminente.

Vnicornis,& hoc vnicorne,Quod vnum tantũ cornu habet.Plin.lib.11.cap.46.1,Solida vngula,& bicorne nullum:vnicorne aſinus tantum Indicus.

Vnicus, pen.corr. Adiect.Singularis,ſolus,vel vnus tantum inter alias ſpecies:vt Phœnix eſt vnica auis.Cic.pro Roſcio Amer.23, Et quæramus,quæ tanta vitia fuerint in vnico filio. Idem ad Seruium Sulpitium,lib.4.4.13, Méque metuo ne etiam in cæteris rebus honeſto otio priuarim,quod erat vnicum ſolatium in malis. Et pro Quintio,23, Reſtat vt aut ſumma negligẽtia tibi obſtiterit,aut vnica liberalitas.

Marito vnico gaudens mulier.Horat.3. Carm.ode 14.1.

Nequitia & malitia vnica.Author ad Heren.lib.3.102.

Attribuere aliquibus turpitudinem vnicã. Author ad Heren. li.3.132,Si egregiam pulchritudinem,aut vnicam turpitudinem eis attribuemus.

Vnicè,penul.corr. Aduerbium, Singulariter: vt Vnicè eum diligo. Plautus Trucul.4.85, Ain' tute amare A. imò vnicè vnum. Idem Bacchid.4.29,Imò vnicè vnum plurimi pendit. Et apud Plinium epiſt.115.2,Vnice illum diligit. Cicero 5.de Finibus,5, Quem vnicè diligo. Idem ad Cæſarem,lib.13.16.1, Præcipium tibi commendo vnicé. Et ad Brutum,libro 11.11.8, Præſertim quũ perſuaſum omnibus eſſet,mihique maximè,à te nos vnicè diligi. Sic ad Q.fratrem,lib.1.10.9,Qui te vnicè laudarent.

Auus tuus qui amauit vnicè patriam. Cic.3.in Catilinam,15.

Negare ei quem vnicè diligerem , durum mihi admodũ videbatur.Cic.in Orat.1.

Vnigénitus,vnigéniti,pe.corr.m.g.Filius qui vnicus eſt:quaſi ſolus genitus,nec fratrem vllum habuit,aut ſororem.

Vnigenam,pen.cor.Cicero in lib.de Vniuerſ.16,mundum vocat, quòd ſolus atque vnus eſſet,his verbis,Vt hic mundus eſſet animanti abſoluto ſimillimus, hoc ipſo,quòd ſolus atque vnus eſſet:idcirco ſingularem deus hunc mundum atque vnigenã procreauit.Vbi aliqui legunt vnigenum,id eſt vnicum genitum.

Vnígena Pallas,apud Catullũ.quia è Iouis cerebro atque vno parente orta.Budæus.

Vniiuga,pen.corr.vineæ dicũtur,ſi haſtilibus in terra defixis, ſingulæ tranſuerſæ perticæ in vnam tantùm partem ordinis adnectuntur.Plin.lib.17.cap.11.15,Si vniiuga erit vinea.

Vnímanus,penult.corr.Adiectiuum.Vnam tantùm manum habens.Liu.5.bel.Maced.75,Capram ſex hœdos vno fœtu edidiſſe, ex Piceno nuntiatum eſt:& Aretii puerum natum vnimanum.

Vnióculus,vnióculi,pen.corr.m.g.Qui vnũ tantùm oculum habet.Plaut.Vniocule ſalue.Quædam exemplaria legũt vne oculе,vel vnocule. Gell.lib.3.cap.11, De Cyclope itidem inquit vel maximè quòd vnoculus fuit.

Vniſtirpis, & hoc vniſtirpe, Vnius ſtirpis. Plin.lib.16.cap.30.5, In longitudinem exereſcunt abies,larix, palma, cupreſſus,vlmus, & ſiqua vniſtirpia.

Vnitas,pen.corr.vnitãtis,Ab vnus adiectiuo.Columel.lib.7.cap.3. 1,Ideo niſi lanatas oues emi non oportet, quo melius vnitas coloris appareat. Idem lib.11.ca.3.35, Ferè poſt quadrageſimam diem inter ſe implicantur, & quaſi vnitatem faciunt. Plinius lib.5.ca.27.9,Etiam vbi dehiſcit,ſeque populis aperit,portarum tamen nomine vnitatem ſibi vindicans.

Vnitas aluei. Plin.lib.5.cap.9.2,Menſura ab vnitate aluei,vnde ſe primùm findit in latera,ad Canopicum oſtium, C X L V I.

De Nilo fluuio.

¶ Vnitas,Indiſcreta ſimilitudo. Plin.lib.7.cap.12.6, Toranius M.Antonio iam Triumviro,eximios forma pueros,alterũ in Aſia genitum,alterum trans Alpes,vt geminos vendidittanta vnitas erat.

Vniter,pen.corr.Aduerbium.Lucret.lib.3.172,

-quom corporis atque animai
Diſſidium fuerit,quibus hæſimus vniter apti.

Vniuerſus,Adiectiuum,Quaſi omnis ad vnum verſus:Id eſt,ſine aliqua exceptione.Et in ſingulari quidem idem eſt quod totus: vt Vniuerſus ager,Vniuerſus exercitus.In plurali ſignificat omnes cõiunctim.Nam ſi dicimus,Omnes ſibi domicilia cõſtituerunt,intelligitur,domicilium ſibi vnumquenque conſtituiſſe.Si verò dicimus,Vniuerſi ſibi domicilium conſtituerunt,ſignificatur,omnes ſimul vnum ſibi pro omnibus domicilium feciſſe. Terent.Phorm.1.1.11,

Quod ille vnciatim vix de demenſo ſuo
Suum defrudans genium comparſit miſer,
Id illa vniuerſum abripiet. Cicero 4.Acad.130,Hæc loquor de vniuerſis. Nihil excipit de quo non profiteatur quid enim eſſe poteſt extra vniuerſa? Idem 1.de Inuent.50, Non incommodum videtur,quandam ſyluam,atque materiã vniuerſam ante permiſtam,& confuſam exponere omnium argumẽtationum. Et 1.de Oratore,89,Sin ſit is,qui & doctrina mihi liberaliter inſtitutus,& aliquo iam imbutus vſu, & ſatis acri ingenio eſſe videatur,illuc eum rapiam,vbi non ſeclusa aquula teneatur: ſed vnde vniuerſum flumen erumpat,qui illi ſedes, & tanquam domicilia omnium argumentorum monſtret.

Vnuſquiſque & vniuerſi.Cic.3.Offic.33,Ergo vnum debet eſſe omnibus propoſitum, vt eadem ſit vtilitas vniuſcuiuſq; & vniuerſorum,&c.

Excipere vnum pro vniuerſis.Cic.de Prouinc.Conſul.18.

Eloquentia vniuerſa.Cic.de Clar.Orat.14,Laus eſt interdũ in aliqua parte dicendi, in vniuerſa eloquentia laudẽ non habet.

Familia vniuerſa.Cic.pro Cecinna,43, Tam reſtitues, ſi vnus ſeruulus,quàm ſi familia delecerit vniuerſa.

Mare vniuerſum.Cic.1.de Finib.178,Omne cælum totámque cum vniuerſo mari terram mente complexum.

Cõtra naturã vniuerſam nihil eſt cõtendendũ. Cic.1.Off.155.

Communis rerum natura,vniuerſa atque omnia continens. Cic.1.de Nat.deorum,57.

Definire vniuerſam & propriã vim oratoris.Cic.1.de Orat.33.

Vniuerſa vita.Cic.pro Roſcio Comœdo,16,Eſt tuæ contumaciæ,arrogantiæ,vitæque vniuerſæ vox.

Pars & Vniuerſum,contraria.Cic.pro Quintio,60,Omnia autem bona poſſeſſa non eſſe conſtitui, quòd bonorum poſſeſſio ſpectetur nõ in aliqua parte,ſed in vniuerſis quæ teneri ac poſſideri poſſint. Plin.epiſt.108.lib.5,Tu velim quid de vniuerſo, quid de partibus ſentias, ſcribas mihi.

Vniuerſum in partes diuidere. Cic.in Orat.65, Idémque etiã, quum res poſtulabit,genus vniuerſum in ſpecies certas,vt nulla neque prætermittatur,neque redundet, partietur & diuidet. Idem de Clar.Orat.78,Niſi eam præterea didiciſſet artem,quæ doceret rem vniuerſam tribuere in partes.

Separatim &Cum vniuerſis,contraria.Cic.pro Domo ſua,103, Audierat ex illo ſe à me bis ſalutẽ accepiſſe, ſeparatim ſemel, iterum cum vniuerſis.

Singula & Vniuerſa,contraria.Cic.ad Trebianum,lib.6.10.7, Singula perſequi non eſt neceſſe:vniuerſum ſtudium meum & beneuolentiam ad te defero. Idem 1.de Finib.69, Cupiditates enim ſunt inſatiabiles,quæ non modò ſingulos homines,ſed vniuerſas familias euertunt,totam etiã ſæpe labefactant Remp. Et 2.de Natura deorum,144,Quæ ſi ſingula vos fortè non mouent, vniuerſa certè tamen inter ſe connexa atque coniuncta mouere debebunt. Et 1.Orat.64,Vel ſeparatim dicere ſolemus de genere vniuerſo,vel definitè de ſingulis temporibus, hominibus, cauſis.

Singulatim collecta,vniuerſa perdere.Cic.1.Verr.40,Si tantum offenſum timubatúmque ſit,vt ea quæ ſingulatim ac diu collecta ſunt,vno tempore vniuerſa perdamus.

In vniuerſum,Vide In præpoſitionem.

¶ Vnuerſum,pro Vniuerſum. Lucret.lib.4.53,

Ventus enim quoque paulatim quom verberat:& quom
Acre ferit frigus,non primam quamque ſolemus
Particulã venti ſentire,& frigoris eius: Sed magis vniuerſum.

Vniuerſè,Aduerbium, Generaliter,ſiue generatim,cui Sigillatim opponitur.Cic.ad Atticum,lib.5.89.1,In Cumano quum eſſem, venit ad me noſter Hortenſius, cui depoſcenti mea mandata, cætera vniuerſè mandaui. Idem 7.Verr.111, Quid ego de cæteris ciuium Romanorum ſupplicils ſigillatim ponam quàm ge-

neratim atque vniuerſè loquar? Idem in Vatinium,9,Quæro abs te,primum vniuerſè quod genus improbitatis & ſceleris in eo magiſtratu tu prætermiſeris.Vetus exẽplar nõ legit vniuerſe.

Vniuerſilis,& hoc vniuerſãle,pen.prod.Quod ad vniuerſos pertinet.Author ad Herennium,Nam huiuſmodi in rationibus,non vniuerſali neque abſoluta,ſed extenuata ratione expoſitio confirmatur.

Vniuérſitas,pen.corr.vniuerſitãtis.Cic.1.de Nat.deorum,143,Licet enim contrahere vniuerſitatem generis humani, eámque gradatim ad pauciores,poſtremò deducere ad ſingulos. Idem de Vniuerſit.6,Atque illum quidem quaſi parentem huius vniuerſitatis inuenire difficile: & quum iam inueneris,indicare in vulgus,nefas. Colum.in Præfat.lib.1,De ruſticationis vniuerſitate nihil attinet nunc plura dicere. Sic lib.7.ca.3. Quintil. lib.7.cap.3.18,Sed ſiquando in partibus laborabimus,vniuerſitate pugnandum eſt.

Rerum vniuerſitas.Cic.1.de Nat.deor.164,Tum enim cenſet imagines diuinitate præditas ineſſe in vniuerſitate rerum.

Currus vniuerſitatis.Cic.de Vniuerſ.60,Singulos adiunxit ad ſingula,atque ita quaſi in currum vniuerſitatis impoſuit.

Corpus vniuerſitatis.Cic.de Vniuerſ.18,Quod ſi vniuerſitatis corpus planum & æquabile explicaretur,&c.

Vniuſmodi,penult.cor.Nomen indeclinabile,Non varius,vniſormis.Terent.Heaut.1.1.31, -nam parentum iniuriæ
Vniuſmodi ſunt fermè:paulò qui eſt homo tolerabilis,&c. Cicro Attic.li.9.175.7, Noli enim putare tolerabiles horũ inſanias, nec vniuſmodi fore. Varr.3.de Re ruſt.cap.9.10,Si contra lumen ouum tenuit,& purũ vniuſmodi eſſe animaduerterit, putant eliciendum.

Materia ſemper eſt vniuſmodi,ſuique ſimilis.Cicero de Vniuerſitate,18.

Principes ſunt vniuſmodi, & ſimplices.Cic.4.Acad.39.

Vniuocus,pen.corr.Adiectiuum, Cuius & nomẽ commune eſt,& eadem ſubſtantiæ ratio, quod Græcè ſynonymum dicitur. Homo & equus vniuoca ſunt,quia ſub vno animalis nomine comprehenduntur,& eadem eſt vtriuſque ſubſtantia.

Vocabulum/Vocalis/Vocatiuus/Vocator/Vocifero/Vocito/Voco/Vide Vox.

Voconia/Genera ſunt pyrorum,quemadmodum & volema,apud Plinium,lib.15.cap.15.

VOCONTII,Galliæ Narbonenſis populi, vt ſcribit Mela lib.2.in deſcriptione Galliæ Narbonenſis.Hinc

Vocontius,Adiectiuum:vt Rura Vocontia.Silius lib.3.94,Iam facies cãpos,iam rura Vocontia carpit.Alii Vocuntia ſcribunt.

Vocula/Diminutiuum à vox,Vide **Vox.**

VOGESVS, pen.corr. mons in finibus Lingonum, à quo Moſa fluuius profluit,non longè à fonte Matronæ fluuii in Francorũ regno ſitus.Lucanus lib.1.81,
Caſtráque quæ Vogeſi curuam ſuper ardúa ripam
Pugnaces pictis cohibebant Lingones armis.

Volgiuagus/Vide Vulgus.

Vola/volæ,Media pars manus ſiue pedis,vt ait Seruius. Plin.li.11.cap.45.6,Vola homini tantùm,exceptis quibuſdam.

VOLATERRAE,ſeu Volaterranæ vadæ,Hetruriæ oppidũ ad Cecinnam fluuium,vt ſcribit Plinius,lib.3.cap.5.

Volatile/Vide **Volo**/volæ.

VOLCAE, populi Galliæ Narbonenſis . Volcarum nomen trans Rhodanum in Occaſum celeberrimum fuit , ſicut citra Saliorum ſiue Salyum,vel Ptolemæo teſte libro 2.cap.10. Volcæ,vulgò *Languedoc.*

VOLCATIVS Conſul,impediit ne Catilina ob accuſationem repetundarum peteret Cõſulatum.Author Pædianus. Volcatius Gallicanus,quintum Conſul ſcripſit vitas imperatorum ad Diocletianum.Eius tantùm extat nunc Auidii Caſſii vita. Volcatius Terentianus hiſtoriam ſui temporis,id eſt Gordianorũ ſcripſit, ac dicit Gordianum ſeniorem vultum Cæſaris Auguſti valde retuliſſe.Author Capitolinus. Volcatius Epidius grammaticus,ſcripſit res geſtas Pompeii Magni & eius patris: primus Libertinorum qui hiſtoriã ſcripſerit,quũ ab optimo quoque ſcribi ſolita ſit,vt ſcribit Cornelius Nepos. Ludum aperuit,docuitque inter cæteros M. Antonium & Auguſtum. Ex Tranquillo.

Volcatius Sedigit in libro de poetis,quid ſentiat de his qui comœdias ſcripſerunt,his verſibus monſtrat, apud Gellium lib.15. cap.24,
Multos incertoscertare hanc rem vidimus,
Palmam poetæ comico cui deferant.
Eum iudice me errorem diſſoluam tibi:
Vt contrà ſiquis ſentiat,nihil ſentiat.
Cæcilio palmam ſtatuo de comico.
Plautus ſecundus facilè exuperat cæteros.
Dein Næuius qui ſeruet,prætio in tertio eſt.
Siquid quarto detur,dabitur Licinio.
Poſt inſequi Licinium facio Attilium.
In ſexto conſequitur hos Terentius.
Turpilius ſeptimum,Trabea octauum obtinet.
Nono loco eſſe facilè facio Lucerium.
Addo decimum antiquitatis cauſa Ennium.

Volema/Volemũrũ,n.g.pe.prod.Pyra Gallis dicuntur bona & grãdia:eo quòd impleant manum.Apud Catonẽ cap.7.1. & Columellam lib.5.cap.10.11. Et lib.11.cap.10.3. Virg.2. Georg.18,
-nec ſarculus idem
Cruſtumiis,Syriiſque pyris,grauibuſque volemis.

Volentia/Vide **Volo**/vis.

Volo/volas,volare,Proprium eſt pennas habentiũ. Virgilius 1. Æneid.61, -volat ille per aera magnum
Remigio alarum. Plin.lib.10.cap.8.2, Alii ſedentem in ſublimi rapiunt auem,aliqui volantem in aperto. Cic.in Arato,5,
Nanque eſt ales auis lato ſub tegmine cœli
Quæ volat,& ſerpens geminis ſecat aera pennis.

Volare membranis dicuntur cicadæ & veſpertiliones. Plin.li.11.cap.18.1,Membranis vt cicadæ volant.

Altè volare,Demiſſius volare, contraria. Ouidius 3.Triſtium, eleg.4.5.

Caternarim volare.Plin.lib.10.cap.14.3.

Gregatim volare.Quintil.lib.1.cap.6.24.

Perniciter volare,Vide **Pernix.**

¶Volare, tranſfertur ad alia quæ celeriter currunt: vt Nauis volat,fama volat,& huiuſmodi:pro Celeriter it,vel fertur.Terẽtius Hecyra,3.4.24,Ne me fruſtra illic expectet,vola.

Volare,& iter facere,contraria.Cic.10.Philip.176, Quem niſi in via caducæ hæreditates retardaſſent,volaſſe eum, non iter feciſſe dicetes.

Paſſu volat alite virgo.Ouid.10.Metam.117.

Volat ætas.Cic.1.Tuſc.119.

Volat vi feruidus axis.Virg.3.Georg.11.

Dicta magna volant ſuperbo.Valer.5.Argon.110.

Faces & ſaxa volant.Virg.1.Æneid.31.

Fama volat.Virg.3.Æneid.25.

Volant literæ,quæ celeriter perferuntur.Cic.ad Atticum,lib.1. 54.5,Literæ Capuam ad Pompeium volare dicebantur. Idem lib.6.115.4,Tu autem fac vt mihi tuæ literæ volent obuiæ.

Spiritus volat altus in auras.Ouid.3.Triſt.eleg.3.13.

Tela volant hyberna grandine plura.Ouid.5.Metam.51.

Volat telorum vis. Liu.6.bel. Pun. 231, Ingens enim iam vis omnis generis telorum è muris volabat.

Volans,Participium:vt,
Curru volans.Virgil.1.Æneid.31,
-cælóque inuectus aperto
Flectit equos,curruque volans dat lora ſecundo.

Currus agitare volantes.Virg.3.Georg.37.

Inhibere equos volantes.Ouid.2.Metam.26.

Fumi volantes.Lucret.lib.6.11.

Haſta volans.Silius lib.16.118.

Nubes volantes.Lucret.lib.5.51.

Sagitta volans.Ouid.3.Triſt.eleg.10.11.

Vmbræ volantes.Ouid.1.Amor.eleg.6.5.

¶Volantes,loco ſubſtantiui,pro auibus.Virgilius 6.Æne.48, de Auerno,
Quam ſuper haud vllæ poterunt impune volantes
Tendere iter pennis.

Vólito,vólitas,pen.cor.volitare,Frequentatiuũ.Plin.li.10.cap.61.1, Veſpertilio geminos volitat amplexa infantes. Ibidẽ,cap.8.1, Alii non niſi in terra rapiunt auem, alii non niſi circa arbores volitantem. Cic.1. de Nat.deorum,75, In hac igitur immenſitate latitudinum,longitudinum,altitudinum,infinita vis innumerabilium volitat atomorum. Liu.5.bel.Pu.36,Reate ſaxum ingens viſum volitare.

Paſſim ac liberè volitare.Cic.2.de Orat.14,Sic enim ſe res habet,vt quemadmodum volucres,&c. Leuandi laboris ſui cauſa paſſim ac liberè ſolutas opere volitare.

Super carpentum volitare.Liu. 1.ab Vrbe.154,Supérque carpentum cum magno clangore volitans.

Fauillæ volitant.Ouid.2.Metam.57.

Vmbræ volitant inter viuos.Lucret.lib.4.9.

Voces volitant per aures. Lucret.lib.4.45.

Currũ volitantẽ leui flamine, pro naui, Catullo, Argon.59.2.

Simulachra modis volitantia miris.Virg.7.Æneid.18.

Circum latè volitans fama.Virg.7.Æneid.21.

Animus vacuus cura atque labore volitat.Cicero.de Orat.14, Animi noſtri forenſibus negotiis atque vrbano opere defeſſi,

geſtiunt,ac volitare cupiunt vacui cura atque labore.

¶Volitare,per tranſlationem,pro Diſcurrere ponitur,vt alt Valla. Tacit.lib.2, Quin & Ingniomerum tota volitantem acie,fortuna magis,quàm virtus deſerebat.

Inſultare & volitare.Cic.pro Flacco,30,Nunc verò non inſultabo vehementius,nec volitabo in hoc inſolentius.

Cupiditate gloriæ volitare,hoc eſt Efferri & vehementer trahi.Cic.in Piſonem,47,Valebis apud hominem volitantem gloriæ cupiditate vir moderatus & conſtans.

Ante oculos alicuius volitare. Cicero 1.de L.agrar.62, Volitat enim ante oculos iſtorum Iubæ regis filius adoleſcens non minus bene nummatus,quàm bene capillatus.

In armis volitare. Cic. 2.in Catilinã,36, Nunquam ego à diis immortalibus optabo Quirites,inuidiæ meæ leuandæ cauſa,vt L.Catilinam ducere exercitum hoſtium, atq; in armis volitare audiatis.

Per gẽtes volitare.Cic.2.de Lege agraria,96, Vt volitaretis interea per gẽtes,per regna omnia cum imperio ſummo,cum iudicio infinito,cum omni pecunia.

Per forum volitare.Cic.pro Domo ſua,39,Itaque quũ tu floreas ac potens per medium forum popularis volitares,&c.

Toto foro volitare.Liuius 9.bel.Maced.131,Sed Claudius Conſul ſine lictoribus cum fratre toto foro volitando: clamitãtibus aduerſariis,&c.

Tota vrbe volitare.Cicero Poſt reditum in Senatu,5,Cum ferro & facibus homines tota vrbe volitantes,magiſtratuum tecta oppugnata,&c.

Per ora virorum dicitur aliquis volitare.Cic.1.Tuſcul.53,

Nemo me lachrymis decoret,nec funera fletu
Faxit.cur?volito viuu' per ora virum.

Per auras volitare.Mart.lib.1.31,

Æthereas laſciue cupis volitare per auras:
I,fuge:ſed poteras tutior eſſe domi.

Volãtus,huius volãtus,pen.prod. Ipſe volandi actus. Cic.1.de Natura deor.146,Idémque & volatus alitum ſuſtinet,& ſpiritus ductus alit & ſuſtentat animantes. Mart.lib.11.146,

Si tam præcipiti fuerant ventura volatu,
Debuerãt alia fata venire via. Sic Plini' li.10.ca.33.10. Cicero 1.de Diuin.4,Cilicium autem & Piſidarum gens,& his finitima Pamphilia, quibus nationibus præfuimus ipſi, volatibus auiũ,cantibuſque certiſſimis ſignis,declarari res futuras putãt.

Aquilæ admonitus volatu.Cic.1.de Diuin.51.

Celer volatus.Claud.8.Paneg.54.

Lenis volatus.Ouid.12.Metam.107.

Suſpenſus volatus.Stat.3.Thebaid.93.

In volatu,Vide In præpoſitionem.

Volatũra,volatũræ.pen.prod.Idem.Varro 3.de Re ruſt.ca.5.6,Ibi in prima volatura quũ veniunt,morantur dies paucos requieſcendi cauſſa. Columella lib.8.cap.9.1,A volatura ita vt capitur,farturæ deſtinatur.De turturibus.

Volãticus,pen.corr.Adiectiuum,pro Inconſtanti ac præcipiti.Cicero Attico,li.13.28.6,O Academiam volaticam & ſui ſimilem, modò huc,modò illuc? Idẽ de Aruſp.reſp.43,Illius furẽtes ac volaticos impetus in ſeipſos poſſe conuerti.

Volãtilis,& hoc volãtile,pen.cor.Quaſi volans. Volucres,volatilia dicuntur,quia volant.Cic.2.de Natura deor.116,Præterea veſcimur beſtiis & terrenis, & aquatilibus & volatilibus, partim capiendo,partim alendo. Vetus codex legit volantibus.

Ætas volatilis.Ouid.10.Metam.103.

Ferrum volatile,pro Cuſpide & acie telorum.Virg.8.Æn.139,

Stupea flamma manu,teliſque volatile ferrum
Spargitur:arua nouæ Neptunia cæde rubeſcunt.

Pecus volatile facilè paſtoris cuſtodiam recipit.Colum.lib.8. cap.4.3,De cibariis gallinarum.

Pueri volatilis arcus. Ouidius 2.Amorum, elegia 7.6. Hoc eſt Cupidinis.

Telum volatile mittere. Ouid.7.Metam.171.

Volo/vis,vult,volui,velle.Plau.Moſtel.10.59,Dormiunt?T.Illæ quidem vt conniuent,volui dicere. Virg.eclog.3.6,

Vis ergo inter nos,quid poſſit vterque,viciſſim
Experiamur?

Volo te,Subaudi alloqui, & Volo te paucis,aut tribus verbis. Plaut.Capt.17.24,Philocrates per tuum genium obſecro exi, te volo. Idem Epid.10.24, -volo te verbis pauculis,

Si tibi moleſtum non eſt. Et Trinum.13. 118, Te tribus verbis volo. Terent.And.5.3.1,Quis me volt? Sub.alloqui. Ibidem, 2.6.16,Quidnã hic volt veterator ſibi? Idem Heaut.4.4.11.

Velint nolint.Plin.in Paneg.33,Præterea, futuri principes velint,nolint,ſciant.

Velit nolit,pro Velit,an non velit. Cic.ad Q.fratrem,libro 3. 14.6,Craſſum Iunianum hominem mihi deditum per me deterruit:velit nolit,ſcire difficile eſt.Hircio tamẽ agente nolle ſe nõ probabit.

Volo Arpinum,Sub.proficiſci.Cic.Attico,lib.9.170.3, Nos autẽ in Formiano morabamur,quò citius audiremus: deinde Arpinum volebamus. Eidem,lib.6.118.2, Rhodum volo puerorũ cauſa.Eodem modo hic ipſe ſæpius vtitur verbo Cogito.

Id volumus,id contendimus. Cic.2.de Fin.116,Id enim volumus,id contendimus,vt officii fructus ſit ipſum officium.

Velle,optare,cogitare,efficere.Cic.pro Cluẽtio,149, Nihil eſt enim mali, nihil ſceleris, quod illa non ab initio filio voluerit, optauerit,cogitauerit,effecerit.

Ne velit emiſſe.Cato cap.5.3,Nequid emiſſe velit inſciẽte domino,neu quid dominum celauiſſe velit.Hoc eſt nihil emat.

¶Volo,pro Opto.Cic.ad Cornificium,lib.12.19.2, Eãdem rem tibi volo bene & fœliciter euenire. Brutus ad Ciceronem,li.11. 13.5,Quem locum volo tibi eſſe notum.

Clementer volo,Vide Clemens.
Leuiter bene velle alicui,Vide Leuo.
Magis vellem,Vide Magis.
Maximè vellem,Vide Magis.
Minimè volo, Vide Parum.
Nimis vellem,Vide Nimis.
Nimium volo,Vide Nimis.

Volo omnia tua cauſa,id eſt Tibi bene cupio.Ci.ad Sulpitiũ, lib.13.13.1, Nã & ſemper me coluit, diligentiſſiméque obſeruauit, & à ſtudiis noſtris non abhorret. Accedit eò, quòd Varro Murena magnopere eius cauſa vult omnia. Idem ad Tironẽ, libro 16.21.6,Quum omnia mea cauſa velles mihi ſucceſſa,tum etiam tua.

Volo valde eius cauſa.Cic.ad Tironẽ,lib.16.17.4,Cuſpio quòd operam dediſti,mihi gratum eſt: valde enim eius cauſa volo.

Volo tua cauſa,abſoluté.Cice.ad Atticum, lib.11.216.1,Per eos qui noſtra cauſa volunt,valẽtque apud illũ,diligentiſſimè contendas opus eſt.

Quid vultis amplius?Cic.5.Verr.103.

Volo tibi hunc honorem deum fortunare,Hoc eſt vehementer cupio.Cic.ad Marcellum,lib.15.8.1,Maxima ſum lætitia affectus,cum audiui Cõſulem te factum eſſe, cúmque honorẽ deos tibi fortunare volo.

Volo tuam gratiam,Id eſt opto.Plaut.Curcul.8.55,

-id te orare iuſſerat
Profectò vt faceres,ſuam ſi velles gratiam.

Volo defenſam,Id eſt cupio defendi.Cic.ad Craſſipedem,lib. 13.10.6,Rémque & vtilitatem ſociorum (cuius rei quantam poteſtatem Quæſtor habeat non ſum ignarus) per te quàm maximè defenſam & auctam velis.

Volo me excuſatum iſtis.Cic.3.Verr.71,His omnibus qui iſtius iniurias norunt,hoc eſt Populo Rom.vniuerſo,me vehemẽter excuſatum volo.

Volo oratum à vobis rem iuſtam. Plaut.Amphit.333. Et Volo vos oratos eſſe,Plaut.Caſin.1.10.

Quamobrem ea te cura liberatũ volo.Cic.Q.frat.lib.3.17.10.

Volo amori obſequutum illius. Plaut.Aſin.3.63.

Volo honoris cauſa eum nominatum.Cice.2. Verr.11,Fit obuiam caſu ei multitudini C.Curio, quem ego hominem honoris potius, quàm contumeliæ cauſa nominatum volo.Quaſi dicat,Optem vt exiſtimetis me eum nominaſſe cauſa honoris,nõ contumeliæ.

Velim,Optantis cum deſyderio.Plaut.Trucul.9.28,Nunc ecaſtor vt veniret miles velim.

Eſt paucis vos quod monitos voluerim.Plaut.Capt.1.13.

Velle ſaluam.Mattius ad Ciceronem,li.11.28.11,At debeo pro ciuili parte Remp.velle ſaluam.

¶Volo,pro Opinor & cenſeo.Cic.1.de Nat.deorũ,43, Quatuor enim naturas ex quo omnia conſtare cenſet, diuinas eſſe vult. Et paulò poſt itidem.

¶Quid ſibi vult iſtud?Cic.in Verrem,Quid ſibi equeſtres ſtatuæ volunt propter ædem Vulcani?Hoc eſt quid ſignificant.

Ita me hercule attendi, nec ſatis intellexi quid ſibi lex, aut quid verba iſta vellent.Cic.3.de Legib.48.

¶Apud Comicos volt pro vult ferè ſemper legitur.

Volens,Participium.Plaut.Curcul.1.89,Potate,ſite mihi volentes propitiæ. Liu.Precatus deinde,ſi diuus,ſi diua eſſet qui ſibi petem miſiſſet, volens propitiúſque adeſſet. Virg.3. Æne.92, Ipſa canat,vocémque volens atque ora reſoluat.

Volenti animo.Saluſt.in Iugurtha,Hæc Romæ plebes, literis quæ de Metello ac Mario miſſæ erant,cognitis,volẽti animo de ambobus acceperant.

Volẽtia,Id eſt quæ vellẽt,à volũtate. Saluſt.hiſtor.li.4,Multiſque ſuſpicionibus volentia plebi facturus habebatur. Nonius.

Voluntas, voluntatis. Cic. 4. Tuſcul. 11, Quamobrem ſi ſimul obiecta ſpecies cuiuſpiam eſt quod bonum videatur, ad id adipiſcẽdum impellit ipſa natura: id quum conſtanter prudẽtérque fit, eiuſmodi appetitionem Stoici βούλησιν appellãt, nos appellamus voluntatem. Eam illi putant in ſolo eſſe ſapiente, quam ſic definiunt, Voluntas eſt, quæ quid cum ratione deſyderat.

Mens & volũtas. Cic. 3. in Catil. 66, Diis ergo immortalibus de cibus hanc mentem Quirites, voluntatémque ſuſcepi.

Senſus & volũtas. Q. Cic. de Petit. Cõſul. 28, Petitori verò neceſſaria eſt, cuius & frons, & vultus, & ſermo ad eorum quoſcunque conuenerit ſenſum & voluntatem commutandus eſt.

Voluntas & libertas. Cic. pro Seſtio, 59, Eos voluntatem ſemper eandem, libertatem non eandem ſemper habuiſſe.

Nihil tam flexibile, quàm voluntas. Cic. pro Milone, 32.

Nihil obſcurius voluntate hominum. Cic. pro Murena, 34.

Voluntas ad. Cicero pro Fonteio, 15, Quòd ſi aut quantam voluntatẽ habent ad hunc opprimendũ, aut quantã ad maledicẽdũ licentiã, &c. Idẽ 4. in Catil. 86, Omnia prouiſa, parata, &c. cum ſumma ad communes fortunas conſeruandas voluntate.

Voluntas erga, pro ea quam vulgò *affectionem* vocamus. Cic. 2. de Finib. 154, Sed tu, vt dignum eſt tua erga me & erga philoſophiam voluntate ab adoleſcentia ſuſcepta, fac vt Metrodori tueare liberos. Idem ad Q. fratrẽ, li. 3. 17. 16, Significat valde te ſibi gratum feciſſe, quòd de ſua voluntate erga Cæſarem humaniſſimè diligentiſſiméque locutus eſſes.

¶ Voluntate, ablatiuus. Plau. Milit. 15. 31, Quin ſi voluntate non let, vi extrudam foris. Idem Sticho, 3. 1,

Qui manet vt moneatur ſemper ſeruus homo officium ſuum,
Nec voluntate id facere meminit, ſeruus, &c. Terent. Adelph. 3. 4. 44, Quod vos ſus cogit, id volũtate impetret. Cic. 1. Ver. 15, Ex quibus ſi vnum aliquod in te cognoueris, ego iam tibi ipſe iſtuc quod expetis, mea voluntate concedam.

Sua voluntate, nulla vi coactus. Cic. 2. de Finib. 105.

Voluntate omnium, Id eſt omnibus volentibus & concedentibus. Cicero ad Valerium, lib. 13. 5. 4, Quum ils qui ſimilem iniuriam acceperant amiſſis omnibus fortunis, reditus tamen in patriam voluntate omnium concedi videretur, adiutor incolumitatis fui. Idẽ 6. Verr. 11, Qua L. frater meus ſumma illorum voluntate diuertit.

De mea voluntate, Vide De præpoſitionem.

Ex voluntate. Cic. in Piſonem, 36, Illud accidit præter optatũ meum, ſed valde ex voluntate.

Ex voluntate alicuius aliquid facere, Hoc eſt quod aliquis concedat & velit. Cic. Planco, libro 13. 30. 17, Hoc mihi velim credas, ſiquid fecerim hoc ipſo in bello minus ex Cæſaris voluntate, quod intellexerim ſcire ipſum Cæſarẽ, me inuitiſſimũ feciſſe.

Legis voluntas. Quintil. lib. 3. cap. 6. 70, Sed voluntate legis ſeruebitur.

¶ Abdita voluntas ac retruſa, Vide Abditus in Abdo.

Aduerſa voluntas. Quintil. lib. 4. cap. 1. 7, Præcipuè eorũ, qui lædi, niſi aduerſa iudicum voluntate non poſſunt.

Animoſa voluntas. Ouid. ad Piſonem, 51.

Auerſa voluntas. Virg. 12. Æneid. 130, -vos ô mihi Manes
Eſte boni, quoniam ſuperis auerſa voluntas.

Dubia voluntas. Tacit. lib. 10.

Grata voluntas in parentes. Cic. pro. Plancio, 65.

Mutua volũtas. Cic. Metello, li. 5. 2. 5, Timuiſſent ne quæ mihi pari abs te voluntatis mutuæ tribueretur.

Occulta voluntas, multiplex natura. Cic. Bruto, 1. 3.

Officioſa voluntas. Ouid. 3. de Ponto, eleg. 2. 4.

Pauper voluntas. Ouid. 8. Metam. 137, -ſuper omnia vultus
Acceſſere boni, nec iners, pauperque voluntas.

Perpetua & conſtans voluntas. Cic. 13. Philip. 151.

Singularis voluntas. Cic. pro Rabir. perduel. reo, 5, Quũ tanto ſtudio C. Rabirius totius Apuliæ, ſingulari voluntate Campaniæ vicinitatis ornetur.

¶ Abalienare voluntatem, Vide Abalieno.

Abhorret voluntas eius à me. Cic. ad Caninium, lib. 2. 16. 11, Solus enim tu ex omnibus, qui cum Bibulo ſunt, certiorem me nunquam feciſti, quàm Valde Bibuli voluntas à me ſine cauſa abhorreret.

Abiicere voluntatem diſcendi, ſimul cum ſpe perdiſcendi. Cic. 1. de Orat. 77.

Accidit voluntas, Vide Accido.

Accipere parem voluntatem, Vide Accipio.

Adducere in voluntatem, Vide Adduco.

Adiuuare voluntatem, vide Adiuuo.

Alienare à ſe voluntates ſuorum, Vide Alieno.

Auferre voluntatem, Vide Aufero.

Conciliare ſibi voluntatem, Vide Concilio.

Conformare ſe ad alicuius voluntatem, Vide Conformo.

Conglutinare voluntates, Vide Conglutino.

Facere voluntatem. Quintil. li. 5. cap. 10. 35, Nam & voluntatem ſpes facit.

Ita fert corde voluntas. Virg. 6. Æneid. 135,
-ſed vos (ſi fert ita corde voluntas)
Hoc ſuperate iugum, & facili vos tramite ſiſtam.

Habere voluntatem nocendi, in iracundia. Cic. 1. de Orat. 166.

Immutare voluntatem, Vide Immuto.

Impetrare aliquid voluntate, Vide Impetro.

Incitata aduerſus rationem voluntas, Vide Incito.

Introſpicere voluntates hominum. Tacit. lib. 1.

Loqui ad voluntatem, Vide Loquor.

Manet voluntas, Vide Maneo.

Nuncupata voluntas, Vide Nuncupo.

Remittere aliquid voluntate. Liu. lib. 5. belli Maced. Multa homines, ne bellare neceſſe ſit, voluntate remittere.

Scrutari alicuius voluntatem. Quintil. lib. 1. cap. 4. 10.

Spectata voluntas amicitiæ. Lucret. lib. 1. 18.

Stare voluntate. Quintil. lib. 7. ca. 1. 35, Generalis igitur quæſtio, verbis an voluntate ſit ſtandum.

Diuerſa voluntas eſt mihi. Ouid. 5. Faſt. 106.

Temerata eſt noſtra voluntas. Ouid. 9. Metam. 116.

¶ Voluntas, pro Fauore. Terent. in Prologo Phor. 30.

Voluntas veſtra ſi ad poetam acceſſerit,
Date operam. Hoc eſt, ſi faueritis. Donatus.

Offenſa voluntas populi, Vide Offendo.

Voluntarius, Adiectiuum, Quod ſit ſponte. Plin. de Viris illuſt. 14. Voluntarium militem ſe obtulit. Cicero ad Marium, libro 7. 3. 10, Aut conſciſcenda mors voluntaria.

Voluntarius adeſt. Liu. 1. ab Vrbe, 160, Ferociſſimus quiſque iuuenum cum armis voluntarius adeſt.

Amicus voluntarius. Cic. pro Cecinna, 10, Ille, quem ſupra deformaui, voluntarius amicus mulieris, non neceſſitudine aliqua, ſed ficto officio, ſimulatáque ſedulitate coniunctus.

Auxilia voluntaria, Quæ ſponte dantur. Cic. ad Catonem, lib. 15. 4. 7, Quum interea ſuperioribus diebus ex Senatuſconſulto & euocatorum firmam manum, & equitatum ſatis idoneum & populorum liberorum, regúmque ſociorum auxilia voluntaria cóparauiſſem. Cæſar 5. bel. Gall. 110, Neque ſibi voluntariorum copias deſore, ſi ex finibus ſuis progredi cœpiſſet. Liu. 1. bel. Maced. 19, Voluntarios, quos poſſet, duceret, inuitum neminem militem veterem ducendi ius eſſet.

Caſus voluntarius. Cic. 1. de Finib. 106.

Exitus voluntarius. Tacit. lib. 5, Voluntario exitu cecidêre.

Inimicus voluntarius. Cic. Antequam iret in exilium, 7.

Interitus voluntarius. Cic. pro Marcello, 8.

Laudator voluntarius. Cic. 6. Verr. 116.

Maleficium voluntarium. Cic. 1. de Inuent. 114.

Mors voluntaria. Cic. 3. de Finib. 94. Idem de Clar. Orat. 53, Alter propter perpetuam in populari ratione leuitatem, morte voluntaria ſe à ſeueritate iudicum vindicauit. De Caio Carbone.

Motus animi voluntarius. Cic. de Fato, 36.

Obliuio voluntaria. Cic. Lentulo, lib. 1. 9. 76, Quum mihi cum illo magna iam gratia eſſet, quòd eius omnes grauiſſimas iniurias communis concordiæ cauſa voluntaria quadam obliuione contrieram.

Oratio neceſſaria, & voluntaria. Cic. pro Roſcio Comœdo, 8, Illa ſuperior fuit oratio neceſſaria, hæc erit voluntaria.

Societas voluntaria. Cic. pro Quintio, 51.

Teſtes voluntarii. Quintil. lib. 5. cap. 7. 6.

Virtutes voluntariæ. Cic. 5. de Finib. 64.

Voluntariè, ſine voluntariò, Aduerbiũ, Bono & prompto animo, non coacto. Cæſar 3. bel. Ciuil. 357, Hæc quum dixiſſet, primus ex dextro cornu procurrit, atque eũ milites electi circiter CXX voluntariè eiuſdem centuriæ ſunt proſecuti. De Craſſino viro fortiſſimo. Liu. 1. ab Vrbe, 132, Inde ob reſiduas bellorum iras, maximè ſolicitatis ad defectionem animis voluntariò traxere. Vetus exemplar habet voluntarios.

Volones, dicti ſunt ſerui, qui bello Punico quum deeſſent qui ſcriberentur, pro dominis pugnaturos ſe polliciti, in ciuitatem recepti ſunt. Et volones appellati, quia hoc ſponte voluerunt. Hæc ex Feſto. Liuius 3. bel. Pun. Vt tyrones (ea maximè pars volonum erat) diſcerent ſigna ſequi. Ibidem, 168, Vetus miles tyroni, liber voloni ſeſe exæquari fineret. Idẽ, Volones liberi eſſe iuſſi.

VOLSCI, populi mediterranei Tuſciæ: de quibus Pomponius Mela lib. 2. in deſcriptione Italiæ. Virg. 7. Æneid. 171,
-Volſca de gente Camilla.

Veruti Volſci. Virg. 2. Georg. 34.

Volſella, volſellæ, ſiue Vulſella, vulſellæ, Inſtrumẽtum ad pilos euellendos è corpore. Celſus lib. 6. cap. 18, de cancri, qui in cole naſcitur, curatione, Incipit à nigritie: quæ ſi cutem occupauit, protinus ſpecillum ſubiiciendum, eáque incidenda eſt: deinde oræ vulſella prehendendæ: tum quicquid corruptum eſt, excidendum. Idem lib. 7. cap. 12, Ergo ſpecillo conquirenda eſt teſta quæ receſſit, & volſella protrahẽda eſt. Huiuſmodi forcipula, quam vulgò *pinſtras* vocant, ſic dici poteſt, vt apparet ex eodẽ Celſo ibidem, vbi de vna præcidẽda loquitur, Neque quicquam commodius eſt, quàm volſella prehendere, ſub eáque quod volumus excidere. Ex Budæo.

VOLSINIVM, Ptolemæo li. 3. ca. 1, Tuſcorũ vrbs, hodie *Bolſena*.

Volſus/Adiectiuum, pro Verſus & verſus, de induſtria fictum. Mart. lib. 5. 108, Qui mouet in varios brachia volſa modos. Fortè rectius volſa interpreteris vulſa, depilata. Ridet enim Cotili mollitiem, curámque nimiam circa corporis cultum.

Volua/volux, Vide **Vlua**. Plin. lib. 11. cap. 11. 15, Volua enim terra ob hoc prægignit, ipſum poſtea in volua ceu in ouo eſt luteum. Varro 1. de Re ruſt. cap. 1. 20, Dicuntur agni chordi, qui poſt tempus naſcuntur, & remanſerunt in voluis intimis.

Volubilis/Vide **Voluo**.

Volucer/hæc vólucris, hoc vólucre, pen. cor. Celer. Martialis, Et volucrem longo porrexit vulnere pardum. Virg. 1. Æneid. 65, -volucrémque fuga præuertitur Ebrum. Cic. de Clar. Orat. 181, Aliud autem genus eſt non tam ſententiis frequẽtatum, quàm verbis volucre atque incitatum. Idem pro Plancio, 46, Nihil eſt autem tam volucre, quàm maledictum: nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius diſſipatur.

Alæ volucres. Stat. 5. Thebaid. 139.
Aquæ volucres, Fluuii, torrentes. Ouid. 2. Metam. 47.
Auræ volucres. Virg. 5. Æneid. 100.
Columba volucris. Virgil. 5. Æneid. 97.
Cupido volucer. Ouid. 9. Metam. 97.
Currus volucer. Horat. 1. Carm. ode 34. 2.
Curſus volucer. Ouid. 1. Triſt. eleg. 9. 1.
Dies volucris. Horat. 3. Carm. ode 28. 2.
Equi volucres. Ouid. 2. Metam. 131.
Fortuna volucris. Cic. pro Sylla, 67, O falſam ſpem, ô volucrẽ fortunam!
Fuga volucris. Silius lib. 17. 119.
Fumi volucres. Virg. 1. Georg. 44, Quæ tenuem exhalat nebulam, fumóſque volucres.
Leuitas volucer. Lucret. li. 4. 41, -volucri leuitate ferantur.
Nuntius volucris. Cic. pro Quintio, 54.
Procellæ volucres. Ouid. 1. Amor. eleg. 11. 7.
Rotæ volucres. Claud. 3. de raptu Proſerp. 87.
Sagitta volucris. Virg. 5. Æneid. 49.
Saltus volucer. Stat. 6. Thebaid. 114.
Somnus volucer. Virg. 1. Æneid. 168.
Vox volucris. Plaut. Amphit. 4. 172, Volucrem vocem geſtito.

Vólucris, huius vólucris, pen. cor. f. g. Omne id quod volat, non ſolùm aues, ſed apes quoque, veſpæ, tabani, & reliqua huiuſmodi • Cic. 4. Acad. 143, Quædam volucres vident. Idem 1. de Orat. 13, Quemadmodum volucres videmus procreationis atque vtilitatis ſuæ cauſa fingere & conſtruere nidos.

Nidus volucrum. Ouid. 11. Metam. 3.
¶Aduenæ volucres, Vide **Aduenio**.
Aeriæ volucres. Lucret. lib. 1. 3.
Auidæ volucres. Ouid. 5. Metam. 97.
Fluminææ volucres. Ouid. 2. Metam. 51.
Fœda volucris. Ouid. 5. Metam. 110.
Fœmineæ volucres. Ouid. 2. Metam. 50.
Importunæ volucres. Virg. 1. Georg. 94.
Infandæ volucres. Stat. 10. Thebaid. 85.
Obſcœnæ volucres. Virg. 3. Æneid. 48.
Pictæ volucres, Variis plumis ornatæ. Virg. 3. Georg. 49.
Picturatæ volucres. Claud. ad Serenam, 17. 1.
Rapidiſſima volucris miluius. Ouid. 2. Metam. 144.
Tener volucris. Cic. 2. de Diuinat. 96, Hunc vbi tam teneros volucres, matrémque peremit. Hic videtur adiectiuũ volucres, pro ſubſtantiuo poſitum, quum maſculino iungat.
Vaga volucris. Ouid. 1. Metam. 61.
Variæ volucres. Virg. 7. Æn. 7. Lucret. lib. 2. 19. Varias vocat quas Virgilius pictas. Niſi malis, quòd plura ſint earũ genera.
Virgineæ volucres. Ouid. 7. Meta. 2. Harpyias intelligit, de quibus & Virgilius 3. Æneid. 44, Virginei vultus volucrum, &c.
¶Conflictatæ volucres ſæuiſſima hyeme, Vide Conflicto in **Confligo**.
Fallere volucres viſcata virga. Ouid. 15. Metam. 95.
Lacerant corpus volucres. Lucret. lib. 3. 17.

Linguas volucrum ſentire. Virg. 3. Æneid. 73,
Qui tripodas, Clarii lauros, qui ſydera ſentis,
Et volucrum linguas, & præpetis omina pẽnæ. Ibidẽ, 10. 36,
Cui pecudum fibræ, cæli cui ſydera parent,
Et linguæ volucrum, & præſagi fulminis ignes.

Volucra, volúcræ, pe. prod. Colum. de Arboribus, cap. 15, Genus eſt animalis, volucra appellatur: id ferè prærodit teneros adhuc pampinos & vuas. Inuolucrum & conuoluulum quidã vocant.

Volumen/Vide **Voluo**.

Voluntas, Vide **Volo**.

Voluo, volui, volui, volũtum, pe. prod. vóluere, à Volo, volas, vt quidam exiſtimant, derivatur. inter volandũ enim quaſi volui alæ videntur. Plinius lib. 16. cap. 42. 3, Pampinato ſemper orbe ſe voluens. Virg. 6. Æn. 150, -vbi mille rotã voluere per annos.

Quàm citatiſſimè voluere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 27.
In caput volui, Præcipitari. Virg. 1. Æneid. 24.
In præceps volui. Ouid. 1. Metam. 64.
Ante pedes alicuius volui. Propert. lib. 3. eleg. 8. 3.
Amnis præceps voluitur per denia. Silius lib. 17. 26.
Annus voluitur in ſe. Virg. 2. Georg. 81.
Flammæ voluuntur per culmina. Virg. 4. Æneid. 134.
Voluere ſub naribus ignem. Virgilius 3. Geor. 17, Collectúmq; premens voluit ſub naribus ignem.
Ignis voluitur ſumma ad faſtigia. Virg. 1. Æneid. 161.
Æſtus incendia voluunt. Virg. 1. Æneid. 41.
Lachrymæ voluuntur inanes. Virg. 4. Æneid. 90.
Libros voluere. Cic. de Claris Orat. 165, Voluendi enim ſunt libri cum aliorũ, tum in primis Catonis. Liu. 1. ab Vrbe, 137, Ipſum regẽ tradunt voluentẽ commentarios Numæ, quum ibi quædã occulta ſolẽnia ſacrificia Ioui Elicio facta inueniſſet, &c.
Venti voluunt mare. Virg. 3. Æneid. 40.
Oculos per ſingula voluit. Virg. 8. Æneid. 114.
Orbem voluere. Liu. 4. ab Vrbe, 121, Circunuenti igitur iam in medio ad vnum omnes pœnas rebellionis dediſſent, ni Vectius Meſſius ex Volſcis nobilior vir factis quàm genere, iam orbem voluentes ſuos increpans clara voce, &c. Vide **Orbis**.
Puluis voluitur ad muros. Virg. 11. Æneid. 175.
Saxum ingens voluunt alii. Virg. 6. Æneid. 114.
Saxa voluebant infeſto pondere. Virg. 9. Æneid. 106.
Semianimes voluuntur equi. Virg. 11. Æneid. 117.
Vices voluere. Virg. 3. Æneid. 76, -ſic fata deũm rex
Sortitur, voluitque vices.
¶Facilè ſolutéq; verbis voluere ſentẽtias. Ci. de Cla. Ora. 153.
Volui vno ſpiritu. Cice. 3. de Orat. 100, Longiſſima eſt igitur complexio verborum, quæ volui vno ſpiritu poteſt.
¶Voluere, Cogitare, verſare animo. Virg. 1. Æneid. 61, At pius Æneas per noctem plurima voluens.
Caſus voluere. Virg. 1. Æneid. 3.
Curas multiplices animo voluebat. Catull. 59. 50.
Fluctus curarum voluere in pectore. Lucret. lib. 6. 7.
Cogitationes voluere. Liuius 6. ab Vrbe, 111, Has inanium rerum inanes ipſas voluentes cogitationes, Fortunæ loci delegauerant ſpes ſuas.
Secum aliquid voluere, pro Cogitare. Liuius 6. bel. Pun. 35, Multa ſecum quò iam inde ire pergeret voluenti, ſubiit animum impetus, caput ipſum belli Romam petendi.
Iras in pectore voluere. Liu. 5. bel. Maced. 66, Scire eum ferarũ modo, quæ claſtris aut vinculis teneantur, ingentes iandiu iras eum in pectore voluere.
Voluere cum animo. Salluſtius in Iugurtha, Multúmque cum animo ſuo voluere ſolitum, Iugurtham Romanis, an illi Syllam traderet. De Boccho rege.

Voluens, voluentis, Participium, ſiue Nomẽ ex participio. Virg. 1. Æneid. 48, Certè hinc Romanos olim voluẽtibus annis. Hîc eſt participium pro nomine. Voluẽs enim eſt qui volvit: Volubilis autem qui voluitur. Anni autem voluuntur, non voluũt. vt eſt, 2. Geor. 81, Atque in ſe ſua per veſtigia voluitur annus. Seruius.

Oculos huc illuc voluens. Virg. 4. Æneid. 73.
Senſus varios voluens. Valer. 7. Argon. 40.
Celeriter ſanè verba voluens. Cic. de Clar. Orator. 131.
Plauſtra voluentia, Volubilia. Virg. 1. Georg. 53. Seruius.

Voluendus, Aliud participium. Virg. 1. Æneid. 55,
Triginta magnos voluendis menſibus orbes
Imperio explebit. Id eſt volubilibus. Idem 9. Æne. 2, -voluenda dies en attulit vltro. Seruius.

Volũtus, penul. prod. Item participium: vt
Fluctus volutus ad terras. Virg. 3. Georg. 48.
Amnis per ſaxa volutus. Virg. 3. Georg. 105.

Volũto, volũtas, penul. prod. volutare, Frequentationum. Columel. li. 7. cap. 9. 6, Vt paludem rimentur, effodiántque lumbricos, at-

que in luto volutentur,quod eſt huic pecori gratiſſimũ. Varr. 3.de Re ruſt.cap.9.6,Antè ſit veſtibulum ſeptum,in quo diurno tempore eſſe poſſint,atque in puluere volutari.

Volutare ſe ſupra.Plin.lib.8.cap.37.2,Præparant hyemi & herinacei cibos, ac volutati ſupra iacẽtia poma,affixa ſpinis, vnũ non amplius tenentes ore,portant in cauas arbores.

Circum terram volutari.Cic.in Somnio Scipion.33, Nanque eorum animi qui ſe corporis voluptatibus dedidêre,earúmque ſe quaſi miniſtros præbuêre, impulſúque libidinum voluptatibus obedientium, deorum & hominum iura violauêre, corporibus elapſi,circum terram ipſam volutantur, nec hũc in locum niſi multis exagitati ſeculis reuertuntur.

In luto volutari.Cic.6.Verr.47,Nam nos quidem quid facimus in Verre,quem in luto voluratum totius corporis veſtigiis inuenimus?

Tota acie volutare.Vide Acies.

Genibus volutans.Virg.5.Æneid.121,

-& genua amplexus,genibuſque volutans Hæreba.

¶In ſtupris volutatur,per trãſlationẽ:hoc eſt Veluti ſus quædam luto,ita ſtupris delectatur.Cic.de Aruſp.reſpon.38, Quorũ intẽperantia expleta,in domeſticis eſt germanitatis ſtupris volutatus. Idem ad Varronem,lib.9.3.3,Laborãdum eſt,ne quũ omnes in omni genere & ſcelerum,& flagitiorum volutentur, noſtra nobiſcum,aut inter nos ceſſatio vituperetur.

Liberè cum ſcortis volutari. Cic.de Aruſp.reſponſis,55, Quis vnquam nepos tam liberè eſt cum ſcortis,quàm hic cum ſororibus,volutatur?

In omni dedecore volutari.Author ad Heren. lib.4.161, Non denique in omni dedecore volutatus es?

Cum aliquo volutari. Cic.in Saluſtiũ,1,Itaque nihil aliud ſtudet niſi vt lutulentus ſus cum quouis volutari.

¶In veteribus ſcriptis ſtudioſè volutari.Cic.3.de Orat.13.

Animum cogitationibus volutare.Liu.9.ab Vrbe,16,Tamen tãti regis ac ducis mẽtio,quibus ſæpe tacitis cogitationibus volutauit animum,eas euocat in medium.

¶Secum volutare aliquid.Virg.eclog.9.8,Id quidẽ ago,& tacitus Lycida mecũ ipſe voluto. Liu.10.bel.Pun.63, Hæc ſecum volutanti, Lælius & Maſiniſſa ſupereuenerunt.

In animo volutare.Liu.8.bel.Pun.97, Hoc cum iampridem volutare in animo,hoc palàm fremere. Idem 10.bel. Maced. 56,Gladios in comeſſationem præparatos volutabã in animo.

Secum animo aliquid volutare. Liu.10.bel. Macedo.17,Dum veniunt amici ſolus,filio procul ſtante; multa ſecum animo volutans inambulauit.

Cum triſti corde volutat hæc.Virg.6.Æneid.37.

Dolos dirúmque volutat corde nefas.Valer.1.Argon.114.

Mente quædam volutat.Lucret.lib.3.49.

Vocem volutant per atria.Virg.1.Æneid.146.

In ſecreto cũ amicis aliquid volutare. Liu.4 bel. Maced.145, Has conditiones, quanquam ipſe in ſecreto volutauerat cum amicis, vulgò tamen omnes fama ferebant.

Volutãtus,pen.pr.Participium.Cic.ad Q.fratrẽ,lib.1.15.4,Itaque ad Calliſthenem & Philiſtum redeo,in quibus te video volutatum.Hoc eſt cum labore verſatum.

Volutãtus,huius volutãtus,penul.prod.Ipſe volutandi actus.Plin. lib.10.cap.4.1.

Multum paluerem volutatu collectum,inſidens cornibus excutit in oculos.

Volutatio,volutatiõnis,Verbale,Idẽ. Plin.lib.8.ca.51.1,In luto volutatio generi grata. Idẽ lib.10.cap.73.1, Solidipedũ volutatio propria. Et lib.9.cap.31.5, Nolunt volutatione ſpinas atterere. Cic. in Piſonẽ, 65, An verò tu parum putas inueſtigatas eſſe à nobis labes imperii tui ſtragéſq; prouinciæ quas quidẽ nos nõ veſtigiis odorantes ingreſſus tuos, ſed totis volutationibus corporis,& cubilibus perſecuti ſumus.

Volutãtim,penult.prod.Aduerbium. Plaut.Mil. 8.38, Volutatim domum te rapiam.

Volutãbrum,volutãbri,pen.prod.Locus vbi ſues volutãtur. Virg. 3.Georg.83,

Sæpe volutabris pulſos ſylueſtribus apros
Latratu turbabit agens.

Volúbilis,& hoc volúbile,penul.cor.Quod facilè volutur.Plinius lib.11.cap.23.1,Poſtea apprehenſam corpori inuolui nido volubili. Cicero de Vniuerſ.26,Deinde animũ circundedit corpore,& veſtiuit extrinſecus,cælóq; ſoluago & volubili,& in orbem incitato complexus eſt.

Amnis volubilis.Horat.1.epiſt.2.9.

Deus volubilis. Cic.1.de Natu.deorum.18, Neque verò mundũ ipſum animo & ſenſibus præditum,rotũdum, ardentem,volubilem deum,portenta & miracula non differentium philoſophorum,ſed ſomniantium.

Fortuna volubilis. Cicc.pro Milone,51, Vide quàm ſit varia vitæ commutabiliſque ratio,quàm vaga, volubiliſque fortuna. Ouid.5.Triſt.eleg.9.3.

Homo volubilis quadam præcipiti celeritate dicendi. Cic.pro Flacco,38.

Malum volubile.Ouid.epiſt.19.41.

Nexus volubiles.Ouid.3.Metam.9,de ſerpente Cadmi,

Ille volubilibus ſquamoſos nexibus orbes
Torquet,& immenſo ſaltu ſinuatur in arcus.

Canorus orator & volubilis.Cic.de Clar.Orat.54.

Volubilitas,pen.cor.volubilitãtis.Cic.1.de Nat.deorum,70, Ex vtraque re & mundi volubilitas, quæ niſi in globoſa forma eſſe non poſſet,&c. Plin.lib.8.ca.7.3, Arrepta ſcuta iaciens in ſublime,quæ decidentia volubilitate voluptati ſpectantibus erant in orbem circunacta, velut arte,non furore beluæ facerentur. Vetus codex omittit volubilitate.

Dare volubilitatem.Cic.de Fato,63,Vt igitur,inquit,qui protruſit cylindrum,dedit ei principiũ motionis,volubilitatem autem non dedit.

Deus cælum ad volubilitatem rotũdauit.Cic.de Vniuerſ.44. Ouid.6.Faſt.55,Ipſa volubilitas ſubiectum ſuſtinet orbem.

Fracta volubilitas capitis latiſſima.Ouid.11.Metam.87.

Volubilitas fortunæ,Inconſtantia. Cic.1.de Diuin.13, Quomodo ergo id quod temere fit,cæco caſu & volubilitate fortunæ, præſentiri & prædici poteſt?

Volubilitas linguæ.Cic.pro Plancio,1.

Volubilitas verborum.Cic.1.de Orat.9,Eſt enim & ſcientia cõprehendẽda rerum plurimarum,ſine qua verborum volubilitas inanis atque irridenda eſt.

Volubiliter,pen.cor.Aduerb.Cic.in Orat.111.Sæpe etiã in amplificãda recõceſſu omniũ funditur numeroſè & volubiliter oratio.

Volũmen.pen.pr.volúminis,n.g. à Voluendo:quòd maiores noſtri in libris arborum,id eſt codicibus ſcribebant,& libellos illos quò ferrent commodius,complicabant.Ideóque volumina appellata ſunt,libellis ſimiliora, quàm libris. Eſt enim volumen, pars codicis,vtputa Metamorphoſcõn liber in xv volumina diſtinctus.Ouidius 1.Triſt.eleg.1.24, Sũt quoq; mutatæ ter quinque volumina formæ. Plini iunior lib.3. epiſt.5, ad Macrum, Libri tres in ſex volumina propter amplitudinem diuiſi.Quaſi in ſex minores libros,vt ſint volumina aliquãto minora quàm libri.Volumẽ igitur,pars libri eſt: Liber verò pro toto codice:& pro volumine accipitur. Plin.maior lib.6.ca.10.7.Hæc eſt regio ſecundo volumine à nobis ſignificata. Cic.3.Tuſc.11,Quoniam duobus ſuperioribus de morte & dolore dictum eſt, tertius dies diſputationi hoc tertium volumen efficiet.

Volumen epiſtolarum.Cic.ad Atticum,lib.9.18.1.7,Nam quũ ad hunc locum veniſſem, euolui volumen epiſtolarũ tuarum, quod ego ſub ſigno habeo,ſeruóque diligentiſſimẽ.

Referre epiſtolas in volumina.Cic.ad Tironẽ,li.16.17.1,Video quid agas:tuas quoque epiſtolas vis referam in volumina.

Annoſa volumina vatum.Horat.1.epiſt.1.6.

Lintea volumina,Vide Linteum.

Plenum volumen querelæ iniquiſſimæ.Cic.Appio,lib.3.7.2.

¶Conficere volumina.Cic.Pæto,lib.9.16.10,Audio Cæſarem, quum volumina iam confecerat ἀτρεπτοτέρους.

Creſcit magnitudo voluminis.Author ad Herẽnium,lib.1.30, Nunc quoniam ſatis huius voluminis magnitudo creuit,commodius in altero libro de cæteris rebus deinceps exponere.

Explicare volumen.Cic.pro Roſc.Amer.61,Veniat modò,explicet ſuum volumen illud,quod ei planum facere poſſum Erucium conſcripſiſſe.

Impẽdere tota volumina in diſputationẽ,Vide Impendo

Implere volumen oraculis falſis. Cic.1.de Diuinat.172,Tuis enim oraculis Chryſippus totum volumen implenit, partim falſis,vt ego opinor,partim caſu veris,vt fit in omni oratione ſæpiſſime.

Peragere volumina,Vide Perago.

¶Immenſa vinclorum volumina.Virg.5.Æneid.82.

Celeri volumine cælum torquet ſydera.Ouid.2.Metam.15,

Adde quòd aſſidua rapitur vertigine cælum,
Syderáque alta trahit, celerique volumine verſat.

Sinuare volumina crurum.Virg.3.Georg.39,de equis,

Carpere mox gyrum incipiat,gradibuſque ſonare
Compoſitis,ſinuetque alterna volumina crurum.

Sinuant terga volumine angues.Virg.2.Æneid.41.

Trahere volumina dicuntur angues.Virg.5.Æn.17,

-adytis quum lubricus anguis ab imis
Septem ingens gyros,ſeptena volumina traxit.

Sinuoſa volumina verſat ſerpens.Virg.11.Æneid.751.

¶ Volumina ſortis humanæ, pro varietate. Plin. lib. 7. cap. 45, Si diligenter æſtimẽtur cuncta, magna ſortis humanæ reperientur volumina.

Voluor / voluôcis, pen. prod. m. g. Vermis qui & conuoluolus dicitur, & inuoluolus, & volucra, vt ſuperius viſum eſt. Plin. lib. 18. cap. 18. 5, Alij volucrem appellant animal prærodens pubeſcentes vuas. Vide **Conuoluolus.**

Voluptas / voluptâtis, pen. prod. Eſt elata præter modum lætitia, opinione præſentis alicuius boni. Vnde quicquid cum delectatione animum demulcet, voluptas dicitur. Plaut. Milit. 16. 15,

Voluptatem mecaſtor mihi imperat. Idem Rud. 11. 1,

Prò dii immortales, in aqua nunquam credidi
Voluptatem ineſſe tantam. Terent. Heaut. 1. 2. 10, Voluptatem magnam nuntias.

Omnes enim iucundum motum quo ſenſus hilaretur, Græcè ἡδονὴν, Latinè voluptatem vocant. Cic. 1. de Finib. 11.

Omne autẽ id quo gaudemus, voluptas eſt: vt omne quo offendimur, dolor. Cic. 1. de Finib. 18.

Lætitia & voluptas. Cic. 1. de Orat. 97, Percipietis etiam illam ex cognitione iuris lætitiam & voluptatem.

Dicendi voluptates. Quintil. lib. 4. cap. 3. 2.

Voluptas abdominis, Vide **Abdomen.**

Voluptas in bibendo. Cic. 2. de Fini. 14, Eſtne quæſo inquam ſitienti in bibendo voluptas?

Voluptas mea, Blandientis vox. Plaut. Caſina, 3. 46.

Amœniſſima voluptas, Vide **Amœnus.**

Communis voluptas. Quintil. lib. 1. cap. 10. 3.

Dux vitæ dia voluptas. Lucret. lib. 2. 35.

Diuina voluptas. Lucret. lib. 3. 6.

Egregia. Iuuen. Saty. 14. 16,

Monſtro voluptatem egregiam, cui nulla theatra
Nulla æquare queas Prætoris pulpita lauti.

Incredibilis. Cic. Pompeio, lib. 5. 7. 1.

Ineruditæ voluptates. Quintil. lib. 1. cap. 11. 13.

Inſatiabilis, Vide **Inſatiabilis.**

Iucunda. Lucret. lib. 2. 1.

Liquida & libera, Vide **Liquor** / liquôris.

Liquida & pura. Lucret. lib. 3. 8. Miſeranda. Stat. 6. Theb. 15.

Mediocris. Cic. pro Planc. 2. Perpetua. Ci. Appio, li. 3. 2. 6.

Pura. Lucret. lib. 4. 118.

Pura voluptas literarum. Quintil. lib. 2. cap. 18. 3.

Poeticæ voluptates. Quintil. lib. 1. cap. 1. 8.

Reſupina voluptas. Quintil. lib. 5. cap. 11. 15, Quapropter eloquentiã licet hãc (vt ſentio enim dicã) libidinoſam reſupina voluptate auditoria probent, nullam eſſe exiſtimabo.

Nulla eſt ſyncera voluptas. Ouid. 7. Metam. 91.

Torua voluptas frontis. Claud. 7. Paneg. 104.

Vera voluptas. Lucret. lib. 5. 188.

Viua voluptas prati. Claud. 1. in Ruffinum, 42.

¶ Accipere voluptatem, Vide **Accipio.**

Adiungere voluptatem ad virtutem, Vide **Adiungo.**

Afferre voluptatem, Vide **Affero.**

Architectari voluptatem, Vide **Architecto.**

Aſſumere voluptatem, Vide **Aſſumo.**

Bacchari in voluptate, Vide **Bacchor.**

Voluptatẽ eius capio, pro De eo. Plin. epiſt. 17. lib. 2, Magnámque eius voluptatem præcipuè Saturnalibus capio.

Capitur mihi mente voluptas. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 8.

Capi voluptate. Cic. 1. de Legib. 45, Nam & voluptate capiuntur omnes: quæ etſi eſt illecebra turpitudinis, tamẽ habet quiddam ſimile naturalis boni. lenitate enim & ſuauitate delectat.

Captus voluptate. Quintil. lib. 5. cap. 11. 15.

Captare voluptatem, Vide Capto in **Capto.**

Carere voluptatibus, Vide **Careo.**

Condire voluptatibus. Quintil. lib. 5. ca. 14. 17, Quóque quid natura magis aſperũ, hoc pluribus condiendũ eſt voluptatibus.

Contrectare varias voluptates mente, Vide **Contrabo.**

Conquirere & comparare voluptates, Vide **Conquiro.**

Corrupta voluptas multo dolore. Horat. 1. Serm. ſaty. 2. 8.

Creare voluptatem inimicis, Vide **Creo.**

Cumulatus voluptatibus, Vide **Cumulo.**

Deliniri voluptate quadam praua. Quintil. lib. 2. cap. 5. 14.

Duci ad fidem voluptate. Quintil. lib. 4. cap. 2. 84, Et voluptate ad fidem ducitur.

Excluſa animo voluptas. Stat. 3. Syl. 3. 21.

Expleta voluptas ſtendi. Stat. 1. Syl. 1. 3.

Inclinare ad voluptatẽ audientiũ debem°. Quint. li. 2. ca. 10. 7.

Indulgere voluptati. Quintil. lib. 2. cap. 17. 1.

Iniicere voluptatem, Vide **Iniicio.**

Cum voluptate legere, Cum delectatione. Cic. 5. de Finib. 94.

Quid, quum fictas fabulas, è quibus vtilitas nulla duci poteſt, cẽ voluptate legimus?

Locupletata voluptas in perfectione vitæ, Vide **Locuo.**

Loqui ad voluptatem, Vide **Loquor.**

Percipienda voluptas oculis. Ouid. 4. de Ponto, eleg. 9. 8,

Quæque mihi ſola capitur nunc mente voluptas,
Tunc oculis etiam percipienda foret.

Perfũdi voluptate. Ci. de Cla. Or. 97, Delectatur audiẽs multitudo, & ducitur oratione, & quaſi voluptate quadã perfũditur.

Permulcere aures aſſiſtentium prauis voluptatibus. Quintil. lib. 2. cap. 12. 5.

Permulceri voluptate lætiſſima, Vide **Permulceo.**

Petere voluptatem audientium. Quintil. lib. 5. cap. 1. 2.

Satiata voluptas. Stat. 6. Thebaid. 59.

Eſſe voluptati, Gratum eſſe. Cic. Lẽtulo, li. 1. 7. 36, Quòd mihi de filia, & de Craſſipede gratularis, agnoſco humanitatem tuã, ſperóque & opto, nobis hanc coniunctionem voluptati fore. Idẽ 1. de Finib. 37, Hæc enim ipſa mihi ſunt voluptati, & erant illa Torquatis.

In voluptate eſſe. Cic. 1. de Finib. 94, His rebus inſtructus ſemper eſt in voluptate.

Dolere, & In voluptate eſſe, contraria. Cic. 4. Acad. 41.

¶ Voluptas, mala eſt aliquando. Plaut. Merc. 13. 1,

Demipho, ſapientum illud dictum te audiſſe reor ſæpius,
Voluptas eſt malorũ eſca. Cic. de Senect. 40, Diuinè enim Plato eſcam malorum voluptatem appellat, quòd, &c.

Voluptas maximè eſt inimica virtuti, boniq; naturam fallaciter imitando adulterat. Cic. in Partit. 38.

Omnis voluptas honeſtati eſt contraria. Cic. 3. Offic. 163.

Capitalis peſtis eſt voluptas. Cic. de Sene. 46, Nullã capitaliorem peſtẽ quàm voluptatẽ corporis hominibus dicebat à natura datam, cuius voluptatis auidæ libidines temerè & effrænatè ad potiundum incitarentur.

Omnium malorum mater voluptas. Cic. 1. de Legi. 70, Ab ea quæ penitus in omni ſenſu implicata inſidet imitatrix boni, voluptas: malorum autem omnium mater.

In voluptatis regno virtꝰ nõ poteſt cõſiſtere. Cic. de Sene. 57.

A voluptatibus, Vide **A** vel **Ab** præpoſitiones.

Aſſuetudo voluptatum. Tacit. lib. 18.

Condimentum voluptatis, Vide **Condio.**

Miniſtræ voluptatum, Vide **Miniſtro.**

Deditus voluptatibus, Vide **Dedo.**

Confuſa voluptas amborum. Ouid. epiſt. 21. 10.

Furtiua voluptas. Ouid. 4. Metam. 66.

Indigna homine docto voluptas. Cic. 1. Offic. 3, Nec me angoribus dedidi, quibus eſſem confectus, niſi his reſtitiſſem: nec rurſus indignis homine docto voluptatibus.

Libidinoſa voluptas, Vide **Libido.**

Lucroſa voluptas. Ouid. 1. Amor. eleg. 10. 7, Cur mihi ſit damno, tibi ſit lucroſa voluptas?

Mutua voluptas. Lucret. lib. 4. 142.

¶ Amplexari voluptatem. Vide **Amplector.**

Anolat voluptas, Vide **Anolo.**

Dedere ſe voluptatibus, Vide **Dedo.**

Inhærere voluptatibus, Vide **Inhæreo.**

Inuenire nouam voluptatem. Cic. 5. Tuſc. 31, Xerxes præmiũ propoſuit qui inueniſſet nouam voluptatem.

Irritata voluptas. Ouid. 2. de Arte, 137.

Liqueſcere voluptate, Vide **Liquor**, liquôris.

Blanda voluptas truces mollit animos. Ouid. 2. de Arte, 96.

Nocet empta dolore voluptas. Horat. 1. epiſt. 2. 11.

Perfluere voluptatibus, Vide **Perfluo.**

Placet inconceſſa voluptas. Ouid. 3. Amor. eleg. 4. 7.

Properata voluptas. Ouid. 1. Amor. eleg. 4. 10.

Sperata voluptas. Ouid. 2. Metam. 173, Gaudet amans & dum veniat ſperata voluptas.

Spernere voluptates. Horat. 1. epiſt. 2. 11.

Voluptarius, Adiect. Quod voluptatem affert. Plaut. Pœnulo, 8. 15, Liberũ vt commõſtraremus tibi locum & voluptariũ. Cic. 3. de Fin. 55, Ægritudo, libido, formido, quanquam Stoici communi nomine corporis & animi ἁθετοῦν appellant, ego malo lætitiam appellare, quaſi geſtientis animi elationem voluptariam.

Mollis & voluptarius. Cic. 5. Tuſc. 117, Ordiamur ab eo ſi placet, quem mollem, quem voluptarium dicimus.

Diſciplina voluptaria. Cic. 1. de Fin. 57, Nunc autem explicabo voluptas ipſa quæ qualiſque ſit, vt tollatur omnis error imperitorum, intelligatúrque ea quæ voluptaria, delicata, mollis, habeatur diſciplina, quàm grauis, quàm continẽs, quàm ſeuera ſit.

Diſputatio voluptaria. Cic. 3. de Orat. 35, Tũ ab Ariſtippo, quẽ illæ magis voluptariæ diſputationes delectarant.

Homo voluptarius. Cice.1.Tuſcul.17, Ego à te non poſtulo vt dolorem eiſdem verbis affi.cias quibus Epicurus voluptatem,homo,vt ſcis,voluptarius. Plaut.Menæh.7.34,

Nanque Epidamnea natio eſt hæc ita hominum,
Voluptarii atque potatores maximi. Idem Rud.1.54,

-Ibi eſſe homines voluptarios
Dicit. Cic.in Piſonẽ,31,Atq; hoc quidẽ etiã iſti tui dicũt voluptarii Græci.Id eſt voluptatis aſſertores, quales erant Epicurei.

Poſſeſſio voluptaria Ci.Attico,li.11.epiſt.4, Voluptarias enim poſſeſſiones nolet Silius.

Voluptarius ſenſus,guſtatus.Cic.3.de Orat.55,Quinetiam guſtatus,qui eſt ſenſus ex omnibus maximè voluptarius,quique dulcedine præter cæteros ſenſus commouetur.

Voluptábilis,& hoc voluptábile,pen. corr. Gratus, voluptuoſus. Plaut.Epid.1.19,

Quid herilis filius noſter valet? 2.pugilicè atque athleticé.
1. Voluptabilem mihi tuo aduentu attuliſti nuntium.

Voluptuóſus,pen.prod. Adiectiuum,Voluptuoſus homo,qui perquàm amat voluptatem.

Voluptuoſa res,Quæ in ſe habet voluptatem,& plena eſt voluptatis,& quæ voluptate afficit.Pli.li.3.epiſt.13, Voluptuoſum eſſe vtraque opera eodem viatico inuiſere.

Volup,vel vólupe,pen.cor.Id eſt delectabile.Plaut.Caſin.18.5,Facite animo veſtro volup. Idẽ Moſtel.3.50, Vicitabam volupe parſimonia & duritia. Idem Aſin.17.1,Hic ſenex,ſiquid clàm vxore ſuo animo fecit volup. Terent.Phorm. 4.3.5, Venire ſaltum volupe eſt.

VOLVSIVS,Poeta fuit Patauinus,qui Ennium ſecutus,rerũ geſtarum Populi Romani annales carmine ſcripſit. Catullus de Smyrna Cinnæ poetæ.

At Voluſii annales Paduam morientur ad ipſam,
Et laxas ſcombris ſæpe dabunt tunicas.

Voluta,volútæ,p.pr.Vitruui°li.1.ca.1,His enim diis propter virtutẽ ſine deliciis ædificia conſtitui decet.Veneri,Floræ,Proſerpinæ,fontiũ nymphis,Corinthio genere cõſtitutæ,aptas videbuntur habere proprietates,quòd his diis propter teneritatem,graciliora & florida,foliiſque & volutis ornata opera facta,augere videbũtur iuſtũ decorem. Idem lib.3.cap.3,Scapis colũnarum ſtatutis,capitulorũ ratio,ſi puluinata erunt,his ſymmetriis confirmabũtur,vti quàm craſſus imus ſcapus fuerit addita octauadecima parte ſcapi, abacus habeat longitudinem & latitudinẽ, craſſitudinẽ cũ volutis eius dimidiam.Sic,vt arbitror,hodie dici poteſt quod fabri lignarii & intestini operis artifices *drapperiã* vocant & folia etiã cauliculorũ criſpa in picturis & huiuſmodi operibus quæ *foliacia* vocãt. Rurſũ Vitruuius lib.7.cap.5, Nã pingũtur tectoriis monſtra potius q̃ ex rebus finitis imagines certæ:pro colũnis enim ſtatuuntur calami, pro faſtigiis arpaginetuli ſtriati cum criſpis foliis & volutis: Itẽ candelabra ædiculaꝝ ſuſtinentia figuras:ſupra faſtigia earum ſurgẽtes ex radicibus cum volutis coliculi teneri plures,habẽtes in ſe ſine ratione ſidẽtia ſigilla,non minus etiam ex coliculis flores dimidiata habentes ex ſe exeuntia ſigilla,alia humanis,alia beſtiarum capitibus ſimilia.Budæus.

Volutabrum/Volutatim/Voluto/Vide **Voluo.**

Vomer/vomeris,maſc.gen.Vide **Vomo.**

Vomica/vómicæ,pen.corr.Tumor excreſcens,ſiue groſſities illa quæ naſcitur in aliqua parte corporis,ſaniem frequẽter emittens.Cic.3. de Nat.deor.99, Nec prodeſſe Phæreo Iaſoni,is qui gladio vomicã eius aperuit,quam ſanare medici non poterant. Plin.lib.20.cap.11.1,Petroſelinon præcipuum ad vomicas.

Putres vomicæ. Iuuen.Saty.13,Et phthiſis,& vomicæ putres, & dimidium crus.

Erumpit vomica.Celſus lib.1.cap.8,Sed iiſdem ferè,niſi cedit ſanguis,vomica erumpit.

Excitat vomicas dolor.Celſus lib.1.cap.7, Dolor autẽ pulmonis ſi neque per ſputa,neque per cucurbitulas,neq; per ſanguinis detractionem, neque per victus rationẽ finitus eſt, vomicas aliquas interdum excitat.

Laborare vomica. Celſus lib.4.cap.8,Si verò iecur vomica laborat,eadem facienda ſunt.

¶Vomica,de ſuppuratione. Celſus lib.2.cap.8,Quòd ſi ne rupta quidẽ vomica, vel pure extrinſecus emiſſo febris quieuit. Idem de interiore ſuppuratione loquens,libro 3.cap.vlt. Omnis tunc vomicæ finis eſt,vt rumpatur, indiciúmque eſt pus vel aluo vel ore redditum.Budæus.

¶Vomicã non infeſtiuiter Plautus vocat crumenam plenam argẽti,in Perſa,9.11, Quid hoc quod in collo tibi tumet? A. vomica eſt,preſſare parce.

¶Vomica,Concaua loca vetuſtate exeſa.Lucilius lib.19, Tyronco & non mortifero adfectus vomica & vulnere. Nonius.

¶Vomicæ Reip.apud Quintilianũ lib.8.ca.6, Nõ enim ſi Cicero rectè ſententiã Reip.dixit,fœditatẽ hominũ ſignificãs, ideir co probẽ illũ quoq; veteris oratoris, Perſecuiſti Reip. vomicas.

Vomo/vomis,vómui,vómitũ,vómere,pe.cor. Eiicere. Propriè de cibis dicitur,& ſuperiore ex parte.Plin.lib.11.ca.37.68, His ſolis animalium inferiore parte anguſtior venter,itaq; & ſola vomunt. Cice.pro Deiotaro,13,Quũ,inquit,vomere poſt cœnam velle te dixiſſes,in balneum te ducere cœperunt.

Bibere,vomere,effundere.Cic.in Piſonẽ,17,Aliquod Lapitharum aut Centaurorum conuiuium ferebaturin quo nemo poteſt dicere,vtrum iſte plus biberit,an vomuerit, an effuderit.

Vomere in mẽſam.Cic.1.de Fin.39,Nolim enim mihi fingere aſotos,vt ſoletis,qui in menſam vomant,& qui de conuiuiis auferantur.

In gremio ſuo vomere.Cic.2.Phil.74,Cui ructare turpe eſſet, is vomens fruſtis eſculentis vinum redolentibus gremium ſuũ & totum tribunal implenit.

In conſpectu alicuius vomere.Cice.2.Phil.74,Tantum vini in Hippiæ nuptiis exhauſeras,vt tibi neceſſe eſſet in Pop.Ro.conſpectu vomere poſtridie.

Fluctus vomit ac reſorbet Scylla.Ouid.epiſt.11.15.

Flammas ore vomit Cacus.Ouid.1.Faſt.114.

Purpuream vomit ille animam.Virg.9.Æneid.70.

Vitam vomere.Lucret.lib.6.166.

¶Vomor,vómeris,pen.corr.Paſſiuum.Plin.lib.10.cap.67,Salamandræ ore ſanies lactea vomitur.

¶Vómitur,pen.corr.Impersonale.Cic.2.Philip.103, Ab hora tertia bibebatur,ludebatur,vomebatur.

Vómito,vómitas,pen.corr.vomitãre,Freqnentatiuũ.Colum.lib.7.cap.10.4,Quam quum pecudes biberunt,nauſea correptæ vomitant,atque expurgantur.

Vómitus,huius vómitus,pen.corr.Ipſe vomendi actus.

Araneoſus vomitus,Vide **Aranea.**

Concitare vomitus.Plin.lib 24.cap.18.1. Extrahere,lib.23.ca.8.17. Facere,lib.13.cap.23.1. Inhibere, lib.21.cap.15.11. Inuitare,lib.21.cap.14.7. Mouere,li.33.cap.8.1. Siſtere,lib.20.cap.14.5.& lib.23.cap.6.4.

Vomitio,vomitiõnis.Idem.Pli.lib.10.cap.14.8,Stomachi autẽ ex aqua itẽ roſiones ſiſtit, & vomitiones cũ aceto & polẽta.De pulegio loquitur. Cic.1.de Nat.deorum,189,Quid ea quæ nuper, id eſt paucis ante ſeculis medicorum ingeniis reperta ſunt, vomitione canes, purgante autem,&c.

Inimicæ oculis vomitiones,Vide **Inimicus.**

Vómitor,pen.corr.vomitõris.Pli.li.23.cap.1, Non expedire vomitoribus, ſicut neque muſtum,neque ſapa,neque paſſum.

Vomitorius,Adiectiuum,Quod vim vomitum faciẽdi habet.Pli.lib.21.ca.19.5, Húc ſtomacho inutilem, & ideo vomitoriũ. Idẽ lib.20.cap.9.14,Bulbus quem vomitorium vocant ab effectu,folia habet nigra,cæteris longiora.

Vomer,vel vomis,vómeris,pe.cor.m.g. Dicitur id ferrum in aratro quod liras facit, & terrã vtrinq; vomit, vnde nomen habet. Plin.lib.18.cap.18.4,Vomerũ plura genera. Culter vocatur,præ denſam,priuſ quàm proſcindatur,terram ſecans,futuriſque ſulcis veſtigia præſcribẽs inciſuris , quas reſupinus in arãdo mordeat vomer.Alterũ genus eſt vulgare,roſtrati vt veſtis.Tertium in ſolo facili, nec toto porrectũ dentali, ſed exigua cuſpide in roſtro. Colu.li.2.ca.2.25, Nec minus dolabra quàm vomere bubulcus vtatur,& præfractas ſtirpes ſummaſque radices, quibꝰ ager arbuſto cõſitus implicatur,omneis refodiat,ac perſequatur. Virg.1.Geor.10, Depreſſo incipiat iã tum mihi taurus aratro Ingemere,& ſulco attritus ſplẽdeſcere vomer.VbiSeruiꝰ,Vomer à frequenti aratione atteritur & decreſcit.Lucret. -occulto decreſcit vomer in aruo.Dicimus autẽ & hic vomer,& hic vomis: ſed ab vtroque huius vomeris facit. Virg.1.Georg.33,Vomis & inflexi primum graue robur aratri.

Saucia vomeribus tellus.Ouid.1.Metam.11.

Aduncus.Ouid.4.Faſt.187. Curuus.Ouid.3.Amor.eleg.7.8.

Duro fumant ſub vomere tauri.Virg.3.Georg.103.

Ferreus.Lucret.lib.1.64. Laureatus,Vide **Laurus.**

Obtuſi vomeris dentem procudere.Virg.1.Georg.53.

Rigidi vomeris ictu verſatur tellus. Claud.1.de rapt.Proſ.40.

Vnci vomeris patiens tellus.Virg.1.Georg.45.

Perſtringere aliquid vomere.Cic.2.Philip.101,Cuius quidem vomere portam Capuæ penè perſtrinxiſti,vt,&c.

Vopiſcus/vopiſci,m.g. Dicitur qui ex duobus conceptis, vno abortu excluſo,ad partum legitimum ducitur. Quo nomine dictus eſt hiſtoricus quidam qui de imperatoribus ſcripſit.Plin.li.7.cap.10,Vopiſcos appellabant è geminis,qui retenti vtero naſcerentur,altero interempto abortu. Nanque maxima, etiã rara,circa hoc miracula exiſtunt.

VORANVS,pe.pr.fuit Q.Luctatii furaciſſimus libertus,quē nūmularius nūmos de menſa ſubtrahentē,& in calceos infarcientem deprehendit.Cælius lib.10.cap.49.Vide Exchalceo.

Voro/voras,vorāre,Cibum non confectum deglutire. Plin.lib.10.cap.71.1,Alia lambunt,ſorbent,mandunt,vorant. Sic Cic.1.de Nat.deor.182,Alia vorant,alia mandunt.

Plaga vorat medullas.Sene.Hippol.3.2.

Vorare,Auidè ſumere.Plaut.Trucul.3.16, -interim ille Hamum vorat, ſi ſemel amoris poculum accepit mere. Hoc eſt, actum de eo eſt:vt moriuntur piſces qui hamum vorant. Idē Merc.4.18,Reſinam ex melle Ægyptiam vorato.

Vorare literas.Cic.Attico,lib.4.8a.2,Non hīc voramus literas cum homine mirifico(ita mehercule ſentio)Dionyſio.

Viā vorare,Celerrimè currere.Catu.ad Libel.33.1.Vide Vſa

Voratio,voratiōnis,Verbale. Catul.ad Poniū & Socrationē,44.2, -mei ſodales Quærunt in trivio vorationes.

Vorāgo,pen.prod.voráginis,pen.corr.f.g.Barathrū dicitur:quòd in eam cadentia,non emergunt,ſed quaſi abſorbentur.Plin.li.6.cap.28.6,Promontorium Chalcedone voragini ſimilius quàm mari. Cic.1.de Diuin.116,Qui quum per agrum Leontinum iter faciens,equum ipſe demiſiſſet in flumen,ſummerſus equus voraginibus non extitit.

Ima vorago.Cic.in Saluſtium,21,Quò tanquam in imam voraginem cœtus omnium vitiorum exceſſerat.

Ingens vorago faucibus vaſtis patet.Sene.Herc.fur.9.10.

Liuidiſſima,maximéque profunda vorago.Catullus ad Coloniam,17.3.

Pigra vorago.Silius lib.13.114.

Tenebroſa vorago.Stat.6.Thebaid.77.

Tenax vorago.Catul.ad Coloniam,17.6.

Vaſta voragine exæſtuat gurges.Virg.6.Æneid.60.

¶Vorago,Aliter.Curtius lib.8,Imber violentius quàm aliàs fuſus cāpos lubricos & inequitabiles fecerat.Grauéſq; & propemodum immobiles currus illuuie & voragine hærebant.

¶Vorago patrimonii.Cic.pro Seſtio,96,Tu meo periculo gurges ac vorago patrimonii heluabare?

Scopulus & vorago.Cic.3.de Orat.89,Syrtim patrimonii, ſcopulum libentius dixerim:Charybdim bonorū,voraginē potius.

Voraginōſus,pe.pr.Adiect.Voraginib⁹ plenū.Hirtius 6.bel.Hiſp.119,Nā paluſtri & voraginoſo ſolo currebat ad dextram partē.

Vorax,vorācis,pen.prod.om.g.Plurimum vorans. Cic.2.Philipp.76,Quæ Charybdis tam vorax?

Ventris voracis placare ieiunia.Ouid.15.Metam.19.

Vſura vorax.Lucan.lib.1.37.

Vndique vorſum.Lucret.lib.1.210.

Vorſura/vorſuræ,Vide Verſura in Verto.

Vortex/Vide Vertex in Verto.

Vorto/vortis,Vide Verto.

Vos/veſtrum vel veſtri,Pronomen pluralis numeri à Tv.

Voſmetipſi, pro Voſipſi.Plaut. Moſtel.3.9,Atque hoc voſmetipſi (ſcio)perinde vt nūc ego eſſe autumo,&c. Cic.4.Aca.119,Nos autem dicimus ea nobis videri quæ voſmetipſi nobiliſſimis philoſophis placuiſſe conceditis. Idem 5.Verr.13,Conſyderate cū veſtris animis voſmetipſi, ecquem putetis,&c. Et pro Roſcio Amerino,63,Quæ facitis,eiuſmodi ſint vt ea dedita opera à vobis contra voſmetipſos facere videamini.

Votum/Vide Vouco.

Vouco/vouēs,vouī,votum,vouēre,pen.prod.Deo aliquid ſanctè promittere.Liu.1.ab Vrbe,116,Tullus in re trepida duodecim vouit Salios,fanáq; Pallori & Pauori. Cic.1.de Nat.deor.169,Quid optamus à diis immortalibus?quid vouemus? Horat.3.Carm.ode 8.2,

Voueram dulces epulas,& album Libero caprum.

Ex amiſſione alicuius rei vouere.Cic.1.de Diuin.59,Quū propter paupertatem ſues puer paſceret, vna ex his amiſſa vouiſſe dicitur,ſi recuperaſſet, vuam ſe deo daturum quæ maxima eſſet in vinea.

Vouere decimam alicui.Cic.3.de Nat.deor.116, Neque Herculi quiſquam decumam vouit vnquam,ſi ſapiens factus eſſet.

Vouere votum.Liu.1.bel.Pun.93,Et tria ſigna cū titulo laminæ æneæ inſcripto:Manitiū pro militibus, qui Caſilini in præſidio fuerint,votum vouiſſe. Ouid.9.Metam.159,Vota puer ſoluit,quæ fœmina vouerat Iphis.

Vouere caput pro ſalute patriæ.Cic.5.de Fini.114,Noſtri imperatores pro ſalute patriæ ſua capita vouerunt.Id eſt periculis ſe obiecerunt.

Vouere in eadem verba. Liu.3.bel.Maced.34,Vouit in eadem verba cos, præeunte maximo Pontifice: quibus antè Quinquennalia vota ſuſcipi ſolita erant.

Vouere templum deo.Liu.1.ab Vrbe,50, Hic ego tibi tēplum Statori Ioui,quod monimentum ſit poſteris, tua præſenti ope ſeruatam vrbem eſſe,vouco.

Votus,Participium.Cic.3. de Nat.deor.57, At earum templa ſunt publicè vota & dedicata. Liu.4. ab Vrbe,54,Ludi ab Decēviris per ſeceſſionē plebis à Patribus ex Senatuſconſulto voti, eo anno facti ſunt. Plin.lib.7.cap.60.1,Ad ædē Quirini,L.Papyrius Curſor,quum eandem dedicaret,à patre ſuo votam.

Delubra vota Menti.Ouid.1.Metam.18.

Votum,voti,Promiſſio facta deo.Cic.1.de Leg.66,Diligētia votorū ſatis in lege dicta eſt, ac voti ſponſio,quo obligamur deo:pœna verò violatæ religionis iuſtàm recuſationē non habet. Idē 3.de Nat.deorum,118,Nónne animaduertis ex tot tabellis pictis quàm multi votis vim tēpeſtatis effugerint, in portúmq; ſalui peruenerint? Et 10.Philipp.180,At eorū alter nondū eſt lōginquitate grauiſſimi morbi recreat⁹:quicqd habuit viriū,id in eorū libertatē cōtulit,quorū votis iudicauit ſe à morte reuocatū. Ibidē,7.114,Æquū credo putauit,vitā quam Pop.Ro.votis reti nuiſſet,pro libertate Populi Rom.in diſcrimen adducere.

Preces & vota.Cic.pro Plancio,79, Eorúmque preces & vota de meo reditu exaudiēs, Dyrrhachium,quod erat in fide mea, petere contendi. Idem 1.de Nat.deor.51.

Votum & promiſſum.Cic.Attico,lib.11.241.10, Sed iam quaſi voto quodam & promiſſo me teneri puto.

Votū pro.Cato cap.83,Votū pro bub⁹,vt valeāt,ſic facito. Et paulo poſt,Hoc votū in annos ſingulos,ſi voles,licebit vouere.

¶Amarum votum,Quod malè cedit.Claud.3.Paneg.46,

Audax votum.Stat.9. Thebaid.115,

Hunc precor,audaci qui nunc ad prælia voto
Heu nimium tibi fiſus abit,da viſere belli Victorem.

Furialia vota.Silius lib.8.6. Futile votū.Silius lib.10.68.

Furioſa.Ouid.10.Meta.74. Ignauū.Claud.Eutrop.1.79.

Modeſta parum vota.Ouid.3.Triſt.eleg.8.4.

Nefarium votū.Cic.pro Cluent.153, Quinētiā nocturna ſacrificia,quæ putat occultiora eſſe,ſceleratáſque eius preces, & nefaria vota cognouimus.

Pauidum votum.Claud.1.de bello Gildon.14.

Pia vota.Ouid.1.Metam.45. Publica.Ouid.7.Metam.91.

Temeraria vota.Tibull.lib.3.eleg.6.6.

Triſtia vota.Ouid.8.Metam.108.

¶Aſſueſcere votis.Vir.1.Geo.9, -& votis nūc aſſueſce vocari.

Canere vota diuis.Virg.3.Æneid.88.

Ceſſare in vota,Vide Ceſſo.

Concipere vota.Ouid.7.Metam.111.

Concepta vota.Silius lib.7.16.

Confugere ad vota,Vide Confugio.

Corrigere vota ſua.Ouid.1.Metam.18.

Damnari votorum,vel votis,Vide Damno.

Diſſoluere vota.Cic.Attico,li.15.316.6,Etenim erat abſurdum, quæ ſi ſtetiſſet Reſp.vouiſſem,ea me euerſa illa vota diſſoluere.

Ducere vota ad bonos exitus.Horat.4.Carm.ode 8.7.

Duplicare vota metu.Virg.8.Æneid.111,

Vota metu duplicant matres,propiúſque periclo It timor.

In vota effundi.Tacit.lib.1,At Patres, quibus vnus metus, ſi intelligere videretur,in queſtus,lachrymas,vota effundi. Id eſt effundebantur.

Exequi annua vota.Virg.5.Æneid.11.

Facere vota,pro Optare.Cic.pro Mil.57,Vota enim feceratis vt in eos ſe potius mitteret, quàm in veſtras poſſeſſiones. Ibidem,31,Dein ſubito vultu Milonis perterritus fugeret ad Tyberim,vos & omnes boni vota faceretis, vt Miloni vti virtute ſua libēret? Lucan.lib.5.155, -cum facias nūc etiam vota periſſe, Vt nolim ſeruire malis.Vide Facio.

Facere vota parcius.Senec.de Benefic.lib.1.cap.1,Vota homines parcius facerent,ſi palàm facienda eſſent.

De aliquo ægroto vota facere.Cic.Attico,lib.8.169.2.

Inhibere vota alicuius rogando. Ouid.epiſt.15.24.

Liberari voti,pro voto.Liuius 5. ab Vrbe, Camillus quum in vrbem rediiſſet: tacitè eius verecundiā non tulit Senatus, quin ſine mora voti liberaretur.

Votis vota nectere.Lucret.lib.5.142.

Nuncupare vota,Vide Nuncupo.

Obligare votis caput.Horat.2.Carm.ode 8.1.

Onerare votis æthera.Virg.9.Æneid.5.

Perfecta vota ordine.Virg.3.Æneid.110.

Perſoluere votum,Vide Perſoluo.

Poſcere opem votis.Ouid.3.Faſt.119.

Reddere vota,Vide Reddo.

Repetere vota.Quintil.in Proœm.lib.4.3.

Immortale votum ſacrabat.Virg.8.Æneid.141.

Feralia vota ſancire contra aliquem.Stat.11.Theb.69.

Non ego te contra Stygijs feralia sanxi Vota deis.
Soluere vota, Vide Soluo.
Fidem voti solvere. Ouid. 1. Fast. 118, de templo Concordiæ,
Furius antiquus populi superator Hetrusci
Voverat & voti soluerat ille fidem.
Supplicibus votis superare iram numinis. Virgil. 8. Æneid. 13.
Suscipere vota, Vide Suscipio.
Tacito suspendit vota labello. Catul. Argon. 59. 11.
Erecto voto timere aliquid. Stat. 6. Thebaid. 191.
Vocare aliquem in vota. Virgil. 5. Æneid. 102.
Vocare deos in vota. Virgil. 5. Æneid. 47.
Vocare imbrem votis. Virgil. 1. Georg. 31.
Vocari votis. Virgil. 1. Georg. 9.

¶ Votum, Voluntas & desyderium: quòd ea valde desyderamus quæ voto à Deo poscimus. Plautus Trinum. 8. 45,
-abin' hinc dierectus? si hercle
Ire occipiam votis. Plinius epist. 45. d, Hanc ego vitam voto & cogitatione præsumo. Idem in Paneg. 21, At nunc rediit omnibus terror, & metus, & votum imperata faciendi. Cic. ad Terentiam, lib. 14. 4. 3, Si hæc mala fixa sunt, ego verò te quamprimum mea vota cupio videre.
Ad votum, Vide Ad præpositionem.
Compos voti, Vide Compos.
Matura vota coloni. Ouid. 8. Metam. 59, de apro Calydonio,
Is modò crescentes segetes proculcat in herba,
Nunc matura metit fleturi vota coloni.
Deplorata vota. Ouid. 1. Metam. 55,
Sternuntur segetes, & deplorata colonis Vota iacent.
Exposcere pacem votis. Virgil. 3. Æneid. 51.
Fingere voto aliquem. Plinius epist. 112, Tibique, vt qui explorauerim, spondeo habiturum, te generum, quo melior fingi ne voto quidem potuit.
Frui votis. Valerius 4. Argonaut. 153.
Implere votum alicuius. Curtius lib. 4, Ego enim quum Darius terras vreret, vicos excideret, alimenta corrumperet, potens mei non eram. Nunc verò quid metuam, quum acie decertare paret? Hercule votum meum impleuit.
Potiri voto. Ouid. 9. Metam. 63.
Respondere votis alicuius. Virgil. 1. Georg. 10.
Succedere in vota alicuius. Id est idem velle quod ante te alius concupiuerit. Ouid. 11. Metam. 46.
Superant modum tua vota. Stat. 1. Achil. 29.
Fouere sua vota animo. Ouid. 7. Metam. 119,
-nec me sperare fatebar,
Sperabam tamen, atque animo mea vota fouebam.

Votiuus, pen. prod. Adiectiuū. Quod ex voto dari promittitur. Horat. 1. epist. 3. 7, Pascitur in vestrum reditum votiua iuuenca.
Aures votiuæ. Quæ cupiunt aliquid audire. Plaut. Casina, 2. 28, Aures votiuæ si sunt, animum aduortite.

Votiuum, Quod voto desyderatum est. Apuleius lib. 6, Tota ciuitas ad votiuum conspectum effunditur.

Legatio votiua, pro eo quod barbarè dicitur *Ad beneplacitum*, Hoc est quæ pro voto ac voluntate vel voluntariè suscipitur. Cicero ad Atticum, lib. 4. 7. 10, Ego me à Pompeio legari ita sum passus, vt nulla re impedirer: quod nisi vellem, mihi esset integrum: aut si comitia Cęsorum proximi C O S S. haberent, vt petere possem: aut votiuam legationem susciperem propè omnium fanorum ac sacrorum locorum. Eidem, lib. 14. 3. 0. 4, Simúlq; cogites quid agendum nobis sit super legatione votiua, quòd in his locis moueor à multis ne in Senatu Calendis adsim. Vide Legatio in Lego, legas.
Ludos votiuos appellat Cicero 2. Verr. 19, quos voverat. Plin. lib. 7, Ludis pro salute diui Augusti votiuis.
Preces votiuæ, Quibus aliquid cum voto poscimus.
Tabella votiua. Horat. 2. Serm. saty. 1. 7.
Thura votiua. Ouid. 3. Amor. eleg. 11. 2.
Voces votiuæ. Tibullus lib. 1. eleg. 3. 6.

Vox, vocis, Omne quod sonat. Ἐτυμολογία, quod est voco. Cic. in Oratore, 51, Vocis mutationes totidē sunt, quot animorū, qui maximè voce commouentur. Ibidem, 52, Mira est enim quædam natura vocis, cuius quidem è tribus omnino sonis, inflexo, acuto, graui tanta sit, & tam suauis varietas perfecta in cantibus. Idem 4. Acad. 19, In lingua etiam explanata vocum impressio.

Vocis genera permulta. Cic. 1. de Nat. deorum, 219, Vocis genera permulta, canorum, fuscum: lene, asperum: graue, acutum: flexibile, durum: quæ hominum solùm auribus iudicantur. Idem 3. de Orat. 119, Nam voces, vt chordæ sunt intentæ, quæ ad quemque tactum respondeant, acuta, graui: cita, tarda: magna, parua: quas tamē inter omnes est suo quoque in genere mediocris. Atque etiam illa sunt ab his delapsa plana genera, lene, asperum: contractum, diffusum: continenti spiritu, intermisso: fractum, scissum: flexo sono, attenuatum, inflatum.

Vocis quantitates insuper & qualitates varias facit Quintilianus lib. 11. cap. 3, Sed ne vox quidem (ait) nisi liberalis, actionem habere optimam potest. Bona enim firmáq; vt volumus, vti licet: mala vel imbecilla & inhibet multa, vt insurgere, exclamare & aliqua cogit, vt summittere, deflectere, &c. Paulo pòst, Natura vocis spectatur quātitate & qualitate. Quantitas est simplicior. In summa enim grandis, aut exigua est: sed inter has extremitates mediæ sunt species, & ab ima ad summam, ac retro, multi sunt gradus. Qualitas magis varia est. Nam est & candida & fusca, & plena & exilis, & lenis & aspera, & contracta & fusa, & dura & flexibilis, & clara & obtusa. Ibidē, Nō enim tā molli teneráque voce, quàm forti ac durabili opus est. Paulo pòst, Alioqui nitida illa & curata vox insolitum laborem recusabit. Rursus ibidem, Itaque sit ipsa vox primùm (vt sic dicam) sana, id est nullum eorum de quibus nunc dixi, patiatur incōmodum: deinde non subsurda, rudis, immanis, dura, rigida, vana, præpinguis, aut tenuis, inanis, acerba, pusilla, mollis, effœminata. Et aliquanto pòst, Ornata est pronuntiatio, cui suffragatur vox facilis, magna, beata, flexibilis, firma, dulcis, durabilis, clara, pura, secans aera, auribus sedens. Ibidem, Nam vox, vt nervi, quo remissior, hoc & grauior & plenior: quo tensior, hoc tenuis & acuta magis est. Sic ima vim non habet, summa rumpi periclitatur. Paulo pòst, Sic velut media vox, quem habitum à nobis acceperit, hunc iudicum animis dabit. Est enim mentis index, & velut exemplar, ac totidem quot illa mutationes habet. Itaque lætis in rebus plena, simplex, & ipsa quodammodo hilaris fluit: at in certamine erecta totis viribus, & velut omnibus nervis intenditur. Atrox in ira, & aspera ac densa, & respiratione crebra. Paululum in inuidia faciēda lentior, quia non ferè ad hanc nisi inferiores confugiunt: at in blandiendo, fatendo, satisfaciendo, rogando, lenis & summissa. Suadentium, & monentium, & pollicentium, & consolantium grauis: in metu & verecundia, contracta: adhortationibus fortis: disputationibus teres: miseratione flexa & flebilis, & consultò quasi obscurior: at in egressionibus fusa, & securæ claritatis: in expositione ac sermonibus recta, & inter acutum sonum & grauem media. Attollitur autem concitatis affectibus, compositis descendit, pro vtriusque rei modo altius vel inferius. Multo pòst, Vox temperata, ac gestus modestus. Ibidem, Fusca illa vox, qualē Cicero fuisse in Antonio dicit. Iterum, Erecta & cōcitata voce dicenda sunt. Paulo pòst, Nam vox quoque Demetrii iucundior, illius acrior erat.

¶ Absonus voce, Vide Absonus.
Plenior voce. Cic. 1. de Orat. 65, Ego enim neminem nec motu corporis, neque ipso habitu atque forma aptiorem, nec voce pleniorem, aut suauiorem mihi videor audisse.
Asperitas vocis. Lucret. lib. 4. 113.
Bona vocis. Quintil. lib. 11. ca. 3, Augētur autem, sicut omniū, ita vocis quoque bona, cura: & negligentia minuuntur.
Cantus vocis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 86.
Contentio vocis, & Remissio, contraria. Cicero 1. de Orat. 156. Vide Contentio in Contendo.
Inoffensa copulatio vocum. Quintil. lib. 1. cap. 10. 10.
Discrimina vocum. Quintil. lib. 1. cap. 5. 16.
Flexus vocis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 19.
Intensio vocis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 10.
Iter vocis. Ouid. 2. Metam. 167,
Nec conata loqui est: nec si conata fuisset,
Vocis habebat iter, saxum iam colla tenebat.
Iucunditas claritasque vocis. Quintil. in Proœm. lib. 6. 19.
Modestia vocis. Quintil. lib. 4. cap. 1. 39.
Remissio vocis. Quintil. lib. 1. cap. 10. 10.
Simulans vocum ales. Ouid. 2. Amor. eleg. 6. 5, de psittaco, Non fuit in terris vocum simulantior ales.
Sonitus vocis, Vox buccinæ. Virg. 3. Æneid. 134, Sensit, & ad sonitum vocis vestigia torsit. Idem 7. Æneid. 104,
Tum verò ad vocē celeres qua buccina signum Dira dedit.
Suauitas vocum. Quintil. lib. 1. cap. 5. 11.
Varietas vocum. Cic. 2. de Diuin. 13, Aut si surdus sit, varietates vocum aut modos noscere?

¶ Hæc vox, Ciuis, &c. Cic. 7. Verr. 31, Constitue nihil esse opis in hac voce, Ciuis Romanus sum: Idem 1. de Finib. 9, Nō intelligere interdum quid sonet hæc vox voluptatis, id est quæ vis huic voci subiiciatur.
Absona, Vide Absonus. Acerba. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Absurda, Vide Absurdus. Acrior. Quintil. lib. 11. cap. 3.
Acuta, Vide Acuo.
Acutæ vocis Hylactor. Ouid. 3. Metam. 45.
Æquissima vox & Turpissima, opponuntur. Senec. de Benefic.

lib.3.cap.14, Æquissima vox est, & ius Gentium præ se ferens, Redde quod debes: Turpissima in beneficio, redde.

Ambigua vox. Seneca Hippol.5.10. Virgil.2.Æneid.10.

Amœnæ voces. Ouid.ad Pisonem,19.

Angusta. Iuuen.Saty.3.9. Anhela. Claud.2.in Eutrop.78.

Animosa vox. Seneca de Benefic.lib.2.cap.16, Animosa vox videtur, & quum regia sit, est stultissima.

Assidua. Virgil.4.Æneid.90. Atrox. Quintil.lib.11.cap.3.

Blanda vox. Virgilius 1.Æneid.136.

Boant. Ouid.3.de Arte,89. Candida. Quintil.lib.9.cap.3.

Bona, Vide **Bonus.** Canora, Vide **Cano.**

Clara & suauis. Cic.1.Offic.185, Sed quum orationis iudicē vocem habeamus, in voce autem duo sequamur, vt clara sit, vt suauis, vtrunque omnino à natura petendū est. Vide **Clarus.**

Clarisona vox. Catul. Argon.59.15, Clarisonas imo fudisse è pectore voces.

Concitata vox. Quintilianus lib.11.cap.3.

Confusa. Lucret.lib.4.114. Cōstans. Ouid.1.Amor.ele.4.15.

Consona. Silius lib.5.40. Contracta 9. Quintil.li.11.ca.3.

Contumelioſæ voces, Vide Contumelioſus in **Contumelia.**

Cygnea vox, Vide Cygneus in **Cygnus.**

Densa. Quintil.lib.11.cap.3. Dissona. Stat.8.Theb.114.

Dira. Virgil.3.Æneid.46. Docta. Quintil.lib.2.cap.16.6.

Dulcis & clara vox. Cicero in Oratore,31.

Dura. Quintil.lib.11.cap.3. Durabilis. Ibidem.

Efferatæ voces. Seneca Hercule furente,6.13.

Erecta. Quintil.lib.11.cap.3.

Exigua. Virgil.6.Æneid.99. Quintil.lib.11.cap.3.

Extrema. Virgil.4.Æneid.125. Facunda. Ouid.4.Fast.49.

Facilis. Quintil.lib.11.cap.3. Falsa. Horat.2.Carm.ode 2.4.

Ferox. Claudianus de Nupt.Honorii & Mariæ,64.

Ferrea. Virgil.6.Æneid.115. Ficta. Lucan.lib.3.11.

Fessa loquendo. Ouid.3.Trist. Flebilis. Sene.Hippol.11.7. & eleg.3.17. Quintil.lib.11.cap.3.

Fœminea. Quint.lib.1.ca.11.1. Fusca. Quintil.lib.11.cap.3.

Furialis. Cic.de Aruſp.resp.35. Grandis. Quintil.lib.11.ca.3.

Hilaris. Stat.4.Syl.5.10. & Quintil.lib.11.cap.3.

Horrenda. Virgil.9.Æneid.23. Incesta. Ouid.2.Trist.101.

Incerta. Quintil.lib.1.ca.1.16. Inclinata. Cic.in Orat.15.

Incorrupta vox bene iudicantium, Vide **Incorruptus.**

Infandæ vocis sonus. Seneca Agamem.13.6.

Infragilis vox. Ouid.1.Trist.eleg.4.11.

Ingenioſa mutādis ſonis. Ouid.2.Amor.eleg.6.4. De pſittaco.

Ingens. Virgil.1.Georg.96. Ingloria. Stat.5.Syl.3.18.

Inimica alicui, Vide **Inimicus.**

Inhumana & scelerata, Vide **Inhumanus.**

Insana. Ouid.epist.11.15.

Interrupta atque moriens, Vide **Interrumpo.**

Iracunda. Ouid.2.Metam.95. -vox iracunda, mináxque, Plenáque terroris rauco de gutture fertur.

Legitima. Ouid.3.de Arte,59. Libera. Liuius 5.bel.Mace.4.

Lenis. Quintil.lib.11.cap.3. Liberalis. Quintil.lib.11.ca.3.

Sine contentione vox, nec langues, nec canora. Cic.1.Offi.186.

Liquidæ voces auium. Lucretius lib.5.177.

Liquidæ voces corui. Virgil.1.Georg.81.

Lugubris. Lucretius lib.4.110.

Magna. Cic.de Senectute, 14, Voce magna & bonis lateribus suaſiſſem. Vide **Magnus.**

Minax. Horatius 1.Carm.ode 10.3.

Mœsta. Catul.de Berecynth.58.10. Virgil.2.Æneid.56.

Mollis, Efforminata & muliebris. Cic.3. de Orat.14, Sunt enim certa vitia, quæ nemo est quin effugere cupiat, mollis vox vt muliebris, aut quasi extra modum absona atque absurda est.

Moribunda. Statius 8.Thebaid.115.

Mutæ voces murmure. Statius 2.Syl.2.11.

Nitida. Quintil.lib.11.cap.3.

Nuptialis, Vide Nuptialis in **Nubo.**

Obscœna. Iuuenalis Satyra 11.18.

Obscura. Quintil.lib.11.cap.3. Obtusa. Quintil.lib.11.ca.3.

Paruæ vocis murmura. Ouid.11.Metam.10.

Plena. Cic.de Claris Orat.160, Subsellia grandiorem & pleniorem vocem desyderant.

Præpinguis. Quintil.lib.11.cap.3.

Pura. Persius Saty.5.3. Rauca. Ouid.6.Metam.76.

Pusilla. Quintil.lib.11.cap.3. Recta. Quintil.lib.11.cap.3.

Rara. Virgil.3.Æneid.63. Resona. Ouid.3.Metam.100.

Rigida. Quintil.lib.11.cap.3.

Rustica. Cicero 3.de Oratore,14, Rustica vox & agrestis quosdam delectat, quo magis antiquitatem, si ita sonet, eorum sermo retinere videatur.

Sacra. Ouidius 2.Metamor.56.

Salutaris. Seneca de Benefic.lib.1.cap.10, Indignum si eripere latronibus potero clamore sublato, salutarem vocē homini non pigebit emittere.

Sana. Quintil.lib.11.cap.3. Serena. Persius Satyra 1.2.

Simplices voces. Quintil.lib.1.cap 5.40, Simplices voces prima positione, id est natura sua constant.

Sollicita vox. Ouidius 10.Metamor.117.

Suauis & canora. Cic.de Claris Orat.116.

Suauissima vox. Cic.in Oratore,83, Verbáque sint quàm suauissimis vocibus.

Subsurda. Quintil.lib.11.cap.3.

Súmissa. Ouid.4.de Póto,ele.3.9. Superba. Lucret.lib.5.136.

Supplex. Liuius 10.bel.Pun.3, Sed si captiuæ apud dominum vitæ necisque suæ, vocem supplicem mittere licet. Ouid.2.Metamor.80, Supplice voce rogant.

Tacita. Ouid.9.Metam.61. Tenuata. Ouid.2.Metam.75.

Tenera. Quintil.lib.11.ca.3. Teres. Quintil.lib.11.cap.3.

Tinnula. Catullus in Epithal.Iuliæ,56.

Tremulæ voces hœdorum. Lucretius lib.2.74.

Tristis. Ouid.7.Metam.105. Trux. Silius lib.1.14.

Veneranda. Lucanus lib.2.106.

Vigil. Ouid.2.Metam.108, Nec seruaturis vigili capitolia voce Cederet anseribus.

Virilis. Ouid.4.Metam.77. Viua. Quintil.lib.2.cap.2.5.

Vlulans. Cicero in Oratore,15.

Vna vox omnium. Cic.ad Dolabellam, lib.9.14.8, Atque hæc vna vox omnium est.

Vna voce, Vno ore, vno cōsensu. Cic.1.de Orat.14, Multi erant præterea præclari in philosophia & nobiles, à quibus omnibus vna penè repelli voce oratorem à gubernaculis ciuitatum, &c.

Voriæ voces. Tibullus lib.2.eleg.3 6.

Vaboritur vox, Vide **Aborior.**

Accipere voces, Vide **Accipio.**

Accommodare vocem, Vide **Accommodo.**

Addere voces lachrymis. Ouid.13.Metam.119.

Æquiparare aliquem voce. Virgil.ecloga 5.9.

Alit vox. Quintil.lib.2.cap.2.5, Tamen viua illa, vt dicitur, vox alit plenius.

Alloqui patriam voce mœsta. Catullus de Berecynthia,58.10.

Attollere & submittere vocē, sunt opposita. Quintil.lib.1.cap.8.1, Quando attollenda, vel Submittenda sit vox.

Annuere vocibus alicuius. Horat.4.Carm.ode 6.5.

Audire & reddere voces notas. Virgil.6.Æneid.138,

-datur ora tueri

Nate tua, & notas audire, & reddere voces. Id est Familiariter loqui, vt ait Seruius. Sic lib.1.85. Catul.Argon.59.

Audio vocem cuiam, Vide **Cuius.**

Canere inclinata vlulātiq; voce, more Asiatico. Ci.in Orat.15.

Captare voces auribus. Ouid.epist.18.11.

Dulcedine vocis captus. Ouid.1.Metam.143.

Citat vox præconis. Quintil.lib.6.cap.4.6, In publicis certè iudiciis vox illa præconis, præter patronos, ipsum, qui egerit citat.

Compellare aliquem voce. Virg.5.Æneid.33.

Timenda voce complere nemus. Horat.Epod.6.1.

Comprimere vocem, Vide **Comprimo.**

Compescere voces. Senec.Herc.Œteo,11.1.

Concipere mente vocem alicuius. Quintil.lib.1.cap.2.21, Et sanè concipiat quis mente, vel declamantis habitum, vel orantis vocem, incessum, &c. Ouid.1.Fast.21.

Condere vocem alicuius memori aure. Ouid.epist.19.10.

Conferre vocem in quæstum, Vide **Confero.**

Confiteri magna voce, Vide **Magnus.**

Confirmatur vox hoc modo. Quintil.lib.11.cap.3.

Confirmata constituāque vox. Ibidem.

Consequi vocem gradu, Vide **Consequor.**

Contendere voce, Vide **Contendo.**

Continere vocem, Vide **Contineo.**

Conturbatur vox. Lucret.lib.4.113.

Curata vox. Quintil.lib.11.cap.3.

Currit vox, Vide **Curro.**

Custodire vocē. Quintil.lib.1.ca.7.15, Hic enim est vsus literarum, vt custodiāt vocem, & velut depositum reddant legēntibus.

Deducere vocem, Vide **Deduco.**

Demissa voce loqui. Virg.3.Æneid.64.

Deplorare voce lamentabili, Vide **Lamento.**

Descendit vox, Hoc est deprimitur, submittitur. Quintil.libro 11.cap.3.

Deuorat vocē dolor, Præ dolore loqui nequit. Ouid.13.Met.110.

Dicere aliquid acuta voce. Horat.3.Carm.ode 4.2.

Tacita voce dicere aliquid. Ouid.9.Metam.61.

Distinguere vocem lingua. Silius lib.1.16.

Dat voces lingua. Ouid.9.Meta.117,Linguaſque vix ictо tales dedit aere voces.

Dare vocem alienæ perſonæ.Quintil.lib.4.cap.2.74.

Longas in fletum ducere voces.Virgil.4.Æneid.93.

Effundere voces ad æthera.Virgil.8.Æneid.14.

Vox elicit vocem.Ouid.1.Faſt.51.

Eliſa vox,in illum ſonum erumpit,cui Græci ἀπηχὴν.nomen ab immaturo gallorum cantu dederunt. Quintil.lib.11.cap.3.

Eluctata vox.Statius 1.Achilleid.105.

Emittere vocem.Tibul.lib.1.eleg.9.6. Quintil.lib.5.cap.7.25, Siquæ ſint voces per vinum, ſomnium, dementiam emiſſæ.

Eripere vocem ab ore loquentis.Virgil.7.Æneid.24.

Exaſperatur vox.Quintil.lib.11.cap.3.

Exaſperant vocem fauces raſæ.Ibidem.

Excidit vox ore.Virgil.6.Æneid.137.

Excipere vocem alicuius.Seneca Thyeſte,1.16.

Excitare vocem.Cic.1.de Orat.131,Tamen me authore nemo dicendi ſtudioſus, Græcorum more tragœdorũ voci ſeruiet, qui & annos complures ſedentes declamitant,& quotidie antequam pronuntient,vocem cubantes,ſenſim excitant:eandémque quũ egerunt.ſedentes,ab acutiſſimo ſono vſque ad grauiſſimum ſonum recipiunt.

Exercere vocem pronuntiatione.Quintil.lib.1.cap.11.8,

Trucem vocem expauere.Silius lib.1.14.

Exprimere voces.Lucretius lib.4.111.

Anhelam vocem expromere.Claud.1.in Eutropium,78.

Mœſtas voces expromere.Virgil.2.Æneid.56.

Ferre voces ad aliquem.Ouid.5.Faſt.96.

Fertur vox ad aures.Virgil.3.Æneid.19.

Fingere optimè ſibi voces.Quintilianus lib.6.cap.2.24. Hunc quidam dicunt ἐγγαστρίμυθον,qui ſibi res,voces,actus ſecundum verum optimè finget.

Flectere vocem.Ouid.2.Amor.eleg.4.5,Hæc quia dulce canit, flectíque facillima vocem. Quintil.lib.4.cap.1.29,Hic potiſſimum & vocem flectunt,& ceruicem reponunt.

Fractæ voces ad littora.Virgil.3.Æneid.111.

Frangitur vox vitio faucium.Quintil.lib.11.cap.3.

Legitima voce fraudare literam.Ouid.3.de Arte,59.

Obſcœnis vocibus frui.Iuuenalis Satyra 11.18.

Fundere voces.Catul.Argonaut.

Extremam vocem cum ſanguine fundo.Virg.4.Æneid.115.

Fuſa vox.Quintil.lib.11.cap.3.

Glutire vocem.Plin.lib.10.cap.11.4,Peſſima eorum ſignificatio,quum glutiunt vocem velut ſtrangulati.De coruis.

Habere voces,Tumultum facere.Cic.pro Murena,47,Meminiſtis enim quum illius nefarii gladiatoris voces pererebuiſſent, quas habuiſſe in concione domeſtica dicebatur.

Habere contemptam ſupplicis vocem. Catul.de Ruffa,55.2,

Vt ſupplicis vocem in nouiſſimo caſu
Contemptam haberes:ah nimis fero corde.

Hæſit vox faucibus.Virgil.2.Æneid.164.

Haurire vocem auribus.Virgil.4.Æneid.71.

Raris turbatus vocibus hiſco.Virgil.3.Æneid.65.

Clara voce hortari aliquem.Statius 10.Thebaid.13.

Iacere vocem. Tacitus lib.11,Sed in præcipuo pauore Agrippina vocem Claudii,quam temulentus fecerat,&c.

Iactare voces inertes.Virgil.10.Æneid.65.

Iactare voces ad ſydera.Virgil.eclog.5.13.

Impedire vocem loquentis.Ouid.13.Metam.161.

Inclamare aliquem magna voce,Vide **Inclamo.**

Includit vocem dolor,Vide **Includo.**

Incurrere in voces maleuolorum,Vide **Incurro.**

Induere voces dolentum.Tacitus lib.4,Habitum ac voces dolentum ſimulatione magis,quàm libens induebat.

Inflectere voces cantu.Tibul.lib.1.eleg.7.8.

Inflexa vox ad miſerabilem ſonum.Cic.1.de Orat.104.

Ingeminare voces.Virgil.1.Georg.83.

Sollicita voce innocare aliquem.Ouid.10.Metam.117.

Iterare voces.Horat.1.epiſt.19.3.

Reſõnis vocibus iterare aliquid.Ouid.3.Metam.100.

Iungere vocem fidibus.Quintil.lib.5.cap.10.87.

Laceſſere aliquem voce. Virgil.eclog.3.10.

Locare vocem.Iuuenalis Satyra 8.19,

Conſumptis opibus vocem Damaſippe locaſti
Sappario,clamoſum ageres vt phaſma Catulli.

Loqui Latina voce.Ouid.3.Triſt.eleg.11.8,

Sine tamen Græca ſcierit,ſiue ille Latina Voce loqui,&c.

Loqui primùm incerta voce tentauit.Quintil.lib.1.cap.1.16.

Triſti voce loqui.Ouid.7.Metam.105.

Mittere vocem.Lucretius lib.3.490.

Mittere vocem contra aliquem.Cicero pro Cluentio, 71, Hodierno die primum veritas vocem contra inuidiam his iudicibus freta miſerit.Vide **Ditto.**

Mittere vocem de.Cic. pro Flacco,4,Vox de Quæſtura nulla miſſa eſt.

Mittere vocem pro ſe, aut pro aliquo.Cic.pro Seſtio,34,Conciones haberi quotidie cõtra me:vocem pro me ac pro Repub. neminem mittere. Idem pro Cælio,43,An aliquã vocem putaſti ipſam pro ſe cauſam & veritatem poſſe mittere?

Mittere voces furiales,Vide **Ditto.**

Mittere liberam vocem. Liuius lib.5.belli Maced.Qui vocem liberam mittere aduerſus regis legatum auderent.

Superbas voces mittere.Lucret.lib.5.136.

Modulari vocem,Vide **Modulor.**

Moneri voce alicuius.Virgil.3.Æneid.93.

Blandis vocibus morari aliquem.Virgil.1.Æneid.136.

Mouere numina voce.Virgil.4.Georg.101.

Multiplicare voces acceptas,Vide Multiplico in **Multus.**

Conſtanti voce negare aliquid.Ouid.1.Amor.eleg.4.15.

Obſcurant vocem fauces obtuſæ.Quintil.lib.11.cap.3.

Obſcuratur vox vitio faucium.Ibidem.

Obtundere vocem, Vide **Obtundo.**

Parcere voci.Quintil.lib.11.cap.3. Vide **Parco.**

Penetrat vox ad aures.Ouid.12.Metam.9.

Perſequi voce,Vide **Perſequor.**

Præterradit vox fauces.Lucret.lib.4.108.

Premere vocem,Continere vocem,tacere.Virgil.9.Æneid.65.

Magna voce proclamare.Virgil.5.Æneid.69.

Profundere vocem.Catul.Argonaut.59,Has poſtquam mœſtas profudit pectore voces.

Profuſæ voces abiere domos ætherias.Silius lib.6.51.

Immoderatè profuſa vox,Vide **Immoderatus.**

Reddere voces.Virg.1.Æne.83. -cur dextrã iungere dextræ
Non datur,ac veras audire,& reddere voces?

Referre voces pectore. Virgil.5. Æneid.83, Tum ſenior tales referebat pectore voces.

Referuntur voces vſque.Cic.ad Qu.fratrem,lib.1.1.63,Natura autem ita reſonant, vt vſque Romã ſignificationes,vocéſque referantur.De theatro.

Voce referre,per pleonaſmũ dicitur à poetis.Virg.1.Ænei.43,

Talia voce refert,curiſque ingentibus æger
Spem vultu ſimulat.Seruius.

Remittunt vocem nemora.Virg.11.Æneid.186.

Replere littora voce.Ouid.1.Metam.68.

Reſoluere vocem atque ora.Virg.3.Æneid.91.

Neſcit vox miſſa reuerti.Horat.de Arte,79.

Summiſſa voce rogare opẽ alicuius. Ouid.4.de Põto,ele.3.9.

Rumpere vocem,Loqui.Virg.2.Æneid.16,

Vix tandem magnis Ithaci clamoribus actus,
Compoſitõ rumpit vocem. Dixerat paulo antè, Bis quinos ſilet ille dies.

Rupit hanc pectore vocem.Virg.3.Æneid.50.

Sequi voce fugientem.Virg.1.Æneid.82.

Scinditur vox vitio faucium.Quintil.lib.11.cap.3.

Simulare fictas voces læto tumultu.Lucan.lib.3.11.

Spargere voces ambiguas in vulgum.Virg.1.Æneid.10.

Strangulare vocẽ.Quintil.lib.11.cap.3, Fauces tumentes ſtrãgulant vocem,obtuſæ obſcurant,raſæ exaſperant.

Suffocata vox maiore riſu min˜clara eſt. Quintil.lib.11.cap.3.

Eſſe bona voce.Vide **Bonus.**

Vox erat in curſu.Ouid.5.Faſt.49.

Supprimere vocem alicui.Ouid.1.Metam.144.

Inceſtis temerantur vocibus aures.Ouid.2.Triſt.101.

Temperata vox.Quintil.lib.11.cap.3.

Tenuatur vox.Quintil.lib.11.cap.3,Ne ad ſpadonum,& mulierum,& ægrorum exilitatem vox noſtra tenuetur.

Minaci voce terrere aliquem.Horat.1.Carm.ode 10.3.

Tollere vocem.Horat.de Arte,14.

Exiguam vocem tollere.Virg.6.Æneid.99.

Lugubri voce querelam tollere.Lucret.lib.4.110.

Trahere vocem ab imo pectore.Virg.1.Æneid.75.

Trahere aliquid puravoce,Verbis puris nec fictis enarrare aliquid.Perſius Satyra 5.4.

Vt quantum mihi te ſinuoſo in pectore fixi,
Voce traham pura:totúmque hoc verba reſignent.

Tundi aſſiduis vocibus hinc atque hinc.Virg.4.Æneid.90.

Venit vox ad aures vulgi.Virg.2.Æneid.34.

Vocare voce aliquem.Virg.4.Georg.136.

Plena voce vocare aliquem.Virg.1.Georg.78.

Volutant vocem per atria.Virg.1.Æneid.146, Fit ſtrepitus te-

V O X

chis, vocémque per alta volutant Atria.
Falsis vocibus vti.Horat.1.Carm.ode 2.4.
Vrgenda vox non est vltra vires.Quintil.lib.11.cap.3.
Vtendi voce,multiplex ratio.Quintil.lib.11.cap.3.

Vócula,vóculæ,pen.corr.Diminutiuum.Cic.ad Atticum,lib.2.38.1, Et cum recreandæ voculæ causa necesse esset mihi ambulare, hæc dictaui ambulans. Idem 3.de Orato.55, Quanto molliores sunt,& delicatiores in cãtu flexiones, & falsæ voculæ,quàm certæ & seuerę! Propert.lib.1.eleg.15.6,
O vtinam traiecta cana mea vocula rima
Percussas dominæ verrat in auriculas.
Maleuolorũ voculæ.Cic.Cælio,lib.2.15.6,Sed incurrit hæc nostra laurus nõ solùm in oculos,sed iã etiã in voculas maleuolorũ.

Vocâlis,& hoc vocâle,pen.prod.Quod est sonorum & summæ vocis.Plin.lib.18.ca.35.19,Ranæ quoque vltra solitum vocales, sunt signa tẽpestatis. Plin.iun.epist.71.2,Scripsit publicè vt à Decurionibus eligeretur vocalissimus aliquis ex ipsis qui legeret eum populo. Plinius maior lib.1.cap.37.1,Ceu vocali quodam sono insistunt. Cic.de Claris Orat.130,Addamus huc etiam, ne quẽ vocalem prætermisse videamur,C.Cosconium.
Carmine vocali clarus Philammon.Ouid.11.Metam.64.
Chordas vocales impellere pollice.Tibul.lib.2.eleg.5.1.
Ora vocalia.Ouid.5.Metam.67.
Vocales literæ,dictæ quia per se voces faciunt.
Vocales frequentissimè coeunt.Quintil.lib.11.cap.3.
Concursus vocalium.Cic.in Orat.43,Habet enim ille tanquã hiatus concursu vocalium molle quiddam. Author ad Heren. lib.4.160,Ea conseruabitur, si fugiemus crebras vocalium concursiones,quæ vastam atque hiantem orationem reddunt.

Vocálitas,pen.corr.vocalitâtis,f.g.Consonantia, quam Græci euphoniam vocant.Quintil.lib.1.ca.5.3, Sola est quæ notari possit velut vocalitas,quæ ἐφωνία dicitur.

Vociferor,pen.corr.vociferâris, vociferári, Est,Inquit Valla, vocem efferæ nata,non modò dolorem,sed etiã indignationẽ(quanquã indignatio,doloris genus est)ostendere. Interdum sine affectu, sed tamen vehementius exclamare. Virgil.10.Æneid.131, Talia vociferans sequitur. Cic.6.Verr.35,Minitari absenti Diodoro,vociferari palàm,lachrymas interdum vix tenere.
Libere vociferari.Cic.pro Roscio Amerino,6, Neque satis liberè vociferari posse intelligo.
Quid vociferabare decem millia talentũm Gabinio esse promissa? Cic.pro Rabirio Posthumo,13.
Res ipsa vociferatur.Lucret.lib.2.210, -res ipsa qua per se
Vociferatur,& elucet natura profundi.
¶Vociferare,actiuum protulit Cicero (si locus mendo vacat) 4.Verr.37,Nam me dies,vox,latera deficiant,si hoc nunc vociferare velim,quàm miserum indignúmque sit,&c. Varro 3.de Re rust.cap.9.4,Item qui elati sunt,ac vociferant sæpe, in certamine pugnaces.De gallis gallinaceis.

Vociferans,pen.cor.Participium.Plin.lib.18.cap.27.1,Veluti vociferans,Cur cælum intueris agricola? Virgil.2.Æneid.136, Talia vociferans,gemitu tectum omne replebat. Silius lib.7.14, Talia vociferans volucri rapit agmina cursu.
Graue vociferans.Valer.5.Argonaut.34, -& graue Titan
Vociferans fixos scopulis dum vellitur artus.

Vociferátio,vociferatiõnis, Verbale,Ipse vociferandi actus. Cic.7. Verr.111,An te L.Flauii, cæterorúmque de L. Herennio vociferatio cõmouebat? Plin.lib.34.ca.6.8,Extant Catonis in Cẽsura vociferationes, mulieribus Romanis in prouinciis statuas poni.
Sermo & vociferatio.Cic.pro Cluẽtio,11, Nam in ipso sermone hoc & vociferatione mortua est.
Muliebris vociferatio. Author ad Herenn.lib.3. 115,Habet eum quiddam illiberale,& ad muliebrem potius vociferationẽ,quàm ad virilem dignitatem in dicendo accommodatum.
Vti vociferatione.Cic.pro Roscio Amerino,7, Qua vociferatione in cæteris iudiciis accusatores vti consueuerunt.
Furiosa vociferatio.Quintil.lib.2.cap.10.6.

Voco,vocas,vocare,Clamare,Inuitare,appellare.
Vocare ad cœnam. Plautus Milite,6.75,Primus ad cibum vocatur. Idem Capt.4.70, -sed non quò foras
Vocatus ad cœnam? Terent.And.2.6.12,
Quem(inquit) vocabo ad cœnam meorum æqualium
Potissimum nunc? Cic.6.Verr.54,Deinde ipsum regem ad cœnam vocauit. Idem ad Atticum, lib.6.114.13, Hunc ego patris causa vocaui ad cœnam,quo die venit.
Ad cœnam per.Martialis lib.2.14,
Per te,pérque tuam vector lasciue puellam,
Ad cœnam Selium tu,rogo Taure voca.
Esum & comessatum vocare, Hoc est ad esum & comessationem.Plautus Menæch. 10.11, Qui esum neque vocantur,neque vocant. Idem Stícho, 14. 4, Quisquis prætereat,comessatum volo vocari.
Conuiuam vocare,Idem.Plautus Asin.13.23,Vocet conuiuam neminem.
Ad nuptias.Terent.Phorm.4.4.21,
Spatium quidem tandem apparandis nuptiis,
Vocandi,sacrificandi.
Domum vocare aliquem.Cic.pro Roscio Amerino,31,Domũ suam istum non ferè quisquam vocabat.
Intra tecta vocare aliquem.Virgil.6.Æneid.105.
¶Vocare,Aduocare.Plau.Capt.6.110,Quæ ad patrem vis nũtiarit vín' vocem huc ad ter
Voca illũ verbis meis.Plau.Amph.15.66, Hũc tuis verbis voco.
Vocaueras me in hunc diẽ.Plaut.Stich.9.11,Nam ille heri me vocauerat in hunc diem.Hoc est Dixerat vt hodie venirem.
Vocare clamore suos.Virgil.12.Æneid.63,
At pius Æneas dextram tendebat inermem,
Nudato capite,atque suos clamore vocabat.
¶Vocare clamoribus hostem.Virgil.4.Georg.16,
Et circa regem,atque ipsa ad prætoria densæ
Miscentur, magnisque vocant clamoribus hostem. Id est pronocant.De apibus.Seruius.
¶Vocare clamore deũ. Virg.1.Geor.70,Et Cererẽ clamore vocent in tecta.Id est Inuocent dari copiã frumentorum.Seruius.
Nomine aliquem vocare.Virgil.12.Æneid.147,
-variisque instigat vocibus alas,
Nomine quenque vocans.
Voce vocare aliquem.Virgilius 6.Æneid.50,
Ignibus imponit sacris libamina prima,
Voce vocans Hecaten,cælóque Erebóque potentem. Vbi Seruius, Voce,non verbis,sed mysticis quibusdam sonis. Nam,vt in Lucano legimus,variè numina inuocabantur.
Magna voce vocauit Æneam.Virgil.10.Æneid.175.
Votis vocari.Virgil.1.Æneid.59.
Auxilia vocans frustra.Virgil.5.Æneid.45.
Deos vocare auxilio.Virgil.5.Æneid.138.
Concilium vocare.Ouid.1.Metam.34.
Vocat pluuiam cornix:hoc est Portendit,& suo clamore quodammodo appetere videtur.Virgil.1.Georg.78,Tum cornix plena pluuiã vocat improba voce. Vbi Seruius, Vocat,poeticè ait: non enim vocat,sed denuntiat pluuiam.
¶Vocari aliquó.Lucan.lib.1.30,Acer,& indomitus quò spes, quóque ira vocasset Ferre manum.
Ad aliquem vocare.Cic.4.Acad.103,Primum quidem me ad Democritum vocas,cui non assentior, potiúsque refellam. Hoc est,adducis mihi testem Democritum.
Ad altercationes vocari.Quintil.lib.6.cap.4.6.
Fata nos vocant ad bella.Virg.11.Æneid.10.
Ad calculos aliquẽ vocare:hoc est Ad ineũdã accepti & expẽsi rationẽ:quod mox dicitur Ad cõputationẽ.Liu.5.ab Vrbe,15, An si ad calculos eum Respub. vocet,non meritò dicat, Annua æra habęs,annuam operam ede? Vide Calculus.
In certamina.Virg.6.Æneid.35.
Ad computationem vocare.Plin.in Paneg.62,Nemo recentẽ & attonitã orbitatem ad cõputationem vocet,cogátque patrem quid reliquerit filius scire.Id est,ad calculum hæreditatis.
In deorum concilium.Cic.1.de Diuinat.88.
In concionem,In iudicium.Cic.4.Academ.158,Quid me igitur Luculle in inuidiam,& tanquam in concionem vocas? Idẽ pro Lege agraria,14, Lacesso vos,in concionem voco, Populo Rom.disceptatore vti volo.
In cõsilium.Cic.pro Flacco, 60, Cur autem per te inimicum paternum,in consilium vocauit?
In contẽplationem.Plin.lib.31.cap.11.1, Profectò cõueniet,nõ posse omnia genera in contemplationem vniuersam vocari.
In contentionem.Cic.pro Murena,16, Reliqui temporis spatium in contentionem vocatur:ab vtroque dissimillima ratione tractatum est.
In crimen,Accusare aliquem criminis.Cic.pro Rabirio perduel.reo,17,Hoc tu igitur in crimen vocas,quod quum is fuerit C. Rabirius, quos amentissimus fuisset si oppugnasset? Idem pro Roscio Amerino,11, Nónne & audaciam eius, qui in crimẽ vocetur,singularem ostendere,&c.Id est criminatur ab illo.
In culpam.Quintil.lib.7.cap.3.41.
In disceptationem & cõtrouersiam vocari. Cic.2.de Orat.161.
In discrimen vocare,Periculo cõmittere.Cic.7.Verr.141,Non omnes,qui tanto se scelere obstrinxerint,vt aut fidem suam corrumpi paterentur,aut iudicium corrumperent,in discrimen ac iudicium vocandi? Quintil.lib.3.cap.11.
In discrimen vocari de vita & gloria.Cicero 1.Offic.117,Itém-

que alii de vitâ, alii de gloria & benevolentia ciuium in diſcrimen vocantur.

In dubium, Dubitare. Cic. pro Deiotaro, 18, Sed cum de illo laboro, tum de multis ampliſſimis viris, quibus ſemel eſſe ignotũ à te oportet, nec beneficium tuum in dubium vocari, nec hærere in animis hominum ſolicitudinem ſempiternam.

Ad exemplar alterius vocare aliquem. Plin. in Paneg. 97, Nõ te ad exemplar eius voco, qui continuis Cõſulatibus fecerat longum quendam & ſine diſcrimine annum.

Ad exitium & vaſtitatem. Cic. 1. in Catil. 8, Templa deorũ immortalium, tecta vrbis, vitam omnium ciuium, Italiam deniq; totam, ad exitium & vaſtitatem vocas.

In inſimulationem puerorum. Cic. pro Fonteio, 14, Tamen in falſam atque iniquam probrorum inſimulationem vocabatur.

In inuidiam aliquid. Cic. 7. Verr. 103, Etiam illud prædicas licet, quòd ſupplicium more maiorum ſumpſeris, ſecurique percuſſeris, idcirco à me in crimen & inuidiam vocari. Sic Quintil. lib. 6. cap. 3. 41, I'dque ipſum accuſator in inuidiam vocaret.

Ad iudicem. Quintil. lib. 2. cap. 4. 24.

In iudicium. Cic. 3. Verr. 21, Ex ea die ad hanc diem, quæ feciſti, in iudicium voco. Idem 1. Offic. 70, P. Sulpitii eloquentiam accuſatio illuſtrauit, quum ſeditioſum & inutilẽ ciuem C. Norbanum in iudicium vocauit. Idem 5. Verr. 187, Auaritiam in crimen & in iudicium voco.

In ius vocare. Cic. pro Quintio, 41, Vadari vis promittit. in ius vocas: ſequitur. Plaut. Aſina. 9. 74, -hodie
In ius voco te. L. E. non eo. Idem Pœnulo, 18. 60, Moramini, in ius vos voco. Horat. 1. Serm. ſaty. 5. 6.

Ad libertatem ſeruos vocare, Manumittere. Liu. 4. bel. Maced. Cæterùm nomen tyranni, & facta me premunt, quòd ſeruos ad libertatem voco, quòd in agros plebem inopem deduco.

Ad literas alias. Cic. 1. de Finib. 3, Poſtremò aliquos futuros ſuſpicor, qui me ad alias literas vocent.

In locum mortui. Cic. ad Atticũ, lib. 1. 54. 7, Coſconio mortuo, ſum in eius locum inuitatus. id erat vocari in locum mortui.

In lucem è tenebris vocare obſcuram familiam. Cicero pro Deiotaro, 19, Rex enim Deiotarus veſtram familiam abiectam & obſcuram è tenebris in lucem vocauit.

In luctum. Cic. ad Atticum, lib. 3. 47. 4, Non faciam vt enumerem miſerias omnes in quas incidi per ſummam iniuriã & ſcelus non tam inimicorum meorum quàm inuidorum, ne & meũ mœrorem exagitem, & te in eundem luctum vocem.

In medium. Cic. pro Cluentio, 61, Incenſi ſuſpicione rẽ in medium vocare cœperunt, & cauſam illam totam depoſcere.

In odium. Cic. 1. Off. 111, Nec verò in criminibus falſis in odiũ aut inuidiam quenquam vocabit. Idem 1. de Lege agraria, 1, Nomen imperii in commune odium orbis terræ vocabatur. Id eſt erat odio.

Extra ordinẽ. Ci. 5. Ver. 8, Hic quũ venit, extra ordinẽ vocatur.

In partem, Vt partem alicuius rei quis accipiat. Cic. pro Cecina, 9, M. Fulcinius adoleſcens mortuus eſt: hæredem P. Ceſennĩ fecit: vxori grande pondus argenti, matrique partem bonorum maiorem legauit. Itáque in partem mulieres vocatæ ſunt.

In partem curarum. Tacitus lib. 1, Se in partem curarũ ab illo vocatum, experiendo didiciſſe, &c.

In periculum vocare. Plinius epiſt. 317, Multi enim omnis ætatis, omnis ordinis vtriuſque ſexus, etiam vocãtur in periculum, & vocabuntur.

In periculum ac diſcrimen. Cic. pro Lege Manil. 7, Quid quòd ſalus ſociorum ſummum in periculum ac diſcrimen vocatur?

Ad pileum, Vide Pileus.

Ad probationem. Quintil. lib. 6. cap. 4. 6, Itaq; videas plerunq; iudiciis priuatis ad altercationes vocari, alios ad probationem.

Ad procurationem rei alicuius vocari ſermone plebis. Cic. ad Atticum, lib. 4. 70. 8, Et ad eius procurationem ſermone non ſolùm plebis, verùm etiam bonorum Pompeius vocaretur.

In longum ſermonem. Cic. 1. de Legibus, 18.

In ſpem. Cic. ad Atticum, libro 3. 55. 11, Hæc niſi vides expediri, quam in ſpem me vocas?

In ſuſpicionem. Cic. 7. Verr. 8, Leonidæ cuiuſdam Siculi familia in ſuſpicionẽ vocata eſt coniurationis. Idem pro Cluentio, 144, Noua credo res obiecta, noui quidam homines in ſuſpicionem vocati ſunt. Sic pro Rabirio perduel. reo. 4, Ipſe verò Rabirius non modò in iudicium horum criminum, ſed ne in tenuiſſimam quidem ſuſpicionem verbo eſt vnquam vocatus.

Ad teſtimonium. Varro lib. 1. de Re ruſt. cap. 4. 4, Sed quid ego illum voco ad teſtimonium?

Ad verbum. Cic. pro Cecinna, 59, Tu me ad verbum vocas, nõ antè venio quàm recuſaro.

Ad vitam, Iubere aliquem bono eſſe animo ne deſperet, & ſibi manus afferat. Cicero Attico, lib. 3. 47. 3, Quod me ad vitam vocas, vnum efficis, vt à me manus abſtineam.

In vota vocare, Inuocare. Virgil. 5. Æneid. 47,
Tum rapidus iandudum arcu contenta parato
Tela tenens, fratrem Eurytion in vota vocauit. Idem 7. Æne. 95, Hæc vbi dicta dedit, diuóſque in vota vocauit.

Ad vtilitatem vocare. Cic. 1. de Orature, 180.

¶ Vocare aliquem, Nomen imponere. Plaut. Aſina. 11. 61, Quo nos vocabis nomine? A B. libertos. Idẽ Aulul. 26. 49, Ego vocor Lyconides. Sic Menæch. 1. 42, Eſt eodem vocatus nomine.

Haberi & vocari. Cic. 3. de Orat. 75, Sed vt ad Græcos referam orationem, ſeptem fuiſſe dicuntur vno tempore, qui ſapientes & haberentur & vocarentur.

¶ Vocare pudicam tanti. Iuuenalis Satyra 6. 14, Bis quingenta dedit, tanti vocat ille pudicam. Senſus eſt, Ceſenniam maritus vocat pudicam, non quidem propterea quòd pudica ſit, ſed quòd ei Ceſennia dotis nomine bis quingenta dederit. Dixerat enim, Optima ſed quare Ceſennia teſte marito? Mox reſpondet, Bis quingenta, &c.

¶ Vocare crudelem. Virgil. eclog. 5. 5, Atque deos, atque aſtra vocat crudelia mater.

Vocãtus, pen. prod. Participium. vt Vocatus atque non vocatus audit. Horat. 2. Carm. ode 18. 8.
Tenuit mora nulla vocatos. Ouid. 1. Metam. 34.
Venit ad exiguas turba vocata dapes. Ouid. 2. Faſt. 73.
Ad pocula vocatus. Ouid. 14. Metam. 60.
Vocata eſt opera. Plaut. Sticho, 8. 18,
Cœnabis apud me, quoniam ſaluos aduenis.
E. Vocata eſt opera. C. num quidem hoc tibi tam graue eſt?
Promitte. Hoc eſt rogauit me aliquis vt negotiũ aliquod tranſigerem pro eo.

Vocãtus, huius vocãtus, pen. prod. Virgil. 12. Æneid. 19,
-nunc ô nunquam fruſtrata vocatus
Haſta meos, &c. Vbi Seruius, Vocatus, id eſt inuocationes & preces. Nã appellatio eſt à verbo, quæ ſemper aut in io exit, aut in us. Id eſt nomen verbale. Cic. 3. de Orat. 1, Mane Idibus Septẽbris, & ille, & Senatus frequens vocatu Druſi in Curiam venit.

Vocãtor, pen. prod. vocatõris. Vocatores dicti ſunt quibus datum eſt inuitãdi negotium, ſiue qui ipſi vocant ad cœnas. Plin. lib. 35. cap. 10. 13, Inuitatus, ad regis cœnam venit. Indignantique Ptolemæo, & vocatores ſuos oſtendenti, vt diceret à quo eorum inuitatus eſſet, arrepto carbone extincto è foculo, imaginem in pariete deliniauit.

Vocatiuus, pen. prod. Adiectiuum, à Grammaticis fictum, à quibus Vocatiuus caſus dicitur, quòd per eum vocemus.

Vocatiuè, Aduerbium, apud Gellium lib. 13. cap. 21, Vocatiuè dicit. Id eſt per vocatiuum.

Vocãbulum, vocãbuli, pen. corr. Eſt id quo res ſingulæ nominantur & vocantur, aut voce efferuntur. Terent. Eunucho, 2. 2. 33,
Tanquam philoſophorum habent diſciplinæ ex ipſis
Vocabula. Plin. lib. 13. ca. 25. 1, Alga herbarũ magis vocabulum intelligitur. Idem libro 3. cap. 1. 13, Vocabula oppidorum. Et lib. 2. cap. 5. 1, Quem Græci noſtrique eodẽ vocabulo æra appellant. Plin. iunior epiſt. 14. lib. 2, Neque enim alio vocabulo poteſt exprimi. Quintil. lib. 9. ca. 1, Mutatur vocabulis vis rerum.

Chaldæi non ex artis, ſed ex gentis vocabulo nominati. Cicero 1. de Diuinat. 4.

Nomen & vocabulum. Cic. 3. de Orat. 87, Nam ſi res ſuũ nomen & proprium vocabulum non habet.

Magiſtratuum vocabula. Tacit. lib. 1, Domi res tranquillæ, eadem magiſtratuum vocabula.

Cognata vocabula. Horat. 2. Serm. ſaty. 3. 56.

Incognita nobis vocabula, Vide Incognitus.

Media vocabula, Vide Medius.

Proprium & certum vocabulum. Cic. 1. de Inuent. 51, Nomen eſt, quod vnicuique perſonæ datur, quo ſuo quæque proprio, & certo vocabulo appellatur.

Speciosa vocabula rerum. Horat. 2. epiſt. 124.

Vulgaria, & fortè occurrẽtia vocabula. Quintil. li. 1. ca. 1. 15, Nehãe operã in vocabulis vulgaribus & forte occurrentib' perdat.

Conſtruere rerum vocabula. Vide Conſtruo.

Dare vocabula terris. Silius lib. 5. 3.

Rebus nũ cõmutatis immutare vocabula. Cic. 1. de Legib. 55.

Imponere vocabulum alicui, Vide Impono.

Tribuere vocabula monti. Ouid. 14. Metam. 114.

¶ Vocabulum, pro Nomine ſubſtantiuo accipit Gellius lib. 1. cap. 16, Apertè oſtẽdit mille & vocabulũ eſſe, & ſingulari numero dici. Idẽ lib. 3. ca. 11, A vocabulis, nõ à verbis inclinata ſunt. Ibidem, cap. 19, vocat vocabulum nomen partis. Idem lib. 4. cap. 1, de generibus & caſibus vocabulorum differens.

Vocámen,pen.prod.vocáminis.Lucret.lib.2.131,
-& Bacchi nomine abuti
Mauult,quàm laticis proprium proferre vocamen.
Vócito,vócitas,pen.corr.vocitáre,Frequentatiuum.Plaut.Capt.18.
7,Prægnium vocitatus est. Cic.1.de Nat. deor.151, Quas nostri
septem soliti vocitare triones.Ex poeta. Plinius lib.21.cap.6.4,
Quinimo Asaron iuuenis vocitari, quoniam in coronas nō ad-
datur. Colum.lib.3.cap.2.13,Neque purpureæ,neque nigræ,ab
heluo (ni fallor) colore vocitatæ. Cic.pro Rabirio Posthumo,
14,Accepimus Demetrium & ex Repub.Athenis,quam optimè
digessérat, & ex doctrina nobilem & clarum,qui Phalereus vo-
citatus est,in eodem isto Ægypti regno,aspide ad corpus admo-
ta,vita esse priuatum.

V P

Upilio,vpiliónis,m.g.positum est à Virgilio,pro Opilione,cau-
sa metri,ecloga 10.4,Venit & vpilio,tardi venere bubulci.
Upupa,vpupæ,pen.cor.Auis,cristis à capite exeuntibus galea-
ta,in fimo semper degens.Plin.lib.10.cap.29.10,Mutat & vpupa
vt tradit Æschylus poeta,obscœna aliàs pastu auis,crista visenda
plicatili,contrahens eá,subrigénsque per longitudinem capitis.
¶Vpupa,pro Meretrice.Plautus Capt. 19.7,Itidem huc mihi
aduenienti vpupa quæ me delectet,data est.

V R

VRANIA,Vrániæ: vel Vránie,Vránies,pen.corr.Vna ex Musis,&
apud nos Cælestis dicitur.Ouidius 5.Fastorū,11, Excipit Vranie,
fecere silentia cunctæ. οὐρανὸς enim cælum dicitur,quòd viros e-
ruditos in cælum tollit. Vranos verò dicitur quasi oranos (vt ait
Ambrosius libro Hexaemeron.)ab ὁράω,quòd sit visui peruiū &
minimè dēsum,vt est aqua & terra. Catul.in Epihal.Iuliæ,56.1,
Collis ô Heliconii
Cultor,Vraniæ genus. Cic.1.de Diuinat.49,Sed quo potius vtar
aut authore,aut teste,quàm te cuius edidici etiam versus,& lu-
benter quidem,quos in Consulatu Vrania Musa pronuntiat.
Urano'scopos,pen.cor.Pisces qui & callionymus dicitur.Plin.
lib.32.cap.7.53,Idem pisces & vranoscopos vocatur ab oculo quē
in capite habet.
VRANVS,pe.cor.authore Bocatio lib.3.cap.13,pater Saturni:alio
nomine Cælum vel Cælus,cui Saturnus filius amputauit virilia.
Urbanatim, urbane, urbanitas, urbanus, Vide **Urbs**.
Urbina,vrbinæ,pen.prod.Teli genus.Plaut.Bacchid.19.46,Si ti-
bi est machæra,& nobis vrbina est domi.Fulgētius legit hoc lo-
co verruná,& interpretatur iaculi genus,quod verutum vocant.
VRBINVM,pen.prod.Italiæ oppidum in Vmbria,à quo
Vrbinátes Plinio lib.3.cap.14.
Urbs,vrbis,f.g. Oppidum muro cinctum.Dicta ab Vruo, aratri
curuatura: quòd antiqui iunctis bobus tauro & vacca, Hetrusco
ritu,in condendis vrbibus, interiore aratro circumagebant sul-
cum,intra quem vrbem ædificarent.Hoc faciebāt religionis cau
sa die auspicato,vt vrbs fossa muróque munita esset:& locū vn-
de terram fodissent,fossam vocabant.Virgil.2.Georg.Apta dies
legitur qua mœnia signet aratro. Plaut.Trucul.1.2,
Tres vnam pereunt adolescentes mulierem,
Rure vnus,alter vrbe. Virgil.1.Æneid.4,
Vrbs antiqua fuit,Tyrii tenuere coloni,
Carthago. Cic.1.de Repub.7,Quam quum locis manúque se-
pssissent,eiusmodi coniunctionem tectorum,oppidum, vel vrbē
appellarunt,delubris distinctam, spatiisq; communibus. Omnis
ergo populus,qui est talis cœtus multitudinis,qualem exposui,ci
uitas est.Ille vrbem à ciuitate claris verbis distinxit Cicero. Idē
pro Sestio,79,Tum domicilia cōiuncta,quas vrbes dicimus, in-
uento & diuino iure & humano mœnibus sepserunt.
Vrbs propriè dicta est Roma,per antonomasiam,quum cæte-
ra dicantur oppida:vt testatur Quintilianus lib.8.cap.2. Marcel-
lus de Verb.signif.L.Alphenus,Vrbem Alphenus ait esse Romā
qua muro cingeretur.
Genitor vrbis Quirinus.Ouid.15.Metam.137.
Vrbs, pro Ciuitate ipsa aliquando ponitur, id est pro ciuibus
qui in vrbe degunt.Virgil.2.Æneid.53, Inuadūt vrbem somno,
vinóque sepultam. Per metonymiam dictum, vt ait Quintilia-
nus lib.8.cap.6.
Casus vrbis,Ruina.Virgil.2.Æneid.102.
Conditores vrbium.Quintil.lib.1.cap.16.6.
Incrementum vrbis,Vide Incrementum in **Incresco**.
Intima pars vrbis.Vide Intimus in **Intra**.
Ad vrbem,Vide **Ad** præpositionem.
Accessus ad vrbem,Vide **Accedo**.
¶Amplissima atque ornatissima vrbs.Cic.2.de Lege agra.76.
Ancipiti discordes vrbe Tribuni.Lucanus lib.1.55.
Antiqua vrbs.Virgil.1.Æneid.4.
Arcta ciuibus vrbs,Plena ciuibus.Stat.11.Thebaid.55.
Beatæ vrbes,Diuites.Catul.ad Lesbiam,48.4.
Celsa vrbs.Virgil.3.Æneid.59.
Clara.Catul.ad seipsum,43.2. Egregia.Virgil.1.Georg.51.
Famosa vrbs.Tacitus lib.21,Sed quia famosæ vrbis supremum
diem tradituri sumus, congruens videtur primordia eius aperi-
re.Famosæ vrbis,hoc est celebris.De Hierosolymis loquitur.
Florentissima vrbs.Cic.2.in Catilinam,47.
Frequens populis vrbs.Lucanus lib.2.102.
Grauis vrbs armis opibúsque.Stat.11.Thebaid.55.
Infestæ vrbes imperio.Cic.3.in Catil.92.Vide **Ornō**,ornas.
Infima vrbs.Liu. 4.ab Vrbe,156, Ad quem tumultum obstu-
pefacti qui aduersus Fabium vrbem infimām tuebantur,locum
dedere scalas admonendi.
Vrbs lymphata erroribus.Statius 10.Thebaid.111.
Magna.Virgil.4.Æne.35. Misera.Horat.4.Car.ode 15.4.
Mœsta vrbs attonitáque.Iuuenalis Satyra 11.10.
Nobilis vrbs situ,Vide **Nobilis**.
Nuda vrbs præsidio,Vide **Nudus**.
Opportunissima vrbs portu,Vide **Opportunus**.
Opulentissima vrbs.Catullus in Iulium,27.5.
Pauida vrbs.Virgil.9.Æneid.95.
Pulcherrima,florentissima,potētissima vrbs.Cic.2.in Cat.47.
In summis vrbibus.Catullus Argonaut. 59.2.
Trepida vrbs.Lucanus lib.2.32.
Turbida vrbs.Valerius 3.Argonaut.23.
Vacua vrbs.Valerius 3.Argonaut.62.
¶Abire vrbe,vel domo,Vide **Abeo**.
Abesse vrbe,vel domo,&c.Vide **Absum**.
Accipere vrbem,Vide **Accipio**.
Adiungere vrbem aliquam in societatem,Vide **Adiungo**.
Æquare vrbes sōlo,Vide Æquo.æquas in **Æquus**.
Afflicta vrbs pestilentia,Vide **Affligo**.
Perdomitas vrbes agitare.Lucan.lib.2.128.
Armata vrbs.Lucan.lib.2.114.
Assurgit vrbs monte,Vide **Assurgo**.
Concussæ cadunt vrbes.Lucret.lib.5.249.
Capessere vrbem,Vide Capesso in **Capio**.
Capere vrbem.Virgil.2.Æneid.102,
Vrbis vbi captæ casum,conuulsáque vidit
Limina tectorum,& medium in penetralibus hostem.
Cedere vrbe,Vide **Cedo**.
Cingere vrbem,Vide **Cingo**.
Cingere vrbes muris.Senec.Octau.7.6.
Cingitur vrbs obsidione.Virg.3.Æneid.11.
Circumuasit vrbem terror,Vide **Circumuado**.
Colere vrbem,Vide **Colo**.
Componere vrbem,Vide **Compono**.
Concussa vrbs.Virg.4.Æneid.133, -it clamor ad alta
Atria: concussam bacchatur fama per vrbem.
Nouam vrbem condere.Virg.1.Æneid.106.
Conuenire ad vrbem aliquam,Vide **Conuenio**.
Defendere vrbem à vastatione,Vide **Defendo**.
Domitæ vrbes.Virgil.3.Georg.6.
Emendare vrbes iudiciis.Quintil.in Procem.lib.1.8.
Euertere vrbes.Quintil.lib.5.cap.11.7,Si propter matrimonia
violata vrbes euersæ sunt,quid fieri adultero par est? Iuuenal.
Satyra 11.1.
Feras vrbes excire.Lucan.lib.2.10.
Exedere vrbem nefandis odiis. Virg.5.Æneid.158.
Pulchram vrbem extruere.Virg.4.Æneid.13.
Vicinæ vrbes inter se arma ferunt.Virg.1.Georg.102.
Vrbes lætæ florent pueris.Lucret.lib.2.51.
Fundare vrbē legib⁹.Virg.6.Æn.163. Quintil.in Procē.li.1.8.
Implere vrbem nomine alicuius,pro Spargere famam alicu-
ius per vrbem.Horat.Epod.17.13.
Incedere ad vrbem,Vide **Incedo**.
Incensa vrbs.Virgil.2.Æneid.66.
Intercurrūt,cingúntq; has vrbes tetrarchiæ.Vide **Intercurro**
Interseptre vrbem vallo,Vide **Interscpio**.
Introire ad vrbem,Vide **Introco**.
Inuadere vrbem somno & vino sepultam.Virg.2.Æneid.53.
Inuadere in vrbes vi,Vide **Inuado**.
Inuisere vrbes.Virgil.1.Georg.5.
Securas vrbes irrumpere.Claud.2.in Eutropium,55.
Lacerare vrbes.Lucan.lib.10.9.
Lustrare vrbem,Vide **Lustrum**.
Mittere in seruitutem vrbes,Vide **Mitto**.
Penetrare in vrbem,Vide **Penetro**.
Petere vrbem excidiis.Virg.2.Georg.102.
Ponere vrbem.Virg.4.Æneid.43.

Premere vrbem ingenti obsidione. Virgil. 8. Æneid. 150.
Ægris vrbibus viuus redit calor. Claud. de bello Getico, 83.
Placidas vrbes in pace regebat. Virgil. 7. Æneid. 10.
Regere consiliis vrbes. Quintil. in Proœm. lib. 1. 8.
Reserare vrbem, & pandere portas. Virgil. 11. Æneid. 117.
Sepultæ vrbi. Tacitus lib. 19, Cæterùm assidere sepultæ vrbis ruinis, noxia tabo humus haud permisit. Sepultam vrbem vocant, excisam.
Spoliare vrbes populit. Stat. 4. Thebaid. 8.
Præclaram vrbem statuere. Virgil. 4. Æneid. 131.
Sternere vrbes admotis machinis. Seneca Thyeste, 4. 11.
Transcribunt vrbi matres, Vide Transcribo.
Viduare vrbem ciuibus. Virgil. 8. Æneid. 115.
Victæ vrbes. Horat. 4. Carm. ode 15. 1.

Vrbícula, vrbículæ, pen. corr. Diminutiuum, Parua vrbs.

Vrbícus, pen. corr. Adiectiuũ, Quod ad vrbem pertinet. Gellius lib. 15. cap. 1, Siquid autem posset remedii fore, vt ne tam assidue domus Romæ arderent, vænum hercle dedissem res rusticas, & vrbicas emisissem. Sueto. in Augusto, Vt feraciorem, habiliorémque annonæ vrbicæ redderet. Ibidem, cap. 46, Excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus vrbicis decuriones colonici in sua quisque colonia ferrent. Martia. lib. 11. 1, Quæ absoluenda non esset inter illas quoque occupationes vrbicas. Idem lib. 1. 115, Optimus vrbicus poeta.

Vrbânus, pe. pr. Aliud adiect. Idé significat quod vrbicus: aut cum qui in vrbe habitat: cui Rusticus opponitur. Plau. Casina, 3. 11, Id curas, atq; vrbanis rebus te abstines? Idem Merc. 15. 15, Vrbani fiũt rustici: Cic. 2. de Fin. 113, Quam omnes vrbani, rustici, omnes inquam qui Latinè loquuntur, voluptatem vocant.

Arbor vrbana, cui Syluestris opponitur. Plinius lib. 16. cap. 19. 1, Sunt enim arborum quædam omnino syluestres, quædam vrbaniores, quas his placet nominibus distinguere. Ergo mites, quæ fructu, aut aliqua dote vmbrarúmve officio humanius iuuant, non improbè dicantur vrbanæ.

Excubiæ vrbanæ. Tacitus lib. 1.

Familia vrbana. Pomponius de Verborum significatione, L. Vrbana familia & rustica non loco, sed genere distinguitur. Potest enim aliquis dispensator non esse vrbanorum seruorum numero, veluti is qui rusticarum rerum rationes dispenset, ibique habitet, & non multum absit à villico.

Mus vrbanus. Horat. 2. Serm. saty. 6. 16.

Otium vrbanũ. Cic. Cassio, lib. 12. 1. 1, Manabat enim illud malum vrbanum, & ita corroborabatur quotidie, vt ego quidem & vrbi, & otio diffiderem vrbano.

Prædia vrbana. Vlpianus de Verborũ significatione, L. Vrbana prædia omnia ædificia accipimus, nõ solùm ea quæ sunt in oppidis, sed & si forte stabula sunt, vel alia meritoria in villis, & in vicis, vel si Prætoria, voluptati tantùm deseruientia: quia vrbanum prædiũ non locus facit, sed materia. Proinde hortos quoque, siqui sunt in ædificiis constituti, dicendũ est in vrbanorum appellatione contineri. Planè si plurium horti in reditu sunt (vinearii forte, vel etiam olitorii) magis hæc non sunt vrbana.

Rebus vrbanis abstinere, Vide Abstineo.

Serui vrbani. Paulus De legatis, L. Seruo, Vrbani serui intelligẽdi sunt, quos paterfamiliãs inter vrbanos adnumerare solitus sit, quod maximè ex libellis familiæ, itẽ cibariis deprehẽdi poterit.

Vita vrbana, cui opponitur Rustica. Terent. Adelp. 1. 1. 17, Ego hanc clementem vitam, vrbanam, atque otium secutus sum.

Vitæ vrbanæ commoda. Ouid. 1. de Ponto, eleg. 9. 6.

¶ Vrbanus, Cultus, disertus, facetus: hoc est qui in verbis & sono & vsu propriũ quendã præ se fert vrbis gestum, & sumptã ex cõuersatione doctorũ tacitam eruditionem. Plaut. Trucul. 13. 10,
Nunc ego istos mundulos, vrbanos, amasios
Hoc ictu exponam. Cic. pro Domo sua, 71, Et homo facetus inducis etiam sermonem vrbanum ac venustum. Quintil. lib. 8. cap. 3, Fauorem, & vrbanũ Cicero nouæ credit. Cic. ad Appium, lib. 3. 8. 7, Primum te hominem non solùm sapientem, verum etiam (vt nunc loquimur) vrbanum.

Comis & vrbanus. Horat. 1. Serm. saty. 10. 13.

Homo lautus & vrbanus. Cic. 3. Verr. 11.

Frons vrbana. Horat. 2. epist. 9. 3.

Vrbánitas, pen. cor. vrbanitâtis, f. g. Quintil. lib. 6. cap. 3. 74, Nã meo quidem iudicio, illa est vrbanitas, in qua nihil absonũ, nihil agreste, nihil inconditum, nihil peregrinum, neque sensu, neque verbis, neque ore, gestúve possit deprehendi: vt non tam sit in singulis dictis, quàm in toto colore dicendi, qualis apud Græcos atticismos ille redolens Athenarum proprium saporem. Cic. 1. de Finib. 11, Et sunt illius scripta leniora, vt vrbanitas summa appareat, doctrina mediocris. Sic ibidem, lib. 2. 165.

Conuitium & Vrbanitas, contraria. Cic. pro Cælio, 4, Maledicto autẽ nihil libet proposíti præter contumeliam: quæ si petulantius iactatur, conuitium: si facetius, vrbanitas nominatur.

Mira vrbanitas Quintil. lib. 6. cap. 3. 3.

Opportuna vrbanitas. Quintil. lib. 4. cap. 1. 39, Vrbanitas opportuna refecit animos.

Oratoria vrbanitas. Quintil. lib. 6. cap. 3. 9.

Vetus vrbanitas. Cic. Quinto fratri, lib. 1. 11. 4, Aliquando subtilitatẽ veteris vrbanitatis & humanissimi sermonis attingerem.

Vir nostrorum hominum vrbanitate limatus. Cicero 1. de Natura deorum, 107.

Incurrere in hominũ facetosam vrbanitatẽ, Vide Incurro.

Desyderium vrbanitatis deponere. Cic. Trebatio, lib. 7. 6. 1, Tu modò ineptias istas & desyderia vrbis & vrbanitatis depone.

Vrbáne, pen. prod. Aduerbium, Facetè. Cic. 1. de Finib. 60, Vt è patre audiebam, facetè & vrbanè Stoicos arridente.

Elabi vrbanius. Quintil. lib. 1. ca. 11. 2, Nec sanè potuit vrbanius ex confessione insciti æ suæ elabi.

Vrbanâtim. pen. prod. Aliud aduerbiũ, Modestè & eleganter. Pomponius Aleonibus, Ego rusticatim tangã, vrbanatim nescio. Hoc est more eorum qui vrbes habitant. Nonius.

VRCEI, Vrbs Tarraconensis Hispaniæ, Ptolemæo libro 2. cap. 6. Hodie Aquilé.

Vrceus, pen. corr. m. g. Vas quo aqua in vnam vel ahenum infunditur, authore Paulo Iureconsulto. Plau. Mil. 11, 18, Neq; equidem heminas octo exprompsi in vrceũ. Cato cap. 13. 1, Vrceum vnum æneum quod capiat quadrantalia quinque.

Vrcei aquarii. Cato ca. 10. 1, Vncos ferreos tres, vrceos aquarios tres, infúdibula duo. Sic cap. 11. 2, vbi & Vrceos mustarios vocat.

Vrcei fictiles. Cato ca. 13. 2, Spongias duas, vrceos fictiles vrinales duos. Colum. lib. 12. cap. 21. 2, Sal autem quàm candidissimus conijcitur in vrceo fictili sine pice, qui vrceus quum recipit salem, diligenter totus oblinitur luto paleato. De vrceo fictili tale est epigramma apud Martialem lib. 14. 111,
Hic tibi donatur panda ruber vrceus ansa,
Stoicus hoc gelidam Fronto petebat aquam.

Vrcéolus, vrcéoli, pen. cor. Diminut. Colum. lib. 12. cap. 16. 4, Eodem tempore sorba manu lecta curiosè in vrceolos picatos adiicito.

De vrceolis ministratoriis, Hoc est quibus aqua ad lotionẽ manum ministrabatur, eiusmodi extat epigramma apud Martialem lib. 14. 110,
Frigida non defit, non decrit calda petenti,
Sed tu morosa ludere parce siti. Iuuen. Saty. 3. 21,
vrceoli sex, Ornamentum abaci.

Vrceolâris, pe. prod. Adiect. Vnde vrceolaris herba dicitur quòd sit lauandis vrceolis idonea sua asperitate, quæ aliàs perdicium dicitur. Plin. lib. 22. cap. 17. 1, Perdicium siue parthenium, à nostris herba vrceolâris vocatur, ab aliis astericum, folio simili ocimo nigrior tantùm, nascens in tegulis parietinisque.

Vredo, pen. prod. vrédinis, f. g. Morbus herbarum, fruticum, arborúmque, qui in vitibus etiam carbunculos dicitur, & in exteris rubigo, pisa, plantas, arboréque adurens. Cic. 3. de Nat. deorum, 114, Nec si vredo aut grando quippiã nocuit, id Ioui animaduertendũ fuit. Colum. lib. 3. cap. 20. 1, Seu frigidus & pruinosus, quòd non est patiens vredinis.

¶ Vredo, Incẽdiũ ac pruritus. Plin. de vrtica pisce, Hæc tactio vredinẽ excitat. Idem lib. 9. cap. 45. 1, Tacta vredinem mittit.

Vretereo, penult. prod. Græcis dicuntur à renibus singulæ venæ colore albæ, quæ ad vesicã ferũtur, quòd per eas inde descendentẽ vrinam in vesicã destillare concipiunt. Celsus lib. 4. cap. 1.

Urgeo, vrges, vrsi, vrsum, vrgêre, pen. prod. Cogere, premere, impellere. Virg. 3. Georg. 105, -oculos stupor vrget inertes. Idem, 3. Georg. 45,
Versáque in obnixos vrgentur cornua vasto
Cum gemitu. Cic. in Hortensio, Itaque nunc Democriti manẽ vrgebatur. Est enim non magna. Plaut. Pœnulo, 14. 34, At vrget onus. Cic. ad Attic. lib. 8. 145. 4, Et ne is quidem locus stabilis: sed ex eo, ipsi si vrgeamur, paretur fuga.

¶ Vrgere, Infestare & exercere. Celsus, Desieruntque vrgere cibi fastidium & potionis desyderium. Sic idem alibi identidem de morbis acutis. Idem lib. 7. cap. 17, Vigilia vrget, & vis corporis minuitur. Cic. pro Rabirio Posthumo, 1, Satis est homines imprudentia lapsos non erigere: vrgere verò iacentes, aut præcipitantes impellere, certè est inhumanum. Idem ad Q. fratrem, lib. 3. 24. 8, Illud neque vrsi, neque leuatio testis vehemens fui, præterea quieui. Budæus.

Instare, vrgere, insectari. Cic. pro Plancio, 38, Etiã atque etiam instо atque vrgeo, insector, posco atque adeò flagito crimen.

¶ Angustiis vrgeri. Cic. de Fato, 50, Hi enim vrgentur angustiis, illorum ratio soluta ac libera est.

Assultibus variis vrgere aliquem. Virg. 5. Æneid. 89.

Connitio aliquorum vrgeri.Cicero 4.Acad.114,Vrgebor iam omnium vestrum conuitio.

Cululli vrgere aliquem.Horat.de Arte,83,

Reges dicuntur multis vrgere cululli,
Et torquere mero,quem perspexisse laborent
An sit amicitia dignus.

Curis multis vndique vrgeris.Lucret.lib.3.214.

Dolore graui vrgentur.Celsus lib.3.cap.1.11.

Exilio vrgeri.Cic.ad Atticum,lib.10.103.3.Soleo mirari de nescio quas 11s.x x.quum audio ex illo se vrgeri.

Fame,ferróque vrgeri.Liuius 6.bel.Pun.34,Nam quum fame ferróque vrgerentur:nec spes vlla superesset:iis qui nati in spem honorum erant,honores detrectantibus,&c.

Febres magnæ vrgent.Celsus lib.7.cap.26.

Fortuna vrget miseros tenaciter.Ouid.epist.3.9.

Hortatibus vrgere aliquem.Valerius 3.Argonaut.110.

Ab hoste magno vrgeri.Valerius 8.Argonaut.86.

Iussis ingentibus vrgere.Virgil.7.Æneid.49.

Laboribus vrgere famulas.Ouid.4.Metam.7.

Literis vrgeri.Asinius Pollio ad Ciceronem,lib.10.32.11,Nec verò minus Lepidus vrsit me & suis & Antonii literis,vt legionẽ tricesimam mitterem sibi.

Malis omnibus vrgeri.Cic.5.Tuscul.35.

Dominus non lenis vrget mentem.Horat.1.Serm.saty.7.19.

Mœrore vrgeri.Cic.ad Atticum,lib.11.210.3,Quanto mœrore vrgear,profectò vides.

Mole vrgetur corpus.Virgil.3.Æneid.116.

Morbo vrgeri.Cic.de Fato,17,Vt in eo qui morifero morbo vrgeatur,verum sit,Hic morietur hoc morbo.

Nox vrget diem,& dies noctem.Horat.Epod.17.5.

Onus vrget.Ouidius 4.Fastorum,103.

Periculum vrget.Plinius lib.28.cap.1.2,Quin omnem insumemus operam,licet fastidii periculum vrgeat.

Solicitudine vrgeri.Cicero ad Atticũ,lib.6.116.4,Solicitudine prouinciæ tamen vel maximè vrgebamur.

Somnus vrget.Cic.ad Atticũ,lib.11.237.2,Sed neq; hæc digna longioribus literis,nec erat quid scriberem,& somnus vrgebat.

Tempus vrget moriendi.Cic.1.Tuscul.165.

¶Vrgere,Insistere. Lucilius,Cæde hostium,gnato vrgere restant,perimus. Quadrigarius in Annalibus,lib.4,Sed circiter horas duas graui prælio vrserunt,deinde in fugã sunt conjecti. Cic.5.de Finib.138,Non pugnem cum homine,cur tantum habeat natura boni: illud vrgeam, non intelligere eum quid sibi dicendum,quum dolorem summum malum esse dixerit. Ibidem,lib.4.124,Vrgent tamen,& nihil remittunt.

Altum vrgere.Horat.2.Carm.ode 10.1,

Rectius viues Licini,neque altum
Semper vrgendo,neque dum procellas
Cautus horrescis,nimium premendo
Littus iniquum.

In aliquo opere noctes & dies vrgeri.Cic.1.de Oratore,136.

Diutius vrgere.Cic.1.de Natura deorũ,134,An quicquam tam puerile dici potest(vt eundem locum diutius vrgeam)&c.

Acrius vrgere.Horat.1.Serm.saty.1.3.

Ius Crassus,æquitatem Antonius vrgebat. Cic.3. Offic.88, Ius Crassus vrgebat,quod vitii venditor non dixisset sciens,id oportere præstari. Æquitatem Antonius,quoniam id vitium ignotũ Sergio non fuisset,qui illas ædes vendidisset.

Occasionem vrgere.Cic.ad Trebatiũ,lib.7.8.4,Quin tu vrges istam occasionem & facultatẽ, qua melior nũquam reperietur?

Propositum vrgere.Horat.2.Serm.saty.7.2,

Pars hominum vitiis gaudet constanter,& vrget
Propositum.Hoc est,persequitur illud propositum suum,& pergit in eo.

Vrgere aliquem de.Cic.ad Q.fratrẽ,lib.1.6.3,De ædificatione tua Cyrum vrgere non cesso.

Sin tibi id minus libebit,non te vrgebo. Cic.1.de Orat.10.

Iratis precibus vrgere aliquem.Horat.1.Serm.saty.6.6.

Male administratæ prouinciæ vrgeri.Tacitus lib.5,Quia malè administratæ prouinciæ,aliorúmque criminũ vrgebatur. Græcorum imitatione dictum est,ceu Liuianum illud lib.1.Decad.5, Senatus nec liberauit eius culpæ regem,nec arguit.

¶Vrgere,Tegere.Virgil.2.Georg.71,

Qui saxo super,atque ingenti pondere testæ Vrgerent.

¶Vrgere,Accelerare.Virgil.9.Æneid.98,

-tibi quam noctes festina,diésque Vrgebam.

Iter vrgere,Festinanter ire.Ouid.6.Fast.104.

Vrgens,vrgentis,Participium.Virgil.1.Georgic.30,

-labor omnia vincit
Improbus,& duris vrgens in rebus egestas. Cic.3.Tusc.103,Est enim nulla alia,nisi opinio & iudicium magni præsentis atque vrgentis mali. Plin.lib.7.cap.45.2,Vrgente hostium manu.

Onus aut iam vrgentis,aut certè aduentantis senectutis.Cicero de Senectute,2.

Fato vrgenti incumbere.Virgil.2.Æneid.131.

Urí,vrorũ,Qui & bubali dicuntur à nonnullis,hoc est boues syluestres.Plinius lib.8.ca.15.1,Pauciſſima animalia Scythia gignit inopia fruticum: pauca contermina illi Germaniæ:insignia tamen boum ferorum genera,iubatos bisontes, excellentiqi & vi & velocitate vros,quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit,quum id gignat Africa, vituli potius, ceruive quadam similitudine. Virgil.3.Georg.107,

Quæsitas ad sacra boues Iunonis:& vris
Imparibus ductos alta ad donaria curras.

Urica,úricæ,pen. corr.Satorum vitium ab vstione. Plin.lib.18. cap.17.5,Commune autem omnium satorum vitium urica.

Urígo,pen.prod.vrìginis,f.g.pro Vredine,& quæ ex causticæ vi medicamenti alicui parti admoti prouenit.Plin.lib.20.cap. 12.3, At in magna duritia sine fico impositum:vel si vehementior vrigo timeatur,per duplices pannos.

Urina,vrinæ,pen.prod.A Græco οὖρον meio. A quo οὖρα,vrinam dicunt Latini. Est autem humor qui ex renibus vesicáque profunditur. Columella libro 1.cap.15, Aptior est tamen surculis, hominis vrina, quam sex mensibus passus fueris veterascere. Cicero de Fato,8,Vt in simul ægrotãtibus fratribus,vt in vrina, vt in vnguibus.

Incontinentia vrinæ,Vide **Incontinens.**

Iter vrinæ.Celsus lib.4.cap.1,Tum in masculis iter vrinæ spatiosius & compressius, à ceruice huius descendit ad colem. In fœminis breuius & plenius, super vuluæ ceruicem se ostendit. Idem libro 7.cap.25,Magnáque cura cauetur,ne vel vrinæ iter, vel venæ quæ ibi sunt,incidantur. Sic alibi frequenter.

¶Cruenta vrina,Vide **Cruentus.**

Genitalis vrina,Genitale sperma.Plinius lib.8.cap.43, de asina, Incontinens uterus vrinam genitalem reddit,ni cogatur in cursum verberibus à coitu.

¶Ciere vrinam,Vide **Cieo.**

Auribus atque oculis concepta vrina.Iuuenalis Satyra 11.17.

Concitare vrinam,Vide **Concito.**

Dens defricatus vrina.Catul.in Egnatium,37.5.

Descendit vrina.Celsus libro 7.cap.17,Pura vrina descendat.

Exinanita prius vrina.Plin.lib.8.cap.37.3.

Facere,vel reddere vrinã,pro Meiere.Plin.lib.8.cap.16.5,Vrinam mares crure sublato reddere,vt canes. Celsus lib.7.ca.16. Colum.lib.6:cap.30,Quum suo tempore vrinam non fecerint.

Mouetur vrina.Iuuen.Saty.11.17.

Vrina naturaliter profluit. Celsus lib.7.cap.16.

Excedit vrina,Hoc est exit, educitur.Celsus lib.7.cap.16, quæ curatio calculo euulso habenda sit, Si spiritus difficilius redditur,si vrina non excedit.

Transfluens vrina si id non rodit.Cels.lib.7.cap.16.ad finem.

Vrino,vrinas,pen.prod.vrinare,Vrinam facere.

Vrinare,vel vrinari,Deponens,In aquam mergi,& natando emergere.Plin.lib.11.ca.37.58,Eadem est causa quare sub aqua diu ranæ & phocæ vrinentur.

Vrinător,pen.prod.vrinatôris,Qui sub aqua natat.Callistratus Iureconsultus Ad legẽ Rhodiã,L.Nauis onustat.§.Sed si nauis.appellat eos qui merces è mari extrahunt, naufragii gratia iactatas.

Urínum ouum quod sit,explicat Plinius lib.10.ca.58.1,Palumbes & turtures plurimum terna pariunt oua,nec plus quàm bis ferè pariunt:atque ita,si prior fœtus corruptus est, quanuis tria peperierint,nunquam plus duobus educant.Tertium,quod irritum est,vrinum vocant. Idem lib.10.cap.60.1, Irrita oua,quæ hypenemia diximus,aut mutua fœminæ inter se libidinis imaginatione concipiunt, aut puluere : nec columbæ tantùm, sed & gallinæ,perdices,pauones,anseres, chenalopeces. Sunt autẽ sterilia,& minora, ac minus iucundi saporis, & magis humida. Quidam & vento putant ea generari : qua de causa etiam Zephyria appellantur.Hæc autem Vere tantùm.Vrina fiunt incubatione derelicta,quæ alii cynosura dixere.

Urson, seu Vrium,vrii,Genus terræ in mõtibus,apud Plinium lib.33.cap.4.9.

VRSVM,Hispaniæ vrbs,vt scribit Ptolemæus lib.2.cap.4,Auriensis alio nomine dicta.

Urna,vrnæ,Vas aquarium. Dicta quòd in aqua haurienda vrinat,id est mergitur atq; emergitur.Plaut.Pseud.4.23,Tu qui vt nam habes,aquam ingere. Idem Rud.11.25,Dabitur tibi aqua nequicquam ames,cedo mihi vrnam. Et Casina,2.74.

Id ni fit,mecum pignus siquis volt,dato
In vrnam mulsi. Colum.lib.5.cap.9.14, Nam maximæ arbo-

ri,ni tantundem aquæ miſceatur,vrna abundè erit. Cato cap. 10.1,Vrnam quinquagenariam vnam,trullas tres.

Aquæ vrna.Horat.1.Serm.ſaty.5.18.

Argenti vrna.Horat.1.Serm.ſaty.6.1.

Liquidi vrna,Vrna liquoris.Horat.1.Serm.ſaty.1.11,

Vt tibi ſi ſit opus liquidi non amplius vrna Vel cyatho.

Arcta vrna.Ouid.epiſt.11.15.

Capacibus vrnis excipere & fundere laticem.Ouid.3.Meta.55.

Demiſſa vrna in vndas.Ouid.3.Metam.8.

Vndantem vrnam declinare.Claud.1.de raptu Proſerp.14,

-Ietatur in antro

Amnis,& vndantem declinat prodigus vrnam.

¶In vrnâ antiqui non tantùm tabellas iudiciarias iudicum, ſed & nomina coniiciebant, quum Prætor iudices ſortiebatur. Cic.ad Q.fratrem, lib.1.10.8, de Sexto Cælio, Senatorum cum vrna copioſè abſoluit,Equitum adæquauit, Tribuni ærarii cõdemnarunt. Plin.epiſt.10, Vt eſſemus in Senatus poteſtate, pateremúrque nomina noſtra in vrnã coniici. Virg.6.Æneid. 87, Quæſitor Minos vrnam mouet. Cic.4.Verr.29, Educit ex vrna tres, iis vt abſentem Heraclium condemnent, imperat. Idem 1.de Diuinat.104,Quid minus mirum quàm illam monſtruoſiſſimam beſtiã vrnã euertiſſe, ſortes diſſipauiſſe Virg. 6.Æneid.5, -ſtat ductis ſortibus vrna.

Feralis vrna.Tacit.lib.5.

Delere vrnas.Cic.in Vatinium,26,Num quis reus in tribunal ſui Quæſitoris aſcenderit,eúmque vi deturbarit, ſubſellia diſſiparit,vrnas deleuerit,&c.

Quatere vrnam.Stat.2.Sylu.1.44, -immenſis vrnam quatit Æacus vmbris.

¶Vrna imaginis mortui. Cic.1.Tuſc.33, Quid poetæ, nónne poſt mortem nobilitari volunt? vnde ergo illud?

Aſpicite ô ciues ſenis Ennii imaginis vrnam:

Hic veſtrum panxit maxima facta patrum.Mercedem gloriæ flagitat ab iis, quorum patres affecerat gloria. Solebant autem corporum crematorum cineres in vrnis aſſeruari.

Vrnâlis,& hoc vrnâle,pen.prod.Quod ad vrnam pertinet.

Vrnales caliculi,vel vrcei,Vrnam continentes.Plin.lib.9.cap. 30.5,Barbas longas pedum triginta,acetabuli ſiue caliculis vrnalibus peluium modo,dentes magnitudini reſpõdentes. Cato cap.13, Vrceos fictiles vrnales duos,trullas ligneas duas.

Vrnarium,vrnarii, Menſa quadrata,ſuper qua vrnæ aqua plenæ in culina reponebantur. Varro τραπὶ μυϊστῶν; Sed quæ neceſſitas te iuuet aquam effundere domi tuæ, ſi vaſa habes pertuſa, plumbum non habent? ad quam rem nobis eſt confluuium,ad quam rem vrnarium? Ex Nonio.

Vrnula,vrnulæ,pen.corr.Diminutiuum,Parua vrna.vnde Vrnulæ aquales. Varro de vita Populi Romani,lib.1, Item ex ære,vt vrnulæ aquales,matulæ,ſic cæteras. Cic.in Parad.11,Minúſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuiſſe, quàm delicatas aliorum pateras arbitramur?

Vro,vris,vſſi,vſtum,vrere,pen.corr. Concremare,calore nimio conſumere,incendere. Plinius libro 11.cap.4.3,Vritur ebenus odore iucundo.

Sepelire & vrere. Cic.2.de Legib.91,Hominem mortuum,inquit lex in XII, in vrbe ne ſepelito,néve vrito.

Flammis ſubiectis vrere aliquid.Virg.1.Æneid.8.

Duritia corporis,quod quum vritur non ſenſit. Cic. pro Domo ſua,75.

Sol grauis vrit arua.Ouid.6.Metam.68.

Sitis vſſerat herbas.Ouid.4.Faſt.60.

Vri calore. Cic.1.Tuſc.107, Cæteras partes inculcas,quòd aut frigore rigeant,aut vrantur calore.

Calor vrit artus.Lucret.lib.4.176.

Vrere,de frigore etiam dicitur. Lucan.lib.4.11,Vrebãt montana niues. Virgil.1.Georg.19, -aut Boreæ penetrabile frigus adurat. Cic.1.Tuſc.70,Pernoctant venatores in niue,in montibus vri ſe patiuntur.

Vri virgis, pro Cædi,flagellari. Horat.1.Serm.ſaty.7.11, Quid refert vri virgis,ferróque necari? Nam ex virgarum percuſſione corpus calefit,& inflammatur.

Loris vri.Horat.1.epiſt.17.10.

Calceus anguſtior dicitur vrere pedem. Horatius lib.1. epiſt. 10.9, -vt calceus olim

Si pede maior erit,ſubuertentſi minor,vret.

¶Vro hominẽ,per trãſlationẽ,ſignificat Dolere cogo,interprete Donato:ſiue Ango, vt ait Budæus.Inde Vri pro Cruciari. Terẽ.Eun.1.1.45,Nó malũ hercle.o.vro hominẽ.i.vt falſi animi eſt! Tranquillus in Tiberio, Vrebant inſuper & anxiam mẽtẽ varia vndique conuitia. Ouid.2.Amor. eleg.19.1,Quod licet ingratũ eſt?quod non licet,acri? vrget. Horat.1.epiſt.1.3,

Vrit enim fulgore ſuo qui prægrauat artes
Infra ſe poſitas. Id eſt,Splendore ſui nominis vrget & incendit inuidos. Plaut.Bacchid.12.5,

-quàm magis id repeto,
Tam magis vror. Idem Perſa,23.25,

Poſterius iſta hæc te magis par agere eſt.d.vritur
Cor mihi. Et Menæch.17.68,

Vidén' tu illi oculos vrier?vt viridis exoritur color
Ex temporibus? Liu.7.bel. Pun.156, Quos & Machanidas tyrannus Lacedæmoniorum finitimo bello vrebat.

Vrit atrox Iuno, dixit Virgilius 1.Æneid.134, pro cruciatur.

¶Vri,Amore conſumi & conflagrare.De aliis etiam rebus dicitur.Virg.4.Æneid.14,Vritur infœlix Dido.

Impenſius vri.Catull.ad Leſbiam.67.1.

Pectore intimo vri.Catull.in Epithal.Iulix,56.36.

Pectore toto vri.Ouid.1.Metam.100.

Amor me vrit.Virg.1.eclog.14.

Violenter me vſſit amor.Ouid.1.de Arte,5.

Dolor vrit amantes.Ouid.4.Metam.56.

Doloribus tacitis vri.Ouid.3.Faſt.98.

Ignibus vri.Horat.3.Carm.ode 7.5.Ignes,intelligit amores.

Vrito,vritas,pen.corr.vritare, Frequentatiuum. Plaut.Moſtell.8. 79,Calidum hoc eſt,ſi procul abeſt,vritat malè.

Vrens,Participium:vt

Caminus vrens ramos.Horat.1.Serm.ſaty.5.17.

Capellæ vrentes culta.Virg.2.Georg.40.

Vrendus,Aliud participium:vt Filix vrenda.Horat.1.Serm.ſat.3.8.

Vſtus,Similiter participiũ. Plin.lib.10.cap.70.2,Cõueniũt ex alto etiã piſces ad quoſdã odores,vt ſepiam vſtam. Mart.lib.1.119,

Ponitur digitis tenendus vſtis
Nigra coliculis virens patella.

Ignibus vſtus crudeliter.Ouid.3.Triſt.eleg.11.11.

Aer ſiccis feruoribus vſtus.Ouid.1.Metam.25.

Capillus vſtus.Tibull.lib.1.eleg.10.8.

Vſtio,Verbale,Ipſe vrendi actus. Cato cap.38.3,Virgas & ſarmenta quæ tibi vſtioni ſupererunt,in ſegetem comburito.

Vſtio, pro cauterizatione quam vocant. Plinius lib. 34. cap. 15.3,Quædã vſtione ſanantur: priuatim verò canis rabidi morſus. Idem lib.36.cap.11.6, Quidam tertia vſtione, refrigeratos potius quàm reſtinctos, terere malunt ex vino. Celſus, Omnes autem huiuſcemodi dolores,vix citra vſtionem ſiniuntur.Id eſt,citra candentis ferri admotionem.

Vſtor,vſtôris,pen.prod.Verbale maſcu.g.Qui corpora in buſtuariis cremat.Martialis lib.3.51,Vſtórque tædas præferat nouæ nuptæ,&c.Budæus. Catull.de Rufa & Rufulo,55.1,

Quum deuolutum ex igne proſequens panem
A ſemiraſo tunderetur vſtore.

Vſtulo,vſtulas, penult. corr. vſtulare,ſignificat Vrere. Pacuuius, Candenti ferro crines vſtulare.

Vſtulandus,Participium.Catull.in annales Voluſii,34.2,

Scripta tardipedi deo daturam
Infœlicibus vſtulanda lignis.

Vſtrina,vſtrinæ,pen.prod.Locus in quo metalla candeſcunt vt laborentur.Plin.lib.36.cap.21.6,In vſtrina ter ſiccantur,ita vt torreantur carbone puro,ac toties vino reſtinguantur albo.

¶Vſtrina, Locus dicebatur in quo combuſtus erat, qui alibi ſepultus,mortuus fuerat,vt ait Feſtus.

VROLANIVM,Ptolemæo libro 2.cap.3 : aliis Verulanum, Britanniæ inſulæ ciuitas:vulgò *Saxtus Albus*.

Vropygium,& oropygium, Eſt anguſta & vltima ſpinæ pars, ſiue (vt Iulius Pollux inquit) ſpondylii finis podici imminentis,quaſi terminus pygæ, ſiue finis vertebræ, Græcè ὀυρὸπυγιον. Mart.lib.3.51,Et anatis habeas vropygium macræ.

Vrpis,vrpicis,pen.prod. maſc.gen. Inſtrumentum ruſticum. Cato cap.10.1,Vrpicem vnum,crates ſtercorarias quatuor villicum habere oportet.

Vrruncum,vrruncí,quid ſit,Varro his verbis declarat 1.de Re ruſtic. cap.48, de ſpica loquens, Illud autem ſumma in ſpica iam matura quod eſt minus quàm granum,vocatur frit : quod in infima ſpica ad culmum ſtramenti ſummum, item minus quàm granum eſt,appellatur vrruncum.

VRSA Baluia, Picenorum vrbs, Ptolemæo libro 3. cap.1, hodie *Vrſa*.

Vrſus,vrſi,Animal ferum.De vrſis vide Plinium.

Armati vnguibus vrſi.Ouid.10.Metam.107.

Informes vrſi.Virg.3.Georg.50.

Sæuis inter ſe conuenit vrſis.Iuuen.Saty.15.17.

Truces vrſi.Valer.2.Argon.15.

Turpes vrſi.Ouid.3.Triſt.eleg.5.7. Stat.6.Thebaid.174.

Veſpertinus circumgemit vrſus ouile.Horat.Epod.16.1.

V'rſulus,vrſuli,pen.corr.Diminutiuum.

Vrſa,vrſæ, fœmininum ab Vrſus. Plinius lib.10. cap.63.6. Informia etiam magis quàm ſupradicta,vrſæ pariunt,rarúmque eſt videre parientes.

Villoſæ vrſæ catuli.Ouid.13.Metam.178.

¶Vrſa,Sydus cæleſte,figuram habens ſimilem plauſtri: vnde antiqui Græcorũ Hamaxã,hoc eſt plauſtrũ dixerũt.Noſtri quoq; à bobus iunctis, Septentriones appellauerunt, hoc eſt à ſeptem ſtellis, ex quibus quaſi iuncti trioues figurantur. Sunt autem duæ Vrſæ,Maior & Minor,quas Græci ἄρκτους vocant.

Vrſinus,pen.prod.Adiectiuum,Quod vrſorum eſt.vt Vrſinus ſanguis.Columel.de Arboribus,cap.15. Et Plinius lib.8.cap.36.5, Quoniam potum in vrſinam rabiem agat.

Vrtica, vrticæ,penul.prod.Genus herbæ notiſſimum,ab vrendo dictum: quod eius folia tacta acerrimè vrant. Plinius lib.21. cap.15.7, Ex omnibus generibus vrtica maximè noſcitur, accetabulis in flore purpureum lanuginem fundentibus,ſæpe altior binis cubitis.Plures eius differentiæ:Sylueſtris,quam fœminam vocant, mitior. Et in ſylueſtri quæ dicitur cania, acrior caule quoque mordaci,fimbriatis foliis,&c.

Viuere herbis & vrtica.Horat.1.epiſt.11.4.

Mordax vrtica.Ouid.1.de Arte,84.

Mortifera contactu vrtica.Vide ΑΦΟΝΟΝ.

¶Vrtica, pro Pruritu libidinis. Iuuen. Saty.2.13, -vnde

Hæc tetigit Gradiue tuos vrtica nepotes?

¶Acres vrticæ.Iuuen.Saty.11.17,

Ad teream tremulo deſcendunt clune puellæ,

Irritamentum Veneris languentis,& ácres Diuitis vrticæ.

¶Vrtica, Genus piſcis. Plin.lib.9. cap.45.1, Vrticæ noctu vagantur,noctúque mutantur:carnoſæ frondis his natura,& carne veſcuntur.Vis pruritu mordax,eadémque quæ terreſtris vrticæ. Et paulo poſt, Eadem noctu pectines & echinos perquirit:dum admoneri ſibi manum ſentit, colorem mutat, & contrahitur.Tacta vredinem mittit.

Vruum,vrui,Aratri curuatura.A quo Vruo,vruas,vruare,quod eſt Aratro definire. Feſtus,Vruat.Ennius in Andromeda,ſignificat circundat,ab eo ſulco qui fit in vrbe cõdenda vruo aratri, quæ fit forma ſimillima vncini curuatione buris & dentis, cui præfigitur vomer. Ait autem,Circum ſeſe vruat ad pedes.

V. S

Vſia,Latinè eſſentia,ſiue ſubſtantia dicitur.

Vſio,Vſitatus,Vſitor,Vide Vtor.

Vſpiam, Aduerbium in loco. Plaut.Milite.8.19, Enim ne noſmet perdiderimus vſpiam. Terent. Adelph. 1.1.3, -ſi abſis vſpiam,&c. Et paulo poſt,11,Aut vſpiam ceciderit. Cic.ad Atticum,lib.1.11.3, Sed tamen hoc me ipſe conſolabar, quòd non dubitabã quin te ille aut Dyrrhachii,aut in iſtis locis vſpiam viſurus eſſet. Eidem, lib.7. 131.2, Inde vtrum conſiſtere vſpiam velit,an mare tranſire,neſcitur. Idem 1.de Legibus,61,Siue eſt illa ſcripta vſpiam,ſiue nuſquam. Et 2.de Finibus, 95, Si ſcieris,inquit Carneades,aſpidem occultè latére vſpiam. Ibidem, lib.5.156,Ne ſeges quidem igitur ſpicis huberibus & crebris,ſi aruenam vſpiam videris.

¶Vſpiam,In re aliqua,vel aliquo negotio.Plautus Caſin,10. 14,Num me expertus vſpiam?

Vſquam,Aduerbium in loco. Cic.6.Verr.20,Quam crucem nõ auſus eſt vſquam defigere,niſi apud eos quibuſcum omnia ſcelera ſua ac latrocinia communicaſſet. Idem pro Flacco,39,Is cui nullus eſſet vſquam conſiſtendi locus. Vetus exemplar legit vnquam. Brutus Ciceroni in epiſt. ad Brutum,16. 11, Neque vſquam exul eſſe poſſum, dum ſeruire, & pati contumelias peius odero malis omnibus aliis.

Nec mihi magis vſquã videor,quàm quum aut in foro magiſtratus,aut in curia Senatũ video,ſõniare. Cic.1.de Diui.210.

Vſquam,etiam ad locum pertinere, probat Valla ex Cicerone,1. Philipp.1, Nec verò vſquam diſcedebam. Idem dicit & Donatus in Terentium. Cic.6.Verr. 119, Ciues Romani à me nuſquam diſcerdere.

¶Vſquam,In re aliqua,In negotio aliquo. Terent.Heauton. 2.3.38, Hinc ſciri potuit, haud vſquam alibi. Idem And.2.5.9, Neque iſtic, neque alibi tibi vſquam erit in me mora. Virg. 2.Æneid.111, -ſiquid Vſquam iuſtitiæ eſt.

Nec eſt vſquam conſilio aut auctoritati locus.Cic.2.Offic.3.

¶Vſquam,Aliter.Terent.And.5.3.7,Vide num eius color,pudoris ſignum vſquam indicat?Id eſt,aliqua parte corporis.

¶Vſquam gentium, De loco & ad locum. Plautus Aulul.15. 8, Neque ligna ego vſquam gentium præberi vidi pulchrius. Idem Milite,10.90,

Nam bona vxór,ſi ea quidem deducta eſt vſquam gentium,
Vbi ea poſſit inuenirier. Terent.Hecy.3.1.13, An quiſquam vſquam gentium eſt æquè miſer?

Vſque, Præpoſitio,quaſi ad vnum vel locũ.vel tẽput, vel aliud huiuſcemodi: vt ex ſequentibus exemplis patet. Plaut.Menæch. 4.60,Inde vſq; ad diurnam ſtellam craſtinam potabimus. Hoc eſt,tandiu potabimus quãdiu nox finiatur & abſoluatur,ſi quidem ita loqui liceat: vel quoad lux craſtina,aut ſtella diurna à nobis videbitur. Terẽt.And. 1.1.18,Verberib⁹ cæſum te in piſtrinũ Dare dedam vſq; ad necem. Cicero ad Atticũ, Ibi eſſe volo vſque ad pridie Calend.Maias. Ibidem,Nos in Formiano eſſe volumus vſque ad pridie Nonas Maias. Eidem,lib. 3.18.1,De Q.fratre nũtii nobis triſtes,nec variĩ veneráũt,ex ante diem Nonarũ Iunii vſque ad pridie Calend.Septembris. Cæſar 7.bel.Gall.165, Fugientes vſque ad flumen, vbi Vercingẽtorix cum pedeſtribus copiis conſederat, perſequuntur, compluréſque interficiunt. Cic.2.Verr.11,Manſit in conditione atque pacto vſque ad eum finem,dum iudices reiecti ſunt. Ibidem, 6. 96, Vbi vſque ad hoc tempus Syracuſani feſtos dies anniuerſarios agunt. Ibidem.7.141, Et maximis in laboribus vſq; ad ſummam ſenectutem,ſumma cum gloria vixit.

Vſque ad eum, pro Excepto eo. Plin.epiſt.35.h, Affenſerunt Conſules deſignati, omnes etiam Conſulares vſque ad Pompeium collegam.

Vſque ſub.Virg.1.Georg.45, -ſerite ordea campis

Vſque ſub extremum brumæ intractabilis imbrem. Id eſt,nõ vſque ad brumæ finem,ſed circa.Seruius.

Vſque Romam,vel Romam vſque.Terent.Adel.4.5.21,Miletum vſque obſecro? Cic.ad Q.fratrem, lib.1.1.63, Quoniam eiuſmodi theatrum totius Aſiæ virtutibus eſt datum,celebritate refertiſſimum,magnitudine ampliſſimum, iudicio eruditiſſimum,natura autem ita reſonans,vt vſque Romam ſignificationes,vocéſque referantur:contende quæſo atque elabora.

Aſpera arteria ad pulmones vſq; pertinet.Ci.1.de Nat.de.103.

Ab vltimo principio huius præceptionis, vſque ad hoc tempus.Cic.1.de Inuent.115.

Ab ouo vſque ad mala.Horat.1.Serm.ſaty.3.1,

-ſi collubuiſſet,ab ouo

Vſq; ad mala citaret,Io Bacche. Vbi Porphyrio,ab ouo ad mala, id eſt ab initio cœnæ ad finẽ vſque. Ouum enim hodiéque initiũ cœnæ: quippe quum in guſtu ſtatim à balneis offeratur. Mala autẽ apud veteres inter cætera ſecũdæ mẽſæ afferebãtur.

Vſque illò,Vſque ad illum locum. Plin.lib.6.cap.23.7, Achemenidas vſque illò tenuiſſe.

¶Vſque,aliquando eſt aduerbium: tunc varia ſignificat,variéque præpoſitionibus, & aliis dictionibus iungitur, vt ex ſequentibus videre eſt.

Vſque à,Quod & ab vſque dicitur,eam vim habet quam ſola præpoſitio.Plaut.Pſeud.11.48, -quid ſapit?

c 11. Vſque à cunabulis. Idem Moſtel.9.71, Sol ſemper hîc eſt vſque à mane ad veſperum. Et Aulul. 10.2, An audiuiſtis 2.vſque à principio omnia. Idem Rud.Longè vſque à campis vltimis. Terent. Adelph.5.9.5, Ego iſtos vobis vſque à pueris curaui ambos ſeduló. Cic.pro Cluentio,152, Comperi mulierem quandam Larino, atque illam vſque à mari ſupero Romã proficiſci cum magno comitatu. Idem in Vatinium,15,Quod augures omnes vſque à Romulo decreuerunt. Virgilius, -vſque à proauis vetus ordinis ætas. Cic.pro Cælio,26,Cur te fraterna vitia potius, quàm bona paterna & auita, & vſque à nobis cum in viris,tum etiam in fœminis repetita,mouerũt? Plinius lib.6. cap.10.1, Planitiem omnem à Cyro vſque, Albanorum gens tenet.

Vſque à capite arceſſere.Cic.in Topicis,10.

Vſque ab.Plaut.Aulul.7.72, Si hercle ego te non clinguandã dedero vſque ab radicibus. Idem Trinum. Vſque ab ſtirpe. Terent.Phorm.2.3.48,Progeniem veſtram vſque ab auo atque atauo proferés. Cic.3.Verr.61, Hoc illi nauigio ad omnes Populi Romani hoſtes vſque ab Diano, quod in Hiſpania eſt, ad Synopen,quæ in Ponto eſt,nauigauerunt.

Ab vſque.Virgil.7.Æneid.58,

Siculo proſpexit ab vſque Pachyno.

Vſque ad iactum teli.Tacit.lib.13,Aſſultare ex diuerſo Tyridates,non vſque ad iactum teli.

Ad ſerum vſquediem.Tacit.lib.19,Vitelliani ad ſerum vſque diem ſaxis piliſque ſubeuntes arcebant.

Vſque adhuc,pro Hactenus,vel hucuſque. Plaut. Aulul.8 10, Quod celatum eſt atque occultatum vſque adhuc,nunc nõ poteſt. Idem Pſeud.10.11,

-nam in taberna vſque adhuc ſineret Syrus,

Cui ſymbolum dedi. Et Milite,9.107, Vſque adhuc actum eſt probé. Item Menæch.24.51,Opimè vſque adhuc conueniunt ſigna. Paulo poſt,75,

-& tu fratet,quem multis miſeris laboribus
Vſque adhuc quæſiui. Terent.And.1.5.17,
Tum patris pudor,qui me tã leni paſſus eſt animo vſq; adhuc,
Quæ meo cunque animo libitum eſt,facere. Sueton.in Domitiano,cap.18, Commendari ſe verecundia oris adeò ſentiebat,vt apud Senatum ſic quondã iactauerit, Vſque adhuc certè animum meum probaſtis,& vultum.

Vſque adoleſcentiã meam proceſſit ætate.Cic.de Senect.45.

Vſque ante. Liuius 5.bel.Pun.61,Romæ Conſules Prætoréſq; vſque ante diem quintum Calendas Maias Latinæ tenuerunt.

Vſque antehac. Terent.And.1.1.4, -vt animus in
Spe, atq; in timore vſq; antehac attentus fuit. Vbi Donatus, Vſque antehac. Id eſt, Antè quàm tua verba audirem. Et vna eſt tantum præpoſitio,velut aduerbium.

Vſque è. Plautus Perſa, Quas tu attuliſti mihi ab hero meo vſque è Perſia.

Vſq; ex. Plaut.Aſin.3.28,Age quæſo hercle vſq; ex penitis faucibus. Terent.Eunucho,3.1.18,Ex Æthiopia eſt vſque hæc.Hic aduerbium eſt VSQVE de loco,teſte Donato. Cic.7.Verr.113. Vt qui vſque ex vltima Syria atque Ægypto nauigarent.

Vſque extra ſolitudines deductus. Plin.lib.8.cap.17.1.

¶Vſqueadeò, In tantum.Virg.1.eclog2,3,
Non equidem inuideo,miror magis,vndique totis
Vſqueadeò turbatur agris. Cicero 1.de Inuent.136,Poſtea aliquanto, ipſos quoque tempeſtas vehementius iactare cœpit, vſqueadeò vti dominus nauis, quum idem gubernator eſſet, in ſcapham confugeret.

Vſqueadeò,Tandiu.Et accipit poſt ſe DONEC.Plaut,Ciſtel.7.41, -non deſtiti
Inſtare vſqueadeò,donec adiurat ſe anus
Eam mihi monſtrare. Idem Trucul.3.13,
-piſcis ne effugiat cauet,dum hic,
Dum illuc rete ore impedit piſcis, vſqueadeò donicũ foras eduxit. Terent.And.4.1.38, Suadere,orare,vſqueadeò donec perpulit. Cato cap.67,Amurcam commutet vſqueadeò,donec in lacum qui in cella eſt, poſtremum peruenerit. Plaut. Milite, 5.113, -ibo odorans quaſi
Venaticus vſque,donec perſecutus vulpem ero.

Vſqueadeò,dum,Idem.Terẽt.Eunucho,4.6.3,
Vſqueadeò ego illius ferre poſſum ineptias & magnifica verba,
Verba dum ſint. Cato cap.56,Vbi vineam fodere cœperũt,panis P. V. vſqueadeò,dũ ſic oportet eſſe cœperint,deinde ad panes quatuor redito. Idẽ cap.95,Poſtea igni leui coquito,rudicula agitato crebrò vſqueadeò,dum fiat tam craſſa quàm mel.

Vſqueádmodũ dum,Idem,ſed antiquẽ. Cato ca.156.1, Poſtea vbi iterum occipiet feruere,paulíſper demittito vſqueadmodũ, dum quinquies quinque numeres.

Vſque affatim,Ad ſatietatem quod dicitur. Plaut. Pœn.7.31, At verò non iuſta cauſa eſt,quòd curratur celeriter
Vbi bibas,edas de alieno quantum velis vſque affatim.

¶Vſquedum,pen.corr.pro Vſquequo,vel quoad.Plaut.Men. 16.18, Vel vſquedũ regnum obtinebit Iuppiter. Idẽ Truc. 7.1, Piſces ego credo,qui vſquedum viuunt,lauant,minus diu Lauare,quàm,&c. Terent.Heaut.1.1.84,
-nam vſquedum ille vitam illam incolit
Inopem,carens patria ob meas iniurias,
Interea vſque illi de me ſupplicium dabo. Cicero 3. Verr. 8, Vſquedum per me licuerit. Idem pro Quintio,45,Vſquedum inueniretur. Varro lib.3. de Re ruſt. cap. 9.2, Candenti ferro inurentes calcaria ad infima crura vſquedum rumpãtur. Cato cap.11.1, Eodem modo latitudinem orbiculis ligneis, aut armillis ferreis temperato,vſquedum rectè temperabitur. Colu. lib.11.cap. 43.4, Idque faciunt vſquedum dolium alterius furfuribus & vuis compleant.

Interdũ aliquid interponitur inter VSQVE & DVM.Plaut. Perſa,1.54, Vſque domi ero,dum excoxero lenoni malũ. Terentius Heauton.5.2.30, Imò & ibi nunc ſum, & vſque dudum id egi,dum loquitur pater.

¶Vſque eó.Cælius Ciceroni,lib.8.1.11,Ego qui ſcirem Q. Põpeium Baulis embæneticam facere, & vſque eò,vt ego miſerer eius eſuriei,non ſum commotus.

Vſque eò, dum:pro Tandiu quoad, vel ita vt. Cic.1. de Nat. deorum, 186, Vſque eò premere earum capita morſicus, dum illæ captum amitterent. Idem 4.Academ.40. Multáque facimus vſque eò, dum aſpectus ipſe fidem faciat ſui iudicii. Liu. 3.ab Vrbe,176,Vt qui plebem Romanam Trib.pleb. rogaretiis vſque eò rogaret,dum decem Tribunos plebis faceret.

Vſque eò ne.Cic.pro Quintio,41,Inferiorem eſſe patitur dũtaxat vſque eò,ne cum bonis,fama, fortuníſque omnibus Sex. Næuii cupiditati crudelitatíque dedatur.

Vſque eò vt. Varro li.1.de Re ruſt. ca.1.14,Hoc enim nomine aſini Arcadici in Græcia nobilitati, in Italia Reatini, vſq; eò vt mea memoria aſinus vænierit ſeſtertiis millibus LX. Cic. ad Atticũ,lib.1.19.1,Ego autem vſque eò ſum eneruatus,vt,&c. Idem 6.Verr.34,Quod vbi audiuit iſte,vſque eò eſt commotus, vt ſine vlla dubitatione inſanire omnibus ac furere videretur. Idem pro Murena,71, Vſque eò L. Catilina Rempub. deſpexit atque contempſit,vt ea copia,quam ſecum eduxit,ſe hanc ciuitatem oppreſſurum arbitraretur.

Vſque iſtinc.Cic.ad Atticum,lib.1.9.6,Noſti iam in hac materia ſonitus noſtrorum tanti fuerũt, vt ego eò breuior ſim, quòd eos vſque iſtinc exauditos putem.

Trans Alpes vſque tranſfertur.Cic.pro Quintio,7.

¶Vſque,pro Diu,aut multũ,vel valde:aliquando penè,vt ait Donatus. Terent.Adelph.1.2.5, Ego vapulando,ille verberando vſque ambo defeſſi ſumus. Idem Hecyra,3.4.9,
Dies triginta,aut plus eo in naui fui,
Quum interea ſemper mortem expectabam miſer,
Ita vſque aduorſa tempeſtate vſi ſumus. Et Adelph.4.2.21, Rogitas?Cteſipho me pugnis miſerum,& iſtam pſaltriam
Vſque occidit. Hîc VSQVE,poteſt ſignificare PENE, authore Donato.Aut VSQVE pro Valdè eſt.occidit vehemẽter occidit, Plaut.Aſin.3.27,Age age,vſque exerea. Terent. Eunuc.2.1.14, Opus faciam vt defatiger vſque,ingratus vt dormiam. Virg. 6.Æneid.98, -iuuat vſque morari,
Et conferre gradum,& veniendi diſcere cauſas.

¶Vſque,Aſſiduè,perſeueranter. Cic.ad Cornificium, lib.11, 19.4,Mihi quidem vſque curæ erit quid agas. Plaut.Caſin.11, 16.Caue in quæſitione mihi ſis.A.vſque adero domi. Terent, Adelph.2.1.7, Quid potui melius, qui hodie vſque os præbui Plautus Amphit.3. 143, Ego has habeho vſque in petaſo pinnulas. Terent.Heauton.4.3.6, Audiſtin' obſecrote.quidni,cui vſque vnà affuerim? Idem Phorm.2.1.19,
-herus ſi redierit,
Molendum vſque in piſtrino. Cic.pro Lege Manilia,10, Teſtis eſt Sicilia,quam multis vſque cinctam periculis, non terrore belli,ſed celeritate conſilii explicauit. Mart.lib.8.17,Sed cõſumis,& vſque mutuaris. Idem lib.13.1,
Naſutus ſis vſque licet,ſis denique naſus,
Quãtũ noluerit ferre rogatus Atlas. Virg.9.eclo.11, Cãtãtes licet vſque(minus via lædet)eamus.Id eſt iugiter,inquit Seruius.

Vſque & vſque,geminatum,Idem.Mart.lib.1.135,Et quicquid perit,vſque & vſque donat. Idem lib.5.61,
Adlatres licet vſque nos & vſque,
Et gannitibus improbis laceſſas.

Vſque valuiſti?Interrogatiua particula,pro Haſtenúſne.Plautus Moſtel.7.19, -ſaluum te aduenîſſe gaudeo:
Vſque inualuiſti? TE.vſque,vt vides. Idem Mercat.7.46, Vſquéne valuiſti? C.perpetuò rectè, dum quidem illic fui. Et Epid.3.26,Benéne vſque valuiſti? S.à morbo valui,ab animo æger fui.

Vſque opperiar.Plautus Epid.5.117,
Ne abeas,prius quàm ad te venero. A.Vſque opperiar.

Vſque omne.Terent.Adelph.4.6.3,
Perreptaui vſque omne oppidum,ad portam,ad lacum,
Quò non?

Vſquequaque,pen.prod.Aduerbium, Vbique, in vnoquoque loco.Plaut.Pœnul.2.105,Mari,terráque illas vſquequaque quæritat. Idem Rud.30.7, Cubitum hercle longis literis ſignabo vſquequaque in vrbe, Siquis perdiderit vidulum cum auro atque argento multo. Idẽ Moſtel.9.70,Imò ædepol verò,quum vſquequaque vmbra eſt,tamen Sol ſemper hîc eſt. Cic.ad Atticũ,lib.4.79.1,Hic quoque,vt loquebatur,& opinor vſquequaque. Idem 7.Verr.8,Nolite vſquequaque eadem quærere? in metu belli,furandi qui locus poteſt eſſe?

Nuſquam & Vſquequaque,cõtraria. Cic.1.de Inuent.165,Atque hoc non alienum eſt,quòd ad multa pertineat,ne aut nuſquam,aut vſquequaque dicatur,hîc admonere.

¶Vſquequaque,pro Aſſiduè,omnino, quocunque tempore. Cic.ad Trebatium,lib.7.16.2,Vſquequaque ſapere oportet,id erit telum acerrimum. Cæſius ad Ciceronem,lib.8.15.7,Vſquequaque,inquies,ſe Domitii malè habent.

Vſquequaque & ex maxima parte. Cic.5.de Finibus,156, An hoc vſquequaque aliter in vita,& non ex maxima parte de tota iudicabis?

Vndique & vſquequaque.Cic.2.Philipp.107, Aut vndique religionem tolle, aut vſquequaque conſerua.

Vſquequaque mihi loquitur. Plaut.Bacchid.15.85,
Chryſalus mihi vſquequaque loquitur,nec rectè pater,
Quia tibi reddidi aurum,& quia,&c.

Vsquequo,pen.corr.Aduerbium,pro Donec vel quoad.Varro 1.de Re ruſt.ca.7.10, Anniculis iam factis dandum ordeum, & furfures, vſquequo aderunt lactantes. Quo in loco vetus exemplar rectius ſic diſtinguit,vſque quoad erunt,&c. Idem lib.1. cap.2.21, Quod iubet, ranam luridam coniicere in aquam, vſquequo ad tertiam partem decoxeris. Plin.lib.6.ca.4.4,Nunc habet Surium tantum, & ipſum ab amne influente ibi cognominatum,vſquequo magnarũ nauium capacem eſſe diximus.

Vſquequo,interpoſitis dictionibus. Mart.lib.2.63,Eia age,rũpe moras,quo te ſpectabimus vſque?

VSTICA,pen.prod.Mons in Sabinis, cuius meminit Horatius 1. Carm.ode 17.3,

-vtcunque dulci Tyndari fiſtula
Valles & Vſticæ cubantis
Leuia perſonuêre ſaxa. Cubantem(inquit Porphyrio)ſuauiter dixit,ad reſupinam eius regionem attendens.

Uſtio, Uſtrina, Uſtulo, Uſtus, Vide **Uro**.

Uſualis, Uſuari, Uſucapio, Uſura, Uſurpo, Uſus, Uſuſfructuo, Vide **Utor**, veteris.

V T

Ut,Coniunctio cauſatiua:vel(vt ait Valla lib.2.)cauſam finalem dicens, quemadmodũ ſiquis dicat, Dedi tibi librum vt legeres. Cic.ad Lentulum,lib.1.9.31, Non illi quidem vt mihi ſtomachũ facerent. Terent.Heaut.3.1.40, -nam vt tu ſcias,
Quàm ea nunc inſtructa pulchrè ad perniciem ſiet,&c. Cic. in Philipp.Non vt proficerem aliquid.

Vt eam potiſſimum nominem:per parẽtheſim poſitum.Cic. 4.Verr. 101, Syracuſana ciuitas(vt eam potiſſimum nominem) dedit ipſi ſtatuam.

Vt alia obliuiſcar.Cic.pro Roſc.Amerino,51,Quàm ſis audax (vt alia obliuiſcar)hinc omnes intelligere potuerunt.

Vt verè dicam.Cic.7.Verr.139,Sed de iudicibus,&(verè vt dicam)de te futurum eſt.

¶Vt ad pauca redeã,vxorem deduxit domum.Terent.Hecy. 1.2.60.Hoc eſt, vt paucis agam,vt ſummatim dicam,vt in ſummam colligam,vt in pauca conferam.

¶Vt ita dicam. Quintil.lib.8.ca.3,Siquid periculoſius finxiſſe videbimur,quibuldam remediis præmuniendum eſt, Vt ita dicam,Si licet dicere, Quodammodo,Permitte mihi ſic. Quod idem etiam in iis quæ licentius tráſlata erunt, proderit,quæ nõ tutò dici poſſunt. In quo non falli iudicium noſtrum, ſolicitudine ipſa manifeſtum erit.

¶Vt,adiunctionem aliquando ſignificat. Plaut.Is mihi ſuaſit vt ad te irem.

¶Vt,elegantiæ cauſæ aliquando ponitur. Cic. de Senect.38, Inuitus feci, vt L. Flaminium è Senatu eiicerem. Hîc nihil ſignificat,niſi Inuitas eieci.

¶Vt,Quód. Terent.Phorm.4.3.64, Nihil do:impuratus me ille vt etiam irrideat?

¶Vt non,pro Quin. Cic.1.de Finib.41, Fieri inquam Triari nullo pacto poteſt,vt non dicas quid non probes eius à quo diſſentias. Idem pro Lege Manilia,11,Ruere illa non poſſunt,vt hæc non eodẽ labefactata motu concidãt. Quintil. lib.7.ca.3, Vbi non cauſa agitur, vt non aliquid ex his aut plura ponãtur.

Vt non,poſt Vereor. Quintil. lib.8. cap.3, Oppidò, quo ſunt vſi paulum tempore noſtro ſuperiores,vereor vt non iam ferat quiſquam.

¶Vt,pro Poſtquam,vel Ex quo.Plaut.Stich.1.2.0,
-nam viri noſtri domo vt abierunt,
Hîc tertius annus. Terent.Phorm.4.3.11,
-vt abii abs te,ſit forte obuiam
Mihi Phormio. Idem Hecyra,5.1.15,Me ſegregatum habuiſſe, vxorẽ vt duxit,à me Pamphilum. Cic.in Antonium,Eſt enim annus vt repulſam tulit. Idem de Claris Orat.10,Nam vt illos de Republica libros edidiſti , nihil à te ſanè poſtea accepimus. Ibidem, Vt veni in Arpinum, quum ad me frater veniſſet, in primis nobis ſermo , iſque multus de te fuit. Ibidem, Vt primùm iudices conſederũt,valde diſſidere boni cœperunt. Idem ad Atticum, lib. 7.134. 1, Vt ab vrbe diſceſſi, nullum intermiſi diem,quin aliquid ad te literarum darem. Idem ad eundem, Vt Athenas ad XV Calend. Quintiles veneram , expectabam quartum diem Pompeium. Ouid.1.de Ponto,eleg.10.2,
Nec quicquam ad noſtras peruenit acerbius aures,
Vt ſumus in Ponto,peruenit atque precor. Plaut.Epid.11.30,
Quid ego,qui illam vt primùm vidi,nunquam vidi poſtea?

¶Vt,Statim,poſtquam,ex quo primùm. Virgil.2.Æneid.113,
Vt regem æquæuum crudeli vulnere vidi. Idem lib.12.1,
Turnus vt infractos aduerſo Marte Latinos
Defeciſſe vid.it. Plaut.Amphit.8.99,

Neque meum pedem huc intuli etiã in ædes , vt cum exercitu Hinc profectus ſum ad Theleboas hoſtes.

Vt quenque viſco offenderant , pro eo quod dicitur, Tot quot,vel ſtatim vt.Plaut.Pœnulo,6.36,
Quid multa verba:vt quenque viſco offenderant,
Tam crebri ad terram decidebant,quàm pyra. Idem Milite, 28.50, -omnes profectò mulieres
Te amant,vt quæque aſpexit. Terent.Hecyra,5.3.4,
-vt quiſque venerat
Accedebam,Adoleſcens dicdum quæſo,&c.

Vt & cõfeſtim. Liu.1.ab Vrbe,49,Vt Hoſtius cecidit,cõfeſtim Romana inclinatur acies.

Vt & ſic.Cic.3.Verr.43,Vt hæc audiuit, ſic exarſit ad id quod non modò ipſe nunquam viderat , ſed ne audierat quidem ab eo qui ipſe vidiſſet.

Vt primùm, quod & Quumprimùm dicitur.Cic. in Somnio Scip. 10, Atque ego vt primùm fletu repreſſo loqui poſſe cœpi,Quæſo inquam pater ſanctiſſime. Idem ad Sulpitium,lib. 13. 18.1, Amicitia peruetus mihi cum eo eſt, vt primum in forum veni, inſtituta. Sic Planco,lib.10.13.1,Vt primùm poteſtas data eſt augendæ dignitatis tuæ,nihil prætermiſi in te ornando,&c.

Vt primùm ceſſit furor.Virg.6.Æneid.21.

Vt quodque primũ geſtũ erat,ita,&c. Cic.1.de Inuent.41, Si vt quodque primùm geſtum erit,ita primùm exponetur,&c.

Vt quidque acciderit. Hirtius Ciceroni in Epiſt. ad Atticum, lib.15.315.5, Miſi igitur Tironem, & cum Tirone plures,quibus ſingulis,vt quidque accidiſſet,dares literas.

Vt quiſque me viderat. Cic.1.Verr.12, Imò verò vt quiſq; me viderat,narrabat.Aliis illud indignum,aliis ridiculũ videbatur.

¶Vt,Similitudinem dicit. Plautus Rud.24.55,Vt tute es,item cenſes omnes eſſe?

Vt & ſic.Cic.pro Roſcio Amerino.13,Nam vt illud incredibile eſt mortem oblatam eſſe patri à filio ſine plurimis & maximis cauſis:ſic hoc veriſimile non eſt,&c.

Vt,ſimilitudinis, ſuppreſſo ITA. Quintil.in Prœmio, lib. 1.3,Seu,quod proximum vero,nullam ingenii ſperantes gratiã circar es etiáſi neceſſarias , procul tamen ab oſtentatione poſitas: vt operum faſtigia ſpectantur,latent fundamenta. Horat. 1.Serm.ſaty.1.5, -quanquam ridentem dicere verum
Quid vetat?vt pueris olim dant cruſtula blandi
Doctores,elementa velint vt diſcere prima.

¶Vt & ita,cũ ſuperlatiuo,pro Tantò & quãtó. Cic.2.de Orat. 148,Vt quiſque optimè Græcè ſciret,ita eſſe nequiſſimũ. Ibidem,1.59, Vt enim quiſque optimè dicit, ita maximè dicendi difficultatem,variúſque euentus orationis, expectationémq; hominum pertimeſcit. Idem de Officiis, Vt quiſque animi magnitudine maximè excellit,ita & maximè vult princeps omniũ, vel potius ſolus eſſe.Hæc Valla.

Vt & ita,pro Talis & qualis. Plautus Pſeud.5.11, Vt voles eſſe me,ita ero.

¶Vt,ſuppreſſo ITA,ſæpe accipitur pro Ita vt,quêadmodum ſi dicam,Quotidie hoſpites ad me veniunt,vt incipiam iam ſto machari tantam frequentiam.

¶Vt,præcedẽte ITA.Cic.1.Tuſcul.48, Molliunt animos noſtros : ita ſunt deinde dulces vt non legantur modò, ſed etiam ediſcantur.

Vt, ſequente ITA.Terent.Hecyra,3.3.10,Vt res dant ſeſe,ita magni atque humiles ſumus.

¶Vt,in locum QVAM, vel QVANTVM ſuccedit,nunc ſine ITA, nunc cum ITA. Primo modo ſic,vt apud Quintilianum lib.12. cap.10, Non omittenda pars hæc orationis, ſed exigenda,vt optimè poſſumus. Et Cicero in Philipp. Quas vt honorificentiſſimis verbis ipſe conſequi potero, complectar mea ſententia. Altero modo ſic,vt apud eundem 1.de Oratore,95,Hæc vt breuiſſimè dici potuerũt,ita à me dicta ſunt. De poſitiuo autem nemini dubium erit QVAM & VT conuenire cũ Poſſum, vt idem in Philippicis,Sed reliquum curſum vitæ,quàm quidẽ poſſum breuiter perſtringam: & vt potui, breuiter perſtrinxi. Hæc Valla libro primo. Cic.ad Trebatium,lib.7.17.6, Sic eſt te commendaui & tradidi,vt grauiſſimè diligentiſſimèque potui. Idem pro Cluẽtio,57,Tum appellat hilari vultu hominem Bulbus,vt blandiſſimè poteſt.

¶Vt,Quippe, vel vipote,ſequẽte relatiuo.Quintil.lib.10.cap. 1,Nec ignoro quos tranſeo : nec vtique damno,vt qui dixerim eſſe in omnibus vtilitatis aliquid,&c. Idẽ in Gladiatore, Quũ me,vt cuius interiecto mari,non fortunam quiſque noſſe, non natales,non patrem poterat. Et alibi,Iam illud diximus quanto plus nitoris & cultus demõſtratiuæ materiæ,vt ad delectationem audientium compoſitæ,quàm quæ ſunt in actu & conten-

tione.ſuaſorix,iudicialéſque permittant.

¶ Vt,cum verbis Metuo,vereor,& timeo iunctũ,dubitationẽ ſignificat,& pro eo quod quidam NE NON dicũt ſumitur,vt ex ſequentibus exemplis patet. Terent.And.5.4.11, Metuo vt ſubſtet hoſpes. Ibidem,4.1.11, -dies mihi vt ſit ſatis vereor Ad agẽdum. Idem Hecyra,1.1.16,Sed firmæ hæ vereor vt ſint nuptiæ. Idem Andria, Sed vim vt queas ferre. Cæſar in Commentariis,Vt ſatis commodè ſupportari poſſet,timere dicebant. Cicero pro M.Marcello,Sed quum ita latè pateat eius poteſtas, quem veremur vt terrarũ orbem complexa ſit, nónne manis ſine periculo domi tuæ eſſe, quàm cũ periculo alienæ? Idem Attico,lib.7.135.6, Et tamen vereor vt iis ipſis contentus ſit. Eidem,lib.6.115.3,Quod enim tu abfuiſti,vereor vt ſatis diligenter actum in Senatu ſit de literis meis. Eidem,lib.11.211.1,Accepi enim à te literas,quib⁹ videris vereri vt epiſtolas illas acceperim: quas quidem vellem nunquam mihi redditas. Idẽ Terẽtiæ,lib.14.2.8,Omnes labores te excipere video,timeo vt ſuſtineas. Eidem,li.14.14.1,Sin homo amens diripiendã vrbem daturus eſt, vereor vt Dolabella ipſe nobis ſatis prodeſſe poſſit. Idem pro P.Quintio, Taménne vereris vt poſſit hæc cõtra Hortenſium contẽdere? Et 2.de Lege agraria,61, Veretur Hiempſal vt ſatis firmum ſit & ratum. Item 5.Philip.199, Ne verendũ quidẽ eſt,vt tenere ſe poſſit,vt moderari. Horat. 2.Serm.ſaty.1.13, -ô puer,vt ſis
Vitalis metuo.

¶ Vt,Quemadmodum,quo modo.Terent.And.1.1.8,
Ego poſtquam te emi à paruulo,vt ſemper tibi
Apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus,
Scis. Idem Eunuc.1.2.48, -tute ſcis,poſt illa quàm intimum Habeam te, & mea conſilia vt tibi credam omnia. Plautus Moſtell.9.15, Neſcio vt moribus veſtræ ſient. Ibidem,11.10,Vt adhuc mihi fuit corium, eſſe oportet ſyncerum. Idem Trinum.10.85, -vt animus
Eſt,eloquar. Cic.ad Atticum,lib.1.11.7,Me verò teſte proꝺucto,credo te ex acclamatione Clodii aduocatorum audiſſe quæ conſurrectio iudicum facta ſit,vt me circunſteterint, vt aperte iugula ſua pro meo capite P.Clodio oſtentarint. Idem in Piſonem,1, Sed omitto vt ſit factus vterque noſtrum. Virgil.in Bucol.5.ecloga,1, -aſpice vt antrum
Sylueſtris raris ſparſit labruſca racemis. Ouid.3.Amor.ele.8.2, de morte Tibulli,Aſpice demiſſis vt eat miſerabilis alis. Virg. 6.Æn.156, -vidén' vt geminæ ſtent vertice criſtæ? Horat.1. Carm.ode 9.1, Vidén' vt alta ſtet niue candidum Soracte?

Vt apparet,vt dicitur. Cic.pro Flacco,30,Siue hîc confictum eſt,vt apparet: ſiue miſſum domo eſt,vt dicitur,commouebor.

Vt dixi, per parentheſim. Cic.1.Acad.6, Quod iſta ipſa de re multum(vt dixi)& diu cogitaui.

Vt ferunt.Liu.1.ab Vrbe,163,Ex eo ira regi mota,eludénſque artem(vt ferunt)Agedum,inquit,&c.

Vt fama eſt.Liu.1.bel.Maced.117,Pecunia(vt fama eſt)ab rege accepta.

Vt eſt conſuetudo.Cic.pro Cecinna,16.

Vt fit. Cic.pro Roſcio Amerino,55,Verùm(vt fit)multa ſæpe imprudentibus imperatoribus vit belli,ac turba molitur.

Vt ſæpe venit. Colum.lib.4.cap.2.1,Siue viuit,&(vt ſæpe venit)vel nigri eſt generis, vel parum fertilis,non in vno, ſed in pluribus pedamentis ædificat.

Vt intelligi poteſt è. Cic.1.de Finib.1, Et exteros ſophiſtas,vt à Platone intelligi poteſt,luſos videmus à Socrate.

Vt perhibent, Locutio Virgilio peculiaris, qua vtitur quoties aliquid affirmare non audet, aut fabuloſum quiddam eſt dicturus.Virg.4.Æneid.36,
Illam terra parens ira irritata deorum
Extremum(vt perhibent)Cœo,Enceladóque ſororem
Progenuit. Ibidem,lib.8.27,
Electra(vt Graii perhibent)Atlantide cœtus,
Aduehitur Teucros.

¶ Vt,pro Sicut. Cæſar in Commentariis,Horum authoritate finitimi adducti(vt ſunt Gallorum ſubita & repentina conſilia) eadem de cauſa Trebium, Terraſidiúmque retinent. Hoc eſt, Qui mos eſt Gallorũ in cõſiliis capiẽdis. Terẽt.Heaut.3.3.37, -verùm,vt aliud ex alio incidit.c.quidnã Syre? 2.peſſuma hæc Eſt meretrix. Idem Adelph.5.3.55,
-eho,an domi eſt habiturus?s.credo,vt eſt
Dementia. Plaut.Trucul.1.14,Vt mos eſt mulierum. Cic.5. de Finibus,110,Pueri,in quibus,vt in ſpeculis, natura cernitur. Terentius Phorm.1.1.5, Vt nunc ſunt mores. Plaut.Trinum. 11.1,Vt mihi rẽ narras Callicles, nullo modo poteſt fieri. Cic. 1.Verr.16, Illi quidem,vt eſt hominum genus nimis acutum & ſuſpicioſum,non te ex Sicilla literas in Verrem deportare vel-

le arbitrantur,&c. Sic Liuius 6.ab Vrbe,137,Vt mos eſt.

Vt par eſt,Vt decet. Cic.Mattio,lib.11.28.3,Reſpõdebo crimínibus quibus tu pro me,vt par erat,tua ſingulari bonitate & amicitia noſtra ſæpe reſtitiſti.

Vt poteſt. Cic.ad Lentulum,lib.1.2.10, Nos in Senatu quemadmodum ſpero,dignitatem noſtram,vt poteſt in tanta hominum perfidia & iniquitate,retinebimus.

¶ Vt,aliquando accipitur quaſi pro Secundum: vt Cicero de Senectute, 11, Qui ſermo, quæ præcepta, quanta notitia antiquitatis? quæ ſcientia iuris augurandi? Multæ etiam vt in homine Romano literæ. Id eſt ſecũdum id quod ſolent ſcire Romani.Hæc Valla lib.2.

Vt tẽporibus illis.Cic. de Claris Orat.14,Poſteáque Cliſthenem multum,vt temporibus illis,valuiſſe dicendo.Id eſt ſecundum illorum temporum eloquentiam. Ibidem,51,L. Cælius Antipater ſcriptor fuit,vt temporibus illis luculentus,iuris valde peritus. Et 55, Erat cum literis Latinis, tum etiam Græcis, vt temporibus illis, ſatis eruditus. Iterum, 10, Denique hunc proximo ſeculo Themiſtocles inſecutus eſt,vt apud nos,perantiquus:vt apud Athenienſes,non ita ſanè vetus.Id eſt,pro temporibus illis.

Vt in tali tẽpore. Liu.4.bel.Pun.116,Apollonides principum vnus orationem ſalutarem,vt in tali tempore,habuit.

Vt numerantur Athenienſium ſecula. Cic.de Claris Orat.19, Vt Populi Romani ætas eſt,ſenes: vt Athenienſium ſecula numerantur,adoleſcentes debent videri.

Vt in tantis malis,Id eſt ſecundum quod in tantis malis perfici poterat. Cicero ad Caſſium,lib.12.2.6,Nonnihil,vt in tantis malis,eſt profectum.

Vt in licentia hac temporum,Id eſt reſpectu horum temporum,in quibus magna vtimur licentia.Plin.epiſt.3.lib.3.

Vt nũc eſt.Cic.ad Auicũ,lib.12.247.1,Quæ ſi manebũt,quærenda eſt excuſatio ad Brutũ,& vt nunc eſt,manſuræ videntur.

Non,vt olim ſolebat,Atellanum:ſed,vt nunc fit,mimum introduxiſti.Cic.Pæto,lib.9.16.19.

¶ Vt, Aduerbium ſimilitudinis, cum præterito imperfecto coniunctiui. Cic. ad Cælium, lib.4, Eius negotium ſic velim ſuſcipias,vt ſi eſſet res mea. Idem 1.Off.66, Qui aliis nocent, vt in alios liberales ſint, in eadem ſunt iniuſtitia, vt ſi ipſi in ſuam rem alienam conuertant.

Vt ſe cauſa habet.Cic.4.Academ.21,Sed me hercule,vt quidẽ ſe nunc cauſa habet, etſi heſterno ſermone labefacta eſt, mihi tamen videtur eſſe veriſſima.

Vt dici tempus eſt.Terent.Heaut.1.1.38,Tu vt tempus eſt dici, videſis ne quo hinc abeas longius. Ibidem,1.1.116,
-ſed vt dici tempus eſt,
Monere oportet me hunc vicinum Phaniam.

¶ Vt,pro eo quod barbarè dicitur, *Quam ita eſſet quod*. Plaut. Menæh.2.61,
Nam rus vt ibat,vt multum fortè pluerat,
Ingreſſum fluuium rapidum.

¶ Vt numerabatur fortè argentum:Hoc eſt, Quum numeraretur,Ea hora qua numerabatur.Terent.Adelph.3.3.51,
Nam vt numerabatur fortè argentum,interuenit
Homo de improuiſo,&c.

¶ Vt,pro eo quod barbarè dicũt, *Secundum quod*.Cic pro Murena,19,Quòille quũ eſſet,vt ego mihi ſtatuo, talis, qualem te eſſe video,nunquam cum Scipione eſſet profectus. Idem ad Atticum,lib.13.286.3,Vt mea memoria eſt.

Vt viſũ eſt illi.Ci.4.Acad.111. Tenemúſne quid ſit animꝰ,vbi ſit,deniq; ſitne,aut vt Dicæarcho viſum eſt,ne ſit quidem vllus?

Vt in quoque erat authoritatis plurimum.Cic.3.Verr.47,Pro ſe quiſque,vt in quoque erat authoritatis plurimum,ad populum loquebatur.

¶ Vt,pro Quomodo,interrogãtis.Plaut.Perſa, Vt valet? R. vt queo. Ibidem,16.5,Vt munitum muro tibi viſum eſt oppidũ? Idem Trinum. Quid agit tua vxor? vt valet? Et Mercat.7.50. Vt videtur mulierc.non ædepol mala. Horatius 1.epiſt.3.3,Vt valet? vt meminit noſtri? Ouid.1. de Ponto,eleg.6.1,Cernis vt ignauum corrumpat otia corpus?

Vt,pro Quomodo,cum quadam admiratione: & aliquando cum interrogatione.Plaut.Capt.Vt ſæpe ſumma ingenia in occulto latent? Ibidem,6.16, Vt facetè orationem ad ſeruitutem contulit? Idem Ruden.Vt afflictantur miſeræ? Ibidem, Vidéne alteram illam vt fluctus eiecit foras? Ibidem,Vt præ timore ingenua in vndas cõcidit? Ibidem,Vt te amplector lubens? Ibidem,Vt ego amo te mea Ampeliſca? vt dulcis es? Idem Merc.Vt diſſimulat malus? Et Sticho,Vt ego te nũc cõſpicio lubens? vt præ lætitia lachrymæ profiluũt mihi. Cic.pro Milone,47,Vt contẽptim, ac pro nihilo putauit? Idem Attico,

lib.7.139.2, Cneus autem noſter(ô rem miſeram,& incredibilẽ) vt totus iacet! Sic 5.de Finib.109,Vt illi efferũtur lætitia quum vicerint:vt pudet victos! vt ſe accuſari nolút:quàm cupiũt laudari! quos illi labores non ferunt vt æqualium principes ſint! Terent.Heaut.4.1.51,Vt præter ſpem euenit! Idem Eunucho, 2.1.43,Vt falſus animi eſt! Virg.lib.8.Æneid.31,

-vt te fortiſſime Teucrũm
Accipio,agnoſcóque libens. Idem 1.Æneid.57,
Vt te poſt multa tuorum
Funera,poſt varios hominúmque,vrbiſque labores,
Defeſſi aſpicimus! Horat.Epod.1.13,Vt iuuat paſtas oues videre properantes domum! Idem,
-vt ſenẽper gaudes illudere rebus
Humanis! Idem Epod.1.4.Vt gaudet inſitiua decerpens pyra!

¶Vt,pro Licet,vel poſito, vel dato,vt nunc loquimur. Cæſar in Commentariis,Ac iam vt omnia contra opinionem acciderent, tamen multo ſe plurimum nauibus poſſe proſpiciebant. Cicero ad Atticum, Quit autem locus erit tutus,vt placatis vtamur fluctibus? Idem ad Brutum,9.4,Nos te tuúmque exercitum expectamus, ſine quo vt reliqua ex ſententia ſuccedãt,vix ſatis liberi videmur fore. Idem in Oratore, Vt enim quæras omnia, quomodo Græci ineptũ appellent non reperies. Id eſt quanuis,vt vult Budæus. Idem pro P.Quintio,1,Ad me ventum eſt,qui vt ſumma haberem cætera,temporis quidem certè vix ſatis habui,vt rem tantam, tot cõtrouerſiis implicitam poſſem cognoſcere. Idem 1.de Lege agrar.14,Etenim vt circũſpiciamus omnia quæ populo grata,atque iucũda ſunt:nihil tam populare quàm pacem, quàm concordiam,quàm otium reperiemus. Et 11.Philip.31.4,Quid ſi pacis,id eſt timoris noſtri nomen audiuerit,vt nõ referat pedẽ,inſiſtet certé. Idẽ in Philippicis,Legem illam appellare fas nõ eſt:& vt ſit lex,non debemus illam Hircii legẽ putare. Sic 5.Verr.79,Vt illud nõ cogitarem, tamen ad eiuſdem ordinis homines te iudices eſſe venturum.Ibidem,117,Verùm vt ita ſit,tamen,&c. Et 7.140, Cato de Re ruſtica, Non eſt in noſtra poteſtate, ſed in naturæ,vt tamen multum ſit in nobis. Plinius epiſt.148,Sed vt norint, quid inuident mihi fœliciſſimo errore? Plinius auũculus,lib. 7.cap.40.1,Quippe vt alia non ſint, certè ne laſſeſcat fortuna, metus eſt. Ouid.1.de Ponto,eleg.1.13,

Vt mihi dii faueant,quibus eſt manifeſtior ipſe,
Pœna poteſt demi,culpa perennis erit. Ibidẽ,lib.4.eleg.5.2,
Luce minus decima dominam venietis in vrbem,
Vt feſtinatum non faciatis iter. Ibidem,lib.1.4.3,
Vt multum demas noſtro de corpore curæ,
Non minus exhauſto quod ſuperabit erit. Idem epiſt.7.3,
Vt terram inuenias, quis eam tibi tradet habendã? Ibidẽ,11,
Vt pelago ſuadente etiam retinacula ſoluas,
Multa tamen latus triſtia pontus habet. Horat.1. epiſt.1.15,
Plures ſunt plateæ, nihil vt meditantibus obſtet? Liu.ab Vrbe condita, Ex Brutio agro,qui vt omnis coleretur,exiguus tamen tanto alendo exercitui erat. Idem de bello Macedonico, Vt trium numero ſcriptorum parum fidei ſit, magnam tamen victoriam fuiſſe apparet.

¶Vt, pro Vtinam, Execrantis,vel optantis particula. Plautus Perſa,Vt iſtum di,deæque perdant. Idẽ Moſtell.4.34, -vt dii Deæque omnes me peſſimis exemplis interficiant,
Niſi ego illam anum interfecero ſiti, fameque, atque gelu.
Terent.Heauton.4.6.6,
Vt te omnes equidem di,deæque quantum eſt Syre,
Cum iſtoc inuento,cúmq; incœpto perdiint. Idem Adelph. 4.6.2, -vt Syre te cum tua
Monſtratione magnus perdat Iuppiter. Et Eunucho, 2.3.10, Vt illum di deæque ſenium perdant.

¶Quod pleriquẽ omnes faciunt,vt.Terent.And.1.1.29,
Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,
Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant,&c.

¶Vt,Tanquam ſi. Plinius epiſt.147.d,Iam vt in limine,iam vt intra limen audiuit.

¶Vt,Ita vt.Terent.And.1.1.108,
Tum illa,vt conſuetum facilè amorem cerneres,
Reiecit ſe in eum flens, quàm familiariter! Idẽ Phor.1.2.57,
Lachrumæ,veſtitus turpis:vt ni vis boni
In ipſa ineſſet forma,hæc formam extinguerẽt. Plaut.Pœn. 4.16,Olent,falſa ſunt,tangere vt non velis.

¶Vt,pro Vſqueadeò vt.Cic.in Orat.31,Vt non iam ſine cauſa Demoſthenes tribueret primas, ſecundas, & tertias actioni. Plinius, Vt non ſit mirari ſatis naturæ prouidentiam. Cicero 2.Verr.10, Hominem eſſe arbitror neminem, qui nomen iſtius audierit, quin facta quoque eius nefaria commemorare poſſit: vt mihi magis timendum ſit, ne multa crimina prætermittere, quàm nequa in iſtum fingere exiſtimer. Idem ad Anicum,lib.15.311.8,Eſt autem oratio ſcripta elegantiſſimè ſententiis,verbis, vt nihil poſſit vltra cogitari. Et 4.Academic.114, Sinauté omnino nihil eſſe quod percipi poſſit à me,ſumpſero, & quod tu mihi das accepero,ſapientem nihil opinari,effectum illud erit,ſapientem aſſenſus omnes cohibiturum: vt videdum tibi ſit idne malis,an aliquid opinaturum eſſe ſapientem.

¶Vt,Modo vt.Plautus Curcul.6.7,
-interea hunc ſomnium
Narrat:meliorem quàm ego ſum,ſuppono tibi:
Nam quod ſcio,omne ex hoc ſcio. c A.operã vt det.P A.dabit. Cic.5. Verr. 91, In iugere Leontini agri medimnum ferè tritici ſeritur,perpetua atq; æquabili ſatione ager efficit, cum octauo bene vt agatur:verùm,vt omnes dii adiuuent,cum decimo.

¶Vt maximé.Colum.dẽ Arboribus,cap.7.2,Diuerſæ autem, quæ ſupra terram extare debent, ne paſſus ſueris plus quàm duas,aut vt maximè tres gemmas habere.

Vt quum maximé.Cic.ad Q.fratrẽ,lib.1.10.7,Dom⁹ celebratur ita vt quum maximé.Hoc eſt,vt ſi nunquam aliàs.Budæus.

Vt multum,Id eſt Ad ſummum.Mart.lib.10.11,
Donaui tamen,inquis,amico millia quinque,
Et totam,vt multum,térque quatérque togam.

Vt plurimum valet. Cic.2.de Legib.56, Sequitur enim de iure belli: in quo & ſuſcipiendo & gerendo, & deponendo,ius vt plurimum valet,& fides.

¶Vt qui.Plautus Curcul.5.3,
Migrare certum eſt iam nunc è phano foras,
Quando Æſculapi ita ſentio ſententiam,
Vt qui me nihili faciat,nec ſaluum velit. Colum.lib.6.ca.36,
Concepta diutius in partum adoleſcunt, vt quæ peracto anno menſe tertiodecimo vix edantur. Et lib.11.cap.3,Vt quæ macerrimo ſolo per ſe maritimis plerunque regionibus naſcuntur.

Vt qui veriſſimè: ſubaudi amat. Plin.epiſt.199,Amat vt qui veriſſimè:dolet vt qui impatientiſſimé.

¶Vt ne addam.Terent.Phor.1.3.16, -tu coniicito cætera,
Quid ego ex hac inopia nũc capiam, & quid tu ex iſtac copia:
Vt ne addam quòd ſine ſumptu ingenuam,liberalẽ nactus es.

Vt ne,Eleganter pro ſola particula N E vſurpari ſolet,dicendi modo,quo literatiſſimi illius fœlicis ſeculi vtebantur,qui pro ratione debet eſſe nobis.Plautus Ciſtell.2.33,
Neque hanc ſuperbiæ cauſa reppuli ad meretricium
Quæſtum,niſi vt ne eſurirem. Idem Aulul. Vt ne abſtuliſſe intelligam. Et Mercat.13.15, At ego expurgationem habebo, vt ne ſuccenſeat. Idem Aſin. Licet laudem fortunam, tamen vt ne ſalutem culpem. Terent.Hecyra,Nempe ea cauſa vt ne id fiat palám. Idem Eunucho,5.4.10, Vlciſcar, vt ne impunè in nos illuſeris. Ibidem, Itaque vt ne id videam, miſera huc effugi foras. Idẽ And.4.1.16, Vt ne pater per me ſtetiſſe credat. Cic.ad Curionẽ,lib.1.6.10,Petiui ſæpe per literas,&c.non vt decernatur aliquid noui,quod ſolet eſſe difficilius, ſed vt nequid noui decernatur. Idem Tironi,lib.16.9.6, Sed tamen ita velim,vt nequid properes. Idem pro Milone, Opera datur vt iudicia ne fiant. Ibidem,13,Si hic illi:vt ne ſit impunẽ. Idẽ Poſt reditum in Senatu,9, Vt lex Helia, lex Fuſia ne valerent. Idem 4.Ver.104,Poſtulant enim,non vt ne cogantur ſtatuere. quid agitur:vt ipſis ne liceat. Idẽ pro Cecinna,69, Vt ne longius abeam,declarat iſta deſcriptio eſſe aliquid. Idẽ 1.de Orat. 65,Vt iis quæ habeãt,modicè & ſciẽter vtãtur,& vt ne dedecerat.

¶Vt quid,pro Quamobrem,interrogãtis eſt. Liu.4.ab Vrbe, 154, Vt quid enim aliquis Trib. pleb. ruat cæcus in certamina, periculo ingenti,fructu nullo? Cic.ad Anicum,lib.7.117.3,Depugna,inquit,potius quàm ſeruias. Vt quid? ſi victus eris, proſcribare: ſi viceris,tamen ſeruias.

¶Vt vt,ſignificat Vtcunque,ſiue quoquo modo,vt ait Donatus.Plautus Amphit.17.49,
Ita profectò ſine dolore peperit. A.Iam iſtuc gaudeo,
Vt vt erga me merita. Idem Ciſtel.2.100,
Si me abſente Alceſimarchus veniet,nolito aciter
Eum inclamare:& vt vt me erga eſt meritus,tamen incordies.
Et Merc.10.15,Verùm hercle poſtremo vt vt eſt,non ibo tamen.
Terent.Heaut.1.1.26, Dicam:vt vt erat,mãſum tamen oportuit.
Plautus Amphitr. 4.243, Verùm vt vt es facturus, hoc quidem hercle haud reticebo tamen. Idem Pſeud.5.35,Nõ poteſt pietati obſiſti huic,vt vt res ſunt cæteræ. Terentius Phorm.5.1.4, Nam vt vt erant alia, illi certè,quæ nunc domi tuæ eſt, conſuleres. Idem Adelph.1.2.49,
-imò hercle hoc quæſo Syre,
Vt vt hæc ſunt facta,potius quàm lites ſequar,
Meum mihi reddat. Ibidem,4.4.21,
Hæc adeò mea culpa fateor fieri,non me hanc rem patri,

Vrvt erat gesta, Indicasse.

¶ Vtpota, Vide Puto, putas in prætermissis.

Vtcunque id est Quomodocunq; Plaut. Amph. 4. 189, Seruúsne, an liberis. vtcunque animo collubitum est meo.

¶ Vtcunque, Secundum quod. Plaut. Epid. 1. 46, -vtcunque In abo ventus est Epidice, ex imo velum vortitur. Idē Pœn. 11. 9, Vtcunque est ventus, exin velum vortitur. Cicero, Quibus esset moderandum vtcunque res postularet.

¶ Vtcunque, Quoquomodo, omnibus modis. Terent. And. 4. 4. 15, -ta vt subseruias

Orationi, vtcunque opus sit verbis, vide. Idem Heaut. 5. 3. 17, Sed nostrum est intelligere: vtcunque atque vbicunque opus sit obsequi. Cic. in Orat. 31, Itaque ille perfectus, quemadmodum laudandus noster iudicat oratio. Vtcunque se affectum videri, & animum ardentius moueri volet, ita certum vocis admouebit sonum.

¶ Vtcunque erit, Prout. Liuius 1. ab Vrbe, 57, Mea prima sors fuit: cæteri, vtcunque ceciderit, primi, quoad te opportunum fortuna dederit, suo quisq; tẽpore aderunt. Ibidem, in Præf. libri 1. 5, Sed hæc & his similia, vtcunque animaduersa aut æstimata erũt, haud in magno equidẽ ponam discrimine. Idem 1. belli Macedon. 34, Vtcunque esset igitur, illo ipso tam iniquo loco aggredi hostem placuit. Idem 5. ab Vrbe, 5, Se tamen vtcunque sit, etiam nunc pœnitere sua sponte Æquos, quàm pati hostilia malle. Ibidẽ, in Præf. libri 1. 1, Vtcunque erit, iuuabit tamen rerum gestarum memoriæ principis terrarum populi pro virili parte, & meipsum consoluisse. Virgil. 6. Æneid. 165, -vtcunque ferent ea facta minores.

Vincet amor patriæ, laudúmque immensa cupido.

Sed vtcunque aderunt res. Cic. 1. Offic. 188.

¶ Vtcunque, pro Aliquantum, aliquo modo. Plin. lib. 8. cap. 18. 3, Vtcunque rabiem & ipsi sentiunt.

Vtensile, Vide Vtor.

Vter, vtra, vtrum, Quis vnus ex duobus. Ponitúrque interrogatiuè, & aliquando infinitè: vt, Vter vestrum fecit hoc? Plautus Truc. 4. 48, -sed vtris Cum rem esse mauis? Idē Menæch. 17. 21, Vter meruistis culpam? Cic. 3. Verr. 87, Vtrum reprehendis, quòd patronũ iuuabat, eum qui tum in miseriis erat: an quòd alterius patroni mortui voluntatẽ conseruabat, à quo summum beneficium acceperat? vtrũ horũ reprehẽdis? Idem pro Fonteio, 25, Videte igitur vtrum sit æquius, hominẽ honestissimũ, virum fortissimum, ciuem optimum, dedi inimicissimis atque immanissimis nationibus, an reddi amicis.

Vtra lex iubeat aliquid, vtra permittat. Cic. 1. de Inuent. 130.

Potest omnino hoc esse falsum, potest verum: sed vtrum sit, non est mirabile. Cic. 1. de Diuinat. 108.

Vtrum igitur eorum accidisset, verum oraculum fuisset. Cic. 2. de Diuinatione. 173.

¶ Vter, pro Alteruter. Cic. 5. Verr. 17, Omnium controuersiarũ quæ essent inter aratorem & decumanum, si vter velit, edicit se recuperatores daturum. Ibidem, 5. 18. Deinde in hoc homo lynceus, & iam callidus ac veterator esse vult, quòd ita scribit, Si vter volet, recuperatores dabo.

Vter alteri dixerit, nescio. Plinius.

Vter vtri. Cic. pro Milone, 17, Vter vtri insidias fecerit. Cæsar 5. bel. Gall. 168, Neque diiudicari posset vter vtri anteferendus virtute videretur.

Neuter vtri. Plaut. Sticho, 14. 51, Neuter vtri inuidet.

Vtercũque, Aduerbium, pro Vteruis vel vterlibet. Cic. ad Torquatum, lib. 6. 4. 4, Magnæ vtrinque copiæ ita paratæ ad pugnandum esse dicuntur, vt vtercũque vicerit, non sit mirum futurũ. Gell. lib. 5. cap. 10, Ne sententia sua vtrãcunque in partem dicta esset, ipsa sese rescinderet. Quintil. in Proœm. lib. 6, Oris suauitas, & in vtracunque lingua, tanquam ad eam demum nata esset, expressa proprietas omnium literarum.

Vtérlibet, pen. corr. Alter ex duobus: hoc est Vter quem tibi capere libet. Plin. lib. 24. cap. 4. 5, Suberis cortex tritus, ex aqua calida potus, sanguinem fluentem ex vtralibet parte sistit. Idem lib. 25. cap. 13. 25, Mobiles dẽtes vtralibet decocta in aceto firmãtur. Et lib. 7. cap. 12. 2, Cogitatio etiam vtriuslibet animum subitò transuolans, effingere similitudinem aut miscere existimatur. Item lib. 8. cap. 31. 5, Accensis autem vtrislibet, odore serpentes fugantur, & comitiales morbi deprehenduntur. Cic. pro Quintio, 54, Vtrumlibet elige, alterum incredibile est: alterum nefarium, & ante hoc tempus vtrunque inauditum.

Vternam. Horat. 2. Serm. Saty. 2. 21, -vternam

Ad casus dubios fidet sibi certius, hic, qui

Pluribus assuerit, &c. An qui, &c.

Vterque, vtraque, vtrũque, vtriusque, Alter & alter, vel vnus & alter: de duobus dicitur. Plaut. Amphit. 1. 7, Vterque deludantur dolis mirum in modum. Idem Trinum. 2. 11, -celeri gradu Eunt vterque. Et Curcul. 4. 31. Vterque insaniunt. Sic dictus Vtrique exercitus. Terent. Phorm. 3. 2. 16, Vterque est similis sui. Idem Eunucho, 5. 2. 1,

Apud Antiphonem vterque, mater & pater,

Quasi dedita opera domi erant. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 10. 8, Sed neq; Cæsari imperari potest, nec Cæsar suo exercitui quod vtrunque pessimum est. Virgil. 1. Æneid. 13,

-fidens animi, atque in vtrunque paratus,

Seu versare dolos, seu certæ occumbere morti.

Eorum cõtrouersiam non incommodum videtur cum vtrorumque ratione exponere. Cic. 1. de Inuent. 73.

In vtraque parte multa dicuntur. Cic. 4. Acad. 113.

In vtranque partem. Vide In præpositionem.

Quoniã vtriusque studii nostra possessio est, hodie vtro frui malis, optio tua sit. Cic. de Fato, 6.

Horum vterque cecidit victus. Cic. de Aruisp. resp. 50.

Palmas vtrasque tetendit. Virg. 6. Æneid. 137.

Manu vtraque pulsare aliquem. Virg. 5. Æneid. 93.

Vtraq; lingua, Græca & Latina. Plin. lib. 11. ca. 1. 8, Est platanus vna insignis vtriusq; linguæ monumẽtis. Horat. 3. Cat. ode 8. 1, Docte sermonis vtriusque linguæ. Ad Mecœnatem.

Vtraque tempora, dixit Virgilius 5. Æneid. 171,

-super vtraque quassat Tempora.

Dom' vtriusq; nostrũ ædificatur strenuè. Cic. Q. fratri. li. 1. 8. 5.

Vterque vtrique. Terent. Phorm. 5. 3. 17, Quia vterque vtrique est cordi. Cæsar bel. Gall. lib. 7, Quum vterque vtrique esset exercitus in conspectu.

Vterque alterum verberauit, Id est hic illum, & ille hunc verberauit. Cic. 1. Offic. Quorum vterque suo studio delectatus, cõtempsit alterum. Quintil. lib. 11. ca. vltimo, Quùm enim vterque alteri obiiciat, palàm est vtrunque fecisse.

¶ Vtrique, De pluribus dicitur duo genera faciẽtibus. Cic. 2. in Catil. 40, Quos ego vtrosque Quirites in eodem genere prædatorum, direptorúmque pono. Id est, Quæ duo genera ciuium. Budæus.

Vtrique ab vtrisque. Terẽt. Heaut. 2. 4. 14, Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero deuincimini. Hic in plurali duo significat, sed sic vt in singulis multi sint.

Vteruis, Vter quem tu vis. Cic ad Anicum, lib. 9. 170. 5, Proquæstor ego vnus cui vtruuis liceret. Eidem. lib. 5. 91. 2, Nam posset aliquid, si vteruis nostrum adesset agente Seruilio Seruio fieri probabile. Idem 5. Verr. 142, Nihil dicet ex tempore: nihil ex sua voluntate: nihil vt ei vtruuis licuisse videatur.

Vtrũuis saluo officio se facere posse arbitrarentur. Cicero pro Roscio Amerino, 2.

At minus habeo viriũ quàm vestrũ vteruis. Cic. de Senect. 19.

Quod certum est non facere dum vtruuis licebit. Cicero pro Roscio Amerino, 50.

Vtrinque, Aduerbium. Ab vtroque latere. Plaut. Amph. 4. 65, Postquam vtrinque exitum est maxima copia. Idẽ Pseud. 5. 156, Ergo vtrinque tibi nunc delectum para. Cæsar 7. belli Gall. 171, Multis vtrinq; interfectis. Idẽ 3. bel. Ciuil. 37, Satis esse magna vtrinque incõmoda. Liu. 1. ab Vrbe, 49, Principes vtrinque pugnam ciebant. Cic. Torquato, lib. 6. 4. 3, Tum hoc tempore ita magnæ vtrinque copiæ, ita paratæ ad depugnandũ esse dicuntur, vt vtercunque vicerit, nõ sit mirũ futurum. Horat. 1. epist. 19. 1, Virtus est medium vitiorum vtrinque reductum.

Vtrinque, pro Ab vtroque. Plaut. Amph. 3. 111, Vtrinque est grauida, & ex viro, & ex summo Ioue.

Vtrò, Aliud aduerb. Versus quã partem. Plin. lib. 18. cap. 19. 5, Id demum rectè subactum erit, vbi non intelligitur vtrò vomer ierit.

Vtrobique, pen. prod. Similiter aduerbium. Idem quod vtrinque. Plaut. Milite, 8. 54.

Neque eques, neque pedes præfectus quisquã tanta audacia est, Qui æquè faciat confidenter, quàm mulieres faciunt,

Vt vtrobique orationem doctè duint. Liuius 7. bel. Pun. 115, Vt eodem tempore vtrobique Respub. prosperè gereretur: aduersa secundis pensando. Idẽ 6. belli Maced. 151, Aut pacem aut bellũ vtrobique habenda. Et 6. ab Vrbe, 119, Ab ductibus vtrobique proditæ temeritate atque insciția res. Ibidẽ, lib. 10. 103, Minus quàm Collega cepit hominum, plus aliquanto occidit: præda opulenta vtrobique est parta. Asinius Pollio ad Ciceronẽ, lib. 10. 3. 5, Quum verò non liceret mihi nullius partis esse, quia vtrobique magnos inimicos habebam, ea castra fugi in quibus planè tutum me ab insidiis inimici sciebam non futurum.

Eadem veritas vtrobique est. Cic. 1. de Nat. deorum, 111.

Vtrôque, pen. prod. Aduerbium loci, Ad vtrunque locum. Plautus Sticho. 7. 45, Per ortum vtroque commeatus conuinet. Liu. 8. ab Vrbe, 188, Vtroque exercitus missi.

Vtroque verſum.Plaut.Capt.7.8,
Vtroque verſum rectum eſt ingenium meum
Ad te,atque ad illum. Gell.lib.5.cap.11,Ambigua ſint,& vtroque verſum dicantur.

Vtrum,Interrogandi aduerbium,idem quod Num ſignificans,& ſequentem ferè ſemper habet particulam An,vt in ſequentibus exemplis vides. Plautus Amphit.3.56,Vtrum ſit,an non,voltis? Idem Rud.19.1, -vtrum tu leno cum malo lubentius
Quieſcis,an ſic ſine malo, ſi copia eſt? Cic.4.Acad.168,Quid quod eadē illa ars,quaſi Penelope, telam retexens tollit ad extremum ſuperiora,vtrum ea veſtra,an noſtra culpa eſt? Idem pro Roſcio Comœdo,19, Vtrum dimidia parte, an pro tota ſocietate? planius dicam. vtrum pro me? an & pro me & pro te? Item 4. Verr.19,Quid intereſt,vtrum Prætor imperet,vique cogat aliquem de ſuis bonis omnibus decedere:an,&c. Ibidem, 7.95, Vtrum ego deſipio, & plus quàm ſatis opus eſt, doleo in tanta calamitate miſeriáque ſociorum:an,&c.

Multum intereſt vtrum laus imminuatur,an ſalus deſeratur. Cic.Lentulo,lib.1.7.27.

Quid tu(malùm)curas vtrum crudum,an coctū edam? Plautus Aulul.11.15.

¶ Vtrum,citiā ſine particula An interrogat.Plaut.Sticho,15.9, Vtrum tibi accumbò? S A. vtrum vbi tu vis?

Vtrum granius aliquid in quempiam dici poteſt? &c.Cicero pro Cœcinna,21.

¶ Vtrum,Dubitantis.Plaut.Capt.6.18,
Sed vtrum ſtrictimne attonſurum dicam eſſe,an per pectinem, Neſcio. Terent.Phorm.4.3.54,
Vtrum ſtultitia facere ego hunc,an malitia
Dicam,ſcientem an imprudentem,incertus ſum. Cicero pro Quintio,61,In diſcrimen verſatur,vtrúmne poſſit ſe contra luxuriem ac licentiā ruſticana illa atque inculta parſimonia defendere. Idem 5.Verr.74,Vos etiam nunc dubitate,ſi poteſtis, vtrum tantum numerum tritici Venerius apparitor iſtius ſibi acceperit,an huic exegerit.

Vtrúmne.Horat.Epod.1.1,
Vtrúmne iuſſi perſequemur otium
Non dulce,ni tecum ſimul? An hunc laborem,&c.

Uter,vteri,m.g.vel V terus,vteri,pen.corr. Qui cōtinet,& tanquam vter eſt ad fœtum continendum. Propriè enim de mulieribus & reliquis huiuſmodi ſexus dicitur. Loci aliàs appellantur. Plinius lib.11. cap.37.70, Fœminis eadem omnia,præterque veſicæ iunctus vtriculus: vnde dictus vterus, quod alio nomine locos appellant. Plautus Aulul.27.10, Perii mea nutrix, obſecro te, vterus dolet. Plinius lib.8.cap.43, de aſina, Sed incontinens vterus vrinam genitalem reddit, niſi cogatur in curſum verberibus à coitu.

¶ Vterus,pro Vētre.Virg.1. Æneid.5, -vterúmq; armato milite complent. Cæcilius, Nunc vter creſcit, non poteſt celari. Plautus Trucul. 4.91, Nam equidem vterum illi, quod ſciam, nunquam extumere ſenſi.

Vtero grauis.Plin.lib.9.cap.6.1,Tūc quidem & vtero graues, pariendive pœnis inualidæ, ſolum auxilium nouēre in altum profugere.De balænis.

Diua potens vteri,Lucina.Ouid.9.Metam.64.
Cælare manibus vterum.Ouid.2.Metam.93.
Diro vtero,fert impia ſemina.Ouid.10.Metam.93.
Ignoratus vterus,Vide IGNOTO.
Implerat vterum generoſo ſemine.Ouid.9.Metam.57.
Rugis vterum Lucina notauit.Ouid.3.de Arte,156.
Granitas tendebat mihi vterum. Ouid.9.Metamor.58.Verba ſunt Alcmenæ.
Tumens vterus.Stat.11.Thebaid.118.

Vti faciliore vtero.Plin.lib.8.ca.31.1.Fœminæ antē ante partum pūrgantur herba quadam, quæ ſeſelis dicitur,faciliore ita vtentes vtero.

Vtérculus,vtérculi:ſiue vtriculus,pen.cor.Diminutiuum.Plin.lib. 11.cap.11.3.Præterea è fronde ac pabulis potus in vterculos cōgeſtus apum(ore enim eum vomunt) & ad hæc ſucco florum, &c. Idem lib.11.cap.37.70.Vide paulò ſuprà.

¶ Vtriculos Plinius vocat quæ Græci ἔμβρυα, id eſt ſeminum in frugibus innoluera & operimenta,quæ trita & cribro excuſſa,glumæ ſiue acus dicūtur.Quinetiam prima illa florum germina quæ veluti quidam vtriculi tumēt priuſquam flos arborum aperiatur,vtriculos vocat,lib.16.cap.26,de arboribꝰ loquēs, Pariunt verò quum florent:flóſque ille ruptis conſtat vtriculis.

Vterinus,pen.prod. Qui ex eodē vtero prodiit.Inſtit.lib.3.Titulo De bonorum poſſeſſ. Frater,ſorórve, conſanguinei vel vterini.

Uter,vtris,m.g.Pellis qua vinum aut oleum deferri ſolet.Plin. lib.11.ca.7.6,Indi in vtribus camelorum, aut rhinocerotum lycion mittunt. Virgil.1.Georgic.77, Mollibus in pratis vnctos ſaluere per vtres. Sic Liu.1.bel.Pun.186. Ouid.3.Amor.eleg. 11.6,Æolios Ithacis incluſimus vtribus Euros.

Vtricularius,vtricularii, Qui inflat ex vtre fiſtulam. Suet.in Nerone,cap.54,Vouerat ſe prodituru hydraulam,& choraulam, & vtricularium.Nos Galli dicimus,*Ioüeur de cornemuſe.*

Utercunque, Uterlibet, Uternam, Uterque, Uterſo, Vide **Uter** adiectiuum.

Uterus, Vide **Uter**,vteri.

Vti,particula idem ſignificat atque V T.Plaut.Amphit.7.6,
-tamen quin loquar hæc vti facta ſunt.
Nunquam vllo modo me potes deterrere. Ibidem,3.8,
Et vti bonis vos veſtróſque omnes nuntiis
Me afficere vultis. Cic.4.Acad.104,Eos conſuetudine adhibita tam facilè internoſceremus,vti minimum quidē ſimiles viderentur. Cæſar 3.bel.Gall.440,Vti tamen eadem deditionis conditione vteretur,à Craſſo impetrauit.

Putant fore,vti ſi paulatim hæc conſuetudo ſerpere, ac prodire cœperit.Cic.1.Verr.37.

Vti eorum qui audirent,ſic afficerentur animis,vt,&c. Cic.1. de Oratore,43.

Nihil aliud, niſi vti nequid per vim agi poſſet. Cic.pro Domo ſua,43.

Neque vti ſatis firmo præſidio defenſus Sex. Roſcius, verùm vti ne omnino deſertus eſſet.Cic.pro Roſc.Amerino,3.

Ceruus vti,pro Vti ceruus.Horat.1.Carm.ode 15.6.

¶ Vti.pro Atque id.vel tanquā id,aut nēpe quod.Cic.9.Philipp.168, Quod ſepulchrum ipſius, liberorū poſteroruṁq; eius ſit,vti quod optimo iure ſepulchrū publicè datum eſt. Idem, Senatui placere C. Caſſium prouinciam Syriam obtinere, vti qui optimo iure eam prouinciam obtinuerit.Budæus.

VTICA,pen.cor.Africæ minoris in litore Carthaginienſi & magnitudine & authoritate ſecūda poſt Carthaginē,quæ illa excīſa vt metropolis erat,& receptaculū Romanorū ad res in Libya gerendas.Hæc Strabo lib.vltimo.Apud hanc Cato ſe interemit: vnde & Vticenſis dictus eſt.

Utilis, Utilitas, Utiliter, Vide **Utor**.

Vtinam,pe.cor. Aduerbiū optātis.Plaut.Merc.10.7,Vtinā lex eſſet eadē quæ vxori eſt viro. Terent.And.5.4.18, Vtinam Id ſit quod ſpero. Idem Heaut.1.1.109, Vtinam di ita faxint. Cic.ad Terentiam,lib.14.4.2,Quod vtinam minus vitæ cupidus fuiſſem,certè nihil,aut non multum in vita mali vidiſſem. Id eſt,ſi minus vitæ cupid⁹ fuiſſem,certé,&c. Idem ad Senatum, lib.15.1.17, Vtinam ſaluti noſtræ conſulere poſſimus: dignitati certè cōſulemus. Idē ad Treboniū,lib.15.21.8,Cui quidem ego amori vtinam cæteris rebus poſſem, amore certè reſpondebo. Virg.eclog.10.4, Atque vtinam ex vobis vnus veſtriq; fuiſſem.

Vtinam igitur vtilla anus optat.Cic.3.de Nat.deorum,108.

Atque vtinā ipſe Varro incūbat in cauſā.Cic.Attico,lib.3.55.5.

O vtinam.Ouid.epiſt.1.1, O vtinam tunc quum Lacedæmona claſſe petebat,&c.

Vtinam,geminatum.Cic.Attico,lib.13.295.4,Heri neſcio quid in ſtrepitu videor exaudiſſe,quum diceres te in Tuſculanū venturum:quod vtinam,iterum vtinam,tuo tamen commodo.

VTINVM,pen.cor.Italiæ oppidum iuxta Aquileiam,principum Auſtriæ opus inſigne admodum, & arce in mediæ vrbis edito colliculo conſpicuum,vt ſcribit Vadianus.

Vtique,pen.corr.Certè,aduerbium affirmandi.Plaut.Merc.11. 44, Reſtituam iam ego te in gaudium vtique vt ſis maximé.

Quintil.in Paſtu cadauerū, Solent hi negotiatores præter hæc aperta pretia priuatū aliquid ac propriū ſtipulari, vtique quum rem alienam vendunt. Cic.ad Atticum,lib.5.96.3, Id vnis diligenter literis (quæ ad me vtique perferātur)conſequerer. Eidē,lib.11.236.7,Nam & Piliæ ſatisfaciendum eſt, & vtique Atticæ. Liu.4.bel.Maced.74,Tertiam, ſi vtique bellū placeat, diē locúmque conſtituant,vbi ſecum armis decernant.

¶ Vtique,pro Etiā,vel igitur. Quintil.lib.9.ca.10,Itaque non quia eſt arbor,platanus eſt: at quod non eſt arbor, vtique platanus non eſt.Nec quod non eſt virtus,vtique poteſt eſſe iuſtitia. Ibidem.Nam quod iuſtitia eſt, vtique virt⁹ eſt. Paulo pòſt,Eſt argumentorum locus ex ſimilibus,Si continētia virtus, vtique & abſtinentia.Si fidem debet tutor.& procurator. Rurſus paulo pòſt,Alia ſunt,vt dixi,non neceſſaria,vel vtrinque vel ex altera parte.Sol colorat: nōn vtique qui eſt coloratus,à ſole eſt. Ibidem.Si ſapientia bonum virum facit,bonus vir eſt vtique ſapiens.Vulgus barbarorū dicit, *Non ſequitur propterea quod qui coloratus eſt,a ſole coloratus ſit.*

Annum quidem vtique teneto.Cic.Attico.lib.5.96.4.

Illud verò vtique ſcire cupio.Cic.Attico.lib.13.271.1.

Vtique ad me tabellarios mittas.Cic.Attico,lib.6.11.4.

Quod cẽseas mihi faciẽdũ vtiqꝫ scribito. Cic. Atti. lib. 10. 196. 6.

Vtique siue hinc abiero, siue ero hic oppressus, ea manebat opinio. Cic. Antequam iret in exilium, 14.

Quo die venies, vtiqꝫ cũ tuis apud me sis. Cic. Atti. lib. 4. 73. 2.

Utor, veteris, pen. corr. vsus sum, vti, Vtilitatem capere. De omnibus rebus dicitur: vt Vtor domo, diligentia, consuetudine, studio, & huiusmodi. Cic. 1. Verr. 16, Sunt hæc & alia in te falsi accusatoris signa permulta, quibus ego nunc non vtor.

Vtor, accusatiuo iunctum. Plaut. Epid. 5. 79,

-si placebit vtiminor

Consilium. Nisi fortè sic putes exponendum: Sic placebit consiliũ, vtiminor, τ o subaudi. Idem Asin. 5. 47, Cætera quæ volumus vti, Græca mercamur fide. Cic. in Academ. Et quæ à superioribus acceperant, vtebantur. Varro, Vtile vtamur potius, quàm ab re abstamur.

Nihil te vtor, Nolo mihi quicquã negotii esse tecum. Plautus Trinum. 5. 16, -apage te

Amor, non places, nihil te vtor.

¶ Vti, cum de amicis aut familiaribus sermo est, accipitur pro Cõuersari. Plin. de Viris illust. 58, Caio Lælio plurimũ vsus. Cic. pro Rosc. Amer. 16, Et sese ad Cæciliam neptis filiam, quam honoris causa nomino, contulit, qua pater vsus erat plurimũ. Idẽ 6. Verr. 38, Præsertim quũ is L. Sisenna defensore tuo tam familiariter vteretur, quũ & cæteris familiaribus Sisennæ reddidisset. Idẽ pro Cluentio, 34, His Fabritiis semper vsus est Oppianicus familiarissimẽ. Et ad Fabiũ Gallum, lib. 7. 14. 11, Egeram etiam cum tuo Nicia, quòd is vtitur, vt scis, familiariter Cassio. Item ad Lentulum, lib. 1. 3. 1, Aulo Trebonio, qui in tua prouincia magna negotia & ampla & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. Sic pro Quintio, 11, Et quo vtebatur iste plurimùm, propinquum nostrum Sext. Alphenum.

¶ Vtor abs te humanitate. Cic. ad Q. fratrẽ, lib. 2, Mihi docere videbaris istiusmodi generis humanitatẽ, qua quidẽ nihil vtor abste.

Aliqua re ad faciendum aliquid vti. Cic. de Claris Orat. 151.

Vti aliqua re contra se. Seneca de Benefic. lib. 2. cap. 14, Vt frigida ægris negamus, & lugentibus ac sibi iratis ferrũ, aut amentibus, quicquid contra se vsurus ardor petit, &c.

¶ Familiariter amicitia alicuius vti. Quintil. lib. 5. cap. 9. 9.

Vti bene vel malè amicitia alicuius. Plaut. Cistel. 2. 18,

-beneuolentes inter se, benéque vtier

Amicitia. Idem Persa, 2. 19, Nimis stultè amicis vtere. Terẽt. Hecyra, 5. 1. 37, Nostra vtere amicitia vt voles.

Amico aliquo vti. Plaut. Asin. 3. 51, Quippe qui mage amico vtantur gnato, & benuolo. Hoc est, plus gnatus eos amaret. Idem Aulul. 7. 55, Et te vtar iniquiore, & meus me ordo irrideat. Id est, iniquior eris erga me. Terent. Heaut. 2. 1. 5, Mihi si vnquam filius erit, næ ille facili me vteretur patre. Hoc est, facilis illi & placabilis pater ero. Cic. ad Terentium Varronem, lib. 9. 1. 5, Quamobrem quum placatis his vtor, videor sperare debere si te viderim, & ea quæ premant, & ea quæ impendeant, me facilè transiturum. Idem ad Atticum, lib. 10. 197. 15, Eo velim tã facili vti possem, & tam bono in me quàm Curio.

Dementer amoribus vsa Clytie. Ouid. 4. Metam. 51.

Amore vti surreptitio, pro Clàm amare. Plaut. Curc. 4. 50.

Aura nocturna vti dicuntur naues. Cæsar 3. bel. Gall. 15, Sed serius à terra prouectæ naues, neque vsæ nocturna aura in redeundo offenderunt.

Bene vti re aliqua. Quintil. lib. 1. cap. 10. 3.

Benignis vti aliquibus. Cic. 6. Verr. 5, Vt illis benignis vsus est ad commodandum, sic ipse diligens fuit ad reportandum.

Bestiis vti immanioribus. Cic. pro Rosc. Amer. 43, Noluerunt feris corpus obiicere: ne bestiis quoq; quæ tãtũ sceler attigissent, immanioribus vteremur. Hoc est immaniores essent erga nos.

Vtatur suis bonis oportet, fruatur, qui beatus futurus est. Cic. 1. de Natura deorum, 143.

Malè vti bonis eloquentiæ. Quintil. in Proœm. lib. 1. 10.

Certatim re aliqua vti. Quinul. lib. 6. 62. 1. 17, Hoc, quod proxime dixi, Cicero atque Asinius certatim sunt vsi.

Cõmodis vti. Cic. pro Roscio Amer. 78, Commoda quibus vtimur, lucémque qua fruimur, spiritumque quem ducimus, ab eo nobis dari atque impertiri videmus.

Consilio vti. Cæsar 1. belli Gall. 10, Persuadent Rauracis & Tulingis, & Latobrigis finitimis, vti eodem vsi cõsilio, oppidis suis vicisque exustis vnà cum his proficiscantur. Idem 1. bel. Ciuil. 196, Sed nullius ordo, nullum imperium certum, quum suo quisque consilio vteretur.

Criminatione in aliquem vti. Cic. 3. de Lege agrar. 3.

Defensore aliquo vti. Cic. pro Cluentio, 43, Sed ipse his neque defensoribus vti postea, neque laudatoribus potuit.

Disciplina vti. Plau. Asin. 5. 49, Eadem nos disciplina vtimur.

Et in Rud. 3. 30, Vti fide lenonia.

Equo vti. Cæsar 8. bel. 47, Qui quum vix equo propter ætatẽ posset vti, tamen consuetudine Gallorum, neque ætatis excusatione in suscipienda præfectura vsus erat, neque dimicari sine se voluerat.

Exemplis grandibus vti in parnis. Ouid. 1. Trist. eleg. 3. 5.

Fide & præsidio alicuius vti. Cic. 1. Ver. 8, Quorum fide atque præsidio Siculi maximè vtuntur, quòd omnino Marcellorum nomini tota illa prouincia adiuncta est.

Fortunâ vti. Virg. 9. Æneid. 49.

Homine aliquo ad furta vti. Cic. 5. Ver. 71, Quo iste interprete non ad linguam Græcam, sed ad furta & flagitia vti solebat.

Homine æquo vti. Cic. 7. Verr. 110, Hic vide quàm me sis vsurus æquo.

Honestè re aliqua vti. Quintil. lib. 3. cap. 7. 10.

Vir amplissimis vsus honoribus. Cic. pro Flacco, 35.

Horis suis vti, Cõsumere bonas horas & tempus in re aliqua. Cic. 3. Verr. 10, Menses mihi tres quum eripuisseris ad agendum maximè appositos, reliquum omne tempus huius anni me vobis remissurum putastis: vt quum horis nostris nos essemus vti, tu binis iudiis interpositis, quadragesimo post die responderes.

Hortatione vti. Cic. Bruto, lib. 11. 5. 7, Quanquam quum hortatione non egeas, vt suprà scripsi, non vtar ea pluribus verbis: faciam illud quod meum est.

Vtar illis vt meis. Plin. epist. 132.

Ingenio vti inueniliter. Ouid. 1. Trist. 24.

Inuidia minore vti. Plaut. Aulul. 19. 8.

Iudicio vti de. Cic. 1. Offic. 4, De rebus ipsis vtere tuo iudicio.

Ad liberalitatẽ vectigalib⁹ vti. Cic. 1. de Fin. 155, Ad eas enim res ab Epicuro præcepta dantur, & tamen non tantis vectigalibus ad liberalitatem vtens.

Libertate modicè vti. Vide **Modus.**

Modestè vti re aliqua. Ouid. 2. Fast. 111,

-quáque est non vsa modestè,

Eripit huic linguam.

Multum vti aliquo. Vide **Multus.**

Sapienter vti muneribus deorum. Horat. 4. Carm. ode 9. 10.

Necessitate vti. Tacit. lib. 16, Ergo nũtiat patri abiicere spem, & vti necessitate.

Oculis vti. Plaut. Epid. 2. 4,

Epidicúmne ego nunc conspicor?

2. Certè oculis vteris. Idem Mil. 19. 25, Maris causa hercle hoc ego oculo vtor minimè. Hoc est, adeptus omnino est mihi huius oculi vsus.

Odio ciuiliter vsus est. Ouid. 3. Trist. eleg. 8. 9.

Officio improbi viri vti. Plaut. Sticho, 2. 11.

Opera alterius vti. Plaut. Aulul. 6. 21, Da mihi operã ámabo. Mea tua est, vtere, atque impera, siquid vis. Idem Pseud. 4. 16,

-num qui minus ea gratia tamen omnium opera vtor?

Vti opera alterius ad rem aliquam. Cic. 4. Academic. 117, Negat opera deorum se vti ad fabricandum mundum.

Oraculo vti. Tacit. lib. 2. Vt Clarii Apollinis oraculo vteretur.

Parcissimè re aliqua vti. Quintil. lib. 1. cap. 5. 13.

Parno vti. Horat. 1. epist. 10. 9, Seruiet æternum, qui parno nescit vti.

Incredibili patientia vti. Cic. 10. Philipp. 274, Nam quoad vos omnia pati vidit, vsus est ipse incredibili patientia.

Perfugio vti. Vide **Perfugium.**

Permisso vti. Horat. 2. epist. 1. 9.

Porta vti. Cic. ad Atticũ, lib. 7. 117. 4, Itaque si hoc imperium mihi molestum erit, vtar ea porta quam primùm videro.

Progressionibus vti. Cic. 5. de Finib. 105, Omnium enim rerum principia parua sunt: sed suis progressionibus vsa augentur.

Potestate vti ad quæstũ, Id est, quæstus causa. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 16, Nõ vt ea potestate quam tu ad dignitatem permisisses, ad quæstum vteretur.

Ratione vti. Plaut. Casina, 1. 16,

Tranquillum est: alcedonia sunt circa forum:

Ratione vtuntur.

Regibus vti. Horat. 1. epist. 18. 3.

Sensibus vti. Lucret. lib. 3. 114.

Sermonibus morologis vti. Plaut. Pseud. 12. 15.

Simulatione itineris vti. Cæsar 6. bel. Gall. 16, Quæ fo⁹ suspicatus Labienus, vt omnes citra flumen eliceret, eadem vsus simulatione itineris, placidè progrediebatur.

Solatio aliquo vti. Brutus ad Ciceronem, lib. 11. 16. 1, Maximo meo dolore, hoc solatio vtor, quòd intelligunt homines non sine causa me timuisse ista quæ acciderunt.

Sorte sua vti. Virg. 11. Æneid. 187.

Spe duplici vti, Gallico prouerbio dicitur *Habere duas ebordas in*

Illi. i.

ſuo arcu extenſa. Terent. Phorm. 4.1.13.
Commodius eſſe opinor duplici ſpe vtier:
Petam hinc, vnde à primo inſtituiſti ſi dat, ſat eſt:
Si ab hoc nihil fiat, tum hunc adoriar hoſpitem.

Ad ſpeciem vti re aliqua. Quod vulgus dicit *pro monſtra.* Cæſar 1. bel. Gall. 119, Omnes alarios in conſpectu hoſtiũ pro caſtris minoribus conſtituit, quo minus multitudine militũ legionariorũ pro hoſtiũ numero valebat, vt ad ſpeciem alariis vteretur.

Teſte aliquo vti. Cic. pro Roſcio Amer. 63, Neque enim accuſatore muto, neque teſte quiſquam vtitur eo, qui de accuſatoris ſubſellio ſurgit. Idem 2. Verr. 33, Faciam hoc nõ nouum: ſed ab his, qui nunc principes noſtræ ciuitatis ſunt, antè factum, vt teſtibus vtar ſtatim.

Tutius vti. Quintil. lib. 1. cap. 5. 45, Vſitatis tutius vtimur.

Valetudine vti minus cõmoda, Ægrotare. Cæſar 3. belli Gall. 140, Huic, quòd valetudine minus commoda vtebatur, Fuluium Poſthumium adiutorem ſummiſerat.

Vti valetudine firma, Bene habere. Plinius epiſt. 15. b, Vſus eſt firma valetudine, niſi quòd ſolebant ei manus tremere.

Aduerſis ventis vti. Cic. Terentiæ, lib. 14. 5. 1, Quum ſanè aduerſis ventis vſi eſſemus, tardéque & incõmodè nauigaſſemus.

Verbis mollibus vti ad aliquem. Ouid. 6. Faſt. 25.

Via vti. Cic. ad Atticum, lib. 1. 34. 4, Ego autem neque pugnõ illa cauſa propter illam amicitiã, neque approbo, ne omnia improbem quæ antea geſſi. Vtor via.

Vicinis, aliiſq; mulierib⁹ quàm minimũ vtatur. Cato ca. 143. 1.

Viribus vti. Horat. 1. epiſt. 13. 1.

Viribus vtendum eſt. Lucan. lib. 1. 71.

Vti ætatis vitio. Cic. ad Cæliũ, lib. 2. 15. 19, Eos ego fortaſſe nunc imitor, & vtor ætatis vitio.

Voce vti, Loqui. Cic. 1. Verr. 10, Si vniuerſa, vt dixi, prouincia loqui poſſet, hac voce vteretur.

Vocibus vti ad aliquem, Alloqui aliquem. Virg. 1. Æneid. 14,
Ad quem tum Iuno ſupplex his vocibus vſa eſt.

Vtens, Participium: vt

Ratione vtens & Rationis expers, cõtraria. Cic. in Topicis, 36, Specie autem comparantur, vt anteponantur quæ propter ſe expetenda ſunt, iis quæ propter aliud: & c. perfecta, inchoatis: tota, partibus: ratione vtentia, rationis expertibus: voluntaria, neceſſariis, &c.

Vtendus, Adiectiuum. Plautus Aulul. 5. 18, Quæ vtenda vaſa ſemper vicini rogant. Terentius Heaut. 1. 1. 81, Quòd illa ætas magis ad hæc vtenda idonea eſt. Cic. 3. Tuſcul. 65, Et grauiter feras te, quod vtendum acceperis, reddidiſſe. Cato cap. 5. 2, Duas aut tres familias habeat, vnde vtenda roget, & quibus det.

Vtenda & poſſidenda tradere bona alicui. Cic. 4. Ver. 31, Quæ bona, is qui teſtamentũ fecit, huic Heraclio, antequam eſt mortuus, omnia vtenda ac poſſidenda tradiderat.

Vſũrus, pen. prod. Participium: vt Malè vſurus donis. Ouidius 11. Metamorph. 11.

Vſus, huius vſus. m. g. Vtendi actus. Plin. epiſt. 115. 2, Vſus, optimus dicendi magiſter. Apud eundẽ epiſt. 20. e, Vſus, magiſter egregius. Plau. Merc. 2. 3, Vſus, fructus, victus, cultus, iã mihi harũce rediũ Interemptus eſt. Idem Bacch. 1. 19, Eadẽ in vſu, atque vbi periculũ facias, aculeata ſunt. Virg. 3. Georg. 111, Nam neque erat coriis vſus. Cic. lib. 1. de Orat. 8, Adiungatur vſus frequens, qui omnium magiſtrorum præcepta ſuperat. Horat. 1. epiſt. 1. 19, - aut quid haberet,
Quod legeret, tereréque viritim publicus vſus?

Vſus & Abuſus, contraria. Cicero in Topicis, 8, Vſus enim, nõ abuſus legatus eſt.

Vſus & habitus. Cic. 1. Acad. 54, Nec virtutis vſum modò, vt ſuperiores, ſed ipſum habitum per ſe eſſe præclarum, &c.

Genitor vocabulorum vſus. Horat. 2. epiſt. 2. 24.

Dicendi vſus. Quintil. lib 3. cap. 11. 16.

Bellicus vſus. Quintil. lib. 1. cap. 10. 35.

Laborum vſus. Lucan. lib. 1. 15.

Medicinæ vſus. Plin. lib. 11. cap. 8. 1, Saccaron ampliſſimũ nucis auellanæ magnitudine, ad medicinæ tantum vſum.

Vſus oculorum ceſſat. Curtius lib. 10, Nec quiſquam lumina audebat accẽdere. Et quia ŏculorum ceſſabat vſus, fremitus vocéſque auribus captabant.

Sermonis vſus. Plin. lib. 10. cap. 69. 1, Auditus cui hominũ primo negatus eſt, huic & ſermonis vſus ablatus.

Veneris vſus. Pli. li. 11. ca. 37. 9, Nec in vllo ante Veneris vſum.

Virtutis vſus. Cicero 1. Acad. 31, Vitæ autem adiũcta eſſe dicebant quæ ad virtutis vſum valerent.

Tractatio atque vſus vocis. Cic. in Orat. 31.

¶ Vſus eſt magiſter optimus. Cic. pro Rab. Poſthumo, 6.

Peritus vſu, Vide Peritus.

Vſu bellorum exercitus dicitur, qui multa & diuturna bellorum exercitatione præditus eſt. Cic. pro Fonteio, 16, Tum verò vſu quoque bellorum gerendorum in primis eorum hominum, qui nunc ſunt, exercitus.

Aptus in vſum aliquem. Ouid. 3. de Arte, 105.

Ad vſus. Tacit. lib. 4, Quum velut munere deũm tres biremes adpulẽre ad vſus cõmeantiũ illo mari. Cic. 2. de Nat. deorũ, 123, Quod ſi omnes mundi partes ita conſtitutæ ſunt, vt neque ad vſum meliores potuerint eſſe, neque ad ſpeciem pulchriores.

¶ Aſſiduus vſus. Cic. pro Corn. Balbo, 36, Aſſiduus vſus vni rei deditus, & ingenium & artem ſæpe vincit.

Communis & vulgaris vſus. Cic. 3. de Finib. 5.

Humanis vſibus apta Ceres. Ouid. 3. Faſt. 134.

Mirificus vſus in re aliqua. Cic. pro Seſtio, 9.

Operarius vſus, Vide Opera.

Peruius vſus tectorum. Virg. 1. Æneid. 91,
Limen erat, cæcæque fores, & peruius vſus
Tectorũ inter ſe Priami. Verbum iuris: via, actus, vſus. Seruius.

Quotidian⁹ vſus. Ci. 1. de Orat. 94, Omnia enim ſub oculis poſita ante oculos, collocata in vſu quotidiano, &c. Quintil. li. 12. ca. 10. 7.

Rariſſimus vſus. Quintil. lib. 1. cap. 5. 18.

Temperatus vſus. Horat. 2. Carm. ode 2. 1.

¶ Accepit vſus. Quintil. lib. 1. cap. 4. 8, Atque etiã in ipſis vocalibus, grammatici eſt videre, an aliquas pro conſonantibus vſus acceperit.

Adhibere vſum, Vide Adhibeo.

Antecedere vſu rerum. Cic. 6. Verr. 111, Incipit is loqui & authoritate & ætate, & vt mihi viſum eſt, vſu rerum antecedebat Diodorus Timarchides.

Colligere vſum patiendi. Ouid. 1. Amor. eleg. 8. 15.

Concedere alicui vſum loquẽdi. Cic. in Orat. 91, Vſum loquendi populo conceſſit ſcientiam mihi reſeruauit.

Cõfirmatũ vſu. Quintil. lib. 3. cap. 1. 3, Hæc cõfirmata ſunt vſu.

Deſcendit vſus in noſtram vſque ætatem. Quintil. lib. 1. cap. 11. 11, Cuius etiam diſciplinæ vſus in noſtram vſque ætatem ſine reprehenſione deſcendit.

Diſponere vſum diuitiarum. Quintil. lib. 6. cap. 2. 15.

Nominis vſum dare. Ouid. 2. Metam. 8,
-ô lux immenſi publica mundi
Phœbe pater, ſi das vſum mihi nominis huius, &c. Id eſt ſi mihi licet te vocare patrem, ſi vti poſſum hoc nomine erga te.

Doceri vſu. Quintil. lib. 3. cap. 8. 47.

Ediſcere vſum rei alicuius. Ouid. 7. Metam. 10.

Facere vſum alicuius rei. Lucanus lib. 2. 10,
-nulli geſtanda dabantur
Signa ducis: niſi qui ſcelerum ſam fecerat vſum,
Attulerátque in caſtra nefas.

Formare vitulos ad vſum agreſtem. Virg. 3. Georg. 33.

Habere aliquid vſui. Tacit. lib. 3, Quod haud perinde publicè vſui habitum, quàm exitioſum multis.

Vſus indiget horum, Hæc ſeruiunt vſui, pertinent ad vſum. Virg. eclog. 2. 15,
Quin tu aliquid ſaltem potius, quorum indiget vſus,
Viminibus, mollique paras detexere iunco?

Quædam mancipat vſus. Horat. 2. epiſt. 2. 31.

Molliri vſu. Quintil. lib. 2. ca. 5. 45, Etiam quæ primo dura viſa ſunt, vſu molliuntur.

Perdere vſum. Quintil. lib. 7. cap. 2. 3.

Præbere vſum aliquem. Horat. 1. Serm. ſaty. 2. 15, Neſcis quid valeat nummus, quem præbeat vſum.

Præcludere alicui vſum vocis. Ouid. 2. Metam. 130, -vetórque
Plura loqui, vociſque meæ præcluditur vſus.

In vſu eſſe. Plin. lib. 12. cap. 13. 2, Amomi vna in vſu eſt. Idẽ lib. 24. cap. 9. 8, Nondum enim fuiſſe Africanum vel Hiſpanum ſpartum in vſu certum eſt.

Temperare vſum. Ouid. epiſt. 7. 36,
Dum freta miteſcunt, & amor dum temperat vſum,
Fortiter ediſcam triſtia poſſe pati.

Vigere vſu. Quintil. lib. 7. cap. 2. 3, Et artus etiam leuiter loco moti perdunt, quo viguerunt, vſum.

Vſus, vel vſu venit, id eſt accidit. Cic. 4. Verr. 9, Quod ego in paucis tamen vſu veniſſe eo moleſtè fero. Ibidem, 7. 80, Cauſam ſibi dicendam eſſe ſtatuerat iam antè, quàm hoc vſu venerit. Terẽt. Phor. 2. 2. 10, Nec cum huiuſmodi vnquã vſus venit, vt cõflictarer malo. Ibidẽ, 1. 2. 25, -mihi vſu venit hoc, ſcio:
Memini relinqui me, deo irato meo.

Si vſus veniat tibi, Id eſt ſi res ita ferat, ſi ita opus ſit tibi. Catullus ad Victium, 95. 1.

Non venit idem vſu mihi quod tu tibi ſcribis. Cicero Attico, lib. 7. 14. 1.

Quod in illo mihi ſæpe vſu venit, idem modò quum te audirem acciderat. Cic. 1. de Nat. deorum, 81.

Accidere, vel euenire, & vſu venire. Cic. pro Quintio, 17, Nam quid homini poteſt turpi°, quid verò miſerius aut acerbius vſu venire, quod tantum euenire dedecus? Idem de Senect. 7, Nã ſi id culpa ſenectutis accideret, eadem mihi vſu venirent omnia, reliquiſque omnibus maioribus natu.

Vſu venit vt. Cic. 4. Acad. 103, At non videmus hoc vſu venire, vt quos nunquam putaſſemus à nobis internoſci poſſe, &c. Ibidem, 63, Et hoc illud his vſu venire ſolet, vt quicquid dixerint, à quibuſdam interrogentur. Idem 1. de Finib. 13, Sed ex eo credo quibuſdam vſu venire, vt abhorreant à Latinis.

¶ Vſus, pro Vtilitate & fructu aliquãdo accipitur, tam in ſingulari, quàm in plurali: quòd ſoleamus aliqua re ideo vti, vt ex ea fructum percipiamus.

Vilis vſus. Quintil. lib. 1. cap. 11. 11, Sed ad vilem vſum, & ſordidum lucrum accingimur.

Vſui eſſe. Plaut. Pſeud. 4. 50, -cur ego veſtem,
Aurum, atque ea quibus eſt vobis vſui perhibeo? Idem Ciſtell. 10. 14, Quæ neque illa illi quicquam vſui eſt,
Mihi poteſt eſſe. Cicero ad Atticum, lib. 1. 1. 8, Fuit & mihi & Q. fratri magno vſui in noſtris petitionibus.

Vſu eſt. Plaut. Mil. 10. 6, Nam bene conſultum, inconſultum ſi ſit, inimicis vſu eſſe poteſt.

Eſſe ſine vſu. Tacit. lib. 4, Non tamen ſine vſu fuerit, introſpicere illa primo aſpectu leuia.

Ex vſu eſſe, pro Vtile eſſe, & iuuare. Terentius Hecyra, 4. 1. 34, Si ex vſu eſſet noſtro hoc matrimonium? Columel. lib. 6. cap. 2, Pabulũ è fundo plerũque domeſticis pecudibus magis quàm alienis depaſcere, ex vſu ſit. Plin. lib. 2. cap. 7. 10, Verum in his deos curam rerum humanarum agere credi, ex vſu vitæ eſt. Id eſt vtile eſt.

Ex ſuo vſu. Tacitus lib. 5, Qui plebem primoribus tradidit ex ſuo vſu.

Ex vſu temporis. Tacit. lib. 4, Quum ex vſu temporis huc illuc mearent.

¶ Vſus, Opus. Virgilius libro 8. Æneid. 89,
Arma acri facienda viro: nunc viribus vſus,
Nunc manibus rapidis. Plaut. Aſin. 3. 77, Viginti iam vſus eſt filio argẽti minis. Idem Epid. 11. 9, Credo illi ego hoſpitio vſus inerit. Cicero 1. Offic. 131, Non eam quidẽ omni ratione exaggerantes, neque excludẽtes ab eius vſu ſuos, potiuſque & amicis imperuentes & Reipub. ſiquando vſus eſſet. Cato cap. 102, Et idem hoc (ſi vſus euenerit) homini facito.

Non vſus facto eſt mihi. Terent. Hecyra, 3. 1, prope finem.

De cæteris ſtudiis alio loco dicem° ſi vſus fuerit. Cic. 4. Tuſc. 8.

Vſus eſt honunem ad. Plautus Pſeud. 5. 150, Ad eam rem vſus eſt hominem aſtutũ, doctum, ſcitũ & callidũ. Id eſt opus eſt homine, &c. Idem Perſa, 9. 16, Ad eam rem vſus eſt tua mihi opera. 2 A. vtere vt vis.

Vſus venit, pro Opus eſt. Plaut. Ciſtel. 3. 18,
-ſiquid vſus venerit,
Meminiſſe ego hanc rem vos volo. Idem Bacchid. 5. 118, Auſugero hercle, ſi magis vſus venerit. Terẽtius Heaut. 3. 1. 41, Non vſus veniet, ſpero. Hoc eſt, Non opus erit & neceſſe.

¶ Vſus, pro Cõſuetudine, id eſt conuerſatione. Cic. ad Varronem, lib. 9. 1. 3, Scito enim me, poſteaquam in vrbe venerim, rediiſſe cũ veteribus amicis, id eſt cũ libris noſtris in gratiam: etſi non idcirco eorum vſum dimiſerã, quòd iis ſuccenſerem. Ita de librorũ, quaſi amicorum, cõſuetudine & familiaritate loquitur.

Quotidianus vſus. Saluſt. in Catil. Quod ſiquis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius inciderat: quotidiano vſu atque illecebris facilè par, ſimiliſque cæteris efficiebatur.

Vſus & conſuetudo. Cic. pro Roſc. Amer. 9, Verum etiam domeſticus vſus & conſuetudo.

Mutuus vſus. Curtius lib. 7, Ipſe rex nationẽ ne finitimis quidem ſatis notam, quippe nullo commercio volentem mutuos vſus, cum exercitu intrauit.

Summus vſus. Cic. Pæto, lib. 9. 15. 4, Cum M. Fabio (quod ſcire te arbitror) mihi ſummus eſt vſus.

Vſus mihi magnus cum eo. Cic. ad Volumnium, lib. 7. 33. 1, Quod ſine prænomine familiariter, vt debebas, ad me epiſtolam miſiſti, primùm addubitaui nũ à Volumnio Senatore eſſet, quocum mihi eſt magnus vſus. Quintilianus, Mulierem cum qua illi longus fuerat vſus.

Longo vſu cognitus. Ouid. 3. Triſt. eleg. 5. 2.

Coniungi vſu, Vide Coniungo.

Longo nobis iunctiſſimus vſu. Ouid. 3. Triſt. eleg. 6. 4.

Inſinuare ſe in quãmaximè familiarẽ vſũ, Vide Inſinuo.

Vſus inter ipſos intercedit. Cic. ad Sulpitium, lib. 13. 24. 1, Inter noſmetipſos vetus vſus intercedit, & Atticus noſter maiorem etiam mihi cum Coſſinio conſuetudinem fecit.

Mihi ſic eſt vſus: hoc eſt, ſic mos meus eſt, Ita conſueui. Terẽ. Heaut. 1. 1. 28, Mihi ſic eſt vſus, tibi vt opus eſt facto, face. Cic. 5. de Finib. 50, Sed alii dolore mouentur, alii cupiditate, iracundia etiam multi efferuntur, & quum in mala ſcientes ruunt, tamen ſe optimè ſibi conſulere arbitrantur. Itaque dicunt, nec dubitant, Mihi ſic eſt vſus, tibi vt opus eſt facto face. Velut qui ipſi ſibi bellum indixiſſent, cruciari dies, noctes torqueri vellent, nec verò ſeſe ipſi accuſarent ob eam cauſam, quòd ſe malè ſuis rebus conſuluiſſe dicerent.

Vſuãlis, & hoc vſuãle, penu. prod. Ab vſu, Quod vſui noſtro ſeruit. Martianus in L. Interdum, De publicanis, Quotiens quis mancipia inuecta profeſſus non fuerit ſine vxnalia, ſiue vſualia, in pœna commiſſi eſt.

Vſuarius, Adiectiuum, Idem. Gellius lib. 4. cap. 1, Ex iis autem quæ promercalia & vſuaria in locis iiſdem eſſent, ea ſola eſſe pœnoris putat, quæ ſint vſu annuo.

Vſusfructus, huius vſusfructus, m. g. Dicitur quum res aliqua non noſtra eſt, ſed perinde ex ea fructum atque vtilitatẽ capimus ac ſi noſtra eſſet. Definiturq; ab Vlpiano L. 1, De vſufructu: quòd ſit ius alienis rebus vtendi, fruendique, ſalua rerum ſubſtantia. Cic. pro Cecinna, 9, Vſumfructum omnium bonorum ſuorum Ceſenniæ legat, vt frueretur vnà cum filio.

Amittere vſumfructũ. Cic. in Topicis, 9, Si paterfamiliâs vxori ancillarum vſumfructũ legauit à filio, neque à ſecundo hærede legauit, mortuo filio mulier vſumfructum non amittet.

Vſucapio, vſucapis, pen. corr. vſucépi, pen. prod. vſucaptum, vſucápere, Verbũ Iureconſultorũ. Paulus, Qui alienam rem mortis cauſa traditam vſucepit, nõ ab eo videtur accepiſſe cuius res fuiſſet, ſed ab eo qui vſucapionis præſtitiſſet. Cic. 2. de Legi. 57, Quod autem ἱερὸν, id eſt veſtibulum ſepulchri, buſtúmve vſucapi vetat, tuetur ius ſepulchrorum. Idem ad Atticũ, lib. 1. 3. 6, De Tadiana re, mecum Tadius locutus eſt, te ita ſcripſiſſe nihil eſſe iã quod laboraretur, quoniam hæreditas vſucapta eſſet. Id mirabamur te ignorare, te tutela legitima, in qua dicitur eſſe puella, nihil vſucapi poſſe.

Nihil mortales à diis immortalibus vſucapere poſſunt. Cic. de Aruſp. reſp. 29.

Vſucápio, vſucapiõnis, pen. prod. fœm. gen. Ab vſu, dicitur acquiſitio, ſine adictio domini per continuationẽ poſſeſſionis temporis lege definiti, vtputa triginta aut quadraginta annorum, ſi res immobilis quam poſſidemus: item trium annorum, ſi res mobilis ſit. Recentiores primam illam, præſcriptionem vocãt: hanc verò vſucapionem. Cicero 1. de Legibus, 83, In qua quoniam vſucapionem duodecim tabulæ intra quinque pedes eſſe noluerunt, depaſci veterem poſſeſſionẽ academiæ ab hoc acuto homine non ſinemus. Idem pro Cecinna, 54, Iundus à patre relinqui poteſt: ac vſucapio fundi, hoc eſt finis ſolicitudinis ac periculi litium, non à patre relinquitur, ſed à legibus.

Vſio, vſiõnis, pen. prod. f. g. Idẽ quod vſus. Gell. lib. 4. cap. 1, Longæ vſionis gratia cõtrahuntur & recondũtur. Cato cap. 149, Oleris, aſparagis, lignis, aqua, itinere, actu domini vſioni recipitur.

Vſitor, pen. corr. vſitãris, vſitári, Frequentatiuum ab Vtor. Gellius lib. 10. cap. 10, Romanos quoque homines aiunt ſic pleranque annulis vſitatos. Idem lib. 17. cap. 1, Tametſi aliquoties verbo ipſo alio quoque modo vſitati ſunt.

Vſitãtus, pen. prod. Adiectiuum, ſignificat Quod in vſu eſt. Cic. 3. Verr. 80, Sed in re tam vſitata, ſatis eſt oſtendere, omnes antea ius ita dixiſſe, & hoc vetus edictũ tranſlatitiúmque eſſe. Ibidẽ, 5. 13, Cur in re tam veteri, tam vſitata quicquam noui feceris.

Nõ ſolùm enim vſitatum, ſed & cotidianum eſt. Brutus Ciceroni, 16. 1.

Vſitata cõſuetudo, Vulgaris & recepta ac communis. Cic. pro Quintio, 45, Iacet res in cõtrouerſiis iſto calũniãte biẽniũ: vſq; dũ inueniretur qua ratiõe res ab vſitata cõſuetudine recederet.

Vetus atque vſitata exceptio. Cic. 1. de Orat. 81.

Genus literarum vſitatum. Cic. Figulo, lib. 4. 13. 1.

Honos vſitatus. Cic. ad Catonem, lib. 15. 6. 6, Spero antẽ illum ordinem pro meis ob Remp. ſuſceptis laboribus, me non indignum honore, vſitato præſertim, exiſtimaturum.

Vſitatus & peruulgatus honos. Cic. 14. Philipp. 391.

Iudiciũ vſitatũ. Cic. pro Quintio, 47, Cui neque magiſtratus adhuc æquus inuentus eſt: neque iudicium redditũ eſt vſitatũ.

Mos vſitatus. Cic. 4. Verr. 6, Hunc denique ipſum pertuliſſent, ſi humano modo, ſi vſitato more, ſi denique vno aliquo in genere peccaſſet. Quintil. lib. 1. cap. 7. 7, Mos vſitatiſſimus.

Potiones non vſitatæ. Horat. Epod. 5. 16.

Scelus leue aut vſitatum. Seneca Thebaid. 1. 4.

Tempus vſitatum ad aliquid faciẽdum. Cicero ad Furnium,

lib. 10.25.5, Nunc nihil prætermittere videbere vſitati & quaſi legitimi temporis ad petendum.

Vocabula vſitata. Cic.3.de Finibus,6, Ne opifices quidem tueri ſua artificia poſſent, niſi vocabulis vterentur nobis incognitis, vſitatis ſibi.

Vſitatum eſt. Cic.7.Verr.91, Alius ne cõdemnaretur, pecuniã dedit: vſitatũ eſt. Ibidẽ,98, Non eſt vſitatum, non ſenatorium.

Vſitatũ in multis rebus. Cic.pro Cecinna,33, At verò hoc quidem iam vetus eſt, & maiorũ exemplo multis in rebus vſitatũ.

Vſitatum malitia. Cic.pro Cecinna,1, Nã id quidem, tametſi improbè ſit in aperta re, tamen malitia eſt iam vſitatum.

Vſitáte, penult.prod. Aduerbium. Cic.4.de Finibus,117, Cur igitur quum de re conueniat, non malumus vſitatè loqui? Ibidem, 5.153, Si homines eſſent, vſitatè loquerentur.

Vſúra, vſúræ, pen.prod. Vſus dicitur. Plaut.Amph.3.108, Vſurámque eius corporis cepit ſibi. Plin.epiſt.94.b, Vt Attilio meo ſalua ſit non ſors modò, ſed etiam vſura pluriũ annorũ. Cic.1. Tuſc.121, Stoici autem vſuram nobis largiuntur tanquam cornicibus, diu manſuros aiunt animos: ſemper, negant.

Frui vſura. Quintil.lib.6.cap.3.47, de ironia, Quáque Cicero vſus eſt, quum Vatinii morte nuntiata, cuius parũ certus dicebatur author, Interim, inquit, vſura fruar.

Vſura gaudii. Cic.ad Ampiũ, lib.6.12.1, Gratulor tibi mi Balbe, vereque gratulor: nec ſum tam ſtultus, vt te vſura falſi gaudii frui velim, &c.

Vſura lucis. Cic.pro Rabirio Poſthumo,30, Vos obſecro Iudices, vt huic optimo viro, quo nemo melior vnquam fuit, nomen Equitis Romani, & vſuram huius lucis & veſtrum conſpectum ne eripiatis.

Dare alicui diuturnam lucis vſuram. Cic.7. Verr. 61, Cur Inquam ciuibus Rom. quos piratæ ceperant, ſecuri ſtatim percuſſis, ipſis piratis lucis vſuram tam diuturnã dediſti? Vide Lux.

Dare alicui vſurã vnius horæ ad viuendum. Cic.1. in Catil.11.

Lucis vſurã eripere. Cic. pro Sylla,67, Luciſne vſuram eripere vis, plenam lachrymarum atque mœroris, in qua cum maximo cruciatu atque dolore retineturi?

Vſura temporis. Cic.ad Appium Pulchrũ, lib.3.1.4, Perficiam profectò, vt longi tẽporis vſuram, qua carumus interm iſſa noſtra conſuetudine, & gratia, & crebritate & magnitudine officiorum meorũ ſarciam. Idem 3.de Lege agrar.1, A vobis autem quos leuiter immutatos eſſe ſentio, paruam exigui temporis vſuram bonæ de me opinionis poſtulo.

¶ Vſura, Pecunia, quæ in fœnore ſorti accedit. Plin.lib.14.ca. 4.11, Ex his tamen vſura multiplicata ſemiſſibus. Cic.5. Verr. 144, Vt quũ Senatus publicanos vſura ſæpe iuuiſſet, magiſtratus à publicanis pecuniam pro vſuris auderet auferre? Pomponius L. Vſura, De Verb.ſignif. Vſura pecuniæ quam percipimus, in fructu nõ eſt: quia non ex ipſo corpore, ſed ex alia cauſa eſt, id eſt noua obligatione.

Menſtrua vſura, Vide Menſis.

Vorax vſura. Lucan.lib.1.37.

Accipere vſuram. Quintil.lib 5.cap.10.75.

Certare cum vſuris & fructibus prædiorum. Cic.1.in Catil.38.

Péndere vſuram, Vide Pendo.

Reddere ſine vſura. Cic.de Senect.47, Terra nunquam recuſat imperium, nec vnquam ſine vſura reddit quod accepit, ſed aliàs minore, plerunque maiore cum fœnore.

Vſurarius, Adiectiuum, Ex quo capitur vſus. Plaut. Amphit.1.3, Alcmenam vxorem cepit vſurariam. Idem Trucul.3.39, Vſuraria accipiat illico expenſa. Et Curcul.8.11, Vſurarius puer.

Vſurpo, vſurpas, vſurpare, In frequẽti vſu habere, ſiue vti, tum verbis, tum factis, vt ait Valla lib.5. Columel.lib.1, Nam illud quod in quibuſdam Prouinciis vſurpatur, vt cornibus illigetur iugum, ferè repudiatũ eſt ab omnibus. Hoc eſt fit. Cic.in Oratore, 40, Quod ſemper vſurpamus in omnibus dictis & factis, mininus & maximis, quum hoc decere dicimus, illud nõ decere. Columel.lib.1.cap.8, Idque etiam in quibuſdam Prouinciis, vbi ſtatus cæli talis eſt, vſurpatur.

Vſurpare aliquid & Dicere, pro eodẽ. Cic.in Parad.41, Præclarè enim eſt hoc vſurpatũ à doctiſſimis: quorum ego authoritate nõ vterer, ſi mihi apud aliquos agreſtes hæc habẽda eſſet oratio. Quum verò apud prudentiſſimos loquar, quibus hæc inaudita non ſint, cur ego ſimulem me, ſiquid in his ſtudiis operæ poſuerim, perdidiſſe? Dictum eſt igitur ab eruditiſſimis viris, Niſi ſapientem liberum eſſe neminem.

Vſurpare ac retinere. Cic.7.Verr.41, Id nunc nullo nouo officio ſuo, tot annis pòſt iure imperii noſtri quotannis vſurpato, ac ſemper retento, ſumma in difficultate nauiũ à C. Verre pretio aſſecuti ſunt.

¶ Vſurpare, Sæpe nomẽ aliquod in ore habere, & ſæpe nominare. Cic.pro Milone,13, Quæ cruentata antea cæde hone ſti atque innocentis viri ſilebatur, eadem nũc crebrò vſurpatur, poſteaquam latronis & parricidæ ſanguine imbuta eſt. Idem de Vniuerſ.56, Fratres inter ſe agnatóſq; vſurpare atque appellare videmus. Budæus.

Apud Platonẽ vſurpata oratio. Cic.5. Tuſc.50, Apud Platonẽ hæc oratio vſurpata eſt, vt nihil præter virtutẽ diceretur bonũ.

Crebris ſermonibus vſurpare. Cic.pro Marcello,1, Soleo ſæpe ante oculos ponere, idque libẽter crebris vſurpare ſermonibus.

Vſurpare dictũ alterius. Cic.3.de Fin.51, Bonum autem quod in hoc ſermone toties vſurpatum eſt, id etiam definitione explicetur. Idem 1.Philipp.54, Quòd ſi te in iudicium quis adducat, vſurpétque illud Catilinárium VT BONOS VERIT. Idẽ 1.Philip. 1, Græcum etiam verbũ vſurpaui, quod tum in ſedandis diſcordiis vſurpauerat ciuitas illa. Et ad Brutũ,15.4, Neque ſolùm, vt Solonis dictũ vſurpẽ, qui & ſapientiſſimus fuit ex ſeptẽ, &c.

Vſurpare memoriam alicuius, Hoc eſt mentionẽ facere. Cic. de Amicit.28, Quis eſt qui C. Fabritii, M. Curii cum charitate aliqua & beneuolentia memoriam non vſurpet, quos nunquam viderit? Budæus. Cic.Poſt reditum in Senatu,33, Deſyderiũ mei nominis renouari, & rerũ geſtarum memoriã vſurpari coegit.

Vſurpare nomẽ ciuitatis, Id eſt dicere ſe ciuem, & agere. Cic. 7.Verr.117, Sed quum imploraret ſæpius, vſurparétque nomen ciuitatis, crux, crux inquam, infœlici & æruinoſo, qui nũquam iſtam poteſtatem viderat, comparabatur. Budæus.

Vſurpare nomen virtutis. Cic. in Parad.19, Nomen tantum virtutis vſurpas: quid ipſa valeat, ignoras.

Nomẽ falſum beneficii vſurpare. Senec.de Benefic.lib.1.cap. 5, Omnia itaque, quæ falſum nomen beneficii vſurpant, miniſteria ſunt, per quæ ſe voluntas amica explicat.

Vſurpant aures meæ ſonitum. Tranſlatio. Plaut. Caſin.16.9, Perii, vnde vſurpant aures ſonitum meæ?

Oculis vſurpare aliquid, Videre. Lucret.lib.1.61,

Nec calidos æſtus tuimur: nec frigora quimus
Vſurpare oculis: nec voces cernere ſuemus.

Ratione vſurpatum. Quintil.lib. 7. cap.2.3, Igitur quid ego ſim ſecutus, quod partim præceptis, partim vſurpatum ratione cognoueram, promam.

Senſibus vſurpare rem aliquam, Imaginari animo rem aliquam. Lucret.lib.4.197,

Et quicunque dies multos ex ordine ludis
Aſſiduas dederint operas, plerunque videmus,
Quom iam deſtiterint, ea ſenſibus vſurpare.

¶ Vſurpare barathrum. Plaut.Bacchid.2.41, O barathrum, vbi nunc es, vt ego te vſurpem lubens?

Officium aliquod vſurpare, Vide Officium.

Otium vſurpare. Tacit.lib.14, Auus meus Auguſtus Agrippæ & Mecœnati vſurpare otium poſt labores conceſſit.

Vſurpare ius, pro eo quod vulgò dicunt *Capere poſſeſſionem*. Liu. Non tamen vltra proceſſum eſt, quàm vnus ex plebe vſurpandi iuris cauſa P. Licinius Trib. militum crearetur. Idem 7. bel. Pun. Nec patrũ, nec auorũ memoria Dialem quéquã id ius vſurpauiſſe. Id eſt, eo iure vſum eſſe vt poſſeſſione. Budæus.

Pœnã aliquã vſurpare in improbos. Cic.4.in Catil.79, Atque hoc genus pœnæ ſæpe in improbos ciues in hac Repub. eſſe vſurpatum recordatur.

Vſurpata multis officiis cognatio. Cic.7. Verr.97, Quid verò illa Segeſtanorũ nõ ſolũ literis tradita, neq; cõmemorata verbis, ſed multis officiis illorũ vſurpata & comprobata cognatio?

Vſurpare regionem pedibus. Plaut. Trinum.13.4,

-aduenio ex Seleucia,
Macedonia atque Arabia, quas ego neque oculis, neque pedib⁹
Vnquã vſurpaui. Hoc eſt, quas nunquã adu, nec ingreſſus ſum.

¶ Vſurpare, Vſucapionẽ interrũpere. Gell.lib.3.ca.2, Q. quoq; Mutium Iuri conſultum dicere ſolitũ legi, nõ eſſe vſurpatam mulierem, quæ quũ Calẽd. Ianuariis apud virum, cauſa matrimonii eſſe cœpiſſet, ante diem IIII Calend. Ianuarias ſequentes vſurpatũ iſſet. Non poſſe impleri trinoctium, quod abeſſe à viro vſurpãdi cauſa ex XII TABULIS deberet, quoniã tertiæ noctis poſterioris ſex horæ alterius anni eſſent, qui inciperet ex Calẽdis.

¶ Vſurpare aliquid ex alterius bonis. Cic.7.Verr.100, Non vt aliquid ex huius bonis vſurparet, ſed vt quibus oculis cruentas cerui ces filii ſui viderat, iiſdem te condemnatum videret. Vetus codex legit ex ſuis bonis recuperaret.

Vſurpatio, Verbale, Frequens vſus. Cic.de Claris Orat.135, Qui hoc tempore ipſo quum liceat, in hoc communi noſtro & quaſi fatali malo conſoletur ſe, cum conſcientia optimæ mentis, tum etiam vſurpatione & renouatione doctrinæ.

Mentio & vſurpatio ciuitatis. Cic.7.Verr.131, Apud te Prætorem ſi non effugium, ne morãquidem mortis mentione atque

vſurpatione ciuitatis aſſequi potuit? Id eſt, quum ſe ciuem Romanum eſſe diceret, ac teſtaretur. Budæus.

Vſurpatio vetuſtatis. Cic. pro Lege agraria, 41, Sint igitur Decemuiri neque veris comitiis, hoc eſt populi ſuffragiis, neque illis ad ſpeciem, atque ad vſurpationem vetuſtatis per triginta lictores auſpiciorum cauſa adumbratis, conſtituti.

Vſurpatione vocis abſtinere. Liuius 7. bel. Pun. 113, Si id in hominis ingenio amplißimum ducerent, tacitè iudicarent, vocis vſurpatione abſtinerent.

Superba vſurpatio nominum. Plin. lib. 33. ca. 2. 1, Et diuiſus hic quoque ordo erat ſuperba vſurpatione nominũ, quum alius ſe Nongentum, alius Seleƈtum, alius Tribunum appellaret.

¶ Vſurpatio, apud Iuriſcõſultos, eſt vſucapionis interruptio. Oratores autem frequentem vſum vocant. Hæc Paulas de vſurpationibus ſeu vſucapionibus, L. 2.

Vtẽſilis, vtẽſile, pen. corr. n. g. Quod eſt ad vſus noſtros neceſſarium. Columella lib. 11, Vtenſilia quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Idem lib. 2. cap. 13, Quos abſumamus aut in ſatione trimeſtrium, aut in vecturis fœni & pabulorum & ſtercorũ, aliorúmque vtenſilium. Idem lib. 8. cap. 4, vocat vtẽſilia quæ apes in aluearia cõferunt. Varro 1. de Re ruſt. cap. 2. 5, Contrà quod in Italia vtenſile modò non naſcitur, ſed etiã nõ egregium ſit. Liu. 3. ab Vrbe, 170, Exutúſque omnibus vtenſilibus miles Tuſculum ſe, fide miſericordiáque victurus hoſpitum cõtulerat. Idem 6. bel. Pun. 171, Quæque vnà ſecum dediderũt, agrum vrbémque, diuina humanáque, vtenſiliáque, ſiue quid aliud dediderunt, de iis rebus quid fieri velitis, vos rogo Quirites.

Vtilis, & hoc vtile, pen. cor. Quo vtimur, quod nobis confert. Terent. And. 5. 1. 16, Quibus id maximè vtile eſt, illum eſſe quam deterrimum. Idem Adelp. 3. 1. 43, -quum amet aliam, non eſt vtile hanc illi dari. Cic. ad Mattium, lib. 11. 17. 5, Quod enim ve hementer mihi vtile eſſe putabas, nec inutile ipſi Cæſari, perfeciſti vt ille me diligeret, coleret, haberet in ſuis.

Vtilis ad. Plautus Epid. 5. 103, Quem hominem inuenimus ad eam rem vtilem? Plin. lib. 16. cap. 40. 6, Sed lignum non aliò penè quàm ad radios rotarũ vtile. Idem lib. 8. cap. 3. 1. 1, Euomit fel ſuũ ad multa medicamẽta vtile. Varro 1. de Re ruſt. ca. 8. 1, Vterque eorum ad vſum vtilis, partu, fructu, ventre. Cic. 3. Offic. 36, Nonne igitur ſapiens ſi fame ipſe conficiatur, cibum abſtulerit alteri homini ad nullam rem vtili?

Homo ad nullam rem vtilis. Cic. 3. Offic. 36.

Neutro pede ſatis vtilis, Cuius neque vnus pes, neque alter ſatis ſuum officium facit. Plin. lib. 7. cap. 18. 4, Ob id neutra manu, neutro pede ſatis vtilis.

Bis vtilis arbos pomis? Virgil. 2. Georgic. 30, Bis grauidæ pecudes: bis pomis vtilis arbos. Id eſt biferæ ſunt arbores. Seruius.

Cibus vtilis ægro. Ouid. 3. Triſt. eleg. 3. 2.

Res vtiles & ſalutares. Cic. 1. de Nat. deorũ, 55, Perſeus eos dicit eſſe habitos deos, à quibus magna vtilitas ad vitæ cultum eſſet inuenta, ipſáſque res vtiles & ſalutares deorum eſſe vocabulis nuncupatas.

Venus vtilibus intrat vrbem, Secundis. Ouid. 13. Metam. 118.

Magnificè vtile, Vide **Magnus.**

Maximè vtile, Vide **Magis.**

Modicè vtile, Vide **Modus.**

Miſcere vtile dulci. Horat. de Arte, 70.

Nunquã eſt vtile peccare, quia ſemper eſt turpe. Cic. 3. Off. 84.

Sic enim facillimè, quod tibi vtiliſſimum erit, conſilii capies. Dolabella Ciceroni, lib. 9. 9. 6.

Vtibilis, & hoc vtibile, pen. corr. Idem. Plaut. Trinum. 11. 13,
-vide ſi hoc vtibile magis
Atque in rem deputas. Idem Menæh. 2. 1. 17,
-ii ſolent heris
Eſſe vtibiles. Terent. Phorm. 4. 4. 9.
Quid minus vtibile fuit, quàm hoc vlcus tangere,
Aut nominare vxorem?

Vtibile illi. Plaut. Merc. 4. 4. 5, Non vtibile hic locus ſactis tuis.

Vtibile ad. Plaut. Mil. 10. 19, Magis ad rẽ nõ poteſt eſſe vtibile.

Vtilitas, pen. corr. vtilitãtis, fœm. g. Notæ ſignificationis pro Commodo. Terentius Eunucho, 1. 3. 17, In ea re vtilitatem ego faciam vt cognoſcas meam.

Natura conſultrix & prouida vtilitatum opportunitatúmque omnium. Cic. 1. de Nat. deorum. 81.

Vtilitas, mater iuſti & æqui. Horat. 1. Serm. ſatyr. 3. 10, Atque ipſa vtilitas iuſti propè mater & æqui.

Vtilitas & opportunitas. Cic. 1. de Nat. deor. 116, Ne hoc quidẽ vos mouet cõſyderãtes quæ ſit vtilitas, quæque opportunitas in homine mẽbrorũ, vt iudicetis mẽbris humanis deos nõ egere?

Vtilitas ex. Cic. 1. de Finib. 105, Vt etiam ſi nulla ſit vtilitas ex amicitia, tamen ipſi amici propter ſeipſos amentur.

Communis vtilitas. Quintil. lib. 3. cap. 7. 18.

Non mediocris vtilitas. Quintil. lib. 1. cap. 8. 8.

Multæ vtilitates & magnæ, Vide **Multus.**

Publicæ vtilitates. Tacit. lib. 1.

¶ Aberrare à communi vtilitate, Vide **Aberro.**

Non abhorret ab vtilitate hæc mea oratio. Cic. pro Seſtio, 83, Et vt arbitror, nec ab vtilitate eorum qui audient, nec ab officio noſtro, nec ab ipſa cauſa Publii Seſtii abhorrebit oratio mea.

Adducere ad vtilitatem, Vide **Adduco.**

Afferre vtilitatem, Vide **Affero.**

Capere vtilitates, Vide **Capio.**

Conuelli vtilitate, Vide **Conuello.**

Duci vtilitate. Quintil. lib. 3. cap. 7. 18, Niſi fortè cõmuni vtilitate ducatur.

Finitus ſola vtilitate. Quintil. lib. 3. ca. 8. 1, Deliberatiuas quoque miror à quibuſdam ſola vtilitate finitas.

Fugit hæc vtilitas neminem. Quintil. lib. 2. cap. 5 11.

Habere vtilitatem dicitur res aliqua. Ouid. 4. Triſt. eleg. 2. 8, Forſitan hoc ſtudium poſſit furor eſſe videri:
Sed quiddam furor hic vtilitatis habet. Cic pro Murena, 29, Omnes enim artes quæ nobis Populi Rom. ſtudia conciliant, & admirabilẽ dignitatem, & pergratam vtilitatẽ debent habere.

Omittere ſuas vtilitates, cui opponitur Seruire ſuis vtilitatibus. Cic. 3. Offic. 55, Nec tamen noſtræ nobis vtilitates omittendæ ſunt, aliiſque tradendæ, quum his ipſi egeamus: ſed ſuæ cuique vtilitati, quod ſine alterius iniuria fiat, ſeruiendum eſt.

Parẽre vtilitatibus alicuius. Cic. pro Deiotaro, 8, Teque Alexandrinum bellum gerente vtilitatibus tuis paruit. Id eſt commodis tuis inſeruiuit. Budæus.

Æquor vtilitatem præbet ſiſtentibus nautis. Lucret. lib. 6. 179.

Fructum vtilitatis præbere. Cic. ad Atticum, lib. 7. 15. 1, Quem quidem ego, etſi mirabiles vtilitates mihi præbet, quum valet, in omni genere vel negotiorum vel ſtudiorum meorum: tamen propter humanitatem & modeſtiam, malo ſaluum, quàm propter vſum meum. De ſuo Tirone loquitur.

Quærere vtilitatem in re aliqua. Cic. 1. de Oratore. 57, Itaque in iis artibus, in quibus nõ vtilitas quæritur neceſſaria, ſed animi libera quædam oblectatio, quàm diligenter & quàm propè faſtidioſe iudicamus?

Seruire vtilitati alicuius. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 35, Eſt autem non modò eius qui ſocijs & ciuibus, ſed etiam eius qui ſeruis, qui mutis pecudibus præſit, eorum quibus præſit, commodis vtilitatique ſeruire.

¶ Vtilitates, in plurali, pro Vſu. Cic. ad Tironẽ, lib. 16. 5. 3, Vtilitatibus tuis poſſum carere.

Vtiliter, penult. corr. Aduerbium, Commodè. Plin. epiſt. 156, Etiam aliquantũ erogauerunt, periculum eſt ne parum vtiliter. Cic. 4. Acad. 145, Atque illi quidem etiam à natura vtiliter dicebant permotiones iſtas animis noſtris datas. Idem in Orat. 134, Vt quicquid in his rebus fiat vtiliter ad pugnã, idem ad aſpectum etiam ſit venuſtũ. Varro 1. de Re ruſt. cap. 1. 9, Hoſce ipſos vtiliter ad ſex libros redigit Diophanes.

Facere aliquid vtiliter. Ouid. 13. Metam. 41.

Seruire vtiliter. Horat. 1. epiſt. 17. 14.

Vtilius. Ouidius epiſt. 1. 14, Vtilius ſtarent etiam nunc mœnia Phœbi.

Vtpote/penult. cor. Aduerbium cõfirmantis, Id eſt quoniam, quandoquidem, nempe. Salluſtius in Catilinam, Neque tamen Antonij procul aberat, vtpote qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fugam ſequeretur. Suetonius in Auguſto, cap. 30, Ædes ſacras vetuſtate collapſas, aut incendio abſumptas refecit, eáſque & cæteras opulentiſſimis donis adornauit, vtpote qui in cellam Capitolini Iouis ſexdecim millia pondo auri vna donatione contulerit. Liuius 1. ab Vrbe, 143, Romanis auxit animum, & turbauit Volſcos: vtpote capta vrbe, cui ad ſerendam opem venerant. Cicero ad Atticum, lib. 1. 19. 8, Ea nos, vtpote qui nihil contemnere ſolemus, non permiſcebamus. Idem, lib. 5. 15. 1, Me & incommoda valetudo, quæ iam emerſeram, vtpote cum ſine febri laboraſſem, &c. Idem 5. Philip. 186, Lucius quidem frater eius, vtpote qui peregre depugnauit, familiam ducit. Aſinius Cæroni, lib. 11. 31 11, Vtpote quum ſingulæ quædã cohortes ſeditionem fecerint. Horat. de Arte, 41,
-populus numerabilis, vtpote paruus.

Vtputà/pe. cor. Idem ſignificare videtur quod Vtpote: de quo tamen nullum exemplum reperi apud idoneos authores.

Vtricularius/Utriculus/Vide **Uter**/vtris.

Vtrinque/Utro/Utrobique/Utroque/Utrum/Vide **Uter** adiectiuum.

Vtut, Vide **Ut.**

Vtre erat geſta iudicaſſe.

V V

Vua, Fructus vitis. Dicta ab vuido. Colum. lib.3.cap.6, Nec tamen eam vitem feracem dixerim, cuius ſingulæ vuæ in ſingulis ſarmentis conſpiciuntur.

Vua mirabili magnitudine. Cic.1.de Diuin.59, Quúmque in quatuor partes vineam diuiſiſſet, treiſque partes aues abdixiſſent: quarta parte quæ erat reliqua, in regione diſtributa, mirabili magnitudine vuam, vt ſcriptum videmus, inuenit.

Terra ferax vuis. Ouid.2.Amor.eleg.16.2.

Commentor vuæ Bacchus. Ouid.3.faſt.157.

¶ Cibaria vua. Plin.lib.14.cap.3.2.

Coloratæ vuæ, Vide **Color.**

Cultæ vuæ. Ouid.3.de Arte,21.

Dactylides vuæ, Vide **Dactylus.**

Eſcaria vua. Plin.lib.14.cap.3.6.

Flana vua. Stat.5.Thebaid.54.

Generoſæ vuæ fertilis vinea. Ouid.2.de Remed.amor.35.

Genialis conſitor vuæ. Ouid.4.Metam.3.

Grauidæ vuæ. Claud.1.Paneg.94.

Immitis vua, Immatura. Horat.2.Carm.ode 5.2.

Madentes vuæ. Claud.5.Paneg.54.

Maturæ vuæ. Virg.2.Georg.84.

Mitis vua, Matura. Virg.2.Georg.90.

Nigerrimæ vuæ. Catull.ad Coloniam,17.4.

Nitentibus vuis ſpecioſa vlmus. Ouid.14.Metam.135.

Peracerba guſtatu vua. Cic.de Senect.49, Gẽma à qua oriens vua ſe oſtendit, quæ & ſucco terræ, & calore Solis augeſcẽs, primo eſt peracerba guſtatu, deinde maturata dulceſcit, &c.

Purpureæ vuæ. Ouid.13.Metam.174.

Racemiferæ vuæ. Ouid.3.Metam.134.

Auro ſimiles vuæ. Ouid.13.Metam.174.

¶ Augeſcunt vuæ, Vide Augeſco in **Augeo.**

Calcare vuas, Vide **Calco.**

Decerpere vuam, Vide **Decerpo.**

Ducit colorem vua. Virg.eclog.9.5, -& quo
Duceret apricis in collibus vua colorem.

Pendentes vuæ plenis viſibus. Ouid.1.Amor.eleg.10.11.

Teneras mora percoquit vuas. Ouid.2.de Remed.amor.17.

Vimus labens proterit vuas. Stat.8.Thebaid.110.

Rubens vua inculti pendet ſentibus. Virg.eclog.4.6.

Veniunt illic vuæ fœliciter. Virg.1.Georg.11, Hic ſegetes, illic veniunt fœlicius vuæ. Id eſt melius prouenium.

Veſtitæ frondibus vuæ. Propert.lib.3.eleg.13.7.

¶ Vua, etiam aliarũ rerũ. Plinius lib.11. cap.13.2, Amomi vua in vſu eſt.

¶ Vua, pro Vite aliquando ponitur. Virg.2.Georg.12, Et turpes auibus prædam fert vua racemos. Seruius.

¶ Vua dicitur in apibus, quãdo examen congregatum ad ſimilitudinem botri dependet. Iuue.Saty.13, Examénque apium longa conſederit vua. Columella lib.9.cap.9, Quum agmen glomeratum in proximo frondentis arbuſculæ ramo conſederit, animaduerſito antotum examen in ſpeciem vnius vuæ dependeat. Plinius lib.11.cap.17.3, Tunc oſtenta faciunt priuata ac publica, vua dependente in domibus templiſque. Virgil.4.Georg.111, -& lentis vuam demittere ramis. Vbi Seruius, Vuam demittere, in morem vuæ, id eſt botryonis defluere.

¶ Vua appellatur in homine, quæ inter tonſillas vltimo palato dependet, ſub qua eſt minor lingua, quæ dicitur epiglottis: ita dicta quòd aliquando ad ſimilitudinem vuæ intumeſcat, cum vehementi inflammatione ac dolore. Plin.lib.11.cap.37.47, Tonſillæ in homine, in ſue glandulæ. Quod inter eas vuæ nomine vltimo dependet palato, homini tantum eſt. Sub ea minor lingua epiglottis appellatur. Vide Celſum lib.6.cap.4.

Vuifer, penult.corr. Adiectiuum, Vuas producens: vt Glebæ vuiferæ. Silius lib.7.53.

Maſſicus vuifer. Stat.4.Sylu.3.13.

Vuidus/penult.corr. Adiectiuum, Humidum ſignificat. Virg.eclog.10.4, Vuidus hyberna venit de glãde Menalcas. Vbi Seruius, Vuidũs, pinguis. Et Humidum eſt quod extrinſecus habet aliquid humoris: Vuidum verò quod intrinſecus: vnde & vuæ dictæ ſunt. quod tamen plerunque cõfundunt poetæ. Colum.lib.3.cap.2.5, Niſi præpingui & vuida terra. Idẽ lib.7.cap.3.3, Vbi cæli ſtatus vuidus ventoſúſque eſt.

Bacchus vuidus. Horat.2.Carm.ode 19.4.

Gemma vuida in tenero palmite. Ouid.3.Faſt.48.

Vuida veſtis, Humore madens. Plaut.Rud.6.15, -ſiccine hîc
Cum vuida veſte graſſabimur? Ibidem,25.5, Non vides me referre vuidum rete, ſine ſquamoſo pecu?

Vueſco, vueſcis, vueſcere, Vuidum fieri, Vide **Sereſco.**

VVLCANVS, pen.prod. Deus antiquis putatus eſt, quo ſignificatur ignis, quòd canus per aera volet. Volat enim flamma, & candida eſt. Hic & Mulciber appellatur, quòd ferrum mulceat. Fingunt enim poetæ hunc fuiſſe deum, & Iouis ex Iunone filium, qui faber Ioui fulmina contra Gigantes fabricauit. Hinc Vulcaniæ inſulæ appellatæ ſunt.

Vulcani (inquit Cicero) fuere complures. Primus Cælo natus, ex quo & Minerua Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui hiſtorici eſſe voluerunt. Secundus in Nilo natus Opas, vt Ægyptii appellant, quem cuſtodem eſſe Ægypti volunt. Tertius è tertio Ioue & Iunone, qui Lemni fabricæ traditur præfuiſſe. Quartus Menalio natus, qui tenuit inſulas propter Siciliam, quæ Vulcaniæ nominabantur. Hactenus Cicero lib.3. de Natura deorum,76.

Ardens Vulcanus. Horat.1.Carm.ode 4.2.

Auidus Vulcanus. Horat.3.Carm.ode 4.11.

Luteus Vulcanus. Iuue.Saty.6.14.

¶ Vulcanus, pro ipſo igne aliquando ponitur, quẽadmodum Pallas pro literis. Plautus Amphit. 4.187, Quò ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclufum geris? Idem Menæh.3.55,
Ire hercle melius eſt te intrò, atque accumbere,
Dũ ego hæc appono ad Vulcani violentiã. Virg.5.Æneid.133.

Spargere Vulcanum tectis. Virg.7.Æneid.16.

Furit immiſſis Vulcanus habenis. Virg.5.Æneid.131.

Superante Vulcano, ruinam dedit domus. Virgil.2.Æneid.63.

Vulcanius, Adiectiuum. Virg.10.Æneid.81,
Correptis ſubitò mediis, extenditur vnà
Horrida per latos acies Vulcania campos. Vide **Acies.**

Ardor Vulcanius. Valer.4.Argon.137.

Arma Vulcania, à Vulcano fabricata. Virg.8.Æneid.107.

Cic.2.Tuſc.58, Pungit dolor, vel fodiat ſanctè nudus es, da iugulum: ſin tectus Vulcaniis armis, id eſt fortitudine, reſiſte.

Peſtis Vulcania, incendium. Silius lib.7.73, Peruga, per valles errat Vulcania peſtis; Nuſquam ſtante malo.

Vulcanalia, Vulcanaliorum, pluralis numeri, neutri generis, Feſta Vulcano dedicata. Colum.lib.11.cap.3.15, Cæterum Auguſto circa Vulcanalia, tertia ſatio eſt.

Vulga/vulgæ, ſine bulga, Vide **Bulga.**

Vulgus/vulgi, m.g. & hoc Vulgum, vulgi, neutri: Significat multitudinem ignobiliorẽ. Cic.pro Milone,20, Quũ huc inſidiator, qui iter illud ad cædem faciẽdam apparaſſet, cum vxore veheretur in rheda penulatus, vulgi magno impedimẽto, &c. Horat.1.Serm.ſaty.3.15, -huic ego vulgum
Errori ſimilem cunctum inſanire docebo. Salluſtius in Iugurtha, Alii vulgũ effuſum oppido cædere, alii ad portas feſtinare.

Commendatio in vulgus. Cic.5.Tuſc.145, Vide ne plus commendatio in vulgus, & hæc quæ expetitur gloria, moleſtiæ habeat quàm voluptatis.

Fames in vulgus inopia quæſtus, & penuria alimẽtorum. Tacitus lib.17.

Gratus in vulg⁹. Tacit.li.1, Etſi alii bonis artib⁹ grati in vulg⁹.

Retinere nomen in vulgus. Cic.1.de Diuin.130, Fani pulchritudo & veruſtas Præneſtinarum etiam nunc retinet ſortium nomen, atque id in vulgus.

Conſilium vulgi. Cicero pro Plancio,7, Non eſt enim conſilium in vulgo, non ratio, non diſcrimen, non diligentia, &c.

Imperitorum vulgus. Cicero 3.de Oratore, 107, Illud autem nequis admiretur, quonam modo hæc vulgus imperitorum in audiendo notet.

Vulgus ſeruorum. Terentius And.3.4.4,
Ego dudum nonnihil veritus ſum Dauo abs te, ne faceres idem
Quod vulgus ſeruorum ſolet.

Nihil eſt incertius vulgo. Cic.pro Murena,34.

¶ Fœmineum vulgus, Vulgus fœminarum. Lucan.lib.7.8.

Humile vulgus. Plinius in Præfat.3.

Ignobile vulgus. Virg.1.Æneid.31.

Quibus imperitum vulgus bubalorum nomen imponit. Plinius lib.8.cap.15.

Incertum vulgus ſcinditur in contraria ſtudia. Virg.2.Æn.8.

Indoctum vulgus. Ouid.5.Metam.61.

Iners vulgus. Claud.1.de raptu Proſerp.5.

Infidum vulgus. Horat.1.Carm.ode 35.5.

Inutile vulgus. Iuuenalis Saty.15.13.

Leue vulgus. Ouid.11.Metam.11.

Miſerabile vulgus. Virg.1.Æneid.160.

Mobile. Stat.1.Sylu.2.15. Mutabile. Valer.1.Argon.151.

Profanum vulgus. Horat.3.Carm.ode 1.1.

Rude vulgus & expers artis. Ouid.1.Faſt.59.

Segne vulgus. Lucanus lib.3.12.

¶ Acceptum in vulgus, Vide **Accipio.**

Attonitum pauet vulgus.Ouid.14.Metam.81.
Spolia in vulgus cedebant.Tacit.lib.19.
Celebrata in vulgus Cælij laus.Tacit.lib.17.
Digitis vulgi designari.Ouid.3.Amor.eleg.5.16.
Hoc exire atque in vulgus emanare non poterit. Cicero pro Roscio Amer.1.
Indicare aliquid in vulgus.Cic.de Vniuers.6.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus. Claudian.7. Paneg.61.
Probari in vulgus, Vide Probo.
Spargere voces in vulgum.Virg.1.Æneid.10.
Malignum spernere vulgus.Horat.1.Carm.ode 16.8.
In vulgus aduerso rumore fuit.Tacit.lib.18.
Tribuere in vulgus. Cic.Seruilio Sulpit.lib.13.71.1, Quia non est obscura tua in me benevolentia, sic fit vt multi per me tibi cõmendari velint.Ego autem tribuo nonnunquam in vulgus.
Vox venit ad aures vulgi.Virg.1.Æneid.14.
¶ Vulg⁹ esse. Salust.in Catil. Cæteri omnes strenui, boni, nobiles atq; ignobiles, vulgus fuimus, sine gratia, sine authoritate.
¶ Vulgũs, de omibus dixit Virgilius, lib.3.Georg.94,
Continuò ferro culpam compesce, priusquam
Dira per incautum serpant contagia vulgus.
Vulgò, Aduerbialiter positum, significat Passim, Cæruatim, vt ait Seruius. Virg.eclog.4.6, - Assyrium vulgò nascetur amomum. Idem 3. Georg.99, Hinc lxtis vituli vulgò moriuntur in herbis. Et 3.Æneid.119,
Centum alij curua hæc habitant ad littora vulgò
Infandi Cyclopes, & altis montibus errant. Id est passim. Horatius 1.epist.15.4, Ne vulgò narres te sudauisse ferendo
Carmina, &c.
Vulgò, Passim. Liu.1.bel.Maced. Aduersus quæ tela, quòsque viros pugnandum esset, pauidi vulgò cernebant.
Vulgò & passim. Cic.pro Murena,66, Num locum ad spectandum dare, aut ad prædium inuitare minimè: sed vulgò, passim. quid est vulgò, vniuersos.
Vulgò dicitur, vel dici solet. Terent.Andr.1.5.15,
Verum illud verbum est, vulgò quod dici solet,
Omnes sibi melius malle esse, quàm alteri. Plaut.Amph.1.539,
Scin quid vulgò dici solet? Plin.epist.168, Vt planè scirem tibi vacaturum (quod vulgò dicitur) librum legere.
Vulgò audieram. Cic.5. Verr.50, Non mehercule qui loquor crederem Iudices, tametsi vulgò audieram.
Vox vulgò exaudita per locos. Virg.1.Georg.96.
Saturnum vulgò maximè ad Occidentem colunt. Cicero 3.de Nat.deorum,59.
Vulgò loquuntur. Cic.7. Verr.63, Quum vulgò loquerentur suppositum in eius locum quem pro illo probare velles.
Vulgò appellare aliquem Superbum. Liu.1.ab Vrbe,119, Haud mirum esse Superbo inditum Romæ cognomen (iam enim ita clàm quidam mussitantes, vulgò tamen eum appellabant) an quicquam superbius, &c.
Vulgò homines illud requirunt. Liuius 1.ab Vrbe,137, Vulgò iam homines eum statum rerum, qui sub Numa rege fuerat, requirentes, &c.
Vulgò hominũ opinio socium me ascribit tuis laudibus. Cic. Dolabellæ in Epistolis ad Atticum, lib.14.315.1.
Vulgò occidi, Publicè, passim. Cicero pro Rosc.Amer.48, Eiusmodi tempus erat, inquit, vt homines vulgò impune occiderentur. Et paulo pòst, 49, Quid ait? vulgò occidebãtur? per quos? &c. à quibus?
Vulgò occupare regnum. Cæsar 2.belli Gall.135, Ab nonnullis etiã, quòd in Gallia à potẽtioribus, atque iis qui ad cõducendos homines facultates habebant, vulgò regna occupabantur.
Vulgò ostendere. Cic.6.Verr.55, Neque ponere, neque vulgò ostendere ac proferre voluerunt.
Vulgò quæsitus, pro Spurio. Vlpianus L.1. ad Terull. Sed & vulgò quæsiti admittũtur ad matris legitimã successionem. Et L.2, Siue iuste sint procreati, siue vulgò quæsiti. Budæus.
Vulgâris, & hoc vulgare, pen.prod. Quod est vulgi, hoc est vile ac cõmune. Cic.2.de Inuent.105, Magna an parua, facilia an difficilia, singularia sint an vulgaria. Horat.2.Serm.saty.2.8, Ieiunus stomachus rarò vulgaria temnit.
Vulgare, Tritum & consuetũ. Quintil.in Proœmio lib.1.3, Simulne vulgarẽ viã ingressus, alienis demũ vestigiis insisterem.
Vulgare & obsoletũ, cui Nouũ & inauditũ opponitur. Cic.pro Quintio,53, Vulgaria & obsoleta sũt, res autẽ nouæ & inauditæ.
Vile & vulgare. Cic. pro Roscio Amerino, 43. Denique nihil tam vile, neq; tam vulgare est, cuius partem villam reliquerint.
Vulgare est, Tritum. Plin.lib.8.cap.2.1, Vulgare erat, per auras arma iácere, non auferentibus ventis. Idem lib.16. cap. 51.5, Prostratas restitui, vulgare est.
Vulgares artes, Quæ vulgò mechanicæ dicũtur. Cic.pro.Rosc. Amer.79, Mitto hasce artes vulgares, coquos, pistores, lecticarios.
Cõmendatio non vulgaris, Hoc est, nõ leuis, non modica. Cic. ad Cæsarem, lib.13.26.7, Genere nouo sum literarum ad te vsus, vt intelligeres non vulgarem esse cõmẽdationem. Idem Lentulo, lib.1.3.4, Omnibusque rebus eum ita tractes, vt intelligat nostram commendationem non vulgarem fuisse.
Consuetudo vulgaris. Cic.1.de Orat.119.
Declamatio vulgaris & peruagata. Cic.pro Plancio,38.
Fabula vulgaris. Ouid.4.Metam.11.
Vulgaris forma, Quæ vulgò videri solet. Plin.lib.10.cap.42.3, Nec vulgaris psittacis forma quamuis non spectanda.
Generatio vulgaris. Plin.lib.7.cap.14.2, Et vsque ad LXXV. apud ignobiles vulgaris reperitur generatio.
Minimè vulgare genus dicendi. Cic.de Claris Orat.167.
Hæc à vulgari intelligẽtia remotiora sunt. Cic.1.de Inuẽt.170.
Notitia vulgaris. Plin.lib.10.cap.5.6, Contexemus & de scli, sed hoc est vulgaris notitiæ.
Opinio vulgaris. Cic.1.de Orat.54.
Vulgaris & Excellens orator, contraria. Cic.in Orat.16.
Prudentia communis & vulgaris. Cic.1.de Orat.165.
Puellæ vulgares, Quæ prostant. Ouid.4.Fast.174.
Oratio ad vulgarem populariẽmque sensum accommodata. Cic.1.de Oratore,54.
Sermo vulgaris. Cic.1.Acad.8, Qui nulla arte adhibita, de rebus ante oculos positis, vulgari sermone disputant.
Via vulgaris. Quintil.in Proœm.lib.1.3.
Vulgâriter, pen.corr. Aduerbium, Idem quod vulgò. Plin.lib.18. cap.14.3, Vituli quoque ius vulgariter datum, inter auxilia cœliacorum & dysentericorum tradunt. Idem lib.8.cap.5.3, Ac nequis vulgariter electam putet, miretur gratam Aristophani celeberrimo in arte grammatica.
Vulgariter & ambitiosè. Cic.Seruilio, lib.13.70.3, Hæc ad te co pluribus scripsi, vt intelligeres me nõ vulgariter nec ambitiosè, sed vt pro homine intimo, ac mihi pernecessario scribere.
Vulgo, vulgas, vulgâre, In vulg⁹ emittere, & quasi multis audiẽtib⁹ ac nõ taciturnis dicere: cõmune omnib⁹ facere. Vir.10.Æne.13, - quid me alta silentia cogis
Rumpere, & obductum verbis vulgare dolorem?
Vulgare aliquid per. Liuius 8.bel.Pun.143, Nõ quod ego vulgari facinus per omnes velim.
In maius aliquid vulgare. Tacitus lib.3, An falsa hæc in maius vulgauerint accusatores.
Famam vulgare. Liuius 7.bel.Pun.181, Cui notum erat insigne galeæ, famam interfecti regis vulgauit. Idem 4.bel.Maced.66, Fama deinde vulgatur, Consulem in Turditaniam exercitum ducturum.
Laudem vulgare. Liuius 1.ab Vrbe,45, Ita deinde dijs visum, nec irritam conditoris templi vocem esse, qua laturos eò spolia posteros nuncupauit: nec multitudine cõpotum eius doni vulgari laudem.
Librum vulgare. Quintilianus in Proœm. lib.1.7, Interceptum boni iuuenes, sed nimium amantes mei, temerario editionis honore vulgauerant.
Morbos vulgare, Morborum in vulgus & passim causam adferre. Liuius 3.ab Vrbe,14, Ea colluuio mistorum omnis generis animantium, & odore insolito vrbanos & agrestem confertum in arcta tecta, æstu ac vigiliis angebat, ministeriáque inuicem ac cõtagio ipsa vulgabant morbos. Curtius lib.9, Contagium morbi etiam in alios vulgatum est.
Rem non vulgabat P. Virginius. Liuius 1.ab Vrbe,113.
Vulgatur deinde rumor duas deesse tabulas. Liu.3.ab Vrb.141,
Voce vulgari. Cicero pro Flacco, 51, Nonne hoc vestra voce vulgatum est?
¶ Vulgare corpus suum dicitur meretrix. Plautus Amphit, Cui me absente corpus vulgauit suum. Liu.1.ab Vrbe,16, Sunt qui Laurentiam vulgato corpore, lupam inter pastores vocatam putent.
Vulgâtus, pen.prod. Participium, siue Nomen ex participio.
Bella vulgata per orbem famã. Virg.1.Æneid.93.
Cibus vulgatus, Quo quotidie & passim vtuntur. Plinius lib. 13.cap.23.1, Ibi & capparis, firmioris ligni frutex, seu Anisque & cibi vulgati.
Fama vulgatior. Liu.1.ab Vrbe,14, Vulgatior fama est, ludibrio fratris Remum nouos transiluisse muros. Idẽ 5.bel.Pun. 97, Alij ab Annibale (& ea vulgatior fama est) tradunt in, &c.
Vulgata verba. Plautus Epid. 8.14, Nihil moror vetera & vulgata verba. Plinius lib.15.cap.30.3, Hanc quæ vulgatissima est, baccarúmque fertilissima.

Nauis vulgata. Cic. de Aruſp. reſp. 55, Quæ nauis vnquam in flumine publico tam vulgata omnibus, quàm iſtius ætas fuit?
Senſus vulgatiſſimi. Quintil. lib. 2. cap. 4. 11.

Vulgatûrus, pen. prod. Participium: vt
Littera vulgatura nefas. Claud. 1. Paneg. 59.

Vulgâtor, penul. prod. Verbale: vt Tacitu vulgator. Ouid. 3. Amor. eleg. 6. 11.

Vulgiuagus, pen. cor. Adiectiuũ, pro Plebeio. Lucret. lib. 4. 116, Vulgiuagáq; vagus venere. Id eſt ſectatus populare venerem: non certæ mulieris amore captus. Budæus. Idem lib. 5. 187,
Volgiuago vitam tractabant more ferarum.

Vulnus, vulneris, pen. corr. neut. ge. Eſt hians, paténíque apertura corporis, ictu aliquo inflicta. Per tranſlationem autem accipitur & pro angore animi & damno. Liu. 1. bel. Pun. 124, Non vulnus ſuper vulnus, ſed multiplex clades, cum duobus Cõſulibus Conſulares exercitus amiſſi annuntiabantur.
Clauda vulnere pars corporis. Virg. 5. Æneid. 56.
Inualidus vulnere. Tacit. lib. 1.
Onuſtus vulneribus. Tacit. lib. 2, Quorum pars onuſta vulneribus tergum.
Saucius vulneribus. Ouid. 12. Metam. 41.
Tardus vulnere. Virg. 1. Æneid. 88.
Impatiens vulneris. Virg. 11. Æneid. 118.
¶ Acerbum vulnus, Vide **Acerbus.**
Calidum vulnus. Ouid. 5. Metam. 18.
Cruda vulnera. Iuuc. Saty. 1. 8.
Fatale vulnus. Valer. 6. Argon. 131.
Flebile vulnus. Stat. 2. Sylu. 1. 1.
Immania vulnera. Stat. 5. Thebaid. 6.
Immitia vulnera. Ouid. de Nuce, 14.
Inhoneſto vulnere truncæ nares. Virg. 6. Æneid. 100.
Laxum vulnus. Celſ. lib. 7. cap. 5, Si ex alia parte vulnus aperitur, laxius eſſe debet.
Lethale vulnus. Virg. 11. Æneid. 150.
Lethiferum vulnus. Silius lib. 10. 59.
Leue vulnus. Ouid. 5. Metam. 18.
Mortiferum vulnus, Vide **Mortifer.**
Nigra vulnera. Ouid. 1. Metam. 90.
Sanabile vulnus. Iuuc. Saty. 15. 4.
Trunca vulnera delectis membris. Ouid. 3. Metam. 145.
Triſtia vulnera. Ouid. 3. Metam. 11.
Vetuſta vulnera. Ouid. 4. Triſt. eleg. 1. 19.
¶ Alto nefandum ferrum vulnere abdidit. Sene. Troade, 1. 10.
Abluere vulnera lymphis. Virg. 4. Æneid. 137.
Accipere vulnera, Vide **Accipio.**
Accipere vulnera tergo. Virg. 3. Æneid. 49.
Exiguum ſtimulando vulnus acerbat. Claud. 1. in Ruff. 57.
Venenum vulneri adfuſum. Tacit. lib. 1.
Medicas adhibere manus ad vulnera. Virg. 3. Georg. 91.
Adigere vulnus, Vide **Adigo.**
Adactum vulnus alte. Virg. 10. Æneid. 170.
Affectus vulneribus, Vide **Afficio.**
Allenuantia fomenta malum vulnus. Horat. Epod. 11. 4.
Alligare vulnus, Vide **Alligo.**
Ambeſum corpus multo vulnere. Sene. Hippol. 11. 23.
Sicca rigens aſtrinxit vulnera ſanguis. Lucan. lib. 4. 60.
Cadere per mutua vulnera. Ouid. 3. Metam. 16.
Recenti vulnere anciſa membra. Lucret. lib. 3. 135.
Circumactus in vulnus, Vide **Circumago.**
Claudicare ex vulnere accepto ob aliquem. Cic. 1. de Orat. 138.
Concidere mutuis vulneribus, Vide **Mutuum.**
Vulneribus confectus. Liu. 4. bel. Pun. 111, Tandem vulneribus confectæ virgines, quum omnia repleſſent ſanguine, exanimes corruerunt.
Confodere aliquem vulneribus, Vide **Confodio.**
Conſumptus vulneribus. Silius lib. 10. 58.
Conturbare prima vulnera nouis plagis. Lucret. lib. 4. 116.
Duro crepitant ſub vulnere malæ. Virg. 5. Æneid. 88.
Curare vulnus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 60.
Deligare vulnus. Quintil. lib. 4. cap. 2. 61.
Deſcendit vulnus magno hiatu. Stat. 11. Thebaid. 68.
Dirigere vulnera. Virg. 10. Æneid. 8.
Cæcum vulnus iacta dare cuſpide. Virg. 10. Æneid. 147.
Certa vulnera dare. Ouid. 1. Metam. 93.
Dare inania vulnera. Ouid. 3. Metam. 16.
Durare humeros ad vulnera. Virg. 3. Georg. 51.
Edere vulnera, & conſerere dextras. Stat. 1. Sylu. 6. 11.
Eluſa vulnera. Ouid. 11. Metam. 11.
Euicta vulneribus ornus. Virg. 2. Æneid. 126.
Exanimari graui vulnere. Cic. 1. de Finib. 155.

Excipere vulnera, Vide **Excipio.**
Crudeli vulnere vitam exhalans. Virg. 2. Æneid. 113.
Miſerando vulnere extinctus. Stat. 5. Thebaid. 144.
Facere vulnera. Quinul. lib. 5. cap. 13. 4.
Vulnus in vulnere fecit. Ouid. 12. Metam. 99.
Facere vulnera alicui in tergo. Ouid. 3. Metam. 47.
Raſtrorum vulnera ferre. Ouid. 2. Metam. 56.
Feruens vulnus. Ouid. 4. Metam. 14.
Iterata vulnera figere. Stat. 1. Sylu. 2. 17.
Graue vulnus habere. Ouid. 4. Metam. 42.
Hiat vulnus abruptis venis. Stat. 2. Sylu. 1. 1.
Immolare aliquem vulnere. Virg. 12. Æneid. 190.
Impingere vulnus, Vide **Impingo.**
Imponere vulnus, Vide **Impono.**
Imprimere vulnus, Vide **Imprimo.**
Inferre vulnera alicui, Vide **Infero.**
Infligere vulnus, Vide **Infligo.**
Infligere alicui vulnus. Cic. 2. Philip. 100.
Infoſſa cerebro vulnera. Stat. 8. Thebaid. 107.
Ingeſtis vulneribus, concidit. Tacit. lib. 19. pro Inflictis.
Inſequi aliquem infeſto vulnere. Virg. 2. Æneid. 106.
Integrare vulnera, Renouare dolorem. Stat. 5. Thebaid. 6.
Lædunt vulnere dracones. Ouid. 4. Metam. 111.
Paruo cor vulnere læſum. Ouid. 12. Metam. 85.
Lenire vulnera. Silius lib. 17. 13.
Mederi vulneribus, Vide **Medeor.**
Minitans vulnera curuata cuſpide. Ouid. 2. Metam. 40.
Crebris vulneribus miſcent præliа. Virg. 3. Georg. 45.
Geminato vulnere miſit eum ad vmbras Tartareas. Ouidius 12. Metamorph. 51.
Mouere aliquẽ in vulnera alicuius, Id eſt inſtigare vt vulnus infligat alicui. Claud. 2. in Eutropiũ, 97, -& Perſas in regia vulnera mouit.
Mulcere vulnera. Silius lib. 13. 91.
Repetitum vulnus nouat ſtipite. Ouid. 12. Metam. 58.
Obligare vulnus, Vide **Obligo.**
Occidi vulnere. Quintil. lib. 6. cap. 1. 14, Occiſus eſt, vtrum ferro, an igne, an veneno, vno vulnere an pluribus?
Minimo vulnere occidit. Ouid. 6. Metam. 54.
Patens vulnus in pectore. Virg. 11. Æneid. 8.
Mille vulnera patiens. Ouid. 12. Metam. 35.
Alterna vulnera paſſi. Lucan. lib. 5. 1.
Martia vulnera paſſi pugnando. Virg. 7. Æneid. 57.
Perire vulnere. Horat. 1. Carm. ode 27. 3.
Petere mortem per vulnera. Virg. 4 Georg. 44.
Medicinam vulnera poſcunt. Silius lib. 11. 35.
Pulſus pudendis vulneribus. Virg. 11. Æneid. 11.
Immedicabile vulnus enſe recidendum eſt. Ouid. 1. Meta. 39.
Refricare vulnus, Vide **Refrico.**
Repetitum vulnus. Quintil. in Proœm. lib. 6. 3, Illum enim, de quo ſumma conceperam, & in quo ſpem vnicam ſenectutis reponebam, repetito vulnere orbitatis amiſi.
Reſoluere vulnera. Quintilianus lib. 6. cap. 1. 14, Et veſtes ſanguine perfuſas videmus, & vulnera reſolui, ac verberata corpora nudari.
Cæca vulnera reſoluere. Statius 5. Sylu. 5. 17, -quæſtúſque & vulnera cæca reſoluam.
Sanare vulnera. Quintil. lib. 5. cap. 13. 4, Tanto eſt accuſare, quàm defendere, quanto facere, quàm ſanare vulnera facilius.
Sanare vulnus iniuriæ. Cicero ad Catonem, lib. 15. 4. 43, Huic meæ voluntati, in qua ineſt aliqua vis deſyderii ad ſananduũ vulnus iniuriæ, vt faueas, ſantórque ſis. Hoc eſt, ad iniuriam reparandam, vt vulgo dicunt, vel vindicandam.
Sanare vulnus Reipub. Vide **Sano.**
Largo ſatiatur vulnere conus. Claud. 1. in Ruffinum, 71. Vulnus pro ſanguine dixit.
Nouatum vulnus ſcinditur. Ouid. 1. de Remed. amo. 67.
Odoro vulnere ſcinditur pinus. Stat. 6. Thebaid. 21.
Sedare vulnera. Stat. 2. Sylu. 1. 42.
Vaſta vulnera ſerebant. Lucret. lib. 5. 159.
Siccare vulnera. Ouid. 10. Metam. 38.
Infixum ſtridet ſub pectore vulnus. Virg. 4. Æneid. 138.
Tardatus vulnere. Ouid. 13. Metam. 17.
Triſti turbatus vulnere mentis. Virg. 12. Æneid. 31.
Ingenti vulnere victus. Virg. 10. Æneid. 169.
Sæuo vulnere vlciſci aliquem. Seneca Herc. furen. 11. 14.
¶ Orbitatis vulnus. Quintil. in Proœm. lib. 6. 3. & 6.
Amoris vulnus. Lucretius lib. 1,
-in gremium qui ſæpe tuum ſe
Reiicit, æterno deuinctus vulnere amoris. Virg. 4. Æneid. 1,

At regina graui iandudum ſaucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igni. Id eſt amoris dolorem ac moleſtiam fouet intra venas.

Mutua vulnera, Mutuus amor. Ouid. 14. Metam. 155.

Inconſolabile vulnus mente gerit tacita. Ouid. 5. Metam. 86.

Æternum ſeruans ſub pectore vulnus. Virgil. 1. Æneid. 8. De præterito, dolorem dixit: de futuro, metum. Ad vtrũque VVLNVS retulit. Seruius.

Cæco vulnere tabeſcere. Lucret. lib. 4. 116.

Tacitum viuit ſub pectore vulnus. Virg. 4. Æneid. 14.

¶ Vulnera tabularum recẽtia, pro Lituris. Cic. 4. Verr. 135, Repentè aſpicimus lituras eiuſmodi, quaſi quædam vulnera tabularum recentia.

Vulnero, vulneras, pen. corr. vulnerare, Vulnus infligere. Cæſar 1. bel. Gal. 101, Et nonnulli inter carros rotáſque, mazaras ac tragulas ſubiiciebant, noſtróſque vulnerabant. Idem 2. bel. Ciuil. 83, Vulnerantur amplius ſexcenti.

Serui nonnulli vulnerantur, ipſe Rubrius in turba ſauciatur. Cic. 3. Verr. 47.

Enſe ſæuo vulnerat caput. Ouid. in Ibin, 60.

Corpora vulnerare ferro. Tibul. lib. 2. eleg. 2. 6. Cic. Poſt red. in Senatu, 5, Sanctiſſimum corpus non ſolùm tactum ac violatum manu, ſed vulneratum ferro confectúmque vidiſtis.

Viribus ferri vulnerari. Cic. pro Seſtio, 18, Sin ad nudum vel fortiſſimi viri corpus acceſſerit, poſſit acie ipſa & ferri viribus vulnerari.

Fortunæ continuo ictu vulneror. Ouid. 2. de Ponto, eleg. 7. 9.

Bono proprio vulnerari. Ouid. epiſt. 20. 8.

Vulnerare aliquem voce, Lædere, & offendere verbis. Cic. 1. in Catilin. 6, Et quos ferro trucidari oportebat, eos nondum voce vulnero.

Grauior nuntius aures vulnerat. Virg. 8. Æneid. 117.

Vulneratus humerum. Plin. lib. 7. cap. 28. 3, P. Seruilii Magiſtrum equitum ſeruauerat, ipſe vulneratus humerũ ac femur.

Vulneratio, vulneratiõnis, Verbale, Ipſe vulnerandi actus. Cic. in Piſonem, 37, Maior hæc eſt vitæ, famæ, ſalutis ſuæ vulneratio. Idem pro Cecinna, 35, Sin autem vim ſine cæde, ſine vulneratione, ſine ſanguine nullam intelligetis. Cæſar 8. bel. Gall. 164, Commius qui poſt illâ vulnerationem, quam ſuprà commemoraui, ſemper ad omnes motus paratus ſuis ciuibus eſſe cõſueſſet.

Vulnerarius, vulnerarii, Qui vulnera ſanat & curat. Plin. libro 19. cap. 1. 11, Ob id publicè vulnerarium eum tradunt fuiſſe vocatum, miréque gratum aduentum eius initio.

Vulnerarius, Adiectiuum, Quod ad vulnus pertinet. Plin. lib. 13. ca. 4. 5, Vulnerariis emplaſtris vtile. Idem lib. 34. cap. 11. 8, Cruda autem ærugo vulnerariis emplaſtris miſcetur.

Vulnificus, pen. cor. Aliud adiectiuum, Quod vulnus infert. Virg. 8. Æneid. 90, Vulnificúſque chalybs vaſta fornace liqueſcit.

Dentes vulnifici. Senec. Hippol. 3. 15.

Enſis vulnificus. Stat. 4. Theb. 18.

Plumbum vulnificum. Valer. 1. Argon. 85.

Sus vulnificus. Ouid. 8. Metam. 72.

Vulpeo/vulpis, & volpes, f. g. Animal maximè aſtutum: cuius naturam vide apud Plinium. Perſius Saty. 5. 11, Aſtutam vapido ſeruas ſub pectore vulpem. Horat. 2. Serm. ſat. 3. 57.

Cauta vulpes. Horat. 1. epiſt. 1. 15.

Fœta vulpes. Horat. 3. Carm. ode 17. 1.

Quàm facilè vulpes pyrum comeſt, Prouerbium de re admodum facili. Plaut. Moſtel. Tam facilè vinces, quàm vulpes pyrũ comeſt. De re factu proclini: quòd nihil negotii ſit vulpi dentatiſſimæ pyrum edere. Ex Eraſmo.

Vulpécula, vulpéculæ, pen. corr. Diminutiuum. Horatius 1. epiſt. 7. 6, Fortè per anguſtam tenuis vulpecula rimam, &c. Cic. 1. de Nat. deor. 111, Nec vnquam egreſſus ex inſula, in qua lepuſculos vulpeculáſque ſæpe vidiſſes. Idem 1. Offic. 64, Fraus quaſi vulpeculæ, vis leonis videtur.

Vulpinus. pen. prod. Adiectiuum, Quod ad vulpem pertinet. Sueto nius, Vbi leonis pellis deficit, vulpina inſuenda eſt. Plin. lib. 28. cap. 11. 9, Vulpinam linguam habentes in armilla, lippituros negant.

¶ Vulpinus, Aſtutus. Plautus, Vulpinus animus nequid moliatur mali.

Vulpinor, pen. prod. vulpinãris, vulpinári, Mendaciis ac fraudibus vera peruertere, ſiue effugere. Tractum ab intorto vulpium curſu. Varro Myſteriis, Vulpinare modo, & concurſa, qualibet erras. Ex Nonio.

Vulſella/Vide **Volſella.**

VVLSINII, Tuſciæ oppidum opulentiſſimum, totum fulmine concrematum. Plin. lib. 2. cap. 52. Huius meminit & Strabo lib. 5. Vulſinienſes inde dicti ſunt.

Vulſinenſis, Adiectiuum: vt Vulſinenſis lacus. Colum. lib. 8. ca. 16. 1.

Vulſinus, penult. produ. Lacus in Hetruria à Vulſiniis oppido cui adiacet nominatus, piſcium fertilis.

Vulſura/vulſúræ, pen. prod. Vide **Vello**/vellis.

Vultur/vúlturis, pen. cor. m. g. & Vulturis, huius vulturis, & Vulturi, vulturi, Auis rapax, carnivora. A volatu tardo dicta, quod propter magnitudinem corporis tardè volet. Plautus Trucul. Iam quaſi vulturii, triduo prius prædinabant, quo die eſuriturí ſient. Ennius, Vulturis in ſyluis miſerum mandebat homonem. Liu. 7. bel. Pun. 61, Vulturémque frequens foro in tabernaculum deuolaſſe. Vide Plinium Lib. 10. cap. 6.

Dirus vultur. Valer. 4. Argon. 14.

Edax vultur. Ouid. 1. Amor. eleg. 2. 6.

Immanis vultur obunco roſtro. Virg. 6. Æneid. 110.

Vulturius homo, per tranſlationem, pro Rapace. Cicero in Piſonem, 30, Appellatus eſt hic vulturius, illius prouinciæ (ſi dis placet) Imperator.

Vulturinus. pen prod. Adiectiuum, Quod eſt vulturis. Plinius lib. 30. cap. 4. 4, Vulturinus ſanguis cum chamæleontis albæ (quam herbam eſſe diximus) radice & cedria tritus, &c. lepras ſanat. Sic libro 29. cap. 6. 15, Vulturinum fel. Et libro 10. cap. 3. 3, Vulturina ſpecies.

VVLTVR, Mons Appuliæ, in quo ſe dicit fuiſſe educatum Horatius, 3. Carm. ode 4. 2, Me fabuloſæ Vulture in Appulo.

VVLTVRNVS, Ventus ab Oriente hyberno ſpirans, inquit Gellius. eum plerique Græci miſto nomine, quòd inter Notum & Eurum ſit, ἀπηλιώτης appellant. Hi ſunt igitur tres venti Orientales, Aquilo, Vulturnus, Eurus: quorum medius Eurus eſt. Hactenus Gellius lib. 2. cap. 22. Plin. lib. 2. ca. 47, Ab Oriente æquinoctiali, Subſolanus: ab Oriente brumali, Vulturnus: illum apeliotem, hunc Græci Eurum appellant. Colum. lib. 11. cap. 2. 48, Interdum Eurus, quem quidam Vulturnum appellant.

Celer Vulturnus. Lucan. lib. 2. 85.

¶ Eſt & Vulturnus, ſeu Vulturnum, Campaniæ oppidum, cum fluuio eiuſdem nominis, vt ſcribit Plinius lib. 3. cap. 5. Pomponius Mela lib. 2, Vulturnus, amnis: Vulturnum, oppidum. Silius lib. 8, -fluctúſque ſonorum Vulturnum.

Trahens multam arenam ſub gurgite Vulturnus. Ouidius 15. Metam. 143. Liuius 4. ab Vrbe, 159. Vulturnum Hetruſcorum vrbem, quæ nunc Capua eſt, ab Samnitibus captam.

Vultus/huius vultus, vultui, m. g. Dicitur indicatio ipſa in homine, quæ pro motu animi in facie oſtenditur ac colligitur. Interdum etiam ſignificat ipſius corporis faciem. Plin. lib. 7. cap. 19, Socratem clarum ſapientia eodem ſemper viſum vultu, nec aut hilari magis, aut turbato. Cic. in Piſonẽ, 2, Vultus denique totus, qui ſermo quidam tacitus mentis eſt. Martial. lib. 2. 115. Dum nulla téneri ſordent lanugine vultus.

Vultus qui ſenſus animi pleruque indicant. Cic. 2. de Orat. 81,

Vultus plurimum poteſt. Cic. in Orat. 33. Vultus qui ſecũdum vocem plurimũ poteſt, quantam affert tum dignitatem, tũ venuſtatem in quo quũ effeceris nequid ineptum aut vultuoſum ſit, tum oculorum eſt quædam magna moderatio.

Imago animi vultus eſt, indices oculi. Cic. 3. de Orat. 111.

Quidá vultu motúq; corporis vaſti atq; agreſtes. Cl. 1. de Or. 57.

Mutabilis vultu. Horat. 2. epiſt. 2. 38.

Simulachra vultus. Tacit. in vita Agricolæ, Sed vt vultus hominum, ita ſimulachra vultus imbecilla ac mortalia ſunt.

Violentia vultus. Ouid. 1. Metam. 48, Canities eadé eſt, eadem violentia vultus.

Salis placidi vultus. Virg. 5. Æneid. 170.

¶ Acer vultus in hoſtem. Horat. 1. Carm. ode 2. 8.

Agreſtes vultus. Ouid. 9. Metam. 10.

Ambiguus vultus, Quem neſcias puerine ſit, an puellæ. Horat. 2. Carm. ode 5. 5.

Benignus vultus, Vide **Benignus.**

Compti vultus. Claud. 2. in Eutropium, 68.

Confuſi vultus. Lucanus lib. 3. 151.

Coniux ſæpe ſui confuſis vultibus vnda
Credidit ora viri Romanum amplexa cadauer.

Conſceleratus vultus, Vide **Conſcelero.**

Coruſcus vultus. Claud. 4. Paneg. 72.

Decorus vultus. Claud. 1. Paneg. 87.

Dilecti vultus. Stat. 11. Thebaid. 75.

Diſtortus vultus. Quintil. lib. 6. cap. 3. 10.

Durus vultus, Triſtis, ſeuerus. Ouid. epiſt. 15. 3.

Parce precor faſſo, nec duro cætera vultu Perlege.

Exanimes vultus. Lucan. lib. 2. 6.

Ferini vultus. Ouid. 7. Metam. 54.

Ferox vultus. Senec. Hippol. 10. 15.

Formoſi vultus. Ouid. 2. Amor. eleg. 2. 3.

Granit.Iuuenalis Saty.9.1. Hilarit.Ouid.5.Triſt.eleg.5.1.
Igneus vultus.Senec.Herc.fur.11.16.
Importunus vultus.Cic.Poſt reditum in Senatu, 13, Si modò vultum importunum in forum detuliſſet.
Infeſtus vultus.Lucan.lib.5.60.
Ingenui vultus puer.Iuuenalis Saty.11.16.
Inimicus, Vide Inimicus. Iratus.Claud.7.Paneg.86.
Iuueniles vultus.Ouid.5.Faſt.88.
Læti vultus.Ouid.10.Metam.1.
Loquax vultus.Ouid.1.Amor.eleg.4.4.
Lubricus vultus aſpici.Horat.1.Carm.ode 19.1,
Vrit me Glyceræ nitor,
Splendentis Pario marmore purius:
Vrit grata proteruitas,
Et vultus nimium lubricus aſpici.
Lucidi vultus Lunæ.Senec.Hippol.4.13.
Lugubres vultus.Ouid.1.Triſt.eleg.7.5.
Minaci vultu grauis.Valer.5.Argon.104.
Modeſtus.Iuuen.Saty.10.50. Mœſtus.Senec.Thyeſt.6.4.
Mœrens.Ouid.epiſt.11.19. Nitidus.Ouid.4.Triſt.eleg.3.1.
Omniferi vultus Telluris.Ouid.2.Metam.55.
Præclarus vultus.Lucret.lib.4.208.
Proiectus & degener vultus.Tacit.lib.19.
Purpureus vultus Lunæ.Ouid.1.Amor.eleg.8.3.
Ridiculus vultus. Quintil.lib.6.cap.3.17, Idem autem ſi vultu,geſtúque ridiculo dictum ſit.
Rigidus & trux vultus.Ouid.epiſt.4.15.
Serenus vultus,Non perturbatus.Horat.1.Carm.ode 37.6.
Vultus ſeuerus & triſtis.Cic.1.de Orat.159.
Supinus.Quintil.lib.1.ca.11.5. Sydereus.Senec.Œdip.5.2.
Terribilis.Ouid.1.Met.54. Toruus.Quintil.lib.6.cap.1.33.
Toruo vultu ferus.Horat.1.epiſt.10.3.
Trepidi vultus.Ouid.ad Liuiam,55.
Triſtis vultus.Ouid.epiſt.16.3.
Trux vultus.Tacit.libro 4, Et Cæſar truci vultu defenſionem accipiens. Horat.Epod.5.1.
Tumidi & truces vultus.Seneca Octauia,4.3.
Virginei vultus.Virg.3.Æneid.44.
Virgineus vultus in ore puerili.Ouid.10.Metam.115.
Virilis vultus.Horat.3.Carm.ode 5.9.
Vitalis voltus.Lucret.lib.3.133,
Et caput abſciſſum calido, viuentéque trunco
Seruat humi voltum vitalem,oculoſque patentes.
¶ Abdere vultus ſuos tenebris.Ouid.1.de Remed.amor.39.
Addere vultum verbis.Ouid.5.Faſt.101.
Adhibere aliquò vultum, Vide Adhibeo.
Aduertere vultus ſuos ſacris.Ouid.8.Metam.97.
Affulſit vultus tuus populo.Horat.4.Carm.ode 5.2.
Appellare vultu, Vide Appello.
Ruga ſenilis arat iam meos vultus.Ouid.1.de Ponto,eleg.5.1.
Alterno vultu & hunc & illum aſpectans. Ouid.5.Metam.7.
Aſpice vultus meos.Ouid.1.Metam.19.
Aſpicere aliquem molli vultu.Ouid.10.Metam.111.
Auertere vultus ab aliquo.Ouid.14.Metam.151.
Comparare vultum è vultu, Vide Comparo.
Feros componere vultus.Ouid.13.Metam.165,Et ſpectare feros in aqua,& componere vultus. De Polyphemo amatore.
Compoſitus vultus. Tacit.lib.1, Vultúque compoſito, ne læti exceſſu principis,&c.
Condere vultus.Ouid.2.Metam.66.
Confundere vultum alicuius.Ouid.14.Metam.73.
Coniectare aliquid vultu.Tacit.lib.1, Etenim vultu offenſionem coniectauerat.
Conſentit vultus cum oratione, Vide Conſentio.
Obſcœnus vultus exanima conſumit corpora.Silius lib.13.96.
Conuertere vultus ſuos in aliquem.Ouid.4.Triſt.eleg.3.1.
Silenti vultu defixus.Valer.7.Argon.11.
Mœſto defixus lumina vultu.Virg.6.Æneid.31.
Deformat vultum macies.Virg.4.Georg.51.
Deiecit vultum,& demiſſa voce locuta eſt.Virg.3.Æneid.64.
Deiectus vultus.Virg.6.Æneid.173.
Deiectus in humum vultus, Vultus humum aſpiciens. Ouid.6.Metam.11.
Demiſſa vultum Dido.Virg.1.Æneid.114.
Depoſuit vultum ſuum in gremio.Ouid.2.Faſt.151.
Detinere vultus alicuius.Ouid.epiſt.13.4, Vela diu vultus detinuere meos.Id eſt diu aſpexi tua vela.
Diſcere vultum alicuius.Virg.6.Æneid.151,
Et tumulum capit,vnde omnes longo ordine poſſit
Aduerſos legere,& venientum diſcere vultus.

Diſſimulare vultum.Stat.9.Theb.161.
Modeſto vultu ire.Ouid.1.Amor.eleg.4.3.
Amato vultu non exatiatur,Id eſt vultum illius ſemper aſpicit.Stat.8.Theb.116, -illam vnam neglecto lumine cæli
Aſpicit, & vultu non exatiatur amato.
Excidit illi vultus.Ouid.1.Metam.118,
Et pariter vultúſque deo,plectrúmque colórque Excidit.
Pacato vultu excipere aliquid.Ouid.1.Faſt.1.
Expreſſi vultus per ahenea ſigna.Horat.2.epiſt.1.50.
Taciti vultus fecere conuitia.Ouid.1.Amor.eleg.7.5.
Ferre vultu.Tacit.li.10,Quos ſpiritus geſſiſſet,vultu ferebat.
Figere vultus in aliquo.Virg.12.Æneid.14.
Fingere vultum.Ouid.4.Metam.64. Cic.1.de Orat.63, Non denique ea quæ nobis nõ poſſum' fingere,facies,vultus,ſonus.
Fictus & ſimulatus vultus.Cic.pro Cluentio,57, Recordamini faciem atque illos eius fictos ſimulatóſque vultus.
Flagrantes dei vultus.Virg.1.Æneid.143.
Flectere vultum ad aliquem.Ouid.10.Metam.48.
Serenos vultus fœdare.Virg.2.Æneid.58.
Fœdati vultus.Ouid.5.Metam.12.
Prono fuſus ſuper oſcula vultu.Stat.3.Sylu.3.56.
Deiectos gerit vultus pudore.Senec.Troade,11.17.
Incertos vultus gerere.Seneca Agamem.7.31.
Habet pacem vultus,Id eſt,præ ſe fert animum pacatum. Ouid.1.Metam.171.
Infixi pectore hærent vultus.Virg.4.Æneid.1.
Humectare vultum largo flumine.Virg.1.Æneid.94.
Immutare vultum, Vide Immuto.
Induere vultus ſeueros, Vide Indo.
Niueos infecit purpura vultus.Claud.1.de raptu Proſ.55.
Durus vultus malis lachrymare neſcit.Seneca Herc.fur.13.19.
Lauare vultum profuſis lachrymis.Ouid.9.Metam.137.
Madentes ſudore vultus.Silius lib.11.119.
Mutare vultum, Vide Muto.
Notare vultus.Tacit.li.19,Vultus procul viſentibus notabãtur.
Obducti vultus ægro luctu.Ouid.2.Metam.66,
At pater obductos luctu miſerabilis ægro Condiderat vultus.
Intrepidos vultus pertulit ad fata nouiſſima.Ouid.13.Meta.96.
Prætendere vultum. Quintil.in Procem.lib.1.11, Non enim virtute ac ſtudiis,vt haberentur philoſophi,laborabãt:ſed vultum,& triſtitiam, & diſſentientem à cæteris habitum, peſſimis moribus prætendebant.
Toto vultu in terram procumbere.Ouid.14.Metam.57.
Promittere aliquid vultu.Quintil.lib.4.cap.1.42,Nec verbis vultúque nimia promittens.
Amico vultu promittere aliquid.Ouid.3.Metam.91.
Alto vultu reiicere dona alicuius.Horat.4. Carm.ode 9.9.
Renidens falſum vultu. Tacit.lib.4, Enimuero Tiberius toruus,aut falſum renidens vultu,ſeu loqueretur,ſeu taceret.
Renidenti cohibent ſuſpiria vultu.Valer.4.Argon.71.
Placido vultu reſpice mea munera.Ouid.1.Faſt.4.
Reſpicere meliore vultu, Vide Melior in Bonus.
Ficto ridere vultu.Stat.1.Achill.39.
Inuito vultu ridere.Horat.3.Carm.ode 11.5.
Rigabat vultum atque ora lachrymis.Virg.9.Æneid.51.
Supplice vultu rogare aliquid.Claud.1.Paneg.43.
Benignum vultum ſeruat fortuna.Horat.1.epiſt.11.4.
Soluto vultu galeas intrare. Stat.5. Thebaid.81. Induere galeas læto vultu.De mulieribus Lemniis.
Sparſi vultus ſanguine.Ouid.13.Metam.108.
Iniquo vultu ſpectare aliquem.Ouid.1.de Arte,63.
Boni vultus eſſe.Ouid.5.Meta.101, -quum tu curáque leuata,
Et vultus melioris eris.
Caſtos vultus tegere.Ouid.4.Metam.160.
Conſilium vultu tegit.Virg.4.Æneid.96.
Tendens ad ſydera vultus.Ouid.1.Metam.147.
Immotos vultus tenere.Ouid.14.Metam.119.
Rectos tenere vultus in aliquem.Stat.10.Thebaid.108.
Tenuare vultum macie.Propert.lib.4.eleg.3.6.
Terrere aliquem vultu.Horat.1.Serm.ſaty.7.9.
Pauido vultu territa.Seneca Herc.Œtæo,5.14.
Trahere vultum & rugas cogere.Ouid.2.Amor.eleg.2.7.
Demiſſos velare vultus.Lucan.lib.2.73.
¶ Vulta,neutro genere protulit Lucretius lib.4.144,
-ſed quos vtriuſque figuræ
Eſſe vides miſtim referentes vulta parentum.
¶ Vultus,à volendo dicitur,ſicut à colo cultus.Vnde antiquis voltus ſcribebatur.Teſtis Valla lib.4.cap.13.

Vulticulus,vulticuli,pen.corr. Diminutiuum, quo vſus eſt Cicero ad Anicum,lib.14.318.7,Non te Bruti noſtri vulticulus ab iſta

oratione deterreti
ultuósus,pen.prod.Adiect.Quintil.lib.11.ca.vltimo, Quare nō immerito reprehenditur pronūtiatio vultuosa, & gesticulationibus molesta,& vocis mutationibus resultans. Cic.in Orat. 33, In quo quum effeceris nequid ineptum aut vultuosum sit, tum oculorum est quædam magna moderatio.

Vulua/vulua,dicitur in animalib' quod vterus in mulieribus. Plin.lib.11.ca.37.76,Fœminis eadem omnia,præterquā vesicæ iunctus vtriculus, vnde dictus vterus: quod alio nomine locos appellanthoc in reliquis animalibus vuluam.

Vuluā ex porca in deliciis habuere aliquādo Romani. Plin. lib.11.ca.37.78,Vulua iecto partu melior quàm edito:Iectitia vocatur illa,hæc porcaria, primiparæ suis optima. Cōtrà effœtis. à partu, præterquā eodem die suis occisæ, liuida ac macra.

Ampla vulua nil pulchrius.Horat.1.epist.16.4.

V X

VXAMA, Oppidum Hispaniæ citerioris, vt scribit Plinius libro 3.cap.3.

VXELLA,Insulæ Britanniæ vrbs,vt scribit Ptolemæus lib.2.cap. 3.Vulgò *Kyldbornauel.*

Uxor/vxōris,pen.prod.f.g.Quæ viro tradita est.Terē.Adelph. 4.7.41,Vxor sine dote veniet? Cic.Marcello,lib.15.9.3,Quare gratum mihi feceris si vxori tuæ Iuniæ grauissimæ atque optimæ fœminæ,meis verbis eris gratulatus.

Vxor,quasi vnxor dicitur,inquit Seruius in librum 4.Æneid. Virgilii.Mos fuerat vt nubentes puellæ, simul quum venissent ad limen mariti,postes antequam ingrederentur, ornarent laneis vittis,& oleo vngerēt.Et inde vxores dictæ sunt, quasi vnxores. Plinius quoque scribit lib.28.cap.9.10,nouas nuptas lupino adipe postes inungere solitas, nequid mali medicamenti inferretur.

Duæ formæ vxoris.Cic.in Topicis,7,Genus est vxoris:eius duæ formæ, vna matrumfamiliās, earum, quæ in manu conuenerunt: altera,earum quæ tantummodo vxores habentur.

Beata vxor creandis pueris.Horat.1.epist.2.9.

Capacissima vxor secreti,Vide Capax.

Deuiæ vxores olentis mariti,Capræ.Horat.1.Carm.ode 17.1.

Fœta vxor.Iuuenalis Saty.14.17.

Formosa vxor.Iuuenalis Saty.13.5.

Incommoda vxor & importuna,Vide Incommodum.

Iusta vxore nati,Vide Iustus & Nascor.

Legitima vxor,Vide Lex.

Liberalis vxor,Vide Liber adiectiuum.

Optima vxor.Lucret.lib.3.183.

Placens vxor.Horat.2.Carm.ode 14.5.

¶Abducere vxorem à viro,Vide Abduco.

Abhorrere à ducenda vxore.Cic.Attico, libro 14.309.2, A ducenda vxore sic abhorret, vt libero lectulo neget esse quicquam iucundius.

Accersere vxorem,Vide Accerso.

Adiungere sibi vxorem,Vide Adiungo.

Assumere vxorem,Vide Assumo.

Commutare vxorem,Vide Commuto.

Ducere vxorem. Cic. pro Sestio. 4, Duxit vxorem patre viuo optimi & calamitosissimi viri filiam L.Scipionis.

Tibi ducitur vxor.Virg.8.eclog.6.

Habere vxorem. Cic.2. de Orat.144, Ex tui animi sententia tu vxorem habes?

Missam facere vxorem,Vide Mitto.

Alienas permolere vxores.Horat.1.Serm.saty.2.7.

Prægnans vxor. Cic.1. de Oratore, 90, Quum patersfamiliās vxorem prægnantem in prouincia reliquisset, Romæque alteram duxisset,neque nuntium priori remisisset,mortuúsque esset intestato,& ex vtraque filius natus esset,mediocrisne res in cōtrouersiam adducta est?

Recusare vxorem grandi cum dote.Horat.1.Serm.sat.4.10.

Gnaridas reddere vxores.Lucret.lib.4.249.

Vxórcula,vxórculæ,pen.corr.Diminutiuum. Plautus Casina,21, 19,Eia vxorcula.

Vxorius,Adiect. Quod est vxoris, vel quod ad vxorem pertinet. Plaut.Asina.2.1,Sub imperio viuens volt senex vxorio. Cic.3. Offic.80,In arbitrio rei vxoriæ,melius æquius.

Amnis vxorius.Horat.1.Carm.ode 2.4.

Dos est vxoria lites.Ouid.2.de Arte,31.

Imber vxorius.Stat.5.Sylu.1.7.

Leuamentum vxorium. Tacit.lib. 3, Quod honestius, quàm vxorium leuamentum?

Vxorius,vxorii,Qui vxori nimis inseruit.Virg.4.Æneid.53,

-tu nunc Carthaginis altæ
Fundamenta locas,pulchrámque vxorius vrbem Extruis?

Bibere vxoria.Quintil. Declamat. 15, de eo cui meretrix potionem odii dederat, Fœlix profectò qui non nisi facultates in lupanari effudit. Tu perdis animum,ille æs: tu bibis vxoria,tu lachrymis rogas,&c.

X

X LATINARVM literarum vltima. Quintil.lib.1.cap.4. 8,Et nostrarum vltima x, qua tamen carere potuimus,si non quæsissemus.

X,apud authores nonnunquam pro denario notatur. Plin.lib.11.cap.11.3, Quod minore folio est, mesosphærum appellatur:emitur x.l x.Laudatissimum microsphærum è minimis folium,pretium eius x.l x x v.Vbi per x literam præcedentem,denarius significatur.

XANTHA,Nympha est,à colore:*ξανθὸν* enim Græci subrubrum dicunt.

Xanthenes/Gemma quædam. Plin.lib.37.cap.10.41, Xanthenem in Media nasci Democritus tradit, electri colore, & siquis terat in vino palmeo & croco,ceræ modo lentescere, odore magnæ suauitatis.Vetus exemplar legit Zanthemem per z.

XANTHI,Populi sunt in Asia:qui quum eorum vrbs ab Harpago Cyri regis præfecto obsideretur,vxores suas ac seruos vnà cū supellectili in arce posuerunt,eámque igni succenderunt,deinde omnes pariter contra Harpagum irruentes, interfecti sunt, vt scribit Herodotus lib.1.

XANTHIPPE, Vxor Socratis philosophi. De qua Gellius,Xanthippe, Socratis philosophi vxor, morosa admodum fuisse fertur & iurgiosa:rarúmque & molestiarū mulierbrium per diem, pérque noctem scatebat, & reliqua. Legito ipsius Gellii caput decimumseptimum libri primi.

XANTHIPPVS,Lacedæmoniorum dux, accersitus à Carthaginiensibus,cōtra Lucratium Consulem pugnauit.Volaterranus.

XANTHO,Fuit vna ex Nymphis, Oceani & Tethyos filia.Virg. 4.Georg.68,Drymóque Xanthóque,Ligeíque.

Xanthos/Gemmæ nomen. Plin.lib.37.cap.10.19, Est & alia eiusdem generis,quæ vocatur hennii ab Indis,xanthos appellata Græcis,è fuluo candicans.

XANTHVS, Latinè Flauus dicitur, quo nomine dictus fluuius Troianus,qui & Scamander dicitur. Nam quòd in campis Troianis proxime flumen armenta rufa & pecora leucophea nascā tur,ideo flumen id Elienses Xanthum appellauisse dicuntur.De quo Virgilius 1.Æneid.96,

Ardentéque auertit equos in castra,prius quàm
Pabula gustassent Troiæ,Xanthúmque bibissent.

Fluenta Xanthi.Virg.4.Æneid.19.

Amnis Xanthus. Horatius 4. Carm. ode 6.6. Est præterea Xanthus,flumē & oppidum Lyciæ,cuius quoque meminit Homerus lib.Iliad.6.& Pomponius lib.1.

¶Xanthus,antiquus rerū Lydorū scriptor.Lydúsne an Sardianus fuerit,Strabo se dicit incertū habere.Suidas Lydū eū dicit è Sardibus ciuitate fuisse.scripsitque hi storiā Lydorū libris iiii.

¶Xanthus alter, poeta melicus ponitur ab Æliano.

X E

XENARCHVS,comicus poeta, cuius fabulas cōmemorat Athenæus. Xenarchus alter,è Seleucia Ciliciæ Peripateticus,docuit Alexādriæ primū,deinde Romæ.Arii philosophi,deinde Cæsaris Augusti vsus amicitia,vsque in senectutē in honore habitus. Denique paulo ante mortē visu orbatus diē obiit.Strabo lib.14.

Xenium/xenii,dici potest munus hospitalitatis.Vnde Martialis librū 13,in quo eiusmodi munera distichis describit, xenia nominauit,quòd versus ipsos pro xeniis mitteret. Inquit enim,

Omnis in hoc gracili xeniorum turba libello
Constabit nummis quattuor empta tibi.
Quattuor est nimium? poterit constare duobus:
Et faciet lucrum bibliopola Tryphon.
Hæc licet hospitibus pro munere dистicha mittas,
Si tibi tam rarus,quàm mihi,nummus erit.

XENIAS balneas apud Ciceronem quidam Baias esse suspicantur: sic ab hospitibus, qui ibidem recipiebantur, Xenias id est hospitales fuisse cognominatas.Locus Ciceronis pro Cælio,48, Sed vt venenum quum à Licinio traderetur, manifestò comprehendi posset, constituisse locum iussit balneas,Xenias,vt eò mitteret amicos,qui delitescerent.

XENIVS Iupiter, deus erat hospitalis, quem hospites inuoca-

bant siquando iura hospitalia violarentur. cũ quippe vindicem fore sperabant. Budæus.

XENOCRATES, pe. cor. nomen philosophi Chalcedonii auditoris Platonis, & Polemonis præceptoris, qui in Academia Speusippo successit, & vigintiquinque annis docuit. Fuit tardus ingenio, adeò vt quum illum Plato Aristoteli cõpararet, alterum frænо, alterum calcaribus indigere dicebat. Hic philosophorum severissimus extitit. Ferunt quum Phryne nobile scortum dedita opera, à quibusdam intra eius cellam missa esset, atque ab eo orans lectuli partem accepisset, demúmque imperfecto opere discessisset, dixisse non à viro, sed à statua venisse. Eius verbis tanta fides adhibebatur, vt quum iniurati nullius testimonium admitteretur, huic soli iniurato crederetur. Quum princeps quondam legationis ad Antipatrum, à quo omnium expectatio intenta erat, nihil nõ illo orante impetrare posse speraret: reliquis sociis humaniter acceptis, in conspectu vix quidem admissus est, quòd suspectus haberetur. Tunc versus ad socios Xenocrates, beneficium accipere dixit, quòd sese vnum Antipater suæ in Athenienses ingratitudinis & perfidiæ testem vereretur. Et dicere incipientem, nunc obstrependo, nunc obsecrando tacere Antipater coegit. Cui in orando Phocion legationis comes successit. Ad hunc misit Alexander dono triginta talenta auri: ille statim remittens, ait regibus, nõ philosophis opus esse pecunia. Author Suidas. Hunc Athenienses aliquãdo vendiderunt, vt ita in exilio degens frangeretur. Obiit secundo & octogesimo ætatis suæ anno, quũ noctu fortè in sartaginem offendisset. Cic. Attico, lib. 1. ii. 7. Quæ mihi res multo honorificentior visa est, quàm aut illa quum iurare tui ciues Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt.

Xenocrates, alter philosophus, modestia nihil superiore inferior, scripsit *Instruitur*, id est domesticum auspicium: quando videlicet, aut mustella, aut serpens, aut his similia in domo apparent, quid portendere soleant. Suidas.

XENODOCHVS, pen. corr. Cardianus quidam, ad quem Alexander conversus verba facit apud Plutarchum in Alexandro.

XENODORVS, pen. prod. statuarius, scientia fingendi, cælandique nulli veterum postponendus. Cuius meminit Plinius libro 34. cap. 7.

XENOPHANES, pen. corr. Philosophus Colophonius, Archelai auditor, scripsit elegias & iambos contra Hesiodum & Homerum, quæ de diis dixere improbando. Author Laertius. Huius meminit etiam Strabo libro 14. de Colophone scribens. Cic. 4. Aca. 111. Xenophanes paulo etiam antiquior, vnum esse omnia, neque id esse mutabile, & id esse deum.

Xenophanes, alter poeta, itẽ iãbicus, patria Lesbius. Suidas.

XENOPHILVS, pen. corr. Musicus, patria Chalcidensis, Pythagoricus, biennio minor quàm Gorgias, qui CVII vixit annis, sed fœlicitate non inferior. siquidem, vt Aristoxenus ait, omnis incommodi humani expers in summo perfectissimæ doctrinæ splendore extinctus est. Author Valerius. Fœlicitatis huius Xenophili meminit Plinius lib. 7. cap. 50.

XENOPHON, pen. corr. Grylli filius, Atheniensis, Socratis discipulus, ob eloquentiam Musa Atticavocatus: equorum, venationis, & rei familiaris in primis studiosus, vt ex eius literis deprehendi potest. Venit in amicitiam Cyri minoris, cum quo militavit, ac eius *rudias* scripsit, non tam historiæ seruiens veritati, quàm vt perfectum institueret ducem, vt Cicero in secundo de Oratore testatur: quem librum se frequenter lectitasse, & manibus triuisse, alibi in epistola quadam dicit. Exercitum quoque ex vltimis Babyloniæ finibus per aspera, & difficillima itinera, incolumem in patriam reduxit. Scripsit præterea Symposium, & Œconomicum paruum admodum libellum, à Cicerone in Latinam orationem conversum, si credimus Columellæ. Edidit & historiam Peloponnesiaci belli, ac eorum quæ Athenienses post Thucydidem gesserunt, quam Paralipomena appellauit. Quintilianus Xenophontis inconditatem inaffectatam dixit, quam nulla affectatio consequi possit. Cum Platone simultates gessit, vt scribit Gellius lib. 14. cap. 3. Pluribus persequitur huius vitam Laertius.

Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt. Cl. de Sene. 54.

Sermo dulcis Xenophontis. Cic. in Orat. 17. Nactus sum etiã qui Xenophontis similẽ esse se cuperet, cuius sermo est ille quidem mellis dulcior, sed à forensi strepitu remotissimus. Ibidẽ, 34. Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt.

Xenophontius, Adiectiuum. Cic. Lucceio, lib. 5. 12. 11. Gratiam illam de qua suauissimè quodam in prooemio scripsisti, à qua te flecti non magis potuisse demonstras, quàm Herculem Xenophontium illam à voluptate.

Xenophontes, præter hunc, alii tres fuere: vnus Antiochenus, qui scripsit Babylonica, opus scilicet de amore. Alter Ephesius historicus. Tertius Cyprius, qui scripsit Ephesiaca, amores, videlicet Cyrenes, Myrrhæ, & Adonidis. Author Suidas.

XERXES, Darii filius, maximus omnium regum Persarum fuit. Ægyptum, quæ à patre defecerat, recepit. Expeditionẽ etiam quam Darius in Athenienses parauerat, quinque annorum apparatu prosequens, decies centena hominum millia traduxisse dicitur. Quem numerum, vt Valerius, itémque Hieronymus testãtur, de alta prospectans specula flenisse fertur, quòd post centum annos nullus superesset. Hac igitur multitudine accinctus, vt omnes referunt authores, & maria pontibus cõiunxit, Athon montem continenti abscidit, vel Plinio teste lib. 4. cap. 10. Victus demũ à quatuor millibus apud Thermopylas, nauale certamen cum Themistocle tentauit: à quo item apud Salamina superatus, turpiter cũ paucis parua cymba aufugit, relicto Mardonio præfecto, qui & ipse profligatus in Bœotia fuit. Demum quum se otio socordiáque relicta militia tradidisset, præmium, genus luxuriæ nouum inuenientibus proposuit, vt scribit Valerius. Quamobrem à suis spretus, paucis post annis ab Artabano præfecto suo in regia interficitur, quũ regnasset annis octo. De quo Trogus lib. 2. Lucan. lib. 2. 133.

Tales fama canit tumidum super æquora Xerxem
Construxisse vias: multum quum pontibus ausus
Europámque Asiæ, Sestónque admouit Abydo:
Incessitque fretum rapidi super Hellespontí,
Non Eurum, Zephyrúmque timens, quum vela, ratésque
In medium deferret Athon. Propert. lib. 2. eleg. 2. 5. Xerxis & imperio bina coisse vada.

Xerxes præmium proposuit qui nouam inuenisset voluptatem. Cic. 5. Tusc. 31.

Xerxes templum Græciæ inflammauit. Cic. 2. de Legib. 42.

Xerxes alter, pictor Heracleota, Venerem adeò pulchram pinxit, vt ex ea quæstum magnũ faceret, pretio accepto ab his qui eam visere cupiebant. Itaque Græci lepido catillo Venerem cõ amicam Xerxis vocitabant, quòd ex eius lenocinio quæstum faceret. Author Ælianus de Varia historia.

X I

Xiphion/Herba quæ Romanis gladiolus dicitur, aut segetalis. Videtur id nominis nacta, quoniã gladii speciẽ foliis præbeat. iridi similia erãt, nisi minora & angustiora viderẽtur, & gladii modo mucronata neruosáq;. In caulẽ exit cubitalẽ, in quo purpurei flores in ordinẽ digesti inter se distant, semine rotũdo, radice duplicis ordinis, quarũvna insidet alteri, ceu pusillis bulbis, inferiore gracili, supernaverò habitiore, adultioriq; in aruis maximè nascitur. Plinio in humidis quũ primũ exit, gladii præbet speciẽ, caule duũm cubitorũ, radice ad nucis auellanæ figuram fimbriata. Folium xiphio, vt Theophrastus scribit, latum ad ensis effigiem exit, vnde nomen herbæ inditum. Hanc rura spathan, interdum segetalem gladium appellant, quòd quum primùm exit, foliis emicat gladii speciẽ præbentibus. Ruellius.

Xiphia/xiphiæ, Nomen piscis, de quo Plinius lib. 32. cap. 2. 5. Xiphiam, id est gladium, rostro mucronato esse, ab hoc naues perfossas mergi in Oceano ad locum Mauritaniæ, qui Cotta vocetur, non procul à Lixo flumine, Trebius Niger author est.

X Y

XYLINAE, Ptolemæo lib. 5. cap. 6. Ponti Cappadocii vrbs, vulgò *Sentina*.

Xylobalsamum/xylobálsami, pen. corr. Arboris balsami materia, hoc est balsami lignum, vt inquit Dioscorides lib. 1. ca. 18. Columella lib. 12. cap. 51. 2.

Xylon/n. g. Frutex est exiguus laniger. Plin. lib. 19. cap. 1. 7. Superior pars Ægypti in Arabiam vergẽs gignit fruticem, quẽ aliqui gossipion vocant, plures xylon, & ideo lina inde facta xylina. Vide Ruellium lib. 2. cap. 150.

Xyris/huius xyris, Herbæ nomen, quam Romani gladiolum appellant, quidã irim syluestrem. Folia iridi similia habet, latiora tamẽ, & in summo acuminata. Caulem ex mediis foliis exeũtẽ, cubitalẽ, satisquè crassum, in quo triquetra sunt veluti siliquæ, & in triquetris illis purpureus flos: & in floris medio puniceus color. Semen in follículis fabarũ modo, rotundũ, rubẽs, acréque. Radix illi est crebris geniculis dissecta, longa, colore russo. Sic Dioscorides lib. 4. cap. 14. Officinæ simul & herbarii *irim syluestrem* nominant, rura *gladiorum agrestem*, vt ait Ruellius.

XYSTI, Vrbs Cariæ, à qua Xystiani dicti sunt populi, vt scribit Plinius lib. 5. cap. 29.

Xystus/xysti, m. ge. quid significet, Vitruuius lib. 6. de Græcanicis ædificiis loquens, indicat, dicens, Xystos Græca appellatione, porticus ampla latitudine dicitur, in qua athletæ per hyberna tempora exercentur. Nostri autẽ hypætras ambulationes xysta appellant, quas Græci παραδρομίδας dicunt. Idem lib. 5. de palæstrarum ædificatione loquens, hæc autẽ porticus, *ξυστὸς* apud

Græcos vocitatur,quòd athletæ per hyberna tempora tectis ſtadiis exercentur. Idé,Proxime autem xyſtum & duplicem porticum deſignêtur hypætræ ambulationes, quas Græci paradromidas,noſtri xyſta appellant,in quas per hyemem ex xyſto, ſereno cælo,athletæ prodeuntes exercentur. Hæc Budæus. Cic. 4.Acad.19,Quum igitur pauca in xyſto locuti eſſemus,tum eodem in ſpatio conſedimus. Idem Attico, lib.1.53, Quare velim & eos,& ſigna,& cætera quæ tibi eius loci & noſtri ſtudii & tuæ elegantiæ eſſe videbuntur,quàm plurima quamprimúmque mittas,& maximè quæ tibi gymnaſii,xyſtique videbuntur eſſe. Xyſtus igitur & Xyſtum ſignificatione differunt, quum tamen ambo Græcè ſint idem:ſed aliter Latinè vſurpata ſunt. Plin. iunior meminit in epiſtola 41.g.& 101.d. Cicero de Claris Oratoribus,5, Quum ambularem in xyſto, & eſſem otioſus domi.Budæus.

Xyſticus,xyſtici.pen.cor.Qui per hyemem ſub tecto exercebatur, Suet.in Auguſto,cap.45,Nec tamen eo minus xyſticorum concertationes aut gladiatorũ pugnas ſeueriſſimè ſemper exegit.

Z

ZACANTHA, Vrbs Iberiæ, quã cepit Annibal,vt Apollodorus tertio Chronicorũ ſcribit.Hinc dicti Zacanthæi. Stephanus.

ZACHARIAS,nomen prophetæ proprium.

ZACYNTHVS, Græciæ inſula eſt, Ætoliæ propinqua, vnicam habens vrbem eiuſdem nominis, teſte Liuio lib.6.de bello Punico. Plinius libro 4.cap.12,ſcribit ſitam eſſe inter Samen & Achaiam, oppido magnificam,& fertilitate præcipuã, & Hyrie aliquando dictã. Virgilius 3.Æneid.54,nemoroſam appellat, Iam medio apparet fluctu nemoroſa Zacynthos.

Alta Zacynthos.Ouid.epiſt.1.18.

ZAGRVS,Straboni lib.11,mons non longe à Media.

ZALEVCVS,legiſlator Locrenſis vinum ægris prohibuit ininſſu medici,pœna capitis indicta.Author Ælianus.Apud Valerium Seleucus malè ſcribitur,de quo ab eodem narratur:quòd quum eius filius adulterii crimine damnatus, ſecundũ ius ab ipſo conſtitutum vtroque oculo carere deberet,ac tota ciuitas virtuti & meritis patris crimen cõdonaret,ipſe ſibi non pepercit: ſed ſuo prius,deinde filii oculo eruto,vſum vtrique videndi reliquit. Ex Valerio lib.6 cap.5.

ZAMA, Vrbs Africæ, apud quam Annibal magno prælio à Scipione victus fuit.Hanc Strabo libro 17,Zagmam appellat. Silius lib.3.53,Et Zama,& vberior Rutulorum ſanguine Tapſus.

ZAMOLSIS,vir inter Getas natus,Pythagoræ diſcipulus ac ſeruus,ad Ægyptios vnà cum eo penetrauit,deinde eorum ritus in patriam deduxit,à ſuiſque poſt mortem habitus deus,vt ſcribit Herodotus libro quarto.

ZANCLE, oppidum Achaiæ,vt ſcribit Plinius lib.4.cap.5. Eſt & Siciliæ ciuitas eodem author lib.3.ca.8, condita à Meſſeniis, quam de ſuo nomine Meſſanam dixerunt. Zancle Siciliæ inditum nomen aiunt,quòd falcis formam referat. Siculi enim Zanclen,falcem dicunt, vt meminit Thucydides lib.6. Silius autem lib.14,nomen accepiſſe ait,quòd Saturni falx ibi reperta fuerit,hoc carmine,Nec Zanclæa ferunt.& reliqua. Id autem à poetis idcirco fictum tradunt, quòd ſõlum Siculum fertiliſſimum habeatur. Ouid.15.Metam.58,

-Zancle quoque iuncta fuiſſe
Legitur Italiæ,donec confinia pontus
Abſtulit,& media tellurem reppulit vnda.

Zanclæus,Adiectiuum.vt Arena Zanclæa.Ouid.13.Metam.157.

Charybdis Zanclæa.Ouid.4.Faſt.100.

¶ Zanclæum,Saxum in freto Siculo,dictũ à Zancle propinquo Siciliæ oppido.

ZARMIZEGETVSA,Regia Daciæ vrbs,authore Ptolemæo li. 3.cap.8:Vlpia Traiana deinde dicta,vulgò Cron.

Z E

Zea/Frumenti genus,quod Latini ſemen à præſtantia frugis appellarunt.Duo eius genera reddidit Dioſcorides lib.2.cap.80,alterum ſimplex & vnius tantùm granis: alterum quod dicoccon, id eſt gemini & duplicis grani appellant,duobus vtriculis conjunctum ſemen habent.Zeam(teſte Ruellio)Itali hodie *ſpeltam* appellant,ruſtica potius quàm Latina voce.Galli nunc *eſpeltram* deſorto inde vocabulo nominant.Plin.lib.22.ca.25. Vulgus Delphinatum vocant,*De l'eſpeautre.*

Zelo/zelas: & Zelor,zelãris,zelãri,Significat æmulari, Cupidè aliquid imitari,Vehementer amare,adeò vt nullum in partem amoris admitti patiamur.Significat etiam invidere.

Zelótes,zelõtis.pen.pro.m.g. Æmulator dicitur:amator,qui nullum in amore ferat riualem.

Zelótypus,zelótypi,pen.corr. Zelator ſeu æmulator formæ dicitur.nam ζῆλος,æmulatio eſt τύπου,forma.Qui igitur ita amat vt ſolicitus ſit nequis amore ſuo perfruatur, zelotypus eſt.Iuuen. Saty.5.5, -quas in digitis vaginæ fronte ſolebat
Ponere zelotypo iuuenis prælatus Hyarbæ. Quintil.lib.4.ca. 2.21,Nã quid exponet,quæ zelotypũ malæ tractationis accuſat?

Zelotypia,zelotypiæ.Plin.lib.25.cap.7.5,Nymphæa nata traditur, Nympha zelotypia erga Herculẽ mortua. Cic.4.Tuſc.18,Obtrectatio autem eſt ea,quam intelligi zelotypiã volo. ægritudo ex eo quòd alter quoque potiatur eo quod ipſe concupierit.

Offenſio nata à zelotypia. Antonius Ciceroni in Epiſtolis ad Atticum,lib.10.198.1, Indicabam duriores partes mihi impoſitas eſſe ab offenſione noſtra,quæ magis à ζηλοτυπίᾳ mea,quàm ab iniuria tua nata eſt.

Zelus/m.g.Latinè dicitur amor, vel æmulatio. Alii definiunt imitationem pulchri: alii imitationẽ quæ fit ex deſyderio eius rei quam quis pulchram exiſtimat.Alii triſtitiam ob alterius bona quæ ſibi adeſſe cuperet.

ZENO, Philoſophus ex Citio oppido Cypri,vnde Citius dictus, Stoicorũ ſectæ cõditor,vt inquit Cicero pro Murena,56.tãto in honore apud Athenienſes habitus,vt apud eũ claues vrbis deponerẽt,ornaréntq; ipſũ aurea corona & imagine ærea.Hic adoleſcẽti cuidã inepta multa loquẽti ait,Ideo duas habemꝰ aures, os autem vnum,vt ſcilicet multa audiamus, pauca verò loquamur. Deceſſit nonageſimo ætatis ſuæ anno,ſine morbo. Nam (vt ferunt)quum abiret ex ſchola, lapidem offendens, digitum perfregit:manu verò terram feriens, illud ait, Ex Niobe venio, quid me vocas?Et continuò ſe ſtrangulans interiit.Cic. in Oratore, Zeno quidem ille, à quo diſciplina Stoicorum eſt, manu demonſtrare ſolebat quid inter has artes intereſſet. nam quum compreſſerat digitos, pugnúmque fecerat, dialecticam aiebat eiuſmodi eſſe:quũ autem diduxerat,& manum dilatauerat,palmæ illius ſimilem eloquentiam eſſe dicebat.

Zeno inuentor & princeps Stoicorum fuit.Cic.4.Acad 138.

Zeno in vna virtute poſitam beatam vitam putat.Cicero 4. Acad.142. Iuuenalis Saty.15.11, -melius nos
Zenonis præcepta monent:nec enim omnia,quædam
Pro vita facienda putat.

¶ Zeno Eleates,Parmenidis auditor,ſimul cum Perdica & in philoſophia, & in adminiſtranda Republica clariſſimus, teſte Suida.Hunc inuentorem dialecticæ fuiſſe, ſicut Empedoclem rhetoricæ,Ariſtoteles eſt author. Huius celebratiſſima fuit in perferendis cruciatibus patientia. Qui quum adoleſcentes nobiliſſimos cupiditate liberandæ patriæ inflammaſſet cẽtra Nearchum tyrannum,facto iudicio comprehenſus traditúſque eſt tortoribus torquendus.Qui quum lacerarentur,vt conſcios coniurationis nominaret, neminem illorũ nominauit.ſed amicos intimoſque tyranni,participes coniurationis eſſe dixit.Deinde quum quidpiam ſe in aurem tyranni loqui velle ſignificaſſet, eam morſicus correptã non ante dimiſit quàm rapta aure populatum caput reliquiſſet. Sed quum complices coniurationis proferre cogeretur,cõciſam dentibus linguam in os tyranni cõſpuit.Quo facto ciues tyrannum lapidauerunt. Fuit & alius Zeno philoſophus Epicureus,Ciceronis ſynchronos,id eſt contẽporaneus,de quo idem Cicero lib.1.de Finib.meminit, & eũ eũ Attico frequenter audiiſſe Epicuri ſententias explicantem.

ZENOBIA, vt ex Pollione refert Volaterranus, regina Palmyrenorum:poſt Odenati viri mortem,in Syria Romanũ rexit imperium: ponitúrque inter xxx tyrannos,qui tempore Galeni orbem vſurpauerint. Superata tandẽ ab Aureliano,ac in triũphũ ducta fuit, eíque principis clementia Tybure poſſeſſio cõceſſa, vbi honeſtè agitaret. Hæc ea caſtitate dicitur fuiſſe, vt ne cum viro ſuo niſi prolis gratia congrederetur. Regali alioquin pompa.Perſarum ferè modo adorabatur.Ad concliones galeata procedebat cum limbo purpureo gemmis dependentibus, voce clara, moribus ſeueris, Græci Ægyptique ſermonis peritiſſima, Latini non ignara. Orientalem Alexandrinámque hiſtoriam in epitomen rẽdegit. Herẽnianum & Timolaum filios literis eruditi.De quorum exitu neſcitur,an inter.Aint morbo, an ab Aureliano fuerint interfecti.

ZENODOTVS,pen.corr.grammaticus,vixit temporibus Ptolemæi primi, cuius etiam filios erudit, ac præfuit Alexandrinæ bibliothecæ:primus quoque Homeri libros correxit,ac in ordinem redegit.Suidas.

Zenodotus alter Sophiſta, ſub Adriano principe docuit Ro-

mæ,ſcripſitque Epitomen prouerbiorum Didymi: conuertit in Græcum ſermonem hiſtoriam Saluſtii, præterea Genethliacon in Adrianum,& alia.Suidas.

ZEPHYRE,pen.corr. Inſula eſt maris Mediterranei iuxta Cretã. Author Plinius lib.4.cap.12.& Pomponius lib.2.

ZEPHYRIVM,Locrorum promontorium in Italia, à quo Locri Epizephyrii dicti,in extimo eius agri ſugo ſiti,iuxta Heracleam & Crotonem.Plinius lib.3.cap.5. Strabo lib.6, Locri agri promontorium offertur,quod Zephyrium appellatur,portum habens venientibus ab Occaſu ventis cõmodum,qua ex cauſa & nomen aſſequitur.Deinceps Locri Epizephyrii vrbs inſignis.

ZEPHYRVS, pen.corr.Græcis dicitur ventus, quem Latini Fauonium nominant.Is aduerſus Eurum ſtat,vt ſcribit Gellius libro 2.cap.22. Plin.lib.18.cap.34,Ipſe leniter pluuius,tamen eſt ſiccior Fauonius,ex aduerſo eius ab Æquinoctiali occaſu,Zephyrus à Græcis nominatus. Hæc ille. Zephyrus ineunte vere flare incipit: &,vt author Varro libro 2.de Re ruſt. VII. Idus Februarii. Horat.1.Carm.ode 4.Soluitur acris hyems grata vice veris & Fauoni. Virg.1.Georg.

Vere nouo,gelidus canis quum montibus humor
Liquitur,& Zephyro putris ſe gleba reſoluit. Ibidem,75,
Eurique,Zephyrique tonat domus.

Tepentes auræ Zephyri.Virg.2.Georg.66.
Flamina noua Zephyri.Silius lib.16.75.
Fœlices Zephyri.Virg.3.Æneid.24.
Leuis Zephyrus.Ouid.1.Amor.eleg.7.11.
Modici Zephyri,Modicè ſpirantes. Ouid.15.Metam.130.
Secundi ſpirant Zephyri.Virg.4.Æneid.113.
Surgens Zephyrus.Virg.3.Georg.27.
Tepente Zephyro victa nix. Ouid.2.Faſt.44.
Minuunt frigora Zephyri.Ouid.3.Triſt.eleg.12.1.
Mulcent flores Zephyri.Ouid.1.Metam.11.
Poſuere Zephyri,Id eſt deſiere ſpirare.Virg.10.Æneid.21.
Aura mitior venit à Zephyris.Ouid.2.Faſt.30.

Zephyrius,Adiect. vt Zephyria oua,Quæ vẽto generari putantur.Sunt autem ſterilia.Plin.lib.10.cap.60.3, Quidam & vento putãt ea generari: qua de cauſa etiam Zephyria appellantur, quæ alii cynoſura dixere.Vide Arimum omnm.

Zephyritis,pen.pro.Zephyritidis,pen.cor.Patronymicum fœm. quo nomine dicta eſt Chloris, ſeu Flora dea Zephyri filia à Catullo,de coma Berenicis, 61.12, Ipſa ſuum Zephyrus eò famulum legarat.

ZERBIS,Meſopotamiæ fluuius in Tigrim cadens,vt ſcribit Plinius lib.6.cap.26.

ZERINTHIA,littora.Ouid.1.Triſt.eleg.9.4.

Zeros/Lapis pretioſus, ſimilis eſt aſpectu iri, ſed non eiuſdem effectus, alba nigráque macula in tranſuerſum diſtinguente cryſtallum.Plin.lib.37.cap.9.18.

Zeta/pro nomine loci,vel bibliotheca quidam legunt apud Plinii iuniorem,in epiſtola 41,h,lib.ſecũdo,Horti zeta eſt.Quum ex veterum exemplarium fide legi debeat dixta. Tametſi apud Lampridium in Heliogabalo zeta legatur, teſte Budæo, in hæc verba, Odores Indicos ſine carbonibus ad vaporãdas zetas iubebat incendi.

ZETES, & Calais,Borex Thraciæ regis filii & Orithyæ,alati iuuenes,cum Argonautis profecti,à quibus ad pellendas Harpyas miſſi ſunt,vt ſcribit Seruius. Ouid.7.Metam.144,Implumes Calaiſique puer, Zetéſque fuerunt. In quẽ locũ ſic Lactantius, Zetes legendũ eſt,non Zetus: vt ferè in exẽplaribus eſt depranatum.Alii Zethes cum aſpiratione legunt.Vide CALAIS.

ZETHVS,Iouis filius ex Antiopa, Amphionis frater.De quo Cicero lib.2.de Oratore, Miror cur philoſophiæ, ſicut Zethus ille Pacuuianus,propè bellum indixeris. Horat.1.epiſt.19.9,
Gratia ſic fratrum geminorum Amphionis,atque
Zethi diſſiluit.

Durus Zethus.Propert.lib.3.eleg.15.6.

Zeugma/zeúgmatis,pen.corr.n.g.Latinè connexio,ſiue adiunctio dicitur.Figura quum plures ſenſus vno connectuntur verbo.Quod tribus modis fit. Aut præpoſito verbo,ad quod reliqua reſpiciant: vt,Vicit pudorem libido, timorem audacia,rationem amentia.Aut verbo poſtpoſito:vt,Neque is es Catilina vt te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Aut in medio ſenſũ poſito verbo: vt,Troiugena interpres diuũm.

ZEVGMA,Daciæ vrbs,Ptolemæo lib.3.ca.8. Vulgò *Cleſenburgh*. Stat.3.Syl.1.28,
Antiquæ Babylonis opes,& Zeugma Latinæ Pacis iter.

Zeus/zei,Piſcis,qui & faber Gadibus appellatus eſt.Plin.li.9.ca.18.1. Et lib.31.ca.11.6. Colum.lib.8.cap.16.8,Vt Atlantico faber,qui & in noſtro Gadium municipio generoſiſſimis piſcibus adnumeratur,eúmque priſca conſuetudine zeum appellamus.

ZEVXIS,Heracleotes pictor ſua ætate maximus.Hic teſte Plinio libro 35.cap.9,opes tantas acquiſiuit, vt in oſtentatione earum, Olympiæ aureis literis in palliorum teſſeris intextum nomen ſuum oſtentarit.Poſtea donare opera ſua inſtituit,quòd ea nullo ſatis digno pretio permutari poſſe diceret.Æquales eius & æmuli fuere Timanthes, Androcydes,Eupompus, & Parrhaſius, cũ quo deſcendiſſe in certamẽ traditur,vt in ea dictione legere poſſet. Idem eodem teſte,cap.10,ſupradicti libri,ferunt pinxiſſe puerum vuas ferentem,ad quas quum aduolarent aues,eadem ingenuitate proceſſit Iratus operi: & dixit, Vuas melius pinxi quàm puerum.nam ſi & hoc conſummaſſem, aues timere debuerant. Cic.2.de Inuent.111,Itaque Heracleotem Zeuxin,qui tum longè exteris excellere pictoribus exiſtimabatur, magno pretio conductum adhibuerunt.

ZEVXO fuit(teſte Heſiodo) vna ex Nymphis, filia Oceani & Tethyos.

Z I

Zingiber/pen.corr.zingiberis,pen.corr.n.g.Genus aromatis, de quo ſic Dioſcorides lib.2.ca. 149, Zingiberis diuerſa à pipere & ſui generis planta eſt. Plurimum in Troglodytica & Arabia naſcitur: fronde eius ad multa,& in quibus nos ruta, vtuntur, pulmentis potionibúſque eam miſcentes. Habet zingiber paruas radices quadrati odorati iunci forma, albeſcentes, odoratas,ſapore piperis.

Zizania/zizaniæ vel Zizanium,zizanii,Lolium & reliqua adulterina ſemina,quæ frugibus ſæpe miſcentur.

Ziziphа/pen.corr.Papinius(teſte Ruellio)ex Africa nouiſſimis Auguſti temporibus primus inuexit,in caſtris ſata,& aggeribus præcipuè decora: baccis ſimiliora quàm malis, & in tecta iam ſyluæ aſcendunt flore olex,ſed odorato magis: baccis cornis ſimile pomum,quo amplius & maturius,eo innocentius.Duplex ziziphi genus,vt Columellæ placet,rutilum & candidum: nam & rutilam & albam ziziphum probatiſſimam ad apum paſtiones tradit. arbor malorum generis,officinis omnibus *iuuba* dicta.Zizipha grano ſeruntur.

Z M

Zmaragdus/Gẽma quæ in Euphrate naſcitur Proconneſio marmori ſimilis,medio colore glauco.Plin.lib.37.cap.10.41.

Z O

Zodiacus/pen.cor.dici poteſt animalis,ab effigie animalium. Nam circulus eſt maior,obliquus, æquinoctialem in partes æquales ſecans:cuius vna medietas ad Septentrionem, reliqua ad Auſtrũ declinat,in quo duodecim ſigna ſunt, in formã animaliũ figurata,vt Aries,Taur⁹. Græcè enim ζῶα animalia dicũtur.

Vim quandam eſſe aiunt ſignifero in orbe qui Græcè *ζωδιακὸς* dicitur.Cic.2.de Diuinat.13.

ZOILVS,pen.cor.poeta Ptolemæi temporibus,qui Homeromaſtix cognomen ſortitus eſt.Huius mordacitas,prouerbio locum fecit, vt vulgo Zoili vocẽtur alienarum laudum obtrectatores, & alienorum laborum reprehenſores.Martialis,Pendentem volo Zoilum videre. Hic Zoilus ſophiſta quiſpiam fuit, hoc facinore potiſſimum nobilitatus, quòd Homerum, poetarum omnium principem auſus eſt libris aliquot in eum ſcriptis, inceſſere, vnde *ὁμηρομάστιξ* cognomen meruit: quod ipſum etiam abiit in prouerbium:ſic enim appellari cœpti nobilium authorum caſtigatores, vel Plinio teſte in præfatione huſtoriæ naturalis.Hæc Eraſmus. Ouid.1.de Remedio amoris,
Ingenium magni liuor detrectat Homeri:

Quiſquis es,ex illo Zoile nomen habes. Hic quum ſua in Homerum ſcripta Ptolemæo regi recitaſſet, rex indignatus nullum ei verbũ fecit. Quúmque Zoilus inopia preſſus regem rogaret vt ſibi aliquid quò viueret,daret: Homerus,rex ait,multos paſcit: quare tu qui illo doctior es,ſaltẽ teipſum paſce.Tandem Zoilus parricidii damnatus,iuſſu regis cruci affixus eſt.

Zona/zonæ, Eſt id quo cingimur: vnde quidam cingulum appellant.Martialis lib.14.156,
Longa ſatis nunc ſum: dulci ſed pondere venter
Si tumeat,fiam tũ tibi zona breuis. Plin.de Viris illuſt.46,
Zona impoſita,nauim mouit.

In zonis pecuniam deferebant veteres. Caius Gracchus apud Gellium lib.15. cap.11. Zonas quas plenas argenti extuli,eas ex prouincia inanes retuli.

Breuis zona conſtringit ſinus.Seneca Hippol.4.6.
Ligatam diu zonam ſoluere.Catull.ad paſſerem Leſbiæ,2.3.
Retinens veſtem zona.Seneca Œdip.5.4.
Soluta zonæ.Horat.1.Carm.ode 30.1.
Teres zona. Ouid.2.Faſt. 64,Dat teretem zonam, qua modo cincta fuit.

¶Zonam perdidit,Prouerbium caſtrenſe in eos qui nihil habent nummorum: quòd quicquid habent milites,in zona ſecũ

portant,vt inquit Porphyrion.Horat.1.epiſt.18, Ibit eò quò vis qui zonam perdidit. Plautus Pœnulo,16.47,

-tu qui zonam non habes,

Quid in hanc venistis vrbem aut quidnam quæritis? In quibus Plauti verbis, duplex eſt alluſio, & ad veſtem Pœnorum more diſcinctam:& ad pecuniam quæ in zona geſtatur,citra quam in vrbe ſumptuoſa,non ſat commodè viuitur.Ex Eraſmo.

¶Zonæ cæli.Plin.lib.2.cap.68.1, Nam quum ſint cæli quinque partes,quas vocãt zonas,infeſto rigore & æterno gelu premitur omne, quicquid eſt ſubiectum duabus extremis vtrinque circa vertices,huic qui Septentrio vocatur,eúmque qui aduerſus illi Auſtrinus appellatur. Virg.1.Georg.47,

Quinque tenent cælum zonæ,quarum vna coruſco
Semper ſole rubens,& torrida ſemper ab ignis&c. Vbi Seruius, Circuli qui cælum ac terram veluti zonæ cingunt, tranſlatiuè: nam propriè zonæ in terris. ſed pro parallelis,id eſt circulis poſuit, Septentrionalis, Æſtiualis, Æquinoctialis, Brumalis, Auſtralis. Ouid.1.Metam.10,

-V'tque duæ dextra cælum,totidémque ſiniſtra
Parte ſecant zonæ,quinta eſt ardentior illis. Ibidem,lib.2.17,
Sectus in obliquum eſt lato curuamine limes,
Zonarúmque trium contentus fine,polúmque
Effugit Auſtralem,&c.

Lucentes zonæ.Stat.10.Theb.13.

Niualis zona,Plaga Septentrionalis.Lucan.lib.4.11.

Rubens zona,Torrida plaga cæli.Claud.de bel.Gildon.50.

Trita zona flammea rota Phœbi.Senec.Herc.Œtæo,11.5.

Zonarius,zonarii,Qui zonas facit. Cic.pro Flacco,13, Quod Mithridates qui multitudinem illam non authoritate,ſed ſagina tenebat,ſe velle dixit,id ſutores & zonarii conclamarunt.

Zonarius,Adiectiuum,Quod ad zonam pertinet.vt Sector zonarius,quem crumeniſectam aliàs appellare poſſumus.Plaut.Trinum.13.17, -mira ſunt

Ni illic homo eſt aut dormitator,aut ſector zonarius.

Zónula,pen.corr.Diminutiuum.Catul.in Epithal.Iuliæ,56.1,

-tibi virgines zonula ſoluunt ſinus.

Zoophthalmon/Malus aizoi genus, quod ſuo flore animaliũ oculum præ ſe ferat.Plin.lib.15 cap.13.15.

Zoophyta/pen.cor.dicuntur,quæ ſunt medium quiddam inter animal & plantam.Cuiuſmodi ſunt quæ mediam naturam inter ſenſibilia & vegetabilia habent. ob hoc zoophyta dicta (nos fortè plãtanimantes dicere poſſumus, vel plantanimalia) vt oſtrea,ſpongiæ,& ſimilia inter animalia & ſtirpes ambigua. Budæus.

Zopiſſa/zopiſſæ.Deraſam nauigiis cum cera reſinam,zopiſſam aliqui vocant,inquit Dioſcorides (à pleriſque eadem hypochyma appellatur,quòd marino ſale maduerit)diſcutiendi vires habentem.Sunt etiam qui collectam ex picea arbore reſinam,zopiſſæ appellatione indicent.Plin.lib.24.cap.7.5,Zopiſſam eradi nauibus diximus,cera marino ſale macerata. Optima hæc à tyrocinio nauium.

Zopyron/pen.cor.Herba quæ & clinopodion dicitur,alii cleonicion,alii ocymoides appellant,ſerpyllo ſimilis,ſurculoſa,palmi altitudine. Naſcitur in petroſis, orbiculato florum ambitu, ſpeciem lecti pedum præbens.Plin.lib.24.cap.15.7.

Zopyrvs, pen.corr.phyſionomiſta dictus eſt,quòd profiteretur hominum mores naturáſque ex corpore,oculis,vultu,fronte,ſe poſſe pernoſcere.Qui quum turpia quædam,& à virtute aliena de Socrate dixiſſet,ac à multis idcirco derideretur, Non errat(Socrates reſpondit)Zopyrus.Huiuſmodi enim natura eſſem,niſi naturam philoſophia ſuperaſſem.

Zopyrus alius,vt teſtatur Herodotus circa finem libri quarti, nobilis Perſa,qui,quum Darius rex Perſarum Babyloniam diu & fruſtra oppugnaret, ipſe ſibi naſum, aures,& labia amputauit,& ita ad Babylonios quaſi tranſfuga ſe contulit, cõquerens de crudelitate ſui regis. Receptus igitur à Babyloniis.& dux belli conſtitutus,vrbem Dario tradidit. de quo dicere ſolebat Darius,ſe Zopyrum malle integrum,quàm viginti capere Babylonas.Zopyri enim aſtu Babylone potitus erat Darius.

Eſt & alter Zopyrus, qui, vt author eſt Plinius lib.34.cap.11, ſculpſit Areopagytas,& iudicũ Oreſtis in duobus ſcyphis pondo duodecim æſtimatis.

Zoroastres,Bactrianorum rex,qui primus, vt author eſt Plinius lib.30.cap.1,artes magicas in Perſide inuẽnit. Eduxit Nini regis temporibus,cũ quo bella geſſit.Fuit ante bellum Troianum annis cccc. aſſumptus eſt igne cæleſti, prædixítque Aſſyriis,ſi eius cineres ſeruarent, regnum eorum non defuturũ. Feruntur eius de Natura libri mill.De lapidibus item pretioſis vnus. Præterea Aſtronomica,& alia. Author Suidas. Plinius quoque lib.7.cap.16,vnum eodem die quo genitus eſt riſiſſe teſtatur.Eidémque cerebrum ita palpitaſſe, vt impoſitam repelleret manum,futuræ præſagio ſcientiæ.

Zoroniſios/in Indo flumine naſcitur, Magorum gemma eſſe narratur,neque aliud amplius de ea.Plin.lib.37.cap.10.41.

Zoſter/Genus ignis ſacri,medium hominem ambiẽtis, & enecantis ſi cinxerit.Plin.lib.26.cap.11.16.

Z Y

Zura/zuræ, ſemen paliuri ab Afris vocatur, contra ſcorpiones efficaciſſimum.Plin.lib.24.cap.13.3.

Z Y

Zygantes, Populi ſunt Pœnis vicini,vbi,vt author eſt Herodotus lib.4,magnam vim mellis apes cõficiunt,ſed multo plus opifices viri facere dicuntur. Omnes minio inficiũtur,ac ſimilis veſcuntur:quarũ aſſatim gignitur iis,qui in montibus degunt.

Zythum/zythi, Potus ex hordeo aqua reſoluto.in Ægypto pleruncque fieri ſolet, ideóque poetis quandoque Peluſiacus potus dicitur.Madeſcit aqua hordeum,donec reſoluatur in liquorem vino ſimilem:inebriat hoc,& acre guſtu eſt, quoniam ex putrilagine acreſcente conſtat: hinc vulgus Græcum phocadion appellat.Hæc Ruellius. Plin.lib.22. cap.vltimo,ad finem,Et frugum quidem hæc ſunt in vſu medico.Ex iiſdem fiunt & potus, zythum in Ægypto, cælia & ceria in Hiſpania, ceruiſia & plura genera in Gallia,aliiſque prouinciis.

ROBERTVS STEPHANVS TYPOGRAPHVS REGIVS LECTORI.

QVVM essemus in eo penè temporis articulo, vt Thesaurum hunc nostrum vix credendis laboribus congestum, tandem publicum faceremus: eiúsque rei fama constantior ad multos emanasset: ecce cõmodùm, nisi quòd non satis in tẽpore, Andreas Tiraquellus regis Christianissimi in senatu Parisiensi cõsiliarius, vir etiam libris editis orbi notus, AEgidius quoque Perrinus officialis Iosatius, & Iacobus Goupylius φιλάδελφος, abs quo sumus non mediocriter adiuti, sedulò nos admonuerũt, esse quædam apud se huius argumenti, non indigna quæ hîc quoque appingerentur: eorúmque si nobis ita videretur, exscribendorum potestatem se facturos vltro receperũt. Erant autem in librorum margines tumultuaria, vt ferè fit, lectione adscripta. Ego verò nihil eorum neglecturus quæ vsui fore studiosis intelligerem, acceptos ab eis codices diligentia quãta potui maxima perlustraui: quæ visa sunt in rem tuam futura Candide lector, ea protinus excerpsi, atque seorsum in hos quaterniones cõtuli: grandiori quidem illa volumini, suo quodque loco, inserturus, nisi serò ad nos peruenissent. Habebat & Ioannes Theodoricus Bellouacus, cui plurimum debent quotquot vsuri sunt nostro Thesauro, non pauca, potissimùm ex Plinio sibi priuatim quondam selecta, sed inter chartas ita latentia, vt non cõparuerint, nisi vniuerso opere propè perfecto. Ea tandem vbi præter spem emersserunt, studiosè recognouit, & vt prius illud beneficium vel hac cumularet accessione, publica esse voluit. Nos quoq; suprema huic operi imposita manu, omnibus bibliothecæ nostræ libris pertractatis & euolutis, quæ delapsa alicuius momenti visa sunt, vnà cũ locis aliquot corruptis, quæ inter imprimendum animaduersa, & restituta fuerant, his interseruimus. Tuæ partes erunt, amice Lector, & hanc operam tibi nauatam boni consulere: & his exemplis ad iuuandam rem literariam quacunque valebis ratione, vehementius accendi. Vale, & alienis sudoribus fruere non ingratus.

Quæ post absolutum opus, aut depraua-

ta, aut excidisse deprehendimus: multa etiam ab amicis accepta, quorum vos participes facimus, Candidi lectores.

A vel Ab præpositiones.

Ab ipsis dicendi incunabulis. Quintil. in Proœm. lib. 1. 6.

A primordio, &c.) Lege Cremonam.

A principiis ita diligentior fiet puer. Quintil. lib. 1. cap. 1. 1.

Ab extremo) Scribe, orsi, primos excinere, &c.

Ab re, Frustra) Lege, Ab re cõsulere alicui, Cõtra cõmodum. Plaut. Trinum. 5. 11, de Amore, -subdolè blanditur, ab re Consulit.

¶ A, Propter) Adde exemplum Liuii, 6. bel. Maced. Vndique Ætoli desertis stationibus, in arcem fugiunt. oppidum victores permissu Consulis diripiunt, non tam ab ira, nec ab odio, quàm vt miles coercitus in tot receptis hostium vrbibus, aliquo tandem loco fructum victoriæ sentiret.

A libellis) Adde, Vide libellus in Liber libri.

A studiis) Scribe, Claudio, cap. 28, Libertorum præcipuè suspexit Posidem spadonem, quem, &c. Nec minus Felicem, quem, &c. Et Harpocratem, cui, &c. Ac super hos Polybium à studiis, qui sæpe inter duos Consules ambulabat. Sed ante omnes Narcissum ab epistolis, & Palantem à rationibus, &c.

A stirpe, pro Stirpitus & funditus. Liuius 4. bel. Maced.

Abduco. Abducere puerum à Grammaticis. Quintilianus lib. 1. cap. 1. 9.

Abequito / abéquitas, pen. cor. abequitãre, Equo abire vel aufugere. Liu. 4 bel. Pun. 140, Hæc quum recitata essent, tanto clamore ad arma discursum est, vt Prætores inter tumultum pauidi abequitarẽt Syracusas. & ne fuga quidem eorum sedito cõpressa est, impetúsque in Syracusanos milites fiebat.

Abeo. Abiisse pro Abisse, poeticè dici putat Seruius, cuius hæc sunt verba in secundũ Æneidos, 5, vbi hic est versus, Nos abusse rati, & vẽto petiisse Mycenas. Abiisse inquit, & petisse dicim⁹: sed propter metrum fit epenthesis, quum dicimus abiisse & petiisse.

Abhorreo. ¶ Abhorrere, cum accusatiuo, &c. Sueto. de Augusto) Adde, cap. 83. Nam pumilios) Scribe, pumilios. abhorruit) abhorrebat. & adde, Idem in Galba, cap. 4.

Abicio. Abiicere animum,) Lege deiicere, ac, &c.

Abiectus & humilis. Cic.) Lege, Abiecta & humilis oratio. Cic.

Aboleo. Abolita atque abrogata retinere, insolentiæ cuiusdam est. Quintil. lib. 1. cap. 6. 13.

Abripio. Abreptæ remis in terram naues, Vide Nauis.

Abrotonum. Abrotonites) Scribe, Abrotonites, abrotonitis vel abrotonitæ, penult. prod. masculini generis, quod tamẽ Latini authores neutro generi adiunxerũt, à recto opinor, abroto niten, abrotonitis. Nam Græcis tantũmodo est generis masculini: cuius fœminino, abrotonitis, abrotonitidis. Alii tamen putãt, & fortasse rectius, quũ dicimus Vinum abrotonites, Vinum absynthites, Appositionem esse, vt loquuntur grammatici: quo modo dicimus, Flumen Rhenus, Oppidũ Roma, Vrbs Mediolanum.

Abrumpo. Abruptum ipitium.) Adscribe, Quintilianus lib. 3. cap. 8. 6.

Abscedo. Abscedente vsufructu. In L. An vsusfructus. Digest. De vsufructu.

Absento. Vide Absum.

Abstineo. Abstinẽtia mitigare febrem. Quintil. lib. 2. ca. 17. 7. Abstinentiam summam præstare. Quinul. de officio præceptoris, lib. 2. cap. 2. 3.

Absum. ¶ Abesse ab aliquo.) sexto versu scribe, Ouid. epist. 9. 7, Vir mihi semper abest, & coniuge notior hospes.

Abeſt hinc. Virgil. 1. eclog. 4, Tityrus hinc aberat.
Abeſſe ab intellectu artis. Quintil. lib. 2. cap. 13. 7.
Aberit id à me procul. Quintil. lib. 2. cap. 3. 8.

Abundo. ¶ Abundantia fœminarum, &c. Plinius, &c. Adde in fine, Ibidem, cap. 9. ad finem. Et li. 27. cap. 12. 1, Semen quoq; in vino tritum, contra abundantiam fœminarum datur. In ſequenti verſu, pro cap. 15. lege cap. 16. 5.

Accedo. Ad reliquum ſuaſoriæ laborẽ accedit etiam perſonæ difficultas. Quintil. lib. 3. cap. 8. 33.
Accedunt hæc in ornamẽtum operis. Quintil. lib. 2. cap. 3. 5.

Accido. Accidere ex, vt. Quintil. lib. 2. cap. 17. 10, Adeò vt vix ex admirabili quodam caſu poſſit accidere, vt ex vtraque parte orator, id eſt vir bonus dicat.

Accipio. Coniecturam accipere quid ſenſerit legis cõſtitutor. Quintil. lib. 3. cap. 6. 31.
Experimento ſuo accipere, ſine natura duce, non alio tradente. Quintil. lib. 6. cap. 2. 21.
Mala ex ſcholis accipere dicuntur pueri à Quintiliano, lib. 2. cap. 2. 7.
Originem ab aliquo accipere. Quintil. lib. 5. cap. 11. 15.
¶ Accipere pro vero. Quintil. lib. 2. cap. 4.
Non difficulter accipere quæ tradantur. Quintil. lib. 1. cap. 3. 2. De ingeniis puerorum.
Generaliter accipere. Quintil. lib. 1. cap. 5. 1.
Acceptam facere ſtipulationem, Vide in ſequentibus codicibus in **Stipulor.**

Accola. Accola & finitimus. Liu. 7. bel. Maced. Nullos accolas, nec finitimos habere quàm vos volo.

Accommodo. Curam pratis, pecoribus, hortis, & aluearib' accommodare. Quintil. lib. 1. cap. 11. 6.
Accommodatus in hoc. Quintil. lib. 4. cap. 2. 27.

Accommodè, Aduerb. Quintil. lib. 4. cap. 1. 53, Cui accommodiſſimè iungi initium ſequentium poterit.

Accuſo. Inuicem accuſare. Quintil. lib. 7. cap. 3. 15. & 18.
Accuſationem petere in aliquem. Quintil. lib. 5. cap. 13. 15.
Accuſationem rhetorices profiteri. Quintil. lib. 2. cap. 17. 105.

Acies. Directa acie pugnare. Quintil. lib. 2. cap. 13. 3.
Duplici acie conſligere. Quintil. lib. 5. cap. 7. 3.
Stat acies. Quintil. lib. 6. cap. 4. 13.
Verſatilis acies. Vide **Verſatilis.**
Roſtri acies. Plin. lib. 11. cap. 37. 51, Teſtudini marinæ lingua nulla, nec dentes, ſed roſtri acie comminuit omnia.
Hebetare aciem oculorum. Plin. lib. 20. cap. 6. 1, Ita vocatur vlcus aciem hebetans, & in angulo oculi perpetuò manans. Ibidem, 3, Sed oculorum aciem hebetare traditur.

Acinus. Acinus meſpilorum. Plin. lib. 15. cap. 20, Meſpilis tria genera: anthedon, ſetania: tertium degenerat, tametſi anthedoni ſimilius eſt, quod Gallicum vocãt. Setaniæ maius pomum candidiuſque, acini molliore ligno.

Acutus. ¶ Acutior atque habilior ad inueniendum. Quintil. lib. 6. cap. 3. 8.
Concluſiones acutæ. Quintil. lib. 2. cap. 20. 4.
¶ Acumen naturale. Quintil. lib. 5. cap. 7. 19.

Acuo. Comere comas acu. Quintil. lib. 2. cap. 5. 8.
Traiicere acu. Celſ. lib. 7. cap. 7, Tum idem medicus hamulum acutum paulùm mucrone intus recuruato ſubiicere extremo vngui debet, eúmque infigere, atque eam quoque palpebram tradere alteri: ipſe hamulo apprehenſo leuare vnguem, eúmque acu traiicere linum trahente.

Ad. Ad nummum ſubducere.) Adde in fine, Alii aliter diſtinguunt. Vide **Subduco.**
Ad naſum venire.) Adde in fine, Hoc eſt, nares feriunt.
Idem lib. 11. cap. 6.) Adde in fine. Sic lib. 17. cap. 4. 5.
Ad morem actionũ aliquid perſequi. Quintil. lib. 4. cap. 1. 30.
Ad voluntatem loqui, Vide **Loquor.**

Adamas. ¶ Infragilis adamas. Plin. lib. 20. in Proœmio. Vide **Infragilis.**

Adcorporo/adcórporas, pen. corr. adcorporare. Solinus cap. 50, Supermeantes naues è profundo petit, & carinis ita tenaciter adcorporatur, vt niſi abraſa parte ligni, ægrè ſeparetur. De gemma cui nomen Sagda.

Addo. ¶ Addere ex abundanti. Quintil. lib. 4. cap. 5. 11.
Additur in cauã dentium. Plin. lib. 20 cap. 6. 8.
Additus in cauis dentium. Plin. lib. 13. cap. 7. 12, Dentium quoque dolori hic ſuccus appoſitus in lana prodeſt, aut in cauis eorum additus.
Addere in coronas. Plin. lib. 21. cap. 4. 4.
Addere in nares. Plin. lib. 25. cap. 11. 1, Purgat autem cyclaminos cũm melle in nares addita.
Addere in onum inane. Plin. lib. 20. cap. 12. 9.
Additur in potionem. Plin. lib. 20. cap. 13. 6.

Adduco. ¶ Adducere in crimen, Vide **Crimen.**

Adeo. Adeò ſi. Plin. lib. 16. cap. 20. 5, Venerem, etiam ſi omnino manu teneatur radix, ſtimulari, adeò ſi bibatur in vino auſtero. Hîc videtur Adeò ſumi pro Tanto magis. Omnino, id ſignificat quod Tantùm, duntaxat.

Adepo. Adipem tenuare) Scribe, adipes.
Quintiliano,) Adde lib. 2. cap. 11.

Adiaceo. Adiacens inſula dicitur, quæ eſt prope ædes, non tamen coniuncta contextu ædificiorũ. Vlpian. L. Si finita. Parag. Ex hoc edicto. ff. de Damno infecto, Item quid dicemus, ſi inſula adiacens domui vitium faciat?

Adiugo, adiugas) Scribe accentũ in prima, **Adiugo**, ádiugas.

Admiror. Habere admirationẽ dicitur res aliqua.) Adde, Plinius lib. 10. cap. 31. 2, Nidi earum admirationem habent.
Eſſe in admiratione. Plin. lib. 16. cap. 16. 2, In maxima tamen admiratione pinus eſt. Habet, &c.

Admiſceo. Admiſcere aliquid in aliud. Plin. lib. 16. cap. 10, ad finem, Salutare eſt & ſemen eius herbæ quam ſyſilion appellauimus, madefactum aqua, admiſtis in heminam ſeminis, reſinæ Colophoniæ cochlearibus duobus, thuris vno.

Admoneo. Admonitio, pro actione, per quam debitor admonetur vt ſoluat. Vlpian. L. 1. Parag. In omnibus. ff. de Iudiciis, In omnibus autẽ cauſis in quibus protelatur admonitio, hoc procedere ſine temporali damno creditorum oportet.

Adoleo. Obiecta morbis adoleſcentia. Celſ. lib. 2. cap. 1, Adoleſcẽtia morbis acutis, item comitialibus, tabique maximè obiecta eſt.

Adrado. Quum latere contrario adraſo.) Adde, Ibidem, cap. 10. 1, Adraſo cacumine.

Adſcribo, Vide **Aſcribo.**

Adſpuo/ádſpuis, ádſpui, adſpûtum, pen. prod. adſpúere. Plin. lib. 28. cap. 4. 7, Aut ſi dormiens ſpectetur infans, à nutrice terna adſpui.

Adſtipulor, Vide **Aſtipulor.**

Adſtringo, Vide **Aſtringo.**

Aduena. Aduena hyemis, vel æſtatis. Plinius lib. 10. cap. 23. 3, de ciconiis, E longinquo venire non dubium, eodem quo grues modo: illas hyemis, has æſtatis aduenas.

Aduerſum. Aduerſum nonnunquã poſtponitur. Salluſtius in Iugurtha, Iámque paulùm à fuga aberant, quũ Sylla profligatis iis quos aduerſum erat, rediens ab latere, Mauris incurrit.

ADVLAS. Mons Germaniæ, qui Alpibus Rheticis, ſine mõti Sãcti Gothardi, ab Ortu connectitur, continenti quidem iugo: vt Alpium vel brachium, aut maius cornu dici queat. Ptolemæus lib. 2. cap. 9. Corrupte dicitur Adyas.

Adultero) Scribe minutioribus literis, Adultero.
Adulteratus nidus. Plinius lib. 10. cap. 9. 2.

Adumbro. Adumbrare morẽ alicuius, Imitari, Vide **Moo.**

Aduro. Aduſta ninibus. Plin. lib. 28. ca. 8. 2, Leonis adipes cũ roſaceo, cutem in facie cuſtodiunt à vitiis, candorémque ſeruant, & ſanant aduſta ninibus.
Aduſtio, Vide **Aduro.**

ADYAS, Montis nomen, Vide ADVLAS.
Adyas vocatur Alciato, quaſi inacceſſus. Vide Rheticæ Alpes in RHETI, Rhetórum.

Aedifico. Specus ædificare. Plin. lib. 8. cap. 56. 1, Specus ſi nõ habuere, ramorum fruticúmque cõgerie, ædificant impenetrabiles imbribus. De vrſis.

AETA. Æetes ferus. Valerius Flaccus 5. Argonaut. 111,
Nec ferus Æetes (vt fama) nec aurea nobis Terga negat.
Æetes ſoligena, Hoc eſt Solis filius. Valer. Flac. 5. Argon. 64,
-nec fama fefellit
Soligenam Æeten media regnare ſub Arcto.
Æetia tellus. Valer. Flaccus 7. Argonaut. 113,
-omniſque Æetia tellus Fulſit.
Æetia virgo, Medea. Poſſeſſiuum eſt pro patronymico. Valerius Flaccus 6. Argonaut. 54,
-en cuius thalamis Æetia virgo
Dicta manet. Hoc eſt, dicata & promiſſa.

Aegis. ¶ Ægis arboris laricis fœmina. Plinius lib. 16. ca. 39, Larix fœminã habet, quam Græci vocant ægida, mellei coloris. Inuentum eſt pictorum tabellis immortale, nulliſque fiſſile rimis hoc lignum. Proximum medullæ eſt.

Aeger. Ægrimonia vetus. Plin. lib. 18. cap. 8. 16, Hauſtam prodeſſe ægrimoniæ veteri.

AEMONIA, Regio. Artes Æmoniæ, Artes magicæ. Ouidius 2. de Arte. 10, Fallitur Æmonias ſiquis decurrit ad artes. Fuerũt enim his artibus famoſæ omnes mulieres Theſſaliæ, quæ Æmonia alio nomine dicta eſt.

Æquus. Æquè,cum datiuo. Plin.lib.35.cap.3.6, Extant certe hodiéque antiquiores vrbe picturæ Ardeæ in ædibus sacris, quibus equidem nullas æquè demiror, tam longo æuo durantes in orbitate tecti,veluti recentes.

Æro. Minuere æs alienum, Vide **Minuo.**

Persoluere æs alienũ. Plin.lib.9.ad Paulinum,epistola quarta à fine, Inde plenisq; nulla iam cura minuendi æris alieni,quòd deiperant posse periolat.

Æs signatũ & graue,opponuntur. Liu.4.ab Vrbe,161, Patres bene cœptã rem perseueranter tueri,cõferre ipsi primi. & quia nondum argentum signatum erat,æs graue plaustris quidã ad ærarium conuehentes,speciosam etiam collationem faciebant.

Ærarij,ærariæ, Locus in quo æs effoditur. Plin.lib.34.ca.13.1, Etiamnũ in ærariis reperiũtur quæ vocãt pompholygem & spodon.

AESARIVS) Scribe,AESAR,Æsaris,pen.cor. Adde in fine,Ouid. 15.Metam.5, -lapidosas Æsaris vndas

I,pete. Straboni li.6,Æsarias vocatur,iuxtaq; Crotonẽ locatur.

Æsareus,pen.cor.Adiectiuũ. Ouid.15.Metam.11, Inuenit Æsarei fatalia fluminis ora.

Æsculus. Æsculeus,Adiectiuum) Adde, Ouid.1 Metam. 91, -æsculea capiebat frondis honorem.

Æstuo. Æstiuare etiam dicuntur pisces. Plin. lib.9.cap.15.8, Multi in Propontide æstiuant.De thynnis.

Æstimo. Æstimatorius,Adiectiuũ.vt Actio æstimatoria. Vlpian.in L.1.ff.de Æstimatoria actione, Cõueniret tamẽ aliquã actionem darisdaretur æstimatoria præscriptis verbis actio.

Æstus. Torrens æstus. Plin.lib.8.cap.11.2, Elephãtis frigidissimum esse sanguinem,ob id æstu torrente præcipuè à draconibus expeti.

Ætas. Ætatis lubricum, Vide **Lubricus.**

Annua ætas.Plin.lib.8.cap.40.10, Iusta ad pariẽdum annua ætas.De canibus

¶Annosum æuum.)Adde,Plin.lib.4.cap.12.

Affero. Authoritatẽ afferre voluminib')Scribe,in Oratore,66, Cõmemoratio autem antiquitatis,exẽplorũmq; prolatio summa cum delectatione & authoritatem orationi affert,& fidem.

Contilium alicui) Scribe,lib.15.321.6.

Terrores ad aliquẽ.Cic.Attico,li.6.119.1,Baronius autem miros terrores ad me attulit Cæsarianos.Id,&c.

Affirmo. Affirmare crimen,Verisimile reddere. Liu.1.ab Vrbe, Deinde metuens, ne si Cõsulum iniussu & omnibus ignaris iret, fortè deprehensus à custodibus Romanis retraheretur vt transfuga,fortuna tum vobis crimen affirmãte,Senatum adit.

Affundo. ¶Affusus,pro Infusus)Adde in fine.Plin.li.11.ca.21, ad finẽ,Medici nucleos tũdunt,affusa eis paulatim calida aqua.

AGELADES)Adde,pen.prod.

Apud Plinium lib.&c.)Adde.Colu.li.10,nõ ita procul ab initio, Neu tibi Dædaleæ quæ rantur munera dextræ:
Neu Polycletea,nec Phradmonis,aut Agelade Arte laboretur.

Ager. Surcularius ageo) Scribe,ca.2.5,Colonus,&c.Et adde,In emẽdatioribus codicibus legitur,Ne capra natum pascat.

Negotiosus agricola. Columella) Adde, lib.9.cap.1,ad finẽ, Studiosis quoque literarum gratiora,&c.

Aggrauo. Aggrauare ictus,Graniores facere.Plin.lib.28.cap. 4.4,Quidam verò aggrauant ictus,ante conatum simili modo saliua in manu ingesta.

AGLAONICE,pen.prod. testibus Plutarcho & Apollonii interprete Tarreo, diuinatrix fuit, Egemonis Thessali filia,quæ quũ in Ossa monte coitus Lunæ obseruaret,in iudicio cõuicta à mulieribus existimãtibus ab ea Lunã cælo deduci, grauissimis affecta suppliciis traditur,& ex Ossa præceps data. Quod in ibin significauit Ouidius hoc carmine, Vtque dedit saltus è summo Thessalis Ossa. Sic enim ibi legendum est,non Thessalus.

AGLAOPE,Aglaiopes)Adde,pen.corr.

Ago. De consilio publico aliquid agere.Cic.2.de Inuent.125.

Palàm & de loco superiore aliquid agere.Cic.6.Verr.77,Atq; hoc(nihil enim prætermittendum de istius impudentia videtur)agebantur in cõcentu palàm,de sella ac de loco superiore.

Res eadem agi dicitur,quum vel ea ipsa res quæ priore iudicio petita est, secundo petitur,vel alia,sed ex eadem causa. Vlpianus in L.7,Siquis cum.§.Si ancilla.ff. De exceptione rei iudicatæ, Et quidẽ ita definiri potest:toties eãdem rem agi,quoties apud iudicem posteriorẽ id quæritur, quod apud priorem quæsitum est.

Actuarius,Adiectiuum) Adde in fine,Vide **Manus.**

Ala. ¶Alæ foliorũ.Plin.lib.21.cap.18.1, Quibusdam in locis viscum gignit album sub alis foliorum.De chamæleone herba.

Albus. Albidũ vlcus. Cels.lib.5.cap.26, vulnus quomodo purgandum sit, Vlcus quod aut pallidum,aut albidũ, aut liuidum, aut nigrum est,id purum non est.

Alec,Vide Halec.) Adde Vide etiam **Mena,**piscis.

Alga. Algensis,& hoc algense.Plinius lib.9.cap.37.1, Purpuræ, nomine alio pelagiæ vocantur. Earum genera plura,pabulo & solo discreta. Lutense putri limo,& algense enutritum alga viridissimum.

Aliquando, Aduerbium temporis, accẽtu in antepenultima profertur.) Adde,Caue tamen penultimã corripias,tametsi acuatur antepenultima. Accentus enim & tempus,diuersa sunt vocum accidentia. Eleuatio vel depressio syllabæ, ad accentum acutum vel grauem spectat: productio vel correptio, ad tempus. Quanuis igitur secundam syllabam acuas, vnicum tamen ei tempus dabis:contrà,tertiæ licet depressæ, duo tempora. est enim longa positione.Sic dices de Siquando,nequando,deinde, retrorsum,& similibus.

Aliquis. ¶Aliquid,pro Aliquantum aduerbio. Plin.lib.5.ca. 9.11, Postea lenis & confractis aquis, domitáque violentia,aliquid & spatio sessus,multis quanuis faucibus in Ægyptum mare se euomit.De Nilo.

Alius. ¶Aliàs,Alio loco vel modo.Vlpia.in L. Palàm.ff.de ritu nuptiarum, Palàm quæstũ facere dicimus,non tantùm eam quæ in lupanario se prostituit, verumetiam siqua (vt soleũ in taberna,caupona,vel aliàs pudori suo non parcat.

¶Alter, Quãdoque,sine aliàs.Paulus in L.Singulis.ff.De exceptione rei iudicatæ, Singulis controuersiis singulas actiones, & vnum iudicati finem sufficere,probabili ratione placuisse alter modus litium multiplicatus, summam atque inexplicabilem faciat difficultatem.

Alloquor. Alloqui cum aliquo. Curtius lib.6, Et non cœnare modò,sed etiam familiariter alloqui cum eo,quem damnauerat,sustinuit.

Alludo. Alludit vnda.Plin.lib.26.ca.7.7, Tripolium in maritimis nascitur saxis, vbi alludit vnda, neque in mari, neque in sicco. Alludit,hoc est,velut ludit,nec rapido fertur impetu.

Alo. Liberalius alimentum. Celsus Libro 8.cap.10, Liberalius alimentum,longa à vino abstinentia.

Subministrare alimentum. Cels.lib.8.cap.1, Intérque ea venæ discurrunt,quas his alimentum subministrare credibile est.

ALPES, Rheticæ alpes,Vide Rhetia in RHETI, Rhetũrum.

Alter. ¶Alter,pro Alius.Quintil.) Adde,lib.8.cap.9. Et in fine,Idem lib.7.cap.1.ad finem,

Altero quoque die,hoc est Secundo quoque die,alternis diebus,non singulis diebus.Celsus lib.4.cap.11, Altero quoque die vinum vel aquam bibere.

Alternatus) lege,Plin.lib.19.cap.4.11.

Alternant fructum quædam arbores. Plinius lib.16.cap.38.1, Alternant fructus quibus siccius lignum,vt olea.

Alueus. ¶Alueus,Ipsæ apes.Plin.li.11.ca.16.3,Æquitas quidẽ etiã in eis obstringitur.seruntq; societate,fraudata alueos mori.

¶Alueus,pro Carina videtur accipi apud Liuium 3.ab Vrbe, 158,Ibique (adeò non armamenta modò,sed etiam aluei nauiũ quassati erant) subductæ naues dum reficiuntur, aliquantum temporis triuerunt.Sallust.in Iugurtha, Hique alueos nauium inuersos pro tugurijs habuere.

¶Alueus,pro vase ligneo concauo.Liu.1.ab Vrbe.23,Tenet fama,quũ fluitantem alueum,quo expositi erant pueri,tenuis in sicco aqua destituisset,lupam sitientem ex montibus,&c.

¶Alueus lusorius.Plin.lib.37.ca.2.1,Trãstulit alueũ cũ tesseris lusoriũ è gẽmis duabus,latum pedes tres,lõgum pedes quatuor.

Aluus. Tenera aluus.Celsus lib.3.cap.18,Præter hæc seruanda aluus est quàm tenerrima.

Tuta aluus.Cels.lib.2.ca.8,Aluus in hac valetudine ea tuta est, quæ cotidie coacta,eáque cõueniẽtia alùs quæ assumũtur reddit.

Mouere & Cõprimere aluum,contraria. Celsus lib.1.cap.10, Neque mouẽda aluus: atque si per se mota est,cõprimenda est.

Reddere aluum multo spiritu. Celsus lib.2.cap.7,Aluus verò cum multo spiritu redditur,vtique in renibus vitium est.

Reddere aluo.Celsus lib.7.cap.13,Vrgent enim febres ardentes, & aut virides aut nigri vomitus: præter hæc ingens sitis & linguæ aspritudo,feréque à die tertio spumans bilis aluo cum rosione redditur.

Subsistit aluus,cui opponitur Ducere aluum.Celsus lib.6.ca. 11,Ac si aluus nutrici subsistit,ducenda est.

Suppressa ex toto aluus. Celsus lib.1.cap.4,Aluus autem mala est ex toto suppressa.

¶Extrema aluus,Est id quod extremum excernitur.Cels.lib. 2.cap.8,Ipsa autem deiectio sine vlla noxa est quæ sine febre est si celeriter desinit,si cõtracto ventre nullus motus eius sentitur,si extremam aluum spiritus sequitur.

AMARISPVS,Dele hoc verbum, fluuius. Et scribe, legi debet Arimaspus.

Ambigo. ¶Ambigo aliter accepit Theodorus Gaza optimus Aristotelis interpres, q̃ vulgò soleat vsurpari. Sic enim ait lib. 4. de generatione animalium, Homo autem cum omnibus generibus ambigit. Nam & vniparum animal, & pauciparũ, & multiparum interdum est: sed maximè sua natura vniparum est. Ambigere cum omnibus generibus, pro eo dixit quod est Ancipitem naturam habere ad omnia animalium genera. Idem de vrtica pisce, Vrtica (inquit) est ambigens & plantæ & animali. Id est medium quiddam inter animal & plantam. Cuiusmodi sunt quæ mediam naturã inter sensibilia & vegetabilia habent. ob hoc Zoophyta dicta (nos fortasse plantanimantes dicere possumus, vel plantanimalia) vt ostrea, spongiæ, & similia inter animalia & stirpes ambigua. Budæus.

Ambio. Ambitus nominum. Plin. lib. 15. cap. 30. 5, Id quoque quod Daphnoides vocatur genus, in nominum ambitu est. Alii enim pelasgũ, alii cupetalon, alii stephanon Alexandri vocãt.

¶Ambitio, Circuitus, ambitus. Solinus cap. 48, Nam suliginem intrinsecus fauillaceam ambitio tantùm extimæ cutis cohibet. Idem cap. 35, Nauigant autem vimineis alueis, quos circundant ambitione tergorum bubalorum.

Ambulo. Ambulat fluuius. Plin. lib. 5. cap. 9. 6, Nilus incertis ortus fontibus, it per deserta & ardẽtia, & immenso longitudinis spatio ambulans, famáque, &c.

¶Ambulari, Passuum, &c. Plin. &c. ca. 1. 4,) Scribe, cap. 14, Si statim bina stadia ambulentur,

AMENANVS, fluuius Cappadociæ ciuitatis insignis, à Sinope distans ad stadia nongenta. Strabo lib. 12.

Amentum) Adde, Seneca Hipp. 6. 16,

Amentum digitis tende prioribus,
Et totis iaculum dirige viribus.

Amicio. Amiculãtus, pen. prod. Adiectiuum, Velatus. Solinus cap. 65, Alii lineis, alii laneis peplis vestiũtur: pars nudi, pars obscœna tantũ amiculati, plurimi etiã flexibilibus libris circũdati.

AMISENA, regio Cappadociæ. Straboni lib. 12.

AMMATHEA, Nympha est, sic dicta quasi per arenam currens. Calepinus.

AMMIENSES, populi Hispaniæ, Plinio lib. 4. cap. 22, ab Ammia ciuitate: cuius meminit Ptolemæus. Vide Hermolaum.

AMMONIA ciuitas, Vide **Ammoniacum.**

Amo. ¶Amo, cũ infinitiuo. Plin. lib. 13. ca. 4. 2, Gaudet & riguis, totóq; anno bibere quũ amet, anno sitienti. De palma arbore.

Amygdala. Amygdalites) Adde, pen. prod.

Amygdaliceus. Aliud adiectiuum. Plinius libro 16. cap. 11. 7, Amygdaliceo folio, flore rosaceo. Hoc est amygdalæ folium referenti.

Anadema, pen. prod. anadématis, n. g. ἀνάδημα, Coronamẽtũ, sertum, capitis ornamentum. σιφάνωμα. vt apud Lucretium lib. 4. 117, Et bene parta patrum fiunt anademata, mitræ.

Analecta. Tribus locis emendandum. Cælius libro 13. cap. 31.

Analphabeti, pen. pro. à Græcis dicuntur homines qui ne elementarias quidem literas nouerunt: quas Fulgentius abecedarias appellat in tertio Mythologicõn.

Analyticum) Adde, pen. corr.

Ananchitis) Adde, pen. prod.

Anantapodoton) Adde, pen. corr.

ANAPAVOMENE, nomen puellæ apud Plinium lib. 35. cap. 10. 31, Pinxit & currentes quadrigas, & supplicantem penè cum voce. Et venatores cum captura. Et Leontionem pictorem. Et Anapauomenen propter fratris amorem morientem.

Anapauomenos/ huius anapauómeni, pen. corr. Quiescens. Plin. lib. 35. cap. 10. 39, Satyrus hic est, quem Anapauomenon vocant, nequid desit temporis eius securitati, tibias tenens.

Anchora. Sidunt anchoræ. Plin. lib. 6. cap. 22. 2, Mare interest vadosum, certis canalibus adeò profundum, vt nullæ anchoræ sidant.

Anchorãlis, pen. prod.) Scribe,

Anchorãle, penul. prod. funis cui alligata est anchora. Plinius lib. 16. cap. 8. 4, Vsus eius anchoralibus maximè nauiũ, piscantiúmque tragulis, & cadorũ obthuramẽtis. De subere loquitur. Liuius 7. bel. Maced. 117. Rhodia vna capta memorabili casu. Nam quũ rostro percussisset Sidoniam nauem, anchora ictu est excussa è naue sua, vnco dente velut manu ferrea iniecta, alligauit alteriut proram. Inde tumultu iniecto quum diuellere se ab hoste cupientes inhiberent Rhodii, tractum anchorale & implicitum remis latus alterum detersit: debilitatam ea ipsa quæ icta cohæserat, nauim cepit. Idem lib. 2. bel. Pun. 85, Vixdum omnes conscenderant, quum alii resoluunt oras, aut anchoram vellunt: alii, nequid teneat, anchoralia incidunt.

Ancyloglossum, apud Paulum Æginetam est vinũ linguæ: aut cógenitum, astricta lingua infanti nascẽti mẽbranulis quibusdam duriusculis & breuioribus: aut agnatũ, id est accidentarium, quũ vlcus sub lingua cicatricẽ duriorem obduxit. Est autem vinculum neruosum: quod *frẽlum* vulgariter nuncupatur. Eximitur autem hoc vitium instrumento chirurgico quod ancylótomon vocant. Budæus.

ANDROGEVS) Adde in fine, Vide MINOTAVRVS.

Androgynus) Adde, Liu. 7. bel. Pun. Sinuessæ natũ ambiguo inter marẽ & fœminam sexu infantem, quos androgynos vulgus, vt pleraque facilìore ad duplicanda verba Græco sermone appellat.

Anemone/ anemónes) Adde, pen. prod. & in fine, Vide **Phenion.**

Anginа. Strangulari angina. Cels. lib. 2. cap. 10, Satius est anceps auxilii experiri, quàm nullũ: idq; maximè fieri debet, vbi nerui resoluti sunt, vbi subitò aliquis obmutuit, vbi angina strãgulatur, vbi febris prioris accessio penè cõfecit, parémq; subsequi verisimile est, neque eandem videntur sustinere ægri vires posse.

Angor. Occupat fauces angor. Plin. lib. 8. cap. 27. 4, Pantheras perfricata carne aconito (venenũ id est) Barbari venantur. Occupat illico fauces earum angor: quare pardalianches id venenum appellauere quidam.

Anguis. Angueus, Adiectiuum. Solinus cap. 37, Adeò sinuosis lateribus tortuosum, vt visentibus procul lapsus angueos fracta vertigine mentiatur.

Angulus. In deriuatiuo Angustus, adde

Differentia angusta. Plin. lib. 21. cap. 5. 2.

Odoris angusti rosa. Plin. lib. 21. cap. 4. 1.

Noxa in angusto. Cels. lib. 8. ca. 4, Si in angusto noxa est, duo.

Animus. Sublimitas animi. Plin. lib. 7. cap. 25. 3, Illa fuit vera & incomparabilis inuicti animi sublimitas.

Tenor animi. Plin. lib. 7. cap. 19. 1, Exit hic animi tenor aliquãdo in rigorẽ quendã torui tatémq; naturæ durã & inflexibilẽ.

Auidus atque intemperans plebeiorum animus, Vide **Intemperans.**

Grauior natu animus, Vide **Mascor.**

Infractus animus, Vide **Infringo.**

Ingens animus, Vide **Ingens.**

Insatiabilis animus, Vide **Insatiabilis.**

Intacti religione animi, Vide **Intactus.**

Inuictus animus. Plinius lib. 7. cap. 25. 3.

Iracundus animus, Vide **Ira.**

Liber religione animus, Vide **Liber**, liberi.

Liber terrore animus, Vide **Liber**, liberi.

Liquidus animus & tranquillus, Vide **Liquor**, liquóris.

Lubenti animo, Vide **Lubet.**

Magnus animo, Vide **Magnus.**

Minutus animus, Vide **Minuo.**

Mobili animo esse, Vide **Moueo.**

Mollis animus, Vide **Mollis.**

Muliebris animus, Vide **Mulier.**

Mutabilis vulgi animus, Vide **Muto.**

Animus varius, cõmutabilis, multiplex, Vide **Multuo.**

Perattentus animus, Vide **Perattentus.**

¶Defectus animo. Plin. lib. 10. cap. 14. 7, Ad recreandos defectos animo.

¶Iniquo animo ferre, vel patì aliquid, Vide **Iniquus.**

Habe bonũ animum) Adde, Liu. 4. bel. Maced. Bonum animum habere & bene sperare iubentes, fortes fortunam adiuuare aiebant.

¶Animus bene à natura informatus, Vide **Informis.**

Infringere animos, Vide **Infringo.**

Inhabitat animus in oculis, Vide **Inhabito.**

Inscribere in animo orationem, Vide **Inscribo.**

Insculptum in animo, Vide **Insculpo.**

Insitum & innatum animis, Vide **Insero.**

Insidere in animo, Vide **Insideo.**

Insinuare aliquem animo alterius, Vide **Insinuo.**

Insistere mente & animo in rem aliquam, Vide **Insisto.**

Instaurare animum, Vide **Instauro.**

Instituere animum ad cogitandum. Vide **Instituo.**

Intendere animum, Vide **Intendo.**

Animus cura & cogitatione intentus. Vide **Intendo.**

Acri & intento animo interi quippiam. Vide **Intueor.**

In animum inuasit, Vide **Inuado**

Inuitare animos visu, Vide **Inuito.**

Irrumpũt in animos extrinsecũs imagines, Vide **Irrumpo.**

Iudicare animo suo, Vide **Iudico.**

Labant animi, & Lapsus animi, Vide **Labor**, Liberi.

Laborare animo, Vide **Labor**, labõris.

Labant animi, Vide Labo, labas.
Lapsus animi, Vide Labor, liberis.
Animo laborare, Vide Labor, laboris.
Animo lætanti, Vide Lætus.
Laxare animum à laboribus, Vide Laxo.
Animos lenire concordia, Vide Lenio.
Leuare animum exercitatione, Vide Leuo.
Animus linquit, Animo linqui, Vide Linquo,
Liberare animos errore, Vide Liber, liberi.
Lustrare animo, Vide Lustrum.
Mandare animis, Vide Mando, mandas.
Marcet animus, Vide Marceo.
Micat animus, Vide Mico.
Mitigare animum, Vide Mitigo.
Mollire animos, Vide Mollio.
Mouere animum, Vide Moueo.
Mutare animum, Vide Muto.
Animo leni natus, Vide Nascor.
Animum alicuius noscere, Vide Nosco.
Nudare animos, Vide Nudus.
In animos obrepere, Vide Obrepo.
Obsequi animo suo, Vide Obsequor.
Occæcare animum, Vide Occæco.
Occupare animum vel animos, Vide Occupo.
Omissus animus, Vide Omitto.
Ostendere animum suum, Vide Ostendo.
Pendet animus, Vide Pendeo.
Animus tibi pendet, Vide Pendeo.
Pendere animi, Vide Pendeo.
Peragere animo omnia secum, Vide Perago.
Percutere animum, Vide Percutio.
Perire ab animo, Vide Pereo.
Perfundere animum religione, Vide Perfundo.
Pergere animo forti, Vide Pergo.
Solicitare animum. Celsus lib 3. cap. 11, Si nauigationem aliqua res prohibet, lectica vel alio modo corpus dimouēdum est, tum à negotiis abstinendum est, omnibúsque rebus, quæ solicitare animum possunt, &c.
Obsequium sumere animo suo, Vide Obsequium.
Tremere animo. Cic. ad Q. fratrem, lib. 1. 1. 7.

Annulus. Annulus signatorius.) Scribe, Valerius lib. 3. cap. 15. De Lucio Sylla.

Annus. Bellicosior annus, In quo plus bellorum geritur. Liu. lib. 10. ab Vrbe, 38. In eum annum quum Q. Fabium C O S. non petente omnes dicerent centuriæ: ipsum authore fuisse Macer Licinius ac Tubero tradunt differendi sibi Consulatus in bellicosiorem annum.
Sitiens annus. Plin. lib. 18. cap. 4. 2. Vide Sitio.
Intra finem anni vertētis.) Adde Suet. in Caligula, cap. 37, ad finem, Ac ne singula enumerem, immensas opes, totúmque illud Tiberi Cæsaris, vicies ac septies millies HS non toto vertente anno assūpsit. Hoc est finito, cōuerso, euoluto. Cic. 2. de Nat. deorū, 77, Infra hanc stella Mercurii est (ea σφῦρον appellatur à Græcis) quæ anno ferè vertente, signiferum lustrat orbem.
Imbellem annum agere, Vide Imbellis.
Annuum est hoc fieri. Plinius lib. 11. ca. 39. 4, Quadrupedibus pilum cadere atque subnasci, annuum est.

Anniser) Adde, Idem Plin. li. 16. cap. 16. 2. Cedri & iuniperus & ilex anniferæ habentur, nouúsque fructus in his cū annotino pendet. Seipsum exponit Plinius.

Antefero. Anteferre alicui alterū de re aliqua. Cic. pro Corn. Balbo, 36, Quis dubitet de fœderibus & de toto iure pacis & belli, omnibus iuris peritissimis Imperatores nostros anteferre?

ANTENOR. Antenoreus, Adiectiuū: vt Antenoreus lar. Mart. lib. 1. 71. ad Flaccum.

Anthos. Anthologica, pen. cor. anthologicōrum, n. g. Libri de floribus tractantes. Plin. lib. 21. cap. 3. 8, De floribus extra supradictos scripsit Theophrastus apud Græcos. Ex nostris autē inscripsere aliqui anthologicōn.

Anthrax. Anthracina fortuna vti. Plaut. Rud. 13. 47. Legitur & anatina.

Antiades & paristhmia dicūtur à Græcis, quæ à Latinis tonsillæ. Sunt autem inflammationes circa eas partes quæ mela, id est poma, à neotericis verò amygdalæ nuncupantur. Celsus lib. 7. cap. 11, Tonsillas quæ post inflammationem indurescunt, Græci Antiades appellant.

Antichresis, pen. prod. pignus est quod ita datur, vt eius vsum & fructum pro vsuris sibi creditor computet: puta, si tibi tradā fundum ea conditione, vt eum pignori habeas, donec tibi centum soluerim: & interim fructus colligas pro vsuris quas alioqui tibi præstare debuissem.

Antideo, antidis, antidire, pro Anteire, apud antiquos. Plautus Persa, 2. 1,
Qui sunt, qui fuerunt, quique futuri sunt posthac, ego
Solus omnibus antideo facilè miserrimus hominum
Vt viuam.

Antilegomena, pen. corr. neut. gen. plur. nume. Verri potest, Contradictiones. Plin. lib. 20. ca. 8, ad finem, Petronius Diodotus, qui Antilegomena scripsit, in totum damnauit serim multis modis arguens.

Antipelargia) Adde in fine, Ea siquidem parentes senio confectos alere traditur ab Aristotele, infantiæ suæ vices repēdens.

Antiquus. Non adeò antiquitus placuit. Plin. lib. 2. cap. 2. 1.

Antistes. Antistita.) Adde in fine. Virg. in Ciri, Idáve barbarico Cybeles antistita buxo.

Antistia, apud Ouidium 15. Meta. 83,
-tractúque comis antistia Phœbi
Non professuras tendebat ad æthera palmas.

Anus, ani. Suppurat anus. Celsus lib. 7. cap. 30, Siquando autem ex inflammatione pus in his oritur, vbi primum id apparuit, incidendum est, ne anus ipse suppuret.

Anxius. Anxius gloriæ alterius. Liuius 5. bel. Pun. Id ambo ægre passi duces, magis Hanno, iam anxius gloriæ eius.

Aperio. Naues aperiæ, Vide Constratæ naues in Nauis, & in Consterno.

Apes. Apes cur putentur Musis dicatæ, Vide Musarum volucres in MVSA.

APHRODITE. Aphroditen dici Venerē putat Aristoteles, quòd spermatis natura sit ἀφρώδης, id est spumosa. Quæ ité ratio efficit vt album sit: spuma enim alba est. Didymus existimauit Aphroditen nuncupari παρὰ τὸ ἁβρὸν τῆ διάνοιᾳ, id est à vitæ mollitie. Φ enim cognata videtur literæ P. Nam Philippū aliqui Bilippū appellant, sicut Phrygas Brygas. Cælius lib. 19. cap. 18.

Apilascus, huius apilascūdis, pe. prod. Plin. lib. 33. cap. 4. 1, de auro, Quod effossum est, tunditur, lauatur, vritur, molitur in farinam. Nam quod ad pilas cudunt, apilascudem vocant.

Apostolus. Apostoli, apostolorū, ex Græca interpretatiōe sūt dimissoriæ literæ, ab ἀποστέλλω verbo, quod remitto significat. Vnde & Apostole, apostoles, remissio. Apostolos, ait Liuius, fregit in Senatu. Extat apud Iurisconsultos titul⁹ De libellis dimissoriis qui dicūtur Apostoli, in libro quinquagesimo Digestorū. Modestinus quoque de Verborū significatione. L. Dimissoriæ, Dimissoriæ, inquit, literæ dicuntur, quæ vulgò apostoli.

Apotheca) Adde, Plau. Trinum. 14. 18, Num apponam apothecam insuper?

Apoxyomenos, penult. corr. Abradens, distringens. ἀποξύομαι, distringo. Plin. lib. 34. cap. 8. 15, Tanta populi Romani contumacia fuit, vt magnis theatri clamoribus reponi Apoxyomenon flagitauerit. Paulo antè vocauerat, distringentem se. Signum erat æreum, quod abstulerat Tiberius imperator.

Appello. Appellare authorem. vt, Fides authorem appelles, Plin. libro 28. cap. 2. 5. hoc est, Fides sit penes authores: non enim hîc fidem meā obstringo, sed ad authores relego lectorem.
¶ Appellare solum, Terram solicitare, & cultura velut implorare vt fœtum pariat. Plinius lib. 16. cap. 35. 5, Sed in Creta quocunque loco terram mouerit quispiam, nisi seratur alia, hæc gignitur, protinúsque emicat. Illa verò etiam non appellato solo, ac sponte, maximéque in Iudæis montibus, &c. Terram mouere, & Appellare solum, idem valent.

Appeto. Artium liberalium appetentia. Plin. lib. 13. cap. 2. 19.
Appetentia ciborum inuitatur vino. Plin. lib. 13. cap. 2. 14.

Apprimo. Apprimere ad. Plin. lib. 16. cap. 2. 7, Et ad ossa carnes apprimente.

APPIA via.) Appias, patronymicum fœm. Vnde Appiades deæ, de quibus apud Ouidium lib. de Arte amandi 3,
His Venus e templis multo radiantibus auro
Læta vides lites, Appiadésque deæ. Et rursum de Remedio amor. libro 2,
Turpe vir & mulier iuncti modò, protinus hostes?
Non istas lites Appias ipsa probat. Appiadas dici deas interpretantur grammatici, Venerē, Pallada, Pacem, Concordiam, Vestam, prope Cæsaris forum erectis earum templis. Nuncupari verò sic ab aqua Appia quæ in idem deducta forū esset. Nā Epistol. familiarium lib 3. 2. 5, M. Tullius per iocum ad Appium scribens, Idque me, inquit, quoniam tu ita vis, puta non inuita Minerua esse factarum: quam quidem ego si fortè de tuis sumpsero, non solum Pallada, sed etiam Appiada nominabo. Cælius lib. 11. cap. 1.

Aptus. Aptæ instructæque remigio naues, Vide Nauis.

Aqua. Aqua & igni interdici solet, &c.) Adde in fine, Alterū

enim quasi masculũ elemẽtum est: alterũ quasi fœmininũ. Alterum actiuum: alterum patibile. Ideóq; à veteribus institutum est, vt sacramento ignis & aquæ, nuptiarum fœdera sanciãtur: quòd fœtus animantium calore & humore corporentur atque animentur ad vitam. Quum enim cõstet omne animal ex anima & corpore: materia corporis in humore est, animæ in calore: quod ex auium fœtibus datur sciri, quos crassi humoris plenos nisi opifex calor fouerit, nec humor potest corporari, nec corpus animari. Exulibus quoq; ignis & aqua interdici solebat. adhuc enim videbatur nefas, quãuis malos, tamẽ homines, supplicio capitis afficere. Interdicto igitur vsu earum rerum quibus vita cõstat hominum, perinde habebatur, ac si esset qui eã sententiam exceperat, morte multatus. Adeò ista duo elementa prima sunt habita: vt nec ortum hominis, nec sine iis vitam crediderint posse constare.

Implorare aquas cælestes. Horat. 1. epist. 1. 58,

Poscit opem chorus, & præsentia numina sentit:
Cælestes implorat aquas docta prece blandus.

Inquinata cadaueribus aqua. Cic. 5. Tuscol. 137.

Aquariolus) Adde in fine,

Aquarioli præterea dicuntur, qui vxoris stupra æquo animo patiũtur. Apuleius in Magia, Hisce auditis, exacerbatus aquariolus iste vxoris suæ, ita ira extumuit, ita exarsit furore, vt in fœminam sanctissimam digna cubiculo suo diceret.

AQVILO. Hyems Aquilonia, In qua plurimum flarunt Aquilones. Plin. lib. 17. ca. 1. 5, Hyemem quidem Aquilonia esse, omnibus satis vtilissimum.

Ara. Ara sita alicui. Tacit. lib. 2, Et veterem aram Drusi sitam diiecerant. Idem lib. 3, Vrbémque Philopolim à Macedone Philippo sitam.

Aranea. Aranea, Aliter. Plin. lib. 24. ca. 9. 1, Salicis fructus ante maturitatem in araneam abit. Araneam intelligo lanuginem. Eodem enim libro cap. 11. 1, dicit, Foliis araneosa lanugine obductis.

Araneum, huius aranei, &c. Plinius libro. 17. ca. 14.) Scribe, cap. 24.

Et subiunge,

¶ Araneum, aliud in calamo odorato. Plin. lib. 12. cap. 22. 3. Inest fistulæ araneum, quod vocant floré. Præstantior est cui numerosius.

Arbor. Infœlix arbor. Plin. lib. 24. cap. 9. 11, Vulgus infœlicem arborem eam appellat, vt diximus, quoniam nihil ferat, nec seratur vnquam.

Arbustus, arbusta, arbustum, adiectiuè etiã dicimus. Plinius lib. 10. cap. 19. 1, Transpadana Italia iuxta Alpes Larium lacum appellat, amœnum arbusto agro, ad quem ciconiæ non permeant. Sic enim reposuit Beatus Rhenanus ad exemplaris Murbacensis recognitionem. Comparatiuo vsus est Tertullianus in calce secundi libri aduersus Marcionem scribens, Deum res suas arbustiores in primordiis procurasse, bona ac rationabili æmulatione maturitatis. Arbustiores, hoc est luxuriantiores.

Arca. ¶ Arcas Vitruuius appellat ab arcendis aquis ab opere, tabulationes intra aquã circundatas. Alii aquaria septa vocant. Nostrates *bastardeaux* dicunt. His opus est ad arcendam aquam tantisper dũ pontes in fluminibus aut mari extruũtur. Budæ⁹.

Arcarius, dicitur qui publicam asseruat pecuniam. Hieronymus pro eo quod est in exemplari Græco *διαιτητὴς*, vertit arcarius in fine epistolæ Pauli ad Romanos: Salutat vos, inquit, Erastus arcarius ciuitatis. Erasmus intelligit Quæstorem ærarii, seu præfectũ ærario. Titulus est in Codice Iustiniani De susceptoribus, præpositis, & arcariis. Est etiam Arcarius priuatus, non solùm publicus. Scæuola lib. 40. Digest, in titulo de Fideicommissariis. L. Thais, Stichum rationibus redditis manumitti volo. Stichus arcarius probante domino nomina fecit. Originẽ ducere putauit Calepinus ab Archos, quum tamen sit manifestum ab arca deriuari, vt sit arcæ custos in qua reconduntur pecuniæ seu publicæ seu priuatæ.

Archigubernius / est gubernatorum princeps, siue classis præfectus. Nomen est compositũ ex Græco & Latino, quod rarum est admodum. Meminit Iabolenus lib. 36. Digest. tit. ad Senatusconsultum Trebellianum. L. Eius, Saturnius, inquit, archigubernus ex classe Britannica.

ARCHILOGVS, &c. quòd ei filiam) Adde, Neobolen.

eúmque) Adde, vnà cum filia.

in eum) Scribe, in eos.

compulit) Adde, Testis Acron in Horatium Epod. 6. 3.

Cic. in Tusculanis) Adde, lib. 1. 5.

Architectus. Architectio, architectionis, f. g. Plin. li. 10. ca. 71, In quo vel præcipua naturæ architectio.

Arction herba, Vide **Personata.**

ARDALIDES Musæ cognominatæ sunt ab Ardalo Vulcani filio, qui quum ad Troezenios tibiã & Musas detulisset, eas ita appellauit. Authores Plutarchus in Symposio, & Stephanus. Amplius addit Pausanias, apud Troezenios veterem fuisse aram, super quam Musis & Somno rem sacram faciebant, quòd scilicet somnum esse deum Musis præcipuè amicum arbitrabantur.

Ardea. Ardea, Auis, &c. Græce dicitur *ἐρωδιὸς*) Adde, Sunt qui putent eam esse anem, quam vernacula lingua *Heronem* vocat.

Arduus. ¶ Arduus, Difficilis: vt Solũ arduũ opere, Quod difficilè colitur. Plin. lib. 17. cap. 4. 5, Sed idem sõlum vbicũq; arduũ opere, difficile cultu, bonis suis acrius penè quàm vitiis posset, affligit agricolam.

Arco. Aridus aspectu. Plin. li. 12. cap. 16. 1, Quòd aspectu aridior est. De myrrha.

Aridus visu. Plin. lib. 12. cap. 17. 5, Ipsum visu aridum statim tactu molliscere.

Argema/pen. cor. argématis.) Adde, Plin. lib. 25. ca. 13. 1, Vtriusque succus oculorum caliginem discutit cum melle, & ex ictu cruorem, & argema rubens.

Argentum. Argẽtum factum, atque signatum) Adde in fine, Argentum factum, vocatur paratum, non rude, sed elaboratum cælatúmque. Nam quæ absoluta paratáque sunt, facta eruditioribus dici solent, sicuti apud Martialem, Tu factam tibi rem statim putasti. Distinguitur tamẽ à signato, quod ex Seneca cognoscimus de Beneficiis primo: Libentius donabo argentum factum, quàm signatum. Liuius lib. 4. bel. Maced. 30, Cautũ erat, quo ne plus auri & argenti factũ, quo ne plus signati argenti & æris, domi haberemus. Apud eundẽ ærario illatum infectũ argentũ legimus. Apud Paulum Octauenus ita definit, Infectæ materiæ pondus, signatæ verò numerum, factæ autem speciem dici oportet.

ARGO nauis) Adde in fine, Vide Diodorum lib. 5. cap. 3. Et Valerium Flaccum lib. 1. Sed in primis Hyginum fabula 14

ARIADNE) Adde in fine, Vide Hyginum in astronomico poetico, lib. 2.

ARISTAEVS) Adde in fine, Vide Musarũ volucres in MVSA.

Arma. Victricia arma. Virg. 3. Æneid. 11.

Arrigo. Arrectarius) Adde in fine, Vide Cratiti⁹ in **Crates.**

Arrugia. Arrugia. &c. Plin. li. 33, &c.) Adde. Ibidem, 11, Aurum arrugia quæsitum non coquitur, sed statim suum est. Inueniuntur ita massæ.

Ars. Mediæ artes quæ dicantur, Vide **Medius.**

Victa ars malo. Cels. lib. 5. cap. 26, Deinde vbi grauis metus sine certa tamen desperatione est, indicare necessariis periclitantis, in difficili rem esse: ne si victa ars malo fuerit, vel ignorasse, vel fefellisse se videatur.

Artemon) Adde, penult. corr. & in fine Basius putat esse velum nauis: in quem sensum dicit accipi Actorum cap. 27, Quod nomen etiam nunc Venetiis retinet. vocant enim Artimon.

Arteriace/arteriaces, pen. corr. f. gen. Medicamentum quod & diacodion vocatur. Plin. lib. 20. cap. 19. 3.

Artus. Molli articulo aliquem excipere. Quintil. lib. 1. cap. 13,

¶ Articuli segetum. vnde seges in articulum ire dicitur. Punius libro 18. cap. 17. 9, Si in articulum seges ire ceperit, runcare, ne herbæ vincant.

Articulatio. Plinius lib. &c.) Adde in fine, Idem lib. 17. cap. 21. 10, Surculis etiam quibusnam sit articulatio arboris, non omittendum videtur. Adde præterea,

¶ Articulatio, Morbus vitium. Plinius libro 17. cap. 24. 10, Vitibus præter vermicalationem & syderationem morbus peculiaris articulatio, tribus de causis. vna, vi tempestatum germinibus ablatis: Altera, vt notauit Theophrastus, in supinum excisis Tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum iniuriæ in articulis sentiuntur.

Asa. Asa, fœtida: vel vt alii proferunt, Assa putrida: vulgò à medicis & pharmacopolis dicitur, quod Latine Laser nuncupatur, Græcè *σίλφιον*.

ASOPVS, fluuius est, teste Liuio lib. 6. belli Maced. alluens Heracleam ciuitatem, sitam in radicibus montis Œtæ. Hunc esse cõici potest, de quo Plinius lib. 4. cap. 10, In ora Heracles, flumen Apilas. Illic à Bocatio Asassus, ab aliis Asurus vocatur.

Asper. Aspritudo) Lege, vt lib. septimo, cap. 23, Linguæ aspritudo. Ibidem, cap. 26, Calculi aspritudo.

Extenuare aspritudinem. Cels. lib. 6. cap. 6, de alio genere inflammationis oculorum, At alia quoq; vtilia sunt, quæ ad extenuandam aspritudinem fiunt.

Aspicio. Scaber aspectus. Plin. lib. 22. cap. 25. 3, Alterum scabro aspectu, incuruum, fructuosum. De balsamo. Vide **Scaber.**

Rancidus aspectus. Plin. lib. 22. cap. 25. Vide **Rancens.**

ASSABINVS, Deus est apud Æthiopes, qui vulgò Iupiter. Plin. lib. 12. cap. 19. 4.

Assero. ¶Assertio prima erat, quum quis aliquem liberũ esse asserebat: qui si prima assertione liber non fieret, secundò asserebatur, ac item tertiò, si secundò victus esset. & hæc dicebatur secunda & tertia assertio. Nam assertiones, bis, térque apud Priscos fiebant.

Secunda assertio. Quintil. lib. 5. cap. 11, Aut quum de eadem causa pronuntiatum est, vt in reis deportatis, & assertione secunda. Quæ sit secunda assertio, scribit Cælius lib. 17. cap. 19, perob. eorum esse, asserens secundam assertionem tum locum habere, quum liberto ob ingratitudinem adimitur libertas: sed ignorantia iuris fallitur. Nam quæ sit secunda assertio, facilè doceri potuit ex L. 1. Cod. De assertione tollenda. Hodie istæ assertiones sunt sublatæ, quia causa liberalis semel finita amplius non mouetur.

Asso. Assa & elixa. Celsus lib. 7. cap. 3, Transcendum paulatim ad assa ab elixis.

Assicco, &c. in sole assiccauit.) Adde, Idem lib. 11. cap. 50. 11, Atq; ita spongia omnis humor assiccetur. Paulo pòst, Nonnulli prius amurca, deinde aqua vasa perluunt, & assiccant.

Assigno. Assignare locum alicui rei.) Legendũ, Assignare aliquid loco suo.

Assisto. ¶Assistere, Quiescere, non moueri. Plin. lib. 36. ca. 16. 2, Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit, & patitur moresurahitur nanq; à magnete lapide: domitrixque illa rerum omnium materia ad inane nescio quid currit: atque vt propius venit, assistit, tenetúrque, & complexu hæret.

Assumo. Assumere aliquem in nomen: pro Captare) Scribe, Cooptare.

Assumere aliquid authoritatis. Cicero Bruto, Vellet per te aliquid authoritatis assumere.

Asterno, &c. astrãui, astrãtum) Adde, pen. prod.

Phaetontis) Scribe, Phaethontis. Phaetonta) Phaethonta. Et in fine, Hoc est, iuxta sepulchrum prosternuntur, & iacent.

Astynome, pen. corr. filia fuit Chrysæ, quam Homerus Chryseida nuncupat: sicuti Briseida idem author vocat, quæ fuerit Hippodamia. Erãt verò Brises & Chryses fratres. ex quibus Brises Pedasum incoluit, Chrysam verò Chryses, quorum pater fuit Ardys. Cælius lib. 24. cap. 5.

Ata, Atæ, siue Ate, Ates, Latinè dici potest noxa, detrimentum, nocumentum. Hanc existimauit Homerus esse dæmonem humano generi noxium. In libro siquidem Iliados nono, Grassatur (inquit) Ate per vniuersam terram hominibus infesta. Hanc eandem author est Suidas dæmonem esse humano generi infensum & aduersarium, qui diabolus dicitur. sic enim ait, ἄτη ὁ διάβολος ὁ ἀντικείμενος. Eius lapsum è cælo Homerus lib. 19. Iliados ita describit,

Protinus abripuit speciosis crinibus Aten
Iuppiter: adiurátque instinctus sanctius ira,
Haud iterum posthac stellantis culmina cæli
Scansuram esse deam: quoniam esset noxia cunctis.
Ilicet hoc dicto superis ibi feruidus Aten
Sedibus exturbat. mortalia lapsa lacessit. De ea Bessario sic meminit lib. tertio in calumniatorem Platonis, Lucifernm verò (inquit) sua culpa eiectum in terrã, execrandúmque, illi quoque didicerãt ab Homero suo theologo, qui siue beneficio quodam naturæ, siue Molis prophetæ scriptis carmine suo exposuerat lapsum Luciferi: quam ille Aten appellat. Budæus.

Ater. Atricolor, penult. corr. atricolôris, pen. prod. Adiectiuum, Quod est coloris atri. Plin. lib. 1. ca. 7. 4, Alios inuenes atq; pueros, atricolores, aligeros, claudos, &c.

Athamanes, Ætolorum populi. Plin. lib. 4. cap. 1.

Athamas. Athamánticus, pen. corr. Aliud adiectiuũ. Plinius lib. 20. cap. 13. 5, Meu in Italia nonnisi à medicis scitur, & iis admodum paucis. Duo genera eius. Nobilius, athamànticum vocant illi, tanquam ab Athamante inuentum: hi, quoniã laudatissimum in Athamania reperiatur.

Athena. Ἀθήνη, ας, ὁ, vt nonnulli putãt, dicta est Minerua, quasi Athurena, ἀπὸ τοῦ ἀθρεῖν quod videre significat. Palladẽ enim intelligunt prudentiam quæ omnia prospiciat, & intellectualem prouidentiam. Mythici tamen sic dictam tradunt, quòd de Iouis capite prosilierit integræ puellæ ætatis, nec habera fugere fuerit necesse, quod πτάσθαι dicunt Græci, & scribit Eustathius: vt dicta sit Athena ἀπὸ τοῦ ἀθέρα, quasi Athela ἀθέλα, quòd lactata non sit. Ex Cælio lib. 14. cap. 18.

Athleta. Athleta erat qui non lucri, sed virtutis causa in publicum certamen cum bestiis, aut aliis pugnaturus descendebat. Vlpianus in L. Athletas. ff. De his qui notantur infamia, Athletas autem Sabinus & Cassius responderunt omnino artem ludicram non facere. Virtutis enim gratia hoc eos facere. Illicet lucri causa non certarent: tamen si ter victores extitissent, & tribus coronis de publico donabantur, & ciuilium munerum vacationem consequebãtur. Vide librum decimum Codicis de Athletis.

Atque. Atque, post comparatiuum. pro Quàm. Hora. 2. Serm. saty. 7. 2, Qui peccas minus atque ego?

Atrophia.) Adde in fine, Idem libro 17. cap. 8. 8, Explent sinus vlcerum, & atrophia carnosiora faciunt.

Attento. Attentari sententia dicitur, quum per appellationem an iusta fuerit discutitur. Vlpianus in L. Elegãter. §. Tunc enim. ff. de Condict. indeb. Tunc enim rescriptis locum esse credendum est, quum de sententia indubitata, quæ nullo remedio attentari potest, transigitur.

Attero, atteris) Post Plinii exemplum adscribe, Idem lib. 10. cap. 74. 1, Asinus atterens se spinetis. Id est affricans.

Aucceps. Aucupatio) Adde, Quintil. in Apibus pauperis, Multa nihilominus quæ libera fuerant, transeunt in ius occupantium, sicut venatio, & aucupatio.

Audio. Clarissimè audire. Plin. lib. 10. cap. 70. 1.

¶Audit arbor arborem, hoc est admittit, & ei facilè & vsqueadeò volens atq; obediès agglutinatur. Plin. lib. 16. ca. 43. 1, In omni genere & glutinũ abdicant quædã, & inter se, & cum aliis infociabili glutino, sicut robur. Sed nec ferè cohærent, nisi simili natura: vt liquis lapidem lignúmque cõiungat. Cornum maximè audit sorbus. carpinus, buxus, pustea tilia.

Auditioni occupatum sedere.) Vetus codex apud Plinium legit operatus, non occupatum.

Auditus solers. Plin. lib. 8. cap. 18. 1, Vulpes, animal alioqui solerti auditu, &c.

Transitum auditus aperit acetũ scillinum. Plin. lib. 23. ca. 2. 1.

Grauitatem audit⁹ diluit oleum amygdalinum. Plin. lib. 23. cap. 4. 8.

Auellana, pe. &c.) Scribe Plinius lib. 15. cap. 22. Et adde ad finẽ, In Asiam Græciámque è Ponto venêre: & ideo Ponticæ nuces vocantur.

Aufero. Auferre per iudicem, est iudicis authoritate & sententia rem assequi. Vlpian. in L. Apud Celsum. §. Quod si is. ff. De doli mali & met⁹ except. Deinde creditor eam pecuniam retinet, quam per iudicem abstulit.

Fœtus ablatus vberibus. Plin. lib. 8. cap. 55. 1, Fœtus ventre exectos, vel vberibus ablatos, non repurgatis interaneis, gratissimo in cibatu habent.

Augeo. Augere aliquid ad infinitum. Plin. lib. 2. cap. 21. 5, Fortius augere aliquid. Plin. lib. 11. cap. 2. 1, Interim fortius augetur authoritas.

Augustus, &c.) Adde, Augustum & Cæsarem id habere discriminis, author est Ammianus Marcellinus, vt Augusti hi dicantur qui nunc regnant, & ab Senatu Imperatoris nomine honestati sunt. At Cæsares dicuntur, qui ab ipso Augusto electi sunt ad regendam aliquam prouinciam cum Cæsaris honore tantũ, donec Augustus vixerit, post eius mortem successuri in imperio.

Auiditas. Auiditas ad cibos. Plin. lib. 10. cap. 16. 4, Concoctionem mirè adiuuat, & ad cibos auiditatem.

¶Auiditates fœminarum. Plin. lib. 20. cap. 21. 5, Adeóque ex Veneri nascuntur, vt semen vnicaulis asperum genitali fœminarum auiditates augere ad infinitum Xenocrates tradat.

Aula, aulæ.) Scribe,

Aulo, propriè locus est qui perflatum habeat. Nam hoc nomine apud Homerum hypæthra, id est subdialia semper intelliguntur, vbi esset Hercei Iouis ara. Aula verò dicitur tibia, per quam item commeat spiritus. Aulas nunc pro Regiis vsurpamus, quante se loca habeãt subdialia & ampla. Cæli⁹ lib. 11. ca. 5.

Aura. Cereales auræ. Plin. lib. 15. cap. 19. 1. Hoc est maturitatẽ facientes.

Aurea) Adde in fine, Vlpia. in L. Quid tamẽ. ff. De cõtrah. empt. Viputa cohæredes viriolã, quæ aurea dicebatur, pretio exquisito, vni hæredi diuidissent, atque inuẽta esset magna ex parte ænea: Alii codices legunt Aureola.

Aurio. Sonãt aures. Cels. lib. 1. ca. 3, Item prodest ei cui pectus æstuat, & frequens saliua vel nausea est, aut cui sonãt aures, aut madent oculi, aut os amarum est.

Sonant aures intra seipsas. Cels. lib. 6. cap. 7, Aliud vitii genus, vbi aures intra seipsas sonant.

Tarditatem aurium gargarizatione purgat, & transitum auditus aperit. Plin. lib. 23. ca. 1. 1, de aceto scillino. Ibidẽ, ca. 4. 11.

Aurita aduncitas rostri. Plin. lib. 10. cap. 49. 1, Pegasos equino capite volucres, & gryphas aurita aduncitate rostri, fabulosos reor.

Auro, herbæ nomen, Vide **Alimon.**

Aurum, Aurũ argẽtosum, Vide Argentosus in **Argentum**

Aurum textile. Plin.lib.33.ca.5.12, Nos vidimus Agrippinam Claudii principis, ædente eo nauale prælii spectaculum, assidẽtem ei, indutam paludamento, auro textili sine alia materie.

Aurátilis, & hoc aurátile, pen.corr. Solin.cap.15, Fœminis nitor purus est: mares pũctulis ad gratiam interlucentibus auratilis pulueiculus variat.

Auspex. Auspicio atq; ductu) Adde, Liu.8.bel.Pun.66, Ductu, auspicióque Augusti Cæsaris perdomita est.

Auster. Austrinus Polus. Plin. lib.6.cap.19.5.

Author. Euidentissimi authores, Vide **Euidens.**

¶ Appellare authorem. vt, Fides appellet authorem, Hoc est, Fides sit penes authorem. Plinius lib.18. cap.1.3, Fides tantum authores appellet.

Referre ad authorem. Celsus lib.5.cap. 18, Quod ad Polyarchum authorem refertur.

Sub authore. Celsus lib.5.cap. 18, Fertur etiam ad digerenda quæ coeunt sub authore Medo.

Authorâtus, pen.prod. Horat.2.Serm.saty.7.11,

Quid refert virgis vri, ferróque necari?
Authoratus eas, an turpi clausus in arca,
Quò te demisit peccati conscia herilis
Contractũ genibus tangas caput? Vbi Acron, Authoratus, inquit, id est addictus, condemnatus. Qui se vendunt ludo, authorati dicuntur. Authoratio enim dicitur venditio gladiatorum.

Autumnus. Autumnus, Adiectiuũ, Idem quod Autumnalis. Plin.lib.19.ca.6.9, de porro, Seritur semine ab æquinoctio Autumno. Idem lib.21.cap.5.4, Post Arcturum enim florent, ac per æquinoctium Autumnum.

Auus. Auitæ vmbræ, pro maiorum vmbris, Id est animab⁹. Ouid.1. Fast.9, At Numa nec Ianũ, nec auitas præterit vmbras.

Sanguine auito nobilis. Propert.lib.2.eleg.25.8.

Auxilium. Valẽtissimum auxilium. Celsus lib.4.ca.21, Inulæ quoq; radix contusa, & in vino austero postea cocta, & latè super coxam impositа, inter valentissima auxilia est.

Validius auxiliũ. Celsus lib.3.cap.12, Si vehementior noxa est, ac neque febricula, neque tussis quieuerit, tenuariq; corpus apparet, validioribus auxiliis opus est.

Rapere auxilia etiam cum temeritate. Cels.lib.3.cap.7, Nam quo celerius eiusmodi tempestates corripiunt, eo maturius auxilia, etiamcum quadam temeritate rapienda sunt.

Sustinere auxilium. Celsus lib.2.cap. 10, In pueris verò idem experiri, & in senioribus, & in grauidis quoque mulieribus, vetus non est: siquidem antiqui primam, vltimámque ætatem sustinere nõ posse hoc auxilii gen⁹ iudicabant: persuaserántq; sibi, mulierem grauidam, quæ ita curata esset, abortũ esse facturam.

Axenvs, Vide **Evxinvs.**

Axones, pen.prod. Galliæ populi in finibus Rhemorum, Axonæ fluuii accolæ. Lucanus lib.1. 85, Et Biturix longíque leues Axones in armis.

B

Balliones dicuntur lenones, à Ballione Plautino lenone. Cælius libro 13. cap .1. Vtitur Cicero 2. Philipp. 39. Et pro Roscio Comœdo, 11, Ballionem illum improbissimum & periurissimum lenonem.

Balneum. ¶ Balneũ ex Græcis quidã interpretãtur dici παρὰ τὸ ἀναβάλλειν τὰς ἀνίας, à curarũ videlicet solicitudinúmq; repulsu. Quod etiam testatur Augustinus lib.9. Confessionũ. Hoc autẽ rationib⁹ peruincere conantur Grammatici: quoniam si id verum esset etymon, scribendum fuerat per i, sed modò per u scribitur, quod sciunt omnes, hoc est βαλανεῖον. Propterea inquiũt astruendum est, fieri ἀπὸ τοῦ βαλάνου, quoniam balanos succendere moris fuit veteribus, παρὰ τὸ ταῖς βαλάνοις ἄειν. Nam Epaphroditus ἄειν exurere interpretatur. Suidas scribit veteres glandibus vesci solitos: cortices verò igni alimenta præbuisse. Cælius lib.30.cap.17.

Experiri balneum. Celsus libro 3.cap.15.

Tentare balneum. Celsus libro 3.cap.15, Igitur si tertiodecimo die morbus remanebit, balneum neq; ante febrem, neq; post eam tentandum erit, nisi interdum iam horrore discusso.

Balteus. Balteus corticis. Plinius lib.16.cap.37.1, In proceritatem magnam emittunt iugis cinearum pertícas, pariúntque balteo corticis vincula. De salicibus.

Bambalio, vocabulum est ignominiosæ appellationis. Scribit enim Cicero Philippica tertia, 135, M. Fundum nescio quem prorsus contemptibilem, fuisse cognominatum Bambalionem ab hæsitantia linguæ & stupore cordis. Causam opinamur esse, quia densiorem mutarum in verbis concursum detestantur Græci, propter eum quem vocant psellismum: vt in meso paracimeno μέσιαν. Sic & in verbo τέτιμαι, veriti cacophoniam, ab vsu id tempus abdicarunt, quia βομβώδη ὄνομα efficiat, id est, bombo persimilem stridoris sonum: in quem lusit facetissimè Comicus, βομβαλιβάξ, vnde factum Bambalioni nomẽ putamus. Cælius lib.13.cap.1.

Barba. Barba virgultorum tonsilis. Plin.lib.17.cap.13.3, Tonsili in his tenuium quoque virgultorum barba, ne obumbrent.

Ponere barbam) Adde, Vide ¶ **Pono** & **Depono.**

Basaltes, Genus marmoris de quo Plinius lib.36. cap.7.5, Inuenit eadem Ægyptus in Æthiopia, quem vocãt basalten, ferrei coloris atque duritiæ, Vnde & nomen ei dedit.

Batuo, &c. Ita vt batuerétur ante ictum vlcera.) Lege antehac.

Bellum. Bellum à Prælio differt. Liu.9. ab Vrbe, Qui eò extollũt, quòd Po.Rom. etsi nullo bello, multis tamẽ prælijs vict⁹ sit.

Bellicosior annus, Vide **Annus.**

Bero, Beronis, & Berno, Bernonis, nomina sunt propria, sed barbarica, nempe Germanica. quorum vtrunq; Latinè significat vrsum. Hinc Berna Heluetiorũ oppidum, & eorũ insigne Vrsus.

Bethdagon, Latinè dicitur domus seu templum Dagon. Syrorum autẽ lingua Dagon piscis dicitur: vt sit Bethdagon, templum piscis. De hoc frequens in Sacris literis mentio. Est autem Dagon eadẽ quæ & Derceto. quam Strabo, Plinius, Macrobius, & alii plerique tum Atharam, tum Atergatin vocant. De quibus nominibus & quomodo in piscem mutata dicatur, vide suis locis. Eandem opinantur Astarten quoque dici.

Bibo. Bibere candorem. Plin.lib.31.cap.vltimo,2, de spongiis, Candidæ cura fiunt: è mollissimis recentes per æstatẽ tinctæ salis spuma, ad lunam & pruinas sternuntur inuersæ, hoc est, qua parte adhæsere, vt candorem bibant.

¶ Bibere morsu) Adde post Plinii verba, Ibidem, Bibunt aues suctu.

Lana quoque colorem bibit. Plin.lib.8.cap.48.4, Lanarum nigræ nullum colorem bibunt.

Bibula charta) Scribe, Plin.lib.8.epist.13, ad Iuniorem.

Biceps, &c. Bicorpor, Scribe **Bicorpor.**

Bio. Biennis, & hoc bienne, Duorum annorum.) Adde, Bienne spatium. Plin.lib.2.cap.81, ad finem, Vtpote quum quidam annuo & bienni spatio durauerint.

Bini, binæ, bina. Pro adiectiuum plurale: legendum Numerus distributiuus.

Bipedaneus, Aliud adiectiuum) Adde in fine, Idem lib.11.cap.33, Modũ altitudinis & latitudinis eorum abundè est esse bipedaneum. Plinius lib.17.cap.10.3, Populus alba seritur bipedaneo pastinatu.

Biremis, huius biremis) Adde, Leues biremes ex Appiano Bayfius eas interpretatur, quæ & lyburnicæ dicuntur. Nos vulgò *galeras* vocamus.

Bonus. Optimus quisque ita loquebatur, &c. Idem pro Sestio) Adde, 83, Vt sua consilia optimo cuique probarentur.

Melioresco, &c. Columel. &c. peiorem) Lege proiorem.

atque) lege Itaque.

melioresci) Adde, Ex vetusto codice legitur, melior exit.

Meliôro, melióras, pen.prod. meliorâre, Melius reddere. Vlpian. in L. Si cuius rei. §. Inde quæsitum. ff. de Vsufruc. & quemadmodum quis vtatur, &c. Forsitan etiam hæc deiicere poterit, siquidem ei permittitur meliorare proprietatem.

Secunda bonitas. Plin.lib.12.cap.13.1. De amomo.

Súma bonitatis, natione constat. Plin.lib.21.ca.14.1. de melle.

Præcipua bonitas virgultorum tenuissimis partibus. Plin. libro 2.cap.19.5.

Botulus, pen.corr.) Adde ad exemplum Martialis, Idem libro quinto, Et pultem nineam premens botellus.

Botularius, Botulorum venditor confectóque. Botuli teste Festo, farcimina erãt. de his ita scribit Apicius, Botulũ sic facies, ex oui vitellis coctis, nucleis pineis concilis. Cepam addes, porrũ concisum, thus crudũ. Miscebis piper minutũ, & sic intestinũ farcies. Adiicies liquamen & vinũ, sicque coquas. Erat quidem botulus mensis omnibus gratus, sed in Saturnalibus celebrabatur præcipuè, dum ex eo corona fieret pulti. Martialis libro 5, Et pultem nineam premens botellus. Botellus enim est parvus botulus. Idem lib.14.77, Qui venit botulus medio tibi tempore brumæ Saturni septem venerat ante dies. Si diligenter omnia perpẽderis, tibi fortè persuadebis, botulũ seu botellũ id esse farcimen quod Galli vulgò *Bodinum* vocant, luxato vt opinor vocabulo.

Brachium. Brachia portuum. Sueto. in Claudio, cap.20, Portum Hostiæ extruxit, circunducto dextra sinistráque brachio.

Brochus vas est vinarium fundendo vino accommodatũ, implendis deplendisque culeis & vasis conditoriis, & vino quocunque modo transuasando. Dicitur à verbo Græco βρύχω, quod fundo significat. Hoc Græci œnophorum ex eo appellant, quòd comportando vino aptum sit. Gallica lingua nomen adhuc ser

uat integrum. Budæus.

Bulimia & Bulimus, hoc est βουλιμία καὶ βούλιμος fames est & esu ritio intolerabilis, à nostris *Canina appetentia*, & *Vaccinus fames* dicitur. Gellius vim famis intolerabilē interpretatur. Ea, teste Galeno, solet accidere vel ob acidos quosdā succos, vel ob frigoris intemperiem, hyeme potissimum. Quippe frigoris violentia calore naturali ad intima coacto, insatiabilis edendi cupiditas iniicitur. Galenus tamē, Auicēna, & Paulus ita distinguunt, vt intelligamus bulimū dici famem magnam subiecti ratione, quia mē bra infester omnia, quanquam stomacho fastidiente. Proinde vniuersa dicitur fames, sicuti appetitus quē Caninū vocant, particularis. Qui post euacuationes, & chronicas febres, quib° resolutio cōtingat multa, excitari consueuit plerunq;. Sciendum verò in Auicennæ codicibus, sicut & Medicorum ferè omniū perperam legi bolimum pro bulimo. Nec desunt qui à bolo defecti putent, tanquā vno tantum bolo expleatur stomachus. Sanius & doctius Serapio tractatu tertio, de Græca ratione sentit profluere, hoc est à βοῦ, quæ particula intendit & λίμος, quæ vox famē indicat. Quod & Auicennæ interpres Genulis obseruauit. Cælius lib. 26. cap. 1.

BVDDAS, Nomen proprium viri. Vide MANES hæresiarcha.

Bulbus. Bulbaceus, Aliud dict. Plin. lib. 21. cap. 16. 1, Radix est bulbacea, mangonicis vanalitiis pulchrè nota. De hyacintho.

Bulla. Excitare bullulas. Celsus lib. 2. cap. 5, Item si vrina modo liquida & pura est, modo habet quædam subsidentia leuia, atque alba rubráve sūt, quæ in ea subsidunt: aut si quasdā quasi maculas repræsentat, aut si bullulas excitat.

C

Cachectus, cachecti, Qui est malo corporis habitu, cui corpus macie confectum est. Cachexia, cachexiæ, Mala corporis habitudo, ex quo omne alimentum corrumpitur. Plin. lib. 32. cap. 10. 4. Cachectis, quorum corpus macie conficitur, tetheæ vtiles sunt eum ruta ac melle.

Cacodæmon, huius cacodæmonis) Lege, malum genium dicunt Latini. Et adde. De Cacodæmone meminit Valerius Maximus lib. 1. de Somniis. Cassii somnium sic enarrans, Apud Actium M. Antonii fratris opibus, Cassius Parmensis qui partes eius sequutus fuerat, Athenas confugit: vbi concubia nocte quū solicitudinibus & curis mente sopita in lectulo iacēret, existimauit hominem ad se venire ingentis magnitudinis, coloris nigri, squalidum barba, & capillo demisso. Interrogatúmq; quisnam esset, respondisse, Cacodæmona. Perterritus deinde tam tetro visu & nomine horrendo, seruos inclamauit: sciscitatúsque est si quem talis habitus aut intrantem cubiculum, aut exeuntem vidissent. Quibus affirmantibus neminem illuc accessisse, iterum somno & quieti se dedit, atq; eadem animo eius obuersata species est. Itaque fugato somno lumen introferri iussit, puerósque à se discedere vetuit. Inter hāc noctem & supplicium capitis, quo eum Cæsar affecit, parnulum admodum tempus accessit.

Cacozelia. Cacozélus, pen. prod. Imitator ineptus. Sueton. in Augusto, cap. 86, Cacozelos & antiquarios, vt diuerso genere vitiosos, pari fastidio sprenit.

Cado. Vt cadet. Cic. Attico, libro 15. ep. 15, Equidem video mihi quoque esse opus viatico: sed id ex prædiis, vt cadet, ita soluetur.

Opitulari casibus grauissimis. Celsus lib. 5. ca. 13, Antidota rarò, sed præcipuè interdum necessaria sunt, quia grauissimis casibus opitulantur.

Caducum ex lege Papia legatum erat, sub aliqua conditione relictum: qua deficiente, cadebat, & redibat vel ad testatorē vinum: vel ad substitutum, eo mortuo. Vnde est titulus apud Iustinianum in Codice, De caducis tollendis.

Cadus, genus vasis vinarii) Adde, Cadus est, quem lingua Gallica vernacula, retinens Latinitatis vestigia, *Caron* vocat. Budæus in libro de Asse.

Caecus. Cæcitas, pe. cor. &c. tā corporis, &c.) lege, Facultatis visus orbitas: & est propriè corporis. ad animū verò sæpe transfertur.

Caedo. Arbores cædux. Papinianus in L. Diuortio. §. Si fundū. ff. Soluto matrimonio, Puto autem si arbores cæduæ fuerint vel germinales, dici oportere in fructum cedere.

Marmor cædere. Papinianus in L. Diuortio. Si vir in fundo. ff. Soluto matrimonio, Si vir in fundo mulieris dotali lapidicinas marmoreas inuenerit, & fundum fructuosiorem fecerit: marmor quod cæsum, neque exportatum est, mariti esse, & impensam non esse ei præstandam.

Sylua cædua, quæ dicatur, docet Paulus in L. Sylua cædua. ff. de Verborum & rerū significatione. Sylua, inquit, cædua est (vt quidā putant) quæ in hoc habetur vt cæderetur. Seruius eam esse quæ succisa, rursus ex stirpibus aut radicibus renascatur.

Cæduæ naturæ frutex. Plin. lib. 21. cap. 19. 4, Siccitate gaudens, stercoris imbre, cæduæ naturæ. De frutice cinnamomi.

Caelo. Argentum cælare. Pomponius in L. Et si non sunt claui. Quid ergo. ff. de Auro & argēto legato, Quid ergo si cœptum sit argentum fabricari, &c. Certè si iam erat factum, sed cælabatur, facti appellatione cōtinebitur. An & cælati appellatione cōtinebitur, quod cælari cœpit? Et puto contineri, sicut fortè cælatum sit argentum legatum.

Æstimatio cælaturæ. Paulus in L. Ex argento. ff. de Condictione furtiua. Ex argēto surrepto pocula facta condici posse Fulcinius ait. ergo in condictione poculorum etiam cælaturæ æstimatio fiet.

Caelum. Varians cælum. Plin. lib. 14. cap. 2. 7, Impatiens varietatis cæli, sed contra tenorem vnum algoris æstúsve constans.

Viride cælum. Plinius lib. 17. cap. 10. 14, Viridi cælo serantur, ac sine aura.

¶ Cælum capitis. Plin. lib. 11. cap. 37. 12, Hoc est viscerum excelsissimum, proximúmque cælo capitis. De cerebro.

Corrumpere cælum. Vlpianus in L. Si cuius. Inde quæsitum ff. de Vsu fructu, & quemadmodū quis vtatur & fruatur, Si tamē quæ instituit vsufructuarius aut cælum corrumpant agri, &c. nō videtur boni viri arbitratu frui.

Caementum. Fundamenta cæmentitia. Iabolenus in L. Qui domum. ff. Locati, Vicinus quum ædificaret in suo, terram in eā aream, amplius quàm fundamenta cæmentitia erāt, congessit, &c.

Cæmentitius riuus. Vlpianus in L. Seruius. ff. de Riuis, Seruius & Labeo scribunt, si riuum qui ab initio terrenus fuerit, aquam non continebat, cæmentitium velit facere: audiendum esse.

CAENEVS, Duarum syllabarum) Dele omnia vsque ad, Nestor apud Ouidium. Illa verò, & quæ sequuntur vsque ad finem, reiice in dictionem CAENIS, Elathei, &c. Postea subiunge his verbis, Vide etiam Seruium in libeum 6. Æneid. 90.

CAESAR. Cæsar quid ab Augusto differat, Vide in dictione AVGVSTVS.

Caeterum. Cæterum omne. Liu. 2. bel. Pun. 88, Inde iam præda grauis ad Lōgunticam peruenit classi: vbi vis magna ipsarti fuit, ad rem nauticam congesta ab Asdrubale. Quod satis in vsum fuit, sublato. cæterum omne incensum est.

CAIVS. Caium tradunt Græci appellatum ab Italis, & Tarentinis mercenarium, aut etiam rudem hominem, ac planè brutū: quia à γῆ quæ terra est, deriuetur γήϊος & γαῖος. Nā à γῆς inflectitur γηΐου. vnde bos γαῦς dicitur velut colonus. Quod si verum est, per G scribi debet & proferri. Cælius lib. 14. cap. 5.

Calamus. Rudis calamus scriptorius. Celsus lib. 7. cap. 11. de Ozæna.

Calamus, pro stylo) Adde allegoricē.

Calculus. Spinosi calculi. Celsus lib. 7. cap. 16, Sunt enim quidā non asperi tantummodo, sed spinosi quoque calculi, qui per se quidem delapsi in ceruicem, sine vllo periculo eximuntur.

Calix. Calix, Vas) post, Fastorum, adde numerum, 101. & in fine, Vocat etiam cratera eadem significatione. Vide **Crater**.

Auratus calix. Propert. lib. 2.

Calliblepharum, &c.) post sex versus, Folia vruntur, Lege, Folia vruntur.

CALLIOPE. Calliope Musa, quæ cantus suauitate cæteras antecedens, magni ab auditoribus æstimatur, ait Diodorus lib. 5. cap. 1. ad finē. Vnde & à bona voce, hoc est ἀπὸ τῆς καλῆς φωνῆς denominatur. Vnde & Homerus eam vocat deam clamantem, & Hesiodus ait eam sequi fortia facta ducū. Pharnutus ipsam rhetoricæ præesse existimat, quæ vim persuadendi obtinet & impellendi populos. Verùm alii Græcorū grāmatici poeticæ præfectam esse aiunt: vnde & frequentius à poetis inuocari solet. Literas quoque huic attribuunt. Qui in Hesiodum cōmentaria composuerunt, Calliopen ideo præstantissimam & Musarū maximam dici voluunt, quòd omnibus carmina & versus præstare dicatur. Ex Calliope, teste Asclepiade, Apollo natos treis sustulit, Ialemum, Orphea, & Hymenæū: & propterea Martianus Capella & Claudianus Hymenæum Musa genitum canūt, licet Catullus Vraniæ genus illum fuisse scribat. Sunt qui non Apollinis Hymenæum, sed Magnetis filium fuisse tradunt, ipsúmque Hymenæum amatū à Thamyra, qui impudicæ veneris author fuerit. Orpheum quoque alii non Apollinis, sed Œagri filium scripserē: quod & ipse Orpheus testatur. Sed & Cymothona ex iisdem Œagro & Calliope progenitum legimus in Græcis commentariis. Scribit Hyginus Calliopen ab Ioue iudicem electam inter Venerem & Proserpinam, quū vtraque Adonin sibi optaret. At illa ita iudicauit, vt dimidiam anni partem vtraque vicissim eum possideret. qua re Venus indignata, Orpheum Calliopes filium Thressis mulieribus obiecit, quæ illum discerpserunt. De Ialemo verò Suidas refert quòd infœlix fuerit, vnde etiā prouerbium factum, Ialemo frigidior, de re admodum frigida

& miſerabili ac flebili: nam & fletum lamentum dicimus. Quidam præterea Sirenas tradidere fuiſſe filias Calliopes, non Melpomenes.

Calor. Euocare calorem in cutem. Celſus lib. 2. cap. 14. Sed tunc quoque vnicũ in frictione præſidium eſt: quæ ſi calorem in cutem euocauit, poteſt alicui medicinæ locum facere.

Suſtinere calorem. Celſus lib. 7. cap. 7. Id vel calido pane, vel cera ſubinde calefacta foueri oportet, ſic ne nimius is calor ſit, ſed facilè ea parte ſuſtineatur.

Calefactus, huius calefactus.) Lege, Calfactus, huius calfactus.

Callus. Excedere callum. Celſus lib. 5. cap. vlti. de fiſtulis, Scilla quoque cocta & miſta cum calce callum exeſt.

Calx, m. g. Inducere calceum alicui præpoſterè, vel perperam, Vide **Induco** ſequenti codice proximum.

Induere calceamentum. Plinius lib. 28. cap. 4. 5.

Camera. ¶ Camera, nauiũ genus. Taci. lib. 19. Quin & barbari contemptim vagabantur, fabricatis repentè nauibus, quas cameras vocant, arctis lateribus, latam aluum ſine vinculo æris aut ferri cõnexam, & tumido mari, prout fluctus attollitur, ſumma nauium tabulis augent, donec in modum tecti claudantur. Sic inter vndas volauntur, pari vtrinque prora & mutabili remigio, quando hinc vel illinc appellere indiſcretũ & innoxiũ eſt.

Campus. Proſternitur campus & materia tuis laudibus, Vide **Proſterno.**

Campeſter, campeſtris, & hoc campeſtre) Adde, vel hic & hæc cãpeſtris, & hoc campeſtre.

Cancer. Obſiſtere cancro. Celſus lib. 5. ca. 21, Eadem cãcro quoque obſiſtunt.

Occupari cancro. Celſus lib. 3. cap. 10, Quanto facilius & alienari & occupari cancro vulnus poteſt.

Candela, &c.) quarto verſu, Adde, Loquitur de lapide in quo reperti ſint libri Numæ. Hermolaus, Candelæ, inquit, ſunt quæcũque conſtant materia, ſeirpis, tæda, ſeuo, cera: vti mirum ne ſit, libros Numæ candelis inuolutos tradi.

Candeo. Vox candida. Quintil. lib. 11. cap. 3.

Candidũ oui.) Scribe, Plin. lib. 29. ca. 3. 1, Cãdido ouorũ facies illita, ſole non aduritur. Ibidem, 3. Ad pedum rimas ouorum candido decocto cũ ceruſæ denariorũ duorũ pondere, pari ſpumæ argenti, myrrhæ, exiguo deinde vino. Ad ignẽ ſacrũ candido ouorum trito cũ amylo. Aiunt & vulnera candido glutinari, calculoſq; pelli. Idem lib. 33. cap. 3. 21, Qui candido illinitur.

Candidum ex ouo. Plin. lib. 29. cap. 3. 1, Non opus eſt eas in hoc vſu radicula eſſe curatas: neque aliud quàm candidum ex ouo infundi, ac pollinem thuris. Ibidem, 11, Et nequid deſit ouorum gratiæ, candidum ex his admiſtum calci vinæ glutinat vitri fragmenta.

Canis. Canis, Facies vna, &c.) Poſt nouem verſus lege, Sic enim loquitur, lib. 13. 1, Senio nec noſtrũ cum Cane quaſſat ebur.

Caninus dicitur appetitus, teſte Galeno in libro περὶ διαγνώσεως τῶν παθῶν quinto, vbi canũ more aut nil omnino, aut malos affectant cibos mulieres. Quæ res, citra, aut citeſis, id eſt pica etiã vocatur, itémq; malacia. Contingit autẽ ſecundo aut tertio poſt conceptum menſe, quod appetentiæ organum ſit obæſum (id verò ventriculi os eſt) infanti non ſufficiente vi ad alimenti conſumptionem. De canino appetitu longè plura in dictione **Bulimia.**

Cano. Fluuius canorus. Plinius lib. 4. cap. 8. 3, Allabitur Peneus, viridis calculo, amœnus circa ripas gramine, canorus auium concentu.

Canon. ¶ Canon, in re nũmaria quid ſit, docet Aſconius. Tria enim penſitationũ genera fuiſſe dicit apud antiquos: canonem, oblationem, indictionem: vt ſit hodie canon, quod *domanium* dicitur: vt portoria, vectigalia, & huiuſmodi. Oblatio, quæ auxilia nunc dicimus: vt octaua vini heminatim diuenditi, & viceſima eius quod cuppatim culeatimque vænit: reliquarũmque mercium quæ à ſolidariis negotiatoribus vẽduntur, quos *groſſarios* appellant: quæq; à minutariis & venditatoribus, qui & propolæ dicuntur: hoc eſt nõ ſua vẽdentes, ſed à negotiatorib⁹ emptitata, pluris poſtea vendentes. Indictio eſt quam *talcam* vocamus: antiqui collationem vocabant. Cicero etiam Collectam dicit. Græci ἔρανον appellant, & συμβολήν. Hodie igitur coactores, id eſt receptores canonarios, oblationales, indictionales, fiſcarios, & ærarios, aliiſque nominibus appellare, licet Latinè loquentibus. Budæus.

CANOPITANVM, &c.) Scribe, pen. prod. Canopitânus, pen. prod. Adiectiuum. Solinus cap. 44, Quod ab Atlante ad vſque Canopitanum oſtium panditur.

Cantharus. Cantharus ex generationis ratione nomen inuenit. Canthona Græci aſinum vocant, id eſt κάνθωνα: Oron autem ſemen, & quidem ſcarabæi proprié. Sic verò progigni animal tradunt, quod nec tacuit Ariſtoteles, Vbi Cantharus aſini retrimenta ſeu ſtercora, quæ onidas nuncupant, & orbiculari ferè viſuntur figura, offenderit: inſiſtit: ac pedibus prouoluens, interim genitalem vrinam effundit. vnde enaſcitur vermiculus qui mox ſit cantharus. Cælius lib. 8. cap. 5.

Cantharus pilulam. Adagium eſt in eos qui caſtigati ſæpius, nihil proficiunt: ſed quod pertinaciter ſemel arripuerunt, pertinacius fouent. Quod enim eſt animali ingenitum, nulla prorſum arte viceris. Ductum adagium à pilularum, id eſt orbicularium ſtercorum illa volutatione, quæ eſt cantharis admodum familiaris. Cælius lib. 8. cap. 5.

Cantherium, Genus vehiculi) Dele hæc verba. Nam apud Senecam equum ſignificat, cuius nominatiuus eſt Cantherius, vt apud eundem libro epiſtol. 13, Cantherio vehebatur, hippoperis quidem impoſitis, vt ſecum vtilia portaret. Paulo pòſt ſeipſum interpretatur Seneca, O quantum, inquit, erat ſæculi decus, Catonem vno caballo eſſe contentum, & ne toto quidem: partem enim ſarcinæ ab vtroq; latere dependentes occupabant. Plautus Capt. 3. 46,

Tum piſcatores qui præbent populo piſces fœtidos,
Qui aduehuntur quadrupedanti, crucianti cantherio.

Cantherioli apud Columellam ſunt in cepinis, id eſt Ceparum locis munimenta quædam ceparum, ne thalli earum à ventis proſternantur. Sicut in rapinis etiam cantherii, quum operiuntur rapæ, vt à pruinis ſemina defendantur. Cælius libro 8. capite quarto.

CANTILENAE ſunt Muſarum filiæ. Vide Muſis etiam rem ſacram facere, &c. in MVSA.

CAPENAS, penult. prod. Fluuius qui Feroniam præterlabitur. Silius libro 13. 17, -itur in agros
Diues vbi ante omnes colitur Feronia loco,
Et ſacer humectat fluuialia rura Capenas.

CAPHAREVS) Scribe, Euboicæ mons.

Capillus. Incincti capilli Phlyra. Ouid. 5. Faſt. 68,
Ebrius incinctis Phlyra conuiua capillis
Saltat, & imprudens vertitur arte meri.
Germinare capillum, Vide Germino in **Germen.**
Cæruleo capillo Agathyrſi. Plinius lib. 4. cap. 12. 45.
Capillorum animalia. Plin. lib. 35. cap. 15. 17, Lendes & alia capillorum animalia.

Capio. Agri de hoſtibus capti. Cic. pro Domo ſua, 98.

¶ Captus, Aliter. Plinius libro 24. cap. 10. 6, Flos cuiuſcunque generis trium digitorum captu, dyſentericos & aluum citam emendat, in vino auſtero, bis die potus. Trium digitorũ captum vocat, quantum tribus digitis capi poteſt.

Captura, pro Præda. Plin. lib. 11. cap. 24. 5, Quum verò captura incidit, quàm vigilans & paratus ad curſum! De araneo venante.

Voces captare auribus. Curtius lib. 10, Et quia oculorum ceſſabat vſus, fremitus vocéſque auribus captabant.

Caper. Lana caprina. Horat. 1. epiſt. 19. 3, Alter rixatur de lana ſæpe caprina. Prouerbium, vide apud Eraſmum.

Cápripes, pén. cor. capripedis, pen. cor. Qui pedes caprinos habet. Propert. lib. 3. eleg 17. 7, Capripedes calamo Panes lusæ canẽt.

Satyri capripedes. Lucret. lib. 4. 117,
Hæc loca capripedes Satyros, Nymphaſque tenere
Finitimi fingunt, & Faunos eſſe loquuntur.

CAPRALIA, appellatur ager qui vulgò Ad capræ paludes dici ſolet. Feſtus.

Capſa. Capſarius item, eodem authore.) Dele hæc omnia vſque ad exemplum Suetonii. referri enim debẽt ad ſuperiorem ſignificatum. atque vt rectius intelligi poſſit, ſcribe ſic. Capſarii ſunt qui nobiliorum ciuium filiis ad ſcholas euntibus libros deferunt in capſula. Iuuen. Saty. 10, Quem ſequitur, cuſtos anguſtæ vernula capſæ. Id eſt ſeruꝰ capſarius. Suet. in Nerone, &c.

Caput. Effundere caput. Celſus lib. 7. cap. 7, de pterygio. Poſt abſtinentiam verò vnius diei, vel aduerſus in ſedili contra medicum is homo collocandus eſt: vel ſic auerſus, vt in gremium eius, caput reſupinus effundat.

Caput fluminis, Quo flumen exoneratur in mare. Cæſar lib. 4. bel. Gall. Rhenus autem oritur ex Lepontiis, qui Alpes incolunt, &c. Paulo pòſt, Multiſque capitibus in Oceanũ influit.

¶ Caput, Sors. Liu. 6. ab Vrbe, Creati Tribuni C. Licinius, & L. Sextius promulgauere leges omnes aduerſus opes patritiorũ, & pro commodis plebis, vnam de ære alieno: vt deducto eo de capite, quod vſuris pernumerauiſſet, id quod ſupereſſet, trienio æquis portionibus perſolueretur. Liuius eodem libro paulo pòſt. Sortem creditam ſoluere dicit.

Capitalis morbus, Id eſt grauiſſimus: in quo ſcilicet quis de capite, hoc eſt de vita, periclitatur. Gellius lib. 16. cap. 13.

Tigres capiſtratæ. Ouid. epiſt. 1. 16,

Illa (nec inuideo) fruitur meliore marito,
In quę capiſtratis tigribus alta ſedet.

Carbaſus. Carbaſus, Velum) Adde poſt verba Seruii, Lucret. libro 6. 11,

Carbaſus vt quondam magnis intenta theatris
Dat crepitum malos inter tactata, trabęſque,
Interdum per ſcißa furit petulantibus auris.

Carcer. Carcerem in aliquem effundere. Cic. in Piſonem, 11, Nihil inter vos & Catilinam interfuiſſe, quàm quòd eandem illam manum ex intermortuis Catilinæ reliquiis concitaſtis: quòd omnes vndique perditos collegiſtis: quòd in me carcerem effudiſtis: quòd coniuratos armaſtis. &c.

Carcheſium. Carcheſiũ, poculi gen°) Adde in fine, Eſt autẽ carcheſiũ, ait Macrob. li. 5. Saturn. ca. 21, poculum Græcis tantùmodo notũ. Meminit eius Pherecydes in libris Hiſtoriarũ. aitque Iouem Alcumenæ pretium cócubitus carcheſium aureum dono dediſſe. Sed Plautus inſuetum nomen reliquit, aitque in fabula Amphitryone, pateram datam, quum longè vtriuſque poculi figura diuerſa ſit. Patera enim, vt & ipſum nomen indicio eſt, vas planum ac patens eſt: carcheſium verò procerum, & circa mediam partem compreſſum, anſatum mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertingentibus. Aſclepiades autem vir inter Græcos apprimè doctus ac diligens, carcheſia, à nauali re exiſtimat dicta. Ait enim naualis mali (ſunt qui legant, veli) partẽ inferiorem, pternam vocari: at circa mediã fermè partem πτέλεας dici: ſummam verò partem carcheſium nominari: & inde diffundi in vtrunq; veli latus ea quæ cornua vocãtur.

Carmen. Incantamenta carminum. Plin. lib. 28. ca. 2. 1, Ex homine remediorũ primum maximæ quæſtionis, & ſemper incertæ eſt, valeántne aliquid verba & incantamenta carminum.

Caro. Emortua caro & nigra. Celſ. lib. 7. cap. 16.

Exedere carnem ſupercreſcentem. Celſ. lib. 5. 21.

Carnulentus, Adiectiuum, Idẽ quod carnoſus. Solinus cap. 61, Sũt enim illis reciprocis quibuſdam pulmunculis veſtigia carnulẽta. De camelis.

Carus. Nidor carus, qui magno conſtat: vt ex carne aſſa leporum aut phaſianorum. Horat. 2. Serm. ſatyr. 2. 4,

-non in caro nidore voluptas
Summa, ſed in te ipſo eſt.

Menſa cara, Quæ res continet pretioſas. Horat. 2. Serm. ſaty. 4. 8, Nec ſatis eſt cara piſces auertere menſa.

Emere aliquid carè. Horat. 2. epiſt. 1. 48,

-idem Rex ille, poema
Qui tam ridiculum, tam care prodigus emit:
Edicto vetuit, &c.

Caſcus. Figurare caſeum. Plin. lib. 16. cap. 38. 1, Ficis humor lacteus: huic ad caſeos figurandos coaguli vis.

Caſſus. Caſſum, caſſi, n. g. Fragmentũ. Solinus cap. 65, Aut Palearum caſſa, aut chartarum fila ad ſe rapit. De lychnite gẽma.

CASTALIVS. Caſtalides Muſæ nominatæ ſunt à Parnaſi fonte Caſtalio, cuius aqua potu dulcis fuiſſe traditur: quanquam apud Stephanũ Caſtalia eſt ciuitas Ciliciæ. Nicephorus in interpretatione Syneſii, fontem eſſe prope Antiochiã Syriæ, vbi oracula redderẽtur, teſtatum reliquit. Idem ſcribit multò ante Nicephorum Clemens, & alii. Mythologi tradunt Caſtaliam virginem quampiam fuiſſe, quam quum ardentius Apollo deperiret, eique vim inferre ſtuderet, ſeſe in fontem ipſam præcipitaſſe: à cuius nomine Caſtalius fons cognominatus eſt. Idem ſcribit Lactantius grammaticus. At verò Probus, Caſtalius, inquit, fons eſt Delphis in Apollinis oraculo, qui abluit ipſam arã dei: dictus à Caſtalio Delphici Apollinis filio. Alii à Caſtalio patre Thyiæ: vnde Thyiades Bacchæ Nymphæ vocatæ ſunt. Panyaſis poeta Caſtaliã hoc verſu Acheloida vocat, Caſtaliæ aduenit diuinam Acheloidos vndã. quo fit vt nonnulli Caſtaliam Acheloi filiam exiſtimarint.

Caſtellum / Vide **Caſtrum.**

Caſtro. Caſtrare vina ſaccis.) Plin. libro 19. cap. 4. 4, Inueterari vina, ſacciſque caſtrari.

Caſtrum. Expugnare omnia caſtella. Cic. Attico, lib. 1. 11. 10.

Catadromus. Scribe vocant. Hæc Budæus. Labeo in L. Si ſeruus tuus, &c. Paulo poſt lege, ſeruũ qui per κατάδρομον πύργου deſcendere. &c. Adde in fine, Hic deſcenſum ſignificat per gruem machinam ex alto in imum.

Cataſcoptum) Verba Ciceronis ſic legito, Aʼφράγματα Rhodiorũ, & dicrota Miryleneorum, &c. Adde deinde,

Cataſcopus, pe. corr. Hirtius de bello Africano, Literiſque celeriter in Siciliam ad Allienũ & Rabirium Poſthumium conſcriptis, & per cataſcopũ miſſis, vt ſine mora, &c. Hoc eſt per exploratorẽ.

Cataſtroma / pen. prod. huius cataſtrómatis, pen. corr. n. g. Locus in naui è quo homines armati propugnare ſolent & certare. Sic enim interpretatur ex Polybio Bayfius: hoc amplius addens, in locum cataſtromatum ſucceſſiſſe *dei balearides*: ſic enim vocant Venetinon quòd hæ ſint ea quæ κατάστρωματα dicuntur, ſed eorum vſum præſtant. Et fortaſſe, ait, non ineptè diximus cataſtromata, quæ vulgò dicuntur *garides*. Cælius lib. 5. cap. 11, In nauibus quæ cataphractæ vocantur, & cataſtromata habent, id eſt pauimẽta ſuperiora vel tabulata, ligna quibus tabulæ incumbunt, canonia nuncupantur, & ſtathmides.

CATILINA. Catilinianus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 2. cap. 51, In Catilinianis prodigiis, &c.

Cauda. Acuta cauda. Plin. lib. 9. cap. 29. 2.

Biſulca cauda. Plin. lib. 9. cap. 29. 2.

Caudex. ¶ Caudex, plurium tabularũ contextus.) In fine, vocatur, lege, vocabatur. & adde, Vnde tabulæ codices dicũtur: & naues nunc quoque quæ ex antiqua conſuetudine cõmeatum ſubuehunt, caudicæ vocantur. Sic legit Bayfius.

Caudicarum nauium mentio eſt apud Gellium lib. 10. cap. 25. Loquitur autem Seneca de Q. Appio Claudio, Caudex cognomẽto, qui cum Q. Fuluio Flacco Conſul fuit. Hermolaus & Cælius non caudicæ legunt apud Senecam, ſed caudicariæ.

Cauilla. Cauillatus, huius cauillatus, Aliud verbale. Apuleius in Aſino, lib. 8, Sed ille cognito cauillatu, ſimilis indignanti, At te, inquit, &c.

Caulis. Teneri caules. Horat. 1. Serm. ſatyr. 3. 23.

Frangere caules. Horat. 1. Serm. ſatyr. 3. 23, Qui teneros caules alieni fregerit horti.

Cauliculus, penul. corr.) Adde in fine, Idem lib. 24. cap. 6, Parnulus cauliculus.

Cauſa. Magna cauſa. Cælius Ciceroni, lib. 8. 15. 5, Intimelli in armis ſunt, neque de magna cauſſa.

In ea cauſa res eſt, Id eſt talis & huiuſmodi. Vlpian. in L. 1. ff. de Excepţ. rei iudicatæ, At ſi non in ea cauſa ſint tabulæ teſtamenti, vt contra eas bonorum poſſeſſio dari poſſit.

Cauſa data, cauſa non ſecuta, Id eſt propoſita, non effectum ſortita. Vnde titulus eſt lib. 11. Digeſt. De conditione cauſa data, cauſa non ſecuta.

Cauus. Luna caua. Plin. lib. 8. cap. 54. 1.

Cauãmen, pen. prod. cauáminis, n. g. Vide **Conſligium** ſequẽti codice.

Cedo. Vſum fructum cedere alicui. Vlpianus in L. Si mulier. §. Sed ſi habenti. ff. de Legatis tertio, Sed ſi habẽti tibi proprietatem, vſumfructum mortis cauſa ceſſero, poteſt dici fidei cõmittere me poſſe.

Cedere in iure quid ſit, explicat Boethius in Topica Ciceronis libro 3. cap. 17.

Redire ceſſim, Alphenus in L. &c.) Adde, Ibidem paulò ante, Interim ſuperius plauſtrum ceſſim ire cœpit.

Celebris. Celeberrimus vir: pro Multorum ſermone comprobato. Hermogenianus in L. Si res pupillaris. ff. de Adminiſtratione tutorum, Si res pupillaris incurſu latronum pereat: vel argentarius cui tutor pecuniam dederit quum fuiſſet celeberrimus, ſolidum reddere non poſſit: nihil eo nomine tutor præſtare cogitur.

Ciuitas celebris eſt, quæ vulgò *frequentata* dicitur. Vlpianus in L. Si in aliquã. ff. de Officio Proconſulis & legati, Si in aliquam celebrem ciuitatem, vel prouinciæ caput aduenerit, pati debet commendari ſibi ciuitatem, laudéſque ſuas non granatè audire quum honori ſuo prouinciales id vendicent.

Celer. Deſyderat celeritatẽ res. Vlpianus in L. prima, ff. de Damno infecto, Quum res damni infecti celeritatẽ deſyderat, & periculoſa dilatio Prætori videtur ex hac cauſa ſibi iuriſdictionem reſeruare. &c.

Actionum coniungendarũ celeritas. Vlpian. in L. Hæc ratio. §. Sed ſi debitorẽ. ff. de Donationibus inter virũ & vxorẽ, Celeritate coniungendarũ inter ſe actionũ vnam actionem occultari.

Celeriter & ſine cauſa agere aliquid. Paulus in L. Nequis. ff. de Cuſtodia & exhibitione reorum, Siquos ex iis qui in carceribus ſunt, celeriter & ſine cauſa ſolutos à magiſtratibus cognoueris, eos vinciri iubebis: & iis qui ſoluerint, multam dices.

Celeo / huius celẽtis, pe. prod. Genus natigii, quod & Celox dicitur. Gellius lib. 10. cap. 25, Celoces, vel vt Græci dicunt, κέλητες. Dictum celetem putant per metaphoram equi celetis, quòd vnico tantùm per tranſtra remo agatur. κέλης enim equus dicitur qui ab vno ceſſore agitatur & regitur. Palæphatus de Cẽtauris, Iuuenes quidã è radice montis profecti à vico quodam vocato Nebula, excogitant equos celetas cõdocefacere, in iiſque ſedere. Nã ante id tẽpus neſciebant in equis ſedere, ſed ſolùm curribus vtebantur. Quibus verbis fit planum, quid ſit κέλης equus: ex quo κέλης dictus, quòd vno remo, & non binis, aut ternis per ſedilia ageretur: quum tamen plures remiges haberet. Ex Bayfio.

Cella. Cellarius, cellarii, &c. Vlpianus in L. Quæſitum. §. Cella-

rium.ff.De fundo inſtructo & inſtrumento legato, Cellarium quoque, id eſt qui ideo præpoſitus eſt, vt rationes ſaluæ ſint: item oſtiarium, mulionémque, inſtrumenti eſſe conſtat.

Celo. Fugitiuum celare. Vlpianus in L. prima.ff.de Seruis fugitiuis, Is qui fugitiuum celauerit, fur eſt.

Cenotaphium) Verſu nono, pro in Claudiano, lege, in Claudio, cap.1.

Cenſeo. Cenſere eſt Conſtituere & præcipere. vnde etiam dicere ſolemus, Cẽſeo vt hoc facias. & Senatum aliquid cenſuiſſe. inde Cenſoris nomen videtur eſſe tractum. Modeſtinus in L. Cenſere.ff.de Verborum & rerum ſignificatione.

Cẽſere, pro Sententiã dicere, & opinari, inquit Budæus. In L. vltima.ff.de Senatoribus.

Territorium cẽſere, pro Imperare territorio cẽſum. L. prima. C. In quibus cauſis pignus vel hypotheca tacitè contrahitur.

Centrinco, genus culicum. Plin.lib.17.ca.27.4. Eſt & aliud genus culicum, quos vocant centrinas, ſuctis apum ſimiles ignauia malitiáque cum pernicie verorum & vtilium. interimunt enim illos, atque ipſi moriuntur. Nomen habent à verbo κεντέω, quod eſt pungere.

Cepina/pen.prod. Herba hortenſis:) Dele, Herba hortenſis. Adde in fine, Eſt autem cepina locus cepis conſitus, vel ipſarum ceparum vno in loco conſitarum multitudo. Columella ibidem, Sed cepina vel ſæpius, certè non minus debet quàm quater ſariri. Paulo pòſt, Thalli ceparum ventis proſternentur.

CEPHISVS. Cephiſias, Cephiſiadis, pe.cor. Patronymicũ fœm. Ouid.7.Metam.88. Vidit & immitem Cephiſias ora Procruſten.

CERES. Cerealis, & hoc Cereale) Adde, Dicimus autẽ, teſte Seruio, Cerealis, & Cerialis: ſicut Cæſareus, & Cæſarius.

Aurꝫ Cereales. Plin.lib.15.cap.19.1.

Cerno. Cernuãtus, pe.pro. Adiect. Inclinat'. Solinus ca.57. Vide **Lupat'** codice ſequẽti proximũ. Aliqui tamẽ legunt Curuat'.

Certus. Die certa promittere. Vlpianus in L. Stipulatio iſta. §. Inter certam.ff.de Verborum obligationibus, Inter certam incertámque diẽ diſcrimen eſſe ex eo quoque apparet, quòd certa die promiſſum vel ſtatim dari poteſt: totum enim medium tempus ad ſoluendum, liberum promiſſori relinquitur.

Legem certam dicere teſtamento. Paulus in L. Qui in domini teſtamento.ff.de Teſtamentis, Nam qui incertus eſt de ſtatu ſuo, certam legem teſtamento dicere non poteſt.

Stipulatio certa quando dicatur conſtat ex Paulo in L. Stipulationum quædam ſunt.ff.de Verborum obligationibus, Stipulationum, inquit, quædam certæ ſunt, quædam incertæ. Certum eſt quod ex ipſa pronuntiatione apparet, quid, quale, quãtúmque ſit. Et Vlpianus in L. Vbi autem, eodem titulo.

Certo certius, Pro veriſſimo, iuriſconſulti vtuntur. Vlpianus in L. Ait Prætor. §. Si quum mulier.ff.Quæ in fraudem creditorum, Neque enim dos in fraudem creditorum cõſtituenda eſt. & hoc certo certius eſt, & ſæpiſſime cõſtitutum. Idem in L. Stipulatio iſta. §. Sicut autem.ff.de Verborum obligationibus, Cæterum ſi alii habere non licueritcerto certius eſt non committi ſtipulationem.

Certioro, certiorás.pen.prod. certiorãui, certiorãtum, pe.prod. certiorare: Pro præmonere. Vlpianus in L. prima. §. Sed verum.ff. De eo qui pro tutore vel curatore negotia geſſit, Sed ſi cognito quòd tutor nõ fuit, abſtinuit ſe ab adminiſtratione, videamus an teneatur ſi neceſſarios pupilli non certiorauerit vt ei tutorẽ peterent. quod verius eſt. Idẽ in L. Si fideiuſſor.ff. Mãdati, Potuit enim, atque debuit reus promittendi certiorare fideiuſſorẽ ſuum, ne fortè ignarus ſoluat debitũ. Et paulo pòſt, Hoc idem tractari & in fideiuſſore poteſt, ſi quũ ſoluiſſet non certiorauit reum. Et iterum, Et credo ſi quum poſſet eum certiorare non fecit, oportere mandati agentem fideiuſſorem repelli.

Ceruiſia, Genus potus.) Dele, melius) in tertio verſu. Adde etiã, Vlpianus in L. Siquis. §.1.ff. De tritico, vino, &c. Certè zythum, quod in quibuſdam prouinciis ex tritico, vel hordeo, vel pane conficitur, non continebitur. Simili modo nec curmi, nec ceruiſia continebitur.

Certo. Multam certare, Vide Multam dicere, in **Dico**/dicis.

Celebrare certamina ſub nomine alicuius. Scæuola in L. Liberto. §. L. Titius. ff.de Annuis Legatis, L. Titius teſtamẽto patriæ ſuæ ciuitati Sebaſtenorum centum legauit, ita vt annis alternis ex vſuris eiuſdem certamina ſub nomine ipſius celebrarentur: &c.

¶Sacra certamina fuerunt quatuor apud Græcos: Nemea dicata Archemoro, Pythia Apollini, Iſthmia Palæmoni ſeu Melicertæ, Olympia Ioui. Lactantius tamen in principio ſexti libri Thebaidos tradit Olympia in honorem Pelopis fuiſſe inſtituta. cui ſubſcribit Solinus cap.1, his verbis, Certamen Olympicum, quod Hercules in honorem ataui materni Pelopis ediderat, intermiſſum Iphiclus filius eius inſtauranit poſt excidiũ Troiæ anno quadringenteſimo octauo. Statius quoque in principio lib.6.Theb.1,

Hunc pius Alcides Pelopi certauit honorem,
Pulueréumque fera crinem detorſit oliua. In Nemeis victores apio coronabãtur. Plin. lib.19.ca.8.28, Honos ipſi in Achaia, coronare victores ſacri certaminis Nemeæ. De apio loquitur. In Pythiis lauro, vtpote quæ dicata eſt Apollini. Teſtis Plinius lib.11.ca.11.1. Teſtis & Lactãtius loco ſuprà citato. In Olympiis oleaſtro. Plin.lib.15.cap.4, ad finem, Athenæ quoque victores olea coronant, Græci verò oleaſtro Olympiæ. In Iſthmiis pinu. Plin.libro 15. cap.10, ad finem, Pinea corona victores apud Iſthmum coronantur. Extat ſuper hac re Græcum epigramma Archiæ poetæ,

τὰ μὲν Ἰσθμιάδων ἄθλων ἀπὸ πεύκινα φύλλα,
ἐκ δὲ μιῆς βλαστὸν, ἐκ δὲ δυοῖν ἄγεται.
ἐκ τριῶν, Παντίδαι, τὰ Νεμεάδος ἀρχαμάριτος.
ἄλλα δὲ τῶν, ἑξῆτον, μῆλα, κότινα, πίτυν. Quos verſus ſic Latinitate donauit Volaterranus,

Græcia concelebrat duo bis certamina ſacra:
Quorum, hominum duo ſunt, & duo cælicolũm:
Sacra Iouis, Phœbíque, Palæmonis, Archemoríque.

Dona oleaſter erunt, mala, ſelina, pirus. Hoc eſt oleaſter, poma, apium, pinus. Primum (ait Volaterranus) Hercules in Iouis honorem conſtituit in Olympia: vbi ſtadium fecit tanto cæteris maius, quanto eius menſura pedis præpolleret: vbi primus Olympionica fuit Coræbus Athenienſis, vt author Euſebius. Vide Plinium lib.7.cap.56.15. & Diodorum Siculum lib.5.cap.2. Secundum Phœbo dicatum Delphis, ob pythonem ſerpentem ab eo interfectum, vbi certamen erat muſicæ, in quo Chryſothemis primus vicit hymnorũ cantu, deinde Thamyras, vt author Pauſanias. Coronabantur lauro, quæ Delphis adeò magnas fert baccas, vt mala videri poſſint. Tertium Palæmonis Athamantis filii, ex cæde paterna ab Ino matre liberati, Neptuno apud Iſthmum. Quarta Nemea ſacra, ob Archemorum puerum Lycurgi filium, ab Hypſipyle nutrice educatũ, & in ſylua Nemea defunctum. Erat autem conſuetudo hieronicarum (ſic enim vocabantur qui in ſacris certaminibus vicíſſent) vt domum redeuntes, diruptis de induſtria mœnibus à patria exciperentur, tãquam viri fortiſſimi & vi ſuperãtes. Coronas præterea donabãt patriæ. Hæc & multo plura apud Volaterranum, in Philologia lib.29. Vide Cælium lib.13.cap.17. Ciceronem 1.Tuſc.70. & pro Flacco,14. Plin.li.34.cap.4.1. Effigies hominum non ſolebant exprimi, niſi aliqua illuſtri cauſa perpetuitatem merẽtium, primò ſacrorum certaminum victoria, maximéque Olympiæ: vbi omnium qui vicíſſent, ſtatuas dicari mos erat. Eorum verò qui ter ibi ſuperauiſſent, ex membris ipſorum ſimilitudine expreſſa, quas iconicas vocant. Meminit & horum agonum Alciatus non paucis verbis in tres poſteriores libros Codicis. Plin. lib.16. cap,4.3, de coronis loquens, Noniſſimè & in ſacris certaminibus vſurpatæ: in quibus hodiéque nõ victori datur, ſed patriam ab eo coronari pronuntiatur.

Chalaſtricum nitrũ) Adde, Chalaſtræum nitrũ, Idem. Plinius lib.31.cap.10.9, In pane ſalis vice vtuntur chalaſtræo.

Character, characteris, &c. Vlp. in L. Ad teſtium. §. Signum autem. ff. de Teſtamentis, Et magis eſt, vt tantum annulo quis poſſit ſignare: dum tamen habeat characteres.

Charta. Purꝫ chartæ. Vlpianus in L. Librorum appellatione. §. Quod tamen.ff. De legatis tertio, Nam nec chartæ purꝫ debentur libris legatis, nec chartis legatis libri debebũtur. Et paulo pòſt, Quid ergo ſiquis chartas leguauerit puras: mẽbranæ non continebuntur, &c.

Ad chartas parare papyrum. Vlpianus in L. Librorum appellatione. §. Chartis legatis. ff. de Legatis tertio, Chartis legatis, neque papyrum ad chartas paratum, neque chartæ nondum perfectæ continebuntur.

Cheopina/(quod nomen adhuc manet integrum apud Gallos) menſura eſt liquidorum, dimidiæ pintæ capax: ex eo dicta, quòd ea tantum funditur vel hauritur vini, quantum homo ſitibundus vno haſtu abſumere poſſit. Pino enim Græcè bibo ſignificat. vnde & Pinta. Quod verum eſſe nõ dubitabis, ſi de cheopina pariſienſi intelligas, vt & nos intelligimus. χέω, fundo, fundis. Budæus in lib. De aſſe.

Chlorion/Genus auis) Adde, Gaza virescnem vertit. Vide ſuo loco.

CHIREMBOLON, Vox Græca qua vtitur Vlpian in L. prima. §. Qui ſunt igitur.ff. Nautæ, caupones, ſtabularii, Et ſũt quidã qui in nauibus cuſtodiæ gratia præponuntur, vt ναυφύλακες. Siquis igitur ex his receperit, puto in exercitorem dandam actionem: quia is qui eos huiuſmodi officio præponit, cõmitti eis permit-

tit. quanquã ipſe vel nauicularius,vel magiſter id faciat, quod Græci χορίμβιον appellant.Significat autẽ,vt Alciato placet in Parergis,hæc vox,manus immiſſionem. Illic verò dici ſignum, quod magiſter in prora ſedens dat,quum nautis imperat vt aliquid faciant,ſeu aliquem recipiant,vel non.

Chlamys. Chlamys, inter puerilia veſtimẽta numeratur ab Vlpiano in L.Veſtis.ff.de Auro & argento legatis,Puerilia ſunt quæ ad nullum alium vſum pertinent,niſi ad puerilem:veluti togæ prætextæ,alicolæ,chlamydes,pallia quæ filiis noſtris comparamus.

Chria. Chria eſt dictum breue,cõcinnum,& opportunum,ad authorem relatum,hoc eſt,cum authoris allegatione.Iſocrates ex diſcipulis ingenio præſtantes,deorum filios eſſe prædicabat. Diogenes diuitem cõſpicatus imperitum, Hic eſt,inquit,equus vndique argento litus.Chriæ ſunt. Sententia eſt idem omnino quod chria, ſed ſine authoris allegatione.Graue quidem eſt, paupertate premi: grauius autem ditari non bene. Cuiuſmodi ſunt principes,& ſubditi ferè tales eſſe ſolent. Sententiæ ſunt.

CHRYSES,Sacerdos,&c.Pater fuit Antimones) Adde,ſiue Aſtymones.Vide ASTYMONE.

Chryſocolla) Adde,quaſi auri glutinum.

Chryſocolla duplex eſt:foſſitia,& factitia. Eſt autem auri glutinum.Vulgò Borracem appellant aurifices. Plin.lib.33.cap.5.7. Chryſocollam & aurifices ſibi vendicant agglutinando auro, & inde omnes appellatam ſimiliter vtentes dicunt.

Chryſocolla,pro colore ſubuiridi,apud Suetonium in Caligula,cap.18, vbi narrat Caligulam conſtrauiſſe Circum minio & chryſocolla.

Chryſoplyſium, eſt auri lauãdi officina.Huius eſt id artificiũ, vt vi aquæ medicatæ quam chryſulcam appellant, quantulancunque auri partem argento aut cuiuis metallo illitam aut cõfuſam,nullo diſpendio abſtrahat, ita vt inauraturis nihil iam depereat,niſi quod vſu interteritur. Chryſoplytes autẽ eſt qui huiuſmodi artificium exercet. Budæus in libro de Aſſe.

Cibus. Maturus cibo.Plin.lib.11.cap.27.1.Vide **Maturus.**

Leues cibi.Celſus lib.3.cap.7,Is leuibus cibis nutriendus.

Operoſus cibus.Plin.lib.15.cap.23.2, Tarentinæ faciles,nec operoſo ſunt cibo.De caſtaneis.

Opimus cibus.Plin.lib.11.cap.11.14.

Robuſtus cibus.Celſus lib.1.cap.18,Itémque ex feris,quo maius quodque animal,eo robuſtior ex eo cibus eſt.

Summus cibus,Extremus.Plin.lib.20.ca.4.7,Nam vomituris, ſummo cibo eſſe,vtiliſſimum eſt.Eſſe,id eſt comedere. Ibidẽ, cap.5.7,Multúmque in ſummo cibo concoctionibus confert.

Mandere cibum.Celſus libro 4.cap.3,Sed diu vitandus cibus, quiſquis mandendus eſt.

Minuere cibum. Celſus lib.5.cap.19, Secundum eſt minuere cibum,abſtinere ab omnibus acribus.

Redire ad ſimilem cibum.Celſus lib.3.cap.7,Vomitus poſt febrem eligendus,deinde dandus cibus ex leuiſſimis:tum is dormiat:poſtero quoque die,ſi febris manet,abſtineatur.Tertio ad ſimilem cibum redeat.

Vacare cibo.Celſus lib.3.cap.15, Poſtero die,quo cibo vacat, & ab exercitatione,vnctioneq;,aqua tantũ cõtẽtus cõquieſcat.

CIBYRA,Phrygiæ ciuitas,teſte Ptolemæo lib.5.ca.2. Strabo lib. 13.in fine,& Plinius lib.5.cap.17,dicunt ciuitatem eſſe Piſidiæ.

Cibyratæ,Cibyratarum,Habitatores Cibyræ.Plin.lib.5.cap.18.

Cicada. Cicadas Philoſtratus in Apollonii Tyanei vita,& Plato in Phædro,à Muſis cantum habuiſſe ſcribunt, dicente ſic Socrate, Fertur autem olim cicadas homines fuiſſe ante Muſas natis deinde Muſis,cantúque mõſtrato,illorum nonnullos voluptate cantus vſqueadeo delinitos fuiſſe,vt canẽtes cibum potúmque negligerent,imprudentérque perirent: ex quibus deinceps cicadarum genus ſit natum,cui Muſæ hoc munus dederunt,vt alimonia non indigeat,ſed abſque cibo potúque quan diu vixerit cantet: poſtea verò ad Muſas proficiſcatur, quam quis hominum Muſam hîc colat renuntiaturum:illíſque gratas reddit mortalibus,prout huius vel illius fuerint ſtudio man cipati.ſicut amantes Erato,ſaltatores Terpſichoræ,philoſophos Vraniæ,& ſic deinceps. Meminit Cælius lib.17.cap.6.

Cicatrix. Marcidæ cicatrices.Plin.lib.13.in Prooemio,8.

Fallit cicatrix,Non apparet.Plin.lib.26.cap.12.6,Ambuſta ſanantur plantagine,arcio ita vt cicatrix fallat.

Recipere cicatricem. Celſus lib.4.cap.9, Vlcera aut omnino non ſaneſcunt,aut certè cicatricem vix recipiunt.

Tendere ad cicatricem. Celſus lib.7.cap. 27, Ergo quum iam ad cicatricem vulnus tendit,extentis iacêre feminibus & cruribus oportet:niſi tamen molles arenoſique calculi fuerunt.

Cicatricula,Diminut.Valens cicatricula.Celſus lib.2.ca.10,Ideóq; protinus brachium deligandum, habendúmque ita eſt, donec valens cicatricula ſit,quæ celerrimè in vena confirmatur.

Cicilindrum/ Plauto Pſeud.13.41,genus herbæ, vel leguminis. Sunt qui legant cici lindum.

Cico. Inceſſus citus & tardus,contraria. Saluſt. in Catil. Citus modò,modò tardus inceſſus.

Cilo. Cilones,impudici) Adde in fine,Cælius lib.11.cap.11, Cilones,inquit,apud Ciceronem in Salluſtium,cinædi ſunt,ac turpiter ceuentes:quia cillere mouere eſt.

CIMBRIA. Cimbricus,Adiectiuum. Claud.de bel.Getico,119, Illic Oceani ſtagnis exacta ſupremis
Cimbrica tempeſtas.

Cingo. Syluam cingere) Adde in fine,Quo in loco Cingere accipitur pro Deglabrare,ſeu corticem detrahere. In eadem ſignificatione vſus eſt Paulus in L.Cædere.ff.Arbor.furtim cæſ.Cingere,inquit,arborem,eſt illam deglabrare.

Cinctu cingere,& Cinctu ſoluere. Plin.lib.28.cap.4.10, Partus accelerat vicinos, ex quo quæque conceperit, ſi cinctu ſuo ſoluto fœminam cinxerit, dein ſoluerit,adiecta precatione, ſe vinxiſſe eandem & ſoluturum,atque abierit.

Circumago. Circumagere aliquando eſt Liberare,manumittere.Seneca,Philoſophiæ ſeruias oportet,vt tibi contingat vera libertas.Nam qui ſe illi ſubiecit,ſtatim circumagitur. nam philoſophiæ ſeruire libertas eſt. Circumagebantur autẽ olim ſerui,id eſt,vertebantur à lictore, quum vindicta apud Prætorem manumitterentur. Perſius Saty.5.8,

-heu ſteriles veri,quibus vna Quiritem
Vertigo facit. &,Verterit hunc dominus,&c.

Circumeo. Circuitor) Cuicunque,lege Quicunque.

Sed &) lege Sed etiam.

Circitores erant,qui à Triumuiris, aut à Præfecto vigilum conſtituti,vrbem noctu circumibant,ad extinguenda incẽdia,& arcendos fures.Sunt & circitores,de quibus libro tertio Vegetius, Idoneos,inquit,& probatiſſimos Tribuni eligũt,qui vigilias circumeãt,vt renuntiẽt ſi emerſerit culpa,quos circuitores appellãt.nũc militiæ factus eſt gradus,& circitores vocãtur.Alciatus.

Circunclaudo/ circunclaudis, circunclauſi,circunclauſum,circunclaudere.Cæſar 3.bel.Ciuil.110,Cuius aduentu cognito Pompeius,ne duob⁹ circũclauderetur exercitib⁹,ex eo loco diſceſſit.

Circunfluo. Agrum circunfluit amnis.Pomponius in L.Ergo.ff. de Acquirendo rerum dominio, Tribus modis inſula in flumine fit.Vno modo,quum agrum qui aluei nõ fuit, amnis circunfluit. Altero modo, quum locũ qui aluei eſſet,ſiccum reliquit,& circunfluere cœpit,&c.

Circunſcarifico. Adde, Idẽ lib.30.ca.3.3, Caninus dens ſiniſter maximus,circunſcarificato eo qui dolcat, aut draconis os è ſpina.Item enhydridis.Eſt autem ſerpens maſculus & albus.Huius maximo dente circunſcarificant.

Circunuenio. Circunuentus & ſpoliatus à latronibus.Salluſt. in Iugurtha.

Ciſſos/ Genus hederæ, quæ ſola ſine adminiculo ſtat, à Græcis erythranos dicitur.Plinius lib.14.cap.10.8.

Ciſthus/ arbuſcula in Cypro inſula. Plin.lib.14.cap.20.7, Græci vicino vocabulo cyſthon appellant fruticem maiorem thymo, foliis ocimi.Duo eius genera,Flos maſculo roſaceus,fœminæ albet.Vide Ruellium lib.1.cap.66.

Ciſrhenanus/ pen.prod.Adiectiuum, Qui citra Rhenum habitat.Cæſar lib.6.bel.Gall.6,Neruios, Aduaticos, ac Menapios, adiunctis Ciſrhenanis omnibus Germanis,eſſe in armis.

Cithara. Citharœdicus,&c.Sueto.in Nerua,Scribe,in Nerone, cap.15,Item,&c.

Ciuitas/ ciuitatis,&c.

Retinere in ciuitate,& Exterminare ex ciuitate aliquem:cõtraria.Cic.pro Ligario,10,Aut tres Ligarii in ciuitate retinendi ſunt,aut tres ex ciuitate exterminandi.

Libera ciuitas.Cic.1.Philip.1.

Princeps ciuitas.Cic.1.Philip.1,Ad deliberationes eas,quas habebat domi de Rep.principes ciuitates adhibebat.

Clades. Accipere cladem,Vide **Accipio.**

Contrahere cladem,Vide **Contrahо.**

Clamor. Clamor abſonus,Vide **Abſonus.**

Clarus clamor,Vide **Clarus.**

Concionalis clamor,Vide **Concionor.**

Lætus clamor.Virg.4.Æneid.105.

Adiicere clamorem,Vide **Adiicio.**

Affligi clamore,Vide **Affligo.**

Circunſonat clamor hoſtes,Vide **Circunſono.**

Conſonat clamor,Vide **Conſono.**

Cum clamore inuolare,Vide **Cum** præpoſitionem.

Clarus. Eſſe in claritate.Plin.lib.14.ca.14.1,Nondum tamen iſta genera in claritate erant.De vinis.

CLAVDIA, Claudia, Nomen virginis, &c. Adde, Huius meminit Silius lib.17.6,

Hîc priſca ducens Clauſorum ab origine nomen

Claudia, non æqua populi male credita fama, &c. Et Propert. lib.4.eleg.11.11,

Vel tu quæ tardam moniſti ſane Cybellen

Claudia turritæ rara miniſtra deæ.

Claudo. Claudere rem familiarẽ, benignitatem ſiue liberalitatem. Cic.1.Offic.78, Quamobrẽ nec ita claudenda eſt res familiaris, vt eâ benignitas aperire nõ poſſit. Terẽ. Eunu.1.1.81, -nuncubi meam Benignitatem ſentiſti in te claudier? Hoc eſt, an fuiſſe aliqua in re mea cognouiſti parcũ & illiberalẽ erga te?

Clemens. Caſtigatio clemens. Cic.1 Offic.191, Magna autem parte clementi caſtigatione licet vti, grauitate tamen adiuncta.

Crudelitas & Clementia, contraria. Cicero pro Deiotaro, 30, Quorum alterum optare, illorum crudelitatis eſt: alterum conſeruare, clementiæ tuæ.

Monimentũ clementiæ. Cic. pro Deiotaro, 18, Multa ſunt tuæ clementiæ monimenta, ſed maximè eorum incolumitates quibus ſalutem dediſti.

Admirabilis clementia. Ci. pro Ligario, 4, O clementiam admirabilem, atque omni laude, prædicatione, literis, monimentiſque decorandam.

Confugere ad clementiam alicuius. Cic. pro Ligario, 19, Erraui temere feci: pœnitet: ad clementiam tuam confugio: delicti veniam peto: vt ignoſcas, oro.

Impedire clementiam alicuius. Cic. pro Ligario, 9.

Acceptum referre aliquid clementiæ alterius. Cic. pro Deiotaro, 17, Omnem tranquillitatem, & quietem ſenectutis acceptam refert clementiæ tuæ.

Clepo. Aliquid ab aliquo clepere. Cice. 3. de Natura deorum,

Agnum inter pecudes aurea clarum coma

Quendam Thyeſtem clepere auſum eſſe è regia. Ex poeta.

Rapere & clepere ſacrum. Cic. 2. de Leg. 36, Sacrum ſacróque commendatum qui clepſerit, rapſeritque, parricida eſto.

Clicns. Deuotus alicui cliens. Iuuenalis Saty. 9. 8,

-quòd ni tibi deditus eſſem,

Deuotúſque cliens, vxor tua virgo maneret.

CLIO nomẽ habet à verbo Græco κλέω, quod eſt laudo. Vel à nomine Græco κλέος, quod eſt gloria, fama: propter gloriã quam habent poetæ erga doctos, vt ait Cornutus. Vel propter gloriã quæ ex poetarum laudibus oritur, vt ait Diodorus lib. 5. cap. 1. Fulgentius tamen, Clio, inquit, prima Muſarum appellata eſt, id eſt cogitatio quærẽdæ ſcientiæ. Quidam hanc hiſtoriis præeſſe exiſtimant, quod Apollonii expoſitores in tertio Argonautico affirmant. Ialemi quoque mater Clio fuiſſe perhibetur, & Hymenæi. In Adonidis hiſtoria legitur, & ex Magnete Clio genuiſſe Linum, quem alii Vraniæ filium prodiderunt.

Cloaca. Refercire cloacas corporibus ciuiũ. Cic. pro Seſtio, 65.

Cloſtrum. Cloſtrum eſt contignatio trabium in ligneis ædificiis, qua nonnunquam in parietibus domorum vtimur, nonnunquam altàs dum locum aliquem ſepimus. Seneca de ſutoria taberna loquens libro de Beneficiis 7, Deinde per cloſtrum, inquit, quà ſe commiſſura laxauerat, quatuor denarios in tabernam inſeruit. Et ludi Romani primùm cloſtris circundabãtur ad tempus præcentis, quæ amoueri poſſent: quorum loco foſſæ poſtea factæ ſunt, quas euripos vocant. Plin. lib. 10. cap. 33, de hirundinibus verba faciens, In Ægypti Heracleotico oſtio molem continuatione nidorum euaganti Nilo inexpugnabilem opponunt ſtadii ferè vnius ſpatio, quod humano opere perfici non poſſet. In eadem Ægypto iuxta oppidum Copton inſula eſt ſacra Iſidi, quam ne laceret amnis idem, muniũt opere, incipientibus diebus, palea & ſtramento (cloſtrum eſt) firmantes, continuatis per triduum noctibus tanto labore, vt multas in opere emori cõſtet. Sic enim repoſuit Beatus Rhenanus ad exemplaris Murbacenſis recognitionẽ. Quo in loco per cloſtrum ſignificatur ſeptum trãſuerſum ex compactilibus poſtibus conſtans, extructum ad arcendum frangendúmque fluuii impetũ. Id hirundines palea ſtramentóque firmant, alioquin opera earũ vana & inutilia, ſi nõ adeſſet materia ſolidior, quæ lutũ ab eis confectũ contineret. Alii tamẽ roſtrum legunt apud Plinium.

Clyſter. Oricularius clyſter. Celſus lib. 7. cap. 16, Non alienum erit, oriculario clyſtere acetum nitro miſtum, per plagam in veſicam compellere.

Purgare clyſtere & vomitu. Suet. in Nerone, cap. 10.

Coagulum. Coagulare aquam. Plin. lib. 20. cap. 13. 7, Tantáque vis ei eſt, vt aquæ infuſa, coagulare eã dicatur. De cãnabe.

Coalco. Coaleſcit vulnus. Plin. lib. 9. cap. 51. ad finem.

Authoritas coaleſcit. Tacit. lib. 17, Occidi Othonẽ poſſe, proinde agendum audendúmque: dum Galbæ authoritas fluxa, Piſonis nondum coaluiſſet.

Libertas coalita. Tacit. lib. 10, Nec tulere morã conſultandi: certatim proclamant, furere diſcordiis Pop. Rom. cæſas legiones, vaſtatam Italiam, capi quum maximè vrbem, omnes exercitus ſuis quenque bellis diſtineri: ſi Alpes præſidiis firmentur, coalita libertate diſpecturas Gallias, quem virium ſuarum terminum velint.

Coaſpernor. coaſpernâris, coaſpernâmur ſum, coaſpernâri, Deponens. Tacit lib. 17, Laudata olim & militari fama celebrata ſeueritas eius, angebat coaſpernantes veterem diſciplinam.

Cochlea. Serpere in cochlea. Celſus lib. 8. cap. 10, Prima breuiſſima adhibẽda, quæ circa fracturam ter volata ſurſum verſum feratur, & quaſi in cochlea ſerpat.

Caſſa ſanguine cochlea, Vide **Caſſus.**

Alnilet cochleæ, Vide Alnilis in **Alo.**

Cauaticæ cochleæ, Vide **Cauus.**

Curuarum domus cochlearum. Stat. 4. Syl. 9. 7.

Cochleare. Cochleâris, & hoc cochleâre, pen. prod. Plin. lib. 11. cap. 17. 1, Tuſa hydropicis datur in aqua, cochleari menſura. Niſi fortè ſcriptum ſit cochleari, pro cochlearii.

COCTILES, Coctilium, Alpes, de quibus meminit Alciatus in li. 15. Cor. Tacitꝰ: vbi varia genera Alpiũ attingit, in hũc modum, Coctiles autem exiſtimauerim, qua à Segulio oppido per Centrones itur: tametſi recentiores, vt Paulus Diaconus & Georgius Merula Coctias eſſe exiſtiment in quibus Ilobiũ vrbs eſt: quod antiquis authoribus non eſt probabile. Sed & Coctias appellatas quandoque etiam Iulias non falſo fortaſſe aliqui tradunt, quòd in eas per Tricaſpinos eatur.

Codonea/pe. pr. m. g. Sunt tintinnabula, & quos *fundios* vocãt. Codonophori, penult. corr. Interpretantur tintinnabula geſtantes: quos Anteambulones atratos, & Ferales præcones Latinè appellare poſſumus. Sũt autem funerum indictores, & qui funebres pompas cũ tintinnabulis crepitãtibus antecedũt. Budæus.

Cœna. Cœna opima. Horat. 1. Serm. ſaty. 7. 11.

Dubia cœna, Vide **Dubius.**

Cœpio. Obſidium cœpit. Tacit. lib. 4, Obſidiũ cœpit per præſidia, quæ opportunè iam muniebat.

Arma cœptare. Tacit. lib. 11, Et Brigantes quidem paucis qui arma cœptabant, interfectis, in reliquos data venia reſedêre.

Rebellionem cœptare. Tacit. lib. 3, Eodem anno Galliarum ciuitates ob magnitudinem æris alieni rebellionem cœptauere: cuius exſtimulator acerrimus inter Teucros Iulius Florus.

Expugnatio cœpta patrataque. Tacit. lib. 12.

Libertas cœpta. Tacit. lib. 20.

Cœptus, huius cœptus. Solinus cap. 45, Hyeme nullum cibum capiũt: quinetiã quatuor menſes à cœptu brumæ, inedia exigunt.

Coerceo. Cupidinis coercitio. Tacitus, Sed Tiberius ſæpe apud ſe penſitato an coerceri tam profuſæ cupidines poſſent, num coercitio plus damni in Rempub. ferret, quàm indecorum adire ſtare quod non obtineretur.

Cogito. Inconditè aliquid cogitare, Vide **Inconditus.**

Tranſuolans ſubitò animum cogitatio. Plin. lib. 7. cap. 12. 2.

Cognatus. Ampliſſima cognatio. Cic. 4. Verr. 73.

Cognoſco. Peranguſto freto diuiſa, ſeruitutis, ac libertatis iura cognoſcere. Cic. 7. Verr. 133.

Signum cognoſcere. Cic. 3. in Catil. 55, Ibidẽ introductus Statilius, cognouit & ſignum & manum ſuam.

De re aliqua cognoſcere & ſtatuere. Cic. de Clar. Orat. 43, Decreuiſſe Senatum, vt de ea re cognoſcerẽt & ſtatuerent COSS.

Cognoſcere, Inſpicere & æſtimare. Cic. pro Quintio, 2, Temporis quidem certè vix ſatis habui, vt rem tantam, tot controuerſiis implicatam, poſſem cognoſcere. Budæus.

Cognoſcite, pro Attentè audite. Cic. 4. Verr. 11, Verùm vt totum genus amplectamini iudiciorum, prius iura Siculorũ, deinde iſtius inſtituta cognoſcite. Et paulo poſt, 13, Quantam teſtatem habuerit, videtis: quas res geſſerit, cognoſcite.

In cognoſcendo, Vide **In** præpoſitionem.

Ad cognoſcendum venire. Cic. 1. de Orat. 39.

Virtute cognita, & ſpectata fide homo ampliſſimus. Cic. pro Cecinna, 75.

In vtraque fortuna homo cognitus multis ſignis, & virtutis, & humanitatis. Cic. pro Cecinna, 75.

Habere cognitum aliquid. Cic. in Orat. 66, Sic igitur inſtructus veniet ad cauſas, quarũ habebit genera primũ ipſa cognita.

In perfacili cognitione verſari. Cic. in Ora. 66, Nam ipſæ quidem res in perfacili cognitione verſantur.

Fieri cognitorem pro aliquo. Cic. 4. Verr. 73. & 74. & pro Roſcio Comœdo, 31.

Dare cognitorem. Cic. 4. Verr. 74.

Cum cognitoribus eſſe. Cic. 7. Verr. 131.

Cogo. Cogitur in cursum verberibus. Plin. lib. 8. cap. 43. 1.
Coguntur carnes, Conglutinantur, cohærescunt. Plin. lib. 17. ca. 10. 8, de holostera herba, Vulnera quoque conglutinat. Nam & carnes coguntur additâ.
Agminis coactor. Tacit. lib. 18, Sed erant agminis coactores, agniti dempsere solicitudinem.

Cohibeo. Cohibere aliquem in vinculis. Curtius libro 6, Oxidates erat nobilis Perses, qui à Dario capitali supplicio destinatus cohibebatur in vinculis.

Cohors. Cæsa cohors. Tacit. lib. 19.
Expeditæ cohortes. Tacit. lib. 1.

Collega. ¶ Collegium naturæ. Plin. li. 10. ca. 17, Noctuarũ contra aues solers dimicatio. Maiore circundatæ multitudine, resupinæ pedibus repugnant: collectæque in arctum, rostro & vnguibus totæ teguntur. Auxiliatur accipiter, collegio quodã naturæ, bellúmque parit.

Collegatarius/cui simul cum alio legatum relictum est. Digest. De vsufructu accrescendo.

Colligo/colligas. Colligare vulnera. Plin. lib. 35. cap. 15. 9, Sanguinem sistit: vulnera colligat: glutinat neruos.

Colligo/colligis. Collecto viuere.) Dele, & repone
Collectum, collecti, n. g. vt Viuere collecto. Plin. libro 11. cap. 37. 33, Cornea & acuta volucribus rostra. Eadem raptoviuentibus adunca: collecto, recta.
¶ Collectio, pro Congerie noxiæ materiæ. Senec. epist. 69, In pectore tuo collectio & vomica est.
Collectio detractioni opposita. Senec. epist. 75, Non facit collectio amici sapientiorem, nec detractio stultiorem.
¶ Collectio, pro Illatione in argumentis. Senec. epist. 86, Huic collectioni Peripatetici quidam respondent. Idem epist. 48, Quod tu illi subtili collectione persuaseris.

Collectiuus, pen. prod. Adiect. Quintil. lib. 7. cap. 2, Ratiocinatiua atque collectiua quæstio orietur.

Collimitor/pen. corr. collimitâris, collimitâri. Solinus cap. 15, Gelonis Agathyrũ collimitantur.

Collimitâtus, pen. prod. Adiectiuum. Solinus cap. 53, Ipsa Phrygia Troadi superiecta est, Aquilonia parte Galatiæ collimitata, à Meridiana Lycaoniæ, Pisidiæ, Mygdoniæque contermina.

Colliminiũ, colliminii, n. ge. Coitio limitum. Solinus cap. 61, Hoc est colliminium, in quo limes Persicus Scythis iungitur.

Collis. Montani colles. Plin. lib. 6. ca. 10. 4, Multis vrbibus mõtanos obtinent colles.

Colloco. Collocare vsuris. Suet. in Augusto, cap. 39, Quòd pecuniã leuioribus vsuris, grauiore mutuati fœnore, collocassent.

Colloquor. Serere colloquia cum aliquo, Vide **Sero**, seui.

Colludo. Colludium, colludii, n. g. Solinus ca. 11, Apud Iassum vrbem Babyloniæ puerum delphinus adamauit, qué dum post assueta colludia recedentem impatientius sequitur, arenis inuctus hæsit. Idem cap. 14, Nam quum nuptias ageret, acciti tibicines carmẽ Cyclopeũ quasi de colludio cõcinuisse tradũtur.

Collum. Secare colla. Cic. pro Rosc. Amer. 49, Eosdem fuisse sectores collorum & bonorum.

Colo. Hominum cultus, alia significatione. Tacit. lib. 2, Miléſq; nullo illic hominum cultu, fame absumptus. Subauditur, existẽte. Significat autem insulas illas cultoribus, habitatoribúsque vacuas fuisse. Idem lib. 3.

Color. Corneus color. Plin. lib. 37. cap. 2. 14.
Dilutus color. Plin. lib. 37. cap. 5. 6.
Elegantioris coloris gratia. Plin. lib. 15. cap. 8. 2.
Flammeus color. Plin. lib. 35. cap. 6. 10.
Floridi colores. Plin. lib. 35. cap. 6. 2.
Mellens color. Plin. lib. 36. cap. 8. 2.
Misti colores. Celsus libro 2. cap. 8, Quantóque magis mistos, neque inter se diductos colores habet, tanto deterius.
Spumeus color. Plin. lib. 37. cap. 2. 14.
Surdus color. Plin. lib. 37. cap. 5. 6. Paulo pòst, 14.
Validus color. Plin. lib. 10. cap. 5. 11, Ad validum quoque colorem profici hoc cibo.
Varians color. Plin. lib. 14. cap. 2. 8, Insignes iam colore inter purpureas nigráſque medio heluolæ sæpius variãti, & ob id varianæ à quibusdam appellatæ.

Cominus. Cominus iudicari. Plin. lib. 11. cap. 42. 1, Lanx caseo Romæ, vbi omniũ gentium bona cominus iudicantur, è prouinciis, &c.

Comminiscor. ¶ Cõmentaria cõponere in authorẽ aliquẽ. Gell. lib. 2. cap. 6, Nõnulli grãmatici ætatis superioris, in quibus est Cornutus Anneus, haud sanè indocti, neque ignobiles, qui commentaria in Virgilium composuerunt, reprehendunt, &c.
Diurni commẽtarii. Suet. in Augusto, ca. 64, Filiam & neptes ita instituit, vt etiã lanificio assuefaceret, vetarétque loqui aut agere quicquam nisi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur.
Commentarius, pro eo quod *instructionem* vocamus. Liuius, Senatus quum simul & tyrocinio & perturbatione inuenis moueretur quæri instit ab eo ecquem de iis rebus à patre cõmentarium accepisset. Hudæus.

Commeo/&c. Ex con & eo, is compositũ) Scribe ex con & meo meas compositum.

Committo. Cõmittere multam, Aliquid facere, quod multæ soluẽdæ sit obnoxiũ. Var. li. 1. de Re rust. Vide **Multa** multæ.
Committere, Cõfiscare, Fisco attribuere. Paulus in L. Debitor meus. ff. Negot. gest. Velati si periculum erat, ne prædia in publicum committerentur, ne pœna traiectitiæ pecuniæ augeretur, aut ex compromisso committeretur.

Cõmissum, cõmissi, Cõfiscatio, quæ fit ob illicitas merces nauigio aut alio modo aductas, aut propter vectigal nõ solutũ, multáſque alias eiusmodi ob causas. Hinc Cõmisso tollere, vendicare, in cõmissum cadere, incidere, & in causſam commissi incidere, vsitatæ apud Iurisconsultos loquendi formulæ.
Cõmissura verborũ. Quintil. li. 9. ca. 4, Cæterũ cõsonãtes quoque, eáque præcipuè quæ sũt asperiores, in cõmissura verborũ rixantur.

Commodum. Accedit illud in commodum, Vide **Accedo.**
Capere commodum de re aliqua, Vide **Capio.**
Carere commodis, Vide **Careo.**
Consequi commodum, Vide **Consequor.**
Creare alicui commoditatem, Vide **Creo.**

Commódito, cõmóditas, pen. corr. cõmoditare, Frequentatiuum. Catull. de Varro & sua amica, 10, 6,
Quæſo, inquit, mihi mi Catulle paulùm Istos commodita.

Commoro/cõmmoras, pen. corr. commorãre, Tardare. Plinius lib. 19. cap. 6. ad finem, Statímque quæ deuorauere aues, stupentes manu capiuntur: & si paulum commorauere, sopitæ.

Cominoueo. Acies commota, Vide **Acieo.**

Comœdia. Agere comœdiam, Vide **Ago.**

Comicè, Aduerb. Cic. 1. de Ora. 17, Quisvnquam res, præter hunc, tragicas comicè, tristes remissè, scueras hilarè, forenses scenica prope venustate tractauit?

Compingo. Ex compacto, Vide **Ex** præpositionem.

Compluries/pen. prod. Participium, à Compluo, cõplnis. Solinus cap. 15, de gruibus, Quũ trans medium alueum aduentasse se sciunt, scrupulorum sarcino pedes liberant: ita nautæ prodiderunt, compluti sæpe ex illo casu imbre saxatili.

Compono. Per compositionem seruare. Cic. pro Rosc. Amerino, 26, Quos quia seruare per compositionem volebat, ipse ab his interemptus est.

Computo. Venire in cõputationem. Plin. lib. 6. cap. 33. 4, Vniuersam mensuram quæ venit in computationem, &c.

Concedo. Concedere de gloria. Tacit. lib. 19, Ne Antonio, Varóque de gloria concederet.

Concha. Conchãtus, pen. prod. Adiectiuũ, In morem conchæ curuatus. Plin. lib. 10. cap. 20. 1, de pauone, Gemmantes laudatus expandit colores aduerso maximè sole, quia sic fulgentius radiant. Simul vmbræ quosdam repercussus cæteris qui in opaco clarius micant, conchata quærit cauda.

Conchylium. Reduuiæ conchyliorũ. Vide paulo pòst **Confligium.**

Concio. Concio legitima, dicitur quum populus legitimè cõuocatus est, id est ab eo qui vocandi potestatem habet. Cic. de Opt. gen. Orat. Eáque donatio fieret in theatro populo conuocato: qui locus non est concionis legitimæ.

Concipio. Concipere radices dicitur arbor, quum agit radices. Vlpian in L. Vitem. Parag. 1. ff. Arborum furtim cæsarum.
Conceptio verborũ. Põponius lib. 5. Parag. 1. ff. de verb. oblig.

Concors. Cõcors sibi dicitur, qui bene sibi cõstat. Sene. 1. de vita beata, Hoc modo vna efficietur vis ac potestas cõcors sibi, &c.

Concresco. ¶ Illud funestum animal ex nefariis stupris, ex ciuili cruore, ex omnium scelerum importunitate & flagitiorum impunitate concretum. Cic. in Pisonem, 16.

Concurro. Cõcurrere dicitur quis alteri, quũ ambo idem ius prætẽdunt. Hinc cõcursus in eadẽ significatione, in L. 1. Parag. Interdũ, in duobus locis. & L. 2. ff. de Vsuf. accre. & ii quoq; cõcurrere dicũtur in L. 2. Parag. vlt. ff. Qui mo. vsusf. amitt. &c.
Per plures emptores mãcipium cõcurreret. Paul. in L. Siquis ff. De contra. empti.

Condemno. Condemnare ex reliqua pecunia, Id est in reliquam pecuniam. Paulus in L. 1. ff. Arborum furtim cæsarum. Vbi in quibusdam exemplaribus legitur & sine præpositione.

Condio. Conditor, pen. prod. Verbale) Adde pòst verba Ciceronis, Idem pro Cluentio, 56, Atque etiam ipse conditor totius

negotii,Guttam aſpergit huic Bulbo. Itaque minimè amarus is uiſus eſt,qui aliquid ex eius ſermone ſpeculæ degustaret.

Condo. Conditor totius negotii)Dele omnia illa.

Conditionem pro creatura ſæpe uſurpauit Tertullianus de Corona militis.ea eſt quam στέφανον appellant.

Cõditionaliter.Paul.in L.Qui res.§.Qui ſtipulator.ff.De uer.obl.

Conduco. Conductus mercede diurna. Periphraſis pro mercenario.Hora.2.Ser.ſaty.7.4, - mercede diurna Cõductũ panit.

Confercio. Acies conferta,Vide **Acieo.**

Confero. Conferre ſe in fugam.Cic.pro Cecinna,Eodem tempore ſe in fugam conferunt etiam amici.

Amorem conferre alicui.Propert.lib.2.eleg.15.10.

Certamina inter ſeſe conferre.Virg.10.Æneid.29,

Illi inter ſeſe duri certamina belli Contulerant.

Gradum conferre,Conuenire.Virg.6.Æneid.98.

Manum cum aliquo conferre.Virg.12.Æneid.97.

Fiſus manus conferre.Silius lib.7.121, Dat letho,fiſúmq; manus conferre Maleon.

Conferuco. Conferuere Celſo)Lege ita,

Cõferuent oſſa,id eſt quod uulgus Chirurgorum dicit, *glutinantur per poros*.Celſus lib.8.cap.10, Siquando verò oſſa nõ conſeruerunt,quæ ſæpe ſoluta,ſæpe mota ſunt,&c.Hoc ab Hippocrate dicitur ἀγαρθρώσιος.

Confiteor. Indubitatas confeſſiones habere. Plin.lib.11.ca.13.7,Ad extera corporũ indubitatas confeſſiones habet.De laſere.

Cõficio. Vario ſermone ſtadia aliquot cõficere. Ci.5.de Fin.1.

Vino,gancis,lenociniis,adulterijq; cõfectus.Cic.pro Sest.15.

Confido. Confideiuſſor.Vlpian.in L.videlicet.ff.De pactis.

Conflagro. Inuidiæ incendio conflagrare.Cic.1.in Catil.11.

Confligo. Confligium,confligii,n.g.Solinus cap.14,Nam in latebroſis rupium cauaminibus,quæ fluctuum confligiis tunc adeſa ſunt,reduuiæ conchyliorum reſederunt,& alia multa.

Confodio. Vineam confodere.Plin.lib.17.cap.11.19,Plerique æſtate tota poſt ſingulos rores confodi iubent vineam.Paulo poſt,Satisque eſſe vineam ter anno confodi.

Confundo. ¶Cõfundi, pro Erubeſcere uſus eſt Cyprianus in tractatu De lapſis,CHRISTVS in Præceptis ſuis dicit,Qui cõfuſus me fuerit, confundet illum Filius hominis. Et Chriſtianum ſe putat,qui Chriſtianus eſſe aut cõfunditur, aut uereturr Quomodo poteſt eſſe cum CHRISTO, qui ad CHRISTVM pertinere,aut erubeſcit,aut metuit?

Confuſum ſuffragium.Liu.6.belli Pun.Iuſſi deinde inire cõfuſum ſuffragium,ad unum omnes non centuriæ modò,ſed etiam homines P. Scipioni imperiũ eſſe in Hiſpaniã iuſſerunt.

Conger/piſcis,Vide **Congruo.**

Congero. Congeſtio,in L.Qui demum.ff.Locati.

Congiacio. Congiaciãtus,pen.prod.Particip. Plin.lib.2.cap.6,Grandinem congiaciato imbre gigni.

Conglobo. Cõglobãtum,pe.pr.Aduer.apud Liuiũ 5.bel.Pun.

Conglutino. Vulnus conglutinant folia vitium. Plin.lib.13.in Proœm.5. Ibidem,cap.7.18.

Congredior. Acie congredi,Vide **Acieo.**

Congruo. Solinus in proprio ſignificatu uſus eſt cap. 15. de gruibus,Concors cura omnium pro fatigatis,adeò vt ſiquæ defecerint,congruant vniuerſæ,laſſáſque ſuſtollãt, vſquedum vires otio recuperentur.

Congruentius,in L.Congruentius.C.De patr.pot.

Conijcio. Conijcere ſuccum in uaſa.Plin.lib.19.3.

Acutè argutéque conijcere, Vide **Acuo.**

Aberrare cõiectura.Cic.Attico,lib.14.ep.10.1,Cupio enim antè quàm Romã venio,odorari diligẽtius quid futurũ ſit:quanquã vereor ne nihil cõiectura aberrem. Idem 1.de Nat.deor.139.

Afferre coniecturam,Vide **Affero.**

Aſſequi coniectura,Vide **Aſſequor.**

Capere coniecturam,Vide **Capio.**

Coargui coniectura,Vide **Coarguo.**

Conijugo. Abruptum coniugium,Vide **Abrumpo.**

Adepta coniugium regium,Vide **Adipiſcor.**

¶Coniugium,proConiugatis.Plin.lib.10.ca.11.1,Pellũt nidis pullos,ac volare cogũt,ſicut &cornuiqui & ipſi nõ carne tãtùm alũtur,ſed robuſtos quoq; fœtus ſuos fugãt lõgius. Itaq; paruis in vicis nõ plus bina cõiugia ſunt:circa Cranonem quidẽ Theſſaliæ ſingula perpetuò:genitores ſobolí loco cedunt. Bina coniugia vocat Bina paria,duos mares,ac totidem fœminas.

Coniungo. Conciliare coniunctionem,Vide **Concilio.**

Coniuro. Adulta coniuratio,Vide **Adolco.**

Connubo. Coniungere connubia,Vide **Coniungo.**

Conor. Capti conatus fruſtra,Vide **Capio.**

Comprimere conatus,Vide **Comprimo.**

Conatum longius petere.Quintil.lib.10.cap.3, Quod in certamine ſalienti fieri videmus,vt conatum longius petãt, & ad illud,quò contenditur,ſpatium curſu ferantur.

Conqueror. Conqueſtionem exprimere.Plin.lib.10.cap.23.8, Hinc volãtiũ illa cõqueſtio labore expreſſa.Id eſt,velut extorta.

Conſaluto. Cõſalutare,Salutem precari.Vide Salutare,ſalutem precari,in **Salue.**

Conſcio. Conſcitus,pen.pro.Participium à Conſciſcor verbo paſſiuo.Plin.lib.36.cap.15.8,Paſſim conſcita nece Quiritibus tædium fugientibus.

Conſcius. Exonerare conſcientiam ſuam.Curtius lib.6,Nicomachum religione quoque deũm aſtrictũ conſcientiam ſuam exonerare properaſſe.

Conſecro. Bona alicuius conſecrare.Ci.de Aruſp.reſp.)Scribe, Cic.pro Domo ſua.

Conſentio. Conſenſit Senatus bellum,pro Sciuit.Liuius.

Conſequor. Per cõſequẽtias aliquid facere.Vlpia.in L.Quod dicimus.ff.de auth.& conſ.tut. Et L.Moris,poſt principium,ff. De pœnis.

Per cõſequentiã.Vlpian.in L.moris poſt princi.ff.de prætiis.

Conſeruus. Cõſeruabus.Sæuola in L.prædia.§.1.ff.de inſtr.

Conſilium. Conſulere ius,pro Petere conſilium de iure.Liu.9.bel.Maced. Idem in pace, ſi ius conſuleres, peritiſſimus.ſi cauſa oranda,eloquentiſſimus.

Coniectorem conſulere,Vide **Coniicio.**

Turbidum conſilium. Curtius lib.7, Natura mortalium hoc quoque nomine praua & ſiniſtra dici poteſt, quòd in ſuo quiſque negotio hebetior eſt quàm in alieno. Turbida facta ſunt conſilia eorum qui ſibi ſuadent.

Capere conſilium ex tempore.Cic.2.Offic.47.

Conſpicio. Venire in conſpectum.Celſus lib.7.cap.26,Quum verò patefacta eſt,in conſpectum calculus venit,in cuius corpore nullum diſcrimen eſt.

Conſpectum tumulum,pro Conſpicuo,niſi mendum ſit, poſuit Liuius 1.belli Macedonici.

Conſpectior.Liu.5.bel.Pun.Plebeium conſulẽ ſua plebs proſecuta,turba quàm dignitate conſpectior.

Conſtano/Vide **Conſto.**

Conſto. Tãto nobis deliciæ & fœminæ cõſtãt.Pli.lib.12.ca.18. Conſtaturus, Particip.) Adde,Lucan. lib.2.4.

Conſuefco. Supra conſuetudinẽ.Celſus lib.1.cap.2,Præter hæc protinus timeri debet,ſi graviora mẽbra ſunt, ſi crebra vlcera oriuntur,ſi corpus ſupra conſuetudinẽ incaluit, ſi ſomnus grauior preſſit,ſi tumultuoſa ſomnia fuerint, ſi ſæpius expergiſcitur aliquis quàm aſſuetus,deinde iterum ſoporatur,&c.

Contagium. Mala contagia.Virg.1.eclog.10.

Ignaua contagia.Claud.1.in Eutropium,98.

Contemno. Famæ contemptor.Claud.in Eutropium,87.

Contemplor. Contẽplatus,&c.3.Triſt. Adde.eleg.8.ad finem. ſummouco)Scribe, ſemouecóque.

Contendo. Tela contenta arcu parato.Virg.lib.5.Æneid.102.

Contentus & laxus,cõtraria.Horat.2.Serm.ſaty.7.4,Qui iam contento,iam laxo fune laborat.

Contentè,Aduerbium.Plaut.Aſinaria,3.60, Quanquã illum mater arctè,contentéque habet.

Contero. Cõterere iniurias oblivione.Cic.ad Lentulũ,Quòd omnes eius grauiſſimas iniurias,cõmunis concordiæ cauſa,voluntaria quadã obliuione contriuerã.Id eſt,Sic exanimo deleueram,vt prorſus abolita apud me eſſet earum memoria.

Maiorem partem ævi ſomno conterere.Lucret.lib.3.115.

Conterreo. Conterritus corporis cruciatu.Vlpianus in L.3.ff. Ex quibus cauſis maio.

Conteſtor. Lis conteſtata in aliquem Paulus in L.Seruus. ff. De his qui notantur infamia,Non ſuo nomine condemnatur, quippe quum in initio lis in eum conteſtata non ſit.

Contexo. Contextus & continuatio ſermonis. Quintil.lib.8. cap.2,Plus tamen eſt obſcuritatis in contextu & continuatione ſermonis,& plures modi.

Contextus querelarum.Valerius lib.5.cap.1.de Socrate.

Contineo. Clauſtris aliquem continere. Claud.7. Paneg.47.

Cõtinentia ædificia.in L. Eo iure.parag.1.ff.In quib.cau.pig. vel hypo.

Continuò eius fit,ſimulac dixerit eam ſe ſumere.L.Apud Aufidium.ff.De opti.vel elec.

Modico contentus.Iuuenalis Saty.9.1.

Honeſto paruocõtẽtus.Claud.1.in Ruffinũ 41,-cõtẽt°honeſto Fabricius paruo ſpernebat munera regum.

Continuantur anni.Plin.lib.17.cap.2.3,Quinimo ſi pluresi:i continuentur anni,etiam ipſæ moriuntur arbores.

Pleno fauore gaudia continuare.Claud.1.Paneg.1.

Contingo. Saltu terram contingere.Stat.5.Thebaid.35.

Contingo. Contingi crimine. Vlpi. in L. 1. Paragr. Hoc autẽ. ff. De ser. fugi. quum dicitur, puniantur si crimine contingantur.

Contingere existimationem. Vlpianus in L. Absentem. Parag. Aduersus. ff. De pœnis.

Contraho. Contrahere, Coagulare. Plinius lib. 23. cap. 7. 1. Fici succus lacteus, aceti naturam habet. Itaque coaguli modò lac contrahit.

Cõtrahere culpã. Pap. in L. Liberto. Parag. Litẽ. ff. De neg. gest.

Contrarius. Arma contraria. Ouid. 1. Trist. eleg. 4. 9.

Ire vitæ priori contrarium. Iuuenalis Satyra 9. 3.

-igitur flexisse videris

Propositum, & vitæ contrarius ire priori.

Contrauersum, Aduerbium, E contrario, è diuerso. Solinus capite 15. Denique recentem natum fletu parens excipit: contrauersum læta sunt funera, adeò vt exemptos gaudio prosequantur. De Thracibus.

Contremo. Contremiscere, cum accusat. Seneca, &c.) Horat. 2. Carm. ode 11. 1. -vnde periculum

Fulgens contremuit domus Saturni veteris.

Contribuo. Contribuere alterum alteri, pro Alterum altero pensare. Seneca De Benefic. 6. De beneficio & iniuria loquens. An alterum alteri contribuere debeã, & nihil negotii habere, vt beneficium iniuria tollatur, beneficio iniuriat

Controuersuo. Mouere cõtrouersiam, est quandoque se defendere, & quod vulgò dicitur *regulariter agere*. Paulus in L. Ex sextante. Paragr. Latinus. ff. De except. rei iud. Quum de hæreditate inter Mæuium, ad quem pertinebat, & Titium qui controuersiam mouebat, transigeretur, &c.

Contubernium. Inire contubernii alicuius philosophi. Suetonius in Augusto, cap. 89.

Contundo. Contundere virtutẽ, Comminuere, frangere, cõprimere. Valer. lib. 5. cap. de fortitudine, vbi de Epaminũda loquitur. Crebro ictu contundi. Claud. 3. de raptu Proserp. 86.

Conuenio. Conuenire, In ius vocari. Papinianus in L. Capitis. ff. De fideiuss.

Conuento, conuentas, conuentare, Frequenter conuenire. Solinus cap. 40. Externos in ea plurimos cõuentasse, argumentum de vrbibus & locis dabimus.

Conuinctio, Verbale à Conuincio, conuincis. Quintilianus lib. 1. cap. de Grammatica, disputans de numero partium orationis. Tum videbit ad quem finẽ hoc pertinet, quot & quæ sint partes orationis: quanquam de numero parum conuenit. Veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles atque Theodectes, verba modò, & nomina, & conuinctiones tradiderunt: videlicet quòd in verbis vim sermonis, in nominibus materiam, quia alterum est quod loquimur, alterum de quo loquimur: in conuinctionibus autem eorum complexum esse iudicauerunt. quas coniunctiones à plerisque dici scio: sed hæc videtur ex *ἑρμηνείᾳ* magis propria translatio. Paulatim à philosophis maximè Stoicis, auctus est numerus, ac primùm conuinctionibus articuli adiecti: pòst præpositiones, &c.

Conuiuo. Retrahere se à conuiuio. Celsus lib. 1. cap. 1, Prodest etiam interdum balneo, interdum aquis frigidis vti: modò vngi, modò idipsum negligere: nullũ cibi genus fugere, quo populus vtatur: interdum in conuiuio esse, interdũ abeo se retrahere.

Coorior. ¶ Cooriri, Inuadere in hostem. Plin. lib. 8. cap. 16. 9, Generositas maximè in periculis deprehenditur: non in illo rantummodo, quòd spernens tela, diu se terrore solo tuetur, ac velut cogi testatur: cooritúrq; non tanquam periculo coactus, sed tanquam amentiæ iratus. De leone.

Procella cooritur. Plin. lib. 11. cap. 10. 4, Si cooriatur procella, apprehensi pondusculo lapilli se librant. De apibus loquitur.

Coquo. Coquus, coqui, &c. vendit.) Dele, Vide Cocus. Adde in fine, Donatus in Adelphos Terentii, Ciceronis dictum referri in eum, qui coqui filius secũ causas agebat, Tu quoque aderas huic causæ. Nam apud veteres Coquus non per c literam, sed per Q scribebatur. Hactenus Donatus. Quintil. lib. 6. ca. 4, Ne illa quidem quæ Ciceroni aliquando, sed non in agendo excidерunt, vt dixi, quum is candidatus, qui coqui filius habebatur, corã eo suffragium ab alio peteret, Ego quoque tibi iure fauebo. Ludit Cicero alludens ad coquum & ius culinarium.

Corium. Perficere coria. Plin. lib. 23. cap. 9. 3, Semen in siliquis, quo coria perficiuntur gallæ vice. Ibidem, cap. 19, ad finem, Corticis maior vsus ex acerbis ad perficienda coria. Idem lib. 14. cap. 16. 1, Præter hoc radix labrusc æ & acini coria perficiunt. Sic lib. 16. cap. 6, ad finem, Sed gallam hemeris optimam & coriis perficiendis aptissimam. Et lib. 23. cap. 2. 11, Nouere id qui coria perficiunt: illo enim vtuntur.

Corium castaneæ. Plin. lib. 15. cap. 28. 4, Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ.

Corium nubium. Vide **Nubes.**

Cornu. Profert iam cornua vultur. Claud. lib. 1. in Eutrop. 71. De re minimè verisimili dici poterit.

Intorta cornua Parnasi. Stat. 5. Thebaid. 207.

Corneus homo. Plin. lib. 7. cap. 19, ad finẽ, Quibus natura concreta sunt ossa, qui sunt rari admodum, cornei vocantur.

Cornus. Rami corniferi. Claudian. lib. 1. de raptu Proserp. 41, Stridula corniferis modulantur carmina ramis.

Corona. Hybernæ coronæ. Plin. lib. 21. cap. 2. 3.

Pactilis corona. Plinius libro 21. cap. 3. 5, Summáque authoritas pactili coronæ.

Rosacea corona. Plinius libro 21. cap 3. 3, L. Fuluius argentarius, bello Punico secundo, cum corona rosacea interdiu e pergula sua in forum prospexisse dictus, ex authoritate Senatus in carcerem adductus, non ante finem belli emissus est.

¶ Coronare, In coronamenta venire, Coronis faciendis adhiberi. Plin. lib. 21. cap. 9. 3, Folio coronat & trifolium. Ibidem, cap. 10. 4, Et tantùm folio coronant Iouis flos, amaracus, hemerocalles, abrotonum, &c.

In coronamenta folio venêre melothron, spireon, &c. Plinius lib. 21. cap. 9. 2. Hoc est ex eorum foliis fiunt coronæ.

Corpus. Tenue corpus. Celsus lib. 2. cap. 8, At in tabe sputũ mistum purulentum, febris assidua, quæ & cibi tempora eripit, & siti affligit, in corpore tenui periculum subesse testatur.

Tuta corpora, & Periculis opportuna, cõtraria. Cels. in Præfat. li. 2, Qualia corpora maxime tuta, vel periculis opportuna sint.

Vescum corpus. Plinius lib. 7. cap. 20. 1, Corpore vesco, sed eximiis viribus.

¶ Excitare corpus. Celsus libro 1. cap. 1, Concubitus rarus corpus excitat.

Exedere corpus. Celsus lib. 5. cap. 6.

Extenuare corpus fame. Celsus lib. 3. cap. 9.

Extenuatur corpus longo morbo. Celsus lib. 2. cap. 6, Quũ iam longo morbo corpus eius esset extenuatum.

Firmare corpus athletico victu. Celsus lib. 4. cap. 6, Si malum inueterauit, corpus athletico victu firmandum est.

Mouere corpus ex statu quo detinetur. Cels. lib. 3. cap. 16, Per hæc enim simili áque corpus agitandum est, vt moueatur ex eo statu quo detinetur.

Reddere corpus expeditius. Cels. lib. 2. cap. 1, Ex tempestatibus Aquilo tussim mouet, fauces exasperat, ventrem astringit, vrinam supprimit, humores excitat: item dolores lateris & pectoris: sanum tamen corpus spissat, & mobilius atque expeditius reddit.

Relaxatum corpus. Celsus lib. 2. cap. 1, Corpus ergo & æstate, & subinde meridianis caloribus relaxatum subito frigore excipitur.

Rodere corpus. Celsus lib. 5. ca. 6, Rodunt, alumen liquidum, sed magis rotundum, ergo, &c.

Tenent corpus febres. Celsus libro 3. cap. 9, Nonnunquam etiam lentæ febres, sine vlla remissione corpus tenent, ac neque cibo, neque vlli remedio locus est.

Subesse corpori. Cels. in Præfatione lib. 1, Possũt enim quædam subesse corpori, vel ex infirmitate eius, vel ex aliquo affectu, quæ vel in alio non sunt, vel in hoc aliàs non fuerunt: eáque per se non tanta vi concitant morbum, tamen obnoxium magis aliis iniuriis corpus efficiunt.

Vorare corpus vsque ad ossa. Celsus lib. 5. ca. 28, Fitque ex his vlcus &c. quia celeriter serpẽdo, penetrandóque, vsque ossa corpus vorat. De theriomate.

Corrumpo. Corrumpitur stipulatio. L. 1. ff. De seruit. leg.

Cortex, corticis.) Adde si videbitur, locum hunc ex Plinio, lib. 16. cap. 31. 1, vbi multa corticum epitheta habes & propria suis arboribus, Cortex, inquit, aliis tenuis: vt lauro, tiliæ: aliis crassus, vt roboris: aliis læuis: vt malo, fico. Idem scaber roboris, palmæ. Omnibus in senecta rugosior. Quibusdam rumpitur sponte, vt viti: quibusdam etiam cadit, vt malo, vnedoni: carnosus suberi, populo: membranaceus, vt viti, harundini: libri similis, cerasо: multiplex tunicis, vt vitibus, tiliæ, abieti. quibusdam simplex: vt fico, harundini. Hæc ille.

CORYCIDES, appellatæ sunt Musæ à colle, vel antro potius Corycio in Parnaso Delphis proximo. cuius meminit & Laertius in vita Pherecydis, & Apollonii Rhodii expositores, qui nuncuparum illud aiunt à Nympha Corycia cuius & Apollinis Lycoreus filius fuit, à quo Delphici incolæ Lycoreæ nuncupati sunt. Laertii verba de Pherecydis morte sunt hæc, Quidã profectum Delphos, è monte seipsum deiecisse aiunt. Alterum præterea autrum Corycium & vrbs in Cilicia fuit, vel croco nota.

Crapula,crapulæ,) Verſu octauo, Liuius, adde, lib.9.ab Vrbe,154.

¶ Crapula, Aliter. Plinius libro 14.ca.p.20.3. Ratio autem condiendi muſta, in primo feruore, qui nouem diebus vt plurimũ peragitur, aſperſu picis, vt odor vino contingat, & ſaporis quædam acumina. Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore reſinæ, excitaríque lenitatem. E diuerſo crapula compeſci feritatem nimiam, frangíque virus: aut vbi pigra lenitas torpeat, virus addi. Liguriæ maximè, circumpadaniſque muſtis vtilitas diſcernitur hoc modo: pugnacibus muſtis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui ex vtroque condiri velint. Hoc in loco Plinio crapulam vocari quidam putant medicamenta quibus vini lenitas excitatur. Alii verò reſinæ florem eſſe dicunt id quod in reſina ſupernatat: quod autem fidit in fundo, crapulam. vt ſit crapula velut fæx reſinæ.

Craſſus. Craſſeſco, craſſeſcis, &c.) Adde in fine, Plinius lib.13. cap.18, ad finem, Nec aliunde magis, quàm purgamentis eius ſues craſſeſcunt.

Referre craſſitudinem mellis. Celſus lib.5.cap.18, Siquidem ad ſingulorum pilorum radices, ſunt foramina, per quæ fertur humor glutinoſus ſubpallidus, craſſitudinem mellis aut viſci referens, interdum olei.

Crater. ¶ Crater, pro Vaſe in quo cibus coquitur, vel menſæ apponitur. Ouid.5. Faſt.104,

Nunc dape, nunc poſito menſæ enituere Lyæo:
Terra rubens crater, pocula fagus erant. Craterem refert ad dapes, pocula ad Lyæum.

CRATHIS, cum th aſpirato) Adde, Crathis, Herodoto libro 1, Achæorum fluuius, à quo qui in Italia ſic cognominatur, nomen accepit. De quo Ouidius 15. Metamorph.63,

Crathis, & hinc Sybaris veſtris conterminus oris
Electro ſimiles faciunt aurò que capillos. Hunc & lapidoſum eſſe ait 3. Faſtorum, 117,
Eſt prope piſcoſos lapidoſi Crathidis amnes
Paruus ager. Hic, vt ait Strabo libro 6, multis medetur morbis, hominéſque in eo lotos, cæſarie candidos & flauos efficit.

Credo. Auidiſſimè credere. Plin.lib.5.cap.1.4.

Credo, interpoſitum. Cic. Lentulo, lib.1.9,78, Exarſi non ſolùm præſenti credo) ira eundia.

Ire in creditum. Paulus in L. Multum. Paragra. Mutui datio. ff. De rebus creditis, Quoniam earum rerum datione poſſumus in creditum ire.

Créditrix, penult. corr. Verbale fœmininum. Paulus in L. Claudius Felix. Paragr. Aut contra. ff. Qui potior. in pig. vel hyp. Poterit vti exceptione rei iudicatæ aduerſus primam creditricem.

Cremium. Cremia cinnamomi. Plin. lib.12.cap.19.5, Sarmenta haſta diuidit ſacerdos, deóq; partem ponit, reliquum mercator in naſſas condit. Eſt & alia fama, Cum Sole diuidi, ternáſque partes fieri: deinde ſorte cremia diſcerni: quódque Soli ceſſerit, relinqui, ac ſponte conflagrare.

Crepo. ¶ Crepitus, Eſt etiam eruptio ventris,) verſu tertio, lib.7. Lege.17. & in fine adde, Vide **Reddo.**

Creto. Cretio, Pro additione hæreditatis. L. Cretionum. C. De iure deliberandi.

Creo. Diſſolutionem ſtomachi creare. Plin.lib.9.cap.48.1.

Vomitum creare. Plinius lib.9.cap.48.1.

CRESSAEA, Herodoto lib.7, regio Pallenæ vicina, ac Thermæo ſinui contermina.

CRESTON, Oppidum, de quo Herodotus lib.1, Qua lingua Pelaſgi ſunt vſi, affirmare non poſſum: ſed coniectura ſignorum, licet dicere eandem, qua nunc Pelaſgi vtuntur, qui ſupra Tyrrhenos vrbem Creſtonem incolunt, quodam tempore finitimi eorum, qui nunc Dores vocantur. Eſt & nomen regis Bithyniæ, cuius in eminit Iuſtinus lib.38.

Crimen. Adducere in crimen. Plinius lib.11.cap.11.14, Inter ea quæ temerè mandantur, boletos meritò poſuerim, opimi quidem hos cibi, ſed immenſo exemplo in crimen adductos, veneno Tiberio Claudio principi per hanc occaſionem à coninge Agrippina dato.

Criminari aliquem alteri.) Adde in fine, Suetonius in Caligula.cap.56.

Crinis. ¶ Crinis vitium. Plinius lib.13.cap.13.10, Vernacula putatio deiectis per ramos vitium crinibus circunueſtit arborem, crinéſque ipſos vuis.

Criſpus. Crepitus criſpans. Plin.lib.1.ca.82.1, Tutiſſimum eſt, quum vibrat criſpante ædificiorum crepitu. De motu terræ.

CRITHEIS, vt ex Ephoro refert Plutarchus in vita Homeri, filia fuit Atellis, quam poſt mortem Mæonis fratris tutelæ reliquit. Hic autem quum puellam vitiaſſet, grauidámque feciſſet atque ob id facti vereretur infamiam, Phemio eam Smyrnæo Grammaticæ præceptori in matrimonium dedit. Illa verò non multo pòſt, quum ad lauacra, quæ prope Meletem fluuium erant, proficiſceretur, Homerum iuxta fluuium peperit: ob idque Meleſigenes appellatus eſt, qui poſtea cæcus factus, Homeri nomen accepit. Cunixi nanque & lones oculis captos, Homeros appellant, quòd homeris, id eſt itineris ducibus egeant.

Crocum. ¶ Crocum in medio lilii. Plinius lib.21.cap.5.1, de lilio, Cálor eius eximius foliis foris ſtriatis, & ab angustiis in latitudinem paulatim ſe laxantibus, effigie calathi, reſupinis per ambitum labris, tenuíq; filo & ſemine ſtantibus in medio crocis. Paulo pòſt. Et flos non diſſimilis illi in herba quam conuoluolum vocant, naſcens per frutecta, nullo odore, nec crocis intus, candorem tantùm referens, ac veluti naturæ rudimentum lilia facere condiſcentis.

Crudum. Ructare crudum. Celſus lib.1.cap.1, Qui crudum ſine præcordiorum dolore ructat, is ex interuallo aquam frigidam bibere, & ſe nihilo minus continere.

Subſtat cruditas. Celſus lib.2. cap.11, Seruanda verò illa ſunt, ne ante diem tertium ducatur, ne vlla cruditate ſubſtante, ne in corpore infirmo, &c.

Crudeſcit morbus, &c. Sin in progreſſu) Corrige, Si in proceſſu, &c.

Cruor, cruoris, &c.

Cruentius, Aduerbium. Seneca de Benefi.5, Cæteri arma cruentius exercuerunt, aliquando tamen ſatiati abiecerunt.

Cruſtum. Cruſta, cruſtæ, fœmineo genere poſuit Seneca de Prouid. Non eſt iſta ſolida & ſyncera fœlicitas: cruſta eſt, & quidem tenuis. Dixit cruſtam ligni aut marmoris: vt lamina auri, vel argenti dicitur.

Reſoluere cruſtas. Celſus lib.5.cap.26, Poſt vſtionem putris vlceris, ſuperponenda ſunt quæ cruſtas à viuo reſoluant.

Reſoluere cruſtas puras. Celſus lib.6.cap.16, Ergo longa quiete & immobili penè corpore opus eſt, donec ex ipſo cruſtæ puræ leniter reſoluantur.

Cruſtularius, cruſtularii, Cruſtulorum venditor. Seneca epiſtol.57, Et botularíũ, & cruſtularium, & omnes popinarũ inſtitores. Vulgò *Paſticiarium* vocant.

Cryſtallum. Corporari in cryſtallum. Solinus cap.25. ad finẽ, Putant glaciem coire, & in cryſtallum corporari.

CTESIPPVS, Chabriæ filius, quem Phocion, mortuo Chabria amico, diligenter ac perhumanè collegit, quo impuros adoleſcentis mores componeret. eius tamen cum duro, tum minimè liberali ingenio nuſquam adduci potuit vt curam & laborem in illo inſtituendo dimitteret: cuius ineptias non modò pertulit patienter, verumetiam ſtudioſe tegebat. Quanquam ſemel aiunt Phocionis conſtantiam importunitate leuiſſimi hominis ſuperatam. Nam quum ille imperatorium quoddam munus ſtudio accuratior obiret: Cteſippus, vt erat futilis deliráſque, grauiſſimum peritúmque imperatorem cœpit fatuis quibuſdã interrogatiunculis obtundere, atque illum monens docéńſve importunius perurgere. Tum ſtomachatũ Phocionem dixiſſe fama eſt, O Chabria Chabria, cumulatam tibi pro amore noſtro gratiam nunc perſoluo, qui nati tui deliramenta ſuſtineo. Author Plutarchus in vita Phocionis.

Cubo. Cubitus ſibi ſternere. Plin.lib.14.cap.9.3.

Cuculus. Santonicus cucullus. Iuuen. Saty.8.16.

Cucumer. Inflectitur etiam Cucumis, huius cucumis: vnde datium, cucumi. Plin.lib.19.cap.11.1, Infirmiora autem ſunt atriplici, ocimo, cucurbitæ, cucumi. Et accuſatiuus cucumim. Plin. lib.20.cap.1.5, Aliqui etiam ab eo ſcorpionium cucumim vocãt, efficaciſſimum contra ſcorpionũ ictus. Ibidem in ipſo ſtatim capitis initio, Cucumim ſyluestrem eſſe dixim° multo infra magnitudinem ſatiui. Et ablatiuus cucumi. Plin.li.20.ca.9.21, Cum vino, aut cucumi cocto.

Cucurbita. Cucurbiſnus,) Adde, pen.prod.

Cudo. Cuſor, cuſoris, Verbale. Liuius, Triumuiri mensarii creati ſunt, hique nummulariis, & monetæ omnis generis cuſorib° præerant.

Culcitra, huius culcitræ) Poſt verba Sipontini, adiunge, Varro lib.4. de Ling.Lat. Poſteaquam tranſierunt ad culcitras, quòd in eas acus, aut tomentum, aliúdve quid calcabant, ab inculcando culcitra dicta.

Culpa. ¶ Anceps culpa. Plin.lib.17.cap.21.21, Quoniam anceps culpa ſit præproperæ feſtinationis.

Culter. Culter lanionis. in L. Cũ de lanionis. in prin. ff. De inſt.

Cultellãtus, penult. prod.) Adde in fine, Idem lib.8. cap.15.4, Delphini immeantes Nilo, quorum dorſo tanquam ad hunc vſum cultellata ineſt pinna.

Cultri tonſorum. Plinius lib.18.ca.79, Aciem in cultris tonſo-

rum hebetesſcere.

Cumulus. Augere cumulo beneficium. Vide **Augeo.**

Immẽſus aliarũ ſuper alias acceruatarum legũ cumulus. Liuius 3. ab Vrbe, Centuriatis comitiis decem Tabularum leges perlatæ ſunt, quæ nunc quoque in hoc immenſo aliarum ſuper alias acceruatarũ legũ cumulo, fons omnis publici priuatique eſt iuris.

Cupio. Reuerti cupiditas cibi. Celſus libro 8. capite 4. Quòd ſi caruncula increſcere cœperit, & febricula aut ſoluta erit, aut leuior, & cupiditas cibi reuerterit, ſatisque ſomni accedet, in eodem medicamento erit perſeuerandum.

Cura. Pretium curæ, Vide **Pretium.**

Triſtitiæ cura. Plin. lib. 13. cap. 1. 24.

Eripere curam. Celſus libro 6. cap. 5. Sed eripi tamen fœminis cura cultus ſui non poteſt.

Hebetatur cura vino. Plinius lib. 23. cap. 1. 24.

Serpit cura altius. Plin. lib. 14. cap. 21.

Adorare curam priſcorum. Plinius lib. 27. cap. 1. 1. Creſcit profectò apud me certè, tractatu ipſo admiratio antiquitatis: quantóque maior copia herbarum dicenda reſtat, tanto magis adorare priſcorum in inueniendo curam, in tradendo benignitatem ſubit.

Venerari curam antiquorum. Plinius lib. 27. cap. 1. 1. Sed antiquorum curam diligentiámque quis poſſit ſatis venerari?

Pompeiana curia, &c.) Scribe ita, Pompeiana curia, in qua Pompeii ſimulachrum erat, & in qua Iulius Cæſar trucidatus eſt, &c.

Curare vitem falce. Plin. lib. 17. cap. 11. 3. Sunt qui vetant tangi proximo anno quo tranſlata ſit, neque ante ſexageſimum menſem falce curari.

Sub curatione. Celſus libro 7. capite 7. Nonnunquam autem nimium ſub hac curatione exciſa cute, euenit vt oculus non contegatur.

Opportunus curationi. Celſus lib. 3. ca. 9. Fortaſſe enim curationi opportunior ſiet.

Expedita curatio. Celſus lib. 5. cap. 26. Itaque protinus eius vulneris expedita magis curatio eſt, ex quo ſanguis bonus fluxit.

Explere curationem. Celſus lib. 7. cap. 7.

Facere difficultatem curationi, Id eſt reddere curationem difficilem. Celſus lib. 7. cap. 26.

Rectè procedit curatio. Celſus libro 7. cap. 27. Inter hæc verò ſi ſomnus eſt, & æqualis ſpiritus, & madens lingua & ſitis modica, & venter imus ſed & mediocris eſt cum febre modica doloriſcire licet rectè procedere curationem.

Recipere curationem. Celſus lib. 7. cap. 20. Ferè tamen hanc curationem puerilis ætas, & modicum malum recipit. Idem lib. 5. capite 28. Diſcedere autem cacoethes, quod curationem recipit, à carcinomate, quod non recipit, nemo ſcire poteſt niſi tẽpore, & experimento.

Curax, curâcis, pen. prod. Caius in L. Siquid in prin. ff. de Ædilit. edicto, dicitur ea forma qua Emax, vendax, fugax, vigilax.

Curro. Menſura currit, Vide Menſura in **Metior.**

Currere per campos. Ouid. 5. Metam. 113.

Per tamen & campos, & opertos arbore montes,
Saxa quoque & rupes, & quà via nulla, cucurri.

Ad regem curſus detorquet barbam. Virgil. 4. Æneid. 40.

Reuocare curſum ſanguinis. Celſus lib. 5. cap. 26. Vt illuc ſanguinis curſus reuocetur.

Menſtrui curſus, Menſtrua muliebria. Plinius lib. 11. cap. 39. 4. Quum menſtrui curſus ſtetere.

¶ Curriculum, pro Curſu, fama, laude. Plin. lib. 14. cap. 6. 6. de vinis generoſis, Quartum curriculum publicis epulis obtinuere à diuo Iulio (is enim primus authoritatem his tribuit, vt in epiſtolis eius apparet) Mamertina.

Curuus. Curuatura vnguium, Aduncitas. Plin. lib. 10. cap. 19.

Cuſculium, Vide **Quiſquilium.**

Cutis. Rumpere cutem. Celſus lib. 5. cap. 28. Vbi id matura eſt, cutem rumpit, ad cicatricem perducit.

Finditur cutis. Celſus lib. 5. cap. 27. Solet etiam colliſo corpore exigua parte findi cutis.

¶ Cutis terræ. Plinius lib. 20. cap. 19. 3. In ſumma terræ cute.

¶ Cutis vuæ, & ceraſi. Plinius lib. 15. cap. 28. 4. Cruſta tegũtur glandes: cute vuæ corio & mẽbrana, punicæ came & ſucco mora conſtant: cute & ſucco, ceraſi.

CYARAXES, Phraortis regis Perſarum & Medorũ filius, cui ſucceſſit in regno. Primus Aſiæ populos in prouincias diſtinxit, primúſque in ſuum quoſque ordinem diſtribuit, haſtatos, ſagittarios, equites, quum prius omnia promiſcua eſſent atqi implicita. Hic & cum Lydis prælium fecit: quod quum fieret, dies nox effecta, & omnem trans Halym flumen Aſiam ſibi ſubiecit. Mortuus eſt XL. imperii ſui anno. Eiúſque filius Aſtyages in eius locum ſuffectus eſt. Author Herodotus lib. 1.

Cybea, Genus nauis onerariæ. Cic. 7. Verr. 35. Nauem verò cybeam maximam triremi inſtar, pulcherrimam atque ornatiſſimam, palàm ædificatam ſumptu publico, ſciente Sicilia, per magiſtratum Senatúmque Mamertinum tibi datam donatúmque eſſe dico. Paulo pòſt, 37. Poſtremò tu tibi hoc nunquàm criminoſum, nunquam inuidioſum fore putaſti, celeberrimo loco palàm tibi ædificari onerariam nauem in ea prouincia, quam tu cum imperio obtinebas? Ibidem. 48. Reprimebat enim tibi & imperandi vim & rogandi conatum præclara illa nõ Popul. Romano reddita biremis, ſed Prætori donata cybea. Rurſus ibidem, 106. Tibi apud Mamertinos priuatim nauis oneraria maxima publicè eſt ædificata.

Cybium. Cybium, inquit Budæus, &c.) Adde in fide, Vide Maſſarum in Plinium.

Cynoides, pen. prod. Vide **Pſyllion.**

Cynoſura oua quæ dicantur. Vide **Urinum** ouum.

CYTHERA. Cytherius, Adiectiuũ, quinque ſyllabarum. Martialis lib. 8. 45. Quum te Hacce mihi reddet Cytherea Cyprot. Ouid. 3. Faſt. 113. Senſit, & alloquitur trepidam Cytherius hieros. Id eſt Æneas Veneris filius.

Cytherius menſis, Aprilis Veneri dicatus. Ouid. 4. Faſt. 59.

Sic ego: ſic Erato, menſis Cytherius illi
Ceſſit, quòd teneri nomen Amoris habet.

Cytherea, pro Venere. Ouid. 4. Metam. 57. Exigit indicii memorem Cytherea pœnam.

CYTIS, Inſula Arabiæ, vbi topazius lapis inuenitur. Plinius libro 6. cap. 29.

D

DÆDALVS, &c. Hæc Diodorus lib. 5.) Adde, cap. 13. Et in fine, Vide MINOTAVRVS.

Damnum. Damnare de ſuſpicionibus, Id eſt ex ſuſpicionibus, per ſuſpiciones. Vlpianus in L. Abſentem. Parag. primo. ff. De quæſt.

Damnatus crimine. In L. 1. Parag. 1. ff. De poſtul.

Damnatus iudicii. In L. 1. Paragr. 1. ff. De poſtul.

Eſſe in damnatione. Plin. lib 20. cap. 11. 4. Sed in confeſſa damnatione eſt venenatum in Sardinia.

Damnâtus, huius damnâtus, pe. prod. Idem quod damnatio. Plin. lib. 7. cap. 44. 3. Alieno beneficio poſtea vixit, bonis inde etiam conſecratis à damnato ſuo.

DANAE, Acriſii regis &c.) Adde in fine, Vide ACRISIVS.

Dapes. Superbæ dapes. Martialis lib. 5. 102.

Illa quidem lauta eſt, dapibuſque inſtructa ſuperbis:
Sed nihil omnino, te recitante placet.

De, præpoſitio.

De cætero, pro Poſthac. Paulus in L. Nequis. ff. De cuſtodia & exhibit. reo. Nam quum ſcierint ſibi quoque moleſtiæ futurum magiſtratum, ſi facilè ſoluerint vinctos: non indifferenter de cætero facient.

De tegno, de rege ſanguinem fundere, Vide Fundere ſanguinem in **Sanguis.**

Debeo. Debitò vitæ liberari, Vide **Vita.**

Debibo, débibis, pen. corr. debibere. Solinus cap. 11. Quorum alterum ſi ouillum pecus debibat, &c.

Debuccino, debúccinas, pen. corr. debuccinare, pro Buccinare vſus eſt Tertullianus De velandis virginibus.

Decido, pen. prod. Quæſtionem decidere. Papini. in L. Fiſcus in quæſtione. ff. De iure fiſci.

Decoquo. Decoquere publicam ſalutem. Plin. lib. 31. cap. 3. 12. Ambitione auaritiáque in villas ac ſuburbana decoquentibus publicam ſalutem.

Decortico. Decorticâtus, pen. prod. Participium. Plinius lib. 16. cap. 41. 2. Tradũt & abietem circa germinationes decorticatam qua diximus luna, aquis non corrumpi.

Decurio. Decuriones quidam dictos aiunt ex eo, quòd initio quum coloniæ deducerentur, decima pars eorum qui deducerentur, conſilii publici gratia conſcribi ſolita ſit. Pomponius in L. Pupillus. ff. de Verb. ſignif.

Decuſſis, &c.) Corrige, aſſe.

Dedecus. Concipere dedecus, Vide **Concipio.**

Coniungere dedecus cum probro, Vide **Coniungo.**

Deduco. Deducere furem ad præfectum. Iulianus in L. Interdum fur. Parag. 1. ff. De furtis.

Deducere in inſidias. Scæuola in L. Cuiuſque. ff. Ad legem Iuliam maieſt.

Deducere rem in iudicium. Vlpianus in L. Si mater. §. Hoc iure. ff. de Exceptione rei iudic. Hoc iure vtimur, vt ex parte acto-

risin exceptione rei iudicatæ hæ personæ contineantur, quæ rẽ in iudicium deducunt.

Deducere actionem in iudicium. Triphon. in L. Si alienus.ff. De noxal. actí.

Deducere in obligationem, Obligare. Paulus in L. Ex scriptúre. Paragr. Latinus.ff. De except. rei iud.

Deducere in stipulationem. Vlpianus in L. Si à colono.ff. De Verb. obligatione.

Defendo. Defensor est, qui vltro pro reo se liti sine mandato obtulit. Vlpian. in L. Si mater. §. Hoc iure.ff. De except. rei iud. Ex persona autẽ rei etiam defensor numerabitur: qui aduersus defensorem agit, qui litem in iudicium deducit.

Deficio. Defectæ senectutis homo. Vlpianus in L. Arboribus. Paragr. De illo.ff. de Vsufructu.

Defectus ætate. Vlpian. in L. 3. Parag. Ignoscatur.ff. De re. Syl.

Defectus velox. Plin. lib. 34. ca. 2. 1, de æris generibus. Proximũ bonitate fuit Sallustianum in Centronũ Alpino tractu, non longi & ipsum æui. Succestítque ei Liuianum in Gallia. Verunque à metallorum dominis appellatum, illud ab amico diui Augusti, hoc à coniuge, velocis defectus. Eodem significatu dixit, Nõ longi æui, & Velocis defectus.

Defectus stomachi præcipuè excitat inula. Plin. lib. 19. ca. 5. 24.

Defectus animi. Plin. lib. 20. cap. 2, ad finem, Ipse cucumis odore defectum animi. Subandi, sanat.

Defluo. D. fluuia capitis semine illito cohonestari. Plinius lib. 22. cap. 13. 4.

Defrico. Defricari pumice. Plin. lib. 26. cap. 5.

Defugio. Defugio, pro Deficio, seu desciſco. Liuius 4. bel. Pun. 160, Ea pugna defugientes ab Romanis quum cohibuisset Siculos, Marcellus Syracusas rediit. Vetus exemplar habet deficiẽtes.

Degener. Degener humani ritus. Plin. lib. 5. cap. 8. 1, Atlantes degeneres sunt humani ritus, si credimus. Nam neq; nominum vllorum inter eos appellatio est, &c.

Deglabro, déglabras, pen. cor. deglabrâre, Glabrum facere: Corticem demere. Paulus in L. Cædere. ff. Arborum fur. cæsar. Cædere est non solùm succidere, sed etiam ferire cædendi causa. Cingere est deglabrare.

Dego. Degere ex æquo cum aliquibus. Plin. lib. 6. cap. 25. 3, Pertinet ad Scythas, cum quibus ex æquo degunt. Id est viuunt.

¶ Degi, infinitiuus. Plin. lib. 11. cap. 1. 3, Mille præterea sunt vsus earum, sine quis vita degi non possit. De arboribus.

Degrauo. Degrauari minus est quàm Mergi. Plinius lib. 9. cap. 5. 2, Authores habẽo in Equestri ordine splendentes, visum ab his in Gaditano oceano marinum hominem, toto corpore absoluta similitudine. ascendere eum nauigia nocturnis temporibus, statimque degrauari quas insederet partes: & si diutius permaneat, etiam mergi.

Dehisco. Rictus animalis dehiscens ad aures. Plin. lib. 8. ca. 21. 3.

Dehiscunt quidam pisces præ pinguedine, hoc est dissiliunt, finduntur, crepant. Plin. lib. 9. cap. 15. 10, Pinguescunt & in tantũ vt dehiscant. De thynnis.

Delicio. Petere deiectionem medicamento. Celsus lib. 1. cap. 3, Deiectio autem medicamento petenda est.

Moliri deiectionem. Celsus lib. 2. cap. 12, Deiectionem autem antiqui variis medicamentis, crebráque alui ductione, in omnibus ferè morbis moliebantur.

Delecto. ¶ Delectare oues in agro. Plin. li. 17. cap. 9. 7, Itémque vbi saturus eris frumentum, oues ibi delectato.

Deleo. Deletitius, Adiectiuum. vt Charta deletitia. Vlpianus in L. Chartæ. ff. de Bonorum poſſ. secun. tabul. Chartæ appellatio, & ad nouam chartam refertur, & ad deletitiam.

Deliro. Delirium, delirii, Idem quod Deliramentum. Celsus lib. 5. cap. 27, Illa perniciosa est, quæ vel leni vulneri superuenit, vel vltra tempus inflammationis durat, vel delirium mouet.

Delitigo, delitigas. pen. corr. delitigâui, delitigâtum, pen. prod. delitigâre. Horatius de Arte, 2c, Iratúsque Chremes tumido delitigat ore. Hoc est vehementer litigat.

DELOS. Dele, Vocatiuus apud Statium legitur, lib. 3. Thebaid. 88, -ipsa tua Mycone, Gyaróque reuelli
Dele times.

Deluo. Aceto deluito.) Adde, Alii legunt Diluito.

Demens. Dementia operæ. Plin. lib. 17. cap. 5, ad finem, Terrã enim terra emendari (vt aliqui præcipiunt) super tenuem pinguẽ iniectæ, aut gracili bibulóq; super humidam ac præpinguẽ, dementia operæ est. quid enim potest sperare, qui talem colit?

Demolior. Demolio, demólis. pen. prod. demolíui, penult. producta, demolítum, demolíre. Alphenus in L. Qui insulã, in prin. ff. Locat. Dominus insulæ, quia ædificia vitium facere diceret, demolierat eam.

Demolitus, pen. prod. Participium passiuum. Vlpianus in L. Quid tamen. Paragr. 1. ff. Quibus modis vsusfruct. amit. Verumetiam si demolitis ædibus testator alias nouas restituerit. Et Ædificium demolitum, in L. Qui insulam. in prin. ff. Locat.

Demordeo. Demorsus, Participium. Persius Satyra 1, Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit vngues.

Demuto. Demutatio, &c. verticoloris esse demutationis) Scribe, Alii legunt mutationis.

Dens. Stridor dentium. Celsus lib. 2. cap. 7, Item robusto adhuc corpore insolitus dentium stridor, insaniæ signa sunt.

Dens niger, Vide Dens scaber.

Dens scaber, qua parte niger est, radendus est, illinendúsque rosæ flore contrito. Celsus lib. 7. cap. 12.

Superiores dentes, Vide Dens mouet dolores.

Adurgendus dens digito, Vide Dens nascitur.

Cadit dens, Vide Dens nascitur.

Circumpurgare dentem, Vide Dens nascitur.

Circunradere dentem, Vide Dens mouet dolores.

Comprehendit dentem forfex, Vide Dens mouet dolores.

Concutere dentem, Vide Dens mouet dolores.

Confringitur dens sub forfice, Vide Dens mouet dolores.

Denigrare dentes. Plinius libro 32. cap. 7. 2, Sornatius tantam vim habere tradit, vt nisi oleũ ore contineant qui tingunt, dentes quoque eorum denigrare dicat.

Euellitur dens, Vide Dens mouet dolores, & Dens nascitur.

Excidit dens, Vide Dens nascitur.

Excipere dentem forfice, Vide Dens mouet dolores.

Exesus dens, Vide Dens mouet dolores, & Eximere dentem.

Eximere dentem. Celsus lib. 6. cap. 9, Si verò exesus est dens, festinare ad eximendum eum, nisi res cogit, non est necesse.

Fouere dentem. Celsus libro 6. capite 9. Specillum quoque lana inuolutum in calidum oleum demittitur, eóque ipso dens foueetur.

Dens hærens, Vide Dens mouet dolores, & Dentes labant.

Dentes labant. Celsus libro 7. capite 12, At si ex ictu vel ex alio casu aliqui labant dentes, auro cum his qui bene hærent, vinciendi sunt.

Limare dentes. Celsus lib. 6. cap. 12, Saneſcere sæpe vlcus non finit, ideóque limandus est.

Dentes mouentur. Celsus lib. 7. ca. 12, In ore quoque quædam manu curantur. Vbi in primis dentes nonnunquam mouetur, modò propter radicum imbecillitatem, modò propter gingiuarum arescentium vitium. Vide Dens mouet dolores.

Dens mouet dolores. Celsus lib. 7. cap. 12, Si verò dens dolores mouet, eximique eum, quia medicamenta nihil adiuuant, placuit: circunradi debet, vt gingiua ab eo resoluatur. Tum is cõcutiendus est. Eáque facienda, donec bene moueatur. Nam dens hærens, cum summo periculo euellitur, ac nonnunquam maxilla loco mouetur. I'dque etiam maiore periculo in superioribus dentibus fit: quia potest tempora oculósve concutere. Tum si fieri potest, manu: si minus, forfice dens excipiendus est. Ac si exesus est, antè id foramen vel linamento, vel bene accommodato plumbo replendum est, ne sub forfice confringatur. Recta verò forfex ducenda est, ne inflexis radicibus. os earum cui dens inhæret, parte aliqua frangatur. Paulo pòst, Sæpe enim forfex quum dentem comprehendere non possit, aut frustra comprehendat, os gingiuæ prehendit & frangit.

Dens nascitur. Celsus lib. 7. cap. 12, Siquando etiam in pueris alter dens nascitur quàm prior excidat: is qui cadere debuit, circumpurgandus & euellendus est: is qui natus est in locum prioris, quotidie digito adurgendus, donec ad iustam magnitudinem perueniat.

Reficere dentes. Celsus lib. 6. cap. 15, Et si dolor in gingiuis est, mouentúrque aliqui dentes, refici eos oportet.

Stridere dentibus. Celsus lib. 2. cap. 6, Vbi is qui mentis suæ nõ est, neque id facere sanus solet, dentibus stridet.

Vinciendi sunt dentes auro, Vide Dentes labant.

Denubo.) Adde in fine, Sueton. in Nerone, cap. 29, Cui etiam sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit.

Depretio, depretias, depretiáui, depreciátum, deprectiare. Ad minus pretium redigere Paulus in L. Proinde. ff. Ad legem Aquil. Et eius ratio haberi debet, quo cætera corpora depretiata sunt.

Deprecor. Deprecatio est etiam.) Adde in fine. Plinius lib. 28. cap. 2. 10, Etiam parietes incendiorum deprecationibus conseribuntur. Hoc est certis verbis quæ vim habeant auertẽdi incendia ab ædibus.

Munus aliquod deprecari.) Scribe, Quintil. lib. 1. cap. 13, ad finem, Præcipiendi munus etiam pridem deprecati sumus.

Derepo/detépis,pe.prod.Cõpositũ ex De & Repo.Pli.lib.8.ca. 36.5,Ingrediũtur & bipedes. Arborem auersũ derepũt. De vrsis.

Derogo. Gratiam derogare alicui.Plin.lib.7.cap.28.4, M.Sergio, vt quidé arbitrer,nemo quenquã hominũ iure prætulerit: licet pronepos Catilina gratiam nomini derogarit.

Descendo. Descendimus ad nostras,&c.)Adde,Vide **Haurio.**

Desero. Litẽ deserere.Papinian⁹ in L.Liberto.ff.De nego.gest.

Despero. Desperatio, &c.ægritudo sine vlla meliorum) Dele meliorum.

Desserto/dessertis, dessertui,dessértere,Quod vulgus Gallicum dicit Deſſeruir.Persius Satyr.6,

Cor iubet hoc Enni,postquam destertuit esse
Maonides quintus pauone ex Pythagoreo.

Destino. Destimata alicui pecunia,Promissa.Vlpia.in L.A diuo Pio.Parag.Sed & si.ff.De re iudic.

Destringo. Destrigmentum,destrigmenti, Idem quod strigmentũ, siue ramentũ.Plin.lib.20.cap.3.4, de cucurbita syluestri.Et ignes sacros,destrigmẽtis,vel his impositis,vel seminib⁹

Desydero. Incutere desyderium, Vide **Incutio.**

Oris desyderia.Plin.lib.22.cap.14.2, Faucibus,tonsillis, anginæ,omnibúsque oris desyderiis vtilissimum.De mielle.

¶Pro desyderio corporũ,Prout corpora desyderãt,siue opʰ habẽt.Plin.li.11.ca.50.1, Caudæ præter hominẽ ac simias omnibus ferè animalibus, & ouæ gignẽtibus,pro desyderio corporũ: nudæ hirtis,vt aprisi:paruæ villosis,vt vrsis: prælógis setosæ,vt eqs.

Detego/&c.Denudadare)Lege Denudare

Detergeo/ deterges, & Detergo, detergis, &c.) Horat.1.Carm. ode 7.3,Albus vt obscuro deterget nubila cælo Sæpe Notus.

¶Remos detergere,&c.Hyasium) Lege Rayſium.

Detexo. Linũ detextũ.Vlpia.in L.Sicui.ff.De legat.3.§.Lino.

Detrabo. Sustinere detractionem sanguinis.Cels.lib.2.ca.10, Facilius itaq; illi detractionem eiusmodi sustinent: celeriúsque ea, si nimium est pinguis, affligitur.

Deueho. Deuexo,deuexas,deuexare,Idẽ quod simplex Vexare. Cicero Planco,lib.10.3.8,Vnus autem est,hoc præsertim tẽpore per tot annos Rep.deuexata,Reip.bene gerẽdæ curſ ad gloriã.

Deuio/deuias,&c.)Dele hoc: non enim est in Deuio.

Deuirgino/deuirginas,pen.cor.deuirginãui,deuirginãre.Paulus in L. Præses.ff. De offic.præſ. Præses quũ cognoscit de seruo corrupto,vel ancilla deuirginata,&c.

Deuoueo. Deuotus alicui cliens.Iuuenal.Satyr.9.

Dextera. Dextro,dextras,&c.) Sic ponito,

Dextro, dextras, dextrare. Solinus cap.57,Tarpeium Iouem trina dextratione lustrauit. Valla,&c.)Adde, In exemplo Solini circũactio vel circuitio interpretari poterit: quòd equi scilicet tẽplũ Capitolini Iouis dextrorsum ter circumierint. Apud Vallam significare videtur Dextra manu ducere aliquid. Denique Dextrare esse arbitror,Dextrum aliquid sibi cõstituere,quod scilicet dextro lateri aduersum sit. vt qui aliquem comitatur cuius sinistrum latus claudit,dextrare illum dici poterit. item qui turrim vel domum à dextra incipiens totam circuit, quandiu circuit,tãdiu illam sibi dextram esse facit.Vox est parũ Latina.

Diabolus/Erasmo delatorem, aut calumniatorem significare videtur: à verbo διαβάλλειν, quod est deferre, traducere,siue infamem reddere:Budæo autem aduersarium.

Diacodion/&c.Plin.lib.20.cap.18.)Lege cap.19.

Diadema. Diadema(inquit Cælius libro 24.cap.6,) erat fascia candida quæ Regum capitibus obligabatur. Quod insigne regium inuẽnit primus,authore Plinio,Liber pater.Coronam lauream fasciæ prælligatam quum quidam Cæsaris statuæ imposuisset, Tribuni Pl. detrahi coronæ fasciam, & duci in vincula hominem iusserunt.Alexandrum Magnum legimus, quandoque sibi diadema detraxisse vulneri obligando quod in fronte acceperat Lysimachus. Quam rem portendisse illi regnum ferunt,quod & mox sit consequutus. Tradit Ammianus Marcellinus,inuidiæ Pompeio datum ab obtrectatoribus,quòd fascia obligatum crus circunferret vlceris causa, veluti nouarum rerum affectationis præsagium id foret. In gente Turcarum reliquias etiamnum antiqui moris seruari palàm est.

Diaglaucium/Genus collirii) Scribe collyrii.

Diagraphice,huius diagráphices, pen.corr.Plin.lib.35.cap.10. 11,Et huius authoritate effectum est Sicyone primùm,deinde & in tota Græcia,vt pueri ingenui ante omnia diagraphicen,hoc est picturam in buxo, docerentur, reciperetúrque ars ea in primum gradum liberalium. Διαγραφή. Descriptio ! Antiquatio & peremptio rei captæ,vel iam peractæ.

Diapasma/&c.Martialis) Scribe, Martialis lib.1, in Fescennĩã, Quid quod olet grauiʳ mistũ diapasmate virusi Pli.li.13.ca.2.2, Siccis odoribus constant,quæ diapasmata vocantur.

Diaulos.)Adde in fine,Vide Vitruuium lib.5.

Disco. Probra dicere alicui,Vide **Probrium.**

De loco superiore dicere.Cic.4.Ver.70,Primum ipse in Sicilia sæpe,& palã de loco superiore dixerat,& in sermone multis demonstrarat,licere nomen recipere absentis.Id est de sella & tribunali.Budæus.

Dicere ex tempore.Cic.pro Archia,13.

Sacramento,dicebantur) Scribe,Sacramento dicere, dicebãtur milites,quum ad iusiurandum,&c.

Iudicium dictare. Paulus in L. Si seruus.ff.De noxal.sect.

Dicibulũ,dicibuli. Dicibula puerilia, pro nugis dicit Tertullianus aduersus Valentinianos, Satis memineram Ptolemæus puerilium dicibulorum,in mari puma nasci,& in arbore pisces.

Dicrotum,&c,Rhodiorum,&,&c.)Lege Rhodiorum,& dicrota Mitylenæorum.

Dies. Venire in diem,pro Nasci,siue in lucẽ prodire dixit Solinus cap.4,Scipio Africanus prior qui defuncta parente quòd exitus vtero in diem venerat,primus Cæsar appellatus est.

Senecta dies.Plin.li.2.ca.vltimo,1,Senectã diẽ obiit in patria.

Tèpidi & insolati dies,Vide **Insolo**/insolas.

Differo. Differentia angusta.Plin.lib.21.ca.5.1, Ita odor colórque duplex,& alius calycis, alius staminis, differentia angusta.

Per dilationes bellum gerere, Id est pedetentim & per interualla. Liu.lib.5, Cum iis qui septies rebellarunt,molliter ac per dilationes gerenda sunt bella.

Diffido. Diffidere,cũ participio. Cæsar bel.Gal.lib.6, Diffidẽs Cæsarem de numero dieri fidẽ seruaturũ. Id est ne Cæsar seruaret quod promiserat de suo reditu.

Diffio. Diffior,diffiaris,Passiuũ.Solinus cap.13,Ara est in cacumine Ioui dicata, cuius altaribus siqua de extis inferuntur, nec diffiãtur ventosis spiritibus,nec pluuiis diluũtur: sed volucre altero anno,cuiusmodi relicta fuerint,eiusmodi reperiũtur. Diffiari. Flatu dispergi,diffici,dilipari.

Diffundo. Diffusa latè prædia. Vlpian.in L.1.§. Siquis in villa.ff.De s. c.Silaniano.

Digero. Digerere argumenta in digitos.Quintil.lib.11.cap.3, Manus sinistra nunquam sola rectè gestum facit:dextræ se frequenter accõmodat,siue in digitos argumenta digerimus, siue auersis in sinistrum palmis abominamur,&c.

Digitus. Obiicièdi digiti intus.Cels.lib.7.ca.29,Ac tũ quoq; leuiter intus digiti obiicièdi,ne violẽter promouẽdo cõuulnerẽt.

Digitalis gracilitas.Plin.lib.24.cap.3.5.

Digredior. Digredi,cũ accusatiuo sine præpositione.Hirt.de bel.Aphric.Inde paruulam procliuitatẽ digressus,sinistra parte campi propter mare legiones educit.

Diligo. Diligentissimus naturæ.Plin.lib.13 cap. 4.4, Arboribus,imò potius omnibus quæ terra gignit, herbisque.etiam vtrunque sexum esse diligentissimi naturæ tradunt.

Diluo. ¶Diluere aliquid in pastillos. Plin. lib.35. cap.12,ad finem,Cyclaminon in pastillos diluunt.

Dilutus rubor,Vide **Rubeus.**

Diluuiális,& hoc diluuiále,pe.prod.Solinus cap.24, Quippe quas solas diluuialis irruptio quum vniuersa obduceret humido situ, inaccessas reliquit.

Dimetior. Dimensum,idem quod Demensum.Spartianus in Adriano,Senatoribus,qui non vitio suo decoxerãt, patrimoniũ pro liberorum modo Senatoriæ professionis explenit ita vt plerisque in diem vitæ suæ dimensum sine dilatione restituerit.

Dimico. Solers dimicatio.Plin.lib.10.cap. 17.

Dimitto. Dimittere creditorem, Id est ei satisfacere,se ab eo liberare. Paulus in L.Quæris.ff.De pactis dota.

Dimittere filium de potestate.Caius in L.Liberũ.ff.De adop.

Diribeo,diribes,pe.cor.diribẽre,Distribuere.Pli.li.36.cap.15.19, En hic est ille terrarũ victor,& totius domitor orbis, qui gentes & regna diribet,iura externis mittit.De populo Romano.

Dirigo. Dirigere literas ad aliquẽ.Modestinus in L.Si procuratorẽ.ff.De procuratoribus, Si procuratorẽ absentẽ dominus satisdatiõe releuare velit,literas suas ad aduersariũ dirigere debebit.

Diripio. Diripere victoriam pro Eripere.Valer.li.3.ca.de fortitudine,Qui sanguine suo scriptis literis,direptam hostibus victoriam tantùm non,&c.

Direptus, huius direptus.Cic.2.Tuscul.111,Est enim interitus quasi discessus & secretio ac direptus earũ partium quæ ante interierunt ipsarũ aliqua tenebantur. Nonnulli legunt dirẽptus.

Discerno. Discrimen surdum,Vide **Surdus.**

Discindo. Discidium,discidii,n.g.Diuisio. Solinus ca.36,Atlãticus æstus in nostrum mare discidium orbis immittit.

Disco. Discere auribus & oculis.Plin.epist.24.lib.8,ad Aristonẽ, Erat autem antiquitus institutum,vt à maioribus natu,non auribus modò,verũetiã oculis discereremus,quæ facienda mox ipsi, ac per vices quasdam tradenda minoribus haberemus.

Differo. Differtè,proClare,specialiter,expressẽ.Liu.li.31,Quũ in

Luctatil fœdere diſertè additum eſſet, id ita ratum fore ſi populus cenſuiſſet. Vide Alciatum *παρέργων* lib.2.cap.17.

Diſpar. Diſpariliter, Aduer. Var. de Re ru. li.1.ca.6. Hæc atq; huiſmodi tria faſtigia agri ad colẽdũ diſpariliter habẽt momẽtũ

Diſpliceo. Diſplicens ſui. Senec. de breuitate vitæ.

Diſſentio. Diſſentire, cum datiuo. Horat.3.Carm.ode 5.3, Diſſentientis conditionibus fœdis.

Diſſideo. Diſſidere, cũ datiuo. Horat.2.Carm.ode 2.4, Diſſidens numero beatorum Eximit virtus.

Diſſipo. Diſſipare bona. Marcell. in L. Lucius Titius. ff. Mandati vel contra.

Diſſocio. Diſſociatio, Verbale.) Adde, Idem lib.7.cap.13.1, Eſt quædam priuatim diſſociatio corporum: & inter ſe ſteriles, vbi cum aliis iunxere, gignunt ſicut Auguſtus & Liuia.

Diſſoluo. Diſſoluta negligentia. Vlpian. in L. Si fideiuſſor. ff. Mandati.

Diſtendo. Diſtentus, huius diſtentus, Verbale, m.g. Idem quod diſtenſio. Plin. lib.8.cap.38.1, Alia ſolertia in metu melibus: ſaſſlatæ cutis diſtentu ictus hominum & morſus canum arcent.

Sub diſtenſionibus. Celſ. lib.8.cap.14, Et ne cancri, diſtenſionéſque neruorum orirentur, ſub quibus in eiuſmodi caſu fieret mors matura, ſanguinem ex brachiò miſerunt.

Excipi diſtenſione neruorũ. Celſ. lib.1.ca.6, Aut qui poto veratro exceptus diſtenſione neruorum eſt.

Diſtribuo. Diſtribuere beneficia per gentes & populos, pro inter gentes. Seneca de Benefic.7.

Diſtringo. Diſtrictè denegare. Vlpian. in L. Sed hæc. ff. de Procur. Sed hæc neque paſſim admittẽda ſunt, neque diſtrictè deneganda, ſed à Prætore cauſa cognita temperanda.

Ditio. Redire in ditionem domini, Vide **Redeo.**

Diuerto. Diuerticulum fluminis. Martia. in L. Si quiſquam. ff. De diuerſ. præſcrip. Si quiſquam in fluminis publici diuerticulo pluribus annis piſcatus ſit.

Diuidia/Diuiduum) Dele **Diuiduum.**

Diuiduitas, pen.cor. Verbale. Caius in L. Si is qui. ff. Ad Leg. Falci. Hæc itaque legata, quæ diuiduitatem nõ recipiunt, tota ad legatarium pertinent.

Do, Promiſſa, Spondere.) Lege, Catullus Argon.59.28,

At non hæc quondam blanda promiſſa dediſti
Voce mihi. Virgil. &c.

Dare in medium, id eſt in commune. Gell. lib.1.

Dare aliquid honori alicuius. Senec. de Benefic.6. Plato quum flumẽ naue tranſiret, nec ab illo quicquam portitor exegiſſet, hoc honori ſuo datum credens. dixit, &c.

Dare ſermonẽ alicui. pro Dare cauſam obloquendi. Cic. Varroni, lib.9.3.1, Dabimus ſermonẽ iis qui neſciunt, nobis quocunque in loco ſimus, eundem cultum, eundem victum eſſe.

Data opera, pro De induſtria, conſultò. Vlp. in L. Sed & qui data. ff. Ex quib. cauſ. maio.

Datio ſigni. Plin. lib.7.cap.56.11, Ordinem exercitus, ſigni dationem, teſſeras, vigilias Palamedes inuẽnit Troiano bello.

Dato, datas, &c.) Adde in fine, Plin. lib.15.cap.5.19, Themiſon binas nõ ampliùs drachmas dauit, ſequẽtes & quaternas dedẽre.

Dolo. Dolabra, inter inſtrumenta lanionum ponit Paulus in L. Cum de lanionis. ff. De inſtruc. vel inſtrum. leg.

Dolor. Lateralis dolor. Plin. lib.11.cap.11.4.

Veteſtus dolor. Celſ. lib.4. cap.1, Illa in omni veteſto capitis dolore communia ſunt, ſternutamenta excitare, inferiores partes vehementer perfricare, &c.

Finire dolores lateris. Celſ. lib.5.cap.25. Ad lateris dolores finiendos piperis, ariſtolochiæ, myrrhæ pares portiones.

Leuare dolorẽ. Cel. li.1.ca.7, Colémq; extẽdẽdo dolorẽ leuãt.

Leuare dolorem ſomno. Celſ. lib.5.cap.25, *ἀνώδυνα* vocant, quæ ſomno dolore in leuant.

Mouere dolores. Celſ. lib.7.ca.11, Si verò dens dolores mouet, eximique eum quia medicamenta nihil iuuãt, placuit, circunradi debet.

Recruduit ſoporatus dolor, Id eſt ſopitus. Curtius li.7.nõ procul ab initio.

Remanet dolor. Celſ. lib.4. cap.1, Si poſtero die dolor remanet, aluum ducere, &c.

Reuertit dolor. Cel. li.7.ca.10, Per ea verò quæ ſupra ſcripta ſũt leuato malo, ſiquãdo aliàs dolor reuerterit, eadẽ erunt faciẽda.

Stabilire & inhibere dolores. Vide **Fulcio.**

Trahit dolorem à renibus ſemẽ crethmi. Plin. lib.26.ca.8.54.

Dolet à ſole caput. Plin. lib.24.cap.5.1.

Dolent ab ictu aures. Plin. lib.28.cap.7.4.

Domus. Domuum, Genitiuus pluralis. Plin. lib.8.ca.57.1, Quo in genere multi & hos incolas domuum poſuere mures.

Domi pro domus genitiuus. Plautus Trinummo, 14.10, Non fugitiuus eſt homo, commeminit domi.

Domicœnium, domicœnii, m.ge. Cœna domeſtica. Mart. lib.5.119, Si triſti domicœnio laboras
Torani, potes eſurire mecum. Idẽ lib.11.78, ſed ipſe dimũ
Offenſus genitor, trinoctiali
Affecit domicœnio clientem.

Dominica fides. Paulus in L. Cum de lanionis. Parag. Cum de villico. ff. De inſtruc. vel inſtrum. leg.

Dorſum. Dorſuõſus, pe. prod. Adiectiuum. Solinus cap.40, Ita incertis motibus nunc in breuia reſcinditur dorſuoſa, nunc æſtibus inundatur inquietis.

Dos. Dotes naturæ & fortunæ. Plin. epiſt.3.lib.3, ad Hiſpullam, Adeſt enim adoleſcẽti noſtro cum cæteris naturæ fortunæque doribus eximia corporis pulchritudo.

Dotem profectitiam intelligunt iureconſulti, quæ à patre vel parente profecta eſt de bonis eius. Aduentitiam eſſe dotem Iulianus ait, ſiquis certam quantitatem patri donauerit vt hanc pro filia daret.

Drachma. Drachma, non modo) Adde in fine, Terent. Andr. 1.6.10, Vix inquit drachmis obſonatus eſt decem.

DRVENTIA. fluuius, cuius præter alios ſcriptores meminit Plinius lib.3.cap.4, Vnde dictus multo Galliarũ fertiliſſimus Rhodanus fluuius, ex Alpibus ſe rapiens per Lemanum lacum, legnémq; deferens Ararim, nec minus ſæpio torrẽtem Iſaram, & Druentiam.

Dualio/) Adde in fine, Vide Quintilianũ li.1.ca.de Soloecismo.

Duco. Ducor libo ſumante, Id eſt delector. Horat.2.Ser.ſaty.7.

Animo ducere. Virgil.6. Æneid.138,

Sic equidem ducebam animo, rebãque futurum,
Tempora dinumerans, nec me mea cura fefellit.

Dulcis. Languidè dulcis. Plin. lib.13.cap.4.7, Et in Arabia lãguidè dulces tradiuntur eſſe palmæ.

Duplex. Duplex quàm.) Adde in fine, Plin. lib.19. cap.3, Ideo duplex quàm cæteris pretium.

Duplus. Duplicatio, Verbale.) Adde, Paul. in L. Quod ait. ff. De noxa. acti. Certè non tantùm duplicationis, ſed & cõdictionis rationem habendam Iulianus putat.

Durus. Duratrix. pen. prod. huius duratricis. pe prod. Verbale. f.g. Plin. lib.14.cap.1.8, Additque acinis eãdem quam in doliis amphoriſve duratricem illam firmitatẽ auſteritas picis infuſa pediculo.

Durata. &c. Nec quum durarent.) Lege, Nec clam, &c.

Limus durescit.) Adde, igni.

Coire & durescere. Plin. lib.11.cap.38.1, Sanguis taurorum celerrime coit atque durescit: ideo peſſimè potu maximè.

Duricordium, duricordii, vſurpat Tertullianus libro 5. ad Marcionem, pro duritie cordis.

Dyſpepſia, eſt ægra difficiliſque ventriculi concoctio, quam Plinius eruditatem appellat. *ἀπὸ τῆς πέπτω*, id eſt coquo & digero. Fit autem, vt inquit Galenus de locis affectis libro quarto, aut ob virium imbecillitatem, aut viarum ſpiritus anguſtiam, aut vehementem in corde & pulmone calorem.

E

EANVS, pen. prod. Deus qui euntibus præerat, vel dens anni. Cuius imaginem quum Phœnices vellent exprimere, draconem finxerũt, in orbem redactum, caudámque ſuam deuorãtem, vt appareat mundum in ſe reſolui. Macrob. 1.Satur.cap.9.

Ebrietas. Soluitur ebrietas. Celſ. lib.1.cap.6, Qui ebrius obmutuit. is enim febre adiecta, neruorum diſtenſione conſumitur: niſi aut febris acceſſitant eo tempore, quo ebrietas ſolui debet, loqui cœpit.

Ebur, Eboreus, Adiect.) Adde in fine, Plin. lib.7.cap.53.4, Ante Apollinem eborem, qui eſt in foro Auguſti.

Edico. Concilium edicere. Gellius libro 15.cap.27. Is qui non vniuerſum populum, ſed partem aliquam adeſſe iubet, non comitia, ſed concilium edicere debet.

Edo prima prod. Editor. pe. cor. editõris. Luca. li.1.85, delabitur inde Vulturnuſque celer, nocturnæque editor auræ Sarnus.

Editus, huius éditus, penult. corr. vt Editus boum. pro excremento & ſtercore, Vlpiano in L. Ligni. §. In quibuſdam. ff. De lega.3.

Educo, pen. corr. Educari inter. Quintil. lib.1.de pueris, Inter quos educabitur ille huic ſpei deſtinatus.

Efficio. In ſtudiis aliquid efficere. Quintil. lib.2.ca.1.6, In quo quidem non id eſt æſtimandum, cuius quiſque ſit ætatis, ſed quantum in ſtudiis iam effecerit.

Effringo. Effractũra, effractũræ, pe. pro. Ipſe effringẽdi actus. Paulus in L.1. ff. De officio præf. vig. Effractũræ fiunt plerunque in inſulis horreiſque, vbi homines pretioſiſſimam partem fortunarum ſuarum reponunt.

Effugio. Effugere catenas, aut vincula. Horat.2.Serm.ſaty.7.

Effutio. Effutire aliquid extempore. Cic.5.Tuſc.117.

Egero. Egéries,egeriéi,ſ.g.Solinus cap.53,Quum in fugá vertitur,proluuie citi ventris ſimum egerit per longitudinẽ trium ſugerum:cuius ardor quicquid attigerit, adurit.ita egerie noxia ſummouet inſequentes.De bonaſo animali.

Egredior. Extra præſcriptum egredi.Quintil.lib.1.cap.1.11.

Elabor. Ex confeſſione inſciti æ ſuæ non potuit vrbanius elabi.Quintil.lib.1.cap.11.1.

Elaboro. Elaborare in aliquid. Quintil.lib.2. cap.8.5, Verùm ei qui foro deſtinabitur,non in vnam partẽ aliquam,ſed in omnia,quæ ſunt eius operis,etiam ſiqua difficiliora ducenti videbuntur,elaborandum eſt.

Elegia/elegix) Sic ſcribe,Elegea,elegæ, pe.prod.vltima autem indifferẽte. nam quum vt Græca dicto ponitur,vltimam lõgam habet:quum verò vt Latina,corripit eandem. cuius rei rationem grammatici docent. Dicitur autem elegia,quaſi miſerabilis vel miſera,&c. cætera quæ præceſſerunt expunge.

Elido. Elidere claua leonem.Sueton.in Nerone,cap.53,Præparatúmque leoné aiunt, quem vel claua,vel brachiorũ nexibus in amphitheatri arena ſpectante populo nudus elideret.

Ignis eliſit nubes.Stat.5.Thebaid.79,
Vt verò eliſit nubes Ioue tortus ab alto
Ignis,& ingentes patuere in lumine nautæ,&c.

Elidere pactum.Paul.in L.Si vnus.§.Pactus.ff.De pactis.

Eluctor. Eluctari per multa impedimenta.Senec.lib.6.Controuerſ.

Eluctari,interdũ accuſatiuo ſine præpoſitione iũgitur.Senec. lib.4.Natur.quæſt.Tandem eluctatus obſtantia,in vaſtam altitudinem ſubitò deſituras cadit.

Eluctantia verba.Tacit.lib.4.Id eſt impedita & coacta.Dixit enim de Tiberio, Quin aliàs compoſitus,& velut eluctantium verborũ,ſolutius propriuſque eloquebatur quoties ſubueniret.

Eluo. Eluere ex aqua.Cel.libro 7.cap.21,Deinde eluendum id ex aqua, quæ vel ſalem adiectum,vel nitrum habeat.

Eluuiem Plinius accipit pro egeſtione ſordium ex vrbe,qualis eſt quæ fit per cloacas publicas,libro 2.cap.82,Quod in certis notatur oppidis: quæ minus quatiuntur crebris ad eluuiem cuniculis cauata,Voragines & eluuies ſimul iunxit Liuius lib.8, pro foſſis vi imbriũ excauatis, Ab altera parte voragines eluuieſque præruptæ ſunt.

Emanco/emancas,emancare,pro Manus præcidere,mancum facere.Labienus apud Senecam lib.Cõtrouerſ.6,Cedo lora,gaudeo me non omnes emancaſſe.

Embamma) In fine tertii verſus pro ἐμβάττων lege ἐμβάπτων. Et poſt illud Aceti numero fuit) adde, Plin.lib.20.cap.14.3,Mẽtæ ipſius odor animũ excitat,vt ſapor auiditatem in cibis,ideo embemmatum miſturis familiare.

Emineo. Magnopere eminere,Vide Magnus.

Emitto. Emittere manum,eſt cautionem propria manu facere.Modeſtinus in L. Quidam quaſi.ff. De probat.& præſumpt. Quærebant, an cum eo de hæreditate fratris propter emiſſam ab eis manum poſſint quaſi cum filio agere.

Emorior. Emoritur membrum.Celſ.lib.5.ca.26,in cap.de curatione gangrenæ.

Emucidus/pen.cor.Adiect.vt Vitis emucida.Plin.lib.17.cap. 22.6,Simili modo & ſecundo anno reciditur,viréſque concipit, & intra ſe paſcit,ſuffecturas oneri,quum aliàs feſtinatione pariendi gracileſcat, ac emucida (ni colubeatur caſtigatione tali) in fœtum exeat tota.

Encyclios,Orbis doctrinarum.) Scribe,Encyclios, com.gen. circularis Latinè dici poteſt. Vnde Encyclios pædia, vel Diſciplina encyclios,Id eſt circularis doctrina,vel orbis omnium diſciplinarum.Vitruuius,&c.

Endo/Præpoſitio apud antiquos.pro In.Ci.2.de Leg.31,ex XII Tabulis, Et ollos quos endo cælo merita vocauerint. Id eſt in cælum.

Energumenus/ penultima corr. dicitur ab immundo ſpiritu vexatus, ſiue à dæmone obſeſſus, vt nonnulli exiſtimant, ab ἔργειν, quod detineri ſignificat ac impediri. quanquam & lunatici eo intelliguntur nomine, velut in eos agat luna, id eſt μήνη. Qua in re illud ſubit admirari, Ruſticos & omnium literarum imperitos, nunc Latinè, nunc etiam Græcè loqui, quum tamen lingua dæmonum propria nulla ſit,vt quibus nihil voce opus eſt.Solet vulgus hanc dictionem per tertiam vocalem enuntiare, Energuminus. Valla ab ἔργειν verbo ducit, quod agor ſignificat & agitor. Raudenſis ab arguo: ſed ridiculè. Cælius lib.2.cap.13.

Enhydris)Adde,Genitiuum habet enhydridis,pen.corr. Plin. lib.30.cap.3.3, Aut draconis os è ſpina,item enhydridis.Eſt autem ſerpens maſculus & albus. Idem lib.32.cap.9.9, Enhydridis iecur.

Enhydrus,enhydri,Idem.Solinus ca.45,Quod enhydrus conſpicatus, alterum ichneumenum genus, penetrat belluam.

Eo/is,uti re dicitur eques,vel qui ſella geſtatur,aut lectica vehitur.Paulus in L. Qui ſella, & L. Inter actum. Digeſt. de Seruitut.ruſt.præd.

Iretur. Papinianus in L. Pupillus.ff.De fideiuſſ.tuto. Iudice defuncto,prius quàm ad eum iretur.

EPHESVS. Epheſſinus,pen.prod.Adiectiuum. vt Epheſina mulier.Cic.3.Philipp.34.

EPORÉDIA) Adde in fine,Plin.lib.3.cap.17.2,Oppidũ Eporediã,Sibyllinis libris à Pop.Rom.conditi iuſſum. Eporedicas Galli bonos equorum domitores vocant.

Epibadeo/pen.corr.&c.) Adde in fine,Vide Actuatix nauis in Hauſo.

Epidemia/eſt acceſſus ad ciuitatem aliquam obſeruari plerũque ſolitus.Hæc Budæus in Pand. Epidemiam vocant medici morbum populariter vagantem,ſiue populariter ſparſum.

Epidemetici,de quibus titulus eſt apud Iuſtinianum, ſunt hoſpitiorum metatores in vrbe, hoc eſt qui in valuis ianuarum faciunt inſcriptiones, quibus ſignificatur quis in ea domo ſit hoſpitaturus. ἐπιδημία idem valet quod ad ciuitatem in rem præſentem venio.Vulgus *forrerios* vocat.Hæc Alciatus in tres poſteriores libros Codicis.Meminit & Cælius lib.7.cap.14.

Epidromon) Lege Epidrómos.In fine aſcribe,Vide Actuarium

Equus. Equus,Machina bellica. Plin.lib.7.cap.56.11, Equũ qui nunc aries appellatur, in muralibus machinis Epeum ad Troiam.Subaudi,inueniſſe dicunt.

Equarius, equarii, Subſtantiuum, Equorum curator. Solinus cap.57, Alexandri Magni equus Bucephalus dictus, &c. quum ab equario ſuo aliàs etiã molliter ſederetur,accepto regio ſtratu neminem vnquam alium præter dominum vehere dignatus eſt.

Eques,pro ipſo equo) poſt verſus Virgilii adde,Vide Gellũ lib.18.cap.5.

ERATO. Erato ἀπὸ τῦ ἔρατος,hoc eſt ab amore nomen habere, innuit Ouidius 2.de Arte,hoc verſu,
Nunc mihi ſiquando,Puer,& Cytherea fauete:
Nũc Eratoinam tu nomen amoris habes.Eadem de cauſa illam in tertio Argonauticõn inuocat Apollonius. Diodorus verò lib.5.cap.1.id nominis ſortitam Erato ait, quòd docti homines ab omnibus amẽtur. Fulgentius dictam exiſtimat quaſi ἐρῶν ὅμοιον, hoc eſt ſimile inuenienti: quia poſt ſcientiam & memoriam,iuſtũ eſt vt aliquid de noſtro ſimile inuenianus. At verò Cornutus ab interrogando & reſpondendo, id eſt ἀπὸ τῦ ἐρωτᾶν καὶ ἀποκρίνεσθαι. hæc enim duo maximè diſputantibus & ejus facultatis ſtudioſis conuenire videmus. Saltatricem Erato poeta illo verſiculo deſcribit: Plectra gerens Erato ſaltat pede, carmine, vultu. Quin & ipſam ſaltandi rationem inuenîſſe, Græci quidam prodiderẽt:alii muſicam. At Proclus qui in Heſiodum commentarios reliquit,poëſeos ei inuentionem attribuit.Eadem & Thamyræ mater perhibetur,qui amatoria primus cecinit.

Arcades Erato inter Muſas non connumerant: ſed vatẽ quãpiã fuiſſe aiunt, quæ Arcadi Calliſtûs filio nupſerit, & per eam mortalibus Pana oracula dediſſe.

Eripio. Eripere tempus cibi.Celſ.lib.2.ca.8,At in tabe ſputum miſtum,purulentũ,febris aſſidua,quæ & cibi tẽpora eripit,&c.

Humanis ereptus.Curtius lib. 10, Indignantium voces exaudiebantur, tam viridem & in flore ætatis fortunæ que inuidia deũm ereptum eſſe humanis.De Alexandro mortuo.

Eriuo,eriuas,pen.prod.eriuãre, Riuis factis educere,euacuare. Plin.lib.17.cap.16.4,Cæterum maiore in parte orbis etiam pluuias Autumni aquas eriuari conuenit.

Erro. Procul errare,Vehementer falli,Vide Procul.

Falſus error.Plin.lib.15.cap.3.2,Et error hominum falſus,exiſtimandum maturitatis initium, quod eſt vitii proximum. Idẽ libro 11.cap.6.3,Vnde quidam errore falſo barbaricam eam appellabant.

Erudio. Eruditione varia replet homo.Suet.in Auguſto,ca.89.

Erugo. Erugare cutem. Plin. lib.16.cap.vlt.11, Cacaliæ grana miſta ceræ liquidæ,extendunt cutem in facie,erugántque.

Eſca. Ignis eſca.Liu.5.bel.Pun.18.Pars ſemiſopitos hoſtes cædunt,pars ignis eſcas ſtramento arido tectis iniiciunt.

Eſculento ore homo,Scribe. Cuius os plenum eſt eſca.

Eſco, eſcas, eſcâre. Solinus cap. 53, ad finem, Noceri eis, omnibus quidem locis nefas ducũt, ſed in Theſſalia vel maximè,vbi ſerpentũ immanis copia eſt,quos dũ eſcandi gratia inſectãtur, regionibus Theſſalicis plurimum mali detrahunt. De iconiis.

Eſcâlis,& hoc eſcâle,pen.prod.Paulus in L.Cũ quidã.ff.Supell.leg. Eſcale autem vel potorium argentum non deberi.

Etiam. Etiam dũ,&c.) Adde, Plin.lib.16.cap.11.1, Folia ephe

meri tuberibus atque tumoribus illinũtur, quæ etiam dum discuti possunt.

Euado. ¶Lapis non,&c.)In secundo carmine pro perculit,lege pectulit.

Eualeo. Eualesco,&c.Plin.)Adde,Idem lib.17.cap.15.3,Quum eualuissent flagella pedes binos.Id est excreuissent.

Euello. Euellere arborem radicitus. Vlpian. in L.furtim.§.1. ff.Arbor.furtim cæsarum.

Euentio. Euentum,euenti.)Sexto pòst versu,lege exquirantur auibus. Idem Attico lib.9.173.3.

EVENVS,pen.prod.)Post illud,Euenus item Ætoliæ fluuius est, in fine adde,Dictus antea fuit Lycormas.Vide **LYCORMAS**.

Euidens. ¶Authores euidentissimi. Plin.libro 19.cap.3.4, Id apud authores Græciæ euidentissimos natum imbre piceo repentè madefacta tellure.

Euolo. Euolare & Inuolare,contraria.Varro 3.de Re rust.cap. 11.3. Columel.lib.8.cap.15.1.

Euomo. ¶Euomit se Nilus multis faucibus in Ægyptium mare.Plin.lib.5.cap.9.11.

EVPHEMES,&c.)Corrige,Musarum,Croti siue Crotonis mater. Vide **CROTVS**.

EVRVS, Eurinus,&c.apud Columellam) Adde,libro 11.cap.1.9, Ventus Eurinus,& interdum Auster cum grandine est.

EVTERPE. Euterpe Musa,Latinè iucunda dici potest: εὐτερπὲς enim apud Græcos iucundum significat & delectabilem: propter voluptatẽ quæ ab audientibus ex honesta eruditione percipitur,vt ait Diodorus lib.5.cap.1. At Fulgentius, Euterpe, inquit,quã nos Latine benedelectans dicimus,ideo dicta est,quòd primum sit scientiam quærere, secundum sit delectari quod quæras.Plerique eam tibiis delectari,& iis præesse scribunt: alii dialecticæ.Apollonii verò Rhodii expositores,μαθήματα hoc est disciplinas inuenisse affirmãt. Sũt & qui Rhesi matrẽ scribãt.

Ex. Ex causalis, &c.) Adde, Sueton.in Claudio Cæsare cap.16, Cum vtraque diuortium fecit: sed cum Petina ex leuibus offensis,cum Herculanilla ob libidinum probra.

¶Ex abundãti,&c.) Adde in fine, conscientiæ suæ fiduciam.

Ex æquo degere cum aliquibus.Plin.lib.6.cap.15.3.

Ex facili.) Celsi.lib.1.cap.3,Qui vomere post cibum volet,si ex facili facit, aquam tantum tepidam antè debet assumere.

Ex integro aliquid agere,est rursus de nouo quippiam, quasi nunquam actum sit, inchoare. Iulianus in L. Si is qui.ff.De except.rei iudicatæ,Si te negotiis meis obtuleris,& fundum nomine meo petieris: deinde ego hanc petitionem tuam ratam non habuero, sed mandauero tibi, vt ex integro eundem fundum peteres, exceptio rei iudicatæ non obstabit.

Ex natura auidus. Plin.lib.10. cap.9.3, Ille auidus ex natura, præripit cibos reliquis pullis.

Ex post facto. Papinia.in L.Dominus.ff.De vsufructu, Mansisse fructus ius integrum, ex post facto apparuit. Sic sæpe alibi apud Iurisperitos.

Ex post delicto.Vlpian.in L.Si seruum.parag.vlt.ff.De acquirenda hær.Equidem qui semel.se abstinuit,quemadmodum ex post delicto obligetur.

Ex professo inimicitias cum aliquo gerere.Valer.lib.4.cap.1.

Ex re.Horat.1.Serm.satyr.6.16,

Gerrius hæc inter vicinus garrit aniles
Ex re fabellas. Ex re,Pro commodo. Acron.

Ex ipsis cœli rationibus.Lucret.lib.1.36,

Nam quanuis rerum ignorem primordia quæ sint,
Hoc tamen ex ipsis cæli rationibus ausim
Confirmare,aliisque ex rebus reddere multis: Nequaquã,&c.

Ex supero.Lucret.li.1.50,Ex supero quũ præcipitãt,&c.Et 49,

Haud igitur poterunt leuioribus incidere vnquam
Ex supero grauiora.

Ex toto integer.Celsi.lib.3.cap.4,Sed quum hoc breue tempus non præstet,satius esse principia cibi à decedente febre, quàm reliquias ab incipiente excipi. ita si lõgius tempus secundũ est, quàm integerrimo dandus est:si breue,etiam antequam ex toto integer fiat, Integerrimus autẽ, & ex toto integer est,qui febre omnino caret,quam integritatem Græci ἀνεπιληψίαν vocant.

Ex tunc. Apuleius lib.7.Metam.Ex tunc pœnæ reseruatus.

Ex vino vacillantes.Quintil.lib.8.cap.3.

Ex animi voluntate id procedit.Lucret.lib.1.55.

Ex vtraque parte.Lucret.lib.1.18,

Cui simul inuia virgineos circundata comptus
Ex vtraque pari malarum parte profusa st.

Exacuo. Animos in bella versibus exacuere.Horat.de Arte,81,

post hos insignis Homerus
Tyrteusque mares animos in Martia bella Versibus exacuit.

Exacerbo. Exacerbare suppliciũ. Claudius Saturninus in L. At facta,parag.vlt.ff.de Pœnis, Nõnunquam euenit vt aliquorum supplicia exacerbentur, quoties nimium multis personis grassantibus exemplo opus est.

Exacerbatur,absolutè.Modest.in L.famosi.par.vlt.ff.ad legẽ Iul. maiestat. Crimine maiestatis facto,vel violatis statuis, vel imaginibus, maximè exacerbatur in milites.

Exæquo. Exæquare ad regulam,pro exactè conformare. Senec.epist.20,Vnam semel ad quã viuas, regulam prende: & ad hanc omnia facta dictáque exæqua.

Exalbidus. Vina admodum exalbida.Plin.lib.13.cap.1.16.

Examurcario leum) Lege **Examurcari** oleum.

Excalfacio. Excalfio, pen.prod. excalfis,excalfieri, pen.corr. Plin.lib.14.cap.7.6,Quum quid siccari excalfierive opus sit.

Excanto/&c.)Corrige,Qui fruges,&c.

Excedo. Excedere pro eo quod Gallicè dicimus *sortir hors*.Celsi. lib.7.cap.14,ad finem,de vitiis vmbilici, Neque id satis est, sed aluus quoque ei ducenda est, qui facilius omnia quæ excesserunt,intra aluum consident.

Excedere quatuordecim dies.Celsi.libro 3.cap.15, Morbus qui quatuordecim dies excessit,acuti vim deposuit.

Excipio. Corpus excipere poplitibus. Curtius lib.9, Ille ad omnes ictus expositus, ægre iam exceptũ poplitibus corpus tuebatur,donec,&c.

Semet excipere poplitibus.Curtius lib.6,Posteaquam deficere se sensit,poplitibus semet excepit:galeáque,&c.

Exceptorius,Adiectiuum. Vlpia.in L.Exceptio.ff.De except. Illud tenendum est, omnem exceptionem vel replicationem excluſoriam esse.

Excreo. Excreationes faciles facit in cibo sumptũ sinapi.Plin. lib.20.cap.21.1.

Excreationes p ectoris purgat.Plin.lib.20.cap.21.8.

Ad cruentas excreationes teritur in cyathis duobus aceti & mellis.Plin.lib.20.cap.21.11.

Excubo. Excubare pro pace. Modest.in L.Famosi.ff. Ad leg. Iuliam.maiest.

Excurro. Excurrens in meridiem planities.Plin.lib.17.ca.5.3.

Excurrunt germinationes. Plin.lib.17.cap.16, Quum præcoces excurrêre germinationes euocatæ indulgentia cæli, sequntis frigoribus exuruntur.

Breues excursiones.Scæuola in L.Mœnia.parag.vlt.ff.De annu.lega.

Euentus donationis excurrit in hoc tempus. Vlpia.in L.Qui in hoc.ff.De donat. inter virum & vxorem.

Exemplum. Immensum exemplũ, Vide Adducere in crimẽ post **Crimen**.Plin.lib.28.cap.1.3.

Exerceo. Principem exercere,Hoc est præstare se principẽ & exhibere.Sueton.in Tiberio,cap.33.Vide **Præsto**,præstas.

Exhaurio. Labore exhausto.)Adde,Quintil.lib.4.cap.5,Nã & exhausti laboris nosse mẽsuram,voluptati est:& hortatur ad reliqua fortius exequenda,scire quantum supersit.

Exhaurit ægrum cubantem fluens aluus.Celsi.li.7.cap.3.

Exigo. Exigere,Transire,Traiicere. Plin.lib.11. cap.19.3,Præterea hibernum mare exigunt circa brumam,Euris tum maximè flantibus.Hi recto cursu per sinus impellunt,&c.

Acies falcis exacta,Vide **Acies**.

¶Exactum,Substantiuũ,&c.)Adde,Plin.li.6.cap.vlt.11,Hactenus antiquorũ exacta celebrauimus.Sequẽtiũ diligẽtissimi,&c.

Exiguus. Exiguo post,Paulo post.Plin.lib.31.cap.1.4,Exiguo post obitum ipsius. De Cicerone.

Eximo. Margaritæ exemptiles.Vlp.in L. Argumento.parag. Margarita.ff.De aur.& arg.leg.

Existimo. Existimatur in probro. Plin.&c.) Adde, Capillus iuxtà fœminis virisque in probro existimatur.

Secunda existimatio.Suet.in Claudio Cæsare,cap.7,Sub Caio demum fratris filio secundam existimationem circa initia imperii omnibus lenociniis colligente &c. Hoc est famã prosperã.

Exorbeo. Exorbuit quisque onum.Plin.lib.28.cap.2.9.

Explendesco. Explendescens,Particip.Plin.lib.11.cap.12.1,Venit hoc ex aere,& maximè syderũ exortu,præcipuèque ipso Sirio explendescente fit. Ibidẽ ca.14.3,Ipso Sirio explendescente.

Explodo. Bonitatem panis explorare gustu.Columel.li.1.ca.8.

Expoliendum limandúmque se alicui viro docto permittere. Plin.Iunior lib.1.epist.10.ad Arrium Clementem.

Exprobro. Esse in exprobratione,&c.Plin.)Adde,li.19.cap.4.9, Nam carnes) Corrige,Nam gari desyderia &c.

Expugno. Expugnare stipendiis militẽ, Priuare. Paulus in L. Ex causa,ff. De re militari,Ex causa desertionis notatus ac restitutus,temporis,quo in desertione fuit,stipendiis expungitur.

Expuo. Expuitio,expuitiõnis,s.g. Verbale. Plin.lib.13.cap.1.9,

Et ad expuitiõnem ſanguinis quoque adhibent.

Exſcenſio, huius exſcenſus. Liu. 1. bel. Pun. 37, Itaque ad Honoſcam claſſe prouecti, exſcenſu è nauibus in terram facto, quum vi vrbem cepiſſent, eaptámque diripuiſſent, Carthaginem inde petunt. Ab exſcando verbale.

Extercoro, extércoras, pen. corr. extercorare. vt Extercorare latrinas, Purgare. Vlp. in L. Sed & ſiquid inædificauerit. para. 1. ff. De vſufructu, Vel de palæſtra extercorandis latrinis præponat. Vbi alia exemplaria legunt extergendis, alia ſtercorandis. Hinc Extercorátor, verbale.

Extinguo. Exunctus, huius extinctus, Idem. Plin. lib. 7. ca. 7. 1, Miſeret atque etiam pudet æſtimantem quàm ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo, quum plerunque abortus cauſa ſiat odor à lucernarum extinctu.

Exto. Extat, pro Eſt & apparet. Celſ. lib. 8. cap. 12. de talo, Talus in omnes partes prolabitur, vbi in interiorem partem excidit, ima pars pedis in exteriorem partem conuertitur. Vbi huic cõtrarius talus, contrarium etiam ſignum extat.

Exulcero. Exulceratrix, &c. Vis eis ſtiptica) Corrige, ſeptica.

Exulto. Exultare, Extra ſaltare.) Adde, Exilire.

Exultantia, exultantix.) Adde, Solinus cap. 45, Verùm omnem exceſſus originem de ſole fieri, primámque exultantiam iunioris concipi quũ per Cancrum ſol vehatur. De incremẽto Nili.

F

Faber. Fábricus, pen. cor. Adiectiuum. Paulus in L. Si mancipia. ff. de inſtructo vel inſtrumento leg. Seruũ verò arte fabricæ peritum, &c.

Facies. Facies arboris.) Adde, Ibidem, Nec tamen ab vllo (quod equidem ſciam) Latino, arborum earũ tradita eſt facies.

Facio. Superſtitioſè aliquid facere. Quintil. lib. 1. cap. 1. 10.

Ad perpendiculum facere, Vide **Perpendiculum**.

Cum aliquo facere, Id eſt idem ſentire. Horat. 2. epiſt. 1. 14, Et ſapit, & mecum facit, & Ioue iudicat æquo.

Infamiam facere dicitur iudex, dum infamiã irrogat. Vlpia. in L. Quid ergo. par. Ex compromiſſo. ff. De his qui not. infam.

Quod optimum facturo videbitur, facies. Cic. Attic. lib. 7. 140. 2.

Factitius color. Plin. lib. 31. cap. 7. 17.

Facultas, ſingulari numero pro diuitiis. Paulus in L. Cũ plures. §. vlt. ff. de admin. tut. Nõ quas minimas poterit, ſed pro facultate patrimonii. Niſi malis exponere, Pro copia patrimonii

Fæx. Pannoſam fæcem morientis ſorbet aceti. Perſ. Saty. 4. 4.

Liquida fæx. Ouid. 8. Metam. 134, Conditáque in liquida cornua autumnalia fæce.

Fagus. Fageus, Idem, &c. Plin. &c.) Adde, Ibidẽ cap. 6. 7, Glãs fagea ſuem hilarem facit.

Fallo. Vetuſtatem fallere. Plin. lib. 14. cap. 1. 6, de generibus vitium, Reliquæ ignobiles. Aliquando tamen cæli aut ſoli opera non fallunt vetuſtatem, ſicut fecenia, &c.

Falx. Curare vitem falce. Plin. lib. 17. cap. 21. 8.

Fames. Vti fame. Celſ. lib. 8. cap. 10, Magiſque in primo, fame vtendum, vulnus calida aqua fouendum.

Fames idonea. Celſus lib. 1. cap. 3, Neque verò ex multa fame nimia ſatietas, neque ex nimia ſatietate fames idonea eſt.

Familia. Familiaria veſtimenta, Quæ ad familiam veſtiẽdam parata ſũt. Vlp. in L. Veſtis. par. Familiaria. ff. De aur. & arg. leg.

Faſcia. Faſcia vſurpatur Celſo li. 7. ca. 20. de inteſtini curatione, pro eo quod Gallicè dicitur *braye*, His propoſitis, ad ſingulas ſpecies veniẽdum eſt: ac ſicui paruulo puero inteſtinũ deſcendit, anie ſcalpellum experienda ſũctura eſt. Faſcia eius rei cauſa ſit, cui imo loco pila aſſuta eſt ex panniculis facta, quæ ad repellendum inteſtinum ipſi illi ſubiicitur, &c.

Fascinvs, Faſcini, pen. corr. Dei nomen apud veteres. Plin. li. 28. ca. 4. 7, Religione mutatur & Faſcinus, imperatorum quoq; non ſolum infantiũ cuſtos, qui deus inter ſacra Romana à Veſtalibus colitur, & currus triumphantium ſub his pẽdens defendit medicus inuidiæ, iubétque eoſdem recipere.

Faſtigium. ¶ Faſtigium, Idem quod genus. Varro de Re ruſti. lib. 1. cap. 6, Igitur quum tria genera ſint à ſpecie ſimplicia agrorum, cãpeſtre, collinũ, & montanũ: eſt ex iis tribus quartũ, vt in eo fundo in quo hæc duo vel tria ſunt, vt multis locis licet videri. E quibus trib⁹ faſtigiis ſimplicib⁹, ſine dubio infimis alia cultura aptior quàm ſummis, quòd hæc calidiora quàm ſumma: ſic collinis, quòd ea tepidiora quàm infima aut ſúma. Paulo pòſt, Propter hæc tria faſtigia formæ, diſcrimina quædã fiunt ſationum. Ibidẽ ad finem capitis, Hæc atque huiuſcemodi tria faſtigia agri, ad colendum diſpariliter habẽt momentũ.

Faſtuo. Detrahere faſtidium. Plin. lib. 21. ca. vlt. 34, Idem auiditatem cibi faciunt, faſtidium detrahunt.

Fatum. Fatum. Salluſt. in Catil. Tertium ſe dicebat cui fatum foret vrbe potiri.

Fauceo. Strangulare fauces. Celſus lib. 1. cap. 10, Item viſcerum morbi, nervorúmque reſolutio, & rigor, & diſtenſio, quicquid denique fauces difficultate ſpiritus strangulat, quicquid ſubitò ſupprimit vocem, quiſquis intolerabilis dolor eſt, & quacunque de cauſa ruptum aliquid intus atque colliſum eſt.

Tuſſientes fauces. Celſus lib. 5. ca. 25, Quòd ſi purgãda ſunt vlcera in faucibus tuſſientibus, panacis, myrrhæ, &c.

¶ Fauces, Ora ſiue oſtia fluuiorum, quibus in mare ſe exonerant. Plin. de Nilo verba faciens, lib. 5. cap. 9. 11, Multis quanuis faucibus in Ægyptium mare ſe euomit.

Fauco. Fauere, Infinitiuus. Plin. lib. 28. ca. 2. 1, Aliam verò præponi, qui faueri linguis iubeat.

Faullo. Faullaceus, Adiectiuum. Solinus cap. 48, Nam ſolignem intrinſecus faullaceam ambitio tantùm extimæ cutis cohibet, quæ vel leui tactu preſſa, fumum exhalat.

Febrio. Conſtrictæ febres. Plin. lib. 13. cap. 7. 6, Sitim ſedant, calorem refrigerant, ob id non neganda in febribus conſtrictis, quas ſtegnas vocant. De ficis.

Nocturnæ febres. Plin. lib. 19. cap. 4. 7, Reſiſtere nocturnis febribus prodiderunt.

Stegnæ febres, quæ & conſtrictæ vocantur. Plin. li. 13. cap. 7. 6.

Experiri febres. Celſus lib. 2. cap. 7, Senes febres magnas non experiuntur. Id eſt, non laborant magnis febribus.

Extorret aliquem febris ardens. Celſus lib. 3. cap. 7.

Incidens febris tuſſim ingeſſit. Plin. epiſt. 19. li. 7, ad Priſcum.

Perfunctus febri.) Lege Perfunctus à febri, & Adde, Varro 2. de Re ruſt. cap. 4. 4.

Peruſtus ardentiſſima febri. Plin. lib. 7. epiſt. 1.

Febres recidunt. Plinius lib. 28. ca. 16. 10, Quartanis magis excrementa felli cum digito bubonis adalligari iubent, & ne recidant, non remoueri ſepteno circuitu.

Tollere febrem. Celſus lib. 2. cap. 11, Si corruptũ eſt quod excernitur, aut ſi prima inedia febrem non ſuſtulit: aut ſi ſanguinem mitti, quum opus ſit, vires non patiãtur, tempúſve eius rei præteriit: aut ſi multum antè morbum quis potauit: aut ſi is, qui ſæpe, vel ſpõte, aut caſu purgatus, ſubito habet aluum ſuppreſſam.

Fellico, fẽllicas, pen. cor. fellicare. Solinus cap. 57. ad finẽ, Equarum libido extinguitur iubis tonſis: in quarum partu amoris naſcitur venenẽcium, quod in frontibus præferunt recens editi, ſaluo colore, caricis ſimile, *hippomanis* nominatum: quod ſi præreptum ſtatim fuerit, nequaquam mater pullo vbera præbet fellicanda.

Fermentum. Fermentare terrã) In exemplo Columellæ vbi legitur, Gleba enim, ſcribe, Glebam enim.

Fero. Féretrum, feretri) Adde in fine, Vide **Pheretrum**.

Ferrumino, &c. Idem lib. 31. de aquis marinis) Adde cap. 6. 6, Quæ calefiunt ad nervorum dolores. & lege, ex vetuſto codice, ferruminant & fracturas oſſáque contuſa.

Feſtino. Feſtináte, penult. prod. aduerbium. Tacit. libro 15. in principio, Occulto præcepto, compoſitius cuncta, quàm feſtinatius agerent: quippe bellum habere quàm agere malebant.

Feſtine, pe. prod. Aliud aduerb. Cic. Attico, lib. 4. 83. 2, Siquid fortè de comitiis, de Republica, (ſoles enim tu hæc feſtinè odorari) ſcribas ad me.

Fibra. Fibratus, pen. prod. &c.) Adde, Idem lib. 17. cap. 11. 1, Radix digitali craſſitudine, multis capillamentis fibrata.

Fidelia. Fideliam lingua Gallica *Filiram* corrupto vocabulo dicit. Budæus in lib. de Aſſe.

Fides. Fides tantùm authores appellet. Hoc eſt, Fides ſit penes authores. Plin. lib. 28. cap. 1. 3.

Fidem debet. Quintil. libro 5.) Adde, Hoc eſt, ſi fidelis eſſe debetin curanda re aliena.

Filicatus/pen. pro. Adiectiuum. Cic. in Parad. 11, Quid à Numa Pompilio minúſne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuiſſe quàm filicatas aliorũ pateras arbitramur?

Filum. Traiicere filum in acu. Celſ. libro 7. cap. 16, Igitur in duabus acubus fila traiicienda, eáque duabus manibus tenenda, &c.

Fimus. Reddere fimum, Excrementa ventris egerere. Plin. lib. 8. cap. 15. 3. Vide **Reddo**.

Fimum, fimi, n. gen. Plin. lib. 28. cap. 11. 8, Dolorem inflexibilẽ (opiſthotonon vocant) lenat vrina capræ auribus infuſa, aut fimum cum bulbis illitum. Idem li. 29. cap. 5. 4, Prodeſt & fimum gallinaceum, duntaxat ruſſum, aceto impoſitum. Ibidem 5, Remedium eſt fimum caballinum aſperſum aceto, & calefactum in fico poſitum.

Findo. Fiſſum ani, id eſt rima in ano. Celſ. lib. 5. cap. 21, Propriè autem ad ani fiſſa, vel ora venarum fundenda ſanguinem, vel cancrum, &c.

Fingo. Fingere ridicula ex tempore. Cic. in Orat. 43.

Finis. Expedit⁹ finis. Cels. lib. 6. ca. 6, de xerophthalmia, Est etiã genus aridæ lippitudinis, ξηροφθαλμίαν Græci vocãt. Neque tument, neque fluunt oculi, sed rubent tantum, & cũ dolore quodam graueſcunt, & noctu prægraui pituita inhæreſcunt: quantóque minor huius generis impetus, tanto finis minus expeditus eſt.

Vnus iudicati finis, Vna ſentẽtia. Paulus in L. Singulis. ff. De except. rei iudicatæ, Singulis controuerſiis ſingulas actiones, & vnum iudicati finem ſufficere, probabili ratione placuit.

Firmus. Firmare agrum ſepibus, Claudere. Plinius libro 18. cap. 6. 13.

Fiſcus. Fiſcãlis, & hoc fiſcãle, pen. prod. Quod ad fiſcum pertinet: vt Loca fiſcalia. Callistrat. in L. Nõ intelligitur. Parag. vlt. ff. De iure fiſci.

Fiſtula. Fiſtula, non idem quod Tibia, Vide **Tibia.**

Flo. ¶ Flor, flaris, Paſſiuũ. Plin. lib. 36. cap. 19, ad finem, Vritur antè vino perfuſus, flatúrque follibus, donec rufeſcat.

Hebetatus flatus. Plin. lib. 11. cap. 10. 5, Iuxta verò terram volant in aduerſo flatu vepribus hebetato. De apibus.

Leniſſimus flatus. Plin. lib. 19. in Procem. 3.

Molliſſimus flatus. Plin. lib. 19. in Procem. 4.

Flora. Floralitius, Adiectiuum. Mart. lib. 8. 67, Et Floralitias laſſet arena feras.

Floo. Reddit flores arbor. Plin lib. 16. cap. 26. 1.

Obnoxius flos, Vide **Obnoxius.**

Ætatis & fortunæ flos. Curt. lib. 10, Indignãtium voces exaudiebãtur, tam viridẽ & in flore ætatis fortunǽqi, inuidia deũm ereptum eſſe humanis. De Alexandro mortuo.

Hominum flos. Plin. lib. 7. cap. 37. 1, Variarum artium ſcientia innumerabiles enituere, quos tamen attingi par ſit, florem hominum labantibus.

Vrbs florentiſſima. Cic. 1. in Catilinam, ad finem.

Fluo. Fluctifragus, &c. Lucretius) Adde, lib. 1. 61.

Fluctuare, pro Fluitare, &c.) Adde in fine, Idem lib. 16. cap. 38. 5, Lignum in longitudinem fluctuatur.

¶ Fluẽ, Fluxus aquæ ex vicini domo aut alio loco fluẽs, cui quis per domum ſuam curſum dare tenetur, vt in vicũ aut cloacam defluat. Pomponius in L. Cùm in lege. ff. De contrahenda emptione.

Fluxiones alui, quos rheumatiſmos vocãt. Plin. lib. 11. ca. 13. 3. Vuluæ ac ventris fluxionem ſiſtit decoctũ eiꝰ. Plin. li. 13. ca. 5. 2.

Fluuiatiles naues, Vide **Nauis.**

Focilo. ¶ Fócilo, penult. breui. Ouid. ad Piſonem, 6,

Sed miſerum parua ſi pe focilat, vt podibundus
Exercere ſales inter conuiuia poſſit.

Fodio. Foſſilis, & hoc foſſile.) Adde in fine, Plin. lib. 16. cap. 11. 3, Picem foſſilem, &c.

Fœcundus. Importare fœcũditatẽ fœminis. Plin. li. 14. ca. 18. 1.

Fœmina. Fœmininus ſexus. Plin. lib. 27. cap. 2. 1, Tactis quoq; genitalibus fœminini ſexus animaliũ, eodẽ die inferre mortẽ.

Fœmineũ ac molle. Plin. li. 2. ca. 101, Fœmineũ lunæ ac molle ſydus. Idẽ li. 25. ca. 5. 11, Itẽ mollibus ac fœminei corporis, &c.

Fœnum. Fœnarius, Adiectiuũ: vt Falces fœnariæ, Vlpianus in L. Inſtrumento. ff. De inſtructo vel inſtru. leg.

Fœtus. Dubii fœtus. Plin. lib. 10. cap. 31.

Vitales fœtus. Plin. lib. 10. cap. 31.

Facere fœtus. Plin. lib. 10. cap. 31, Oſcines, præter exceptas, non temerè fœtus faciũt ante æquinoctium Vernum, aut poſt Autũnale: ante Solſtitium autem, dubios: poſt Solſtitium, vitales.

Fœtifer, penul. cor. fœtifera, fœtiferum, pen. corr. Idem. Plin. lib. 7. cap. 31, Vbi fœtifer potu Nilus.

Foliũm. Capillaceum folium. Plin. lib. 13. cap. 15. 1.

Famoloſa folia. Plin. lib. 16. cap. 14. 4.

Decidunt arbori folia. Plin. lib. 16. cap. 11. 2. & cap. 12. 1.

Demittere folia. Plin. lib. 16. cap. 11. 1.

Deperdere folia. Plin. lib. 16. cap. 11. 1.

Dimittere folia. Plin. lib. 16. cap. 13. ad finem, & cap. 12. 1.

Exire in folia, Emittere folia. Plin. lib. 23. cap. 7. 11.

Oſcitant folia ad ſolem. Plin. lib. 16. cap. 14. 1.

Folioſus, &c. Idem lib. 21.) Adde, Item lib. 24. cap. 16. 10, Herbam in pratis tenuẽ, à lateribus capillamenti modo folioſam. Idem lib. 17. ca. 11. 1, Folioſior tamen, roſeque floris.

Fons. Medicati fontes. Celſ. lib. 4. cap. 4, Conſiſtere in frigidis medicatiſque fontibus, quales cutiliarum ſubcutiliarúmque ſunt, ſalutare eſt.

Foras. A foris. Plin. lib. 17. cap. 14. 11, Quoniam in vicus penetrat omnis à foris iniuria.

Forfex. Facta forfex ad id. Celſus lib. 7. cap. 12, Quotieſcunque dẽte exempto radix relicta eſt, protinus ea quæque, ad id facta forfice, quam δίστρα Græci vocant, eximenda eſt.

Forma. Fit minor annis forma. Ouid. 2. de Arte.

Forma bonum fragile eſt: quantúmque accedit ad annos,
Fit minor, & ſpatio carpitur illa ſuo.

Tangi forma. Ouid. 10. Metam. 110, Nec forma tangor: poteram tamen hac quoque tangi.

Fortuna. Habere fortunã reuerenter. Auſonius ſectione prima, in exhortatione ad modeſtiam.

Fortunam reuerenter habe, quicunque repentè
Diues ab exili progrediere loco.

Fouco. Fomenta calida, ſicca, lenta, valida. Celſus lib. 4. cap. 14, Vbi is dolor cœpit, admonere ſicca & calida fomenta oportet: ſed primò lenta, deinde validiora.

Frigidis, & humidis fomẽtis fouere. Celſus li. 4. cap. 11, Si verò tormina ſũt, oportet frigidis, & humidis fomentis ſtomachum fouere: vel, ſi venter dolet, iiſdem egelidis.

Fomentatio, Idem quod fomentum. Vlpianꝰ in L. Si cui. Parag. Lanæ appel. ff. De leg. 3, Nec ea quidẽ, quæ fomẽtationis gratia parata ſunt, vel medicinæ, lanarũ appellatione cõtinentur.

Frænum. Domare frena. Plin. lib. 8. cap. 42. 5, At illum indignatione accenſum domitis frenis, neregi poſſet, præcipitem in abrupta iſſe.

¶ Frenú apud Celſum li. 7. ca. 15, eſt morbi genus, quod Græci φύμωσιν appellant. Eſt autem, quum glans penis ita contecta eſt, vt nudari non poſſit.

Frendeo. Freſſa fabæ. Celſ. lib. 5. cap. 18.

Frequens eſt, Id eſt conſuetum, receptum. Paulus in L. Singulis. ff. De except. rei iud. Parere ergo exceptionem rei iudicatæ, frequens eſt.

Frico. Fricari vento. Plin. lib. 36. cap. 21. 9, Exercetur halitu maris, fricatur vento, & verberatur imbri.

Frigeo. Gelant frigora. Plin. libro 15. cap. 6. 1, Si gelent frigora, quarto die premendam.

Excipi frigore. Celſ. lib. 2. ca. 2, Corpus ergo & æſtate & ſubinde meridianis caloribus relaxatum ſubito frigore excipitur.

Frigo. Fricti ex oleo. Plin. libro 19. cap. 3. 5, de luteis ouorum, Item ex oleo fricta terna, totis ouis pridie maceratis in aceto.

Friuſculum.) Poſt dictionem donatio. aufer punctum: & lege, donatio profectò valebit. In fine adde, alii friuſculum, alii alitèr legunt.

Frons. Rugoſa frons, Vide Rugoſus in **Ruga.**

Trunca frons tauri. Virg.) Lege Ouid.

Frumentum. ¶ Frumenta, in ſicis. Plin. lib. 15. cap. 19. 3, Ficis mollis omnibus tactus: maturis frumenta intus.

Fulcio. Fultura, fulturæ) Scribe, Plinius lib. 36. cap. 15. 3, Vt eximantur trabes ſine fulturis. Plin. Iunior epiſt. &c.

Fulgeo, fulges.) Adde in fine, Lucret. lib. 6. 35,

& tremulo lux impete fulgit.

Fumus. Cautes fumidæ. Plin. lib. 5. cap. 9. 12.

Vortex fumidus. Plin. lib. 2. cap. 43. 1, de tonitru. Et fumidum vorticem volui.

Fundo. Sanguinem fundere non de regno, ſed de rege. Vide ſanguinem fundere, in **Sanguis.**

Fundere verſus ex tempore. Cic. 3. de Orat. 107.

Fundum. Cæmẽtitia fundaméta, Vide **Cæmentum** in præcedenti codice.

Fungor. Fungor, fungeris, ſignificatione paſſiua, pro Æſtimari, legitur apud Paulum in L. Si ſeruum. ff. Ad leg. Aqui. Sextus quoque Pedius ait, pretia rerum non ex affectione, nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter fungi. Quo tamen loco fungi legendum eſſe non dubium mihi eſt, quem apud eundem Iureconſultum in L. Pretia. ff. Ad leg. Falci. eadem verba ſic legantur, Pretia rerum non ex affectu, nec vtilitate ſingulorum, ſed communiter ſinguntur.

Funis. Funẽtum, funẽti, pen. prod. n. g. Plin. lib. 17. cap. 11. 7, Quum breuiores palmites ſarmento iunguntur inter ſe funium modo, ex hoc arcus funera dicuntur.

Funus. Reuiniſcere in funeribus. Celſus libro 1. cap. 6, Illud interrogari me poſſe ab aliquo ſcio, Si certa futuræ mortis indicia ſunt, quomodo interdum deſerti à medicis conualeſcant, quoſdámque fama prodiderit in ipſis funeribus reuixiſſe.

Furca. In furcas ſixus. Plin. lib. 19. cap. 4. 1, Eadem de cauſa ſupplicia annua canes pendunt inter ædem Iuuentutis & Summani, viui in furcas ſambucea arbore fixi.

Furor. Accenſus furor, Vide **Accendo.**

Accenſus furiis, Vide **Accendo.**

Furnus. Furnarius, furnarii, Subſtantiuum. Paulus in L. Flumina. Paragraph. Præterea. ff. De damno infec. Præterea ſi furni nomine damni infecti fuerit cautum, deinde furnarii culpa damnum datum fuerit: &c.

Fuſcus. Fuſca vox, &c. Fuſcum, leue) Scribe, lene. & adde in fine. Quintil. lib. 11. cap. 3.

In Furor. rursum adde

Absistere furore. Vide Absisto.

Captus furore. Vide Capio.

Fusum (vel fusu) Dele Fusum. vel.

G

GALLIA. Cybelle Galla) Pone post GALLVS, Fluuius Phrygiæ. Ibidem, Lucannus, Scribe Lucanus.

Gallus. Scala gallinaria. Cels. lib. 8. cap. 15, Sic brachium deligatum super scalæ gallinariæ gradum trancitur, ita alte vt homo ipse consistere non possit.

Gansa, ganzæ, Lingua Germanorum anserem significat, vt ait Plinius li. 10. cap. 22. 3. Ladé vox etiã hodie apud illos in vsu est.

Gaulus.) Adde, Gauli meminit Gellius lib. 10. cap. 25. Apud Itero dotũ videtur poni pro naue oneraria, quum sic ait in Thalia, Confestim quidem duas triremes, simulque cum ipsis ingenté gaulum impleuerunt varia multiplicique præda.

Geminus. Gemellos quoq; vocat Paulus equos fortè binos, id est binos & geminos coniungi solitos: vt in L. Proinde. ff. Ad legẽ Aquil. Veluti siquis ex comœdis aut symphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularũ vnũ vel vnam occiderit.

Geranus, Vide Grus in sequentibus.

Gemoniæ. Gemonii gradus dicti sunt, quòd essent locus gemitus & calamitatum. Nam quod aliqui augurantur à Gemonio authore, parum compertũ est. Gemonios gradus inuenies apud Plinium lib. 8. Cornelius item Tacitus, Tunc, inquit, cõfossum collaceratúmque & abscisso capite truncũ corpus Sabini in Gemonias trahunt. Gradus autem vel scalæ dicebantur, quoniam surrectus foret locus, ac gradibus quibusdam conscenderetur. Cælius lib. 10. cap. 5.

Genus. Genera in species multas sese spargentia: hoc est diuisa. Plin. lib. 11. cap. 8. 1.

Quium summa genera duo: rectum, & colonicum. Plin. lib. 8. cap. 47. ad finem.

Gens hominum. Plin. lib. 8. ca. 25. Quin & gens hominum est huic beluæ aduersa in ipso Nilo Tentyritæ.

Gero. Sui negotii bene gerens. Cic. pro Quintio, 41, Eques Romanus locuples, sui negotii bene gerens.

Gestus, huius gestus. pro gestione. Vlp. in L. Itẽ si. §. pen. ff. De neg. gest. Nec possit quod alii acquisitum est ipso gestu, hoc tuum negotium videri.

Gerulus.) Scribe, in Caligula, cap. 40.

GERMANICVS, C. Cæsaris Caligulæ pater. Drusi & iunioris Antoniæ filius, à Tiberio patruo adoptatus, missus ad exercitũ in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, legiones vniuersas imperatorem Tiberium pertinacissimè recusantes, & sibi summã Reipublicæ deferentes, incertum constantia an pietate maiore, cõpescuit: atq; hoste mox deuicto triũphauit. Huius gesta, virtutes, & mortẽ vide apud Suetoniũ in Caligula, cap. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7.

Germaniciânus. penult. prod. Adiectiuum: vt Milites Germaniciani, quibus præerat Germanicus. Suet. in Tiberio, cap. 25. Duplex seditio militũ in Illyrico & in Germania exorta est. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, vt æquarentur stipendio Prætoriani Germaniciani. Quidam etiã principem detrectabant non à se datum: summáque vi Germanicum, qui tum his præerat, ad capessendã Remp. perurgebãt, quanquam obstinatè resistentem. Idem in Othone, cap. 8.

Gigno. Gigni pedibus. Plin. lib. 7. cap. 8. ad finẽ, Neronẽ quoq; paulo antè principem, & toto principatu suo hostẽ generis humani, pedibus genitum parens eius scribit Agrippina.

Profluuium genitale, Vide Profluuium in Profluo.

Genitale maris. Plin. lib. 28. cap. 9. 25. Testes quoque eius inuerati, vel genitale maris, salutariter dantur in vino. Ibidé, cap. 11. 4, Vulpis masculæ genitale circunligatum.

GNATHO, Gnathônis, pen. prod. Vir Siculus, ob gulam, voracitatémque famosissimus. Vide PHILOXENVS.

Vsurpatur pro homine impuro & nihili. Cic. 2. Philip. 34, Hodiè non descẽdit Antonius. Curneminem nominabo. Putato te cum Phormioni alicui, tũ Gnathoni, tum Ballioni. O fœditatem hominis flagitiosam!

Glaber. Glabrior, glabriorit.) Volsus ludius, lege Volsus Lydius.

Glacieo. Glaciare pro glaciari. Plin. lib. 19. cap. 3, ad finem, Fit autem hyeme, quoniam æstate non glaciat nisi accepta cera. Id est non glaciatur, non coit, non coagulatur.

Humor glaciatur in gẽmas. Plin. lib. 8. 38. 1, Lyncum humor ita redditus vbi gignuntur, glaciatur arescit ve in gemmas carbunculis similes.

Humor glaciatus in grandines. Plin. lib. 2. cap. 39. 2, Alia sunt in liquorem soluti humoris fœcunda, alia concreti in pruinas, aut coacti in niues, aut glaciati in grandines.

Gladius. Gladii enormes. Tacit. in vita Agricolæ, Quod & ipsis vetustate militiæ exercitatum, & hostibus inhabile parua scuta & enormes gladios gerentibus spatium immensum, & enorme.

Gleba. Gleba nõ solùm de terra dicitur. Plin. lib. 36. cap. 5. 4, Nuper etiam in Lunensium lapicidinis. Sed in Pariorum mirabile proditur. gleba lapidis vnius cuneis diuidentium soluta imaginem Sileni intus extitisse. Ibidẽ cap 6. 7, Inter hos primũm (vt arbitror) marmoreos parietes habuit scena M. Scauri, nõ facilè dixerim sectos an solidis glebis positos. Et cap. 19, ad finẽ, Phrygius lapis gẽtis nomẽ habet. Est autẽ gleba pumicosa.

Glebosior, Cõparatiuum. Plin. lib. 35. ca. 16. 1, Altera glebosior candida.

Globus. Nubes globantur. Plin. lib. 18. cap. vltimo, 14.

Gloria. Ponere in gloria, Vide Pono.

Ducere in gloria. Plin. lib. 31. cap. 6. 3, Plerique in gloria ducũt plurimis horis perpeti calorem earum.

Glutio. Glutire vocem. Plin. lib. 10. cap. 21. 4. Pessima eorum significatio, quum glutiunt vocem velut strãgulati. De coruis.

T. GRACCVS. Gracchânus. pe. pr. Adiectiuum, Quod est Gracchi. Quintil. lib. 11. cap. 3, Aut Gracchânum illud, Quò me miser conferam?

Gracchani iudices. Cic. de Claris Orat. 66.

Gradus. Firmare gradum, præhẽsis inuicem manibus. Quintil. lib. 3. cap. 4. ad finem.

GRAECIA. Græcienſe mare. Plin. lib. 4. ca. 11, ad finem, quod Græciam alluit.

Granum. Granôsus. pen. &c. haliccabum) Lege helicacabum.

Gratia. Gratia ante omnia est Clazomenio vino. Plin. lib. 14. cap. 7. 1.

Derogare gratiam alicui, Vide Derogo.

Reddere gratias alicui voluntate ipsa. Cic. pro Plancio, 55.

Meritam alicui gratiam mẽte perfoluere. Cic. pro Plancio, 55.

Tenere gratiam. Sueto. in Augusto, cap. 13, Partitis post victoriam officiis, quum Antonius Orientem ordinandum, ipse veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agros collocãdos recepisset: neque veteranorum, neque possessorum gratiã tenuit: alteris pelli se, alteris non pro spe meritorum tractari querentibus.

Gratiosus, cum ablatiuo. Plin. lib. 16. cap. 33. 1, Odore violenta, ac ne vmbra quidem gratiosa. De cupresso.

Grauis. Vterus grauis. Papinianus in L. Qui graui. ff. De iure codi. Qui graui vtero vxorem esse ignorabat, &c.

Facere grauitatem. Cels. lib. 1. cap. 3, Qui vomere bis in mense vult, melius consulet si biduo cõmuarit, quàm si post quintũ decimũ diẽ vomuerit: nisi hæc mora grauitatẽ pectori facient.

Grauedolentia habitus. Plin. lib. 28. cap. 11. 10.

Grus. Grus machina ad subleuanda onera accommodata: sic dicta, quòd in longum prominens, collum gruis referat: Græcè γέρανος dicitur: cuius sæpe fit mentio apud Vitruuiũ. Labeo in L. Si seruus tuus. ff. De act. empti & vendit. Qui per καταγώγιον γέρανον descendere, aut in cloacam demitti solitus esset.

Gula. Profundæ, intempestiuæ, & sordidæ gulæ homo. Suet. in Vitellio, cap. 13. Vide Viscus, visceris.

Gurges Nepotum omnium altissimus gurges Apicius. Plin. lib. 10. cap. 48. 1.

Gusto. Gustatus, Ipsa gustatio, siue gustandi actus. Cic. 2. de Natu. deor. 133, Nisi forte tanta habeatis & varietas pomorum, eorúmque iucundos non gustatus solùm, sed odoratos etiam, & aspectus, dubitationem affert quin hominibus solis ea natura donauerit.

Gustus acutus & odoratus. Plin. lib. 17. cap. 11. 17.

Gustus astrictus. Plin. lib. 17. cap. 11. 16.

Gustus calidus. Plin. lib. 17. cap. 8. 5, Circæa strychno satiuo similis est, &c. radice semipedali, triplici fermè aut quadruplici, alba, odorata, gustus calidi.

Gyrus Gyrãtus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 5. cap. 10. 1, Ad effigiem Macedonicæ chlamydis, orbe gyrato laciniosam. De Alexandria vrbe Ægypti.

H

Habena. Habena vel ferula cædi. Vlp. in L. Cum aliter. Parag. Impuberi. ff. de s. c. Siliano.

Habeo. Iter habere, significat propriè) Exemplum Cæsaris 3. belli Ciuil. seperatim poni debet. hoc modo,

Iter habere, pro Habere viam. vt Iter habeo expeditum. Id est, Iter per quod eundum mihi est, expeditum habeo, & sine vllis impedimentis. Cæsar 3. belli Ciuil. 38, Pompeius per Candauiã iter in Macedoniam expeditum habebat. Huic rectè subiunges quod postea sequitur, Iter aliud, &c.

Veniam habere, Vide **Venia**.

Habere in magno negotio) Relice hæc in columnam tertiã, poſt illa, Negotium. Plaut. &c.

Aliquid pretium ſummum) Dele iſta. Eſt enim ſenſus, Perſoni tibi ſummũ pretiũ quod habui. Tũ ſi aliquo modo illa quoq; interpretatio admitti poſſit.

Subſiſtere in eodem habitu. Celſ. lib. 1. cap. 1, Quæ quia neque in eodem habitu ſubſiſtere, neque vltra progredi poſſunt, ferè retro, quaſi ruina quadam reuoluuntur.

Recidere in malum habitum. Celſ. lib. 2. cap. 7, Si ſine cauſa quis emacreſcit, ne in malum habitum corpus eius recidat, metus eſt.

Habiliter, pe. corr. Aduerbium. Paulus in L. Si vt. ff. De auro & ar. leg. Si vt habiliter gẽmæ geri poſſint, incluſæ auro fuerint, &c.

Hæreo. Hæredem omn. bus bonis inſtituere. Plin. li. 7 ca. 36. 3, P. Catienus Philotimus patronum adeo dilexit, vt hæres omnib' bonis inſtitutus, in rogum eius ſe iaceret.

HALCYON, &c. miſeratione Tethydis,) lege Thetidis.

Halo. Flammeus halitus Euri, Vide Flammeus in **Flamma**.

Hamus. Hamus, Inſtrumentum quo domus diruuntur ne incendiũ latius ſerpat. Paulus in L. Nam ſaluté. Paragr. Sciendum. ff. De offic. Præf. vigil. Sciendum eſt autem, Præfectũ vigilum per totam noctem vigilare debere, & oberrare calceatum cum hamis & dolabris, &c.

Excipere hamo. Celſ. lib. 7. cap. 5, Quorum vbi aliquid deiectũ eſt, excipiendum hamo retuſo eſt.

Reducere hamulis. Celſ. lib. 7. ca. 31, Vitatúrque, ne plagæ ipſi' ore adurantur, quas reducere hamulis facile eſt.

Hapſus, hapſi, m. gen. Celſus lib. 7. cap. 16, quæ curatio calculo cuulſo habenda ſit. Tum multo is oleo perungẽdus, inducẽdúſque hapſus lanæ mollis, tepido oleo repletus, qui pubem, & coxas, & inguina, & plagam ipſam contectam eodem ante ſe linteolo protegat: iſque ſubinde oleo tepido madefaciẽdus eſt, vt neque frigus ad veſicam admittat, & neruos leniter molliat.

Hapſum lanæ intelligunt docti, quantũ manu capi poteſt. Galli vocant *Vne poignee*.

Hebeo. Hebes & Odorata herba, contraria. Plin. libro 11. cap. 21. 7, Vnũ hebes, alterum odoratum.

Aciem oculorum hebetare, Vide **Acies**.

Cura triſtitiæ hebetatur vino. Plin. lib. 23. cap. 1. 24.

Flatus hebetatus, Vide Flatus in **Flo**.

Oculos hebetat allium. Plin. lib. 20. cap. 6. 11. Ibidem, ca. 9. 23, Oculos hebetari à bulbis putat Diocles.

Venena omnia hebetat oleum. Plin. lib. 23. cap. 4. 4. & ca. 8. 6.

Hebeteſco, hebeteſcis, hebeteſcere, Hebetari. Plin. libro 28. cap. 7. 9, Sed præter alia certũ eſt aciem in cultris tonſorũ hebeteſcere.

HECATE. Solem ferunt (ait Diodorus Siculus lib. 5. ca. 3.) duos procreaſſe pueros, Æetam & Perſen. Æetas in Colcho regnauit, in Taurica Perſes: crudeles ambo efferique. Ex Perſe Hecate orta eſt, ſuperans audacia immanitatéque patrem, vt quæ cruciatu hominum læta, eos pro feris appetere ſagittis conſueuerit. Sed ad venena mortifera conficienda ſummum ſtudium operámque impendens, prima aconitum inuẽnit, vim naturámque cuiuſque veneni in cibis quos aduenis dabat, experta. His rebus admodum edocta, primùm veneno patrem ſuſtulit deinde regno aſſumpto, templum ſtatuit Dianæ, cui præterna uigantes hoſpites ſacrificabat, exiſtimans ea crudelitate ſuum nomen clarius futurum. Poſt hæc nupſit Æetæ, genuitque libe ros tres, Circen, Medeam, Ægialeum. Hactenus ille.

Hecate altera, ex Aſteria Latonæ ſorore & Perſeo Titane nata, cui Iupiter elementa ſubiecit, & cælo hereboque potentem fecit, vt canit Maro. Vnde & Hecate dicta eſt, vt diſcimus ex Heſiodo. Virg. 4. Æn. 101. Ter cẽtum tonat ore deos. vt dicat Hecaten à ſaga ter inuocatam, quam per centum deos obſcurè quidem, verùm peritiſſimè deſignauit, ad ampliſſimam dex poteſtatem, & nominis rationem ſimul alludens. Id ab ἑκατὸν trahitur, quod apud Græcos idem valet quod centum. Ternarius porrò numerus in huiuſmodi ſacris adhibebatur ex ritu, vt ex Homero, Naſone, Tibullo, Papinio colligitur: & Porphyrius ille philoſophus in reſponſis abundè differit. Nec obeſt quòd à poeta ſtatim ſubiicitur, Tergeminámque Hecaten, tria virginis ora Dianæ. Nam ſui moris eſt, vt etiam Macrobius obſeruauit, in quibus non conuenit inter doctos, vtranque ſententiam complecti. quo fiunt ſibi plerunque non conſtet, vt Seruius & alii poſt eum grãmatici notauerunt. Norat diuerſas in Hecate opiniones: & eam quam ſuperius attulimus, & illorum qui cum Iunone coniungunt: vt ſit eadem Iuno, Diana, & Proſerpina: ex quibus Hecate, vt eſt apud Lucanum, commune numen efficiatur. Idcirco ne alterutrũ poeta damnaret, vtrunque dixit. Ex Parrhaſio in Claudianum.

Hecaten Nocte genitã canit Bacchylides Ioue & Aſteria Muſæus: eodem & Cerere matre Orpheus. Pherecydes Ariſtæi Peonis filiam tradit. Eadem Perſeis appellatur à patre. Apollonius lib. 4. Argonaut. Noctiuagæ teſtor Perſeidos orgia diuæ. Papinius in euocatione maniũ ex perſona Tireſiæ, -tu ſepare cœtu Elyſios Perſea pios, virgáque potenti
Nubilas Arcas agat. Vbi Perſei quoque legi poteſt vocatiuo caſu, vt Inachi, Phylli, Amaryllı. Ex eodem Parrhaſio.

Perſeia Hecate, à patre. Valerius Flac. lib. 6. Argonaut. 99,
Hanc reſidens altis Hecate Perſeia Incis Hebat.

Hecaten triplex caput habere fingit Orphe' in Argonautico, dextrum equi, ſiniſtrum canis, medium hominis, & quidẽ ruſtici. Ouid. 1. Faſt. 19, Ora vides Hecates in tres vergentia partes. Claud. de raptu Proſ. lib. 1. 5, Ecce procul ternis Hecate variata figuris. Alcamenes omnium primus Hecates triforme ſignum fecit. Id Athenis viſebatur iuxta victoriæ ſtatuam, quam quòd alis carebat, implumem vocabant, vt docet Pauſanias.

Hecatæ canes immolabantur, vt Mimorum poeta ſcribit Sophron. De Hecate vide multa apud Cælium.

Hedera. Vultus hederarum frondibus abdit. Ouid. 6. Meta. 110.
Baccifera hedera. Senec. Œdipo, 5. 3.
Flexibiles hederæ. Ouid. 10. Metam. 10.
Nexiles hederæ. Ouid. 6. Metam. 16.
Victrix hedera. Horat. 1. epiſt. 3. 5.

Hederoſus, pen. pr. Adiectiuum. Proper. lib. 4. eleg. 4. 1, Lucus erat fœlix hederoſo conditus antro.

HELICE. Helice niuoſa. Senec. Herc. Œtæo, 11. 5.

Hemereſios, Nomen tabellæ, &c.) Sic ſcribe, Hemereſios. com. gen. Latinè diurnus dicitur. Vnde Tabula hemereſios, quòd vna die abſoluta fuerit, apud Plinium, &c.

Herba. Herbidus potus. Plin. lib. 14. cap. 6. 7, Plus quàm lactis herbidos per montium æſtiua potus.

Heros. Herõum, heróı, pen. prod. n. g. Monumentum quod ſolet erigi viro alicui inſigni, propter eximiam virtutem. Cic. 1. de Leg. 67, Quod autem ἥρωα, id eſt veſtibulum ſepulchri, buſtum ve vſucapi vetat, metur ius ſepulchrorum.

HESPERVS) Adde in fine, Dicitur & Heſperugo. Senec. Medea, 11. 6,
Mergit diem timendum
Dux noſter Heſperugo.

Hilaro. Hilaror, hilarãris, Paſſiuum. Plin. lib. 19. ca. 41. 3, Conſtat emori victas difficultate verbi, ac niſi ſubinde eadẽ audiãt, memoria falli: quærentes mirum in modũ hilarari, ſi interim audierint id verbum. De pſittacis.

Hircus. Hirculus, pen. corr. Herbæ nomen. Plin. lib. 11. cap. 12. 5, Cum Gallico nardo ſemper naſcitur herba, quæ hirculus vocatur, à grauitate odoris & ſimilitudine, qua maximè adulteratur. Diſtat quòd ſine cauliculo eſt, & quòd minorib' foliis, quódque radicis neque amaræ neque odoratæ.

Hirſutus. Hirſutia, hirſutiæ, f. g. Solinus cap. 38, Duriſſimum dorſo tergus eſt, ventri mollius. Setarum hirſutiæ nullæ.

HISPA, vel HYSPA, Vide HYPSA.

Hiſtoria. Decurrit hiſtoria. Plin. lib. 7. cap. 16. 5, Sed mox plura de hoc, quam membratim decurret hiſtoria. Hoc eſt, quam hominem per ſingula membra deſcribam. Id quod facit libro 11. cap. 37.

Hœdus. Pluuiales hœdi, Vide **Pluo**.

Homo. (Homo es) Exemplum Ciceronis ad Oppium non eſt huius loci. Pone igitur hoc modo,

(Homo ad differentiam belluæ dicitur, quum intelligere volumus ratione præditum, non ſtupidum. Cic. ad Oppium lib. 11. 19. 7, Quod tum iudicium niſi mea ſumma beneuolentia erga te, omnibúſque meritis comprobaro, ipſe me hominem non putabo.

Homines, pro famulis, ancillis, ſeruis & tota familia. Scæuola in L. Pater. ff. De doli ma. except. Pater pro filia dotem promiſerat, & pactus erat, vt ipſe aleret filiam ſuam, ciúſque homines.

Honor. Honore dicto. Plin. lib. 18. cap. 8. 1, Hæc ſunt quæ retuliſſe fas ſit, ac pleraque ex iis non niſi honore dicto. Reliqua inteſtabilia & infanda.

Honorificentior, Comparatiuum. Ciceero ad Atticum, lib. 1. 11. 7, Quæ mihi res multo honorificentior viſa eſt, quàm aut illa quum, &c.

Honorarium, pro ſalario quod datur magiſtratibus, arbitris, & aliis huiuſmodi. Vlpianus in L. 1. Paragr. 1. ff. Si men. fal. mod. dixe.

Hopiſthographus, Vide **Opiſthographus**.

Hora. Horologium ſolarium. Plin. lib. 7. cap. 60. 2.

Hordeum. Grandia hordea. Virg. eclog. 5. 8, Grãdia ſæpe quibus mandauimus hordea ſulcis.

Horreum. Horrearius,horrearii,Cui commissa est cura ac custodia horrei.Vlpian⁹ in L.Celsus.ff.Ad exhib.Sed si nemo hæres sit,cum horreario agendum.

Hospes. Hospitium, Ius ac necessitudo hospitii,vel familiaritas interdum,quæ ex hospitali consuetudine contrahitur. Cic. Seruio,&c.

Hospitiolum,pen.corr.Diminutiuū.Vlpianus in L.Si verò.Parag. Idem.ff.De iis qui dele. Idem erit dicēdum & siquis amicis suis modica hospitiola distribuerit.

Hospitatur aqua in eo loco)Adscribe,Id est interquiescit.

Huber, huius huberis.n.g.)Adde in fine,Vide **Uber.**

Humanus. In rebus humanis,Id est in rerū natura.Vlpian. in L. Siquis cum.Parag. De fructibus.ff.De except.iud. De fructibus eadem quæstio est & de partu.hæc enim nondum erant in rebus humanis.

Cæterùm si aliquid mihi humanum cōtigerit, Id est,si mortuus fuero.Paulus in L.Publia Mæuia.ff.Depositi.

¶Humanus, Eruditus, & in sua arte excellens) Scribe,Eruditus,& non rudis literarum.

Humanitas vitæ, pro Humana vita)Scribe, pro Cultu humanæ vitæ,quo scilicet homines differunt à pecudibus.

Humerus. Recedere ab humero.Celsus.lib.8.cap.11,Nam modò quæ iuncta sunt inter se,dehiscunt:vt quum latum scapularum os ab humero recedit, & in brachio radius à cubito,& in crure tibia à fura : interdum à saltu, calcis os à talo, quod rarò tamen fit.

Humeri arborum. Plin.lib.17.cap.14.6,Cernúmq; est,ab humeris arborū Orientē æstiuum spectantibus surculos petēdos.

Humor. Excedit humor. Celsus.lib.8. cap. 10, Is canalis & inferiori parte foramina habet, per quæ siquis humor excesserit, descendat,&c.

Euocare corruptum humorem. Celsus lib.2.cap.17,Balneum adhibetur, vbi summam cutem relaxari, euocariq; corruptum humorem,& habitum corporis mutari expedit.

Humificus,pen.corr. Adiectiuum,Idem quod humectans,humidum faciens. Plin.lib.2.cap.101, Glaciem refundat, cunctáque humifico spiritu laxet.De Luna.

Hybernus. Hybernant etiam pisces. Plin.lib.9.cap.15.7,Bruma non vagantur: vbicunq; deprehensi vsque ad Æquinoctiū, ibi hybernant.De thynnis.

Hyems. Aquilonia hyems.Plin.lib.17.cap.2.3.

Serenæ hyemes.Plin.lib.17.cap.2.4.

Serotinæ hyemes.Plin.lib.17.cap.2.4.

Hyemare, id est,&c.)Adde, Ibidem. Tertio nonas Nouemb. Fidicula mane exoritur, hyemat & pluit. Plin.lib.18.cap.vltimo,13,Pluuiæ erunt & tonitrua,& hyemabit.

¶Hyemare aquam. Plin.lib.19.cap.4.6,Hi niues,illi glaciem potant,pœnásque montium in voluptatem gulæ vertunt. Seruatur algor æstibus,excogitatúrque vt alienis mensibus nix algeat.Decoquunt alii aquas,mox & illas hyemant.

Hygremplastrum, hygremplastri,n.g. Emplastrum liquidū, non siccum, ὑγρὸν,humidus,flexibilis, mollis,madidus. Plin.lib. 34.cap.11.5, Præcipua tamen commēdatio ejus in hygremplastro ad purganda vulnera fistuláque.

HYLAS. Theodamanteus Hylas,Vide THEODAMAS.

Hymen. Hymenæus)Pro Talasio & Talasionis,pone Talassio & Talassionis.

Hypenemium.)Dele apicem super a,in vocant.& Adde,Vide **Urinum** ouum.

Hypotheca. Hypothecarius,Adiectiuum.vt Hypothecarius creditor.Vlpian.in L.1.Parag.Sciendum est autem.ff.De separat.

HYPSA,Fluuius Siciliæ.Plin.lib.3.cap.8. Silius lib.14.46,

Nec non qui potant Hypsámque,Alabinque sonoros,
Et pellucentem splendenti gurgite Achatem.

I

Iacto. Iactare rete.Celsus in L.Si iactum.ff.De actionib.empti, Si iactum retis emero,& rete iactare piscator noluit.

Iaculatorius, Adiectiuum.vt Campus iaculatorius. Vlpian. in L. Item.Parag.Sed si.ff.Ad leg.Aquil.

Iam. Iam pridem,Continuò)Si iam pridem ad verbū TOLLITE refertur,Cōtinuò significat:si verò ad nomē VICTRICIA,Iam diu significat.

IASIS)Adde in fine,Vide SCHOENEVS.

IASIVS,Pater Palinuri,authore Seruio. Vnde

Iásides,pen.corr.Patronymicum,&c.

Dux Iasides)Scribe post IASIVS,quadrisyllabum.Intelligit enim Statius eo loco Adrastum, qui filius fuit Talaonis, nepos verò Iasii fratris Dardani.

Ibi. Ibi loci.Plinius lib.6.cap. 11.1, Ibi loci terrarum orbe portis disclusso.

Ico. Surdis ictibus, & qui non exaudiuntur, arborem cædere Plin.lib.19.cap.1.11.

Idem. Idem est acsi.Quintil.in Ægro redempto,Quum propter duos venerim, quod in altero mihi pirata concessit, idem est acsi mihi neutrum reddidisset.

Idoneus. ¶Idoneus,cum datiuo,Hoc est vtilis)Adde,& quod Gallica lingua dicimus *suffisant.*

IDYIA,Vxor Æetæ regis Colchorum.Vide MEDEA.

Ieiunium. Vexare ieiunio.Celsus.lib.3.cap.18,Nam neque implēdus æger est,ne insaniat: neq; ieiunio vtique vexandus est, ne imbecillitate in cardiacum incidat.

Igitur, penult. corr.) Ante exemplum Terentii hæc adiicito. Quintil. lib.1.cap.5, Solœcismus fit transmutatione, qua ordo turbatur, Quóq; ego, Enim hoc voluit, Autem hoc habuit. Ex quo genere an sit Igitur, in initio sermonis positum, dubitari potest : quia maximos authores in diuersa opinione fuisse video,quum apud alios sit etiam frequens,apud alios nunquam reperiatur.

Ignis. Ignitius vinum,&c.) Scribe, Ignitum vinum,Hoc est naturam habens calidam & igneam.

Ignitabulum,&c.) Adde Solinus cap.18, Pyrpole etiam,quoniam & ignitabula ibi & ignis inuenta sunt.

Ile. Trahere ilia.Plin.lib.16.ca.6.1,Tanta huic vis est,vt iumentis etiam, non tussientibus modò, sed ilia quoque trahentibus, auxilietur potu. De verbasco.

Illicitus. Illicitè,Aduerbiū.Vlpian.in L.Fideicōmissa.Parag. Siquis illicitè.ff.De legatis & fideicommissis,lib.3.

Imbecillio. Vox imbecilla.Quintil.lib.11.cap.3.

Recidere ad imbecillitatem. Celsus lib.3.cap.19, Incipit iam tempus ipsum esse præsidio,vbi in tuto esse videtur:verendum tamen est ne ad eandem imbecillitatem citò recidat.

Imbellis. Annum imbellem agere,Sine bello.Liu.10.ab Vrbe.1,Tamen ne prorsus imbellem agerent annum, parua expeditio in Vmbria facta est.

Imber. Imbrīdus,pen.corr.Adiectiuum.Solinus cap.10,Nam homo Sardus opem plurimam de imbrido cælo habet.

Imbrex. Imbricium)Scribe,Martialis lib.2.35.

Imbricio poteras)Adde,Alii vulgò sic legunt,

Quum sint crura tibi,simulent quæ cornua Lunæ:
In rhytio poteras Phœbe lauare pedes.

Imbrex porci.Martialis lib.1.37,

Quicquid ponitur,hinc & inde verris,
Mammas suminis,imbricémque porci,
Communémque duobus attagenam,&c.

Imbuo. Alloquio imbutus.Plin.lib.6.ca.22.4,Annii Plocami, qui maris Rubri vectigal à fisco redemerat,libertus,&c.hospitali regis clementia sex mensium tempore imbutus alloquio percontanti postea enarrauit,&c.

Immadeo,&c.)Adde in fine,Idem lib.10.cap.11.4,Semen ac radix quum immaduere musto,conteruntur.

Immaneo. Immane, pro Immaniter) Scribe Immane, pro Immane dictu,vel incredibile dictu.Horat.1.Carm.ode 27.1,

Vino & lucernis Medus acinaces
Immane quantum discrepat. Sallust.&c.

Immensus. Immensum est referre,&c.Plin.lib.11.cap.13,ad finem,Quas habeat vtilitates admistū aliis,immēsū est referre.

Immineo. Immeans,Participium.Plin.lib.11.ca.39.1, Setas suū obstare tenuitati immeantis spiritus.

Imminueo. Imminere, pro Obseruare,&c.) Adde,Idem lib.5, Ipse currum sequebatur,occasioni imminens alloquendi eum, Alieno imminere, pro Appetere rem alienam, dixit Seneca in epist.1.

Immitto. ¶Immittere vitem ad vuas pariendas.Varro lib.1. de Re rust.cap.31.2.

Immittere,est tigna vel trabes ædificii cò extēdere,vbi requiescant,siue in pariete communi,siue in proprio.Labolenus in L. Malum.ff. de Verborum signif. Inter proiectum & immissum hoc interesse ait Labeo : quòd proiectum esset id,quod ita prouehereretur,vt & nusquam requiesceret:qualia mœniana & suggrundæ essent.Immissum autem,quod ita fieret,vt aliquo loco requiesceret:veluti tigna,trabes,quæ immitterentur.

Impero. Lachrymis imperare)Scribe, Excruciatum imperare. Plautus,&c.Adde,Id est noli me excruciare tuis lachrymis.

Imperiosus sui,Qui sibi ipsi imperat, dominus sui suarúmq; cupiditatum.Plin.lib.34.cap.8.14,Plurima ex omnibus signasse cit,vt diximus,fœcundissimæ artis, inter quæ distringentem se quem M.Agrippa ante thermas suas dicauit, mirè gratum Tiberio principi:qui non quiuit temperare sibi in eo,quanquam imperiosus sui inter initia principatus, transtulitque in cubicu

lum,alio ibi ſigno ſubſtituto.

Impersonaliter. Impersonáliter,pen.corr.Aduerbium.Florẽtinus in L.Siue.ff.De ſtipul.ſeruo.Siue mihi,ſiue ſibi, ſiue conſeruo ſuo, ſiue impersonaliter dari ſeruus meus ſtipuletur, mihi acquiret.

Impeto. Suſtinere impetum.Celſ.lib.1.cap.15,Sed id periculoſè fit,meliúſque quiete eiuſmodi impetus ſuſtinetur.

Impetro. Impetrare veniam)Scribe,lib.11.

Impingo. Impactus in carcerem. Vlpian.in L. In eos. ff. De cuſtodia & exhib.reor. Et quãuis innocentes ex eo crimine inueniantur,propter quod impacti ſunt in carcerem.

Impius. Impiiſſimus,ſuperlatiuum.Martianus in L.His verbis.Parag.1.ff. De hæred.inſti. Filius meus impiiſſimus,malè de me meritus.

Impleo. Fœminas implere)Adde,Plin.lib.8.cap.44.1, Fœminas à partu optimè ſeptimo die impleri obſeruatum eſt , mares fatigatos melius implere.

Prodigium implere.Plin.lib.10.cap.18.ad finem.

Implexus. Implexus.pro implicito ſiue conſerto.Senec.lib.1. de Benef. Quare tres Gratiæ,quare ſorores ſint,& quare implexis manibus.

Implexus brachiorum cancellatus.Plin.li.9.cap.51.6,Polypus fœmina modò in ouis ſedet, modò cauernam cancellato brachiorum implexu claudit.

Implico. (Implicare tranſfertur ad alia,) Dele quod ſequitur,vſque ad exemplum Liuii.Poſt illud verò adde hanc interpretationem,Id eſt incertis ſermonibus eum fruſtrabãtur,dum nunc hoc,nunc illud reſponderent.

Impluo. Impluere in aliquem locum.Plin.lib.2.cap.96.1,Celebre fanum habet Veneris Paphos, in cuius quandam aream non impluit.

Impono. Conſulem populo)Dele Deſignare & conſtituere.& repone,Per vim & tyrannidem collocare in Conſulatu.

Impoſitiuus, penult.prod.Adiectiuum.Plin.lib.28.cap.4.1,Pythagoræ inuentis non temerè fallere,impoſitiuorũ nominum imparem vocalium numerum,clauditates,&c.

Importo. Fœcunditatem importare alicui,vel rabiem. Plin. lib.14.ca.18.1,Sunt & in vino prodigia.Dicitur in Arcadia fieri quod fœcunditatem fœminis importet,viris rabiem.

Impotens. Doloris impotens. Valerius Max.lib.4.cap.6. de C.Plautio.

Improbus. Improbum teſtamẽtum)Dele,Falſum & calumniis plenum. Scribe,Improbum teſtamentum,Id eſt iniquum.

Impunitus. Impũnis,& hoc impũne,pen.prod.Illæſus,ſine pœna. Solinus cap.40, Getulæ etiam mulieris nomen lubæ libris comprehenſum eſt,quæ obteſtata occurſantes feras,impunis rediit.

In Præpoſ.In continenti,Vide Continens in Continco.

Victoria in manibus eſt: Hoc eſt vicerunt)Dele vicerunt.Repone,Facilis & in promptu.

In multum velociores.Plin.lib.10.cap.36.ad finem.

In vero.Vlpian.in L.Qui cum tot. Parag. vlt.ff.De tranſact. Qui per fallaciã cohæredis,ignorãs vniuerſa quæ in vero erãt.

In vtranque partem.Cic.4.Academ.187,Item ea quæ interrogati in vtranque partem reſpondere poſſumus.

INALPINI) Scribe, INALPINI,penult.prod. Dicũtur,&c. Verſũ ſequenti ſcribe.cap.4.ad finem,Adiecit,&c.

Verſu item ſequenti ſcribe Auanticos atque.

Inanio. Inâne,pen.prod.Subſtantiuum)Adde,pro aere,cælo.

Inarefactus, Participium ab Inareſco.Plin.lib.31 cap.10.3,Ad ſanguinem ſiſtendum & ranarum illinunt cinerem,vel ſanguinem inarefactum.

Inauguro, inauguras,&c.Idem quod augurare)Emenda,Idem quod Augurium captare. Et infra,

Inaugurato, Aduerbium,Id eſt augurum monitu.Corrige,Id eſt captato augurio.

Incanto Incantamentum) Scribe,cap.2.1. Et Adde, Ibidẽ,9, Hinc Theocriti apud Græcos,Catulli apud nos,proximéq; Virgilii incantamentorum amatoria imitatio.

Incendo. Incendium meum ruina reſtinguam. Catilina apud Salluſtium. Vide Ruina in Ruo.

Incero. Incerãtus,pen.prod.Participium,Cera illitus.Cor.Celſus lib.8.cap.8,Si plura fragmenta ſunt, excipienda ſunt ex ferula facto canaliculo,eodémque intus incerato,ne faſcia diducatur.

Incertus. Incertum,Subſtantiuum,Id eſt(vt ita dicam) incertitudo.Papinianus in L.Qui ex.Parag.1.ff.De bono.poſſ.ſecun. tab.Admittenda eſt Iuliani ſententia,qui propter incertũ conditionis,etiam prioris poſſe peti bonorum poſſeſſionẽ reſpõdit.

Inclino. Inclinare conſilium in)Scribe,Inclinare in conſiliũ. Id eſt deſcendere in ſententiam.Liu.&c.

Inconſultus. Si inconſultus hoc fecit,& Si optimo conſilio vſus ſit,contraria.Triphoninus in L.Nõ ſolum.Parag.r.Sed & is ff.De ritu nupt.

Inconſultò, Aduerbium. Vlpianus in L.1. paragr. Et ideo. ff.De his quæ in teſt.del. Proinde etſi inconſultò ſuperſcripſit induxiſſe ſe,manebunt. Ibidem,Sed ſi lege non poſſunt, quæ inconſultò deleta ſunt.

Incorporalis. Incórporo,incórporas, pen.corr.incorporâre. Solinus cap.35,Regionem partim tenent barbari,quibus per artifices plagarum figuras, iam inde à pueris variæ animalium effigies incorporantur.

Increpo. (Increpitare, In excuſationem afferre)Dele hæc,& verba Virgilii annecte ſuperioribus . Intelligit enim, ætatem increpitans feram,Id eſt conquerens de raritate ætatis.

Incubo, incubas,pe.cor.&c.)Adde,& incubãui,incubãtũ,pe.pr. Incubaui,Præteritum.Plin.lib.11.cap.16.4,Nam niſi incubauêre,fauces liuidos faciunt.De apibus.

Incubare theſauris. Quintil.lib.10.cap.1.non procul ab initio. Velut clauſis theſauris incubabit. Id eſt, quos habeat quidem in ſua poteſtate,ſed non explicet ad vſum aliquem.

Incubare ſuper. Seneca de Vita beata,Super circenſe tomentum per ſuturas veteris lintei effluens incubabo.

Incubito,&c.) Adde in fine,Plin.lib.8.cap.43.3,Nec niſi ſpatioſa incubitant laxitate.De aſinis.

Incumbo. Incũbit defenſio mortis hæredi. Vlpian.in L.Neceſſarios.Parag.fin.ff.s.c.Syllaniano,&c.

Incumbere nobis dicitur, quod nos onere ſuo grauat.Tacit. lib.14,Cætera inuidiam mouent, quæ quidem infra tuam magnitudinem iacent,ſed mihi incumbunt.

Incolo. Incultus,ſubſtantiuum, contrarium cultui. Liu. lib.1. Decad.5,Suos honores partim defectos per incultũ ac negligentiam,partim hoſtiliter ſublatos eſſe, Seneca autẽ epiſt.5,videtur poſuiſſe pro cultu vbi ait,Aſperũ inculcum,& negligẽtiorẽ barbã, & intonſum caput,& indictũ argẽto odiũ,& cubile humi poſitũ,& quicquid aliud ambitionem peruerſa via ſequitur, deuita.

Inculco. Inculcare munus, eſt plus quàm Offerre.Seneca de Vita beata, Quibuſdam offeram,quibuſdam etiam inculcabo. Hoc eſt obtrudam.

Incurro. Incurrere præter ſpem, Inuadere ex deſtinato. Cic. pro Seſtio, Neque quẽquã offendet mea oratio,niſi qui ſe ita obtulerit,vt non in eum inuaſiſſe,ſed incurriſſe videamur.

Incurrit ſuſpicio fraudis,abſolutè.Papin.in L.Ab hærede.ff. De ſeparationibus.

Incurrit hîc & alia ſuſpectio.Tryphon.in L.Bona fides.Parag. 1.ff.Depoſiti vel cont.

Incurrere in oculos,&c.) Adde,Pro eo dixit Seneca,Incurrere oculis,lib.de Benef.1.

Incúrſito, incúrſitas,pen.corr.incurſitãre.Senec.1.de Ira,Multa caligine incurſitantem,vaſtantem,fugantémque. Ibidem,Properanti in multos incurſitãdum eſt. Item in epiſt.3, Tota vita incurſitamus.Significat offenſare,*Hunter.*

(Incurſatus,Paſſiuũ.Liu.lib.4.bel.Pun.185,Agménque Romanum impune incurſatum ab equitib⁹ hoſtium fuerat.Id eſt incurſione vexatum.

Indebitus. Indébitum,indébiti,pen.corr. Subſtantiuè, Non debitum.Paulus in L.Si procurator.ff.De condic.indeb.Si procurator tuus indebitum ſoluerit,& id tu ratum habeas,&c.

Indebitò, Aduerbium. Vlpian.in L.Cum duo pro reo.ff. De condict.indeb.Quibus perſonis tria indebitò ſoluta ſunt.

Indeclinabilis. Indeclinabilis iuſtitia, apud Senecam epiſt. 78. Item epiſt.67,Indeclinabilis animus,pro Conſtanti & qui nunquam variat.

Indeclinatus) Indeclinata amicitia, Conſtans. Ouid.4.Triſt. Téque(quod eſt rarum)præſta conſtanter ad omne
Indeclinatæ munus amicitiæ.

Indefatigabilis, pen.corr. Senec.lib.1.de Ira,Alius contentus breui ſomno,vigiliam indefatigabilem extendit.

Indeiectus, pro non deiecto.Ouid.1.Metam.58,
Siqua domus manſit,potuitque reſiſtere tanto
Indeiecta malo.

Indemnis, Immunis à damno.Seneca de Vita beata,Liber eris tutus,indemnis,nihil fruſtra tẽtabis,nihil prohibeberis. Idem epiſt.9, Qui per ferrum & ruinas & ignes illæſus & indemnis euaſit Vlpian.in L.Iliona fi.de.ff.De noxal.action. Vel officio iudicis conſequetur, vt indemnis maneat.

Indeploratus.) Adde,Idem 11.Metam.135, -nec me
Indeploratum ſub inania tartara mitte.

Indepranatus, pen.prod.Qui non corrumpitur.Senec.epiſt.

77. Si via indepraua ta virtus eſt, & ſui iuris permanet, ſolum bonum eſt virtus.

Indeprehenſibilis, pen.cor. Quintil. Declam. 4, Nec per varias ambages, indeprehenſibilem ſparſit errorem. Idem Declam. 8, Inenarrabile, indeprehenſibile eſt.

Indeuotio. Vlpian. in L. 1. in fine. ff. De penu legata, Puto tamẽ ſic voluntatem teſtatoris ſequendam, vt tota ſumma illico poſtquam ceſſauerit hæres dare penum vxori, præſtetur, hæredis indeuotione coercenda.

Indico, indicas. Indicatio, pro Affirmatione. Vlpian. in L. Iulianus. §. 1, in fine. ff. De actionib. empti & vẽd. Quoniã qui ſcit, præmonere debuit furem eſſe: hic non debuit facilis eſſe ad temerariam indicationem.

Indicium, pro eo quod tibi datur vt indices. Vlpianus in L. Idem Parag. Si tibi. ff. De condict. ob turp. cau. Si tibi indicium dedero vt fugitiuum meum indices. Et paulo poſt, Sed ſi ipſe fur indicium à me accepit, &c.

Indico, indicis. Indictio. Verbale, &c.) Adde, Vide **Canon.**

Indifferens, Qui nõ differt. Scribe, Res media. Senec. epiſt. 83, Indifferentia voco, nec bona, nec mala, vt paupertatẽ. Cic. 3. &c.

Indignus. Indignitas etiam hominis, pro dedecore vel abiectione dicitur. Cic. in Piſonem, Abiectum, cõtemptum, deſpectũ à cæteris, à teipſo deſperatum & relictum, circũſpectantẽ omnia, quicquid increpuiſſet pertimeſcentem, ſine voce, ſine libertate, ſine authoritate, ſine vlla ſpecie Conſulari, horrentem, tremẽtem, adulantẽ omnib⁹ videre volui, vidi. Subiũgit poſtea, Fruar hac tua indignitate.

Indiſcretus. Indiſcreta propè ſpecie ſimiles. Plinius lib. 7. cap. 12. 3.

Indiſpoſite, Aduerbiũ, pro Inordinatè. Seneca epiſt. 115, Muta animalia perturbatè & indiſpoſite mouentur.

Indo. Indere aliquid in aurum, argentum, aut æs publicum, quo id peius fiat, Id eſt immittere, immiſcere. Vlpian. in L. 1. ff. Ad legem Iul. pecul.

Indoctus. Indocilis pro naturali, quod arte caret. Ouid. 3. Triſt. ele. 11. 2, Indociliq; loquax gutture vernat auis. Ibidẽ, li. 4. ele. 1. 1, Hoc eſt cur cantet vinctus quoque compede foſſor,

Indocili numero quum graue mollit opus.

Indociles vias currit lympha. Id eſt, quæ nemo illi monſtrauit, Naturales. Propert. lib. 1. eleg. 2. 3.

Indubito. Indubitatè, Aduerbium. Vlpian. in L. Quòd ſi nolit. Parag. Si ancilla. ff. De ædil. edi. Sed ſi fortè vſuſtructus proprietati accreuit, indubitatè hoc quoque reſtituetur ei.

Induco. Inducere aliquem, Decipere. Labeo in L. Si de dote. ff. De iure dotium, Quid enim ſi ſocer ſpecie futuræ dotis induxerit generum: & quum ſciret ſe præſtare dotem non poſſe, id egerit, vt genero inſidiaretur?

¶ Inducere calceum alicui. Plin. lib. 1. ca. 7. 9, Diuus Auguſtus Ixuum prodidit ſibi calceum præpoſterè inductum, quo die ſeditione militari propè afflictus eſt. Sueto. in Auguſto, cap. 9. 2, Si mane ſibi calceus perperam, ac ſiniſter pro dextero induceretur: vt dirum. Subaudi obſeruabat.

Inducere ſcuta pellibus, pro Operire & munire. Cæſar libro 1. bel. Gal.

Inducere pariete, pro Incruſtatione ornare. Senec. epiſt. 116, Miramur parietes tenui marmore inductos, quum ſciam⁹ quale ſit quod abſconditur.

Inducere munus, &c.) Adde, Id eſt ornare, metaphora ſumpta à parietibus, qui noua inductione exornantur.

Inductum, pro Aſcititio, vel lõgè accerſito. Plin. epiſt. 68, Neque enim colectura eget quid ſermone patrio exprimere poſſis: quum hoc inſititio & inducto tam præclara opera perfeceris. Idem epiſt. 62, Poſſint videri accerſita & inducta.

Inductus, huius inductus) Adde in fine, Cicero pro Vareno vt citat Quintilianus lib. 5. cap. 10, Optio vobis datur vtrum velitis caſu illo itinere Varenum vſum eſſe, an huius perſuaſu & inductu.

¶ Inductio, pro Litura. Vlpianus in L. 1. Parag. Et ideo. ff. De his quæ in teſt. del. Lituras, inductiones, ſuperinductiones ipſe feci.

Indulgeo. Petitionem hæreditatis indulget Prætor. Vlpianus in L. 1. parag. vlti. ff. Si pars hæreditatis, Interdum Prætor incertæ partis hæreditatis petitionem indulget.

Indulturus, pen. prod. Participium. Vlpianus in L. 1. Paragr. De his autem. ff. De ſeparat. Qui ſeparationem indulturus eſt.

Indulgenter, &c. Licentioſè, & nimium liberè.) Adde, Comiter & blandè, vel molliter.

Induo. Induere fictam orationem perſonis. Fabius libro 4. cap. primo.

¶ Induere ſoleas iumentis. Plin. &c.) Adde, Noſtra quoque ætate Poppea coniunx Neronis principis delicatioribus iumẽtis ſuis ſoleas ex auro quoque induere ſolebat.

Indui in pœnas. Quintil. lib. 11. cap. 1, Nam neque intelligentiam conceſſeris iis, qui propoſita honeſtorum ac turpium via peiorem ſequi malint: neque prudentiam, qui in grauiſſimas frequenter legum, ſemper verò malæ conſcientiæ pœnas à ſemetipſis improuiſo rerũ exitu induantur. Alii legũt inducãtur.

Induere ſe Reipub. Senec. 1. de Clement. Olim ita ſe induit Reip. Cæſar, vt alterum deduci non poſſit ſine vtriuſque pernicie. Id eſt implicuit.

Induere duritiam contra ſenſum. Plin. &c.) Adde, Aiunt verbera ſubituris potum ex vino, duritiam quandam contra ſenſum induere. De ouum ex ſemine.

Inedia. Suſtinere inediã. Celſ. lib. 1. ca. 3, Quòd ad ætates verò pertinet, inediam facillimè ſuſtinent mediæ ætates: minus iuuenes: minimè pueri, & ſenectute confecti.

Inemoror, inemóreris, inémori, pe. cor. Horat. Epod. 5. 7,

Quo poſſet infoſſus puer
Longo die bis térque mutatæ dapis
Inemori ſpectaculo. Hoc eſt emori in ſpectaculo, &c.

Ineo. Animum inire ſocietatis. Pomponius in L. Planè. ff. Pro ſocio. Planè ſi ii, qui ſocii hæredes exiterunt, animum inierunt ſocietatis.

Inire æſtimationem. Senec. epiſt. 77, Quum voles verã hominis æſtimationem inire, & ſcire qualis ſit, modum inſpice.

Negotiationẽ inire. Póponi⁹ in L. Si negotia. ff. De nego. geſt.

¶ Inire, pro Coire, &c. Idẽ de canibus.) Adde, lib. 10. cap. 63. 7. & in fine, pro commodo menſe, lege recto.

Ineor, inſris, pen. prod. Paſſiuum. Plin. lib. 10. cap. 63. 7, Ineuntur à partu ſexto menſe.

Inequitabilis, & hoc inequitábile, pen. corr. Non equitabilis. Curtius lib. 8, Imber violentius quàm aliàs fuſus campos lubricos & inequitabiles fecerat. Quaſi diceret nullum fuiſſe tum regi Poro vſum quadrigarũ & equorum, idque propter camporum lubricitatem & illuuiem. Subdit enim, Graueſq; & propemodum immobiles currus illuuie & voragine hærebant.

Inexpertus. Inexpertus, cum datiuo. Liu. lib. 3. bel. Pun. Exercitum in tectis habuit aduerſus omnia mala ſæpe ac diu durantem, bonis inexpertum atque inſuetum. Item cum accuſatiuo media præpoſitione. Idem libro 6. ab Vrbe, Iram accenderat ignominia recens in animo ad contumeliam inexperto.

Infans, Remouere infantem, A lacte depellere. Plin. lib. 18, cap. 7. 1, De lactis vſu conuenit dulciſſimum eſſe molliſſimúmque, & in longa febre cœliaciſque vtiliſſimum, maximéque ei⁹, quæ iam infantem remouerit.

Infans, o. g. Adiectiuũ. Ouid. in Ibin. 47, Gutturáq; imbuerant infantia lacte canino. Item 4. Faſtorũ, 41, Tutus vt infanti vagiat ore puer.

Pullus infans. Plin. lib. 10. cap. 33. 1, Ipſum vero nidum mollibus plumis floceſque conſternunt tepefaciendis ouis, ſimul ne durus ſit infantibus pullis.

Infantia pomi. Plin. lib. 15. cap. 19. 2, Mox lacteum humorem, hoc eſt infantiam pomi abſumunt.

Infero. Inferre actionem cum aliquo, eſt agere aduerſus aliquem. Paulus in L. Ex facto. Parag. vlti. ff. De peculio.

Inferre verecundiã alicui. Liu. lib. 5. bel. Maced. Aduentum eius & maieſtatem ad verecundiam inferendam Romanis maiorem vim habituram quàm arma.

¶ Inferre, Soluere. Scæuola in L. De acceſſionibus. ff. De diuer. temporal. præſcript. Iam enim illo in tempore, quo cõrahebas, videri te conceſſiſſe venditionem, ſi pecuniam non intuliſſes. Paulus in L. Caius. ff. De vſuris & fruct. Quidam debitores ceſſauerunt in ſoluendis vſuris, quidam plus intulerunt.

Infeſtiſſimè, pen. corr. Aduerbium. Plin. lib. 35. cap. 4. 7, Hinc enim ille Craſſi oratoris lepos agentis ſub veteribus, quum teſtis compellatus inſtaret: Dic ergo Craſſe qualẽ me reris? Talem inquit, oſtendens in tabula pictum infeſtiſſimè Gallũ exerentem linguam. Quid autem vocarit Plinius infeſtiſſimè pingi, licet colligere ex verbis Ciceronis eandem hiſtoriã ſic narrantis lib. 2. de Oratore, 143, Valde autem ridentur etiam imagines, quæ ferè in deformitatem, aut in aliquod vitium corporis ducuntur cum ſimilitudine, turpioris vt meum illud in Helmium Manciam, Iam oſtendam cuiuſmodi ſis: quũ ille, Oſtende, quæſo, demonſtraui digito pictum Gallum in Mariano ſcuto Cimbrico ſub nodis diſtortum, ejecta lingua, buccis inflatis. Riſus eſt cõmotus, nihil tam Manciæ ſimile vſum eſt. Hoc & Quintilianus refert lib. 6, cap. 4.

Infinitus. Infinite, &c. Perpetuo, indeſinenter) Repone, Sine modo & ratione. Et infra,

Infinitas, &c. Perpetuitas) Scribe, Vniuerſitas, generalitas.

Infirmus. Vltima infirmitas corporis. Celſ. lib. 2, ca. 6, Aut cui

ſimul & continua febris,& vltima corporis infirmitas eſt.

Infiemare legem,pro Authoritatem adimere. Liu.lib.4.bel. Maced.Vt vnam tollendo legem, cæteras infirmet.

Infirmâtus,Adiectiuũ. Hermogenes in L.Aufertur.Parag. Quod à præſide.ff.De iure fiſci,Infirmato contractu.

Inflammo. Super inflammationem. Celſ.lib.5.cap.26, Nam modò ſuper inflammationem rubor ambit.

Leuare inflammationes.Celſ.lib.2.cap.26,Fœniculum verò & anetum inflammationes etiam leuant.

Occupat inflammatio. Celſ.lib.6.cap.6, Hos igitur interdum inflammatio occupat,vbi cum timore in his dolor eſt.

Remittit ſe inflammatio.Celſ.lib.4.cap.5,Deinde quum paulum inflammatio ſe remiſit,ſiccis & callidis fomentis vti.

Reprimere inflammationem. Celſ.lib.7.cap.24,Tum multa frigida aqua fouetur,emplaſtrúmque circà datur,quod valentem inflammationem reprimat.

Inflecto. Dolorem inflexibilem (opiſthotonon vocánt) leuat vrina capræ auribus infuſa.Plin.lib.28.cap.12.8.

Infligo. Grauiores infligere vſuras.Paul° in L.Caius.ff.De vſuris & fruct.& cauſ. Fuit autem conſuetudo, vt intra certa tẽpora non illatis vſuris,grauiores infligerentur.

Inflo. Inflare, Intrò flare, ſiue flando iniicere. Cato de Re ruſt.ca.97,de modo palumbi farciendi, Palumbum recentem vt prenſus erit, ei fabam coctam toſtam primùm dato: ex ore in eius os inflato item aquam.

Reſidet inflatio.Celſus lib.4.cap.5,Cibis deinde calidis,neque inflantibus, eodémque modo calidis potionibus: primò aquæ, pòſt vbi reſedit inflatio,vini auſteri.

Influo. Influere dicitur etiam) Corrige, Influere in animos hominum,pro Inſinuare ſe in gratiam hominum.Cic.&c.

Influere nobis bonum dicitur,quod vltrò venit.Sene.epiſt.51, Illud deſperandum eſt,poſſe nobis caſu tantum bonum influere:laborandum eſt,&c.

Infra. Infra, ad numerum referri, &c.)Adiice in fine, Et lib. 18.cap.26.1,In eum diem ternadena ſubiicito æſtate tota,hyeme pauciora,non tamen infra nouena.

Infragilis, penult.corr.Adiectiuum,)Adde, Quod frangi non poteſt.

Infragilis adamas.Plin.lib.10.in Proœmio,1,Adamantem opum gaudium,infragilem omni cætera vi & inuictum,&c.

Infranzibilis, pen.corr.Adiectiuũ,Qui frangi nequit.Seneca de Vita Beata,Quum tibi dicam,ſummum bonum eſt infrãgibilis animi rigor & prouidẽtia,ſubtilitas,ſanitas,libertas,decor: aliquid vltra quæris?

Infrunitus, Adiectiuum,&c.)Subiice ad finem,Ruellius lib.1. cap.40,Vnguẽtum in lenticula, Prouerbium eſt,in eos lactari ſolitum,qui nullo rerum diſcrimine quas agunt aut dicũt,pari nixu cuncta moliuntur: quos vt apud Senecam & Gellium,infrunitos appellamus,Græcè cacozelos & apirocalos. Seneca de Vita beata,vſurpat pro ſtolidè iactabundo,Alterum,inquit,infruniti eſt animi,alterum timidi ac puſilli.

Infulcio, infulcis,infulcire,pro Ingerere. Senec.epiſt.115,Non deſinit omnibus locis hoc verbum infulcire.

Infundo. Infundere cribro,pro In cribrum.Senec.de Benef. 7, Sicut vinum debeas , & ille te iubeat reticulo infundere, vel cribrum,&c.

Infuſco, infuſcas,&c.)Adiice ad finem,Idem lib.2.cap.51, Quæ humida,non vrunt,ſed infuſcant.De ſulminibus.

Ingenium. Ingenium cœnæ,pro Artificioſo vel ingenioſo apparatu.Plin.in Paneg.Ergo non aurũ,nec argentum,nec exquiſita ingenia cœnarum,ſed ſuauitatem tuam miramur.

Ingero. Ingerere, Iácere: vt Ingerere lapides,ſaxa,tela,&c. Plin.lib.10.cap.1, de ſtruthiocamelis,Vngulæ iis ceruinis ſimiles,quibus dimicant,biſulcæ,comprehendendis lapidibus vtiles, quos in fuga contra ſequentes ingerunt pedibus.

Inguen. Febris ex inguine, Id eſt, febris ex bubone, vel tumore præter naturam in inguine.Celſ.lib.3.cap.5.in principio.

Ingurgito. Ingurgitare humor dicitur,quũ nimia abũdãtia terrã proluit.Plin.lib.17.cap.1, Ergo humor ex his non vniuerſus ingurgitans diluénſque, ſed quomodo ſititur diſtillans, velut ex vbere alit omnia quæ non inundat. De niuibus.

Iniicio. Iniicere manum,pro Vim inferre. Senec.in Cõſolat. ad matrem,In corpore latrocinia & mõrbi exercentur:animus quidem ipſe ſacer & æternus eſt,& cui non poſſit iniici manus. Id eſt qui nequeat violari.

Iniicere ſe flammæ,pro In flammam.Plin.lib.8.cap.40.3,Accenſo regis Lyſimachi rogo,iniecit ſe flammæ.De cane.

Manus iniectio, Ius domini in re capiẽda & vindicanda quã agnoſcit ſuam. Senec.2.de Tranquil.vitæ,Habebat ergo ſecum vera bona, in quæ non eſt manus iniectio. Loquitur de bonis quæ fortuna non poteſt iniecta manu tanquam ſua repoſcere.

Initium. Initiorũ dies.Liu.9.bel.Maced.46,Tres in anno ſtatos dies habuiſſe,quib° interdiu Bacchis initiarẽtur, &c.Pacullã Miniam,Campanã ſacerdotem,&c.nocturnum ſacrum ex diurno,& pro tribus in anno diebus quinos ſingulis menſibus dies initiorum feciſſe.Hinc apparet initia dici pro initiationibus.

Initiamenta,Initiamentorum,Religionis prima dogmata.Senec. epiſt.91,Hæc eius initiamenta ſunt, quibus non municipale ſacrum, ſed ingens deorũ immortaliũ tẽplũ mũd° hic referatur.

Initiantur coniuges liberis.Quintil.Decla.1,Alius diceret maritum & vxorem,niſi liberis initiarentur,non fortiſſimis corporum vinculis inhærere.Ego illud potius dicam,&c.

Iniungo. Iniungere pœnam.Vlpian.in L.2.ff.De præuari.

Iniuria. Iniurior,iniuriãris,iniuriãtus ſum, iniuriari, Deponens.Seneca lib.2.de Trãquil.vitæ, Omne furuitum circa nos ſæuit,& iniuriatur.

Iniuſtus, generaliter pro duro, quod etiam iniquum dicitur. Quintil.Decl.13,Cur iniuſto quotidie iugo boũ colla deteruntur?

Innascor. Innatus dicitur homo alicui rei,ad quã natura factus eſt. Senec.de Conſola.ad Polybium, Sciebas animum eius liberalibus diſciplinis , quibus non innutritus eſt tantùm , ſed etiam innatus,ſic eſſe fundatum,&c. Poteſt etiam exponi,Inter liberales diſciplinas natus.Hoc eſt,inter diſciplinarum liberalium peritos.

Inno. Innábilis,& hoc innábile, pen.corr. Ouid.1.Metam.4, Sic erat inſtabilis tellus,innabilis vnda.

Innocens. Innocẽs,pro Innocuo.)Scribe,Plin.lib.23.cap.1.1, de vuis,Innocentiores,quæ decerptæ diu pependere : quæ ventilatione etiã vtiles fiũt ſtomacho ægriſq;. Hor.1.Car.ode 17.5, Hic innocentis pocula Leſbii

Duces ſub vmbra.

Innubilus. Innũbilo,innúbilas,penul.corr.Innubilãre, Obſcurare.Solinus cap.66,Si purum fuerit quod acceperint, candicant orbiculi lapillorũ.Si turbidum:aut pallore langueſcunt, aut ruſſo innubilantur.

Innutrio, innutris,&c.)Adde,Sene.lib.2.epiſt.2,Certis ingeniis immorari & innutriri oportet, ſi velis aliquid trahere, &c. Loquitur de lectione variorum authorum.

Innutritus,pen.prod. Participium,vel Nomen ex participio.

Innutriri dicimur alicui rei,in qua educati ſumus. Seneca in Conſol.ad Polybium,Sciebas animũ eius liberalibus diſciplinis, quibus nõ innutritus eſt tantũ, ſed innat°,ſic eſſe fundatũ, &c.

Inopinans. Inopina facies laborum.Virg.6.Æneid.11.

Inquantum. Inquántum plurimum. Senec.epiſt.115, Rationem tu ad ſummum euoca, inquãtũ poteſt plurimũ creſcere.

Inquantumcunque, Aduerb.Senec.de Trãquil.vitæ,Inquãtumcunque illa vel numero vel magnitudine creuerunt,eiuſdem naturæ erunt.

Inſalubris. Inſalubrissimus.Plin.lib.23.cap.1.16,Vinum ſi ſit fumo inueteratum,inſaluberrimum eſt.

Inſanus. Inſanabile ingenium,A communi ſenſu alienum) Scribe,Id eſt quod corrigi,& emendari non poteſt.

Inſanire inſaniam hilarem.Seneca de Vita beata.

Inſcribo. Inſcribere,pro Obtẽdere.Seneca de Vita beata,Inſcribunt deinde ſapientiam vitiis,& abſcondenda profitẽtur.Id eſt dant illis ſapientiæ titulũ. Sic de Breuitate vitæ,Inſcribere deos vitiis,quibus ſimile illud Ouidii 15.Metam.16, Inſcripſere deos ſceleri.

Inſcribere aliquid aliquo nomine.Plin.in Paneg.76,Magno quidem animo parens tuus hanc ante hos principes arcem publicarum ædium nomine inſcripſerat.

Inſcribi dominum alicui rei.Senec.epiſt.99,Quidquid eſt cui dominus inſcriberis,apud te eſt,tuum non eſt.

Inſcriptiones frontis,pro Stigmatibus.Senec.de Ira,3.

Inſepultus. Mors inſepulta,vbi arcetur ſepultura is,qui ſupplicio eſt affectus.Senec.de Tranquil.vitæ,Minabatur Theodoro philoſopho tyrannus mortem,& quidem inſepultam.

Inſero, inſerui. Inſerere caput in tentorium.Liu.li.8.ab Vrbe, Ipſe circum vulneratos inſerens in tentoria capat,vnumquenque vt ſe haberet rogitans,&c.

Prædia agris inſerta. Plin.epiſt.63, Prædia agris meis vicina, atque etiam inſerta,vrnalia ſunt.

Inſitum,inſiti,) Adde in fine. Plin.lib.17. cap.14.11, Duos digitos inſito extante. Ibidem,ca.15.1,Atque ita ligatum inſitum, intritáque illitum operire terra.

Inſitiua pyra.Horat.Epod.2.4.

Inſideo. Inſidiari tempori.Liu.3.bel.Punici,Huic maximè tẽpori Gracchus inſidiandum ratus,&c.

Loca inſidioſa. Caius in L. Qui petitorio. Para. Qui. ff. De rei vendicatione, Culpæ autē reus poſſeſſor eſt, & qui per inſidioſa loca ſeruum miſit, ſi is perijt.

Inſignio. Inſignita, inſigniterum, n. g. Plin. lib. 27. cap. 4. 6, Oculorū vitia omnia ſanari ea cōuenit, priuatim pruriginē & ſcabiem genarum: item inſignita ac liuida, illita cum melle. Ibidem, cap. 11. 11, Epiphoras oculorum ſedat ex paſſo illita. inſignita, cum melle & alia liuentia, ex aceto.

Inſilio. Inſilire, cū accuſatiuo ſi ne præpoſitiōe. Suet. in Claudio, Qui feros tauros per ſpatia Circi agūt, inſiliūntq; defeſſos.

Inſimulo. Inſimulari crimine. Liu. 4. bel. Pun. Poſtremò quū ſuſpectum ſe eſſe cerneret, & proditionis interdum crimine inſimulari, ad Romanos tranſfugit.

Inſinuo. Inſinuat ſuſpicio animis. Liu. 10. bel. Maced. Fraudis quoque humanæ inſinuauerat ſuſpicio animis. Id eſt ſubierat animos.

Inſiſto. ¶ Inſiſtere, Quaſi tardare.) Scribe, Obſirmare animū. Ne inſiſtas credere huic, Hoc eſt Ne verbis illius inſiſtas) Scribe, Ne verbis illius pergas credere.

Inſiſtere, pro Cohærere. Quintil. lib. 8. cap. 5, Vnde ſoluta ferè oratio è ſingulis non membris, ſed fruſtis collata, ſtructura caret: quum illa rotunda & vndique circunciſa inſiſtere inuicem nequeant.

Inſolo. Inſolati dies, &c.) Adiice exemplum Columellæ lib. 11. ca. 3. 36, Deinde quum enata ſemina fuerint, tepidis diebus & inſolatis iuxta ædificium ſub diuo ponat.

Inſolubilis. Inſolubile, Quod penſari non poteſt. Seneca de Benef. 4, Dicetis beneficium debitum inſolubile eſſe.

Inſpicio. Inſpectio, pro ſimplici intuitu oculorum. Quintil. lib. 5. cap. 5, Inſpectio ipſa ſæpe etiam falſum deprehendit.

Inſpectatio, inſpectationis, Verbale. Seneca Natural. quæſt. lib. 6, Quorum eſt adeò mihi dulcis inſpectatio, vt quamuis aliquādo de terrarum motu volumen ediderim iuuenis, tamen tentare me voluerim & experiri, &c.

Inſpuo. Inſpuere in frontem mediā hominis. Seneca de Ira, 3.

Inſtigo. Inſtigātus, huius inſtigātus, penult. prod. Vlpianus in L. 1. Parag. Sed & ſi. ff. Si quoad. paup. Sed etſi inſtigatu alterius ſera damnum dederit.

Inſtigātor, inſtigatōris. Papinianus in L. Ob hæc. ff. De iis qui no. inſa. Callido teſtamento videris accuſationis inſtigator fuiſſe.

Inſtimulo. Marcellus in L. 3. ff. De inoffic. teſtamento, Quod plerunque accidit, quum falſo parentes inſtimulati, liberos ſuos teſtamento vel exhæredant, vel prætereunt.

Inſtituo. Inſtituere actionem, Proponere. Vlpianus in L. De eadem. ff. De except. rei iud. Dummodo de eadem re experiatur (etſi diuerſo genere actionis, quam inſtituit) videtur de eadem re agere.

Sic inſtituere actionē, Citare. Iuſtin. lib. 4. Tit. de pœna temlitig. Omnium autem actionum inſtituendarum principium ab ea parte edicti proficiſcitur.

Inſto. Inſtantia in oratione, pro Vehementia vel elatiore ſtylo. Plinius epiſt. 103, Hæc vel maximè vi, amaritudine, inſtantia: illa tractu & ſuauitate atque etiam dulcedine placet.

Inſtringo. Inſtringo, Vehementer & arctè ſtringo. Quintilianus in Ægro redempto, lacet inter vincula, quibus inſtringat adhuc recentem pirata captiuum. In ſuperiore Catulli exemplo videtur idem ſignificare quod diſſoluo.

Inſtruo. Calumniam inſtruere alicui. Vlpianus in L. 1. ff. De iure patro. Et ſi calumniam aliquam eis inſtruxit, vel delatorem ſubornauit.

Inſtrumentum venatorium intelligitur apud Plinium epiſt. 65, pro iis omnibus quæ ad venationem requiruntur.

Inſtiauis. Inſubidus) Scribe **Inſubidus.**

Inſubtiliter, penult. corr. Aduerbium, Non ſubtiliter. Vlpianus in L. 1. Paragr. Si ex fundo. ff. De hæred. inſtit. Marcellus non inſubtiliter non putat hodie hoc procedere.

Inſuefco. Inſuefco, actiua ſignificatione apud Columellam lib. 6. cap. 4. 4, & Horatium lib. 1. Serm. ſaty. 4. 11,

-inſuevit pater optimus hoc me
Vt fugerem, exemplis vitiorum quæque notando.

Inſuetus, cum gerundio, Vt Inſuetus nauigandi. Cæſar libro 5. bel. Gall.

Intelligo. ¶ Intellectus, pro Significatione) Poſt duos verſus, Idem lib. 8. cap. 5. Lege lib. 5. cap. 10.

Intendo. Actionem intendere alicui. Vlpianus in L. Siquis. Parag. Si filius. ff. Quod quiſque iuris.

Cauſam intendere. Vlpianus in L. Iulianus. Parag. Quantum. ff. Ad exhibendum. Vt quis copiam rei habens poſſit exequi actionem quam deſtinauit, in nullo cauſa quam intendit, læſa.

Intendere leges, pro Earum ſeueritatem augere. Plin. epiſt. 74, Sicut leges & mitigare licet & intendere. Hæc duo pro contrariis poſuit.

Intendere diis manus, pro Tendere manus ad deos inuocandi cauſa. Seneca 1. de Clement. Conclamatio ciuitatis in fuga eſt, ac diis ipſis manus intenduntur.

Intendere iungitur aliquando accuſatiuo præpoſitione intercedente. Seneca lib. 1. Natural. quæſt. Quid ſit deus, totuſne in ſe intendat, an ad nos aliquando reſpiciat.

Intendi animo. Liuius lib. 1, Suſpenſique in minimè gratum ſpectaculum animo intenduntur.

Intendere, ſine adiecto, pro Contendere. Liuius ab Vrbe, lib. 8. Senatu, quia id in ſummis imperiis non obtinuiſſet, minus in Prætura intendente.

¶ Intendere id dicimur, quo velut in ſcopū tendimus. Quintilianus lib. 1. cap. 16, Illud vtique proprium ad efficiendum quod intendimus. Idem lib. 3. cap. 4, Nec inuenietur vlla in qua non laudare aut vituperare, ſuadere aut diſſuadere, intendere quid vel depellere debeamus.

Intentio, pro Actione. Vlpianus in L. 1. Parag. 1. ff. Si menſor falſum mo. &c. Si autem ex locato fuerit actum dicendum erit nec tenere intentionem.

Intētio dominii. Papinianus in L. 1. Parag. Cum prædium. ff. De pignor. & hypot. Quoniam quæſtio pignoris ab intentione dominii ſeparatur.

Perdere intentionem. Vlpianus in L. Iulianus. Parag. Quantum. ff. Ad exhibendum. Proinde ſi poſt litem conteſtatam vſucaptum exhibeat, non videtur exhibuiſſe: quum petitor intentionem ſuam perdiderit.

Intentare imperium Romanum, pro Denuntiare periculum ab imperio Romano ſeu vindictam. Liu. lib. 2. Decad. 5.

Intentatio, Verbale. Senec. 2. de Ira, Ne nos oſcitatio aliena ſolicitet, nec oculi ad intentationē ſubitam digitorum cōprimātur.

Inter. Inter initia, primis diebus, &c. niſi ſubmiſſis genibus nō poſſunt.) Adde, Idem lib. 9. cap. 51, Aquatilium omnium fœtus inter initia viſu carent.

Intercalo. Intercalaris dies. Plin. lib. 2. cap. 8. 6, Quam ob cauſam quinto anno vnus intercalaris dies additur.

Intercedo. Intercedere per vim ac dolum, quo minus aliquid fiat. Papinian. in L. Virum. ff. Siquis aliquem teſtam. prohib.

Interceſſor, pro Internūntio ſeu interprete in pecunia mutuo accipienda. Senec. epiſt. 120.

Intercido, pen. prod. Rationes alicuius intercidere. Vlpian. in L. 1. in fine. ff. De ſeruo corrupto, Vel ſi actori ſuaſit, ſiue verbis, ſiue pretio, vt rationes dominicas intercideret, vel adulteraret vel etiam vt rationem ſibi commiſſam turbaret.

Intercido. pen. corr. Intercidit legatum. Modeſtinus in L. Legatum. ff. De capite minutis, Morte quidem legatarii legatum intercidit, capitis tamen diminutione interueniente perſeuerat. Caius in L. Siquis omiſ. ff. Siquis omiſſ. cauſa teſt. Licet eo modo legata libertatéſque intércidunt.

Intercidit actio. Papin. in L. Si bona fide. ff. de petit. hæred. Si periculum erit ne inter moras actiones intéreidant.

Intercludo. Interclusio, Verbale, &c.) Adde, Parenthesis interclusio vocatur à Quintiliano lib. 9. cap. 3.

Interest. Interest tibi & mihi. Seneca 1. Natur. Quæſt. Quid vobis & nobis intereſt, niſi exigui menſura corpuſculi?

Intereſſe poſteritati ſuæ, pro Superſtitem eſſe gloriæ quæ mortem ſequi ſolet. Plinius epiſt. 25, Legit ſcripta de ſe carmina, legit hiſtorias, & poſteritati ſuæ interfuit.

Intereſſe nobis dicitur deus, pro adeſſe. Seneca de Prouident. in Præfat. Quum præeſſe vniuerſis prouidentiam probaremus, & intereſſe nobis deum.

Interfutūrus, penult. prod. Participium. Valerius, libro 1. cap. 1, De honore impenſo ſenibus à iuuenibus, Inuitati ad eam, diligenter quærebāt quinam ei conuiuio eſſent interfuturi, ne, &c.

Interfluo. Interfluus.) Adde, Solinus cap. 66, Scinditur amne interfluo.

Interiectio. Interiectus temporis. Tacit. lib. 3.

Interim. Interim, pro aliquando interdum geminatur. Quintilia. lib. 1. cap. 3, Interim elabuntur, interim ſuæ memoriæ intēti à noua inuentione declinant.

Interluco, interlucas, &c. qui ſunt ſuperuacui.) Adde, Ibidem, cap. 11. 6, Illam inſcitiam pudendam eſſe conueniet, adultas interlucare iuſto plus.

Interluo. Interlúuies, interluuiéi, fœm. gene. Solinus, cap. 35, Rex vnus eſt vniuerſis. Nam quotquot ſunt, omnes anguſta interluuie diuiduntur.

Intermitto. Intermittere, neutrum, pro Intermitti. Cæſar libro 1, Reliquum ſpatium, quà intermittit, mons continet magna altitudine.

Intermittere tempus à labore. Cæſar de bello Ciuili, His rebus confectis Cæſar vt reliquum tempus à labore intermitteretur, &c.

Intermuralis, & hic intermurâle, penult. prod. Liuius lib. 4. Decad. 5, ad finem, Nuro vrbis coniuncta procul videtur: diuiſa eſt intermurali amni, & eadem ponte iuncta.

Internascor. Internatum corpus. Plin. lib. 17. cap. 27. 1, Dilatæ cicatrices, & internato corpore expletæ.

Interneco. Internecinum bellum.) Adde in fine, Idem lib. 10. cap. 8. ad finem.

Internidifico, internidificas, penult. corr. Plinius lib. 10. cap. 33. 3, Tertium eſt earum genus quæ ripas excauant, atque ita internidificant.

Internodium. Internodius, maſc. gen. Columella lib. 3. cap. 15, Internodius quoque rarior, largis fructibus à minore ſuperatur.

Internuntius. Internuntio, internuntias, internuntiâre. Liuius lib. 1. Decad. 5, Pauliſper internuntiando cunctatio fuit, vtri tranſgrederentur.

Interpello. Lucrum interpellatum. Hirtius de bel. Alexand. Sibique quod rapuerant, acceptum ferebant: quod intercederat, aut erat interpellatum, Cæſio aſſignabant.

Interpreto. Malè interpretari, pro Malignè accipere. Seneca epiſt. 64, Deſine beneficium naturæ malè interpretari. abſtulit, ſed dedit.

Interregnum. Interrex, inquit Aſconius) Adde in fine, Subſtituebatur autem illi & alter & tertius, donec creati eſſent ordinarii Magiſtratus.

Interrogo. ¶ Interrogare, pro Accuſare. Tacitus lib. 13, Sanè pepigerat Pallas, ne cuius facti in poſterũ interrogaretur. Vnde & Legibus interrogari, pro Poſtulari. Liu. lib. 8. bel. Macedon. Neminem vnum tantum eminere ciuem debere, vt legibus interrogari non poſſit. Item lib. 5. Decad. 5.

Interſcalmium. Budæus) Adde in fine, Hac voce vſus eſt Vitruuius lib. 1. cap. 2, Nauibus interſcalmio, &c.

Interſcribo, interſcribis, pe nult. prod. interſcripſi, Interſcriptum, interſcribere, In medio ſcribere. Plini epiſt. 119. b.) Adde, lib. 7. ad Tuſcum.

Et paulo pòſt, vbi legis, detinere plura, lege retinere multa, &c.

Interſero. Interſita peregrinatio. Plinius epiſt. 65, Habet multum iucunditatis ſoli cælique mutatio, ipſáque illa peregrinatio interſita.

Interſiſto, interſiſtis, interſiſtere, pro Reſiſtere in medio ſpatio. Quintil. lib. 8. cap. 3, Quia vltima prioris ſyllabæ litera, quia exprimi niſi labris coeuntibus non poteſt, aut interſiſtere nos indecentiſſimè cogit, aut continuata cum inſequente in naturam eius corrumpitur. Item lib. 9. cap. 4, Et hiſtoriæ quæ currere debet, ac ferri, minus conueniſſent interſiſtentes clauſulæ.

¶ Interſiſtitur, Impersonale. Quintil. libro 9. cap. 4, Tum longæ per ſe, & veluti optimæ ſyllabæ, aliquid etiam medii temporis inter vocales, quaſi interſiſtatur, aſſument. Id eſt quaſi gradus ſiſtatur in media pronuntiatione.

Intertingo, intertingis, intertinxi, intertinctum, intertingere. Plinius lib. 36. cap. 8. 3, Thebaicus intertinctus aureis guttis, inuenitur in Africæ parte Ægypto adſcriptæ.

Intertrimentum. Intertrimentum, pro eo quod in vnaquaque re deperditur, ac decedit. Liuius lib. 4. bel. Macedon. In auro verò, in quo præter manus pretium nihil intertrimẽti fit, quæ malignitas eſt? Id eſt nihil iacturæ.

Intertritura, intertritúræ, penult. produ. Idem. Scæuola in L. Pignori. Parag. vltimo. ff. De pignor. actione, Quæro intertrituram, quæ ex operis facta eſt, vtrum Titius debitor, an Seius agnoſcere debeat.

Interuallum. Dare alicui interuallum ſoluendi. Vlpianus in L. Si vero. Parag. Si poſt. ff. Mandati vel contra, Planè ſi vt expectares, nec vrgeres debitorem ad ſolutionem, mandauero tibi, vt des ei interuallum, &c.

Interuello. Interuellere barbam. Seneca epiſt. 114, Quod faciunt ii, qui barbam vellunt, aut interuellunt. Id eſt, aut qui euellunt totam, aut aliquos tantùm pilos, quo rariorem faciant.

Interuenio. Interuenire, pro Se interponere. Suetonius in Cæſare, Verùm neque Senatu interueniente, & aduerſariis magiſtratibus vllam ſe de Repub. facturos pactionem, in citeriorem Galliam rediit.

Interuerto. Poſſeſſionem interuertere. Marcellus in L. Siquis rem, quam. ff. De acq. vel amit. poſſeſſ. Aliàs videbitur poſſeſſionem domini interuertiſſe.

Interuigilo, interuigilas, penult. corr. interuigilâre. Seneca epiſt. 1. lib. 11, Somno parciſſimo vtor, & quaſi interuigilo. ſatis eſt vigilare deſiiſſe.

Interuirco, intéruires, penul. corr. interuirêre. Claudian. de raptu Proſerp. lib. 1. 20,

Non ſic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hyems, quum tramite flexo
Semita diſcretis interuiret humida nimbis. Hoc eſt inter alios colores viret. De arcu cæleſti.

Interundo, interundas, interundáui, interundâtum, interundâre, penult. prod. Solinus cap. 17, Hoc fuluum nigrantibus ſegmentis interundatum, varietate apprimè decet. Hoc eſt, in vndarum figuram diſtinctum.

Interuſurium, interuſurii, Commodum eſt vel vſura medii temporis. Vlpianus in L. Sed ſi. Parag. vlti. ff. De Pecul. Vt medii temporis interuſurium magis creditor conſequatur.

Inteſtatus. Inteſtabilis & infandus. Plinius lib. 28. cap. 8. 1, Hæc ſunt quæ retuliſſe fas ſit, ac pleraque ex iis non niſi honore dicto. Reliqua inteſtabilia & infanda, vt feſtinet oratio ab homine fugere.

Inteſtinus. Tenent inteſtina. Celſus lib. 4. cap. 16, In hoc vtique adhibere oportet comprimentia, quo facilius tenendi aliquid inteſtinis vis ſit.

Latum inteſtinum interdum glutinatur. Celſus lib. 7. cap. 16.

Intimus. Intimare apud præſidẽ. L. 2. Cod. De adoptionibus. Adrogatio etenim ex indulgentia principali facta, perinde valet apud Prætorem vel præſidem intimata, ac ſi per populũ iure antiquo facta eſſet.

Intimari, pro Ingredi. Solinus cap. 45, Ditionis Ægyptiæ eſſe incipit à Syene, in qua finem Æthiopum & inde vſquedum mari intimatur, Nili nomen tenet.

Intingo. Intinctus, huius intinctus,) Adde in fine, Idem libro 10. cap. 9. 3, Ergo vel cum his tritam, ſorbendam, vel ex hoc intinctu ſumendam.

Intorqueo. Intortè, Aduerbium. Plinius lib. 16. cap. 16, Sed bruſcum intortius criſpum: mollu. cum ſimplicius ſparſum.

Intortius bruſcum.) Dele hunc verſum.

Intra. Intra, pro Inter. Liuius 3. bel. Punic. Hæc eſt nobilis ad Traſimenum pugna, atque intra pauca, memorata Populi Romani clades.

Interior, & familiaris vita, Publicæ adminiſtrationi opponitur. Sueton. in Auguſto, cap. 61.

Interius, Aduerbium. Seneca de Benef. 7, Poſſim de natura queri, quòd aurum & argentum non interius abſconderit.

Intremo, &c. Plinius lib. 2. cap. 8.) Scribe, Intremunt verò & in nauibus poſita.

Intumeo, &c. Inflari, conueni intumorẽ) Adde, Et per metaphorã pro Vehementer indignari, & quaſi inflari iracúdia, &c.

Intumulatus, pen. prod. Adiectiuũ, pro Inſepulto. Ouid. epiſt. 1. 28, Occurrámque oculis intumulata tuis.

Inuenditus, pen. corr. Adiectiuum, Non venditus. Scæuola in L. Seius. ſi. De reſcin. vendi. Quæſitum eſt, quum neque fideiuſſor datus, neque omnis pecunia ſecundum legem ſuis diebꝰ ſoluta ſit: an prædia inuendita ſint.

Inuento. Inuenitur, Impersonale. Plin. lib. 10. cap. 21, ad finẽ, Inuenitur in annalibus, in Ariminenſi agro M. Lepido, Q. Catulo c o s s. in villa Galerii loquutum gallinaceum. Idem libro 12. cap. 1. 5.

Inuergo. Inuergere, pro Infundere. Ouid. 7. Metamor.

Tum ſuper inuergens tepidi carchefia lactis,
Alteráque inuergens liquidi carchefia mellis.

Inueterо. Inueterаſcere dicitur miles, in eo loco, vbi diu cõmoratur. Cæſar 1. belli Ciuil. Quod ferè fit quibus quiſque in locis miles inueterauerit, vbi multum earum regionum conſuetudine moueatur. Item 1. belli Gall. Vt Germanos diutius in Gallia verſari noluerant, ita Pop. Rom. exercitum hyemare atque inueteraſcere in Gallia moleſtè ferebat.

Inuideo. Hoc ad inuidiam eius, qui prouinciæ præeſt ſpectat, ſiquis tã impotenter ſe gerat, vt omnes metuãt aduerſus eũ aduocationem ſuſcipere. Vlpian. in L. Nec quicquam. Paragr. Sed & ſi. ff. De officio proconſ. & legati.

Inuidiæ incendio conflagrare, Vide **Conflagro.**

Onerari inuidia. Sueton. in Othone, cap. 6.

Inuiſo. Inuiſitátus, pen. prod. Adiectiuum, pro Non viſitato. Quintilia. Declamat. 11, Nullus amœnus portus prætermittitur: nulla celebris ciuitas inuiſitata tranſitur.

Inuito. Inuitare ad occaſionem. Plin. lib. 10. cap. 8. 3.

Vomitiones inuitare. Plin.lib.31.cap.24.6, Aqua mulsa & tuſſientibus vtilis traditur, calefacta inuitat vomitiones.

Inuitare, cum infinitiuo. Liuius 1 bel. Punic. Nudantes ceruicem iugulúmque, & reliquum ſanguinem inuitantes haurire.

Inuitus. Inuitus huius ſolutionis. Vlpia. in L. Quod ſeruus. ff. Depoſi. Vel credidit dominum non inuitum fore huius ſolutionis. Id eſt domino non inuito fieri hanc ſolutionem.

Inuitus. ¶ Inuitus, pro indemni, vel qui eſt extra periculũ. Curtius lib. 3, Vnde inuitus ſubeuntem aut prohibere aut oppriměre hoſtem potuiſſet.

Inuolo. Euolare & Inuolare, cõtraria. Varro 3. de Re ruſt. ca. 11.3. Colum. lib. 8. cap. 15. 1.

Inurgeo, inurges, inurgere. Lucret. li. 5. 108,

Cornua nata prius vitulo, quàm frontibus extent.
Illis iratus petit, atque infenſus inurget. Hoc eſt, vrgẽdo impingit in arbores aut aliud quidpiam.

Iocus. Iocabundus, Adiectiuum. Valer. lib. 2. cap. 15, Iuuentus rudi atque incõpoſito motu corporũ iocabunda geſtus dedit.

IONIA. Ionicus à maiori, Pes eſt conſtans ex ſpondeo & pirrhichio: vt Præconium. Ionicus à minori, ex pyrrhichio & ſpondeo: vt Diomedes. Dicti ſunt Ionici, quia Iones populi in carmine iis pedibus vtebantur.

Ira. Iracundia præſenti exardeſcere. Cic. Lent. lib. 1. 9. 78, Sed quum me diſputantem, non laceſſentem lxſiſſet, exarſi non ſolum præſenti credo iracundia, ſed quum incluſum illud odium multarum eius in me iniuriarum, quod ego effudiſſe me omne arbitrabar, reſiduum tamen inſciente me fuiſſet, omne repente apparuit.

Irrepo. Vtilitas irrepit. Vlpianus in L. Qui autem. ff. De conſti. pecu. Siquis conſtituerit ſe pignus daturum: quum vtilitas pignorum irrepſerit, &c.

Irritus. Quæ irrita ſterilia, quæ hypenemia quoque dicuntur, & zephyria. Vide **Vrinum** ouum.

Irritus ſpei. Curtius lib. 6, Petere perſeuerabat ne ſe irritã ſpei pateretur abire. Hoc eſt ſua ſpe fruſtratam. De Thaleſtri Amazonum regina.

Irrogo. Infamiã irrogare. Papi. in L. Ex ea. ff. De poſtulando.

Iſchia. Iſchiadicos dolores & ſpinæ leuat agaricum potum. Plin. lib. 16. cap. 7. ad finem.

ISIACVS) Adde in fine, Sic Sueton. in Domitiano, cap. 1, Iſiaci celatus habitu, intérque ſacrificulos vanæ ſuperſtitionis.

Ita. ¶ Ita eſt. Pli. li. 16. ca. 1. 3, Ita eſt profectò, multis fortuna parcit in pœnã. Idem lib. 13. cap. 3. 3, Vtinámque dicere poſſemus quis primus inſtituiſſet. Ita eſt, nimirum hac mercede corruptæ terrarum orbem deuicere aquilæ. Item lib. 7. cap. 40. 3, Ita eſt profectò, alius de alio iudicat dies, & tamen ſupremus de omnibus. Idem lib. 14. cap. 1, ad finem, Ita eſt profectò, magnitudo Populi Romani perdidit ritus: vincẽdo victi ſumus. Locutio eſt Plinio familiaris.

Iter. Flexuoſum iter. Celſ. lib. 8. cap. 1, In aure quoque primò rectum & ſimplex iter, procedẽdo flexuoſum fit.

Iterum. Iterum ac ſæpius. Plin. lib. 10. cap. 22. 1, Duritiem nucis roſtro repugnãtem, volantes in alium, in ſaxa tegulaſíve iaciunt iterum ac ſæpius, donec quaſſatam perfringere queant. De cornicibus.

IVBELIVS, Vide **TAVREA.**

Iubeo. Iuberi ire ſalutatum.) Adde, Vlp. in L. Quoties. Parag. Seruus. ff. De lxre. inſtit. Iuberi adire ab eo poteſt, cui alienatus eſt.

Iudico. Cominus iudicari. Plinius lib. 11. cap. 41. 1 Vide **Cominus.**

Iugum. Iugôſus, pen. prod. Iugis abundans. Ouid. epiſt. 4. 17.

Tu modò duritiem ſyluis depone iugoſis:
Non ſum materia digna perire tua. Idem 2. Amor. eleg. 1. 3.
Quis probet in ſyluis Cererem regnare iugoſis?
Lege pharetratæ virginis arua coli?

Iumentum. Iumentarius, Adiectiuum. vt Molæ iumentariæ. Iabolenus in L. Dolia. ff. De inſt. vel inſtrumen. Molas manuarias quidem ſupellectilis, iumentarias autem inſtrumenti eſſe.

Iuncus. Iúncidus, pe. cor. Adiectiuum, Tenuis, Exilis, qualis eſt iuncus. Varro de Re ruſt. lib. 1. ca. 31. 2, Ideo in vitiario primitus quũ exit vitis, tota reſecari ſolet, vt firmiore ſarmento è terra exeat atque in pariendis colibus, vires habeat maiores. Iuncidum enim ſarmentum propter infirmitatem ſterile, neque ex ſe poteſt eiicere vitem, &c.

Iungo. Vineæ mœnibus iunctæ. Id eſt admotæ. Liuius ab Vrbe. lib. 5. Loquitur de tormentis bellicis.

Iuro. Iuratò, Aduerbium. Paulus in L. Qui. ff. Qui ſatiſ. cog. Qui iuratò promiſit iudicio ſiſti, non videtur peieraſſe ſi ex cauſa hoc deſeruerit.

Ius eſt facere, vel faciendi. Vlpian. in L. Vti frui. ff. Si vſusfructus petatur, &c. Vti frui ius ſibi eſſe ſolus poteſt intendere. Et paulo pòſt, Negat ius eſſe vtendi fruendi fructuario: vel ſibi ius eſſe prohibẽdi. Paulus in L. 3. ff. De ſeruit. vrb. præd. Neius ſit vicino inuitis nobis altius ædificare.

Iuſtus. Reddere iuſta funeri. Plin. lib. 10. cap. 1. 1.

Iuſtum teſtamentum dicitur, quod eſt ſolenniter factum. Vlpian. in L. 1. ff. De excep. rei iudicatæ.

Iuuenis. Senilem iuuentam, præmaturæ mortis eſſe ſignum. Plin. lib. 7 cap. 51. 1.

Iuxta. Iuxta eſſe, pro Familiarem eſſe. Sueton. in Caligula, cap. 10, Tantique in anum, & qui iuxta erant, obſequii, vt non immeritò ſit dictum, Nec ſeruum meliorem vllum, nec deteriorẽ dominum fuiſſe.

Ixia, ixiæ, genus herbæ. Plin. lib. 21. ca. 18. 1, Chamæleonem aliqui ixiam vocant. Adde, Vide ibidẽ vtriuſque nominis rationem.

L

Labeo, Vide **Labium.**

Labor, láberis. Lapſus ſpe, pro Fruſtratus. Cæſar 5. bel. Gallici.

Errore labi. Modeſtinus in L. Si alii. ff. De bono. poſ. ſecũ. tab.

Lapſus per vinum. Arrianus in L. Omne delictum. Parag. Per vinum. ff. De re milit.

Labor, labóris. Eſſe in labore, Laborare. Plin. li. 11. ca. 17. 1, Quũ populus in labore eſt, ipſe opera intus circuit ſimilis exhortanti, ſolus immunis. De rege apum.

Laborare in aliquo, Ardere amore alicuius. Horat. 1. Carm. ode 17. 4, -& fide Teia
Dices laborantes in vno
Penelopen, vitreámque Circen. Hoc eſt, Vlyſſe.

Laborare à veritate. Liuius libro 1. belli Pun. A veritate laborare ius ſæpe aiunt: extingui nunquam. Id eſt deſtitui veritatis teſtimonio.

Laborare alicui rei, pro Intentum eſſe. Senec. de Vita beata, Non præſtat voluptatẽ virtus, ſed nec huic laborat verùm labor eius, quamuis aliud petat, hoc quoque aſſequetur.

Domicennio laborare. Mart. lib. 5. 119.

Laborare ſua magnitudine. Liuius lib. 1. ab Vrbe, in Procœmio.

Laborare vtero. Horat. 3. Carm. ode 11. 1, ad Dianam,
Montium cuſtos, nemorumque virgo,
Quæ laborantes vtero puellas,
Ter vocata audis, adimíſque letho
Diua triſormis.

Nota infamiæ laborare. Vlpia. in L. 2. Para. 1. ff. De iis qui notãtur infamia.

Laborare locis. Celſus libro 1. cap. 8, Quæ locis laborat, aut difficulter partum edit, ſternutamento leuatur.

Lac. Aquatius lac. Vide Aquatus in **Aqua.**

Bubulum lac. Plinius libro 31. cap. 10. 13, Cum melle & lacte bubulo.

Lacerna. Lacernas deponebãt honoris cauſa, vt teſtatur Sueton. in Tranquil. Quin & ſpectaculis aduenienti aſſurgere, & lacernas deponere ſolebant.

Laceſſo. Laceſſere, aliquem pro Flagitando obtundere. Horat. 2. Carm. ode 18. 3,
At fides, & ingeni
Benigna vena eſt: pauperémque dites
Me petit. nihil ſupra
Deos laceſſo, nec potentem amicum
Largiora flagito.

Laceſſere pelagus. Horat. 1. Carm. ode 35. 1,
Quicunque Bithyna laceſſit
Carpathium pelagus carina.

Laceſſere, pro Titillare. Seneca de Vita beata, Mollibus, lenibúſque fomentis totum laceſſit eorum corpus.

Lachanizo, lachanizas, lachanizare, Languere, Gallicè *Eſtre laſche.* Sueton. in Auguſto, cap. 87, Et betizare, pro languere, quod vulgò lachanizare dicitur.

Lachryma. Lachrymari minus eſt quàm Plorare. Senec. epiſt. 64, Nec ſicci ſint oculi amiſſo amico, nec ſiccent: lachrymándum eſt, non plorandum.

Lacinia. In laſcinias pecu.) Lege lacinias.

Lactuca. Lactucula.) Adde, Suet. in Auguſto, cap. 77, Pro potione ſumebat perfuſum aqua frigida panem, aut cucumeris fruſtum, vel lactucæ thyrſum, aut recens acidúmve pomum ſucci vinoſioris.

Lætus. Lætificare terram ſimo iniecto aut re alia, Pinguefacere, ſtercorare. Plin. lib. 17. cap. 23, Vbias gentium ſolos nouimus, qui fortiſſimũ agrũ colentes, quacunq; terra infra tres pedes effoſſa, & pedali craſſitudine iniecta lætificẽt ut ibidẽ, ca. 9. 1.

Laua,lauæ)λαύω,ἐκλαύω:trãsfer accẽtum in vltimã,λαύω,ἐκλαύω.

Lauus homo,pro siniſtro & inepto.Horat.de Arte.61,

-ô ego lauus
Qui purgo bilem ſub verni temporis horam.

Lambo. Lámbito,Lámbitas, pen.corr.lambitáui,lambitãtum, lambitãre,pen.prod.Frequẽtatiuum. Solinus ca.15,Ægyptij canes è Nilo nunquam niſi currentes lambitant.

Lana. ¶Lana non tantùm de ouibus dicitur,ſed de aliis etiam quibuſdam animalibus & arboribus. Vlpianus in L. Sicui lana.Paragr.Lana leg.ff.De legatis & fideicom.3.Lana legata etiã leporinam lanam,& anſerinam,& caprinam credo cõtineri, & de ligno,quam Græci ξύλινον appellant.

Lánula,lánulæ,pen.corr.Diminutiuum.Celſus lib.7.ca.17.1. Tenuéſque caruncułæ lanulis ſimiles.

Lanificus,cum genitiuo: vt Lanificus ſtaminis.Iuuen.Saty.11,

-poſtquam Parcæ meliora benigna
Penſa manu ducunt hilares,& ſtaminis albi
Lanificæ,&c. Poteſt tamen & aliter conſtrui.

Languor. Languidulæ coronæ.Quintil.lib.8.cap.3.

Lanifer/Lanificus/Vide **Lana.**

Lanius. Lanea,laneæ,Idem quod laniena.Liu.lib.4.Decad.5. 65,Laneáſque & tabernas coniunctas in publicum emit.

Lanoſus/Vide **Lana.**

Lapſo. Lapidatũ eſt,pro Lapidauit,id eſt lapidibus ploit.Liu. lib4.Decad.5.Bis in exitu eius anni lapidatũ eſſe annuntiatũ eſt

Lapidárius,Subſtantiuum. Vlpianus in L.Si vt certo.Paragr. Sed interdum.ff.Commodati vel contra,Nam & Mela ſcripſit,ſi ſeruus lapidario commodatus,ſub machina perierit, teneri fabrũ commodati,qui negligentius machinam colligarit.

Lappa. Lappaceus,Adiectiuum.Plin.lib.21.cap.17.1,Semina in capitibus lappaceis adhærentia veſtibus. De helxine.

Laſſus. Reficit laſſitudines nitrum.Plinius libro 31.cap.10.11.

Later. Lateraria,laterariæ, f.ge. Officina in qua fiunt lateres. Plinius libro 7.cap.56.4,Laterarias ac domos conſtituerunt primi Euryalus & Hyerbius fratres Athenienſes,antea ſpecus erant pro domibus.

Lateruncularia tabula,in qua laterũculis luditur. Sene.epiſt. 18,circa finem,Nemo qui ad incendium domus ſuæ currit, tabulam lateruncularium perſpicit, vt ſciat quomodo alligatus exeat calculus.Latruncularium dicit laterũcularium,qui & alibi latrunculos lateruncułos vocat,niſi nos fallant exemplaria.

Latus,láteris. Latus mundi,Regio.Horat.1.Carm.ode 11.4,

Quòd latus mundi nebulæ,malúſque
Iuppiter vrget.

Laterâlis,&hoc laterâle,pen.prod. Plin.li.21.ca.11.4,Idẽ ſi lateralis dolor ſit,aut inter ſcapulas,aut in thorace.

Latro,latras. Latrare,cũ accuſatiuo.Hor.1.Ser.ſat.1.17, -ſiquis Opprobriis dignum latrauerit integer ipſe. Huc & illud pertinet,1.epiſt.1.14, -venaticus ex quo
Tempore ceruinam pellem latrauit in aula.

Laudo. Laus & Laudatio differunt.Senec.epiſt.103,Præterea aliud eſt laus,aliud laudatio.Hæc & vocem exigit. Itaque nemo dicit laudem funebrem, ſed laudationem: cuius officiũ oratione conſtat.

Lauriceo. Plin.lib.8.cap.55.1, Leporum generis ſunt & quos Hiſpania cuniculos appellat, fœcunditatis innumeræ, famemque Balearibus inſulis,populatis meſſibus afferentes. Fœtus vẽtre exectos, vel vberibus ablatos,non repurgatis interaneis,gratiſſimo in cibatu habent: lauriceos vocant.

Laxus. Laxa domus,pro Ampla & ſpatioſa.Plin.in Paneg.81.

Laxatæ cuſtodiæ,Id eſt remiſſæ.Liuius 1.belli Punici.

Pugnæ laxatæ.Liuius lib.1.belli Punici.

Lego legi. Legibilis,& hoc legibile,pen.cor.Adiect.Quod legi poteſt. Vlpia.in L.1. Parag.1.ff.De his quæ in teſtameto delen.Sufficit autem ſi legibilia ſunt inconſulto deleta.

LEMVRES. Lemuria feſta, quaſi Remuria dicta ſunt.Romulus enim Remuria defuncto fratri Remo inſtituit,quæ poſtea Lemuria vnius literæ mutatione dicebãtur: vt ait Ouidius 5.Faſt.

Lena,Vide **Leno.**

Lentus. Léntulus,pen.cor.Adiectiuum diminutiuum.Cic.ad Atticũ,lib.10.103.3, An exiſtimas illum in iſto genere lentulum aut reſtrictum: nemo eſt minus.

LEPONTII, Germaniæ populi, Alpium,Rheticarum(montem ſancti Gotthardi vocant)incolæ,apud quos oritur Rhenus fluuius,vt tẽtatur Cæſar bel.Gal.li.4.Hi ſunt medii quinq; horũ populorum, Rhetórum,Inſubrium,Salaſſiorũ,Sedunorum,ac Heluetiorum. Plin.li.3.cap.20.1,Lepontios ac Salaſſos Tauriſcæ gentis idem Cato arbitratur. Cæteri ferè Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Græci nominis credunt, præuſtis intra ſinus Alpiũ niue mẽbris.Hactenus ille. Leponţii quidem Rhetos habent ab Ortu, Inſubres ad Meridiem,Salaſſios Sedunóſque ad Occaſum,Heluetios ad Septentrionem. De his longè plura Glareanus in Cæſarem.

Leucoſticton. Lapis ab albis punctis nomen habens.Plinius libro 36.cap.7.4, Rubet porphyrites in eadem Ægypto,ex eo candidius interuenientibus punctis,leucoſticton vocatur.

Leuo. Promiſſa multa leuant fidem.Horatius 2.epiſt.1.1,

Multa fidem promiſſa leuant,vbi plenius æquo
Laudat vænales qui vult extrudere merces. Leuant, id eſt elevãt,imminuũt. Multa enim promittentibus nõ habetur fides.

¶Leuare tributum alicuius agri,Reditus illius capere.Vlpianus in L. Forma. Parag.Si vero.ff. De cenſibus,Agri enim tributum in eã ciuitatẽ debet leuari,in cuius territorio poſſidetur.

Liber, liberi. Liberi, de vno tantum filio) Adde in fine, Gellius in oratione quadam Gracchi, vbi de Galba dicitur, Paruulúmque filium manibus tollẽs, liberos ſuos populo flens cõmendauit.

Liberale coniugium,Quod inter liberos.)Scribe, Liberale cõiugium,Id eſt honeſtum,ingenuum.

Libertínitas,pen.corr.Ipſe ſtatus libertini dicitur,vt Ingenuitas, ingenui.in L.Iuxta. Codic.De liberali cauſa.Siue de libertinitate,ſiue de ingenuitate quæſtio moueatur.Maſurius Sabinus in L.1.ff.Si libertus ingen.eſſe dic.Qui ex libertinitate ingenuitati ſe aſſerunt.

Liberare promiſſa, pro Abrogare ,vel eorum tollere obligationem,ac facere ne ligent.Cic.1.Offic.Quæ quidẽ promiſſa pleraque iure Prætorio liberantur,nonnulla legibus.

Líber,libri. Libellátícus,pe.cor. Qui metu ſuppliciorũ cõpertrahebantur, vt idõlis etiã ſacra facerẽt, Sacrificati dicebantur, iidémque Thurificati. Qui non incendiſſent quidem thura idõlis,ſed tamẽ per libellos tantũ nomina dediſſent,Libellatici vocabantur. Cyprianus lib.4.epiſt.2,ad Antonianũ,Nec tu exiſtimes frater chariſſime,ſicut quibuſdam videtur,libellaticos cũ ſacrificatis æquari oportere:quando inter ipſos etiam qui ſacrificauerint, & conditio frequenter & cauſa diuerſa ſit. Paulo pòſt, Quum ergo inter ipſos qui ſacrificauerũt,multa ſit diuerſitas:quæ inclemẽtia eſſet,& quàm acerba duritia, libellaticos cum iis qui ſacrificauerint, iũgere? Vide ibidem plura.Ex Eraſmo in Cyprianum.

LIBITINA. Libitinarius,&c.) Seneca de Benef.6,Antu Aleriũ & Aruntium,ac cæteros qui captandorum teſtamentorum artem profeſſi ſunt, non putas eadem habere quæ deſignatores & libitinarios vota: Nempe vt ex morte lucrum referant.

Líbo,libas. Libatæ vires, Id eſt attenuatæ. Liuius libro 1. bel. Pun.Integro bello nunquam antea libatis viribus Italiam aggrediendam cenſent.

Libámina famæ. Ouid.epiſt.4.6,

Tu noua ſeruatæ carpes libamina famæ:
Et pariter noſtrum fiet vterque nocens.

Libarius, Qui liba vendit. Seneca epiſt. 57, Iam libarii varias exclamationes,&c.

Líbra. Pira libralia.Plinius lib.15.cap.11,ad finem. Necnon & quædam è piris libralia appellata,amplitudinem ſibi ponderis nomine aſſerunt.

Libratior,Comparatiuum. Liuius lib.10. belli Pun.41, Grauior ac pondere ipſa libratior ſupernè ex onerariis ictus erat.

Librâmen,pen.prod.libráminis,penul.cor. Ipſa vis eiaculandi & vibrandi.Liuius libro 2.Decad.5,Huic ſpiculo ad libramen parmæ tres, vt ſagittis ſolent, circundabantur.

Licet. Licentia,in bonam partem,&c. Tacit.lib.1, Quum veniſſet,neque augendis militum ſtipendiis,neque alleuandis laboribus, neque vlla benefaciendi licentia, &c. Id eſt poteſtate ſeu facultate.

Licitus,pen.cor.Adiectiuum. vt Negotiatio licita. Vlpian. in L.2. ff.De iure patron.

Licitò, pen.corr.Aduerbium.Solinus cap.16, Ædem numinis præterquam nudus veſtigia nullus licitò ingreditur.

Lien. Lienis torquet. Cel.lib.5.cap.18,Ac ſi lienis torquet.

Limpidus. Vocẽ limpidam ac canorã facit ſandaracha.Plin. lib.34.cap.vltimo,11.

Linea. Linea margaritarũ. Scæuola in L.Medico.Parag.vltimo.ff.De auro,argento,mundo, &c. Funerari me arbitrio viri mei volo, & inferri mihi quæcunque ſepulturæ meæ cauſa ferã ex ornamentis,lineas duas ex margaritis,& viriolas ex ſmaragdis. Idem in L.Lineam.ff.Ad legem Falcid.Lineã margaritarum triginta quinque legauit.

Vti in linea pertuſis margaritis.Vlp.in L.Si ſeruus ſer.Parag. Si quum.ff. Ad L.Aquil.Si quum maritus vxori margaritas extricatas dediſſet in vſum,ea inuito vel inſcio viro perforaſſet,vt pertuſis in linea vteretur:&c.

CLinea, Gradus agnationis. Paulus in L. Stemata. ff. De grad. & affin. & nom. Stemmata cognationum directo limite in duas lineas separantur.

Linearis, pen. prod. Participium, Vide Vitra in sequentibus.

LINGONES, &c. Cæsar 1. bel. Gall. 68.) Scribe 168.

Lingua. Templa linguæ. Lucret. libro 4. 116, Humida linguai circum sudantia tempia. Hoc est, partes linguæ sudantes.

Linter. Lintrarius, Qui lintri præst. apud Vlpianū, L. 1. §. De exercitorib'. ff. Nautæ, caupones, stabularii, vt recepta restituāt.

Linteum. Tepefacere linteum. Celsus lib. 3. cap. 6, Si sudare corpus cæpit, linteum tepefacere oportet, paulatimque singula membra detergere.

Conuersa domum dare lintea, Renauigare domum. Horatius Epod. 16. 6, Neu conuersa domum pigeat dare lintea.

Linteatos vocare possumus sacerdotes linteis indutos. Seneca de Vita beata, Quum linteatus senex laurum, & medio lucernā die proferens, conclamat iratum esse aliquē deorū, concurritis.

Linteatus, Adiect. vt Negotiatio linteatia. Vlpian. in L. Procuratorem. §. Si plures. ff. De tribu. act. Duas negotiationes exercebat, puta sagariam & linteariam.

Linum. Linum crudum. Celsus lib. 7. cap. 4, Idque linū esse debet crudum.

Traiicere duo lina acu. Celsus lib. 7. cap. 21, Quidam hic quoque duo lina acu traiiciunt, biniſque singulorum capitibus diuersas partes astringunt.

Linamentum demittendum. Celsus libro 8. cap. 9, Demittendum erit linamentum.

Superdare linamenta. Celsus lib. 7. cap. 25, Tum superdanda linamēta sunt, aliáque medicamēta, quæ ad sanitatē perducāt.

Lippus. Subire lippitudines. Celsus lib. 2. cap. 1, Si hyems sicca Septentrionales ventos habuit, ver autem Austros, & pluuias exhibet, ferè subeunt lippitudines, tormina, febres, maximéq; in mollioribus corporibus, ideóque præcipuè in mulieribus.

Liquor. Liquare aluum. Celsus lib. 4. cap. 4, Liquanda aluus, interdum etiam ducenda.

Liquida aluus. Celsus lib. 4. cap. 19, Vbi & liquida aluus, & sæpius quàm ex consuetudine fertur.

Lis. Instrumentum litis, &c.) Adde verba Quintiliani lib. 12. cap. 8, In summa, optimus est in discendo patronus incredulus. Promittit enim litigator omnia, testem populum, paratissimas consignationes, ipsum denique aduersarium quædam non negaturum. Ideóque opus est intueri omne litis instrumentum: quod videre non est satis: perlegendum erit. Nam frequentissimè aut non sunt quæ promittebantur, aut minus, &c.

Litem suam facere dicitur iudex, quum dolo malo in fraudē legis sententiam dixerit. Dolo autem malo hoc facere videtur, si euidens arguatur eius gratia, vel inimicitia, vel etiam sordes: vt veram æstimationem litis præstare cogatur. Vlpianus in L. Si filiusfamilias. ff. De iudiciis.

Litus. Fluctifragum litus. Lucret. lib. 1. 61.

Liuor. Liuor subeuruentus. Celsus lib. 5. ca. 18, Quòd si facie contusa liuor subeuruntus est.

Lix. Lixiuius, Adiect. vt Lixiuius cinis. Pli. li. 14. ca. 20. 7. & lib. 11. cap. 17. 7, Quidā vt has faciant in cinere lixiuio tingunt protinus quàm detraxere vitibus.

Locuo. Oculatissimus locus. Plin. li. 34. ca. 6 1. Vide Oculus.

Violatus locus. Celsus lib. 5. cap 26, Si nihilo magis malum constitit, vri id quod est inter integrum ac vitiatum locum debet.

Loculamenta appellantur etiam loculi libris digerendis compositi in bibliotheca, apud Senecam de Tranquill. vitæ, vbi sic ait, Apud desidiosissimos videbis quidquid orationum historiarúmque est, & tecto tenus extructa loculamenta.

Logeo. Logarium, Ranúcula. Vlpia. in L. Qui penum. Parag. vlt. ff. De pen. leg. Sed & chartas ad ratiunculam, vel ad λογάρια paratas contineri.

Longus. Longius abesse, & de tempore dicitur. Cæsar 3. belli Gall. Neque longius abesse, quin proxima nocte Sabinus cùm ex castris exercitum educat.

Loquor. Loqui rem aliquam pro De aliqua re. Sene. epist. 51, Quid loquar marmora, quibus templa, quibus domus omnes fulgent? Virg. eclog. 6. 15, Quid loquar aut Scyllam Nisi, &c.

Lubricus. Ætati lubricum. Plin. epist. 3. lib. 3, ad Hispullam, Adest enim adolescenti nostro cum cæteris naturæ fortunæq; dotibus, eximia corporis pulchritudo, cui in hoc lubrico ætatis non præceptor modò, sed custos etiā rectórque quærendus est.

Lubricum linguæ. Modestinus in L. Famosi. ff. Ad legē Iul. maiest. Nam & persona spectanda est, an potuerit facere, & an antè quid fecerit, & an cogitauerit, & an sanæ mētis fuerit: nec lubricum linguæ ad pœnam facilè trahendum est.

LVCINA, pen. prod. &c. Plin.) Sic scribe,

LVCINA, pen. pro. dicta est Iuno, quæ partui præest, quòd partum ferat in lucem. Sunt qui à luco deducunt, qui Romæ Iunoni sacer est in Exquiliis, Plinius libro 16. cap. 44. 1, Romæ verò locos in Lucinæ area, anno qui fuit sine magistratibus CCCLXIX Vrbis æde condita, incertum quantum ipsa vetustior. Esse quidem vetustiorem non est dubium, quum ab eo luco Lucina nominetur. Ouid. &c.

Lucubro. Lucubrandū est. Cels. lib. 1. cap. 1, Sin lucubrandum est, non post cibum id facere, sed post concoctionem.

Ludus. Lusorium spectaculum, Inane & ridiculum. Seneca epistola 81.

Lusoria fulmina, pro Innoxiis, apud Senecā 2. Natur. quæst. 1.

Lusorium nomen, pro Ficto & ementito. Seneca libro 5. de Benef. ca. 8, Domi (quod aiunt) versura fit, & velut lusorium nomen statim transit.

Ludificari mala alicuius, Id est quasi per ludibrium vexare. Plinius iunior epist. 10. libro 6, ad Cornelium Tacitum, Plerique lymphati terrificis vaticinationibus & sua & aliena mala ludificabantur.

Lugeo. Lugubria, pro habitu mœrentium. Seneca de Consolatione ad Martiam, Nosti quasdam, quæ amissis filiis imposita lugubria nunquam exuerunt.

Lumbricus. Lumbrici teretes maximè exercent pueros. Celsus lib. 4. cap. 17.

Lumbrici multiplices. Celsus lib. 4. cap. 17.

Lumen. Recipere lumen. Celsus libro 6. cap. 6, Quidam sine vlla manifesta causa subitò obcæcati sunt. Ex quibus nonnulli quum aliquandiu nihil vidissent, repentina profusione alui lumen receperunt.

Diurnum lumen, Lumen dici.) Adde, Ouid. 4. Fast. 90.

Luna. Cælum sine luna. Plin. libro 14. cap. 21. 4, Ipsa quoque defruta ac sapat, quū sit cælum sine luna, hoc est in syderis eius coitu, neque alio die coqui iubent.

Cana luna. Plin. lib. 8. cap. 54. 1, Luna cana tristes esse, quibus in eo genere cauda sit: nouam exultatione adorare. De similis.

Decrescens luna. Plinius lib. 17. cap. 9. ad finem.

Sicca luna. Plin. lib. 17, cap. 9. ad finem.

Sitiens luna. Plin. lib. 17. cap. 9. 8, Limum miscere terræ plurimum refert Fauonio flante, ac luna sitiente. Paulo post dicit, Luna sicca. Ibidem, cap. 14. 11, Luna sitiente. hoc est sicca.

Lunatici dicuntur, in quos luna agit, & (vt Apuleius ait) qui cursum lunæ patiūtur: quales sunt potissimum, qui comitiali morbo laborant, aut insania, alióve morbi genere quopiam certis lunæ temporibus grauantur & agitantur. Vnde Paulus mācipium furiosum, aut lunaticum redhabendum censuit in L. bonem. Parag. Aliquando. ff. De Ædilitio edicto.

Lunare lydus. Seneca de Prouidentia.

Luere æs alienum, pro Soluere. Curtius lib. 10. Vide Æs.

Periculum luere. Liuius libro 10. ab Vrbe, Familiare fatum hoc datum nostro generi esse, vt luendis periculis publicis piacula sint.

Lupus. Proceri lupi. Horat. 2. Serm. saty. 2. 8.

Luparus, masculino g. dixit Solinus cap. 57, Quum prælio Antiochus Galatas subegisset, Centaretri nomine ducis, qui in acie ceciderat, equū ouaturus insiluit: isque adeò sprevit lupatos, vt de industria cernuatus, ruina & se & equitē pariter affligeret.

Luscitio, luscitionis, Vitium visus, quod Græci νυκτάλωπας vel νυκτάλωπες dicunt. Vlpianus in L. Idem filius. Parag. Item. ff. De Ædil. edicto, Idem, vbi homo neque matutino tempore videt, neque vespertino: quod genus Græci νυκτάλωπας vocant. Luscitionem quidam putant, vbi homo lumine adhibito nihil videt. Quidā nuscitionem, quidā cluscationem hic legūt. Hinc Luscitiosus, qui & luscitiosus & nuscitiosus, vt ait Budæus.

Lutum. Lutum paleatum, Vide Paleatus in Palea.

Lutensis, & hoc lutense, Luto nutritum. Plin. lib. 9. cap. 37. 1, Purpuræ nomine alio pelagiæ vocantur. Earum genera plura. pabulo vt fuco discreta. Lutense putri limo, & algense enutritum alga vilissimum.

Lux. Viridans lux fluuii, Vide Viridans in Viridis.

Lyra. Lyricen, &c. com. g. Qui vel quæ lyra canit.) Emēda, m. ge. Qui lyra canit.

M

Macellum. Macellarius, Adiectiuum: vt Macellaria taberna. Valer. lib. 3. cap. 4, Miro gradu Varro ex macellaria taberna ad Consulatum peruenit.

Machina. Machinarius, machinarii. Paulus in L. Si putator. ff. Ad legem Aquiliam. Si putator quum ex arbore ramum deficeret, vel machinarius, hominem prætereuntem occidit: &c. Machinarius, Adiectiuum. vt Asinus machinarius, Apuleianus in

L. Quum quæreretur. Paragr. vlt. ff. De legat. & fideicommiſ. 5.

Menſor machinarius. Vlpian. in L. Vel cuius. ff. Si menſor. falſo. &c. Etſi menſor machinarius fefellerit.

Mæna/næ næ) Adde in fine, Vide **Mena**.

Magiriſcium/magiriſci, neutri generis. Plinius libro 33. cap. 11. 6, Fecit idem & coquos magiriſcia appellatos, paruulis potoriis, ſed è quibus ne exemplaria quidè liceret exprimere. Tam opportuna iniuriæ ſubtilitas erat. Palàm eſt diminutiuũ eſſe. μάγαρος enim coquus dicitur, μαγάριον coquina.

Magiſter. Magiſter morum) Adde, Id eſt cenſor.

Magiſter olim dicebatur venditor patrimonii eius, qui ſoluendo non eſſet, quia illis bonis vendendis ab omnibus creditoribus authoritate Prætoris præponebatur, vt dixit Iuſtinianus titulo De ſucceſſ.

Magma. Magma croci, Quod quaſi recrementum eſt eius. Celſus lib. 5. ca. 18, Aliud ad eadem Nilei, croci magmatis, quod quaſi recrementum eius eſt.

Magnus. Magnificus, pen. corr.) Adde, Nonnunquam in malam partem ſumitur. Vnde illud Cornelii Nepotis de Attico in eius vita: Quòd ſplendidus fuerit, non magnificus.

Succus magnificus in vſu, medicamentiſque. Plinius libro 19. cap. 3. 2.

Complere magnitudinem alicuius rei. Plin. libro 16. ca. 7. 1, Nigra diutius viret, creſcitque vt interdum mali compleat magnitudinem. De galla.

Excedere in nimiam magnitudinem. Celſus lib. 2. cap. 11.

Maieſtas. Maieſtas, populi dicebatur) Adde, Legitur & Maieſtas Senatus: vt apud Plinium epiſt. 159.

Malagma. Expeditum malagma. Celſus lib. 5. cap. 18, Expeditius ad idem fit, quod habet viſci, felini ſtercoris, &c.

Maltha/malthæ, fœm. g. Plin. lib. 36. cap. 24. 1, Maltha è calce & recenti gleba vino reſtinguitur: mox tunditur cum adipe ſuillo & ſeu, duplici linamento: quæ res omnium tenaciſſima, & duritiam lapidis antecedens. Quod malthatur, oleo perfricatur anté. Idem lib. 2 cap. 104, In Comagenes vrbe Samoſata ſtagnum eſt, emittens linũ (maltham vocant) flagrantem. Quum quid attigit ſolidi, adhæret. Præterea tactus ſequitur fugientes. Sic defendère muros oppugnante Lucullo: flagrabátque miles armis ſuis. Aquis etiam accenditur. Terra tãtum reſtingui docuere experimenta. Ex quibus verbis apparet duplicem eſſe maltham, naturalem, & factitiam. Maltha etiam veteribus dicebatur mollis, teſte Nonio. Lucilius, Inſanum, quem maltham & ſæminam dici iubet. Sanè Malthacia Græcis mollities dicitur Latinis: & Malthacus, mollis, effœminatus. Proinde maltham interpretantur ceram mollitam, qua vtuntur ad tabularum ferruminationem, aut quidpiam ſimile vim habens conglutinandi, ferruminandique.

Maltho, malthas, malthâui, malthâtum, malthare, Maltha ferruminare. Vide primum Plinii exemplum, paulo antè citatum.

Malus. Aliquid mali ſubeſt. Celſus lib. 1. ca. 26, Si tantum mali ſubeſt vt neque medicamentis vinci poteſt.

Euadere malum in perpetuum. Celſus lib. 4. cap. vlt. Quidam etiam quum aſinino lotio epoto ſe eluiſſent, in perpetuum hoc malum euaſerunt.

Lenire malum, Celſus li. 6. ca. 6, de Fuelpidis collyrio, Penicillo ad idipſum facto inſuſum, id malum lenit.

Eſſe in malis. Celſus lib. 3. cap 15, Nam quartana neminem iugulat: ſed ſi ex ea facta quotidiana eſt, in malis æger eſt.

Tentari malo. Celſus libro 5. cap. 28, Atque hoc quoque malo ferè corpora ſeniora tentantur, aut quæ mali habitus ſunt: ſed in crunibus maxime.

Exercitus tranſit ſine maleficio, Id eſt innoxius, nihil damni adferens. Cæſar 1. belli Ciuil.

Mamma. Balenæ vitulique mammis nutriunt fœtus. Plin. lib. 11. cap. 40, ad finem.

Vrſæ mammas quaternas gerunt. Plin. lib. 11. cap. 40. 3.

Emacreſcunt mammæ. Celſus lib. 1. cap. 9, Mulieri grauidæ ſi ſubitò mammæ emacruerunt, abortus periculum eſt.

¶ Deſcẽdit mamma: ſeni opponitur Sterileſcit ac reſilit. Plin. lib. 11. ca. 40. 2, Primis geniſis in quôque partu ſues primas præbent, ex ſunt faucibus proximæ, vt ſuam quiſque nouit in fœtu quo genitus eſt ordine, eáque alitur nec alia: detracto illa alumno ſuo ſterileſcit illico ac reſilit. Vbiverò ex omni turba relicto, ſola quinque, quæ genito fuerat attributa, deſcendit. Reſilit. id eſt Intrò retrahitur.

¶ Mamma, in ſurculis arborum, Parua illa extuberantia corticis, è qua proſiliunt & enaſcuntur rami. Plin. lib. 17. cap. 16. 1, de illo inſerendi genere loquens, quam emplaſtrationẽ vocant, Ergo amputatis omnibus ramis, ne ſuccum auocent, nitidiſſima in parte, quáque præcipua cernatur hilaritas, exempta ſeu tula (ſita ne deſcendat vltra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par cum ſui germinis mamma: ſic compage denſata, cicatrici vt locus non ſit, & ſtatim vnitas fiat, non humorem, non affiatum recipiens.

Mammula, mammulæ, pen. corr. Diminutiuum. Celſus libro 7. ca. 16. 2, Fœmina breuius vrinæ ſimiliter & rectius iter habet: quod mammulæ ſimile, inter imas oras ſuper naturale poſitum, non minus ſæpe auxilio eget.

Mancipo. Mancipio dare, pro Tradere in ius proprietatis. Seneca epiſtola 73, Fortuna nihil dat mancipio. Huc pertinet etiam exemplum Lucretii, lib. 3. 197.

Vitáque mancipio nulli datur, omnibus vſu.

Mando/ mandas. Mandâtus, huius mandâtus, Quarta declinatione apud Iuriſcõſultos legitur, præſertim titulo Mandati. Paulus, Mandatu meo in diem fideiuſſeris. Caius, Si mandatu meo Titio crediderit. Iulianus, Mandatu creditorum. Sic ſæpius.

Manipulus. Manipularius, Adiectiuum. vt Habitus manipularius, apud Suetonium in Caligula, cap. 9, Caligulæ cognomen caſtrenſi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur.

Manica. Manicâtus, pen. pro.) Adde, Probroſè nominat Cicero manicatas tunicas, quaſi hominum effœminatorum: quo modo etiam Virgilius, Et tunicæ manicas, & habent redimicula mitræ. Vide Gellium.

Manus. Manus plenæ menſura ſorbentur ad firmandas fauces. Plin. lib. 20. cap. 22. 4.

Emittere manũ, Vide **Emitto** in proxime præcedẽti codice.

Mittere manus ad rem aliquam, Id eſt ſumere in vſum aliquẽ. Vlpian. in L. At ſiquis. §. Sed etſi ff. de relig. & ſumpt. funer. Sed & ſi res legatæ ſint à teſtatore, de cuius funere agitur, nec ſit vnde funeretur: ad eas quoque manum mittere oportet.

Manus in ludo dicitur id quod ſibi tollit qui proiecit Venerem. Auguſtus in quadam epiſtola quã recitat Suetonius cap. 71, Ego perdidi viginti millia nũmũm meo nomine: ſed quum effuſe in luſu liberalis fuiſſem, vt ſoleo plerunque. Nam ſi quas manus remiſi cuique, exegiſſem, aut retinuiſſem quod cuique donaui, viciſſem vel L. millia.

Manus pretium validius. Plin. lib 33. cap. 11. 8, Nec copia tantùm argenti fuerat vitæ, ſed validius penè manus pretium.

Manupretium. Cic. 3. Verr.) Adde in fine, Nonnulli ſcribunt Manipretium. Plin. lib. 34. cap. 7. 5, Solitum enim ex manipretio cuiuſque ſigni denarios ſeponere aureos ſingulos. Idem lib. 35. cap. 10. 26, Manipretium eius tabulæ.

Manualia ſaxa, quæ manu commodè tolli & proiici poſſunt. Tacit. lib. 4, Nunc in vallum manualia ſaxa, præuſtas ſudes, deciſa robora iacere.

Manuleatus, &c.) pro Maleatam tunicam, lege Manuleatam.

Manuleatus, metaphoricè, pro delicato. Seneca epiſt. 33, Apud me verò Epicurus eſt & fortis quanquam manuleatus ſit.

Margo. Márgino, márginas, marginare. Liuius lib. 1. Decad. 5, Cenſores vias ſternendas ſilice in vrbe, glarea extra vrbem ſubſtruendas marginandáſque primi omnium locauerunt.

Maritus. ¶ Maritari, Prægnantem fieri. Solinus cap. 36, In proximis Vlyſſiponis equæ laſciuiunt mira fœconditate. Nam ſpirante Fauonio vento concipiunt, & ſitientes viros auarum ſpiritu maritantur.

Marmor. Marmoratum, penul. prod.) Adde in fine, Plinius lib. 36. cap. 25. 3, Tectoriúmque niſi ter arenato, & bis marmorato inductum eſt, non ſatis ſplendoris habet. Paulo pòſt, Experimentum marmorati eſt in ſubigendo, donec rutro non cohæreat.

Marmorarius, Qui marmora vel ſecat vel polit. Seneca epiſt. 89, Non enim addocor, vt in numerum liberalium artium pictores recipiam, nõ magis quàm ſtatuarios, marmorarios, aut cæteros luxuriæ miniſtros.

Martia, Martiæ, fœminini generis, Aqua vrbis Romæ. Plinius lib. 31. cap. 3. 11, Clariſſima aquarum omnium toto orbe, frigoris ſalubritatiſque palma, præconio vrbis, Martia eſt, inter reliqua deũm munere Vrbi tributa. Vocabatur hæc quondam Auſela, fons autem ipſe Piconia. Oritur in vltimis montibus Pelignorum, tranſit Marſos & Fucinum lacum, Romam non dubiè petens. Mox ſpeco merſa, in Tyburtina ſe aperit. I x. M. paſſ. fornicibus ſtructis perducta. Primus eam in vrbem ducere auſpicatus eſt Ancus Martius, vnus è regibus. poſtea Q. Martius Rex in prætura, rurſúſque reſtituit Marcus Agrippa. Idem & Virginem adduxit ab octaui lapidis diuerticulo. I I. M. paſſuum Prænestina via. Iuxta eſt Herculaneus riuus, quẽ refugient Virginis nomen obtinuit. Horum amniũ comparatione differẽtia ſupradicta deprehenditur, quum quãtum Virgo tactu, tantum

præſtet Martia hauſtu.

Maſſa. Maſſo, maſſas, maſſare, In maſſam redigere, Conglobare, condenſare. Lucret. lib. 1. 134,

Quòd ſi fortè vlla credunt ratione poteſſe
Ignes in cuncta ſtringi, maſſaréque corpus.

Matcola /&c. pede tantum) Lege, pede talcam.

Mater. Materfamilias quoque dicitur, quæ eſt ſui iuris & emancipata. Vlpian. in L. Poſt mortem. ff. De adopt. & eman.

Coniungere ſecum aliquam in matrimonio. Curtius libro 6. Tunc Cenus, quanquam Philotæ ſororem matrimonio ſecum cõiunxerat, tamẽ acrius quàm quiſquã in Philotã inuectus eſt.

Iungere ſecum aliquam matrimonio. Curtius lib. 5, Et Madathes ſororis filiam ſecum matrimonio iunxerat.

Materia. Materia campuſque tuis laudibus proſternitur, Vide **Proſterno.**

Superans materia. Celſus lib. 3. cap. 4, Minui ergo tantum materiam ſuperantem oportet, quæ naturaliter digeritur, vbi nihil noui accedit.

Materiarius, faber lignarius) Adde, vel potius lignarius.

Maturus. Maturus cibo. Plin. libro 11. cap. 27. 1, Ita vocatur priuſquã cibo matura ſit ſã tũ colorẽ mutans. De olea druppa.

Tempus maturum vino. Celſus lib. 4. cap. 11, Quòd ſi vehementer & vomitus, & deiectio, & ſitis vexant, & adhuc ſuberuda ſunt quæ vomuntur, nondum vino maturum tempus eſt. Hoc eſt, vt ægroto detur vinum bibendum.

Maturum ad excipiendum lachrymam. Celſus lib. 5. cap. 25, Quinetiam ſylueſtris papaueris quum iam ad excipiendam lachrymam maturum eſt, manipulus qui manu comprehẽdi poteſt, in vas demittitur.

¶ Maturat arbor. Plin. lib. 16. cap. 25. 8, Serotino quædam germinatu florent, maturántque celeriter, ſicuti morus. Ibidem, ca. 27. 3, Amygdala enim & pyrus in ſenecta fertiliſſimæ, vt glandiferæ & quoddam genus ficorum. cæteræ in iuuenta, tardiúſque maturantes: quod maxime notatur in vitibus. Idem lib. 17. cap. 2. 7.

Maturare mortem. Celſ. lib. 7. cap. 26, In veſica verò non tutò vel hi conquiruntur vel attrahuntur: quoniã vbi illam conualnerarunt, ex diſtentione neruorum mortem maturant.

Maturare uua. Plin lib. 9. 57. 3.

Maturare pomum. Plin. lib. 16. cap. 25. 9, Floret prima omniũ amygdala menſe Ianuario, Martio verò pomum maturat. Idem lib. 17. cap. vlt. 1.

In ſemen matureſcere. Plin. lib. 18. cap. 16. 6, In ſemen matureſcere prohibendum eſt, quia pabulum vtilius eſt vſque ad trimatum.

Vites matureſcunt. Plinius libro 16. cap. 25. 8, Quædam ſtatim in germinatione florent, properántque in eo, ſed matureſcunt tardè, vt vites.

Matuta. Dies matutini. Plin. libro 8. cap. 51, ad finem, Quaſdam nos principes fœminas ſcimus, omnibus diebus matutinis carnem eam deguſtare ſolitas.

Matutinum, matutini. penult. prod. Manè. Quintilianus libro 11. ca. 8, Pridie ad ſe venire litigatorem, aut eodẽ matutino iubẽt.

Maxilla. Theſaurus maxillarum, Vide **Theſaurus.**

MEDEA. Medẽis, penult. prod. Medẽidis, pen. corr. Patronymicum fœm. g. pro poſſeſſiuo. Ouid. 2. de Arte amandi, 11,

Non facient vt vincat amor, Medeides herbæ,
Miſtáque cum magicis Marſa venena ſonis.

Medeor. Vnicè mederi. Plin. lib. 14. cap. 11. 4, Scobem eius oculis vnicè mederi dicunt. Idem lib. 26. cap. vltimo, 11, Mammarũ vitiis aizoũ, quod digitellũ appellauimus, vnicè medetur.

Medendæ valetudini nullam diuinam humanámque opem non adhibuit. Sueton.

Medico. Medicus ſecurus. Celſus lib. 2. cap. 6, Siquidem etiam ſpes interdum fruſtratur, & moritur aliquis, de quo medicus ſecurus primò fuit.

Vſus medicus. Plin. lib. 22. ca. 8. 1, Sed in medico vſu præter ſupradicta auxiliantur inflationibus, torminibus, &c. Ibidem, ca. vlt. ad finem, Et frugum quidem hæc ſunt in vſu medico.

Medicina deducta ab experimentis. Celſus in Proœm. lib. 1, Ne inter initia quidem ab iſtis quæſtionibus deductã eſſe medicinam, ſed ab experimentis.

Vates medicinæ. Plin. li. 11. cap. 37. 85, Deſcriptus ab Herophilo medicinæ vate.

Temeraria medicina. Celſus lib. 3. cap. 9, Neque ideo tamen non eſt temeraria iſta medicina: quia plures, ſi protinus à principiis excepit, interemit. Id eſt, contra artem, ſine cõſilio & prudentia tentata. Temeritas & ratio, contraria.

Excolere medicinam. Celſus in Proœmio libri 7, Hæc autem pars quum ſit veteriſſima, magis tamen ab illo parente omnis medicinæ Hippocrate, quàm à prioribus exculta eſt.

Trunca medicina. Celſus in Præfatione libri primi, Eius autem, quæ victu morbos curat, longè clariſſimi authores, etiam altius quædam agitare conati, rerum quoque naturæ cognitionem ſibi vendicarunt, tanquam ſine his trunca & debilis medicina eſſet.

Medicamentum præſentaneum. Plin. lib. 28. cap. 13. 5.

Opitulantur medicamenta. Celſus libro 5. in Proœ. Sed quum omnia medicamenta proprias facultates habeãt, ac ſæpe ſimplicia opitulentur, ſæpe miſta.

Vinci medicamentis. Celſus libro 5. cap. 28, Ferè verò ſit vt ea tunica, quæ inter foramen & integram carnem eſt, victa medicamentis tota exeat, infráque vlcus purum ſit.

Medius. Medio tempore, pro Interea. Suet. in Cæſare.

Medius amicus, Qui duorum hoſtium amicus, eorum contentionibus & odiis ſe non miſcet. Liuius libro 5. belli Maced. Vt neutri parti ſeſe coniugant petere: pacem vtrique parti, quod medios deceat amicos, optent: & bello ſe non interponãt.

Medius, pro Mediocri. Liuius libro 6. ab Vrbe, Apparebátque nec veri iudicii medium gratiam, nec falſi offenſionem fore.

Mediſtas. Mediſtas, &c.) Adde in fine, Vſus eſt autem Paulus Iunſconſultus in L. Antiqui. ff. Si pars hæreditatis pet. Prudentiſſimi iuris authores mediſtatem quandam ſecuti ſunt: vt quod fieri non rarò admodum poſſet, intuerentur.

Mediãle, huius mediãlis, penult. prod. neutri generis. Solinus cap. 65, Lignum omne atque mediale, eadem ferme & facie & nitore, qui eſt in lapide hagate. Hoc eſt, omnes hebeni partes, tam exteræ quàm mediæ ſeu medullaceæ, ſimiles ſunt gagati lapidi. Idem cap. 33, Comperta arbor eſt pinei generis, cuius mediale Autumni tempore ſuccino lachrymat.

MEDVS, Vide MEDIA.

Melania / melánix, pen. corr. fœminini generis, Idem quod Nigritia ſeu nigredo. Plinius lib. 24. ca. 8. 1, Et lenuginem & carcinomata, melanias quoque veteres, addito melle emendant. Meminit etiam Hermolaus.

Mele, &c. Nobilibus digitis) Lege Mobilibus.

MELIBOEA. Meliboeus, Adiectiuum. Vnde Purpura Meliboea, hoc eſt Meliboẽnſis, ait Seruius.

Melimeli / melimẽlis, pen. pro.) Lege **Melimeli** / melimelis, pen. corr.

Melioro, melioras, Vide **Bonus.**

MELITE. Catuli Melitæi. Plin. lib. 3. cap. vltimo, ad finem.

Melos, n. ge. indeclinabile) Adde, Sic Calepinus. Græci autem, quorum hæc eſt dictio, τὸ μέλος, τοῦ μέλεος aut μέλους, τῷ μέλει, dicunt. Lactantius Firmianus declinationem Latinam formauit, Hoc melos, huius meli, &c. apud quẽ ablatiuus melo, in carmine de CHRISTI reſurrectione, legitur, Fitque repercuſſo dulcior aula melo.

Membrum. Violare membranam. Celſus libro 8. cap. 3, Factis foraminibus eodem modo media ſæpe, ſed multo circúſpectius excidenda ſunt, ne fortè angulus ſcalpri eãdem membranam violet, donec fiat aditus, per quem membranæ cuſtos immittatur.

Memini. Memoriãlis, & hoc memoriãle, pe. prod. Adiectiuũ.

Memorialis liber, Enchiridion ad iuuãdam memoriam. Suetonius in Cæſare, cap. 56, Epiſtolæ quoque extant ad Senatum, quas videtur primùm ad paginas & formam memorialis libri conuertiſſe.

Menda, &c. Error ſiue erratum.) Adde, Ponitur etiam pro vitio corporis.

Mendicus, pen. corr.) Lege penultima prod. Adiectiuum, &c. Iulius Baſſus apud Senecã lib. 6. Controuerſ. vocat pueros mẽdicos, eius cui mendicabãt, meritorios. quia ille ex ſtipibus collectis comeſſabatur.

Mendicatio. Verbale. Seneca epiſt. 101, Quid ſibi vult tam fœda vitæ mendicatio?

Mens. Alienatio mentis. Plin. lib. 11. cap. 11. 4.

Proxima fert humanum in pectus, templáque mentis.) Adde Hoc eſt in ſecreta mentis & interioris animi, qui res à ſenſibus cognitas iudicat & diſcernit.

Commotus mente. Plin. lib. 23. cap. 1. 11, Mente commotis, & vertigine laborantibus.

Labat mens. Celſus lib. 3. cap. 19. Vide **Labo** / labas.

Redit mens.) Adde, Celſus lib. 3. cap. 18, Nam plerunque breue eſſe conſueuit, leuatóque acceſſionis impetu protinus mens redit.

Mente prædonis res hæreditarias apprehendere. Vlpianus in L. Sed etſi. Parag. De eo. ff. De petit. hæreditatis.

Mens mea facientis. Pomponius in L. Si iure. ſtile Legat. & fideicomm. 3, Videndum eſt, an mens mea hæc fuerit facientis

poſtea teſtamentum.

Mentiris iuuenem tinctis Lenune capillis,
Tam ſubitò cornus, qui modò cygnus erat. Martialis lib. 5. 89.

Menſa. Eſſe in honore menſarum. Plin. lib. 10. cap. 49. 1, Ibi & buteo accipitrum generis, in honore menſarum eſt.

Menſio. Rectus menſis. Plin. lib. 10. cap. 63. 7, Si ineant opportuno & recto menſe.

¶ Menſes mulierum abundant, vel ſubſidunt. Plin. li. 11. ca. 8. 1, Mulierum menſibus, ſiue ſubſidant, ſiue abundant.

Abundantia menſium. Plin. lib. 13. cap. 7. 12, Priuatim mulieribus adalligatus lacerto contra abundantiam menſium. Idē lib. 24. cap. 12. 1, Spiſſat ſtringitque diſtillationes omnes, & ſanguinis excreationes, menſiumque abundantiam. Rurſum ibidem, 4. Idem lib. 27. cap. vlt. 9.

Monſtrifici menſes. Plin. lib. 28. cap. 7. 7.

Euocare menſes. Plin. lib. 26. ca. vltimo, 10, Symphyton tritum in vino nigro euocat menſes. Idem lib. 28. cap. 8. 11.

Menſes fœminarum trahere dicitur maſtiche condrilli. Plin. lib. 11. cap. 11. 13.

Commorantes menſes trahit lens. Plin. lib. 11. cap. 15. 16.

¶ Menſis etiam in ſingulari idem ſignificat. Plin. lib. 17. cap. 18. 6, Priuatim autem contra erucas ambiri arbores ſingulas à muliere incitati menſis nudis pedibus recincta. Idem lib. 18. cap. 4. 11, Multa genera morborum primo coitu ſoluuntur, primoque fœminarum menſe.

Curſus menſtrui, Menſtrua muliebria. Plin. lib. 11. cap. 39. 4, Quum menſtrui curſus ſtetere.

¶ Menſtrua, menſtruorū. poſt exēplū Columellæ, adde Ibidē ad finem capitis, Democritus affirmat has ipſas beſtiolas enecari, ſi mulier quæ in menſtruis eſt, ſolutis crinibus, & nudo pede vnanquanque aream ter circumeat.

Menſtrua bene reſpondentia. Celſus lib. 6. cap. 6, de imbecillitate oculorum, Quod in fœminam bene reſpōdentibus menſtruis non cadit.

Menſtruum, menſtrui, n. g. numero ſingulari. Plin. lib. 28. cap. 7. 8, Quocunque autem alio menſtruo, ſi nudatæ ſegetem ambiant, erucas ac vermiculos ſcarabeúſque ac noxia alia decidere. Ibidem, 13, Lais & Salpe canum rabioſorum morſus, & tertianas quartanáſque febres, menſtruo in lana arietis nigri, argenteo brachiali incluſo. Rurſus ibidem, 15, Id quoque conuenit, quo nihil equidem libentius crediderim, tactis omnino menſtruo poſtibus, irritas fieri magorum artes.

¶ Menſtruum, menſtrui, Cibus & velut annona vnius menſis, quod vulgò dicitur *Prouiſio vnius menſis*. Liuius Decad. 5. lib. 4. 6, Prætore dimiſſo, Conſul menſtruum iuſſo milite ſecum ferre, profectus, &c.

Meo. Meabilis tranſitus. Plin. lib. 6. ca. 13, Ad Boſphoros duos, vel bubus meabili tranſitu. vnde nomen Ambobus.

MERCVRIVS. Mercuriales viri, pro Eruditis. Horatius 2. Carminum, ode 17. 6.

Me truncus illapſus cerebro
Suſtulerat, niſi Faunus ictum
Dextra leuaſſet Mercurialium
Cuſtos virorum.

Mereo. Merita militiæ. Martianus in L. Deferre. paragr. 1. ff. De iure fiſci, Veterani quoque ſacris conſtitutionibus delatores eſſe prohibentur, propter honorem vtique & merita militiæ.

Meritoria ſalutatio. Seneca de Breuitate vitæ.

Meritorium, abſolute) Adde, Vlpianus in L. Si cuius rei. paragr. Item ſi domus. ff. De vſufr. & quēad. Item ſi domus vſusfructus legatus ſit, meritoria illic non facere fructuarius non debet, nec per cœnacula dividere domum. Et paulo pòſt, Quòd autem dicitur meritoria non facturum, accipe quæ vulgò diuerſoria, vel fullonica appellantur.

Mergo. Mérſito, mérſitat, pen. corr. merſitâre. Frequentatiuum à frequentatiuo Merſo. Solinus cap. 17, ad finem, Quo quis acrior fuerit, ſpeique maioris, eo profundius nares merſitat in bibendo. De pullo equino.

Merx. Eſſe in merce. Plin. lib. 11. ca. 15. 5, Et ſarmenta quoque in merce ſunt. Hoc eſt vænuunt. De balſamo.

Meſſis. Meſſes area quum teritur crepantes. Mart. lib. 9. 92.

¶ Meſſibus, Ablatiuus, Tempore meſſis. Plin. lib. 21. cap. 13. 5, Semen colligi meſſibus oportet. De vrtica. Ibidē, cap 21. 1, Radice meſſibus ſanguinea, cætero nigra. Paulo pòſt, 6, Semen in folliculo meſſibus colligitur.

Per meſſes, Idem. Plin. lib. 13. cap. 7. 14, Radix per meſſes inciſa ſuccum dat aptiſſimum dētium dolori. Idem lib. 24. cap. 14. 10, Flos mori per meſſes colligitur.

Metallum. Argentaria metalla & auraria. Plin. lib. 34. cap. 18. 11, Inuenitur autem & in auratiis & in argentariis metallis. De ſandaracha.

Metaphora. Metaphoram ſic explicat Quintilianus lib. 8. cap. 6, In totum autem metaphora eſt brevior ſimilitudo: eóque diſtat, quòd illa comparatur rei quam volumus exprimere, hæc pro re ipſa dicitur.

Methodus. Methódice, pen. corr. Eſt pars grammatices, rationem loquendi tradens. Quintil. lib. 1. cap. 15.

Metior. Currit menſura. Plin. lib. 6. cap. 33. 4, Vt per Meroen & Syenen menſura currat XVIII. CXXV. M. paſſ.

Menſura venit ad digitos. Plinius libro 2. cap. 25. 4, Vt protinus mundi quoque ipſius menſura veniat ad digitos. Hoc eſt computetur.

Menſura venit in computationem. Plin. lib. 6. cap. 33. 4, Vniuerſam menſuram quæ venit in computationem, &c.

Meto. Falces meſſoriæ. Vlpianus in L. Inſtrumento. ff. De inſtructo vel inſtr. legato.

Metuo. Metuere pro aliquibus. Celſus lib. 5. cap. 11, Item maturius veſte multa tegendus eſt, admouenda partibus his pro quibus metuimus, ſicca & calida fomentatio.

Metus in hac re. Celſus lib. 1. cap. 10, Sed ſi nullum apparet aliud auxilium, periturúſque ſit qui laborat, niſi temeraria quoque via fuerit adiutus: in hoc ſtatu, boni medici eſt oſtendere quàm nulla ſpē ſine ſanguinis detractione ſit: faterique quatenus in hac ipſa re metus ſit.

Metus ex corpore. Celſus lib. 4. cap. 14, Quibus verò articulorum dolor certis temporibus reuertitur, hos antè & curioſo victu cauere oportet, ne inutilis materia corpori ſuperſit, & crebriore vomitu: & ſiquis ex corpore metus eſt, vel alui ductione vti, vel lacte purgari.

Excipere metū. Celſus lib. 7. ca. 16, Siquidē vt diſtenſione neruorū periclitatur aliquis, dū vefica eius agitatur, ſic alter metus excipitur remotis medicaminibus, ne tantum ſanguinis profluat vt occidat. Hæc ex capite, Quæ curatio calculo euulſo habenda ſit.

Sublatus metus. Celſus libro 4. cap. 5, Vbi ſublatus eſt præſens metus, ad ea redeundum eſt, quæ ſuprà præcepta ſunt.

MEVANIA) Adde, Lucan. lib. 1. 44,

-tauriferis vbi ſe Meuania campis Explicat. Vbi commentator, Meuania eſt pars Tusciæ, cuius nominis & inſula Hybernis proxima Meuania dicitur.

Migro. Migratu difficile, apud Liuium lib. 10. pro Ad exportandum difficile. Relicta, inquit, quæ migratu difficilia eſſent.

Miles. ¶ Milites, pro apparitoribus iudicū & magiſtratuum. Vlpianus in L. In eadem. ff. Ex quib. cau. maiores. In eadē cauſa ſunt, & qui à militibus ſtatoribúſque, vel à municipalibus miniſteriis adſeruantur: ſi probentur rei ſuæ ſupereſſe non potuiſſe. Hinc Manus militares. Idem in L. Qui reſtituere. ff. de Rei vēdicatione, Qui reſtituere iuſſus, iudici non paret, contendens non poſſe reſtituere: ſi quidem habet rem, manu militari officio iudicis ab eo poſſeſſio tranſferetur.

Miliarium. Miliarius aper. Seneca lib. 19. epiſt. 111, qui milionu tritus eſt.

Mille. Remediorum millia ex eo animali demōſtrantur. Plinius lib. 28. cap. 10. 1.

Miliarium pro vaſe, ſimplici l, ſcribit Seneca lib. 4. Natural. quæſt. Itaque & minora balnearia, & minora miliaria citius calefiunt.

Minio/minias, Vide **Minium.**

Miniſtro. Miniſter, miniſtra, miniſtrum, Adiectiuum. Ouid epiſt. 20. 13, Lumina propoſiti facta miniſtra tui.

Tradere miniſteriū. Celſus lib. 8. cap. 4, Magno ingenio multáque nihilominus habituro, conuenit etiam ſimplex veri erroris confeſſio: præcipuéque in eo miniſterio, quod vtilitatis cauſſa poſteris traditur, nequi decipiantur eadem ratione, qua quis antè deceptus eſt.

Miniſterium, annonæ. Vlpian. in L. 1. §. Eſt autem. ff. De exercitoria actione, Solent tamen præfecti, propter miniſterium annonæ, item in prouinciis præſides, &c.

Minuo. Æs alienum minuere,) Scribe epiſt. 214. lib. 9. ad Paulinum, Inde pleriſque &c.

Minui aliquantulum ex febre. Celſus lib. 3. cap. 3, Rurſus aliæ ſic deſinunt, vt ex toto ſequatur integritas: aliæ ſic, vt aliquantum quidem minuatur ex febre.

Minuere, abſolutè, pro Decreſcere. Cæſar 3. bel. Gal. Quòd ruſus, minuente æſtu, naues in vadis afflictarentur.

Minutior cura. Quintil. lib. 8. cap. vlt. Quæ ſingula perſequi, minutioris eſt curæ.

Minutia, minutiæ,) Adde, Seneca epiſt. 87, Vtriuſque attritu prana franguntur, & ſæpius regerantur, donec in minutiam frequenter trita redigantur.

Minutatim & Repentè, contraria. Senec. epist. 30, Non repentè auulsum vitæ, sed minutatim subductum.

MIRMILLONES, &c.) Valer. lib. 1. de somniis, Incidit deinde vt proximo ab equite loco retiarius cum mirmillone introduceretur. Iuue. Sat. 6. 9,

Vt testudineo tibi Lentule conopeo
Nobilis Euryalum mirmillonem exprimat infans. Quintilianus etiam vtitur.

Mirot. Mirâtus, huius mirâtus, pen. pro. Verbale. Senec. epist. 94, Alia deinceps digna miratu.

Mitra. Mitrula, mitrulæ, pen. cor. Diminutiuum. Solinus cap. 40, Serpens est penè ad semipedem longitudinis, alba quasi mitrula lineatus caput. De basilisco.

Mitto. Mittere in acta, pro Redigere. Senec. lib. de Benefic. 1, Si quod præstatur offendit, nisi abiconditur, beneficium in acta non mitto.

In fabulas & sermones aliquem mittere. Quintil. Declamatione 15, Hoc ipsum tibi mulier obiicio, quòd nos in fabulas sermonésque missi.

In ora populi mittere. Quintil. Declamat. 18, Mittit in ora populi, mittit in fabulas: hoc proxima ministeria narrât, hoc exteri putant.

In sermones aliquem mittere. Vide paulo antè, In fabulas mittere.

¶ Mittere, pro Trâsmittere. Cic. in Libello ioculari, vt Quintilianus vocat lib. 8. cap. vlt. Fundum Varro vocat, quem possum mittere funda.

Manus mittere ad res legatas à testatore, Vide **Manus** in codice isto.

Mittere se præcipitem ex alto. Vlpian. in L. Cũ autem. Parag. Capitalem. ff. de Ædilitio edicto.

Mittere signũ, pro Dare. Cæsar 1. bel. Ciuil. Afranianos multa timoris sui signa misisse.

Mitti in caput, pro Dimitti. Seneca Nat. quæst. lib. 4. Magnóque spectantium metu in caput missi, quum iam mihi adplorâueris, mersósque credideris, longe ab eo, in quem ceciderant, loco nauigant.

Missus huius missus) Adde, Cæsar 2. bel. Ciuil. hunc conspicatæ naues, quæ missu Bruti ad portum excubabant.

Res missiles, Quæ spargantur. Dicuntur & subst ãtiuè, Missilia, vt paulo pòst. Sueton. in Augusto, cap. 98, Iisdem etiã epulũ in colpectu suo præbuit, permissa, imò exacta iocandi licentia, diripiendique pomorum & obsoniorum, rerúmque missilium. De ephebis loquitur.

Modius. Modiatio, modiationis, pro eodem, in L. Quũ non frumentum. Cod. de Vsuris, Quum non frumentum, sed pecuniam fœnori te accepisse alleges, vt certa modiatio tritici præstaretur: ac nisi is modius sua die fuisset oblatus, mensurarũ, &c.

Modus. Modus par omniũ. Celsus lib. 3. cap. 17, Vtile est etiam senum miscere cum hyoscyami & vticæ contritis seminibus, sic, vt omnium par modus sit, idque imponere.

Modus vini maior. Celsus lib. 8. cap. 4, Vtétur frequens balneũ, maior vini modus.

Sumere iustum modum cibi. Celsus lib. 4. cap. 1, Vbi per hoc idoneus aliquis balneo factus, eóque vsus est, adiiciendus cibo pisciculus, aut caro: sic tamen, ne protinus iustus modus cibi sumatur.

Miris modis visenda animalia. Virgil. 4. Georg. 61.

Omni modo differre. Plin. lib. 16. cap. 14. 1, In vlia mas & fœmina differunt omni modo.

Omni modo laborare. Plin. lib. 16. cap. 32. 5, Omni modo laborauit Mithridates rex, & cæteri incolæ, sacrorũ certè causa laurum, myrtúmque habere, & non contigit. Ibidem, cap. 34. 1, Quin & Harpalũ omni modo laborasse vt sereret eam in Medis, frustra.

Seruorũ modo, Id est In modum seruorum. Liuius lib. 9. bel. Maced. 100, Seruorum modo præter spem repentè manumissorum licentiam linguæ & vocis experiri.

Figere modum nequitiæ. Horat. 3. Carm. ode 15. 1.

Sonum vocis pulsu pedũ modulari, apud Liuium, pro Attemperare, lib. 7. bel. Punici.

Modificatio, Verbale. Senec. epist. 89, Syllabarũ enarratio, verborũ diligentia, fabularum memoria, versuum lex ac modificatio.

Moderabilis & hoc moderábile, pen. cor. Ouid. 1. Amor. eleg. 6. 12,

Nox & Amor, Vinúmque, nihil moderabile suadent:
Illa pudore vacat: Liber, Amórque metu.

Mœchus. Zelotypa mœcha. Iuue. Sat. 6. 28.

Molco. ¶ Molestus etiam interdũ difficilis dicitur, vt separatio molesta. Vlpian. in L. Si seruus. Parag. Item. ff. Ad legẽ Aquiliam, Item si quis frumento arenam vel aliud miscuerit, vt molesta separatio sit: quasi de corrupto agi poterit.

Moliri in aliquem locum, Contendere aliquò. Tacit. lib. 18 Erat insula in flumine medio, in quã gladiatores natibus molientes, Germanis nando prælabebantur.

Mollio. Mollimentum, mollimenti, Lenimentum. Seneca de Tranquillitate vitæ, Nullo nomine meliusde nobis meruit natura, quàm quòd calamitatũ mollimentũ consuetudine inuenit.

Mollipes, penult. corr. mollípedis, penult. corr. om g. Molles pedes habens. Cic. 1. de Diuinat. 16, Mollipedésque boues spectantes lumina cæli.

Momen. Leue momẽtum. Cels. lib. 7. ca. 7, Ex leuibus momẽtis inflammationes & lippitudines excitat.

Momentosus, Al. cuius momenti. Quintil. Declamat. 13, Nunc verò differendum mihi est, quàm momentosa sit huius animalis rapina. Loquitur de apibus, quæ ita leniter flores decerpunt, vt nulla appareat rapinæ iactura.

Moneo. Monitorius, Adiectiuũ. vt Fulmẽ monitorium, apud Senecã 2. Nat. quæst. quod homines præmonet de rebꝰ futuris.

Moneta. Moneta, metaphoricè nõ nonquã accipitur. vt Proferre aliquid ex nostra moneta. Id est excogitare nostro ingenio. Senec. 3. de Benefic. Iam tempus est quædam ex nostra (vt ita dicam) moneta proferri.

Mons. Articuli montium, Vide Articulus in **Artus.**

Montana, montanorum, Substantiuum. Liuius lib. 1. belli Punici, Peruentum inde ad alium frequentem, vt inter montana, populum.

Monstro. ¶ Mõstrare, pro Probare. Vlpian. in L. 1. Parag. Qui aduer. ff. De postulãdo. Qui aduersus ea fecisse monstretur. & pro aliis interdicta postulatione repellitur, & pro æstimatione iudicis extra ordinem pecuniaria pœna multatur.

Monstrãtor, &c. Tacit. de moribus Germa. Qui nuper hospes fuerat, idem monstrator hospitii & comes.

Monstrãtus, huius monstrãtus, pen. prod. pro Demonstratione. Senec. In Cõsolat. ad Martiam, Vtque ignotarũ vrbium monstratus nouo hospiti grauis est.

Effigies monstrificæ. Plin. lib. 2. cap. 2. 1.

Morbus. Reliquiæ morborum lentæ. Cels. lib. 2. cap. 15, Gestatio quoque lõgis etiam, & inclinatis morbis aptissima est. Vtilísque est & his corporibus quæ iam ex toto febre carent, sed adhuc exerceri per se non possunt: & his quibus lentæ morborum reliquiæ remanent, neque aliter elidantur.

Vnde sint morbi. Celsus in Præfatione lib. 9, Neque enim credunt posse eum scire, quo modo morbos curare conueniat, qui, vnde hi sint, ignoret.

Morbus in summo incremento. Celsus lib. 3. cap. 8, Quum verò in summo incremento morbus est, vtique non ante diem quartum magna siti antecedente frigida aqua copiosè præstãda est, vt bibat etiam vltra satietatem.

Longi morbi. Celsus lib. 3. cap. 1, Quidam longi, sub quibus neque sanitas in propinquo, neque exitium est.

Recentes morbi. Celsus lib. 2. cap. 14, Vngi enim lenitérque pertractari corpus, etiam in acutis & recentibus morbis oportet: in remissione tamen, & ante cibum.

Regius morbus.) Adde, Celsus lib. 3. cap. 24, Æquè notus est morbus, quem interdum arquatum, interdum regium nominant. Paulo pòst. Color autem eum morbum detegit, maximè oculorum: in quibus quod albũ esse debet, fit luteum. Solétque accidere & sitis, & dolor capitis, &c. Deinde ad finem capitis, Per omne verò tempus vtendũ est exercitatione, frictione: si hyems est, balneo: si æstas, frigidis natationibus: lecto etiam & cœlani cultiore clauso loco vti, ludis, lasciuia, perquæ mens exhilaretur. Ob quæ regius morbus dictus videtur.

Vetus morbus. Celsus lib. 3. cap. 16, Vbi vetus morbus est, digiti in manibus pedibúsque sub tumore conduntur, &c.

Leuatur morbus. Celsus lib. 2. cap. 8, Super tabem si mulieri quoque suppressa menstrua fuerunt, & circa pectus atque scapulas dolor mãsit, subitóq; linguis erũpit, leuari morbus solet.

Mutare morbum. Celsus lib. 3. cap. 9, Nonunquã etiam leniæ febres, sine vlla remissione, corpus tenẽt: ac neque cibo, neque vlli remedio locus est. In hoc casu medici cura esse debet vt morbum mutet.

Opportunus morbo. Celsus lib. 1. cap. 5, Vitari etiam grauedines, destillationésque possunt, si quàm minimè eũ qui his opportunus est, aerem vel loca, aquásque mutet.

Occupat morbus. Celsus lib. 5. cap. 17, Et si iam is morbus occupauit, per catapotia sumi potest.

Subsistentes morbi. Celsus in Præfatione lib. 1, Aliter acutis morbis medendum, aliter vetustis, aliter increscentibus, aliter subsistentibus, aliter iam ad sanitatem inclinantibus.

Sustinere morbum. Celsus lib. 2. cap. 8, Si quæ morbus maxi-

mè pueros absumit vsque ad decimum annum. Cæteræ ætates facilius sustinent.

Teneri morbo. Cels. lib. 1. cap. 17, Sola exercitatio tantum robustioribus, quitamen sine febre, vel initio morbi, vel etiã grauibus morbis tenentur.

Tollere morbum. Celsus in Præfat. lib. 7. Quia non interest quid morbum faciat, sed quid tollat.

Transire ad morbum. Cels. lib. 3. cap. 19, Quannis sæpe ad eum phrenetici transeunt.

Vacare morbo. Cels. lib. 3. cap. 11, Quod ferè fit quum longo morbo vitiata corpora, etiam si illo vacant, refectionem tamen non accipiunt.

Vacare à morbis. Cels. lib. 1. cap. 1, At æstas non quidem vacat plerisque ab his morbis, sed adiicit febres, &c.

Morbus vincit medicamenta. Cels. lib. 7. cap. 33, Gangræna inter vngues alásque aut inguina nasci, siquãdo medicamenta vincuntur, mẽbrum præcidi oportere, alio loco mihi dictũ est.

Morari. Morari apud aliquem. Pomponius in L. Quintus, §. Ad authoritatẽ. ff. De annuis legatis & fideicõmiss. Veluti si Prætor doctus sit, non expedire pupillum eò morari vbi mater instituerit, propter vitium, quod pater fortè ignorauit in eis esse personis, apud quas morari iussit.

Morari cum aliquo. Scævola in L. Annua. ff. De annuis legat. & fideicõmiss. Si morentur cum matre mea.

Morari solutionem, Differre. Paulus in L. Si seruũ stip. Parag. Sed si. ff. De verborum obligat.

Morbus. Subest mors. Cels. lib. 2. cap. 6, Dolores etiam circa coxas & inferiores partes orti, si ad viscera transierunt, subitóque desierunt, mortem subesse testantur: magisque si alia quoque signa accesserunt.

Mortales leges. intelligit Livius non firmas sed temporarias. Seneca autẽ epist. 64, Legem mortalem vocat mortalium vel mortalitatis: Lege, inquit, mortali fieri hodie potest quidquid vnquam potest.

Mortalitas mollitiæ. Plin. lib. 36. cap. 22. 9, Reliqua multitudo lapidum in totum ædificiis inutilis est mortalitate mollitiæ.

Morticinus, &c.) Sic & Sene. epist. 121, appellat carnem luxuria fluxam & emarcidam: In viris inquit, caro morticina est.

Mortarium.) Adde ad finem, Plin. lib 36. cap. 25. 4, In Græcia rectoriis etiam arenatum quod inducturi sunt, prius in mortario ligneis vectibus subigunt.

Mos. Moris antiqui homo, In laude ponitur, pro eo qui antiquam innocentiam obseruat. Livius. 9. belli Maced. 37. Quum ea nosse probam & antiqui moris fœminam respondisset, opus ea sibi conuenta esse dixit.

Adumbrare morẽ alicuius, Imitari. Curtius lib. 10, Nec Persis Macedonum morem adumbrare, nec Macedonibus Persas imitari indecorum est.

Condere mores alicuius gentis, Instituere. Curtius lib. 8. Vide Parcus & parabilis victus in **Victus**.

Pati mores. Plin. lib. 36. ca. 16. 2, Quid ferri duritia pugnacius? Sed cedit, & patitur mores: trahitur nãq; à magnete lapide, &c.

Prosternere mores ciuiles, Euertere, Perdere. Pli. li. 36. ca. 15. 15.

Soluere morem traditum à prioribus. Vide **Soluo**.

Morosa natu, vel nasci arbor. Plin. lib. 16. cap. 33. 1, Natu morosa, fructu supernacua, baccis torua. De cupresso, quæ ibidem difficillimè nascentem vocat. Idem lib. 17. cap. 10. 8, Esculus similiter prouenit, cæsura triennio senior. nimis morosa nasci.

Mouco. Mouere pro Mutare. Livius lib. 4. bel. Maced. Adeò nihil motum ex antiquo probabile est. veteribus, nisi quæ vsus euidenter arguit, stari malunt.

Mouere fidem, Mutare. Livius lib. 5. belli Maced. Quintius orsus à principio societatis Ætolorũ cum Romanis, & quoties ab iis fides mota fœderis esset, pauca de iure ciuitatum, de quibus ambigeretur, disseruit.

Mouere cerebrum, Turbare. Senec. epist. 36, Res est inquieta fœlicitas, ipsa se exagitat: monet cerebrum non vno genere.

Mouere se ad motum fortunæ, Mutare animum cum fortuna. Cæsar lib. 1. bel. Ciuil.

Controuersiam mouere. Scævola in L. vlt. in princip. ff. De pignor. actione.

¶ Mouere pro moueri.) Adde. Sueton. in Claud. Cæsare. cap. 21, Obseruauitque sedulò, vt quoties tecta in vrbe mouisset, ferias aduocato concione Prætor indiceret.

Mota mens, quod vulgò dicimus *sensum turbatum*. Sene. epist. 94, De illis insanis loquor, quibus mens mota est, non erepta.

Motio manet. Cels. lib 3. cap. 6, Nam si post alteram febrem motio manet, post alteram integrum corpus est, integro corpore, cibo tempus aptius est.

Motio ab ordine. Vlpia. in L. 3. Parag. Pœna autem. ff. Stellionatus, In his autem, qui sunt in aliquo honore positi ad tempus relegatio, vel ab ordine motio remittenda est.

Motiúncula, pen. corr. Diminutiuum. Sene. de Trãquil. vitæ, Qui ex diuturno grauique morbo expliciti, motiúculis, lenibúsq; offensis perstringuntur. Idem epist. 54, Lenis motiũcula decipit.

Res mobiles. Hermogenes de Verb. & rerum signif. Pecuniæ nomine non solùm numerata pecunia, sed omnes res tam sõli, quàm mobiles, & tam cõrpora, quàm rura continentur.

Mucor. Mucor in vino. Vlpian. in L. Siquis vina. Parag. 2. ff. De periculo & commodo rei vend.

Mulier. ¶ Mulier pro Vxore. Modestinus in L. penult. ff. De supell. lega. Nunquàm ex eo quòd supellectile leganit maritus testamento, habitationem in qua supellex fuit, legasse videtur. quare cõtra defuncti voluntatem habitationem sibi mulierem vendicare procul dubio est.

Mulierbria. pro libidine.) Vlpianus in L. 1. Parag. Remouet. ff. de Postulando, Remouet autem à postulando pro aliis & eum, qui corpore suo mulierbria passus est.

Mulierarius, &c.) Adde, adiectiuum. & in fine, Cic. pro Cælio, 51, Cur Licinium titubantem, hæsitãtem, cedentem, fugere conantem mulierariæ manus ista de manibus emiserit. Id est cõgregatio exæminatorum hominum. Dixerat enim antea mulieris amici. Hæc autem est lectio castigatiorum exemplarium, quum alia legant mulieris manus.

Multa. Certare multam, & Certatio multæ. Vide multam dicere in **Dico**.

Multus. Plures nimio simultates exercuerunt eũ. Livius lib. 9. bel. Maced. de Catone.

Multifer. pen. corr. &c. Idem de brassica) Adde lib. 19. cap. 8. 11.

Multiformis, &c. ac ficum præbeat) Adde, Idem lib. 3. cap. 1. 1, Earum species diuersæ & multiformes sunt.

Multipes, Adiectiuum, Multos pedes habẽs. Plin. lib. 11. cap. 45. 3, Sic & multipedibus, &c.

Plurimũ. pro Ve plurimũ) Adde, Quomodo & locutus est Plinius lib. 15. ca. 3. ad finem, Nec tam numerosa differentia: tribus vt plurimum bonitatibus distat.

Munus. Personale munus. Vide Vigilantia & solicitudo animi in **Vigil**.

Municipatim, Aduerbium, &c.) Adde, Sueton. in Iulio, cap. 14, Senatu vniuerso in socios facinoris vltimam statuente pœnam, solus municipatim diuidendos custodiendósque publicatis bonis censuit.

Murmur. Murmuratio querula. Plin. lib. 10. cap. 3. 3.

Murmuratio, pro strepitu aut fremitu obloquentis ac cõtradicentis. Seneca lib. 3. de Ira. cap. 24. Idem de Benefic. 5. cap. 15. Item epist. 108, Optimum est pati quod emendare non possis: & Deum quo authore cuncta proueniunt, sine murmuratione sequi.

Mus. Musculus præcisus. Celsus lib. 5. ca. 26, Nã percussus, mortiferus est: præcisus, sanitatem recipit.

Mustum. Pugnacibus mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Plin. lib. 14. cap. 20. 3.

Muto. Mutare, neutrum absolutum, pro variare. Livius lib. 5. ab Vrb. Annona ex anteuecta copia, nihil mutauit. Id est Quoniam vrbs frumento abundabat propter anteuectam copiam, annonæ pretium non creuit.

Mutuum. Mutuo, mutuas pro Accipere mutuo. Valer. lib. 6. ca. 2, Et prius à libertate, quàm ab innocẽtia præsidiũ mutuauit.

Myrtus. Myrtuõsus, pen. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 12. ca. 13. 1, Fruticc myrtuoso, palmi altitudine.

N

Narix. Narium tædia & grauedinem emendat succus hederæ. Plinius lib. 24. cap. 4. 10.

Nascor. Nata res ex tempore. Cic. 1. de Inuent. 36.

Nationes mellis. Plin. lib. 12. cap. 14. 3, Mellis causas atque differentias nationésque & indicationem, in apium, ac deinde florum natura diximus. Ibidem, 9, Mellis naturæ adnexa cera est, de cuius origine, bonitate, nationibus, suis diximus locis.

Nationes resinæ. Plin. lib. 14. cap. 6. 10, Resinam è supradictis arboribus gigni docuimus, & genera eius & nationes in ratione vini, ac postea in arboribus.

¶ Natalis. Semen è quo aliquid nascitur. Plin. lib. 17. cap. 10. 13, E cupresso fœmina pilulæ collectæ, quibus docui mensibus siccantur soles: ruptáque emittunt semen, formicis mire expetitum: ampliato etiam miraculo, tantuli animalis cibo absumi natalem tantarum arborum.

Collegium naturæ, Vide **Collegium**.

Natura, pro locis, &c. Fricandam monstrat) Lege mõstrant.

Naturalia, plural. &c.) Adde, Naturale, numero singulari, eo-

dem ſenſu protulit Celſus lib.7.cap.26.1,Fœmina breuius vrinæ ſimiliter & rectius iter habet: quod mamulæ ſimile, inter imas oras ſuper naturale poſitũ,non minus ſæpe auxilio eget. Ibidem,aliquãto poſt, dicit naturalia numero plurali, Mulieri per naturalia eius.

NASICA) Adde,Vide SCIPIO.

Nauis. Nauigatus fluuius.Plin.lib.6.ca.20.1,Ipſe per x l. m.p. parciſſimis authoribus nauigatus,&c.De Indo fluuio.

Nauſea. Nauſeator, Verbale. Sene.epiſt.54, Illud ſcito Vlyſſem non fuiſſe tam irato mari natum vt vbique naufragia pateretur:nauſeator erat.

Ne. Videndum eſt ne nõ.Põponius in L.In prædiis,ff.Ex quib. cauſ. pig. vel hyp. &c. Videndum eſt, ne non omnia illata, vel inducta,&c.

¶Ne non faciam.Caius in L.Poſthumorũ.ff.De iniuſto,rup. irrito fac.teſt. Vel exhæredare nominatim debeo, ne non iure faciam teſtamentum.

Ne,nõ etiam ne,&c. Vlpian.in L.Quotiẽs.Parag.1.ff.De peculio, Hoc ſolum conſecuturum dominum eſſe cõſtat, ne inſtitoria teneatur,non etiam ne de peculio.

Necto. Nectere aliquid ex duabus rebus,pro Res duas in vnũ concinnare. Senec.epiſt.67, Sic hominis animũ corpuſque curantis, & bonũ ſuum ex vtroque nectentis,perfectus eſt ſtatus.

Nexa res pignori. Martianus in L. Res quæ. ff.De iure fiſci, Res autem nexas pignori diſtrahere procuratores poſſunt.

Liber à nexu pignoris.Papin.in L.Si Paterfam.ff.Familiæ erciſcundæ, Non aliter partem ſuam cohæres præſtare cogetur, quàm ſi vice mutua partẽ à nexu pignoris liberã conſequatur.

Liberare venditorem à nexu vẽditi. Vlpian.in L.Si non ſortem.Parag.Adeo.ff.de condict.indeb.

Nefarius. Nefarium,ſubſtantiuè apud Liuium, lib.9, ab vrbe,Niſi eò nefario Rempub.obſtrinxeris quod ominari horret animus,&c.

Negligo. Negligens de alieno.Plin.epiſt.78.

Negligẽs ſui.Sene.lib.1.de Ira,Dũ alteri noceat, ſui negligẽs.

Negligentia fortunæ.Sene.de Vita beata,Ad libertatẽ exeundum eſt. Hanc non alia res tribuit,quàm fortunæ negligentia. Id eſt contemptus rerum fortuitarum.

Nego. Negare,pro Recuſare, cũ accuſatiuo. Ouid.2. Faſt.166, Quam,dixit,veniam vos datis,ipſa nego.

Negotium. Negotium pro πράγματα. Quintilian. lib.3.cap.5. circa finem, Negotium eſt congregatio perſonarum, locorum, temporum, cauſarum, modorum,caſuum,factorũ,inſtrumentorum,ſermonum, ſcriptorum & non ſcriptorũ. Cauſam nunc intelligimus πρᾶγμα,negotium πράγματα. Periſtaſis,Latine circunſtantia dici poteſt.

Offerre ſe negotiis alienis,Sine mandato ea ſubire.Iulianus in L.Si is qui.ff.De except.rei iud.Si te negotiis meis obtulerit, & fundum nomine meo petieris,deinde,&c.

Nemo. Nemo non lingua,non manu, pro Nemo aut lingua aut manu. Liuius, Ad ea munera data à diis addiderat multa ipſe belli decora, facundiámque in foro, vt nemo non lingua, non manu promptior haberetur.

Non nemo, Omnes. Plinius lib.14.cap.4.6,Paſtinatis de integro vineis ad vix credibile miraculum perduxit, intra octauũ annum CCCC nummũm emptori addicta pẽdente vindemia. Cucurritque non nemo ad ſpectãdas vuarũ in iis vineis ſtrues.

Nepos. Nepotatus,&c.)Adde,Plinius lib.14.cap.4,ad finem, Raro quippe adhuc fuêre, necniſi in nepotatu, ſingulis teſtis millia nummũm.

Nequam. Nequitia,pro Malitia & fraude.Vlpianus in L.Cum autem.Parag. Capitalem.ff. de Ædil.edic. Capitalem fraudem admiſiſſe accipimus dolo malo,& per nequitiam.

Nequc. Neque ne, pro ſimplici negatione. Liuius 5.Decad. lib.4.154,Neque enim ne his cunctationem aperuerat ſuam.

Neruus. Validi nerui.)Celſus in Præfat.lib.1,Neque ignorare hunc oportet,quæ ſit ægri natura,humidum magis,an magis ſiccum eius corpus ſit:validi nerui,an infirmi,&c.

Nidor. Nidor differt ab odore.Plinius lib.13.cap.1.1,Cedri tantum & citri ſuorum fruticum in ſaccis fumo conuolutum nidorem verius quàm odorem nouerant.

Nidus. Adulteratus nidus. Plin.lib.10.cap.9.2. Vide Subiicere pullos in Subiicio.

Nidifico,&c.) Adde, Plinius lib.10.cap.51.ad finem,Gauiæ in petris nidificant,mergi in arboribus. Ibidem,cap.33.7, Nidificat in ſpecu ſex pedum defoſſa altitudine.

Nidificare luto. Plinius lib.10. cap.51.2, Turdi in cacuminibus arborum luto nidificantes,pene contextim, in ſeceſſu generant.

Nihilum. Nihilominus tamen & luto munire,& vinculo mollius. Plin.lib.17.cap.16.2.

Nimis. Nimia circum maritum vxor.Vlpian.in L.Si cum dotem.Parag. Eo autem,in fine.ff.Soluto matrimonio, Filia lenis mulier, vel admodum iuuenis, vel nimia circa maritum non merentem.

¶Nimius,cum ablatiuo. Plin.lib.14.cap.2.3,Ex minus fertilibus vino, acinis & fere nimiæ.

Nimius mero. Horat.2. Carm.ode 12.1, Nec ſæuos Lapithas, & nimiũ mero Hylæum.Hoc eſt,intolerabilẽ ebrietate, inquit Acron.Seneca lib.5. de Beneficiis,Nimius, animis.

Nitco. Nitela, pulueris , Solinus, cap. 36, Depurgant in minium nitelas pulueris.Nitelas interpretãtur micas pulueris anquæ interri arenas reperiuntur.

Nitela,Nitor. Solinus,cap.35, Nam præcipua viris gloria eſt in armorum nitela.

NIVARIA,inſula vna ex fortunatis à perpetua nive cognominata.Plin.lib.6 cap.32.

Nix. Colum niuarium.Pomponius in L.In argẽto.ff.De auro, argento,mundo,ornamen.&c.

No. ¶Natare,per tranſlationem,&c.Columella lib.3.)Adde,De arboribus,cap.6.1, Alioquin etiam nouella vinea, quæ ex reſectione enata fuerit, vim inutilem habebit, ſummæ partẽ terræ natantibus radicibus. Idem lib.4.&c.

Nobilis. Venire in nobilitatem.Plin.lib.14.cap.15,Poſtea ergo alia omnia in nobilitatem venerunt.De vinis.

Nobile emplaſtrum ad extrahendum.Celſ.lib.5.cap.18, Sunt etiam quædam emplaſtra nobilia ad extrahendum.

Nocco. Nocturnus, penult. prod. Adiectiuum. Plin. lib. 10. cap. 2.4.Idem millepedæ,ſepa Græci vocant, oblongam, pilоſis pedibus,pecori præcipuè nocturnam.

Nodus. ¶Nodus in arbore) Lege Craſſior ille Verſu proximè ſequenti lege, Columel. De arboribus,cap.3.4, Eius imam partem quam in terram demiſſurus es acutiſſima falce iuxta nodum ſic, ne gemmam lædas, rotunda plaga amputato. Ibidem,cap.6,Quatuor digitos ab radicibus truncum relinquito:& ſi fieri poteſt, iuxta aliquem nodum ſerrula deſecato. Item cap.8.1, Sarmentum quod inſeris, de ſumma vite ſit rotundum, bonis crebriſque nodis, tres deinde nodos integerrimos relinquito.

Saluo nodo.Celſ.lib.7.cap.4, Tantummodo id linum bis die ſaluo nodo ducendum eſt,ſic vt ſubeat fiſtulam pars quæ ſuperior eſt.

Nomen. Parum idonea nomina debitorum.Aphricanus in L. Tutor.parag.Deinde.ff.ad s.c. Velleianum.

Ambitus nominum. Plinius lib.15.cap.30.5, Id quoque quod daphnoides vocatur genus, in nominum ambitu eſt.Alii enim pelaſgum,alii cupetalon,alii ſtephanon Alexandri vocant.

Vagi nominis eſt ambroſia,& circa alias herbas fluctuati.Plinius lib.17.cap.4.14.

Viduum ſua fama nomen,Vide **Viduus.**

Reddere nomen alicui,Vide **Reddo.**

Trahere nomen. Celſus in Præfatione lib.5, Illud ante omnia ſcire conuenit, quòd omnes medicinæ partes ita connexæ ſunt,vt ex toto ſeparari non poſſint,ſed ab eo nomen trahant, à quo plurimum petunt.

Viget nomen Pythagoreorum,Vide **Vigeo.**

Non etiam ne,Vide **Ne** in principio præcedentis colũnæ.

Non. Non aliter,quàm. Caius in L.Siquis alicui. parag.vlt.ff. Mandati vel contra,Si mandatu meo Titio credideris,& mecũ mandati egeris,non aliter condemnari debeo,quàm ſi actiones tuas,quas aduerſus Titium habes,mihi præſtiteris.

Non aliter,niſi.Caius in L.2.ff.Quibus mod.pig.&c. Non aliter hoc facere conceditur,niſi prius ei debitum offerat.

Non magis ; quàm. Paulus in L. Fiſtulam, in princip. ff. de ſeruit.vrb.præd. Sed non poſſe prohiberi vicinũ,&c.nõ magis quàm ſi velit in triclinio ſuo,vel in cubiculo aquã effundere.

Noſco. Notio, pro cognitione iudiciali. Liuius lib. 7. de bello Pun.Meũit ad Cenſores,nõ ad Senatum,notionem de eo pertinere dicentibus.

Subtrahere notitiæ. Celſus libro 6. cap. 6, Vitandáque omni modo cauſa, quæ lachrymas excitet, curáque domeſticorum, quorum etiam ſiquid tale incidit, eius notitiæ ſubtrahendum: atque acria quoque medicamenta, & ægres cibi non alio magis nomine his nocent,quàm quòd lachrymas mouent.

Nota. Eiuſdem notæ.Id eſt eiuſdẽ generis.Seneca lib.2.Natu. Quæſt.Ex hac nota corporum aer eſt. Idem lib.3.epiſt.14,His adiicias & illud eiuſdẽ notæ. Sic ſecundæ notæ dicuntur,quæ ſunt infra primam excellentiam.

Præbere notam malitiæ. Plin.lib.11.cap.51,ad finẽ, Qui carnoſos à naribus angulos habent,malitiæ notam præbent.

Notare aliquid ab alio. Liuius 7. belli Punici.) Adde verba Liuii, Vt viſeret agros, cultáque ab incultis notaret. Id eſt diſcerneret.

Notari infamia. ff. De iis qui notantur infamia.

Notare, Reprehendere, aut reprehendendo ſcribere. Vlpian. in L. Iulianus etiam. ff. De iudiciis, Quæ ſententia vera non eſt, & à multis notata eſt.

Notari, Infamari. Vlpian. in L. i. Parag. Beſtias. ff. De poſtulando, Ergo qui locauerit, ſolus notatur, ſiue depugnauerit, ſiue non. Et paulo pòſt, Sed ſiquis operas ſuas locauerit, vt feras venetur, vel vt depugnet feram quæ regioni nocet, extra arenam: non eſt notatus.

Vrbium diruta rum fundamenta vix notabilia. Id eſt Ruinæ ipſæ vix apparent. Sene. i. de Ira.

NORVEGIA) Adde, Interpretatur Septentrionalis via. Nord enim Germanica lingua Septentrionem ſignificat: Varg, viam.

Nouerca. Delinimenta nouercalia. Maximus in L. 4. ff. De inofficioſo teſtamento, Quod plerique parentes faciunt, malignè circa ſanguinem ſuum inferentes iudicium, nouercalibus delinimentis inſtigationibúſve corrupti.

Noxa. Sine noxa. Celſ. lib. 7. cap. 26, Ergo & per ſe ſæpe excidit, etſi in primo, quod eſt anguſtius, inhæret, eodem tamen vnco ſine vlla noxa educitur.

Vacare omni noxa. Celſus libro 5. cap. 17, Nam ſiue ex oleo inferbuerunt, ſiue piri ſurculus cum his inſerbuit, omni noxa vacant.

Noxa ſtomachi. Celſ. lib. 4. cap. 19, Id guſtui non inſuaue eſt: & quodcunque opus eſt, aſſumptum leuiter, ſine vlla ſtomachi noxa ventrem tenet.

Noxia. Noxiæ eſſe, Damno eſſe. Celſus in L. Quintus Mutius. ff. Mandati, Cæterum in poſteriore caſu non oportet eſſe noxiæ fideiuſſori ſi ipſe pepercit pudori ſuo.

Noxius, cum genitiuo. Tacitus libro 5, Vt noxium coniurationis ad diſquiſitionem trahebat.

Noxiôſus, penult. prod. Aliud adiect. Seneca 1. de Clementia, Si noxioſiſſimo cuique animali in nos daretur poteſtas: ſi leones vrſique regnarent, quæ alia vita foret! Idem epiſt. 71, Quod animi, perditi noxioſique habent, non habebunt illi quos aduerſus hos caſus inſtruxit longa meditatio?

Nubes. Corio nubium craſſiore ſpiſſatur aer. Plin. lib. 2. cap. 51, Hyeme denſatus aer, nubium craſſiore corio ſpiſſatur.

Pulueris nubes. Curtius lib. 4, Hærebat in tergis fugientium victor: & proſpectum oculorum, nubes pulueris quæ ad cælum ferebatur, abſtulerat.

Nudus. Nuda verba, pro Apertis. Plinius epiſt. 79, Qui talia ſcripſerunt, non modò laſciuia rerum, ſed ne nudis quidè verbis abſtinuiſſe.

Nullus. Nulli duo. Plin. lib. 3. cap. 1, ad finem, Præterea aliunde aliis exordium mẽſuræ eſt, & alia meatus: ita fit vt nulli duo concinant.

Tam nullus. Plin. lib. 11. cap. 2. 1, In his tam paruis, atque tam nullis, quæ ratio, quanta vis, quàm inextricabilis perfectio?

Numus. Rediuiuus nummus pullulat arca exhauſta. Iuuenalis Satyr. 6. 37.

Nuncupo. Nuncupare, eſt Voluntatem ſuam circa hæredis inſtitutionem, legatorum dationẽ, cæteráſque teſtamenti partes coram ſeptem teſtibus lingua & voce exprimere, nominaréque, non ſcriptis aut tabulis. Vide Iuſtinianũ lib. 2. tit. De teſtamentis ordinandis. Parag. vltimo.

Nundinæ. Epulæ nundinariæ. Vlpian. in L. Cum ſocietas. ff. Pro ſocio, Vt vnus reliquis nundinarias epulas præſtaret.

Nunquis. Nunquid non. Vlpian. in L. Siquis. ff. Siquis omiſ. cauſ. teſt. Nunquid locus non ſit edicto?

Nuntius. Accerſitus Prætoris nuntio, &c.) Adde, Vbi apparitorem ſignificare videtur.

Sæuus atque ſanguinarius nuntius, Vide Sanguinarius in **Sanguis.**

Nuntius. Adiectiuum. Ouid. epiſt. 15. 1, Vror: habes animi nuntia verba mei.

Nuſcitioſi, Vide **Luſcitio** in præcedentibus) paginis huius codicis.

Nutrio. Nutritus pius & maternus. Sene. in Conſolat. ad matrem, Illius pio maternóque nutritu per longum tempus æger conualui.

Caſam nutriculam vocauit Quintilianus Decla. 13, vbi quis nutritus ſuit, Conſcios, inquit, natalium parietes, & ipſam nutriculam caſam.

Nutrimentum, pro eo qui alitur. Valerius lib. 9. cap. 3, Digna nutrimenta, quæ in exitum patriæ ſuæ, vt euenit, conuerterentur. Loquitur de filiis Annibalis.

Nutrimenta, nutrimentorum, Pro ipſa nutricatione poſuit Suetonius in Auguſto, cap. 6, Nutrimentorum inquit eius oſtenditur adhuc locus in auito ſuburbano iuxta Veliternas permodicus.

Nux. Nuciprûnum, nuciprúni, pen. prod. n. g. Prunũ inſitum nuci. Plin. lib. 15. cap. 13. 1, Peculiaris impudentia eſt nucibus inſitorum, quæ faciem parentis, ſuccumque adoptionis exhibent, appellata ab vtroque nucipruna.

Nucleus acini) Adde in fine, Paulo antè, 4, Nuclei acinorum eandem vim obtinent.

Nuclei olinarum, Teſtæ. Vlpian. in L. Carbonum. ff. De Verb. ſignif.

¶ Nucleus, Allii ſpica. multis enim ſpicis ſeu nucleis cõpactũ eſt allii caput. Plin. lib. 19. cap. 6. 11, Allium tenuiſſimis & quæ ſeparantur, in vniuerſum velatur membranis: mox pluribus coagmentatur nucleis, & his ſeparatim veſtitis: aſperi ſaporis: quo plures nuclei fuere, hoc eſt aſperius.

¶ Nucleus pinguitudinis. Plin. lib. 17. ca. 6, Eſt autem quidam terræ adeps, ac velut glandia in corporibus, ibi dẽſante ſe pinguitudinis nucleo. De marga.

Nyctalopa &c. Hic etiam luſcio,) Lege Luſcioſus.

Nyctalopia vitium ipſum eſt, vt Myopia. Dioſcorides tamẽ Nyctalopa pro vitio identidem accipit. Iudæus.

O

Obdo. Obdere ceram auribus. Senec. epiſt. 31.

Obduco. Obducere vultum, Quemadmodum Obducere frõtem. Senec. de Benef.

Obedio. Obedientia imperiorum. Plin. lib. 8. cap. 1. 1, Quippe intellectus illius ſermonis patrii, & imperiorum obedientia, officiorúmque quæ didicere memoria. De elephantis.

Obedienter, Aduerbium, &c.) Adde, Liuius lib. 8. ab Vrbe, Sub imperio Populi Rom. ſe obedienter ac fideliter futuros.

Obeo. Obire ſydera dicuntur quum occidunt. Plinius libro 2. cap. 16.

Obire in ſilentium. Seneca epiſt. 21.

Obire vadimonia, &c.) Adde, Interdum additur præpoſitio Ad. Plinius lib. 8. epiſt. 21, ad Minutianum. An ſi litibus tererer, obſtrictum eſſe me crederem obeunti ad mea vadimonia?

Obhorreo, obhorres, obhorrui, obhorrere. Plin. lib. 37. cap. 8. 6, Viliorii eſt turbæ praſius, cuius alterum genus, ſanguineis punctis obhorret.

Obleuio, oblénis, penult. prod. obleniui, pen. prod. & oblénii, oblenire, pro Lenire. Seneca de Ira, 3, Lectio illum carminum obleniat.

Obligo. Obligare fidem pro alio apud alium. Papin. in L. Bona fide. Parag. Vxor. ff. Ad s. c. Velleianum, Et ſi fidem ſuam pro ea, quam delegauit, apud virum obligauerit: locum, &c.

Obligare omnia bona ſua pignori. Scæuola in L. Titius. ff. Qui potiores in pig. & hypot &c. Obligauit pignori omnia bona ſua, quæ habebat, quæque habiturus eſſet. poſtea mutuatus à fiſco pecuniam, pignori ei res ſuas omnes obligauit, & intulit, &c.

Obligare ſe ſceleri. Seneca lib. 2. de Tranquil. vitæ, Venenum illud dando, ſceleri ſe obligauit, etiam ſi non nocuit.

Obligare pœnæ. Seneca de Benefic. 7, Opinio illius, ſua ac noſtra obligat pœnæ.

Obligatior, Comparatiuum. Plin. epiſt. 15, in fine, Quanto quis melior & probior, tanto mihi obligatior abit.

In obligationem deducere, Vide **Deduco** in præcedente codice.

Obliteo. Oblitui, præteritũ ab Obliteſco legitur apud Senecam epiſt. 56, Velut timidũ atque ineris animal mem oblimit.

Obliuiſco. Obliuioſus, quod obliuionem inducit. Horatius 2. Carm. ode 7. 5, Obliuioſo læuia Maſſico Ciboria exple.

Capere obliuionem alicuius rei, Vide **Capio.**

Obnoxius. Obnoxius pro crimine. Liuius lib. 8, Veſtra obnoxia capita pro licentia Q. Fabii obiicit.

¶ Obnoxius, Abſolutè. Plinius lib. 14. cap. 2. 6, de generibus vitiuni, Fecenia, & cum ea florens biturica, acino rariore, nunquam floris obnoxii, quoniam antecedunt, ventiſque & imbribus reſiſtunt.

Obnubilum, &c.) Adde, Vtitur & Suetonius in Nerone, cap. 44.

Obnunciatus, pen. prod. Adiectiuum. Solinus ca. 15. de gruibus, Volatus deſidiam caſtigat, vocéque cogit agmen. Eaubi obnuncata eſt, ſuccedit alia.

Obrepo. Obrepit creditor. Vlpian. in L. Si fideiuſſor cõ. Parag. Si cum. ff. Mandati vel contra, Debitor enim debuit notum facere fideiuſſori, iam ſe ſoluiſſe: ne forte creditor obrepat, & ignorantiam eius circũueniat, & excutiat ei ſummam, in quam fideiuſſit.

Obrodo. Obrôſus, pen.prod. Participium, Circunroſus. Plin. lib.37.cap.2.6, Potauit ex eo ante hos annos Cõſularis ob amorem obroſo eius margine, vt tamen iniuria illa pretium augeret. De poculo murrhino.

Obſecro. Obſecrare veniam. Plin. epiſt.106, Laus potius ſperanda, quàm venia obſecranda eſt.

Obſequor. Obſequentia, obſequêtiæ. Cæſar lib.7. bel. Gal. Factum imprudentia Biturigum & nimia obſequêtia reliquorũ.

Obſero/obſeui. Obſitus vlceribus. Senec. de Vita beata, Papulas obſeruatis alienas, obſiti plurimis vlceribus.

Obſeruo. Obſeruãtia pro obſeruatione vel cõſuetudine. Suet. In Auguſto, cap.76, Ex hac obſeruantia nonnunquam vel ante initium, vel poſt dimiſſum conuiuium ſolus cœnitabat, quum pleno conuiuio nihil tangeret. Vlpian. in L.1.ff. De militari teſt. Si ad diligentiam legum & obſeruantiam reuocentur.

Obſeruito, obſeruitas. pen.corr. obſeruitãui, obſeruitâre, Frequentationum. Cic.1.de Diuinat.165, Neque ſolum deorum voces obſeruitauerunt Pythagorei, ſed etiam hominum quæ vocant omina.

Obſideo. Inter Obſidere & Oppugnare vrbem differẽtia hæc eſt, quòd illud ſit mora, hoc impetu. Liuius lib.1.ab Vrbe, Conſiliis ab oppugnanda vrbe ad obſidendam verſis.

Obſigillo/obſigillas, obſigillãui, obſigillare, Abſcondere. Senec. epiſt.1.lib.11, Nunc multa obſigillant, & aciẽ veſtram vel ſplẽdore nimio repercutiunt, vel obſcurè retinent. Alludit ad morem antiquũ obſignandi annulo quæ clauſa eſſe volebant.

Obſoleo. Obſoleſio, obſoleſis, obſolefactus ſum, obſolefieri. Seneca epiſt.29, Dilatur authoritas, nec habet apud eos ſatis ponderis, quos poſſet minus obſolefacta corrigere. In alio autem ſignificatu apud Valeriũ lib.5.ca.5. Idẽ Prætoræ petitor cãdidam togam adeò turpitudinis maculis obſolefactam in campum detulit. Id eſt inquinatam.

Obſtino. Obſtinatus, cum infinitiuo. Liuius libro 1. Decad.5, Quum ex inſperato iam obſtinatis mori ſpes affulget.

Obſto. Obſtare in. Senec. de Benefic.7, Quia in laudem vetuſtorum inuidia non obſtat.

Obſtãtur, Imperſonale. Senec. epiſtola 31, Quærendum eſt, quod non fiat in dies deterius, cui non poſſit obſtari.

Obſtringo. ¶ Obſtringere ſe hæreditati, eſt eam occupare & ſibi vendicare. Paulus in L. Si is ad.ff. De acquirenda vel omit. hæred. Nam vt quis pro hærede gerendo obſtringat ſe hæreditati, ſcire debet, qua ex cauſa hæreditas ad eum pertineat.

Obſtringere aliquem debito, Debitorem conſtituere. Senec. lib.6. de Benefic.

Obſtrictus actione mandati, vel negotiorum geſtorũ. Aphricanus in L. Cum mancipium. ff. De Ædilit. edicto.

Obſtrictus, huius obſtrictus, Angustia. Senec. lib.5. Natu. quæſtio. Per hæc loca quum ſe exitum quærens tempus torſit, accendat flammam ipſo obſtrictu neceſſe eſt.

Obſuo/obſui, obſui, obſũtum, pen. prod. obſuere, Circum ſuere. Ouid.1. Faſt. in Feralium mentione,

Quódque pice aſtringit, quod acu trajecit ahena,
Obſutum mentæ torret in igne caput.

Obtero. Obtritus vehiculo. Vlpian. in L. Si pecuniam. §. vlt. ff. De condict. cauſ. data, non, &c.

Obtrecto. Obtrectare laudes. Liuius lib.5. Decad.5.

Obuio. Obuii è diuerſo. Plin. lib.8. cap.50.2, Solertiam eius animalis Mutianus viſam ſibi prodidit in ponte prætenui, duabus obuiis ediuerſo. De caprit.

Obumbro. Obumbrare, cum dativo. Plin. lib.17. ca.21.11, Meliórque ea vino, quando ſibi ipſa non obumbrat, aſſiduóque ſole coquitur, & afflatum magis ſentit.

Occubo. Morte occubare. Liu. 8. ab Vrbe, 49, Memores Conſulis pro veſtra victoria morte occubantis.

Occurro. Occurrit pernionibus, &c.) Adde, Sic lib.16. cap.7-4, Cuicunque ſanguinis vino intus occurrit ſuccus quinquefolii. Ibidem, cap.8. 17, Ladanum Cyprium potum interaneorũ vitiis occurrit.

Occurrere ad iudicium. Vlpian. in L.2.§.1.ff. Siquis caut. in iudic. ſiſtendi, &c. Simili modo & ſi ad teſtimoniũ deſideratus, ad iudicium occurrere non potuerit. Id eſt ſiſti iudicio.

Occurſare, ſignificat interdum promptitudinem memoriæ. Plin. epiſt.27, Occurſant verba, ſed qualia: quæſita & exculta.

Octo. Octonarius, Adiectiuum. Plin. lib.31. cap.6.2, Fiſtulas denũm pedum longitudinis eſſe, legitimum eſt. Etſi quinariæ erunt, ſexagena pondo pendẽre: ſi octonariæ, centena: ſi denariæ, cẽtena vicenaꝫ ac deinde ad has portiones. Denaria appellatur, cuius laminæ latitudo antequam curuetur, digitorum decem eſt, dimidióq; eius quinaria. Loquitur Plinius de aqua per fiſtulas ducenda.

Oculus. Potentia oculi. Celſus lib.6. cap.6, de ſuffuſione oculorum, Suffuſio quoque, quam Græci ὑπόχυσιν nominant, interdum oculi potentiæ, qua cernit, ſe opponit.

Tunicæ oculi. Celſ. lib.7. ca.7, Hæ duæ tunicæ quum interiora oculi cingant, &c.

Viſum oculorum amittere. Plin. lib.7. cap.50.1, Pub. Cornelius Ruſus qui Conſul cum M. Curio fuit, dormiens oculorum viſum amiſit, quum id ſibi accidere ſomniaret.

Hebetare oculos. Plin. lib.20. cap.6.11.

Imponere oculos prædis alicuius, Iniicere. Imp. Dioclet. L.1. tit. De præſcriptione triginta vel quadraginta annorum.

Reſtituere oculum in ſedem ſuam. Celſ. libro 6. cap.6, Quòd ſi per hæc reſtitutus oculus in ſedem ſuam non eſt, eodémque modo prolapſus permanet, ſcire oportet, lumen eſſe amiſſum.

Subſidunt oculi. Celſ. lib.2. cap.6, Pituita in oculis innatans nouiſſimè in angulis inhæreſcit: altérque in his minor eſt. hique aut vehementer ſubſederunt, aut facti tumidiores ſunt, pérque ſomnum palpebræ non committuntur, &c.

Ocellatus) Adde in fine, Suetonii locus eſt in Auguſto, cap.83, qui nunc ſic legitur, Animi laxandi cauſa, modò piſcabatur hamo: modò talis, aut ocellatis, nucibúſque ludebat cum pueris minutis. Alii legunt oſcillatis.

Ocularius, Adiectiuum. Solinus cap.37, Cuius ſuccus proficit ad ocullariam claritatem. De euphorbia.

Ocularia ægritudo. Solinus cap.10, ad finem, Aut etiam ocularias diſſipant ægritudines.

Medicus ocularius. Celſ. lib.6. cap.6, Euelpides autem qui ætate noſtra maximus fuit ocularius medicus, vtebatur eo quod ipſe compoſuerat.

Odi. Venire odio omnibus. Plin. libro 28. cap.3.18, Rurſus tali ſiniſtri cinere decocto cum ſanguine muſtelæ, perunctos omnibus odio venire.

Odor. Recentis odoris mâla,) Dele hunc verſum, & adſcribe adiectiuis ſequentibus.

Vaſtitas odoris. Plin. lib.31. cap.6.4.
Aggrauans capita odor. Plin. lib.11. cap.17.8.
Anguſti odoris roſa. Plin. lib.21. cap.4.1.
Argutus odor. Plin. lib.15. cap.3. ad finem.
Auſterus odore. Plin. lib.21. cap.25.7.
Dilatus odor. Plin. lib.15. cap.28.1.
Ferus odor. Plin. lib.21. cap.17.5, Synceri odor debet eſſe ferus, & quodammodo ſolitudinem redolens.
Non inelegans odor. Plin. lib.21. cap.25.1
Iucundè grauis odor. Plin. lib.21. cap.10.5.
Mali odoris vrina craſſa. Celſus lib.2. cap.6, Vrina rubra & tenuis in magna cruditate eſſe conſueuit. & ſæpe antequã ſpatio maturelcat, hominem rapit. Itaque ſi talis diutius permanet, periculum mortis oſtendit. Peſſima tamẽ eſt præcipuéque mortifera nigra, craſſa mali odoris.
Potentiſſimus odor. Plin. lib.13. cap.1.1.
Recentis odoris mâla. Iuuenal. Saty.11.10.
Roſcidus odor. Plin. lib.14. cap.2.11.
Vinoſus odor. Plin. lib.27. cap.4.14.

¶ Abolere odorem. Plin. lib.18. cap.9, Crebro poſtea coquitur, donec omnis odor aboleatur.

Defluit celerrime odor, Id eſt euaneſcit. Plin. lib.13. cap.1.6.
Euaneſcit odor celerrime. Plin. lib.13. cap.1.6.
Frui ex vtraq; parte corporis odore prodigo. Plin. li.13. ca.3.5.
Odorem oris tollit, gingiuas aſtringit, dentes firmat. Plin. lib. 23. cap.2.1. De aceto ſcillino.

¶ Odoratus, Odor. Plin. lib. 15. cap.13.3, Folia coriandri tenuiora, graui odoratu.

Offendo. Offenſio & Gratia, contraria. Plin. li.19. ca.1.3, Quod apud alios gratiam, apud alios offenſionem habet.

Habet offenſionem hæc res apud aliquos. Plin. lib.19. cap.1.3.

Sentire offenſam in cœna. Celſ. lib.1. cap.6, Siquid offenſæ in cœna ſentit, vomere debet, &c.

Offero. Negotiis alienis ſe offerre, Vide **Negotium** in pagina præcedente, tertia ab hac.

Officſum. ¶ Officina, Ipſa (vt ita dicam) factio, operatio, vel fabricatio. Plin. li.11. ca.2.1. In magnis ſiquidem corporibus, aut certè maioribus, facilis officina ſequaci materia fuit. In his tam parvis, &c. De inſectis.

Offoco/offócat, pen. prod. offocâre. Præfocare. Florus lib.2. cap. 11, Quum catenas morſibus & ore tentaſſent, quum offocandas inuicem fauces præbuiſſent.

Olea. Oleaceus,) Scribe, oleæ vel olei ſimile.

Olearius vſus. Plin. lib.31. cap. vltimo, 6, Extra has ſunt rotundæ in olearia vſu cochleæ.

Oliua. Molæ oliuariæ. Pomponius in L. Cum fundus. ff. De

instruc.vel instrum.legato.

Omnis. Omnino,pro Tárummodo)Adde in fine,Plinius lib. 10.cap.74.1, Ægithus auis minima cum asino inimicitias gerit. Spinetis enim se scabẽdi causa atterẽs,nidos eius dissipat: quod adeo pauet,vt voce omnino rudẽtis audita,oua eiiciat,pulli ipsi metu cadant.

Onus. ¶Annonam onerare, Cariorem facere. Vlpian.in L. Annonam.ff.De extraord.criminib.Onerant annonam etiam stateræ adulterinæ.

Opera. Operas quoque,&c.) Opera,numero singul.in eadem significatione.Horat.1.Serm.satyr.7.14.

ocyus hinc te
Ni rapis,accedes opera agro nona Sabino.

Operati auditioni. Plin.lib.16.cap.2, ad finem, Sedere nanque in his scholis auditioni operatos gratius erat, quàm ire per solitudines,& quærere herbas alias aliis diebus anni.

Opimus. Cibus opimus.Plin.lib.11.cap.22.14.

Quæstus opimi.Plin.lib.10.cap.51.

Victima opima.Plin.lib.10.cap.21.4.

Opimitas,pen.corr.opimitátis,f.g.Solinus cap.59,Nam protinus atque poma eius ceciderint maturitate,alia protuberant:eáque tantum est opimitati mora,vt fœtus decidant antè nati.De arbore medica.

Opimo, opimas,&c.) Adde,Solinus cap.50, Mesopotamiam opimat annuæ inundationis excessibus , ad instar Ægypti amnis terris superfusus,inuecta sŏli fœcunditate.De Euphrate.

Opinio. Opinio rei alicuius.Cels.lib.1.in Proœ. Cuius autem rei nó est certa notitia, eius opinio certum reperire remedium non potest.

Aduersa opinio,Diuersa,contraria.Plin.lib.9.ca.7.3,Ipsorum quoq; qui sunt,in aduersa opinione de somno pisciũ cõfessio.

Opo. Reperire opẽ.Cels.in Proœmio lib.1,Quòd si iam incidat mali genus aliquod ignotum,non ideo tamen fore medico de rebus cogitãdum obscuris: sed protinus eum visurũ,an morbo id proximũ sit:tentaturũ q;remedia similia istis,quæ vicino malo sæpe succurrerint,& per eius similitudinẽ opẽ reperturũ.

Ora. Oræ vulneris.Cels.lib.5.cap.26,Fascia verò ad vulnus deligandum lintea aptissima est, eáque lata esse debet,vt semel iniecta non vulnus tantùm, sed paulùm vtrinque oras eius cõprehendat. Idem lib.7. cap.7, Oræ vulneris inter se simplici futura committendæ.

Oraculum. Oraculum,dictum alicuius,&c.)Adde;Columel. lib.11.cap.1.20,Nam illud verum est M.Catonis oraculum, Nihil agẽdo homines male agere discunt. Plin.lib.18.ca.19.1,In arando magnopere seruandum est Catonis oraculum,&c.

Orbus. Orbus veneno.Plin.lib.8.cap.19.1,Omnia secessus tẽpore veneno orba dormiunt.

¶Orbitas recti, Amissio. Plin.lib.35.cap.3.6,Extant certè hodiéq; antiquiores vrbe picturæ Ardeæ in ædibus sacris,quibus equidem nullas æquè demiror, tã longo æuo durãtes in orbitate recti,veluti recentes.Hoc est amisso tecto.

ORCVS. Orcus,inquit Festus,ab vrgendo,&c.) Scribe,Orcus, fluuius infernalis, ab vrgendo dictus,quòd ad mortem vrgeat.

Orcinus,Adiectiuum ab Orco:vt Libertus Orcinus,qui directo liber fit:sic dictus,quòd ab eo,qui ad Orcum,hoc est mortẽ,tendit,manumittitur.Quidam non Orcinum,sed Orthinũ potius dicendum putant.ab ὀρθὸς quod directum significat.

Ordo. Retroagere ordines,Vide Retroago in **Retro.**

ORGE,fons nob.lis in Narbonẽsi prouincia. In eo herbæ nascũtur in tãtum expetitæ bubus, vt mersis capitibus totis eas quærant . Sed illas in aqua nascentes certum est non nisi imbribus ali.Plin.lib. 18.cap.12.ad finem.

Oriuntur. Oriuntur vlcera.Cels.libro 6.cap.13,Alia quoque vlcera in gingiuis oriuntur,quibus eadẽ quæ in reliquo orę succurrũt.

Oro. Aspera oratio,Vehemens.Curtius lib.6,Itaque Amyntas regis Prætor inclinatam ad misericordiam concionem rursus aspera in Philotam oratione commouit.

Hilarior renidet oratio,Vide **Renideo.**

Secunda oratio,Grata,fauens, plausibilis. Sallust.in Iugurth. Hominem ob morbos animo parum valido,secunda oratione extollit:illum regẽ,ingẽtem virum,Masinissæ nepotẽ esse, &c.

Os/oris. Os,de gallina.Plin.lib.10.cap.56,Ore rubicundo.

Os inculcatum,Id est facies inornata. Tibull.lib.1.eleg.8.3.

Os/ossis. Reponere os. Cels.libro 8.cap.10,Vbi paulo longius quàm naturaliter esse debet,membrum vis fecit, tum demum ossa manibus in suam sedem compellenda sunt: indiciúmque ossis repositi est,dolor sublatus.

Verticulatum os. Cels.lib.8.ca.1,Superius autem humeri caput rotundius,quàm cætera ossa de quibus adhuc dixi, verticulatis scapularum ossibus inseritur , ac maiore parte ex transitu neruis deligatur.

Oscito. Oscitantes hesternæ potationis.Quintil.lib.8.cap.3.

Otium. Demens otium.Plin.lib.1.cap.13.1,Id enim velle, pene dementis otii est.

Subitum otium ex nimio labore. Cels.lib.1.cap.3, Item neq; nimio labore subitũ otium, neque ex nimio otio subitus labor sine graui noxa est.

Ouum. Cynosura oua,Vide suo loco.

Durum ouum,molle,sorbile,Vide Sorbilis in **Sorbeo.**

Hypenemia oua.Vide suo loco.

Irrita oua, Vide **Vrinum** ouum.

Præmollia oua,Vide **Præmollio.**

Vrina oua,Vide suo loco.

Zephyria oua,Vide suo loco.

Concipere oua.Plin.lib.9.cap.51.7.

Maturare oua.Plin.lib.9.cap.57.3.

Párere oua.Plin.lib.10.cap.9.2.Vide **Pario.**

Ab ouo,&c.Vide **Ad** præpos.) Scribe,Vide **Vsque.**

Oxyporum) Adde in fine.Statius 4.Syl.9.8,Non sal, oxyporúmve,caseúsve.

P

Paciscor. Rem aliquam alia paciscí. Senec.1.de Clement.Securitas securitate mutua paciscenda est.

PADVS. Padaneus,Adiectiuum . Solinus cap.53, Pretium operæ est ire longius, ne Padaneæ sylvæ credátur lapidem fleuisse.

Padagia vocat Seneca vbi puer vehebantur, epist.114, Omnium pædagia,inquit,oblita facie vehúntur,ne sol,ne frigus teneram cutem lædat.

Palam. Palam,cum ablatiuo,pro Coram,præpositio est.Liu. lib.6.ab Vrbe,Inde rem creditori palam populo persoluit.

Palano/Vide Palor,palaris,in **Palus** priore producta.

Palatus,Partic.à Palor palaris.Vide **Palus** priore producta.

Palea. Paleãtum,pen.prod.Adiectiuum, &c.Columella de Arboribus,lib.8.2.)Lege cap.8.2.

Luto paleato.Plin.lib.15.cap.17.5,Quas luto paleato illinunt. Adde, Idem lib.17.cap.14.12.

PALES. Palilia,Paliliorum)Adde in fine,Vide PARILIA.

Pallor. Pallere,pro Timere,&c.Adde,) Horat.3.Car.ode 17.6,

-& scatentem
Beloris Pontum medialque frandes Pallit audax.

Palma. ¶Palmipes,Aliter.Plin.lib.17.cap.20.1, Populus alba seritur bipedaneo pastinatu, talea sesquipedali, biduo siccata, palmipede interuallo , terra superiniecta duorum cubitorum crassitudine.

Palmarium,palmarii,Salarium victoriæ. Vlpian.in L.1. Paragr. Sicul.ff.De extraordinar.cognit.Etsi nomine palmarii cautum sit:sic tamen,&c.

Pando. Passum ac tusum linum.Plin.libro 19.in Proœmio,5, Denique tam parno semine nasci,quod orbem terrarum vltro citróque portet:tam gracili auena,tam nõ alte à terra tollinæque id viribus suis necti,sed passum tusúmque & in mollitiem lanæ coactum,&c.

Panis. Panarium,&c.) Sueton.in Domiti. cap.4, Præbuit & largissimum epulum Senatui equitique panaria:plebeiis,sportellis cum opsonio distributis. Stat.1.Syl.6.7,

Hi panaria,candidásque mappas
Subuectant,epulásque lautiores.

Pannus. Fœx pannosa.Pers.sat.4.4.

Paracentesis,pen.prod. Curatio quæ fit manuchirurgi, quũ morbus aliter curari nequit.Inungitur prius locus:deinde acus vel hamulus infigitur. Plinius lib.15.cap.13.1,Pupillas dilatat: & ideo hoc inunguntur antè quibus paracentesis fit. Cælius lib.16.cap.3, Sunt qui paracentesin vocant,quũ perforatur venter hydropicorum aquæ educendæ gratia. Sed si oculorum congelatus humor eodem emittatur modo,eadẽ seruabitur appellatio . Id verò ferramentum quo id præstatur , recte paracenterium dixeris.

Parco. Parcere gladio, pro Abstinere à cædibus. Seneca epist. 115. Sic Lucanus libro 1.3.

-quóque ira tulisset
Ferre manum:& nunquam temerando parcere ferro.

Parcitum est. Plin.lib.33.cap.4.11,Italiæ parcitum est vetere interdicto patrum.

Parsûrus,penult.prod.) Ac me requis quidem. Scribe, Ac ne requis quidem.

Parcitas,parcitatis,&c.)Adde Senec.1.de Clemen.Ciuitatis mores magis corrigit parcitas animaduersionum.Id est non frequens, aut non austera nimium punitio.

Parento. Parentor,parentâris, parentâri, Deponens. Seneca epist.123,Non coniuantur, sed iusta sibi faciunt. Mortuis certè vini parentantur.

Pareo. Páritum conditioni.Scæuola De dote relegata,L.Quú dotem, Quæsitum est,quum res in dotem datæ plures ipso vsu finitæ essent,nec moriente marito fuerant,an quasi sub impossibili conditione legum datum videatur. Respondi videri conditioni páritum,si quod ex rebus in dotem datis superat,in potestatem hæredi peruenit. Iabolenus in L.Non ex.ff.De recep. arb. Non ex omnibus causis ex quibus arbitri páritum sententiæ non est,pœna ex compromisso committitur.

Paricidium. Paricidális,& hoc paricidále,pen.prod.Adiect. Quintil.Declamat.4.Excedit omnem calamitatem innocentiæ suæ nõ credere,semper timere, suspectum habere animum suũ, calumniari manus,incusare visus,& paricidalem agere cogitationem. Iterum Declam.16,Vidi truces loquentis oculos, vultus paricidali ardore suffusos.

Pario. Oua pariuntur.Plin.lib.10.cap.51.3.

Maturus partus. Celsus lib.7.cap.29,Vbi concipit autẽ aliqua, si iam propè maturus partus intus emortuus est,neque excidere per se potest, adhibenda est curatio quæ numerari inter difficillimas potest.

Edere partus perfectos,vel inchoatos.Plin.lib.10.cap.63.5.

Eniti partum.Liu. 10.bel.Maced.4, Et apud eum plures enixa partus.) Adde,Plin.lib.7.cap.5.1,Quatuor partus enixa.

Partus excluditur diebus ter nouenis.Plin.lib.10.cap.59.2.

Reddere partum.Plin.lib.10.cap.11.3,Ore eos párere aut coire vulgus arbitratur.Ideóque grauidas,si ederint coruinum ouum, per os partum reddere: atque in totum, difficulter párere,si tecto inserantur.

Sustinere partum.Celsus lib.2.cap.10, Mulieríq; prægnãti post curationem quoq; viribus opus est,non tantum ad se,sed etiam ad partum sustinendum.

Densus vuarum partus.Plin.lib.14.cap.2.7.

Paro. Animus paratus bello & paci.Liuius 1.ab Vrbe.

Paroculi, paroculórum, à paribus oculis dicũtur. Suetonius in libro de Claris rhetoribus, de Sext. Clodio, Malè oculatus & dicax paroculorum.

Pars. A Meridianis partibus.Plin.lib.7.cap.50,ad finem,Qua in re obseruatum,à Meridianis partibus ad occasum Solis pestilentiam semper ire.

Partes de cœna.Sueton.in Domitiano,cap.11, Partibus etiam de cœna dignatus est.

Particulatim, pro Separatim, quod vulgò dicimus *Particulariter*.Seneca epist. 68, Vota quædam aperta & professa sunt, quæ particulatim fiunt.

Particeps illi in,&c.Quintil.Declamat.3,Mater prædura,& in plerisque ruris operibus marito particeps.

Participare lucrum aut damnum alicuius.Pomponius in L.Si igitur.ff.Pro socio. Æquum est enim, vt cuius participauerit lucrum,participet & damnum.

Participare consilium cum aliquo.Paulus in L.Paulus respõdit,in fine.ff.De legationibus. Papin.in L.Mater.9.In eũ.ff.Si quis omiss.cau.test.&c.Si fraudis consilio cum hæredibus scriptis participato,legitimam hæreditatem solus possideat.

Partiri hominem per vices,pro Vicissim possidere. Plin.epist. 3,Possidémne te,& per vices partiuntur? Id est nunc ille locus te habet,nunc alius.

PARTHENIATAE,Vide TARENTVM.

Parum. Parum bene.Vlpianus in L.Sed etsi.Paragr.vlt.ff.Ad leg.Aquil.Sutor(inquit)puero discenti ingenuo filio familiãs parum bene facienti quod demóstratum erat, forma calcei cerui cem ita percussit,vt oculus puero perfoderetur.

¶ Minus pedalis. Plinius lib.22.cap.22.13, Condrillon siue condrille,folia habet intubi circumrosis similia , caulem minus pedalem,succo madentem amaro.

Paulum aliquid,pro Exiguo tempore.Quintil.lib.12.cap.3, ad finem, Alii pigritiæ arrogantioris, qui subitò fronte confecta, immissáque barba,velut despexissent oratoria præcepta,paulum aliquid sederunt in scholis philosophorum,&c.

Paulo post,pro Paulo infra,vel paulo minus.Hirtius de bello Alexand.Hoc prælio desyderati sunt ex numero legionariorum militum circiter quadringenti:& paulo post eum numerũ classiarii & remiges.Id est aliquantulo pauciores.

Paulatim,cum genitiuo.Cato cap.74,Aquæ paulatim addito, subigitóque pulchré.Hoc est paululum.

Pasco. Esse in pastu.Plin.lib.31.cap.1.8,Homines quibus in pastu est,piscem olent.Hoc est,qui eo vescuntur.

Passus. Magnitudinem passus colligere licet ex descriptione stadii,quæ habetur Plinii libro 2.cap.23,Stadium,inquit, viginti quinque nostros efficit passus,hoc est pedes sexcentos x x v.

Pastinum. Pastinum) Aliter sumit Papinianus in L.Diuortio, in fine. Et Palladius lib.1.cap.10,dum de pastino instituẽdo loquitur,Pastinum instituere,est agrum vitibus destinatũ fodere, frutices & arbores inutiles summouere,seminaria facere, arbores quadragenis pedib' distãtes,quib' vitis adnectatur,disponere.

Pastomides,&c. Lucilius,Pastomides huic de naribus ingẽtes pendent) Arbitror ita legendum, Pastomides huic ingentes de naribus pendent. vt sit hexameter heroicus.

Pater. Patria,pro quacunque regione simpliciter. Virgilius 1. Æneid.109, -quæve hunc tam barbara morem
Permittit patriæ hospitio prohibemur arenæ.

Patina. Patinarius,Substantiuum,Qui patinam curat & exercet,heluo.Suetonius in Vitel.cap.17,Aliis incendiarium & patinariũ vociferantibus, parte vulgi etiã corporis vitia exprobrãte.

Patior. Consolari patientiam verberum. Curtius lib.8, Quidã adiiciunt,quũ Hermolaus apud eum quoq; verberatũ se à rege quereretur,dixisse Calisthenem,meminisse debere eos iam viros esse.Id'que an ad consolandam patientiam verberũ, an ad incitandum iuuenum dolorem dictum esset,in ambiguo fuisse.

¶ Rumpere patientiam. Sueton.in Tiberio,cap.24,Principatum,quãuis,&c.diu tamen recusauit impudẽtissimo animo nũc adhortantes amicos increpans,vt ignarot quanta belua esset imperium:nunc precantem Senatum,& procumbentem sibi ad genua,ambiguis responsis & callida cũctatione suspẽdens: vt quidam patientiam rumperent,atq; vnus in tumultu proclamaret, Aut agat,aut desistat.Ille patientiam sumit pro μακροθυμίᾳ,quã longanimitatem interpretantur.Erasmus.

Patro. Patres patrati,&c.) Liuius 1.ab Vrbe,Pater patratus ad iusiurandum patrandum,id est sanciendum sit.

Pauco, paues,&c.)Pauere plus est quàm Timere.Tacitus lib.4, Id ipsum,inquit,pauentes quod timuissent. Nempe quia timor quem animo conceperant,aspectu augebatur.

Paueo.cum accusatiuo.Plin.in Paneg.117,Illos posteros libertatis nec terret Cæsar,nec pauet.

Pauesco,cũ accusat.Tacit. lib.1, Plures bellum pauescere, alii cupere.

Pausa. Pausarius,pausarii,Qui pausam voce designat.Seneca epist.57,Sic me ad omnia duraui,vt audire vel pausarium possim voce acerbissima remigibus modos dantem . Id est significantẽ quando vel intendere vel remittere conatum debeant.

Pax. Pacificare,sine adiecto,pro Transigere de pace. Liuius libro 5, Inter hæc pacificatum legati à Volscis & Æquis venerũt.

Peculium. ¶ Peculiariter, Ex peculio, vel in peculio. Paulus in L.3.Parag.Saltus.ff.De acqui.vel ami.poss.Nec mouere nos debet,quòd quædam etiam ignorãtes possideamus, id est quæ serui peculiariter parauerunt.

Pecunia. Maioris pecuniæ res, Id est maioris pretii & æstimationis.Hermogenianus in L.Rei maioris.ff.De except. præscrip.& præiudicijs.

Pecus. Pecu,huius pecu,n.g.indeclinabile,&c.)Adde in fine, Plinius lib.8.cap.43.1, Nec æquinoctio verno,vt cætera pecua, admittitur.

Pecuarius,Adiectiuum,&c.) Adde in finem.Plin.lib.10.cap.8.1.

Pellio. Producere pelles dentibus,Vide Produco.

Stragulum pelliceum.Paulus in L.Cum & tunicam.ff.De auro,argento,&c.

Pendeo. Pendere ad.Sene.de Tranquillitate vitæ,Quod necesse est ad sua vota pendentibus,tota vita pendent.

Pendere leui momento fides dicitur, quæ facilè corruit .Liuius libro secundo.

Penna. Penna est quod plumis vestitur.Seneca epist.41, Dixi te pennam tenere : mentitus sum,plumam tantùm tenebas.

Caules pennarum.Vide Caulis.

¶ Penna non solùm est auium.Apud Plinium lib.11.cap.18, titulus est De pennis insectorum. In quo capite pennas etiam scarabeorum vocat.

Penuo. Penuarius.Sueton.in Augusto, cap.6, Locus permodicus,& cellæ penuariæ instar.

Per. Per illa tempora,pro Illis temporibus.Liuius lib.6,Perraræ literæ per illa tempora fuere.

Per contrarium.Vlpian.in L.Iulianus.Parագr. Si venditor.ff. De actio. empt. & vend. Per contrarium quoque idem Iulianus scribit. Vlpian.in L.1.Parag.Quemadmodũ.De agnosc.vel al. Quemadmodum & per contrarium si maritus vxore,&c.

Per,pro eo quod nos Gallicè dicimus *Au travers*, Plin.libro 11. cap.5.3,Fructus per folia solubus coctus,prædulci sapore.

Perago. Peragere verum indicium, pro Indicium comprobare.Liuius lib.6.ab Vrbe.

Peragere,pro Fortiter agere.Senec.epist.50, Hunc quẽ Græci æstrum vocant pecora peragentem. & totis salubus dilipanté. Id est vrgentem ad continuum cursum.

Pera. Perula,perulæ,&c.)Seneca epist.91,Exemptum protinus è perula calicem fregit.

Percolo,&c.Seneca lib.1.Natur. Quæſt. eleganter dicit eos qui ſe ventri putant viuere,cibos & poſiones percolaret quia ingerunt in ventrem quod mox velut colatum defluit.

Percoquo. Terra dicitur percoquere meſſem,dum ad maturitatem fouet.Plinius epiſt.101, Colles optimam meſſem ſerius tantùm,ſed non minus percoquunt.

Sol percoquit fructus.Seneca de Benefic.7, Annum curſu ſuo temperat,alit corpora,ſata euocat,percoquit fructus. De Sole.

¶ Percoctus,Perfectè maturus.Plin.lib.15.cap.19.3,Succus maturescentibus lactis,percoctis mellis.De ficis.

Percrescо,percreſcis,percreui,percrétum, pen.prod. percreſcere.Quintil.lib.7.cap.1,Nam vis quæſtionum percreſcere debet, & ad potentiſſima ab infirmiſſimis peruenire. Legunt quidam Semper creſcere.

Percunctor. Percunctor,cum duplici accuſatiuo.Liuius 9.bel. Macedon.Eſſe quæ eum quoque percunctari vellet.

Percutio. Percutere animum ſuſpicione religionis.Seneca epiſt. 41, Siquis ſpecus ſaxis penitus exeſis montem ſuſpenderit, non manufactus,ſed naturalibus cauſis in tantam laxitatem excauatus,animum tuum ſuſpicione religionis percutiet.

Percuſſus forma aliqua,Signatus,formatus:propriè de nummis dicitur.Seneca epiſt.34,Omnia facta dictáque inter ſe congruant: reſpondeant ſibi,ac vna forma percuſſa ſint. Idem lib. de Benefic.5, Habere æs alienum dicitur & qui aureos debet, & qui eorum forma publica percuſſum, quale apud Lacedæmonios fuit.

Perduro. Perdurâtus,Adiectiuum,pen.prod.Seneca de Tranquillitate vitæ, Et quicquid imbecillum in animo nec perduratum exulcerat,id eſt nondum confirmatum.

Peremptalia fulmina, apud Senecam,1. Natu. quæſt. quibus tolluntur priorum fulminum minæ.

Peregrinus. Peregrinitas, alio ſignificatu apud Quintilianũ lib.11.cap.3,Si fuerit os facile,explanatũ,iucũdum,vrbanũ, id eſt in quo nulla neq; ruſticitas, neque peregrinitas reſonet. Peregrinitatem vocauit oris vitium,quod te inquilinum & alienigenam,non in vrbe natum prodat.

Pereo. ¶ Minoris perire.Plin.lib.7.cap.7.1,Tu qui corporis viribus fidis,tu,&c.tanti perire potuiſti.Atqui etiam hodie minoris potes,quantulo ſerpentis ictus dente: aut etiam,vt Anacreon poeta,acino vuæ paſſæ.

Perfero. Perferre legem.) Adde in fine, Vide Suetonium in Auguſto,cap.34.

Perferre rogationem,eſt ita ferre vt plebs ſciſcat.Liuius 6.bel. Maced. Patres rogationem ad populum ferri iuſſerunt, vellent, iuberéntne cum Antiocho rege bellum iniri ſi ea prolata rogatio eſſet: ſi ita videretur Conſulibus,rem integram ad Senatum referrent.P.Cornelius eam rogationem pertulit.

Perficio. Coria perficere.Vide **Corium.**

Pelles perficere.Plinius lib.24.cap.11.8,Alia eſt erythrodanus, quam aliqui ereuthodanum vocant, nos rubiam, qua tinguntur lanæ,pelléſque perficiuntur.

Perfreto,pérfretas,pen.prod.perfretare. Solinus cap.40, Inter hæc vadoſa claſſem Romanam impune accepimus perfretaſſe.

Perfugio. Paratum nobis perfugium) Adde in fine, Legitur & profugium.

Perfundo. Perfundi & tingi.Seneca epiſt.36, Liberalia ſtudia non illa quibus perfundi ſatis eſt: ſed hæc quibus tingendus eſt animus.

Perfundere tecta auro,pro Deaurare.Seneca epiſt.116,Quum tecta auro perfundimus,quid aliud quàm mendacio gaudemus? Scimus enim ſub illo auro fœda ligna latitare.

Perfuſoriè,Aduerbiũ,Confuſoriè,obſcurè,& non plenè exprimendo.Scæuola in L.Qui libertatis.Paragr.Sed &.ff.de Euict.& dupl. Sed & ſiquis in venditione ſtatu liberum perfuſoriè dixerit,conditionem autem libertatis celauerit, empti iudicio tenebitur: ſi id neſcierit emptor.

Perfungor. Perfunctoriè)Vlpian.in L.Et qui aliter.Paragr.1. ff.Quod vi aut clam.Vbi alia exemplaria legunt perfuſoriè.

Pergo. Pergor,Paſſiuum.Tacitus de vita German.Eáque Germaniæ velut frons eſt,quatenus Danubio pergitur. Quo tamẽ in loco putauerim potius verbum eſſe impersonale.

Perhibeo. Perhibere,pro Exhibere &offerre.Quintil.libro 1. cap.1,Quia Latinus ſermo, qui pluribus in vſu eſt, vel nolentibus nobis ſe perhibet.Alii legunt,ſe præbet.

Periculum. Opportuna periculis.Celſus lib.2.cap.1, Sed antequam dico quibus præcedentibus morborum timor ſubſit,nõ alienum videtur exponere,quæ tempora anni, quæ tempeſtatũ genera,quæ partes ætatis,qualia corpora maximè tuta,vel periculis opportuna ſint.

Subiecta periculo.Celſus lib.7.cap.7, Quo magis autem neceſſaria pars erit,quæ tractabitur, hoc quoque maiori periculo ſubiecta eſt.

Subtrahere periculo.Celſus lib.2.cap.8, Quos lienis malè habet,ſi tormina prehenderunt, deinde inuerſa ſunt vel in aquã intercutem, vel inteſtinorum læuitatem: vix vlla medicina periculo ſubtrahit.

Tenere periculo.Celſus lib.7.cap.6, Quæ quanuis & in cernice,& in alis, & in lateribus oriri ſolent:per ſe tamen non poſſi,quum iſta omnia mediocres differentias habeant,ac neque periculo terreant,neque diuerſo genere curentur.

Venire in periculum.Celſus lib.8 cap.10,Humerus vero quoque in periculum venit,ſi facilius conſeruatur.

Periclitari, cum infinitiuo.Quintil.lib.11.cap.3,Vox ima vim non habet: ſumma rumpi periclitatur. Eiuſdẽ formæ eſt illud Plinii in Paneg.139,Neque enim vnquam periclitabuntur eſſe priuatæ,quæ nunquam eſſe deſierunt.

Periclitatur quis fieri inops.Triphon.in L.Ne ex liberalitate. ff.De re iudic. Ne ex ſua liberalitate inops fieri periclitetur. Id eſt,periculum ſit eum inopem fieri.

Perinde. Perinde,ſine relatione ac vel atque,in ſignificatione comparatiua.Liuius 7.bel.Punic.1, Cubáque ab incultis notaret: ac perinde dominos laudaret caſtigarétque.

Peritus. Peritus vſu,&c.)Apud Hircium de bel.Aphric.iungitur cum ablatiuo rei.Mirabili,inquit,peritus ſcientia bellandi.

Permaneo. Permanere,cum genitiuo. Seneca epiſt. 77, Si vna indepranata virtus eſt, & ſola permanet tenoris ſui,vnum bonum eſt virtus.

Permitto. Permittere ad aliquem.Seneca epiſt.67.

Perna. ¶ Perna,etiam in arboribus dicitur. Plin.lib.17. cap. 10.8, Auulſiſque arboribus ſtolones vixere. Quo in genere & cum perna ſua auelluntur,partémque aliquam è matris quoque corpore auferunt ſecum fimbriato corpore.

Perpetior. Perpeſſitius, Adiectiuum, qui patiendo aſſuefactus eſt.Seneca epiſt.54,Lenis motiũcula decipit: ſed vbi creuerit,& vera febris exarſerit,etiam duro & perpeſſitio confeſſionem accipit.

Perpetro. Perpetratis omnibus quæ ad pacem deũm pertinent.Liuius lib.4.bel.Punici.

Perpetuus. Perpetuarius mulio dicitur Senecæ in ludo de morte Claudii,qui ſine intermiſſione labori ſemper eſt intẽtus.

Perplexus, &c.) Alia ſignificatione vſus eſt Valerius lib.3.cap. 49,De Tullio Seruio,Ad ſummã,vnde proceſſerit, aut quò peruenerit ſtatus ipſius titulus abundè teſtatur, Seruili cognomine,& regia appellatione perplexus.

Perrogo. Perrogare ſententias,Liuio ſignificat omnes ad extremam vſque rogare, vt fiat Senatuſconſultum. lib.9.bel.Pun. Perrogari eo die ſententiæ non potuerunt, accenſis pro Scipione & aduerſus Scipionem ſtudiis.

Perſedeo, pérſedes,pen.cor.perſédi,pen.prod.perſedère.Sene. epiſt.1.lib.19,Quid ergo? non nouimus quoſdã qui multis apud philoſophiam annis perſederint,& ne colorem quidẽ duxerint? Liuius lib.5.Decad.5, Hoc quoque quod ridetis,in equo dies noctéſque perſedendo habeo.

Perſono. Pérſonus,pen.corr.Adiectiuum. Valerius 4.Argonaut.84, -hæc procul Io
Spectat ab arce poli iam diuis addita,iámque
Aſpide cincta comas,& ouanti perſona ſiſtro.

Perſona. Perſonale munus.Vide Vigilantia & ſolicitudo animi,in **Vigil.**

Perſpicio. Perſpectare, Ad finem vſq; ſpectare. Suet.in Auguſto, Ludos quinquénales honori ſuo deſtinatos perſpectauit.

Pertineo. Pertinet,Impersonale,&c.Sylua lõgè introrſus pertinet.Id eſt extenditur. Cæſar 6.bel.Gall.Syluam eſſe ibi infinitæ magnitudinis, quæ appellatur Bacenis: hanc longè introrſus pertinere.

Pertinax in rem aliquam.Seneca de Ira.lib.1.

Pertundo. Pertuſæ margaritæ. Vide **Linea**,in præcedẽtib'.

Perturbo. Perturbata res rei,pro Commiſta.Seneca epiſt.56, Spondyli perturbati mullis,concoctíque ponantur.

Peruello. Peruellere fidem alicuius,pro Ceſſantem excitare. Seneca de Benefic.5.

Peruincо. Peruincere vox dicitur vocem, vel ſonum quẽ exuperat.Horat.2.epiſt.1.41, -nam quæ peruincere voces
Eualuere ſonum,referunt quem noſtra theatra?

Peruro. Peruſtus funę. Horat.Epod.4.1,Ibericis peruſte funibus latus.

Pes. Pedanem iudex)Adſcribe,Vlpianus L.1.Parag. Item Senatuſconſulto.ff.De poſtulando,Item Senatuſconſulto etiam apud iudices pedaneos poſtulare prohibetur,calumniæ cauſa publico iudicio damnatus.

Pessundo. Pessundare, dicitur mula excussoria, quæ sessore deorsum excutit. Paulus in L. Bouem. ff. De Ædilit. ædi. Bouem, qui cornu petit, vitiosum esse plerique dicunt. Item mulas quæ pessundant. Alii legunt, quæ cessim eunt.

Peto. Petere in Indos, &c.) Adde in fine, Qui sensus per alias quoque præpositiones exprimitur. Plin. li. 12. in Proœmio, Quo magis ac magis admiran subit, ab iis principiis cædi montes in marmora, vestes ad Seras peti: vnionem in Rubri maris profundo, smaragdum in ima tellure quæri. Ibidem, cap. 1. 4, Sed quis non iure miretur arborem vmbræ gratia tantùm ex alieno petitam orbe? Ibidem, cap. 15. 1, Conuehitur & ex syluis laudata, perintque eam etiam ad Troglodytas. Sabæi transitu maris. Idem lib. 19. cap. 4. 3, Ostrearum genera naufragio exquiri, auet vltra Phasidem amnem peti. Ibidem. 9, Quæque trans maria petimus. Idem lib. 11. cap. 3. 5, Sutilibus mox petitis ab India, aut vltra Indos. De coronis. Ibidem, cap. 14. 6, Deinde feruet in aqua marina, ex alto petita. Sic lib. 14. cap. 1. 5, Ex horto petuntur.

Petere in sepulchrum: Hoc est, è sepulchro. Plin. lib. 30. cap. 1. 10, Democritus Apollonicem Captidenem & Dardanum è Phœnice illustrauit, voluminibus Dardani in sepulchrum eius petitis, suis verò ex disciplina eorum ædibus.

Petere in nubila. Plin. lib. 36. ca. 1. 3, Ad frigidos potus vas petitur in nubila, cælóq; proximæ rupes caustur, vt bibatur glacie.

Petere ad Æthiopas vsque. Plin. lib. 36. ca. 6. 8, Nam id quoq; accessit, vt ad Æthiopas vsque peteretur quod faceret marmora, imo verò etiam in Indos, vnde margaritas quoque peti seueris moribus indignum erat.

¶ Petit, pro Petiit vel petiuit, syncopa poetis tantùm in vsu. Ouidius 1, Fastorum, 11,

Lucidus hic aer, & quæ tria corpora restant,
Ignis, aqua, & tellus, vnus aceruus erant.
Vt semel hæc rerum secessit lite suarum,
In'que nouas abiit massa soluta domos:
Altum flamma petit: propior locus aera cepit:
Sederunt medio terra, fretúmque loco.

Implere petitionem dicitur actor, quum id quod petit, suum esse probat. Paulus in L. Ex sextãte. Parag. Cum ergo. ff. De except. rei iud. Si de proprietate fundi litigatũ, & secundũ actoré pronuntiatum fuisset: diceremus petenti ei, qui in priore iudicio victus est, obstaturam rei iudicatæ exceptionẽ: quoniam de eius quoq; iure quæsitũ videtur, quũ actor petitionem implet.

Petitorius, Adiectiuum. vt Iudicium petitorium. Caius in L. Qui petitorio iudicio vtitur. ff. De rei vendicatione.

Phalanx. Phalangem describit Curtius, lib. 3, his verbis, Phalangem vocant peditũ stabile agmen, vir viro, armis arma conserta sunt, ad nutum monentis intenti sequi signa, ordines seruare didicerunt.

Phecassium, phecassii, Genus calceamenti. Senec. lib. 7. de benefic. cap. 21, Pythagoricus quidam à sutore phecassia emerat, rem magnam, non præsentibus nummis.

PHILOCTETES. Philoctetẽus, pen. prod. Adiectiuum. Cic. 2. Tusc. 95, Refutetur ac reiiciatur Philocteteus ille clamor.

Phratriæ, de quibus meminit in Polyticis Aristoteles, sunt cõuentus quidam hominum, aut etiam conuenticula, quasi pagi, propria sibi sacra peculiariáque communiter habentium: ab eo dictæ phratriæ, quòd communi puteo vtãtur, quod Græcè φρέαρ dicitur. Quo nomine primum quas confratrias hodie dicimus, id est communem quandam religionem, appellatas esse putant: nõ autem ab eo quòd fratres sint illi inter quos cultus ille sanctorum quorundam intercedit. φρατρία, *ut. i.* conuenticulum, secta, sodalitas, tribus, contubernium.

Phratores Græcè dicuntur, qui eiusdem sunt phratriæ: vt tribules, qui eiusdem sunt tribus.

Phthoria, sunt medicamenta quibus medici vtuntur abigẽdis infantibus in vtero enectis: quæ cebolia quoque dicuntur, id est ejectoria. Plinius de scammonite vino, lib. 14. cap. 16. 9, Hoc vinũ (inquit) phthorium vocant, quoniam abortus facit. Sic enim in antiquis exemplaribus legitur manu scriptis: licet in impressis ectromatium legatur verbum subditiuum.

PIERIDES,) Adde in fine, Nominatiuus singularis numeri est Pieris, huius Pieridis: & Pieri, in casu vocãdi. Horatius 4. Carm. ode 3. 4,

-o testudinis aureæ
Dulcem quæ strepitum Pieri temperat.

PIERVS. Pieri, vocatiuum) Dele hos duos versus.

Piger. Pigros, sine adiecto, vocat tardos pedes Seneca de Benefic. 1, quales sunt hominis delicati, Nisi, inquit, in os Senatoris ingessisset imperator pigros suos. Iusserat enim osculari pedem suum.

Pignus. Communis filii pignus interceptum. Sueton. in Tiberio, cap. 7, Cum Iulia primò concorditer, & amore mutuo vixit: mox dissedit, & aliquanto grauius, vt etiam perpetuo secubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aquileiæ natus infans extinctus est.

Pila. Pilânus, penul. prod. videtur significare aliquem qui ordinem aliquem ducebat in militia. Ouid. 5. Fastorum, 16,

Et totidem princeps totidem pilanus habebat
Corpora, legitimo quique merebat equo.

Pinguis. Pinguius, Aduerbium, Comparat. pro Plenius & largius. Vlpian. in L. Et an eadem. Paragr. 1. ff. De except. rei iudic. Sed pinguius pro communi vtilitate accipitur. Paulus in L. Et exhæredatum. ff. De re iudi. Pinguius enim donatori succurrere debemus, quàm ei qui verum debitum persoluere cõpellitur.

Pio. Piatio, piatiõnis, form. gene. Verbale. Plin. lib. 28. cap. 2. 17, Si Pontifici accidat Ditis causa epulanti, in mensa vtique id reponi adolerique ad larem, piatio est.

Piperitis, huius piperitis, &c.) Adde, Idem lib. 19. cap. 12. 4, genitiuum fecit piperitidis. Panax (inquit) piperis saporem reddit, magis etiã siliquastrum, ob id piperitidis nomine accepto.

Piso, pisis.) Pisus, pisa, pisum. Plin. lib. 20. cap. 5, ad finem, Varro, quæ sale aut aceto pisa est arefactáque, vermiculis non infestari author est.

PISONES, appellati sunt, &c.) Adde in fine, Plinius tamen aliter lib. 18. cap. 3. 1, Cognomina (inquit) etiam prima inde: Pilumni, qui pilum pistrinis inuenerat: Pisones à pisendo. Sic etiam Ouidius in carmine ad Pisonem, 4,

-nam quid memorare necesse est
Vt domus à Calpo nomen Calphurnia ducat?
Claráque Pisonis tulerit cognomina prima,
Humida calloſa quum pinſeret hordea dextra?

Pituita. Extenuant pituitam omnia salsa atque acria & arida. Celsus lib. 1. cap. 13.

Substitit pituita. Celsus lib. 6. cap. 6, Deinde quum primum satis pituita substitit, iterum ad vsum balnei redire.

Sustinere pituitam. Celsus lib. 5. cap. 18, Idque omnem pituitã vbique sustinet.

Placeo. Placere, pro Blandiri. Tacit. de Orat. Satis multos offendi: qui si fortè hoc audirent, satis scio dicturos, me, dum iuris & philosophiæ scientiam tanquam oratori necessariã laudo, ineptiis meis placuisse.

Ire per placium.) Lege, placitum.

Placitum, pro Pacto & conuento. Hermogenianus in L. Incertis. ff. De iudiciis, Sed & siqui nummis redemptos se, & non ma numissos contra placiti fidem asseuerent.

Plaga. Suere plagam. Cels. lib. 5. cap. 26, Nam si plaga in molli parte est, sui debet: maximéq; si discissa auris ima est, vel imũ nasus, vel frõs, vel bucca, vel palpebra, vel labrum, vel circa guttur cutis, vel venter.

PLANARIA, Vna ex fortunatis insulis, à planitie dicta. Plin. lib. 6. cap. 31.

Planus. Plánitas, pen. corr. planitãtis. Tacit. de Orat. Is cõpositionis decor, sententiarũ planitas. Fortasse legendũ plenitas.

Plaustrum. Plaustrarius, Qui plaustrum regit. Vlpian. in L. Si seruus. Parag. Si cum. ff. Ad Legem Aquil. Si ex plaustro lapis ceciderit, & quid ruperit, vel fregerit, Aquiliæ actione plaustrarium teneri placet.

Plenus. Plenũ cumulatúmque, Id est copiosum. Liu. lib. 2. Dec. 5, Omnia quæ regia iura præparanda habuerãt, plena cumulatáq; habere Macedonas. Gallicũ vulgus dicit *Plein a cõble.*

Pleniſſimè & Reſtrictiſſimè, contraria. Plin. epist. 103, Quanuis illud pleniſſimè, hoc reſtrictiſſimè feceris.

Plico. Plicatura, Ipse plicãdi actus. Plin. lib. 7. ca. 51, Iã fimbriarũ curã, & stragulæ vestis plicaturas. Loquitur de signis mortis.

Ploro. Plorare, maius est quàm lachrymari. Seneca epist. 64, Nec sicci sint oculi amisso amico, nec fluant. lachrymandum est, non plorandum.

Ploſtrum. Ploſtellum, Parvum plaustrum, quo pueri ludunt. Horat. 2. Serm. saty. 3. 50,

Ædificare casas, ploſtello adiungere mures
Ludere par impar, equitare in arundine longa.

Pluma. Plúmiger, pen. corr. plumigera, plumígerum, penult. corr. Plin. lib. 10. cap. 23, Velluntur quibusdam locis bis anno. Rursus plumigeri velluntur. De anseribus.

Plumbum. Plumbãgo, pen. prod.) Prius exemplum Plinii dele. & in aliam classem reiice, hoc modo,

¶ Plumbago, Vitium gemmarum. Plin. lib. 37. cap. 5. 7, Hæc coloris vitia: illa corporis, capillamentum, sal, plumbago. Paulo pòst. 9, Frequens & iis plumbago, hoc est vt in sole plumbei videantur. De smaragdis.

Pluteus. Plutcum etiam dicebant.) Adde, Vlpian. in L. Fũdi

nihil.Paragr.Quæ pictæ.ff.De actionib.empt.Reticuli circa columnas,plutei circa parietes,item cilicia vela,ædium non sunt.

PLVVIALIA,Pluuialiæ,f.g.Vna ex insulis fortunatis.Plin.lib. 6. cap.32.1, Ab ea tantundem ad Occasum versus, Pluuialiam Capramámque.in Pluuialia non esse aquam nisi ex imbribus.

Poculum. Ducere pocula,Exhaurire.Horat.1.Carm.ode 17.5, Hic innocentis pocula Lesbii. Duces sub vmbra.

Pœnitet. ¶Pœnitet.Patũ videtur,&c.) Adde,Liu.1.ab Vrbe, Quum iam viriũ haud pœniteret.Id est,Quum viderentur sibi habere satis magnas vires. Item apud Cæsarẽ lib.1.bel. Ciuil. An pœnitet vos,quòd saluum atque incolumem exercitum nulla naue desyderata traduxerim,&c. Id est parum vobis videtur.

Pollex. ¶Pollex, in arborum corticibus. Plin.lib.13.cap.4.3, de palmis arboribus, Reliquæ teretes atq; proceræ,densis gradatisque corticum pollicibus vt orbibus, faciles se ad scandendum Orientis populis præbent,vtilem sibi arboriscq; induuiis, circulum mira pernicitate homine subeunte.

Pollicãris,& hoc pollicére,)Adde in fine,Est autem pollex duodecima pars pedis,digitus sextadecima.Vide **Uncia.**

Polus,&c.) Adde in fine,Polus interdũ pro cælo ipso sumitur. Austrinum polum Indi Dramasa vocant.Plin.lib.6.cap.19.5.

Polypus. Polypus fœmina.Plin.lib.9.cap.51.6.

Polytrichon,&c.) Adde in fine,Dicitur etiam polytrix. Plin. lib.16.cap.11.3,Polytrix in vino data. Ibidem,cap.14.8, Polytrix inueteratis iisdem vtilior. Polytrix etiã nomen est gemmæ,Plinio lib.37.cap.11.5.

POMONA,Pomorum dea.)Adde,Vide Ouidium 14.Meta.115.

Pomum. Pomari",pomerii,Veditor pomorũ,vel hortulan". Horat.2.Serm.sat.3.46,Edicit piscator vti pomarius,auceps,&c.

Pono. Ponere in transuersum.Plin.lib.16.ca.41.1,Pondus sustinere validæ abies,larix,etiam in transuersum positæ.

Ponere in discrimine,pro Alicuius momenti facere. Liu.in Præfat.li.1.ab Vrbe,5,Sed hæc & his similia,vtcũq; animaduersa aut existimata erũt,haud in magno equidẽ ponã discrimine.

Ponere sub conspectu.Sene.de Benef.7, Volo sub conspectu meo ponere,quæ gentium oculos regũmque perstringunt.

Medicinã in vsu & experimẽtis ponere.Cels.lib.1.in Prooem. Post quos Serapion primus omniũ nihil hãc rationalem disciplinam pertinere ad medicinã professus,in vsu & experimentis eam posuit.

Pacem sumere & ponere. Propert.lib.2.eleg.1.8, Et sumpta, & posita pace fidele caput.

Pecuniam ponere,&c.)Adde,Quintil.Declamat.9,Nusquam melius ponitur pecunia, quàm vbi fœnus bonitatis extenditur.

Pretium ponere alicui rei. Seneca epist.1, Quem dabis, qui pretium aliquod ipsi ponat. Item in Consol. ad Albinã,Ponere magna pretia virtutibus & vitiis.

Quæstionem ponere,Id est proponere.Seneca epist.50,Sederem otiosus,& eiusmodi quæstiones ponerem.

Rudimenta virtutis ponere.Quintil.Declamat.3,Festinarunt parentes ad nomen liberos mittere, quanuis asperrimo bello, vt sub te virtutis rudimenta ponere contingeret.

¶Ponere,pro Cõponere & temperare.Horat.1.Carm.ode 3.3, -quo non arbiter Adriæ
Maior,tollere seu ponere vult freta.

¶Positio,pro Thesi seu argumẽto.Quintil.lib.1.ca.3, Taceo de positionibus & declamationibus rhetorũ.Hac ratione docet lib.3.cap.5,positionibus mutari quæstiones secundum diuersitatem casuum,vt vulgò loquuntur.

Poppysma. Poppyzon,poppyzõtis,Demulcens,blandè attrectans,sibilans.Plin.lib.35.cap.10.37, Quum pingeret poppyzõta retinentem equum.

Porcus. ¶Porca, in agro) Exemplum Virgilii, quæque alia sequũtur,ad superiora reiice,vbi est,Porca,porcæ,&c. Virgilius autem porcam fœminino genere,pro porco dixit: vt & Seruius adnotauit,& meminit Quintilianus lib.8.cap.3.

Porphyriteus. Porphyreticus. Sueto.in Nerone,cap.50,In eo monumento solùm porphyretici marmoris superstant Lunensi ara circunseptum est lapide Thasio.

Porticus. Porticatio.Macer in L.Funeris sumptus.ff.De religiosis & sumpt.fun.Itaq; si amplũ quid ædificari testator iusserit (veluti in circuitu porticationes) eos sumptus funeris causa non esse.

Potio. Potio lactis herbidus.Plin.lib.14.cap.6.7.

Sumere magnam potionem. Cels.lib.1.cap.9, Prodest etiam aduersus tardam concoctionem,clarè legere,deinde ambulare, tum vel vngi vel lauari assiduè,vinum frigidum bibere,& post cibum magnam potionem sumere,sed vt supra dixi,per siphonem,deinde omnes potiones aqua frigida includere.

Præclamitatores,&c.Siponinus.)Scribe, Hæc Siponinus ex Festo.apud quem corruptè legitur prætiamitatores.

Præfluo,&c.) Adde in fine, Rursum cap.30.7, Pergamũ quod intermeat Silenus,præfluit Cetius profusus Pindaso monte. Et lib.6.cap.3.1, Archelaidem quam præfluit Halys. Et cap.23.2, Arius amnis qui præfluit Alexandriam.

Prægnans. Folia prægnantia.Plin.lib.11.cap.13.3, Exprimitur hic è caule foliisque prægnantibus.De succo euphorbii. Nitrariæ prægnãtes,sed nõdũ pariẽtes.Plin.lib.31.cap.10.6.

Præiudico. Præiudicare alicui) Scribe, Præiudicare alicui,pro Nocere.Vlpian.in L.1.Parag.Si inter. ff.De magist.conuent.& eor.&c. Si inter magistratus hoc conuenisset,vt alterius tantùm periculo tutores darentur: conuentiones pupillo non præiudicare, diuus Adrianus rescripsit.

Præiudicia sunt animaduersiones Censorum,& primæ assertiones: item prioris Centumuiralium iudicum partis sententia, posterioris verò iudicium.

Præiudicium dicitur pronuntiatum secundũ Claudium Cantiunculam in locis legalib. Quid autem sit pronuntiatum, habes apud Rodolphum Agric.lib.1.cap.4.

Præiudicium,pro Damno & iactura. Vlpian.in L.1. Paragr. Quemadmodum.ff.De agnoscendis vel alendis lib. Si maritus vxore denuntiante custodes miserit,nullum præiudiciũ facit.

Præmium. Opimum præmium.Plin.lib.14.cap.1.9.

Prænauigo. Prænauigatio,Verbale f.g.Plin.lib.6.ca.31.4,A Gorgonũ insulis prænauigatiõe Atlãtis dierũ quadraginta,&c.

Præscribo, Præscriptionẽ à translatione differre ait Fortunatianus: quòd illa excludat actionẽ,hæc differat.Quibus verbis ostenditur latius patere exceptionis quàm præscriptionis nomen.Nam præscriptio ad peremptorias tantùm,exceptio verò etiam ad dilatorias refertur.Et ita sumi debet in Rub.ff.De exceptionib.& præscriptvt sit differentia inter hæc duo: licet vulgò doctores aliter sentiant.

Præsideo. Gerere præsidium,Ferre.Plin.lib.11.cap.11.1,Locupleti diuinitate ad gerenda præsidia.

Præsto. Familiæ erciscundæ iudiciũ ex duobus constat,id est rebus,atq; præstationibusquæ sunt personales actiones. Vlpia. in L.Item Labeo.Parag.Fam.er.ff.Familiæ erciscundæ.

Præter. ¶Præter,Insuper.Plin.lib.8.cap.42, ad finem, Equo ferè qui homini morbi, prætérque vesicæ conuersio. Idẽ lib. 9.ca.2,Et vera fiat vulgi opinio,quicquid nascatur in parte naturæ vlla,& in mari esse,prætérque multa quæ nusquam alibi. Idem lib.11.ca.4, ad finem, Habent autem oculos,prætérque è sensibus tactum atque gustatum.

Præterco. Præterit,pro Præteriit vel præteriuit,syncopa poetica.Ouidius 1.Fast.9,
At Numa nec Ianum,nec auitas præterit vmbras:
Mensibus antiquis præposuitque duos. Præterit,id est prætermisit.

Præteritus dolus est ante litem contra cõmissus: Præsens verò est post litem commissus.Vlpian.in L.Apud Celsum.Parag. Quæsitum est an.ff.De doli mali & metus excep.

Præteritus venter,Vide **Venter**, in sequentibus.

Prætermitto. Hæreditatem prætermittere.Neratius in L.Qui patri.ff.De acquiren.vel omit.hæred.Qui patri hæres extitit,Ii idem filio impuberi substitutus est,non potest hæreditatem eius prætermittere.

Prætero,præteris,pen.corr.prætriui,prætritum,pen.prod.prætérere.Plin.lib.11.cap.37.40,Timarchus, Nicoclis filius Paphii, duos ordines habuit maxillarum.Frater eius non mutauit primores,ideóque prætriuit.

Prætexo. Prætextum tugurii.Plin.lib.16.cap.9, Cortex & fagis,tilliæ,abieti,piceæ,in magno vsu agrestium. Vasa,corbésq;, ac patentiora quædam messibus conuehendis,vindemiisque faciunt,atque prætexta tuguriorum.

Primus. ¶Primus aduentu.Plin.lib.15.cap.14,ad finem, de variis malorum generibus,Dacis fermè vilissimis nomen,quãquam primis aduentu,decerpique properantibus.

Prima facie.Caius in L.Aliquãdo.ff.ad s.c. Velleianũ.Quod tum accidit, quum prima facie quidem alienam, reuera autem,&c.

Pro. Pro parte. Paulus in L.Vsus.ff.De vsu & hab. Nam frui quidem pro parte possumus, vti pro parte nõ possumus. Pomponius in L.Si pœnæ.Paragr.Si falsõ.ff.De condict.indeb.Si falsõ existimans debere,tibi nummos soluero,qui pro parte alieni,pro parte mei fuerunt,&c.

¶Pro rata.Vlpian.in L.In his vero.ff. De soluti.& liberatio. Si vero summa vsurarum debitarum & non debitarum non eadem sit:ad vtrãque causam æqualiter proficit, quod solutum est,non pro rata,vt verba rescripti ostendunt. Et paulo pòst, Vtrum pro rata,& sorti & vsuris decedat.

Probo. Implere probationem,est quod quis intendit,seu agẽdo,siue excipiẽdo plenè probare. Vlpian.in L.In exceptionib⁹, in fine.ff.De probationib.& præsumpt.Si iudicatæ rei vel iurisiurandi conditio delata dicatur de eo quod tunc petitur,siue in alea gestum esse contendatur, eũ implere probationes oportet.

Procerus, Nemora procera.Plin.epist.101.10.

Procido,penul.corr.Procidentia vuluæ.Plin.lib.23.ca.9.3,Vtilis & celsitis,& procidentiæ vulvarum.

Proclnctus. In procinctu versari.Vlpian.in L.Non dubium est.ff.De bono.possess.ex test.mili.Quanquam enim distet conditio militũ ab his personis,quas constitutiones principales separant:tamen qui in procinctu versantur,quum eadem periculà experiantur,iura quoque eadem meritò sibi vendicant.

Proclino. Proclinatio, Verbale. Vitruius lib.7. Non minus etiam obseruandum est vti omnes structuræ perpẽdiculo respõdeant,neque habeant in vlla parte proclinationes.

Procuro. Procuratorius,Adiectiuum.Pomponius in L.Ad legatũ.ff.De procura.Procuratoria exceptio. Idem in L. Siquis, Procuratorio nomine Titus petit.

Suscipere procurationem rei alicuius.Vlpian.in L.Si vero.§. Si filiofamiliâs.ff.Mandati,vel contrà. Contrario iudicio experiuntur,qui mandatum susceperunt:vtputa,qui rerum, vel rei vnius procurationem susceperunt.

Prodigium. Implere prodigiũ.Plin.li.10.ca.18.1,de pico Martio,In capite Prætoris vrbani L.Tuberonis,in foro iura prò Tribunali reddẽtis,sedit ita placidè,vt manu prehenderetur.Respõdere vates,exitium imperio portendi si dimitteretur:at si exani maretur, Prætori. Et ille auem protinus concerpsit, nec multo pòst implcuit prodigium.Id est,mortuus est.

Prodo. ℂProditur,pen.corr.Impersonale. Plin.lib.8.cap.vlti. Iam quædam animalia indigenis innoxia,aduenas interimũt: sicut serpẽtes parni in Tyrinthe,quas terra nasci proditur.

Profanus. Profanum bellorum ciuilium.Plin.lib.16.ca.4.1, Hinc ciuicæ coronæ militum virtutis insigne clarissimum:iampridem verò & clementiæ imperatorũ:postquã ciuilium bellorum profano meritum cœpit videri ciuem non occidere.

Proficio. ℂProficitur,pen.corr.Impersonale.)Adde,Plin.lib. 17.cap.13.1,Adeò excelsitate proficitur. Et lib.23.cap.7.11.

Magni profectus puer in ea arte obiit.Plin.lib.35.cap.4.3.

Profluo. Profluuium genitale.Plin.lib.7.ca.14.1,Mulier post quinquagesimum annum non gignit: maiórque pars quadragesimo profluuium genitale sistit. Et lib.10.cap.13.16.

Profluuium mulierum,siue fœminarum.Plin.lib.7.cap.15.1, Sed nihil facilè reperiatur mulierum profluuio magis mõstrũcum.De menstruis. Idem lib.17.cap.11.ad finem. Et lib.34. cap.11.7,Fœminarum profluuium sistit.

Profluuiũ genitur æ.Plin.lib.21.ca.21.16,Detur & contra profluuia genitur æ viri.

Profluuiũ nariũ.Plin.lib.31.ca.10.11,Narium profluuia sistit.

Profugio. Profugus, cum genitiuo. Plin.lib.7.cap.28.4, Bis ab Annibale captus,bis vinculorum eius profugus.

Progero. Progero,prógeris)Adde, Plin.lib.18.cap.vlti.ad finem,Formicæ vel concursantes,aut ova progerentes.

Prohibeo. Prohibitorius, Adiectiuum: vt Auis prohibitoria, apud Plinium lib.10.cap.14.

Edictum prohibitorium. Paulus in L. Mutus & surdus.ff. De procur. Quia hoc edictum prohibitorium est.

Promiscuus. In promiscuo aliquid habere.Plin.lib.33.cap. 1.11,Omnem victum in promiscuo habebant,nec vlla domi custodia à domesticis opus erat.

Promitto. ℂPromittere,Producere.) Sic legendũ, Promittit se arbor.Plin.lib.16.ca.16.3,In maxima tamen admiratione pinus est.Habet fructũ matureſcẽte,habet proximo anno ad maturitatẽ ventorũ,ac deinde tertio.nec vlla arborũ auidius se promittit.Quo mẽse ex ea nux decerpitur,eodẽ matureſcit alia:& sic dispensatur,vt nullo nõ mẽse matureſcat.Promittit se,id est (vt ego quidẽ interpretor)portò mittit,profert se,& in fructum effert.Nisi fortè quis putet idem esse ac si diceret, fructũ de se pollicetur:quippe in annũ tertiũ promittit. Cæsar 8.bel.&c.

Pronuntio. Pronuntiare aduersus aliquẽ.Plin.lib.17.ca.4.6.

Propago,pen.prod.&c.)Dele,Et prima producitur.Post quinque versus iterum.

Propago priore correpta,Genus) Dele,priore correpta.In vtraque enim significatione credendum est nunc produci,nunc corripi.nam in posteriore primam produxit Lucretius libro 5. 170,Vt propagando possit procudere secla.Quanuis in priore significatu neminem sciam ex antiquis qui contraxerit.Sunt autem qui putant,Probi authoritatem secuti,in nominatiuo primam corripi,in ablatiuo produci.

Prope. Prope à.Plin.lib.15.ca.18.7,Tam prope à muris habemus hostem.Hoc est,muris nostris tam propinquum.

Proximo,proximas,&c.) Adde,Solinus cap.70,non procul à fine, Tertia huic proximat eodem nomine. Idem cap.65,Indo flumini proximantes,versa ad Meridiem plaga vltra alios torrentur calore. Et cap.61,Ei proximat Margiana regio.

Proximãt ad hos Geloni.Solin.ca.15.Hoc est, his proximi sũt.

Propano. Proposito rapinæ aliquid facere.Plin.lib.11.cap.17. 6,Quòd si defecerit alicuius alui cibus, impetum in proximas faciunt rapinæ proposito.De apibus.

In proposito. Aphricanus in L. Stichus habet. ff. De peculio leg.At in proposito,quia Stichus nil debeat,&c.

Propitius. Habere proprietatem.Plin.lib.13.cap.21.3,Proprietatem habet fructũ amittendi lanugine (pappum vocãt) quod nulli alii arbori euenit.

Propter. Propter quod.Paulus in L.Qui in.ff.De adop.Vxor mea illi matris loco non est, nec enim agnascitur ei propter quod nec ei cognatus sit.

Prosedã,prosẽdæ.pen.prod.) Lege,corr.

Prospicio. Arborum prospectus. Plin.lib.11.cap.6, ad finem, Serunt eam in campis,nec est gratior vllarum prospectus.

Prouentus. Triferos prouentus.Plin.lib.15.cap.18.4.

Prouentus lactis.Plin.lib.10.cap.11.5,Illinitur mammis,extinguitque lactis prouentum.

Prouerbiũ vertere in ludicrũ prouerbii. Vide **Ludicrum.**

Protego. Protectum.protecti,Substantiuũ.Vlpian.in L.Quemadmodum.ff.Ad leg.Aquil.Si protectum meũ,quod supra domum tuam & nullo iure habebam, recidisses, posse me tecum damni iniuria agere,Proculus scribit.

Prouideo. Prouidentia, Passiue. Pomponius in L. Quintus Mutius,in fine.ff. De annuis leg.& fideic.Et magis enim est, vt prouidentia filiorum suorum hoc fecisse videatur.

Prouoco. Prouocare aduersus.Papinianus in L.Tutores qui. Parag.Tutor.ff.De administrat.& peric.tut. Tutor datus aduersus ipsam creationem prouocauit.

Psittacus. Dux volucrum psittacum.) Adde,Et infra, Occidit aeriæ celeberrima gloria gentis
Psittacus : ille plagæ viridis regnator Eoæ.

Psora. Psoricus,pen.corr.Adiectiuũ.Celsus lib.6.cap.6,vbi docet ad oculos scabros collyria.

Pubeo. Pubeo,pubes,pubẽre.Vlpian.in L. Carboniauum.§. Plane si mater.ff.De Carbon.edicto. Si duo impuberes patiantur status controuersiam,& alter eorum pubuerit, expectari alterius quoque pubertas debet.

Publicus. Publicum omniũ est,Omnibus est cõmune. Plin. lib.10.cap.33.5,Iam publicum quidem omnium est,tabulata ramorum sustinendo nido prouidè eligere.

Prouidere in publicum.Sueto.in Nerone,cap.51.

Per publicũ vectus.Suet.in Nerone,cap.9, Eiusdem sæpe lectica per publicum simul vectus est.De Nerone & eius matre.

Pudeo. Puditurum esset.Plin.lib.36.cap.15.9, Quum puderet viuos,tanquam puditurum esset extinctos.

Pudor.Reuerentia.Terent.And.1.5.15.

Tot me impediunt curæ, quæ animum meum diuersè trahũt, Amor,misericordia huius,nuptiarum sollicitatio:
Tum patris pudor,&c.Id est reuerentia.

Puer. Teneri pueri. Cels.lib.1.cap.1, Tum siqua imbecillitas oritur,proximũ est vt infantes,teneróſq; adhuc pueros serpẽtia vlcera oris,quæ ἄφθαι Græci nominant,vomitus,nocturnæ vigiliæ,auriũ humor,circa vmbilicum inflammationes exerceant.

Pugna. Mustum pugnax.Plin.lib.14.cap.20.3.

Pullus. Infãtes auiũ pulli. Plin.li.10.ca.33.1.Vide **Infans.**

Pulmo. Pulmúnculus,pulmúnculi,pen.corr.m.g.Diminutiuum,Parvus pulmo.vel aliquid paruo pulmoni simile. Solinus cap.61,Sunt enim illis reciproca qui:busdam pulmunculis vestigia carnulenta.De camelis.

Puluinar. Scorteus puluinus.Cels.lib.8.cap.11, Primo quoq; tẽpore homo in sedili collocandꝰ est,sic vt minister à posteriore parte caput eĩ cõtineat:vel sic vt iuxta parietẽ is sedeat,subiecto inter parietem & caput eius scorteo puluino duro, eóque caput per ministrum vrgeatur,quo sit immobilius.

Purgo. Purgationes fœminarum.) Adde,Idem lib.35.ca.15.9, Purgationes fœminarum in vino potum elicit.

Pus. Pura,numero plurali.Plin.lib.18.ca.6.8,Cõtra auriũ pura,vermiculósq;. Idẽ lib.35.ca.6.9,Explet vulnera si coquatur. ad siccãda præcipuè vtilis,& capitis doloribꝰ, & ad deprehendẽda pura.Subesse enim ea intelligitur si ex æqua illita nõ arescat

Putcus. Puteum neutro genere dixit Varro.) Adde,Vlpian. quoq; in L.Iulianus,in fine.ff.De act.empt.& vend. Ædibus distractis vel legatis,ea esse ædium solemus dicere,quæ quasi pars ædium,vel propter ædes habentur,vt puta putea.Quo loco le-

gitur & pueralia. Póponius in lege quæ ſequitur, Item quo puteum cooperitur.

Puto. Puta, Imperatiuum, loco Aduerbii ponitur quãdoque, pro Scilicet, vel Verbi gratia. Pomponius in L. Siquis. Paragr. Item ſi. ff. De hæred. inſti. Si ille, puta, Conſul factus fuerit tunc, &c. De hoc ita Priſcianus libro 15, de Aduerbiis, A igitur terminantia vel primitiua ſunt, vt ita, quod ſolum A correptã habuit, quamuis quidam Puta quoque aduerbium eſſe accipiant: ideóque Perſium id corripuiſſe, vt Hoc puta non iuſtum eſt, illud malè, rectius illud.

Vt puta, eodem modo dicitur. Vlpianus in L. Iulianus. Paragr. vlt. ff. de Actì. empt. & vendi. Ædibus diſtractis vel legatis, ea eſſe ædium ſolemus dicere, quæ quaſi pars ædium, vel propter ædes habentur vt puta putea.

¶ Putatio, pro Æſtimatione. Paulus in L. Eum qui. Parag. vlt. ff. De iniur. & famoſ. lib. Nec tranſferri perſonæ putatio ex perſona filiorum ad eas poteſt.

Putatorius, Adiectiuum, vt Falces putatoriæ. Vlpian. in L. Inſtrumenta. ff. De inſtruc. & inſtr. leg.

Pyrites, pen. prod.) Adde. Plin. lib. 30. cap. 19. 2, Pyritarum etiãnum aliqui genus vnum faciunt, plurimum habẽs ignis, quos viuos appellamus, & ponderoſiſſimi ſunt. Hi exploratoribus caſtrorum maximè neceſſarii, qui clauo, vel altero lapide percuſſi, ſcintillas edunt: quæ exceptæ ſulphuratis, aut fungis aridis vel folio, dicto celerius ignem trahunt.

Pyxus. Libralia pyra. Plin. lib. 15. cap. 11. ad finem.

Pyxis. Pyxidicula) Scribe, Celſus lib. 6. cap. 6, de Cleonis collyrio. Adde in fine, Alia exemplaria habent pyxidula.

Q

Quadrideno, pen. corr.) Adde in fine, Et cap. 11. 4, Rutra quatuor: raſtros quadrindentes duos.

Quadrigæ. Quadrigarium, Adiectiuè dixit Suetonius in Caligula, cap. 19, Quadrigario habitu, curriculóque biiugi.

Quadrinus. Quadrini circuitus febrem nunquam bruma, nunquam hybernis menſibus incipere. Plin. lib. 7. cap. 50. 5.

Quadruplatores. Quadruplatores beneficiorum vocat Seneca, qui exiguis magna venantur, 7. de Benefic. Malè iſtis improbis & importunis beneficiorum ſuorum quadruplatoribus eueniat, qui admonitionem tam bellam inter amicos ſuſtulerunt.

Quadruplari apud Iureconſultos id dicitur, quod in quadruplum damnatur. Vlpian. in L. Item ſi cũ. Parag. 1. ff. De eo quod metus, &c. Siquis non reſtituat, in quadruplum in eum iudicium pollicetur. Quadruplabitur autem omne quodcunque reſtitui oportuit. Ibidem, Paragr. Iulianus, Iulianus ait, quod intereſt ſolum quadruplari. Vbi Bartholus, In quo quis damnum patitur, quadruplatur.

Quadrúplico.) Quadruplicatio, Verbale. Vlpia. in L. 2. ff. De exceptionibus, Sed & contra replicationem duplicatio, & contra duplicationem ſolet dari triplicatio, & contra triplicationem rurſus quadruplicatio.

Quæro. ¶ Quærere, Velle, contendere. Plin. lib. 8. cap. 53. 2, Potiſſimum è monte aliquo in alium tranſilire quærentes.

Quærere aliquem, pro Quæſtionem habere de aliquo, vel torquere ipſum. Liu. 3. bel. Maced. In præſentia placuit cõprehendi eos qui ſimul fuiſſent, quæſtionémque de his haberi, dum quæruntur, &c.

Quæſtus, huius quæſitus, penult. prod. m. ge. Verbale, Ipſe quærendi actus. Plin. lib. 5. cap. 9. 6, Nilus incertis ortus fontibus, it per deſerta & ardentia: & immenſo longitudinis ſpatio ambulans, famáque tantum inermi quæſitu cognitꝰ ſiue bellis, quæ cæteras omnes terras inuenere, originem, &c.

Habere aliquid in magna quæſtione. Plin. lib. 10. ca. 7, Sãqualem auẽ atq; immuſſulũ, augures Romani in magna quæſtiõe habẽt. Hoc eſt magna eſt quæſtio inter augures quid ſit, &c.

Eſſe in quæſtione. Plin. lib. 10. ca. 12. 2, Nec ſine cauſa in quæſtione eſt quis ſonus tantũ bonũ inuenerit. Idẽ lib. 11. cap. 17. 5, Sed quomodo ſine aculeo naſcantur, in quæſtione eſt.

Quæſtio tenet eum, qui in ius vocatus eſt. Papinian. in L. Iudicatæ. ff. De excep. rei iudicatæ, Nam & quum alterum ex cohæredibus inofficioſi quæſtio tenuit, aut etiam duobus ſeparatim agentibus alter obtinuit, libertates competere placuit.

Opimi quæſtus. Plin. lib. 10. cap. 51.

Seruire quæſtui. Celſus lib. 3. cap. 4, Sed qui quæſtui ſeruiunt, quoniam is maior ex populo eſt, libenter amplectũtur ea præcepta, quæ ſedulitatem non exigunt.

Quæſtuarius, &c. Seneca lib. de Beneficio. 6, Quum ex adultera in quæſtuariam verſa, ius omnis licentiæ ſub ignoto adultero peteret.

Qualus. Vindemiatorii quali. Vlpian. in L. Inſtrumento. ff. De inſtruc. vel inſtr. leg.

Qualus, Vas quo cæmẽtarii ſiue calcarii vtuntur ad portandam calcem vel gypſum. Vlpian. in L. Sed & ſiquid inædificauerit, in principio. ff De vſufructu, Nam ſi librarium rus mittat, & qualum & calcem portare cogat. Id eſt calcem in qualo.

Quantus. Quanti intereſt. Aphricanus in L. Qui vſumfructum. Parag. vltimo. ff. De vſufructu, & quemadmodũ, Quanti legatarii interſit moram factam non eſſe.

Quatio. Quatere aliquẽ mente ſolida, pro Deturbare. Horat. 3. Carm. ode 3. 1, Non vultus inſtantis tyranni
Mente quatit ſolida.

Queror. Queri cum aliquo, &c.) Adde, ſignificat Expoſtulare: vt apud Senecam de Benef. 5, Querar cum eo qui arcanum ſermonem non cõtinuerit: & fidẽ datam nec ſeruatã indignabor.

Qui. Ques, antiqui dixerunt numero plurali. vnde declinatum remanet datiuo caſu Quibus. nam Qui adhuc etiam quis facit, vt Iſti iſtis, Illi illis. Hæc Feſtus. Seruius in illud Virgilii, 1. Æneid. 20, Quis ante ora patrum. Cato (inquit) in Originibus ait, Si ques ſunt populi. Et declinauit Ques, quiumſicut Puppes, nupplum.

Quid. Quid poſtea Cic. pro Murena, 22.

Quid tum inde? Cic. pro Murena, 22.

Quies. Sub his facta quies. Celſ. lib. 4. ca. 11, Si ne ſub his quidem quies facta eſt, extrinſecus cõtra vẽtriculũ ipſum cucurbitula admouenda eſſe, aut ſinapi ſuperimponendum.

Veniat quies. Celſus lib. 6. cap. 6, Noctu verò quo commodior quies veniat, non alienũ eſt, ſuperimponere candidi panis interiorem partem ex vino ſubactam.

Quinarius.) Lege, ſexagena põdo pẽdere. Vide Octonarius in Octo.

Quincunx. Quincũces puto poſt decem peractos.) Adde, Hoc eſt, poſt epotos, &c.

Quincuncialis ordinũ ratio. Plin. lib. 17. ca. 21. 3, In diſponẽdis arboribꝰ, arbuſtiſq;, ac vineis, quincũcialis ordinũ ratio vulgata, quocunque modo intueare, in ordinem ſe porrigẽte verſu.

Quinquaginta. Quinquageſimus vnus. Plin. lib. 7. cap. 8. 2, Quinquageſimo vno raptus anno.

Quinquagenaria cohors, quæ quinquaginta militibus conſtat. Curtius lib. 5.

Quinquiplico, quinquiplicas, penult. corr. quinquiplicãre. vt Quinquiplicare magiſtratus, apud Tacitum lib. 2. pro In annũ quintum prorogare.

Quis. Quo facto, id eſt, qua re facta. Vlpian. in L. Pro hærede. Parag. Papinianus. ff. De acquir, vel omit. hæred. Qui hæreditatem repudiauit: quo facto ſtatu liber filio nominatim pecuniã dare miſſus, &c.

Quiſque. ¶ Quiſque, de duobus. Caius in L. Si ſeruus. Paragr. Si inter. ff. De verbor. obligat. Quia poſſit contingere, vt tam ſtipulator, quam promiſſor ante aliquod tempus ſuo quiſque diſpenſatori notum fecerit.

Quoad. &c.) Vlpia. in L. 1. Parag. 1. ff. De peric. & com. rei vend. Sed ſi venditor ſe periculo ſubiecit, in id tempus periculum ſuſtinebit, quoad ſe ſubiecit.

Eatenus quoad. Vlpinia. in L. 1. ff. De peric. & com. rei vend. Quod non ſi deſignauit tempus, eatenus periculum ſuſtinere debet, quoad deguſtetur vinum.

Nec intereſt (quoad feras beſtias & volucres) vtrum in ſuo quiſque fundo capiat, an in alieno. Id eſt quantum ad feras beſtias. Caius in L. 3. ff. De acquir. rerum domino.

Quoad, pro Interim dum. Quintil. lib. 10. ca. 3, Niſi fortè mẽbranarum vſũ vſus infirmior exiget: quæ vt iuuant aciem, ita crebra relatione, quoad. inúnguntur calami, morantur manũ, & mentis impetum frangunt.

Quoadúſque, &c. Sueton. in Iulio, cap. 14, Quoadúſque manus equitum Romanorum, quæ præſidii cauſa circumſtabat, immoderatius perſeueranti necem comminata eſt.

Quot. Quot menſibus, pro Quolibet menſe, ſiue ſingulis menſibus: quemadmodum Quotannis, pro Singulis annis. Vlpian. in L. Cum ii. Paragr. Sicui non. ff. De tranſactionibus, Si tamen ita ſine Prætore tranſegerit, vt in vicem eorum nummum quotannis vel quotmẽſibus acciperet, &c. Vide Vallam lib. 6. cap. 6.

Quotidie. Quotidiano, pro Quotidie. Plinius lib. 11. cap. 37. 19, Palpebræ in genis homini vtrinque. Mulieribus verò etiam infectæ quotidiano. Tanta eſt decõris affectatio, vt tinguantur oculi quoque.

R

Radius. Radiatũ caput principis vocat Plinius, quod in deos referebatur: qualiter pinguntur hodie diuorum imagines. Sic enim ait in ſuo Panegyrico, 85, Horum vnum ſi præſtitiſſet alius, illi iandudum radiatum caput, & media inter deos ſedes auro ſtaret, aut ebore.

Radix. Agere radices.)Adde,Plin.lib.16.cap.31.1, Robora ſuas radices in profundum agunt.

Deſcendit radice arbor.Plin.lib.16.cap.31.1,Eſculus quantum corpore eminet,tantum radice deſcendit.

Deſcendunt radices. Plin.lib.16.cap.31.3, Quidam non altius deſcendere radices,quàm ſolis calor tepefaciat,idque natura loci tenuioris,craſſioriſve dixere:quod falſum arbitror.

Radicesco,radicesci,radicescere. Sene.epiſt.87, Deinde liberalius ſeruanda vitis,vt etiam ex corpore radicescat.

Ramus. ¶ Ramus montis.Plin.lib.6.cap.17.9,Sub mõte Cambalido,qui eſt Caucaſi ramus.

Rapio. Rapere,pro Raptim ac feſtinanter ducere.Plin.in Paneg.15,Per hoc omne ſpatium quum legiones ducerес,vel potius(tanta velocitas erat)raperes: non vehiculum vnquam, nõ equum reſpexiſti.

Per vim raptari.Ouid.11.Metam.45.

Rapax virtutis ingenium.Sene.epiſt.96,Vnde iſta tam rapacia virtutis ingenia,vel ex ſe fertilia.

Rapina,rapinæ)Scribe,Rapina,rapinæ,pen.prod.

Rapum. Adde,Rapũ Seneca dixit,quod in capite radicis hæret,nempe fibras quibus arboris radix inuoluitur.epiſt.87, Magnarũ,inquit, arborum truncos circunciſis ramis & ad vnũ redactis,pedem cum rapo ſuo tranſtulit, amputatis radicibus,relicto tantum capite ipſo ex quo illæ pependerant.

Adde ad Rapũ,Celſ.lib.5.cap.18,In primis multa calida aqua fouendum eſt,in qua rapa decocta ſint: aut ſi ea non ſunt, aliquæ verbenæ ex reprimentibus.

Rarus. Lanæ rareſcũt. Plin.lib.11.cap.39.35,Pili quadrupedibus ſenectute craſſeſcunt,lanæque rareſcunt.

Rareſcere dicitur quod ſit ſubtilius & minus denſum.Ouid.15. Metam.15, -reſolutáque tellus
In liquidas rareſcit aquas.

Ratio. Vitalis ratio.Plin.lib.11.cap.4.1.

Dictat ratio,Vide **Dico**,dicis.

Rationes expunctæ & ſubſcriptæ, Vide **Expungo** in præcedentibus.

Rationalis quæſtio,quæ in re,non in ſcripto verſatur.Quintil.lib.3.cap.5.

Readopto, readoptas, readoptare, Iterum adoptare. Modeſtinus in L.Si pater filium. ff. De adoptionibus, Sed nec is nepos in patris reuertitur poteſtatem,quem auus retinuerat filio dato in adoptionem,quem denuo readoptauerit.

Reatus. Reat',&c.)Adde,Quint.Decl.15,Nõ efficiet præſentis reatus nefandum indignúmque diſcrimen, vt miſera puella non gratuletur ſibi quod pauper accuſare iam eam poteſt.

Rebello. Rebellatio.Valer. lib.7.cap.3,Quum crebris rebellationibus metuiſſent,vt eorum vrbem funditus Romani euertere vellẽt,&c. Ibidem,cap.4,Quæ ſurgentis imperii noſtri incunabula crebris rebellationibus torpere paſſæ non ſunt.

Recandeo. Recandeſcere,pro Vehementer incaleſcere.Ouid. 1.Metam.88,Ergo vbi d.luuio tellus lutulenta recenti
Solibus ætheriis altóque recanduit æſtu.

Recens. Recens à diis, qui nuper à diis profectus eſt. Seneca epiſt.91, Non tamen negauerim fuiſſe alti ſpiritus viros, &, vt ita dicam, à diis recentes. Idem de Prouid. Recentem ſe dicit à voce Demetrii,cuius recens memoria illi conſtabat.

Recido,pen.corr. Recidunt febres, Redeunt. Plin.lib.28. cap. 16.10, Quartanis magi exercẽta felis cum digito bubonis adalligari iubent:& ne recidant, non remoueri ſepteno circuitu.

Recipio. Nomen abſentis recipere,&c.)Adde, Valer.lib.3.ca. 7,de M.Antonio,Lex Memia eorum, qui Reip.cauſa abeſſent, recipi nomina vetabat.

Ignorantiam alicuius recipere.Id eſt in excuſationem admittere.Vlpian.in L. Si ſideiuſſor.Parag.1.ff. Mandati vel contrà, Et ſi quidem factum ignorauit,recipi ignorantia eius poteſt.

Recepta eſt cognitio, Id eſt admiſſa eſt actio cauſæ. Plinius epiſt.108.

Recipere aliquem domũ ad ſe hoſpitio.Cæſar lib.1.bel.Ciuil. Quod factum adeò eius cõuentus ciues Romani comprobauerunt, vt domum ad ſe quiſque hoſpitio cupidiſſimè reciperet.

Receptus pertinacis ſententiæ,apud Liuium lib.4. pro Reſipiſcentia à ſententia pertinaci. Alia conſtructione, lib.8.belli Punici,Receptus à malis conſiliis.

Reclino. Reclino,reclinas)Adde,Plinius lib.29.cap.3.1,Candido ouorum in oculis & pili reclinantur ammoniaco trito, admiſtóque.

Reclino,neutrum eſt apud Senecam in Cõſolatione ad Martiam,In quem onus imperii reclinaret.

Recolo. Scribe ſequentia in principio ſtatim dictionis,Recolere,Deſertum agrũ rurſus colere. Liuius lib.7.bel.Pun.Omnes in vrbes,in agros ſuos reductos,arare,ſerere,deſertã recolli terrã.

Recompono,recompõnis,penult. prod.recompónere, Iterum componere & colligere. Vlpian.in L.Argumento. Parag.Margarita,Sed & ſi in hoc ſint ſoluti,vt recomponantur,ornamentorum loco ſunt.De lapillis & margaritis.

Reconduco,reconducis,pen.prod.reconducere, Iterum conducere.Vlpian.in L.Item quæritur. Parag. Qui impleto.ff.Locati & conducti,Qui impleto tempore conductionis remãſit in cõductione,non ſolùm reconduxiſſe videbitur,ſed etiam pignora videntur durare obligato.

Recorrigo,recorrigis,pen.cor.recorrigere.Sene.epiſt.51,Si modò antè incipimus formare animum noſtrum & recorrigere, quàm indureſcat prauitas eius.

Recreo. Recreare carnes, Rurſus creare. Plin.lib.34.cap.15.5, Præcipua tamen commendatio eius in hygremplaſtro ad purganda vulnera fiſtulaſque,& omnem callum erodendum,& raſis oſſibus carnes recreandas.

Recreatio,Verbale.Plin.lib.11.cap.13.7,Ab ægritudine recreationi efficax in cibo.

Recurro. Recurrere in contrarium dicuntur arguméta,quæ retrorſum aut reciprocè valent. Quintil.lib.5.cap.9.

Recurſus facilis ad bonam valetudinem. Celſus lib.4.cap.4, Si vero his morbus leuatus, iámque fauces & cibi, & ſpiritum capiunt,facilis ad bonam valetudinem recurſus eſt.

Recuſſus. Adde,Recuſſus, huius recuſſus. Plin.lib.8.cap.53.2, In hæc ſe librant, vt tormento aliquo rotati in petras, potiſſimum è monte aliquo in alium tranſilire quærentes, atque recuſſu pernicius quò libuerit exultant.De ibicibus.

Redarguo. Redarguere,parẽ refutationis facit Quintilian⁹ lib.6.cap.4,Refutatio,inquit,nõ ſit in negando,redarguendo, defendendo,eleuando.

Reddo. Reddere ſuis authoribus.Celſus lib.1.cap.1.4, Oportet autem neque recentiores viros in his fraudare , quæ vel repererunt, vel rectè ſecuti ſunt:& tamen ea quæ apud antiquiores aliquos poſita ſunt,authoribus ſuis reddere.

Truncam reddere arborem.Colum.lib.1, Quũ deinde truncam reddideris,acuto ferramento plagam læuato.

Reddere,Egerere.Plin.lib.10.cap.47.1, Inter aquaticas mergi ſoliti ſunt denorare quæ cæteræ reddunt.

Flores reddit arbor, Plinius lib.16.cap.16.1, Abies flores croci colore circa ſolſtitium,ſemen reddit poſt Vergiliarũ occaſum.

Iuſta reddere funeri.Plin.lib.10.cap.1.1.

Nomen reddere,)Lege,Cyrus rex omnibus in.

Partum reddere,Párere,Vide Partus in **Pario**.

Semen reddit arbor.Plin.lib.16.cap.16.1.

Vota reddere.) Adde, Curtius lib.3, Vota deinde pro ſalute ſuſcepta per ludum atque otiũ reddens,oſtendit quanta fiducia barbaros ſperneret. Æſculapio & Mineruæ ludos celebrauit.

Redeo. Febres redeunt. Plin.lib.28.cap.16.10.Vide **Febris**.

Redhibeo. Redhibitorius,Adiectiuum.vt Redhibitoria actio, & Redhibitorium iudicium.Caius in L.Siquid vẽditor,in princip.ff.De Ædilit.edicto.& alibi ſæpius eodem titulo.

Redigo. Rem ex difficillima facilem redigere, Id eſt facilem reddere.Cæſar 2.belli Gallici,Quæ facilia ex difficillimis animi magnitudo redegerat.

Redimito. Redimitus,huius redimitus,pen.prod.Solinus cap. 46.Plurimis crines intonſi,mitrata capita,redimitu pari.

Redimo. Redemptor põtis portorium ab eo exigebat.Labeo in L.Cum in plures.Parag.Vehiculum.ff.Locati & cond.

Redemptor ſyluæ, Qui cõduxit operas ad ſyluam cuſtodiendã,vulgò ſyluanus dicitur.Alphenus in L.Lege.ff.Locati & cõd.

Redemptũra,redemptúræ,pen.prod. Quæ fit per mãcipes,Gallicè *Ferme*. Liuius lib.3. belli Pun. Exhortandos qui redempturis auxiſſent patrimonia, vt Reipub. ex qua creuiſſent,ad tempus commodarent. Vlpianus in L.Quicunque.Parag.1.ff.De inſtitoria actione,Labeo quoque ſcribit, Siquis pecuniis fœnerandis, agris colendis, mercaturis, redempturiſque faciendis præpoſuerit,&c.

Reduuiæ. Reduuiæ eſcarũ.Solinus ca.45,Trochilos auis parua eſt. Ea dum reduuias eſcarum affectat, os belluæ huiuſce paulatim ſcalpit.& ſenſim ſcalpurigine blandiente aditum ſibi in vſque fauces facit,&c. Reduuias eſcarum vocat reliquias ciborum , quæ inter crocodili dentes hæſerunt . Has dormiente crocodilo appetit trochilus, inde victum ſibi parans, vt ſcribit etiam Plinius lib.8.cap.25.

Reduco. Reducere ſe vndique.pro Cõtrahere.Senec.epiſt.14, Vndique nos reducamus.nũ minus cõtẽni quàm ſuſpici nocet.

Reducere liberalitatem dicit Seneca de Benefic. 1.pro Contrahere,vel in angustum redigere.

Reductus & Eminens,oppoſita.Quintil.lib.11.ca.3,Vt qui ſin

gulit pinxerant coloribus, alia tamen reductiora, alia eminentiora fecerunt.

Redundo. Ex neceſſitate redundabit onus legatorum ad hæredem. Vlpian. in L. Si ſeruus plurium ſit. Parag. Siquis ante. ff. De legatis & fideicom. 1.

Damni periculum ad te non redúdat. Imp. Alex. L. Et ſi ſciſſes. C. De adminiſt. tut.

Refero. Referre gratiam in maius, pro Maiorẽ gratiam. Sene. de Benefic. 3, Ergo nec medico referri in maius gratia poteſt. ſolet enim vitam dare.

Referre introrſus liberalitatem, pro Coarctare, vel in arctum cogere. Sene. 1. de Benefic.

Gratiæ relatio. Senec. lib. 5. de Benefic. cap. 11.

Reficio. Refectioni valere. Celſ. lib. 3. ca. 15, Quod vt ſuſtinere aliquis poſſit, tamen etiã febre liberatus, vix refectioni valebit.

Reficere breui repetitione rerum iudicum memoriam, pro Recolligere. Quintil. in Proœm. lib. 4.

Reficere teſtamentum. Vlpian. in L. Idémque erit. ff. De militari teſtaméto, Nã videtur iure militari refeciſſe teſtamẽtum.

Reformo. Reformare ad exemplum. Seneca epiſt. 94, Deinde iubẽtur imitari propoſita, & ad illa reformare chirographũ.

Refræno. Refrænatio, Verbale. Sene. 3. de Ira, Neceſſaria eſt iſta doloris refrænatio, vtique hoc ſortitis vitæ genus, & ad regiam menſam adhibitis.

Refringo. Refringere anguſtiſſimo gyro ingeniorum impetus. Plin. epiſt. 105.

Radius ſolis refringitur. Plin. lib. 2. ca. 59. 1, Manifeſtum eſt radium ſolis immiſſum cauæ nubi, repulſa acie in ſolem refringi: colorúmq; varietatem miſtura nubium, aeris, igniúmque fieri. De arcu cæleſti loquitur.

Refractarius, Adiectiuum, &c.) Adde in fine, Sene. epiſt. 74, Errãt ſiqui exiſtimant philoſophiæ fideliter deditos contumaces eſſe ac refractarios & contemptores magiſtratuum.

Refugio. Refugus dicitur is qui periculo effugit. Tacit. lib. 19, Quidam in caſtra refugi, omnia formidine implebant.

Item qui ſe fuga ſubducit. Ouidius epiſt. 17. 57, Spémque ſuo refugi fluminis ore ſequi. Sic Plinius in Paneg. vocat Nilum amnem refugum.

Refugium, Locus ad quem confugimus.) Adde, Vlpianus in L. Si cuius rei. Parag. Sed ſi ædium. ff. De vſufructu, & quemad. &c. Sed neque dictas tranſformare, vel coniungere, eáſve ſeparare ei permittitur, vel aditus, poſticáſve vertere, vel refugia aperire, vel atrium mutare, &c.

Refundo. Refundere alicui ſanguinem & bona, pro Reddere. Liuius, Quàm libenter tot ſpoliatis & tot trucidatis ſanguinem & bona refudiſſes?

Regenero. Regenerare auum, Similem auo gigni. Plin. lib. 7. cap. 12. 1, Indubitatum exẽplum eſt Nyceni nobilis pyctæ Byzantii geniti, qui adulterio Æthiopis nata matre, nil à cæteris colore differente, ipſe auum regenerauit Æthiopem. Hoc eſt Niger natus eſt, qualis fuerat auus, quum tamen alba eſſet mater.

Rego. Fines regi dicuntur(inquit Boethius lib. 2. Top.) quando agri propoſitis terminis finiũtur. Nam Regere antiquæ legis x i i Tab. ſignificatione, eſt Suis finibus terminatũ habere & ſtatuere. Iuſtin. lib. 4. tit. De officio iud. Parag. vltimo, Si finim regundorum actum fuerit, &c.

Recta coma, Id eſt preſſa, Criſpæ opponitur. Sen. epiſt. 96, Nequis, cui rectior eſt coma, criſpulis miſceatur.

Rectus, cum genitiuo: vt Rectus iudicii animus. Sene. de Vita beata.

Rex, pro Rectore. Horat. 1. Carm. ode 36. 2, memor
Actæ non alio rege puertiæ. Id eſt moderatore ac magiſtro.

Agrorum regiones. Iuſtin. lib. 4. Tit. 17. De officio iud. Parag. vltim. Quòd ſi de vna re, veluti de fundo: ſi quidem iſte fundus commodè regionibus diuiſionem recipiat, partes eius ſingulis adiudicare debet.

Exercere regnũ. Plin. lib. 10. cap. 12. 1, Imperitãt ſuo generi, & regnũ in quacunque ſunt domo exercẽt. De gallis gallinaceis.

Regimentum, regimenti, Idem quod Regimen. Arcad. in L. 1. §. 1. De offic. Præfecti præt. Regimẽtis Reipub. ad Imperatores perpetuò tranſlatis, &c.

Regulàriter, pen corr. Aduerbium. Vlpian. in L. Quod ſi ſeruus. Parag. 2. ff. De in rem verſo, Et regulariter dicimus, toties de in rem verſo eſſe actionem. Idem in L. Regulariter definiendum eſt. ff. De petit. hæred.

Reiicio. Reiicere, pro Reponere ſeu reclinare. Curtius lib. 10, Velut omni vitæ debito liberatus, fatigata membra reiecit.

Relabor. Relabi flumina dicuntur, dũ fluxum iterant. Horat. 1. Carm. ode 19. 3. -quis neget arduis
Pronos relabi poſſe riuos montibus?

Relego. Relegare alicui cauſas alicuius rei, Id eſt prætexere illum eſſe in cauſa. Tibul. lib. 4. eleg. 6. 1,
Illa quidem ornandi cauſas tibi diua relegat:
Eſt tamẽ occultè cui placuiſſe velit. Id eſt aſſignat cauſam ſui ornatus quod te colere voluerit.

Relegationem ſemper exilio minorẽ facit Ouidius, vt 2. Triſt.
Adde quòd edictum quanuis immite minánque.
Attamen in pœnæ nomine lene ſuit:
Quippe relegatus, non exul dicor in illo.

Releuo. Releuare aliquem ſatisdatione. Modeſtinus in L. Si procuratorem. ff. De procurat.

Releuari in aliquo. Vlpian. in L. Et poſt rem. ff. De trãſactionibus, Etſi tranſactio non perimit rem iudicatam, tamen in eo quod datum eſt, releuari rem iudicatam oportet.

Religio. Religio iudicis, Integritas, vel anxia cura. Calliſtratus in L. Diuus Adrianus. ff. De re iud. Cõſpiratione aduerſariorum teſtibus pecunia corruptis, religionẽ iudicis circunuẽtam eſſe.

Relinquo. Relinquere cõſultationi. Liuius lib. 5. bel. Pun. pro Remittere ad conſultationem.

Reliquum dicitur, quod ſupereſt maiori ſumma detracta. Marcellus in L. Reſcriptum. ff. De his quæ, &c.

Reliquatio, Verbale. Paulus in L. Qui nominibus. ff. De adminiſt. & peric. tut. Sed & ſi pupillus poſt pubertatem rationibus à tutore acceptis, reliquationem eius ſecutus vſuras acceptauerit: priuilegium ſuum non amittit in bonis tutoris venditis.

Reloco, rélocas, pen. corr. recolãre, Rurſus locare. Vlpian. in L. Item quæritur. Parag. Si in lege. ff. Locati & conducti, Si in lege operis locandi comprehẽſum eſſet, vt ſi ad diem effectum non eſſet, alii relocare id liceret.

Remacreſco, remacreſcis, remacreſcere. Sueton. in Domitiano, cap. 18, Poſtea caluitio quoque deformis vẽtris obeſitate, crurum gracilitate, quæ tamen ei longa valetudine remacruerãt.

Remedium. Efficax remedium. Celſ. lib. 3. cap. 18.

Eximium remedium. Plin. lib. 27. cap. 12. 10.

Singulare remedium. Plin. lib. 26. cap. 8. 30. Et lib. 29. cap. 3. 11.

Scatet remediis vrtica. Plin. lib. 11. cap. 13. 1. Vide **Scateo.**

Tentare remedia. Celſus in Præfatione libri 1, Quòd ſi iam incidat mali genus aliquod ignotum, non ideo tamen fore medico de rebus cogitandum obſcuris, ſed eum protinus viſurum cui morbo id proximũ ſit, tentaturúmque remedia ſimilia iſtis, quæ vicino malo ſæpe ſuccurrerint, & per eius ſimilitudinem opem reperturum.

Remeo. Remeare in ſe, pro Replicari, ſiue reuolui. Seneca epiſt. 36, Obſerua orbem rerũ in ſe remeantium: videbis in hoc mundo nihil extingui, ſed vicibus deſcendere ac reſurgere.

Remeant aquæ. Plinius lib. 6. cap. 17. 4.

Remeãtus, huius remeátus, pen. prod. Ipſe remeandi actus, Martianus in L. Relegati, in fine. ff. De pœnis, Et nemo poteſt commeatũ remeatúmve dare exuli, niſi Imperator ex aliqua cauſa

Remetior. Remetiri, pro Recognoſcere. Senec. 3. de Ira, Quũ ſublatum è conſpectu lumen eſt, & cõticuit vxor, moris iã mei conſcia, totum diem mecũ ſeruor, facta ac dicta mea remetior.

Remetiri, pro Penſare vel remunerari. Quintil. Declam. 11, Frumentum pecunia remetiamur, libertatẽ noſtrã addicimus.

Remiſceo, &c.) Sene. li. 1. de Tráquil. vitæ, Venenũ mihi dedit aliquis, ſed vim ſuam remiſtum cibo perdidit. Idem epiſt. 7.

Remitto. Remittere frontem, pro Indulgere, vel minus ſeuerum eſſe. Plinius epiſt. 19, Idem tum qui à te hanc auſteritatem exigo, cogor id quod diuerſum eſt poſtulare, vt in pleriſque frontem remittas.

Remittere ſaporem, pro Mitiorem reddere vel temperare. Seneca de prouid. Tantum deiectorum ſupernè imbrium, tanta mediterraneorum vis fontium, non mutant ſaporem maris, neque remittunt quidem.

Remitti ex toto. Celſ. lib. 3. ca. 11, Horror autẽ eas ferè febres antecedit, quæ certũ habent circuitum, & ex toto remittuntur.

Remitto, Remiſſus, Solutus febri. Plinius iunior lib. 7. epiſt. 1, Quinetiam quum peruſtus ardentiſſima febri, tandem remiſſus vnctúſque, acciperem à medico potionem, &c.

Remiſſio penſionis. Suetonius in Iulio.

Remuto, remútas. pen. prod. remutare. Tacitus de Orat. Vidit nanque conditionem temporum & diuerſitates authorum, formam quoque orationis remutandam.

Renideo. Renidere, Os aperire ad ſubridendum. Catullus ad Egnatium. 37. 1.
Egnatius quòd candidos habet dentes
Renidet vſquequaque.

Oratio renidet. Quintilianus lib. 11. cap. 10, Quod quũ cõtingit, neſcio quomodo velut hilarior protin' renidet oratio: vt in Zephyris Zopyriſque.

Renuntio. Renuntiare,quod vulgò dicitur *Contremander*. Senec.1.de Clement. Renuntiari extemplo amicis quos in consilium rogauerat,imperauit.Id est indicauit mutato consilio nihil se eorum opera in præsens vsurum.

Renuntiare depositō, est rerum depositarum curam & custodiam deponere.Vlpia.in L.Si hominem.Parag.Quoties.ff.Depositi vel contrā.

Repatrio/repatrias,repatriare, Redire.Solinus cap.46, ad finem,Hoc Arabiæ sat est,hunc ad Peluſium repatriemus. Idem ca.40,Assiduis denique exēplis patet eos peperisse, quum multi captiuorum aliquot leonibus obuiis intacti repatriauerint.

Repercutio. Repercutere actē oculi dicit Seneca li.11.epist.1, pro Repercutiendo perstringere.

Repercussus colorum.Plin.lib.37. cap.2.9, Sunt qui maximè in iis laudent extremitates , & quosdam colorum repercussus, quales in cœlesti arcu spectantur.

Repeto. Repetere per iudicem. Vlpian.L.3.Parag.Si liber.ff. De conduct.caus.dat.Neratius etiam libris Membranarum refert,Paridem Pantomimum à Domitia Neronis filia x.quæ ei pro libertate dederat,repetisse per iudicem.

Repetita emptio dicitur retrorsum petita:vt si re vēdita & pretio soluto conueniat inter contrahētes,vt discedatur ab ea venditione, & consistat secunda, quasi alia non præcesserit. Certè ex quo res non est integra (quia pretium solutum est) non potest consistere illa posterior venditio,sed prior censetur repetita:& sic discedit̄ à secunda,& recurritur ad priorē. Pōpon. in L.1.De rese.vend.

Repleo. Repletū alte.Celsi.li.7.ca.8,Quod vbi incidit,specillo tentandū,alténe id repletū,an in summo tantū glutinatū sit.

Replico. In se replicari. Senec.lib.de Benefic.1,Chrysippi acumen nimis tenue retunditur,& in se sæpe replicatur.

Replumbo/&c.) Senec. Natur. quæstio lib.4, Argentum replumbatur.De caloribus Æthiopiæ loquitur.

Repono. Reponere iniuriam,pro Rependere. Senec.de Ira, lib.2,Cogitemus alios non facere iniuriam,sed reponere.

Reposco. Reposcere per iudicē. Callistratus in L.Extat.ff.De eo quod metus causa, &c. Vis enim est & tunc,quoties quis id, quod debere sibi putat,non per iudicem reposcit.

Reposcit causa,Exigit.Vlpia.in L.In eos.ff.Ad legē Iul.maie.

Repræsento. Vicem alicuius rei repræsentare.Plin.lib.28.ca. 10.9,Nam si oleum non sit,vicem eius repræsentat.

Repo. Repere genibus.Plin.lib.8.cap.7.3.

Reptabundus,Adiectiuum.Senec.de Vita beata, Ex ingēti intervallo reptabundus sequar.

Repurgo. Repurgatus in syncerissimū nitorē.Senec.epist.67.

Repurgium à repurgando, vtuntur Iustinianus, C.De aquæ ductibus,& Ambrosius ad Theodosium, Non audisti Imperator, quia quum iussisset Iulianus reparari tēplum Hierosolymis,diuino qui faciebant repurgium igne cremarunt.

Reputo. Reputare,pro Imputare:vt Reputare vitio alicuius. Modestinus in L.Nihil interest. Parag.Si cum filius.ff.De inofficioso testamento, Tamen est aliquid quod testatoris vitio reputetur vt meritò repellendus non sit.

Reo. ℂRei,pro sumptu.Martianus in L.Quum vir.ff.De dolis ma.& me. except. Quum vir in area ab vxore sibi donata aliquid ædificasset: pleriſque placet , doli mali exceptione posita rem seruari posse.

E re,Ex vtilitate,vtiliter. Papin.in L.Donationes in.§.1.ff.De donationib.Nec matrem offensam è repetitionē habere.Q.d. matrem ex leui offensione eas res vtiliter repetere non posse.

Resæuio/resæuis,resæuire,Iterum sæuire. Ouid.1.Trist.eleg.1. 21,Quæque quiescebat ne mota resæuiat ira.

Rescindo. Rescissorius,Adiect. vt Actio rescissoria. Vlpian.in L.Exemplo.ff.Ex quib.caus.maio.&c.

Rescribo. Rescribere legionē ad equum,est, eam quæ peditum erat,in numerū equitum transcribere.Cæs.lib.1.bel. Gall.

Reseco. Reseco spē lōgam spatio breui. Horat.1. Car.ode 11.1.

Reseminio/reséminas, pen.corr.reséminare. Ouid.15.Meta.79, Vna est quæ reparet,séque ipsa reseminet ales.

Resequor/&c.)Adde,Ouid.13.Meta.161,Nereis his cōtra resecuta Crateide natam est. Ibidem,lib.6.8,Talibus obscuram resecuta est Pallada dictis.

Reseo. Residuus pœnæ homo, qui tantum in pœnam viuit. Quintil.Decla.9, Quum confectum cladibus, & tantum pœnæ suæ residuum considero.

De residuis tenetur is, qui quū pecuniæ publicæ administrationem habuerit,reliqua non intulit,sed in suum vsum conuertit.Vlpian.L.4.§.Lege Iulia.ff.Ad legē Iuliam pecu.Lege Iulia de residuis tenetur is,apud quē ex locatione,emptione,alimētaria ratione, ex pecunia quam accepit aliáve qua causa,pecunia recedit. Paulus in L.1.ff.eodē. Lege Iulia de residuis tenetur,qui publicam pecuniam delegatam in vsum aliquem retinuit,neque in eum consumpsit.

Resideo. Residet culpa penes eū. Alphenus in L. Si ex plagis. Parag.2.ff.ad L.Aquiliam.

Residet apud eū pecunia publica,Id est in debitos vsus ab eo non erogata.Martianus in L.4.ff.Ad legem Iulia.peculatus.

Resido. Residūt in clunes.Plin.li.8.ca.37.1.De moribus pōticis.

Resigno. Resignare,pro Dissoluere.vnde Resignare rationes. Senec.lib.de Benefic.6,Quare cum acerbo fœneratore resignare rationem parem properas? Sic Parem rationem resignare.

Resilio. Resilire emptori dicitur venditor meliore conditione allata.Vlpian.in L.Sabinus.ff.De in diem addictione.

Resoluo. Resoluere corruptam partem à viua.Celsi.lib.5.cap. 28,Quodcunque verò medicamentum positum est, si satis proficiet,protinus à viua corruptam partem resoluit.

Resoluere & colligere. Quintil.lib.11.cap.2, Proprietates vocis cuiusque nosse,& ambigua aperire,& perplexa discernere,& de falsis iudicare,& colligere ac resoluere quæ velis.

Resoluere & Cōponere,cōtraria.Senec.epist.30, Quum quid cōposuit resoluit:& quicquid resoluit, componit iterum.

Resoluitur emptio subconditione,Ad nihilum redigitur. Vlpian.in L.1.ff.De in idem addictione.

Resoluere,pro Absoluere piaculo & flagitio.Horat.1. Car.ode 28.7,Téque piacula nulla resoluēt.Hoc est,Nullis hostiis expiaberis.Piacula enim dicebantur, quibus facinus expiabatur admissum.Acron.

Mollire & resoluere hominē:pro Effœminare.Senec.epist.36.

Respergo. Versu 19,respersu pennarum)Lege pinnarum.

Respicio. Sūma imperii ad me respicit, Id est ad me spectat, ad me pertinet.Cæsar lib.3.bel. Ciuil.Toti tamē officio maritimo M. Bibulus præpositus cuncta administrabat,ad hunc summa imperii respiciebat.

Respondeo. Respōdere varié.Celsi.lib.5.ca.18,Credò autē quo peius id malū est,minúsq; facilè discutitur,eo plura esse tētata, quæ in personis variè responderūt.De malagmate ad strumas.

Respōdere ius.Plin.epist.101,Interest tamē officiis, adhibetur consiliis, atque etiam ius Ciuile publicè respondet.

Respondet frumentum ad pondus & mensuram . Seneca de Brevitate vitæ.

Respuo. Respuere in aliquē,Spuendo reiicere.Sene.epist.54, Quædā tela Philosophia discutit, ea in eū qui miserat respuit.

Restauro. Restaurātus,Participium.vt Nauis restaurata. Vlp. in L.Quid tamen.§.In nauis.ff.Quib.mo.vsusfructus, &c.

Restibilis. Aruum restibile.Plin.lib.18.cap.17.14.

Crassitudo restibilis.Plin.lib.18.cap.17.14.

Restio. Resticulus.Diminutiuum.Vlpian.in L.Si vero.Parag. finali. ff. De iis qui deiecerūt, Si amphora ex resticulo suspensa decidisset,& damnum dedisset. Alias legitur Reticulo.

Restituo. Restituere ex toto.Celsi.lib.8.ca.10,Quidam iterum semper excidere contendunt,sed Hippocrates,& Diocles,& Philotimus,& Nileus, & Heraclides Tarentinus clari admodum authores,ex toto se restituisse memoriæ prodiderunt.

Restitui in bona paterna. Papinianus in L. Si vno. Parag. vlt.ff.Locati & cond.

Restitutorius,Adiectiuum: vt Iudicium restitutorium . Caius in L.Qui proprio.Parag.Item.ff.De procurator. Item quæritur, si iudicium acceperit defensor,& actor in integrum restitutus sit:an cogendus sit restitutorij iudicij accipere. Actio restitutoria.Vlp.in L.Quāuis pignori.§.Marcell.ff.Ad s.c.Velleianū.

Restringo. Restringere ad,pro Astringere.Plin.epist.8,Nam quū omnes homines ad custodiā pecuniæ natura restrinxerit.

Resupino. Resupinare collum.Plin.lib.10.cap.34, ad finem, Proprium generis eius & turturum,quum bibant colla non resupinare.

Resupinus. Resupinus,pro molli & effœminato. Quintil.lib. 5.cap.11, Quapropter eloquentiam licet hanc libidinosam resupina voluptate auditoria probent,nullā esse existimabo quæ ne minimum quidem in se indicium masculini & incorrupti, ne dicam grauis & sancti viri, ostendet.

Resuscito. Prior obligatio nouo pacto resuscitatur.Paulus in L.Si vnus ex.Parag.Sed si pactum.ff.De pactis.

Retineo. Retento, &c.) Adde,Seneca epist.73, Diu res ista non retentauit memoriam meam.

Retorqueo. Retorquere aliquem, pro In alterā partem inuertere.Quintil.Declam.16,Tibi imputes quòd rē retorsisti,quòd ablata sunt sacramenta pereundi.Id est retraxisti à proposito.

Retorridus. Retorridum, &c.)Adde, Rerorridū etiā dicitur quod igne cōbustum est:vt Seneca vocat manum Scævolæ retorridam,epist.67.

Retrahо. Retractus,pro abdito.Liu. lib.6.bel. Maced.The-

ſpienſium emporium eſt in intimo ſinu Corinthiaco retractũ.

Retrahere verba, pro Reducere & quaſi reſorbere: quum interuẽtu alicuius ſermonem interrumpimus. Sene. epiſt. 3, Quid eſt ergo quare verba coram amico meo retraham?

Retractus in tutum animus. Senec. de Benefic. 6.

Retro. Retrò, pro Contra vel è cõuerſo. Aphricanus in L. Si de eo. §. Seruũ. ff. De acquirenda vel amit. poſſeſ. Non ideo magis hoc tempore clam poſſidere me videri ait. nam retrò quoque, ſi ſciens tuum ſeruum non à domino emerim, &c. Idem in L. Qui negotia. Parag. Cum hæres. ff. Mandati vel contra, Et tu, quum ſcires me deceſſiſſe, propter mãdatum meũ alii vendere noluerit an hæres meus eo nomine tibi ſit obligatus? & retro, ſi alii vendideris, an hæredi meo teneatis? Vlpia. in L. Si à te. Parag. Iul. ff. De except. rei iud. Iulianus ſcribit, exceptionem rei iudicatæ à perſona authoris ad emptorem tranſire ſolere: retrò autem ad authorem ab emptore reuerti non debere.

Retro currere, pro Reciprocum eſſe. Plin. Panegy. 61, Curpoſteris amplior honor, quàm maioribus haberetur: curve nõ retro quoque curreret æquitas eadem?

Retrorſum, &c.) Adde, Quintilianus lib. 5. ca. 9, dicit retrorſum valere argumenta quæ reciproca ſunt: Sed quædã, inquit, & retrorſum idem valent, vt, Viuere hominem qui ſpirat, & ſpirare qui viuit.

Retrõfero, retrõferis, retrõtuli, retrolãtum. Retroferre ſe, pro Retrocedere. Seneca in præfat. decla. Neſcio qua iniquitate & ad malum pronitate naturæ eloquentia ſe retrotulerit.

Reuchyo. Reuehere pecuniam ex re vẽdita, pro Colligere. Liuius lib. 5. bel. Maced. Cætera vendita Quæſtori data: quod inde reuectum eſt, militi diuiſum.

Reuérbero, reuérberas, pe. cor. reuerberãui, reuerberãtum, reuerberãre. Sene. 2. de Clement. Omnem fortunæ impetum reuerberabit, & arte ſe franget.

Reuileſco/reuileſcis, reuiléſcere, Vile fieri. Seneca de Trãquillitate vitæ, Sed nec virtuti periculum eſt, ne admota reuileſcat.

Reuiuiſcunt pennæ auulſæ. Plin. lib. 11. cap. 28. 1.

Reuoco. Forum reuocare. Vlpian. in L. Siquis poſtea. ff. De iudiciis, In ea cauſa ius reuocandi forum non habebit.

Reuocare promiſſum, pro Negare quod promiſeras. Senec. de Benefic. 4.

Reuocatur quæſtio inter eaſdem perſonas, quum eadem res quæ priore iudicio petita fuit, ſecundo petitur. Vlpianus in L. 3. Iulian. & 7. Si quis cum. §. Et generaliter. ff. De except. rei iud. Quoties inter eaſdem perſonas eadem quæſtio reuocatur, vel alio genere iudicii.

Ad ſolicitudinem ſuam rerum adminiſtrationem reuocare, In ſe recipere. Scæuola in L. Menia. Paragr. 1. ff. De annuis legatis & fideicom.

Reuocare, cum præpoſitione In. Senec. epiſt. 51, Robora in rectum, quanuis flexa, reuocabis.

Reuoluo. Reuolui retro. Celſ. li. 7. ca. 26, Vncus iniicitur calculo, ſic vt facilè eũ cõcuſſũ quoq; teneat, ne is retro reuoluatur.

Reuoluitur ad emptorem infecti damni ſtipulatio. Paulus in L. Damni. Parag. Emptor prædii. ff. De damno infec. &c.

Reus. Reum fieri, eſt ſe expromiſſorem & alieni debiti debitorem conſtituere. Vlpian. in L. 1. Parag. Excepi. ff. Quarum rerum act. non dat. Quum enim propoſitum ſit Prætoris, in huiuſmodi obligationibus reo ſuccurrere: non ſeruaturus eſt propoſitum ſuum, niſi fideiuſſorem quoque, & eum, qui rogatu liberti reus factus fuerit, aduerſus patronum defenderit.

Reus tutandæ ſuæ ſtationis dicitur, qui ſtationem ea lege cuſtodit, vt illi imputetur ſiquid aduerſi acciderit. Liuius lib. 5. bel. Pun. Opportuna loca diuidenda præfectis eſſe: vt ſuæ quiſque partis tutandæ reus ſit.

RHEDONES, populi Galliæ, de quibus Cæſar 7. bel. Gallici, 300.

Rheuma. Rheumatiſmus ventris. Plin. lib. 17. cap. 12. 7, Rheumatiſmis ventris medentur.

Rhyparographus/rhyparographi, pen. corr. Sordidarũ humiliũmque rerum pictor. Plin. lib. 35. cap. 10. 45, Tonſtrinas ſutrinãſque pinxit, & aſellos, & obſonia ac ſimilia, ob hoc cognominatus Rhyparographos, in iis cõſummatæ voluptatis: quippe ex pluris veniere quàm maximæ multorum.

Rhytium/genus vaſis. Martial. lib. 2. 35, ad Phœbum,

Quum ſint crura tibi, ſimulent quæ cornua lunæ,
In rhytio poteris Phœbe lauare pedes.

Ricinus. Ricinus, Aliter. Plin. lib. 23. ca. 7. 21, Mori germinatione prius quàm in folia exeant, ſiniſtra decerpi iubentur futura poma, ricinos Græci vocant. Hi terram ſi non attigere, ſanguinem ſiſtunt adalligati.

Ridica. Ridica, ridicæ) Adde exemplum ex Plinio lib. 17. cap. 12. 6, Pedamenta optima quæ diximus, aut ridicæ robore, oleaque: aut ſi non ſint, pali è iunipero, cupreſſo, laburno, ſambuco.

Rigor/&c. Poſt quartum verſum huius dictionis, colloca Rigor neruorum, quod eſt poſt Rigorãtus.

Rigor ſtillicidii. Scæuola in L. Olympico. §. vlt. ff. De ſeruit. vrb. præd. Lucius Titius aperto pariete domus ſuæ, quatenus ſtillicidii rigor, & tignorum proiectus competebat, ianuã in publico aperuit.

Rigor iuris. Modeſtinus in L. Si expreſſim. ff. De appel. Si expreſſim ſententia contra iuris rigorem data fuerit.

Rigidor, penul. correp. rigidãris, rigidari, pen. prod. Rigidum fieri. Senec. epiſt. 71, Flexuram nõ recipit: rigidari quidẽ, amplius intendi non poteſt.

Ringo. Dehiſcens rictus ad aures. Plin. lib. 8. cap. 21. 3.

Ripa. Murus riparum. Plin. lib. 16. cap. 37. 1. Hoc eſt ripæ vicem murorum præbentes.

Robor. Subeſt robur illi ætati. Celſus lib. 1. cap. 10, Maximè tamen in his medicus imperitus falli poteſt, quia ferè minus roboris illis ætatibus ſubeſt.

Rogo. Mutuam pecuniam aliquem rogare. Celſus in L. Si me. ff. Si certum petatur.

Rogare ſacramento, &c.) Additur interdum nomẽ poteſtatis. vt rogare Conſulis ſacramento, pro eo quod eſt iure conſulari. Ita Cæſar in principio lib. 6. bel. Gal. Quos ex ciſalpina Gallia conſulis ſacraméto rogauiſſet, ad ſigna conuenire, & ad ſe proficiſci iuberet.

Comitia cõſulibus rogãdis habere, alio modo quàm vſus eſt Cicero. Liuius 8. bel. Maced. 180, Comitia conſulibus rogandis fuerunt ad x i Calendas Mart. Creati cõſules M. Æmylius Lepidus, C. Flaminius. Id eſt creandis.

Rogatio, etiam pro ſupplicatione aut prece. Valer. lib. 6. cap. 4, Nam quum amici cuiuſdam iniuſtæ rogationi reſiſteret, atque is per ſummam indignationem dixiſſet, Quid ergo mihi opus eſt tua amicitia, ſi quod rogo nõ facis? reſpondit, Imò quid mihi tua, ſi propter te aliquid inhoneſtè facturus ſum? De Publio Rutilio.

Roma. Romanicus, pen. corr.) Adde, Sic Romanicum oleum, apud eundem. cap. 153. in lege oleæ pendentis.

Romanenſis) Scribe, de Re ruſtica, cap. vltimo.

Ros. Rorãlis, pe. prod. Adiectiuũ. Ouid. 4. Faſt. 147, Virgáque rorales laurea miſit aquas. Id eſt, ad irrigandum.

Roſa. Roſacea corona. Plin. lib. 21. cap. 3. 3, L. Fuluius argentarius, bello Punico ſecundo, cum corona roſacea interdiu è pergula ſua in forum proſpexiſſe dictus.

Roſtrum. Acies roſtri. Plin. lib. 11. cap. 37. 51.

Rotundus. Rotundare caput, Rotundũ habere, vel producere. Plin. lib. 20. cap. 18. 6, de papauere, Satiuum omne magis rotundat capita. At ſylueſtri longum ac puſillum.

Rotũditas, pen. cor.) Adde, Idem lib. 16. cap. 13. 1, Folia in inuenta circinatæ ſunt rotunditatis.

Rubeus. Dilutus rubor. Plin. lib. 21. cap. 21. 15. Et cap. 13. 1, Tutiſſimi qui rubent callo, minus diluto rubore quàm boleti.

Rubrus, rubra, rubrum, Idem quod Ruber. Solinus cap. 53, Colores duo ſunt, quos fingere non valet, rubrus & candidus: cæteros facilè mentitur. De chamæleonte.

Rumor. Ex ſermone rumor) Scribe, Ex ſermone rumor attulit eam calamitatem ad aures eius.

Ruo.) Ruere herbas & limum, Eruere, proruere. Plin. li. 11. cap. 37. 33, Cornea & acuta volucribus roſtra. Eadem rapto viuentibus, adunca: collecto, recta: herbas ruentibus limumque, lata, vt ſuum generi.

Rus. Ruſticius, Aduerbium comparatiuum. Hora. 1. Serm. ſat. 3. 7, rideri poſſit eo quòd
Ruſticius tonſo toga deſluit.

Ruta. Rutãtus. pen. prod. Aliud adiectiuum, Ex ruta factum. Plinius.) Adde, lib. 19. cap. 8. 26.

Rutilo, Rutilãtus, Adiect. Rutilo colore infectus. Tacit. lib. 20, Ciuilis barbaro voto poſt cœpta aduerſus Romanos arma propexum rutilatúmque crinem patrata demum cæde legionum depoſuit. Liu. 8. bel. Maced. 70, Promiſſæ & rutilatæ coronæ.

S

Saba appellatur, quod ſignificare Græci myſterium dicunt. Plin. lib. 11. cap. 14. 1.

Saccus. Saccis vina caſtrare, Vide **Caſtro.**

Saccus vinarius. Plin. lib. 24. cap. 1. 3.

Saccãtus, penult. prod. Adiectiuum. Plinius libro 20. cap. 19. 3, De diacodio, Fit autem huius papaueris aut cuiuſque ſylueſtris capitibus c x x. in aquæ cæleſtis ſextariis tribus, biduo maceratis in eadémque diſcoctis, deinde ſaccatis, iterúmque cum melle decoctis ad dimidias partes vapore tenui. Idem lib. 29. cap. 6. 25, Saccatúſque lineis ſaccis, & in fictili nouo repoſitus loco frigido, minus putreſcit addito melle. De adipe apũ præparando.

Saccaria nauis. Quintilianus lib.8.cap.1, Fallunt etiam verbo, vel regionibus quibusdam magis familiaria, vel artium propria, vt Atabulus ventus, & nauis Saccaria. Vide Gellium lib.11. cap.10.

Sacer. Sacer, cum genitiuo. Plin.lib.8.cap.21.4, Feram nomine axin, humili pelle, pluribus candidioribusq; maculis, sacrâ Liberi patris.

Sacer, cum datiuo. Plin.li.16.ca.4.5, Cinica iligna primo fuit, postea magis placuit ex esculo Ioui sacra. Ibidem, ca.33.1, Diti sacra cupressus.

Sacrare fœdus, pro Sancire. Liu.lib.8.bel.Maced. Fœdus quod in Capitolio, quod Olympiæ, quod in arce Athenis sacratũ fuisset, irritum per illos esse.

Sacrificare lustra. Linius Decad.5.li-5.183, Inde quinto die Delphis Apollini pro me exercitibusq; & classib' lustra sacrificaui.

Saga. Sagæ, idem qui Sacæ) Scribe, SAGAE, iidé qui Sacæ, &c.

Sagax. Sagacitas etiam sensuum corporis. Senec.epist.96.

Sal. Flos salis. Plin.lib.31.cap.10.10, Cum salis flore contuso.

Flumina salis. Plin.lib.31.cap.7.3. Sed & summa fluminũ dentur in salem, amne reliquo veluti sub gelu fluente, vt apud Caspias portas, quæ salis flumina appellantur.

Grumus salis. Plin. lib.33.ca.4.18, Torretur & cũ salis grumo.

Montes salis natiui. Plin.lib.31.cap.7.4, Sunt & montes natiui salis, vt in Indis Oromenus, in quo lapicidinarum modo cæditur renascens: maiúsque regũ vectigal ex eo est, quàm ex auro atque margaritis.

¶ Sal, interdum est vitium in gemmis. Plin.li.37.cap.2.10. De murrhinis.

Sal facetus. Plin.lib.36.cap.6.4, Faceto in id M.Catonis sale.

Salsamentarius, quod ad salsamenta pertinet. Plin.) Adde, li.31.cap.8.4

Salina, pro salino legitur apud Valerium li.4.cap.4, Vterque patellam deorũ & salinã habuit. De C. Fabritio, & Q. Æmylio.

Salebræ. Salebrosa & exiliens oratio. Seneca epistio.101.

SALII, Sacerdotes) Adde post verba Ciceronis, Ouidius 3. Fast. Ià dederint Saliis à saltu nomina dicta.

Salio. Aqua saliens, pro Currente. Plinius epist.41, Hæc vtilitas, hæc amœnitas deficitur aqua salienti, sed puteos ac potius fontes habet.

Laudes alicuius saltare) Adde in fine, Ita cantari & saltari commentarios dixit Tacitus de Orat.

Saliua. Ieiuna saliua. Plin.lib.28.cap.4.3, Hominum verò in primis ieiunam saliuam, contra serpentes præsidio esse docuimus. Paulo pòst, Incipientes furunculos ter præsignare ieiuna saliua.

Saltus. Saltuares insulæ, apud Plinium lib.2.cap.95.

Saluo. Adoptio salubris pupillo. Vlpian.in l.Nec ei.§. Et primum.ff.De adoptionibus.

¶ Salutare, Salutem precari. Plin.lib.28.cap.2.15, Cur sternutamentis salutemur? Hoc est quum sternutamus. Subdit Plinius, Quod etiam Tiberium Cæsarem, tristissimum (vt constat) hominum, in vehiculo exegisse tradunt. Et aliqui nomine quoque consalutare religiosius putant.

¶ Salutare: Seruare. Plin.li.17.cap.21.10, Temerarium est, ante crassitudinem pollicarem viti imperare. Sequenti anno palmites salutentur pro viribus matris singuli aut gemini. Idem & secundo si cogit infirmitas, nutriantur. Salutentur dixit, pro seruentur incolumes, nec resecentur.

Salutatorium, salutatorii. Senec.libro 1.de Tranquil.vitæ, Itaque illi quoque quisquis erit, qui salutatorium publicum exerceat, donabit. Id est qui suam operam locare in salutando solitus sit.

Saluo, saluas.) Adde, Quintil.Decl.5, Perdiderunt pulchritudinem, sanctitatémque naturæ, qui putant illis parentibus iura succurrere, quibus apud liberos saluãdi est de mutua charitate reuerentia. Castigatiores codices habent salua est, &c.

Saluator, &c.) Adde, Cicero 4.Verr.109, negat extare Latinum nomen quod respondeat Græco vocabulo σωτὴρ. Vide dictionem Soter.

Sambucus. Sambucea arbor. Plin.lib.29.ca.4.1.

Sancio. Sanctum, Id est silendũ. Liu.lib.3.bel.Punic. Et siquid vnquam arcani sanctiue in curia fuerit.

Sanguis. Fluens sanguis per nares. Plin.lib.26.cap.13.4.

Vitiosus sanguis Celsi.lib.2.cap.10, Nam si is crassus & niger est, vitiosus est (sub.sanguis) ideoque vtiliter effunditur.

Mittere sanguinem in brachiis. Celsi.lib.2.cap.10, Mitti verò is debet, si totius corporis causa fit, ex brachio: si partis alicuius, ex ea ipsa parte aut certe quàm proxima: quia nó vbiq; mitti potest, sed in temporibus, in brachiis, iuxta talos.

Ex brachio sanguinem mittere. Celsi.lib.2.ca.10. id est Venam secare in brachio.

Redditus sanguis per os. Plin.lib.26.cap.13.3.

Occupare sanguinẽ. Celsi.lib.8.ca.4, Inter quæ si sanguis fertur, spongia subinde in aceto tincta colubendus est: occupandúsque obiectis linamentis, & caput altius excitandum.

Sanguino, sanguinas, &c.) Adde, Plinius libro 30.cap.9.3, Si pedes sanguinent.

Sanno. Reddere sanitatem veram. Celsi.lib.8.cap.2, Longéq; perniciosissimum est, quod in osse pectoris est: quia vix etiam si rectè cessit curatio, veram sanitatem reddit.

Reddita sanitas. Celsi.lib.5.cap.20, Balneum (nisi iam certa fiducia redditæ sanitatis est) alienum est.

Sapor.) Sapor oris. Plin lib.30.cap.4.1, Oris saporẽ commendari affirmant murino cinere cum melle si fricentur dentes.

Acidulo sapore iucunda pira. Plinius lib.15.cap.15.2.

¶ Asper in ore sapor. Virgilius 4.Georg.56. Adde, Plinius libro 2.cap.100, Sapor maris asper.

Ferruginei saporis aqua. Plin.lib.31.ca.2.10. Vide **Ferrum.**

Horridus sapor. Plin. lib.3.cap.13.1.

Sarmentum. Sarmenta, Lignosi illi ramusculi quibus sti patim affiguntur vuarum acini. Plinius lib.23.cap.1.3, Sarmenta earum in quibus acini fuere, astringendi vim habent, efficaciora exoltis. Nuclei acinorum eandem vim obtinent.

Satio. Satiare videtur à Plinio positum pro Abundare. lib.5. cap.9, Propterea obseruatũ est, prout in Mauritania niues imbresve satiauerint, ita Nilum increscere.

Abire in satietatem. Plin.lib.8.cap.16.6.

Satie necari. Plin.lib.8.cap.51.5.

Satior, & hoc satius, huius satiòris, pen. prod. Melior. Plin.lib.17. cap.5.3, Erit igitur hæc optima, & operi satior. De terra tenera.

Satius, Adiectiuum, Vide **Sero**, seris.

Satur. ¶ Saturitas, pro Excrementis ventris. Plin.li.10.ca.33. 1, Notabili munditia égerunt excrementa pullorum, adultioresque circumagi docent, & foris saturitatem emittere.

Saturatior, Comparatiuum: vt Saturatior color. Plin.li.11.ca. 8.2, Vnus in heliotropio, & in aliquo ex his plerũq; saturatior.

Scaber. Scabritia genarum. Plin.lib.13.in Proœm.8.

Scabritias cutis in facie emendat oleum raphaninum. Plin. lib.13.cap.4.16.

Vnguium scabritias expolit. Plin.lib.14.cap.4.4.

Arteria scabritias sanat ex passo. Plin.lib.27.cap.11.13.

Oculorũ scabritias ac prurigines emẽdare. Plin.lib.28.ca.7.1.

Faucium scabritie. Plin.lib.19.cap.5.4.

Scalpo. Scalper exciforius. Celsi.li.8.ca.3, Tunc exciforius scalper, ab altero foramine ad alterum malleolo adactus, id quod inter vtrunque medium est excidit.

Scalpurigo, pen.prod. scalpuriginis, f.g. Solinus cap.45, Os belluæ huiusce paulatim scalpit, & sensim scalpurigine blandiente aditum sibi in vsque fauces facit.

Scateo. Scatet vrtica plurimis remediis. Plin.li.22.cap.13.1, Vrtica quid esse inuisius potest? At illa præter oleum quod in Ægypto ex ea fieri diximus, vel plurimis scatet remediis.

Schistum. Schista ona. Plin.lib.19.cap.3.7, Hút & tota lutea, quæ vocant schista: quum triduo incubata tolluntur.

Scio. Machinalis scientia, Vide **Machina.**

Scita artium, quæ Græci vocant dogmata. Senec.epist.96, Præterea nulla ars contemplatiua sine decretis suis est, quæ Græci vocant dogmata: nobis vel decreta licet appellare, vel scita, vel placita.

Sciroma, pen.prod. scirómatis, pen.corr. neut.gen. Duritia. Est & affectio hepatis curari nesciens. Plinius libro 15.cap.8.3, Hæc cum cera sciromata discutit.

Scolecia. &c.) Adde in fine, Teritur autem donec viride fiat contrahátque se in vermiculorum speciem, vnde & nomen. Hactenus Plinius. σκώλης Græcè, vermis Latinè dicitur.

Scorpio.) Scorpionius, Adiectiuum. Plin.lib.20.cap.1.5, Aliqui etiam ab eo scorpionium cucumim vocant, efficacissimum contra scorpionum ictus.

Scribo. Scribere seruo libertatem, est ei libertatem testamento relinquere. Vlpianus in L. Si seruum.ff. De acquir.vel omittenda hæred.

Scribàtus, pen.prod. Scribæ munus & officium. Imp. Philipp. in L. Si ad scribatum. Cod. De appellationibus.

Scrutor. Scrutatio, Verbale. Seneca de Vita beata, Ita dico si tutò & securus scrutationem populo præbuerit. Id est permiserit sua scrutanda.

Scurra. Scurriles lusus, pro Leuibus & nugatoriis, siue turpitudine posuit Valerius lib.8.cap.8, Vt enim in rebus seriis Scæuolam, ita in scurrilibus lusibus hominem agebat. Loquitur de calculo & alea.

Scutale, huius scutâlis, penult.prod. neut.ge. Linius 8.bel.Maced. 124, Centum funditores ab Ægio & Patris & Dymis acci-

ti. A pueris ii more quodam gentis, saxis globosis, quibus sermè arenæ immistis strata litora sunt, funda mare apertum incessentes exercebantur. Itaque longius certiúsque & validiore ictu quàm Balearis funditor, eo telo vsi sunt. & est nó simplicis habenæ, vt Balearica, aliarúmque gentiú funda: sed tripiex seu tale crebris suturis duratú, ne fluxa habena volutetur in iactu glans, sed librata quum sederit, velut nerno missa excutiatur.

Secedo. Secedere, verbum iudiciale aut senatoriú. Senec. epist. 116, Antequam incipio secedere, & in aliam partem considêre. Translatú à discessionibus quæ fiebãt in Senatusconsultis.

Secerno. Secernere, pro Seligere. Horatius Epod. 16. 13, Iuppiter illa pia secreuit littora genti.

Secо. Sectiles laminæ, Sectæ. Plin. lib. 16. cap. 43. 1, Magna autẽ & glutini ratio, propter ea quæ sectilibus laminis, ac in alio genere operiuntur. Sueton. in Cæsare, Sectilia vocat pauimenta quæ modicis sectionum interuallis distincta sunt.

Sectilis, pro Sectibilis, quod facilè secari potest. Plin. lib. 16. ca. 43. 1, Durabilia ac sectilia, quæ modicè humida. Ibidem, 5, Dat & alnus tuber sectile, sicut cedrus acérque.

Sectiuus.) Adde in fine, Plinius lib. 19. ca. 6. 9, Et de porro in hãc cognationem dici conueniat, præsertim quú sectiuo nuper authoritatem dederit princeps Nero, vocis gratia. Ibidem, Si sectiuum facere libuit. Rursum ibidem, 10, Sectiui duo genera.

Secturæ ærariæ, Cæsar 3. bel. Gall. Illi aliàs eruptione tentata, aliàs cuniculis ad aggerem vineásque actis, cuius rei lõgè peritissimi sunt Aquitani, propterea quòd multis locis apud eos ærariæ secturæ sunt. Videtur pro fodinis accipere.

Secundus. Panis secundus, &c.) In exemplo Horatii, pro passi. siliquis Lege, vinit siliquis.

Secundus, pro pari. Horat. 1. Carm. ode 11. 4,

Vnde nil maius generatur ipso,
Nec viget quicquam simile, aut secundum.
Proximos illi tamen occupauit Pallas honores.

Secunda iræ verba, pro Apta & congruentia. Liuius ab Vrbe lib. 2. 158, Querendo, indignandóque, & eos ipsos sedulò audientes secunda iræ verba, &c.

Secunda voluntate hominum, &c. Dicitur & Secunda in aliquẽ voluntas. Cæsar lib. 1. bel. Ciui. Tanta ac tam secũda in Cæsarem voluntas prouinciæ reperiebatur.

Secundas agere, pro Assentiri alicui. Sene. de Ira, 3, Optimum iudicauit quicquid dixisset sequi, & secundas agere.

Secundior, Cõparat. Suet. in Iulio, ca. 1, Reliqua militia secũdiore fama fuit, Id est fœliciore & magis prospera seu meliore.

Secundũ quod possibile est. Paulus in L. 2. ff. De fundo dotal.

Secus. Vndique secus. Solinus cap. 64, Arcent sane afflatum noxiũ colles, quæ salubri apricitate vndiq; secus obiecti, prohibent auras pestilentes.

Sed. Sed enimuero. Liu. Decad. 5. li. 5. 75, Sed enimuero quum detestabilis altera res & proxima parricidio sit, quid ad deliberationem dubii superesset

Sedeo. Sedere vehiculo vel equo. Celsi. lib. 4. cap. 19, In hoc autem affectu corporis neque ambulatione, neque frictione opus est, vehiculo sedisse, vel magis etiam equo prodest.

Sedere iudicium dicitur, pro Constare vel firmum esse. Sen. epist. 46, De libro tuo plura scribam, quum legerim. Nũc enim mihi parum sedet iudicium, tanquã audierim illa, nõlegerim.

Sedes procidua. Plin. lib. 11. cap. 10. ad finẽ, Testes verò & sedem procidunt, quæque ibi sunt vitia, &c.

Reponere in sedẽ. Celsi. li. 8. ca. 10, Sanguis si parũ fluxit, mittẽdus: corpus inedia extenuãdũ: ac reliqua quidẽ mẽbra lẽtius intẽdenda, & leuius in his ossa in suam sedem reponenda sunt.

Sedeor, sedêris, pe. pr. Passiuum. Vide Equarius, Substantiuum. in **Equus.**

Seduco. Seductus, pro distincto seu discreto. Senec. epist. 118, Si proprium habent quidam & à corporibus seductum.

Seductus, huius seductus, Verbale, pro Secessu. Senec. de Tranquil. vitæ, Sic hominũ, quorũ maximæ in seductu actiones sunt, &c.

Segrego. Segrex, ségregis, penult. corr. om. ge. vt Segrex vita, id est Solitaria. Seneca de Benefi. lib. 4, Quoniam, inquit, cæteris animalibus ad tutelam sui satis virium est, quæcunque vaga nascebantur & actura vitam segregem, armata sunt.

Sella. Gestatoria sella, Vide Gestatorius in **Gero.**

Semen. Abire in semen. Pli. lib. 11. ca. 11. 5, Prohibeatur in semen abire. Exire in semen. Plin. lib. 19. cap. 6. 14.

Reddere semen. Plin. lib. 16. cap. 16. 1. Vide **Reddo.**

Semis. Seminânis, & hoc seminâne, pen. pr. pro Semiinanis. Plin. lib. 2. ca. 18. 3, Itaq; in quadrato solis diuidua est, in triquetro seminani ambitur orbe, impletur autẽ in aduerso. De luna.

Semicremª, pe. cor. Adiect. Ouid. 2. Meta. 58, Semicremóq; nonat repetirũ stipitª vulnª. Id est quod dimidia ex parte crematũ erat.

Semicubitâlis, & hoc semicubitâle, penult. prod. Liu. li. 2. Decad 5, Vt palmæ spiculum hastili semicubitali infixum.

Semireductus, Adiectiuum,) Adde, Id est semicontractus.

Semita. Semitarius) Post exẽplũ Catulli adscribe, Semitarios mœchos vocat, q vulgaria scorta & in semitis prostituta sectãtur

Semper. Sẽpiternò, Aduerb. Solinª ca. 53, At iuxtà Iliũ Memnonis stat sepulchrũ, ad quod sempiterno ex Æthiopia cæteruatim aues aduolãt, quas Ilienses Memnonias vocant. Idem cap. 48, Tenacibus foliis sempiternò inumbrantur.

Senator. Omni Senatu, Omni Senatorũ coitione, Quoties cõgregãtur Senatores. Plin. lib. 15. ca. 18. 6, Nanque perniciali odio Carthaginis flagrãs, nepotúmque securitatis anxius, quũ clamaret omni Senatu Carthaginem delendã, attulit, &c. De Catone.

Senex. Senecta, Serpentũ vernatio, siue coriũ illud quod verno tẽpore exuũt. Pli. li. 20. ca. 13. 1, Fœniculũ nobilitauere serpentes, gustatu, vt diximus, senectam exuẽdo, oculorúmque aciem succo eius reficiendo. Idem lib. 28. cap. 11. 11, Alii cum senecta serpentium & aceto includunt lanas, antè aqua calida colluãt.

Senectus, Pellis quam, &c.) Adde in fine, Idẽ lib. 19. cap. 5. 5, Mẽbrana siue senectus anguium, vernatione exuta, cũ cancro masculo trita. Ibidem, 6. 15, Anguiũ adeps ærugini mistus, ruptas oculorũ partes sanat: & mẽbrana siue senectus vernatione eorum exuta, si adfricetur, claritatem facit.

Senecta dies, Vide **Disco** in codice præcedente proximum.

Sentio. Sensus, Mẽtis conceptus,) &c. Adde, Quintil. li. 8. ca. 5, Non rarò tamen & sic loquuti sunt, vt sensa sua dicerent: nam sensus corporis videbãtur. Sed consuetudo iam tenuit, vt menti concepta, sensus vocaremus.

Variant sententiæ, Vide **Varius.**

Contrariã sententiam accipere, Causam iudicii perdere. Papinia. in L. Iudicatæ. ff. De excep. rei iu. Si debitor de dominio rei quã pignori dedit, nũ admonito creditore causam egerit, & contrariam sententiam acceperit, &c.

Seruare sentẽtiã suã dicitur iudex, quũ id agit vt insolidũ, nõ partim ea obseruetur. Papi. in L. Iudicatæ. in prin. ff. De excepti. rei iud. Nec in seruitutẽ videtur peti post rẽ pro libertate iudicatã, nõdũ ex causa fideicõmissi manumissª: sed Prætoris oportet in ea re sentẽtiã seruari, quã pro parte victi præstare nõ põt.

¶ Sententia, Lumen orationis dicitur, quod in clausulis breuiter collectum est.) Adde, Inde dictæ sunt sententiæ, quòd similes sunt consiliis & decretis. Quintil. lib. 8. cap. 5.

Separ, huius sẽparis, pen. corr. Adiectiuum, Dispar, diuersus. Solinus cap. 11, Varro opinatur duo in Bœotia esse flumina, natura licet separi, miraculo tamen non discrepante.

Sepelio. Sepelire se vino & epulis. Senec. epist. 11.

Septem. Septentrio, Polus Septentrionalis. Pli. li. 6. ca. 11. 3, Syderũ in nauigando nulla obseruatio. Septentrio non cernitur.

Sequester. Sequestrarius, Adiectiuum: vt Actio sequestraria. Pomponius in L. Si in Asia. Paragr. Cum sequestro. ff. Depositi. vel contrà, Cum sequestro certè agetur depositi sequestraria actione, quum & in hæredem eius reddi oporteat.

Sequor. Sequũtus, pen. prod. Participium. Plin. lib. 13. cap. 11, ad finem, Nero Cæsar claritatem ei dedit initio imperii, nocturnis grassationibus cõuerberatã facié illinẽs sibi cum thure ceráque, & sequuto die cõtra famã cutem syncerã circunferens.

Sero/ seui. Pisces serere. Pli. li. 9. ca. 17. 5, Nunc scaro datur principatus &c. Promontorium Troadis Lecton sponte nunquam transit. Inde aductos Tiberio Claudio principe Optatus è libertis eius præfectus classis, inter Ostiẽsem & Campaniæ oram sparsos disseminauit. Postea frequentes inueniuntur Italiæ in litore, non antè ibi capti. Admouitque sibi gula sapores piscibus satis, & nouum incolam mari dedit.

Vitalis satus. Plin. libro 13. cap. 4. 8, Et ab radice auulsæ vitalis est satus, & ramorum tenerrimis.

¶ Satiuum tempus, Sationi aptum. Plin. lib. 19. cap. 8. 8, Nostri betæ genera faciunt vernum & autumnale, à temporibus satiuis, quanquam & Ionio seritur.

Serpo. Ad alios etiam hæc res serpit, id est spectat. Vlp. in L. Siquis pecuniã. §. Quanquã. ff. Siquis omissa causa, Quanquã de hæredibus instituendis videatur Prætor loqui, attamen etiam ad alios hæc res serpit.

Vlcus serpit alte atque latè. Celsi. lib. 6. cap. 18, Si verò vlcus latius atque altius serpit, eodem modo elui debet.

Seruo. Seruãbilis, &c.) Adde in fine, Plin. li. 14. cap. 3. 4, Duracina sine vllis vasis in vite seruabilis: tanta est contra frigora, æstus, tempestatésque firmitas.

Seruus ordinarius, Qui præest aliis. Iustini. lib. 1. ti. De legatis. Paragr. Siqui ancillas.

Seruus vicarius, Qui subest ordinario.

Seruus mediastinª, qui medius est inter ordinariũ & vicariũ.

Serua, seruæ, fœm. Ancilla. Vlpian. in L. Doli. Parag. 1. ff. De seruo corr. Si seruus seruáve feciſſe dicetur, &c.

Seruior,seruitis,seruiri,pen.prod.passiue.Senec.de Tranquillitate vitæ.Assuescamus cœnare posse sine populo,& pancrotibus seruis seruiri.

Genitus in seruitio. Plin.lib.7.cap.39.1, Pretium hominis in seruitute geniti maximum ad hanc diem, &c. Id est in seruili conditione.

Esse in seruitio.Vlpia.in L.Ædiles.Parag.2.ff.De Ædil.edict.

Sesqui. Sesquipedaneus,Adiect.Lógus pedem & semis.Plin. lib.9.cap.17,Attollit è mari sesquipedanea ferè cornua.

Sex. Sexangulâtus, pen.prod. Solinus cap.46, Inuenit & iridemin mari Rubro,sicut crystallum sexangulatam,quæ radiis icta solis,&c.

Sic. Sic tamẽ,vt.Vlpian.in L.Siquis pecuniam.ff.Siquis omissa cau.Et maximè,si ob euertenda iudicia id fecit, aduersus possessorem competere actionem: sic tamen vt vbi quidem pecunia accepta repudiauit,&c.

Siccus. Siccari,infinitiuus pro nomine. Plin. lib.13. cap.7.1, Cæsa statim stagnis mergitur: hoc est eius siccari.

Siccânus,pen.prod.Adiectiuum.Plin.lib.16.cap.17, de vlmorum generibus,Italia attineas vocat excelsissimas, & ex iis siccanas præfert,quæ non sint riguæ.Rem ipsam exponit Plinius.

Sido. Sidere ad ima vasis.Plin.lib.12.cap.15.8,Præterea syncerí dẽfatur in tepida aqua gutta fidẽ ad ima vasis.De balsamo.

Sidens,Participium.vt Sidens fundamentum imperii,Id est dehiscens,metaphoricùs dicitur à Plinio lib.15.ca.18, Quà sidentia imperii fundamenta ostento fatali Curtius expleuerat.

Sigillaria.) Adde,Suetonius in Claudio,ca.5,Tiberius patruus petenti honores,Consularia ornamenta detulit. Sed instantius legitimos flagitanti, id solum codicillis rescripsit, quadraginta aureos in Saturnalia,& Sigillaria misisse ei.

Signum. Signatio,Verbale. Tacitus de Oratore,Sed primũ hoc rogabo,quos vocetis antiquos,quam oratorum ætatem signatione ista determinetis.

Signatûra,signatúræ,pen.prod.Suetonius in Nerone,ca.17, Cautum vt in testamentis primæ duæ ceræ testatorum modò nomine inscripto,vacuæ signaturis ostenderentur.

Significâtus,huius significátus) Adde in fine,Et lib.18.ca.31.2,vehementissimo significatu.

Sileo. Sileo verbum facere.Hirtius de bello Hispa.Vnus ex nostris respõdit,vt sileat verbũ facere. Pro,ne verbũ faciat.Rarũ.

Anni silentes,Vide **Annus.**

Silentium,pro Quiete.Liuius lib.7.bel.Maced.Silentium deinde biduum fuit,neutris transgredientibus amnem.Intelligit non fuisse ad certamen congressos.

Silictus/silicii,m.g.Plin.lib.16.ca.16.1,Si magnitudinem mensarum caperet, haud dubiè præferretur cedro. Nunc intra pugillares lectorúmque silicios aut laminas raro vsu spectatur.Viderint docti

Siligo. Siliginarius,siliginarii,Siliginis venditor,vel distributor.Vlpian.in L.Siquis vxori. Parag.Apud.ff.De furtis,Si siliginario quis dixerit,&c.

Siligineum panem pro Delicato sumit Senecaiunde Plebeio opponit,epist.110. Item epist.114,Malum panem dicis: expecta,bonus fiet. etiam tenerum tibi & siligineum famem reddet.

Simila. Similagineus,Adiectiuum. vt Panis similagineus,apud Senecam,epist.119,Vtrum panis hic plebeius sit,an similagineus,ad naturam nihil pertinet.

Simulo. Simulatio,pro Similitudine.Plin.lib.11.cap.44.1,Similarum genera perfectam hominis simulationem continent, facie,manibus,auribus,palpebris,&c.

Sine. Sine delectu.Vlpian.in L.1.Paragr.1.ff. De postulando.

Singulus. Singulares milites vocat Cæsar 4.bel.Gall.qui ab aliis separati sunt.Vbi,inquit,ex litore aliquos singulares eorum egredientes conspexerant, incitati equis impeditos adoriebantur.

Singultus. Singultans anima. Ouid.5.Metam.&c.) Legendum est,Singultãs animam, Id est animã cũ singultu exhalãs.

Sinus. Sinus vlceris.Cels lib.5.ca.28,Sequitur enim sub medicamentis erodẽtibus crusta,vndique à viua carne diducta,quæ trahit secum quicquid corruptum erat,puruisque iam sinus curari potest implentibus.

Sipparium. Adde,Scribit' & sipparíũ duplici pp.Iuue.Sat.8.19, Consumptis opibus vocem Damasippe locasti

Sipparío,clamosum ageret vt phasma Catulli.

Sisto. (Sistere. Præsentare, & quasi præsentiam,&c.) Adde, Vlpian.in L.Si seruum.ff. Si ex noxali causa agatur. Si seruum in eadẽ causa sistere quis promiserit,& liber factus sistatur.&c.

Sistere aliquem iudicio.Vlpianus in L.1.Parag.1.ff.De eo per quem,&c.Verum qui alios quoque rogauerit, vt eum detinerent,vel abducerent ne in iudicio sisteret. Et paulo antè,Qui impedit aliquem iudicio sisti.

Sisti.Vlpianus in prædicta lege.Paragr.2,Si reus dolo actoris non steterit.

Sitis. Sitientia,Sine adiuncto.Plin.lib.15.cap.11.5,Nascitur in sitientibus.

Sitientia Africæ.Plin.lib.10.cap.73.3,Orygem perpetuò sitientia Africæ generant.Hoc est loca siticulosa.

Situo. Situm inuetustate sentit celerrimè malobathrum.Plin. lib.12.cap.26.1.

Siue. Siue,quinquies repetitum.Quintil.lib.11.cap.3, Manus sinistra nunquam sola rectè gestum facit:dextræ se frequenter accommodat,siue in digitos argumenta digerimus, siue auersis in sinistrũ palmis abominamur, siue obiicim⁹ aduersas,siue in latus vtrũque distendimus,siue satisfacientes,aut supplicantes.

Sobrinus/sobrina) Ante exemplum Plauti hæc interfere.Iustinian.lib.3. Institit.tit.6.De grad. cognat. Item sobrini,sobrinæ,id est qui quæve ex fratribus vel sororibus,patruelibus vel consobrinis,vel amitinis progenerantur.

Soccus. Soccâtus,pen.prod.Adiectiuum.Seneca lib.2.de Benef. Parum fidẽ furiosèque superbus fuerat qui de capite viri Consularis soccatus audiebat.

Socius. Sociale,Quod ad seruandam societatem aptum est. Seneca de Benef.5,Beneficium dare,socialis res est: sibi benefacere,socialis res non est.

Sol. Solibus coctus.Plin.lib.11.cap.5.ad finem.

Solibus expositus locus.Plin.lib.15.cap.5.ad finem.

Solibus ostentus locus.Plin.lib.14.cap.4.1.

Solemnis. Habeo solenne.Plinius lib 28.cap.9.11,Certè nouæ nuptæ intrantes,etiamnum solenne habent postes eo attingere.Subaudi,adipe suillo.

Soleæ. Dimicatio solei.Plin.lib.10.cap.17.

Stultitia solers. Plin.lib.8.cap.36.5, Nec alteri animalium in maleficio stultitia solertior.

Solicitudo. Solicitare ad se aues.Plin.lib.8.cap.23.1, Cerastis corpore eminere cornicula sæpe quadrigeminas: quorum motu,reliquo corpore occultato,solicitent ad se aues.

Solum sõli. Appellare sõlum,Vide **Appello.**

Sõlum in terra id etiam dicitur quod Iurisconsulti fundum vocant.Cæsar lib.1,Demonstrant præter agri sõlum sibi nihil esse reliqui.

Somnus. Tumultuosi somni per somnia.Celsus lib.3.cap.4, Si verò sub prima curatione febris intẽditur,breuésque somni & iidem per somnia tumultuosi sunt, vlcus madet,&c.

Ire in somnũ.Plin.li.16.ca.8.17,Datur & in somnũ euntibus.

Odor somnum gignit.Plinius lib.21.cap.19.9.

Serpit somnus.Plin.lib.7.cap.14.ad finem.

Timere ex somno.Celsus lib.1.cap.4,Timere etiã ex somno, mali morbi est.

Tumultuosa somnia facit semen nymphæ. Plinius libro 16. cap.8.14. Celsus lib.2.cap.2.

Sonus. Resultans sonus,Vide Resultans in **Resilio.**

Sopor. Quies sopita.Liuius lib.9.9.Paulo ante lucem, quòd æstiuis noctibus maximè sopitæ quietis tempus est.

Sopor interdum differt à somno. Plin.lib.21. cap.18.8,Huius semine somnum allicised modum seruandum,ne sopor fiat.

Sorbeo. Sorbui,Præteritũ.Plinius lib.11.cap.25.10,His qui coagulum lactis sorbuerint.

Sororius. Sororiens,huius sororientis,Adiectiuum. Plinius lib.31. cap.6.10,Mammas sororientes,præcordia,maciémque corporis piscinæ maris corrigunt.

Spado. Spadonum genera sunt varia,Castrati,qui penitus nõ arrigunt,siue qui naturaliter sine testibus progeniti sunt, siue qui ante pubertatem omnino excisi. Thlasiæ,quibus testes fracti sunt. θλάω enim frango significat. Ili & θλασίαι dicuntur. Thlibiæ,qui attritos eos habent.ἀπὸ τῆς θλίψεως.Eunuchi,qui τὴν κοίτην, id est lectum virginum custodiunt. Dicti quòd bonæ sint mẽtis,abũ & νοῦς,& à venereis remotæ.His nõ solùm testes,sed & totus coles ipse amputari solebat.sunt & quibus quũ vterque adesset,altero tamen exerti sunt. Castrari quoque mulieres in Lydia repertum est.Hæ omnes species sub Spadonis appellatione comprehenduntur.Vide Alciatum de Verb.sig.in L.Spadonum,& Iureconsl.in L.Si ferno. parag.2. de Iure dotium.

Spargo. Terram spargere imbribus.Seneca de Benef.

(Spargere,Diuidere.vt,Genus in multas species se spargens. Hoc est diuisum.Plin.lib.11.cap.8.1,Genera enim tractamus,in species multas sese spargentia.

Spatium. Spatiari, metaphoricè, pro Latius vagari. Seneca de Ira.3,Proderit morbum suum nosse,& vires eius antequam spatientur opprimere.

Species. Summæ species duæ,sicca & liquida.Plin.libro 14.

cap.7.10.De reſina.

Præſentare ſpeciem alicuius rei,Referre, repræſentare. Plin. libro 10.cap.19.3, Foliis (ſi procul intueari) ſpeciem paſſerum præſentantibus.

Species,pro Viſionibus nocturnis. Liu.lib.6.belli Pun.Pleraque apud multitudinem,aut per nocturnas viſa ſpecies, aut diuinitus mente monita agebat.

Specio. Spectare retro. Celſus lib.7.cap.29,Sub quo ferè cerui replicatur,rétróque caput,ac reliquum corpus ſpectat.

Spectum. Specillum,Diminutiuum,Gallicè *Eſprouuette*. Celſus lib.7.cap.7, Igitur aduerſum ſpecillum inſerendum, diducendæque eo palpebræ ſunt.

Aſperato ſpecillo eradunt palpebras.Celſus lib.6.cap.6.

Specillum lana inuolutum.Celſus lib.6.cap.8.

Specillum oricularium.Celſus lib.7.cap.30,Interpoſitis quinque aut ſex diebus,oriculario ſpecillo linamenta educenda.

Speculum. Speculare,interdum pro Vitreata:&c.) Senec.de Prouident.Quem ſpecularia ſemper à flatu vindicarunt,hunc leuis aura non ſine periculo ſtringit.

Specularia accipit Seneca epiſtola 87, pro feneſtris vitreatis, Quantæ ruſticitatis damnant nunc aliqui Scipionē,quòd non in ſuum Caldarium latis ſpecularibus diem admiſerit.Dixerat autem prius illic pro feneſtris fuiſſe exiguas rimas.

Spes. Spes in anguſto.Celſus lib.5.cap.17,Miſerrimum genus morbi,in quo ſimul æger ſiti,& aquæ metu cruciatur: quo oppreſſis in anguſto ſpes eſt.

Fauere ſpei. Plin.lib.17.cap.14.7, Spei fauet medulla calami commiſſuræ,ſi in matre ligni corticiſque iungatur.

Sphæra. Sphæromachia,ſphæromachiæ,Certatio quæ fit pila vel globo.Senec.epiſt.81,Hodierno die non tantum meo beneficio mihi vaco:ſed ſpectaculi,quod omnes moleſtos ad ſphæromachiam auocauit.

Spiro. Spirare ad aliquid,pro Adſpirare. Liuius lib.3,Inquietum hominem & ad Tribunatum nūc etiam ſpirātem, locum ſeditionis quærere.

Spiritus fœdi odoris.Celſus libro 5.cap.26, Fit fœdi ſpiritus ipſe odoris.

Reddere ſpiritum. Celſus lib.8.cap.1, Aliáque ex his ad fauces penuia ſpiritum & reddunt & accipiunt.

Spiritus cum ſono.Celſus lib.5.cap.26.

Retinere ſpiritum.Celſus lib.7.cap.14, Vbi inteſtinum prolapſum eſt,tumor neque durus neque mollis eſt, omni frigore comminuitur: non ſolùm ſub omni calore, ſed etiam retento ſpiritu creſcit.

Spiſſus. Humor ſpiſſatus.Plin.lib.2.cap.49.

Spiſſamētum,&c.) Senec.epiſt.31. Firmiori ſpiſſamento opus eſt quàm vſum in ſociis Vlyſſem ferunt.

Splendeo. Splendentior, Comparatiuum. Claud.de Gigantomach.16; -clypeus ſplendentior igni.

Splendor vocis. Plin.lib.10.cap.6.3, Voci ſplendorem affert. De porro.

Trahere ſplendorem.Plin.lib.10.cap.19.3, Ex hoc lina ſplendorem trahunt æſtate.

Spolium. Spoliarium) Poſt exemplum Senecæ adde, Idem lib.8.Cōtrouerſ.Volo noſſe illud infantium ſpoliarium. Significat ſpeluncam in qua ſolent latrones ſpoliare prætereuntes.

Spondeo. Sponſor,in fœminino genere.Ouid.epiſt.15.13,

-comitata Cupidine paruo
Sponſor coniugii ſtat dea picta ſui.

Sponte. Spōte,cū genitiuo.Hæc enim alienatio nō ſpōte tutorum fit.Vlpia.in L.Sed ſi pec.§.1.ff.De reb.eor.qui ſub tut.&c.

Spuma. Spumoſior,Comparatiuum.Claud.4.Paneg.92,

-pontémque viámque tenebat,
Ardua quò ſciſſas ſpumoſior incitat vndas.

Spumans ſanguis.Celſus lib.5.cap.26,Pulmone icto, ſpirandi difficultas eſt: ſanguis ex ore ſpumās,ex plaga ruber,ſimúlque etiam ſpiritus cum ſono fertur.

Stabulum. Stabulum,&c.) Succedere,lege ſecedere. Et poſt, hoſpitium dicitur, Adde,&meritorii,quia illic meretrices eſſe ſolent.Vlpianus in L. Lex Cornelia. Paragr.Tantum igitur.ff. De iniur.& famoſis libel.

Statim. Statim quàm.Vlpianus in L.1.Paragr.Habet.ff.Vſufructuarius quemad. caueat, Quarum prior ſtatim committitur quàm aliter fuerit vſus.

Statuo. Statuere de ſe,Eſt ſibiipſi mortem afferre, non expectata principis damnatione. Tacit.lib.5, Eorum, qui de ſe ſtatuebant, humabantur corpora, manebant teſtamenta, pretium feſtinandi.

Statuere ſtatuam alicui.Plin.lib.18.cap.3.7.

Statuaria,ſtatuariæ, Subſtantiuum,Ars faciendi ſtatuas. Plin.lib.35.cap.11.6, Laudat & Paſitelem, qui plaſticen matrem ſtatuariæ ſcalpturæque & cælaturæ eſſe dixit. Idem lib.36.cap.5.4, Non omittendum,hanc artem vetuſtiorem fuiſſe,quàm picturam,aut ſtatuariam.

Steatoma/pen.prod. ſteatómatis, pen.corr. neutri gen.Adipis effuſio ſub cute.Plin.lib.26.cap.14.5, Eadem & contra ſteatomata efficax.

Stegnus, ſtegna,ſtegnum,Strictus.Inde Febres ſtegnæ,quæ & conſtrictæ vocantur.Plin.lib.23.cap.7.6.

Stella. Fons ſtellans bullis.Plin.lib.31.ca.2.10, Tungri ciuitas Galliæ fontem habet inſignem plurimis bullis ſtellantem, ferruginei ſaporis.

Stercus. Ager ſtercoratus.Iabolenus in L.Cum vſumfructū. Parag.vlt.ff.Quibus modis vſusfruct.

STERCVTIVS, Fauni filius,Italiæ rex, ſtercorationis agrorum in Italia inuētor,ob id donatus immortalitate.Plin.li.17.ca.9.1.

Sterno. Stratum,pro operimento equorum. Senec.epiſt.81, Equū empturus ſolui iubet ſtratum, detraxit veſtimenta ſernis vænalib⁹. Hæc aſcribe excēplis Plinii lib.7.ca.56.11,Frænos,&c.

Stratūra,ſtratúræ, pen.prod.Suet.in Claudio,cap.24, Quæſtorum collegio pro ſtratura viarum gladiatorum munus iniunxit. Id eſt pro cura ſternendarum viarum.

Sternuo. Salutare ſternutamentum.Celſus lib.1.ca.8.In eodem periculoſa ſunt,tuſſis,deſtillatio: etiam,quod aliàs ſalutare habetur,ſternutamentum.

Sternutamentum,Medicamentum ſternutationē euocans. Plin.lib.25.cap.vlt.17,Radix in dolore commanducata diutius, rumpit dentes.Eadem ſicca concīſa,ſternutamentum eſt.

Stigma) Poſt exemplum Plinii adde,Ibidem,ad finem, Stigmata in facie,mandragora illita delet.

Stipulor. Stipulor,verbum eſt antiquum, quod apud priſcos firmum ſignificabat. hinc Stipulatio dicta,quòd promiſſio ſtipulando facta firma eſſe debeat,authore Paulo lib.Sententiarū 5.titulo 8. Vel dicitur Stipulatio à ſtipe, id eſt pecunia, authore Varrone lib.1.de ling.Lat.nam propriè de pecunia dicitur, licet ad alias quoque res referatur.

Acceptam ferre ſtipulationem, eſt eum, qui per ſtipulationem promiſit,obligatione liberare.Vlpian.in L.Iulianus.ff.De do.ma.& me.except.

Stipulatus,huius ſtipulatus.Quintil.Declamat.11,Stipulatu legari noſtri perimus.

Stirpo. Scribe,**Stirps,** ſtirpis.Stirpes ſunt ferulæ ſeu virgulta,quæ de radicib⁹,naſcūtur, ea &germina dicūtur,hinc & germinalis arbor.Accurſius quæ ſtirpes ſunt,pedamenta eſſe arbitratur, cōtra Varronis & Columellæ, cæterorúmque antiquorū authoritatē.Hæc Alciatus in L.Sylua.ff.De verb.ſignific. Stirps quum de, &c.

Sto. Authore certo ſtare,&c. Adde)Huic formæ eſt illud Quintiliani lib.7.ca.vltimo,Verbiſne legis ſtandū ſit,an voluntate.

Stare memoria eos dicit Seneca, qui nihil habēt præter memoriā,epiſt.33,Viro captare floſculos turpe eſt,& fulcire ſe notiſſimis & pauciſſimis vocibus,& memoria ſtare.

Stati reditus.Plin.&c.) Adde, Idem Statū reditum vocat li.3. epiſt.3, à fine,ad Caluiſiū,Cōſtant cāpis,vineis,ſyluis,quæ materiam,& ex ea reditum,ſicut modicum,ita ſtatum præſtant.

Iuppiter ſtator & ſtatilio apud Romanos dicebatur ſecūdum hiſtoricos,quia poſt ſuſceptum votum aciem Romanam ſtitiſſet.Seneca autem aliam rationem aſſignat,quia eius beneficio ſtant omnia.de Benef.lib.4.cap.7.

Redire in antiquum ſtatum.Celſus lib.6.cap.6,Neque id ſine cauſſa fit,quum horum acies extrinſecus læſa interpoſito tempore in antiquum ſtatum redeat.

Reuerti in antiquū ſtatum.Celſus lib.8.ca.10, Neque tamen ignorari oportet, ſi femur fractum eſt,fieri brevius,quia tāquà in antiquum ſtatum reuertitur.

Status,pro ordine.Sene.de Benef.7,Quidquid maximè neceſſariū erat,in primū ſtatū cōieci: nunc ſiquid effugit,recolligo.

Stationarius, &c.) Adde, Vlpianus in L.1. Paragr. Hoc autem. ff. De fugitiuis, Qua declaratur & Præſides, & magiſtratus, & milites ſtationarios dominum adiuuare debere in inquirendis fugitiuis. Paulus in L.4.eodē titulo,Limenarchæ & ſtationarii fugitiuos deprehenſos in cuſtodiam retinent.

Stomachus. In exemplo Plinii ſic lege,Extremū,ſtomachus. Hoc nomine eſt ſub arteria carnoſa inanitas adnexa ſpinæ,ad latitudinem ac longitudinem lagenæ modo fuſa. Cic.&c.

Stomachus ponitur,&c.) Adde,Plinius lib.19.cap.5.2,Viuunt hauſti in ſtomacho in poſterum diem, nec perfici queunt in cibis.De peponibus. Idem lib.23.cap.1.39.

Acrimoniam ſtomachi, roſionéſque ſedant nuclei nucis pineæ. Plinius lib.23.cap.8.1.

Fluctuationes ſtomachi ſiſtit beta. Plin. lib. 20. cap. 8. 3.
Fluxiones ſtomachi ſiſtunt caſtaneæ. Plin. lib. 23. cap. 8. 9.
Malacia ſtomachi. Plin. lib. 28. cap. 7. 2.
Redundatio ſtomachi, Vide Redundatio in **Redundo.**
Roſiones ſtomachi. Plin. lib. 20. cap. 14. 8.
Tempeſtiuitates ſtomachi. Plin. lib. 29. cap. 13.
Torſiones ſtomachi. Plin. lib. 20. cap. 17. 2. & lib. 28. cap. 7. 2.
Stomachus infirmus. Celſ. lib. 1. cap. 8, Stomachum autem infirmum indicant, pallor, macies, præcordiorum dolor, nauſea, & nolentium vomitus, in ieiuno dolor capitis.
Excitare ſtomachum. Plin. lib. 20. cap. 5. 4.
Recreatur ſtomachus vino. Plin. lib. 23. cap. 1. 24.
Reſtituere ſtomachum. Celſ. lib. 3. ca. 11, Deinde, ea bene finita reſtituunt ſtomachum cibo frigido & leni.
Retineri à ſtomacho. Celſ. lib. 3. ca. 11, Quod ſi redditur quicquid receptum eſt, multum tædio demit: ſi à ſtomacho retentum, & morbum auget.

Strenuus. Strenua mors, pro cita & celeri. Curtius lib. 9, Nec cauſa tam ſtrenux mortis excogitari poterat à medicis, quum etiam leues plagæ inſanabiles eſſent. Sic alibi, ſtrenuè reuocare, pro mox, ſine continuò.

Strigilis. ¶ Strigmenta, Ramenta. Plin. lib. 20. cap. 3. 4, de cucurbita ſylueſtri, Succus ex ſtrigmẽtis illius cũ roſacco & aceto, febriũ ardores refrigerat. Ibidẽ & ramẽta & ſtrigmẽta vocat.

Stringo. Stricta epiſtola, pro Vehementi & ſeuera. Senec. de Benef. 4, Sed Philippo ſtrictã epiſtolam ac liberam ſcripſit, qua accepta ſic exarſit, vt ſtatim Pauſaniæ mandaret, &c.

Stuprum. Stuprõſus, pen. prod. Adiectiuum. Valer. lib. 6. cap. de pudicitia, Metellus quoque celer ſtuproſæ mentis acer punitor extitit.

Stypticus.) Adde, Idem lib. 31. cap. 9. 16, Natura eſt ei ſtyptica.

Suadeo. Suaſus, huius ſuaſus, Vlpianus in L. Item ſi obſtetrix, Paragra. 1. ff. Ad legem Aquilo. Siquis per vim vel per ſuaſum, medicamentum alicui infudit, vel ore, vel clyſtere, &c.

Sub. Sub his nihil proficitur. Celſ. lib. 5. cap. 28, Si ſub his nihil proficitur, ferro locus aduri debet, diligenter neruis, ſiqui apparent, antè contectis.
Sub ictu rem habere dicitur, qui ita propinquus eſt vt attingere queat. Senec. epiſt. 73, Quam quidẽ nondum attigerunt: in conſpectu tamen, & vt ita dicam, ſub ictu habent.
Sub manu, Id eſt in prõptu. Sene. Sub manu cõſiliũ naſcitur.
Sub manu, Id eſt faciliter, &c. Sub manũ quoque dixit Suetonius in Auguſto.
Sub ſacramento militare. Liu. lib. 5. bel. Maced. Sub hoc ſacramento ſex & triginta annos militaui.
Saneſcere ſub ſomno. Celſ. lib. 3. ca. 18. Omnibus verò ſic affectis ſomn⁹ & difficilis & præcipuè neceſſarius eſt. ſub hoc enim plerique ſaneſcunt.
Sub frigido ſudore moriũtur. Celſ. lib. 5. ca. 26, Vbi verò penit⁹ inſedit, inſanabile eſt, plurimiq; ſub frigido ſudore moriuntur.

Subaro, ſubaras,) Adde, Ibidem, ca. 18. Et ſubarata ocy⁹ ſaneſcũt.

Subcœno, ſubcœnas,) Adde, Subtus cœnare, apud. &c.

Subdo. Pullum ſubdere, Vide Subiicere pullos in **Subiicio.**

Subduco. Subducere ſe cuſtodiæ. Senec. epiſt. 66, Subduxit ſe cuſtodiæ in qua teneretur.
Succũ ſubducere ſpiritu, Surſum trahere. Plin. lib. 20. ca. 14. 5, Recentis ſuccus narium vitia ſpiritu ſubductus emendat.
Naribus ſubducere. Plin. lib. 11. cap. 19. 2, Naribus ſubductum, caput purgat. Ibidem, ca. 20. 5, Naribus ſubducta, ſternutamẽta mouet, caputque purgat.

Subedo, ſubẽdi, pen. corr. ſubẽdi, pen. prod. ſubẽſum, ſubẽdere. Ouid. 11. Metam. 157, Dixit, & è ſcopulo, quem rauca ſubederat vnda Decidit in pontum.

Subeo. Vicẽ eãdẽ ſubire. Vlpian. in L. Minor. ff. De procuratorib⁹, Quoniã autẽ defendere eſt eãdẽ vicẽ, quã reus ſubire, &c.

Subferuefio, pe. pro. ſubferuefis, ſubferuefieri. Plin. li. 17. ca. 9. 5, Affirmant lapillos qui ſubferuefiant vnà rumpi.

Subigo. Emplaſtrum ſubactum ex aceto. Celſ. lib. 6. cap. 3, Super vtrũq; oportet imponere elaterium, aut lini ſemen contritum, & aqua coactum, aut ſicum in aqua decoctam: aut emplaſtrum tetrapharmacum ex aceto ſubactum.

Subiicio. Subiicere ignẽ fornaci. Vlpian. in L. Si ſeru⁹. Parag. Siquis inſulam. ff. Ad legem Aquiliam.
Subiicere ſe periculo. Vlp. in L. 1. §. 1. ff. De peric. & cũ. rei vẽd.
Subiicere ſub oculos. Quintil. lib. 8. cap. vlt. Nam tranſlatio permouendis animis plerunque & ſignandis rebus ac ſub oculis ſubiiciendis reperta eſt.
Subiicere ſcientiam. Celſ. in Præfat. lib. 1, Quod ſi ſcientiam hanc non ſubiiciat euidens cauſa, multo min⁹ eam poſſe ſubiicere quæ in dubio eſt.
Subiicere, pro Submittere vel ſubornare. Quintil. lib. 5. cap. 7, de teſtib⁹, In iis quoq; qui cõſtiterint ſibi, vitãdæ inſidiæ. Nam frequẽter ab aduerſario ſubiici ſolẽt: & omnia profutura polliciti, diuerſa reſpõdẽt. Suet. in Nerone, ca. 35, de Octauia à Nerone occiſa, Deniq; occidit ſub crimine adulteriorũ adeò impudẽti falſóq; vt in quæſtione permegãtib⁹ cũctis, Anicetum prædagogum ſuum indicẽ ſubiecerit, qui dolo ſtupratã à ſe fateretur.
¶ Subiicere pullos, Supponere, Alienos ſiue adulterinos pro veris ponere, quod & Subdere dicitur. Plin. lib. 10. ca. 9. 2. de coccyce, Sempérque parit in alienis nidis, maximè palũbiũ, maiori ex parte ſingula oua, quod nulla alia auiſtrarò bina. Cauſa ſubiiciẽdi pullos putatur, quòd ſciat ſe inuiſum cũctis auib⁹. nã minuta quoq; infeſtãt. ita nõ fore tutã generi ſuo ſtirpẽ opinatur, ni fefellerit. quare nullum facit nidum, alioqui trepidũ animal. Educat ergo ſubditum adulterato fœta nido. Ille auidus, &c.
Subiicere nomen alterius. Vlpianus in L. Quæſtus anteceſſor. ff. De rebus eor. qui ſub. &c.

Subiectus, huius ſubiect⁹, m. g. Verbale. Plin. lib. 26. cap. 10. 4. Vulnas quoque procidentes inhibet ſotu, vel ſuffitu, vel ſubiectu.

Subiecto. ſubiectas, ſubiectãre, &c.) Subiectare ſtimulos laſſo, pro Stimulis vrgere. Horat. 2. Serm. ſaty. 7. 19.

Subinfluo, ſubinfluis, ſubinfluxi, ſubinfluere. Senec. 3. Natur. quæſt. Quum aliæ aquæ ſubinfluunt terras, aliæ circunfluunt.

Sublimo, ſublimas. &c.) Adde, Solinus cap. 45, Tanto excelſius ſublimari in altitudinis vertices. Idem cap. 60. Indorum nemora in tam proceram ſublimantur excelſitatẽ, vt tranſiaci ne ſagittis quidem poſſint.

Subligo, auis quæ aquilarum oua frangit. Plin. lib. 10. cap. 14.

Subminiſtro. Subminiſtrãtor, ſubminiſtratõris. Senec. epiſt. 115, Lætus pro ſuis voluptatibus habet alienarum ſpectaculum, ſubminiſtrator teſtiſque libidinum, quarum ſibi vſum cupiendo abſtulit.

Submitto. Submittere fidẽ tormẽtis, apud Senecã, pro Tormentis cogi ad fatendum aliquid contra fidem. epiſt. 36.
Submittere ſe, cui) Dele exemplũ Ciceronis de Prouinc. Conſul. Scribe autem ſeorſum, Submittere alicui. Id eſt ſubrogare, vel ſucceſſorem mittere alicui. Cic. de Prouinc. Conſul. 7, Huic vos non ſubmittetis? Hunc diutius manere patemini? Id eſt an non vultis vos ô Iudices alium huic ſubrogare?
Submittere, Clanculum) Auſer primum exemplum Ciceronis, & ſeparatim ſcribe.
Submittere, pro Subornare. Cic. in Verrẽ. Iſte tametſi eſt ſingulari audacia, tamen ad pupillæ matrem ſubmittebat. Seneca lib. 1. de Tranquil. vitæ, Submiſſus accuſator, & falſa accuſatio. Sueton. in Nerone, cap. 28, Submiſſis Conſularibus viris, qui regio genere ortam peterarent.
Submittere alicui delatores. Martianus in L. Diuus. ff. De iure patronatus.

Submouco. Submoueri. Impersonales pro eo quod dicimus *fiat place.* Seneca de Prouident. Quid ergo? fœlix Lucius Sylla quòd ei deſcendenti in forum gladio ſubmouetur. Id eſt quod gladio diſpellitur turba ne viam eius impediat. Ita & Submouere, ſine adiecto, ſubauditur turbam. Liuius 8 bel. Pun. Lictor apparuit: ſubmonente eo, inceſſerunt.

Submõtor, pen. prod. Verbale. Liu. 5. Decad. lib. 5. Submotor aditus, præco accenſus, inſueta omnia oculis auribúſque.

Subo, ſubas,) Horat. Epod. Scribe, Horatius de homine dixit, Epod. &c.

Suborno. Subornare, pro In ſpeciẽ aliquã veſtire. Sene. lib. 3. de Benef. Quò te penulati iſti militum, non vulgarem quidem in cultum ſubornati, quò te, inquam, iſti efferunt?
Subornatus criminibus, Id eſt clàm inſtructus criminandi materia. Liu. 8. bel. Maced. Itaque ad inuidiã ei faciẽdã legatos Ambraciacẽſes ſubornatos criminibus in Senatum introduxit.

Subſcribo. Subſcribere luxuriæ cubantis. Celſ. lib. 3. ca. 4. His enim vberioribus cubantis etiam luxuriæ ſubſcripſit, primis verò tortoris vicem exhibuit.
Subſcriptæ rationes, Vide **Expungo** in præcedentibus.

Subſideo. Subſeſſor, ſubſeſſoris, &c. Valerius lib. 2. cap. 1, Nulli enim tunc ſubſeſſores alienorũ matrimoniorũ oculi metuebãtur. Ità li. 7. ca. 1, Subſeſſor alieni matrimonii te illinc excipiet.

Subſidior, ſubſidiãris, ſubſidiãt⁹ ſum, ſubſidiari. Hirc⁹ li. 8. belli Gall. Perterriti nõ ſolũ ii qui cõminus opprimebãtur, aut eminus vulnerabantur, ſed etiã qui longius ſubſidiã conſueuerãt.

Subſido. Subſidere dicitur fœmina in coitu. Horat. Epod. 16,
Nouáque monſtra iunxerit libidine
Mirus amor, iuuet vt tygres ſubſidere cornis.

Subſimilis, pen. con. Adiectiuum. Celſ. lib. 5. cap. 26, de ſanguine, ſanie, & pure. Μελιτώδη craſſior, & glutinoſior, ſubalbida, melliſque albo ſubſimilis fertur.

Subsisto. ¶Subsistere sumptui. Brutus Ciceroni, lib.11.ep.10, Nō si Varronis thesauros habere, subsistere sumptib⁹ possem.

¶Subsistere, pro Dubitare. Vlpian. in L. Seruū. Parag.1.ff. De procurator. Et quantum ad filiumfamiliās, verum est in seruo verò subsistimus.

Substerno. Substernere alicui pudicitiam suam. Sueton. de Aug.cap.68, Quasi pudicitiam delibatam à Cæsare Aulo etiam Hirtio trecentis millibus nummūm in Hispania substrauerit.

Substilum, substilli,) Post Catonis exemplum adde, Quo in loco videtur adiectiuè sumi.

Subsurdus, Adiectiuum, Aliquantum surdus. vt Vox subsurda, apud Quintilianum lib.11.cap.3, Deinde vox non subsurda, rudis, immanis, &c.

Subtero. Boues subterūt pede, &c.) Adde, Sic apud Senecam epist.51, In molli palustrique pascuo iumēta saginata citò subteruntur.

Subtilis. Subtiliter. Aduerbium, &c.

Subtiliter & Magnificè opponit inter se Quintilian⁹ li.8. ca.3.

Subtiliter numerū exequi, pro Minutatim. Liu.lib.3, Et exequēdo subtiliter numerū, ducentos, ait, & triginta. Ridet Valerium Antiatem, qui vt de magno numero fidem faciat, exiguum persequitur.

Subtraho. Subtrahere aluum. Celsus lib.3.cap.4, Antiqui medicamentis quibusdā datis cōcoctionem moliebantur, eo quòd cruditatem maximè horrebāt: deinde eam materiam quæ lædere videbatur ducendo, sæpius aluum subtrahebant.

Subtractus, Participium. Vlpianus in L. Sed si mors. ff. De donat. Vt tūc plenissimam habeat infirmitatem, quando ab hac luce fuerit subtractus.

Subucula. Subucula apud Suetonium in Augusto, cap. 82. accipitur pro eo quod dicimus *pourpoint*, vel *chemise rouge*. Hyeme quaternis cum pingui toga tunicis, & subuculæ thorace laneo, & fœminalibus, & ūbialibus muniebatur. Sic Horatius epist.1,

-si fortè subucula pexæ Trita subest tunicæ.

Subuenio. Dolori subuenire. Plin.lib.26.cap.5, ad finem, Pectoris doloribus & acorum subuenit.

Sanguinē expuentibus subuenit agaricum. Plin.lib.26.ca.7.3.

Subuenire festinanter. Celsus lib.3.cap.18, Si verò res patitur, festinanter subueniendum est.

Suburo, subūris, pen.prod. subussi, subustum, subūrere, pro Leuiter vrere. Sueton. in Augusto, cap.68, Solitúsque sit crura subūrere nuce ardenti, quo mollior pilus surgeret.

Succedo. Succedere, Prospere cedere, &c. Cum dativo. Liuius lib.1.bel. Pun. Non ita prospere vbi ad effectum operis ventum, est, cœptis succedebat.

Succido, pen.prod. Súccida, súccidæ.) Post exemplum Varronis adde, Recti⁹ itaq; succidam à succo dici putaueris. Est enim sudor velut succus lanæ recens tonsæ. Proinde penultimam habet correptam, quæ in Succido producitur.

Succido, súccidis, pen.corr. &c. Succidere etiā dicuntur, qui cadunt in genua. Senec. de Prouiden. Etiam si succiderit, de genu pugnat.

In succisiuum esse) Adde, Sic apud Suetonium in Domitiano, cap.9, Succisiua quæ diuisis per veteranos agris carptim superfuerunt, veteribus possessoribus vt vsucapta concessit.

Succinum. Succineus, Aliud adiectiuum. Plin.lib.11.ca.23.4, Succineis nouaculis, aut argenteo apparatu comitante.

Succus. Albicans succus. Plin.lib.11.cap.16.1.

Tabescens succus. Plin.lib.11.cap.16.2.

Excipitur succus inciso caule messibus. Plin.lib.11.cap.16.1.

Expressus nuci succus. Plin.lib.11.cap.18. ad finem.

Succingo. Succinctus, Nomen ex participio, &c.

Succinctus, Agilis & paratus Quintil.lib.2.cap.2, At nūc proni atque succincti ad omnem clausulam non exurgunt modò, sed etiam excurrunt.

Succlamo. Succlamari dicitur aliquis, de quo sermones palàm ac publicè habentur. Quintil. Declamat.18, In illa virgine publica succlamat inuidia. Item Declamat.19, Omnium maledictis succlamatus, omnium denotatione damnatus est.

Succurro. Succurrere celeriore via. Celsus lib.3. cap.21, Si per talia auxilia venter non siccatur, sed humor nihilominus abundat, celeriore via succurrere: vt is per ventrem ipsum emittatur.

Sudo. Sudatus, Particip.) Adde, Ouid. 8. Met.61, -sudatáq; ligno Thura. id est, Sudore fluētia. Alia verò significatione apud Quintilianum lib.11.cap.3, quum ait, Et vigilandæ noctes, & fuligo lucubrationū bibenda, & in sudata veste durādum. Id est, sudore madefacta.

Sudatio, Verbale. Seneca epist. 87, Nisi thasius lapis, quondam rarum spectaculum in aliquo templo piscinas nostras circundederit, in quas corpora multa sudatione exinanita demittam⁹.

Sudatorium, sudatorii, Gallicè *Estuues*. Seneca de Vita beata, Circa balnea & sudatoria ac loca ædilem metuentia, &c. Item epist. 51, Quid mihi cum sudatoriis, in quæ siccus vapor corporum exhaustus includitur?

Sudor pestiferus. Cels. lib.2.ca.6, Sudor quoque frigidus in acuta febre pestiferus est.

Sudor remittit se. Cels. lib.1.cap.3, Illud quoque nosse oportet, quòd ex labore sudanti frigida, potio perniciosissima est, atque etiam quum sudor se remisit, itinere fatigatis inutilis.

Sufficio. Sufficiens, Participium, siue Nomen ex participio: vt Testis sufficiens. Paulus in L. Conficiuntur. ff. De iure codicil. Quid enim si sufficientium testium facultatem non habuit?

Sufficienter, Aduerbium. Vlpianus in L. Sed & siquid. Parag.1.ff. De vsufru. & quemadm. Sufficienter autem alere, & vestire debet secundum ordinem & dignitatem mancipiorum.

Sufflauus, penult. prod. Adiectiuum, Aliquantum flauus, non planè flauus. Sueton. in Nerone, cap.51, Statura fuit penè iusta, corpore maculoso & fœdo, sufflauo capillo.

Sufflo. Sufflata cutis, Inflata. Plinius lib.8.cap. 38.1, Alia solertia in metu melibus: sufflatæ cutis distentu ictus hominum & morsus eanum arcent.

Sufflamino, sufflaminas, &c.) Adde, Senec. de morte Claudii, Aliquando Ixionis miseri rotam sufflaminantem.

Suffodio. Suffossio, Verbale. Seneca epist.50, Quum hostilia in partes tela vibrarent, & ipsum sōlum suffossionibus tremeret & cuniculis.

Suffragor. Cistæ suffragiorum. Plin.lib.33.cap.2.1, Ad custodiendas cistas suffragiorum in comitiis.

Suffrico. Suffricare palpebras medicamento. Celsus lib.6. cap.6, In hoc genere valetudinis quidam crassas, durásque palpebras, & siculneo folio, & asperato specillo, & interdum scalpello eradunt, versásque quotidie medicamento suffricant.

Suffumigo. Suffumigare vulnus. Celsus lib.5.cap.27, Scorpio sibi ipse pulcherrimum medicamentum est. Quidam contritum cum vino bibunt: quidam eodem modo contritum super vulnus imponunt, vndique veste circundata, ne is fumus dilabatur: tum carbonem eius super vulnus deligant.

Suffumigare sulphure. Celsus lib.4.cap.10, Dolens verò ea sulphure suffumigari debet.

Suffundo. Suffundit se sinus. Celsus lib. 7. cap.2, Nam vbi post longos morbos totus corporis habitus vitiatus est, latéque se sinus suffundit, & in eo pars cutis pallet, scire licet eam iam emortuam esse, & inutilem futuram.

Suffundere aciem oculorum, pro Turbare. Seneca de Ira,2, Sanguinem supra vires elatus clamor egessit, aut luminum suffudit aciem in oculis vehementius humor egestus.

Suffundūtur oculi. Senec.1.de Cle. Imbecilles oculos esse scias, qui ad alienam lippitudinem suffunduntur.

Sugillo. ¶Sugillatio, Liuor ex ictu. Plin.lib.31.cap.7.7, Reliquæ carnes impositæ sugillationem rapiunt.

Suggero. ¶Suggerit res, Exigit, & postulat. Vlpianus in L. Ex facto, circa finem. ff. De hæred. instit. Quæ res in proposito quoque suggerit, vt Italicarum rerum esse credantur ex res, quas in Italia testator esse voluit.

Suggero, pro Refero. Iustinianus libro 2.titulo, De fideicommiss. hæred. Paragr. Sed quia stip. Ideo omnibus nobis suggestis tam similitudinibus, quàm differentiis vtriusque Senatusconsulti, placuit, &c.

Suggestus, huius suggestus, Ipse suggerendi actus. Vlpianus in L. 1. Paragr.1.ff. De magist. conuen. Si curatores fuerunt minus idonei dati: dicendum est, teneri magistratus oportere, si ex suggestu eorum, vel nominibus ab eis acceptis, præses dederit.

Sulphur. Sulphuratio, Verbale. Seneca lib.3. Naturalquæstionum, Aut æstus corrupēre naturam, aut sulphuratio contraxit humorem.

Sum. Esse desyderio, pro Desyderari. Seneca de Consol. ad Polybium, Ille desyderio illi esse valt, tormento esse non valt.

Esui potuique esse. Vlpian. in L. Qui penum legat. Parag.1. ff. De penu le. Sed Aristo notat, etiam quæ esui potuique non sunt, contineri legato.

Exitio esse. Valer. lib.7.cap.1. De Socrate.

Magno esse, pro Constare. Seneca de Benef.7, Parum scilicet luxuria magno fuerit, nisi quod vomāt, capacibus gemmis inter se propinarent.

Maledicto & probro esse. Senec. epist.116.

Melli esse, pro Esse iucundum. Horat.2.Serm.satyra 6.7, Hoc iuuat, & melli est, non mentiar.

Ornamento esse alicui & præsidio, Vide Ornamentum in Ornio.

Patriæ prodendæ ac dissoluendæ Reipub. esse, pro Pertinere ad patriam prodendam. Liuius lib.5. Eodem significatu cum genitiuo. Idem libro 7. bel. Pun. Ea consilia prodendi imperii, deferendæque Italiæ esse.

Periculo alicuius esse. Florentinus in L. Opus. ff. Locati & conducti.

Pignori esse. Ne ratius in L. Eo iure. Digest. Ex quibus caus. pign. &c.

Pretio esse. Plin. lib. 12. ca. 11. 1, Radix & folium Indis est maximo pretio.

Esse in perdito, pro Esse inter perdita. Seneca de Benefic. 7, Etiam in iis quæ videntur in perdito, moderatio plurimum profuit.

In rebus humanis esse, Viuere. Paulus in L. Si seruum. Parag. 2. ff. De verbor. obligationibus.

Esse in sermonibus, pro Fama prædicari. Senec. epistola 113, Præterea Luxuriosi vitam suam esse in sermonibus dum viuunt, volunt.

¶ Non est huic rei locus. Paulus in L. Si tamen. ff. de Senatusconsulto Maced. Sed & si iusserit pater filio credi, deinde ignorante creditore mutauerit voluntatem, locus Senatusconsulto non erit.

¶ Subiicetur interdum datiuus: vt, Est tecum actio, vbi subintelligitur MIHI datiuus. Paulus in L. Qui iniuriæ. Parag. 2. ff. De furtis.

Est, pro Licet. Liuius lib. 1. Decad. 5, Eorum quæ obiecta sunt mihi, partim ea sunt quibus nescio an gloriari debeam, partim quæ fateri non erubescam, partim quæ verbo obiecta, vere bo negare sit. Huc pertinent, Est cernere, deprecari, inuenire.

Summa. Sūma, pro cōplemento. Quintil. li. 3. cap. 1, Huic studiū & incrementū, dederit vtilitas, summam ratio & exercitatio. Confectionē quoque significat apud eūdem lib. 5. cap. 10, Habent omnia initium, incrementum, summā. Idem, Ex initiis summa colligitur: quum dicit, Non possum togam prætextam sperare, quum exordium pullum video. Et alibi, An ad initium summa referenda, Nempe an ei cædes imputanda sit, à quo iurgium cœpit.

Summa summarum. Seneca epist. 40, Summa summarum hæc erit, tardiloquum te esse iubeo.

Summarium, Epitome, seu breuiarium. Senec. epistola 39, Vide ne plus profectura sit ordinaria oratio, quàm quæ nunc vulgò breuiarium dicitur. Olim quum Latinè loqueremur, summarium vocabatur.

Summus. Summus cibus, Vide Cibus.

Sumo. E medio sumere, Auferre. Scæuola in L. Vxori ita. ff. De dote relegata, Vxor mea quicquid ei comparauit, & quod mihi dedit, è medio sumat.

Sumptio, Verbale) Adde, Cato de Re rust. cap. 151, de lege oleæ faciundæ, Si sumpserit, in singulas sumptiones, &c.

Suo. Sutrinus, pen. product. Adiect.) Adde, Tacit. lib. 15, Sutrinæ tabernæ.

Sutrinū neutro genere, proarte sutrina. Sene. epist. 91, Nō multū abfuit quin sutrinū quoque inuentū à sapientibus diceret.

Super. Super, pro Plusquam, cum ablatiuo. Sueton. in Augusto, cap. 38, Super triginta ducibus iustos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia ornamenta decernenda curauit.

Superabundo, superabundas, superabūdare, Redundare. Vlpian. in L. Non solent. ff. De diuersis reg. iur. anti. Non solent, quæ superabundant, vitiare scripturas.

Superamenta, Vide **Supero,** in sequentibus.

Supercilium. Supercilium, pro nutu. Horat. 3. Carm. ode 1. 1,

Reges in ipsos imperium est Iouis
Clari Giganteo triumpho,
Cuncta supercilio mouentis.

Supercontego. Cels. lib. 4. cap. 1, Renes verò diuersi, qui lumbis summis coxis inhærent, parte earum resimi, ab altera rotundi, qui & venosi sunt, & ventriculos habent, & tunicis super cōteguntur: ac viscerum quidem hæ sedes sunt.

Supercorruo, supercorruis, supercorruere. Valerius lib. 5. cap. 6, Factáque ingenti strage telis obrutus supercorruit.

Supercresco. Adde in fine, Idem lib. 5. ca. 28, de carcinomate, Si id nimiū supercreuit, tentanda squamæ æris est. Quintil. Decla. 5, Inuenisti rursus fortuna quod supercresceret charitati, quod sacris nominibus accederet.

Supercurro, supercurris, supercúrrere. Supercurrere ager dicitur vectigali, quū habet ampliorem prouentum. Plin. epistola 138, Et ager ipse propter hoc quòd vectigali longè supercurrit, semper dominum à quo exerceatur inuenier.

Superemineo. Superminet extra aquā. Plin. lib. 26. cap. 2. 9.

Superfero: Superlatio, pro insigni cognomine à re aliqua sumpto: vt quum aliquis sapiens, per excellentiam, vocatur. Valer. lib. 6. cap. 10, Quid Crasso nónne pecuniæ magnitudo locupletis nomen dedit? Sed eidem postea inopia turpem decoctoris superlationem iniunxit.

Superficieo. Superficiarius, Qui in alieno solo, &c.) Adde, Senec. epist. 89, Mathematica, vt ita dicam, superficiaria est, in alieno ædificat.

Superfluo. Superfluus, Adiect. vt Fructus superflui. Papin. in L. Deducta. Parag. vlt. ff. Ad s. c. Trebell.

Superfluum bonorum, Ibidem.

Superfluus, cum datiuo. Plin. in Paneg. 135, Quibus moris est eadem illa nunc rigentia gelu flumina, aut campis superflua, nunc liquida ac deferentia lustrare naufgiis.

Superfundo. Corpora dicūtur superfundi, à Seneca de Trāquil. vitæ, quæ sunt nimiæ vastitatis.

Superiacio. Superiectio, superiectiōnis, fœ. ge. Quintil. lib. 8. cap. vlt. de hyperbole, Est hæc ementiens superiectio.

Superindico, superindicis, superindicere. Vlpia. in L. Si duo. Parag. vl. ff. De iureiurādo, Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus eum castigatum dimitti, & ita ei superindici, πρὸσταττεσθαι μὴ ὀμνύειν, id est petulanter ne iurato.

Superiumentarius, superiumētarii. Sueto. in Claudio, cap. 1, Quem barbarum, & olim superiumentarium ex industria sibi appositum, vt se quibuscúque de causis quàm sæuissime coerceret, ipse quodam libello conqueritur.

Superlino, à quo participium Supérlitus, pen. corr. Plin. lib. 11. cap. 13. 8, Vel per se viscō superlitum vt hæreat.

Supermico, supérmicas, pe. cor. supermicāre. Id est antecellere. Senec. de Benefic. lib. 3. ca. 31, Si quæ reddunt filii parentibus beneficia, eorum non supermicant. Paulo pōst dicit Exuperare.

Supernus. Supernè, alio significatu quàm suprà positū est. Senec. de Benefic. 6, Quomodo siquis scriptis nostris alios supernè imprimat versus, priores literas non tollit, sed abscondit.

Supernas) Scribe, om. gen. Et adde, Idem lib. 15. cap. 11, Supernatia Persica è Sabinis veniunt.

Supero. Superamentum, superamenti, Quod superat, & superfluum est. Vlpian. in L. Ligni. Parag. Ofilius. ff. De legat. & fideicom. 3, Sed si volūtas non refragatur, etiam virgulæ, & cremia, & sarmenta, & superamenta materiarum, & vitium stirpes atque radices continebuntur.

Superscribo, superscribis, pen. prod. superscribere. Suprà scribere. Modestinus in L. 4. ff. De operibus publicis, Nec præsidis quidem nomen licebit superscribere.

Supersedeo. Supersedere, cum datiuo cōstructum, apud Hirtium de bel. Aphric. Postquam satis diúque aduersatus, à se ad dimicandum inuitatos supersedere pugnæ animaduertit, reducit copias.

Supersto. Superstes toti conuiuio, qui vltimus à mensa surgit. Senec. epistola 94.

Superstum. Superesse negotiis suis. Vlpian. in L. Et qui. ff. De postulando.

Rebus suis superesse. Vlpian. in L. 1. Parag. vlt. ff. De procuratoribus, Vsus autē procuratoris perquam necessarius est: vt qui rebus suis ipsi superesse vel nolunt, vel non possunt: saltem per alios possint vel agere vel conuenire.

¶ Supérfore, pen. corr. Scæuola in L. Creditor. §. Si inter. ff. Mādati vel contra, Nullam actionem superfore ad recipiendū.

Superfutūrus, pen. prod. Participium. Plin. lib. 11. cap. 53. 1, Sola ex omnibus superfutura.

Superuacuus. Habere superuacuum dicere.) Adde, Plin. lib. 27. cap. 11. 19, Phyreuma qualis sit describere superuacuum habeo, quum sit vsus eius tantùm ad amatoria.

Superuacuò, Aduerbium. Vlpian. in L. At siquis. Parag. Plerique. ff. De relig. & sumpt. fun. Quod si superuacuò fuerit factū, &c.

Superuenio. ¶ Superuenire, Inscendere, Superscandere coitus causa. Plin. lib. 9. cap. 51. 1, Plani piscium quibus cauda non est, aculeatique vt testudines in coitu superueniunt. Ibidem, 1, Ranæ superueniunt, prioribus pedibus alas fœminæ mare apprehendente, posterioribus clunes.

Vulnus superuenit vlceri. Cels. lib. 5. ca. 28, Est & vulnus, quod ἐπίτομα Græci vocant: id & per se nascitur, & interdum vlceri ex alia causa facto superuenit: color est vel liuidus & nigen odor fœdus, multus, & mucci similis humor.

Superueniens, Participium: vt Hæreditas superueniens. Vlpian. in L. Vel hæreditas. ff. De procuratoribus.

Supinus. Supinis manibus excipere aliquem, quod aliàs di

Telum. Trāsit telum. Celsl. lib. 7. cap. 5, Sed si non alte telum insedit, & in summa carne est, aut certe magnas venas, & loca nervosa nō trāsiit, nihil melius est quàm quā venit id euellere.

Temno. Temnere posuit Horatius pro Parui facere, li. 1. Carm. ode 19. 3, Quum tu coemptos vndique nobiles
Libros Panætii, Socraticam & domum
Mutare loricis Hiberis
Pollicitus meliora temnis: Alii legunt tendis.

Tempero. Tempero, temperas, &c.) Temperare lætitiæ, non pro Abstinere, sed Modum imponere. Liuius li. 5, Tum vero superfundenti se lætitiæ vix temperatum est.

Vnguentum temperare, vulgus pharmacopolarum dicit *Dispensare*. Plin. lib. 13. cap. 1. 1, Ergo regale vnguentum, appellatum quoniam Parthorum regibus ita temperatur, constat myrobalano, costo, amomo, &c.

Respublicas tēperare, Regere, administrare. Plin. li. 6. ca. 19. 1, Alii tellurē exercent, militiā alii capessunt, merces alii suas exhibent, res externas inuehunt, Respublicas optimi diuissimiq; temperant, iudicia reddunt.

Temperare vrbibus oppugnādis, pro Abstinere ab obsidionibus vrbium. Liu. lib. 10. ab Vrbe.

Artifici temperamento librare manum. Plin. lib. 11. cap. 15. 4, Incidentis manus librat artifici temperamento, nequid vltra corticem violet.

Tempus. Tempus apius cibo. Celsl. lib. 3. cap. 5.

Tempus feruens, cui opponitur Frigidum. Celsl. lib. 5. cap. 26.

Satiuum tempus, Vide Satiuum in **Sero**.

Exilium temporale. Hermogenian' in L. De iniuria. ff. De iniur. & famosis libel. Cæteri autem vel exilio temporali, vel interdictione rei certæ coercentur.

Temporalis, pro Incōstanti. Curtius lib. 4. Vt sunt Græcorum temporalia ingenia. Alii legunt temporaria.

Marina siue terrestris tēpestas. Vlp. in L. 2. §. Si nō ff. Siqs cau.

Tempestiuus homo. Plin. lib. 7. cap. 53. 2, Nullis euidentibus causis obiere dum calciantur, &c. omnes adeò sani atque tempestiui, vt de progrediendo cogitarent.

Tempestiuitas corporis. Plin. lib. 22. cap. 6. 13, Exuritur in olla cum sale, quem lingendo claritatem oculorum consequuntur, & stomachi totiusque corporis tempestiuitates.

Tendo, tendis, &c.) Opus tēdere vltra legē, Metaphoricè dixit Horatius 1. Serm. sat. 1. 1,
Sunt quibus in satyra videar nimis, acer & vltra,
Legē tendere opus. Cōtrariū deinde ponit, Sine nervis scribere.

Tendicula, tendiculæ, Laqueus, &c.) Sunt etiam tendiculæ, quibus aliquid distenditur, vt apud textores panni, vel telæ. Senec. 1. Natur. quæstio. Idem licebit videre, siquando volueris obseruare fullonem quum os aqua implenit, & vestimenta tendiculis diducta leniter imbuit.

Teneo. Tenere se intra grauitatē. Pli. epist. 100, Frequēter agenti mihi euenit, vt Centumuiri, quum diu se intra iudicum authoritatem grauitatémque tenuissent, omnes quasi victi coactique consurgerent, laudarēntque.

Tenere, pro Obtinere. Plinius epist. 91, Scripseram tenuisse Varenum, vt sibi euocare testes liceret.

Propositū tenere, pro Obtinere quod quæras. quod vulgò dicunt *Habere suum intentum*. Cæsar 1. bel. Ciuil. Tali instructa acie, tenere propositū vterque videbatur: Cæsar, vt nisi coactus prælium non committeret: ille, vt opera Cæsaris impediret. Sic lib. 3, Commutata ratione belli, quoniam propositum non tenuerat, iuxta Pompeiū munire iussit. Id est sua spe frustratus erat, &c.

Tenet me cūctatio. Liu. 5. ab Vrbe, Vbi eos plebis ædificiis obseratis, patentibus atriis principum maior propè cunctatio tenebat, aperta quàm clausa inuadendi.

Quæstio tenet eū, qui in ius vocatus est. Papinianus in L. Iudicatæ. ff. De except. rei ind.

Teneri de vi, pro Reum esse. Senec. de Benef. lib. 5. ca. 3, Alligauit & clausit. de vi non tenetur.

Teneri, pro Impediri. Ouid. 10. Metamorph. 41,
Atque vtinam tecum vitam, pro tēque liceret
Reddere: quod quoniam fatali lege tenemur,
Semper eris mecum.

Perpetuo morbo teneri. Paulus in L. Neque fœmina. ff. De procurator.

Tenere, pro Durare. Liu. lib. 3. bel. Pun. 116, Imber continens per totā noctem vsque ad horā tertiā diei insequētis tenuit. Sic apud Quintilianū li. 1. ca. 1. 1, Tenuit cōsuetudo. Id est obtinuit.

Tento. Tentare pro Captare. Quintilianus libro 6. cap. 4, Diuus Augustus quum ei Galli torquem aureum centum pondo dedissent, & Dolabella per iocum, tentans tamen fori sui eum tum dixisset, Imperator torque me dona: Malo te, inquit, ciuica donare.

Tenuis. Corporū tenuis. Plin. lib. 34. cap. 8. 11, Primus hic multiplicasse varietatem videtur, nunmerosior in arte quàm Polycletus, & symmetria diligentior: & ipse tamen corporum tenuis curiosus, animi sensus non expressisse, capillum quoque & pubem nō emendatius fecisse, quàm rudis antiquitas instituisset.

Muro tenus omnes ferè vrbes finiuntur. Paulus in L. Nā quod. Paragr. vlt. ff. De penu legata.

Verbo tenus. Vlp. in L. 1. Paragr. 2. ff. Quod quisque iuris, &c. Hæc autem verba, &c. cum effectu accipimus, nō verbo tenus.

Tenuis, &c.) Tenuis, pro modico & raro. Horatius in Arte, 10,
In verbis etiam tenuis, cautúsque serendis.

Tephria, Genus marmoris. Interpretari potest cineritius. Τέφρα enim, cinis dicitur Latinē. Plin. lib. 36. cap. 7. 3, Laudatur præcipuè ex his, quem tephriam appellant à colore cineris.

Tepidus. Tepidæ & egelidæ aquæ. Plin. lib. 31. cap. 2. 1, Alibi tepidæ egelidæ que auxilia morborum conferentes.

Tepidarii, tepidarii, Idē quod Balneū. Paulus in L. Fistulā. ff. De seruit. vrb. præd. Sed Neratius ait: si talis sit vsus tepidarii, vt alii duū humorē habeat, & ideo noceat vicino, posse eū prohiberi.

Terebra. Terebra agere. Celsl. li. 8. ca. 3, At si latius vitiū, quàm vt illo comprehendatur, terebra res agenda est.

Terminus. Negotium terminatum, Absolutum. Vlpian. in L. Interdum. Paragr. 1. ff. De furtis.

Tero. Tritus, hui tritus.) Adde, Cic. 1. de Nat. deo. 36, Nā & lapidū conflictu atque tritu elici ignē videmus & recēti fossione.

Terra. Terrenus, Adiect. &c.) Terreni colles Plinio dicūtur nō lapidosi, sed molles & pingues: lib. 5. epist. 6, ad Apollinarē, Pingues terrenique colles (neque enim facilè vsquā saxum, etiam si quæratur, occurrit) planissimis campis fertilitate non cedunt.

Terrenum aggerē vocat Suetonius in Calig. ca. 19, terra factū.

Terreo. Terriculū, &c.) Terricula quoque inuentur fœmineo genere. Senec. de Remediis fortuitorum, Si fortuna, aut aliquis tibi palām minetur, omnes eius terriculas deride.

Testa. Fragmentum ossis. Celsl. li. 7. ca. 11, Protinus autē vbi plus sanguinis profluit, scire licet aliquid ex osse fractum esse. Ergo specillo conquirēda est testa quæ recessit, & volsella protrahenda est. Si non sequitur, incidi gingiua debet, donec labant ossis testa recipiatur.

Testio. Redigere in testatum, Tabulas de re aliqua conficere. Vlp. in L. 2. Paragr. 1. ff. Vsufructuarius quemadmodum, &c. Rectē autē facient & hæres & legatarius, qualis res sit, quum frui incipit legatarius, si in testatum redegerint: vt inde possit apparere, an & quatenus rem peiorem legatarius fecerit.

Voluntatē suā testari, eodē referetur. Florentinus in L. Diuus Traianus. ff. De militari testamēto, Si ergo miles, &c. conuocatis ad hoc hominibus, vt voluntatem suam testaretur.

Testatò, Aduerbium. Vlpia. in L. Si procuratorem. Paragr. Si ignorantes. ff. Mandati vel contrā, Sed & si testato conuenerunt debitorem, vt si ipse putaret, appellaret: &c.

Denuntiare alicui testatò, Expressē & apertè prædicere. Vlp. in L. 1. Parag. Licet autem. ff. De periculo & ratio. rei vend.

Testatò & Intestatò decedere, contraria. Paulus in L. In fraudem. Paragr. 2. ff. De iure fisci.

Testudo. Testudo, alia significatione apud Celsum legitur. in L. Labeo. ff. De supellectile leg. Nā fictili, aut linea, aut vitrea, aut ærea denique supellectili vtebantur: nunc ex ebore atque testudine & argento, iam ex auro etiam atque gemmis supellectili vtuntur.

Tetanothea, pen. prod. dicuntur quæ vim habent erugandi & læuigandi cutem. Plin. lib. 31. cap. 7. 7, Vtilem eam in capitis doloribus affirmant, & tetanothris.

Tego, Textile, Subst. Liuius Decad. 3. libro 5. 144, Præda Macedonica omnis vt viseretur exposita, statuarum, tabularúmque textilium, & vasorum ex auro & argento, ære & ebore factorū. Paulo pòst. Naui regia onerata Macedonicis spoliis, non insigniū tārum armorum, sed etiam regiorum textilium. Ibidē, Tabulæ pictæ, textilia: tantum argenti, cælati tantum auri, &c.

Textorium, Adiect. Seneca epist. 114, Textorium, inquit, me hercule totum istud est: quod quum maxime agitur, dissilio risu.

Thema, thematis.) Thema apud Suetoniū accipitur pro horoscopo, in Augusto, cap. 94, ad finem, Tantam mox fiduciam fati habuit vt thema suum vulgauerit: nonnunquam, argenteum nota syderis Capricorni, quo natus erat percusserit.

Thesaurus. ¶ Thesauri cauernarū. Plin. lib. 17. ca. 14. 1, Tradunt & monedulam condentem semina in thesauros cauernarum, eiusdem rei præbere causas.

Thrypo, thrypis, Tinea, &c.) Adde in fine, Plin. lib. 16. cap. 41. 1, Terrestres, tineas vocant: culicibus vero similes, thrypas. De teredinibus.

Thymion quid sit, docet Celsus lib. 5. cap. 28, At Thymion no-

minant, quod ſuper corpus quaſi verrucula eminet, ad cutem tenue, ſupra latius, ſubdurum & in ſummo peraſperum.

Tibia. Tibia & fiſtula differunt. Plin. lib. 16. cap. 36. 7, Calamus verò alius totus concauus, quem ſyringiam vocant, vtiliſſimus fiſtulis, quoniam nihil eſt ei cartilaginis atq; carnis. Orchomenius eſt continuo foramine peruius, quem auleticon vocant. Hic tibiis vtilior, fiſtulis ille.

Tibialis, & hoc tibiale, &c.) Vbi legis, quæ auleticon dicebant, Lege quem auleticon dicebant.

Timeo. Timere, cum accuſatiuo & datiuo. Quintilianus lib. 4. cap. 1, Religioſus iudex libenter eum audit quem iuſtitiæ ſuæ minimè timet. Id eſt, ne ſuæ iuſtitiæ inſidietur.

Timidus, cum genitiuo. Senec. de Vita beata, Abduntur in ali quas rimas timida lucis. Ouid. Deorum timidus, &c.

Tingo. Tincta in aceto ſpongia. Celſ. lib. 8. cap. 4, Inter quæ ſi ſanguis fertur, ſpongia ſubinde in aceto tincta cohibendus eſt.

TIRO. Libertus Ciceronis, Vide TYRO.

Titulus. Titulus, Prætextus. Paulus in L. Siquis tutor. Parag. Quid ergo. ff. De ritu nupt. Quid ergo ſi quum ſe vellet excuſare aliquo titulo, nec in promptu poſtiones haberet, &c.

Tolero. Paſſus c l x tolerare, Sufficere curſui c l x paſſuum. Pli. lib. 7. cap. 10. 4, Nunc quidem in circo quoſdam c l x paſſus tolerare non ignoramus.

Tollo. Tollere tormentum. Celſ. li. 3. cap. 21, Si ne per has quidem tormentum tollitur, incidenda cutis eſt, & tum his vtēdū.

Tolutarius. Tolutarius ab aſturcone diſtinguit Seneca, cuius hæc verba ſunt, epi. 88, Ita nō omnib⁹ obeſſis mannis, & aſturconibus, & tolutariis proferres vnicū illū equū à Catone defrictū.

Tondeo. Tonſura, in vitibus & arboribus. Plin. lib. 17. cap. 27. 6, Vitis tantum tonſuram annuam quærit, alternā myrtus, punicæ, oleæ, quia celeriter fruticeſcunt.

Tonſilis facilitas. Plin. lib. 16. cap. 10. 4.

Tono. Tonatio, Verbale, apud Senecam 1. Naturalium quæſtionum, Quæſtio illa, vt ita dicam, comminatio eſt, & quaſi ſine ictu tonatio.

In opere topiario tonſilis. Plin. lib. 16. cap. 18. 4.

Torminia. Torminalia ſorba. Celſ. li. 2. ca. 30, Itē mel coctū, pira immatura, ſorba, magiſq; ea quæ torminalia vocantur, &c.

Torpor. Vehemens torpor. Celſ. lib. 2. cap. 8, In coxæ verò doloribus ſi vehemens torpor, frigeſcitque crus & coxa, alvus niſi coacta non reddit.

Traduco. Traductio, Verbale, &c.) Traductio, pro Infamia. Senec. lib. 1. de Ira, Hic damnato cum dedecore & traductione vitam exigit.

Trahо. Trahere pœnam, Prolongare. Sene. 2. de Benef. Acerbiſſima crudelitas eſt, quæ pœnam trahit.

Spem trahere. Sene. de Benef. lib. 2, Æquiore quidam animo ferunt præcidi ſpem ſuam, quàm trahi.

Tractatio bona vel mala, apud Quintilianum ſæpe: vt lib. 4, Nam quid exponet quæ zelotypum malæ tractationis accuſat?

Traiicio. Traiectari acu. Celſ. lib. 7. cap. 14, A quibuſdam adimū acu traiectatur duo lina ducēte: deinde vtriuſque lini duobus capitibus diuerſæ partes aſtringuntur.

Traiectio verborū, pro Trāſlatione. Cicero, &c.) Adde, Quintilianus accipit pro ipſo cōtextu, quia vſque ad clauſulā trāſcundum eſt, antequā habeam⁹ ſenſum integrum. Verba eius ſunt lib. 8. cap. 2, Quare nec ſermo tam ſit longus, vt eum proſequi non poſſit intentio: nec traiectione tam tardus, vt in hyperbaton finis eius differatur.

Tranſcribo. Tranſcribere in ordinem. Senec in Conſol. ad Martiam, Quam ob inſignem audaciam tantum non in virōs tranſcripſimus. Id eſt virorū ordini adſcripſimus. Idē epiſtola 4, Quum puerilem animum depoſueris, & te in virū philoſophia tranſcripſerit.

Tranſcribere, pro Venale proſcribere. Quintil. Decl. 11, Quomodo ſatis accuſabo vendentem ſpiritus noſtros tranſcribis, ſalutem noſtram exponis.

Tranſcriptio, Verbale, pro excuſatione, ſeu prætextu. Quintilian. Decla. 13, Adhuc tamen ſpolia tranſeuntium, & abacti pecorum greges ſub hoc titulo defendebantur: iā priuati veneni tranſcriptio eſt. Nā diues cauſabatur ſe nihil deliquiſſe, quia in priuato ſuo apes pauperis necaſſet.

Tranſduco. Tranſduci mali in melius dicuntur, pro Conuerti. Senec. lib. 1. de Ira, Mali aut punientur, aut tranſducentur in melius.

Tranſeo. Tránſitus, pe. cor. Particip. Liu. li. 1. bel. Punic. A tergo Alpes vrgent vix integris vobis ac vigentibus tranſitæ.

Tranſitorius, Adiectiuum. Sueton. in Nerone, cap. 31, Domum à Palatio Æſquilias vſque fecit, quam primò tranſitoriam: mox incendio abſumptā, reſtitutámque, auream nominauit.

Tranſfero. Tranſlatitius, pro Leui, quod dicimus *per accōm.* Sueton. in Auguſto, ca. 10, Sed aduerſante conatibus ſuis M. Antonio conſule, quem vel præcipuum adiutorem ſperauerat, ac ne publicum quidem & tranſlatitiū vlla in re ſibi ſine pactione graniſſimæ mercedis impertiente, ad optimates ſe contulit, quibus eū inuiſum ſentiebat. Sic Tranſlatitiæ cauſæ, apud eundem in Nerone, cap. 7, pro Leuibus, Celeberrimis patronis non tranſlatitias & breues, vt aſſolet, ſed maximas plurimāſque poſtulationes certatim ingerentibus. Sic & Trāſlatitium funus, apud eundem cap. 33.

¶ Tranſlatiuum, & Tranſlatitium, &c.) Adde in fine. Tranſlatitias ſententias vocat Seneca locos cōmunes, qui variis cauſis applicari poſſunt, vt de fortuna, de crudelitate, de luxuria, & ſimiles.

Tranſlatitiū edictū. Cic. 3. Verr. 80, Sed in re, &c.) Adde, quod ab vna Prætura in alteram tranſit.

Tranſlatitiè, Aduerbium. Vlp. in L. 1. ff. De iure patron. Patronorum querelas aduerſus libertos Præſides audire, & non tranſlatitiè exequi debent.

Tranſforo, tránſforas, pen. corr. tranſforāui, pen. prod. tranſforare. Senec. 1. de Benefic. Gladius idem & ſtringit & tranſforat.

Tranſiacio, tránſiacis, pe. cor. tranſiēci, pe. pr. tranſiactū, trāſiacere. Solinus cap. 65, Indorum nemora in tam procerā ſublimatur excelſitatem, vt tranſiaci ne ſagittis quidem poſſint.

Tranſmitto. Tranſmittere exercitum, pro Dare tranſitum. Liu. lib. 1. bel. Pun. Capti donis cum bona pace exercitum per ſuos fines præter Ruſcinonem tranſmiſerunt in Italiam.

Trāſmittere vitam per obſcurum, pro Viuere ſine fama. Seneca epiſt. 19.

Tranſmiſſus, huius tranſmiſſus, pro traiectu, ſeu traiiciēdi ſpatio. Cæſar lib. 5. belli Gal. Pari ſpatio tranſmiſſus, atque eſt à Gallia in Britanniam.

Tranſporto. Tranſportare, pro Deportare in exilium. Sene. lib. 1. de Clement. Quas ciuitates funditus excindi, quas trāſportari, quibus eripi libertatem, quibus dari oportebat, mea iuriſdictio eſt. Suet. in Auguſto, cap. 65, Agrippā nihilo tractabiliorem, imò in dies amentiorem in inſulam tranſportauit.

Tranſporto. Tranſportare, pro Deportare in exilium. Senec.

Tranſuerſus. Tranſuerſa verba, pro male compoſitis. Sene. epiſt. 115.

Trapeo. Trapeta funibus inſtructa, apud Vlpianum in L. Sed addes. §. 2. ff. Locati & conducti, Intelligūtur molæ olinariæ nō volubiles nec truſatiles, ſed quæ in altū tollebantur, & ad frangendam oleam demittebantur. eóq; funibus opus erat ad eam ſuſpendendam. Colum. Suſpenſa mola oleum frangito.

Trapeza. Trapezophoron) Paulus in L. 3. Parag. 1. ff. De ſupellectile legata, Supellectile legata hæc cōtinentur, menſæ, trapezophora, delphica, ſubſellia, &c.

Tremo. Tremere, cum accuſatiuo. Liu. lib. 2. belli Punici, In ea ciuitate, in qua Magiſtri equitum virgas ac ſecures Dictatoris tremere atque horrere ſoliti ſunt.

Trepiduo. Trepidare ad aliquid faciēdum, pro Tumultuari præ feſtinatione. Liuius lib. 2. bel. Pun. Trepidante tota ciuitate ad excipiendum Hannibalem.

Tribulo. &c.) Adde in fine, A tero, teris fit tribulum, quaſi teribulum. ſicut ab Infundo, infundis, infundibulum.

Tributum. Vocari in tributum. Vlpian. in L. 1. Paragr. Si is qui. ff. De exercitoria actione.

Tributorius, Adiectiuum. Vnde Titulus Digeſtorum lib. 14, De tributoria actione. Vlpianus ibidem, L. Illud quoque. Paragr. Si cuius dolo malo factum eſt, quo minus ita tribueretur: in eum tributoria datur, vt quātomin⁹ tributū ſit quàm debuit præſtet.

Triga, trigæ, &c.) Scribe, trahitur. Vlp. in L. Ædiles. Par. Si forte. ff. De Ædilit. edicto Etſi &c. & ſi, ſed & ſi quadriga, redhibeatur.

Trigarium, &c.) Vbi legitur, germanitatis aduenier, ſcribe aduenias. Vbi legitur trigēma, ſcribe trigemina. Vbi vocabulo, ſcribe vocabulum.

Trigemini. Natura trigemina. Plin. lib. 15. cap. 18. 5, Quorundam natura trigemina eſt, corpus, deinde lignum, rurſuſque ſemen in ligno: vt Perſicis.

Triorcheo, &c. à teſtium numero dicta) Diſtingue ſic, dicta, Latinis buteo, &c.

Tripes) Altitudo tripedalis. Plin. lib. 17. cap. 11. 1.

Triſtis. Triſtis ad recordationē. Liu. lib. 4. bel. Pun. Lacus Traſymenus. & Cannæ triſte ad recordationem exemplar.

Triumphus. Triūphalia ornamenta, quæ fauore principum cōcedebantur iis qui nō triūphaſſent, quorū ſæpe fit mentio apud Tacitū. Interdū verò ſine ſubſtantiuo ponitur, vt apud Plinium in Paneg. 146, Licet alteri veſtrum triumphalia filii virtus, cælum alteri dederit.

TROIANVM, oppidum, &c.) Seneca epist.88. Diuites sui seculi luxuriore comitatu equitantes vocat trossulos. Plato notari affectionem nimiam agilitatis ac dexteritatis in equitando. Idem epist.77, Faciam quod iuuenes & trossuli, id est qui sunt bene habito corpore.

Truncus. Trunco, truncas, &c.) Plinius epist.116, Erit etiam vel faciendum vel emendum ipsius deæ signum ex antiquum illud è ligno quibusdam sui partibus vetustate truncatum est.

Tubus. Cauari in tubos. Plinius lib.16.cap.42.1, Pinus, piceæ, alni ad aquarum ductus in tubos cauantur.

Tubulâtus, penult. prod. Adiectiuum, Canatum ad effigiem tubuli. Plin.lib.9.cap.36.5, Alterum purpura vocatur cuniculatum procurrēte rostro, & cuniculi latere introrsus tubulato, qua profertur lingua.

Tuco?. Tutum aduersus pericula. Cels.lib.5. cap.23, Nobilissimum autem est Mithridatis, quod cotidie sumendo, rex ille dicitur aduersus venenorū pericula tutum corpus suū reddidisse.

Fastus suæ tutelæ pupillus dicitur, qui non est amplius in potestate tutoris. Vlpian.in L.Quoties. Parag. Nequaquam.ff.De adminis.& peric.tutor.

Venire in tutelam suam, Idem.Iabolenus in L.Qui filium.ff. De iure deliberandi.

Tutelâris, & hoc tutelâre, pen. prod. Adiectiuū, Quod ad tutelam pertinet: vt Causa tutelaris. Vlpian.in L. Videamus. Parag.1.ff. De in litem iurando.

Tumeo. Tumere vastius. Cels.lib.7.cap.18, Nonnúquam aut stercore accepto vastius tument, retróque cōpelli nō potest, &c.

Tunica. Tunicæ testiculorum. Celsus lib.7.cap.14, Deinde nō extracto testiculo, sicut intestinis quoque prolapsis interdum fieri docui, colligendæ venæ: vinciendæque vbi tunicis inhærebunt, & sub his nodis præcidendæ sunt.

Tussis. Tussim exasperant palmæ. Plin.lib.23.cap.4.18.

Tusses concoquere. Plin.lib.24.cap.8.10.

Tussis quæ nihil emolitur. Cels.lib.4.cap.6, Interdum etiam sicca tussis, quæ nihil emolitur.

V

Vacerra, vacerræ, &c.) Vacerrosum sæpe vsurpauit Augustus, pro Insania correpto. Suetonius in eius vita, cap.87.

Vacillo. Vacillare ex vino. Quintil. lib.8.cap.3, Videbar mihi videre alios intrantes, alios autem exeuntes, partim ex vino vacillantes, partim hesterna potatione oscitantes.

Vaco. Morbis vacare. Iabolen° in L. Qui tertiana. ff. De Æd. edic. Qui tertiana febre, &c. ne iis quidē diebus, quibus morbis vacant, recte sani dicentur.

Vacare aduersa valetudine. Celsus lib.2.cap.14, Sed vt leuata quoq; aduersa valetudine rectè frictio adhibetur, sic nūquam adhibenda crescente febre: verum si fieri poterit, quum ex toto corpus ea vacabit, minus rectè quum ea remiserit.

Vacare omni vento. Cels.lib.2.cap.1, Optimi dies hyeme, qui omni vento vacant: æstate, quibus Fauonii perflant.

Nummi vacui dicūtur, qui sunt sine vsura & fœnore, nec in vsum aliquem erogantur. Scæuola in L. Quintus. ff. Depositi vel contrá.

Vafer. Vaframentū, vaframēti. Valer.Max.lib.7.ca.3, Quantum imperium quàm parvo interceptū est vaframento. Item, Lampsacenæ vrbis salus vnius vaframenti beneficio constitit.

Vagus. Vagabundus, Adiectiuum. Seneca de Vita beata, Ille effusus in voluptates, ac vagabundus semper & ebrius.

Valeo. Quasi minimo valere res dicitur, quæ ferè nullius aut exigui pretii est. Vlpian.in L. Iulianus. Parag. Si venditor. ff. De actionib. empti, Quū Terentius Victor decessisset, relicto hærede fratre suo: & res quasdam ex hæreditate, & instrumenta, & mancipia villicus subtraxisset: quibus subtractis, quasi minimo valeret hæreditas.

Valet purgare, Pollet ad purgandum. Plin.lib.34.cap. vlt.11, Valet purgare, sistere, excalfacere, perrodere. De sandaracha.

Valere aduersus, &c. Cel.lib.4.ca.15, Valénsque est etiā aduersus cancerē intestinorū minii gleba, cū salis hemina contrita.

Valet pro antidoto. Plin.lib.20. cap.23.7, Quæcunque autem ruta & per se pro antidoto valet, foliis tritis & ex vino sumptis.

Valere pro indiuiso. Plin.lib.16.ca.32.5, Illud propius mirum, mutari naturam in iisdem locis, atque pro indiuiso valere.

Valet eodē. Cels.lib.6.ca.6, Id quoque eiusdē, quod Sphærion nominabat, eodem valet. Hoc est ad idem.

Valentissima materia. Cels.lib.2.cap.18, Quum durum valentissimæ materiæ est: molle, vel sorbile, imbecillissimæ.

¶ Validus sustinere pondus. Plin.lib.16.cap.42.1, Pondus sustinere validæ abies, larix, etiam in transuersum positæ. Hoc est ad sustinendum.

Validius cocta beta. Plin.lib.20.cap.8.3.

Firmitas valetudinis. Plin.lib.20.cap.5.11, Firmitatem valetudinis custodiri.

Valetudo calculorum. Plin.lib.21.cap.27.1, Ruscī radix decocta, bibitur alternis diebus in calculorum valetudine, & tortuosiore vrina, vel cruenta.

Valetudines febrium. Plin.lib.23.cap.1.34.

Valetudo mentis. Sueton.in Cæsare, cap.49, Octauius etiam quidam valetudine mentis liberius dicax, &c.

Morbus valetudinis. Plin.lib.20.cap.8.6.

Meliorem valetudinē senibus faciunt fici. Plin.lib.23.cap.7.6.

Ingrauescens valetudo. Vlpian.in L. Siquis, in prin.ff. De s.c. Silaniano.

Recolligere sēsà longa valetudine. Plin.lib.23.cap.7.7.

Vapor. Vaporare, pro Calore temperare. Horat.1.epist.17.1,

-sed vt veniens dextrum latus aspiciat sol,
Lævum discedens curru fugiente vaporet. Deinde subiungit,
Temperiem laudes, &c.

Vapide se habere, solebat dicere Augustus, pro Malè habere. Sueton.in eius vita, cap.87.

Varius. Variatio. Liuius lib.4.bel. Pun. Cæteræ centuriæ sine variatione vlla Consules eosdem dixerunt.

¶ Varietates, Maculæ illæ subrubræ quæ hyeme cōrahuntur quum crura ad ignem propius admouentur. Plin.lib.20.cap.9.23, Flos bulborum tritus crurum maculas varietatésque igne factas emendat.

Varus, Substantiuum.) Adde in fine, Ibidem, cap.2.11, Vitia cutis in facie, varóque & lentigines, & sugillata emendat. Idem lib.28.cap.8.21, Lentigines tollit ac varos, omnésque maculas.

Vastus. Vastátrix. pen. prod. Verbale fœm. Seneca epist.96, Luxuria terrarum marisque vastatrix.

Vastitas odoris. Plin.lib.31. cap.6.4, Quippe & vastitate odoris capita replentur.

Vastata vrbs defensoribus suis, pro Spoliata. Liuius lib.3.bel. Pun. Itaque vrbe defensoribus vastata facilè potiti sunt.

Ablatus vberibus. Plinius lib.8.cap.55.1, Fœtus ventre exectos, vel vberibus ablatos, non repurgatis interaneis, gratissimo in cibatu habent.

Vbi. ¶ Vbi loci, &c.) Adde in fine, Plin.lib.7.cap.14, ad finem, Vt inanis mens quærat vbi sit loci.

Vdo, vdonis, &c.) Vlpian.in L. Argumēto. §.2.ff. De auro, argēto, &c. Alia est causa vdonū, quia vsum calciamentorū præstat.

Vegeo. Vegetus pulsus venarum, pro Vehementi, opponitur Lāguido. Valerius lib.5, Nunc vegetiorem, nunc languidiorem pulsu venarum.

Veho. Licere aut exercere vecturas nauium. Papin.in L. Si vebana. ff. De condict. indeb.

Vectoria nauigia, pro Maioribus. Cæsar 5.belli Gall. Qua in re admodum fuit militū virtus laudanda, qui vectoriis quibusque nauigiis, non intermisso remigandi labore, longarum nauium cursum adæquauerunt.

Vectibilis, & hoc vectibile, penul. corr. Verbale. Seneca 3. Natur. quæst. Aquæ medicatæ, & ob hoc ponderosæ: & ipsius insulæ materia vectibilis.

Vello. Vellicatio, Verbale. Sene. de Vita beata, Quum nō tantum lacerationes, sed etiam vellicationes effugerit. Item 3.de Ira: metaphoricè accipit pro molestiis, Detrimenta, iniurias, cōtritia, vellicationes contemnamus.

Velum. Nauigia velis cuntia. Plin.lib.9.cap.15.7.

Velâris, & hoc velâre, pen. prod. Quod pertinet ad vela. Plin.lib.13.cap.9.2, Lignum intus grandis firmæque duritiæ, ex quo velares detornant annulos.

Vena. Percussus venarum. Plin.lib.7.cap.51.1, Venarum inæquabili aut formicante percussu.

Venæ accōmodatæ spiritui. Cels.in Præfat. lib.1, Alia si sanguis in eas venas, quæ spiritui accōmodatæ sunt, trāsfunditur.

Venæ conquierunt. Celsus lib.3.cap.4, Illud autem magis ad rem pertinet scire, num oporteat dari, quum iam bene venæ conquieuerunt.

Venæ naturaliter ordinatæ. Celsus lib.3. cap.6, Sed his non omnia credere, ac protinus quidem scire non febricitare eum, cuius venæ naturaliter ordinatæ sunt, tepórque talis est, qualis esse sanis solet.

Venæ submittunt se. Celsus in Præfat.lib.1, Tum requirant etiam quare venæ nostræ modò submittāt se, modò attollant: quæ ratio somni, quæ vigiliæ sit.

Vendo. Vendibilis aspectu. Plin.lib.14.cap.3.6.

Venenum. Expugnare venenum. Plin.lib.28.cap.10.8, Sic quoque lacte bubulo cuncta venena expugnari tradunt.

Extinguere venenum. Plin.lib.22.cap.23.7, Venena telorum

& ſerpentium extinguit. De laſere.

Hebetat venena omnia. Plin. lib. 13. cap. 4. 4.

Veneo. Venáliter, pen. corr. Aduerbiũ apud Senecã de Benef. 1. vbi dicit, Si mentio fiat de beneficiis quæ in aliquem contulerimus, vt modeſtè extenuemus, idque non venaliter. Alii legunt vernaliter, ſed perperam.

Venia. Dare veniam excuſationis. Veniam aduocandi petere, *Excuſare ſe ab aduocatione*, vt vulgus loquitur. Plinius iunior lib. 5. epiſt. 8. ad Capitonem.

Impetrare veniam aliquid faciendi. Plin. lib. 11. cap. 19. 5.

Venio. In computationem venire. Vide **Computo.** Plin. lib. 6. cap. 35. 4.

Ad digitos venire, Vide **Ad** præpoſitionem.

¶ Venire, pro Accidere. Celſ. lib. 7. cap. 27, Solet verò ſub eiuſmodi victu venire vt alnus non reddatur.

Venter. Mulier ventre vacuo, incerto, pleno, præterito, apud Papinianum in L. Ventre. ff. De acquirenda vel omit. hæred.

Emollire ventrem difficilem. Plin. lib. 11. cap. 13. 3.

Reſoluere ventrem. Celſus lib. 3. cap. 16, Prodeſtque in vetere quartana, mutare ſubinde victus genus: à vino ad aquam, ab aqua ad vinũ, à lenibus cibis ad acres, ab acribus ad lenes tranſire: eſſe radicem, deinde vomere, iuréve pulli gallinacei ventrem reſoluere.

Reſolutus venter. Celſus lib. 2. cap. 8, Si in febre aures obtuſæ ſunt, ſi ſanguis è naribus fluxit, aut véter reſolutus eſt, illud malum deſinit ex toto.

Turbare ventrem. Celſ. lib. 1. cap. 6, Si frigidæ potiones ventrem eius non turbant, his vtendum potiſſimum eſt, &c.

Turbatur venter ſemine ſumpto. Plin. lib. 11. cap. 11. 5.

¶ Venter, Stomachus, &c.) Adde in fine, Plin. lib. 8. cap. 21. 1, Omnia dentibus frangentes, protinúſque deuorata conficientes ventre. Idem lib. 19. cap. 5. 8, Cibos ſalubres ac lenes pluribus modis exiſtimant, qui perfici humano ventre non queant, ſed non intumeſcant.

¶ Ventrem facere dicitur paries, qui vetuſtate collabens, curuatura quadam veluti ventre extra fundamẽti limites eminet. Alphenus in L. Siquando. Parag. 1. ff. Si ſeruitus vend. Siquando inter ædes binas paries eſſet, qui ita vẽtrem faceret, vt in vicini domũ ſemipedẽ, aut amplius procumberet, agi oportet, ius non eſſe illum parietem ita proiectum in ſuum eſſe ſe inuito.

Ventrâle, ventrâlis, &c.) Adde in fine, Plin. lib. 17. cap. 7. 9, Nauſeas maris arcet in nauigationibus potum: inguinum tumorem, in ventrali habitum.

Ventrale Vlpianus accipit pro ſemicincto ſub quo habentur loculi, quibus non ſolùm ſudariola, ſed leues etiam nummulos in quotidianum vſum geſtare ſolemus: vt in L. Diuus, in principio. ff. de bonis damnat. Nec ſi zonam circa ſe habuerit, protinus aliquis ſibi vendicare debebit: ſed veſtem qua is fuerit indutus: aut nummulos in ventrali, quos victus ſui cauſa in prõptu habuerit. Vbi alii codices legunt nummulos inueterales.

Ventus. Pertinax ventus. Varro de Re ruſt. lib. 1. cap. 59. 1.

Dies ventoſus. Paulus in L. Qui occidit. Parag. In hac act. ff. Ad legem Aquil. Si quidem die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt.

Ventilo) Ventilare, ſine adiecto, eſt excitare aurã ad calorem temperãdum. Sueton. in Auguſto, cap. 82, Æſtate apertis foribus ac ſæpe in periſtylo ſaliente aqua, atque etiam ventilante aliquo cubabat.

VENVS. Vſus veneris alienus. Celſ. lib. 3. ca. 21, Vbi conualuit aliquis diu, tum alienus ei veneris vſus eſt.

Vtilis venus. Celſus lib. 1. cap. 3, Neque æſtate verò, neque autumno vtilis venus eſt.

Rara venus. Celſ. lib. 3. cap. 27, Rariſſima venere vtẽdum eſt.

Tẽperare venere. Celſ. lib. 4. cap. 24, Quidam quum toto anno à vino muſo, venere ſibi temperaſſent, ſecuritatem totius vitæ conſecuti ſunt.

Venuſtus, &c.) Pulcher magis quàm venuſtus. Suet. in Nerone, ca. 51, Suffuſano capillo, vultu pulchro magis quàm venuſto.

Vereor. Vereor ne non ſit obligatus. Maruanus in L. Si mulier. Parag. 2. ff. De iure dotium.

Vermino. Verminare, Vermes producere. Sen. 2. Natur. quæſt. In venenatis corporibus vermis nunquam naſcitur: fulmine icta mox verminant.

Verminatio, Capitis dolor, vbi intus videtur arrodi cerebrum. Seneca epiſt. 96, Quid oculorum, auriúmque tormenta, & cerebri æſtuantis verminationes?

Verminatio, pro Acriori punctione doloris, in qualibet corporis parte. Seneca epiſt. 79, Omnium iſtorum prima verminatio vexat, impetus mora extinguitur. Loquitur de podagra, chiragra, & morbis articularibus.

Ver. Verno, ſine ſubſtantiuo, pro Verno tempore, vel Vere. Plinius lib. 19. cap. 3. 1, Quum fuerint imbres autumnales, ac tonitrua crebra, tunc naſci, & maximè è tonitribus, nec vltra annũ durare: tenerrima autem verno eſſe. De tuberibus. Ibidem, cap. 5. 27, In hoc mirum, imas eius radices creſcere hyeme: verno autem quum apparuerit viola, minui ac contrahi.

Verna. Vernaculi, Malis moribus, &c.) Adde, Seneca de Benef. 6, Alter apud proximum circulatorem reſedit: & quum vagus atque erro vernaculis cõgregatur, tranſeuntem Platonem quẽ non quæſierat, inuenit.

Vernilitatem vocant quidquid contrarium eſt ingenuitati. Seneca epiſt. 96, Hæc ſeu lenitas eſt, ſeu vernilitas, punienda eſt promittẽdi facilitate. Loquitur de proteruia petendi quod impetratum nolis.

Verto. Vertitur eadem quæſtio in pluribus iudiciis, id eſt agitatur. Paulus in L. Si cum vno. ff. De except. rei iud.

Verſa vice, Vide **Vicis.**

Verſus fauorum. Plin. lib. 11. cap. 10. 4.

Verſus remorum, pro Ordine, &c. Liuius lib. 5. Decad. 5, Regia nauis ingentis magnitudinis quam ſedecim verſus remorum agebant.

Verſificus, penult. corr. Adiectiuum. Solinus cap. 16, Studium muſicum inde cœpit, quum Idæi Dactyli modulos crepitu ac tinnitu æris deprehenſos in verſificum ordinem tranſtuliſſent.

Verſare pecuniam, pro Tractare. Suetonius in Galba, cap. 9, Nummulario nó ex fide verſanti pecunias manus amputauit.

Verſari in turbinem. Seneca lib. 3. de Ira, cap. 6.

¶ Dolo verſari, Agere dolo. Vlpia. in L. Si fideiuſſor. Parag. 1. ff. Mandati vel contrá.

Verſãbilis, & hoc verſãbile, pen. corr. Sene. de Tranquil. vitæ, Omnem eruditionem ſcito verſabilem eſſe.

¶ Verſicolores maculæ, Non quæ mutant colorem, ſed quæ diuerſorum ſunt colorum. Plin. lib. 36. cap. 6. 1, Quo in tractatu ſubit mentẽ, non fuiſſe tum authoritatem maculoſo marmori: fecere è Thaſio, Cycladum inſularum, æquè & è Leſbio: liuidius hoc paulo. Verſicolores quidem maculas, & in totum marmorũ apparatũ Menander etiã diligentiſſimus luxuriæ interpres prim' & rarò attigit. Paulo poſt, 3, Primùm (vt arbitror) verſicolores iſtas maculas Chiorum lapicidinæ oſtenderunt.

Vertex montis, &c. Putat hunc ſignificatum Quintilianus li. 8. cap. 2, ſumptum eſſe à ſummitate capitis.

Verticordia Venus, cuius mentio fit apud Valerium lib. 8. ca. viti. de Sulpitia. Colebatur, vt corda mulierum ad viros proprios conuerteret.

Veſcor. Veſcor, cũ accuſatiuo.) Poſt exẽplũ Plinii adde, Idẽ lib. 8. cap. 50. 4, Si caprinũ iecur veſcantur. Et lib. 9. ca. 50, Ova veſcentes rarũ. Rurſus lib. 11. ca. 37. 63, Qui abſinthiũ veſcuntur.

Veſcendus, Participium. Plin. lib. 20. cap. 5. 10, Coctas dyſentericis veſcendos dedêre. De ceris.

Veſica. Difficultates veſicæ. Plin. li. 30. ca. 8. 3, Fimũ quoq; palũbinum in faba ſumi cõtra calculos, & alias difficultates veſicæ.

Veſper. Veſperãtus dies. Solinus cap. 16, Sed die iam veſperato auguſtiore ſe facie viſendum offerens.

Veſperãlis, & hoc veſperãle, pe. pro. Solin° ca. 14. Igitur Macedoniã præcingit Thracius limes: Meridiana Theſſaliæ Epiroteæ tenẽt: à Veſperali plaga Dardani ſunt & Illyrii: quà Septẽtrione tenditur, Pæonia ac Pelagonia protegitur. Veſperalẽ plagam dixit pro Occidentali.

Veſpertinis, Ablatiuus, pro aduerbio. Plin. lib 30. cap. 10. 3, Perunctos matutinis veſpertiniſque liberari. Hoc eſt mane & veſperi.

Veſpillo, veſpillonis, &c.) Sueto. in Domitiano, cap. 17, Corpus eius populari ſandapila per veſpillones exportatum.

Veſtigium. Implere veſtigia alicuius. Plin. epiſt. li. 8. 13. ad Genialem, Vides quem ſequi, cuius debeas implere veſtigia. O te beatum, cui cõtigit vnum atque idem optimum & coniunctiſſimum exemplar: qui denique eum potiſſimũ imitandum habes, cui natura eſſe te ſimillimum voluit.

Carnoſum veſtigium. Plin. lib. 11. cap. 45, ad finẽ, Camelo tali ſimiles bubulis, ſed minores paulo. Eſt enim biſulcus diſcrimine exiguo, pes imus, veſtigio carnoſo, vt vſu, qua de cauſa in lõgiore itinere ſine calciatu fathiſcunt.

Veſtis. Veſtiarii nomine) Seneca, &c. Lege, Sene. de Benef. 3. Eſt aliquid quod dominus ſeruo præſtare debeat, vt cibarium & veſtiarium.

Veſtiarius, veſtiarii, Qui veſtes vendit. Vlpianus in L. Quicũque. Parag. 2. ff. De inſtitore actionis, Sed & eos inſtitores dicendos placuit, quibus veſtiarii, vel lintearii dant veſtem circumferendam & diſtrahendam: quos vulgo circuitores appellamus.

Veſtus. Veteres noſtri, pro Maiores noſtri. Plinius lib. 36. cap. 7. 6, Onychem etiam tum in Arabiæ montibus, nec vſquam alibi naſci putauere noſtri veteres.

¶ Veterator & Nouitius, contraria. Vlpian. in L. Præcipiunt. ff. De ædilitio edicto, Præcipiunt Ædiles, ne veterator pro nouitio veneat.

Veterana, videtur Seneca vocare apothecas frugum veterũ, epist. 115, Aspice veteraria nostra, & plena multorum seculorum vindemiis horrea. Alii legunt ventraria, sed nullo sensu.

Vetustas. Celsus lib. 5. cap. 26, Interdum enim vetustas vicus occupat, inducitúrque et callus, &c.

Fallunt vetustatem vites aliquæ. Plin. lib. 14. cap. 2. 6.

Induere vetustatem, Vide **Induo.**

Vexo. Annonam attentare & vexare vel maximè dardanarii solent. Vlpian. in L. 6. ff. De extraord. criminib.

Via. Trahere vias medendi. Celsus in Præfatione libri 1, Sed ab experimẽtis prout cuique respõderãt, medẽdi vias traxerint.

Viaticulum, viaticuli, pen. corr. Diminut. Vlpian. in L. Si longius, in fine. ff. De iudiciis, Ne si ei non dederimus actionem, futurum sit, vt impune fraudem patiatur, & egestate Romæ laboret, viaticulo suo nõ recepto, quod ad sũptu pater ei destinauit.

Vians, huius viantis, Adiectiuum. Solinus ca. 41, Latrones puteos arenis operiebant, vt tẽporaria fraude subductis aquis in fame & siti iter submoueret accessus viantium. Idẽ cap. 40, Nec interest vbi potius sint procellæ, quũ ad exitium viantium elementis congruentibus, in terris flabra sæuiant, in mari terræ.

Viator exceptus à latronibus. Cels. in Præf. li. 1, Interdũ enim gladiatorem in arena, vel militẽ in acie, vel viatorẽ à latronibus exceptũ sic vulnerari, vt eius interior aliqua pars aperiatur.

Vicio. Efficere vicem alicuius rei. Plin. lib 13. cap. 4. ad finem, Nuclei palmarum cremati in fictili nouo, cinere loco spodii vicem efficiunt.

Exhibere vicem alicuius rei. Plin. lib. 13. ca. 7. 11, Spodii vicem exhibet fruticum à radice exeuntium cinis.

Explere vicem olei. Plin. lib. 31. cap. 2. 14.

Habere vicem obsonii. Plin. lib. 15. cap. 19. 4, Quum & obsonii vicem habeant recentes ficus.

Repræsentare vicem olei. Plin. lib. 28. cap. 10. 9, Nam si oleum non sit, vicem eius repræsentat.

Sumere ptisanam in vicem vini. Celsus lib. 4. cap. 6, Sed hic vinum sorbere, vt suprà præcipimus, morbus ipse non patitur, in vicem eius cremor ptisanæ sumendus.

Mutua vice fungi. Paulus in L. Certum. ff. Si certum pet. Pedius nihil referre ait, proprio nomine res appellentur, an digito ostendantur, an vocabulis quibusdam demonstrentur: quatenus mutua vice fungantur, quæ tantundem præstent.

Vice versa, &c.) Adde, Solinus cap. 45, Materia eius in aquam missa subsidit: deinde quum diu desederit in liquore, leuior facta sustollitur, & versa vice (quod natura in alio ligni genere non recipit) sit humore sicca. De ficu Ægyptia.

Vice alterna. Plin. epist. 110, Quod vice alterna, prout æstus aut repressit aut impulit, nũc infertur mari, nunc redditur stagno.

Vicem pro Officio posuit Liuius lib. 1. ab Vrbe, Ne sacra regiæ vicis desererentur, flaminem Ioui assiduum creauit. Id est, quæ obire, ad regis munus pertinebat.

¶ Sardanapali vice) Scribe hoc modo,

Vice, pro Instar, vt Vice mundi, Id est instar mundi. Vice Sardanapali, Quemadmodum Sardanapalus. Suetonius in Nerone, Vice mundi circumagi cœnationem. Cic. &c.

Corpus vicarium. Quinul. Declamat. 16, Vt si tyrannus exegerit, vicarium corpus opponam.

Pœna vicaria. Quintil. Declamat. 16, In totum explebo, si videatur, vicaria pœna locum recedentis.

Seruitus vicaria. Quintil. Declamat. 8. Non ferrem à piratis captum filium alterius vicaria seruitute redimentem.

Vicus. Ad viciniam lactis accedens aqua. Plin. lib. 31. cap. 3. 7.

Vicinium, Substantiuum, neutri generis. Senec. de Breuitate vitæ, Invicinio versatur inuidia, simplicius lõgè posita miramur.

Video. Videtur, pro Placet, cum infinitiuo. Cic. 1. Offi. Quum Pompilio videretur vnam dimittere legionem, &c.

Visum, visi, &c.) Visus, huius visus, in eadẽ significatione, pro *apparitionibus* vt vocant. Plin. lib. 7. cap. 22, Nã Cymbricæ victoriæ Castoréque Romani qui Persicam victoriam ipso die quo cõtigit nuntiauere, visus, & numinum fuere præsagia. Liu. lib. 6. bel. Pun. Nocturnos visus dixit.

Visus, huius visus, &c.) Adde, Visus est potentia obtuitus. Quintil. lib. 1. cap. 3, An potest esse vlla tam perpetua discentis intentio, quæ non vt visus oculorum obtuitu continuo fatigetur?

Victo. Victor, pe. pro. &c.) Vlpian. in L. Si seruus seruũ. Parag. vlt. in fine. ff. Ad leg. Aquil. Item si victori locaueris lacũ vino plenum curandum: & ille eũ pertuderit, vt vinũ sit effusum: &c.

Vigilo. Vigilatus, Participium. Ouid. 1. Trist. 3,

Hoc pretiũ vitæ vigilatorumq; laborũ Cepim⁹. Idẽ 4. Fast. 11,

Primus amans carmen vigilatum nocte negata

Dicitur ad clausas concinuisse fores.

Vincio. Vincire lino. Celsus lib. 7. ca. 19, Cæterum antequam excidantur, hæ quoque vinciri lino summè debent, & eius lini capita extra plagam relinquenda sunt, sicut in aliis quoque venis quæ id requisierint.

Vinctura, vincturæ, pen. prod. Plinius libro 16. cap. 37. 1, Pariúntque baltheo corticis vincula: & aliæ virgas sequacis ad vincturas lentitiæ. De salicibus.

Vindemia. Vindemia oliuarum. Plin. lib. 15. cap. 1. 4, Consequens earum vindemia est, ársque vel maior oleum quàm musta temperandi.

Quali vindemiatorii. Vlpianus in L. Instrumento. ff. De instructo vel instrumento leg.

Vindex. Vindicare à se, pro sibi. Liu. lib. 4. Decad. 5, Victoriæ vtique de Antiocho rege maiore parte à se vindicata.

Vindicare se ab aliquo, pro Vlcisci. Senec. de Benef. 6, Quum idem homo beneficium mihi dedit, & postea fecit iniuriam, vtrum & beneficium illi reddere debeam, & me ab illo nihilominus vindicare?

Vinum. Vinum cui nihil ætatis accessit. Celsus lib. 2. cap. 16, Inflãt autem omnia ferè legumina, omnia pinguia, omnia dulcia, omnia turulenta, mustum, atque etiam id vinum cui nihil adhuc ætatis accessit.

Vinum nullarũ virium, & Ingentiũ virium, cõtraria. Celsus li. 3. cap. 19, Idque vinũ esse debet, neque nullarũ virium, neque ingẽtium, rectéque tota die & nocte vel tres heminas æger bibet.

Vinum totum, Vide **Totus.**

Subtrahere vinũ. Cels. lib. 3. ca. 2, Quũ præsertim etiã pro modo terroris moderari liceat, & si leuiora indicia fuerunt, satis sit à vino tantum abstinere: quod subtractum, plusquam si cibo aliquid dematur, adiuuat: si paulo grauiora, facile sit non aquam tantum bibere, sed etiam cibo carnem subtrahere.

Violo. Violare venas. Celsus lib. 7. cap. 11, Horum extrema lingua volsella prehendenda est, sub eaque membrana incidenda, magna cura habita ne venæ quæ iuxta sunt violentur, & profusione sanguinis noceant.

Violens, pro Violentus, teste Budæo apud Horatium lib. 3. Carm. ode vltima, 2, Dicar qua violens obstrepit Aufidus, &c.

Vir. Pars virilis, &c.) Alio significatu apud Liuium lib. 6, Illius gloriæ pars virilis apud omnes milites sit qui simul vicerũt, suæ gloriæ neminem mortalium socium esse. Intelligit gloriam Camilli viriliter esse diuisam in milites, quorũ virtute parta fuerit.

Viritim de vno dicitur, &c.) Viritim, Metaphorice, pro Particulatim. Seneca Natu. quæst. De ventis in vniuersum diximus, nunc viritim incipiemus illos discutere.

Virga. Virgulãtus, pen. prod. Adiectiuum. Plinius lib. 9. cap. 32, Iam distinctione virgulata, crinita, crispa, &c.

Virgo. Virginitas resoluta.) Plinius lib. 28. cap. 7. 15, de menstruo muliebri, Asperrimámque vim profluuii eius esse primis annis virginitate resoluta.

¶ Virgo, Vrbis Romæ aqua. Vide MARTIA.

Viridio. Viride, pen. cor. Aduerbiũ. Pli. li. 37. ca. 8. 3, Comitatur eã similitudine propior quàm authoritate callais viridè pallẽs.

Viridius virere. Plin. lib. 37. cap. 5. 1, Nam herbas quoque virẽtes frondéque auidè spectamus. Smaragdos verò tãto libẽtius, quoniam nihil omnino viridius comparatum illis viret.

Virus. Virus ingluuie natũ extinguere. Plin. lib. 13. ca. 11. 1, Persarum esse debet gentis vnguentum. Illi madent eo: & accersita commendatione, ingluuie natum virus extinguunt.

Vis. Recipere vires. Celsus lib. 4. ca. 24, Per hæc enim fiet nec in vitia labem inferentia incidat: & vt maturè vires suas recipiat.

Restituere vires per hæc. Celsus lib. 4. cap. 11, Quotiésque aliquid aut stomachus, aut venter effudit: toties per hæc vires restituere. Sub. expedit.

Tueri vires. Celsus lib. 3. cap. 10, Vltimum auxilium est, in alnum, ptisanæ, vel alicæ cremorẽ ex inferioribus partibus iniicere: siquidem id quoque vires tuetur.

Viscus. Viscera patefacta per vulnus. Celsus in Præf. lib. 1, Sed quum per vulnus alicuius viscera patefacta sunt.

Vita. Redire ad vitam. Celsus lib. 2. cap. 8. Neque is ad vitam redit, qui ex suspendio spumante ore detractus est.

Vitã cõstituere. Cic. 1. Offi. 167, In tota vita cõstituẽda multo est maior rei cura adhibenda, vt constare in vitæ perpetuitate possimus nobismetipsis.

Vitalia capitis, &c.) Quintil. lib. 5. ca. 11, Initurúsq; frequenter forensiũ certaminũ pugnam, etiã in schola victoriam spectet, & ferire vitalia ac tueri sciat. Idem in Declam. 7. accipit pro partibus vt vocant pectoralibus. Imbecilliora sunt hæc assiduis lamentationibus cuerberata vitalia.

Vitium. Vitium in capite. Celſus lib.6.cap.1, Nam bene integro capite, non exit. Vbi aliquod in eo vitium eſt, non incommodum eſt ſummam cutem potius ſubinde corrumpi, quàm id quod nocet, in partem magis neceſſariam verti.

Vitium locorum. Celſus lib.5.cap.21, Si concidere vitio locorũ mulierſoleat, cochleæ cum teſtis ſuis comburendæ, cõterendæque, deinde his mel adiiciendum eſt.

Recens vinum. Celſus lib.6.cap.1, Si parumper hæc proficitur, vehementioribus vti licet: cum eo, vt ſciamus, vtique in recenti vitio id inutile eſſe.

Valens vitium. Celſus lib.5.cap.10, Prout valentius aut lenius vitium eſt, cui medendum eſt.

Vetus vitium. Celſus libro 4.cap.15, Si pluribus diebus nihil remedia alia iuuerunt, vetuſque iam vitium eſt, aquæ bene frigidæ potio aſſumpta, vlcera aſtringit, & initium ſecundæ valetudinis facit.

Submouere vitium. Celſus lib.6.cap.6, Facilè autem recognitis omnibus, quæ medici quoque prodiderunt, apparere cuilibet poteſt, vix vllum ex his quæ ſuprà comprehenſa ſunt, oculi vitium eſſe, quod non ſimplicibus quoque & promptis remediis ſubmoueri poſſit.

Vitioſa pars. Celſus lib.1.cap.9, Cruditas enim id maxime lædit: & quoties offenſum corpus eſt, vitioſa pars maxime ſentit.

Vitiatur oleum in amurcam. Plin.lib.15.cap.3.1.

Vitiatio, Verbale. Sene. Controuerſ.lib.4, Antea legem vitiationis euertere conatus eſt, nunc tranſferre vult.

Vitiator, pro Stupratore. Sene. Controuerſ.li.4, Vitiatoré dimiſiſti, virum occides.

Vitro. Vitatu, Supinum. Horat.1, Serm.ſaty.4.14.

-ſapiens vitatu, quidque petitu Sit melius, cauſas reddet tibi.

Vitrum. Vitriarius, &c.) Senec.epiſt.91, Cuperem Poſſidonio vitriariũ oſtẽdere, qui ſpiritu vitrũ in plurimos habitus formet.

Vitrea, vitreorum, n.gen.plur.num. Plin.lib.11.cap.19.3, Contrà reuehũt vitrea, & ahena, veſtes, fibulas cũ armillis ac monilib⁹.

Vitreámina. Paulus in L.Cum de lanionis.§. Quidam.ff.De inſtructo vel inſtrumẽto leg. Quum in diem mortis ibi libros, & vitreamina, & veſtiſpicam habuerat.

Viuo. ¶ Viuunt arboris radices, Non exaruerunt, nec emortuæ ſunt. Vlpian.in L.3.Paragr.Quod ſiquis.ff.Arbor fur.cæſ. Ideo ea quoque arbor eſſe videtur, cuius radices deſinent viuere, quanuis adhuc terrâ contineatur.

Vix. Vix eſt, vt Aphricanus in L.Tutor.Parag.1.ff.ad l.c.Velleianum, Quando vix ſit, vt aliqua apud eundem pro eo ipſo interceſſiſſe intelligi poſſit.

Vlcus. Vlcus altum. Celſus lib.5.cap.28, Id nomen eſt vlceri alto, anguſto, calloſo.

Vlceratio, Verbale. Senec.ad Serenum, In dolores, damna, vlcerationes, vulnera, magnos motus rerum circa ſe frementium ſecurus aſpiciat.

Vltra. Vlterior ripa, quæ trans flumen eſt. Liu.lib.1.Decad.5.

Vlterius, Aduerbium.) Sene.epiſt.103, Et vlterius ſi licuiſſet, iuuabat de immortalitate animorũ quærere, imò credere. Ouid. 6.Metam. -quotieſque rogabat

Vlterius iuſto, Prognen ita velle ferebat.

Vltro. Vltroneus, Adiect.Seneca 2.Nat.quæſt.Suadetur deliberantibus: at vltronei admonentur. Idem ibidem, Quid intereſt ad mortem iuſſi eamus, an vltronei?

Vmbra. Vmbraticus, Adiect.&c. Vmbraticus homo, qui in vmbra verſatur. Senec.de Benef.lib.4, In hac parte nobis negotium eſt cum Epicureorum delicata & vmbratica turba.

Vncia. Vncia.) Celſus li.5.ca.17, Sed & antea ſcire volo in vncia pondus denariorum ſeptem eſſe.

Vnda. Vnda prima præli, Prima olei præli expreſſi fluxio. Plin.lib.15.cap.1.4, Ex eadem quippe oliua differunt ſucci. Primum omnium cruda, atque nõdum inchoatæ maturitatis, hoc ſapore præſtantiſſimo. Quin & ex ea prima vnda præli laudatiſſima, ac deinde per diminutiones.

Vndique. Vndiquenerſum. Solinus cap.53, Cremutius author eſt, has eaſdem anno quinto in Æthiopia cæteruatim coire, & vndiquenerſum quouſquam gentium ſint, ad regiam Memnonis conuenire. De auibus Memnõniis.

Vndique ſecus. Solinus cap.40, Locus giret vndique ſecus agris arentibus.

Vngo. Vngi ex ceruſſa. Celſus lib.5.cap.28, Sed prius vngi ex ceruſſa puſtulæ debent, tum hoc illini.

Vnctus, Participium, &c. Vnctus cruore, apud Horatium 1.Carm. ode 1.1, Nondum expiatis vncta cruoribus.

Vnguilla/ vnguillæ. Solinus ca.40, Vulgus ſimiarum in his eſt, quas paſſim vellemus non ſine ingenio æmulandi, quo facilius in manus veniant. Nam dum auidè venantiũ geſtus affectãt, relicta conſulto viſci vnguilla, quod mendacio factum vident oculos ſuos oblinunt: ita viſu obducto, pronum eſt eas corripi.

Vnus. Vnus nullus. Cic.de Prouin. Conſul. Vt niſi C.Virginius legatus vir fortis ac ſtrenuus interueniſſet, vnum ſignum Byzantii ex maximo numero nullum haberent.

Vnitas, vnitatis, &c.) Seneca de Vita beata, Virtutes ibi eſſe debebunt vbi conſenſus atque vnitas erit, diſſident vitia. Pro conuenientia & coniunctione accipitur: quemadmodum 4.de Beneficiis, Hanc ſocietatem tolle, & vnitatem generis humani, qua vita ſuſtinetur, ſcindes. Quintil.Declamat.13, Latæ ſolitudinis indiſcreta vnitas facta eſt.

Vnitas foliorum. Plin.lib.16.cap.11.ad finem, Neque his autem quæ ſemper retinent comas, eadem folia durant: ſed ſubnaſcentibus aliis, tum areſcunt vetera, quod euenit circa ſolſtitiũ. Maximè foliorum vnitas in ſuo cuique genere permanet, præterquam populo, ederæ, &c.

Vnitatẽ facere. Celſ.li.6.ca.6, Vbi facta vnitas eſt, demitti debet lana mollis bene carpta, quæ id excipiat, ſupérqi oculos imponi.

Vnitas fit. Plin.lib.17.cap.16.1, Imprimitur ex alia cortex patrum ſui germinis mamma, ſic cõpage déſata cicatrici, vt locus non ſit, & ſtatim vnitas fiat.

Vnitatẽ variare. Pli.li.35.ca.2.1, Hoc Claudii principatu inuentum. Neronis verò, maculas quæ nõ eſſent, in cruſtis inſerẽdo vnitatem variare, vt ouatus eſſet Numidicus, vt purpura diſtingueretur Sinnadicus.

In vnitatem venire. Plin.lib.33.cap.2.1, Et diuiſus hic quoque ordo erat ſuperba vſurpatione nominum, quum alius ſe Nongentum, alius Selectum, alius Tribunum appellaret. Tiberii demum principatus nono anno in vnitatẽ venit Equeſter ordo.

Vniuerſitas, &c.) De vniuerſitate libri pronuntiare, pro In genere, vel In vniuerſũ iudicare de libro. Pli.epiſt.59, De vniuerſitate nunc pronũtio, de partibus experiar legendo. Idem epiſt.29, At ſicut veremur, ne quibuſdã pars aliqua ſecundum ſuam cuiuſque naturam non proberur, ita videmur poſſe confidere vt vniuerſitatem omnibus varietas ipſa commendet.

Vnicálamus, pen.corr. Adiect. Frumentum vnicalamum, Quod vnicum habet calamum. Plin.li.18.ca.7.10, Vnicalamum præterea, nec vſquam capax ſeritúrque non niſi tenui terra.

Volgiolum inter ruſtica inſtrumẽta connumerat Plinius lib. 17.ca.10.13. Seritur menſe Aprili, area æquata cylindris, aut volgiolis, denſum. De ſemine cupreſſi.

Volo. Voluntas malefica. Plin.lib.9.cap.59.3.

Volũtarius, Adiectiuum, &c.) Adde, Cicero pro Seſtio dicit, Malos bonis voluntarios periculum moliri. Id eſt quum nulla neceſſitate cogantur, aut quum nulla iniuria laceſſantur.

¶ Volũtaria herba, Quæ ſua ſpõte naſcitur, opponitur Satiuæ. Plin.lib.20.ca.11.10. de ſerpyllo, Satiuum nõ ſerpit, ſed ad palmi altitudinem increſcit. Pinguius volũtarium, & cãdidioribus foliis ramiſque.

Vomica. Rumpere vomicam. Celſus lib.1.ca.8.

Vomica oritur. Celſus lb.1.cap.6, Solent etiam in adoleſcentibus ex eo morbo vomicæ fiſtulæque oriri.

Vomo. Vomitor vomitôris.) Seneca epiſt.89, Quid enim, oro te, liberale habẽt iſti ieiuni vomitores, quorum corpora in ſagina, animi in macie & veternio ſunt?

Varius vomitus. Celſ.li.1.ca.6, Atqi in omni morbo vomit⁹ qui vari⁹ & multorũ colorũ eſt, præcipuéqi ſi malus in hoc odor eſt.

Repetere vomitũ. Celſ.li.4.ca.4, Neque vomitũ huius afferre periculum, etiã quum repetit, ſi ante confirmare corpus licuit.

Supprimere vomitum. Celſus lib.4.cap.5, Supprimendus autem vomitus eſt qui per ſe venit: ſic, ſi nauſea eſt.

Voueo. Voueo, &c.) Vouere, pro Votis optare. Senec.de Benef. lib.6, Et quicquid inimicus optaret, amãtes vouent. Horat.1. epiſt.4.2, Quid voueat dulci nutricula maius alumno?

Vox. Limpida vox.) Plin.lib.34.cap.vlt.11, Vocem limpidam ac canoram facit. De ſandaracha.

Truculenta vox. Plin.lib.11.cap.2.1, Vbi verò truculentam illam & portione maximam vocem ingenerauit?

Voci ſplendorem affert. Plin.lib.10.cap.6.3. De porro.

Currit vox, Vide Deuoratur vox.

Deuoratur vox. Plin.li.11.ca.51.5, Mira præterea ſunt de voce digna dictu. In theatrorũ orcheſtris ſcobe aut arena ſuperiecta deuoratur, & in rudi parietũ circũiectu, doliis etiã inanib⁹. Cuneris eadẽ cõcauo vel recto parietũ ſpatio, quãuis leni ſono dicta verba ad alterũ caput perferens, ſi nulla inæqualitas impediat.

Reſorbere vocem. Plin.lib.18. cap.vlti.19, Cornique ſingulis quodam latrantes, ſéque concutientes, ſi continuabunt, ventos: ſi verò carptim vocem reſorbebunt, ventoſum imbrem.

Roboratur vox. Pli.li.11.ca.51.5, Vox roboratur à tredecim annis. Eadẽ in ſenecta exiliorque: neqi in alio animaliũ ſexpo mutatur.

Supprimere vocem. Celſ. lib. 2. cap. 10.

Vocâtus, huius vocâtus, penul. prod. &c.) Adde, Suet. in Caligula, cap. 39. Compererat prouincialem locupletem ducenta ms numeraſſe vocatoribus: vt per fallaciam conuinio interponeretur. Huic poſtridie ſedenti in auctione miſit, qui neſcio quid friuoli ducentis millibus traderet, diceréque cœnaturum apud Cæſarem vocatu ipſius.

Vocamen dare. Solinus cap. 40, Philænis fratribus à laudis cupidine Graium vocamen datum.

Vocamen trahere de aliqua re, pro Nomen habere. Solinus cap. 65, Eorum qui primus erumpit, velut corylorum fimbria, dicitur piper longum: quod incorruptum eſt, piper album: quorum cutem rugoſam & torridam calor fecerit, piper nigrũ: qui demũ caducus torretur feruido ſole, vocamen trahit de colore.

Vociferâtus, huius vociferátus, pe. prod. m. g. Verbale, Idem quod vociferatio. Plin. li. 10. cap. 60. 1, Mares quidem cum vociferatu ſanguinem etiam ex oculis profundunt.

Vrgeo/vrges, &c.) Vrgere cũ infinitiuo, pro Inſiſtere multo conatu. Hora. 2. Carm. ode 18. 4, Mariſque Baiis obſtrepentis vrges Summouere littora.

Vrgere ad ſolutionem. Vlpian. in L. Si extraneus. ff. De iure dotium.

Vrina. Vrinæ & menſtruis efficax. Plin. lib. 20. cap. 11. ad finẽ.

Vtilis vrinæ, iocineri, capitis doloribus. Plin. lib. 23. in Procœ. 9.

Anguſtiis vrinæ vtile abrotonum. Plin. lib. 21. cap. 11. 8.

Vrinæ crebra cupiditas, ſed magna difficultas eſt. Celſ. libro 2. cap. 7.

Vrinæ difficultates ſuccus emendat. Plin. li. 20. ca. 7. 5. Ibidẽ, cap. 11. 5.

Vrinæ difficultatibus medetur. Plin. lib. 24. cap. 19. 9.

Profluuium vrinæ. Plin. libro 18. cap. 6. 5, Ad cohibenda vrinæ profluuia.

Vrinæ tormina diſcutit cichorium. Plin. lib. 20. cap. 8. 5.

Alba vrina. Celſus lib. 2. cap. 4. Idem lib. 2. cap. 2.

Arenoſa. Plin. lib. 23. cap. 3. 4, Medentur enim arenoſæ vrinæ. Celſus lib. 2. cap. 7.

Bullans. Plin. lib. 28. cap. 6. 11. Celſus lib. 2. cap. 7.

Candida. Plin. lib. 28. cap. 6. 11.

Craſſa. Plin. lib. 28. cap. 6. 11. & 12. Celſus lib. 2. cap. 6.

Deterrima. Celſus lib. 2. cap. 6.

Difficilis. Plin. lib. 23. ca. 8. 3, Calculoſis & difficili vrinæ in paſſo, & ad purgandam cutem in aqua mulſa tritæ ſunt efficaces. Ibidem, ca. vltimo, 6, Radix eius in honore eſt, decocta vino, ad renum dolores pota, & difficili vrinæ, præcipuéque craſſæ, & graniter olenti.

Diluta. Plin. lib. 28. cap. 6. 11. Celſus lib. 2. cap. 4. & cap. 6.

Liquida parum vrina. Celſus lib. 2. cap. 7.

Vrina mala, deterior, peſſima. Celſus lib. 2. cap. 4.

Morufera. Plin. lib. 28. cap. 6. 11. Celſus lib. 2. cap. 6.

Nigra. Plin. lib. 28. cap. 6. 11. Celſus lib. 2. cap. 6.

Pallida. Plin. lib. 28. cap. 6. 11. Celſus lib. 2. cap. 6.

Rubens. Plin. lib 28. cap. 6. 11.

Rubra. Plin. lib. 28. cap. 6. 11. Celſus lib. 2. cap. 6.

Ruſſa. Plin. lib. 28. cap. 6. 11. Celſus lib. 2. cap. 2.

Tenuis. Celſus lib. 2. cap. 6. & cap. 7.

Tortuoſior. Plin. lib. 21. cap. 27. 1, In calculorum valetudine, & tortuoſiore vrina, vel cruenta.

Viridis. Plin. lib. 28. cap. 6. 11. Celſus lib. 2. cap. 7.

Vitioſa. Plin. lib. 28. cap. 6. 11.

¶ Citare vrinam & tardare. Celſ. libro 2. cap. 19, Aliæ mouent aluum, aliæ ſupprimunt, aliæ citant vrinam, aliæ tardant.

Deſtillat vrina. Celſus lib. 2. cap. 7, Difficulter vrina redditur, paulatimque interdum ſine voluntate deſtillat.

Excalefacere vrinas. Plin. lib. 21. cap. 10. 4.

Excitare vrinam. Plin. lib. 20. cap. 23. 4.

Expellere vrinam. Plin. lib. 21. cap. 1. 25.

Impellere vrinam. Plin. lib. 21. cap. 26. 2.

Inhibere vrinam. Plin. lib. 20. cap. 4. 1.

Inſtillare vrinam. Plin. lib. 28. cap. 6. ad finem.

Mordet vrina. Plin. libro 20. cap. 15. 1, Iis verò quos acriore vi vrina mordeat, in dulci tritum vino.

Mouere vrinam. Plin. lib. 24. cap. 11. 1. Idem lib. 20. cap. 2. 3. & alibi frequenter. Celſus lib. 2. cap. 31.

Nocere vrinæ exiſtimatur galbanũ. Plin. lib. 24. ca. 5. ad finẽ.

Pellere vrinam. Plin. lib. 20. ca. 5. 1. Idẽ lib. 21. cap. vltimo, 36.

Pellit vrinam celerrimé. Plin. lib. 24. cap. 6. 5.

Prodeſt & vrinæ pota modicè radix, & menſtruis. Plin. lib. 21. cap. 21. 4. Ibidem, 17, Prodeſt vrinis, renibus, &c.

Soluere vrinam. Plin. lib. 26. cap. 8. 34, Aluum ſoluit decocto, vrinámque.

Tardare vrinam. Celſ. lib. 2. ca. 19.

Trahere vrinam. Plinius lib. 24. cap. 13. 3, Vrinas trahit pota. Idem lib. 27. cap. 12. 6, Trahit vrinas & menſes. De onopordo.

Vrina. Vrinator, &c.) Adde, Liu. li. 4. Dec. li. 5, Sed in ré emendabilem viſus lapſus eſſe, quod per vrinatores omne ferme extractum eſt. Tantuſque pudor fuit regi eius pauoris, vt vrinatores clam interfici iuſſerit.

Vſquequo. Vſquequo, pro Quatenus. Vlpian. in L. Si ſuſpecta. §. 1. ff. De inofficio. teſt. Et ideo datæ in eo libertates atque legata, vſquequo Falcidia permittit, ſuam habent poteſtatem.

Vt. Vt plurimum. Plin. lib. 15. cap. 3, ad finem, Nec tam numeroſa differentia. Tribus vt plurimum bonitatibus diſtat.

Vter/vteri. Vterus, interdum pro fœtu. Tacit. lib. 1, Subiectus ſeruitio vxoris vterus ventrem agebat. Intelligit autem filium quem vtero adhuc geſtabat vxor Arminii.

Vter/vtris. Vtrarius, vtrarii, m. g. Vtrarios videtur vocare Liuius qui vtribus aquam ferunt, lib. 4. Decad. 5, Poſtremo ſequi ſe vtrarios ad mare, quod minus trecentos paſſus aberat, iuſſit.

Vter/vtra, vtrũ. Vtrunq; inuicem adiumento eſſe, pro Vtrunque alteri. Plinius iunior li. 4. epiſt. 20. ad Nonium Maximum, Et horum vtrunque inuicem adiumento fuit.

Vtruncúque. Quintil. in Prœmio lib. 5, Vtruncunqi eſt (neque enim hoc loco meam interpono ſententiam) hic liber erit illorum opinione maximè neceſſarius, quo toto hæc ſola tractantur. Id eſt vtrumvis. Vtrum tandem horum ſit, &c.

Vtrinque ſecus. Solinus cap. 40, Capite vtrinque ſecus nutabundo. Et ca. 65, In mucronem ſexangulũ vtrinque ſecus leuiter turbinatus.

Vtor. Vtor cum ablatiuo & datiuo, vt Vti aliqua arbore carboni, pro ad carbonem faciendũ. Plin. lib. 16. cap. 6. 5, Ab hac proximè latifoliæ proceritas, ſed minus vtilis ædificiis: atqi carbone dotata, vitiis obnoxia eſt. Quamobrem ſolida vtuntur carboni, ærariorum tantùm officinis compendio: quoniam deſinente flatu protinus emorient ſæpius recoquitur.

Vti frigidis aquis. Celſ. lib. 1. cap. 1, Prodeſt etiam interdũ balneo, interdum frigidis aquis vti, &c.

Medicus vſus. Plin. lib. 22. ca. 2. 2, Sed in medico vſu præter ſupra dicta auxiliatur inflationibus. Ibidem, cap. vltimo ad finem, Et frugum quidem hæc ſunt in vſu medico.

Vſu explorare. Celſ. in Præf. lib. 1, Non enim quidlibet antiquiores virot ægris inculcaſſe, ſed cogitaſſe quid maximè conueniret, & id vſu exploraſſe, quod antè coniectura aliqua duxiſſent.

Reducere ad antiquos vſus. Celſ. lib. 8. cap. 10, Neque protinus exercendum id membrum, ſed ad antiquos vſus reducendũ eſt.

Res vſuaria. Paulus in L. Neratius. ff. De vſu & hab.

Vua. Vuæ variæ fiunt, &c.) Adde in fine, Plin. lib. 17. ca. 22. 17, Vbi vua varia fieri cœperit, vites ſubligato. Ibidem, 20, Deinde prius quàm florere incipiat, & quum defloruerit, & variante ſe vua.

Pubeſcens vua. Plin. lib. 17. cap. 22. 19, Inimicos & pubeſcente vua raſtros.

Varians ſe vua. Plin. lib. 17. cap. 22. 20, Deinde prius quàm florere incipiat, & quum defloruerit, & variante ſe vua. Ibidem, 27, Vbi vua varia fieri cœperit, vites ſubligato.

Vulguo. Vulgare concubitus plebis & Patrum, pro permiſcere. Liuius lib. 4. ab Vrbe, Niſi vt ferarum prope ritu vulgentur concubitus plebis patrúmque, &c.

Vulgari dicitur cum inferiore ſuperior, quum ad eius humilitatem demittitur. Liuius libro 3. ab Vrbe, Nimium in ordinem ſeipſum cogere, & vulgari cum priuatis.

Vulnus. Senilia vulnera. Celſ. lib. 5. cap. 19, Sunt enim alba lenia, λευκὰ Græci vocant, ferè non grauibus vulneribus accommodata, præcipuéque ſenilibus.

Vultus. Iunior vultus. Plin. lib. 20. cap. 17. 20, Vultum iuniorẽ præſtat. De aniſo.

X

Xylocinnamomum/xylocinnamomi, n. g. Lignum cinnamomi. Plin. lib. 12. cap. 19. 6, de cinnamomo, Ipſum vero lignum in faſtidio eſt propter origani acrimoniam: xylocinnamomum vocatur.

PARISIIS.

Excudebat Robertus Stephanus typographus Regius, in ſua officina. A N. M. D. XL IIII. XII. Calen. Iul.

Digitized by Google

Digitized by Google